
0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34
7 400 40
Jaña
MADE IN SPAIN

Dela Libreria del Colegio Mayor de Santa Cruz de Granada

D. D. MELCHIORIS PELAEZ

A MERES,

TRACTATUS DE MAJORATIBUS ET MELIORATIONIBUS HISPANIÆ

In Duos Tomos Divisus.

este es el primer tomo

D.D. MELCHIORIS PELAEZ

A MERES,

IN PRÆTORIO

Granatensi quondam Advocati,

TRACTATVS MAJORATUUM

ET MELIORATIONUM HISPANIÆ,

QUATUOR CONSTANS PARTIBUS:

IN QUO UNIVERSA FERE JURISPRUDENTIA CIVILIS
Magistrali eruditione exponitur & illustratur.

NOVA EDITIO LUGDUNENSIS,

CÆTERIS LONGE ELEGANTIOR ET EMENDATIOR,
cum duplici Indice fidelissimo juxtà & copiosissimo.

TOMUS PRIMUS.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAY
Reunido de Santa Cruz,
Santa Catalina.
Æ. 2.° C. 24 N.° 2.

LUGDUNI,
Sumpt. JOANNIS ANTONII HUGUETAN, & Soc.
M. DC. LXXIIX.
CUM PERMISSU SUPERIORUM.

PRIMÆ PARTIS

QUÆSTIONUM

SUMMA ET MATERIA.

DE nomine & origine majoratus, Præfatio. pag. 1

Majoratum qui possint constituere, quæst. 1. pag. 13

An habens facultatem faciendi majoratum, ea in favorem filij spurij possit uti sub conditione, quæst. 2. pag. 54

Principi an sit facienda mentio liberorum quos quis habet, dum ab illo petitur licentia ad faciendum majoratum, qu. 3. p. 72

Si quis habens tres filios Principi exponat quòd habet quatuor, vel quòd habet multò minora bona, an facultas sit subreptitia, quæst. 4. p. 85

Utrum licentia Principis geminata ad faciendum majoratum excludat vitium subreptionis, quæst. 5. p. 87

Filij intra quod tempus possint allegare vitium subreptionis adversus licentiam datam ad faciendum majoratum, quæst. 6. pag. 90

Utrum valeat licentia data ad faciendum majoratum non expresso quod alia priùs fuit concessa, & quando sit ipso jure nulla, vel per sententiam, quæst. 7. p. 91

Quis teneatur probare vitium subreptionis contra licentiam datam ad faciendum majoratum, quæst. 8. pag. 93

Subreptio commissa in una parte petitionis licentiæ datæ ad faciendum majoratum an in totum vitiet, quæst. 9. p. 96

Licentia data ad faciendum majoratum utrum extendatur ad bona augmentata per conditorem majoratus, quæst. 10. pag. 98

Facultas Regalis ad faciendum majoratum an habeat locum in bonis quæ subrogata fuerunt in locum bonorum vinculatorum, quæst. 11. pag. 124

Si possessor majoratus delictum aliquod committat, per quod bona amisit, & postea fuit à Principe restitutus, an bona sint vinculata absque Regia facultate, qu. 12. pag. 134

Habens facultatem ad majoratum in unum ex pluribus filiis instituendum, si unum tantum habet, an possit uti Regia facultate, quæst. 13. pag. 135

Majoratus an confirmetur per licentiam post majoratum concessam, quando pater unicum habet filium, quæst. 14. pag. 136

Habens licentiam Regiam ad faciendum majoratum in filium, utrum possit uti tali licentia in favorem nepotis, quæst. 15. pag. 137

An facultas concessa ad faciendum majoratum in filium possit in filiabus verificari, quæst. 16. pag. 150

An per non usum amittat quis licentiam quam habet ad faciendum majoratum, quæst. 17. pag. 151

An pater, semel electione facta, virtute Regiæ licentiæ possit iterum eligere, qu. 18. pag. 152

Si pater elegit ad majoratum filium indignum, an privetur potestate iterum nominandi, quæst. 19. pag. 156

Princeps an possit revocare licentiam, quam ad faciendum majoratum concessit, q. 20. pag. 156

Licentia Regalis ad faciendum majoratum an revocetur propter supervenientes filios, quæst. 21. pag. 157

Quando & quibus casibus pater facto majoratu possit illum revocare, quæst. 22. pag. 165

An si pater & mater faciant simul majoratum, vel melioracionem, unus possit illum revocare, altero decedente, qu. 23. pag. 190

Si facto majoratu pater tradidit filio possessionem, est irrevocabilis, tam quoad ipsum, quàm quoad alios vocatos, quæst. 24. pag. 202

I. Part. Quæstionum ſumma & materia.

Si pater majoratum factum in favorem unius filij revocaverit perſuaſionibus alterius, qualiter filio conſuli poſſit, quæſt. 25. p. 213

Majoratum ex donatione Regia conſtitutum an poſſit pater revocare, quæſt. 26. pag. 218

Impetrans facultatem ad faciendum majoratum, ſi ſemel fecerit, an poſſit poſtea facere bona libera, quæſt. 27. p. 231

Pater & mater an poſſint donationem quinti facere, quæſt. 28. p. 234

An ſit neceſſarium quòd pater det licentiã filio ad acceptandam poſſeſſionem honorum majoratus, vel an ipſe filius virtute ſcripturæ illam petere poſſit, quæſt. 29. p. 239

Si pater promittat non revocare majoratum, an hæc promiſſio efficiat majoratum irrevocabilem, q. 30. p. 241

Si pater majoratu facto, vel melioratione per ultimam voluntatem tradat filio poſſeſſionem, an majoratus & melioratio ſit irrevocabilis, q. 31. p. 248

Intra quantum tempus liceat revocare majoratum aut meliorationem, quæſt. 32. p. 251

Si pater conſenſit filium eſſe in poſſeſſione bonorum majoratus, an ex hoc efficiatur majoratus irrevocabilis, quæſt. 33. pag. 252

Pater tradendo unam de pluribus rebus, an quoad alias majoratum revocare poſſit, quæſt. 34. p. 256

Detentationis tranſlatio an faciat majoratum irrevocabilem, q. 35. p. 258

An ad hoc quod majoratus ſit irrevocabilis, ſit neceſſaria acceptatio, quæſt. 36. p. 260

Utrum ſi Princeps majoratum inſtitutum confirmet, & ex conſenſu inſtituentis prohibeat revocationem, non obſtante dicta confirmatione poſſit revocare, q. 37. p. 269

Faciens majoratum virtute Regiæ facultatis, ſi renunciet facultati Regiæ, & privilegio, an videatur renuntiare l. 44. Tauri, & de aliis ſimilibus quæſtionibus, qu. 38. p. 271

An ad hoc ut majoratus factus cum tertio ob cauſam matrimonij ſit irrevocabilis, requiratur quòd matrimonium fuerit copula conſummatum, quæſt. 39. p. 274

Si pater faciat maioratum de aliquibus annuis reditibus, & de aliis juribus incorporalibus, & cedat actiones in filium, an majoratus fiat irrevocabilis, quæſt. 40. p. 286.

Pater ſi faciat majoratum in filium infantem, & tradat illi poſſeſſionem, an revocari poſſit, quæſt. 41. p. 295

Quis dicatur titulus oneroſus ad hoc ut majoratus fiat irrevocabilis, quæſt. 42. p. 296

Quæ ſolemnitas ſit neceſſaria in revocatione majoratus, q. 43. p. 256

Qualiter Princeps poſſit declarare licentiam quam conceſſit ad faciendum majoratum, quæſt. 44. p. 307

Licentia data ad faciendum majoratum an interveniſſe præſumatur ex temporis diuturnitate, quæſt. 45. p. 317

Si teſtator redimat rem, quam ſemel alienaverat, & prius habeat de ea factum majoratum, an confirmetur iterum majoratus, quæſt. 46. p. 320

In licentia data ad faciendum majoratum an requiratur quod bona exprimantur vinculata, quæſt. 47. p. 321

Mulier ſi dedit facultatem marito, ut pro ea poſſit facere majoratum vel meliorationem, intra quod tempus id exequi teneatur, & aliæ ſimiles quæſtiones circa hoc, quæſt. 48. ibid.

An & quando bona majoratus vel meliorationis ſunt incerta, pater poſſit revocare majoratum vel meliorationem, quæſt. 49. p. 350

An valeat conditio per patrem filio in majoratu vel melioratione appoſita, quòd non ducat uxorem niſi arbitrio alicujus, conſenſu, aut conſilio, quæſt. 50. p. 352

An valeat conditio, per quam pater filium gravat, ut non contrahat matrimonium cum muliere deſcendente à Judæis vel Sarracenis: & alia plura ſcitu digna explicantur, quæſt. 51. p. 363

Valor bonorum quo tempore ſit conſiderandus in melioratione tertij, & in legitima, & aliæ ſimiles quæſtiones, quæſt. 52. p. 394

An de fructibus liceat patri donare ultra tertium & quintum, quæſt. 53. p. 401

An de bonis, quæ pater vel mater tenentur reſervare filiis primi matrimonij, poſſint meliorationem facere, quæſt. 54 p. 403

Succeſſio in duobus majoratibus quando alicui competit, quorum unus ſine aliquo gravamine eſt inſtitutus, an poſſit unum repudiare, & alterum acceptare, qu. 55. p. 405

Quando teſtator in majoratu appoſuit conditionem, quæ tempore teſtamenti jam extabat, an cenſeatur purus, vel conditionalis majoratus, qu 56. p. 409

An valeat conditio appoſita in majoratu, quòd ſucceſſor teneatur habitare in loco certo vel domo, qu. 57. p. 410

Utrum pater vel mater de bonis quæ extra Regnum

II. Part. Quæstionum ſumma & materia.

Regnum habent, poſſint meliorare ultra tertium & quintum, quæſt. 58. p. 416

Majoratu facto de bonis mobilibus & immobilibus, utrum comprehendantur jura & actiones, q. 59. p. 440

Traduntur aliqua pro interpretatione clauſularum facultatum quæ conceduntur ad faciendum majoratum, q. 60. p. 441

An ubicunque quis eſt melioratus in certa parte poſſit meliorationem acceptare, & hæreditatem repudiare, q. 61. p. 442

Quæ ſolemnitates ſint neceſſariæ in donationibus, quas faciunt Reges titulo majoratus, q. 62. p. 445

An filius poſſit diminuere legitimam patris virtute licentiæ patri conceſſæ, quæſt. 63. p. 453

Si non appareat de conſtitutione majoratus, villæ, vel aliter jus loci, & Princeps det facultatem quòd eam habeat quis titulo majoratus ſicut anteceſſores habuerunt, an hoc ſufficiat, q. 64. p. 454

Ad irrevocabilitatem meliorationis aut majoratus, an ſufficiat facere meliorationem aut majoratum per ſcripturam privatam, dummodo traditio fiat per ſcripturam publicam. q. 65. p. 459

Pater promittens ex cauſa oneroſa facere majoratum an ad hoc cogi poſſit ſicut quando promittit meliorare, quæſt. 66. p. 464.

Clauſula conſtituti an ſubintelligatur in conſtitutione majoratus vel melioratio-nis, q. 67. p. 466

An in promiſſione de non revocando requiratur acceptatio filiorum, ut revocari non poſſit, q. 68. p. 470

An lex 44. Tauri procedat in extraneis ſicut in parentibus, q. 69. p. 474

Lex 17. Tauri an procedat cùm pater vel mater ſimpliciter aliquid filio donant, non declarantes quod tertij & quinti melioratione faciant, q. 70. p. 474

An liceat patri gravare ſubſtitutum in exemplari ſubſtitutione, q. 71. p. 475

Electionem habens eligendi ad majoratum an teneatur eligere proximiorem conſanguineum, q. 72. p. 482

Majoratus an poſſit conſtitui ex bonis quæ quis habet in emphyteuſim in præjudicium domini directi, q. 73. p. 484

Pater ſi in teſtamento melioret filium in tertio bonorum, in quo per viam majoratus, ſcriptura donationis facta, eum prius melioraverat, an libera maneant bona, aut cenſeatur gravamen repetitum, quæſt. 74. p. 486

SECUNDÆ PARTIS QUÆSTIONUM SUMMA ET MATERIA.

MEns defuncti quibus cauſis perpendatur, & qualiter Princeps derogare poſſit clauſulis majoratus, initium, p. 489

Filius legitimatus vtrum ad majoratum admittatur, quæſt. 1. p. 528

Filij naturales, & alij hujus generis, an admittantur ad primogenituram, q. 2. p. 535

Monachi & clerici utrum in majoratibus ſuccedant, q. 3. p. 550.

Succeſſio majoratus ad quos pertineat, q. 4. p. 568.

Filius ingratus an ſuccedat in majoratu, illatio prima, p. 570

Committentes crimina hæreſis, læſæ Majeſtatis, aut ſodomiæ, qualiter in majoratibus ſuccedant, illatio 2. p. 576.

Filius ſecundus qualiter primogenitus dicatur deficiente primo, illatio 3. p. 582

Filius ſtans in utero dicitur primogenitus, illatio 4. p. 584

Primogenitus an dicatur qui ante comitatum natus fuit, illatio 5. ibid.

Filius prodigus utrum ſuccedat in maioratu, illatio 6. p. 585

Ignobiles an ſuccedant in maioratu, illatio 7. ibidem.

Filius primogenitus, & quilibet alius ſi conditionibus non paret, ad ſequentem ius defertur, illatio 8. p. 586

Qualiter inducatur tacite maioratus & fideicommiſſum, q. 5. p. 619

De maſculorum & fœminarum ſucceſſione q. 6. p. 630

Graduum computatio ad ſuccedendum in maioratu quomodo fieri debeat, quæſt. 7. p. 690

Proximior quis dicatur in ſucceſſione maioratus, vel teſtatori, vel ultimo poſſeſſori, q. 8. p. 703

Filius abortivus an faciat gradum, & alia ſimilia, q. 9. p. 700

Filius, in quem pater fecit maioratum, ſi moriatur ante acceptationem, an nepos admittatur, q. 10. p. 710

Pater ſi in conſtitutione maioratus ordinavit, quòd ſi filius defunctus ſit abſque liberis, bona perveniant ad aliquem, ſi filius habuit filios qui defuncti fuerunt, an ſubſtitutio expiret, q. 11. p. 712.

Clauſulæ ſpeciales, ſive præcedant, ſive ſequantur, an præferantur generalibus, q. 12. p. 714

CENSVRA

CENSURA DOCTISSIMI D.D.
Didaci Gonçales de Cuenca & Contreras Regiæ Majeſtati à Conſiliis, & in novi Orbis ſupremo Tribunali Promotoris Fiſcalis.

LIBRUM de majoratibus & meliorationibus novè ex repetita lectione additum à Licentiato MELCHIORE PELAEZ DE MERES Juriſconſulto Hiſpano; ex ſupremi Conſilij mandato vidi, & in eo aliquid Fidei noſtræ contrarium, aut honeſtis moribus diſſonum non inveni, imò multa noſtræ peritiæ utilia & neceſſaria, ita ut optimo jure facultas typis mandandi ei præbeatur, Matriti die octavo Januarij Anno 1618.

El Licenciado DON DIEGO GONÇALEZ DE CUENCA Y CONTRERAS.

CONSENSUS PROCURATORIS REGIJ.

PRo Rege aſſentio ut liber cui titulus eſt *D. D. Pelaez à Meres Tractatus Majoratuum & Meliorationum Hiſpaniæ*, &c. imprimatur à JOAN. ANT. HUGUETAN & Soc. hujus civitat. Bibliopol. cum inhibitionibus conſuetis per quinquennium duraturus, perfecta impreſſione. Datum Lugduni die 29. Januarij 1676.

VAGINAY.

PERMISSIO.

FIat juxta Concluſiones Procuratoris Regij, anno & die ſupradictis.

DESEVE.

Deſiit pralum 23. *Junij* 1677.

D.D. MEL

D. MELCHIORIS PELAEZ A MERES
IN GRANATENSI PRÆTORIO ADVOCATI TRACTATVS MAIORATVVM, ET MELIORATIONVM HISPANIÆ.

PRÆFATIO
De nomine & origine Majoratus.

SVMMARIVM.

1 PRÆFATIONES materia, de qua agitur, faciliorem præſtant intellectum.
2 Rem aliquam tractaturus, eam priùs debet exponere.
3 Principium ſit decens & amabile Deo.
4 Maioratus quid ſit, & quot nominibus appelletur.
5 Bona maioratus an indiuiſibilia, & inalienabilia ſint.
6 Dictio, Maioratus, ſecundum communem vſum eſt intelligenda.
7 Ius primogenituræ vnde ortum habuerit, An à diuino confirmatum, ibi, & num. 12. An ſuper illo lex aliqua lata ſit, num. 13. An proueniat à legibus Hebræorum, num. 14. Quid apud Iudæos, num. 15. An iure conſuetudinario & canonico approbatum, num. 16. An de iure natura, num. 20. & 21. & Reſoluitur, num. 37.
8 Res perfecta omnibus ſuis partibus conſtare debet: & ibi, rerum effectus debere conſonare nominibus.
9 Veritas ſapius examinata magis ſplendet.
10 Iuris ciuilis ſcientia frequenter negotiis applicanda.
11 Iureconſulti in aliquos quandoque inciderunt errores.
17 Nullus niſi Primogenitus lege veteri poterat eſſe Sacerdos.
18 Non poteſt quis compelli ad præferendum primogenium in ſucceſſione aliis poſteà natis, & n. 19.
22 Terra omnis iure primitiuo erat libera, Et omnia communia, num. 23.
24 Iure naturali æquale ius filij minores ac primogenitus habent in bonis,
25 Ius naturale quid, An idem quod diuinum, aut gentium, num. 30. & 31. An hoc ſit vnicum, num. 32. An idem quod ratio naturæ, num. 33.
26 Naturæ definitio, & n. 27.
28 Natura facit id quod melius eſt. Et eſt virtutum omnium initium, ibid.
29 Ius naturæ ex ratione, aut ſenſualitate proueniens ſan differant.
34 Conſuetudo eſt altera natura.
35 Illegitimis quid poſſit relinqui, remiſſiuè.
36 Decimæ an iure naturæ, vel diuino debeantur, Et ibi quid ſit ratio naturalis.
38 Nouo teſtamento, quæ præcepta veteris legis ceſſarunt.
39 In ſucceſſionum materia lex Moſaica non procedit, & num. 40. Et ibi quibus præeminentiis gaudebant primogeniti.
41 Maioratuum inſtitutiones ob publicam vtilitatem permittuntur, & n. 42. Licitæ ſunt in foro animæ, num. 43. & 45.
44 Reges in terris ſunt Vicarij Dei.
46 An valeat argumentum à primogenituris ſacræ Scripturæ, ad maioratus.
47 Mos fideliſſimæ veruſtatis eſt retinendus.
48 Argumentum ab authoritate maiorum an valeat.
49 Noſtri maioratus à primogenituris Galliæ & Italiæ in quibus differant, & n. 50.
51 Neceſſitas huius Tractatus expenditur.
52 Quid in libris conſcribendis debeat attendi.
54 Tertij & Quinti melioratio vinculata maioratibus æquipollet, & n. 59. & 60.
56 Genus de ſua ſpecie verificatur. Plus includit quàm ea, num. 57.
58 Communis vſus loquendi in quo regulæ & conſtitutioni deroget.
61 Verbum, Meliorare, antiquum eſt.

62 *Leges quæ de maioratibus loquuntur, in melioratione Tertij & Quinti vinculata procedunt, & num.63. Etiamſi per extraneos fiant, num.64. Etiam in patronatibus, num.65.* ¶ *An in anniuerſarijs, emphyteuſi, contractibus cenſualibus, ſeu libellarijs, num.67. & 68.*

66 *Rei ſubſtantia propter noſtrum affirmare, vel negare, non immutatur.*

69 *Leges in caſu ſpeciali loquentes ad alium non ſunt extendendæ.*

70 *Quod pater filio titulo maioratus ſine Regia facultate relinquit, in Tertio & Quinto erit validum.*

71 *In ſeparabilibus vile per inutile non vitiatur.*

72 *Donatio ob aliquam cauſam ex parte inualida, an ex valida ſuſtineatur, & n.74.*

73 *Conſtitutio arrharum in eo quod decimam bonorum partem non excedit, eſt valida.*

75 *An incapax quoad vnum, ſit etiam quoad aliud.*

76 *Maioratus Regia facultate inſtitutus, ob aliquem tamen defectum inualidus, in Tertio & Quinto ſuſtinetur.*

77 *An Actus meliori modo quo poſſit, valere debeat, vſque ad n.80. Authoris ſententia refertur, à num.81. ad 83.*

84 *Compendioſa ſubſtitutio an fideicommiſſariam contineat.*

85 *Si quis maioratum inſtituere (ſine Regiæ facultatis expreſſione) promittat, melioracionem faciens promiſſioni ſatisfaciat.*

86 *In dubijs, quod eſt minimum ſequimur.*

87 *Promiſſio faciendi maioratum an ſit valida, & n.88. Quid ſi ob cauſam oneroſam fiat, num.90.*

89 *Verba in potiori ſignificatu ſunt intelligenda.*

91 *Melioratio quæ non exprimitur, in quo ſit valida.*

92 *An lex 27. Tauri, in maioratu à patre, vel matre, Regia facultate confecto obſeruari debeat. An in quinta bonorum parte procedat, num.100. An in maioratu ab extraneo facto, num.103.* ¶ *Authoris ſententia refertur, num.101. & 102.*

93 *Leges in ratione magis quàm in verborum forma conſiſtunt.*

94 *Argumentum à maioritate rationis an valeat.*

95 *Princeps videtur velle quod ſua iura diſponunt.*

96 *Verba priuilegiorum ſecundum ius commune debent interpretari.*

97 *Legem extendere noſtrum non eſt.*

98 *Leges limitatoriæ ex identitate rationis an extendantur.*

99 *In propria re quilibet eſt moderator & arbiter.*

104 *Præteritione vel exheredatione inſtrumento rupto, in Tertio & remanente à Quinto maioratus valet.*

105 *Legis Tauri 22. in ſecunda parte ampliatio.*

106 *An valeat tranſactio ſuper bonis maioratus.*

107 *In quibus bonis procedat l.21. Tauri.*

108 *Qui maioratus non eſt ſucceſſor, & bona illius occupat, reſtitutioni cum fructibus manet obnoxius.*

CVM omnium rerum, quas quis agere, vel licere inſtituit, primipilares acies ferant principium & præfationes, quia libentius nos ad lectionem præpoſitæ materiæ perducunt: & cùm ad ipſam materiam peruenitur, † eius 1
euidentiorem præſtant intellectum, autore Iuriſconſulto in *l.1. ff. de origine iuris:* tradit Ferrara *in pract. in verb. forma poſſeſſionis, verſic. poſtquam, pag.117. n.3.* notanter Balb. *in tractatu præſcriptionum, in princ. pag.57.* Chaſſanæus *in catalogo gloriæ mundi. in præfatione,* quod nouiſſimè ornat Ioſeph. Maſcard. *in tract. de probationibus, lib.1. in proœm. num.4.* & ante illum Tiraquel. *in tract. de primogen. in præfat. num.64. pag.20.* materiam maioratuum tractaturus (quæ res, & verbis, & effectu eſt difficillima, & nomen ipſum terret, vt in progreſſu huius Operis videtur) prius noſſe oportet, quid ſit Maioratus: qui enim alicuius rei ſeriem tractare vult, ante omnia exponere † debet, quæ ea res ſit: iuxta 2
conſilium Vlpiani in *dict. l.1. ff. de origine iuris*, ibi: *Prius noſſe oportet, vnde iuris nomen deſcendat:* & tradit Maſcard. *in dict. lib.1. q.2. num.1. cum ſequentibus*, & omnia rectè gerimus, ſi principium ſit decens, † & amabile Deo: vt probatur *in Authentico, Quomodo oporteat Epiſcop. in principio.* 3

In quo puncto, paucis rem abſoluendo, ne in his quæ difficilia non ſunt, tempus conteratur, dico, quòd *Maioratum*, communi vſu loquendi, vocamus in Hiſpania, † quod Itali, aut Galli, *primogeniturам*, ſiue *primogenium* nuncupant: & illum etiam groſſo modo vocant, aut ex Prouinciæ more, *auantagium*, quaſi quòd vnus filius ſit aliis prælatus in portione, aut hæreditate patris. De quo etiam per Burg. de Paz, *q.1. in princip.* & Tiraquel. *in tract. de primogenit. q.2. n.14.* vbi Paulus de Caſtr. Roman. Cardin. Alexand. Barth. Socin. refert Hiſpanos vocare *Maioriam, Maioratum, vel Maioricatum:* & in ſubſtantia eſt quoddam prælegatum, quia pater, vel mater charitate filiali ducti, vel deſiderio conſeruandæ memoriæ, faciunt primogenituram: vt notat poſt alios Carolus Molin. *in Conſuetud. Pariſ. part.1. §.8. gloſ.5. n.16. fol.114.* & generaliùs vocatur Maioratus, *quoddam vinculum perpetuum relictum à patre, vel matre, vel ab alio extraneo, onere adiecto, quòd bona titulo maioratus relicta, indiuiſibilia,* † *inalienabilia ſint, &* 5
vt ad maiores natu deueniant; & vt tandem bona vinculata perueniant ad ſucceſſores in infinitum. Et hanc diffinitionem (licèt non ita amplam, nec perfectam) colligere poſſumus ex ſcriptis per Anton. Gomez. *in l.40. Tauri, in princ.* Epiſcop. Couar. *reſolut. lib.3. cap.5. in principio.* vbi tradit, quòd iſta dictio (*maioratus*) † eſt in- 6
telligenda ſecundùm communem vſum loquendi in Hiſpania, qui præfertur propriæ ſignificationi, *l. librorum, §. quod tamen*, vbi Zaſius, *ff. de legat.3.* ad quod eſt notabilis *l.1. tit. vlt. part.1.* & in aliis locis latiùs dicemus. Et notatur per eundem Epiſcop. Couarr. *in pract. quæſt. c.1. n.4. in verſic. poſterior concluſio*, vbi hac de re agit multa eleganter ab ipſis vltimis fundamentis antea incognita exponendo. Et per Tiraquel. *in tract. de primogen. in princ.* vbi ex ſacra pagina, & ex plurium gentium moribus atque legibus, docet primogeniorum antiquitatem, & obſeruantiam: & qualis ſit diffinitio primogenituræ, aperit etiam Molin. *in d. §. n.1.* vbi *num.2.* dicit, quòd ius primogenituræ ortum † habuit à iure 7
gentium antiquiſſimo, & à primitiuo, & confirmatum extitit iure diuino: ad quod refert quod habetur Geneſ. *cap.25.27. & 43.* & Deuter. *cap.21.* & traditur notanter per Bald. *in l. cum antiquioribus. n.11. C. de iure deliber.* Et diffinitionem primogenituræ etiam tradit Tiraquel. *in d. tract. q.1. n.1. cum ſequentibus.* Et notanter Staphileus *de literis grat.* & in *particulari tractatu*, Ioan. Nicol. *num.32. cum ſeqq. pag.411.* qui plura tradit ex ſacra pagina, & ſcribit inter alia ſex priuilegia primogenitorum, & hoc refert Bald. *in l.8. tit.3. De las herencias, pag.150.* qui alios etiam citat, apud quos omnes curioſus legere poteſt, quæ in hoc loco deſiderari poterunt. Matienço *in l.1. tit.7. lib.5. Recopil. gloſ.1. n.1. fol.164.* Portius *conſil.11. n.9.* Zaſius eleganter, qui plura ſcribit in iſta materia primogenituræ, quæ ſunt notabilia, *in conſil.8. num.1. cum ſeqq. lib.1.* Et natiuitas primogenitorum Regum Perſiæ quouis anno celebrabatur teſte Platone, quem refert Quintilian. Mandoſ. *in tractat. annal. num.21. fol.7.* quia hoc Opus (ſi tamen hoc nomen meretur) eo modo facere decreui, vt quæ ab aliis ſcripta ſunt, & ad noſtram materiam erunt opportuna, & iſta ſine quibus hic tractatus eſſet imperfectus, examinentur, & alia ſuperflua omittantur, & qualiter ſit facienda definitio, plura ſingularia ſcribit Neuizanus *in ſylua nuptiali, lib.1. num.173. pag.86.* Et quid ſit maiorietas, legendus eſt Ioſeph Maſcardus *in tract. de probationibus, lib.2. concluſione 1000. num 1.* & de definitione maioratus ex profeſſo tractat Epiſcopus Simancas *libro diſputationum, cap.7. pagina 11.*

Cum

Cum autem iſte ſit Tractatus Maioratuum, & res non
8 dicatur eſſe perfecta † niſi ex omnibus ſuis partibus conſtet, & effectus rerum debeant conſonare nominibus, *l. à nullo. C. de feriis, l.1. §. appellata. ff. ſi cert. petat. §. & eſt aliud Inſtit. de donation.* & tradit Lucas de Penna *in l.1. C. de induct. lib.10.* eſt neceſſarium quòd nonnunquam aliorum ſcripta in hac materia obiter, & veluti per tranſitum, quandoque latius, prout ſubiecta materia & res exegerint, referantur; vtrumque pro virili facere conabor, ita vt cæterorum ſcripta in hunc locum non transferantur: quia non intendo ea, quæ ab anteceſſoribus eruditè, & ſuis locis tradita ſunt, huc adducere, ne plus temporis omittatur, quam nouæ vtilitatis afferatur, nec etiam neceſſaria omittantur; quamvis ab
9 aliis tradita ſint; quia veritas † ſæpius examinata magis ſplendet: *cap. graue: 35. quæſt.2.* notat Gloſ. *in cap. cum Ioannes, in verbo, poſtquam. de fide inſtrum.* Faciunt notata per Speculatorem *in proœmio operis, num.17. & 18. fol.3.* Et licèt materia ſit ampliſſima, & humeris, & ingenio, & ſtylo meo impar; eam ad breuitatem, & veritatem, & praxim reducere conabor, & quo breuius, & clarius fieri poterit, totius rei ſummam excuſam tradere in illis quæſtionibus tantummodo inhærendo, quæ in practica magis contingunt, aut ſeſe offerre poſſunt; ſequendo veſtigia Celſi Iuriſconſulti *in l. nam ad ea, ff. de*
10 *legibus*; nam iuris ciuilis † ſcientia parum proficit, niſi benè, & frequenter negotiis applicetur, ſecundùm Ioannem Fabrum *§ ſed neque, vſque in finem. de legat. Inſtit.* Notat latius Carolus Molin. *in conſuet. Pariſienſ. part.1. §.1. gloſ.3. num.4. fol.18.* vbi tradit, quòd leges tunc demum perfectè intelliguntur, quando in praxi digeruntur. Quod latè docet Burg. de Paz *in l.1. Tauri, num.66. fol.154.* vbi varia ſcribit in laudem eorum, qui de practica notitiam habent, & breuitati quoad potero, ſtudebo; imitando Imperatorem *in l.1. de ſenient. quæ pro eo quod intereſt proferuntur.* Quod *ibi* ornauit Rebuff. *notab.2. pag.361.* & breuiter, & ſummatim (diſputationis apparatu omiſſo) veritatem huius materiæ reſoluere conabor.

Nec promitto exactiſſimam & perfectiſſimam ipſius materiæ interpretationem, ac omnibus lectoribus ſatisfacientem; licèt immenſo, & aſſiduo labore, ad portum deſideratum peruenerim. Nec à me hoc iuſtè peti poteſt, quando quidem & ipſoſmet Iuriſconſultos, noſtrarum legum fontes puriſſimos, & abundantiſſimos, non ſemel
11 in aliquos † errores incidiſſe ſciamus: vt latius animaduerterunt Budæus *in obſeruatione Antinomiarum*, Alciat. *lib.4. Parergon, cap.17.* facit dictum Angeli *in l. minus inſtructus, C. de acquirenda poſſeſſione*, vbi dicit, quòd in iure noſtro nullus Iuriſconſultus fuit omni ex parte perfectus, nec vnquam fuit aliquis Iuriſconſultus, qui non fuerit quandoque reprehenſus. Notat latius Bart. Socin. *in conſil.150 num.15. lib.1.* Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, part.1. num.6. pag.12. ff. ad Trebellian.* Tiraquel *in tract. de nobilitate, cap.31. n.535. cum ſeqq. pag.464.* idem *in tract. de pœn. temperand. cauſ.44. num.64.* notanter Ancharran. *in conſil.210. num....* Nicolaus Boërius *deciſ..55. num.25.* Vtilitatem etiam iſtius materiæ non commendo, quia ipſa ſatis ſe commendat, ſicuti inquit Iuriſconſultus in *l.1. ff. de in integrum reſtit.*

Scire igitur oportet, antequam ad vlteriora progrediamur, quod licèt iuxta opinionem *Caroli Molinæi*, qui prædictis rationibus mouetur, ius primogenituræ
12 ortum habuerit à iure † gentium, & confirmatum fuerit iure diuino; & licèt ſecundùm alios primogenitura ſit de iure diuino, vt perſuaderi poteſt ex *d. cap.27. Geneſ.* ibi, *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ,* & ibi: *Seruiant tibi populi,* ideſt ruſtici & plebei, *& adorent te tribus,* ideſt nobiles; *& eſto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te*; cuius ſententiæ fuit etiã Oldradus *in conſil.257.* latius Abb. *in conſil.3. num.3. & 4. lib.2.* Ioan. Andr. & alij *in cap. licet. de voto*, Palac. Rub. *in l.40. Tauri, num.1.* Ioan. Leciriet *in tract. de primogen. lib.1. quæſt.3. num.1. cum ſequent. fol.41.* Auguſtinus Beroius *in conſil.74. num.32. lib.2.* & *in conſil.120. num.21. eodem libro.* Zaſius *in conſil.8. num.10. lib.1.* Quintilian. Mandoſius *in reg.33. de reſignatione per fiat. quæſt.14. n.10. fol.145.* Chaſſanæum *in catalogo gloriæ mundi, part.11. conſideratione 58. fol.40.* de quo etiam tractatur per Tiraquel. *in dict. tract. in præfatione tractatus. num.18. & in quæſt.29. n.11. pag.226.* Aimon Craueta *conſil.115. num.45.* licèt nulla lex † ſuper hoc 13
ſit lata, vt tradit Zaſius *conſil.20. lib.2. num.11.* Pariſius latiſſimè *conſil.68. n.87. cum ſeq. lib.4.* & tangit breuiter more ſolito Oroſcius *in l. de quibus. n.70. ff. de legib. pag.185.* Auguſtinus Beroius *in conſil.84. n.32. lib.2.* qui loquitur in quodam maioratu Hiſpaniæ Comitis de Tendilla, Iacob. Philip. Portius *in conſil.11. num.9.* Albericus *in proœmio Digeſtorum, §. diſcipulus, num 8. fol.6* latè Guillelm Benedict. *in cap. Raynuntius, de teſtamentis, in verbo, in eodem teſtamento relinquens, in princ. num.164. cum ſeqq. fol.218.* vbi *num.130.* tradit vnum notabile, quòd conſuetudo introducta per errorem, vel metum, quod primogenitus ſuccedat, valet; & faciunt ſcripta per Maſquatrum de Suſanis *in tract. de Iudæis, cap.4.14 volum. tractat. num.3. fol.43.* Ripam *in l. nemo poteſt. num.3 ff. de legat.1.* & proceſſerit à legibus, † & 14
inſtitutis Hebræorum: vt docet idem Tiraquel *quæſt.10. num.17. pag.110.* Quorum authoritate moueri potuit Anton. Nebriſſenſis *in ſuo vocabulario*, vbi exponens hoc verbum (*Mayorazgo*) dicit eſſe quem ſacræ litteræ vocabant primogenitum; cui ego aſſentio, in quantum noſtri maioratus maioribus natu deferuntur, ſicut ſuccedebant filij primogeniti in primogenituris ſacræ pagnæ, & non in aliis. Quòd ex infra dicendis apertiùs conſtabit. Et ius primogenituræ apud Iudæos † non 15
reſpiciebat ſucceſſionem in vniuerſo; ſed erant quædam prærogatiuæ, ſeu præeminentiæ, quæ primogenitis dabantur vt habetur *in d. cap.27.* de quo meminit Quint. Mandoſius *in proœmio; gloſ. facultatem, fol.5. col.4. verſic. domini.* Nec omittenda quæ in propoſito ſcribit Simancas *in tract. primogenitorum, c.4.* & iterum *cap.10.* & plura ex ſacra pagina in fauorem primogenitorum ſcribit Nicolaus *de gratiis expectatiuis, quæſt.5. nu.31. pag.410. in volum. gratiæ & iuſtitiæ*, melius Matthæus ab Afflictis *in cap.1. de ſucceſſ. feudi, num.47.* Caſtaldus Beſtaurus *in tract. de Imperatore, quæſt.2. fol.8. col.1.* & tradit *deciſ. Pedemont. 100. num.39.* notanter Guillelm. Benedictus *in cap. Raynuntius, de teſtamentis, in verbo, in eodem teſtamento*, & Oſaſc. *in princ. n.157. fol.216.* qui refert ſex priuilegia primogenitorum. Et ius primoge- 16
nituræ iure † naturæ, & conſuetudinario, & etiam iure diuino eſt approbatum; vt docet elegans *l. tit.15. part.2.* quæ ad hoc eſt notanda: & ius naturale idem eſt quod ius diuinum; vt tradit Manticæ *in tract. de coniecturamen. lib.6. titul.7. n.16. fol.125.* per *capitulum 2. diſtinct.1. & cap. vlt. §.1. diſtinct.9.* & fundat latiùs, quòd ſtatuta quòd ſuccedant fœminæ non extantibus maſculis, non ſunt iniqua, neque contra ius naturæ. Et etiam iure Canonico; vt cauetur in *dict. cap. licet*, & notat Abb. *in d conſil.3.* Nec omitto egregium dictum Curtij ſenioris *in conſil.66. num.15* vbi tradit, quòd ex eo quòd iura antiquiſſima noſtrorum patrum, præſtiterunt maxima & ſumma priuilegia primogenitis, ſic facile ius primogenituræ teuertitur ad ſuam naturam. Quæ concluſio eſt notanda ad pluta, quæ in iſta materia maioratuum contingere poſſunt ¶ Et quod in veteri lege 17
† nullus poterat eſſe Sacerdos, qui non eſſet primogenitus, probatur Geneſ. *cap.14.* & Num. *cap.3.* & in Epiſtola Pauli ad Hebræos, *cap.7.* quod tradit latiùs Tiberius Decianus *in tract. criminali, cap.80. num.5. fol.336.* qui multa bona ad propoſitum ſcribit, & eſt *in lib.5.* vbi ex his diſputat, an ius primogenituræ ſit annexum ſpirituali: quod cautè legendum eſt. ¶ Qualiter populus Decimas Sacerdotibus ſoluebat; & primogenita Deo, tradit Tiraquel. *in tractat. præſcript. pag.23.* quibus addenda ſunt, quæ ſcribit Beſtaurus Caſtaldus *in tract. de Imperatore, quæſt.41. num.2. fol.8.* & eleganter Matth. ab Afflictis *in cap.1. de natura ſucceſſionis feudi,*

num. 15 *fol.* 264. Et qualiter ius gentium ſit idem quod ius naturale, notanter tradit Valaic. *in tract. de iure emphyteut. quæſt.* 3. *num.* 3. & doctè tractat materiam frater Auguſtin. Gil de Roma, *in ſuo libro part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 25. *fol.* 202.

Licèt (inquam) ius primogenituræ ſit de iure gentium, & de iure diuino, & conſuetudinario, & Canonico; † non tamen his temporibus quis compelli poteſt ad præferendum in ſucceſſione filium primogenitum alijs poſtea natis, nec ad relinquendum ei aliquod præcipuum; nec iure fori, nec iure poli pater ad hoc cogitur. Et ius diuinum loquitur permiſſiue, non præceptiuè; quia in re propria quilibet eſt moderator & arbiter, *l. in remandata, C. mandati.* etiam in abutendo, *l. ſed ſi lege, §. conſuluit, ff. de pe. hered.* cum *concord.* Et parétibus † arbitrium diuidendæ hæreditatis inter filios adimendum non eſt *l. parentibus, C. de inoffic. teſtam.* facit. *l.* 1. *C. de ſanct. Eccleſ.* ibi *Liberam teſtandi facultatem*, & in donatione eſt pro ratione voluntas, *l.* 1 *ff. de donat.* notat. Angel. *in conſ.* 179. *col.* 4. *verſ. his præmiſſis inm.* 3. & hoc latius probari poterat. Nec quidquam obſunt *d. l. partita*, & alia *ſupra* citata: quia bene verum eſt, quod ius primogenituræ eſt approbatum iure diuino, conſuetudinario, & canonico. Quod etiam tradit Ripa *in l. nemo poteſt, n.* 3. *fol.* 119. *ff. de leg.* 1. & quod voluit dicere *d. l. partita* ibi: *La primera naturaleza*. Quia eſſe de iure naturæ † nequaquam fundari poteſt, ſi credendum eſt Iuriſconſulto *in l.* 1. *§. huius ſtudij, ff. de iuſtitia & iure* quo loco & in *legibus ſequentibus* agitur de differentijs inter ius naturale, & ius gentium, & ius ciuile: cum quibus concordat. *l.* 2. *tit.* 1. *f.* 1.

Ex qua lege etiam apparet (vt obiter hoc dicam) eſſe vitioſa, † & male ſcripta quædam verba, quæ adſunt in *l.* 31. *tit.* 18. *p.* 3. ibi. *Contra derecho natural ſeria, ſi diueſſen por priuilegio las coſas de vn home a otro, no auiendo fecho cauſa, porque la deuieſſe perder aquel cuyas eran.* Nam dominia rerum ſunt de iure gentium, & non de iure naturali, vt patet ex *dict. §. huius ſtudij* & in *l.* 2. *tit.* 1. ibi. *Capor tal derecho como eſte cada vn home conoce lo ſuyo apartadamente.* Et idem conſtat ex *§. ius gentium*, 1. *dict.* & *§. ius gentium, Inſtit. de iure natur. gent. & ciuil.* Imo de iure naturali omnia erant communia, *c. ius naturale*, 1. *dict. l.* 1. *ff. de acquir. rerum dom.* textum autem in *d. §.* 1. *c. ius naturale*, eleganter explicat Socin. iunior *in l.* 1. *ff. de acquirend. poſſeſſ. num.* 141. *cum ſeqq. fol.* 38. ad iſta legendus, & Epiſcop. Sarmient. *lib.* 8. *ſelectarum in l. cum quidam ff. de legat.* 2. *num.* 24. *fol.* 86. Couar. *in regula, peccatum de regul. iur. in* 6 *part.* 2. *§.* 11 *num.* 4. *fol.* 82. qui declarat differentias inter ius gentium, & naturale. Et dicit ſanctus Clemens in epiſt. 4. *Communis omnium vſus, omnium quæ ſunt in hoc mundo omnibus eſſe hominibus debuit: ſed per iniquitatem alius dixit, hoc eſſe ſuum, alius iſtud: & ſic inter mortales facta fuit diuiſio.*

22 Et ab initio, omnis † terra iure primitiuo erat libera, niſi in quantum violentia erat illata, ſecundùm Hoſtienſem, & Ioan. And. eam *in cap. nimis, de iure iur.* & alios, vt per Matth. ab Afflict. *deciſ.* 67. *num.* 4. & reſoluit Chaſſan. *in catalog. glor. mund. part.* 12. *conſideratione* 33. *fol.* 42. Strac. *de mercatorib. ad fin. pag.* 836. & idem Chaſſanæus *in conſideration.* 50. *dicta* 12. *part.* Tiberius Decian. *in practic. crimin. lib.* 2. *de iure naturali, cap.* 6. *fol.* 22. Et quòd inſpecto iure naturali, non ſolum primogenitus ſed cæteri filij minores, debent admitti ad bona, & ſucceſſionem parentum, tradit notanter Oldradus *in conſ.* 64. *num.* 8. Et Monarchiæ quatuor mundi habuerunt initium à violentia, ſecundum Oldradum *conſilio* 68. & alios citatos per Fuluium Pacianum *in tract. de probation. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 54. *fol.* 137.

23 Et quod de inſtinctu naturæ omnia erant † communia; ſed quòd poſtea fuerit neceſſarium fieri dominiorum diſtinctionem, id lege humana, & ratione naturali factum fuiſſe, & hoc ad reipublicæ vtilitatem pertinuiſſe, latè docet Conradus *tract. de contract. q.* 10. & *ſequentibus*, quem refert, & ſequitur Epiſcop. Couarr. *in* 2. *part. relect. regul. peccatum, de regu. iur. in* 6. *§.* 11. *n.* 3. *fol.* 8. *col.* 2. *in verſic. qua ratione.* Notat eleganter Gregorius Lopez *in l.* 1. *tit.* 18. *part.* 3. *in gloſ.* 1. & *in l.* 2. *tit.* 1. *p.* 1. *in gloſ. in verbo, Apartadamente*, & tradit à Hamada *in l.* 3. *tit.* 1. *p.* 1 *gloſ.* 6. *fol.* 8. quod melius omnibus ex Auguſtino Philippò Bergam. & ex aliis tradit Menochius *in tractatu de præſumption. lib.* 3. *præſumpt.* 100. *n.* 14. *pag.* 87. Et iure † naturali inſpecto, nihil 24
plus iuris in bonis patris aſſequitur primogenitus, quàm cæteri minores fratres: vt probant Oldrad. *conſil.* 94. Natta *conſil.* 179. *n.* 30. Tiraq. *in tract. de primogenitura, q.* 35. *n.* 4. *pag.* 255. Et conſuetudo, quæ præfert filium primogenitum aliis, eſt irrationabilis, & odioſa, & contra naturalem æquitatem, ſecundum Baldum in *l. omnes populi, col. ff. de iuſtitia & iure*, confirmat Aretinus *in conſil.* 162. *n.* 4. & facit, quod notanter tradit Albericus *in dicto proœmio Digeſtorum*, *§. diſcipulis, n.* 9. Et primogenitura eſt contra ius commune, ſecundùm Oſaſcum *in conſil.* 4. *n.* 40. Poſſunt tamen ſaluari verba *d. l. partita* ex aliis verbis *cap.* 1. 1. *diſtinctione*, vbi ius naturale vocatur, † quòd quis non committat 25
in alium, quod contra ſe fieri non vult. Et eſt notanda doctrina Ioannis Fabri *in §. ſingulorum, fol.* 44. *Inſtit. de rer. diuiſione*, vbi tradit quòd radicale principium iuris gentium, ſimul cum iure humano proceſſit, videlicet, ratio naturalis, quæ apud omnes homines idem conſtituit; ſed ipſum ius gentium proceſſit poſteà multiplicato populo. Et de hoc etiam rectè loquitur Molin. *in addit. ad Dec. um. in l. iura ſanguinis. ff. de regul. iur.* Epiſcop. Couarr. *in epi. om. de ſponſal. lib. part.* 2. *cap.* 8. *§.* 4. *num.* 2. *fol.* 126.

Et quid ſit natura, docent duæ & extraordinariæ, & admirabiles leges Regni. Prima eſt *l. tit.* 27. *part.* 2. ibi; † *Departieron los ſabios antiguos, que la natura es* 26
virtud, que eſta encerrada dentro en las coſas, è faze a cada vna obrar aſſi como conuiene, ſegun el ordenamiento que Dios puſo en ellas. Vbi vide Gregorium Lopez, & *l.* 67. *tit* 4. *p.* 1. ibi: *Natura es fechura de Dios, y el es Señor, y el fazedor della.* Et facit *l.* 31. *tit.* 18. *p.* 3. vbi rectè Gregorius Lopez, & facit *l.* 1. *tit.* 24 *part.* 4. ibi: *Es departimiento que ay entre natura, y naturaleza, es eſte: La natura es vna virtud, que faze ſer todas las coſas en aquel eſtado que Dios les ordenò. Naturaleza es coſa que ſemeja a la natura, è que ayuda a ſer, è mantener todo lo que deue ende della.* Vbi Gregorius Lopez, ad quem adde Albert. *in l. quoties, C. de precib. Imperat. offeren.* Rebuffum *in l.* 10 *pag.* 101. & 102. *ff. de verb. ſignif.* & quæ ſit natura docet latè Simon de Prætis *lib.* 1. *de interpretand. defuncti voluntate, interpret.* 2. *dubit.* 2. *ſolut.* 2. *n.* 5. *fol.* 16. & Eccleſiaſtici *c* 7. ibi: † *Natura eſt ab ipſo* 27
eo, qui eſt natura naturans, quam authoritatem, & alia ſimilia citat Men. *in tr. præſumption. lib.* 5. *præſumpt.* 1. *n.* 10 *fol.* 2. vbi addit, quòd eſt nutrix melioris quoad fieri poteſt, & ex his quæ fieri poſſunt, facit † id quod me- 28
lius eſt; & ibi alia ſimilia adducit; & natura ipſa eſt virtutum omnium initium, authore Ciceronе *pro Milone*, quem citat idem Menoch. idem tractans, *lib.* 5. *præſumpt.* 13. *n.* 4. *fol.* 21. & plura notabilia circa iſta traduntur per doctiſſimum Gregor. Lopez Madera *in lib. animadverſionum iuris ciuilis. c.* 2. *per totum*, meliùs Pariſius *in conſ.* 68. *n.* 6. *cum ſequentib. lib.* 4.

Et eſt magna differentia inter ius naturæ proueniens † ex ratione; & ius naturæ proueniens ex ſenſualitate: 29
vt notanter explicat Petrus Barboſa *in* 4. *p. rubric. ff. ſolut. matr. n.* 27. *pag.* 161. Neque omittenda ſunt quæ ſcribit Speculator *in proœmio propriæ operis. n.* 10. *fol.* 2. Chaſſan. *in catalog. gloriæ mund. part.* 12. *conſiderat.* 50. *fol.* 56. Mexia *in pragmat. taxationis panis, concluſ.* 1. *numer.* 115. *cum ſequent. fol.* 28. & de effectibus iuris naturalis plura ſcribit Tiberius Decian. *in pract. crimin. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 7. & 8. *fol.* 23. Et non ſunt prætermittenda quæ ſcribit Decius in *l. iura ſanguinis. ff. de regul. iur.* vbi notanter Michael de Palac. *in tract. de contractib.*

tractib. capit. 3. *pagina* 8. qui aliquid deducit à Iuriſconſulto, eo non relato, in *l.* 1. *§. huius ſtudij, ff. de*
30 *iuſtit. & iur.* & idem *c.* 4. Et quòd ius † naturæ ſit idem quòd ius diuinum; tradit frater Michaël Agia *in tract. de exhibend. auxiliis*, 22. *fundament. pag.* 94.

Saluari etiam poſſunt verba *dict. l.* 31. per textum in *d. §. ſingulorum Inſtit. de rerum diuiſione*; & notata per Decium in *l. cum amplius, §. is natura debet, num.* 3. *pag.* 295. *ff. de regul. iur.* & ſcriptis per Pinellum in *l.* 1. *C. de reſcindend. venditione, num.* 18. vbi tradit ius natu-
31 rale & ius gentium † aliquando idem ſignificare; & ius gentium vocatur quod naturalis ratio inter omnes gentes conſtituit, *in l.* 1. *§. ius naturale ff. de iuſtit. & iur.* declarat Rojas *in epitome de ſucceſſion. c.* 7. *num* 91. *p.* 92. de quo etiam legendus eſt Rebuff. in *l. quod iuſſit, num.* 37. *pag.* 65. *ff. de re iudic.* Et quod ſit vnicum
32 † ius gentium: ſucceſſu tamen temporis variatum, tradit Archidiac. *in c. omnes*, 1. *diſtinct.* Aretin. *in l.* 1. *in princip. num.* 16. *ff. de acquiren. poſſeſſion.* & Alciat. *num.* 125. & Socin. iunior *num.* 337. & alij plures, quos citat Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. q.* 3. *n.* 5. *fol.* 10. ad quem adde Cagnolum *in l. iuri naturæ* 207. *n.* 7. *de regul. iur. fol.* 209. reſoluentem quod ius gentium, & naturale ius, relatum ad hominem, vel ad rationem, debet intelligi reſpectu iuris gentium, quod naturali ratione fuit inductum: vt per Bart. *in l. omnes populi, oppoſit.* 3. *ff. de iuſtit. & iur.* Socinus iunior *in princ. nu.* 180. *ff. de acquirend. poſſeſſione.* ¶. Et ius naturale ſex modis dicitur, vt explicat Paul. de Citadinis *in tract. at. de iure patronat. part.* 1. *iuris genera. num.* 2. *fol.* 9. Et
33 quod ius † naturæ, & ratio naturalis non diſtent, tradit egregiè Caſtro *de iuſta hæreticorum punit. cap.* 29. *folio* 28. qui ſic intelligit *l. ſi quis à liberis, §. parens, ff. de liber. agnoſcend. & l. quemadmodum.* Et ex eo, quòd ſcribit Ægidius Rom. *in tractat. de regimine princip. lib.* 3. *cap.* 5. vbi tradit, quòd regimina Regni efficiuntur
34 quaſi naturalia, quia † conſuetudo eſt altera natura; & Ioan. Cirier, *in tract. de primogen. lib.* 8. *quæſt.* 14. Gregor. Lopez *in l.* 9. *titul.* 7. *in gloſ.* de linage. *part.* 2. & eleganter Quintilian. Mandoſ. *commiſ.* 4. *verſic. de ſui natura, fol.* 21. *col.* 2. & de iure naturali plura noua ſcribit Tiber. Dec. *in praxi crim. lib.* 2. *c.* 6. *num.* 3. *cum ſequentib. fol.* 21. Rodericus Suarez *in l. quoniam in prioribus, C. de inofficioſ. teſtam. limitatione* 2. *num.* 4. vbi Doct. Valdes *pagina* 76. Baraona *in additione ad Ioannem Lopez §.* 37. *num.* 12. *in additione*, quæ incipit, *Quod ius: pag.* 104. vbi refert Conan Epiſcop. Couarr. Pinel Marant. & Sotum, & eleganter Domin. Valdes *in additionib. ad Rodericum Suarez in l. quoniam in prioribus, C. de inofficioſ. teſtam. limitatione* 2. *pag.* 76. Et in iſtis latiùs non inſiſto, quia ſunt extra materiam noſtram. Seruiunt tamen pro deciſione eorum, quæ ſcribit Molin. *lib.* 2. *de primogenit. cap.* 1 *num.* 17. *fol.* 204. vbi latè diſputat, an ſit idem inſtinctus naturæ, & ius naturale, ad quem lectorem remitto.

Et pro diffinitione quæſtionis, quam tractant poſt alios Tellius *in l.* 10. *Tauri, numer.* 3. Molin. *dict. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 52. diſputantes, Vtrùm ſi quantum ad ali-
35 menta filiorum † illegitimorum non ſufficiat Quintum bonorum teſtatoris, poſſit eis relinqui plus quàm Quintum? Et pro intellectu textus *in l.* 9. *tit.* 7. *part.* 2. *in verb. Naturalmente*, vbi à Hamada *gloſſ.* 1. *num.* 5. *fol.* 151. & in propria noſtra materia *l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. *in verb. Naturalmente*. Et pro deciſione quæſtionis diſputatæ à Rebuff. *in tractat. de Decimis quæſt.* 1. *num.* 2. *cum*
36 *ſeqq.* vbi latè tractat an † Decimæ ſint de iure naturæ, vel de iure diuino; ad quæ iungo ſcripta per Auditorem Laram *in l. ſi quis à liberis*, 8. *ſi Parens*, *num.* 18. *fol.* 207 *ff. de liberis agnoſcend.* Et quæ ſit ratio naturalis, & quotupliciter nominetur, traditur eleganter per Tiberium Decian. *in pract. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 1. *cum ſequentib. fol.* 24. qui *capit.* 8. plura tradit de iure gentium: & idem *capit.* 10. & de iure diuino *capit.* 12. plura notabilia ſcribit, & quantum valeat ratio naturalis ex pluribus, docet Rebuff. *in leg. vnica, Cod. de ſeminatiis quæ pro eo quod intereſt: notab* 11. *n.* 1. *cum ſeq. pag.* 148.

Ad rem igitur noſtram calamum conuertendo, ex prædictis apparet, quòd ius primogenituræ † minimè 37
eſt de iure naturæ; imo ius primogenituræ eſt præter ius naturæ: vt latè docet Albericus *in l. donationes quas diuus, numero* 4 *fol.* 55. *C. de donation. inter virum & vxor.* per *l. ſcripto, ff. vnde liber.* & alia conſimilia. Nec etiam eſt de iure conſuetudinario neceſſario, vel voluntario. Et licèt aliquando parentes filios maiores, minoribus in ſucceſſione anteponant, donando eiſdem plura bona quàm fratribus minoribus, non eſt ita conſuetudine hoc receptum, quin experientia appareat, quòd maxima pars hominum ab hac deuiat via. Et idcò non ex vi conſuetudinis quis tenetur relinquere filio maiori plus quàm aliis poſt eum nati; & hoc apud Hiſpanos receptiſſimum eſt, ſed nec ex iure diuino pater iſtam prælationem & primogenituram hodie facere tenetur: quia à Teſtamento † nouo, & lege à noſtro Chriſto 38
Ieſu lata, ceſſauerunt præcepta veteris Teſtamenti, tam iudicialia, quàm ceremonialia; & moralia non obligant ex authoritate veteris legis, ſed ex eo quòd ſint à natura, & à Ieſu Chriſto lege Euangelica approbata, vt patet ex *cap. tranſlato, de conſtit.* cuius authoritas deducta fuit à diuo Paulo *ad Hebræos, cap.* 7. Notant ſanctus Thomas 1. 2. *quæſt.* 99. *artic.* 4. Florentinus *part.* 1. *titul.* 14. *cap.* 5. & latè ex noſtris declarat Epiſcop. Couarr. *lib.* 1. *reſolut. cap.* 17. *numero* 1. vbi rem iſtam à radice extirpat; & tangit idem *libro practicarum quæſtionum cap.* 31. *num.* 1. Ioann Guttierrez *libro* 2. *canonicarum quæſtionum. cap.* 21. *num.* 13. *cum ſequent. pag.* 375. & fideicommiſſum, & acquiſitio ex teſtamento, non eſt de iure diuino, vt fundat Alexand. *in conſil.* 2. *numero* 19. *lib.* 1. † Et in materia ſucceſſionum non procedit lex 39
Moſaica, ſecundum Imolam *in conſil.* 1. & Chaſſanæum *in conſuetudin. Burgun. rubric.* 7. §. 1. *folio* 228. *col.* 1. *numero* 1. *verſicul. quantum ad primum.* Quibus adde quæ notanter ſcribit *Tiraquel.* vbi plura cumulat, *in tractatu. de vtroque retract. lib.* 1. *in præfatione, numero* 18. & in *tractatu de primog. quæſt.* 60. *numero* 5. & *numero* 13. cui adde Gozadin. *in conſil.* 51. *numero* 17. & Purpura. *in l.* 1. *numero* 142. *ff. ſi certum petat.* Robert. Lancel. *in tractatu, de attent. in præfatione, numero* 92. *pag.* 7. Tiraquel. *in tractatu de primogen. quæſt.* 66. *per totam*, præcipue *num.* 21. *cum ſequentib. pag.* 372. Emanuel Suarez *lib.* 1. *receptarum ſententiar. in verſicul. Iudæos, pagin. mihi* 300. *colum.* 2. Lancellot. Conrad. *in templo Iudicum lib.* 1. *cap.* 1. *de Imperatore, §.* 4. *de præſtantia & potentia Imperatoris, quæſt.* 18. *numer.* 8. *fol.* 83. Burſat. *in conſil.* 181. *numero* 1. *lib.* 2. Epiſcop. Couarru *in epitome ad quartum, part.* 2. *cap.* 6. §. 10. *num.* 1, *cum ſequentib. fol.* 80. & *lib.* 2. *reſolut. cap.* 20. *num.* 2. & ſecundum ea quæ idem Epiſcop. Couarru. & Tiraquel. ſcribunt, moderanda & intelligenda ſunt quæ tradit Pariſius *in dicto conſil.* 68. *numero* 342. *lib.* 4. *cum ſequentib.* vbi latè agit, an lex Moſaica allegari poſſit, & Maſquad. de Suſſanis *in tractatu Iudæorum, part.* 2. *cap.* 31. *numero* 5. *fol.* 42. 1. 4 *volumine tractat.* & Robert. à Maranta *in practica iudic.* 3. *part. princip. num.* 13. *fol.* 18. Ioſeph Maſcardus *in tractatu de probation. lib.* 1. *concluſione* 191. *numero* 1: *cum ſequentib. folio* 31. Idem Tiraquel. *de pœnis temperand. cauſa* 38. *num.* 4. Menochius *lib.* 2. *de arbitrar. iudicum caſu* 290. *numero* 10. & *caſu* 356. *num.* 15. Robertus Lancellot. *in tractat. de attentatis in præfatione, numero* 59. & iterum *numero* 72. Tiberius Decianus *dict. cap.* 11. *numero* 4. *fol.* 27. Paleotus *de notiis & ſpuriis, cap.* 54. *num.* 8. *folio* 69. 8. *volumine tractatuum.* Nec de iſtis oblitus fuit Maſcardus *in tractatu de probationib. lib* 1. *concluſ.* 191. *numero* 1 *cum ſequentibus folio* 138. Neuizanus *in ſylua nuptiali lib* 6. *pagina* 196. Abrogata ſunt igitur omnia mandata Legis veteris in prædictis, niſi in his quæ Lege noua Chriſti reperiuntur confirmata. ¶ Et idem in terminis, quòd noſtri maioratus non ſint illa † primogenia Hebræorum, tradit Epiſ- 40
copus Simancas *lib. de inſtitut. catholi. cap.* 9. *num.* 125.

Burg. *in proœmio legum Taur. n. 92. cum aliis*; & idem Simancas *lib. 3. de primogenit. cap. 1.* Et quòd primigenia non ſint de iure diuino, tradit idem Simancas *lib. 1. cap. 3.* ad quem addo Zaſium *conſil. 20. num. 11. lib. 2.* Quibus autem præeminentiis, prærogatiuis, & priuilegiis gaudebant primogeniti in ſacra pagina, declarant Gloſ. & Archidiaconus *in cap. quàm periculoſum 7. quæſt. 1.* Ioann. Andr. *in cap. licet, de vot.* Curt. ſenior *in conſ. 66. n. 9. & in conſ. 68. n. 9.* Et ex hoc ſequitur, quod primogenia ſacræ paginæ nos non obligant. Ius autem Ciuile, aut Regium, parentes non cogit ad faciendum maioratum, vel melioriationem in filios: quamvis ob bonum publicum permittat parentibus facere maioratus & melioriationes.

Et quòd leges hoc permittant ob publicam vtilitatem, † patet ex expreſſa *d. l. 2.* ibi: *Pero con todo eſſo.* 41
Et tenet in termiuis Abb. *in dict. conſ. 3. n. 1. lib. 2.* per text. *in authent. de trient. & ſemiſſe, §. hinc nos, & l. maximum vitium, C. de liber. præter.* quod more ſolito latius confirmat Tiraquel. *in tractatu de primogen. q. 4. n. 13. pag. 79.* Notanter Natta *in conſ. 475. n. 10. lib. 2.* & quòd ius naturæ & gentium exigat, quòd filius maior ſuccedat in Regno, tradit Franciſcus Patritius *lib. 9. de Regno c. 22.* quem citat Epiſcopus Couarr. *in pract. q. 1. n. 7.* Quare merito dixit Guillel. Benedict. in *cap. Raynutius, in verbo, in eodem teſtamento relinquens, in 1. num. 159. fol. 217. de teſtam.* quòd conſuetudo, quòd primogenitus ſuccedat, fundatur iure diuino naturali, voluntario, & poſitiuo, non autem neceſſario. Item, eſt conſiderandum, quòd authoritates ſacræ Scripturæ loquuntur permiſſiuè, non præceptiuè, nec obligant, ſed
42 permittunt. ¶ Eſt autem obiter animaduertendum ad *dict. l. Part.* dicentem, primogenia eſſe ad vtilitatem publicam permiſſa: quia ad multa, quæ in hoc opere ſcribuntur ſunt verba prædictæ legis maximi momenti. Et de origine maioratuum plura ſcribit Molin. *lib. 1. c. 2. n. 1. cum aliis*; & quòd antiquitus primogenitis ibi duplicabantur, tradit Gloſ. *in cap. quàm periculoſum, 7. q. 1.* quam refert & confirmat Fuluius Pacian. *in tract. de probationibus, lib. 2. c. 16. n. 115. fol. 100.* & quòd habent primogeniti portionem duplicatam, tradunt Gloſ. & Doctores *in cap. quàm periculoſum 7.* & Ioan. Andr. & Doctores *in c. licet, de voto.* & alij quos citant Tiraquel. *in tract. de primogenitura, q. 21 1. n. 11.* Ceph. *in conſ. 175. n. 1. lib. 2.* Dan. 2. Ioſeph *antiquitatù lib. 4. c. 8.*

43 Sed licèt vera, & ſolida ſit concluſio, parentes non cogi, nec ex lege naturæ, aut gentium, diuino, conſuetudinario, Regio, aut Ciuili, ad relinquendum plura bona filiis maioribus quàm filiis minoribus; cognoſcitur tamen, ex eo quod primogenita tot legibus, & inſtitutis permiſſa, & approbata ſunt, vanam eſſe ſuperſtitionem illorum, qui timent conſtituere maioratus, & ſibi perſuadent, quòd in foro animæ non licèt facere maioratus, aut melioriationes; nec credendum eſt ita à iuſto deuiaſſe tot leges, & conſuetudines, quæ iſta primogenita permittunt & amplectuntur, & ad confuſionem eorum, qui ſuper hoc dubitant, ſufficit quòd noſtræ leges Regales, & vniuerſales, & inueterata huius Regni conſuetudo, permittant horum maioratuum confectionem.
44 Nam Reges in terris † ſunt Vicarij Dei, vt conſtat ex *l. 5. tit. 1. part. 1.* Notat Sanctus Thomas *in libro de regimine Princip.* & vt dicitur Prouerb. 8. *Per me Reges regnant, & conditores legum iuſta decernunt.* Et Prouerb. 21. *Sicut diuiſiones aquarum ita cor Regis in manu Domini.* Et cum Rex iuſtus ſederit ſuper ſedem, non aduerſabitur ſibi quicquam malignum. Et iſta latiùs habentur *in epiſtola, Inter claras, C. de ſumma Trinitate, & fide catholica.* ¶ Et primogeniorum iuſtitiam, & ea
45 licita eſſe in animæ iudicio, latiùs docent Dominicus Soto *libro 4. de iuſtitia & iure, quæſt. 1. artic. 1.* Mench. *part. 1. §. 1. n. 16. verſ. Illud autem permittendum eſt*; qui ad hoc refert Tellum *in l. 27. Tauri, n. 20.* illud addens, quòd habetur *Geneſ. c. 48.* vbi Iacob in diuiſione bonorum, quam inter filios fecit, Ioſeph. meliorauit, ibi: *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi.* Latiùs omnibus Domin. Anton. de Padilla *in rubric. C. de fideicom. n. 2. cum aliis*, Molin. *lib. 2. cap. 1.* Rojas *de ſucceſſione ab inteſtato, c. 3. n. 43. pag. 22.* & ſex priuilegia primogenitorum cumulat Staphil. *de literis gratiæ*, vel Ioannes Nicolas *tit. de gratiis expectativis, n. 37. pag. 412.* poſt Gloſſam, & Archidiacon. *in c. quàm periculoſum, 7. q. 1.* & in Venetia bona conditionata vocantur de fideicommiſſo, vt teſtatur Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellianum, p. 3. n. 40. pag. 49.* Ex quibus conſtat, iniuſte reprehendiſſe Simancas *in d. loco. n. 126.* authores iſtorum maioratuum, vbi valde apparentibus rationibus damnat iſtos maioratus.

Et ex ſuperioribus facilè percipitur, † grauiter errare eos, qui in variis quæſtionibus ſumunt argumentum 46
ex primogenitis ſacræ paginæ ad deciſionem quæſtionum, quæ in iſta materia in Italia, Gallia, & Hiſpania, & in aliis diuerſis partibus contingunt; id enim erroneum eſſe iudico. Et iſte error etiam ex eo patet, quòd bona primogenituræ, de quibus fit mentio in ſacra pagina, non inuenitur, quòd eſſent inalienabilia; nec habebant alias qualitates, quæ competunt bonis maioratus: & idem iudico de primogenituris Galliæ. Vnde nec in nomine, nec in ſubſtantia, maxima ex parte conueniunt, & ſi in aliquo æquiparantur, eſt in ſucceſſione: quia ſicut illa primogenia maioribus natu deferebantur, ita (pro maiori parte noſtri maioratus. Benè etiam verum eſt, quòd ſtante eadem ratione, erit iuſtiſſima prædicta argumentatio, & ſimilitudo: imo in dubio rectè iudicabit, qui ſequutus fuerit exempla & dogmata ſacræ paginæ ad deciſionem in dubiis noſtrorum maioratuum, quæ quamuis ad iſta nullius ſint authoritatis, tamen propter illius ſcripturæ antiquitatem obſeruari & cuſtodiri merentur, & ea imitari dedignari non debemus.
Retinendus † namque eſt mos fideliſſimæ vetuſtatis, 47
l. teſtamenta omnia, C. de teſtam. vbi Paul. Aret. & Corn. qui illum textum dicit eſſe moralem; & probatur *in cap. Ridiculum, 12. diſtinct.* & notat Gloſ. *in cap. quanto, in verb. antiquitas, de tranſlat. prælat.* & eſt bonus textus *in l. antiqui, ff. ſi pars hæred. petat.* & vetuſtas, ex *l. 2. §. denique, ff. de aqua pluuia arcend.* Et probatur ex Ouidio *lib. 4. Faſtorum*, ibi: *Pro magno teſte vetuſtas Creditur.* Et lib. 1. Metamor. *Saxa, quis hoc credat, niſi ſit pro teſte vetuſtas? Ponere duritiam cœpere.* Et conducit lex, *in finalibus, ff. finium regundo. l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æſtiua. l. ſi arbiter, ff. de probat. l. vltima, ff. de aqua pluuia arcend.* ibi: *Quibus authoritatem vetuſtas daret.* Et valet † argumentum ab authoritate maiorum, *cap. cum haberet, de eo qui* 48
duxit in matrimonium. cap. omnes Principes, cum *ibi* notatis, *de maioritate & obedient.* latè Euerard. *in centum locis, loco 48. ab authoritate, ſeu exemplo maiorum, pag. 350.* & aliæ concordantes, quas omitto; & ad hoc faciunt quæ ſcribit Guillel. Benedict. *in cap. Raynunt. in verbo, Et vxorem nomine Adelaſiam, n. 18. fol. 49. de teſtament.* & de authoritate ſacræ Scripturæ agit notanter Ioan. Lopez *in libro Regni Nauarræ. §. 9. p. 5.* Ad quæ omnia addo doctiſſimum Manticam *lib. 6. de coniectur. mente defuncti, tit. 7. n. 16. & 17. pag. 230.* reſoluentem, quòd ius naturale dicitur ius diuinum, ex *Num. c. 27. & c. vlt.* & Pariſio *in dict. conſ. 68. n. 337. lib. 4.*

Nec minus falluntur, & errant, qui ad diffinitionem 49
litium, quæ ſunt in Hiſpania ſuper maioratibus, faciunt vrgentia argumenta de primogenituris Galliæ, ac Italiæ. Nam primogenita Hiſpaniæ quoad ordinationem, & inſtitutionem, & reuocationem, ſunt iudicanda ſecundum leges iſtius Regni, & quoad alia ſimilia, quantum ad ſucceſſionem regulantur in omnibus, à voluntate illorum qui ea inſtituunt, & quoad alia plura, quæ cauentur in ordinationibus maioratuum, quæ pro lege ad vnguem ſeruari debent; vt patet ex *l. 40 Taurina, in fin.* & ab aliis, quæ ſcribo *in ſecunda parte huius operis, in principio.* Et ius primogenituræ in Gallia & Italia defertur vt legitima, ſecundùm Oldradum *in dict. conſil. 94.* eleganter Alberic. *in proœmio Digeſtorum. §. diſcipuli*, Ioan. Andr. *in dict. c. licèt, de voto. col. 2. verſic ſed nunquid:*

nunquid: Molin. *in dict. gloſ. 3. numer. 4. & 14.* Ex quo Authore apparet in *num. 6.* quòd ius primogenituræ, quod ex lege contractus conceſſionis, vel inueſtituræ defertur ad primogenitum, differt multum à iure primogenituræ; quòd titulo hæreditario competit. Ad quæ faciunt, quæ ſcribit Iul. Clar. *§. feudum, quæſt. 85. & 86.* & doctrinam Oldrad. amplectuntur alij, quos refert Tiraquel. *in dict. tractat. quæſt. 5. num. 3. pag. 94. & quæſt. 21. num. 3. pag. 204. & quæſt. 76. in princip. pagin. 391.* & declarat Molin. *vbi ſupra*, & tradit eleganter Cephalus *conſilio 174. & conſil. 173.* vbi per plura probat, quòd in Italia ius primogenituræ competit vt legitima, in tantum, quod pater filium non poteſt priuare primogenitura directè, nec indirectè, nec pœnam apponere. Et ſcribit Ripa in *l. in quartam, num. 133. fol. 148. ff. ad l. Falcid.* Quòd licèt in Regno ſuccedat ſolus primogenitus, *cap. licèt de voto*, eſt tamen aſſignandum aliquid pro legitima cæteris liberis, quod *Appanagium* Gallico ſermone vocatur à *pane*. De quo per eundem Ripam *reſponſ. 80. num. 19.* Quibus adde Abb. *in dict. conſil. 3. num. 1. lib. 2.* vbi inquit, quod ſucceſſor in primogenitura debet ſe fundare in teſtamento, aut ab inteſtato, vbi non abfuit teſtamentum, & tanquam hæres, & (omitatus defertur illi vt hæredi. Et notatur etiam per Guillelm. Benedict. *in c. Raynutius, in verb. in eodem teſtamento relinquens, in 1. num. 144. fol. 215. de teſtam.* de quo latiùs tracto *in 4. part. quæſt. 1.*

50 ¶ Et quòd maioratus Hiſpaniæ longè † diſtent à primogenituris Galliæ & Italiæ, colligere licet ex Doctoribus Gallis, qui hac de re loquuntur. Et qui diligenter conſiderare voluerit, multas inueniet diſſimilitudines, quarum aliquas ego in proſequutione huius operis declarabo ſuis in locis. Et hoc animaduertit (licèt obiter) Epiſcopus Simancas *dict. cap. numero 126.* latiùs Molin. *lib. 1. de primogen. cap. 1. num. 6.* & Simancas *dict. cap.* Burgos de Paz *in proœmio legum Tauri, n. 101.*

51 Et ex iſtis etiam cognoſcitur, quàm neceſſarius ſit in Hiſpania hic noſter tractatus Maioratuum. Si tantum ego hoc opus ad Dei maximi, & Ieſu Chriſti gloriam, & ad reipublicæ vtilitatem, & bonum commune perfectum, & ex omnibus partibus conſummatum redderе poſſim. Nam ad hæc duo reſpicere debent, qui ſcribendi
52 † munus tam oneroſum accipiũt, vt recto tramite omnia procedat, vt patet ex *proœmio, tit. 1. p. 1.* ibi: *A ſeruitio de Dios, è pro comunal de las gentes, fazemos eſtre libro.* Et l. 11. eod. tit. ibi: *El fazedor de las leyes deue amar à Dios, è tenerlè ante ſus ojos, quando las fiziere, perque ſean derechas è cumplidas. E otroſi deue amar juſticia, è pro comunal de todos.* Et *l. 9. eod. tit.* ibi: *E à pro comunal de todos.* Et quamuis Ioan. Cirier, Matt. Laud Ioan. de Terrarubea, & omnibus perfectiùs Andr. Tiraq. vir ſummæ eruditionis, integros hac de re fecerunt tractatus, quos citat Tiraq *in d. tr. de primog. in præfatione. n. 221.* quorum ego calceamenta (vt aiunt ſoluere non ſum dignus, non ſatis ſunt, nec ſufficiunt ad declarationem maioratuum Hiſpaniæ, vt in huius operis progreſſu luce clarius apparebit. Imo, ſi cautè dicti tractatus non legantur, & applicentur, quæ in eiſdem ſcripta reperiuntur, facile legentes in varios errores labentur. Quod adeo verum eſt, vt Zaſius, alioquin vir eruditiſſimus *conſ. 3. n. 15. lib. 1.* non rectè perceperit, quid eſſet verbum hoc *(maioria)* ſed Deo gratias agant Iureconſulti, maximè Hiſpani, quia creauit doctiſſimum, & iuris peritiſſimum dominum Ludouicum à Molina in ſupremo Regis noſtri Senatu magnum Conſiliarium, qui tanquam luminare magnum in iſta materia, ſuo opere inſigni, & perfectiſſimo, errores omnes diluit, & inſigne opus in hac materia maioratuum in lucem edidit, à quo ingenuè fateor quod multa didici.

Prædicta autem Maioratus definitio, quam ſcripſi *ſupra, n. 4.* pro maiori parte vera eſt, & tenenda, quamuis
53 omnis † definitio in iure ſit periculoſa, *l. omnis definitio, ff. de regul. iur.* Et cum contineat ſubſtantiam definiti, poteſt dici congrua definitio *l. 1.* cum *ibi* ſcriptis, *ff. de teſtam.* de quo latiùs per Euerard. *in centum locis argumentandi, loco 44. à definitione ad definitum, pag. 330.* latè Cagnol. poſt Decium *in dict. l. omnis definitio.* Loriotus *in l. 1. ff. eodem tit.* Alciatus *lib. 6. Paradoxorum c. 9.* Viglius *in princip. Inſt. de teſtam.* Epiſcopus Couarr. *in 1. part. rubricæ de teſtam. n. 1. cum ſequent.* Ioann. Gutierr. *in l. nemo poteſt, n. 351. ff. de legat.*

¶ Ex hac igitur diffinitione iuſta ratione infertur, quòd
54 meliorationes Tertij † & Quinti factæ per patrem in fauorem filij, cum vinculo & grauamine reſtitutionis, & onere alicẽto, quod bona in perpetuum veniant ad filios maiores, & quòd alienari non poſſint, & cum aliis ſimilibus clauſulis, quæ in huiuſmodi vinculationibus & melioriationibus apponi conſueuerunt, ſicut in maioratibus, Regia authoritate, & facultate conſtitutis, dici poſſunt Maioratus: cum in ſubſtantia & effectu non differant vnum ab alio. Et maioratus conſtitutus cum Regia licentia excedat, & diſtet ab alio priuata authoritate ſtabilito, ſolum in licentia Regali, cuius virtute, & permiſſione, licitum eſt vinculare bona vltra Tertium & Quintum, in fauorem vnius filij, & in præiudicium aliorum
55 filiorum. Solummodò igitur † differunt, quòd vnus factus eſt de pluribus bonis quàm alius, & ſunt ſicut genus & ſpecies: quia ſub genere Maioratus, comprehenduntur meliorationes Tertij & Quinti, vbicunque bona ſunt vinculata cum qualitatibus, quas ſuprà ſcripſi. Nam
56 & genus † verificatur de qualibet ſpecie, vt notat Abb. *in c. 2. col. vlt. verſ. tertio decimo nunquid capitulum, fol. 130. n. 2. de maior. & obed.* per *l. filiusfamilias, ff. de don. & in c. auditis*, iuncta Gloſſ. *de præſcript.* & differentia ſecundum plus, vel minus, non conſtituit differentiam ſpecificam, *l. vlt. ff. de fundo inſtruct.* text. ſingul. *in l. cum teſtamento, §. 1. ff. de except. rei iud.* Soc. iunior *in l. 1. in princ. n. 300. ff. de acquir. poſſeſſ.* poſt Bart. & DD. Gozad. *in conſ. 59. n. 12.* Peralt. *in l. Manius, §. fundo legato, n. 15. pag. 534 ff. de legat. 2.* Cephalus *conſilio 300. n. 11. lib. 2.* Quintilian. Mandoſius *in tract. de inhibitionib. q. 100. n. 4. fo. 42.* Cagnolus *in l. omnis diffinitio. 203. n. 75. ff. de regul. iur.* Niſi vbi eſt diuerſa ratio, quia tunc plus vel minus diſtant, ſecundùm Gloſſ. & Bart. *in l. penult. ff. de nouæ.* Iaſ. in *l. qui bis idem, ff. de verbor. oblig.* Ludouicum Gomez *in regul. de infirmis reſignantibus, q. 19. pag. 194.* Ex quibus obiter confirmo doctrinam Molin. *lib. 1. de primog. c. 10. n. 34. fol. 82.* quod latè tractat *part. 4. dict. l. vlt. q. 26.* vbi ex ratione tenet, quòd ſicut ſucceſſor in maioratu non tenetur ſoluere debita prædeceſſoris, quæ ſunt in magna quantitate, non tenetur ſoluere debita parua. Et genus ab ſpecie non differt, niſi in quantitate, quia genus plus
57 † includit quàm ſpecies, ſecundùm Ioan. Andre. *in cap. accuſatus, de hæret. lib. 6.* Geminian. *in conſ. 6.* Socinus iunior *in conſ. 129. n. 8. lib. 2.* Et ſi benè inſpiciatur in communi vſu loquendi, qui præfertur propriæ verborum ſignificationi *d. l. librorum, §. quòd tamen Caſſius, ff. de legat. 3. l. anniculus, ff. de verbor. ſignif.* notabilis l. 5. in verſ. *Fueras ende, ſi era coſtumbre del teſtador, ò de la tierra, tit. 33. p. 7.* & *l. 6. eodem tit.* Qui etiam communis
58 † vſus loquẽndi omni regulæ, omniquè conſtitutioni, in exaudiendis, vel examinandis ſermonibus derogat. Iuxta ſententiam Bart. in *l. omnes populi, n. 58. ff. de iuſtit. & iur.* & tradit latè Epiſcopus Couarr. *reſol. lib. 3. cap. 5: n. 1.* & verborum ſignificatio ſemel aſſumpta, non debet ex tempore variari, vt tradunt Carol Ruin. *in conſ. 117. n. 7. & lib. 2.* Mantic. *de coniecturata mẽt. lib. 3. tit. 11: n. 21. fol. 40.* & in aliis locis latiùs dicetur. Vbicunque enim aliqua bona ſunt vinculata, & alienari prohibita, vocantur communiter bona maioratus, & vinculum, etiamſi maioratus, & vinculum non ſit factum Regali authoritate, quod omnibus notum eſt. Vnde eodem frui debent priuilegio, quo bona maioratus, & vt prædixi, eſt ſpecies maioratus, quæ propriè generi ineſt *l. interr. §. primo. ff. de adulter.*

Et hæc concluſio, quòd maioratus factus priuata au- 59
thoritate, & per melioriationem Tertij & Quinti, parificetur maioratui facto cum facultate Regia, apertiſſimè probatur

probatur in *l.* 44. *Taurina, in princip.* ibi: *El que hiziere mayorazgo, aunque ſea con autoridad nueſtra.* Quæ lex clarè æquiparat maioratum factum priuata poteſtate, cum illo, qui eſt factus ex licentia Regia, & vocat Maioratum, & vt apparet ex verbis ſequentibus illius legis, iuncta *l.* 17. *Taurina*, hodie, *l.* 1. *titul.* 6. *lib.* 5. *Recopilationis*, in caſibus, in quibus ſit maioratus irreuocabilis, conſtitutus cum Regali facultate, in eiſdemmet caſibus licet reuocare maioratum conſtitutum abſque Regia facultate, vt melioriationem Tertij & Quinti. Quod tenendum eſt firmiter, licèt in paucis verbis contrarium videatur tenere Epiſcop. Simancas *in lib. diſceptationum. cap.* 6. *pag.* 10. Et ad hanc opinionem quòd Maioratus & Melioratio æquiparentur, plures refert à Humada *in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. *gloſſ.* 17. *num.* 12. *fol.* 148. Ex quibus fundamentis plura decidi poſſunt, quæ in proſequutione huius operis (Deo fauente) apparebunt.

60 ¶ Et cum hoc verum ſit, quòd appellatione Maioratus, quodlibet vinculum † contineatur factum in fauorem filiorum, qui maiores natu ſunt, vel etiam in fauorem filiorum ſecundorum; provt multoties fit, dummodò bona ſint vinculata: meritò hoc in tractatu agendum erit, non ſolum de maioratibus factis cum faculratibus Regalibus, ſed etiam de factis per viam melioriationis Tertij, & Quinti, quas Hiſpani Meliorationes vocamus, quaſi quòd pater meliorat vnum ex filiis inter alios.

61 ¶ Et hoc † verbum (*meliorare*) non eſt nouum, quia illo Iuriſconſulti, linguæ Latinæ peritiſſimi & obſeruantiſſimi vtuntur, quamuis in alio effectu, præcipuè in *l. aquiſſimum, §. inde quæſitum. ff. de vſufruct.* & Imperator *in l. ſicut. C. de euictio.* & in *l. authoritate*, quæ eſt penultima, *C. de omni agro deſert. lib.* 11. & in *l. vltima, C. de fund. rei priuat. eod. lib.* Quod prodeſt pro intellectu illorum, quæ ſcribit Tellius in *l.* 11. *Tauri, num.* 5. de hoc verbo (*melioratio*) quando ſtet computatiuum, vel poſitiuum; & eorum, quæ ſcribit Ioan. Lopez in *l.* 27. *Tauri, fol.* 80. *col.* 2. *in verſic. item pondero. num.* 48. De quibus tamen Meliorationibus, quia Scribentes in legibus Taurinis latè tractant, præcipuè *Tellius*, qui in hoc certamine vincit, pauca ego tractabo, & ea tantum quæ aliqua egent declaratione. De maioratibus conſtitutis Regia authoritate latiùs differendum erit; ne autem vana ſit diſputatio, & æquiparatio quæ facta eſt de maioratu cum licentia maieſtatis Regalis condito, ad maioratum factum per viam melioriationis Tertij & Quinti, aliqua inferre libuit, ex quibus apparebit, dictam controuerſiam & reſolutionem non inutilem eſſe.

62 Primò infertur, quòd omnes leges, quæ loquuntur ſimpliciter de maioratibus tam quoad ſucceſſionem, quàm quoad alia habent locum non ſolum in conſtitutis cum Regia facultate, ſed etiam in factis per viam melioriationis Tertij & Quinti. Quod voluit Peralt. *in l.* 3. *§. qui fideicommiſſam. n.* 138. *ff. de hared. inſtit.* Vnde fit, quod *l.* 40. *Taur.* quæ præfert in ſucceſſione maioratus nepotem patruo, niſi aliud à diſponente ordinatum ſit, habet locum in maioratu conſtituto per melioriationem Tertij & Quinti. Et ad hoc facit quod ſcribit Epiſcop. Couarr. *in practic. quæſt. quæſt.* 37. *numer.* 9. *verſicul.* 7. *ex his*, vbi inquit, quòd quando conſtat aliquod patrimonium eſſe Maioratum, nec conſtat de clauſulis fideicommiſſi, eſt ſeruanda diſpoſitio *dictæ l.* 40. quod hodiè nouiſſimè tradit, hoc non relato, Ioan. Guttierrez *lib.* 2. *practicarum quæſtionum. quæſt.* 79. *num.* 6. *pag.* 176. *& in l. nemo poteſt. num.* 60. *ff. de legat.* 1. & idem eſt dicendum in caſu *l.* 41. quæ tractat de probatione rerum maioratus, & in caſu *l.* 45. quæ facit poſſeſſorem in maioratu ſucceſſorem ipſo iure, defuncto prædeceſſore, quod in materia poſſeſſionis rerum maioratus, *in* 3. *parte huius Operis, quæſt.* 1. latiùs ego fundo. Et idem procedit in caſu *l.* 46. *in eiſdem legibus*, quæ tractat de melioriationibus factis in rebus maioratuum, hodie *l.* 6. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopilat.* & tradit Ioann. Garcia *de coniugali acqueſtu, num.* 89. qui alios citat qui hæc non dicunt. Quod etiam reſoluit Molina *lib.* 1. *de primogen. cap.* 1. *numer.* 27. Matienço *l.* 11. *tit.* 6. *gloſ.* 11. *num.* 2. *fol.* 161. *lib.* 5. *Recopilation.* Burgos de Paz *quæſt. ciuil.* 6. *num.* 45. & ex legibus, quæ de Tenuta bonorum maioratus loquuntur, & de ſupplicatione interponenda, & de aliis ſimilibus, quæ etiam ad hanc melioriationem Tertij & Quinti ampliari debent.

Et hoc fulcitur, quia vtilitas publica, quæ reſultat ex maioratibus, & conſeruatione bonorum, quam latè dóceo *in* 1. *quæſt. infra à num.* 34. militat etiam in bo- 63
nis vinculatis † in fauorem primogenitorum, & deſcendentium authoritate priuata. Vnde prædictæ leges tanquam Reipublicæ fauorabiles, ſunt ampliandæ, *l. ita vulneratus, §. multa. ff. ad leg. Aquil. l. conſtitutionem. ff. de appellat. authen. res quæ. C. communde legat. leg. quemadmodum. C. de agricol. & cenſi. li.* 11. vbi Bart. & dictam ampliationem ad *dict. l.* 40. videtur tenere (licèt dubitans) Peralta, quem poſtea legi *in rubric. ff. de hared. inſtit. num.* 122. & 123.

Secundò deducitur, quòd ſi quiſpiam, qui filios non 64
habet, velit facere † maioratum, & vinculum de omnibus bonis, vel de aliqua parte bonorum, abſque facultate Regia, quod iure facere poteſt, & vt poſtea tractabitur, prædictæ leges locum ſibi vendicabunt in tali maioratu, tam quoad ſucceſſionem, quàm quoad alia, niſi aliud à teſtatore diſpoſitum ſit.

Tertiò infertur idem eſſe, vbicumque aliquis relinquit quampiam rem, ſiue filios habens, ſiue eis carens, non exprimendo, quòd illam relinquit titulo maioratus; ſed ſolum dicendo, quod illam rem, quam alicui relinquit, vult eſſe vinculatam, & quòd alienari non poſſit, & quòd deueniat ad filium maiorem, vel ad proximio- 65
res de generatione, & parentela, per viam † patronatus, quod plerumque in multis partibus Hiſpaniæ fit. Nam plerique faciunt vinculum certæ rei, vel certæ partis bonorum per viam patronatus. Et nunc pendet in hac Regali Cancellariali ſuper quodam Patronatu magni valoris, quem teſtator hoc nomine nuncupauit, & vinculauit plura bona in fauorem quorundam conſanguineorum, cum præcepto & grauamine, quòd ad maiores natu, & proximiores de generatione deuenirent, & cum aliis clauſulis conſuetis. Quia hic, & alij Patronatus in ſubſtantia ſunt quidam Maioratus. Et quamuis iuxta prouinciæ morem, alio nomine nuncupentur, ſubſtantia 66
rei non immutatur propter noſtrum affirmare, † vel negare; ſecundum Ariſtotel. *lib.* 1. *Ethicor. paulò ante finem.* Et ita ſummatur *lex, aſſumptio, ff. ad municip.* facit famoſa, *lex, inſulam. ff. de præſcript. verb.* & *l. cum falſa, C. de iuris & fact. ignor.* De quo plura ſcribit Tiraq. *lib.* 1. *de retract. §.* 23. *gl. vnica, num.* 36. & in *tract. de Conſtit. part.* 2. *ampliat.* 2. *num.* 3. cui adde Decium *in l. ſi paſcenda, num.* 5. *C. de pact.* & in *conſil.* 164. *num.* 3. Iaſ. *in l. licet. num.* 3. *de iure deliber.* Suarez *in allegation.* 22. & de hoc alij Doctores in pluribus locis tractant, præcipuè Molin. qui in eleganti caſu hoc diſcutit *in* 1. *part. conſuetud. Pariſienſ. §.* 23. *num.* 12. *fol.* 110. Et pro hoc faciunt quæ ſcribo *in initio ſecundæ partis, à num.* 239.

Et ex iſtis apparet veritas cuiuſdam nouæ & vtilis opinionis domini Antonij de Padilla *in rubric. C. de fideicommiſſ. n.* 9. vbi tradit, quòd diſpoſitio *legum* 45. 67
& 46. *Taurinarum*, procedit etiam in † Anniuerſariis, quæ teſtatores ſolent deſtinare ad ſacrificia. De quo vide quæ ſcribo *in hac* 1. *part. q.* 10. *à num.* 21. Et quod *lex* 46. *Taur.* procedat in Anniuerſariis, Patronatibus, & in emphyteuſi, tradit Molin. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 19. *fol.* 59. Et quòd filij poſiti in conditione cenſeantur ſubſtituti, vbicumque eſt aliquod Anniuerſarium perpetuum, tradunt Portius *in conſ.* 40. *num.* 12. Antonius Petra *in tract. de fideicommiſ. q.* 9. *num.* 215. & 216. *pag.* 416. Et faciunt quæ ſcribit idem Molina *lib.* 1. *de primogen. cap.* 7. *num.* 10. *fol.* 51. vbi reſoluit, qualiter argumentatio procedat de iure patronatus, anniuerſariis, contractibus cenſualibus, ſeu libellariis, ad Maioratum, & *lib.* 1. *capite* 1. *n.* 26. *folio* 6.

Quod

68 Quod mihi difficillimè perſuaderi poteſt, maximè ſi non deferantur iure maioratus; & pro iſtamet ſententia faciunt quæ ſcribit Antonius Gama *deciſ.* 48. vbi probat, quòd ex ordinatione Miſſarum non conſtituitur Maioratus: quod latè tradit & diſputat Aluarus Valaſ. *conſil.* 82. & tradit Ioan. Guttier. *in lib.* 2. *pract. quæſt. q.* 79. *num.* 9. *pag.* 176. & idem *quæſt.* 85. *& quæſt.* 86. *& lib.* 2. *& q.* 48. *num.* 3. Auen. *in l.* 41. *Taur. num.* 11. *& gloſ.* 3. *fol.* 144 & in *additionibus ad Gamam deciſ.* 287. *&* 288. & priùs *deciſion.* 193. & an onus impoſitum ſuper aliqua re efficiat Maioratum, eleganter explicat Antonius Gama *deciſ.* 286. circa intellectum legis nihil proponi, *ff. de legat.* 1. & ſcribo *infrà, part.* 2. *quæſt.* 3. *à n.* 78. & nouiſſimè Felician. *in tract. de cenſib. cap.* 23. *num.* 18. *pag.* 512. & Perez de Lara *in tractat. Capell. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 15. *pag.* 33. *& cap.* 5. *num.* 57. *cum ſequentib. pag.* 53. *& num.* 74. *&* 75. & prius *cap.* 3. & poſteà *cap.* 6. qui *num.* 16. *pag.* 65. tradit quòd Anniuerſarium dicitur perpetuum, & quòd Anniuerſarium dicatur ſeruitus: idem *c.* 8. *n.* 27. *pag.* 82. & de Anniuerſario relicto non exprimendo numerum Miſſarum, idem *cap.* 10. *pag.* 95. & qualiter relictum pro Anniuerſario poſſit commutari in aliam rem, tradit *dict. c.* 10. *n.* 29. *pag.* 152. & quomodo relictum pro Anniuerſario; ſi facultates non ſufficiant, tradit idem *c.* 15. *n.* 15. *pag.* 146.

69 Et cum dictæ leges † ſint exorbitantes, & loquantur in caſu tam ſpeciali, nullatenus extendendæ ſunt ad alios caſus; vt eſt ampla materia *in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matr.* vbi latiſſimè Barboſ. *num.* 96. *tom.* 2. Et pro hac ſententia faciunt plura quæ ſcribit Tiraquel. *in tractat. le mort, in præfatione, declarat.* 3. *n.* 11. *cum ſeqq.* & tradit idem Gama *deciſ.* 224. *n.* 7. *&* 8. Et an ſit Maioratus, facultas nominandi perpetuò perſonam idoneam cum onere Miſſarum, tradit latè Aluar. Valaſc. *conſil.* 27. de quo legenda ſunt quæ ſcribo *part.* 2. *q.* 5. & latiſſimè Flores de Mena *quæſt.* 17. *fol.* 129. *& quæſt.* 19. *num.* 4. *& num.* 33.

Quartò infertur, quòd ſi quis in teſtamento, vel codicillo, vel alia ſufficienti diſpoſitione, de qua dubitari non poſſit, caueat, quòd relinquit aliquam rem filio, titu-
70 lo † Maioratus, ad id non habens Regiam facultatem, quòd talis res non excedit Tertium & Quintum, habebitur pro melioratione: ſi excedat à Tertio & Quinto, ſuſtinebitur in Tertio & Quinto. Quod ex prædictis conſtat, & ex textu ſingul. *in l. diuus. ff. de vſu & habit.* vbi probatur, quòd verba, quæ non poſſunt verificari in iure expreſsè cõſtitutos verificantur in iure indifferenti, etiamſi tale ius diuerſum ſit maius expreſſo, ad hoc vt actus valeat, & ſuum ſortiatur effectum, ibi: *Etenim erat relictus vſus ſyluæ & quia ſub ratione vſus, legatum non valebat, comprehenditur vſusfructus.* Facit *l. fundus qui locatus. ff. de fund. inſtr. inſtrumento que legato*, cum *concordantibus*, quæ ſcribo *infra. q.* 15. *à n.* 59. *cum ſequentib.* Nec minus facit *l.* 9. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopil.* Et re-
71 gula eſt generalis, quòd in † ſeparabilibus, vtile per inutile non vitiatur, *l. Sancimus, verſ. ſi quid autem, C. de donat.* vbi Doctores, *l.* 9. *tit.* 4. *part.* 5. notat Salic. *in l. donationes, quas parentes, C. de inoffic. donat.* Iaſ. *in l. certi condictio*, §. 1. *num.* 14. *ff. ſi cert. petat.* & in *l. ſi ex falſis. num.* 4. *C. de tranſact.* latiùs Tiraq *lib.* 2. *de retract. in fine. n.* 142. *pag.* 1013. Pro quibus facit egregium conſilium Alexandri 113. *num.* 19. *cum ſequentib. lib.* 6. vbi
72 latè probat, quòd ſi † donatio ob aliquam cauſam eſt inualida, ſuſtinetur ex alia cauſa, quæ valida fuit, per *l. ſi patronus. ff. de donation.* & doctrinam Innocentij *in c. in præſentia, de renonciation.* & alia plura quæ refert. Facit quòd ſi conſtitutio attharum excedat decimam
73 † partem bonorum, valet nihilominus in eo quod non excedit, ſecundum Rodericum Suarez in *l.* 1. *tit. de las arras, verſic. nota vlterius.* Baëç. *de non meliorandis filiabus, cap.* 33. *num.* 14. Matienç *in l.* 3. *gloſ.* 1. *tit.* 8. *num* 9. *fol.* 209. *lib.* 5. *recopilation.* Et idem tradit Baëç. in conſtitutione dotis excedente taxam dictæ pragmaticæ, hodie *l.* 10. *tit.* 6. *lib.* 5. *recopilation.* & ex hoc aliquid diſputat Ioan. Andreas, & Abbas, *in cap. querelam, de ſimonia*, poſt Gloſſam, ſi vendatur manerium vniuerſaliter cum iure patronatus, ſit ſimonia vẽditio iuris patronatus, firma remanente venditione rei vniuerſalis: quod diſputat Roch. de Cur. *in tract. de iure patronatus, in verſic. is à quo, num.* 52. *fol.* 79. Et ad hanc concluſionem † pondero egregiam *l.* 26 *Taurinam*, in illis verbis, 74
ibi: *E que la tal donacion ſe cuente en el dicho Tercio y Quinto de ſus bienes, en lo que cupiere*, iunctis *verbis præcedentibus*, & conducunt pro hac ſententia, plura quæ ſcribo *in prima parte huius operis. quæſt.* 15. *verſic. Prima ſit concluſio. num.* 57. Et quod tradit Suarez *in l. quoniam in prioribus, in* 5. *quæſt. ad l. Regiam, num.* 3. *pag.* 202. *C. de inofficioſ. teſtamen.* licèt in contrarium faciat reſolutio Baldi *in l. fin. n.* 19. *in fine, Cod. de pact.* vbi vult, quòd donatio omnium bonorum, præſentium, & futurorum annullatur non ſolum pro parte, ſed in totum. Et eſt communis opinio ſecundum Bald. *in eodem loco, poſt numerum* 61. & Purpura. *n.* 247. Guid. *conſil.* 214. *num.* 5. & alios quos citat Iulius Clarus *lib. receptar. ſentent. §. donatio, num.* 2 *pagin.* 120. Et legenda ſunt quæ ſcribit Epiſcopus Sarmiento *lib.* 6. *ſelectarum interpretat. cap.* 5. *per totum, fol.* 13. Et qui eſt incapax 75
† quoad vnum, ſit quoad alium, colligitur ex ſcriptis per Tiraquellum *in tractatu de primogenitura. quæſt.* 42. *num.* 3. Suarez *in l. quoniam in prioribus. C. de inofficioſ. teſtament. limita.* 11. *dubio* 2. *num.* 2. *&* 7. Molina *libro de primogeniis. c.* 11. *n.* 8.

Quintò deducitur, quòd ſi quis habens Regiam facultatem ad faciendum maioratum, in illius exequutionem maioratum faciat; qui ex aliqua cauſa, vt putà, quia facultas fuit inualida, vel ſubreptitia, reſciſſus fuit; 76
† ſuſtinebitur maioratus virtute illorum verborum teſtatoris, qui dixit; quòd faciebat maioratum in Tertio & remanente à quinto bonorum ſuorum; quod probatur ex ſuperioribus, ex *dict. l. ſancimus*, & ſcriptis *in dict. quæſt.* 15. & pondero notabilem *l.* 7. *in verſic. Otro ſi.* 1. *part.* 6. & conducunt quæ ſcribit Decius *in authentic. qui rem. num.* 22. *C. de ſacroſanctis Eccleſ.* Epiſcopus Couarr. *reſolut. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 5. *fol.* 145. Et ad hoc facit doctrina Baldi *in cap.* 1. §. 1. *de his qui feud. dare poſſunt, num.* 20. vbi *in verbo conſuetudo*) dicit, quòd ſi Eccleſia conſueuit infeudare in maſculos tantum, & concedat in feudum recipienti pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, tam maſculis; quàm fœminis, quamuis non valeat infeudatio quantum ad fœminas, remanebit valida quoad maſculos. Et idem vult *ibi* Martinus Lauden. Fulgoſ. *in conſil.* 220. *Nobilis de Fortiate*, & alij quos refert Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſienſ. §.* 41. *num.* 45 *fol.* 291. vbi *num.* 40. *cum aliis*, plura ad iſtud propoſitum congerit. Vnde remanebunt talia bona vinculata, perinde ac ſi interueniret facultas Regia. Ad quod induco textum notabilem; quem Iaſo *peregrinum* vocat, *in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & poſthum.* & faciunt tradita per Caldam Pereiram *in tractatu de nominat. ad emphyteuſim, quæſt.* 19. *num.* 75. *fol.* 220. vbi diſputat ſi concedatur emphyteuſis filiæ ſpuriæ ad tres vitas, ſi in illa filia ſpuria valere non poteſt, an ſuſtinetur in aliis vitis.

Et actus debet † valere meliori modo quo poteſt, *l.* 77
ſi tam anguſti: ff. de ſeruitut. tit. generali, vbi conceſſa via, ſi perillam vehiculum nec iumentum ire poſſit, conceſſum videtur iter Ex quo textu colligitur regula, quòd in dubio præſumendum eſt, quod diſponens voluit actũ valere meliori modo quo poteſt, quæ etiam probatur *in c.* 1. §. 1. *de deſponſat. impuber. in* 6. *& in cap. quidam, de conuerſ. coniug. & in l. pacta conuenta, in princ. ff. de contrahen. empt.* quam regulam explicat eleganter Decius ad omnia obiecta reſpondendo, *in cap. cum ſuper, n.* 12. *fol.* 122. *de officio delega.* & materiam eleganter tractat Menochius *in tractat. de præſumpt. lib.* 4. *præſumption.* 70. *numer.* 5. *fol.* 103. plenius Simon de Præt. *lib.* 2. *de interpretand. defunct. voluntate, interpretat.* 2. *dubitat.* 5. *ſolution.* 4. *per totam, fol.* 127.

& faciunt quæ ſcribit Epiſcopus Couar. *in epitom. de ſponſalib. part.2.cap. 3. num.3. fol.5.* Bertazolus *in l.ſi quis maior,num.749. cum ſequentib.C.de tranſactionib.* Ioan. Guttierrez *de iuramento confirmat. part.3. cap.4. n.6. fol.217.* Et vbi actus dependet à ſola voluntate diſponentis, ſi non valet vt agitur,valet vt melius valere poteſt; ſecundùm Bartolum,& Communem *in l.1.§.ſi quis ita, ff.de verborum obligat.* vbi latè Ripa *num.18.cum aliis.* Et notatur per Epiſcopum Couarr. *in epitome de ſponſalibus , part.1. cap.3. num.2.& 3. fol.4.& 5.* Antonium Peregrinum *in tractat. de fideicommiſ.art.36 num.56. fol.333.* Decium *in conſ.129.* Hippolyt. *in ſingul.262.* Cephalus *in conſil.23.n.36. cum ſequentib. & in conſil.32. num.11. & in conſil.41. num.16.* Et in materia emphyteuſis & in maioratuum Caldas Pereira *in tractat. de nominatione ad emphyteuſim, quæſt.10.num.40.fol.104.* & faciunt quæ de iſta clauſula, *meliori modo*, ſcribunt Epiſcopus Couarr. *in 2.part. rubric. de teſtament. num.19. verſic.11. fol.16. col.2.* Mantic. *de coniecturata mente defuncti lib.12. tit.8.num.19 pag.607.* Carol.Ruin. *conſ.11. num.13. lib.2.* Barth.Socin.*in conſil.173.num.4.lib.2.& in conſil.2.num.12.lib.3.* Bartazol. *in l.ſi quis maior, C. de tranſact. num.748.* Socin.iunior *in l.ſi quis in principio teſtamen. num.25. fol.199. ff. de legat.3.* notanter Alexander *in conſil.112.lib.3.*

Et pro hac ſententia,& pro præcedenti illatione, eſt
78 notabilis † & expreſſa l.23.*Taurina*, vbi Scribentes, præcipuè *Tellus*: nec minus facit l.dicta 26.ibi: *Y ſi de mayor valor fuere,mandamos que vala haſta en la dicha cantidad del Tercio y Quinto, y legitima.* Per quam legem & alia iura, inquit Molin *lib.1.de primogen.cap.8. num.19 fol.57.* quòd ſi pater faciat filio ſuo prælegatum tertiæ & quintæ partis hæreditatis, valet in Tertio & Quinto bonorum, etiamſi non valeat in Tertio & Quinto hæreditatis. Et corroborantur etiam ex *l.1. tit.2. de los teſtamentos, lib.5.ordin. in ratione ſui.* Et confirmo, quia vbicunque teſtator iuſſit valere teſta-
79 mentum *omni meliori modo*, † *quo poteſt*, excuſatur à præteritione,ſecundùm Baldum *in l.quoties, C.de hæredibus inſtituend.* Alexand. *in conſ.112.num.3.lib.3.* & alios quos citat Petrus Surdus *dociſ.293. num.10.* Et an valeat melioratio facta per patrem in minus ſolemni teſtamento? diſputat latè Tellius *in l.3.Taurina,part.1. num.21.* & pro iſta illatione eſt bonus textus *in l. qui ſoluendo, ff.de hæred.inſtit.*& doctrina Bart. *in l.vltima, num.6.C.de pactis*, de quo tamen vide Baldum, & Decium *ibi, num.36.* tractantes, an donatio omnium bonorum, præſentium & futurorum valeat quoad bona præſentia. Et facit quod in noſtra materia ſcribit Gregorius Lopez *in l.22. in gloſ. in verb. Eſtraño, in fin. tit.1. p.6.*

Et iſta illatio etiam confirmatur, quia vbicunque
80 conſtat de intentione alicuius, quòd aliquid fiat, † & valeat,tunc debet valere meliori modo quo poteſt,*l.codicillis, §.vltimo, l.cum pater, §.filiis matrem, ff.de legat.2.* tradunt Doctores *in l.cum filio, 2.part. ff. de legat.2.* Socinus iunior *conſ.143.num.18.lib.1.* Etſi verba donationis ſonent inter viuos, quæ tamen vt inter viuos valere non poteſt,ſed ſolùm cauſa mortis; ſecundùm Baldum *conſ.107.* Domina Ioanna, *col. vltim. lib.3.* Marth de Afflict. *deciſ.338.* quos citat Aimon. qui plura ſimilia adducit, *conſ.52. num.4.* & faciunt plura,quæ ſcribo *infrà.dict.quæſt.15.num.9.* Burgos de Paz *conſ.2. num.49.* eleganter Socinus iunior *conſ.211. num.15.lib.2.* Simon de Prætis *dict.ſolut.4. num.33. fol.130.* & legenda ſunt quæ ſcribit Petr. Barboſa *in l. quæ dotis.tom.2.num.28.pag.724.ff.ſoluto matrim.* Seraphin. *in tractat.de priuileg.iuramenti, priuilegio 58. num.19.pag.303.& priuileg.98. num.2. & 8. & priuileg.97.num.12. & priuileg.22.num.65.& 66. & priuileg.74.num.195.* Menoch.*in conſ.314.num.4.lib.4* Et clauſula, *omni meliori modo*, operatur, vt fideicommiſſarius poſſit occupare bona fideicommiſſi propria authoritate, & ingredi poſſeſſionem bonorum, ſecundùm Curt. *in l.fin.n.49. C.de edicto diui Hadriani*, qui cumulat plures effectus iſtius clauſulæ;ad quod alios Authores citat Anton.Peregrin. *in tractat.de fideicommiſſ. art.47. num.54. fol.435.*

Quæ concluſio ſic generaliter accepta,difficilis † mihi 81
videtur,& contra plura iuris principia.Et hæc ſeruiunt pro deciſione quæſtionis, quam ſcribit Molin. *lib.1.de primog.cap.21.num.28.*vbi reſoluit, an locatio ad longum tempus de re maioratus facta ſuſtineatur pro tempore permiſſo, vel an in totum vitietur. Conducunt etiam pro deciſione litis, quæ in praxi obuênit. Quidam habebat facultatem eligendi ad quoddam vinculum & maioratum vnam ex ſororibus, quam vellet: deceſſit, & in teſtamento omnes tres ſorores ad maioratum nominauit; cum maioratus eſſet indiuiſibilis, & ad vnam tantum peruenire debebat; vt conſtat ex natura bonorum maioratus, & ex doctrina Baldi *in authen.teſtament num.penult. Cod.de collat.* & Menoch. *in conſ.26.num.26.* Et ex prædictis viſum fuit,vnam tantum ſororem admittendam eſſe,& ex tribus nominatis, primam, quam eligens ex ordine ſcripturæ magis diligere videbatur. Iuxta regulam *l.quoties, ff. de vſufruct.* facit regul. *l.cum pater, §.à te peto, ff.de legat.2.* & *l.hæredes mei, §.peto à te vxor chariſſima, ff.a Trebell.* & actus eſt ſuſtinendus meliori modo, quo poteſt iuxta iura,& authoritates *ſuprà* traditas.

Et quod conſtitutio maioratus, quæ vno modo non
82 poteſt valere, debeat valere meliori modo; quo poteſt, fundat in terminis Carol. Ruinus *conſ.27. num.4.& 5. lib.1.* per *l.verbis ciuilibus in 1.gloſ.ff.de vulg.& l.Scæuola, ff.ad Trebel.* tradunt Ripa *in l.1.num.14. ff.de verbor.oblig.* Iacob. Puteus *deciſ.344 num.6.lib.2.* Quæ omnia maximè procederent, ſi in ſcriptura maioratus eſt illa clauſula ſaluberrima, quòd actus valeat *omni meliori modo* quo poſſit, vt probatur ex doctrina Baldi *in l.quoties, C. de hæred. inſtit. l.his verbis, ff.de hæred. inſtit.* & aliorum plurium, quæ ſcribunt Felin. *in cap. cum ſuper.num.11. fol.196. de offic.delegat.* Decius *conſil.14 & conſil.77.* Aimon. *conſ.141. num.3.* faciunt tradita per Hippolytum *in ſingul. 36. & in ſingulari 544.*

Et talis clauſula operatur,quòd licet † teſtamentum 83
ſit nullum, vbi non relinquitur legitima filio titulo inſtitutionis, ſi in teſtamento ſit appoſita clauſula, *quòd valeat omni meliori modo*, virtute talis clauſulæ ſuſtinetur teſtamentum, ſecundùm Baldum *in dict.l.quoties, num.2. C.de hæred.inſtit.* Paul. de Caſtro *in conſ.329. Super primo quæritur, an teſtamentum ſit nullum, num 3. lib 5.*Cuman.*in l.his verbis, ff.de hæred.inſtit.* Iaſ.*in authent.nouiſſima,num.20.C.de inoffic.teſtam.* & alios pluter, quos refert Franciſc. Mantica *lib.3. de coniectur. mente defunct.tit.14 num.11. pag.84.* Sic idem Paul de Caſtro *in conſil.329. Præſuppoſito quòd iſte pater, lib.2.* tradit,quòd ſi inſtitutus fuit filius legitimatus,& poſtèa appareat legitimationem non valere, non poteſt filius poſt mortem patris legitimari, niſi ſit appoſita in inſtitutione dicta clauſula *(omni meliori modo:)* quem referunt & ſequuntur Alciatus *in l.Gallus.§.quidam rectè, num.5. pag.69. ff.de liber. & poſthum.* qui vitioſè refert Paul.Simon de Præt.*lib.3. de interpretand. defunct. voluntat.dubitat.4 ſolut.4. num.89. fol.330.* Curt.iunior *conſil.71.num.12 & 13.* de quo legi debet Petr.Surdus *deciſ.144. num.9. & deciſ.104. num.19. & deciſ.293. num.6.* Iaſ. *in l.eam quam, numer.10. C. de fideicommiſ.* poſt *Angel.* idem Angel. *in conſil.93.* Creſc. *in conſil.73.num.42.* Cephal.*in conſil.390. num.64. lib.3.* Et talis clauſula operatur,quòd non reſtringatur diſpoſitio ad ſpecificata, ſecundum Bald. *in l.vnum, col.7. ff.ſi cert.pet.* Alexand. *conſil.113.lib.3.* & alios quos citat idem Aimon.*conſil.326.num.13.* & de virtute dictæ clauſulæ ſcribit Auguſt. Beroius *in conſil.135. num.4. & in conſ.162. num.4.& in conſil.189.num.7. lib.1.* & in *conſil.4.num.5 & in conſil.82.num.12.lib.2.*Menoch. *in conſil.250. num 119. cum ſeqq. lib.3.*

Et quòd compendioſa ſubſtitutio contineat † fidei- 83
commiſſariam,

commiſſariam,probant Bart. Socin. *in conſil. 173. col. 3.lib.2.* Corn.*conſ.298.col.1.lib.1.* Ripa *in l.Centurio, ff.de vulgar.* Pariſ.*conſ.61.n.16.* Curt.iunior *conſil.71. n.12.*Menoch. *conſil. 106.n. 372.lib.2. & conſ.44. n. 13. lib. 1.* vbi poſt alios,quos citat,probat, quod per clauſulam *(omni meliori modo)* ſubſtitutio, quæ in vim vulgaris nó valet, valet vt fideicommiſſaria Et aliqua ſcribit Franciſ.Mantic.*de coniectur. mente defunct. lib. 3.tit. 2. num. 10. pag.62. & lib. 12. tit. 8. num. 19. pag. 607.* Et actus qui peccat in forma, ſuſtinetur ob clauſulam *(omni meliori modo* (ſecundum Ripam *in l.1. §. ſi quis ita, num. 25. ff. de verb.* Cephal. *conſil. 77. num. 13.* & ibi aliqua ad propoſitum ſcribit & de virtute prædictæ clauſulæ plura ſcribit Simon de Præt. *lib. 2. de interpret. defunct. volunt. interpret. 2. ſolut. 4. num. 1. cum ſequentib.fol.* 127. Quibus congruit,quòd prædicta clauſula,vt actus valeat *(meliori modo)* habet vim fideicommiſſi vniuerſalis, *l.generaliter,§. ex teſtamento, ff. de fideicommiſ. liberat.* Gloſ. Bart. & Doctores *in l. ex ea.ff. de teſtament.* cum *concordantibus*,vt per Iaſonem *in authent. ex cauſa, C. de liber.præterit. num.23.fol.* 140. Et plura notabilia de virtute clauſulæ *(omni meliori modo)* & extraordinaria tradit Seraphinus *de priuileg. iurament. priuileg.* 107. *num. 3. cum ſeqq. pag.* 588. & Menoch. *lib. 1. de arbitrar. iudic. q.* 47. *num.5.*

Quibus eſt addendum, quod talis clauſula *(omni*
84 *meliori modo)*nihil operatur, † vbi eſt defectus poteſtatis ſecundum Ancharr.*in conſil. 358.* Carol. Ruin. *in conſ. 174. in fin. lib. 2.* & alios quos citat Menoch. *in conſil. in conſil. 250. num. 120.lib. 3.& d. q. 47.* Nec vbicunque apponitur ex ſtylo Tabellionum, vt per Curt. iunio. *conſil. 70. num. 11.* clauſula non operatur quando eſt expreſſus modus ineptus,ſecundum Calder. *conſ. 1. de accuſat.* Anchar. *conſ. 357.* Caſſador. *deciſ. 7. num. 7.* Capit. *deciſ. 96.* & alij, quos citat Meſſia *ſuper l. Toleri,fundamento 1.12. part. num. 7. fol. 30.* Vant. *de nullit. ſententiæ, ex defectu iuriſdictionis ordinariæ,num. 174.pag. 331.* Et cum lex requirit certos modos, quibus aliquid debet fieri, non ſufficit iſta clauſula,niſi modi ſint obſeruati, vt probant Alexand. *conſ.20. lib.3.* Felin.*in d. c.cum ſuper, in fin.de offic. delegat.* cum *concord.* vt per Alciat. *conſil. 114. num. 6.* facit regula poſita per Epiſcopum Couar. *reſolut. lib.2. cap. 16. num.5.verſis deinde*; tradit eleganter Menoch. *d. q. 47. num. 1. cùm ſequentib. in lib. de arbitrar. iudic. & in conſil. 86.num. 85. lib. 1.* Quæ omnia ſeruiunt pro intellectu *l. 20. Taur.* hodie *l. 11. tit. 6. lib. 5. Recopil.* ſi forſan in melioratione facta per patrem, aut matrem; reperiatur prædicta clauſula *(omni meliori modo.)*

Sexto deducitur, quòd ſi quis promittat in con-
85 tractu † matrimonij, vel propter alium finem, quod faciet maioratum in filium, non exprimendo; quòd ad id impetrari debet Regalis facultas, ſatisfacit promiſſioni faciendo meliorationem Tertij & Quinti, & vinculando bona in fauorem filij, & ſucceſſorum quod vltra prædicta probatur. Quia ſemper in du-
86 bijs † quod minimum eſt, ſequimur, *l. ſi ſeruus plurium, §. vlt. in fin. ff. de legat. 1. l. nummis, ff. de legat.3. l. apud Iulianum, §. Scio.ff. de legat. 1. l. qui concubinam, §. cum ita.ff. de legat.3.*& alij concordantes,vt per Dinum *regula, In obſcuris.de regul. iur. in 6.* & Decium *in leg. ſemper in obſcuris, pagin. 85. ff. de regul. iur.* Tiraquel. *in tractatu de pia cauſa, priuilegio 26. pag. 56.* vbi tradit,an hoc procedat in pia cauſa, & Gloſſa Pariſienſis,*in conſuetud. §. 13. n. 4. fol. 133. & in tract. de vſur. q. 20.n.212.pag.* 84.

Ex quibus iuribus aliud deciſum fuit, quando eſt contentio inter dominos & vaſſallos ſuper impoſitionibus, & probatio eſt dubia circa quantitatem, quæ ſolui debet, iudicandum eſt quod minimum fuerit, & vaſſallis minus præiudiciale. Ad quod facit quod ſcribit Gloſ. Pariſ. *2.part. conſuetud. Pariſien. §. 531.num. 14. fol.59.* Et cum aperti ds poteriſſet hoc interpretari ille,in cuius fauorem facta fuit promiſſio prædicta de faciendo maioratum, illi imputari debet, qui in hoc non præuenit; ſeu non curauit declarari ea quæ debebat facere. Et latius expoſuit *l. veteribus,ff. de pact.l. Labeo.l. cum in lege.ff. de contrahen. empt.ione, l. ſi arborem,§. 1. ff. de ſeruit. vrban. predior. l. 2. in fin. tit. 31. part. 7.* Facit *l. ſiquis intentione, ambigua*, vbi Angel.*ff.de iud.* notat Gloſſa Pariſienſis *in conſuet. p. 1. §.13.num.74. folio* 144.

Quod maximè † procederet vbicunque pater,qui ta- 87
lem promiſſionem fecit,haberet alios filios, qui in dubio ad æqualitatem poſſibilem ſunt reducendi,& præiudicandi quanto minus fuerit poſſibile,*l. vt liberis aqua portio ſeruetur. C. de collat. l.4.* in verſic. *Eſto porque ſe guarde igualdad entre ellos, tit. 15. p. 6.* Notat Paul. de Caſtro *in authent.hoc inter liberos, col.1.C. de collat.* De quo alia plura ſcribo *in 3.q.huius primæ partis.*

Quòd autem valeat † promiſſio, per quam quis pro- 88
mittit, quòd faciet maioratum in filium,quando eſt ob cauſam matrimonij vel propter aliâ cauſam onoroſam, & quòd parentes hanc promiſſionem adimplere teneantur,probari vjdetur ex ratione & diſpoſitione textus *in l.22.Taurina*, quæ ad hunc caſum extendi debet. Et ex ratione *legum 17. & 44. in eiſdem conſtitutionibus.* Et cum in vtroque caſu eadem ratio militet,idem ius ſeruari debet,*l.non poſſunt,ff.de legibus, l.illud.ff. ad l. Aquil.* cum *vulgar.* quam regulam vltra Tiraquel. *in tractatu de ceſſante cauſa*, eleganter ampliat.Rebuff. *in l.cenſoria 203. §.item quæ de ſeruit.pag.899.ff.de verb.ſignif.* Item, in dubio debet aſſumi interpretatio æquior & æquabilior, & quæ magis congruit, & per quam vtrique parti melius,& æquabilius conſulitur,*l.in ambigua,ff. de legibus: l.quoties idem ſermo,ff.de reg.iur.l.1.*& *ibi* Paul. *ff. ſi quis cautio* Gloſ. Par. *in conſuet.p.1.§.34.n.12.f.265.*

Sed hæc illatio difficultates habet,& in ea animus nõ
89 quieſcit,licèt prædicta valde vrgeant, quia † verba ſunt intelligenda in potiori ſignificatu,*l.1.§.qui in perpetuũ, ff. ſi ager vectigal. vel emphyteut.* Unde dicta promiſſio potius eſt intelligenda de maioratu legali authoritate faciendo, quàm de melioratione Tertij & Quinti; & quamuis melioratio Tertij & Quinti ſit quoddam vinculum, & ſpecies maioratus, negari tamen non poteſt, quin ex communi vſu loquẽdi magis propriè maioratus vocetur,qui conſtituitur cum Principis facultate.Et hoc vltimum tenendum videtur,niſi ex coniecturis,& æqualitate perſonarum,& ex aliis circunſtãtiis aliud conſtet: de quibus *in d.l.ſi ſeruus plurium* & in *l.ſi cui.ff.de alimen.& cibar.leg.*& in *l.capienda.§.quod factum.ff.de reg. iur.* & in *l.Aurelius.§.Titius teſtam.ff. de leg.3.* explicat Dec.*in d l.ſemper in obſcuris*,quibus adde elegantẽ *l. 5.tit.33.*in verſ.*Eſto ſeria como ſi mandaſſe alguna*,p.7.

Et eſt notandum circa hanc illationem, quòd ſi quis
facit obligationem ob cauſam onoroſam matrimonij, vel ob aliam conſimilem cauſam onoroſam, quòd conſtituet maioratum in filium cũ Regali facultate; tenetur præcisè † promiſſionem adimplere:& ſi mortuus ſit, cũ 90
hoc caſu iam non poſſit promiſſionem adimplere, & mortuo non poſſit concedi licentia ad faciendum maioratum;tenebitur ad intereſſe, iuxta *l.1.in verſ.agitur.ff. de act.empt.l.vltima* iuncta Gloſſ.*ff.ſi quis in ius vocatus non ierit.l.ſtipulationes non diuiduntur; ff. de verb.oblig.* Notatur per Iaſonem *in §.actionum.n.46.de actio* latius per Rebuf. *in l. vnica, C.de ſentent.quæ pro eo quod intereſt proferuntur*, Gloſ. *in verbo.in alijs, n.1. cum ſeqq. pag.* 437. in quibus locis hæc materia latiùs tractatur. Vel exemplificatur promiſſio maioratum faciendi in meliorationc Tertij & Quinti,provt in *hac illatione* dictum eſt,ne fiat illuſio matrimonio, vel alij cauſæ onoroſæ.Et huc addenda ſunt,quæ ſcribo *in 1.p.huius operis,q.66.* vbi de hoc latius ago.

Ex prædicta autem regula *d. l. ſi ſeruus plurium*, & *l. ſemper in obſcuris*, & aliis omnibus *ſuprà* ſcriptis, in-
fertur quædam ſingularis concluſio, ſcilicet, quòd ſi 91
† pater, vel mater in teſtamento meliorent ſimpliciter filium vel filiam, non declarando, quòd faciunt

meliorationem de Tertio & Quinto, talis melioratio habebit locum in Tertio solum, vel in Quinto, considerata persona meliorati, & aliis circunstantiis; & regulariter solum in Tertio verificabitur: quia hoc communiter parentes magis facere & ordinare solent: quod est notandum.

Septimò infertur, quod *dicta l.27. Taurina*, hodie *l.11.tit.6.lib.5.* Recopilat. quæ tradit ordinem quemadmodum pater & mater teneantur vocationes facere in meliorationc Tertij, & grauamina restitutionis apponere, vt latius *in d.l.* cauetur procedit, † & habet locum in maioratu facto licentia Regali, quod voluit *ibi* Gomez Arias *num.59.fol.* 157. Tenetur igitur pater in vocationibus, quas facit in maioratu, primò vocare descendentes legitimos, siue masculos, siue fœminas, & in illorum defectum illegitimos, & poste parentes in illorum defectum. Imò si rectè consideretur, maiori ratione hoc pater facere teneretur, aut mater in constitutione maioratus, quàm in meliorationc Tertij & Quinti: cum ex maioratu maius præiudicium filiis, quàm ex meliorationc Tertij & Quinti fiat, prout notoriè constat: & cum sit eadem ratio, imò maior, idem ius seruari debet: *dicta l.illud, ff. ad l.Aquil.* cum *similibus*. Et
93 leges non tam † in verborum forma, quàm in ratione consistunt, *l.scire leges, ff. de legibus, l.13.tit.1.part.1.*
94 Et valet argumentum † à maioritate rationis, *authent. multò magis, C. de sacrosanct. Eccles. §. illud quoque, in authent. vt de cætero, sit numerus Clericor. collat. 1. c. quemadmodum, de iureiuran.* Quod procedere videtur etiamsi Princeps in facultate Regia det licentiam, quòd possint apponi omnia vincula, & grauamina, quæ impetrans licentiam voluerit; quia id debet intelligi, dummodo id faciat secundùm leges, *l.si quando, C. de inofficios. testam.* ibi, *testamento.* Cum qua concordat *l.5.tit.1. part.6.* vbi Gregor. notanda *l.1.tit.18.part.2.* & est bona *l.11. in fine, tit.18. part.3.* Et princeps præsumitur
59 velle, † quod sua iura volunt, *lex facto, ff. de vulgar. l.Antiochensium, ff. de priuilegiis credi.* quod melius omnibus tradit Lambertin. *de iure patronat. lib.2. ar.16.9. q. princip.3. part. fol.239. col.3. num.4.* & facit *dicta l.27. in illis verbis: Que les puedan poner el grauamen que quisieren, assi de restitution, como de fideicomisso, e hazer en el dicho Tercio los vinculos y submissiones, y substituciones, que quisieren, con tanto que lo hagan entre los descendientes.* ℣ Ecce ergo quamuis *in principio* lex dicat, quòd pater & mater liberè possunt apponere grauamina, quæ voluerint, postea restringit facultatem modo prædicto. Facit regula *l.testandi, C. de testamen.* & regula *l. sed posteriores, ff. de legib.* & textualis conclusio
96 quòd † verba priuilegiorum, & rescriptorum, debent interpretari secundum ius commune, *dict. l. ex facto, c. innotuit, de election.* cum *concordantibus*: vt per Menochium *in tract. præsumption. lib.2. præsumpt.11. n.11.* & quæ ego *infra, hac parte, q.3.* Et pro ista conclusione est famosa lex *heredes mei, §. cum ita ff. ad Trebellianum*, vbi Bart. & omnes, quæ probat, quod testatores semper videntur sequi & velle vltimas voluntates secundùm leges: quam legem amplissimè ego orno *in secunda parte istius operis, in initio*, quæ ad hoc omnino legi debent.

Sed hæc illatio non est etiam sine difficultate, quia
97 † non est nostrum legem extendere, *l.si seruus, §. non dixit prator. ff. de acquirend. hæredit. l.4.§. toties, ff. de damno infecto*, cum *vulgar.* Et cum dicta lex sit exorbitans à iure communi, & antiquo, quo parentibus libera erat facultas disponendi in vocationibus meliorationis Tertij, & dicta dispositio sit noua, vt explicat *ibi* Antonius Gomez *num.3.* non debet extendi propter exhorbitantiam ad alios casus, quàm ad illos, qui comprehensi sunt in *d.l. ius singulare, l.quod vero contra, ff. de legibus, l.si vero, §. de viro ff. soluto matrimonio.* Et leges exorbitantes non debent extendi, etiam eadem substitente ratione secundùm Glos. *in cuin fidei fauorem, in verbo, inquisitionis, de hæretic. in 6.* Notat Tiraquel. *in l. si vnquam, in verbo, libertis, pag.96. C. de reuocand. donat.*

Licèt hoc non procedat vbi materia est fauorabilis; quia tunc lex exorbitans, eadem subsistente ratione, extenditur, secundùm Glos. *in l.si constante, in verbo, marito, in principio:* & *ibi* Bart. *in 9. q. ff. soluto matrimonio*, vbi Alexand. & Ias. *num.60.* & alij, quos refert Tiraquel. *in dicto verbo, libertis, num.61.* ℣ Vnde fit, quòd leges limitatoriæ † extenduntur ex identitate rationis, 98
l.vnus solus, C. de reuocand. donat. c. cum dilecta, de confirma. vtil. vel inutil. & est communis opinio secundùm Alciatum *lib.2. de verbor. significatione, pagi.46.* Item prædicta opinio coadiuuatur; quia licèt dicta lex sit facta in fauorem generationis, & consanguineorum testatoris (vt animaduertunt *ibi* Palac. Rub. *in princip.* & Tellius *n.15.*) odium tamen in se habet, quia restringit facultatem liberè disponendi de rebus propriis ad libitum; quod graue est, *l.1. C. de sacrosanct. Ecclesiis, l.1.* ibi: *En aquella manera que el tiene por bien que sinque lo suyo*, tit.1. *p.6.* Et quia in re propria † quili- 99
bet est moderator, & arbiter, *d.l. in re mandata. C. mandati.* Et ingenuis hominibus non est auferenda potestas disponendi de rebus propriis, *l. sed si lege, §. consuluit ff. de peric. hæredit.* cum similibus.

Præterea *l.27.* loquitur solum in Tertio, † non etiam 100
in Quinto: licèt quòd etiam loquatur in Quinto, potest persuaderi ex illis verbis: *Oraſe hagan en el dicho Tercio de mejoria, ora en el Quinto.*

Sed vt ego iudico, † ista lex in prædictis verbis loqui- 101
tur in alio casu, nec verisimile est quòd in Quinto pater teneatur seruare ordinem, & formam illius legis: cum Quintum possit extraneis relinqui, & non sit legitima filiorum. Et ita tenet Matienço *in l.11.tit.5 lib.5. Recop. glos.1.n.2.fol.158. & glos.10. fol.161.* Auend. *in d.l.27. Taurina, glos.1.n.8. fol.53.* Item illa verba non debent esse sine effectu aliquid operandi, *c. si Papa, de priuil. in 6.* cum *concordant.* quæ scribo *in hac 1. p.q 60. n.12.* quod quidem esset, si illa verba nihil vltra ius omnibus commune concederent. Ad hæc facit Glos. *in d.l. si quando glos.1. C. de inoffi. testam.* vbi probat, quòd quando alicui habili conceditur facultas testandi, intelligitur sine solennitatibus, vt facultas aliquid operetur. Et *ibi* Albericus dicit, hanc esse communem opinionem, & Decius *in l. Eunuchis, n.15. C. qui testam. facere possunt.* Notat Iulius Clarus *lib.3. recept. sentent. §. testamentum, q.34. pag.32.* scribo *infrà, q.1. n.154.*

Præterea argumentum † quod deductum fuit ad *d.l.* 102
27. potest in contrarium retorqueri. Nam videtur, quòd nisi illa lex posuisset illa verba restrictiua, & modificatiua, *con tanto*, quòd sub generalitate illorũ verborum, *que quisierem*, licitum erat grauamina adiicere non seruato ordine illius legis, quod maximè procederet, si in facultate Regia fuerit expressum, quòd ille, cui conceditur facultas faciendi maioratum, possit apponere grauamina, & substitutiones, quas libere voluerit: nam ex hoc videtur Princeps concedere, quòd possit apponere vocationes præter, & contra ius commune, vt probatur *in c.1.* cum Glos. *in verbo, liberè, de sepult. in 6.* vbi Host. & Ioan. Andr. & faciunt plura quæ scribit Ias. *in d.l.1. n.10. cum sequentib. C. de sacrof. Eccles.* & in *l.si sit legatum, n.15. fol.126. ff. de legat.1.* tradit latè Menoch. *de arbitr. iudic. lib.1. q.7. n.34. cum seqq.* decisio Pedemont. *111. n.3.* Et ista opinio probabilior videtur, quam amplecti visus est *Tellius*, quem legi postquam superiora scripseram (licet debile fundamentum adducat) *in d.l 27. n.13.* Auendañ. *in l.27. Tauri, glos.1. n.9. fol.53.* latiùs *in l.40. Tauri, glos.1. n.53. in sequenti fol.77.* Et eam probare videtur Molin. *lib.2. de primog. c.11. n.11. fol.318. & c. 12. n.53. fol.333.* quamuis de ea dubitet. Et clare Matienço *in l.11. in glos.11. n.3. fol.161. in 6. lib.5. Recop.* Ioan. Guttier *in pract. q. lib.2. q.62. per totam*, Burg. de Paz. *q.2. n.74.* qui refert Ioan. Lop. Et legenda sunt quæ in puncto, non visis supra citatis, scribit Molina *de iust. & iur. tract.2. disp.609. n.6. pag.251.* & ex istis, & ratione *d.l.25.* apparet quod hæc illatio, & ampliatio ad *d. l.27.* non † procedit in maioratu aut vinculo facto à 103
quopiam extraneo: nam liberè potest facere vocationes,

&

& substitutiones quas voluerit, non seruato ordine illius legis, nisi aliud in facultate Regia sit expressum.

Octauò infertur, quòd *l.24. Taurina*, quæ decidit, 104
quòd si testamentum fuerit ruptum, vel annullatum † ex causa præteritionis, vel exhæredationis melioratio Tertij, vel Quinti valeat, procedit etiam in maioratu facto in testamento, saltem ad hoc, vt vires habeat quoad Tertium, & remanens à Quinto. Quam legem extendit ibi *Tellius*, etiam si testamentum sit sine hæredis institutione, iuxta *l.3. titulo 2. lib.5. ordinament.* Cuius sententiæ fulcitur ex pluribus quæ circa illius legis intellectum curiosissimè scribit Domin. Anton. de Padilla *in l. eam quam, num.70. cum alijs, C. de fideicommiss.* Ista autem illatio magis procederet, vbi in testamento fuit apposita clausula codicillaris, & ignoranter fuit filius præterius, & hæreditas est restituenda iure fideicommissi, secundum Bartol. *in l. qui filiabus, in princip. & fin. ff. de legat.1.* & in *authent. ex causa, in fine, C. de liber. præteri.* post Cinum *ibi*, Rayneri. & Bald ibi in *l. ex ea, ff. de testament.* & alij infiniti, quos refert Roland. *consilio 7. num.25. libro. 4.* qui dicit, istam esse veriorem & communiorem opinionem quem lector videat. Et ad hoc legendum est quod scribo *infra q.21.* ex Antonio Gomez.

Nonò infertur, quod *l.22. Taurina in 2. part.* pro- 105
cedit † etiam si quis promittat facere maioratum vltra Tertium & Quintum cum facultate Regia, vt latius probo *infra p.1. q.59.* vbi legendum.

Decimò infertur, verum esse quod scribit Molina *libro 4. de primogenijs, cap. 9, folio 183. num.21.* vbi
106 resoluit, quod transactio † valet authoritate Regia super bonis maioratus, etiam quando institutus fuit absque Regia facultate: quod maturius est considerandum, quia semper tenui contrarium: & legenda quæ scribo *in 4. part. q.22.*

Vndecimò infertur, quod *l.21. Tauri*, hodie *l.5. titul. 9. libr. 5. Recopilationis*, quæ loquitur de obligatione,
107 quam habet melioratus in † bonis parentum, procedit etiam in bonis Regia authoritate vinculatis. In qua illatione seruanda sunt quæ scribunt *ibi* latè Tellius; & Molina *lib.1. de primogen. cap.10. numero 1. cum sequentibus, folio 73. & libro 4. cap.2. numero 82. fol. 135.* Episcopi Sarmiento *in l.si cui certum, num.21. fol. 38. ff. ac legat.2.*

Duodecimò confirmatur dictum Peraltæ *in l. omnia §. fundum, num.7. & 8. ff. de legat.2.* vbi tradit, 108
quòd si ille qui non erat successor † bonorum maioratus, vel meliorationis, occupauit talia bona, tenetur ad restitutionem cum fructibus. De qua doctrina mentionem facio *in 3.p.q.25.* & aliquas similitudines; & etiam differentias inter maioratus & meliorationes, scribit Matienç. *in dicta l.11. tit.6. lib.5. Recopil. glos.3.*

QVÆSTIO I.

Maioratum qui constituere possint.

SVMMARIVM.

1 *Qui benè diuidit proximus est veritati.*
2 *Diuisio an sit necessaria.*
3 *Huius operis diuisio.*
4 *In omni dispositione præsupponenda sunt ad actum necessaria.*
5 *Quis possit facere maioratum.*
6 *Edictum de faciendo maioratum prohibitorium est.*
7 *Maioratus & fideicommissi successio an aquiparentur.*
8 *Qui prætendit actum prohibitum ab aliquo factum, id docere tenetur.*
9 *Pro affirmante an præsumatur.*
10 *Maioratus an sit dignitas.*
11 *Quæ dignitates sint regales.*
12 *Qui dicantur habere dignitatem.*
13 *Habentibus iurisdictionem honor an deferendus. & an sint nobiles? ibid.*
14 *Feuda, Baronia, & similia, an dignitates nuncupentur.*
15 *An habentes iura regalia à tributis sint exempti.*
16 *Nobiles in dignitatibus & officiis, ignobilibus præferendi.*
17 *Nobiles in dignitate constituti dicuntur, & nobilitas est dignitas.*
18 *Iurisdictio ordinaria an tribuat dignitatem.*
19 *Ignobilis an sit capax successionis feudi.*
20 *Res à persona sumit conditionem & honorem.*
21 *Statuta excludentia fœminas ob masculos, facta sunt pro conseruatione nobilitatis, & n.29.*
22 *Maioratum an ignobiles facere possint. & n.26.*
23 *Libertas disponendi competit de iure naturali.*
24 *Nobilitas absque diuitiis facilè amittitur. & n.39.*
25 *Nobilitas mundi, inueterata diuitiæ. Ex maioribus maior sequitur honos, 28. Per se an nobilitent. n. 31. Ad multa prosunt, n.33. Per eas dignitas familiarum conseruatur. n.38. An solum conferant ad dignitatem, n.47.*
27 *Ciues locupletes Reipublicæ interest habere. & n.30. & plures nobiles, n.43.*
32 *Pro nobili & diuite præsumatur.*
34 *In primogenituris & maioratibus bona conseruantur.*
35 *Maioratuum institutio fit vt bona vnita seruentur. Bonum publicum respicit. n.37.*
36 *Ius primogenituræ an inter nobiles tantùm sit inclusum.*
40 *Hijodalgo quis dicatur.*
41 *Rusticus an possit emere iurisdictiones & dignitates.*
42 *Liberis hominibus rerum libera administratio non est auferenda.*
44 *Rustici an possint infeudare.*
45 *An eis possit dari facultas ad instituendos maioratus, & ibi de quæst. n.16. proposita.*
46 *An ex eo quòd maioratus possideant nobiles efficiantur.*
48 *Descendentibus à Iudæis non sunt concedenda facultates ad confectionem maioratuum, & numero 49.*
50 *Maioratum an possit facere Episcopus, & n.52. Si ex priuilegio faciat testamentum, de quibus bonis testari intelligatur, n.53.*
51 *Papa de patrimonialibus bonis testari potest.*
54 *Clericus de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis an possit facere maioratum.*
55 *Filios, aut ascendentes non habens, de bonis omnibus sine Regia facultate maioratum potest conficere.*
56 *Gallia consuetudo circa successionem Clericorum.*
57 *Monachus Episcopus creatus an ad habendum proprium habilis efficiatur.*
58 *Clericus de bonis patrimonialibus absque licentia Papæ, vel Regis, an possit maioratum instituere. An in eis laicum coram Iudice Ecclesiastico possit conuenire, n.59. An priuilegiis Clericorum gaudere, n.62.*
60 *Iudex secularis an possit Clerico dare tutorem ad bona, & n.61.*
63 *Bona ad titulum patrimonij Clerico data, an patrimonialia censeantur.*
64 *Mulier nupta testando an possit facere maioratum absque licentia mariti.*
65 *Mulier statuto prohibita contrahere, an prohibeatur facere vltimam voluntatem. & n.66.*
67 *Mulierem nupram absque licentia mariti non posse maioratum instituere, resoluitur.*
68 *Filius familias an possit maioratum efficere ex l.G. Tauri Resoluitur, n.202.*
69 *Quid de bonis castrensibus in præiudicium patris? & n.71. & 72.*

70 *Testamentum de his bonis à filio factum an subiaceat querelæ.*
73 *Militia propter fauorem publicum multa concedantur, & quid in iure ciuili n.* 74.
75 *Verba hæc*, lo que quisieren, *an significent liberam voluntatem.*
76 *Per quæ verba in instrumento diuisionis posita, fideicommissum remitti censeatur.*
77 *Generalis dispositio non derogat priuilegia specialia.*
78 *Lex quantumcunque generalis non derogat priuilegia inclusa in Corpore Iuris.*
79 *Solennitas iuris testamenti per legem nouam diminuta, an comprehendat personas priuilegiatas.*
80 *Priuilegium insitum in Corpore Iuris, vt ius commune an regulent.*
81 *Lex noua secundum distinctionem legis antiquæ intelligenda.*
82 *Iura quæ generaliter loquuntur, an procedant in casibus specialibus.*
83 *Qualitas quæ paucioribus competit, an faciat dispositionem magis specialem.*
84 *Verba ampla & repugnantia ad insolita non debent extendi.*
85 *Clausula generalis ad indiuidua an extendatur.*
86 *Patribus an legitima ex bonis castrensibus debeatur, ex dispositione* d. l. 6. Taur. *Verba eius generalia an apta sint omnia comprehendere, numer.* 98. *An habeant vim specialis expressionis, numero* 99.
87 *Lex generaliter loquens an omnia comprehendat, si diuersa ratio sit in vno quàm in alio.*
88 *Species propriè generi insunt.*
89 *Dispositio generalis respectu speciei tantùm valet quantum ipsa respectu eiusdem. Tantum operatur quoad comprehensa sub generalitate, quantum temporalis quoad particulariter expressa num.* 91. *Comprehendit personas priuilegiatas, numer.* 94. *Tantum valet respectu omnium, quantum specialis respectu quorundam, numer.* 95. *An generalis dicatur quando totum genus non comprehendit, n.* 97.
90 *Pragmatica dotium quomodo sit intelligenda.*
92 *Expressum dicitur quod in genere exprimitur.*
93 *Substitutionis significatio apta est comprehendere directam, & fideicommissariam.*
96 *In concessione emphyteusis pro quibuscunque hæredibus facta, an bastardi comprehendantur.*
100 *An quando filius consensit grauamini legitimæ in omnibus & per omnia, censeatur specialis & expressa approbatio.*
101 *Dictio*, quibuscumque, *an ad casum improprium trahatur, & ibi de verbis*, quicumque hæres.
102 *Dictio*, omnis, *in vno an saluari possit.*
103 *Quando in donatione omnia bona expressa censeantur.*
104 *Si in maioratu dicatur, quòd filiæ diuidant alia quæcunque bona, an reliqua libera censeantur.*
105 *Filij spurij quando in dispositione contineantur.*
106 *Cùm iurisdictio omnimoda concedatur, an merum & mistum imperium comprehendatur.*
107 *In legitimatione per verba*, quocunque modo, *an in omnibus dispensetur.*
108 *Maritus quando perdat lucrum dotis, quæ sibi vxoris morte deferitur.*
109 *Fideicommissum fratribus relictum intelligitur secundum dispositionem iuris communis.*
110 *Feudi natura quando alteretur.*
111 *Masculi ex fœminis quando vocentur.*
112 *Hæredes omnes, etiam extranei, quando comprehendantur.*
113 *In promissione de euictione an veniat quæcunque euictio.*
114 *Qualiter bona feudalia Ecclesia obnoxia veniant in restitutione fideicommissi remissiuè.*
115 *Legans rem communem an solum ius leget.*
116 *Bona in casibus specialibus an possint alienari.*
117 *Dimidiam fundi habens partem, dimidiam legans, an dimidiam dimidiæ solùm leget.*
118 *An cùm testator omnia bona per verba vniuersalia legat; emphyteutica, feudalia, & fideicommissaria comprehendantur? remissiuè.*
119 *Bona emphyteutica in fideicommissarium an transeant.*

Post *num.* 119. inuenies alia summaria.

AD rem igitur institutam deueniendo, hoc opus in quatuor partes diuidere decreui, vt ex diuisione & ordine tota materia comprehendatur, & rectius percipiatur. Nam qui benè diuidit † proximus est veritati, secundum *Senecam*, quem refert Salicet. *in proœmio C. & in l. filia, col.* 3. *C. famil. ercisc.* probatur *in l.* 1. *ff. de doli excep.* Et diuisionem † esse maximè necessariam, docet Rebuf *in epitome reperitionis l. vnicæ C. de sentent. quæ pro eo quod interest, pag.* 354. † In *prima* 3
igitur *parte* tractabitur de fundatione, constitutione, & reuocatione maioratuum; quo in loco examinabuntur quæstiones ad eam rem pertinentes. In *secunda parte* agetur de successionibus in maioratibus, & liquidabitur qui sint capaces vocati, & proximiores ac succedendum in eis. In *tertia parte* inquiretur de possessione & tenuta bonorum maioratus. In *quarta parte* discutietur de alienatione & præscriptione bonorum maioratus, & quomodo per delictum amittantur, & de aliis consimilibus quæstionibus; omnia pro virili exponentur. Et primam partem aggrediendo.

Primò quæro, quis possit facere maioratum? quia in 4
omni dispositione sunt † præsupponenda ea, quæ sunt ad actum necessaria, *l.* 1. *in principio ff. ad l. falcid. l. quia, ff. de adoption.* cum *concord.* vt per Seraphinum *de priuilegiis iuramenti priuil.* 31. *num.* 78. *pag.* 181. In quo
paucis rem absoluendo dico, quòd omnis † ille, qui est 5
liber, & habet testamenti factionem; potest condere maioratum, tam in Tertio, quàm in Quinto, quàm etiam vltra Tertium & Quintum, dummodo ad hoc vltimum Regalem habeat licentiam. Et si quis filios non habeat, potest de omnibus bonis maioratum facere: provt infrà latius dicetur:) & resolutiuè, omnis qui non pro-
hibetur, potest facere maioratum, quia hoc † edictum 6
est prohibitorium, *l. sit quæramus, ff. de testam. l.* 1. *C. de sacrosanct. Eccles. l. ab ea parte. ff. de proba. ion. l.* 1. *tit.* 13. *part* 6. *l. testandi, C. de testam. l.* 1. *ff. ad l. falcid. l. necnon, §. sed quod eis, ff. ex quibus caus. maior. l.* 1. *tit.* 4. *part.* 5. faciunt notata per Stephan. Bertran. *in cons.* 173. *n.* 52. *lib.* 3. & latissimè per Menochium *in tract. præsumptionum, lib.* 6. *præsumpt.* 16. *num.* 1. *cum sequentibus*, vbi ex pluribus docet qualiter actus in dubio præsumantur permissi; & tradit Cephalus *in consil.* 523. *num.* 126. & latius *in cons.* 601 1. *n.* 8. *cum sequentibus*, *lib.* 4. Et in substitutione fideicommissaria, est text. *in l.* 14. *tit.* 5. *part.* 6. ibi: *Tal establecimiento como este puede hazer todo ome a cada vno del pueblo, saluo que no le sea defendido por algunas leyes deste nuestro libro.* Et l. 2. ff. de legat. 1. ibi: *Fideicommissum relinquere potest, qui testandi ius habet.* Vbi post alios Ripa *n.* 1. tradit regulam generalem, quòd qui potest testari, potest legata, & fideicommissa relinquere: quam probat *l.* 7. *tit.* 9. *part.* 6. ¶ Successio autem fideicommissorum, † & maioratuum 7
æquiparatur, vt tenet Episcop. Couarr. *resolut. lib.* 1. *cap.* 15. *in fine*, per *l. cum ita, §. in fideicommisso*, & in *l. cum pater, ff. de legat.* 2. Domin. Antonius de Padilla *in rubr. C. de fideicommiss. numer.* 7. Quod dictum ita indistinctè non procedit, vt in progressu huius materiæ constabit. De quo legenda sunt quæ scribit Molina *lib.* 1. *de primogen. c.* 1. *num.* 8. *cum aliis.* ¶ Et ille † qui 8
prætendit aduersarium suum fuisse prohibitum ex aliqua causa facere aliquem actum, id docere tenetur *d. l. ab ea parte. ff. de probation. d. l. necnon, §. quod eis. ff. ex quibus caus. maior.* bona *lex* 2 *tit.* 14. *part.* 3. Ex hac autem regula permissiua, præsumitur pro eo † qui dicit aliquid
sibi

sibi licere, nisi reperiatur prohibitum, *l. necnon. §. quod eis. ff. ex quib. caus. maior. l. mutus. §. cum quæritur, ff. de procurator. l.* 2. *titul.* 14. *part.* 3. vbi Gregor. Lopez *in glos.* 1.

Primò infertur, quod licet maioratus sit † dignitas 10
quædam, secundùm Archidiac. Domini. & Præpositi. *in cap. quàm periculosum, 7. q.* 1. Bald. *in l. cum in antiquioribus, col.* 5. *num.* 11. *C. de iure de liberan.* Ioan Cirier. *in tractatu de primogenit. cap.* 1. Episcop. Couarr. *in d. c.* 15. *in finalibus verbis.* Et Tiraq. quem ipse non refert *in tract. de primogen. q.* 34. *num.* 37. *pag.* 248. & in *præfation. num.* 12. Bald. *in l. ex hoc iure, num.* 14. *vers. vnde dico, ff. de iustit. & iure.* Fului. Pacian. *in tract. de probation. lib.* 2. *cap.* 26 *num.* 92. *fol.* 98. Eleganter Gregor. Lopez *in l.* 2. *tit.* 2. *part.* 7. *in glos.* in verb. *mandas*, ante medium; Præpositi. *in c. per venerabilem, §.* 1. *num.* 35. & 43. *qui filij sint legitimi*, Barthol. Socin. *cons.* 47. *col.* 3. *lib.* 3. Aymon. *cons.* 266. *num.* 2. vbi scribunt; quod ius primogenituræ æquiparatur regali dignitati. Et Matienç. *in l.* 5. *glos.* 2. *num.* 3. *fol.* 172. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopilation.* vbi refert Molinam, Episcopum Couarru. Guillelmum Benedict. & alios. Quòd tamen videri meo non est ita generaliter nec absolutè intelligendum, nisi sit dignitas Ducatus, vel Marchionatus, Comitatus, aut Vicecomitatus; vt colligitur ex scriptis per Imolam *in cap. de multa, de præbend.* Syluanum *in consil.* 30. *num.* 42. Et aliis quæ scribit Mascard. *in tractatu de probationibus, lib.* 2. *conclus.* 1094. *folio* 332.

Et quod Ducatus, Marchionatus, † Comitatus, & 11
Vicecomitatus, sint dignitates Regales, probatur *in cap.* 1. *de feud. Marchi.* & in *c.* 7. *qui feud. dare possint*; vbi Doctores; & volunt Albe. Ioan. Andr. *in l.* 1. *ff. de constitut. Princip. fundament. vers. Marcuio. de elect. in* 6. Bartol. *in cons.* 72. Alexand. *in consil.* 2. *num.* 13. *lib.* 5. Barthol. Socin. *in cons.* 67. *num.* 3. *lib.* 1. *& in cons.* 165. *num.* 1. *lib.* 2. Redin. *de maiestat. Princip. in princip. num.* 52 *fol.* 8. Molin. *lib.* 1. *de primogen. cap.* 1 *num.* 15; *& lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 4. *fol.* 210. Lancellot. Conrad. *in temp. Iudicum, lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 6. *fol.* 104. Chassan. *in catalogo gloriæ mundi, part.* 5. *consider.* 55. *fol.* 36. Nicolaus Boerius *in tractatu de authoritate magni consilij, numer.* 110. *pag.* 835. Iacob. de sancto Georgio *in tractatu feudorum, in g of. in verb. Princeps.* Celsus *in cons.* 20. *num.* 2. pro quibus sunt leges 11 *&* 12. *ti.* 1. *part.* 2; quod ad multa expedit scire. Et quod Marchionatus sit feudum dignitatis, tradunt Ias. *in præludio feudorum, num.* 19. Socin. Iun. *in cons.* 95. *num* 92. *lib.* 3. Menoch. *in cons.* 1. *num.* 35. Fuluius Pacian. *in tract. de probation. lib.* 2. *cap.* 37. *num.* 15. *fol.* 146. vbi tradit, quòd omnis, qui † præest cognitioni villæ, vel castri, dicitur habere dignitatem, ex Bald. *in cap.* 1. *§. ceteri, quis dicatur Dux*; & quod habentes iurisdictionem in aliquibus locis sint Clarissimi, tradunt Baldus *in l.* 1. *in princip. num.* 19. *fol.* 48. *ff. de officio eius cui mandat. est iurisdictio.* & habentibus † iurisdictionem honor est deferendus, secun- 13
dùm Bart. *in l.* 1. *C. de digni. atibus, lib.* 12. Guidon. Pap. *singular.* 486. & *decision.* 385. & alios, quos citat Baeça *de inope debitor. c.* 15. *num.* 105. *fol.* 122. Et de dignitate Baronum tractat Ioan. Francisc. *in tract. Baronum, in proœmio*, *num.* 8. *pag.* 5: & quod de primogenitura tradit latè Ioan. Cirier. *in tractat. de primogenitura, quæst.* 17. *folio* 28. & quod castrum † habens iurisdictionem annexam cum territorio & subditis, sit nobile, & nobiliter possessorem; tradunt Lucas de Penna *in l. mulieres, in* 4. *causa nobilitatis, col.* 2. *C. de dignitatibus, lib.* 12. & alij quos citat Glossa Parisiens. *in consil. pro Duce de Villahermosa, num.* 41. Chassaneus *in consuetudinibus Burgundiæ rubr.* 4. *§.* 19. *pagina* 742. & legi debet Flores de Mena *in tractatu rerum quotidianarum, quæst.* 21. *num.* 25. Ad quod facit, quod scribit Glossa Parisiensis *in consuetudinib. Parisien. part.* 1. *§.* 9. *glossa* 3. *numer.* 2. vbi dicit, quod feuda nobilia sunt feuda Regalia, vt Ducatus, Comiratus, Marchionatus. Et feuda
14 quamuis † non Regalia, ab illis tamen dependentia immediatè, & maioris, & nominationis notabilitatis

post illa, vt Baronia, vel alia similia, vel insignis dignitas feudalis, & feuda ab his dependentia, sub se vassallos valuasinos, & alios subditos habentia cum iurisdictione, & vt dignitas propriè sit nobilitas, vt patet ex Salustio *in bello Iugurtino*, ibi: *Namque capere dignitatem, in superbiam, libertatem in libidinem trahere.* Notat Tiraquel. *in tractatu de Nobilitate, cap.* 8. *numer.* 3. *pagin.* 88.

Quare non immeritò dubitant Guido Papæ *decisione* 335. Auendañ. *lib.* 2. *de exequend. mandat. regis, cap.* 14. *num.* 31. *fol.* 195. an domini vassallorum sint immunes à tributis, licèt non sint nobiles. Quod latiùs tractat Azeued. post Ioann. Garciam, quem citat *in rubr. titul.* 1. *lib.* 6. *Recopilation. numer.* 184. *cum sequentibus fol.* 37. & decisio *Guid. Papæ*, etiam Tiberius Dec. *respons.* 2. *n.* 167. *b.* 1. Et ibi tradit, quòd habentes † iura Regalia sunt exempti à tributis. 15
Et ad hoc refert etiam Chassanæum *in consil.* 64. ad quos addo Fuluium Pacianum *in tractatu de probation. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 52. *f.* 97. & feuda magnatum, & regalium dignitatum à solo Rege recognoscuntur secundum Baldum *in leg.* 1. *§.* 1. *de caduc. tollend.* Glos. Parisien. *in consuet. Parisien. §.* 1. *glos.* 5. *numer.* 11. *f.* 29. ¶ Et nobiliores in dignitatibus, & in'alijs officijs, † sunt præferendi ignobilibus 16
vt probatur *in authent. de defensor. ciuit. §.* 1. *in verb. obscuri*: & iterum *in verb. vnumquæque*; *nobilium.* Quod plenissimè vltra omnes docet idem Tiraquel. *in dicto tractatu de Nobilitate, c.* 20. *un.* 1. *cum sequentibus, pagina* 133. Et notat Auditor Otalorà *in tractatu de Nobilitate, 5 part. princip. cap. vltimo, num.* 8. *folio* 128. *col.* 4. Auendan. *de exequend. mandat. regis, part.* 1. *cap.* 19. *n.* 17. Rebuffus *in tractatu de Nomination. quæst.* 14. ¶ Et nobiles dicuntur † constituti in digni- 17
tate, & nobilitas dicitur dignitas, secundum Bart. *in l.* 1. *num.* 46. *C. de dignat. lib.* 12. Tradit decisio Pedemont. 100. *num.* 47. Et castra, & villæ continent honorem secundùm Innocentium *in cap. ex literis, de iure patronat.* Lucam de Penna *in l. quicunque, C. de fund. limit. Nicolaum* Boërium *in tractatu de custodia clauium, num.* 55. Et habentes iurisdictionem; & merum & mixtum imperium ex consuetudine, vel priuilegio; dicuntur nobiles, secundùm Baldum *in consil.* 129. *factum proponitur, lib.* 1. ¶ Et iurisdictio ordinaria tri- 18
buit † dignitatem, secundùm Archidiaconum *in cap.* 1. *de consuetud. lib.* 6. Barbaciam *in tractatu de Præstantia Cardinalium, quæst* 1. *§. nec obstant.* Conrad. *in templo Iudicum, lib.* 1. *cap.* 1. *de Imperatore, §.* 1. *q.* 2. *numer.* 27. *folio* 7.

Et in feudo nobili, non est capax, nec potest succe- 19
dere ignobilis † sine expressa Domini voluntate secundùm Paulum de Castro *in cons.* 335. *Laudatio & inuestitura, num.* 2. *in fine, lib.* 1. per textum in *l. Lucius Titius. §. Titius Damam. ff. de legat.* 2. & in *l. apud Iulianum, §. vltimò. ff. de legat.* 1, & in *l. fideicommissa, §. si seruo. ff. de legat.* 3: explicat Glos. Paris. quamuis non referat Paulum in *d. §.* 9. *glos.* 3. *num.* 4. Nicol. Boër. *decis.* 246. *num.* 4. *versic. quinimo videtur.* Imò ex vniuersali Galliæ consuetudine, præcipuè ex Ducatu Burgundiæ, feudum quis tenere non potest, nisi sit nobilis, secundum Chassan. *in consuetud. Burgundiæ, rubr.* 8. *§.* 5. *fol.* 299. *n.* 68. *col.* 1. cui addo Lucam de Penna *in l. cum neque ad filium, C. de incol. & vbi quis habitet, lib.* 10. *fol.* 72. dicentem, quod rusticus emens feudum nobile, non ex hoc efficitur nobilis: quia res † à persona sumit conditionem 20
& honorem, non è contra, *l. iustissimè. ff. de ædil. edict.* Et ex generali Franciæ consuetudine inter nobiles tantum, & in rebus quoque nobilibus tantum, non etiam inter ignobiles, nec in rebus ignobilibus masculi præferuntur fœminis, & primogeniti cæteris; provt refert Tiraquel. *in tractatu de Nobilitate, tap.* 37. *num.* 123. *pagina* 552. Et quando Imperator concedit potestatem legitimandi, solet excipere filios Illustrium, secundùm Bartolum in *l. ex facto, §. si quis rogatus. ff. ad Trebellianum*, vbi Paulus dicit, quòd hoc est magis verum in no-
bilibus

bilibus habentibus iurisdictionem,& signoriam ; quem citat Carolus Ruinos *in consil.* 77.*num.* 4. *lib.* 3. ¶ Et
21 statuta excludentia fœminas existentibus † masculis facta sunt ad conseruationem nobilitatis , secundùm Albericum *in rubrica, ff.de vulgar. col.* 64. *num.* 94. *versic. sed certum est:* Baldum *in cap. in præsentia,col.*3. *num.* 12. *versic. item favor ciuilis,de probation.* Et hac ratione respublica admisit,vt in successione maioratuum masculi fœminis præferantur vt per Tiraquel.*in tractatu de primogen. quæst.* 10. Episcop. Couarruuias *in cap. Rainuntius, in princip. num.* 24. *folio* 91.*de testament.* & faciunt quæ scribo infrà , *quæst.* 51. *num.* 5. *cum sequentibus.* Et plures citat Portius *in consil.* 1. *num.*14. Et nobilitas ad omnia commendatur,vt latissimè docet Tiraquel. *in dicto tractatu de Nobilit. quæst.* 21. ¶ Et an maioratus sit dignitas , resoluit etiam Molina *lib.*1. *de primogen. c.*13. *fol.* 100. quem citat nouissimè Azeued.*in rubric.* 11. *tit.* 2. *lib.* 6. *Recopilation.num.*203. *fol.* 39. & dominus Antonius de Quæsada *in libro diuersarum quæstionum, c.* 6.*num.* 7.& 8. Burgos de Paz. *quæst.* 3. *ciuili,n.*1. *cum sequentibus,& n.* 58. Tiraquel. *in tractatu de primogen. q.* 66. *num.* 42. *pag.* 377. vbi ex hoc disputat , an filij Iudæorum possint habere ius primogenituræ.Et de dignitatibus plura ad propositum scribit Alciatus *in tractatu de singul. certamin. cap.*
22 32. ¶ Et quòd Comites , Equites Romani , † & habentes iurisdictionem, Consiliarij,Princeps, Doctores, & Medici,censeantur habere dignitatem, tradit Menochius *in tractat. præsumption. lib.* 4. *præsumpt.*78.*num.* 24. *fol.* 127. & qualiter consideretur dignitas , notanter more solito tradit Petrus Barbos. *in l. quia tali, num.* 8. *pag.* 346. *ff. soluto matrimonio.* Et quòd habere vassallos , sit dignitas ; tradunt Cald. *in cap.* 1. §. *Marchio, de feud.* Guido Papæ *decisio.* 385. Auendañ. *part.*2. *de exequend mand. d. cap.* 14. *num.* 31. qui dicit , quòd ad hoc solet allegari *cap. Abbati Sanct. Siluan. de verborum significat. lib.* 6. & in Hispania nobiles vocantur primogeniti, vt tradit Matienç. *in l.*7.*tit.* 8. *glos.* 4. *lib.* 5.*Recopilat. fol.* 181. & tradit Curtius Iunior *in consil.* 196.*num,*37.& 38. *lib.* 2. post Paulum de Castro quem citat, quòd est dignitas habere aliquam superioritatem , vel iurisdictionem in subditos, & omnes diuites Principes appellantur,vt ex Cardinal. Guillel.Bened.& alijs tradit Molina *de primogenijs lib.* 1. *cap.* 2.*num.*24. *fol.* 12. Mascard. *in tract.de prælationibus,lib.* 2. *conclus.* 1000.*num.* 4. *folio* 263. faciunt scripta per Siluanum *consil.* 3.*num.* 42.

Licèt igitur maioratus sit dignitas, & res honorabilis ; quilibet etiamsi non sit nobilis , potest facere maioratum,& est de genere permissorum,nec ista facultate sunt priuandi,qui non sunt nobiles maximè , quia
23 libertas disponendi de rebus proprijs , † competit de iure naturali, §. *singulorum, Instit. de rerum diuisione,* §.*quod vero, Instit. de iure natur. gent. & ciuil. l. ex hoc iure. ff. de iustit.& iure.* Imò est de iure diuino , vt probat egregia.*l.*1.*tit.*28 *part.*3.ibi : *Señorrio es poder que home ha en su cassa de fazer della,e en ella lo que quisiere segun Dios.e segun fuero* Et dixi suprà *in principio* : & falcultas testandi est de iure gentium , secundùm Theophil. *in* §. *ius autem ciuile.Instit. de iure natur.gent.& ciuil,* Bart. in *l. interdum,num.*7. *ff. de condict. in debit.* & alios quos refert Episcopus Couarru. *lib.* 3. *resolutio. cap.* 6. *num.* 7. *in principio.* Ex quo venit,quòd testator potest excludere masculos à succes-
24 sione , & admittere fœminas , vt fundat latè Stephanus Bertrand. *in consil.* 46. *lib.* 1. *& consil.* 173. *numer.* 12. *lib.* 3. Melius Decius *in cons.* 372. *numero* 3. *&* 4. facit etiam textus *in l. si testamentum , Cod. de testam.*Et nobilitas absque † diuitijs facilè amittitur & difficiliter conseruatur,*l. ad subeundas,C, de decurion. lib.* 10. *l.* 2. *C. de pred. decur.* De quo per Otaloram *in tract. de nobilitate.q.* 2. *c.* 3. *num.* 4. *folio* 14. Et
25 nobilitas † mundi,nihil aliud est quàm diuitiæ inueteratæ,vt tradit Sanct. Hieronymus *ad Hedibiam* , & ex nostris Petrus à Bellapertica *in l. humilem, C. de incestis nuptijs* , & alij quos citat Matienç. *dicta glos. f.* 4.*n.* 2. faciunt scripta per Siluanum *consil.* 1. *num.* 60. Et cum quotidie faciant maioratus illi , qui non sunt nobiles,vocando etiam ignobiles,hoc non est mutandum, *l. si de interpretatione, l.minimè. ff. de legibus.l.penult.ff. de constit. princ.*

Experientia etiam† cognitum habemus,quòd ab ho-
26 minibus infimi generis multi maioratus horum Regnorum originem trahunt : & quamuis hoc non tam licitum esset , sicut est; cum sit de iure gentium, ciuili , & regio; tamen propter vtilitatem & honorem Regno ex maioribus resultantem, permittendum esset , *l. ita vulneratus,* §. *multa.ff. ad leg. Aquil.* Nam interest Reipublicæ , † ciues habere locupletes,*authent. vt iudic. sine*
27 *quoquo suffrag.* §. 1. *authen. de defensor. ciuitat.* §. 1. *authen. vt omnes obed. iudic.* §. 1. *l.* 9. *in fine, titul.* 11. *part.*2.*lib.*1.*tit.*6 *in d.part.l.*7.*tit.*9.*in versicul.* E sobre todo,*ead.part.*2.*l.*3.*eodem tit.* Et tradit in maioratibus Hispaniæ Matienç. *in d. rubr. l.*7.*glos.* 3. Quod rectè exornat Tiraq.*in tract. de primogen. q.*23. *num.*12.*pag.* 211.ad quem addo Rebuff. *in l. vnicam, C. de sentent. quæ pro eo quod interest proferuntur, in glos. in verb. proferuntur , num.* 33.*pag.* 459. vbi ponit regulam, quod Respublica non læditur si vnus fiat pauper, alter diues, secus si nullus fieret locupletior.Et reipublicæ interest, quòd homines de suis rebus disponant,vt tradunt Menchaca *de successor. lib.* 1. *in præfatione , num.*29. *pag.*1. Bursatus *in consil.*180.*num.* 37.*lib.*2.Et quòd ex maioratibus resultant Regno vtilitates,probat *l.*7.*tit.*7.*lib.*6. *Recopilation.* ibi : *En los quales muchos de sus parientes y criados , y otros hombres hijosdalgo, se acostumbran mantener y sostener.* Et in tota illa lege , vbi notat hoc Matienç. *glos.* 2. *fol.* 180. ¶ Et à maioribus diuitiis
28 † maior honor sequitur, secundùm Cæpolam *in tractatu de Imperatore milit. deligend.* §.*diuitiis* ; quem citat Lancel. *in templo Iudicum , lib.*1. *c.*2. *de reg.n.*18.*fol.* 103. qui id exemplificat in Rege nostro Philippo. Et propter diuitias,honestas & dignitas cognatorum conseruatur,quæ perit propter inopiam, *authen.de testibus,* §. *sancimus, l.pietatis. C.de suspect. tutoribus,* facit lex 12.*tit.*7.*in versic.*La quarta , *part.*2. tradit Iacob Portius *in d. consil.* 11.*num.*13. Menoch. *in consil.* 117. *num.*2. *lib.*2. Et hæc est etiam ratio statutorum excludentium fœminas ob masculos , secundùm Romanum *in cons.*411.*Quatuor sunt,col.*1.*versic. quod autem* , & Decium *in cons.*372. *n.*6. Iacob Portium *in cons.* 42. *n.*7. Ioan. Garc. *in initio tract. nobilitatis, num.* 39. *fol.*11. vbi hoc citat , & notanter Matth.ab Afflict. *in constit.Neap.lib.*3.*rubr.*24.*de successio nobilium.num.*71. *fol.* 297.

Et ratio vera & vnica statuti municipalis exclu-
29 dētis fœminas † ob masculos, & publica quædam vtilitas,quæ resultat ex conseruatione dignitatis,familiæ, & agnationis,siue cippi domus : & præcipuum sustentaculum dignitatis prædictæ, sunt diuitiæ , sine quibus sordescit,& decrescit dignitas,& honor familiæ; vt per *l.quisquis.C. ad l.Iuliam maiestat.*§.*hoc quoque.Instit.per quas person. nob. acquiritur.* Uolunt Parisius *cons.* 26. *num.*94. *lib.*6. Augustin. Bero. *cons.*120.*num.*6. *lib.*2. Eleganter Curtius Senior *in cons.* 51. *num.* 7. Iacob. Portius *d.consil.* 11. *num.* 14. Zasius *cons.* 3. *num.* 58. *lib.* 1.& alia tradit Socin. Iun. *in cons.* 1.*n.* 38. *&* 39. *& cons.*42.*numer.*52.*lib.*1.*& in cons.*168. *numer.*38. *lib.* 2. & in *rubr. ff. de acquir. posses.numer.*117.*fol.*30. vbi refert Augustinum *in lib.de ciuitate Dei cap.*12. dicentem, quòd per diuitias decus & honor in familijs conseruatur. Tradit dominus Antonius de Padilla illustris genere, & scientia, *in rubrica, C. de fideicommiss. num.*4. *versic. secunda ration* ; vbi ex hac & alijs rationibus probare nititur iustitiam maioratuum. Ad quem addo Syluam nuptialem, *lib.* 4.*num.* 9. *cum sequentibus.pag.* 353.¶ Et in nostra materia maioratuum hoc vult *pragmatica* data Madritij anno 1534.quæ decidit, quod vbicunque duo maioratus iunguntur per matrimonium ; filius maior non succedit in ambobus,

vbicunque

vbicunque sunt valoris in *illa lege* designati,die *l.*7.*tit.*7. *lib.*5. *Recopilation.* facit bona *l.*2.*tit.*9. *p.*2. Nec minus facit quæ hodie habetur in nouo volumine legũ Regni, *l.*11.*tit.*7.*lib.*5. ibi ? *Que las ayan por mayoradgo* : vbi illud statuitur fauore maioratuum contra regulas iuris.

30 Et Regno expedit,vt nobilitas generosorum † & diuitum conseruetur & augeatur,quæ per diuitias conseruatur & augetur; vt probat *d.l.*7.*& l.* 11.*ti.*. De las donaciones,*lib.*5.*Recopilat.*Et tradit latius Matienç.*in d.l.*7. *glos.*4.*n.*1.*cum sequent.fol.*181. Et honor primogenitorum conseruatur in iurisdictionibus: & vassallis,& aliis quibuscunque præfertur; vt tradit Curtius Iunior *cons.* 79. *n.*3. Et ad hoc etiam adduco notandam *l.*44.*tit.*5. *p.*5. ibi : *En su testamento defendiendo algun ome, que su castillo,o torre,o casa,o viña,o otra cosa de su heredad,no la pudiesse vender ni enagenar mostrando alguna razon guisada porque lo defendia;como si dixesse,Quiero que tal cosa , nombrandola señaladamente , no sea enagenada en ninguna manera;mas que finque siempre a mi hijo, o a mi heredero,para que sea siempre mas honrado,y mas tenido.*

Quæ lex ad hoc , & ad alia, in ista materia maioratuum , est singularis : vbi vide Gregorium Lopez in glos.*Mas honrado.* Qui plura ex sacra Scriptura,& aliis adducit in laudem diuitiarum. ¶ Et diuitiæ ipsæ solæ
31 de per se nobilitant, † secundùm Albericum *in l.Imperatores,ff.de decurion.*Matienç.*in l.*7.*tit.*7.*lib.*5 *Recopil. glos.*4.*n.*2.*&* 3.*fol.* 181.Imò homo multum pauper non
32 potest esse miles, *l.*13.*ti.*21.*p.*2.Et pro nobili † & diuite semper præsumitur, secundùm Gloss. & alios quos citat Ioseph Mascard. *in tract. de probat. concl.* 1392. *n.*15. *fol.* 346. Et diuites Episcopi honorantur, & pauperes contemnuntur,secundùm Glos. *in crp.Episcopalis, de priuileg.* vbi tradit Decius *n.*41. Et dicit Bald. *in c. super eo,in* 2.*de testibus.n.*4. *fol.*182. Quod satis est nobilis , qui diues est. Et probatur *in l. Nobiliores, C. de commer.& mercatorib.* Notat mirabiliter Tiraquel. qui plura elegantia scribit *in tractatu , de primogen. cap.*3.
33 ¶ Et diuitiæ ad multa prosunt , † vt ordinarium tradit Albericus *in l.*§*i quis ad declinandam, n.*12.*fol.*32.*C.de Episcop.& Cler.*De quo,& an diuitiæ expediant ad salutionem,lector videat quæ notanter scribunt Tiraquel. *in l.si vnquam,C. de reuocan.donat.in verb.bona,n.*3.*pag.* 148.Rebuf. *in l.bonorum* 49.*pag.*362.*ff.de verbor.signific.*Silu.nuptial.*lib.*4.*n.*111.*pag.*354.Simanc.*de institution.catholic. tit.*45.*n.*28. *fol.*209. & facit doctrina Abbat. *in c. constitutis in* 2.*n.*12. *fol.* 115. *de appellat.*
34 ¶ Et primogenita ea ratione aliàs licita sunt , quod eis bona † conseruantur,& non attenuantur,sicut fit,quando bona diuiduntur inter filios,vel alios,*l.*2.*tit.*15.*p.*2. tradit notabiliter Rebuf.*in declarat.feud.n* 26.*pag.*486.
35 Et constitutio maioratus sit , vt bona vnita † conseruentur in personis primogenitorum,vt in terminis tenet Barth Soc *in elegani consil.*47.*n.*6.*lib.*3.latè tradit Tiraquel.*in d. tract. de primogen.q.*4.*n.*13. cum aliis.Facit bona *l.*10.*tit.*29.*p.*2.ibi:*De los señorios mayores,porque no mengnassen ni se desfiziessen de todo.* Et hoc credo quòd est maxima ratio decidendi ad textum *in l.* 27. *Taur.* vbi permittitur patri apponere grauamen restitutionis in melioratione Tertij.Notat Montal.*inl.*1.*tit.*3. *lib.*1.*for.in glos.in verb.*A su hijo *vers. Item primogenitura,fol.*8. Nec in primogenitura solum vertitur honor ipsius primogenituræ, & ratio publicæ vtilitatis, sed & attenditur conseruatio memoriæ , & dignitatis familiæ, quæ non potest melius, quàm per vnitatem conseruari.
36 ¶ Et quod ius † primogenituræ sit inter nobiles tantum inclusum,tradit Tiber.Decian. *resp.*33.*n.*82.*lib.*1. ex Bart.Soc. *in cons.*47.*col.*2. Parisio *in cons.*72.*n.*81. *lib.*2.Et hæc est ratio consuetudinis,quæ vult,principalem mansionem esse præcipuam soli primogenito , vt fundat Glos.Paris. *in consuet.* §.8.*glos.*4.*n.*15. *fol.*118. quod rectè tractat Alber. *in proœm.Digestorum,*§.*discipuli, n.*9.

Et quòd maioratuum institutiones respiciant bonum
38 † publicum,probat latè Molin. *de primog. lib.*1. *c.*18. *n.*1. *cum aliis, fol.* 142. ad quem addo Burg. de Paz *cons.*9.*n.*6.*&* 7.Tiraq.*in tract.de primog.q.*35. ¶ Et familiarum dignitas per diuitias conseruatur & amplificatur : *l. & quia,*cum Glos. *ff.de interrogat. actionib.l. Titia cum testamento,*§. *Lucius Titius,el* 2. vbi Bald. *ff. de legat.*2.Notat.Ioan. Andr. *in addition.ad Specular.in rubric.de succes.ab intestato* , & alij,vt per Barbat. *inter consilia Alexandri.cons.*52. *Circa hanc n.*4.*lib.*4. & per eundem in *consilio* 4.*Scribitur* 1.*Regum,col.*1.*lib.*1. Notat Bertrand. *in cons.*161.*n.*6. *lib.*1. Chassanæus *in consuetud.Burgund.rubr.*7. Femme Mariée, *fol.*269.*col.* 1.*in princip.* Aimon. *in cons.*75.*n.*17. *& in cons.*164. *n.*4. Tiraq. *in tract.de primogenitura,q.*13.*n.*12.notanter in maioratibus Hispanis, Parisius *in cons.*72.*n.*30. *lib.*4. qui plures refert. ¶ Et propter paupertatem dignitas † fordescit , & familiarum splendor obscuratur, *l.ab omnibus,in principio.ff. de legat.*1.*l.quisquis, C. ad leg. Iuliam maiestat.*cum *concordantibus* , vt per Menochium *in cons.*51. *n.* 27. *lib.*1. Et plures refert Burgos de Paz *dict. cons.*9. *n.*9: ¶ Et *Hijodalgo* † dicitur qui habet aliquid : *notab.l.*2. *tit.*21.*p.*1. Et ex istis scribit eleganter Paul.de Castro *in cons.*375. *Ne sub æquivoco: lib.*1. *num.*3. quòd legitima debet detrahi boni viri arbitratu; ideò filia non debet habere vnum castrum pro legitima , quia videtur ad masculos pertinere , vt salua sit familiæ dignitas. Ad quem addo Barthol.Soc.*in cons.* 75.*num.*11. *lib.*1. vbi tradit,qualiter & quomodò filius debet habere legitimam in rebus restitutioni subiectis. ¶ Et pro hoc etiam facit doctrina Bald. *in cap.*1. §. *ex eadem lege, num.*2. *de lege Conradi , fol.* 57. vbi dicit, quòd rusticus † potest emere iurisdictiones & dignitates. Quod dictum refert Gloss. Parisiens. *in consuetud. Parisien.p.*1.§.1.*glos.*5.*n.*63. *ad finem numeri.fol.*34.

Tandem iniquum est , liberis hominibus † non esse liberam rerum suarum administrationem, *l.*2. *in fine.ff. si à parent.fuerit manu.* maximè in testando, *d.l.*1. *C.de sacrosanct.Eccles.*Notat Barthol.Socin. *in cons.*61.*n.*2. *&* 6.*lib.* 3. *& in cons.*62. *num.*9. *eodem libr.* Angel. *in cons.* 179. *num.* 3. Quod notanter tradit Menoch. *in tractat.de præsumption.lib.*4. *præsumpt.*97. *num.*2. *&* 3. *folio* 183. Ex quo infert Decius *in consil.*456. *num.*10. quod statutum arctans patrem,ne possit grauare filium in tertia parte hæreditatis ; est strictè interpretandum. Pro quibus omnibus est textus notabil. & moralis *in l. qua ratione,* §. *hæc quoque res.ff.de acquiren. rer. domin.* ibi : *Nihil enim est tàm conueniens naturali æquitati, quàm voluntatem domini volentis rem suam in alium transferri,ratam haberi.*

Et nullum damnum Reipublicæ resultat ex eo, quòd ignobiles & rustici faciant maioratus : imò magna vti-
43 litas , cùm regni † intersit,vt in eodem sint plures nobiles qui illud in pace illustrent, & in bello defendant, *l,*1 *& l.*23.*tit.*21 *part.*2. & est notabilis *l.*3.*tit.*10.*p.*2. ibi : *Otrosi deue amar y honrar los ricos omes, porque son nobleza y honra de sus artes, è de sus Reynos.* Et ibi : *Los ricos omes , y los Cau...: los son tomo à soldados para guardarla.*Et *l.*9. *tit.*9. *ead.par.* ¶ Et quòd rustici ha-
44 bentes liberam rerum suarum administrationem, † possint infeudare,volunt Bald *in t.*1 *num.*8. *de his qui feudum dare possunt* : Tiraq. *in tract. de Nobilitat. c.*7. Greg Lopez *in l.*3.*tit.*26.*pag.*4.*glos.*1. qui communem vocat : Ioan. Guttierr. *lib.*3. *practicar. quæstion. c.*16.*n.* 88.*pag.*202. ¶ Quæ omnia notanda sunt; & in eisdem moratus sum,non solùm pro fundamento istius illationis,sed ad alia plura infrà in hoc opere dicenda,ad quæ veluti aliqua fundamenta ad ædificationem aliorum scripsi, & ista illatio ex superioribus vera est,quam tenet nouissimè Augulo *in l.*27 *Taur.glos.*1.*n.*3.*fol.*52.

Et quòd iustè Domini † de Consilio possint ignobi-
45 libus & rusticis istas concedere facultates ad faciendos maioratus , quicquid teneat Peralta *in l.*3.§.*qui fideicommissum,n.*150. *in fine,pag.in.*263. *ff. de hæred. instituen.* vbi dicit, quòd est adhibendus modus & frænum personis humilibus, & obscuri generis, quamquam di-

nitibus,ne maioratum conſtituant; cùm per eam viam indirectam velint nobilibus adæquari. Ideóque æquum eſſet ſecundum eum illis denegare licentias. Et idem animaduertit Molina *d. c.*18. *num.*8. quem citat Valdes *in additionibus ad Suarez, in l.quoniam in prioribus,C.de inoffic.teſtam. limit.*11.*n.*1.*pag.*87. qui ad hoc etiam citat Simancam *de primogeniis, c.*9. Nam iſtud inconueniens non præponderat tantum quantum vtilitas publica, & aliæ vtilitates priuatæ, quæ ex maioratibus reſultant. Et ſi illud quod *Peralta* dicit,ſeruandum eſſet,eodem modo eſſet prohibendum ruſticis & ignobilibus facere meliorationes Tertij & Quinti vinculatas;quod iniquiſſimum eſſet, & contra licentiam & facultatem generalem *l.*27. *Tauri.*

Et non ex hoc quòd ruſtici ſint diuites,& poſſideant
46 † maioratus,nobiles efficiuntur, vt eſt notiſſimum; & conſtat ex ſcriptis per Tiraquel.*in tract.de Nobilit.c.*7. *n.*9. & aliis quæ tradit Auendan.*in l.* 6.*tit.*18.*gloſ.*1.
47 *p.*2.*n.*1.*fol.* 158. ¶ Et diuitiæ † conferunt ad nobilitatem,ſed non nobilitant,ſecundum Bart. *in l.* 1. *C.de dign.lib.*12. *n.*47. & alios, vt per Tiraquellum *in dict. tractatu,de Nobilitate, c.*3.*n.*13. Fuluium Pacianum *in tract.de probation. lib.*2.*c.*26. *ad finem.fol.*101.

Poteſt ſanè quod *Peralta* conſuluit, procedere in
48 dandis facultatibus deſcendentibus † à Iudæis,vel Sarracenis, quia ex hoc multæ nobiles familiæ ſunt maculatæ propter matrimonia,quæ hi, quibus iſtæ licentiæ conceduntur,aut illorum filij,& deſcendentes contrahunt cum filiabus nobilium,& è conuerſo:Et reipublicæ multa incommoda ex talibus matrimoniis reſultant, provt experientia (quod maximè dolendum eſt) præcipuè in Regno Murtiæ in iſtis temporibus ſatis docuit. Et iure iſta concluſio fundari poteſt ex his,quæ tradit Epiſcopus Conarr.*in Clement.ſi furioſus,de homicidio,p* 1.§.2.*n.*7. & 8.*fol.*21. Simancas *libr.de inſtit. cathol. c.*46. *n.* 22. Auendañ. *in tractatu de exequend. mandat.regiis,part.*1.*cap.*19. *n.*20. *fol.*121. Epiſcopus Redin. qui laudat & confirmat ſtatuta Toletana & Gienenſia,quæ in Eccleſiis non admittunt deſcendentes à Iudæis;is ſcilicet, *in lib.de maieſtate Principum. in verb.ſed etiam per legitimos tramites, n.*200. *cum ſeqq. fol.*95. quibus addo Iaſonem *in rubr.ff.de iuſtitia & iure.* Decium *in c.eam te,n.*6. *de reſcript.* Otalora *in tract. de Nobilitate* 2.*p.*3.*par. princip. c.*7. *per totum, fol.*75. Tiraquel. *de ceſſante cauſa,limit.*12.*n.*11.*&* 12. In quibus locis latè tractatur, quemadmodum conuerſi, aut illorum deſcendentes admittantur ad officia, ad honores,collegia,confraternitates, ad beneficia, & alia ſimi-
49 lia. ¶ Et hoc inter alia innuit quædam petitio † data in Curiis Madriti per Procuratores ciuitatum, *anno* 1552. *ordine* 106,in qua fuit ſupplicatum,ne concederentur licentiæ ad faciendum maioratum,niſi perſonis qualificatis;cui petitioni reſponſum fuit, quòd id conſiderabitur, & quòd ageretur neceſſarium, (vt plenius ex dicta petitione & reſponſione conſtat) Et ſicut hominibus iſtius generis denegantur Eccleſiaſticæ dignitates, & beneficia in pluribus locis, & Eccleſiis iſtius Regni,ita iſtæ facultates eiſdem talibus non ſunt concedendæ. Et hoc,& alia ſimilia ſunt facienda, vt homines nobiles & liberi à prædicta macula arceantur, & à coniugio eorum, qui morbo prædicto ſunt maculati, *l.capitalium,*§ *famoſos,ff.de pœnis.* Et pro iſta concluſione pondero bonum textum *in l.ſuperſtatu, C. de quæſt.* ibi: *Ne aliena fortè ſordida ſtirpes ſplendidis & ingenuis natalibus audeant ſubrogari*; quæ latiùs tractatur infrà, *hac p.q.*51. & quod ego hîc ſcribo citat Auendañ. *in l.* 27.*Tauri,gloſ.*1.*n.*2. *fol.*52.

Secundò infertur, poſſe Epiſcopum de bonis patri-
50 monialibus,in quibus eſt eidem libera diſpoſitio,facere maioratum † non ſolum in filium, quem fortè ante Clericatum ſuſcepit,ſed etiam in alium conſanguineũ, vel extraneum. Quod colligitur ex *c.ſin manifeſtè.n.*1. *q.*1.*&* cap. *quia nos*, vbi latè Epiſcopus Couarr. *n.*3.*de teſtam.*qui de hoc latiùs tractat. Et vide Molinam *lib.*2. *c.*10.*n.*16.*fol.*303. Quod procedit etiamſi Epiſcopus ſit Monachus, quia id facere poteſt, iuxta Gloſſ. *in c.de Monachis*: 16.*q.*1. *&in c.*1.18.*q.*2. Notatur per Iaſonem *in authentica, ingreſſi, col.*2. *n.*7. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & reſoluit latiùs Epiſcopus Couarr.*in d. cap.*1. *n.*18. ¶ Et Papam poſſe teſtari † de bonis patrimonia-
51 libus, tradunt Martinus Laudenſis *in tract. de Princ.q.* 13. Lancel. Conradus *in templo Iudicum, lib.*2.*c.*1.*q.*11. Nauarr. *in lib.de reditib.q.*37. *monitio.*6.*n.*2. Menoch. *in conſ.*423. *n.*32. *lib.*5. qui prius *n.*31. idem tradit in omnibus Clericis. Quando autem Monachi poſſint facere teſtamentum, lege latè Falconem *reg.*456. Sed & de bonis, quæ Epiſcopus † acquiſierit de reditibus
52 Eccleſiæ,ſi ad hoc habeat licentiam teſtandi à Romano Pontifice,poteſt facere maioratum,quam licentiam Romanus Pontifex rectè concedere poteſt, maximè cauſa exiſtente, ſecundùm Abbat. *in c.cum eſſes,n.*30. *de teſt.* & alios, quos refert Epiſcopus Couar. qui dictum articulum diſputat *in c.cum in officiis,n.*6.*fol.*57. *de teſtam.* licet contrarium ex *Abb.* eliciat Petr.Rebuf.*in tract.de alien.rer.eccleſ.n.*10 *pag.*70.*tractatuum.* Quod etiam tractat Mencha.in ſimplici Clerico *lib.*2. *controuerſ.c.*27. *n.*6. *fol.*96. & in Cardinali,hoc præſupponunt Ang.& Imol.*in l. ſiſeruus communis.ff.de ſtipul.ſeruor.* Et tenet Stephanus Bertr.*in conſ.*296.*n.*3.*lib.*3. licet cõtrarium teneat Iaſ.*in l.ſi quando.n.*2.*fol.*160.*C.de inoffic.teſtam.* Et videmus quod in Hiſpania ſunt multi ſtatus, & alij maioratus particulares, qui ſunt facti ab Epiſcopis,Archiepiſcopis,& Cardinalibus, quod notiſſimum eſt.

Et eſt notandum,quòd ſi Epiſcopo fuit conceſſa † li-
53 centia teſtandi,& ex priuilegio fecit teſtamentum, intelligendum eſt quòd teſtatus eſt de bonis acquiſitis intuitu Eccleſiæ,& non de bonis patrimonialibus,cum in iſtis ſuperfluum fuiſſet priuilegium; vt notant Ancharr. *conſ.*186.*num.*7. Roder. Suar. *allegat* 28. *col.*4. *verſ.& vltra prædicta.*

Imò, ſi conſuetudinem Hiſpaniæ ſeruare debemus, per quam vniuerſaliter obſeruatur, quod † Clerici liberam habent teſtandi facultatem de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis abſque Papæ licentia,provt latiùs tractat dictus Epiſcop.*in d.c.cum in officiis,n.*9. Quæ conſuetudo eſt confirmata per pragmaticam Madriti *anno* 54
1534. *ordine* 19. quæ loquitur tam in ſucceſſione ex teſtamento,quàm ab inteſtato,cuius oblitus fuit Epiſcopus *in d.loc.*extendens aliam conſtitutionem datam Valliſoleti, *anno* 1523. quæ inſſit eandem conſuetudinem ſeruari ad ſucceſſionem ab inteſtato,ſicut ex teſtamento,quæ extenſio etiam clarè conſtat ex *dicta pragmatica Valliſoleti*, hodie *l.*13.*tit.*8.*lib.*5.*ordin.noui.* Et iſta conſuetudo eſt valida, vt conſtat ex relatis per Rojas *in epitome de ſucceſſ.* 34. *num.* 40. *in fine libri.* Molinam *lib.* 2. *de primogen.c.*10. *n.*53.*fol.*308. Michael de Palacios *lib.*2.*c.*5.*pag.*109.*col.*1. *& pag.*106. Et tradit Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens: C.de in integrum reſtitut. minor.in verb. laſis, num.*114 *fol.* 344. Auend. *reſpon.*19.*num.*6. Quam quæſtionem nouiſſimè diſputat Ioannes Guttierrez *lib.*2. *practicarum quæſtionum,q.*114.*num.* 1. *cum ſequentibus,pag.*262. Et iſta faciunt pro confirmatione eorum quæ ſcribo *infrà, q.*58.*à num.*96. Et legenda ſunt quæ ſcribit Sarmiento *de redditibus Eccleſiaſt.c.*6. & 7. *fol.*87. Gregorius Lopez *in l.*5.*tit.*6.*p.*1.*gloſſ.*1.*per totam*: & Matienç. *in dict.l.*13.*gloſ.*1.*cum ſequentibus,* vbi limitat,&declarat. Et quod mortuo Clerico ſine teſtamento,bona pertineant ad ſuos conſanguineos, qui ſunt ſubditi Imperatori, tradit Rolandus *in conſ.* 11. *num.*61.*lib.*4. Et quòd Papa non poſſit ſine cauſa dare licentiam Clerico,vt diſponat de rebus acquiſitis intuitu Eccleſiæ,voluit Abb. *in c.cum omnes,n.*30. *de teſtam.* quem vitiosè refert.Felin. *in c.conſtitutus.num.*21.*fol.*111. *de reſcriptis.* Et huic loco addenda ſunt quæ ſcribit Iulius Clar. *lib.*3.*ſententiar.q.*27.*pag.*24. vbi reſoluit quinque caſus,quando Epiſcopus & Clericus teſtari poſſit. De his igitur bonis Clerico licet facere maioratum, ſicut alij cuiuſlibet laico de bonis patrimonialibus.

Sed & prædictæ perſonæ, ſi filios, vel aſcendentes

† non

55 † non habeant,quibus legitimam debeant,poſſunt maioratum facere in conſanguineum, vel aliam perſonam eiſdem placitam,cum vinculis quibus libuerit, ad quæ adhibenda vincula non ſit neceſſe leges derogare. Quod rectè in aliis terminis ſuſtentat Suarez *in l.quoniam in prioribus,limit.*2.*pag.*147.*num.*17.*C.de inofficioſ.teſtament.* vbi dicit, quòd imperiti credunt, quòd maioratus non poteſt fieri ſine Regia facultate: nam licentia ſolummodò eſt neceſſaria, vbicunque facit maioratum ille, qui vltra quantitatem à lege diſpoſitam,non poteſt diſponere in præiudicium illorum, qui habent ius ſuccedendi in illis bonis; & non alij cuipiam, qui liberè de bonis diſponere poteſt: Et in re propria quilibet eſt moderator,& arbiter, *l.ſed ſi lege,* §.*conſuluit, ff.de petit.hæredit. l.in re mandata, C.manda.* cum *concordan.* quæ ſuprà ſcripſi. ¶ Et iſta confirmantur,quia illa conſuetudo † Galliæ, ex qua mortuus ſaiſit viuum, ha-
56 bet locum in bonis, in quibus ſuccedunt ex alia Galliæ conſuetudine Epiſcopis, aut Clericis hæredes illorum, ſemota controuerſia iuris communis, in qua tractatur quemadmodum ſuccedatur Clericis, & Epiſcopis in bonis. Quæ fuit ſententia Nicolaj Boërij *in conſuetudin. Bituricen. tit. des Couſtumes concernant les teſtamens,*§ 16.*col.vltima,* & Guillelm. Benedict. *in cap. Rainuntius,in verb.mortuo itaque teſtatore,in* 2.*num.*72. *de teſtament.* quos refert Tiraquel. *in tract. le mort. part.*3. *declarat.* 8. *num.*3. *pag.*191. vbi etiam tractat de validitate dictæ conſuetudinis. ¶ In prædictis tamen eſt aduertendum, quòd Monachus factus Epiſcopus
57 † non habilitatur ad habendum proprium, nec ad diſponendum ad libitum de proprietate,ſecundùm Abb.*in cap. cùm olim, notab.*7. *de priuileg.* quem citat Capycius *in deciſione* 200.*num.*6.de quo legi debet Lancellottus Conrad. *lib.*1. *C.de R ge,q.*2.*n.*4. *fol.*100.

Ex his etiam cognoſcitur, quod maiori ratione Cle-
58 rici de bonis patrimonialibus † poſſunt facere maioratum,etiam ſine licentia Papæ & Regis; quia Clerici in bonis patrimonialibus habentur vt laïci, & plenitudo poteſtatis Papæ in Clericos non procedit reſpectu bonorum patrimonialium ipſorum Clericorum, & non habet maiorem poteſtatem quàm Imperator in bonis laïcorum, ſecundùm Antoninum, & Abbat. *in c.conſtitutus,col.*3.*n.*13 *de relig.domib.* & undem Abb.*in c.conſtitutus,notab.*3.per illum textum *de iure patronat.* Cephal. *in conſil.*97.*num.*25.*lib.*2. & alios,quos referunt Felinus *num.*3. & Decius *num.*26. *in cap.quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* Et idem Felinus *in cap. ita quorundam,de Iudæ.* Hippolyt.*in l.*1.§.*prætereà,num.*73. *ff.de quæſtion* Cæſar Lambertin.*de iure patron. lib.*2.*art.*28. 9.*quæſt.princip. part.*1.*num.*4. *fol.*102.*& part.*3. *lib.*2. 8.*artic.*9.*quæſt.princip.num.*1.*folio* 240. Palacios Rub. *in rub.de donation. inter virum & vxorem,* §.39.*n.*11. *pag.*113. vbi Barahona *in addition.* Ioan. Cirier *in tract. de primogenitura, lib.*2. *quæſt.*3. *fol.*53. & plura refert Azeued. *in l.*2..*it.*1.*lib.*1.*Recapitulationis, n.*17.*fol.*138.
59 in bonis tamen patrimonialibus Clericus † conuenire poteſt laicum coram Iudice Eccleſiaſtico, vt eſt ſingularis doctrina Abbatis *cap.ſi Clericus laicum, de foro comp.* quam refert, & confirmat Decius *in conſult.n.*10. *de priuilegiis,* & de doctrina *Abbatis,* & aliorum *in d. cap.conſtituit*, plura ſcribit Anton. Peregrin. *lib.*1. *de iure fiſci,num.*24.*cum ſequentibus, pag.*14. & Beſtaurus Caſtald. *in tract. de Imperator. q.*101. *num.*1. *cum ſequentibus, fol.*175. Quibus adde Paul.de Caſtr. *in conſ.*352.*Curator datur bonis: in nouis, lib.*1. vbi ex hoc
60 ſuſtentat, quod Iudex † ſecularis poteſt dare curatorem Clerico ad bona. Et hoc etiam in terminis vult Anton. Gama *deciſ.*342.*n.*1.*&* 2. qui tamen errat in quantum
61 dicit,† quod contrarium eſt in Caſtella,ex *l.Taur.* Quibus addo Albericum *in authen.presbyteri, n.*4. *fol.*34. *C.de Epiſcop.& Cler.* Dec.*in conſil.*151. Angel.Aretin. *in* §.*ſed hoc iure, num.*5.*&* 8. *fol.*44.*Inſtit.de Attilian. tutor.* Gregor.Lopez *in l.*1. *tit.*16. *gloſ.*1 *part.*6. & Oldradum *in conſil.*83. dicentem,quod Clerici ratione temporalium ſunt ſubiecti Regibus; per *cap. ſoliti, de maioritate & obedientia, cap.ſubiecti*: 11.*quæſt.*1. §.*his itaque*; & quando Clericorum bona gaudeant priuilegiis bonorum Eccleſiæ, tradit Azeued. *in l.*11. *tit.*2. *lib.*1.*Recopil.num.*8.*pag.*45. Et quòd Clerici gaudeant conſuetudine, quod mortui ſaiſiunt viuum, tradit latè Tiraquel. *in tract.le mort: p.*3.*de Larat.*8. *num.*1. *cum ſequentibus,pag.*19. Et quod Rex Franciæ ſit fundatus in toto Regno, etiam in temporalibus Eccleſiarum,tradunt Abbas *in cap.veniens, co.*1.*de accuſat.* Gloſſa Pariſienſ. *in conſuetudin.Pariſienſ. part.*1.§.41. *num.*99. *folio* 296. ¶ Et quòd Clerici in bonis patrimonialibus 62
fruantur priuilegiis † Clericorum, tradit Decius *in cap.Eccleſia Sanctæ Mariæ num.*18.*de conſtit.* Menochius *de recuperand. poſſeſſione, remed.*15. *num.*21. *pag.*478. Et de his etiam bonis patrimonialibus Clericorum notatur per Abbatem in *cap.conſtituit, n.*2. *fol.*162.*de in integrum reſtitutione*, & in *cap. penult. num.*11.*de iudiciis,fol.*45.& in *cap.*1.*num.*3.*de conſuetud.* & in *cap.*1. *num.*1. *&* 3. *de ſucceſſion. ab inteſtat.* & in *cap.ſi diligenti,n.*36.*de præſcript.* & in *cap. Epiſcopus, num.*2. *fol.*24.*de præbendis*: Cephal.*in conſ.*97. *num.*26. Caſtald. *in tract.de Imperat.quæſ.*101. Et faciunt quæ eleganter ſcribit Alexander *in conſ.*101.*n.*2. *cum aliis,lib.*7. vbi etiam tractat, an acquiſita per Epiſcopum præſumantur eſſe de bonis Eccleſiæ, & idem latius, *in conſ.*116.*eodem lib.* latè Carol.Ruinus *in conſil.*156. *n.*1.*lib.*4. Et de Clerico eſt bonum conſilium Barthol.Socin.216.*n.*1.*cum aliis lib.*2.& aliud 91.*n.*1. *cum ſeqq.lib.*1. Et ad iſta vide etiam Chaſſan. *in conſuet.Burgund. rubr.*8.§.5. *fol.*297.*col.*1.*n.*47. Barthol. Socin. *in conſ.*127.*n.*9.*lib.*2. Rebuf.*in tractatu de pacific.poſſeſ.n.*374.*pag.*531. Tiraquel.*in tractat.de primog. in* 11.*opinione,*17.*quæſt.n.*8. *pag.*191. Epiſcop. Couar. *in cap.*1.*num.*6.*folio* 32.*de teſtam.* vbi plura refert,cui adde notabilem l.5.*tit.*21. *part.*1. vbi Gregor. Lopez, Cæſar Lambert.*de iure patron. lib.*1.7.*art.* 8.*q.principal.*1.*part.n.*6.*fol.*74. Idem Lambert. *lib.*2. *p.*3. *art.*1. 8. *quæſtionis principal. n.*5. *&* 6. *fol.*236. vbi ex hoc concludit, quòd patronus Clericus ratione patrimonij, de quo fuit factum ius patronatus, iudicatur Patronus laicus. Et Papa non poteſt priuare talem patronum Clericum à tali iure patronatus. Elegantius Menoch. *de arbitr.iudic. lib.*2. *Centur.*2. *caſu* 195. *n.*1. *cum aliis, pag.*397. Et quòd in maioratu antiquo facto ab Epiſcopo, vel Cardinali, præſumatur Pontificis licentiam præceſſiſſe, probatur ex doctrina Aretini *in conſ.*36. Alexand.*in conſ.*101.*n.*7.*lib.*3. Decius *in conſ.*409.*n.*1. Iaſ. *in l.ſciendum,n.*9. *ff. de verb.obligat.* & aliis pluribus quæ citat Franciſcus Mantica *lib.* 2. *de coniecturâ ment.defunct.tit.*9.*n.*5.*pag.*37. Quod notandum eſt ad plures maioratus in regno factos ab Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Cardinalibus.

Sed circa id quod ſuprà, *num.* 58. ſcriptum fuit, quòd bona patrimonialia Clericorum iudicantur ſicut cætera bona laïcorum, lectores animaduerto de concluſione ſingulari, quæ ex facto contigit. An bona, quæ data † ſunt Clerico ad titulum patrimonij, iudi- 63
centur ſicut bona patrimonialia clericorum, vel ſicut bona Eccleſiarum; quia quod iudicentur ſicut bona Eccleſiarum, & gaudeant priuilegiis bonorum Eccleſiæ probat Bald. *in cap.*1. *de pace Conſtantiæ, in princip. num.*17. *fol.*85. *ex gloſſ.in cap.Epiſcopus, in gloſſ.fin. in fine, de præbend.* quam ſequitur Decius *in cap.Eccleſia S.Mariæ, num.*18. *de conſtit.* licèt Felin. *ibi num.*12. contrarium teneat:Epiſcop.Couar.*in cap.*4.*num.*4. qui latè arguit contra dictam gloſſam: ſed eam ſequitur Corduba de Lara *in lib.de alim.*§.*ſolent, n.*36.*fol.*246. qui pro ſua opinione, & contra Epiſcopum refert caſum expreſſum in Concilio Tridentino, *ſeſſ.*25. *cap.*2. quod(vt prædixi) in practica contigit in eo, qui vinculauit bona maioratus, quæ prius conceſſit filio in titulum patrimonij Clerico,qui filius clericus vinculo conſenſit. De quo etiam tractat Petrus Gambara *de officio & poteſtate legati lib.*6.*n.*139. *pag.*178. Quintilianus Mandoſ.*in regula* 16.*reſerua.q.*15.*n.*4.*fol.*137.*col.*3.

Tertiò infertur, quòd mulier nupta, potest in vltima
64 voluntate † facere maioratum sine mariti licentia, si ad hoc habeat Regalem facultatem, vel meliorationem Tertij & Quinti vinculatam. Quod probatur ex generalibus verbis legis, *verb. contraxerunt*, ff. de verb. significatione. Et quia mulier à statuto prohibita con-
65 trahere, † non prohibetur facere vltimam voluntatem secundum Iaſ. *in l. 2. col. 4. num. 12. in verſic. ſecundò, pro opinione. ff. de legat. 1.* & in *l. qua de legato, num. 27. cod. tit.* Imò non valet statutum, quod interdicit mulieri, ne possit testari sine consensu consanguineorum, secundùm Paulum de Castro *in l. ex facto, in princip. col. 2.* vbi Aretin. *num. 8* & Alexand. *col. 2. ff. de vulgar. & pupil.* Quod latiùs tractant Ioan. Lopez *in rubr. de donation. inter virum & vxorem. §. 81.* Tiraquel. *in legibus connubia, in glos. 5. in verb. contracter. num. 93. fol. 277.* Mench. *lib. 1. controverſia c. 12. n. 13. fol.*) 8. vbi latè de hoc. ¶ Istud tamen non haberet
66 locum in † Gallia, vbi mulier nupta non potest testari sine licentia viri, quæ consuetudo dura mihi videtur & contra ius gentium, & *d. l. 1 C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & alia iura suprà citata, licet eam defendat magno cognatu Chassan. *in conſuetud. Burgund. rubr. 4. §. 1 num. 3. fol. 130. col. 1. verſ. Nunquid autem valeat conſuetudo.* ¶ Et circa istam illationem vide quæ scribo infrà, *illatione 8.* & Peralta *in l. cum pater, §. à filia, numer. 57. pagin. 332.* vbi reperiuntur aliqua ad istius illationis confirmationem *ff. de legat. 2.* ¶ Quòd autem mulier nupta non possit facere maio-
67 ratum † sine licentia mariti, absque dubio tenendum est, vt resoluit Molin. *lib. de primogen. cap. 9. numero 3. fol. 291.* quem citat Ioann. Guttierez *lib. 2. practicarum quæſtion. q. 24. num. 6. pagina 54.* licet Ioan. Lopez *in l. 18. Tauri, in princip.* teneat, quod vxor potest facere meliorationem Tertij & Quinti, etiam de rebus constante matrimonio acquisitis, & statim est valida, præsertim interueniente traditione, saluo vsufructu ipsius mariti, & innuere videtur, quòd id facere potest sine licentia mariti; quod, salua pace tanti viri, falsissimum est, & contra omnes leges Regni.

Quartò infertur, quòd filius familias, qui hodie potest facere testamentum, si sit legitimæ ætatis, iuxta
68 *l. 5. Taurinam*, potest facere maioratum † de Tertio bonorum, vel cum facultate Regia vinculando omnia bona, & præiudicãdo parenti in legitima ei debita, secundùm *l. 6. Taurinam*, prout eidem à Principe fuerit concessum *cum derogatione d. l. 6. Taurinæ, & aliarũ legum.* Nec erit iniusta licentia concessa per Principem filio, ad hoc vt possit facere maioratum in præiudicium legitimæ, quæ patri competit, dummodo patri reseruentur alimenta necessaria, si aliundè non habeat: imò magis licita erit, quàm licentia patri concessa, vt possit facere maioratum in præiudicium legitimæ filiorum, quia magis debita est legitima, quæ debetur filijs; quàm ea, quæ debetur parentibus, vt per Baldum *in leg. 1. §. ius naturale, ff. de iuſtitia & iure* & alios, vt tradit Andre. Alciat. *in ſuo uberrimo tractatu de præſumption. regul. 1. præſumption. 8. num. 3. pag. 45.*

69 Sed dubitatur, vtrùm miles ex bonis, quæ in † castris & militia acquisiuit, possit facere maioratum absque Regia facultate, disponendo de duabus partibus, in quibus ei competit succesſio, secundum dispositionem *d. l. 6. Taurinæ?* Dubitabilis est quæstio, quia licet Glossa *in l. vltima. in verb. teſtamenta. C. de inoffic. teſtam.* affirmet, quòd testamentum filij etiamsi disponat de bonis
70 castrensibus, vel quasi castrensibus, subiaceat † querelæ inofficiosi testamenti, & rumpi possit (quam Glossam sequuntur Bart. & alij *in authentic. ex cauſa, Cod. de liber. præterit.* vbi Bart. dicit, eam esse communem opinionem. Et idem Bart. *in leg. filio præterito. numer. 22. ff. de iniuſt. rupt. irritoque fact.* Quæ opinio etiam est communior secundum Iasonem *in d. l. vltim. num. 6.* & eundem *in l. ſicut, n. 8. C. de teſtamen. milit.* Paul. de Castr. *in l. 1. ff. de inoff. teſtam.* Marc. Anton. Bauer. *in §. 1. Inſtit. de milit. teſtam.* hodie stante *l. 6. t. 17. part. 4.*) non est firma dicta communis opinio, quia illa lex concedit militibus potestatem, vt possint † liberè disponere de bonis castrensibus 71
nam dicit lex, *Puedan deſtos bienes atales hazer lo que quiſieren, e no han derecho en ellos, niſi los pueden embargar padre, ni madre, ni hermanos, ni otro pariente, que ayan.* Quæ lex apertissimè probat, quòd in bonis castrensibus est filio libera dispositio, nullis circumscriptis limitibus, quia lex †loquitur per verba generalia, & vniuersalia, & multum prægnantia, & ideò sunt amplianda; maximè cum tractetur de fauore publico, qui in militia vertitur Militiæ namque propter fauorem publicum † multa specialia sunt concessa, vt passim 72
nostra iura docent, & multis exemplis probare poteram tam ex Romanorum, quàm ex aliarum gentium legibus, & moribus, quæ breuitatis causa non refero, contentus regula generali text. *in l. in teſtamento. ff. de hered. inſtit.* ibi, *Nam in milite propter publicam vtilitatem ſunt multa ſpecialia ſtatuta.* De quo per Bart. *in l. vltima. n. 3. ff. de reſtitut. in integr.* Iaſ. *n. 3.* Gomesium *n. 8. in §. rurſus, Inſtit. de action.* Menoch. *in conſ. 182. n. 9. lib. 2.* Tiraquel. *in tract. de priuilegiis pia cauſa. priu. 13. ad finem.* Et experientia etiam, & priuilegia (quæ anno 1565. Catholica & Regia maiestas concessit militiæ) docent, & facit *l. 5. tit. 13. part. 6.* vbi tractatus de militia dicit: *No fazen eſto tan ſolamente por pro de ſi meſmos, mas aun por pro comunal de la gente.* Et quæ scribit Ioan Guttierez *in l. nemo poteſt. num. 265. ff. de leg. 1.* Sforcia Oddi, *in tractat. compend. ſubſtitut. part. 5. verſ. quoad ſecundum. fol. 66. cum ſeqq. & verſ. quoad tertium, & verſ. quoad quartum, & verſic. quoad quintum.* ¶ Et multa in iure ciuili contra rationem disputandi propter vtilitatem † publicam sunt concessa, *l. ita vulneratus, §.* 74
multa. ff. ad l. Aquil. quam legem cito *infrà, q. 15.* & conducit *l. filius familias. ff. de donation.* vbi filius familias de bonis castrensibus potest testari, & facere donationem causa mortis: quam legem præter Doctores *ibi* explicant Bartholom. Socin. *in l. 1. §. fuit quæſtum, ff. ad Trebellian.* Anton. Rubeus *in conſilio 46. num. 6.* Et materiam tradit elegantissimè per multas columnas Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens. in verbo, laſis, n. 90. verſ. his præmiſſis. fol. 330. C. de in integr. reſt. min.*

Quod etiam iustificatur ex verbis *prædicta l. 6.* ibi, *Lo que quiſieren.* Quod verbum de sua natura & propria significatione, significat † liberam voluntatem legibus 75
minimè ligatam; quia hoc verbum, *Volo*, non interpretatur in arbitrium boni viri, sed in liberam voluntatem, *l. ſi deicommiſſa, §. quamquam. ff. de legatis 3.* vbi Doctores. Notat Mathesil. *in ſingul. 15. & 16.* & est egregia lex *29. tit. 9. p. 6.* quæ hanc conclusionem expresse probat; & est singularis propter aliquos Doctores, qui huic conclusioni contradicunt *in d. §. quamquam*; & in aliis locis. Quod latè examinat Menochius *de arbitr. iudicum. q. 7. n. 1 cum aliis, pag. 10.* Et tradit Paris. *in conſ. 26. n. 26. & 27. lib. 4.* Ioan. Gutt. *allegat. 1. n. 17. & 18.* Notanter Petrus Surdus *deciſ. 272 n. 15.* vbi loquitur in hoc verbo, *Diſponere ad ſuam voluntatem.* Iaso *in conſilio 130. col. vlt. lib. 4.* Carolus Ruinus in quodam maioratu Hispaniæ Petri Enriquez, *conſ. 27. n. 2. lib. 1.* Rebuffus *in praxi beneficiali, in tit. de differentiis inter reſcripta gratiæ, & iuſtitiæ. n. 15. pag. 108.* Simon de Prætis *de interpretand. de funct. volunt. lib. 4. dubit. 10. n. 123. fol. 421.*

Hinc venit, quòd per verba posita in instrumento diuisionis † ad habentem, & quicquid placuerit faciendum, fideicommissum censetur remissum, vt probant 76
Carolus Ruinus *conſ. 133. n. 11. lib. 2.* Crotus *in l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 133. ff. de verb obligat.* Zuchardus *in l. 1. n. 61. C. de pact.* & alij, quos citat Menoch. *in d. lib. q. 8. n. 12. pag. 16.* De quo legenda sunt, quæ scribo *p. 4. q. 35. à n. 9.* Et de verbo, *Libere*, scribit Iaſ. *in l. ſi ſic, n. 34. ff. de legat. 3* Barth. Socin. *conſ. 31. lib. 4.* Decius *in conſil. 360. numer. 5.* Gozadin. *in conſil. 47. num. 19.* Roland. *in conſil. 42. num. 17. lib. 1.* Gomes Arias *in l. 55. Taur. numer. 36. cum ſequentibus.* Zanchus *in l. haredes mei, §. cum*

§. cum ita. part. 5. num. 56. pag. 234. ff. ad Trebellian. Et melius omnium Rebuffus *in concordata, in rubric. de collat. §. præfectique ordinarij. pag. 330. cum ſequenti.*

Nec obstat huic conclusioni d. lex 6. *Taurina*, ibi: *Los aſcendientes legitimos por ſu orden y linea derecha ſucedan ex teſtamento a ſus deſcendientes, y les ſean legitimos herederos, como lo ſon los deſcendientes a ellos, en todos ſus bienes, de qualquier calidad que ſean.* Quia hæc vltima verba legis non derogant priuilegiis militum,
77 quia † in generali derogatione nunquam censentur esse derogata specialia priuilegia, nisi exprimantur, text. & Glos. *in l. 2. C. de ſilentiar. lib. 12.* qui ad hoc est singularis secundùm Baldum *in c. 1. §. 1. num. 8. fol. 77. quo tempor. miles: in vſib. feudor.* probatur *in cap. veniens, de præſcript.* & in *l. quæ ex relatione. C. de legibus*, & in *l. 27. & 39. tit. 18. part. 3.* vbi Gregor. Lopez, & probatur *in l. 1. titul. 16. lib. 8. ordinam.* non in illis verbis; *Aunque ſean priuilegiados.* Facit l. *in teſtamento*, & *ibi* Fulgosius, iuncta *l. hac conſultiſſima*, vbi Glos. Roman. & alij, *C. de teſtament. l. ſi adulterium, §. libertis, ff. de adulter.* De quo per Decium *in conſil. 196. num. 10.* Bartol. Socin. *in conſil. 299. Capio primo. lib. 2. num. 6.* Glossa Parisiensis *in conſuet. gloſſ. 5. §. 1. num. 92. fol. 37. part. 1. conſuetud.* Alexand. *in conſ. 124. num 16. & in conſ. 135. num. 24. lib. 4* Menoch. *conſil. 112 numer. 49.* Socin. Iun. *in l. Centurio, num. 72. ff. de vulg.* Et hoc citat Azeued. *in l. 2. tit. 19.* De las supplicaciones, *lib. 4. Recopil. num. 5. fol. 299.* Marcus Anton. Eugen. *conſil. 32. num. 162. lib. 1.* Quintilianus Mandosius *regul. 4. Cancellar. q. 7. num. 5.* Quos adde ad Tiraquel. *in tractat. de vtroque retractu. lib. 1. §. 1. gloſſ. 14. num. 93. pag. 324.* & in *eodem libro §. 35. gloſ. 4 num. 41. pag. 724.* melius *in tractatu præſcriptionum. §. 1. pag. 166. gloſ. 11.* vbi distinguit in hac materia dicens, quòd si priuilegiatus habet priuilegium speciale in casu de quo loquitur, statuto generali non comprehenditur causa specialis & priuilegiata: at si non habet priuilegium speciale in illo casu, comprehenditur sub statuto generali. Pro cuius opinione est notanda *l. 3. tit. 19. part. 2.* ibi: *Ni por priuilegio que tuuieſſe del Rey.* Alia ad propositum scribit Mesia *in l. Toleti, p. 6. fundam. 2. n. 17. & 18. fol. 65.* vbi ex Glos. & Salicet. *in l. ſi. C. ſine cenſu vel reliquis*, tradit vnum singulare; quod lex quantumcunque generaliter loquatur, & vniuersaliter, non comprehendit personas exemptas.

78 Item lex quantumcunque † generalis, nunquam censetur derogare priuilegiis clausis in corpore iuris. Et est glossa illa celebertima in *l. hæres abſens, in princ. in verb. excuſantur. ff. de iudic.* cui similis *in authen. qua in prouincia. in verb. illic omne. C. vbi de crimin. agi oport.* de quo (quia semper intendo non referre, quæ ab aliis tractata sunt & relata) vide Iasonem *in l. vltima. ff. de conſtit. princip.* Felin. *in cap. vltim. col. 2. de foro competenti.* Quintilian. Mandos. *in tract. Annales caſus, n. 183. fol. 28.* Auend. *in dictionario, in verb.* Maestros de leyes, *fol. 94. col. 2.* faciunt notata per Hippolyt. *in conſil. 56. lib. 1.* Andr. ab Exea *in c. 1. num. 88. de conſtit.* Et dispositiones generales, generaliter debent intelligi, quando in omnibus est eadem ratio; vt notatur per Bart. *in l. ſi pluribus. ff. de legat. 2.* Notat Aymon *conſil. 3. n. 26.* ¶ Et pro his etiam facit quod notat Socin. Iun. *in conſ. 144. lib. 2.* vbi per plura fundamenta dicit, quod vbi-
79 cunque à iure † solemnitas testamenti minuitur, vel aliquid circa formam illius disponitur de nouo, nunquam talis lex comprehendit personas in iure priuilegiatas. Et dicit Chassan. *in conſil. 7. num. 24.* Quod lex noua generalis superueniens non tollit prouisionem de iure
80 specialem. Et priuilegium † insitum in *corpore iuris*, regularur vt ius commune, secundùm Geminian. *in c. ignorantia, 38. diſtinct.* Felin. *in cap. 1. col. 8. ibi*, fallit tertio, *num. 11.* & in *cap. cum ordinem, col. penult. n. 12. de reſcript.* Chassan. *in conſuetud. Burgund. rubric. 7. §. 10. fol. 261. col. 1. num. 38. verſic. aduerte.*

81 Prætereà, lex noua † semper est intelligenda secundum distinctionem legis antiquæ, Glos. vbi latè Iaso & Doctores *in l. ſciendum, ff. qui ſatisda. cogan.* ex qua etiam Doctores deducunt, quod iura, † quæ generaliter loquuntur, non procedunt in casibus specialibus, vel habentibus specialem fauorem. De quo vide eundem Iasonem *in l. iuſiurandum. & ad pecunias, §. ei qui. num. 6. ff. de iureiurando.* Et pro his etiam facit *l. impuberi, ff. de adminiſtr. tutor. c. relatum, de præbend.* & quod notat Decius *in l. in toto iure. n. 7. ff. de regul. iur.* Petrus Barbos. *in l. 1. ff. ſolut. matrimon. part. 1. num. 8. pag. 185. tom. 1.* Matienç. *in l. 1. glos. 3. num. 11. fol. 66. tit. 4. lib. 5. Recopilation.* Et ex eo, quod illud priuilegium expressum *in d. l. partita*, tam specialiter concessum fuit militibus, lex autem 6. *Taurina*, omnibus sit communis & generalis, per verba illa generalia, *De qualquier calidad que ſean*, non censetur derogata species in *dicta lege* contenta. Quia qualitas, † quæ paucioribus competit, facit dispo- 83½
sitionem magis specialem, & illa quæ pluribus competit, facit dispositionem magis generalem, vt notat Bald. *in l. exequutorem, col. 6. in verſic. redeo ad propriam materiam, n. 23. C. de exe. rei iudic.* & contra Glos. *in d. l. vlt. C. de inofficioſ. teſtam.* Tenet Imola *in d. l. ſilio præterito, col. 9. verſic. ſed hic occurrit dubium*, & alij, quos omitto. Et legum correctio in vniuersum est euitanda. 84
Tandem, illa verba: *Como los ſon los deſcendientes a ellos*: licèt sint ampla, & prægnantia, † non sunt extendenda ad insolita, & extraordinaria, vt probant Antonius de Butrio *conſil. 19.* vbi in specie tradit, quòd adæquatio quamuis ampla, non extenditur ad absurda, & cum difficultate concedenda. Quod consilium refertur, & sequuntur Iaſ. *num 19.* post Socin. *in l. 1. col. 4 ff. de legat. 1.* Natta *conſil. 4. num. 6.* Et clausula generalis † non extenditur ad indiuidua, *l. hæres, §. 1. ff. de* 85
legat. 3. Notant Oldrad. *in conſil. 8.* Bald. *in l. cum quæſtio. C. de legat.*

Sed pro contraria parte, imo quod ex † dispositione 86
d. l. 6. Taurinæ debeatur hodie parentibus legitima ex bonis in castris acquisitis, adduco plura fundamenta. Hoc primò probatur, quia cum *prædicta l. 6.* generaliter loquatur, generaliter est intelligenda, & omnes ca- 87
sus, & personas † comprehendit, licet sit in vno casu maior, vel diuersa ratio, quàm in alio: *l. 1. §. quod autem. ff. de aleator. l. 1. §. & generaliter. ff. de legat. præſtan. l. 1. §. vxori. ff. de auro & argento legato.* De quo tractant Petrus Surdus *deciſ 323. num 1.* Decius *in conſilio 20. In cauſa iſtorum. col. 2. & conſil. 39. An detur reſtitutio*; & in *conſil. 61. An vaſſallus cogatur*, & in *cap. cum ſit Romana. num. 28. fol. 282. de appellation.* Glos. Paris. *in additionibus* concordantes refert: Aretinus per illum textum in *l. cum lege. ff. de teſtamen.* Gozadin. *in conſil. 35 Breuiter agendo*: & in *conſil. 59. Prima facie, n. 13.* melius *in conſil. 76. Quæritur ſi poteſtas, num. 5* cum aliis, quos ferè omnes adde ad Tiraquel. *in legibus connubia l. in verb. exprez, in glos. 7 num. 89. fol. 311.* Et spe- 88
cies propriè † generi insunt; *l. inter. §. 1. ff. de adulter.* Et pro hoc etiam adduco, quia tantum valet dispositio 89
† generalis respectu speciei, quantum ipsa species respectu eiusdem, *l. ſi duo. ff. de adminiſtrat. tutor. l. ſi chorus, ff. de legat. 3.* Notat Laurent. Calcan. *in conſil. 72.* Hispanus noster Petrus de Peralta *in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. num. 6. pag. 353. ff. de legat. 2.* Rebuf. *in tractat. Nominatio. q. 9. num. 19.* Olaſcus *deciſ. Pedemontan. 102. num. 3. pag 151.* cum concordantibus scriptis per Tiraquel. in *l. ſi vnquam, C. de reuocand. donation. in princ. num. 118.* Aluarus Valasc. *conſultation. 58. num. 4.* & per *d. l. ſi duo*, Rebuf. *in l. 1. C. de venation. feratum, lib. 11. num. 3. fol. 126.* an liceat Dominis, Comitibus, Baronibus, & aliis dominis temporalibus prohibere, vt nulli liceat venari in foreſtis ipſorum? quod resoluit Quintilianus Mandosius *in tractatu de prohibitionib. quæſt. 62. fol. 22.* Egregia *l. 25. tit. 2 part. 3.* ibi: *Eſto es, porque alli do lo demandò, generalmente encerrò todas las razones porque la podia demandar.*

Ex quibus & aliis, quæ sequuntur, confirmare obiter libet sententiam Gasparis de Baëza *in libro de non meliorand. filiabus, cap. 6. num. 5. cum ſequentibus*, vbi con-

90 ſtanter, & rectè (meo iudicio) affirmat, † quod *Pragmatica dotium* intelligitur & extenditur, quòd filiæ non poſſint per parentes meliorari, etiam ſi filios maſculos non habeant, ſed tantum filias: quod eſt tenendum quicquid teneat Roxas *in epiom. de ſucceſſ. cap. 3. num. 26.* Intelligitur tamen regula dictæ *l. ſi duo*, quando genus & ſpecies ab eodem fonte procedunt, ſecus ſi à diuerſis, ſecundùm Bart. *in l. 1. §. hoc autem edictum ff. de noui oper. nuntiat.* Decium *in cap. cum int. n. 30. de conſtit.*

91 Et iſta confirmantur, quia diſpoſitio generalis † tantum operatur quoad comprehenſa ſub generalitate, quantum particularis quoad particulariter expreſſa; vt traditur per Socin. Iuniorem *in conſil. 93. num. 6. lib. 1.* & facit *l. 45. tit. 18. part. 3.* Ex quo dicit Bald. *in l. ſi quis ſub conditione, col. 7. in verſic. quæro quid ſi non renunciauit. ff. de teſtam. tutel.* Quod per clauſulam, *Generaliter*, videtur renunciatum beneficio Velleiani: & videtur renuntiatum beneficio cedendarum actionum, ſecundùm Angel. *in l. 2. C. de fideiuſſor.* Notatur per Decium *in conſil. 37. & in conſil. 452. num. 18.* & in *conſil. 27. num. 51.* Oroſcium *in l. niſi. ff. de pact.* Matthæum ab Afflictis *deciſ. 182. num. 10.* Ioan. Guttierrez *alleg. 3. num. 12.* latiſſimè Euerardus *loco ſecundo, pagin. 35.* Et quantum operetur excluſio vniuerſalis in materia ſucceſſionis, oſtendit Pariſius *in conſil. 43. num. 96. lib. 3.* Natta *in conſ. 216. num. 16.* & argumentum ab incluſione vnius ad alterius excluſionem non procedit, quando illud, quod videtur excluſum, alia legis diſpoſitione includitur, vt tradit Menoch. *in conſil. 181. n. 82.* qui refert Decium *in l. 1. ff. ſi cert. pet. at. n. 84.* ¶ Et expreſſum

92 dicitur, † quod in genere tantum exprimitur, ſecundùm Bart. *in l. 1. col. 3. in verſ. videamus ergo. n. 7. ff. de vulgar. & pupil.* & in *l. Centurio, col. 1. ff. eod. tit.* Bald. *in l. prætor. ff. de noui operis nuntiation.* ad quod alios concordantes refert Tiraq. *de legibus connubial. d. gloſ. 7. n. 86. & 87. fol. 310.* Et eſt textus ſingularis *in l. qui uſumfructum. ff. de verb. obligat.* Notat Pariſ. *in conſ. 8. numer. 18. lib. 1.* Menochius latè *conſ. 310. numer. 3. lib. 1.*

93 Ex quibus fit, quòd ſignificatio † ſubſtitutionis apta eſt comprehendere ſubſtitutionem directam, & fideicommiſſariam, vt reſoluit Alexan. Trentecinq. *in tractatu ſubſtitutionum, in præfatione, numer. 26. fol. 4.* Quod nota pro intellectu *l. 27. Taurinæ*, hodie *l. 11. tit. 5. lib. 5.*

94 *Recopilation.* Item diſpoſitio † quæ generaliter loquitur, comprehendit etiam perſonas priuilegiatas, *l. in fraudem. in fine*; vbi Bald. notat. *ff. de teſtam. milit.* notat Decius *in l. 1. num. 8. ff. de regul. iur.* & in *l. pactum quod dotali, col. 2. num. 7. folio 33. C. de pactis*, & in *l. 2. C. vnde liber. num. 6. fol. 76.* & in *c. cum ordinem, de reſcript.* Et plures refert Tiraquel. *in tractatu, de præſcription. gloſ. 11. verſic. idque adeò procedit. pag. 103.* Barboſa qui notanter notat *in d. l. 1. ff. ſoluto matrimonio, numer. 8. & 9.* Anton. Gabriel. *lib. 6. commun. opinion. tit. de legibus. concluſ. 1. num. 8. pag. 348.* Cephal. *conſ. 13. num. 43.* Nauizan. *conſ. 76. num. 16.* Rimin. *conſil. 229. lib. 2.* Burſatus *conſ. 56. num. 1. lib. 1.* Gomezius *in proœmio regularum Cancellariæ, pag. 37.* ¶ Et diſpoſitio generalis

95 tantum † valet reſpectu omnium, quantum diſpoſitio ſpecialis reſpectu quorundam; ſecundùm Paulum de Caſtro *in l. qui ædificium. ff. de ſeruit. ruſticor. prædior.* Et plura notabilia tradit Caldas Pereira *in tractatu de nominat. ad emphyteuſim, q. 23. num. 35. 36. & 37.* vbi

96 reſoluit, ſi † conceſſio emphyteuſis ſit facta pro quibuſque hæredibus, comprehendantur baſtardi? Multa ſcitu digna ſcribit. Et clauſula, *quouis modo*, omnes vocationis modos amplectitur, ſecundùm Staphilæum *de literis gratiæ, tit. de effectu clauſularum, verſ. quo vero, pag. 201.*

Noto tamen ſingulariter, quod non dicitur diſpoſi-

97 tio † generalis, quando totum genus non comprehendit, ſed verificatur in vna ſpecie ſub genere comprehenſa, *l. ſi hæres. ff. de opt. legat. c. ex parte. in primo, de offic. deleg.* cum *concordantibus*, vt per Felin. *in c. paſtoralis, §.*

fin. de reſcript. Rebuff. *in tract. de exceptionibus, n. 67.* ¶ Et verba generalia & vniuerſalia poſita *in d. l. 6. Taur.* apta ſunt † omnia comprehendere: quia magnam 98
vim habent in legibus & ſtatutis, & in aliis quibuſlibet diſpoſitionibus, vt latè docet Hippol. *in l. vnius. §. cogniturum, num. 28. ff. de quæſt.* Auend. *in tit. de ſecunda ſupplicatione, n. 8. fol. 93.* Socin. Iun. *in conſ. 130. num. 28. lib. 2.* Ripa *in l. ex facto, §. ſi quis ita, num. 17. fol. 170. ff. ad Trebel.* Pariſius *in conſ. 68. num. 12. lib. 3.* & in *conſ. 75. num. 42. & 43. lib. 2.* Gomez. *in regula de triennal. poſſeſſor. q. 2. pag. 678. verſ. tamen iſtis.* Et de dictione, *Quibuſcunque*, ſcribit etiam Anton. Gom. *lib. 9. commun. opin. tit. de verborum ſignificatione, concluſ. 2. num. 11. & concl. 4. n. 1.* Simon de Prætis *lib. 3. de interpretand. defunct. volunt. interpret. 3. dub. 1. ſolut. 5. n. 19. fol. 197.* Notanter Quintilian. Mand. *in tract. commiſſionum, commiſſ. 21. appellationis à ſententia ſuper attentatis, fol. 55. col. 4. verſ. attentatorum quoque*; & in *regulis Cancellariæ, regul. 12. q. 6. num. 8. fol. 62.* & *regula 5. quæſt. 3. n. 2. folio 34.* & *in regula 14. quæſt. 16. num. 5. folio 124.* Gomezius *in regul. de triennali, q. 2. pag. 578.* qui latè tractat: Ioſeph. Maſcard. *in tractat. de probation. lib. 3. concluſ. 12. n. 86. fol. 176.* Roland. *in conſ. 27. num. 8. cum ſeqq. lib. 4.* Seraphinus *in tractatu de priuilegiis iuramenti, priuileg. 106. num. 20. pag. 586.* Additio latiſſima Ferrar. *in forma libelli. pro legato rei ſingularis, in additione*, quæ incip. *Omnes mobiles, pag. 422.* Nouiſſimè *Seraph.* qui multa bona ſcribit *in tractatu de priuilegiis iuramenti, priuileg. 83. num. 96. cum ſequentibus, pagina 509.* Rolandus *in tract. de Inuentario 8. volum. Tractatuum, part. 4. verſ. nunquid hæres, num. 11. cum ſeqq. fol. 188.* Decius *in conſ. 277. n. 16.* Et plura refert Cephal. *in conſil. 92. n. 10. lib. 1.* Matth. ab Afflict. *in c. in generali, n. 7. fol. 200. ſi de feu. fuerit controuerſia*, vbi tradit an renuntians bonis quibuſcunque videatur renuntiare bonis feudalibus? quod conuenit ad illos qui renuntiant bonis quibuſcunque, an videantur renuntiare bonis maioratus? Et iſta verba *omnia & ſingula*, habent † vim ſpecialis expreſſionis, ſe- 99
cundùm Gloſſam communiter receptam *in cap. vt vero, de iure patronat. lib. 6.* per quam volunt Beroius *conſil. 24. num. 2. lib. 2.* & Cephal. *conſilio 272. n. 142 lib. 2.* quòd ſi pater relinquit omnia & ſingula bona, videtur præiudicare in legitima. Quos citat Antonius Peregrinus *in tractatu de fideicommiſſis, articul. 36. num. 83. fol. 338.*

Et quando filius † cuius legitima fuit grauata, con- 100
ſentit in omnibus & per omnia, eſt ſpecialis approbatio, & expreſſa, ſecundùm Ripam *in l. 1. ff. de legat. 1.* & alios plures quos refert Peregrinus *in dicto articulo, num. 89.* & tradit *n. 96.* ¶ Et dicit ad propoſitum Alciatus *in l. mouentium, ff. de verborum ſignificatione*, quòd dictio hæc, † (*quibuſcunque*) proprer ſui genera- 101
litatem, trahitur etiam ad caſum improprium. Refert Romanum *in l. in tempus, ff. de hæred. inſtituen.* dicentem, quòd verba hæc (*quicumque hæres*) etiam improprium hæredem comprehendunt. Et addo Barthol. Socin. *in conſ. 297. Viſo priuilegio, lib. 2. col. 3.* vbi multa ſcribit de huiuſmodi dictionibus vniuerſalibus, præcipuè de hac dictione (*quibuſcunque*) quæ eſt *in d. l. 6. Taurina.* Et vide eundem Socinum *in l. quidam relegatus, ff. de rebus dub.* Rebuff. *in Concordat. in part. forma liter. execut. mandat. Apoſtol. pag. 667. al. 679. verſic. Omniaque & ſingula*, vbi loquitur de ſignificatione & effectu iſtorum verborum. Et *ibi* declarat Ioſeph. Ludou. *deciſ. 21. n. 8. & deciſ. 68. num. 7.* Et Tiraquel. *libr. 1. de retract. §. 1. gloſ. 7. num. 20. pagina 78.* In quo Auctore multa reperies, quæ huc ſpectant. Et Curtius *in tract. de feudis, part. 3. num. 63. pagin. 295.* multa ſcribit de feudo dato quibuſcumque perſonis. Et Peralta *in rubric. ff. de hared. inſtituen.* vbi *num. 55.* tangit quandam quæſtionem circa intellectum *l. 27. Taurinæ.* ¶ Et dictio (*omnis*) de ſua propria † ſignifi- 102
catione in vno ſaluari non poteſt, *l. cum ita, §. qui plu-*

res, l. legatorum, iuncta *l. Mauius, §. cum qui, ff. de legat. 2.* Tradit Carolus Ruinus *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 72. pag. 220. ff. de liber. & poſthum.* Etſi
103 in donatione ſit dictum, † quòd quis donat *quæcunque bona*, cenſetur ſpecificare, ac ſi expreſſiſſet omnia bona, vt tradit Ioſeph. Ludouic. *deciſ. 68. num. 7.* Et plura notabilia de iſtis dictionibus vniuerſalibus (*qualitercumque*) (*quomodolibet*) & *omnia*) & de aliis ſimilibus, cumulat Rolandus *in conſ. 2. num. 10. cum aliis, lib. 4.* Et legenda ſunt quæ ſcribit *conſ. 12. num. 47. & ſeq. eodem libro.* Nicolaus Boërius *deciſ. 113. n. 7.* Siluanus *in conſil. 25. num. 20.* Alexand. *conſ. 127. col. 2. lib. 5.* vbi dicit, quòd ſi factum ſit legatum cum ſigno vniuerſali, *omnium rerum, quæ quoquo modo ſunt in domo*, veniunt etiam res venales in domo exiſtentes, per *l. pediculis, §. Labeo, ff. de fund. inſtruct. l. Iulianus, ff. de legat. 3.* Confirmat Mathæus de Afflictis *deciſ. 106. num. 6. & 7.* Et omnium pleniſſimè materiam ornat Aymon. *in conſ. 294. n. 1. cum ſeqq.* Lector videat quando oportuerit, & *in conſ. 290. n. 4.* Et Curtius Iunior *in conſ. 307. num. 2. cum ſeqq. lib. 2.* conſultus in quodam caſu & maioratu Hiſpaniæ ſuper villis del Alameda, Cerrelon,
104 & Carcaboſo, tradit, quòd ſi † quis facit maioratum de quibuſdàm rebus; & ordinauit, quòd filiæ diuidant alia quæcunque bona, omnia alia bona cenſentur eſſe libera, & non ex maioratu, *ibi, pag. 509.* Et Menoch. *in tract. præſumption. lib. 4. præſumpt. 78. n. 69. fol. 130.* qui refert Alciatum *reſpons. 287. num. 287. n. 2. & reſpons. 490. n. 1.* Et faciunt ſcripta per Quintilian. Mandoſ. *conſ. 15. n. 7.* & in *conſ. 25. n. 7.* & in *conſ. 36. n. 2.* & in *conſil. 86. n. 13.* & in *conſ. 98. n. 13.* Sed audias lector benenole) concluſionem ſingularem & extraordinariam deciſam per Alciatum *conſ. 42. n. 2. lib. 9.* & in *conſ. 24. n. 8. eodem libro*, vbi decidit, quòd ſi teſtator dicat (*ſi dicaſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus, vel quoquo*
105 *modo venientibus*) tunc ex verbis † & mente teſtatoris continentur filij ſpurij nati ex illicito vel damnato coitu. Quem citat, & contra illum arguit Franciſc. Mantic. *de coniecturata mente defuncti, lib. 11. tit. 9. num. 26.*
106 *pag. 509.* ¶ Quibus conuenit, quod quando † conceditur omnimoda iuriſdictio, comprehenditur merum & miſtum imperium, ſecundùm Abbatem & Imol. *in Clemen. 1. de foro compet.* latè Pariſ. *in conſ. 9. n. 4. lib. 1.* Et per verba (*quocunque modo*) appoſita in legitimatione,
107 † in omnibus eſt diſpenſatum abſque alia ſpeciali expreſſione, ſecundum Paul. de Caſtro *in conſ. 30. lib. 1.* Gozadin. *in conſ. 85. n. 4.* quos citat Burſatus *in conſ. 129. n. 80. lib. 2.* vbi *num. 81.* hoc declarat. Et regulam de dictionibus vniuerſalibus ornat Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. art. 14. n. 41. fol. 133.*

108 Hinc eſt quòd licèt maritus, qui promiſit † dotem reſtituere, non perdat lucrum dotis, quòd ſibi defertur, vxore præmoriente ſine liberis: quia illi renunciaſſe non videtur; ſecùs quando promiſit *totam dotem* reſtituere, vt volunt Bald. *in l. quod nomine, ff. de condit. indebit.* Alexan. *in l. ſi cum dotem, in fine, ff. ſoluto matrimonio*: & alij quos citat Roland. *conſil. 85. num. 48. lib. 4.* Carol. Ruin. *conſil. 84. num. 13. lib. 1.* Decius *conſ. 195. num. 2.* Et faciunt quæ ſcribo *infrà, n. 157.* & plura quæ ſcribit Baëça *in tract. de decima tutorum, cap. 18. num. 17. cum ſequent.* ¶ Ex quibus deciſum fuit, quòd licèt ſecundùm doctrinam Pauli de Caſtro *in l. vltim. C. de verbor. ſi-*
109 *gnific.* Si teſtator † relinquit fideicommiſſum fratribus, intelligitur fideicommiſſum ſecundùm diſpoſitionem iuris communis, & admittuntur ad fideicommiſſum, ſolum fratres vtrinque coniuncti; ſed quando teſtator vocauit *omnes fratres*, admiſſi fuerunt per ſententiam reuiſionis fratres etiam vterini: quod eſt notandum pro limitatione ſententiæ Pauli de Caſtro, de qua ago *in 2. p. q. 7. à num. 3.*

Confirmantur quæ dicta ſunt, quia vbi feudum eſt receptum pro ſe & hæredibus, *& quibuſcunque* haben-
110 tibus cauſam ab eis, alteratur † natura feudi, ita quia abſque alio pacto poteſt vaſſallus vigore dictorum verborum diſponere de feudo in teſtamento, & inter viuos

abſque licentia domini feudi, *cap. 1. de feud. non habente propriam naturam feudi: cap. 1. ſi de feudo fuerit controuerſ. inter dom. & agnatum*: volunt Balo. & Angel. *in l. cum eſſent, §. 1.* per illum textum, *ff. de ſeruit. ruſtic. prad.* Et alij quos citat Natta *conſil. 216. n. 1.* faciunt ad idem ſcripta per Roland. *in conſ. 1. n. 45. cum ſeqq. lib. 3.* & in *conſ. 41. n. 1. lib. 4.* Mantic. *de coniectur. mente defunct. lib. 7. tit. 9. num. 4. pag. 282.* Sed quod vbicunque conceditur Titio & hæredibus *quibuſcunque*, cæteris paribus vt fœmina excludatur; volunt Decius & alij, quos citat Zaſius *in conſ. 11. num. 12. lib.* ¶ Et ſi in in- 111
neſtitura dictum ſit pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcunque maſculis, † veniunt maſculi ex fœmina, vt ex
Ia. Signoro, Gozadi. tradit Roland. *in conſ. 41. num. 20. lib. 4.* Ad quod plures Authores citat Anton. Peregrin. *in tractatu de fideicom. art. 26. n. 10. fol. 24.* ¶ Et de doctrina Baldi *in d. cap. 1. ſi de feud. fuerit*; tractat idem Roland. *in conſ. 34. num. 84. lib. 4.* & in *conſ. 13. num. 34. eodem libro*; Burſatus *in conſ. 224. num. 4. lib. 2.* Quibus congruunt quæ notanter poſt *Alexand.* ſcribit Gloſ. Pariſ. *in conſ. 30. in addit.* quæ incipit, *quibuſcunque, lib. 1.* faciunt, quæ ſcribo *p. 2. q. 4. in princip. a num. 20.* ¶ Et cum conceditur feudum pro inueſtitis, & omnibus quibuſcunque hæredibus, comprehendit omnes quoſcunque hæredes † etiam extraneos *d. c. . . de feud.* 112
non habent. volunt Bald. *in l. 1. 34. 45. 48. quæſt. ff. de rerum diuiſion.* Alexand. *in l. ſi patroni, in princip. ff. ad Trebellianum* Romanus *in l. id tempus, §. 1. ff. de vſucap.* & Iaſ. *in l. quædam, § nihil intereſt, num. 2.* vbi Iacob. *in ff. de edend. & in l. 1. §. nuntiari, num. 6. ff. de noui operis nuntiat.* Et alij quos citat Tiber. Decian. *in conſil. 58. num. 30. lib. 2.* qui alia plura ſcribit pro confirmatione prædictorum *numeris ſequentibus.* Quintilianus Mandoſius *regul. Cancellar. 17. q. 8. num. 3. fol. 109.* Siluanus *conſ. 6. num. 29.* Mantica *de coniectura: a mente defuncti, lib. 8. tit. 14. num. 8. fol. 188.* copioſè Natta *in conſ. 160. num. 28. cum ſequentibus, lib. 1.* Burſat. *in conſil. 137. n. 3. lib. 2.* Et inquit Baldus *in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pactis*, quòd cum pars promiſit ſe velle ſtare ſententiæ ferendæ, *quacunque illa ſit*, cenſetur renunciaſſe appellationi. Quod dictum commendat Zaſius *in l. ſi conuenerit, n. 16 ff. de re iudic.*

Hinc etiam fit, quòd ſi promiſſum fuit de euictione, quomodocunque res euincatur; venit † quæcunque eui- 113
ctio, etiam quæ aliàs ex natura contractus non comprehenderetur, ſecundum Gloſ. *in l. ſi cum pœna, ff. de arbitr.* vbi Bald. & Floria, idem Bald. *in l. ſi domus, §. de euictione, ff. de legat. 1.* cum *concordan.* vt per Barba. *conſ. 12. col. 8 lib. 1.* vbi dicit, quod verba vniuerſalia copulant maiora expreſſis, etiam ex cauſa non conſiderata à iure. Et plures citat Tiraq. *lib. 1. de retract. in fin. n. 97. pag. 785.* & tradit notanter Iaſon *in conſ. 547. n. 3. lib. 4.* ¶ Et qualiter bona feudalia, & Eccleſiæ ob- 114
noxia veniant † in reſtitutione fideicommiſſi, tradit
Burſat. *in conſ. 44. n. 15. lib. 1.* vbi ſcribit an veniant ſub generali obligatione. Et in *conſ. 31. n. 18 & in conſ. 32. num. 17 & in conſ. 56. n. 11.* De quo etiam legenda ſunt quæ ſcribit Simon de Prætis *lib. 3. de interpret. defunct. voluntat. dub. 5. ſolut. 3. n. 1. cum ſeqq. fol. 351. & lib. 4. dub. 2. n. 7. fol. 444.* & tradit Caldas Pereira *in tract. de nominat. ad empyt. q. 24. n. 26. fol. 283.* poſt Socinum Iun. quem citat *conſ. 72. lib. 1. & conſ. 79. n. 13. lib 4.* & Riminal. *in conſ. 257. n. 26 lib. 2.* Et faciunt ſcripta per eundem Caldam, *q. 23. n. 18. fol. 267.* Aluar. Valaſc. *in tract. de iure emphyteut. q. 44. n. 81. fol. 241.*

Hinc etiam fit, quod habens † rem com nunem, eam 115
legando, videatur legare ſolum ius, quod habet in re, *l. ſerui electione, §. vltimo, l. ſi domus, §. vltimo, ff. de legat. 1. l. vxor patrui, C. de legat.* tradunt Epiſc. Couar. *in pract. quæſt. cap. 2. n. 2.* Menoch. *conſ. 96. . . 191. lib. 2.* & in *tract. præſumpt. lib. 4 præſumpt. 72. n. 16. fol 111.* Petr. Surd. *conſil. 113. n. 14. & deciſ. 93. 18.* Roland. *conſ. 71. n. 29. lib. 2.* Aymon. *conſ. 133. n. 4.* Cephal. *conſ. 369. n. 61. lib. 3. & conſ. 347. n. 22. eodem libro.* De quo etiam tractat Paul. de Caſtro *in conſ. 415. lib. 1.*

Zanchus *in l heredes mei.§.cum ita.p.4.n.424.pag.116. & p.5.n 36. pag 233.ff. ad Trebel.* Simon de Prætis *de interpret. defunct.volunt.lib 2. dubit.2.ſolu.1.num.35. fol.132.& lib.4.dub.3.num.1.cum ſeqq.fol 378.*Falcon. *regul.283.*Mantica *de coniect.mente defunct.lib.9.tit. 1. num.8.*Angulo *in l.3.tit.11.lib.5. Recop.gloſ.4. num.6. fol.88* Ioan.Guttierr.*conſ.18. n.72.*

Hinc etiam eſt, quòd quando teſtator diſponit,quod
116 bona † nullo modo alienentur,etiam in caſibus ſpecialibus non poſſunt alienari,ſecundùm Gozadin.*conſ.29. num. 9.* Maſcard. *de probation. lib. 3. concluſ. 1237. num.87.*Fallit quando teſtator dixit totam, vel omnem rem,ſecundum Angelum *in § non ſolum,col.2. Inſtit.de legat.* Carol.Ruin.*in conſ.57.num.1.lib.1.*eundem *in l. filius familias,§.Dixi. num.112.pag.221.ff. de legat.1. num.1c.*Bald. *in l.cum alienam,col.3.C.de legat.1.* Qui tamen hoc non dicit, vbi legendus eſt Iaſ.*num.8.* & notanter Peregrin. *in tract. de fideicommiſ.art.7.num.26. & 27.fol.64.* Doctores *in l.ſerui electione,§.vltimo; & in l.ſi domus,§.vltimo, ff.de legat.1. cum concordant.* vt per Cephal. *conſ.183.n.55.lib.2.*Confirmat & declarat Tell. *in l.19.Taur.num.10.* Roland.*in tract.de Inuentar. p.5. verſic. teſtator an prohibere poſſit, num.12.fol.199. col.1.8.volum.tractatuum:* qui ita intelligi debet, ne ſit contra omnia ſuperiora. Quod notandum eſt ad eos, qui habentes rem communem cum vxoribus , faciunt maioratum,vel meliorationem totius rei communis. De quo etiam legenda ſunt quæ ſcribit Cephalus *in conſ. 772.num.8.* Simon de Prætis *lib.4. de interpretand. defunct.volunt.dubit.3. num.8. cum ſequentibus , fol.378.* Burgos de Paz, *q.ciuili 11. num. 33.cum ſequentibus,* qui ex hoc infert intellectum *ad l.5. tit.9. lib. 5. Recopilat.*

Et quòd ſi quis habens dimidiam fundi partem , le-
117 gat dimidiam , videtur legare † tantum dimidiam illius dimidiæ , tradunt Bart. in *d. l.ſerui electione. §. final.* Carol. Ruin. *in conſil.145. num. 11. lib.1.* ¶ Et iſta faciunt ad quæſtionem quam diſputat Marzar. *in lib.*
118 *de fideicommiſ. q.44.* Num ſi teſtator legat † omnia bona ſua per verba vniuerſalia,an comprehendatur bona emphyteutica,feudalia,& fideicommiſſaria,poſt Gratum *in conſ. 22.num. 8. lib. 1.* Gozad *conſ. 99.* Be-
119 roium *conſ.57. lib.3.* Et an bona † emphyteutica tranſeant in fideicommiſſarium,conſtat ex Gloſ. *in l. etiam ff.ſolut. matrim.* cum *concordantibus* , vt per Sfortiam Oddum , *in tract. compendioſa ſubſtitutionis, p. 5. verſ. quoad ſextum, n. 12. fol. 85.*

SVMMARIA.

120 *Nouus intellectus ad* l. 11. tit. 9. lib. 5 Recopil. *modò* l. Tauri 17.

121 *De intellectu ad l. 7. tit. 20.* de la 2. ſupplicacion *lib. 4. nou. ord.*

122 *Infertur intellectus ad l. 2. tit. 20.* de la 2. ſuplicacion. *lib. 4. nou.ord.*

123 *Dictio,* quouis modo,*an omnes caſus comprehendat, An omnem denotet modum num.125.*

124 *Alienationis prohibitio an voluntariam & neceſſariam comprehendat.*

126 *Intellectus ad* l. 4. tit. 17. lib. 4. Recop.

127 ¶ *Et ad ſingularem quæſt.quando maſculi perpetuo vocantur,& fœminæ excluduntur.*

128 *Intellectus ad* l. 6. tit. 17. part. 4.

129 *Dictio,* liberè, *an idem ſit de ſine licentia. An excludat terminos iuris communis , num.132. An comprehendat illud quod fieri non poteſt iure non ſeruato,n.135. An excludat exceptionem quæ venit ex natura actus,num.136. An reſtringatur ſecundum ſubiectam materiam,n.137.& 155.*

130 *Liberè quid ad aliquem pertinere quomodò dicatur.*

131 *Verba,quòd* quis poſſit alienare ad ſuum beneplacitum bona fideicommiſſi,*quid operentur, Et ibi, quid liberum,quot modis dicatur,remiſſiuè.*

133 *Verbum,*placeat,*quomodo intelligatur.*

134 *Verba,* cui volueris , *&* cui putaueris, *quid ſignificent.*

138 *Dictio* , quoquo modo , *ad modos proportionales idoneæ materiæ refertur.*

139 *Dictio* omnia , *vbi abſurdum reſultat , an operetur.*

140 *Conceſſa per Principem facultate faciendi maioratum de omnibus bonis,cum verbo* , liberè, *an filiis tolli poſſit legitima.*

141 *An facultate alienandi feudum adepta , reliquæ ſolemnitates debeant obſeruari.*

242 *Verba quantumcunque intenſiua, aut effuſa , caſum de iure difficilem non comprehendunt.*

143 *Libera teſtandi facultas qualiter intelligatur , & num.144.*

145 *Electio libera cùm conceditur, idoneus debet eligi.*

146 *Dictiones vniuerſales an operentur habilitatem inhabilem.*

147 *Habita facultate conficiendi maioratum , aut filium quem quis voluerit meliorandi , an filia ratione dotis poſſit meliorari.*

148 *Priuilegium teſtandi ſecundum ius commune an intelligatur,& quando,& num.197.*

149 *Beneficia vacantia in Curia , an in poteſtate qualiacunque,& vbique conferendi , comprehendantur.*

150 *Ad quid extendatur approbatio teſtamenti paterni à filio facta.*

151 *Verba quantumcunque generalia ad aptitudinem referuntur.Congruam interpretationem recipiunt, num. 156. Ad terminos ſuæ poteſtatis debent reſtringi,n.159.*

152 *Peregrini in teſtamento an teneantur ſeruare iuris ſolennitates.*

153 *Non poteſt quis abuti facultate ſibi conceſſa.*

154 *In bonis donatis non veniunt bona reſtitutioni ſubiecta.*

156 *Dictio,*omnino, *qualiter intelligatur.*

160 *Promittens & diſponens id volunt quod poſſunt;& num. 161.*

162 *Actus videtur celebratus prout de iure poteſt , & innum. 168.*

163 *Teſtator non præſumitur reliquiſſe vſumfructum bonorum fideicommiſſo ſubiectorum.*

164 *Non cenſetur quis hæres inſtitutus in bonis,quæ poſt mortem teſtatoris alij erant reſtituendi , & numero 167.*

165 *Non præſumitur quis diſponere,de quibus diſponere non poteſt.*

166 *Hæres adeundo hæreditatem, an cenſeatur approbare diſpoſita contra prohibitionem legis.*

169 *In quocunque caſu quæ requirantur.*

170 *De bonis propriis videtur quis teſtari , & numero 171. Non de bonis primogenituræ , numero 172.*

173 *In generali donatione non venit res donatori ex fideicommiſſo debita. Nec poſt mortem alij reſtituenda,num. 178. Nec ſubiecta fideicommiſſo, numero 180.*

174 *Alienatio ad bona quæ alinans liberè poteſt alienare, reſtringitur.*

175 *Diſpoſitio teſtatoris ſimpliciter facta , de caſu quo de iure poteſt,intelligitur.*

176 *In generali obligatione an veniant bona alienari prohibita.*

177 *Superioris factum quando ad ius commune referri intelligatur.*

179 *Approbans patris teſtamentum an cenſeatur ſibi in legitima præiudicaſſe.*

181 *Parentibus an propter fauorem publicum liceat legitimam auferre.*

182 *Priuilegia ſine aliorum iniuria intelligenda.*

283 *Statutum ſi dicat quòd fœmina non ſuccedat,legitimam an petere poſſit.*

184 *Teſta*

184 *Teſtamentum filij Clerici qualiter ſubiaceat querelæ & ibi an legitimam petere poſſit.*

185 *An in bonis caſtrenſibus poſſint filij parentes à legitima excludere.*

186 *Libertas conceſſa à filio patroni liberto , an liberet cum quin legitimam relinquat.*

187 *An vir ſimpliciter dotem reſtituere promittens poſſit retinere partem ſibi à ſtatuto conceſſam.*

188 *Mulier ad ſecunda vota tranſiens , an teneatur reſtituere filiis primi matrimonij titulo lucratiuo ex eo habita.*

189 *Infertur intellectus ad l.5. tit. 9.* de las ganancias, *lib.5.Recopil. remiſſiuè.*

190 *Filiusfamilias Clericus an poſſit diſponere de vſufructu in præiudicium patris.*

191 *Statutum ſi permittat teſtari filio , quomodo intelligatur,& num.12.*

193 *Ex delicto filij non ſit executio in peculio aduentitio,in quo pater habet vſumfructum.*

194 *Ob delictum patris an publicetur vſusfructus,quem habet in donis filij.*

195 *Patri an concedatur remedium* l.vlt. C.de edict. D.Adr. *filio Clerico hærede inſtituto.*

196 *Lex noua ſi addit, vel detrahit antiquæ , omnes diſtinctiones illius recipit.*

198 *Generales diſpoſitiones per rationem an reſtringãtur.*

199 *Feudum receptum pro hæredibus quibuſcunque an veniat ad vxorem recipientis.*

200 *Statutum ſi diſponat quòd mulier poſſit diſponere de quarta,quomodò intelligatur,& n.201.*

203 *Damnatus ad mortem qualiter poſſit facere maioratum aut meliorationem.*

204 *An cauſa permiſſiuæ magis quàm prohibitiuæ debeant attendi.*

205 *Damnatus ad mortem an habeat teſtamenti actionem paſſiuam. An ſit capax ſucceſſionis in bonis maioratus,n.206.& 211.*

207 *Bannitii an poſſint teſtari , & facere maioratum, Qualiter pro mortuis habeantur , n.208. & 210. An æquiparentur deportatis, n.209.*

212 *An filij bannitorum , quæ in abſentia damnati fuere, valeant impedire executionem in bonis eorum factam.remiſſiuè.*

213 *Damnati ad perpetuas triremes, an ad opus metalli damnatis æquiparentur.*

214 *An cui competat ius ad ſucceſſionem maioratus , ſi pro criminis commiſſione damnetur ad mortem, ſit capax ſucceſſionis; & ibi an ſi ſententia executioni mandetur,competat ius filiis.*

215 *Maioratus ab antiquo magis retinetur quàm de nouo acquiritur.*

216 *Condemnatus in abſentia an efficiatur ſeruus pœnæ refertur ſententia negans, & affirmans, n.219.*

219 *Abſens an damnari poſſit, 218. & num.220. Quid in crimine læſæ maieſtatis,n.222.*

221 *Legitimè condemnatus ſtatim ſit incapax ad acquirendum.*

223 *Abſentis defuncti bona intra annum filiis aliàs reddenda,quibus caſibus denegentur.*

224 *Damnatus in abſentia ſi filios procreauit, qualiter ſint incapaces ſucceſſionis maioratus.*

225 *Quid ſi innocens appareat .* Poſt *num.225.* inuenies reliqua *Summaria* quæ deſiderantur.

120 Ex prædictis infero ſingularem & † nouum intellectum in noſtra materia maioratuum ad *l.11.tit.6.lib.5. Recopil.*quæ eſt, *l.27.Taurina* in illis verbis, *Le puedan poner el grauamen que quiſieren, aſsi de reſtitucion, como de fideicommiſſo.* Quibus verbis tam vniuerſalibus, attentis variis modis , poteſt lex illa ampliari. Et faciunt pro illis quæ ſcribo,*infrà.hac 1.p.q.50.& 51.* quæ verba cum ſint geminata in illa lege ſcripta , ſunt maximè conſideranda ex his quæ ſcribo *infrà hac p.q.22.à n.82. cum plurib⁹ ſequentibus.* Et conferunt quæ ſcribunt Barthol. Socin. *in l.quidam relegatus in 5. concluſ. ff.de rebus dubiis,* Bart. *in conſ.26. lib.2.* Carol.Ruin. *in conſil.103. n.9.lib.3.* Roland.*in conſ.5.num.44.& ſeqq. & in conſ 61.n.41.& ſeqq.lib.1.* Quintil.Mandoſ. *in tract. commiſſionum,in commiſsion.ſuper beneficiis , verſ.quacunque,& verſ. vel alia quæuis,fol.10. col.3.* & in *tract. de inhibition.q.7.& q.57.* & faciunt ſcripta per Hippolyt. *in ſingul.830.* Et conducunt pro intellectu famoſæ *l.34.tit.14 p.6.* quæ torquet Greg. Lop. *ibi* , & in hoc Regno facit dubitare , & contrarias ſententias proferre Iudices & Aduocatos. De qua lege tractant dominus Antonius de Padilla *in l.2. C. de reſcind. vendit.n.23.* Matienç *in dialog.Relat.& Aduoc. p.3.c.20. n.10.cum ſeqq.& in l.1. tit.11.lib.5.Recop.gloſ.8. n.53. fol.341.* Caldas Pereira *in l.ſi curatorem habens , C. de in integrum reſtitut. in verb.laſis.n.153. fol.379.*

Ex quibus (vt obiter hoc dicam) aliàs inferebam † 121
intellectum ad l. 7. tit. 20. *de la ſegunda ſuplicacion,* lib.4. *nouí Ordin.* in illis verbis, *Y que ſea en los pleitos que ſe comiençan en el Conſejo, o Audiencias , por nueua demanda, y no por via de reſtitucion, ni reclamacion, ni nulidad, ni en otra manera alguna.* Nam attentis prædictis regulis & doctrinis , videtur quòd qualitercunque lites cœptæ ſint apud Iudices inferiores , non ſit locus ſecundæ ſupplicationi. De quo tractant Auend. *in lectura de ſecunda ſupplicatione,n.8. verſ. & primò requiritur,fol.94.* Gregor.Lop. *in l.4.tit.24. in gloſ.magna, p.3.* & Azeued.*in l. 1.d.tit.20.lib.4.Recopil. fol.298.* in qua quæſtione niſi reſiſterent verba *prædicta l. 7.* ſemper exiſtimaui , quòd ratio legum prohibentium ſecundam ſupplicationem in negotiis , quæ non cœpta fuerunt in Regali Cancellaria,ea ſit,quia,eſt contra omnia iura admittere ſupplicationem , vel appellationem contra tres ſententias conformes : & cum iſta ratio ceſſet in negotiis , in quibus fuit prolata ſententia diffinitiua per Iudices inferiores,ſed ſententia interlocutoria videbatur , quòd in caſibus in quibus non eſt prolata ſententia diffinitiua,erat admittenda ſecunda ſupplicatio.

Infero etiam obiter intellectum † ad dictam l.2.tit.20. 122
de la ſecunda ſupplicacion, lib.4. nouí Ordin.in illis verbis; *por via de reſtitucion,ni en otra manera alguna,* decidentem in effectu , quòd in negotiis quæ vadunt ad Regale Conſilium per viam ſupplicationis ſecundæ, non poſſint produci ſcripturæ, an produci poſſint ſcripturæ quæ factæ fuerunt de nouo, vt ſcripturæ tranſactionum , vel aliæ ſimiles ? Nam quod produci poſſint tales ſcripturæ, exiſtimauit Paz *in pract.tom. 1.p.7. princip.n.127.fol.201.* poſt Matienç. quem citat *in dialogo Relatorum,p.3.c.48. n.3.* per *l.4.tit.10. lib.2. Recop. & l.2.tit.5.lib.4.*pro quo faciunt plura quæ ſcribo, *p.4.limit.1.* Et quæ ſcribit Menoch. *de arbitr.iudic. lib.1. q.72.n.8.* Pro quibus faciunt ſententia Roman *in l.1. § .unde quæritur.ff.de noui operis nuntiat.& in conſ.175.* Felin. *in cap.cum dilectus, de fide inſtrumentorum, n.18. fol.165.* volentis, quòd inſtrumenta de nouo celebrata, per quæ partes vòlunt à lite diſcedere, poſſunt produci poſt concluſionem in cauſa;licèt in contrarium faciant omnia quæ dicta ſunt.Et gloſ.*in Clementina,ne Romani, in verb.quouis modo,de elect.* quæ probat, quòd dictio, *quouis modo* , eſt omnium † modorum diſtributiua , & 123
omnes caſus comprehendit. De qua per Carol. Ruin. *in conſ.123.n.11.lib.2.* Iaſ.*in conſ.124 n.4. lib.4.* qui plura ſingularia ſcribit:Socin.Iun.*in conſ.2.n.21.lib.1. & in conſ.92.n.14 lib.2.* Pariſ.*in conſ.33.n.29. lib.3.* latiùs Menoch.*de recuperand. poſſeſſ.remed.6.n.14. cum ſeqq.pag.375.* ¶ Et prohibitio alienationis comprehendit † non ſolum voluntariam alienationem , ſed etiam 124
neceſſariam,ſecundùm Decium *conſ.23. col.2. in princ. & in conſ.481. col.2.* Pariſ. *in conſ.21. n.51.lib.3.* & alios,quos citat Roland.*in conſ.80.n.3. lib 3.* Aymon. *in conſ.291.ad fin.* quod magis ſingulare quàm verum iudico. Et de iſtis verbis legenda ſunt quæ ſcribit Gozad.*in conſ.46.n.9.*

Et iſta dictio,*quouis modo*,omnem denotat modum,† 125
ſiue directum,vel indirectum , principalem & acceſſorium,ſecundùm Gloſ.*in c.vt inquiſitionis.§.prohibemus,*

de hæreticis in 6. Dominicus *conſ.*29. Rebuff. *in praxi beneficial. tit. de forma ſignaturæ,cum clauſularum elucidatione,verſ.ſiue præmiſſo,n.*2.*pag.*14. Cæſ. Lambert. *in tract. de iur. patron.lib.*2.*pag.*3. *art.*7. 9. *q. principali, n.*1.*fol.*239.Et confirmat per plures allegationes Quintil. Mandoſ. *in regul. Cancellariæ, reg.*30 *de veriſimili notitia,q.*7.*n.*21.*fol.*80. *& reg.*5.*q.*3. *n.*2.*fol.*34. Et in notabili materia Ioan. Guttierr. *in conſ.*5.*num.*14.*cum ſeqq.* Greg. Lop. *in l.*46. *tit.*18.*part.*3. *in gloſ.* in verb. *mas poderoſos.* Rebuf. *in l. creditorum* 11. *pag.*18. *ff. de verbor. ſignific.* Notanter Roland. *in conſ* 11. *n.*52. *lib.*4. Iaſ. *in conſ.*124. *n* 4.*verſ.ſed iſtis non obſtantibus, lib.*4. Staphil. *de literis gratiæ, de vi & effectu clauſularum,verſ.quo verò,pag* 201. *n.*2. Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebel. part.*5. *n.* 53. *pag.*234. idem Mandoſ. *regul.*17.*q.*8.*num.*2.*fol.*108.*& regul.*8. *q.*14. *notab.* 5.*fol.*123. Barth. Socin. *in conſ.*25. *n.*5. *lib.* 1.

126 Infero etiam intellectum † ad *l.*4. *tit.* 17.*lib.*4. *Recop.* in illis verbis, *en otra qualquier manera.* Et iterum, *en otra qualquier manera.* Infero etiam ad quæſtionem maximi momenti,quæ contigit in hoc Regali auditorio circa intellectum cuiuſdam priuilegij dati Ordini de Alcantara ſuper ſolutione decimarum, in quo reperiuntur iſta verba, *Necnon omnia & ſingula monaſteria præſentia, & futura,vbiliber exiſtentia, ſingulasque perſonas dicti Ordinis ad præſtationem Decimarum, tam de poſſeſſionibus habitis ante & poſt conſtitutionem præfatam, acquiſitis & acquirendis,quæ propriis ſumptibus excolent, & excolunt, qualiter, quomodocunque & quantumcunque excolantur,aliquas decimas percipi.* Dubitatum fuit,an per hæc verba coloni dicti Ordinis ſint exempti à ſolutione Decimarum? Qua in re eſt legenda *deciſio* Iacobi Putei 522. *p.*2. Et addendum longè differre iſta verba, *quomodocunque,* & *alio quouis modo*, ſecundùm Pariſ. *in conſ.*138. *n.*11. *&* 12.*lib.*4. Quintil. Mandoſ. *in regulis Cancellariæ, q.*17 *n.*8. *fol.* 141. Et hæc dixiſſe ſufficiant in materia incidenti & practicabili, & quotidie videtur in ſupplicationibus interpoſitis in cauſis maio-

127 ratuum. Infero † etiam in grandi quæſtione de ſucceſſione maſculorum & fœminarum notabiliter, quòd vbicunque ſunt vocati ad ſucceſſionem maioratus omnes maſculi,per iſta verba eſt inter omnes maſculos facta reciproca ſubſtitutio, tali modo, quod perpetuò ſunt vocati, & fœminæ maſculis extantibus non poſſunt ſuccedere in maioratu, quod eſt peregrinum, & ſcitu dignum.

Redeundo igitur ad prædictam quæſtionem, (quia hæc quæſtio eſt neceſſaria pro intellectu iſtius materiæ, & noua,& difficilis) patienter lector ſuſtineat dicta, & dicenda. Nam licet laboret in legendo hæc quæ ſcripta ſunt, ego magis inſudaui in reſolutione huius quæſtionis. Qui igitur hanc ſecundam principalem opinionem tenere voluerit,ſcilicet, quòd parentibus debent milites legitimam, non difficiliter reſpondebit ad omnia ſuprà

128 ſcripta. Nam ad † *dict. l. part.* 6. *tit.* 17. *part.*4. poteſt reſponderi, quòd quamuis lex illa dicat, *Lo que quiſieren,* verba interpretamur in abſolutam & liberam voluntatem,iuxta textum *in d. §. ſi rem*, & *d. l. part.* Quod etiam probatur ex Gloſ. *in Clementina* 1. *in verb. liberè, de ſepultur.* Quam ſequuntur Abb. Barba. & Alciat. *in cap.*1. *de officio Ordinar.* Curt. *in tractat. de feud. part.*2. *q.* 2. Bald. Card. & Imol. & Decius *n.*4. *in cap. quæ in Eccleſiarum,de conſtit.* Et idem Decius *in cap. ſi pro debilitate, num.* 6. *de officio delegat.* & alij, vt per Addit. Seguræ, *in l. ſi ex legati cauſa, num.* 195. *ff. de verbor. obligat.* Alexan. *in conſ.* 96. *lib.*5. vbi Gloſ. Pariſ. plures refert concordantes, Caldas Pereira *de renouation. emphyteuſis*, *q.*8. *num.*12.*fol.*60. Et verbum,

129 *Liberè*, exponitur, † id eſt ſine licentia, *cap. ſi plures, in verb. liberè. de ſepultur. in* 6. *cap. de multa, de præbend.* cum *concordantibus*, vt per Menoch. *lib.* 1. *de arbitr. iudicum*, *q.*7. *num.*34. *&* 12.*ned. de adipiſcend.*

130 *poſſeſ. num.*53. *pag.* 17. Et liberè dicitur † ad aliquem pertinere,quando illud expedire poteſt ſine alterο,& ſine alterius contradictione; *cap.*2. *ad finem, de arbitris,* cum *concordantibus*, vt per Curt. Iunior. *in conſ.*2.*n.*3. *lib.*1. Et quid operentur † verba, *Quod quis poſſit alienare ad ſuum beneplacitum bona ſideicommiſſi*, tradit late Antonius Pereg. *in tract. de fideicom. ar.*40. *n.* 47. cum *ſequentibus*, *fol.* 366. Et quòd tribus modis dicatur, *Quid liberum*; reſoluit poſt alios Zanchus *in l. hæredes mei*, *§. cum ita*, *ff. ad Trebel part.*5. *num.*55. *pag.*234.

Tamen hæc dictio, *Liberè*, non eſt ita amplianda, † vt excludat terminos iuris communis, nec ex ea Ter- 131
tio præiudicium inferri debet, ſecundùm Bald. *in l. milites, Cod. de teſtam. militi. n.*6. *&* 7. *fol.*54. & alios, vt per Decium *in d. cap. ſi pro debilitate*, & in *cap. directè, n.*2. *de appellat. fol.* 308. *& in conſ.*355. *num.*6. Notant etiam Romanus, & Imola *in l. filius familias, ff. de donation.* & Peralta *in l.*1. *ff. de legat.*2. *num.*37. *pag.*26. Gloſ. Pariſ. latè *part.* 2. *conſuet. Pariſ. §.* 55. *gloſ.*4. *num.*34. *fol.*116. Et faciunt quæ ſcribit Andr. ab Exea *in cap. omnes, de conſtit. num.*434. *pag.*243. vbi probat, quòd hoc † verbum, *Placeat*, intelligitur 133
de arbitrio boni viri, ex Abbate *in cap. cæterum, notab.*2. *de foro compet.* Quam dicit communem Decius *in d. cap. cum omnes, lectur.*2. Pariſ. *in conſil.*71. *n.*17. *lib.*3. Abb. *in conſil.*110. *num.*1. *lib.*2. Ripa *l.ex facto, §. ſi quis rogatus* 2.*num.*3. *folio* 168. *ff. ad Trebellianum,* qui allegat *l.Thais, §.ſorore, ff. de fideicommiſſar. libertatibus.* Et hoc tradit in eo, qui habet facultatem eligendi ad fideicommiſſum, illum quem voluerit, & *ibi*
n. 10. Tradit differentiam inter † verba, *Cui volueris,* 134
quia ſignificant liberam voluntatem; & verba, *Cui putaueris,* quia ſignificant arbitrium boni viri, poſt Gloſſam *ibi*; & faciunt tradita per Matth. ab Afflict. *deciſ.*91. *num.* 4. Et quòd verba, *Ad beneplacitum*, importent idem quod *ſi volueris*, tradunt Bart. *in l. centeſimis, §. vltimo, ff. de verb. oblig.* & alij, vt per Menoch. *de arbitr. iudic. lib.*1.*q.*69. *&* in *conſ.*210 *n.*16. *lib.*3.

§ Item hoc verbum, † *Liberè*, non comprehendit il- 135
lud,quod fieri non poteſt, iure non ſeruato: *c. à nobis, in* 1. *de ſent. excom.* & alij, vt per Decium *in l. unica, n.*3. *C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt*: Et Barthol. Socin. *in conſ.*62. Viſis conuentione, *lib.*4. Et verbum *Liberè*, non † excludit exceptionem,quæ venit ex natura actus, 136
vt per Alexan. *in conſ.*80. *n.*12. *lib.*1. *& in conſ.*14. *n.*3. *lib.*2. Et reſtringi † debet, ſecundùm ſubiectam mate- 137
riam, vt notat idem Alexan. & Gozad. *in conſ.*58. Prima facie, *n.*22.

§ Et dictio, † *Quoquo modo*, licèt ſit vniuerſalis, ta- 138
men reſtringitur ad modos proportionabiles materiæ idoneæ, in qua exprimitur, ſecundùm Geminianum *in conſ.*29. *in fin.* per Gloſ. *in cap. maximum*; notat Aim. *in conſ.*256. *n.*8. qui dicit melius facere Gloſ. *in cap* 1. *de conſtit. & in cap.dilecto,de ſent.excom. in* 6. Et quòd vbicunque abſurdum reſultat,dictio,*Omnia*, non † ope- 139
retur, tradit Decius *in l. omnia, n.*1. *ff. ſi certum petatur.* Pro quibus omnibus eſt notanda *l.*11. *tit.*18. part. 2. *Ca maguer en la carta, o en el priuilegio del donadio dixeſſe, que ſe lo daua para hazer ſu voluntad dello,como de lo ſuyo,no ſe entiende por eſſo, que aquel cuyo es el heredamiento,deue ende fazer coſa porque el Rey ni el Reyno finquen desheredados, ni que reciban daño.* Sic ſcribit Carolus Ruinus *conſ.*27. *n.*10. *lib.*1.

Quòd ſi per † Principem conceditur licentia faciendi 140
maioratum de omnibus bonis, & cum hoc verbo, *Liberè*, non poteſt filiis tolli legitima, nec videtur in eadem Princeps præiudicare. Et Bald. *in l. ſi quando, C. de inofficioſ. teſtam. & in l. vltim. C. de fideicommiſ.* inquit ſingulariter, quòd ſi vir ex ſtatuto,vel conſuetudine debet habere dimidiam partem in bonis vxoris; vel è contra, vxor in bonis viri; & Imperator conceſſit viro,vel vxori, vt *liberè poſſit teſtari*, quòd vir & vxor debent teſtari ſecundùm ius municipale, videlicet, quòd dimidiam coniux teneatur relinquere viro,vel vxori,& non vltra teſtari in præiudicium partis: Quem citat Nicol. Boer. *deciſ.*244. *num.*3. qui ex pluribus confirmat, & in

in contrarium allegat Barthol. Socin. *conſ.*139. *lib.*2. & idem Nicolaus Boerius *in conſuetud. Bituricen. tit.* Coûtumes concernant le mariage, §.2. *pag.*107. *col.*3. *verſ. ſed quòd ſtante.*

141 *§* Ex quibus etiam ſit, quòd data † facultate alienandi feudum,intelligitur,cæteris ſolemnitatibus obſeruatis,vt per Gozad. *in conſ.*4. *num.* 29. poſt Alexan.& alios,quos citat Carol.Ruin.*conſ.*82.*n.*9. *lib.*3.& alios, quos etiam refert Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remed.* 6.*n.*24. *cum ſeqq.* quæ notanda ſunt ad facultates conceſſas ad faciendum maioratus,vel ad alienandum bona

142 maioratus. Et † verba quantumcunque intenſiua, & quantumcunque effuſa & extenſa, non comprehendunt caſum de iure difficilem, ſecundùm Zaſium *in cap. curare, n.*5. *pag.*197. *Inſtit. de action.* per *l. nepos Proculo, ff. de verborum ſignificatione.*

143 Præterea, vbi à Principe conceditur libera † teſtandi facultas, intelligitur non omiſſa ſolemnitate in alterius vtilitatem inducta, ſi ille aliàs erat habilis. *d.l. ſi quando*; vbi Bald. Alexand. Iaſ. & alij, *C. de inofficioſ. teſtament.* cum qua concordat. *l.*5. *tit.*1. *p.*6. & facit l.30. *Cõ razon y con derecho*, eodem tit. De quo per Iaſ. *in l præſes, num.*6. *Cod. de tranſaction.* Decium *in cap. directè, num.*2. *fol.*308. *de appellat.* Menochium *de recuperand. poſſeſſ. remedio* 6. *num. d.*26. *pag.*376. & latè in *l.*1. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. lectur.*1. *&* 2. Carol. Ruin. *in conſ* 100. *num.*2. *cum ſequentibus*, *lib.*1. Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remed.*6. *num.*23. *pag.*375. Quintil. Mandoſ. *in tract. de ſignatura gratiæ*, *cap. de licentia teſtandi, fol.*114. *ca l. verſic. indultum. §* Vnde eſt quod

144 facultas teſtandi alicui † conceſſa, intelligitur ſine præiudicio alterius: vt per Anton. Gomez *tom.*1.*cap.*16. *num.*16. Anton. Gam. *deciſ.*307. *n.*7.

§ Hinc eſt,quòd cùm conceditur alicui electio libe-

145 ra, † non poteſt eligere non idoneum, ſecundùm Domin. *in d. cap. ſi pro debilitate, de offic. de leg.* Curtium Iun. *conſ.*178. *num.* 20. *lib.*1. vbi alia adducit Felin.

146 *in cap.* 1. *num.*9. *de reſcript.* Et dictiones † vniuerſales vbicunque poſſunt aliquid operari,nunquam operantur habilitatem inhabilium, *l.* 2. *§. quod ait Prætor*, vbi Bart. *ff. qui ſatisdare cogan.* quam ornat Ripa *in l.*1. *§. dabimus, num.*5. *fol.* 235. *ff. de priuileg. credit.* & regula *d. l. ſi quando*, ſic communiter intelligitur,vt ſcribit Iul. Clar. *lib.*3. *ſenten. q.*34. *num.*3. *pag.*32. Et horum authoritate ſcribit Molina *lib.* 2. *de primog. c.* 11. *num.* 30. *folio* 320. quòd ex facultate conceſſa nominandi quoſcunque ad maioratum,non poſſunt nominari filij ſpurij.

Diffinire etiam ex prædictis licet quæſtionem de fa-

147 cto contingentem: quis obtinuit facultatem † ad faciendum maioratum, & inſuper quòd poſſit meliorare filium, *quem voluerit*: nam minimè poteſt meliorare filiam ratione dotis, contra *capitulum dotium* hoc prohibens: quia talis melioratio eſt facienda de habili, vel in teſtamento. Et dicit Bald. *in d. l. ſi quando*. quòd

148 † priuilegium teſtandi, intelligitur, ſecundùm ius commune, & ſine præiudicio alterius: Notat Decius *conſil.*157. *num.* 14. Antonius Gama *deciſ.* 307. *num.*3. quod procedit quando aliàs verba nihil operantur: quia tunc verbum, *Liberè*, non eſt reſtringendum, ſecundùm Alciatum *in cap.*1. *notab.*3. *col.*3. *de offic. Ordin.* per illum textum,quem citat Gloſ. Pariſ. *in addition. ad Decium in d. cap. ſi pro debilitate*, *fol.*90. *de offic. delegat.*

Quæ confirmo; quia ſi conceditur poteſtas conferendi beneficia quæcumque, & qualiacumque, & vbicunque,etiam cum clauſula *motus proprij*, non compre-

149 hendit † beneficia vacantia in Curia, *cap.*2. *de prabend. in* 6. vbi Ancharran. Tradit Rebuf. *in Concordatis*, *in forma mandati Apoſtolici*, *pag.*16. *&* 18. *verſ.* 13. Et

150 quando filius approbat teſtamentum † patris in omnibus & per omnia, illa approbatio non reſtringitur, ſed extenditur etiam ad ſupplementum legitimæ, ſecundùm Carolum Ruin. *in conſil.* 56. *lib.*1. Roland. *in conſ* 60. *n.*29. *lib.*1. Et qualiter verba generalia reſtringantur de habilitate,tradit etiam Caldas Pereira *de nomination. ad emphy. cuſtos, q.*23. *num.*38. *fol.*271. *§* Et quod verba quantumcunque † generalia ad aptitudinem referantur, 151
tradit Zaſius *in conſ.*11. *n.*79. per *l. vt grada. in*, *§. fin. ff. de muner. & honor.* Et alia iura ſimilia ſcribit Rebuf. *in* 1. *tom. ad conſtitutiones Regias*; *tit. de literis obligatoriis gloſ.*1. *n.*1. cum *ſequentibus*, *pag.*60. Et tradit Guttierrez *in l. nemo poteſt*, *n.*7. *&* 8. *ff. de legat.*1. *pag.*17. Quæ conducunt ad ea quæ ſcribo *in principio huius operis,à n.*131.

Item licèt peregrini liberè teſtari poſſint, *authent. omnes peregrini, C. commun. de ſucceſſ.* tenentur † tamen 152
ſeruare ſolemnitates,quæ in teſtamentorum confectione ſunt neceſſariæ; vt notat Gloſ. *in d. authen. ica*: Cuius opinio eſt verior ſecundùm Marcum Antonium *in §. vltimo.num.*21. *Inſtit. de teſtam.* Et eſt communis ſecundùm Barba. *in cap. quia nos*, *n.*7. & in *c. cum eſſes*, *n.*13. *de teſtam.* Et hanc opinionem (contraria reiecta) ſequitur Tellius *in l.*3. *Taur. p.*1. *n.*9. *fol.*4 *§* Et habens facultatem diſtribuendi inter pauperes prout ei videbi-

153 tur & placebit, non poteſt † abuti poteſtate ſibi conceſſa,ſed debet id facere, arbitrio boni viri, ſecundùm Bart. *in conſ.*194. *n.*3. *in fin.* Pariſium *in conſ.*45. *n.*16. Mantic. *de coniectur. ment. defunct. lib.*8. *tit.*5. *n.*8 *pagin.* 321. Et quòd in bonis donatis † non veniant bona 154
reſtitutioni ſubiecta, tradit Oſaſcus *deciſ. Pedemont.*85. *num.*18. qui ad hoc refert Aret. *in conſ.*74. Decium *in conſ.*236. *n.*6. *in fin.* Aim. *in conſil.*19. *num.*13. *§* Et de

155 dictione, *Liberè*, legenda ſunt quæ in propria † materia fideicommiſſorum, ſcribunt Alexan. *in conſ.*12. *lib.* 1. *col.*1. *& in conſ.*214. *num.*3. *lib.*6. Iaſ. *in d. l. nemo poteſt, num.*35. *ff. de legat.*1. Gozad. *in conſil.* 30. *num.*15. & alij quos citat Zanchus *in l. hæredes mei*, *§. cum ita*, *p.*5. *pag.*234. *n.*54. *&* n.169. *pag.*145.

Porrò, licèt verba *d. l.* ſint tam generalia & libera, recipiunt † tamen congruam interpretationem, *l. ſti-* 156
pulatus ſum Damam, vbi Bart. & alij, *ff. de verb. oblig.* cuius legis regula ſeruit ad confirmationem cuiuſdam doctrinæ Baldi, quam in facto habui *in l. vltima, C. ad l. Falcidiam*, vbi ſingulariter voluit, quòd ſi hæres promiſit ſoluere omnia legata,intelligitur eatenus,quatenus tenetur,ſaluo legis beneficio; vbi hoc volunt Cinus, Angelus, & Paulus, qui ad hoc allegant quædam iura. Sed & idem Baldus *in l Neratius, ff. de religioſis, & ſumpt. funer.* vult, quòd ſi promittatur reſtitui totam dotem, intelligitur in caſu,in quo tota dos debet reſtitui. Confirmat Matth. de Afflictis *deciſ.*399. *num.* 13. latè Roland. *in tract. de lucro dotis, q.*42. *num.*8. *cum ſequentibus.* Et faciunt quæ ſcribo *ſuprà*. Et notabile *conſilium* Alexand. 201. *num.*14. *lib.*6. & prius *num.*4. *cum ſequent.* & in *conſil.*5. *num.*14. *lib.*3. & in *conſil.*133. *n.*11. *lib.*5. Et de reſtrictione verborum vniuerſalium, plura notabilia ſcribit Syluanus *in conſil.* 56 *per totum.* Maſcar. *in tract. de probation. lib.* 3. *concluſ.* 1157. *num.*9. *fol.*57.

Et licet dictio, *Omnino*,includat omnem † caſum, ſe- 157
cundùm Gloſ. *in l. ſi cum exceptione*, *§. ſed & ſi quis*, *ff. quod metus cauſa.* De quo tractant Iaſ. *in l. nemo*, *n.*5. *ff. de verbor. obligat.* & Peralt. *in l. legatorum*, *§. qui plures*, *n.*7. *pag.*392. *ff. de legat.* 2. Lambert. poſt plures quos citat *in tract. iuris patronatus, lib.*2. *p.*1. *n.*30. *art.*7 *quæſt. princip. num.*19. *fol.*81. Tamen quantumcunque ſit præciſa, recipit congruam interpretationem, vt per Bald. *in l.*1. *col.*1. *C. de contrahend. empt.* Petr. Surd. *deciſ.*122. *num.*19. Aimon. *in conſ.*256. *num.*8. Elegan-

158 ter Rebuf. *in lib. Concordatorum, in forma mandati Apoſtolici, pag.*667. qui id probat ex pluribus,in *verb. omnia & ſingula*; & in *verb. in omnibus, & per omnia.* *§* Et reſtringuntur verba vniuerſalia † ex præcedentibus & 158
ex ſequentibus, *l. tutor. §. denique*, *ff. ad Velleian.* cum *concordantibus*, vt per Rebuf. *in d. l. creditorum, pagin.* 105. & in *authent. habita in verb. omnium*, *pagin.* 432. *Cod. ne filius pro patre*: Iaſ. *in l. liber homo, n.*2. *fol.*161. *ff. de verb. oblig. & in l. ſi quis in conſcribendo*, *num.* 5. *C. de pact.* vbi Decius *num.* 6. Gregor.

Lop. *in l. vltima, tit. 17. p. 2.* ¶ Et dictiones generales plerumque reſtringuntur, præcipuè ſecundùm naturam actus, authore Bald. *in conſil. 67.* Quia ex facto, *col. 2. verſic. neque obſtat,* qua in re plures leges & authoritates tradit Tiraquel. *d. §. 1. gloſ. 7. num. 26.* Maſcard. *in tractatu de probation. lib. 3. concl. 1131. numero 20. fol. 19.*

Sed & verba quantumcunque generalia, debent re-
159 ſtringi † ad terminos ſuæ poteſtatis in qualibet re, ſecundum Bart. in *d. l. ſi quis ſub conditione, ff. de cond. inſtit.* Notat Decius in *cap. 1. lect. 2. num. 5. de conſtit.* Lambert. *de iure patron. 2. lib. 3. part. art. 7. 9. q. principali, fol. 240. num. 4.* quæ omnia ſunt in praxi notabilia.

¶ Et verba promiſſionis cuiuſlibet diſpoſitionis ſic
160 debent interpretari, vt promittens, † & diſponens id tantum voluerit, quod potuerit; *l. Lucius, §. penul. imo, ff. ad municip. l. ſi quis ita:* vbi Bart. *ff. de cond. & demonſtr.* Bald. *d. l. cum rem alienam, num. 10. C. de legat.* Decius *in l. iura ſanguinis, ff. de regul. iur.* Ripa
161 *reſpon. 170. num 8.* & alij, quos citat Roland. *conſ. 81. num. 6. lib. 4.* Et quis videtur velle † quod poteſt, & non aliud, dicit Bald. in *l. pete, in princ. ff. de legat. 2.* quem citat Simon de Prætis *lib. 2. de interpretand. defunct. volunt. interpretat. 3. dubit. 1. ſolier. 5. num. 15. fol. 159.*

162 ¶ Et actus videtur celebratus prout † de iure poteſt, vt per Aluarum Velaſco *conſ. 77. num. 5.* Hinc eſt, quod teſtator non præſumitur reliquiſſe vſumfructum
163 † bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, ſecundùm Socinum Iuniorem *in conſ. 68. num. 22. lib. 4.* Pariſium *in conſil. 98. num. 14. lib. 2.* Cephal. *in conſ. 16. n. 16. lib. 4.* Menoch. *in tract. præſumpt. lib. 4. præſumpt. 142.*
164 *num. 12. fol. 258.* ¶ Hinc etiam eſt, quòd non † cenſetur quis inſtituere hæredem in bonis, quæ poſt mortem teſtatoris alij erant reſtituenda, ſecundùm Aretinum in *conſ. 74. in 4. dubio.* Corneum *in conſil. 65. n. 21. lib. 2.* Iaſ. *in l. qui poſt teſtamentum, num. 10. C. de legat.* Aimonem *in conſil. 19. num. 13.* quod probatur in *l. Lucius Titius, in princ. ff. de legat. 1.* & tradunt Pariſius *in conſ. 26. num. 18. & 19. & in conſil. 93. n. 38. & in conſ. 98. num. 13. lib. 2.* Roland. *in conſil. 71. numero 26. lib. 2.* Mantic. *de coniectur. mente, lib. 4. tit. 4. num. 13. fol. 57.* Faciunt quæ per *d. l. Lucius, §. penultimo, ad municipalem*, tradit Antonius Peregr. *in tract. de fideicom. artic. 6. num. 11. fol. 59.* qui alios citat, & legendus eſt *num. 14.* & Bartholom. Socin. *in conſil.*
165 *92. ad finem, lib. 3.* Non enim quis † præſumitur diſponere de his, de quibus diſponere non poteſt, ſecundùm Decium *in conſil. 378. num. 1.* Aimonem *in conſ. 298. col. 3. num. 6. ad fin.* Auguſt. Beroium *in conſ. 113. num. 6. lib. 3.* Zuchard. *in l. fin. num. 436. alias n. 484. C. de edict. diui Adriani.* Zanehum *in l. hæredes mei, §. cum ita, p. 10. num. 32. pag. 289. ff. ad Trebel.* Menoch. *conſ. 90. num. 23. lib. 1.* Et plura ad propoſitum ſcribit idem Menoch. *conſ. 291. num. 5. cum ſequentib.*
166 *lib. 3.* ¶ Et hæres adeundo hæreditatem, † non cenſetur approbare ea quæ teſtator diſpoſuit contra prohibitionem legis, *l. dotale, §. final. ff. de fundo dotali.* Volunt Bald. *in conſ. 161. lib. 5.* Bertr. in *l. hac edictali, §. ſi vero plus, num. 12. C. de ſecund. nupt.* Aim. *in d. conſ. 200. num. 4.* latè Burgos de Paz *conſ. 2. num. 34.* Quibus etiam congruit, quod ſcribit Aim. *in conſ. 114. n. 6.* vbi vult, quòd quando teſtator ſubſtituit in tota hæreditate ſua, intelligi debet ſubſtitutio quoad bona, in quibus teſtator habebat plenum ius, & irreuocabile,
167 non de bonis † ſubiectis reſtitutioni, & fideicommiſſo. Et alia ad propoſitum ſcribit Franciſcus Mantica *lib. 3 de coniectur. ment. defunct. tit. 2. num. 14. pag. 63.* Pariſ. *in conſil. 7. num. 9. lib. 1.* Simon de Prætis *lib. 3. de interpretand. defunct. volunt. dubit. 3. ſolut. 2. num. 25. fol. 312. & lib. 5. dubit. 3. n. 27. fol. 493.* Petra *in tractatu de fideicomm. q. 8. num. 176. cum ſequentibus. pag. 132.* Et Idem Simon de Prætis *lib. 2. interpretat. 2. dubitat. 2. num. 5. cum ſequentibus, fol. 131. & lib. 2. interpretat. 3. ſolut. 3. num. 32. fol. 175.* Pariſ. *in conſ. 7. num. 9. lib. 1.* Rolandus *in conſil. 71. num. 26. lib. 2.* qui refert Bart. *in l. codicillis, §. inſtituto, ff. de legat. 2.* Decium *in conſil. 370.* Pariſ. *in conſ. 6. num. 13. lib. 1.* & alios plures.

¶ Et faciens † actum, intelligitur ſolum facere, quatenus habet ius faciendi, Bartol. & Doctores *in l. ſi decimus, in fine, ff. de legat. 1.* Auguſtin. Boer. *in conſ. 113. n. 6. lib. 3.* Et in quocunque caſu tria requiruntur, † fa- 161
cientis poteſtas, & eius voluntas, & honeſta cauſa, ſecundùm Gloſſam *in l. ſi filia, C. de donat. & in c. cum ſuper, de officio delegat.* cum *concordantibus*, vt per Menochium *in conſil 5 num. 15.* ¶ Et ideo eſt, quod teſtando, vel donando, non præſumitur quis diſponere niſi de bonis ſuis, † & non alienis, vt per Cephal. 17
conſ. 386. num. 37. & conſil. 441. num. 30. & conſ. 561. num. 16. quem citat Simon de Prætis *lib. 5. de interpret. lib. 5. dub. 4. & vlt. num. 356. fol. 555. & lib. 3. interpret. 1. dubit. 1. ſolut. 1. num. 56. fol. 183. & lib. 2. interpret. 2. dubit. 2. ſolut. 1. num. 35. fol. 132. & lib. 4. dubit. 3. num. 1. cum ſequentibus, fol. 378.* Menoch. *in conſ. 349. num. 12. cum aliis, lib. 4.* Et idem Simon de Prætis *lib. 4. dubit. 2. num. 7. fol. 444.* Et diſponens in re † communi non videtur diſponere niſi de parte ſua, 171
l. ſeni electio, §. vltim. ff. de legat. 1. Notat Ripa *reſp. 181. n. 21.* Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 14. numero 8. pag. 282. & lib. 4. præſumpt. 117. n. 1. cum ſequentibus, fol. 224.*

Ex quibus ſit, quòd non præſumitur quis teſtari de bonis primogenituræ, † nec eam reuocare, vt probat 172
latè Cephal. *in conſ. 336. num. 12. cum ſequentibus, lib. 3.* Petrus Surdus *deciſ. 66. n. 18.* melius *deciſ. 93. num. 17. cum ſequentibus.* Et faciunt ſcripta per eundem Cephalum *in conſ. 333. n. 21. eodem lib. & in conſ. 3. n. 93. lib. 1. & in conſ. 371. n. 27. & 28. lib. 3. & in conſ. 386. n. 37. & eodem libro.* Et ante eum, hoc tradit Curtius Senior *in conſ. 6. n. 13.* idem Cephal. *in conſ. 516. n. 10. lib. 4.* Ex quo venit, quòd in generali † donatione non venit res donatori ex fideicommiſſo 173
debita, vt per Bart. & alios *in l. qui Romæ, in 3. & 5. quæſt. ff. de verborum obligationib.* Nicolaum Boerium *in deciſ. 23. n. 4.* ¶ Et quando quis alienat omnia ſua bona, reſtringitur † alienatio ad bona quæ alienans li- 174
berè & impunè poterat alienare, vt tradit Aim. *in conſ. 250. n. 8.* & de materia lector omnino videat, quæ nouiſſimè ſcribit Antonius Peregrinus *in tract. de fideic. art. 35. n. 17. fol. 297. cum ſequentibus*, & præcipuè *num. 30.* & prius *art. 6. n. 10. cum ſequentibus. fol. 561.* Roland. *in conſ. 71. n. 26. lib. 2.* ¶ Et diſpoſitio teſta- 175
toris † ſimpliciter facta, intelligitur facta eo caſu, quo de iure fieri poteſt, *l. Gallus, §. quidam rectè*, vbi notat Iaſ. *n. 6. fol. 179. ff. de liberis & poſthu.* & plura ad propoſitum ſcribit Simon de Prætis *lib. 2. de interpret. volunt. defunct. dubit. 2. interpretat. 2. ſolut. 1. n. 27. fol. 131.* & priùs *n. 6. & n. 1.* & idem *lib. 3. interpretat. 3. dubit. 4. ſolut. 1 n. 91. fol. 330.* vbi ex Decio *in conſ. 218. n. 3.* ponit regulam, quòd diſpoſitio ſimpliciter facta non potrigitur ad caſum, in quo quis diſponere non poteſt.

¶ Hinc eſt, quòd in generali † obligatione, non ve- 176
niunt bona alienari prohibita; ſecundùm Bart. *in l. codicillis, §. inſtituto, ff. de legat. 2.* Bald. *in l. voluntas. C. de fideicommiſſ.* & alios, vt per Antonium Nattam *in conſ. 474. n. 22. lib. 2.* Et † quando factum Super- 177
rioris poteſt referri ad ius commune, in dubio ſemper id intelligitur, ſecundùm Baldum *in l. Bonorum, C. qui admitti*, & alios plures, quos citat Decius *in conſ. 114. num. 3.* Carolus Ruin. *in conſil 109. n. 17. lib. 4.* qui id tradit in confirmationem. Et ad hoc citat Antonium *in cap. dudum, de Decim.* Zaſius *in conſ. 12. num. 41. lib. 1.* ¶ Et in donatione omnium bonorum, non ve- 178
niunt bona fideicommiſſi, & quæ † poſt mortem alij erant reſtituenda, vt ex pluribus tradit Aim. *in l. 1. n. 53. ff. de legat. 1.* Cephalus *in conſ. 523. n. 40. lib. 4.* Et tradunt Barthol. Socin. *in conſ. 92. num. 22. lib. 3.* Pariſius

Pariſius *in conſil. 44. num. 18. lib. 3.* Aim. *in conſ. 239. num. 14.* Menoch. *in conſ. 210. num. 65. & 66. lib. 3.* Et confirmatur ex aliis, quæ ſcribit idem Cephalus *conſ. 617. num. 84. lib. 5.* vbi ponit regulam, quòd li-
179 cet quis † approbet teſtamentum patris, non cenſetur ſibi præiudicaſſe in legitima, quia pater de ea diſponere non poteſt. Et faciunt ſcripta per Decium *in conſ. 218. n. 3.* Et lege nouiſſimè Maſcardum *in tract. de probation. lib. 2. concl. 734. fol. 84.*

¶ Ex quibus etiam ſit, quòd in generali bonorum
180 diſpoſitione, ſeu obligatione, non veniunt † bona ſubiecta fideicommiſſo, ſecundum Alexandrum *in l. ſi conſtante. num. 26. ff. ſoluto matrimonio, & in conſ. 41. numero 12. lib. 6.* Fanum *in tract. de pignoribus, part. 2. membr. 2. num 53* Nattam *in conſ. 474. num. 22. lib. 2.* Petrum Surd. *deciſion. 292. n. 19.* Ioann. Lop. *in rubr. de donation. inter virum & vxorem, §. 38. num. 3.* poſt Angel *in authentic. de reſtitution. & ea quæ parit.*

Item, licet iuſtum ſit, vt militibus faueatur propter fauorem publicum, & labores, quos in bello ſuſtinent;
181 ita tamen illis fauendum eſt, vt non tollatur † parentibus legitima, quæ debita eſt eis, *l. nam etſi parentibus, ff. de inoffic. teſtam.* cum *concordan.* quia fauorabilibus perſonis ita fauendum eſt, ne aliis iniuſtitia fiat, *cap. ex*
182 *tenore, de foro comper.* Et priuilegia † reſtringenda & intelligenda ſunt ſine aliorum iniuria, & præiudicio, *l. nec auus, Cod. de emancipat. liber. l. 2. §. meritò, ff. ne quid in loco publico*, cum *concordan.*

Et ex his dicunt Cinus & Salicet. *num. 5. in l. ſancimus, C. de nupt.* quòd ſi extet ſtatutum, quòd filia fœ-
183 mina † non ſuccedat extantibus maſculis, & nihil capere poſſit: poterit tamen legitimam petere, vel eius ſupplementum. De qua quæſtione latius agitur per Iaſonem *in authent. nouiſſima, num. 43. cum aliis, C. de inofficioſ. teſtament.* Alexand. *in l. Gallus, §. & quod ſi tantum, num. 17. ff. de liber. & poſthum.* & in *conſilio 7. lib. 2.* eundem Iaſonem *in l. ſi quando, §. & generaliter, num. 10. C. de inoffinioſ. teſtament.* Et pro iſtâ opinione etiam non omitto Gloſſam *in authent. preſbyteros, C. de Epiſcop. &* Clericis, quæ probat, *iuncto*
184 *textu*, quod licet teſtamentum † filij Clerici, nec ex cauſa exhæredationis ſubiaceat querelæ, nec ex cauſa præteritionis poſſit dici nullum, quia liberè teſtari poteſt: condictione tamen illius *authen.* legitimam petere non prohibetur. Cuius Gloſſæ opinio communis eſt, ſecundùm Corneum *in authent. ex cauſa, num. 46. C. de liber. prater.* De quo tractatur per Seguram *in l. Imperator, num. 93. ff. ad Trebellian.* & Epiſcop. Segouien. *in d. cap. quianos.* Cifuent. *in l. 9. Tauri, num. 17.* Igitur idem dicendum eſt in noſtro caſu, quòd licèt
185 † filij in caſtrenſibus bonis liberam habeant facultatem, non tamen excludere poſſunt parentes ſuos à legitima. Pro quibus eſt etiam textus *in l. Paulus reſpondit exhæredationem, §. patroni filius, ff. de bonis libert.*
186 vbi libertas † conceſſa liberè teſtandi à filio patroni liberto, non liberat eum quin legitimam relinquat. Notat Tellius *in l. 6. Tauri. num. 65.* Gloſſ. *in l. vltima, in verbo, reſeruandis*, vbi Angelus, *C. de bonis libert.* & volunt eleganter Angelus, Imola. & Roman. *in l. damni infecti*, la vltima, *§. cum parietem, ff. de damno infecto.* Quod vir, qui ex forma ſtatuti poteſt reti-
187 nere † certam partem dotis, ſi promiſit ſimpliciter dotem reſtituere, poteſt non obſtante tali promiſſione retinere illam partem dotis, quæ ſibi à ſtatuto conceditur. Notat, & confirmat Decius *conſil. 402. num. 4.*
188 Et ſic ſcribit Fulgoſius *in conſil. 73.* quòd † fœmina tranſiens ad ſecunda vota, tenetur reſeruare liberis primi matrimonij quod ex eo habuit titulo lucratiuo, etiamſi teſtator reliquerit, vel donauerit vxori, adiiciens, quòd volebat, quòd vxor poſſet diſponere liberè, & abſque aliqua conditione. Notat Bertrand. *conſilio 306. libr. 2.* Ripa *in l. fœmina, quæſt. 12. Cod. de ſecund. nupt.* Anton. Gabriel *libr. 3. communium opinionum, titul. de ſecundis nupt. concluſ. 1. num. 11. pag.* 217. Et pro iſtis facit *l. 23. tit. 11. part. 4.* in verſ. *La tercera razon.*

Et ex omnibus ſuperioribus inferri poteſt † intelle- 189
ctus ad *l. 5. tit. 9. de las ganãcias*, lib. 5. *recopilat.* in verſic. *Otroſi*, ſtatuentem, quòd maritus poſſit prohibito voluntatis alienare bona acquiſita conſtante matrimonio. De cuius legis intellectu, poſt omnes modernos Hiſpaniæ, agit nouiſſimè Ioan. Garcia *de coniugal. acquiſit. num. 5. & 65.* ad hoc legendus. Et de pacto, vel ſtatuto, quòd maritus debet lucrari dotem, vxore prædecedente, an nihilominus poſſit vxor teſtari de dote latè agit *Deciſio Pedemontan. 20. num. 2. cum ſequentibus.*

Item, licet filius familias Clericus effectus poſſit teſtari, ſecundùm omnium ſententiam, non tamen diſponere † poteſt de vſufructu, qui ante clericatum patri 190
competebat in illis bonis, vt probatur *in l. ſacroſanctæ*; vbi Doctores notant, *C. de Epiſcop. & Clericis*, traditur per Antonium Gomez *in l. 48. Tauri, num. 7.* Suarez *in quæſtione, an pater habeat vſumfructum in bonis maioratus, fol. vltimo, num. 33. pag.* 440. vbi Valdes *pag. 150.* refert me, & nouos plures: & alios referunt Arias Pinel. *in l. C. de bonis matern. part. 1. num. 43. folio 35.* & Tellius *in d. l. 5. Tauri. num. 6.* Roland. *in conſ. 10. num. 3. lib. 4.* Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens, C. de in integrum reſtitutione minor. in verb. læſis, num. 104. verſic. Ex quo infero*; & legendus eſt *num. 131.* Nouiſſimè Aluarus Valaſco *conſ. 87. num. 5.* Ioan. Lop. *in rubr. de donation. inter virum & vxorem, §. 42. num. 7. pag. 122.* Et tradit etiam Matienç. *in l. 9. tit. 1. gloſ. 3. num. 2. fol. 39. lib. 5.* Auendanus *in l. 5. Tauri, gloſ. 6. num. 12. folio 8.* Et de materia, an pater habeat vſumfructum in bonis filij Clerici, legenda ſunt quæ ſcribit Molin, poſt plures, quos citat *lib. 1. de primogeniis, cap. 19. num. 25. fol. 150.* Et quæ citat Barahona *in addition. ad Ioann. Lop. in rubrica de donation. inter virum & vxorem, d. §. 42. in addit.* quæ incipit, *Non acquiruntur, pag. 124.* Gregor. Lop. *in l. 5. tit. 7. part. 4. in gloſ.* in verb. *El vſufruto*: Francus *in cap. 1. §. final. num. 4. fol. 68. de iudiciis in 6.* Speculator *in part. 1. tit. de actore, num. 47. fol. 69.* Et iſta ſeruiunt pro deciſione quæſtionis, quam tracto *part. 2. q. 3. n. 18.* Vtrùm pater habeat vſumfructum in bonis filij, qui habet Commendam Sancti Iacobi, Alcantaræ, aut Calatrauæ? & legenda ſunt quæ allegat, & ſcribit Ioann. Guttierrez *de iuramento confirmator. cap. 4. n. 19. fol. 29.* Ferrar. *in forma libelli pro hæreditate, numero 15. pag. 479.* Matth. ab Afflict. *deciſ. 241. numero 1.*

Et ſi ſtatutum permittat filium familias teſtari, in- 1
telligitur † ſine præiudicio vſusfructus, qui patri in il- 191
lis bonis competit, ſecundum Baldum *in l. ſi quæramus, in vltimis verbis, ff. de teſtament.* Notat Anton. Gom. *in l. 6. Taur. num. 13.* & Pinellus *vbi ſuprà*, & Tellius *n. 3.* Quæ deciſio eſt notanda ad intellectum *d. l. 6.* Et in terminis *d. l. 6. Tauri*, iſtam ſententiam latiſſimè probat Peralta *in rubr. ff. de hæred. inſtit. n. 181. pag. 119.* Quo non relato, Tellius contra Antonium Gomez *in dicta l. 5* latè ſuſtentat, † quòd ex licentia & 192
libertate *d. l. 5.* non licet filio teſtari in præiudicium vſusfructus patris.

¶ Hæc adiuuant, quòd ex delicto filij, † non fit exe- 193
cutio in peculio aduentitio, in quo pater habet vſumfructum, etiam reſpectu proprietatis, ſecundùm Abbatem *in conſ. 66. lib. 2.* quem citat Aymo *in conſ. 39. num. 12.* Et alios, quos citant Epiſcop. Couar. *reſolution. lib. 2. cap. 8. num. 9. verſ. hinc apparet*, Nicolaus Boerius *deciſ. 7.* Anton. Gomez *tom. 2. cap. 15. num. 12. 13. & 14.* Suarez *in l. poſtremo iudicatam, notab. 13. n. 5. pag 265* Menochius *de recuperanda poſſeſſion, remedio 9 num. 65. cum pluribus ſequentibus*, Azeued. *in l. 3. tit. 10. lib. 4. Recopilationis. num. 134. fol. 155.* Et an è con- 194
trario per delictum patris † publicetur vſusfructus, quem habet in bonis filij, expliçat Romanus *in l. ſi finita.*

finitæ, §. ſed vectigalibus, num. 51. ff. damno infecto: Azeued. *in dictā l. 3. num. 137.* Menochius *remedio 9. recuperan. poſſeſſion. num. 244. pagin. 416.* Et iſtam etiam quæſtionem, de qua Peralta, & alij, tractat nouiſſimè Ioann. Guttierrez *quæſtion. practicarum, lib. 2.*
195 *quæſt. 39. per totam.* ℣ Et an patri concedatur † remedium *l. vltimæ, C. de edicto Diui Adrian.* cum filius Clericus hæres inſtituitur, reſoluit *ibi* Zuchardus *numero 255.* quod non competit, quia pater non habet vſumfructum in talibus bonis. Et idem ſcribit Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. remedio 4. num. 28. pagin. 80.*

Cæterum, hanc opinionem etiam adiuuat doctrina Franc. de Ripa *in l. 2. num. 18. ff. de vulga.* vbi dicit,
196 quod vbicumque lex noua addit, vel detrahit † aliquid legi antiquæ, recipit omnes reſtrictiones, & diſtinctiones, & interpretationes, quas lex antiqua recipiebat: igitur licet *d. l. Part.* aliquid noui in priuilegium militum ſtatuerit, eſt interpretanda & reſtringenda ſecundum ius commune, & alias leges *Partitæ* concedentes parentibus ſucceſſiones filiorum. Et in pluribus æquiparatur ſucceſſio parentum in bonis filiorum ſucceſſioni filiorum in bonis parentum; vt eleganter ſcribit Coſta *in capit. ſi pater, de teſtament. in 6. in 3. part. verſicul. priuare non poſſit, num. 34. cum ſequentibus, pagina* 450. Ad quem addo Gloſſam, Iaſonem, & Doctores *in authent. ſi qua mulier, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Gregor. Lopez *in l. 17. titul. 1. part. 6. in gloſſ. magna,* vbi tractant, qualiter ſi filius monaſterium ingrediatur, debeat patri legitimam. Et iſtis etiam adiungi poteſt ſententia Bart. *in dicta l. 1. num. 21. C. de ſa-*
197 *croſanct. Eccleſ.* vbi dicit quod priuilegium † Principis datum alicui, vt teſtari poſſit, intelligitur ſemper ſine præiudicio alterius; & ſi permittit teſtari, intelligitur
198 ſine damno patris. Et generales † diſpoſitiones reſtringuntur per rationem, vt per Baldum *in conſil. 48.* Quia verba, *lib. 4.* Angel. *in conſ. 281. col. 1.* & alios quos refert Aym. Crauetta *in deciſione Pedemontana, dec. 122 num. 8.*

Hinc eſt, quod feudum receptum pro hæredibus qui-
199 buſcunque, non poteſt † venire ad vxorem recipientis, propter duo ſpecialia, quæ concurrerent, ſcilicet, quòd fœmina admitteretur, & extraneus hæres, vt ſæpè probat Rolandus *in conſilio 42. numero 12. cum ſequentibus, libro 4.* Et ad hoc etiam adduco notabilem doctrinam Bartholom. Socini *in conſil. 93. num. 8. & 9. lib. 1.*
200 vbi dicit, quòd ſtante ſtatuto, quòd mulier † poſſit arbitrio ſuo diſponere de Quarta, non ramen poteſt diſponere in præiudicium filiorum. Et in diſpenſatione conceſſa ad qualiacunque beneficia, ſeu præſtimonia, reſoluit Euerardus *in loco ſecundò, à generalitate, pagina 36.* Et illa verba, *Suo arbitrio,* non important libertatem abſolutam, ſed regulatam à iure. Et ibi reſpondetur ad textum *in dicta l. in teſtamento, C. de teſtament. militis,* quod poteſt prohibere qui habet liberum arbitrium in teſtando, falcidiam: dicens, quòd militi non ſimpliciter eſt conceſſum arbitrium, ſed voluntas libera, vt *in l. 1. ff. de teſtament. militis*; vbi per Bartol. quo caſu non eſt regulatum à lege, ſed abſolutum & liberum, vt in *dicto §. quamquam,* & in *l. filius familias, ff. de donation.* licet ex iſta doctrina *Socini in hac reſponſione,* contrarium ad noſtrum propoſitum deduci poſſit, propter illa verba legis *Partitæ*, ibi, *lo que quiſieren.* Poſtremò iſtius ſententiæ fuit Gregorius Lopez *in d. l. 6. in gloſ.* in verbo, *ni padre ni hermano,* vbi expreſſe tenet, quòd attenta *d. l. 6. Taur.* in prædictis ver-
201 bis, hodie etiam † ex bonis, quæ filij in caſtris acquiſierunt, deberi parentibus legitimam, non obſtante *d. l.* quam ipſe gloſſauit. Et idem tenet Anton. Gom. *in tom. 1. variarum, cap. 11. de ſucceſſion. contra teſtamentum, num. 39. verſic. confirmatur, folio 105. col. 1.* Quæ opinio verior videtur attentis verbis *d. l. 6. Taur.* quam *ſupra* toties retuli. Et iſta opinio tanquam æquior eſt tenenda, vt filij aliqualiter parentibus ſatisfaciant, &

legi naturæ, & diuinæ, quæ docent parentes poſt Deum maximè eſſe honorandos, & colendos.

Ex quibus ad propoſitum noſtræ materiæ infertur, quòd de his bonis † caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus, 202
non poteſt filius facere maioratum abſque Regia facultate vltra tertiam bonorum; in quo derogetur *dictæ l. 6. Taur.* & aliis conſimilibus legibus. De Tertio autem bonorum liberè filius familias poteſt facere maioratum, & fortiùs ſi ſit ſui iuris effectus, etiam abſque Regali licentia. Et omnia ſuperiora notanda ſunt ad quæſtionem, quam diſputat Rodericus Suarez *in loco ſuprà allegato,* dum tractat, *an pater habeat vſumfructum in bonis filij, quæ ſunt maioratus?* De qua in *quarta parte huius operis* tractabo, *q. 30.*

Et iſta etiam deſeruiunt pro deciſione quæſtionis, quam ſcribit Molina *lib. 2. de primogen. cap. 5. num. 3. fol.* 236. vbi diſputat, eum qui à maioratus inſtitutore facultatem liberam eligendi obtinuit, poſſe eligere ad maioratum filium minorem, maiori nato prætermiſſo. Conducunt etiam ad deciſionem quæſtionis, quam tractat Gregor. Lop. *in l. 32. tit. 9. part. 6. in gloſ. in* verb. *Novaldra,* fol. 69. *verſic. Quid autem ſi Rex concedit licentiam faciendi maioratum,* vbi tractat ſi Rex dat licentiam faciendi maioratum, *provt ipſe velit,* liberam in hoc concedens facultatem, an per hoc iuris ſolemnitates, & incapacitates hæredum videantur ſublatæ? In quo verius videtur ſublatas non eſſe. vt ex prædictis conſtat. Et an pater, qui monaſterium intrauit, poſſit filium meliorare; reſoluunt Gregorius Lop. *in l. 17. in* verb. *dellos,* tit. 1. *part. 6.* Molina *lib. 2. de primogeniis, cap. 9. num. 57.* Epiſcop. Couarr. *in cap. 2. de teſtament. num. 10. & in cap. cum in officiis, num. 7. eodem titulo,* quos citat Emanuel Rodriguez *tom. 3. q. 69. art. 9. pag. 400.*

Quintò infertur, quòd cum hodie damnatus ad mortem † poſſit facere teſtamentum, iuxta *l. 4. Taur.* po- 203
teſt de bonis liberis, & quæ non applicantur Cameræ Regiæ, vel patri facere meliorationem, & maioratum; quod clarè probatur ex *d. l. 4.* & latius tradit nouiſſimè Caldas Pereira *in tract. de nominat. emphyteut. q. 50. num. 30. fol. 46.* Antonius Gama *in q. vtrum damnatis ad mortem ſit præſtandum Sacramentum Euchariſtiæ: q. 6.* Et hanc ſententiam loquendo in melioratione, latiſſimè tenet Tellius *in d. l. 4. num. 14. cum ſequentibus,* contra Rodericum Suarez, & Epiſcop. Couarr. quos ipſe refert; cuius opinionem ego ſequor propter fundamenta quæ adducit.

Nec ratio *Roderi. Suar.* quicquam vrget; dum dicit, quod ex indulgentia Principis hæc bona damnati filij reſeruantur: cùm aliàs condemnatus, eſſet inteſtabilis. Quia hoc argumentum, & ſimilia rectè diſſoluit dictus Aduocatus, quem ad hoc citat Ioann. Falcon. *regul. 55. num. 10.* Et pro hoc facit, quia vbi lex voluit, quòd mater teneretur reſeruare bona, quæ habuit ex primo matrimonio, ipſa conuolante ad ſecundas nuptias, liberis prioris matrimonij, & diuidere æqualiter in omnes filios; hoc expreſſit, vt *in authen. de non eligendo ſecundo nuben. §. proſpeximus, collat. 1.* & in *authen. hoc lucrum, C. de ſecund. nupt.* de quo latius tracto in *hac 1. p. q. 52.* Cum igitur lex dederit licentiam, quòd damnatus ad mortem poſſit teſtari de bonis inter liberos, & illa diuidere; non expreſſerit, quòd hæc diuiſio eſſet æqualis; remanet patri libera diſpoſitio faciendi prælegationes & meliorationes, quæ illi conceduntur per *leg.* Et cùm lex generaliter loquatur, generaliter eſt intelligenda, licet ſit maior vel diuerſa ratio in vno caſu, quàm in alio, *d. l. quòd autem, ff. de aleator. & l. ſi deportati, C. de bon. damnator.* quæ voluit bona eſſe diuidenda inter filios, hoc expreſſit; ſed cum noſtra lex non fecerit diſtinctionem, nec nos diſtinguere debemus, *l. de pretio, ff. de public.* Imò, quod fortius eſt, non ſolum prædicta lex permittit damnato ad mortem teſtari, cum teſtatur inter liberos, ſed etiam vbi in fauorem extraneorum teſtari vult.

Quod

Quod clarè patet ex generalitate illius legis. ℣ Et cau-
204 ſæ permiſſiuæ magis † attendi debent, quàm prohibitiuæ, vt per Barth. Socin. *in conſ. 266. verſ. amplius de co. lib. 2.* Aym. Crauet. *in conſ. 203. num. 25.* quod fortificatur ex *d. l. 4. Taur.* quam ſi Rodericus Suarez vidiſſet, credo quod in contraria fuiſſet opinione. Et contra *Suarez* videtur tenere Greg. Lop. in *l. 5. tit. 31. part. 7. in gloſ. magna,* in verbo, *ſeñaladoſe.* Et qualiter damnatus ad mortem poſſit teſtari, tradit Iulius Clatus *lib. 3. receptarum ſenten. §. teſtamentum, q. 21.* Michaël Graſſus *lib. de ſucceſſion. §. teſtamentum quæſt. 26. per totam,* Et opinio Tellij verior eſt ſecundùm Matienç. *in l. 3. tit. 4. gloſ. 6. n. 4. fol. 113. lib. 5. Recopilat.* & iterum *gloſ. 9. num. 1.* Et hoc refert & ſequitur nouiſſimè Auend. *in l. 4. Tauri, gloſ. 5. num. 13. & 14.* qui hoc latius proſequitur.

Et notandum eſt, quòd non ſolùm hodie damnatus ad mortem habet teſtamenti factionem actiuam, ſed
205 etiam † paſſiuam, vt concludunt Anton. Gom. & Tellius *in d. l. 4. nu. 21. cum ſeqq.* apud quos rationes huius ſententiæ inuenies: quod etiam tenet Matienç. *in l. 4. gloſ. 3. num. 6.* Ioan. Gratian. Falcon. *regul. 220. num. 8.* quos & iſtud refert & ſequitur Ioan. Guttier. *lib. 2. practicarum quæſtionum, q. 38.* Et hoc eſt tenendum, quamvis Gregorius Lopez *in l. 15. tit. 1. part. 6. in gloſſa,* in verb. *No puede,* reliquerit cogitandum. Et idem *in l. 35. tit. 9. part. 6.* in verb. *deſterrado.* Hoc determinet dicens, quòd in iſto nihil immutatum eſt, per *d. l. 4.*

℣ Et concluſione *Ant. Gom.* & *Tellij* habita pro vera,
206 ex ea ſequitur, quòd † damnatus ad mortem eſt capax ad ſuccedēdum in bonis maioratus. Et hoc hodie procedit etiam in bannitis, qui licèt occidi poſſint ſicut olim ſecundùm formam præſcriptam per *l. 76. Taur.* & non poſſint hæredes inſtitui ſicut damnati in metallum, ſecundùm Ioan. Andr. *in addition. ad Speculatorem, tit. de inſtrumen. edition, §. compendioſè, verſ. quid de bannito.* poſt Obertum de Bobio quem refert. Ad quod alios Doctores citat Alexander *in conſ. 116. Animaduerſis ſtatutis, num. 3. lib. 2.* Oſaſcus *in deciſ. Pedemont. 105. num. 9.* Et materiam tractat nouiſſimè Auendañ. oblitus de iſtis *in l. 4. Tauri, num. 1. cum ſeqq. gloſ. 3. fol. 1.* Anton. Peregrin. *in tractatu de iure fiſci, lib. 3. tit. 4. n. 1. cum ſeqq. pag. 111.* Iaſo notanter *in conſil. 167. num. 2. lib. 2.* De quo tamen vide quæ ſcribit Ripa *in l. ex facto §. ex facto, num. 13. ff. ad Trebellianum,* vbi melius quam alius iſtum articulum tractat: ad quem addo quæ ſcribit Iulius Clarus *lib. 3. ſententiar. §. teſtamentum q. 22.* vbi tractat, an depottatus poſſit condere teſtamentum, vel capere ex teſtamento? & quid in relegato? Quod tradit etiam Michaël Graſſus *de ſucceſſion. ab inteſtato, §. teſtamentum, quæſt. 27. per totam.* Et quod deportatio conuertatur in exilium, tradunt Gloſ. *in §. relegati, Inſt. quibus modis ius patr.* Fulgoſ. *in conſ. 138.* Cumanus *in conſ. 95.* Alexan. *in l. tranſigere, C. de tranſact.* Hieron. Gabriel *in conſ. 172. num. 8.*

207 ℣ Nihilominus hodie, attenta *d. l.* poſſunt † bannitī facere maioratum; quia ſi per eam legem damnatus ad mortem, & in quem ſententia mortis poteſt exequi ſtatim, poteſt facere teſtamentum; & accipere ex teſtamento, vt patet ex iam dictis: Multò magis eſt concedendum bannitis, qui nondum ſunt per iuſtitiam capti, & ideò poſſunt facere maioratum, & accipere; quia veritas non debet operari minus quàm fictio: *l. qui ad certum, ff. locati,* cum *vulgaribus.* Et pro hoc facit regula *l. eius qui, §. 1. ff. de teſtam.* quæ probat, quòd relegatus perpetuò teſtari poteſt. In quo etiam tamen legendus eſt ibi Bart. *n. 3. & in q. 1. incipiente,* Lucanæ ciuitatis, *num. 26.* vbi tractat, & diſtinguit, an bannitus teſtari poſſit? Quod etiam latè diſtinguit Iulius Clarus *lib. 3. ſententiar. receptarum, §. teſtamentum, q. 20. n. 1. & 2.* Ad hæc omnino legendus Curtius ſenior *in conſil. 59 num. 19.*

Sed diligentiùs rimando, videtur quòd etiam hodie ſtante *d. l. 4. Taur.* circa hoc procedant quæ de bannitis antiquis fuerunt ſtatuta. Quod ſuadetur; quia ex doctrina Gloſſæ *in §. relegati, Inſtitut. quibus modis ius patriæ poteſt. ſoluit. & in cap. domino guerram, hic finit lex Corradi: in vſib. feud.* Banniti cum publicatione † 208
bonorum, & qui ex forma ſtatutorum, quæ communiter adſunt in Italia, poſſunt impunè offendi, habentur pro mortuis ſicut deportati. Et notatur per alios, quos refert Alexand. *in conſil. 23. num. 9. lib. 1. & in dicto conſil. 116.* Et hoc tenet Bart. *in §. illud, in authent. de æqualitat. dot. num. 9.* & in *l. non dubito, num. 2. ff. de capti.* & in *l. ad cognitionem, num. 2. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eatur,* & in *l. ſi conſtante, in repetitione 19. ff. ſoluto matrimonio,* Nicolaus Boërius *deciſ. 104.* pro quibus eſt expreſſa *l. 4. tit. 18. part. 4.* quam refero ad aliud propoſitum *in 2. p. huius operis, q. 3. in verſ. ex his infertur.* Quæ lex eſt magnificienda, quia eſt contra communem opinionem *Bartoli*, & aliorum *in l. 1. C. de hared. inſtituend.* vbi tenent, quòd † banniti nunquam æqui- 209
parantur deportatis, nec damnatis in metallum, etiamſi ſint banniti pro maleficio, pro quo veniat imponenda pœna mortis. Et eſt communis opinio ſecundùm Curtium *in conſ. 60. Dux Philippus,* & Ripam *in l. ex facto, num. 14. ff. ad Trebellianum,* vbi iſtum articulum latè tractat: *Deciſion. Pedemontana 105. num. 9.* Et nouiſſimè Antonius Peregrin. *in tract. de iure fiſci, lib. 2. tit. 7. n. 1. cum ſeqq.* ℣ Et quòd deportatus † habeatur pro mor- 210
tuo, tradit Gloſſa *in l. actiones, §. publicatione, ff. pro ſocio.* Et determinat expreſſa *l. 10. tit. 10. part. 5.* vbi Gregorius Lopez, & idem Gregorius Lopez *in l. 2. tit. 28. part. 4.* Et plura refert Ioannes Lopez *in c. per veſtras, de donation. inter virum, §. 18. num. 12.*

Sed quia ex *dict. l. 4.* damnatus ad mortem, non poſſit facere teſtamentum de bonis, quæ per delictum confiſcantur: ſequitur, quòd etiam hodie attenta ea *lege,* bannitus † condemnatus cum publicatione bonorum, 211
non poteſt teſtari, & conſequenter nec facere maioratum, quamvis accipere poſſit. Pro quo faciunt quæ ſcribit Iulius Clarus *in dicto loco, num. 2.* Et de bannitis legenda eſt *l. 4. tit. 18. part. 4.* Sed ex mente *dictæ l. 4.* poteſt adhiberi diſtinctio, quòd ſi quis eſt datus pro inimico cum condemnatione & publicatione omnium bonorum, non poteſt facere maioratum: Si verò eſt condemnatus in parte bonorum, de reliquis diſponere poteſt: & ſi in nullis bonis eſt condemnatus, de omnibus bonis erit ei libera diſpoſitio. Et ex his reſolui congruè poſſunt quæ ſcribit Nicolaus Boerius *in deciſione 278.* quæ incipit, *Veniendo,* vbi tractat, an filij bannitorum, qui in abſentia † damnati ſunt, impedire poſſint exe- 212
quutionem confiſcationis in bonis ipſorum bannitorum factam, quando filij talium bannitorum habent ius ſubſtitutionis ad bona parentum? Vide eum, quia plura ad propoſitum ſcribit, quæ ſunt neceſſaria ad ea quæ ſcribo *in 4. parte huius operis, quæſt. 29.* Et an bannitus poſſit capere ex teſtamento? tradit Bart. *in dicta diſputatione, Lucana ciuitatis, num. 27.* Iulius Clarus *in lib. 3. receptarum ſententiarum, §. teſtamentum, quæſt. 21.* poſt Alexandrum *in l. 1. num. 4. C. de hared. inſtituend. & in conſilio 26. num. 2. lib. 1.* & alios plures quos citat.

Et an ea quæ dicta ſunt in deportatis, & damnatis ad metallum, procedant in damnatis ad triremes perpetuò? tradit Burſatus *in conſilio 48. num. 26. cum ſequen-* 213
tibus, lib. 1. vbi *num. 38.* ſcribit, quòd † damnati ad tri-
remes ad nauigandum perpetuò, ſunt loco eorum, qui aliàs ad opus metalli, ſeu aliud opus publicum damnabantur, ex *deciſione* Capitij *153. num. 3.* Afflict. *in conſtit. Siciliæ, de inquiſitione facienda, Rubric. 51. lib. 1. num. 4.* Boſſij, *titul. de executione ſententiæ, num. 23.* Plot. *conſ. 73. num. 12. lib. 2.* Et legendus eſt Hieronymus Gabriel *in conſilio 172. num. 32. & in conſilio 174. n. 16. & 17.* & tradit Nicolaus Boërius *in conſuetud. Biturienſ. titulo, De coſtumbres de Tours, pagina 2. col. 1.* quæ hodie omnia ceſſant per diſpoſitionem *dictæ l. 4. Taurinæ.* Qualiter autem hodie detur quis pro inimico? vltra ea quæ adducunt Doctores *in dicta l. 76.* vt obiter

hoc

hoc ſciatur,videnda eſt *l.17.titul.26.p.2. & l.5.tit.3. part.7.& l.3.titulo 14.part.2.& l.3.tit.16.eadem part.* Et an damnatus ad mortem poſſit nominare ad emphytheuſim? diſputat latè in ſpecie Antonius Gama *in tractatu,vtrum damnatis ad mortem ſit præſtandum Sacramentum? q.6. num. 20.*

214 Et ex his etiam infertur, quòd ſi ille,cui ius † competebat in ſucceſſione alicuius maioratus,ab anteceſſoribus ei relictum , commiſit aliquod crimen,per quod fuit ad mortem damnatus , non eſt incapax ſucceſſionis maioratus,& licèt ſit ſententia contra eum exequtioni mandata,nihilominus eiuſdem filij ſunt capaces ad ſuccedendum in maioratum , dummodò crimen paternum non fuerit hæreſis, vel læſæ maieſtatis , cuius occaſione incapacitas ad filios fuerit porrecta;prout latiùs probo *in 2. part. huius operis,illatione 2. quæſt. 4. per totam.* Et quòd talis condemnatus non ſit incapax ad ſuccedendum in hunc maioratum ab anteceſſoribus habitum , probatur ex maioritate rationis. Quia cùm in maioratum nouiter cõſtitutum ſuccedere poſſit, vt *ſuprà* probatum eſt, fortiùs ei competit ſucceſſio,& habilitas ad ſuccedendum in maioratum à progenie antiqua deuenientem, Argumento *l.3. ff. de interd. & relegat.* Et maioratus † ab antiquo magis retinetur, quàm de nouo acquiritur,*l. coheredi. §. cum filia , ff. de vulgar.* vnde difficilius amittitur , & quis eo priuatur , quàm ſi de nouo ad ipſum vocatus ſit, *l. per retentionem, C. de vſuris,l. qui autem, ff.de bis, quæ in fraud. creditor.*

215 Et hoc magis procederet , ſi ſententia lata ſit contra patrem, in abſentia, ſi credendum eſt Baldo *in dicta l. 1. numero 16. C. de hæred. inſtituend.* vbi dicit quòd licèt delinquens condemnatus in præſentia efficiatur ſeruus pœnæ , vt in *l. quo ad ſtatum,* & in *l. qui vltimo* ; 29. *ff. de pœn.* Tamen abſens damnatus (ſecun-
216 dum eum) non efficitur † ſeruus pœnæ , quia antequam ſit deprehenſus,eſt liber. Pro quo faciunt ſcripta per Cephalum *in conſ.* 241. *num.* 82. *lib.* 2. Roland. *in conſil.* 15. *num.* 4. *lib.* 4. Alciat.*in conſil.*282. *in fine*, Boſſium *in tit de bonorum publicatione,anm.*56. Burſatum *in conſilio* 225. *num.* 163. qui loquitur in condemnato pro crimine læſæ maieſtatis in abſentia. Et conducunt ſcripta per eundem Burſatum *in conſil.* 122. *num.* 5. *cum ſequentibus, lib.*1. *& conſilio* 160. *num.*2. *lib.*2. De cuius doctrina ego valdè dubito, tam quia nullam legem ad hoc refert,quàm ex diſpoſitione *pragmaticæ de Alcala,*quæ habetur in *volumi.e pragmaticarum,fol. mihi* 187. hodie *l. 3. tit.* 10. *lib.* 40. *Recopil.* Per quam inter alia ſtatuitur , quòd ſi reus ſit legitimè vocatus,& ſecundùm tenorem illius *legis* , &
217 intra terminos aſſignatos nolit comparere , poſſit † etiam in abſentia condemnari, & dari pro perpetratore delicti , ſi adſit legitima probatio, vel ad pœnam ordinariam, vel ad torturam infligendam,vt latiùs in *dict.l.* cauetur. ¶ Ex qua lege videtur mihi correcta *l. abſentem, C. de accuſation. & l. abſentem , ff. de pœnis* ; vbi
218 abſentes damnari † non poſſunt, licèt poſſint annotari eorum bona, *l.*1.*C.de requirend.reu,l.*1.*ff.eodem titulo, l.*7.*tit.*8 *part* 3.vbi vide Gregorium Lopez , & Ægid. Boſſium *in practica criminali , tit. de fauoribus defenſionis,num.*8.*eag.*459.*& in tit.de reis requirendis,num.*1. *cum aliis,pag.*46 1.Ioann.Guttierr.*in practicis quæſtion. q.*72.73.74.75. *&* 76. *lib.*1. & plura ſcribit Nicolaus Boërius *deciſ.*63.

219 Vnde hodie cùm per prædictum pragmaticam abſens ad pœnam mortis damnari poſſit , ſi delictum hoc patiatur, licèt ſi ſe præſentet, & Iudici exhibeat, audiendus ſit, etiam anno tranſacto, quoad pœnas corporales: non ideo minus † effectus eſt ſeruus pœnæ,quàm ſi in præſentia ſit damnatus. Et ideo apud nos doctrina *Baldi* , licèt de iure ciuili eſſet vera , ſuſtineri non poteſt.

220 Et quòd hodie in Hiſpania abſens damnari poſſit, † tenet Menchaca *lib.*2. *controuerſ.cap.*17.*nnm.*4. *folio* 72.ductus ſolummodo authoritate *l.*4.*titulo* 3. *libro* 2. *fori*, quæ non eſt ſeruanda, niſi probetur, quòd vſu & conſuetudine eſt recepta ; vt patet ex *l.* 1. *Taurina.* Et per plura iura probat Burgos de Paz *conſil.*12.*num.*10. Auendañ. *reſponſ.*15.*n.*1.*cum ſeqq.*Tradit latè Azeued. *in dicta l.*3.*titul.*10.*lib.*4.*Recop.*

¶ Quod maximè procederet , ſi delinquens ſit damnatus crimine hæreſis , vel alio delicto , pro quo pœna ipſo iure imponitur : nam tunc , licèt in abſentia ſit condemnatus,ſi tamen legitimè ſit condemnatus,† effi- 221
citur ſtatim incapax, & in conſequentiam ſi poſt condemnationem,aut potius,poſt declarationem, filios aliquos procreauerit, ſunt incapaces ſucceſſionis maioratus,& alterius cuiuſlibet ſucceſſionis; quia in iſtis criminibus iudex ſolummodo debet declarare delictum fuiſſe perpetratum, *l. eius qui delatorem, ff.de iur. fiſci;* vbi Bart.& alij,*c.cum ſecundum, de hæretic.in* 6.de quo etiam *infra* latiùs agetur.

Et in iſtis criminibus multa ſunt in iure ſpecialia contra regulas iuris,*cap.in fidei fauorem,de hæret.in* 6. & hoc vbique reperitur. ¶ Et ideò in † crimine læſæ 222
maieſtatis eſt ſpeciale, quod abſens damnari poteſt, vt probatur *in extrauagan. ad reprimendam.* Notat Bart. *in l.Cornelia, §. & qui hoc crimine;* vbi Hippolyt. *ff. de ſicar.* ¶ Et ad hoc etiam eſt egregia *dict. l.*7.*tit.*8.*part.* 3.vbi ſi abſentis bona annotentur,ſi reus intra † annum 223
moriatur , hæredibus ſuis bona reddenda ſunt , niſi in exceptis criminibus , ibi : *Fueras ende ſi el yerro fueſſe de traicion,o de alcue,o otro alguno de aquellos ſobre que pueden acuſar al ome , y dañar la fama , maguer ſea finado.* ¶ Et in iſtis criminibus à die criminis commiſſi, reus quodammodo ſua mente punitus eſt, *l.vltima, C. ad legem Iuliam maieſt.* quam ſtatim latiùs explicabo. Et ad iſtam concluſionem pondero etiam nouiter textum egregium *in authentico , de hæreditat. ab inteſtato venien.circa finem,*in verſic. *hæc autem omnia,* ibi: *Hæc autem omnia , quæ de ſucceſſionibus generis ſancinimus,obtinere in illis volumus, qui catholica fidei ſunt : in hæreticis autem iam à nobis poſitas leges firmas præcipimus eſſe; nullam nouitatem,aut immutationem ex præſenti introducentes lege.*

Nec eſt mirum , quòd propter attrocitatem criminum punitio exacerbetur , vt eſt textus notabilis *in l.* 1.*C.de precibus Imper.offer.* ibi : *Admiſſi ſceleris atrocitas.* Facit *l.cum vir. C.ad l.Iuliam de adulter.* & famoſa doctrina Innocentij *in cap.* 1. *de conſtitution.* de qua latè per Iaſonem in *d. l.* 1. & alios plures quos omitto.

Ex quibus ad propoſitum noſtræ materiæ reſoluitur, quòd ſi quis in abſentia ſit damnatus † pro aliquo cri- 224
mine, pro quo ſi præſens damnatus fuiſſet , efficeretur incapax ſucceſſionis maioratus ; eodemmodo redditur incapax , ſi condemnatus ſit in abſentia ; & eadem ratione, ſi poſt talem condemnationem in abſentia filios procreauit , ſunt incapaces tanquam à radice & ſtirpe iam infecta progeniti. Et quia cauſa influens eſt vitioſa , & inhabilis , nec oportet quòd abſentes in hoc ſint melioris conditionis quàm præſentes , *l. Seruius, ff.quod vi aut clam. cap. contingit, de dolo & contumacia,*l.8.*titulo* 7.*part.*3.*l.*18.*titul.*1.*part.*7 Credo tamen ex diſpoſitione *dictæ pragmaticæ de Alcala,*quòd ſi talis reus abſens † etiam anno tranſacto ſe præſentauerit 225
ad allegandum ſuas defenſiones , quas liquidauerit, quòd reintegratur eius ſtatus, & redditur capax , ſi innocens appareat. Quod etiam probatur *in dicta l.* 7. verſic. *Mas ſeyendo el vino:* & in *l. annu, ff.de requirend. reis.* Et hoc etiam iuſtum eſt , vt delinquentes libentius ad iudicium , & ad ſe de delictis purgandum veniant, & ſtatim quòd à delicto abſoluuntur , integer manet eis ſtatus,& capacitas,& filij etiam capaces reduntur ; quod veriſſimum eſt , & ex mente omnium legum. Ad hæc etiam vide Auendañ. *de exequend. mandat. part.*2.*cap.*22.*num.*7.*verſicul.ex quo dicebam, fol.*135.

SVMMA

SVMMARIA.

226 *Damnato ad mortem , appellatione pendente , an ſtatus maneat integer.*
227 *Appellatio non ſuſpendit effectum incapacitatis in delictis,in quibus pœna ipſo iure imponitur.*
228 *In criminibus exceptis,damnatus ad mortem teſtari non poteſt ; & limitatur* l.4.Tauri.
229 *Lex noua,generaliter loquens an procedat in caſibus priuilegiatis*
230 *Deportatus an amittat facultatem eligendi fideicommiſſarium.*
231 *Definitio in iure periculoſa.*
232 *Proponitur quæſtio lariſſimè diſputanda, quo tempore in hæreſi , læſa maieſtatis crimine, & ſodomia, incapacitas incurratur.*
233 *Deus principium,medium, & finis rerum omnium.*
234 *Verbum* , amoueri , *an ſignificet priuationem ipſo iure.*
235 *Hæreticus an poſſit contrahere.*
236 *Verbum*, ſit, *eſt lata ſententia, & num.*239.
237 *Verba*, ipſo iure, *in legibus , ſunt magni momenti, contra Simancas. An priuationem inducant.n.*241.
238 *Hæreticus ſuccedere non poteſt.*
240 *Verbum* , accedat, *eſt præſentis temporis.*
242 *Apoſtata & hæreticus an differant.*
243 *Deſcendentes à Mauris Regni Granatenſis ſunt magis apoſtatæ quàm hæretici.*
244 *Sententia an requiratur ad declarationem quod delinquens crimen commiſit.*
245 *Declaratio ſola in delictis , quibus pœna ipſo iure imponitur, eſt neceſſaria,& num.*246.& 248.
247 *Vaſſallus vt feudo priuetur, an requiratur ſententia facti & iuris.*
249 *Vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.*
250 *Emptor ſi promiſit impetrare diſpenſationem ad alienationem, an venditor poſſit dicere contractum nullum, ante declarationem iudicis.*
251 *Ad effectus, qui habent executionem paratam à die commiſſi criminis,an ſit neceſſaria ſententia declaratoria.*
252 *Hæretici ſtatim contrahunt irregularitatem.*
253 *Hæretici qualiter beneficiis priuentur.*
254 *Verba*,ſub pœna priuationis, *an priuationem ipſo iure importent.*
255 *Non eſt par ratio , debita amittere , & lucra non capere.*
256 *Facilius aliquid retinetur quàm de nouo acquiritur.*
257 *Differentia inter acquiſita & acquirenda.*
258 *Si hæreticus non eſſet ipſo iure incapax , parum agerent pœnæ contra eum ſtatutæ.& nu.*259.
260 *Legum diſpoſitiones non debent eſſe fruſtratoriæ.*
261 *Diſpoſitiones & leges pœnales an amplientur.*
262 *Hæretici conuerſi, & eorum filij, qualiter ſint habiles ad officia? remiſsiuè.*
263 *Teſtamento quis capit difficilius quàm facit , & quare.*
264 *Excommunicatus an quid ex teſtamento capere poſſit. An poſſit facere maioratum aut meliorationem, num.*266.
265 *Hæretici , licèt eorum crimen ſit occultum , an ſint ipſo iure excommunicati.*
267 *Perſona propter delictum actiuè inteſtabiles, an ſint etiam paſſiuè, & nu.*302.
268 *Hæretici an ſint capaces cuiuſcunque acquiſitionis. Et an eis aliquid poſſit relinqui , n.*269. *&* 270. *Refertur* lex Taur. *n.*271.
272 *Intellectus ad* l 4. tit.27. patt.7.
273 *Appellatione iudicij an veniat ſententia diffinitiua.*
274 *Sententia propriè dicitur quæ tranſit in rem iudicatam.*
275 *Lex quæ determinat plura determinabilia , an pariformiter debeat omnia determinare.*
276 *Ius Canonicum in materia hæreſis ſeruatur.*
277 *Leges* Partitæ *ſemper concordare cenſentur cum in è communi,Canonico & Ciuili, & n.*278.
279 *Legum correctio generaliter eutanda.*
280 *Abſurditates in iure fugiendæ.*
281 *Vna dictio an capiatur pro alia, vt abſurditas euitetur, & nn.*284.*Et an à propria ſignificatione ad abſurditatem vitandam liceat recedere , n.*282. *&* 283.
285 *Dictiones ſumuntur ſecundùm ſubiectam materiam.*
286 *Copula (&) an ſemper coniungat.*
287 *Dictio* , vel , *an ſemper diſtinguat.*
288 *Verbum præſens aliquando ponitur pro præterito.*
289 *Verba neceſſitatis propter ſubiectam materiam efficiuntur voluntatis , & è contra.*
290 *An vnum verbum propriè & impropriè ſumatur.*
291 *Dictio* , ſtatim , *propter ſubiectam materiam an mutet proprietatem.*
292 *Verba in ſententiis an improprientur,vt ad intellectum iuris reducantur.*
293 *In teſtamentis , vt actus valeat , ſcriptura an ſupleatur.*
294 *An in priuilegiis , dictis teſtium , & ſententiis dictiones ſupplere liceat.*
295 *Canon latæ ſententiæ habet vim ſententiæ hominis.*
296 *Verba quæ propriè intelligi nequeunt , impropriè exponuntur.*
297 *Verba legis ſi repugnentiam ratio ſit expectanda.*
298 *Leges debent interpretari vt non poſſint à Sapientibus reprehendi.*
299 *Legis litera apta dupliciter punctuari , ad dubij deciſionem punctuari debet.*
300 *Litera textuali addi non debet.*
301 *Intellectus ad* l.4 tit.13 part 6.
303 *Pœna ſine ab homine, ſine à iure, per ſententiam intelligitur.*
304 *Quid in materia Maioratuum*
305 *Hæres inobediens contra voluntatem defuncti an priuetur ipſo iure hæreditate.*
306 *Hæreticus ante ſententiam acquirere fiſco an poſſit.*
307 *Leges pœnas pecuniarias imponunt , vt delicta grauius puniantur.*
308 *Leges in Fidei fauorem ſunt ampliandæ.*
309 *Æquitas non ſcripta præferri debet iuri ſcripto.*
310 *Telli opinio, quòd hæreticus ſit inteſtabilis , reprobatur, & num.*311.
312 *Hæretici non habent dominium neque poſſeſſionem rerum.*
313 *Intellectus ad* l.77. Tauri.
314 *Incluſio certi caſus eſt excluſio aliorum.*
315 *Hæretico poſt commiſſum delictum an ſuccedant conſanguinei.*
316 *Qui non poteſt facere teſtamentum,an dicatur inteſtatus decedere.*
317 *Incapaci an fiſcus ſuccedat, & num.*318.
319 *Inſtitutio incapacis an habeatur pro non ſcripta, vt hæreditas ad hæredem grauatum pertineat.*
320 *Quid de ſpurij inſtitutione.*
321 *Admittitur ſubſtitutus , quando inſtitutus eſt indignus.*
322 *Relictum ſpurio quando applicetur fiſco.*
323 *Hæreditate per indignum adita , ſi eam fiſcus auferat, an ſit locus ſubſtituto.*
324 *Relicto pro non ſcripto habito, an impediatur præſcriptio.*
325 *Legitima filiorum qui ſuccedere poſſunt , an per filios hæreticos minuatur.*
326 *Maioratus factus in hæreticum etiam ante declarationem eſt inefficax.*
327 *Maioratus delatus hæretico , delicto commiſſo , an amittatur.*
328 *Non poteſt quis amittere quod non habet.*
329 *Priuatio habitum præſupponit.*

330 Pri

330 *Primogenito delinquente, viuo patre, fiscus excluditur à secundo genito.*
331 *Maioratus commisso delicto consanguineis defertur, etiam ante declarationem.*
332 *Proximitas ad succedendum an consideretur respectu delinquentis.*
333 *Incapax habetur pro mortuo.*
334 *Hæreticus propter incapacitatem non potest recuperare locum, quem nunquam habuit.*
335 *Confiscatis bonis hæretici, an auferatur legatum, quod ei relictum fuit post commissum delictum.*
336 *Fiscus an capiat bona hæretici ex lucro vel negotiatione acquisita.*
337 *Hæretici confessioni qualiter credendum, remissiuè.*
338 *Læsæ maiestatis crimen committens an sit ipso iure incapax, & num.339.340.342.& 347.*
341 Capiat, *verbum est latæ sententiæ; & ibi an primogenitus accipiat partem propria authoritate.*
343 *Correlatiuorum eadem est disciplina.*
344 *In alienatione & donatione argumentum à correlatiuis an valeat.*
345 *Crimen hæresis, & læsæ maiestatis, an æquiparentur.*
346 *Grauius est diuinam maiestatem quàm humanam offendere.*
348 *Resolutio quæstionis, & num.369.*
349 *An de sodomitis idem quod de hæreticis & crimen læsæ maiestatis incurrentibus sit dicendum.*
350 *Æquiparatio vt sit iusta, in omnibus casibus procedere debet.*
351 *Bona futura an veniant in confiscationem.*
352 *Ius substitutionis pupillaris non venit in confiscatione bonorum.*
353 *Iura & actiones ex noua causa condemnato superuenientia qualiter veniant in confiscatione.*
354 *An legatarius legatum conditionale ad fiscum transmittat, si hæreticus pendente conditione decedat.*
355 *Fideicommissum nondum acquisitum non confiscatur.*
356 *Banniti an amittant bona quæsita post confiscationem.*
357 *Intellectus ad text.* in l.eius qui, §.1. ff. de testament.
358 *Authoris sententia circa æquiparationem hæresis, læsæ maiestatis, & sodomiæ refertur.*
359 *Priuatio non habet locum nisi in casibus à iure expressis.*
360 *Ius competens super aliqua re an per negligentiam perdatur.*
361 *Pœna in vno contractu an censeatur repetita in alio.*
362 *Pœnæ conuentionales quando debeantur.*
363 *Vbi agitur de pœna priuationis alicuius iuris, an sit licita extensio.*
364 *Pœna vbi imponitur, an probatio liquida requiratur.*
365 *Quid de pœna à fundatore successori ob non obseruantiam imposita.*
366 *Sodomita quomodo sit intestabilis, & num.367.*
368 *Idem quod in delicto læsæ maiestatis est indicandum de receptatoribus Turcarum.*
370 *Prodigus & furiosus non possunt facere maioratus.*
371 *An magis credatur testibus de sana mente testatoris deponentibus, quàm contrarium testificantibus. Authoris sententia, n.375.*
372 *Quilibet præsumitur sanæ mentis, nisi contrarium probetur.*
373 *Natura hominum semper desiderat facere perfectum.*
374 *Testibus quibus assistit iuris præsumptio, potius credendum quàm illa carentibus.& num.381.*
376 *Furor an semper durare præsumatur, & n.378.*
377 *Vt resignatio infirmari non valeat, quæ sint probanda.*
379 *Actum gestum fuisse tempore sanæ mentis, vt sit validus, probari debet.*
380 *Testibus in specie magis credendum quàm in genere deponentibus.*
382 *Metus an probandus in specie contractus qui rescindi prætenditur.*
383 *Ad probandum furorem an testes singulares sufficiant, & num.384.*
385 *Per dationem procuratoris an probetur furor.*
386 *An dicatur contra testamentum venire, qui testatorem tempore testamenti non fuisse sanum mente asserit.*
387 *An iura quæ loquuntur de furioso, procedant in mente capto.*
388 *An dicatur sanæ mentis qui intra paucas horas mortuus fuit.*
389 *Quid de his qui aliquem vsum rationis videntur habere, & testamenti mutationi inuiti consentiunt.*
390 *An quis tempore furoris fecerit testamentum, ex vicinitate furoris, & ex actu colligendum.*
391 *Testes deponentes de furore, an debeant reddere rationem furoris.*
392 *Furor qualiter probetur? remissiuè.*
393 *Impubes an possit facere maioratum.*
394 *Pupillus etiam ad pias causas testari nequit.*
395 *An per statutum doli capax testari possit.*
396 *Prohibitioni testandi an Princeps derogare possit.*
397 *In dubio, an maioratum instituens pubes fuisse præsumatur.*
398 *Probato actu ætatem ad sui validitatem includente, an præsumatur ætas ad illum necessaria.*
399 *In dubio an pro capacitate præsumatur.*
400 *Actus præsumitur factus secundum iuris dispositionem.*
401 *Illegitimus & criminosus quando quis allegatur debet hoc probare qui allegat.*
402 *Vbi decretum reperitur, an præsumatur ad illud necessaria interuenisse.*
403 *Personarum habilitatio non præsumitur, nisi de ea expresiè constet.*
404 *Vnus actus non infert alium qui necessariò ex illo non sequitur.*
405 *Adultus quomodo possit facere maioratum? Quid si minor 14. annorum validitatem in tempus maioris ætatis conferat,* ibid.
406 *Vir aut vxor an possint maioratum instituere ex bonis matrimonij acquisitis in filios primi aut secundi matrimonij.*
407 *Quid si mulier nupta sine licentia mariti maioratum instituat, & suprà num.67.*
408 *Maritus si nolit concedere licentiam vxori ad faciendam meliorationem, aut maioratum, in filium ex bonis priori matrimonio lucratis, an ad id cogendus, & num.409.*
410 *Mulier nupta an possit reuocare maioratum mortuo marito, quem eo viuente instituit, & n.411.*
412 *Qualiter possit maritus ratificare maioratum, quem vxor absque eius licentia fecit? remissiuè.*
413 *Existens apud hostes an possit facere maioratum, & num.418. Et opinio Gregorij Lopez examinatur n.414.& 419.*
415 *Testamentum quod ab initio non valet, an cessante impedimento confirmetur.*
416 *Testamentum ab eo, qui crimen læsæ maiestatis commisit, factum, an eo post mortem restituto confirmetur.*
417 *Quid in hæretici testamento.*

420 *Captiuus à Sarracenis an perdat maioratus successionem.*
421 *Mutus & surdus an possit facere maioratum? remissiuè.*
422 *Maioratus an solo nutu fieri possit.*
423 *Filius an possit facere maioratum de donatione à Rege facta propter seruitia parentis.*
424 *Feudum an videatur donatum filio contemplatione patris.*
425 *Quod filio acquiritur ex prouisione patris, an dicatur profectitium.*
426 *Licentia impetrata ab hæretico ad faciendum maioratum est nulla.*
427 *An idem sit de excommunicato.*
428 *An admittatur ad consanguinitatis retractum.*

Ex superioribus, maximè ex scriptis in *versicul. quòd maximè, num.216.* etiam infertur, quod licèt damnatus ad mortem appellatione pendente non sit factus ser-
226 uus pœnæ, & status ei † maneat integer, *l. si quis filio, §. hi autem, ff. de iniusto, rupto, irritoque facto testamento, l. si quis post accusationem, l. qui à latronibus, l. eius, §.1. ff. de testament. l.15. in versic. Otrosi aquel, tit.1. part. 6.* Et idem est vbi sententia est nulla, *dicta l. si quis filio, § quod si quis,* & dicit Bald. *in dicta l.qui à latronibus, §.* quod stante statuto, quòd bannitus possit impunè offendi, pendente appellatione offendi non potest, etiamsi posteà appellatio deserta efficiatur. Notant Alexand. *in consilio 34. lib.4.* Ripa *in l.1. n.12. fol.215. ff. de re iudic.*
227 Hoc non procedit in † his criminibus, in quibus pœna ipso iure imponitur: nam per supradicta, appellatio non suspendit incapacitatem, quia Iudex declarat, & nihil noui facit. Vnde si quis per primam sententiam declaretur commisisse crimen læsæ maiestatis, aut aliud simile, licèt appellationem interponat, medio tempore inter appellationem, & sententiæ confirmationem, est incapax, quemadmodum si sententia sit iam confirmata. Faciunt scripta per Guid. Pap. *singular. 349. & in q.116.* Anton. Gabriel. *lib.2. commun. conclus. tit. de iudiciis, conclus.4. num.44. versic. undecimò limito,* Lancellot. *in tractatu de attentatis, cap.9. de attentat. & appellation. pendent. limitation.11. num.1. pag.240. & part.2.cap.4. de attentatis lite pendente, limitatione 21. n.1. cum sequentibus, pag.138.* & quæ scribo *infrà q.44.*
228 Nec huic illationi & præcedèti obstat *d.l.4. Taur.* quæ non est † intelligenda in his criminibus exceptis; quia in istis criminibus damnatus ad mortem, non potest facere testamentum, nec capere ex eo; & censentur ista crimina excepta per *d.l.* ad quod facit Glos. *in l. vltima, in glos. vltima, C. de accusat. & l.8. in versicul. Y aun dezimos:* & *l.13. in vers. La primera, tit. 16. part.3.* & est notanda *l.3. tit.2. part.7. l.5. tit.31. p.7.* ibi: *Fueras ende al que fuesse juzgado por traidor. l. quique, §. filij, C. ad l. Iuliam maiestat.*
229 Et lex noua superueniens generaliter loquens † non procedit in casibus specialibus, & priuilegiatis, nisi de eisdem facta sit mentio, *d.l. in testamento,* vbi Fulgos. *iuncta l. hac consultissima, C. de testament. l. si adulterium, §. libertis, ff. de adulteriis.* Et dixi latius *in 4. illatione precedenti.* Et hoc etiam apertè patet ex *d.l.4.* in illis verbis: *Excepto de los que por el tal delicto fueren confiscados, o se ouieren de confiscar.* Quod est notabile pro intellectu *illius legis.* Et scribentes *ibi* non tangunt, licet sit valde necessarium pro expositione illius *legis*; ex qua etiam constat ex superioribus, quòd
230 deportatus non amittit † facultatem eligendi fideicommissarium. Quod etiam de iure communi probatur in *l. cum pater, §. hæreditatem, ff. de legat.2. & in l. ex facto, §. si quis rogatus, in 2. ff. ad Trebellian.* vbi explicant Doctores, præcipuè Ripa *n.2. fol.168.* Et de deportatis plura scribit Antonius Peregrinus *in tract. de iure fisci, lib.3. tit.5. pagin.113.* Ex quo infertur, quòd si quis committat alicui, vt eligat ad maioratum aliquem filium, quem voluerit, vel ad meliorationem, & posteà sit damnatus ad mortem, vel deportatus, amittit facultatem eligendi virtute cõmissionis eidem cõcessæ.

Sed pro intellectu istius illationis & materiæ, quam in manibus habemus, ad altiora, & difficiliora transitum facere oportet, non quòd velim, vt vtar verbis Caij Iurisconsulti *in l.1. ff. de origine iuris*; verbosos facere commentarios, sed quia quæstio, quæ statim tractabitur, obscurior, & penè indissolubilis est, vt ex eiusdem progressu constabit. Et mirandum est maiores nostros in curia, vel maioribus (vt potius credendum est) rebus occupatos, non solum eam in campum, & in disputationem non adduxisse, sed nec summis labiis, nec veluti per transennam tetigisse. Quà de causa necesse mihi fuit summopere, & totis viribus & ingenio dimicare, vt eandem ad veram resolutionem reducerem. Quæ quidem quæstio paucis expediri non potest propter eius difficultatem, & quia, vt prædixi, nullum in ea lumen certum, nec stellam habeo, quæ me ducere possit; quà ratione, & quæstionis difficultate perterritus, sæpè sæpius istud certamen ingredi verebar, posteà ipsa necessitas reddendi rationem huius villicationis & materiæ, quam examinandam assumpsi, coëgit me, vt audacis potius militis, quàm timidi, & pusillanimi nomen mihi acquirerem.

Et licet † omnis diffinitio sit periculosa, *l. omnis diffinitio, ff. de regulis iuris,* quam ad hoc aduocat Glos. Parisien. *in 2. part. consuetud. Parisien. §. 55. glos.1. numero 163. fol.57.* illam pro virili diffinire & resoluere conabor, lectores eligant, quod illis verius videbitur: nam ego homo sum, & humani à me nihil alienum puto, & errare facilius quàm alius possum. Quantæ autem vtilitatis sit ista sequens disputatio, lector videbit, & magis intelliget quantum lucis, & vtilitatis particularis, & exacta singulorum discussio adferat, cuius defectu, ad pauca respicientes, facilè cadunt. Et quia in superioribus actum est, quèmadmodum damnati ad mortem possint testari, & facere maioratum, vel meliorationem, & qualiter ad hoc sint capaces, & ad acquirendum, & capiendum, quæ eisdem relicta sunt; nunc in ista quæstione continuanda est ista materia, quia superioribus est consentanea, & propriè iam dictis quadrat. Vnde licèt quodammodo erat secundæ partis, non potui eandem ab hoc loco segregare absque iniuria eorum quæ dicta sunt. 231

Quæro igitur † cuius temporis incapacitas sit respi- 232½
cienda in his, qui committunt crimina hæresis, læsæ maiestatis, sodomiæ, ad hoc vt fiant incapaces succedendi in hæreditatibus, legatis, maioratibus, aut meliorationibus? an eius temporis, in quo delictum committunt? vel temporis, in quo pro delicto condemnati sunt, siue in absentia, siue in præsentia? quia his cognitis materia nostra magis declarabitur, & exornabitur, & ad culturam & practicam reducetur, vt ex infrà dicendis lector inspiciet. Et vt materia rectius percipiatur, agam de quolibet delicto de per se, & vt Dominus Iesus Christus magis meum aperiat intellectum, & ab offensa, quæ Deo maximo fit; cum quis in hæresim incidit, incipiamus: quia † Deus est principium, medium 233½
& finis omnium rerum, *cap.1. de summa Trinitate, & fide catholica: C. legimus, §. hinc etiam 37. distinctione,* prooemium elegans *in 1. part. l.2. tit.18. part.3.* & prooemium *secundæ partitæ. l.1. tit.2. part.2.* Prius examinandum est quid fieri debeat in his, qui hæresis delictum committere audent, & pro ea parte, quòd hæretici sint incapaces successionum, & aliarum quarumlibet acquisitionum à die ipso criminis commissi, faciunt sequentia fundamenta.

Primò facit textus *in l. Manichæos, Cod. de hæretic.* ibi; *Ipsos quoque volumus amoueri ab omni successione & hæreditate.* Nam illud verbum, *amoueri*, iuxta plurium opinionem, est latæ † sententiæ, & signi- 234½
ficat priuationem ipso iure fieri, secundùm Barbã.

in cap. 2. de rescript. & in const. 11. col. 9. lib. 2. & alios quos refert Tiraquel. *in l. si vnquam, in verb. reuertatur, num. 171. C. de reuocand. donation.* Et de textu *in d. l. Manichæos*, agit Tiberius Decian. *in cap. 44.* ſtatim *allegato, num. 40.* ex quo deducit, quòd † hæreticus non poteſt contrahere in aliqua ſpecie contractus: & tenet in ſpecie Petrus God. *in d. l. Manichæos, in princ. in quinta pœna, verſic. vtramque teſtamenti factionem, & ius facultatem perdit*, Salicetus *in l. final. C. de hæretic.* Corradus Brunus *lib. 5. de hæretic.*

Secundò conducunt alia verba illius *legis*, ibi, *Huic itaque hominum generi, nihil ex moribus, nihil ex legi-*
236 *bus ſit commune cum cæteris.* Quia illud verbum † *ſit*,
est etiam latæ ſententiæ; ſecundùm Gloſſam *in l. amiſſione, ff. qui deficiunt, in verbo, relegati, ff. de capi. dimin.* & in *cap. ſi quis clericus*: & *ibi* Innocent. & Imola *de vita & honeſt clericor.* ad quod etiam alios refert Tiraquel *vbi ſuprà, num. 180.* qui iſtam materiam quando, & in quibus caſibus leges pœnas ipſo iure, aut per ſententiam imponant, abundantiſſimè examinauit.

Ex cuius lectione lector colliget, nimis audacter doctiſſimum virum Simancas Epiſcopum ciuitatis Roderici in libro quem edidit *de inſtitutione catholica, cap. 9.*
237 *num. 56. fol. 26.* affirmaſſe, quòd hæc † verba, *Ipſo iure*, non tantùm vim habent, quantam Iuriſperiti putant. Nam iſta concluſio eſt contra ius ciuile, canonicum, & Regium, præcipuè contra plures leges *ordinamenti*, & *l. 27. Taurinam*, & alias infinitas quæ docent, longam eſſe differentiam inter pœnas, quæ ipſo iure per leges imponuntur, & inter eas quæ per ſententiam. Et tradit notiſſimè Cephalus *in conſilio 274. num. 24. cum ſequentibus, lib. 2.* Notanter Tiberius Decianus *in practic. tom. 1. lib. 2. cap. 22. num. 15.*

238 ¶ Et quod hæretici ſuccedere † non poſſint, probatur *in cap. excommunicamus, §. ſi credentes, & in cap. aduerſus, de hæretic.* volunt Bart. *in l. cum Senatus, ff. de rebus dubiis*, Bald. *in l. 2. C. de teſtament.* Felin. *in cap. ſi quis Epiſcopus, de hæretic.* quos citat Tiberius Decianus *in practic. crimin. lib. 5. de pœn. hæreticorum, to. 1. cap. 44. num. 17. fol. 291.* qui etiam citat textum *in dicta l. vltima, C. de hæretic.* quæ lex ad hoc eſt expreſſa, & cui nulla eſt dabilis reſponſio. Et materiam tractat nouiſſimè Ioan. Azor. *in tractatu Inſtitutionum moralium lib. 8. cap. 12. per totum, pag. 966.* Et qualiter inteſtabiles poſſint habere teſtamenti actionem paſſiuam, ſi commiſerint crimen hæreſis, reſoluit Iulius Clarus *§. teſtamentum, quæſt. 34. num. 2.*

Tertiò adduco textum *in authentic. credentes, C. de hæretic.* vbi dicitur: *Sit inteſtabilis, nec teſtandi liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis ſucceſsionem accedat.* Animaduertendum igitur eſt ad verba illius legis;
239 Primò, ad verbum, *Sit*, quòd vt ſuprà retuli, eſt latæ †
240 ſententiæ. Secundò, ad verbum, *Accedat*, † quod eſt præſentis temporis, niſi aliud ſpecialiter conſtet, Gloſ. *in l. ſi quis maior, in verb. infamia*, iuncto textu, *C. de tranſaction.* vbi Bart. Bald. Salicet. Iaſon, & alij; Gloſ. *in l. 1. §. efficerentur, C. ne liceat potentior.* & alij, vt per Iaſonem *in l. eam quam, num. 16. C. de fideicommiſſis*, Decium *in authentic. Caſſa, C. de ſacroſanct. Eccleſ. n 4.* Purpurat. *in l. more maiorum, num. 126. ff. de iuriſdict. omn. iudic.*

Quartò, facit textus *in cap. excommunicamus, §. credentes, de hæretic.* ibi: *Ipſo iure ſit infamis effectus, nec ad publica officia, ſeu conſilia, nec ad eligendos huiuſmodi aliquos, nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, nec teſtandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis ſucceſsionem accedat.* Qui textus in tri-
241 bus locis probat iſtam concluſionem, ſcilicet † in verbo, *Ipſo iure*, & in verbo, *Sit*, & in verbo, *Accedat*, quæ verba inducunt priuationem ipſo iure, ſecundùm Bartolum *in l. Mœuius, §. duobus, num. 25. ff. de legat. 2.* De cuius legis intellectu qualiter hæretici careant teſtamenti factione actiua & paſſiua, & ſint priuati, lege Menochium *in conſ. 186. num. 14. lib. 2.* quem & alia refert Petrus Surdus *deciſ. 247. num. 3.* vbi reſoluit qualiter hæreticus à die commiſſi criminis remaneat inhabilis ad teſtandum, vel contrahendum.

Quintò, iſtam opinionem probat bona l. 5. tit. 25. part. 6. ibi: *Apoſtata en Latin, tanto quiere dezir en Romance, como Chriſtiano que ſe tornò à Iudio, o Moro, y deſpues ſe tornò a la ley de los Chriſtianos: y porque tal ome como eſte es falſo, y eſcar nidor de la ley, no deue fincar ſin pœna, maguer ſe arrepienta. E por ende dixeron los Sabios antiguos, que deue ſer infamado para ſiempre, de manera que ſu teſtimonio no ſea cabido, ni pueda auer oficio ni lugar honrado, ni pueda fazer teſtamento, ni pueda ſer eſtablecido por heredero de otros en ninguna manera. E aun demas deſto manda, o donacion que le ouieſſen fecho, o que hizieſſe a otro de lo ſuyo de aquel dia en adelante que le entro en el coraçon de hazer eſto, queremos que no vala.* Quæ lex eſſet expreſſa, & in indiuiduo, niſi loqueretur in apoſtata, qui grauius delinquit † quàm 242
alius ſimplex hæreticus. Quia Apoſtaſia eſt maius delictum, quàm alia hæreſis non mixta cum ea, & addit hæreſi qualitatem, quæ eam grauat, ſecundùm Sanctum Thomam 2. 2. *quæſt. 12. artic. 1.* Melius namque eſt fidem Domini non agnoſcere, quàm poſt agnitam retro ire, *cap. quadam, de apoſtat.* Et dixit Paulus ad Galatas *cap. 4. Quomodò conuertimini ad infirma & egena elementa?* Ad quod etiam facit quod ſcribitur Prouerbior. cap. 6. *Homo apoſtata, vir inutilis, graditur ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo ore machinatur malum, & omni tempore iurgia ſeminat.* Et dixit idem diuus Paulus ad Hebræos: *cap. 6. Impoſſibile eſt eos, qui ſemel illuminati ſunt*, & poſt pauca, *& prolapſi ſunt*, ſcilicet per apoſtaſiam, *rurſus renouari ad pœnitentiam.*

Ex quibus & aliis ſcribit Villadiego *in tractatu, de hæretic. pranit. q. 5. col. 2.* quòd Apoſtaſia eſt grauius crimen, quàm ſimplex hæreſis. Et idem ſentit Matthæus ab Afflictis *in conſtitut. Neapolitan. rubr. de Apoſtata, num. 1.* cum *aliis*, Ioann. Lop. *in rubr. de donation. inter virum & vxorem, col. 140.* & Caſtro *in libr. de hæreſibus, quæſt. 9. col. 2.* Et iſta eſt communis opinio: licèt idem Caſtro *de iuſta hæretic. punit. cap. 7. col. 11.* teneat contrarium. Et pro communi opinione eſt textus videri meo expreſſus *in l. vltima, C. de apoſt. in fine.*

¶ Ex quibus infert Villadiego *vbi ſuprà*, quòd hæretici, † qui in illo tempore detecti fuerint, potiùs apo- 243
ſtatæ quàm hæretici erunt iudicandi: cum non ſolum in parte de fide Domini noſtri Ieſu Chriſti malè ſentiant, ſed eandem in totum abiecerint ad legem Moyſi redeuntes, & ideò deteriores quàm alij erunt iudicandi. Et idem dici poteſt in Regno hoc Granatenſi de deſcendentibus à Sarracenis, qui hæreticantur in totum, & fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti; cùm iam ſint baptizati, negant; & ad ſectam Mahometicam anima & corpore redeunt; & ideò verè & realiter ſunt apoſtatæ iudicandi. Et de apoſtaſia legenda ſunt, quæ latiſſimè ſcribit Tiberius Decianus *in practica criminali, lib. 5. cap. 70. cum ſequentibus, vſque ad caput 76. fol. 327.* Et quòd hæreticorum infidelitas ſit peior quàm Gentilium & Iudæorum, tradit Villadiego *in tractatu de hæretic quæſt. 5.* Roland. *in conſ. 63. num. 3. lib. 3.* Cæſar Lambertus *in tract. de iure patronatus, lib. 1. part. 1. artic. 4. 7. quæſt. principalis, num. 9.* Simancas *in tractat. de hæretic. cap. 7.* Iulius Clarus *in practica criminali, q. 78. num. 4.* Quintilianus Mandoſius *conſ. 13. num. 6.* faciunt ſcripta per Antonium Peregrinum *in tract. de fiſco, lib 6. num. 39.*

Sextò in delictis, in quibus pœnæ ipſo iure imponuntur (prout eſt in crimine hæreſis) licèt requiratur ſententia † ad declarationem, quòd delinquens crimen 244
commiſit, & incidit in pœnam, vt tradunt omnes *in l. Si quis maior, Cod. de tranſact.* vbi Iaſ. *n. 25.* & *in conſ. 9. n. 2. lib. 1.* Decius *in authent. Caſſa, num. 14. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Quintilianus Mandoſius *in tract. de*

de monitoriis, q. 39. num. 3. Simon de Prætis *de interpretand. defunct. volunt. lib. 5. interpretat. 3. & vltim. num. 88. folio 563.* Menoch. *in conſil. 159. num. 2. lib. 2.* Et alij plures, quos citat Menoch. *remed. 1. de recuperan. poſſeſſ. num. 332.* Antonius Peregrinus *in tract. de iure fiſci, lib. 5. tit. 1. num. 173.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam de reuocand. donation. in verb. reuertatur, num. 267.* Matienço *in l. 1. tit. 1. lib. 5. Recopilation. gloſ. 2. num. 4.* & in *l. 3. tit. 2. gloſ. 5. num. 4. & 5. lib. 5.* Iulius Clarus *in pract. criminal. lib. 5. in cap. de crimine læſæ maieſtatis, num. 9.* Quod punctum latè & eleganter more ſolito reſoluit Anton. Gabriel *lib. 7. common. opinionum, concluſ. 12. num. 1. cum ſequentibus*, Nouiſſimè Seraphinus, qui multa bona ſcribit *in tractatu de priuilegiis iuramenti, priuileg. 77. num. 50. cum ſequentibus*, Felinus *in cap. cum non ab homine, num. 10. fol. 16. de iudiciis*, Corbal. *in tractatu de iure emphyteutico cauſa 13. priuationis feud. num. 20. folio 71.* latiſſimè Antonius Peregrinus *in tractatu de iure fiſci, lib. 4. titul 5. num. 7. cum ſequentibus*, Petrus Barboſa *in l. diuortio, §. ſi vir, num. 47. & 48. ff. ſoluto matrimonio, tom. 1.* vbi reſoluit an ſententia in iſto caſu tanquam declaratoria trahatur retrò. Et legi debet Quintilianus Mandoſius *in tractatu de inhibitionibus, q. 45. num 4. fol. 18* & *in tractatu de ſignatura gratiæ, tit. de abſolutione ab hæreſi, folio 96. col. 3.* Antonius Eugenius *conſ. 9. n. 69.*

Non tamen, vt redeam ad propoſitum, requiritur ſententia condemnatoria, ſed ab illo tempore, quo crimen commiſit, habetur pro condemnato, & ſola de-
245 claratio † eſt neceſſaria, qualiter delinquens commiſit delictum, nec iudex ad aliud tenetur, quàm ad declarandum: *l. eius qui delatorem*, vbi Bart. *ff. de iure fiſci, cap cum ſecundum, §. confiſcationis, de hæret. in 6.* Archidiaconus, Dominic. Ioan. Andr. Ancharran. & Franc. *in cap. 12. de proſcription. in 6.* & alij quos refert Tiraquel. *in d. verb. reuertatur, num. 400. pag. 543.* Et tenet Simancas *in d. lib. de inſtitut. cathol. cap. 9. fol. 28 num. 67.* Lancellot. *in tract. de attentat. 2. part. de attentat. cap. 6. de attentat. accuſation. ſeu inquiſitione pendente, num. 40. & 41. pag. 162.* poſt Mynſing. *obſeruationum Centur. 2. deciſ. 43. incip. Licèt hæreticus.* Burſatus *conſil. 14. num. 18. lib. 1. & conſil. 43. n. 7.* vbi tradit, quòd in hæretico effectus donationis bonorum trahitur ad diem commiſſi criminis. Et quando imponitur per verba etiam futuri temporis; quæ reſpiciunt executionem actus, ipſo iure poſita videtur, ſecundùm Abbatem *in cap. clericos, de cleric. non reſidentibus.* Decium *in cap. Et planare, §. in Eccleſiis, num. 18. de priuilegiis.* Imò Tiraquel. *in dicto loco, num. 398.* refert plures Doctores tenentes, quòd cùm pœna eſt ipſo
246 iure poſita, non eſt opus alia ſententia † declaratoria criminis commiſſi, ſed abſque ea poteſt ad executionem procedi. De quo puncto etiam tractant Gregor. Lopez *in l. 4. tit. 2. part. 7. in gloſ.* in verbo, *El ſeñorio.* Rebuffus *in declaration. feud. ad finem.* Ad quæ addo nouiſſimè Molinam *in libr. de iuſtitia & iure, tractat. 2. diſputation. 95. pag. 573. cum ſequentibus*, pleniſſimè & notanter tractantem, an pœna amiſſionis propriorum bonorum debita ſit per hæreticum, vel alium ſimilem ante latam ſententiam?

247 ¶ Et quòd, vt vaſſallus feudo priuetur, † requiratur ſententia non ſolùm facti, ſed etiam iuris, tradunt Curtius *in tractatu de feud. 4. princip. in vltima parte, in fine*: Iulius Clarus *§. feudum, quæſt. 62.* Petrus Antonius *de fideicommiſſis, quæſt. 11. nnmero 622. pagina 326.*

248 Cum ergo non † requiratur niſi declaratio, quòd quis ſit hæreticus, talis retrotrahitur ad tempus commiſſi delicti; tam quoad pœnas incapacitatis, quàm quoad alia. Nec enim quoad quædam, declaratio ſeruire debet, & quoad alia non: quia vna & eadem res non debet di-
249 uerſo † iure cenſeri, *l. eum qui ades, ff. de vſucap.* Et ad hoc facit, quod notabiliter ſcribit Carolus Ruinus *in conſil. 181. per totum, lib. 1.* vbi probat, quòd in caſibus, in quibus requiritur declaratio, intelligitur quoad executionem, non quoad ſubſtantiam eſſe; vbi ex hoc conſuluit, quòd ſi donator cauerit, vt caſu, quo donatarius promiſſa non ſeruauerit, donatio ſit nulla, donator poteſt dicere donationem nullam, atque iterum de eadem re diſponere, etiamſi Iudicis declaratoria non præceſſerit, per doctrinam Baldi *in cap. 1. in principio, de feud. ſine culpa non amitten.* quos citat Cephalus *in conſil. 119. num. 4. lib. 1.* vbi ex hoc tradit concluſionem in iſta materia maioratuum neceſſariam, quòd ſi † emptor promiſit impetrare Principis diſpenſationem ad 250
alienationem feudi, poteſt venditor dicere contractum nullum priuſquam declaratio iudicis præcedat, & in iudicio nullitatis poteſt iudex incidenter declarare, an in contractu fuerit neceſſarius conſenſus Principis. Et 251
iſtam concluſionem validiſſimè confirmo, quia † ad effectus, qui trahunt ad executionem, putà quòd quis ſit infamis, vel inteſtabilis, non requiritur ſententia declaratoria; ſed ſtatim crimine commiſſo reus incurrit ipſas pœnas, ſecundùm Dominicum *in cap. felicis, de pœn. lib 6* Decium *in conſil. 32. num. 6.* Antonium Peregrinum *in tractat. de iure fiſci, lib. 5. tit. 1. num. 172.* Ex quo fit, quòd hæretici ſtatim † contrahunt irregu- 252
laritatem, *cap. nos 5. 1. d. 50 inct.* Daniel. 2. q. 7. Notæ Tiberius Decianus *in dicta practica criminali, tom. 1. lib 5. de pœnitentibus hæretic. cap. 54. numero 17. fol. 311.*

Septimò, hæretici, & illorum fautores non tantum efficiuntur indigni ad obtinenda beneficia † ſed ob- 253
tentis ipſo iure à die criminis commiſſi abdicantur; *cap. quo iure, diſtinct. 8.* vbi Gloſ. Dominic. & Præpoſit. & probatur *in cap. v. commiſſi, §. priuandi, de hæret. in 6.* vbi Doctores communiter, Abb. *in cap. inter dilectos, col. vltim. de fide inſtrument.* & alij, quos referunt Bernard. de Luco *in praxi criminali, cap. 106.* vbi Additio: Epiſcop. Couarru. *lib. 2. reſolut cap. 8 num. 4.* qui multa ad propoſitum tradit, Rebuf. *in praxi beneficialium, tit. de mod. amittend. beneficia, num. 5.* Menoch. *remed. 1. recuper. poſſeſſ. num. 340.* & *de arbitrar. iudic. caſu 16. num. 61.* & in *dicto remedio* tradit; quid in beneficiis filiorum hæreticorum? De quo tamen puncto & quæſtione legenda ſunt, quæ nouiſſimè ſcribit Ludouicus de Molina *in lib. de iuſt. & iur. tract. 1. diſp. 96. pag. 489. cum ſequentibus.* Et quid de filiis hæreticorum circa beneficia? tradit etiam Tiber. Decian. *in dicta practica, lib. 5. cap. 20. num. 5. fol. 147. & cap. 45. num. 4. fol. 292.*

¶ Et circa declarationem *dicti §. priuandi*: animad- 254
uerto, quòd iſta verba, † *Sub pœna priuationis*, non important priuationem ipſo iure, ſed comminationem, *cap. Saloniana, 63. diſtinct.* vbi Gloſ. & in *cap. vnico, de ſagittariis*, cum *concordantibus*, vt per Tiraquel. *in d. l. ſi vnquam, in verb. reuertatur, num. 211.* Rebuf. *in Concordat. rubr. de collation. 1. monemus, pag. 472. & in ead. rubr. §. vltim. pag. 480.* Et quòd pœna priuationis non ſit ipſo iure, ſed requiratur ſententia declaratoria volunt Aluarot. *in cap. 1 quo tempor. miles, col. 2.* Paulus de Caſtro *in conſ. 85. q. iſtas col. 3. lib. 2.* & alij, quos citat *Socin. Iun.* vbi communem vocat, *in conſ. 115 num. 22. lib. 2.* Et quod vbi agitur de priuatione, citatio non poſſit incipere à procuratore, tradit Iacob. Puteus *deciſ. 373. part. 1.*

Octauò, cum hæreticus omnia bona, quæ poſſidet, ipſo iure amittat, *d. cap. cum ſecundum*, cum *concordan.* maiori quidem ratione bonorum, quæ acquirere poterat, ſi hæreticus non foret, eſt iudicandus incapax & indignus. Non eſt enim par † ratio debita amittere, & lu- 255
cra non capere, *l. vltima, C. de acquir. poſſeſſ. l. qui autem, ff. de his, quæ in fraudem creditor. l. ſi ſponſus, §. mariti, ff. de donation. inter virum & vxorem, l. non fraudantur, ff. de regul. iur. l. 14. tit. 11. part. 4. l. 19. tit. 2. lib. 4. fori.* Et facilius † aliquid retinetur, quàm de nouo acquiri- 256
tur, *l. per retentionem, Cod. de vſur. l. patre furioſo, ff. de his quæ ſunt ſui, vel alien. iuris: l. pluribus, §. etſi*

placeat, ff. de verb. oblig. l. exiſtimo, ff. de curatore furioſi, cum concordant. & quæ ſcribo, *part. 2. quæſt. 3. num. 127. cum ſeqq.*

Sed quòd iſta ratio non tantum vrgeat; ſicut prima conſideratione apparet; conſtat, quia ſi hæreticus bona ipſo iure amittit, eſt in pœnam delicti, & ex illo die bona alienare non poteſt in præiudicium fiſci. Et cum
257 in acquirendo bona fiſci præiudicium non vertatur, † eſt diuerſa ratio in acquiſitione, quàm in amiſſione, & ideò diuerſum ius ſtatui debet. Qualiter autem bona hæretici amittant? vltra remiſſiones ordinarias, legenda ſunt quæ nouiſſimè ſcribit Antonius Peregrinus *in tractat. de iure fiſci, lib. 4. tit. 5. num. 29. cum ſeq.* Petrus Surdus *deciſ. 247. & deciſ. 280.*

258 Nonò, ſi hæreticus non eſſet ipſo iure † incapax, parum agerent pœnæ incapacitatis ſucceſſionis, & aliarum rerum, quæ contra hæreticos ſtatutæ ſunt. Nam vt conſtat ex hodierno ſtylo, & praxi huius Regni, & inquiſitionum, hæretici † poſtquam capiuntur pro delicto, hinc ad dimidium annum, vnum annum, aut plus vel minus ad actum publicum ducuntur, in quo ſi delictum iam confeſſi ſunt, ſtatim abſoluantur, & remanent ad ſuccedendum capaces; ſi negant, ſtatim ad flammas deducuntur, vt conſtat ex *inſtructionibus Inquiſitorum.* Et Simancas *in d. lib. cap. 58. folio 207.* & tradit latè Burſatus *conſil. 90. num. 34. lib. 1.* Et faciunt
259 ſcripta per Menochium *caſu 373.* Si igitur † hoc verum eſt, leges incapacitatem iniungentes quaſi fruſtratoriæ eſſent, & difficiliter practicarentur, & exemplificarentur: quod non eſt dicendum, nec doctis hominibus perſuaderi poteſt, *l. iura, l. ex his, quæ forte vno aliquo caſu accidere poſſunt, l. nam ad ea, & l. quoniam, ff. de*
260 *legibus.* Et diſpoſitiones legum non debent † eſſe fruſtratoriæ, *l. 3. in principio, ff. de iureiurand.* vbi latè Iaſo *l. poſtliminium, §. vltimo, ff. de capt.* ibi: *Aliàs ſuperuacua eſſet lex*, cap. *Paſtoralis*, vbi Doctores *de reſcript.* & in *l. 4. §. ait prætor, ff. de damn. infect.*

261 ¶ Hinc eſt, quòd diſpoſitio † odioſa & pœnalis ampliatur, ne fiat illuſoria, & vt fraudes euitetur, *l. 1. §. vlt. ff. de calum. l. ſed Iul. § mutui dationem. ff. ad Macedo. c. ſi ciuitas, de ſent. excom. in 6. cum concordant.* vt per Gloſ. Pariſienſ. *in 1. p. conſuet. Pariſ. §. 13. gloſſ. 3. n. 9.* Tiraquell. *lib. 1. de retractu, §. 36. gloſſ. 1. num. 3.* Hinc eſt, quòd propter eandem rationem licet extendere leges pœnales, & odioſas, ſecundum Gloſſ. *in cap. ſciant cuncti, in verbo*, alios, *de election. in 6.* Dominicum *in conſ. 37. & 106.* Staphileum *de literis gratia, verſ. nona forma, num. 38. pag. 140.* ¶ Qualiter autem hæretici poſt-
262 quam ſunt conuerſi, & venia illis data, † & illorum filij ſint capaces ad officia, & dignitates, & alia ſimilia, legi debet *ſingulare conſilium Licentiati Polo Aduocati in Conſilio Regali*, in lite vertente inter Dominum Petrum Ponce de Leon Ducem de Arcos, & alios litigantes, ſuper ſucceſſione Comitatus de Bailen, & quæ refert, & ſcribit Ioan. Gratian. Falcon *regul. 223.* ad quos addo notabilem & peregrinam *deciſionem* Iacobi Putei *426. part. 2.*

Decimò, cùm per iura ſupradicta hæreticus ſit ipſo iure incapax teſtandi, à fortiori carere debet teſtamenti factione paſſiua. Quod probatur, quia difficilius quis
263 poteſt capere † ex teſtamento, quàm facere teſtamentum; quia in teſtamenti factione actiua ſufficit habilitas tempore conditi teſtamenti, *l. 2. ff. de teſtament.* cum *concordan.* In teſtamenti autem factione paſſiua tribus temporibus eſt neceſſaria habilitas, ſcilicet, tempore aditionis, *l. ſi alienam, §. in extraneis, ff. de hæredib. inſtit. de hæred. qualit. & differen.* Hinc fit, quòd licèt excommunicatus poſſit facere teſtamentum, ſecundùm Bart.
264 *in l. ſi quæramus, ff. de teſtam.* vbi Aretinus communem dicit; nihil tamen † ex teſtamento capere poteſt, ſecundùm Archidiac. *in c. pia, col. 4. de excep. in 6.* Faber, *in §. legatus, num. 2. Inſtit. de legat.* Hoſtienſ. *in ſumma, de teſtam. §. quis ſit effectus, verſ. & prodeſt hoc notare*; licèt aliqui dicant, hoc ſolummodò procedere in excommunicato propter hæreſim; præcipuè Speculator *in tit. de inſtrum. editio. §. compendioſe, num. 5. verſ. quid de excommunicato.* Dominic. *in cap. decernimus, num. 8. de ſentent. excommunic. in 6.* Paulus *in l. ſi cui, ff. de teſtamen.* Chriſtophor. Port. *in d. §. legari.* Facit Concilium Trid. *c. 3. ſeſſ. 25. de reformat.* & quod ſcribit Tiberius Decian. *in pract. lib. 5. c. 41. in fin. fol. 248.*

Quod autem hæretici ſint † excommunicati ipſo 265
iure, licèt illorum crimen ſit occultum, reſoluunt Caſtro *lib. 2. de iuſta hæreticor. punition. cap. 18.* Sylueſter *in ſumma, verbo, excommunicatio 7. num. 3. verſicul. ſecunda eſt.* Sanctus Antoninus *part. 3. tit. 24. cap. 4.* Dominicus Soto *lib. 4. ſentent. diſtinct. 22. quæſt. 2. artic. 3. concluſ. 5.* Petrus de Palude *lib. 4. ſententiarum, diſtinct. 13. quæſt. 3. art. 1. concluſ. 3.* Rebuffus *in Bulla in Cœna Domini, in verb. publicè vel occultè*: Nauarr. *in cap. cogitationis, de pœniten. diſtinct. 1.* Dominic. Bañez apud ſanctum Thomam *2. 2. quæſt. 2. artic. 4. concluſ. 2.* & *ibi* Petrus de Aragon. *art. 3. in princ. verſ. hoc ſuppoſito*: Simancas *de catholic. inſtit. tit. 42. num. 2.* Couarru. *in regul. peccatum, 2. part. in initio, num. 7.* Campegius ad Zanchinum *tractat. de hæret. cap. 18.* Burſatus *in conſil. 289. num. 13. lib. 3.* Et faciunt quæ ſcribit Anton. Peregrin. *in tract. de iure fiſci, lib. 3. tit. 11.*

Habita autem pro vera ſententia Hoſtienſ. & alio- 266
rum, ex ea obiter infertur, excommunicatum † non poſſe capere maioratum aut meliorationem in eum factam. Et qualiter excommunicatus non perdat facultatem eligendi, tradit Ripa *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus 2. num. 4. ff. ad Trebellianum.* Caldas *de nominat. ad emphyteuſ. quæſt. 5. num. 48.* Ex quibus omnibus colligitur, hæreticum eſſe incapacem ad quamlibet acquiſitionem à die ipſo criminis commiſſi.

Vndecimò, perſonæ quæ propter delictum actiuè 267
ſunt inteſtabiles, prohibentur capere, & paſſiuè † ſunt inteſtabiles, ſecundùm Gloſſam *in l. ſi is cui, §. 1. gloſſa vltima, in fine, ff. de teſtament.* quam dicit communem Aretinus *ibi, col. vltima.* Notat Iulius Clarus *lib. 3. recepter. ſententiar. §. teſtamentum, quæſt. 34.* quæ ſententia ex omnibus ſuperioribus de iure communi verior & tenenda videtur. Sed cùm Hiſpani leges regales ante omnia ſeruare teneamur, vt patet *ex l. 1. & 2. Tauri, cum concordant.* attentis aliquibus legibus Regalibus, & rationibus particularibus, contra prædictam ſic fundatam partem arguere mediis ſequentibus poſſumus. Ex quo fit, quòd hæreticus non poteſt contrahere, vt ſibi quæratur, ſed benè vt obligetur; nec poteſt transferre dominium ſecundum Baldum *in Margarit. verb. hæreticus*, Caſſadorum *in regul. de triennali, deciſ. 14.* & ibi Gomezius *quæſt. 52. n. 2.* Abbat. *in cap. ſi verò, n. 2. de ſent. excommun.* Tiber. Decian. *in practica criminali, tem. 1. lib. 5. c. 44. n. 43. folio 292.*

Tandem quòd hæretici ſint incapaces † cuiuſcun- 268
que acquiſitionis à die commiſſi criminis, proſequuntur Gloſſ. *in §. legari, Inſtit. de legat.* vbi Ioan. Faber *num. 2.* Ioann. de Platea *num. 69.* & 70. Aretin. *num. 3.* per *l. Manichæos, C. de hæret.* Ioan. de Anania *in cap. excommunicauimus, §. credentes, de hæreticis in 6.* Petr. Godofred. *in dict. l. Manichæos*, Hieron. Gabr. *in conſ. 134. quæſtio propoſita*: *num. 15. 16. 27. 28. 32. 33.* Menoch. *in conſil. 185. n. 8. & 9.* Humbertus Loratus *in quæſtionibus additis poſt iudiciale Inquiſitorum, quæſt. 17.* Quemada *quæſt. 18.* Anton. Peregrin. *in tract. de iure fiſci, lib. 3. tit. 10. num. 4.* Pro quibus etiam faciunt *l. 3. ff. de his quæ pro non ſcriptis in metallum, ff. de iure fiſci*, qui textus probat, quòd legatum relictum ei qui poſteà in metallum damnatus fuit, non pertinet ad fiſcum. Et ideò inquit Bald. *in l. 1. num. 4. C. de ſecund. nupt.* quòd quando quis non poteſt capere, non eſt locus fiſco. Quem citat Gigas *in tract. de crimine læſæ maieſtatis, quæſt. 14.*

¶ Et quòd hæreticis aliquid relinqui non poſſit, & 269
ſint † incapaces relictorum, cauetur in Concilio Africano *cap. 48.* Concilio Carthagin. *cap. 48.* Et probatur in

cap. ſi quis Epiſcopus, de hæretic. & tradunt Anton. Auguſtinus *in epitome iuris Pontificij lib. 1. tit. 19.* Nicolaus Areletanus *tract. de hæret. not. ab. 7. verſic. Collegio autem hæreticorum*, Corradus Brunus *in tract. de hæret. lib. 5. cap. 1. & 7.* Et quòd hæretico nihil relinqui
270 poſſit, † tenet vltra prædictos Bartol. *in l. cum Senatus, ff. de rebus dubiis*, Bald. *in l. 2. C. qui teſtament. facere poſſunt*: quos citat Carrerius Reginus *in tract. de hæretic. num. 151.* Et ad concluſionem plures Authores citat Peregrinus *in tract. de iure fiſci, lib. 3. c. 1. n. 2.*

271 Primò ad hoc facit notanda l. Taurina † 77. hodie l. tit. 9. lib. 5. Recopilationis, ibi: *Por delito que la muger, o el marido cometiere, aunque ſea de heregia, o de otra qualquier calidad, no pierda el vno por el delito del otro ſus bienes, ni mitad de las ganancias anidas durante el matrimonio. E mandamos que ſean auidos por bienes de ganancia todo lo multiplicado durante el matrimonio, haſta que por el tal delito los bienes de qualquier dellos ſean declarados por ſentencia, aunque el delito ſea de tal calidad, que imponga la pena ipſo iure.* Ecce igitur qualiter hæc lex clarè vult, quòd hæreticus ſit capax ad acquirendum fiſco, vſque ad declarationem ſententiæ, quæ profertur contra hæreticum. Et cùm habeamus legem tàm apertè decidentem quæſtionem iſtam, non eſt cur de eadem dubitemus. Et cùm iſta lex loquatur in bonis, quæ acquiruntur titulo oneroſo, prout ſunt bona conſtante matrimonio lucrata; quia deferuntur propter communem laborem mariti & vxoris in acquiſitione, cuſtodia, & conſeruatione talium bonorum: maiori ratione procedere debet in acquiſitione hæreditatis, aut legati, ſiue in aliis quæ titulo lucratiuo obueniunt; argumento *l. 17. 22. & 44. Tauri*, & aliorum iurium quæ omitto. Maximè, quia dictæ legis diſpoſitio eſt odioſa alterutri coniugum: quia non ſtante illa lege, quòd incapax acquirere non poterat, alteri ſocio accreſcere debebat, *l. 2. C. de hæred. inſtituen. d. §. legari, authen. quibus modis natur. effician. ſui, §. vltim.* Et pro intellectu textus in *dict. l. 77. Taurina*, lege Rebuffum *in l. adificia 129. ff. de verb. ſignific.*

272 Secundò iſta pars ſuadetur † ex lege clara 4. tit. 26. part. 7. ibi: *E aun dezimos que no deue valer ſu teſtamento, ni donacion, ni vendida que le fueſſe fecha, ni la que el hiziere a otro de lo ſuyo, deſde el dia que fueſſe juzgado por hereje en adelante.* Quia hoc verbum (*juzgado*) de proprietate vocabuli intelligitur. Id eſt, *Sentenciado por hereje.* Ad quam legem difficillimè reſponderi poteſt, vt patet ad ſenſum: quia in dubio à proprietate verborum non eſt recedendum, *l. non aliter ff. de legat. 3. l. 4. it. 33. part. 7. & l. 3. tit. 20. part. 7.* ibi: *Otroſi los deudos que auia haſta aquel dia, en que fue dado juyzio contra el.* Cùm ergo iſta verba: (*Juzgado por herege*) apud nos, ſecundum communem vſum loquendi, interpretentur pro eo qui iam per ſententiam iudicatus eſt; ita intelliguntur. Et facit quod habetur *in Euangelio Ioannis cap. 16.* ibi: *De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt.* Et probat etiam l. 2. tit. 18. par. 4. in illis verbis: *Como ſi dieſſen juizio contra alguno que laborafſe las obras del Rey*, iunctis illis verbis: *Juzgado, o dañado a eſta muerte.* Et l. 2. tit. 14. part. 4. ibi: *O fueſſe juzgada que huuieſſe hecho adulterio:* & l. 4. tit. 17. part. 4. ibi: *Que fueſſe dado juizio acabado entre ellos*, facit *l. 2. §. lege Iulia, ff. de teſtamentis*, ibi: *Iudicatus, vel conuictus:* de qua lege meminit Ioan. Garcia *in tractatu, de nobilitate, gloſ. 3. §. 1. num. 30. & l. 31. d. tit. 26.* ibi: *Por herege ſiendo alguno eſte juzgado*, iunctis verbis ſequentibus, & l. 2. tit. 3. part. 7 ibi: *Ni aquel que es juzgado que hizo coſa por que valla menos.* Et faciunt quæ ſcribit Caldas Pereira, *in l. ſi curatorem habens, C. de in integrum reſtit. minor. in verb. læſis, n. 5. verſ. item quando.* Sequitur ex prædictis, quod hæreticus eſt capax ad acquirendum vſque ad ipſum iudicium
273 & ſententiam. Nam appellatione † iudicij venit ſententia definitiua intelligenda, ſecundùm Bald. *in l. 1. notab. 4. C. ſi aduerſus rem indicatam*, Gloſ. *in c. ſtatutum, §. inſuper*, vbi Doctores; præcipuè Philip. Franc. *num. 6. de reſcript. lib. 6.* cum *concordantibus*; vt per Decium, *in rub. de indic. num. 6.* vbi Gloſ. Pariſ. & ſecundùm communem vſum loquendi, hoc verbum, *Juzgado*, ſignificat idem quod *Sentenciado.* Et iudicatum dicitur id, de quo ſententia lata eſt, aut decretum interpoſitum, vt tradit Menochius *in tractatu præſumptionum lib. 1. quæſt. 1. num. 25.* qui refert Authorem *ad Herennium lib. 2.* ¶ Et ſententia propriè dicitur, † quæ tranſit in 274
rem indicatam, ſecundùm Sylueſtrum *in ſumma, verb. Sententia, num. 10.* Azeued. *in l. 12. tit. 5. lib. 3. Recopil. num. 4. pag. 223.* & ad hoc eſt lex expreſſa, *l. 1. tit. 22. part. 3.* ibi: (*Iuizio*) *tanto es en Romance, como* (ſententia,) *en Latin.* Illam autem legem quartam, *tit. 26. part. 7.* expreſsè declarat. Quemada *in tractatu de iure fiſci, quæſt. 18.*

Sed plenius rimando iſtius legis intellectum, eſt conſiderandum; quòd nihil facit pro iſta opinione, quod fundamentaliter comprobatur: lex igitur prædicta non decidit iſtam quæſtionem, quia cùm iuxta ius Canonicum, Ciuile, & Regium hæretici ſint ipſo iure incapaces teſtandi, vt plenius *ſupra* docui, aut prædicta lex correcta eſt per ius Canonicum, aut parum vrget pro determinatione iſtius noſtræ quæſtionis. Nam animad- 275
uertendum eſt, quòd † dicta lex, quæ vna determina-tione reſpicit plura determinabilia, pariformiter debet omnia determinare, *l. iam hoc iure, ff. de vulgar.* Explicat melius omnibus Gloſ. Pariſ. *in conſuetud. Pariſien. part. 1. §. 2. gloſ. 4. n. 36. fol. 62.* atqui iſta lex Regia diſponit, *Que no deue valer ſu teſtamento, ni vendida, ni donacion que le fueſſe hecha, ni la que el fizieſſe a otro de lo ſuyo, deſde el dia que fueſſe juzgado por herege.* Ecce ergo qualiter hæc lex non ſolum determinat, quòd hæreticus non poſſit facere teſtamentum, nec donationem eidem factam ca. ere, ſed etiam conſtituit; *Que deſde el dia que fue juzgado por herege, no vala la donacion, y manda que hiziere.*

Attende igitur lector, qualiter iſta lex in duobus eſt contraria iuri Canonico: Primò, in eo quod vult, quòd hæreticus non poſſit facere teſtamentum ab eo die, quo iudicatus fuerit pro hæretico, quod Canones abhorrent, vt *ſuprà* probaui *ex d. §. credentes*, & aliis. Secundò, in quantum *textus* clarè ſentit, quod hæreticus donare & vendere poteſt, vſque ad diem, in quo iudicatus fuit pro hæretico, quod eſt contra *dictum c. cum ſecundum*, & alia iura conſimilia. Vides igitur qualiter iſta lex aut procedere non poteſt, ſtante iure Canonico, quod contrarium diſponit; & quod in † iſta hæreſis materia ſer- 276
uari debet, cùm ſit res ſpiritualis, & à fide dependens, iuxta textum *in c. vergentis, §. prohibemus de hæretic. in 6.* vbi eſt Gloſ. communiter approbata, & probatur *in §. in hoc, 24. q. 7.* & tenet Alberic. *in l. cognouim. C. de hæret.* Gregor. Lop. *in l. 7. tit. 7. part. 6. in gloſ. verb. Catholicus*, Caſtro *in lib. de iuſta hæretic. punit. c. 6. col. 10. in verſ. ex hoc etiam dominio*: Simancas *in d. lib. de inſtit. catholic. c. 36. n. 11. cum aliis fol. 28.* aut eſt concordanda cum iure Canonico, & Ciuili, & ſecundum iura antiqua interpretanda, & limitanda, *l. ſed & peſſetiores. ff. de legibus.* Maximè, quia † leges Partitarum nunquam 277
cenſentur derogare iuri Ciuili & Canonicum (dico in his, in quibus ius Canonicum derogare poterant) niſi in his caſibus, in quibus ipſæ leges apertè id docent. Quod probat quædam lex melior omnibus *in lege 9. tit. 13. part. 6.* vbi dicitur: *Las leyes antiguas otorgan, que el padre muriendo ſin hijos legitimos, puede el hijo natural heredar los bienes de las doze partes las dos, no dexãdo el muger legitima, caſi la dexaſſe embargaria al hijo, que no la podria demandar. E porque no podemos dar ninguna razon porque ſe mouieron los que hizieron las leyes a tollerle al hijo eſtas ſus partes por razon de la muger legitima que dexaſſe ſu padre: por ende tenemos por bien que la aya, y que no ſe embargue. Eſto nos atreuimos a mandar, &c.* Ad quod etiam facit proœmium legum Partitæ, ibi: *E tomamos de las buenas*

palabras

palabras, e de los buenos dichos que dixeron los Sabios, que entendieron las cosas razonadamente segun natura, e de los derechos de las leyes. Et l.6.titul.1.part.1. quæ specialius loquitur, & l.1.Taur. ibi: *Porque fueron sacadas y tomadas de los dichos de los Tantos Padres, y de los derechos y dichos de muchos Sabios.*

Et huius opinionis, quòd legès Partitæ † semper
278 censeantur concordare cum iure Canonico & Ciuili, sunt omnes Doctores nostri Regni, præcipuè Episcopus Couarruuias *resolution.lib.1.cap.14.num.5.* Gregorius Lopez *in d.l.9.in glos.* in verb. *A mudar*, per illam legem: Peralta *in l.si quis in principio testamenti, num.40. ff. de legat.3* vbi addit, leges *Partitas* percipere non posse, qui prius ius Ciuile rectè non intellexerit; qui tamen ad hoc non referunt prædictas leges Regni. Et
279 hoc condiuuatur, quia generaliter, † & in vniuersum est euitanda legum correctio, *l.vnica, C. de inofficios. donation.* cum *concordantibus.* Vnde est, quòd ne inducatur repugnantia à iure communi, licitum est à propria significatione recedere, secundùm Antonium & Imolam *in cap.cum dilectus, de consuetud.* Alexandrum *in consil.85.num.12.lib.4.* vbi refert ad aliud, quod infrà tractabitur. Vt igitur dicta lex non sit correcta, & euitentur absurditates, quas prima facie probare videtur, vt suprà latiùs exposui, necessariò fateri debemus, quòd dicta lex, quamvis censura curiosissimi viri Gregorij Lopez sic emendata, adhuc deest aliquid, etsi opus fuerit, debemus supplere & emendare (*Desde el dia que fuere juzgado por herege*) & in locum illius dictionis, *por*, supplere dictionem, *que*: & sic eam interpretari debemus, vt euitetur correctio vel absurditas.

Nec mirandum est de ista interpretatione, quia eam multis mediis & rationibus concludentibus fundare possumus. Primò ex principio iuris, quòd absurditates
280 † in iure sunt euitandæ, *l. nam absurdum, ff. de oper. liberti.* Vnde fit, quòd tolerabilius est quòd verba nihil de nouo operentur, quàm quòd in absurdum cadant, secundùm Glossam *in cap.paratus, 23. q.1.* & in *l. vltim. §. in computatione, C. de iure deliberand.* Ioannem de Monte Sperello, quam ad hoc plures referunt *in l.1.ff. de officio eius cui mandata est iurisd.* Maria. Salom. *in l. Gallus, §. & quid si tantum.col.1 ff.de liber. & posthum.* Et tenent alij, quos referunt Iaso *in l.1.in princ.nota.5. ff. soluto matrimonio:* Simancas *in lib. de institutione Catholica, cap.9.num.55.fol.16.*

¶ Et quælibet lex non extendenda, ampliatur, pro euitanda absurditate, *l. scire oportet, §. aliud. ff.de excusat. tutor.* Notat Iaso *in l. si is qui pro emptore, numer.370. folio 119. ff. de usucapion.* latè Euerard. *in loco ab absurdo, 8.* Rebuffus *in l. inter stuprum, §. diuortium, ff. de verborum significatione*, Socin.Iun. *in consil.181.num.51. lib.2.* qui ex hoc decidit casum notabilem in vocatione masculorum & fœminarum, & vide eundem *ibi num. 34.* vbi post Alexandrum *in consil.93. libro 3.* tradit, quòd copulatiuè amittit officium suum, & capitur pro disiunctiua, quando, si secundùm naturam suam caperetur, resultaret absurditas, & aduersaretur voluntati testatoris. Et ex hoc dicit idem esse, si testator dicat, *si decesserint descendentes*, id est, nati essent, & posteà sine masculis descendentibus decederent: nec
281 mirum est, quòd vt absurditas euitetur, † vna dictio capiatur pro alia, imò id iure fit, secundùm Bart. *in l. omnes populi, in 6. quæst. principali, in versic. iuxta prædicta quæro, num.58. ff. de iustitia & iure.* Vbi ad hoc refert Glossam *in l. in ambigua, ff.de legib.* Notant Doctores *in d.cap.cum dilectus*, Alexand. *consil.81.* Lecto & discusso, *num.5. lib.3. & consil.53. num.14. libro 5. & consil.134.num.26. lib.6.* Barthol. Socin. *in consil.122 num.2. libro 1.* Rebuffus *tomo 1. ad constitut. Reg. tit. de liter. obligator. pagina 60. num.4.* faciunt scripta per Parisium *in consil.72. numero 59. libro 3.* Zanchum *in l. haredes mei, §. cum ita, part.4. num.492. ff. ad Trebel.* Et est notabilis lex, *cum quidam, Codice de verborum significatione.* Et ad hoc est melior textus de iure *in dict. leg. in ambigua*, ibi: *In ambigua voce legis, ea potius accipienda est significatio, qua vitio careat; præsertim cum voluntas legis ex hoc colligi potest.*

¶ Et à propria significatione verborum recedendum est, ne † sequatur absurditas in dispositione testatoris, 282
secundum Raphael. Fulgosium *consil.17. num.2.* quem citat Franc. Mantica *libro 3. de coniecturat. mente defuncti, ti.nu.7.* & ibi alia plura ad propositum scribit. Ad quem addo Simonem de Prætis *libro 1. de interpretanda defuncti voluntate, interpretat. 1. dubitat. 4. solut. 4. num. 1. cum sequentibus, folio 29.* ¶ Et verba quæ videntur importare præteritum, † important futu- 283
rum ad euitandam absurditatem, & propter subiectam materiam, secundùm Abbatem *in cap. ad hoc, de rescript.* Iaso *in l. hoc edictum, §. hæc verba, limitat.2. ff. quod quisque iuris:* Decisionem Genuen. *55. numero 6.* Eundem Iasonem *in l. non dubium, Cod. de legibus, num. 39. cum sequentibus.* Et vt absurdum euitetur, non solùm verba impropriantur, sed restringuntur & extenduntur, etiamsi verba essent geminata, & potiùs verba debent esse superflua, quam operentur absurdum, & etiamsi violentia fiat literæ, & etiamsi actus nullus reddatur; provt hæc & alias ampliationes scribit notanter Zanchus *in l. haredes mei, §. cum ita, part.4. num.496. cum sequentibus, ff. ad Trebellianum*, Neuiza *in Sylua nuptiali, versicul. Non est mouendum, numero 192.*

Item quoties expedit, quòd vna coniunctio † capia- 284
tur pro alia, & vt deseruiant menti, verba impropriantur, Gloss. *in l. eas, ff. de condition. & demonstrat.* & in *l. cum insulam, ff. de præscript. verb.* cum *concordantibus*, vt per Alexandrum *in consil.22. num.5. lib.4.* vbi Glos. Paris. Bursatum *in consil. 90. num. 40. lib. 1.* Franc. *in rubr. de pœn. libro 6. num.5. folio 199.* Et inquit Paulus de Castro *in l. eas*, quòd vna dictio potest poni pro alia, quando expedit ad sanum intellectum colligendum.

Hinc est, quòd dictio (si) non inducit conditionem, vbi ex hoc sequeretur absurdus intellectus, *l.2. Cod. de condition. insertis.* Notat Bart. *in l.1. num.4. ff. de conditionibus & demonstrationibus.* Episcop. Couarru. *resolution. lib.2. cap.4. num.3.* & vnum & idem verbum potest habere sensum proprium & improprium, secundùm Gloss. *in cap. ab excommunicato, & in cap. Capitulum sanctæ Crucis, de rescript.* & in *l.2. ff. de officio Proconsulis*, & alios, vt per Menochium *consilio 339. num.32. libro 4.* Et copula aliquando exponitur pro, *idest*, vt tradit Guid. Papæ *decisione 527.* per *§. penult. de tutelis*; & tradit eleganter Bursatus *consil.81. num.26. cum sequentibus, lib.1.* Rebuff. *in leg. vnic. Codice de sententiis, quæ pro eo quod interest, glos.2. numer.16. pagina 4011. numero 8.*

¶ Et hoc etiam coadiuuatur, quia dictiones non 285
semper sumuntur vniformiter, sed secundùm † subiectam materiam capiuntur, nunc vno modo, nunc alio: vnde copula non semper coniungit, *l. sæpè 53. ff. de verb. significat.* De quo per Alexandrum *consil.158. lib.5.* Boërium *in decis.202.* & quadrat *l.1.* vbi Bart. *ff. de pactis*, & quod notant idem Bart. *in l.1. ff. de iure codicill. & in l. si is, qui ducenta: §. verum, ff. de rebus dubiis:* Bald. *in cap.10. col. penultim. de rescript.* Alexand. *in consil.98. lib.5.* Iaso *in l. si mater, num.2. de instit. & substit.* Angelus Aretin. *in rubr. de exceptionib.* Nicolaus Boerius *decis.202.* Ioan. Guttierr. *libr.3. practicarum quæstionum, q.64. num.12. pag.561.* Dominic. *in cap. is qui, de electione, num.7. de electione*, per illum textum. Francus *in cap.1. num.5. de pœnis*, & in *cap. qui potest, num.1. de Regularibus.* Decian. *in cap. ex parte, num.7. de constit. & in cap. ex parte, num.10. de rescript.* latè in *consil.122.* & Ripa *in d. cap. ex parte, num.37.* qui hoc latissimè tradit; Christoph. Port. *in §. si quis ancillas, n.25. fol.74.*

Instit.

Instit. de legat. Greg. Lopez Madera *lib. animaduersionum, cap.21.* & prius *cap.20.* Rodericus Suarez *in allegat.27.fol.206.col.2* & facit *l.1.C. de condit. instit.* De qua per Alexandrum *in consil.22. num.5. lib.1. & in consil.129. num.8. lib.2.* & tradit Tiraquel. *in tract. de cessant. caus. limit 20.n.34.* Et in ista maioratuum materia hæc tradit Castillo *in controuersiis, cap.26.n.6.*

Ex quo venit, quòd si concedatur alicui feudum pro se & filiis masculis, & fœminis descendentibus, illa co-
286 pula copulat verba, † & non sensum, & censetur apposita ad designandum ordinem, vt si non extet masculus, fœmina succedat, *cap. vnico, Episcop. vel Abb. in usib. feud.* vbi Bald & Alvarot. Decius *consil.208 num.3.* Quintilian Mandos. *in regul. Cancell.32. de impetran. beneficia vacant, quæst.21 num.5. fol.139* vnde meritò Alexand. *in consil.130. in fine, lib.2.* dicit, quòd si testator disposuit partem hæreditatis erogari pauperibus puellis nuptui dandis, si contigerit hæredem sine liberis decedere, & ex eo superesse fœminas, & sic sub duabus conditionibus; nam si moriatur absque masculis esto quod non sint fœminæ, erit locus substitutioni propter intentionem verisimilis mentis disponentis; nempè si extantibus fœminis voluit pauperes puellas dimidium consequi; ergo & non extantibus: quem refert Rebuf. *in l. coniunctionem 29. ff. de verb. signific.*

¶ Et de dictione, *Vel*, quòd quandoque sit coniun-
287 ctiua, quandoque verò † sit disiunctiua, traditur per Angelum Aret. *in §.1. quibus ex causis manumit. non licet*, & de dictione, *Vel*, etiam tractat Iaso *in authent. qui rem, num.3. C. de sacrosanct. Eccles.* Episcop. Couar. *in initio secundæ relection. regulæ possessor. de regul. iur. in 6. & lib.1. resolut. cap.16. num.3.* Et de dictione, *Omnis*, per Rebuffum *tom.1. ad constit. glos.1. nu.1. pag.60. tit. de liter. obligat.* & copula non coniungit, si probetur manifestè contrarium sensisse testatorem, *l. Seia, § cui, ff. de fund. instruct.* tradunt Curt.Iun. *in consil 169. num.1.* Iulius Clarus *in §. testamentum, quæst.76.* Petra *in tractatu de fideicommissis, quæst.9. num.50.* ¶ Et ver-
288 bum præsens aliquando ponitur † pro præterito: text. & glos. *in verb. finiretur, in l. si cum dies, ff. de arbitr.* Notat Iaso *in l.1. in princ. num.25. ff. de verb. obligat.* & verba præsentis temporis ex coniectura capiuntur pro verbis futuri temporis; *l. verbum erit, ff. de verbor. significat.* Notat Iaso *in l. qui filiabus, §.1. num.2. ff. de legat.1.* Et faciunt quæ scribit Quintilianus Mandosius *in glos. in verb. facultatem, in versic. iustitiam, fol.8. col.1.* per Glossam *in Clement.1. de restitution.* Tiraquel. *in tract. de pœn. temperand. caus.35. n.12.*

¶ Et verba, quæ aliàs † significant necessitatem, pro- 289
pter subiectam materiam resoluuntur in liberam voluntatem, secundùm Glossam *in l.1. in glos. magna, ff. soluto matrim.* text. singular. vbi Abb. *in cap.1. de sponsal.* Notat Iaso *in l.1 num.3 & 9 ff. de iustit. & iure:* Rebuffus *in præmio Digestorum, de verborum significatione.* Hippolyt. *in l. vnica, num.233. C. de rapt. virgin.* Glos. *in l. vnica, ff. de officio præfect. prætor. glos.1.* Et è contrario, verba quæ significant liberam voluntatem, propter subiectam materiam resoluuntur in necessitatem & arbitrium boni viri. De quo latè per Decium *in cap. cum venerabilis, num.7. de exception.* Et vnum verbum intelligitur propriè & impropriè propter subie-
290 ctam † materiam: secundùm Glossam *in l.2. ff. de offic. Proconsul.* & alios, vt per Decium *in cap. quoniam Abbas, ante numer. primum, de officio delegati.* ¶ Et de di-
291 ctione, *Statim*, quod propter subiectam materiam † mutet nominis proprietatem, notat Glos. *in cap.1. de mut. per.* Iason *in l. Diuortio, in princip. num.13. ff. soluto matrim.* Decius *in cap. caterùm, n.4. de rescript.*

Item pro prædicta interpretatione. ad *dictam l.4.*
292 facit, quia verba etiam in sententiis iudicum † impropriantur, vt reducantur ad intellectum iuris, secundùm Baldum *in l.1. opposit.1. C. de negotiis gestis*, vbi Paulus & alij, vt per Glos. Paris. *in consuetud. Parisiens. §.1. glos.4. num.20.* facit lex, *Plautius, in fine, ff. de auro, & argento legat.* Doctrina Bart. *in l. fin. ff. ad Trebellianum.* Et de hac materia plura reperire licet apud Tiraquel. *in l. si vnquam, C. de reuocand. donat. in verb. reuertatur, num.37.* & sunt alia pleraque his synonyma, quæ consultò omitto. ¶ Et in testamentis scriptura suppletur
293 † vt actus valeat, *l. vnum ex familia, §. si omissa, l. cum Pater, §. cum imperfecta, ff. de legat.2. l.1. §. sin autem, ff. de hæred. instituend.* Notat & declarat Menoch. *in consil.337. num.38. & 47. lib.3.* eleganter Sforcia Odd. *in tract. compendiosa substitution. part.1. num.9.* tradit Menoch. *in consil.274. num.15 & 16 lib.3.* Et in priuilegiis, † instrumentis, dictis testium, & sententiis, dictiones
294 supplere licet, vt latè tradit Domin. Anton. de Padilla *in l verbum solo, n.1. cum aliis, C. de fideicom.* vbi *n.7.* ex his dicit, quòd si pater in testamento dicat, *filium meum Ioannem in tertia bonorum meorum parte*, supplendum est *meliore*, & filius videtur melioratus in Tertio bonorum.

Præterea verba illius *l.4.* ibi, *Desde el dia que fuere juzgado por herege*: intelligi debent, id est, per sententiam legis fuerit damnatus, non expectata hominis sententia. Canon enim latæ sententiæ † habet vim sen- 295
tentiæ hominis, Glos. *in l. amissione, §. qui deficiunt, ff. de capit. diminut.* vbi Baldus dicit, *nota eam, quia rarò inuenies*: Angelus *in consil.48. Commune Florentiæ.* Et quòd in legibus Partitæ hoc verb. *dañado por sentencia*, intelligatur, id est per sententiam legis, probat egregia *l.21. tit.13. part.6.* vt in ea latiùs videri poterit.

Nec est omittendum quòd verba, quæ non possunt intelligi propriè, † exponuntur impropriè, vt actus 296
sustineatur, *l. si pecuniam*, vbi latè Doctores, *ff. si cert. pet. l. si olei*, vbi Bart. & Communis, *Calecati: l. insulam*, vbi Bart. *ff de pr. script. verb.* Et verba quæ in proprio significatu operari non possunt, ad improprium trahuntur, *l. si cum te, C. de donat. ante nupt. l. si tam angusti*, per illum textum, *ff. de seruit. rustic. prad.* ¶ Et licèt verba legis repugnent, † ratio est spectanda, *d.l. scire, §. aliud*, 297
per quam legem Glos. Paris. *in consuet. Parisiens. part.1. §.22. num.116. fol.199.* arguit, & venit contra expressa verba *legis vltimæ, §. sin autem, C. commun. de leg.* & idem inquit eadem Glos. Paris. *in d. §. num.13.* quòd crassities illorum, qui inhærent litteræ, non habita ratione, nec æquitatis, & verisimilitudinis, tanquam superstitio Iudaïca improbatur, per Glos. *in l. damni infecti, §.1. & §. si is qui vicinas. in verb. aliquas, ff. de damno infecto:* alia, quæ refert. ¶ Prædictis omnibus patrocinatur text. *in l. certi conditio, ff. de ad men. legat.* ibi; *Melius est sensum magis quàm verba amplecti.* Singularis *l.3. C. de liber. præter. l. credendum. ff. qui pet. tutor.* ibi, *Incidit in constitutionis verba, sed ex sententia excusatur.* Præstat *l. si cui, ff. de seruit.* ibi; *Ciuili tamen modo; nam quædam in sermone excipiuntur.* & l. penult. ff. ad exhib. ibi, *Respondi non oportere ius ciuile calumniari, sed quæ mente id diceretur animaduertere.*

Taliter etiam debent leges, & dicta interpretari, vt
298 † non possint à Sapientibus reprehendi, *l. Iulianus, ff. de legat. præstand. l. ex facto, in princ. ff. de vulgar.* Notat Bald. *in consil.294. Ad euidentiam præmittendum est, quod maleficium, lib.1.* & inquit Alberic. post Oldrad. *in l. l. qui duos, §.1.* per illum textum, *ff. de manumiss. testament.* quod interdum vis est inferenda literæ, vt sanum & iuri consonum intellectum capiamus. Vnde etiam dicit Lancellotus Deci. *in l. caterùm, §. item hoc prohibetur, ff. de legat.1.* quòd quando contextus verborum legis, vel statuti, sonat in aliquam absurditatem, recedendum est à verbis, & mens amplectenda. Et aliqua ex his dictis, & alia similia congerit Gloss. Paris. *in consuet. Parisiens. part.1. §.8 glos.4. num.7. fol.117.* Quare Gregor. Lopez *in d.l.4. tit.25.* in verb. *Por herege*, vti maximus interpres *Partitarum*, sentiens illius legis difficultatem, intelligit eam procedere à die commissi criminis; Tandem cùm leges semper sint factæ de casibus

dubitabilibus, *l. quod Labeo, ff. de supellect. legat.* qui sanctè illam legem dubitabat, quòd secundùm canones & leges antiquas hæreticus erat intestabilis, nec donare poterat, & alias pœnis patiebatur, de quibus *in d.l.* fit mentio.

¶ Hinc est, quòd quando litera legis vel statuti dupliciter punctuari potest, & vno modo punctuata decidit casum dubium, de quo quæritur, alio modo non de-
299 cidit, semper debet punctuari † eo modo, secundùm quem, decisionem dubij induxit, etiamsi aliàs sit pœnalis, secundùm Glossam *in c. 1. in verb. clarum:* quia ibi sequuntur Geminian. & Franc. *de tempor. ordina. in 6.* & Roman. *in cons. 509. circa propositum, col. 8. & singul. 741. Dicit statutum*, & alios, vt per Glos. Parisien. *in consuet. Paris. §. 4. n. 15. fol. 287.* licet his omnibus ad-
300 uersari videatur, quod non est licitum addere † ad literam textualem, secundum Baldum *in l. 1. n fine, ff. de curator. furios.* & *in l. Gallus, §. penultimo, ff. de liber. & posthum.* Facit *l. 1. §. loquitur ff. de aqua quotid. & æstiua, l. si seruum, §. non dixit prætor, ff. de acquirend. hæredit.* De quo plura videre licet apud Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuocand. donat. in verbo, libertis, n. 2. cum seqq.* sed replicari potest, quòd ista non est additio, sed literam texterratam corrigere, secundùm ius, & rationem, & leges, & canones antiquos: ex quibus semper existimaui istam legem non facere pro ista opinione, imò potius pro contraria.

Ex dicta autem *l. 4. tit. 26. part. 7.* infertur singularis conclusio, quam vidi in practica, quòd si maritus promisit mulieri hæreticæ, cum qua matrimonium contrahit, aliquas arrhas, non est capax mulier acquirendi tales arrhas: & hoc ex omnibus superioribus & infrà dicendis latius constabit.

301 Tertiò principaliter pro ista secunda parte † adduco *l. 4. tit. 13. part. 6.* ibi: *Otrosi dezimos, que el que es juzgado por herege, no puede ser establecido por heredero de otro.* Quæ lex valdè vrget pro ista sententia, nisi ad illam legem respondeamus, aliquibus rationibus, de his quæ supra scripta sunt; & intelligamus illa verba, referendo ea ad tempus delicti, quasi quòd lex in illis verbis non diffiniat, nec sentiat de sententia aut condemnatione ipsa, sed dicat quòd ille, qui fuerit hæreticus iudicatus, non possit hæres institui, vt cum dicimus secundùm communem vsum loquendi, talis est iudicatus, vel habitus pro prodigo, furioso, aut luxurioso, vel aliud simile: non enim hoc sentiunt homines de actu iudiciali, aut sententia, sed hominis qualitatem, de quo tractatur diffinitur: licet contra istam interpretationem facere videatur *l. 12. tit. 21. part. 2.* ibi: *Ni ome que fuesse juzgado por muerte.* Ex quibus verbis lex manifestè sentire videtur, quòd prædicta verba denotant condemnationem; & iudicium iam fuisse latum. Et idem probat *l. 14. tit. 12. part. 5.* ibi: *Fuesse juzgado a pagar.* Et *l. 15. tit. 1. part 6. in princ.* quæ clariùs videtur cæteris; *l. 10.* ibi: *Juzgado el Rey*, tit. 3. part. 6. & l. 5. tit. 31. par. 7. ibi: *Al que fuesse juzgado por traidor.* Facit l. 13. in verb. *luizio de sentencia*, tit. 7. part. 6. & l. 4. tit. 24. par. 3. ibi: *que fuesse juzgado por traidor.* & l. 3. tit. 8. lib. 4. Recopil. ibi: *Ni aquel que es juzgado, que hizo cosa porque valga menos:*

Ex istis autem legibus, vt obiter hoc dicamus, confir-
302 matur communis distinctio quæ habet, quòd † personæ quæ sunt intestabiles actiuè, sunt intestabiles passiuè, quando quis est prohibitus testari propter crimen, vt in hæretico, secundùm Glossam *in l. is cui, in fine, §. 1. in glos. fin. in fine ff. de testam.* quem sequuntur communiter Doctores, vt scribit *ibi* Aretin. Notat Iulius Clar. *lib. 3. recept. sentent. q. 34. n. 2.* ¶ Et prædicta coadiuuan-
303 tur, quia pœna † siue ab homine, siue à iure fuerit imposita, nunquam intelligitur ipso iure, sed per sententiam: *cap. vnico de sagittariis*, vbi Glos. Hostiens. Ioan. Andr. Abb. Butrigar. Cardinal. Ioan. de Anania: & est communis opinio secundùm Quintilian. Mandos. *in tractatu de signatura gratiæ, in verf. prinationes, fol. 76. col. 1. in verf. sciendum est*, Carol. Ruinus *in cons. 153. num. 17. lib. 1.*

Ex qua resolutione infertur in nostra maioratuum materia, quòd si testator & fundator maioratus grauet successores, vt certas conditiones & grauamina adim-
304 pleant sub pœna amissionis maioratus, si non adiiciat † verba, *ipso iure* vel *ipso facto*, aut alia similia, non intelligitur facta priuatio ipso iure, sed est necessaria sententia. Quod est notandum, & faciunt scripta per Petr. Surd. *in tract. de alim. tit. 8. priuil. 35. n. 3.* vbi generaliter scribit, quòd publicatis bonis non transfertur dominium ipso iure in fiscum, nisi declaratione sequuta. Et pro decisione nostræ illationis, de qua vidi in facto dubitari: legendus est textus *in auth. hoc amplius, C. de fideicom.* vbi Barba. Corn. Paulus, & Anton. de Padilla *n. 22. l. 8. tit. 10. p. 6.* vbi latè Greg. Lop. in qua sunt illa verba, *Deste officio perjuizio*, & Episc. Couar. *in c. si hæredes, n. 8. de testam.* & doctrina singularis Bart. post Iacob. de Bellouis. *in auth. de iureiurando, à morient. præstito. §. vnico, n. 6. colla. 5.* vbi dicit, quòd si hæres est inobediens in agendo, vel aliquid faciendo contra voluntatem defuncti, † tunc priuatur ipso iure; si verò est ino-
305 bediens omittendo, & negligendo voluntatem defuncti implere, non priuatur ipso iure. De quo etiam agunt Paul. de Castro *in cons. 259. n. 1. lib. 1.* Tiber. Decian. *in cons. 1. n. 5. lib. 3.* Francis. Sarr. *in allegat. pro Vicecomitatu de Roda n. 166.* Molin. *lib. 2. c. 12. n. 26.* Gama *decis. 352. n. 4.* & faciunt scripta per Tiraquel. *in tract. de pœnis temp. q. 44. per totam*, præcipuè *n. 47. & 50.*

Quartò, licet hæreticus nihil alienare, aut donare possit à die ipso criminis commissi, acquirere tamen fisco ei † liceat vsque ad sententiam; ita quòd hæreti-
306 cus, in damnosis fisco, sit incapax, non in vtilibus, & in acquisitione; *l. is cui bonis, ff. de verb. obligat. l. si seruus, C. de pact. l. non eo minus, C. de procurat. l. neque, C. de contraher. & committen. stipul. l. 5. tit. 11. p. 4.* & est bonus text. *in l. 1. ff. de offic. procur. Cæsar.* vbi gesta à procuratore Cæsaris, quæ sunt Cæsari vtilia, valent: non autem valent inutilia, & Cæsari præiudicantia: Facit *l. 54. Taur.* hodie *l. 1. tit. 3. lib. 4. Recopil.* & conducunt alia plura, quæ scribo *in 4. p. huius operis, limit. 2. n. 1.* cum aliis. Sed hæc iura procedere non videntur, data incapacitate illius, qui acquirere non potest, nec debet esse quoad quædam capax, & quoad alia incapax, nec vna & eadem res non debet diuerso iure censeri: *d. l. eum qui ædes ff. de vsucap. cap. cum in tua, de Decim.* & vbique Doctores Iaf. *in l. Centurio, in prin. ff. de vulg.* facit tex. *in l. indicata, in princ. in glo. in ver. pro liber. ff. de except. l. duobus ff. de liber. caus. l. si pariter, in princ. eodem tit. l. vltima, C. de commu. seruo manu. in l. ius nostrum non patitur*, in finalibus verbis, *ff. ac regul. iur.*

Quintò, leges ea ratione pœnas pecuniarias contra † 307
delinquentes statuerunt, vt earum metu perterriti, sicut pro pœnis corporalibus à delictis arceantur, *l. quisquis, §. filij. C. ad Iuliam maiestat.* cum *concord.* Sed certum est, quòd quo plura bona delinquentibus auferuntur in condemnationibus & confiscationibus, tanto magis ipsi castigantur, & in republica ædificatur cum exemplo quod aliis datur. Quod ratio ipsa, & experientia rerum omnium sustentaculum demonstrant, à qua licet arguere *c. multis, 47. dist. c. quam sit de elect.* & ab experientia in casu singulari circa nostram materiam, & quandam vocationem secundogenitis exclusò primogenito, arguit Ripa *in resp. 132. n. 18.* Expedire igitur videtur ad ædificationem & exemplum reipublicæ, & maiorem punitionem delinquentium, quòd hæreticus sit capax ad acquirendum plura bona, quia sic magis punitur. Et ita videmus quòd leges & canones pro delictis grauioribus & atrocioribus maiores pœnas imponunt corporales & pecuniarias, non alia ratione, quàm quia exoptant, ne atrocia delicta committantur, ex quibus Deus & respublica offendatur. Et istud fundamentum confirmatur ex alia doctrina Burfati *in cons. 14. supra allegat. n. 22.* vbi tradit,

tradit, quòd si hæreticus occultus sua bona non possit vendicare, fiscus defraudaretur, cum bona deuenire debeant ad fisci vtilitatem. Sed ista ratio licèt sit naturalis, & æqua, cùm contrarium iura, quæ pro prima parte adduximus, velint, cessant coniecturæ, & æquitas.

Sextò, si vera sunt, quæ *in principio proximi fundamenti* scripta sunt (provt negari non possunt) expedit
308 ad fidei † fauorem & bonum commune reipublicæ Christianæ, vt crimen hæresis grauissimè puniatur, maximè hodiernis temporibus, in quibus propter peccata nostra ita hæreses pullulant, ideò æqua, & catholica & religiosa opinio videtur, quòd hæretici bona confiscentur omnia, & sit capax ea acquirendi vsque ad condemnationem, quia hoc modo homines magis timebunt delicta committere & aures arrigent, quasi maius periculum impendat. Ad quod facit *l. respiciendum, §. nonnunquam, ff. de pœnis*: & cum in hoc casu agatur de Fidei fauore, in dubio istam opinionem amplecti debemus: *d. cap. in fidei fauorem.* Notat Abbas *in d. c. 2. de diuort.* Decius *in l. factum, in pœnalibus, ff. de regul. iur.* ¶ Sed ista etiam ratio magis æqua, quàm iuridica videtur, obstantibus legibus & rationibus pro priori
309 parte traditis, & est æquitas non † scripta, quæ præferri non debet iuri scripto: *l. 1.* vbi Glos. Bart. & Salicet. *ff. de legibus, l. prospexit, ff. qui, & à quibus:* cum *concordantibus*, vt per Decium *in l. in omnibus quidem*, maximè tamen, *num. 9. ff. de regul. iur.* Explicant eleganter Episcop. Couarru. *in regul. possessor, de regul. iuris, in 6. in 2. p. relection. §. 6. num. 2. & 3.* Glos. Parisiens. *in 1. consuetud. Paris. §. 41. num. 86. fol. 295.* Nec pœna est addenda, nisi lege caueatur, *authent. de trient. & semisse, §. consideremus, collat. 3.* cum *concordantibus*, quæ scribo *infrà num. 334.*

Septimò, istam sententiam velut obiter, quasi non tam ingentes difficultates quæstionis istius definitio haberet, tam ex legibus iuris communis, quàm Regij, quas non retulit, tenuit *Tellius* † cuius lectura plena est substantia. Is inquam *in d. l. 4.* in duobus locis, primò *num. 34.* tradit, hæreticum esse intestabilem, nec posse facere testamentum, nec capere ex eo, à die declarationis. Qui ad hoc refert Castrum *lib. 2. de iusta hæreticorum punitione, cap. 2. col. 11.* in quo hoc sæpissimè perquisiui, & nunquam inueni Castrum esse authorem huius opinionis. Et mortuo dicto Authore, data opera legi librum *Castri*, quem ipse habebat de *iusta hæreticorum punitione*: & hoc nunquam inueni. Potest esse quòd ego deceptus sum in interpretatione dictæ allegationis, & eam non rectè percipio. Vtcumque sit, hoc
310 dictum minimè verum † puto, tam in primo membro, quàm in secundo. Nam dicit dictus Aduocatus, hæreticum non esse intestabilem vsque ad diem declarationis: falsissimum est; & contra omnia iura Canonica. & Ciuilia *suprà* relata, quæ ad hoc nulla egent ponderatione, quia sunt clarissima. In secundo etiam falsus fuit, vt constat ex iam dictis. *Secundò*, istam opinionem tenuit *in d. l. 4. nu. 48.* vbi dicit, quòd in crimine hæresis, licèt bona confiscentur ipso iure ex die criminis commissi; durat tamen vsque ad sententiam, quia remanet in hæresi, & quotidie dicitur delinquere, & posteà quæsita veniunt in confiscationem, & reseruat dicere alibi latius. Quod dictum iuridicum non est, vt patet ex superioribus: nec ratio per eum tradita quicquam vrget, nec est vniuersalis, quia sæpè contingit, quòd quis vnam tantum, vel duas hæreses committit, quarum posteà ipsum pœnitet, & easdem in confessione sacramentali fatetur, & in isto casu delictum non habet tractum successiuum nec delinquens quotidie delinquit, & eiusdem opinio procedit in casu, in quo hæreticus hæresim in animo semper habet, & eam quandoque in aliquibus exercet. Et istam sententiam, quòd hæretici sint incapaces ad succedendum in bonis illis relictis, instituendo illos hæredes, vel legando illis aliquid, tenet per vndecim fundamenta Menoch. *in cons. 185. n. 9. cum seqq. lib. 2.* & idem Menoch. *d. consil. 185. n. 14. lib. 2.* Auendañ. *in l. 4. Tauri, glos. 7. n. 11.*

Ex quibus tandem constat, veriorem esse opinionem, hæreticum esse incapacem ad acquirendum † à die ipso 311
criminis commissi, nulla expectata declaratione. Et nemo est Sapientum, qui interpretationi huic tam æquæ, tamque rationabili consentire non possit. Et isti opinioni patrocinatur Simancas *in libro de institutione Catholica, cap. 9. n. 125. fol. 28.* vbi resolvit, quòd licèt hæreticus falsus sit delictum, si tempore, quo hæreditas fuit delata, non erat admissus ad sinum Ecclesiæ, non potest capere hæreditatem. Et idem Simancas *tit. 46. n. 55. fol. 222. & n. 56.* vbi breuiter se expedit, ponit regulam, quòd omnia commercia sunt hæretico interdicta, nec eorum contractus, nec voluntates vltimæ, nec alia eorum acta rata sunt, nec ex testamento alterius quippiam accipere possunt, præsertim cùm manifesti, aut conuicti fuerint, per *l. 2. tit. 2. lib. 12. legum Gothor. l. Manichæos, l. Arriani, C. de hæret. & l. 4. tit. 3. p. 6. & l. 4. tit. 26. part. 7.* & Brunum *lib. 5. de hæret. cap. 14. & lib. 6. cap. 5.* & faciunt scripta per Quemadam *quæst. 10.* & Simancam refert Ioan. Azor. *in lib. de institutionibus Cathol. lib. 8. cap. 12. pag. 963.* ¶ Pro quibus etiam facit, quòd hæretici non habent dominium, neque † possessionem rerum, *cap. quo iure: 8. distinctione*, cum *concordantibus*, vt per Glos. *ibi*, & Gomez. *in regula de triennali possessione, q. 52. pag. 878.* 312

Nec his omnibus etiam obstat † *d. l. 77. Taurina*, 313
quam in primo fundamento huius secundæ partis ponderaui; quia cum illa lex sit exorbitans, & loquatur in illo casu speciali, cum in contrarium in aliis casibus sint plura iura, ad alios casus, & res, trahenda non est; *l. ius singulare, l. quod verò contra, ff. de legibus, l. si verò, §. de viro, ff. soluto matrim.* cum *concordantibus*, quæ scribo, *in principio huius operis, illatione 7.* Imò potius ex illa lege nostram opinionem probare possumus: nam cum lex illa statuerit illud specialiter, & in illo casu, eius rationem non est cur quæramus, *l. non omnium ff. de legibus*; clarè sentit, quòd in aliis diuersis casibus contrarium est iudicandum: quia inclusio certi † casus, est 314
exclusio aliorum, *l. quod in rerum, §. si quid post, ff. de legat. 1. l. cum prætor, ff. de iudi. c. nonne, de præsumpt.* cum *concordantibus.* Et hanc opinionem tenere videtur, licèt non tam exactè disputauerit, Quemada *in quæst. suis, q. 18. fol 58. cum seqq.* licèt Tellium referat, & sequatur Matienç. *in l. 3. tit. 4. lib. 5. Recopil. glos. 7. nu. 3. fol. 113.* Et ad ista faciunt quæ scribunt Peregrinus *de iure fisci libro 5. num. 170.* Simancas *de iusta hæreticorum punitione, tit. 9. num. 21. fol. 20.* resoluentes cum communi opinione; quod hæretici ipso iure à die criminis commissi bona amittunt, & non possunt illa obligare, nec alienare. Et ex hac resolutione plura in practica inferuntur notabilia.

Primò infertur, quòd si hæreticus post commissum delictum hæres institutus sit, vel legatum ei aliquod relinquatur, non est capax succedendi in tali legato, vel hæreditate; nec ab intestato succedere potest; nec fis-
cus talem hæreditatem, † vel legatum capere potest; 315
sed succedunt consanguinei in hæreditate. Ad quod est expressa & singularis *lex 17. & vltima; tit 7. part. 6.* quæ specialiter de hæretico loquitur. ¶ Quod confir-
matur, quia † qui non potest facere testamentum dici- 316
tur intestatus decedere, secundùm Bart. *cons. 138. & cons. 151.* Bald. *cons. 108. lib. 2.* Alberic. *in 1. p. statutorum, q. 44.* Alexand. *in l. generaliter, in principio, C. de institu. & substitut. sub cond. fact.* & alios plures, quos citat Rebuf *in l. intestatus 64. pag. 446. ff. de verborum significatione*, licèt ipse contrarium teneat. Quam quæstionem latissimè tractat, & infinita refert Anton. Gabriel. *libro 6. communium opinionum, titul. de statutis, conclus. 41. pagina 343.* ¶ Et est regula generalis, quòd
vbi quis est ipso iure incapax † acquirendi, quod ei- 317
dem relictum est, non succedit fiscus, sed consanguinei; quæ probatur *in l. 1. C. de hæred. instituen.* ibi: *Sed hæreditas in ea causa est, ac si scripti hæredes non fuissent*, vbi hoc tenent Doctores, præcipuè

Bart.Bald.Alexand.Orneus,& Iaſ. Et ad hoc eſt expreſſa *l.vltima.tit.part.6.* in verſ. *Eſſo miſmo ſeria ſi algun Chriſtiano eſtableciesſe por heredero a vn herege, o Moro, o Ludio, é la heredad en que fueſsè eſtablecido por heredero alguo deſtos ſobredichos, auerlaian los mas propinquos parientes del teſtador,e no el Rey.* De qua lege meminit Quenada *in quæſtionibus fiſcalibus, quæſt.* 18. & probatur *in l.non intelligitur § ſi quis palam*, & in *l.in metallum*,& in *l auferetur,ff.de iure fiſci*, vbi Bart. & alij,idem Bart. *in l.vltima,num.*8. *ff. de his quibus vt indignis*, quem citat Gregorius Lopez *in l.*13. *tit.*7. *part.*6 *in gloſſa*, in verbo, *Suſtijo*. Et facit quod idem ſcribit *in l.*10.*titulo* 13.*part.*6. *in gloſ.* in verbo, *Los hermanos*. Quam ſententiam ſequitur poſt alios Alexander *in conſil.*202.*perſpectis verbis*, *n.*3.*lib.*6. Corneus *in conſilio* 222. *Videtur in hâc conſultatione*, *n.*4. *libro* 4.Decius *in l.*1.*num.*10.*C.de ſecund.nupt.* Rodericus Suarez *in l.*1. *fori*, tit. *de las ganancias*, folio 11. Ægidius Boſſius *in practic criminali,tit.de his quibus, vt indigni,bona auferentur.num.*3.*pag.*703. idem Decius *in conſil.*419.*num.*7. Abbas *in conſilio* 63. *num.*1.*lib.*3. Ioan.Gratian.Falcon. *regula* 217.*num.*1.Antonius Gomez *de delictis,cap.*2.*num.*14.*fol.*321. Et eſt communis opinio ſecundùm Alexandrum, & Corneum *in d.l.*11. poſt Alexandrum Marian.Socin.*in conſilio* 22.*Sequendo ordinem*, Villalobos *in lib.*9. *communium opinionum, litera I.pag.*100. Angel. *in §.vltimo, Inſtitut. de hæred. inſtitu.* De quo etiam per Molinam *lib.*1.*de primogen. cap.*9.*num.*27.*folio* 67. Simon de Prætis *lib.*3.*de interpretand.defunct.voluntate, ſolutione* 2. *quæſt.*6. *fol.*188. Iulius Clarus *libro* 3.*receptarum ſententiarum*, *§.teſtamentum*, *quæſt.*31. *num.*3. & eſt communis opinio ſecundùm Burſatum *in conſil.*48.*num.*27.*ſuprà relato*, & faciunt, quæ latè ſcribit Curt.Seniot *conſ.*59.*n.*14. & tradit eleganter in iſta materia Rodericus Suarez *allegatione* 27.*verſicul.Tertio,quia tempore*, Guillelm.Benedictus *in cap.Raynutius, de teſtament. in verbo, condidit* 2.*num.*16.*fol.*160. & alios citat Tiberius Decianus *in practica tomo* 2.*lib.*7.*cap.*40.*num.*26.*fol.*173. Mantiengo *in l.*6. *titul.*8. *lib.*5.*Recopilationis, gloſ.*3.*n.*8.
318 *fol.*219. qui hoc exemplificat in † Clerico, qui filium ſpurium inſtituit hæredem, & ei vulgariter; vel per fideicommiſſum ſubſtituit alium : & lege eundem *in eadem gloſſa* 5.*num.*1.*cum ſequentibus* : & Manticam *lib.*5. *de coniecturata mente defuncti,titul.*15.*num.*24. Nouiſſimè Tiber. Decian. *in practica criminal.lib.*7. *cap.*40. *n.*26. *fol.*173.*tom.*2. Noranter Bartholomæus Socinus *in conſ.*275 *num.*12.*cum ſequentibus,lib.*2. Aluarus Valaſco *conſultat.*15. Et probatur iſta concluſio *in l.*4. *tit.*3.*part.*6.vbi hoc tenet Gregorius Lopez; & in *l.*50. *tit.*14.*de las pagas*, *part.*5. & in crimine læſæ maieſtatis, hoc tenent Iacob. Buttrius, Faber, Bald.& Angel. *in d.l.quiſquis* : Pro quorum opinione eſt *d. l.* 2. *titul.* 2. *part.*7. in verbo, *no puedan auer*, vbi hoc amplectitur Gregorius Lopez notat Coſta *in cap.ſi pater, de teſtament in* 6.*part.*1.*in verb.vxorem,num.*17.*pag.*37.Et hoc eſt tenendum quicquid tenere videatur Tiberius Decianus *in d.cap.*44.*num.*17.*fol.*290.ex *l.*2.*&* 3.*C.de hæret.* & Bart.*in l.*1. *ff.de iure fiſci*, Aretin.*in l.*1. *ff.de teſtam.* Per quæ probare vult, quòd ſi aliquid relinquitur hæretico,fiſcus capit; quod eſt contra prædicta : & quicquid contingat inter ſucceſſionem matris, & conſanguineorum; idem Tiberius Decianus *cap.*45. *num.*12. *folio* 293.

Et noſtra opinio etiam confirmatur,quia vbicunque aliqui ſunt incapaces ſucceſſionis, aut fideicommiſſi,
319 † inſtitutio habetur pro non ſcripta, & hæreditas non pertinet ad fiſcum,ſed ad hæredem grauatum,ſecundùm Bart. *in d.l.metallum*, & alios, vt per Pariſium *in conſil.*65.*num.*17.*lib.*2. Et inſtitutio facta de incapaci non valet, & annullata inſtitutione, ſuccedunt proximiores,vt tradit Pariſius *conſ.*3.*num.*20.*&* 21.*lib.*2. *¶* Et
320 filij ſpurij inſtitutio † pro non ſcripta habetur, ſecundùm Bart.*in d.l.fin. num.*8.*ff. de his quibus vt indign.* Alexand. *in l.*2.*num.*2.*C.de hæred.inſtitut.* & id eſt receptiſſimum ſecundùm Coſtam *in §.poſtremus, Inſtit. de legat.num.*25.*pag.*551. *¶* Et admittitur ſubſtitutus † quando inſtitutus eſt indignus & incapax, vt docent 321
Iaſo.*in l.cum proponas.C.de hæred.inſti.uen.* Ripa *in l.*1. *ff.de vulgar.num.*155. latè Hieronymus Gabriel *in conſil.*104 *num.*5. Et legenda ſunt quæ ad propoſitum ſcribit Antonius Peregrinus *in tractatu de iure fiſci, lib.*2. *tit.*10. *num.*18. *cum ſequentibus*, *pag.*102. & quæ de Mantica ſcribit idem *lib.*3.*tit.*1. *num.*1. *cum ſequentibus, pag.*105. *¶* Et quod relictum ſpurio palam, non applicetur † fiſco; ſecus ſi clam cum tacito fideicom- 322
miſſo,voluerunt Bart.*in l.final. ff de his quibus vt indignis.* Ludouicus de Sardis *in tract.de legitimat. in cautel.circa legitimationem*, *verſic. Sexto ſi inſtituat aliquem,num.*6.*fol.*45.8.*volum.tract. & verſ vltimo, col.*2. & traditur etiam per Cardinalem Paleotum *in tract. de nothis & ſpuriis,cap.*43. *num.*5. *fol.*64. *in eodem volumine tractatuum.*

Et quòd adita hæreditate † per indignum; ſi fiſcus 323
illam auferat,non ſit locus ſubſtituto, licèt digno, probatur *in l.ſequens*, *ff. ad Silanianum*, per quam legem hoc tenet *ibi* Bart. & in *l.*1. *ff. de vulgar.* & ſequuntur *ibi* communiter Doctores,vt dicit Ripa *num.*155.Coraſius *in l.poſt aditam,num.*50.*C de impuber.* Antonius Theſaurus *deciſ.*127. *num.*7. De quo legenda ſunt quæ ſcribunt Menchaca *de ſucceſſion.progreſſu, in prafatione, lib.*2.*num.*12.eleganter & latiſſimè Alexan.Trentacinq. *in tractatu de ſubſtitution. part.*1.*cap.*8.*num.*1. *cum ſequentibus, fol.*34. Et quando relictum habetur pro non
324 ſcripto, impediatur † præſcriptio, tradit Surdus *de vſ.*171. *num.*11.

Et iſta maximè conferunt pro intellectu duarum quæſtionum,quas tradit Tellius *in d.l.*4.*num.*19.*&* 49. Nam ex hac reſolutione, melius & decidi, & reſolui poſſunt,quàm ex his quæ ipſe ſcribit.

Et pro hac ſententia facit quod ſcribit Petrus Iacob. *tit. de cond. ex leg. omnimodo*, dicens, quia legitima filiorum † qui poſſunt ſuccedere, non minuitur per filios 325
hæreticos & inſucceſſibiles, imò habentur perindè ac ſi mortui omnes fuiſſent,nec faciunt partem, nec admittuntur ad partem : Et idem Guillelm.de Cuneo, Bald. & Salicet. *in authent. nouiſſima*, *C de inoffic. teſtam.* & alij,quos refert Nicol.Boër.*deciſ.*104.*num.*7. & quando & in quibus caſibus deportati poſſint hæredes inſtitui, tradit Ioan.Gracian. *regul.*220. Et quòd vbicunque legatum fuit factum incapaci ſubſtituto capaci, admittatur capax excluſo fiſco, tradit eleganter Oldrad. *in conſ.*39.

Secundò,infertur in propoſito noſtræ materiæ,quòd ſi quis faciat maioratum,vel meliorationem in eum,qui iam commiſerat hæreſis delictum, quamvis nondum fuerit declaratus pro hæretico, talis conſtitutio † ma- 326
ioratus, vel meliorationis eſt inefficax, tanquam facta non capaci, & ei cui nihil acquirere poterat à die criminis commiſſi. Et an pater virtute licentiæ poſſit maioratum facere in hæreticum, vel proditorem, tradit Molina *lib.*2. *cap.*11.*num.*50. *fol.*324.

Tertiò infertur, quòd ſi detur caſus, in quo, vel ex iure, aut tenore maioratus, vel meliorationis, bona amitti poſſint propter delictum hæreſis,vel aliud ſimile, ſi hæretico deferatur maioratus vel melioratio, tempore in quo iam delictum commiſerat,talia bona † non 327
amittuntur; ſed ad alios vocatos ſtatim transferuntur; quia cum capax non fuerit acquirendi talia bona, & lex acquiſitioni à principio reſtiterit, amitti non poſſunt. Non enim † quis poteſt amittere, quod non ha- 328
bet, aut plus iuris transferre, quàm ipſe poſſidet, *l.nemo plus, ff.de regul.iur. l.nemo*, *ff. de acquirend. poſſeſſ.* *¶* Et primatio præſupponit † habitum, *l. decem*, *ff. de* 329
verborum obligation. cum *concordan.* Et hoc in hæreditate, vel legato hæretico relicto ante ſententiam, tenet Tellius *in dicto loco*, & facit notabilis ſententia Matth. de Afflictis *in cap.*1.*§.preterea,in gloſ.*3.*num.*20. *quæ ſit prima*

prima cauſa beneſ. amitten. vbi tradit, quod primoge-
330 nito † delinquente, patre viuo, fiſcus excluditur à ſecundo genito; quia ſublato primogenito ipſe ſecundus efficitur primus, quod refert & confirmat Menoch. *conſ.*101.*n.*35.*lib.*1.

Quartò infertur, quòd ſi quis hodie committat crimen hæreſis, & poſtèa antequam pro delicto capiatur,
331 & † ante declarationem pater, vel alius, cui ipſe poterat ſuccedere in maioratu, ſi hæreticus non foret, deceſſerit, talis maioratus eidem nequaquam defertur, ſed proximiori vocato competit.

Quintò infertur, quòd proximitas ad ſuccedendum in tali maioratu, non eſt conſideranda reſpectu illius,
332 qui aliàs ſuccedere † debebat, ſi non foret inhabilis & incapax in maioratu, ſed reſpectu illius,qui vltimo loco maioratum obtinuit, cui ſuccedere debebat delinquens, ſi capax fuiſſet, quia iſte fecit nullum gradum; vtpote,qui inhabilis & incapax ſit. Ad quod facit *l.*1. *§.ſed hoc ita, ff.vnde vagnati*, & doctrina Raphaël.Cuman. *in conſil.*45. *Quidam Franciſcus*, & quod ſcribunt Bart. *in l.filiusfamilias*, *§.cum quis*, *ff.de legat.*1. Bald. *in l.cum acutiſſimi,col.vltim. verſic. ſed nunquid frater, C.de fideicom.* dicentes,quòd deportati,fratres minores; & ſimiles, non faciunt deficere conditionem, *ſi ſine liberis deceſſerint.* Notat Tiraquel. *in l.ſi vnquam,in verb. ſuſceperit liberos,num.*122. *pag.*363. *C.de reuocand.donation.* & facit text.ſingularis *in l.ſi infanti*, *C.de iure deliberand.* ibi : *Quaſi ab initio non eſſent ad eum delata, & eo modo ad illos perſonas peruenianr, qua vocabantur, ſi minimè hæreditas infanti delata fuiſſet.* Et inca-
333 pax † habetur pro mortuo,*l.pater filium.*vbi Gloſ. *ff.de inofficioſ.teſtament.l.*1.*§ ſciendum*, vbi Bart. *ff.de ſuis & legit.hæred* cum *concordantib.* vt per Molinam *lib.*1.*de primogen.cap.*9.*num.*28.*cum ſeqq.fol.*67.& quæ ego infrà latè ſcribo *q.*2.*n.*94.

Et legenda ſunt in propoſito quæ ſcribit idem Molina *lib.*3.*cap.*2.*num.*14.*fol.*9. vbi generaliter tradit, quòd hæreticus, proditor, Monachus monaſterij incapacis, Clericus, & alij, qui à maioratu excluduntur propter incapacitatem, iudicantur pro mortuis, & ſucceſſiones ſequentibus in gradu deferuntur. *¶* Et con-
334 firmo,quia hæreticus propter † incapacitatem non poteſt recuperare locum, quem nunquam habuit, *cap. ſi quis Epiſcopus*, vbi Felin.*de hæretic.* latè Menochius *in conſ.*218. *num.*20.*lib.*3. & conducunt alia quæ ſcribo *in* 2.*part.huius operis, q.*7. *num.*26. *&* 9.*num.*3. cum aliis; & in *quæſtione ſequenti.*

Et eſt notandum circa iſta,quod quotieſcunque ille, qui fecit maioratum, ordinauit, quòd ipſo iure; ſtatim atque aliquis ſucceſſor in maioratum, cogitaret de delicto, per quod bona confiſcari poſſint, tranſeat in ſequentem in gradu maioratus; tunc concurrunt duæ incapacitates; vinculi,& prohibitionis. Et quæ dicta ſunt, magis locum ſibi vendicant, *ex authent. itaque, C.commun.de ſucceſſion.* Ad quod faciunt ſcripta per Alexand.*in conſil.*23.*lib.*1. Antonium Gomez *in l.*40. *Taur.num.*91.*in verſicul.confirmatur*,& quæ ego ſcribo, *in* 4.*part. huius operis,q.*23.

335 Sextò infertur, quòd cõfiſcatis † bonis hæretici, non confiſcatur hæreditas, vel legatum,quod in eiſdem bonis reperitur, quod hæretico poſt factum delictum relictum fuit. Ad quod vltra prædicta, facit *l.*2. *C.dẽ bon.damnator.* & quod ſcribunt Aretinus *in l. iis cui*; *ff. de teſtament.* & alij, quos citat Ægidius Boſſius *in practica criminali, titul.de bonorum publicatione*, *n.*67. *pagina* 525.

¶ Eſt tamen animaduertendum, quòd ſi in bonis
336 hæretici reperiantur † aliqua bona quæſita ex lucro, vel negotiatione,licèt ea quæſierit poſt factum delictum ante declarationem, fiſcus omnia capiet & confiſcabit. Quod probatur ex diſpoſitione & ratione textus *in dicta l.* 77. quæ ad hunc caſum eſt extendenda. Et ita communiter videmus, quòd hæc bona ſemper confiſcantur abſque conſideratione ſint ne lucrata medio tempore poſt delictum ante declarationem, quæ praxis & interpretatio minimè eſt mutanda, *l. minimè. ff. de legibus, l. ſi non ſpeciali, C. de teſtament.* cum *concordant.*

Qualiter autem hæretici teſtari non poſſint, tradunt Menchaca *libr. controuerſiar. illuſtr. cap.*102. *num.*5. Cifuent. *in l.*4.*Taur.* Michael Graſſus *lib. de ſucceſſion. ab inteſtato*, *§. teſtamentum*, *q.*29.*pag.*316.*num.*1.*&* 2. vbi concludit id procedere etiam reſpectu filiorum, quos quis habebat tempore commiſſi criminis,ex Imol. *in l. ex facto*, *§. ex facto, ff. ad Trebellianum*; & eſt communis ſecundùm Mencha. *de ſucceſſion. §.*1. *num.*160. contra Gloſſam *in l. quiſquis*, *C. ad legem Iuli. maieſt. verbo*, *exheredato.* *¶* Qualiter autem in iſta materia credendum ſit confeſſioni † hæretici confitentis diem 337
criminis commiſſi, & fiſco præiudicet,determinati poteſt per doctrinam Bald. *in l. ſi quis non dicam rapere, num.*2.*Cod de Epiſcop.& Cleric.* Felini *in cap. audiuiſſ. num.*47. *de præſcription.* Arectan. *de hæretic. notab.*2. Simanc. *de hæret. titulo* 13.*num.*2.*fol.*57. Tiber. Decian. *in practica criminali, tom.*1.*lib* 5. *cap.*35.*num.*19. *fol.* 268.

Acto de incapacitate hæretici,expedit, vt tranſeamus ad eum, qui committit crimen læſæ maieſtatis; in quo ex ſequentibus videtur, quòd idem dicendum eſt,quod dictum fuit in crimine hæreſis; & eum qui tale crimen committit,eſſe incapacem à die criminis commiſſi, non expectata declaratione : quod probatur ſequentibus rationibus.

Primò,ad hoc † eſt *l.vltima*, *C. ad legem Iuliam ma-* 338
ieſtat. ibi : *Nam ex quo ſceleratiſſimum quis crimen commiſit, exinde quodammodo ſua mente punitus eſt.* Ad quem textum lege Bart. *in l. Imperator, ff. de iure fiſci*, & in *l. ſi debitor*, *in fine, ff. de his quæ in fraudem creditorum* : Tiberium Decianum *in practica criminali.lib.*7 *cap.*40. *num.*6. *fol.*171. tractantes an rebelles committentes crimen læſæ maieſtatis amittant bona ipſo iure, aut per ſententiam; & an facta declaratione quòd quis commiſit crimen læſæ maieſtatis retrotrahatur declaratio, vt cenſeatur dominium bonorum ſuorum,& adminiſtrationem amiſiſſe ipſo iure à principio ſtatim quòd cœpit contra Principem machinari.

Secundò adduco *l.*2. *tit.* 2. *part.*7. ibi : *Haſta el dia que comenzo a andar en la traicion.* Et ibi : *No puedan auer las mandas que les fueren fechas.* In quibus verbis iunctis præcedentibus, lex ad hoc, vt illi, qui committunt † crimen læſæ maieſtatis, ſucceſſionum, & legato- 339
rum ſint incapaces, nihil vltra requirere videtur, quàm quòd crimen committatur. Nec ibi fit mentio, quòd ſit neceſſaria aliqua ſententia, vel iudicium ad prædictam incapacitatem.

Tertiò,ad hoc pondero textum *in d.l. quiſquis*, *§. filij. C. ad leg. Iul. maieſt.* ibi : *A materna,vel auita, omnium etiam proximorum hæreditate, ac ſucceſſione habeantur alieni : teſtamentis extraneorum nihil capiant, ſint perpetuò egentes,& infamia paterna eos comitetur.* Ex quo colligitur,quòd pœnæ, † quæ imponuntur contra filios 340
eorum,qui committunt crimen læſæ maieſtatis,ſunt ipſo iure; non expectata aliqua ſententia. Quod patet ex illo verbo, *Capiat*; quòd eſt latæ ſententiæ,† vtpote, 341
quod eſt directum, ſecundùm Bartolum *in l. Centurio. num.*16.*&* 19. *ff. de vulgar.* vbi Aretinus & Socinus. Ad quos alios Doctores refert Tiraquel. *in d.l. ſi vnquam,in dicto verb. reuertatur*,*num.*189. & notat Gloſ. Par. *in conſuet. part.*1. *§.*8. *gloſ.*2. *num.* 1. *folio* 11 1. vbi ex hoc concludit, quòd primogenitus non tenetur petere à fratribus cohæredibus traditionem, vel reſtitutionem primogenituræ, nec habet neceſſe accipere de manu eorum,ſed per ipſum manu propria, adeò,quòd, mortuo patre, eſt ipſo iure ſaiſitus ſiue verus poſſeſſor. Per textum,quem *ibi* legit,in verbo,*Capiat*,quod eſt directum.De quo nos habemus *l.*45. *Taurinam.* Si igitur hoc procedit in filiis delinquentium, quid erit in ipſismet delinquentibus?

342 Quartò, ad hoc eſt † textus *in l.4.titul.2.part.7.* ibi: *Venzida, ni donacion, ni cambio, ni enagenamiento que ouieſſe hecho de ſus bienes, el que fueſſe juzgado por traidor deſde el dia que comenҫò a andar en la traicion, haſta el dia que dieron la ſentencia contra el, no deue valer en ninguna manera.* Et idem probatur *in l. 2. tit. 5. part. 5.* ibi: *Deſde el dia que ſe mouio a hazer y conexar.* Per quas leges approbatur opinio Gloſſæ, & Bartoli *in l. poſt contractum, ff. de donation.* & reprobatur ſententia Odofredi, *ibi:* Cum ergo donans & donatarius ſint correlatiui, videtur quòd quemadmodum ille qui commiſit crimen læ æ maieſtatis, eſt incapax, & inhabilis ad faciendam donationem, ita prohibeatur accipere, & ſit incapax. Quia in correlatiuis ſtatutum
343 in vno, cenſetur † in alio determinatum, *l. 1. C. de expreſſis ex Luco Daphneſi lib.11.* Notat Bart. *in l. liberorum, §.1 ff. de his qui notant. infamia:* & alij, vt per Iaſonem *in l. vltim. C. de indict. viduit. tollen. & in l. non tantum, ff. de re iudicata*, Abb. & Felin. *in proœmio* Gregor. Hyppolyt. *in l. ſi quis ne quaſt. numero 14. ff. de quæſtionib. us & ſingul. 389. & 579.* Nicol. Boër. *deciſ.48.*

Sed iſtud fundamentum ex duobus non concludit; Primò ex ratione differentiæ, quæ eſt inter acquiſitionem & amiſſionem, de quo *ſuprà* mentionem feci, *num.267.* Secundò, quia cum ſit diuerſa ratio in alie-
344 natione, † & donatione, quàm in hac acquiſitione (vt ibi dico) argumentum à correlatiuis non valet, *l. vltima, C. de reſcinden. vendit. l. 1. in fine, cum lege ſequenti. ff. de iniur.* Notat Tiraquel. *in tractat. de vtroque retractu, §. 9 gloſſ. 1. num 5. pag. 465.* Euerard. *in centum locis legal. loco 76. pag. 479* Ripa *in l. ſi plagij, num. 11. fol. 293. ff. de verbor. obligat.* Et illa dicuntur correlatiua, quorum vnum ſine alio eſſe non poteſt, & præſupponit neceſſarium, ſecundùm Blaſium *in tract. de correlat. 76. fallen.*

345 Quintò, quia crimen hæreſis, & læſæ maieſtatis † æquiparantur, ſecundùm Gloſſam *in l. Manichæos, C. de hæret.* quam poſt alios ſequitur Antonius Gomez *in tractatu de delictis, cap. de homicid. num. 17.* Aimon Cravet. *in conſil. 6. num. 3.* Quod igitur ſtatutum eſt in crimine hæreſis, procedere debet in crimine læſæ maieſtatis, argum. Gloſ. *in c. ſi poſt quam, §. vltim. de elect. in 6.* ¶ Sed iſta ratio fragilis etiam videtur; quia longè
346 grauius eſt diuinam, † quàm humanam offendere maieſtatem, *auth. Gazaros, C. de hæret. c. vergentes, de hær. in 6.* Et grauius eſſe iſtud delictum, quàm delictum læ æ maieſtatis, tenent Epiſcop. Couar. *reſolut. lib. 2. cap. 8. num. 5.* Gregor. Lopez *in d. l. 2. tit. 2. part. 7. in glo.* in verb. *Dote de ſu muger.* Rolandus *conſ. 8. n. 2. lib. 3.* Et faciunt ſcripta per Menoch. *de arbitrar. iudic. caſu 372. n. 12.* Et hoc tam manifeſtum eſt, vt contrarium ſentientes magis verberibus, quàm rationibus etudiendi: ad quod eſt textus egregius, *in l. vltima, tit. 25. part. 4.*

Sextò, iſta opinio authoritatem maximam ſumit ex quadam ratione à me ſuprà tradita *à num. 268. in verſ. 9. ſi hæreticus,* vbi lector videre poterit, ideò hîc non repeto.

Septimò, iſtam opinionem in terminis tenet Bartholomæus Socinus *in conſ. 22. n. 7. lib. 1.* vbi tradit, quòd ille qui commiſit crimen læſæ maieſtatis, ipſo iure ef-
347 ficitur † incapax adeundæ, vel acquirendæ hæreditatis; vbi plura ad propoſitum, & fundamentum eorum quæ hîc tractantur ſcribit. Et cum habeamus deciſionem in terminis Viri tam doctiſſimi, fruſtra alia quærenda ſunt: vnde iſta opinio verior videtur, non obſtantibus aliquibus leuibus, quæ in contrarium adduci poſſunt; & *l. 77. Taur.* ad quam ſuprà reſponſum fuit, *n. 323. verſ. nec his omnibus.* Et *Socin.* citat hodie nouiſſimè Tiber. Decian. *in pract. crimin. lib. 7. c. 40. n. 24. fol. 172.* Et hoc tenent in terminis Iacob. Butrig. Angel. Paul. de Caſtr. Fulgoſ. *in l. 1. C. de hæredib. inſtituend.* Hieronym. Gigas *in tract. de crimine læſæ maieſtatis, tit. de pœnis commit-*
tent. crimen læſæ maieſtatis, quæſt. 14 Et quòd hæreditas vel legatum relictum ei qui commiſerat crimen læſæ maieſtatis, non quæratur ei, ſed venientibus ab inteſtato, nec fiſco acquiratur, nec capiant aliquid tanquam incapaces, tenent Bald. & alij *in l. quisquis, C. ad l. Iuliam,* Gregor. Lopez per illum textum *in d. l. 2. tit. 2. part. 7. in gloſ.* in verb. *Ni puedan auer.* Caſtr. *de hæreticis lib. 2. cap. 6. fol. 153.* Quod tenendum eſt ex ſupradictis legibus, & Authoribus. Et in ſpecie hoc tenet Ioan. de Anania *in cap. excommunicamus, §. credentes, n. 7. folio 125. de hæretic.* contra Cinum *in d. l. quiſquis.* Quicquid teneat nouiſſimè Auend. *in d. l. 4. Taur. gloſ. 7. n. 15. fol 6.*

Et hac concluſione † habita pro conſtanti, ex eadem 348
inferri in noſtra materia poſſunt, quæ in illationibus præcedentis concluſionis continentur, quia in vtroque caſu concurrit eadem ratio. Et de iſta materia, qualiter & quomodo illi, qui committunt crimen læſæ maieſtatis, bona amittant, plura ſcribit nouiſſimè Anton. Peregrin. *in tractat. de iure fiſci, lib. 5. tit. 1. num. 18.* & in toto illo titulo multa ſcribit, & *lib. 4. tit. 5.* & qualiter poſſint donari bona illius, qui commiſit crimen læſæ maieſtatis ante factam condemnationem, tradit Aug. Barbos. *in conſ. 61. num. 1. cum ſeqq. lib. 1.* ad iſta legendus.

Ex prædictis etiam apparere poteſt, quid dicendum ſit in eo, qui commiſit delictum ſodomiæ; in qua quæſtione attenta *Pragmatica* 85. quæ de punitione ſodomiticorum loquitur, hodie *l. vnica, tit. 21. lib. 8. Recopil.* quæ parificat hæc tria delicta, idem quod in præcedentibus delictis † dicendum videtur, cùm de ſimili- 349
bus & connexis idem ſit iudicandum, *cap. inter cæteras, de reſcript. cap. translator, de conſtit. cap. 20.* ante medium, *de translat. prælator.* cum *concordantibus*, vt per Everardum *in loco 10. à ſimili, pag. 125.* & vt † 350
æquiparatio ſit iuſta, in omnibus caſibus procedere debet, *d. l. eum qui ædes, ff. de vſucapion.* vnde *Tellius* aliis rationibus motus *in d. l. 4. numero 48.* videtur inclinare in eam ſententiam, quòd ſodomita ſolum priuatus bonis, quæ tempore commiſſi delicti habebat; non illis, quæ poſteà acquiſiuit vſque ad tempus condemnationis. Quia in confiſcatione † bona futura non veniunt, 351
dict. d. ſi tibi mandauero, §. is cuius, ff. mandat. & ibi alios concordantes refert: cui adde Paulum de Caſtro, *in conſ. 53. ſuper primo quæſito dicendum eſt, lib. 1.* & Abbat. *in cap. ad liberandum, num. 1. folio 31. de indic. & in cap. cum aliquibus, numero 4. folio 53. de re iudicat.* Iaſ. *in l. vltima, in principio, numero 7. ff. ſi certum petatur:* Carolus Ruinus, *conſ. 123. numero 2. lib. 4.* latiſſimè Curtius Senior, *in conſil. 59. numero 4. & 15.* Menoch. *in tractatu, de præſumption. lib. 3. præſumpt. 124. numero 71.* Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens, C. de in integrum reſtitutione minor. in verb. læſis, num. 113.* Iulius Clarus *in practica criminal. quæſt. 78. numero 24.* latè Menoch. *in conſil. 101. numero 23. & 24. libro 1.* Auendañ. *dict. gloſſa 7. in dicta l. 4. num. 4.* Guttierrez *libro 2. practicar. quæſtion. quæſt. 39. numero 8. pagina 94.* Maria. Brun. de Angrid. *conſil. 83. numero 104.* De cuius *in l. ſi quis in ſuum, §. illud, numero 1. ff. quod quiſque iuris, folio 44.* Parisius *in l. ſi debitori, numero 3. folio 93. ff. de fideiuſ.* latè Chaſſaneus *in conſuetud. Burgund. titul. de confiſcation. rubrica 2. §. 2. folio 97. colum. 1.* eundem Decium *in conſilio 442. numero 20.* Guillelm. Benedict. hodie *pagina 381. in cap. Raynutius de teſtament. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, numero 843. folio 128.* Curtius Iunior *in conſ. 182. numero 6. lib. 1.* Matienço *in l. 3. tit. 4. gloſ. 7. numero 62. folio 113. libro 5. Recopilat.* Alexand. *in conſil. 15. num. 12. lib. 1. & in conſil. 75. num. 12. eod. libro*; eundem in *l. ex facto, §. Iulianus, numero 8. folio 139. ff. de vulgar.* vbi dicit, quòd ius † ſubſtitutionis pupillaris non pu- 352
blicatur, nec venit in confiſcatione bonorum: & idem voluit Peralta *in l. omnia, §. fundum, numero 4. pag. 337. ff. de leg. 2.* Nicolaus Boër. *conſil. 1. numero 9.*

quem

quem vide, & additionem. Nouiſſimè Ahumada *in l. 2. tit. 25. part. 2. gloſ. 20. num. 3. & 4. fol. 132.* Auendan. *in dict. l. 4. Tauri, gloſ. 7. num. 4. fol. 5.* & tracto *in 4. part. q. 23. num. 28.* & tradit etiam Antonius Gomez *in tractatu de delict. cap. 14. num.* & plures citat Antonius Peregrinus in tractatu *de fideicommiſſ. lib. 5.*
353 *titul. 1. num. 132.* Et ideo iura, & actiones, † quæ ex noua cauſa ſuperueniunt condemnato, non veniunt in confiſcatione; niſi ex antiqua cauſa quæ præceſſit condemnationem, quamuis poſt eandem condemnationem conditio extiterit; vt per *l. ſed ſi alia 5. §. final. ff. de bon. damnatorum,* & in *l. inter ſocerum 26. §. final. ff. de pact. dotalibus:* reſoluit Petrus Barboſa *in l. ſi conſtante, §. final. num. 3. ff. ſoluto matrimonio, part. 2.* Laurent. Tetianus Rodulphus *in tractatu de cautelis, in cautela 92. num. 1.* qui refert Boſſium *in titul. de bonorum publication. num. 28.* vt contra filium pronuntietur ſententia, quæ executetur poſt mortem patris; & legi debet Boſſius *in dicto titulo, numero 39. pagin. 511.*

¶ Ex quibus infert Quemada *in quæſtionibus ſuis, quæſt. 10. folio 33.* quòd ſi alicui hæretico eſt relictum
354 legatum conditionale, † & pendente conditione deceſſerit, hæreticus legatarius non tranſmittet legatum ad fiſcum: & iungo etiam Emmanuelem Coſtam *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, part. 2. num 48. pagina 43. ff. de liber. & poſthum.* & Socin. Iunior. *in conſil. 51. num. 8. lib. 1.* vbi tradit, quòd fideicommiſſum nondum
355 acquiſitum, † non venit in confiſcationem. Et vide eundem *in conſilio 126. num. 5. lib. 2.* tradit latè Peregrin. *dict. cap. 1. num. 93.* Et facit textus *in l. ea ſola de portationis, ff. de regulis iuris,* quam ſic intelligit Rebuffus *in l. bona ciuitatis 15. pagina 147. ff. de verborum ſignificatione:* & plures citat Menochius *in conſilio 101 num 24. libr. 2* & per textum *in dict. l. ſi tibi mandauero, §. is cuius, ff. mandat.* cum *concordantibus.* Et alia plura iura, rationes, & authoritates ſuſtentat, & probat Ioannes Cephalus *in conſil. 321. num. 49.* cum *ſequentibus*; & in *aliis numeris præcedentibus libr. 3.* quod ius adeundi competens primogenito non poteſt confiſcari. ¶ Et in hac materia illud iudico memorabile quod ſcribit Salicetus *in l. 2. Cod. de bon. proſcrip.* ſcilicet,
356 quòd Banniti, † qui æquiparantur deportatis, amittant etiam bona quæſita poſt confiſcationem, quòd in crimine læſæ maieſtatis tradit Iacob. Puteus *deciſion. 417. lib. 3. num. 2.* quod reputo nouum & notabile.

Eſt etiam animaduerſione dignum circa omnia ſuperiora, quòd hæretici bona confiſcati poſſunt tantum ea quæ poſſidebat tempore delicti, non bona quæ poſteà acquiſiuit poſt delictum ante declarationem, ſecundùm Curt. Iuniorem *conſil. 20.* Ægidium Boſſium *in titulo de publicatione bonorum, numer. 25. & 26. & 83.* Nicolaum Moron *de treuga, & pace, & fide, part. 1. quæſt. 25.* Antonium Gomez *lib. 3. variarum, cap. vlt. de confiſcatione bonorum, num. 1. & 2.* & alios, quos citat Burſatus *in conſil. 14. ſuprà allegato, num. 28.* qui inter alios citat Mandoſ. *in additionibus ad Romanum conſ. 247. num. 4.* qui communem dicit: & idem Burſatus *in dicto conſil. 43. num. 4.* Et hoc etiam tracto *part. 4. q. 23. num. 133.*

Ex quibus locis multa colligi poſſunt pro opinione Tellij, quæ eſt noua & ſingularis, in qua tamen ipſe cogitandum relinquit, & non ſine ratione (videri meo)
357 dubitat, propter textum *in dict. l. † eius qui, §. 1 ff. de teſtamen.* ibi: *Bona quoque, quæ tunc habuit cùm damnaretur.* Quam legem declarat Tellius *in d. l. 4. num. 47.* Dubium coadiuuatur, quia licèt ſodomita ex diſpoſitione *dictæ pragmaticæ*, ſit iure priuatus bonis, & poteſtate donandi, vel alienandi bona confiſcata, non tamen eſt priuatus bonorum acquiſitione, quæ eſt fiſco fauorabilis, vt patet ex *d. l. non eo minus. C. de procurator. & d. l. is cui bonis.* Et ex ratione iſtarum legum, cum aliis rationibus & authoritatibus quas *ibi* Doctores adducunt, & aliis, quas ſuprà ſcripſi, ita concludendum videtur. Sed poteſt reſponderi ad dictam *l. eius qui, §. 14* quæ magis vrget, quòd loquitur in deportato, inter quem, & relegatum, & alium condemnatum multum intereſt, vt patet ex doctrina Iacobi Buttrigar. & Alberic. *in d. §. is cuius*, quos lector legat; vbi per *l. deportati. C. de bonis proſcr p.* tradunt, quòd quicquid iure gentium deportato acquiritur, fiſcus poſt eiuſdem mortem capit. Sed quòd deportatorum pœna & nomen hodie non ſit in vſu, tradit Antonius Peregr. *in tract. de iure fiſci, l. b. 3. tit. 5. num 11.* & de deportatis legenda ſunt quæ ſcribit Tiber. Decian. *tom. 1. practica criminal. lib. 2. cap. 17. n. 4. & 5. fol. 39.* Gregor. Lop. *in l. 6. tit. 7. part. 7. gloſ. 2.* Et de damnatis in metallum, legenda ſunt quæ ſcribit idem Peregr. *lib. 3. tit. 4. n. 1. cum ſequentibus.*

Ego autem in propoſito noſtræ quæſtionis † conclu- 358
do, quòd licèt ex diſpoſitione *dictæ pragmaticæ*, hæc tria delicta æquiparentur, ſcilicet hæreſis, læſæ maieſtatis, & ſodomiæ, illud eſt quoad amiſſionem bonorum; & quantum ad hoc quod in crimine ſodomiæ, procedatur in proceſſu, ſicut in delicto hæreſis, aut læſæ maieſtatis, provt latiùs in *dicta pragmatica* cauetur. Quòd autem ſodomita ſit incapax ad acquirendum bona, nec in *dicta pragmatica*, nec alibi in iure ſtatutum reperitur: & eſt priuatio quædam, & inhabilitas, de qua lex non loquitur, nec nos loqui debemus: quia non eſt noſtrum, legem extendere vltra caſum, in quo loquitur, *l. ſi ſeruum, §. non dixit prætor, ff. de acquirenda hæreditate*, cum *concordant.* vt per Tiraquel. *in l. ſi vnquam, Cod. de reuocand. dona. in verb. liberiis, n. 1. cum ſequentibus.*

¶ Et priuatio non habet locum † niſi in caſibus à 359
iure expreſſis, *authentic. de non eligend. §. ſin autem, l. at ſi quis, §. diuus, ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* Bald. *in authentica, ex teſtamento, num. 8. Cod. de ſecundis nuptiis*, Gloſ. *in cap. vltimo, de iure patronat.* Gozadin. *conſ. 46. num. 4.* Notant Iaſ. *in l. illam, num. 12. C. de collat. & in l. 1. num. 12. C. de tranſaction.* Rebuf. *in tractatu de pacifico poſſeſſore, num. 271.* Decius *in d. cap. ex literis, num. 13. de conſtitut. & in cap. 1. num. 6. de officio delegat. & in cap. ex literis, num. 8. pro ſcripti. & in l. nemo ex his, num. 7. ff. de regul. iur. & in conſil. 19. num. 3. & in conſil. 466. num. 8.* Euerardus *loco 10. à ſimili*, Iaſ. *in conſil. 86. num. 4. lib. 3.* De quo alia referunt Tiraquel. *de legib. connub. l. 8. in principio, & in d. l. ſi vnquam, verb. reuertatur, num. 203.* aliàs *n. 249. cum ſequentibus, pag. 501.* Cagnolus *in l. ſi quis maior, num. 66. pag. 64. C. de tranſaction. & in l. vnica, ff. ſi quis ius dicenti non obtemper. num. 61. pag. 182. & in l. final. C. de pact. num. 114. pag. 38.* Cephalus *in conſ. 463. num. 6. lib. 4.* Auiles *in capitulis correctorum, c. 9. fol. 146. col. 3.* Nicol. Boer. *deciſ. 291. num. 3.* Molina *lib. 1. de primog. cap. 9 num. 10. fol. 65.* Curt. Sen. *in conſ. 63. num. 14.* Robert. Lancellot. *in tractat. de attentatis, 2. p. c. 4. de attentat. lite pendent. in præfatione, n. 66. pag. 4.* Nauarr. *in rubr. de indiciis num. 9.* Perrus Surd. *in tract. de aliment. tit. 1. q. 55. num. 5. fol. 62.* Quintil. Mandoſ. *in tract. de monitoriis, q. 39. num. 3. fol. 16.* Et pœnæ non debentur niſi ſint petitæ, *cap. fraternitas; 12. q. 2.* cum aliis, vt per Rebuf. *in tractatu de decimis, q. 12. num. 12.* faciunt ſcripta per Bertazolum *in l. ſi quis maior, C. de tranſaction. num. 147.* faciunt notabilia quæ ſcribit Barboſa *in l. ſi ab hoſtibus, n. 62. ff. ſoluto matrim. §. final. tom. 2.*

Et confirmo, quia ius † competens ſuper aliqua re 360
nunquam perditur per negligentiam, niſi expreſsè dicatur, ſecundùm Bart. *in l. ſolent, ad finem, ff. de officio Proconſul.* Gomezium *in regula, de non tollendo iure quæſito, q. 5. in fine*, Simon. de Prætis *lib. 1. de interpretan. defunct. voluntat. interpretat. 1. dubitat. 3. ſolut. 4. num. 27. fol. 14. & 15.* facit notabilis reſolutio Alexandri *in conſil. 92. num. 16. lib. 6.* ¶ Et quòd pœna in vno contractu non cenſetur † repetita in alio contractu, *l. iuris gentium, §.* 361

adeò.

adeò, ff. de pact. tradit Menochius *in tractatu præsumpt. libr. 2. præsumptione* 144. *num.* 2. *pagina* 485. Ripa *in l. final. numero* 138. *quæstione* 4. *C. de revocand. donation.* & Ioannes Nicolaus *in l. fœminæ. Cod. de secundis nuptiis. num.* 10.

362 Ex prædictis fit, quòd pœnæ conuentionales † non debentur, nisi de illis liquidissimè constet, & de illarum commissione, vt tradunt Alexander *in cons.* 33. *num.* 3. *lib* 2. Decius *in consil.* 380. *num.* 3. Ias. *in consil.* 49. *lib.* 1. & alij, quos citat Bursatus *in consil.* 54. *num.* 6. omnes concludentes, quòd pœna non potest peti, nisi liquidissimè probetur, quòd quis non impleuit contractum ex sua parte.

Ex quibus infero, quòd illi, qui prætendunt alios contrauenisse conditionibus iniunctis in possessione maioratuum, debent probare contrauentionem liquidissimè: quod reputo notabile, sed non omitto sententiam Bald. *in cap.* 1. *§. Porrò, vers. sed quia natura: quæ fuit*
363 *prima causa beneficij amittendi:* vbi dicit, esse textum meliorem de iure, quòd vbi agitur † de pœna priuationis alicuius iuris, est licita extensio; tradunt Salicet. *in l. 2. Cod. de noxalib.* Alex. *in auth. non licet, C. de liber. præter.* Vincent. Carrocius *in tract. de locat. tit. de locatione sine tempore, q.* 4. *num.* 4. *fol.* 56. Additio Seguræ *de bonis constan. matrim. acquisitis, num.* 66. Episcop. Couarr. *in cap. Raimundus, in princ. num.* 9. *de testam.* Menoc. *in tract. de præsumptionib. lib.* 3. *præsumpt.* 144. *num.* 1. *cum sequentibus*, Alexan. *in cons.* 103. *num.* 17. *lib.* 1. Ioan. Guttierr. *lib.* 2. *practicarum quæstion. q.* 89. *num.* 2. Conradus *in templo Iudicum, lib.* 1. *cap.* 1. *de Imperatore, versic. hæres crimen, num.* 4. *fol.* 18. Hieronym. Gabriel *in consil.* 105. *num.* 5. vbi ex hoc tradit pœnam non censeri appositam, nec repetitum in testamento, & multa bona circa hoc adducit: quod consilium refero 2. *p. q.* 4. *illation.* 8. Notat Peralta *in l.* 3. *§. qui fideicommissam, n.* 88. *pag.* 220. *ff. de hæred. instit.* quæ seruiunt ad confirmationem eorum, quæ scribo *infrà, c.* 2. *p.* 4. 9. vbi probo, quòd fœminæ non censentur exclusæ à successione maioratuum, nisi in casibus expressis, quod ibi latiùs probatur; & *eadem* 2 *p. q.* 6. *num.* 665. Et prædicta iura ad hoc ponderat in terminis Cephalus *in consil.* 616. *num.* 66. *lib.* 5. & tradit in notabili casu Currius Senior *in consil.* 63. *num.* 10. facit regula, *aliud est fraus* 131. *ff. de verb. signific.* vbi Rebuf. *pag.* 690. Quæ regula procedit etiam in correlatiuis secundum Abbatem *in cap.* 1. *col. vltim. de locat.* & alios, vt per Felinum *in proœmio, Rex pacificus, num.* 4. Et
364 quòd vbi pœna imponitur, requiratur † liquidissima probatio, voluit Baldus *in cap.* 1. *Qualiter dominus proprietate priuetur*, per textum *in l. in testamento, la primera, ff. de condit. & demonstrat.* idem Bald. *in l.* 1. 4. *oppositio. C. de his quæ pœn. nomine.* Alex. *in cons.* 33. *n.* 1. *lib.* 2. Et vbi agitur de pœna imponenda, non sufficit vna monitio pro omnibus, vt tradit Felinus *in cap. porrò, vt lite non contesta.*

Ex quibus omnibus infero, regulam generalem, & singularem in ista materia maioratuum; Quòd in om-
365 nibus casibus, in quibus † fundatores maioratuum ponunt pœnam successionibus maioratuum, si non obseruauerint aliquas conditiones, vel grauamina, debet liquidò constare, quòd casus de quo quæritur, est comprehensus in dispositione fundatoris, ad hoc vt possessor pœnam incurrat. Quod est vtilissimum in praxi, & necessarium ad ea, quæ scribo in pluribus locis istius lecturæ præcipuè *p.* 1. *q.* 4. *illatione* 8. & faciunt quæ scribit Burgos de Paz in ista materia maioratuum, *in proœmio legum Tauri, num.* 119. *fol.* 1. Et addo Bursat. *cons.* 53. *num.* 25. Et iste intellectus ad dictam Pragmaticam, verus mihi videtur; si tamen de hoc crimine sodomiæ, quia tam graue est, & Deo maximo, & ho-
366 minibus tam odiosum, sit damnatus, † non habebit testamenti factionem actiuam, nec passiuam, non obstante *d. l.* 4. *Taurina*, quæ potiùs facit pro hac opinione; & hoc sequitur Auendañ. *in d. l.* 4. *glos.* 7. *n.* 16. Ioann. Guttierrez *practicarum quæstionum lib.* 2. *quæstion.* 38. *num.* 6. quæ faciunt ad ea quæ scribo *p.* 2. 4. *illation.* 1.

Quomodo autem sodomita sit intestabilis † ipso iure, in testamenti factione actiua, vltra ea quæ scribit Tellius *in d. l.* 4. *num.* 39. Vide Episcopum Couarru. *in Clementin. si furiosus, 1. part. relection. §.* 1. *num.* 6. *de homicid.* Gregorium Lopez *in l.* 16. *tit.* 1. *p.* 6. *in glos.* in verb. *Despues.* Qui tenent contrarium illius, quod scribit dictus Aduocatus, licèt ipse alios non referat. Et legenda sunt quæ scribit Matiençó *in l.* 3. *titul.* 4. *lib.* 5. *Recopilat. num.* 4. *fol.* 113. vbi etiam tradit, quando hæreticus possit testari: & quòd sodomita amittat dominium bonorum suorum, & efficiatur intestabilis & incapax maioratus, resoluit Auendañ. *in dictionario, verb. Sodomita, fol.* 203. qui ad hoc citat Guillelmum Benedictum in *cap. Raimundus, de testament. in verb. mortuo* 1. *num.* 134. Chassanæum *in consuetud. Burgun. rubric.* 7. *in glos. Afaire.* Nicol. Belhon. *consil.* 69.

367

368

¶ Et est etiam sciendum in ista materia, quòd idem quod in prædicto delicto læsæ maiestatis iudicari debet de descendentibus à Sarracenis, qui in hoc regno Granatensi habitant. Contra quos est statutum per quandam nouam prouisionem & Pragmaticam datam Madriti *decima die Decembris, anno* 1567. quòd si tales receptauerint Turcas, vel Sarracenos, puniantur, sicut si committerent crimen læsæ maiestatis, & procedatur in omnibus, & per omnia, sicut in crimine læsæ maiestatis, vt *in d. l.* latius cauetur. Et quòd in casibus in quibus quis feudo priuatur, requiritur sententia non solum facti, sed etiam iuris, tradunt Iulius Clarus *de feud. q.* 62. Petra *de fideicommiss. q.* 11. *num.* 622. *pag.* 322.

Ex his tamen, circa nostram materiam apparet, 369
quòd siue quis committat crimen † hæresis, siue læsæ maiestatis, est priuatus ipso iure potestate faciendi maioratum vel meliorationem, non expectata aliqua sententia, quod ex superioribus satis liquet: & hæc mihi videntur in ista quinta illatione, in quibus si aliqui defectus fuerint, mirandum non est, quia omnia, quæ sunt dicta, noua existunt; & in flumine ignoto errare in nauigatione non est tanta culpa.

Et omnibus istis est addenda singularis & peregrina lex 15. *tit.* 8. *part.* 7. ibi: *A tuerto matando vn ome a otro, si el matador fuere caualiero, o otro fijodalgo, deuese ser desterrado en alguna Isla para siempre: è sino oviere de los parientes que deciendẽ o suben por linea derecha fasta el tercero grado, deuen ser sus bienes de la camara del Rey: e si tales parientes oviere, dcuenlos heredar luego los más propinquos dellos, bien assi como si el fuesse muerto.* Quæ lex ad plura est notanda, præcipuè ad intellectum text. *in l.* 10. *tit.* 23. *lib.* 8. *ordinam. nou.* quia ambæ leges loquuntur de pœna imponenda contra eum, qui aliquem proditorem occidit: nam per *d. leg.* videtur quod amissio bonorum est ipso iure, non expectata sententia, & quod disputat Greg. Lop. *in l.* 5. *tit.* 31. *part.* 7. *in glos. magna, in* verbo, *Señalados.* vbi concludere videtur, quòd consanguinei illius, qui ad mortem fuit condemnatus, succedunt tali condemnato ab intestato, quemadmodum ex testamento succedere possunt, per *l.* 4 *Taur.* quam isto modo ampliat: & *ibi* plura notabilia in ista materia.

Sextò, principaliter infertur ex verbis *dictæ l.* 14. *tit.* 5. 370
p. 6. furiosum, aut mente captum, non posse † facere maioratum, sed nec illum, cui à Iudice tanquam prodigo bonis interdictum est. Quod vltimum de facto contingit in hac Regali Cancellaria in lite satis agitata, & magni ponderis, propter valorem bonorum maioratus, de quibus agebatur; & facit *§. præterea, Instit. qui testam. facere possint. l.* 13. *tit.* 1. *p.* 6.

Et ad declarationem huius illationis incidit quædam quæstio, quæ non solum est vtilis ad hanc illationem, sed ad alia plura in practica seruire potest, & sæpè accidit in

reuocatione aliquorum maioratuum, & meliorationum: si reperiantur in iudicio producti testes ab vtraque parte, quorum quidam dicunt, illum qui fecit testamentum, aut maioratum, esse furiosum tempore, in quo testamentum ordinauit; alij contrarium testificentur, scilicet, testatorem esse sanum mente tempore confecti testamenti; quibus potius testibus credatur. In quo puncto com-
371 munior videtur opinio, quòd est potiùs † credendum testibus dicentibus testatorem esse sanum mente. Cuius sententiæ fuit Corn. *in cons.* 216. *num.* 7. *lib.* 4. *&* *in cons.* 176. *n.* 10. *&* *in cons.* 271. *n.* 20. *eodem libro*, qui ad hoc refert *Abb.* qui idem sentire videtur *in c. vltimo, de succes. ab intestato*; & idem vult Ias. *in cons.* 2. *n.* 9. *lib.* 1. Decius *in consil.* 448. latè Parisius *in cons.* 88. *n.* 22. *lib.* 3. Nicolaus Boer. qui alios refert, *dec.* 29. *n.* 93. Socin. Iunior, *in cons.* 144. *n.* 50. *lib.* 2. Roland. *consil.* 27. *n.* 25. *lib.* 3. vbi *n.* 21. tradit, quòd testes deponentes de furore, debent reddere rationem testimoniorum, etiam si non interrogentur, Anton. Gama *in decis.* 302. Ioan. Guttier. vbi declarat *cons.* 14 *n.* 4. Et quòd si habens dilucida interualla, præsumatur commisisse delictum tempore furoris: tradit Domin. *in c.* 1. *de clerico ægrotante, lib.* 6. *§. si verò, n.* 4. *fol.* 199. Quod arbitrio iudicantis ego relinquerem; & ita intelligo quod tradit diminutè Menoch. *lib.* 2. *de arbitrariis iudicum, casu* 325. *n.* 11. Pro quorum sententia facit, quia est præsumptio iuris, quòd qui-
372 libet homo † præsumitur esse sanæ mentis, nisi contrarium probetur, *l.* 2. *ff. de testamen. l. nec codicillos*, vbi Bald. alij, *C. de codicill.* & probatur *in l.* 16. *tit.* 7. *part.* 3. *& in l.* 2. *tit.* 14. *eadem part. & in l.* 32. *tit.* 9. *eadem part. & in l.* 13. *part.* 1. quas duas leges vltimas ad hoc refert Gregorius Lop. *in proœmio tituli primi p.* 6. Notat Bart. *in tract. præsumption. n.* 4. Bald. *in l. quidam in suo ff. de condit. insti.* Glos. & Doctores *in c. vlt. de succes. ab intestato*, Bart. *in l.* 2 *ff. de probat.* Dec. *in cons.* 489. *n.* 3. Curt Iun. *in cons.* 151. *n.* 6. *lib.* 2. *&* *in cons.* 192. *n.* 15. Ioseph. Ludou. *decis.* 1. *n.* 10. Burgos de Paz *cons.* 2. *num.* 4. Omnium latissimè Francis. Mantica *de coniecturata mente defun. libro* 2. *tit.* 5. *nu.* 1. *cum sequentibus*, quem lector videat in tota ista materia, *pagina* 30. *cum sequentibus.*

Quæ conclusio ampliatur, etiamsi quis sit in extremis, *d. cap. vltimo, de successionab intestato. l. quoniam indignum. C. de testament.* latè Ias. *in cons.* 12. *lib.* 1. *& in l. si mihi & tibi, §.* 1. *ff. de legat.* 1. Simon de Pretis *lib.* 2. *de interpretand. defun. volun. interpretat.* 1. *dubit.* 1. *solut.* 4. *n.* 3. *folio* 82. *§* Et natura hominum semper desi-
373 derat facere † perfectum, & in eodem statu conseruari, vt post alios docet Petrus Mexia *lib.* 1. *variarum lectionum. cap.* 41. Ioseph. Mascard. *in tract. de probat. lib.* 2. *conclus.* 868. *n.* 2. *folio* 175. Idem *lib.* 2. *conclus.* 824. *n.* 5. *&* 6. *folio* 140. Menochius *lib.* 6. *præsumpt.* 54. *num.* 28. Et idò testibus deponentibus pro præsumptione naturæ, magis creditur quàm contrarium asserentibus, secundùm Ancharran. *in consilio* 253. *num.* 3. per *cap. vltim. de præsumpt.* & notata *in cap. si forte, de election. in* 6. notat Ioseph. Mascard. *in tract. de probation. lib.* 3. *conclus.* 1220. *num.* 7. vbi plura adducit ad propositum, & *lib.* 2. *conclus.* 827. *num.* 11. *&* 12. *¶* Et ad hoc etiam facit doctrina singularis Innocentij ab omnibus communiter recepta in *cap. Ecclesia Vulterana, de*
374 *electione*, vbi inquit, quod testibus, † quibus assistit ius commune, vel aliqua iuris præsumptio, potiùs est credendum quàm illa carentibus: & idem repetit ipse Innocent. vbi Abbas *in numero* 15 *cap. auditis, de præscript. & in cap. cum oporteat, de accusat.* Bald. *in l. ob carmen, §. vltim. ff. de testib.* Anchar. *in cons.* 89. *Tribus de causis dominus: n.* 10. *&* *cons.* 233. *In quæstione presbyteri Card. n.* 10. Gozadin. *in cons.* 13. *n.* 26. Curt. *in d. cons.* 151. Mencha. *lib.* 2. *controuers. cap.* 30 *n.* 10. *pag.* 303. Dec. *in cap. licet causam, n.* 2. *vers. Secundo qualitas, fol.* 232. *de probat.* Antonius Gabriel *libro* 1. *communium opinion. tit. de testib. conclusione* 4. *n.* 25. Simon de Prætis *de interpretan. volun. defunct. libr.* 2. *solutione* 4. *num.* 18. *fol.* 83. vbi plura scribit in ista materia. Quæ conferunt pro singulari sententia *Capitij*, quæ quotidie est necessaria: is (inquam) *decisione* 45. *num.* 4. tradit, quòd habentes pro se iuris præsumptionem, vel ius commune, præferuntur innitentibus priuilegio, consuetudine, vel præscriptione: & ideò in casu, in quo loquitur, dicit, non esse restituenda animalia, nisi soluta fide Ex hoc dicto plura inferri poterant, quæ consultò omitto, ne videat à materia deuiare.

Ego in hoc dubio incidenti in ea fum sententia; quia si quis semel fuit furiosus, præsumitur † adhuc in furore
375 permanere: & est potiùs credendum testibus, qui dicunt, actum fuisse factum tempore furoris; quia furor † præsumitur durare: secundùm Glos. *in cap. vltim. in*
376 *verb. Comporem, de succession. ab intestat.* quam sequuntur *ibi* Ioan. Andr. Innocentius, Anton. & Abb. Salicet. *in l. furiosum, C. qui testament. facere possint:* & alij plures, quos refert Stephan. Bertran. qui hanc sententiam latè confirmat *in cons.* 48. *num.* 24. *libro* 1. quod est elegans consilium in hac materia. Et notat Iaso *in d. l. furiosum, & in l. patre furioso, numero* 4. *ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris*, Episcop. Couarr. *de sponsal. part.* 2 *cap.* 2. *num.* 6 Franciscus Mantica *libro* 5. *de coniecturat mente defunct. titulo* 16. *numero* 26. *pagina* 199 Alexander *in cons.* 85. *num.* 11. *libro* 2. Euerar. *loco* 41. *de tempore ad locum, pag.* 320. idem Alexan. *in cons.* 147. *num.* 7 *libro* 7. *&* 141. *n.* 4. *libr.* 1. quòd est elegans & resolutiuum consilium in ista materia, vbi vide Petrum Rebuff. *in practica benefic. regula, de infirm. resignan. glos.* 2. *num.* 20. *pag.* 510. vbi *num.* 18. tradit † tria esse probanda ad hoc, vt resignatio infirmi
377 non valeat, scilicet, infirmitatem, furorem, & quod tempore resignationis erat furiosus. Et infinitos concordantes ad Glos. *in d. cap.* citat Ioseph. Masc. *in tract. de probation. lib.* 2. *conclus.* 825. *n.* 41. *fol.* 41. & tradit Menochius *in tract. præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 24. *num.* 15. & materiam nouissimè tractat Fulvius Pacian. *in tract. de probation. libro* 1. *cap* 50. *num.* 16. *cum sequentib. fol.* 152. qui nostrum punctum & quæstionem latè tractat, & rectè distinguit, & digerit materiam, & furor non præsumitur in totum † extinctus, sed aliquas reli-
378 quias durare, secundùm Salicet. *in l. humani. ius, C. de impuber. num.* 5. Franciscum Manticam *de coniect. ment. defunct. lib.* 5. *tit. vltim. n.* 26. *pag.* 199. ad quem addo Menochium *in tract. præsumption. lib.* 4. *præsumpt.* 50. *num.* 7. *& lib.* 6. *præsumpt.* 45. *num.* 1. *cum sequentibus*, Thom. Sanchez *in tract. de matrimon. lib.* 1. *disput.* 8. *num.* 17. Ex quo dicunt notanter Ancharran. & Cardin. *in Clement.* 1. *de homicid. in* 6. Quòd si probatum est, quendam aliquo tempore fuisse furiosum, † & ex ad-
379 uerso probetur postea fuisse sanæ mentis, hoc non sufficit ad validandum actum gestum à tali, nisi probetur fuisse sanum mente tempore actus gesti: & idem Ancharranus *in cons.* 5. Alexand. *in cons.* 92. *num.* 18. *lib.* 5. quod est singulare: & idem tradit Alexander *in dicto cons.* 141. *n.* 6. Burgos de Paz *cons.* 5. *n.* 9. & confirmatur ex scriptis per Molinam *libro* 2. *de primogen. cap.* 9. *num.* 27. *fol.* 293. & tradit etiam latè Carolus Ruinus *in consil.* 67. *num.* 9. *cum sequentibus, lib.* 1. Quod procedit quando est probatum, quòd furor durauit aliquo continuato tempore, aliquibus mensibus, non autem semel, vel momenti tempore, secundùm Baldum in *l.* 2. *ff. de bonor. posses. quæ furios. competit:* latiùs Barthol. Socin. *in cons.* 42. *num.* 8. *lib.* 1. quod notabile consilium in ista materia notat Episcopus Couarru. *in d. cap.* 2. *num.* 6. Carolus Ruinus *consil.* 8. *num.* 3. *libro* 3. vbi tradit, quòd non sufficit probare, quòd testator in nocte, & in mane præcedenti vacillabat; quia potuit esse ex aliquo accidenti: Antonius Gama *in decision.* 100. *numero* 3. De quo etiam legendus est Gregorius Lopez *in dict. leg.* 13. *titul.* 1. *part.* 6. *in glos.* in verb. *Mientras.* Dominic. Antonius de Padilla *in lug. sanum mente, numer.* 10. *pagin.* 120. *Codice de transactionibus.*

Carol.Ruin.*consil.*214.*num.*20.*lib.*1.Curtius Iunior. *in consil.*305.*num.*88.*lib.*3.vbi quid de infirmo, qui propter febrem non erat coopertus, nec volebat confiteri: & *in cons.*151.*num.*7.vbi etiam tractat,an ea, quæ disposita sunt in furioso,procedant in mente capto: Mascard. *in loco citato num.* 10. qui punctum ex professo tractat,dico, *concl.*825.idem Mascard.*lib.*1. *concl.*39.*n.* 1.*cum seqq.folio* 56.

Et ista conclusio fortiùs procedit, vbicunque testes, qui de furore testificantur,declarant in specie actus furoris; quia in isto casu testes videntur in specie deponere;& testificantes esse aliquem sanum mente,videntur in genere deponere: Vnde potiùs est standum testi-
380 bus in specie † testificantibus,secundum Innocentium *in d. cap. auditis, de præscript.* quod reputat notabile Alex.*in cons.*150.*n.*15.*lib.*5.vbi dicit,hoc probari *in l. cum de indebito, ff. de probat.*

¶ Si autem quis ante confectionem actus non erat furiosus, potiùs credi debet testibus affirmantibus aliquem illo tempore fuisse sanum mente, quam contra-
381 rium affirmantibus, ob præsumptionem, † quæ in hoc casu concurrit. Et secundùm ista intelligenda sunt, quæ scribit Rodericus Suarez *allegat.* 1. vbi latè sustentat, quòd est potiùs credendum testibus de furore, quàm de sano iudicio deponentibus; sed vbi essent testes quidam testificantes illum,qui actum fecit,super quo controuertitur, fuisse tempore de quo tractatur, sanum mente, qui actus aliquos sanitatis specificant in specie. Et alij ex altera parte contrarium affirmantes, qui etiam nominant & declarant in individuo actus aliquos furiosi, magis stari debet deponentibus pro sanitate propter prædictam præsumptionem iuris.Et hoc est ex intentione Decij *in dicto consil.* 448. *num.* 37.

¶ Ad hæc facit, quòd metus probandus est in specie
382 † illius contractus, qui rescindi præenditur, nec sufficit generaliter probare metum, vt voluit Innocentius *in cap.cum locum,col.*1,*versic. vel coactio. de sponsalibus*, eleganter Matthæus de Afflictis *decis.* 246. *num.* 3. & alij,quos citat Burgos de Paz *in d. cons.*5. *num.*9. & de materia vide eundem *consil.* 10. *num.*17. ¶ Et quòd ad
383 probandum furorem sufficiant testes † singulares, tradunt Alexander *in consil.*147.*lib.*1. Decius *consil.*448. & alij,quos citat Antonius Gabriel, *lib.*1. *communium, tit.de testibus, num.*42. *conclus.*2. Fuluius Pacianus, *in tractatu de probationibus, lib.*1. *cap.*43. *numero* 47.*fol.* 143. Et in istis est maximi momenti Iudicis ingenium,& arbitrium,sicut in aliis pluribus, quæ ex facto magis,quàm iure dependet,*l.*3.§.1.*vers. tu magis,ff. de testibus*,cum *concordantibus*. Tandem quòd in probando furorem sufficiant testes singulares, probant Alexander *consil.*92.*numero* 20.*lib.*5. *&* in *d. consil.*141. *lib.* 1. Nicolaus Boërius *decis.* 23. *num.* 44. Carolus Ruinus *consil.*67. *num.*9.*lib.*1. Parisius *consil.*87.*num.* 9.*&* 35.*lib.*3.& alij,quos citat Burgos de Paz,*consil.*1. *numero* 101. & Anton. Gabriel *lib.* 2. *communium opinionum,tit.de testibus,conclus.*2.*num.*42. *cum seqq.*

384 ¶ Quod moderandum mihi videtur, † nisi tractetur de probando aliquem actum, puta testamentum, vel contractum, an tempore confectionis, ille qui talem actum fecit, fuerit sanæ mentis, vel furiosus? Licèt idem teneant Suarez, *dicta allegat.* 1. *num.* 17. Carolus Ruinus, *in dict. consil.* 67. *numero* 9. *libro* 1. Menoch. *consil.* 82. *numero* 214. *libro* 1. ad ista legendus, vbi ex Medicis, Philosophis, & Iureconsultis plura scribit de probatione furoris. Circa quod legenda sunt, quæ notat Rebuff. *tomo* 1. *ad constitutiones Regias, tit. de sententiis prouisionalibus, art.* 3. *glos.*5. *numero* 6. *pag.* 287. Curtius *in consil.* 305. *numero* 76. *lib.*2. Mascard.*dicta conclus.*825. *&* 826.*&* 827. Fuluius Pacianus *in dicto tractatu, de probationibus, lib.*1. *cap.*43.*num.*6.*cum sequentibus,folio* 121.Gregorius Lopez *in leg.*13.*tit.*1. *part.*6. *in glos.in verb. Mientras:* & iterum Fuluius Pacianus, *eodem lib.* 1. *capite* 47. præcipuè *in additione quæ incipit* [illegible] *.col.*3.

¶ Et an per dationem curatoris † probetur furor, 385
tradit Gama *d. decis.* 302. *num* 4. post Decium *in cons.* 274.*& consil.*86. *col.vltima, num.*7. Quod elegantissime tradit & resolvit Carolus Ruinus *in cons.*99.*num.* 2.*cum sequentibus,lib.*4.Cremen.*in singul.*96. Hippolytus *in rubr.ff. de fideiussor. num.*153. & elegans decisio Rotæ *in antiquis*,olim 866. hodie *decis.*8. *tit.de testament.numero* 4. Mascardus *dicta conclusione* 826.*numero* 7.*&* faciunt scripta per eundem Mascardum, *libro* 1. *de probationibus,conclus.*502.*numero* 10.*folio* 308. vbi alia scribit de ista materia: Menochius *in tractatu præsumptionum, lib.*2. *præsumpt.* 75. *num.*57. *pagina* 210. Gama *decis.*98. & ibi Mena *in addition. folio* 49. Menochius latissimè *in tractatu præsumptionum,lib.*6.*præsumpt.*45. idem Gama *decis.*349.*num.*1. Et pro decreto semper præsumitur secundùm Bald. *in l. iuris gentium,* §. *quod ferè, ff. de pactis,& in l.cum hi,*§.*si prætor,ff. de transactionibus*, & alij, vt per Menochium, *in tractatu de præsumptionibus, lib.*2.*præsumpt.*75.*numero* 48. *pag.* 210. qui confirmat etiam in decreto lato per Iudicem improbum, & indiscretum, secundùm Baldum *in cap. sicut, num.*3. *de re iudic.* & alios, quos citat; quia secundùm eos adhuc præsumitur pro rectitudine & iustitia processus;& quòd in datione curatoris non requiratur citatio,tradit notanter Decius *in consil.*273. *num.* 7. Quod in negotio maximi momenti contigit. Et lege Ioseph. Ludouic. *d. decis.* 1. *numero* 18. Baeza *de decima tutori præstanda,c.*3.*n.*51.ad quos addo Menoch. *in tract.de præsumpt. lib.*2.*præsumpt.*50.*n.*40. *cum seqq. pag.* 168. vbi tractat de eo, qui fuit datus curator tanquam minori.

Et in ista materia maioratuum animaduerto (licèt incidenter,) quia iam in practica contingit, quòd ille, qui dicit testatorem non fuisse sanum † mente tem- 386
pore testamenti, non dicitur venire contra testamentum. Secus, si dicat non iure factum, *l. post legatum, responsa.*2 *ff. de his quibus vt indign.*Notat Bartol.Socin. *in cons.* 12. *num.* 20. *l.b.* 3. vbi tradit vnum singulare. Quod si non probetur, testatorem fuisse insanum, publicato processu poterit renuntiare, & discedere à tali exceptione, & euitauit pœnam, ex Bartol. *in d. l.post legatum.*

Et quòd ea quæ dicta sunt de furioso,procedant † in 387
mente capto,quem nos vocamus, *Simple, o bobo*, resoluit Felicianus *in tractatu de censibus, lib.*2. *cap.*2. *num.* 14.*folio* 148. ad quem addo Gregorium Lopez *in l.*6. *titul.*2.*part.*4. *in glos.* in verb. *El que fuesse loco.* Et legenda est *lex* 4.*tit.*14.*part.*5.ibi: *Al laco, o a el desmemoriado.* Vbi Gregorius Lopez, & *l.*60. *tit.*18.*part.* 3.ibi: *E de los desmemoriados.* Et quæ scribit Caldas Pereira, *in l. si curatorem habens, in verb. non absimili, num.*58. *cum sequentibus, C. de in integrum restitutione, pag.*1072. Et istis addere libet,quòd ille qui intra paucas horas mortuus est,non dicitur † sanæ mentis, vt 388
tradunt Bartholomæus Socinus *in cons.*229.*col.*6. *vers. secundo ponderat,lib.*2.Socinus Iunior *in cons.*183.*num.* 11.*lib.*2.quod quotidie videbis,*num.*6. De quo puncto legendus omnino est Franciscus Mantica *lib.*2.*de coniecturatamente defuncti, tit.*6.*num.*1. *cum seqq.* quibus adde Scotum *in* 4 *dist.* 15.vbi dicit,quòd illi,qui appropinquant ad mortem, licèt videantur habere aliquem rationis vsum, si tamen adstantium importunitatibus lacessiti,& victi,mutant testamentum,& quodammodo consentiunt inuiti, nullum † robur habet talis volun- 389
tas; & præsumitur ope & malitia illorum fecisse.Quod refert,& confirmat Ioan.Lop.*in rubr.de donation.inter virum & vxorem,* §.81.*num.*13.*folio* 59 & lege Anton. Gom.*in l.*3.*Tauri,n.*112. Sim.de Præt.*lib.*2.*de interpr. defun.volunt.solut.*4.*n.*24.*fol.*94. Menoch.*casu* 97.*n.*4. Gama *decis* 46.*num.*5.*&* 6.

¶ Et omnibus istis est addendum,quòd si dubitetur, an furiosus fecerit † testamentum tempore furoris, vel 390
non hoc colligitur ex vicinitate furoris,& ex actu,quê testator fecit, vt ex aliquibus resoluit Anton. Gomez.

*in l.*3.*Taurina, num.* 8. & leges Partitæ æquiparant furiosos,& mente captos,vt probat *l.*13.*tit.*16.*&l.*13. *tit.*1.*eadem part.* & animaduertit Gregorius Lopez *in d.l.*13.Et quòd furor non solum ex factis, sed ex verbis probetur, tradit post *Albericum & Abbatem*, Antonius Gama *decis.*56.*num.*1. Et de probatione furoris plura scribit Auend.*respons.*35. & Mascard.*dicto lib.*2. *conclus.*828. Multa in hac materia sunt, quæ breuibus verbis comprehendi non possunt. Et omittenda duxi, quia sunt extra nostram materiam, & instituti nostri modum excedere veritus,& æquissima resolutione transegi.

Et quòd testes deponentes de furore debeant redde-
391 re† rationem etiam non interrogati, tradit Antonius Petra *de fideicommiss.quæst.*12.*num.*343. & varia & singularia circa ista scribit nouissimè Menochius *in tractatu de præsumptionibus,lib.*6.*præsumpt.*45. *num.*1.*cum sequentibus, fol.*101. ¶ Et qualiter probetur furor post
392 antiquos, tradit † diligens Auendan. *responsa.*35. Ad quæ omnia addo notabilem distinctionem Angeli & Cumani *in l.*2. *ff. de testament.* vbi agitur de fatuitate, vel insania probanda procedente ex ægritudine, quæ plerumque incidit in phreneſim, per quam non potest testamentum facere; & creditur magis Medicis: aut agitur de fatuitate procedente ex alia causa, & tunc probatur per Medicos, & alios quos citat Fuluius Pacianus *in tractatu de probationibus, cap.* 47. *in prima additione, folio* 142.

Septimò infertur, quòd impubes non potest facere
393 † maioratum,cùm testari non possit, vt cauetur *in d.*§. *præterea, in d.l.*13.*l.si frater, C. qui testament. facere possunt*, cum *concordantibus*. Ex quo infertur à vero deuiare Gregorium Lopez *in l.*4.*tit.*11.*in glos.* in verbo, *Alguna pro*, part.5. vbi tradit, pupillum posse facere maioratum in aliquem sibi successurum, cùm ex hoc sibi & prosapiæ vtilitas resulret, motus per illum textum & alia iura. De quo etiam tracto 4. *part. q.*1. *illatione* 1.*ferè à princ.* Quæ leges ad hoc nihil faciunt, attenta regula, quæ in ista illatione traditur. Nam pu-
394 pillus † etiam ad pias causas testari nequit, *cap. si pater, de testament. in* 6. Et tenent plures, quos refert Gregorius Lopez *in d. l.*13. *in glos.* in verbo, *El moço.* Et de hoc dicto Gregorij Lopez mentionem etiam facio *in* 4. *parte huius operis, quæst.*1. *limitation.*1.

Sed quæritur, an impubes ex priuilegio & facultate Regali possit facere maioratum,quando est doli capax? In quo est doctrina Bartoli *in l.si quæramus,num.*6. *ff. de testament.* vbi dicit, quòd per statutum fieri potest,
395 quòd impubes † doli capax testetur. Et Angelus *in l. vltima, C. de testament.milit.* expressè tenet, quòd impubes doli capax testari potest ex Principis facultate. Et hanc opinionem etiam tenet Paulus de Castro, etiamsi impubes non sit doli capax, *in l.rescripta, C. de precib. Imperator. offeren.* Et istam sententiam latè defendit Antonius Gomez *in l.*3.*Tauri, num.*3. *&* 4. qui apertè loquitur de impubere etiam non doli capace. Et propriæ opinionis facit Bartolum *in prædicto loco*, & alios, qui nullatenus hoc tenent, quorum opinio mihi verior videtur, si Princeps dispensat cum impubere cum clausula (*Non obstantibus legibus quæ hoc prohibent*) quia cum hæc prohibitio testandi facta im-
396 puberi sit ex iure ciuili introducta, Princeps † tanquam lex viua hoc derogare potest, *l.*17. *&* 18.*tit.*1. *part.*1. cum *concordantibus*. Et disputare de Principis potestate sacrilegum est, quamvis in contrarium videatur esse communior opinio cum Bald. *in l.vnica,num.*85,*vers. Quæro quæ sunt exempla, C. de confessis*, Ancharran. & Imol. *in cap.*2. *de testament.* Alexand. *in d.l. vltima, C. de testament. milit. num.*5. *fol.*108. Paulus de Castro & Alexand. *in d.l. frater*, & Gregorius Lopez *in d. l.*13. *in glos.* in verb. *No puede fazer*, dum refert Alexand. *in d.l. vltima.* Quam sententiam variis fundamentis confirmat Rodericus Suarez in causa propria consilium præstando *allegat.* 12. Ex qua allegatione colligi possunt multa, quæ circa facultatem concessam per Principem impuberi ad faciendum maioratum contingere possunt. Et ex præcedenti sententia, quam tenui, sequitur, quòd impubes ex Principis dispensatione potest facere maioratum.

Et est animaduertendum, quòd si quis fecit maiora-
tum,& dubitatur, vtrum tempore quo illum fecit, fuerit pubes,vel impubes? potiùs præsumitur fuisse pubes 397
& maior quatuordecim annorum. Quod probatur ex doctrina Innocent. *in cap. in præsentia: de probation.* vbi Felin. & alij per illum *textum* concludentes, quòd testamentum semper præsumitur factum per puberem, nisi ex aduerso probetur, testatorem tempore facti testamenti fuisse inhabilem propter ætatis defectum: quia secundùm eos, vbicumque allegatur actus ætatem includens † ad sui validitatem, probato actu, præsu- 398
mitur ætas ad illum actum necessaria.Notat Guillelmus Benedictus *in cap.Raynutius, in verb.adiecta, num.*91. *folio* 247.*de testamen.* Auendan.*in* titul.*de las excepciones*, num.41.*folio* 146. & in *Repertorio*, verb.*Otorgamiento*,folio 157.*col.*1.Simon de Prætis *lib.*1.*de interpret.defunct.voluntat solution.*14.*num.*141.*folio* 90. Rebuffus *in tract.de nominat.q.*22.*num.*1.*pag.*260.Caldas Pereira *in l.si curatorem habens, C. de in integrum restitutione minor. in verb. infra legitimum tempus,num.*20. *folio* 394. Menochius *in tract. de præsumptionib. lib.*2. *præsumptione* 50.*num.*22.*pag.*167. Mascard. *in tractatu de probationibus, lib.*2. *conclus.*666. *num.*50. *folio* 52. *& lib.*3.*conclus.*1238.*num.*24.*folio* 178. Iacob.Puteus *decisione* 366.*nu.*6. Quintilianus Mandosius *regula* 17. *q.*3.*num.*6. *folio* 116.Azeued.*in l.*1.*titulo* 1 *libro* 6.*Recopilation.num.*13. Ioan.Garcias *in tractatu de nobilitate, glos.*1.§.1. *num.*52. *folio* 51. Menoch.*lib.*6. *præsumptione* 13.*num.*1. Decius *in consilio* 11. *num.*8. vbi etiam tradit, quòd testamentum validum esse præsumitur per *l. si post diuisionem*, vbi Glos.& Bart. *C. de iur. & fact.ignoran.l.si pars, in princip. ff. de inofficios.testament.l.cancellauerat; ff. de his quæ in testamento delentur, cap.vltimo*, 3.*q.*2. cum multis concordantibus scriptis per Ioseph.Mascardum *in tract. de probationib. libro* 3. *conclus.*1354.*num.*1. *cum sequent. folio* 298. Et in du-
bio † præsumptio est pro capacitate, secundùm Bal- 399
dum *in l.Lucius,* §.1. *ff. de legat.*1. *&* in *consil.*448. *ad finem, lib.* 1. quem citat Simon de Prætis *lib.*2.*de interpretand. defunct.voluntate, solut.*1. *num.*27. *fol.*125. Et ista procedunt in furiosis,& in aliis,in quibus prætenditur adesse inhabilitatem. Ad quod facit *l.ab ea parte, C. de probat.* ¶ Et actus præsumitur factus secundùm iu-
ris † dispositionem, *l.quæro.*§.*inter locatorem, ff. locati.* 400
De quo per Menochium *in tractatu de præsumption. lib.*3.*præsumpt.*14.*num.*8. *pag.* 282. & quando actus non potest in esse produci, nisi certo modo, & certa forma, & simpliciter factus reperitur, præsumitur sub illa forma factus, secundùm Iasonem *in l. Gallus,* §.*quidam rectè, notabil.*30. *ff. de liberis & posthumis*, Menoch. *in tractat. præsumptionum, lib.* 6. *præsumpt.*4. *num.*13.

Ex quibus aliàs singulariter inferebam.Scimus quòd ex dispositione *l.*33.*Taurinæ*, hodie *l.*7. *tit.*4. *lib.*5.*Recopilat.* Executor tenetur exequi commissionem à testatore illi datam, intra terminum per illam legem definitum,qui terminus vt concludunt ibi Scribentes, currere debet à die mortis testatoris: apparet executio & declaratio facta per executorem, sed non constat quo tempore testator defunctus fuit; Et præsumitur, executionem & declarationem factam fuisse intra tempus per *illam legem* definitum. Confirmatur ex doctrina Imolæ *in cap.final. in glos.in verb.idoneus, de præsumption.* vbi scribit, quòd quando † aliquis allegatur il-
legitimus & criminosus,debet hoc probare qui allegat: 401
quia impetrans habet intentionem fundatam virtute rescripti. Notat Gozadin. *consil.*48.*num.*11. Curt.Sen. *consil.*75.*col.*15. *in principio, versic. cum igitur*, & alij

quos citat Rolandus *dict. cons. 61. num. 28. lib. 1. & cons. 49. num. 3. lib. 4.* Quę doctrina est notanda pro facultatibus, quę impetrantur ad faciendum maioratum.

402 ¶ Et vbi decretum reperitur, † præsumitur, quòd interuenerunt omnia ad decretum necessaria, secundum Speculatorem *in tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum, vers. & breuiter scias*, Bald. *in l. cum hi, §. si prætor ff. de transactionibus*, & alios quos citat Alexand. *in cons. 125. num. 5. lib. 1.* & idem voluit Baldus *in l. si præsis, num. 5. quomodo & quando iudex.* Et hoc tenendum vi-

403 detur, licèt regulariter personarum habilitatio † non præsumatur, nisi quatenus expresè de ea constiterit, *cap. vlt. de Simon. Clement. fin.* vbi Glos. *in verb. approbare, de sentent. excom. nunc cap. cum in iure, de offic. deleg.* Notat Speculator *tit. de dispensat. §. qualiter, vers. nunquid*, Vantius *in tract. de nullitat. tit. quis possit dicere, de nullit. n. 43.* Ad quod faciunt scripta per Rebuffum, *in tractatu de nominat. quæst. 14. num. 16* ad hæc legenda. ¶ Et actus vnus non probat, nec infert † alium, qui necessariò ex illo non sequitur, *l. vltim. C. ne vxor pro mar. itor.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 115. n. 10.*

¶ Adultus autem potest facere maioratum, etiam

404 sine curatoris authoritate, † dummodo hoc faciat in vltima voluntate, & non per viam donationis inter vivos, *l. qua ætate, ff. de testament.* Notant Albericus Iaf. & alij *in authent. ingressi, C. de sacrosanct. Eccles.* latiùs Iaf. *in l. 1. §. fuit quæsitum, num. 19. ff. ad Trebellian.* Minor

405 autem 14. annorum non potest facere † maioratum, conferendo illius validitatem in tempus maioris ætatis, *l. si minor, ff. de seru. exportan.* Ad quod faciunt quæ scribit Peralta *in leg. hæredem, ff. de legat. 2. numero 81.*

Octauò infertur, maritum vel mulierem posse facere maioratum, aut melioratum ex bonis matrimonio con-

406 stante acquisitis † in filios primi aut secundi matrimonij, prout illis libuerit. Quod probatur ex dispositione *l. 14. Taurinæ*, in qua nouiter disponitur, maritum & vxorem posse liberè disponere de bonis matrimonio constante lucratis, absque eo quòd ea reseruare teneantur filiis primi matrimonij. Cuius *legis* ratio est secundùm Tellium, *ibi*: Quia hæc bona censentur potiùs habita titulo oneroso, quàm lucrativo, quod ibi ipse latiùs explicat & confirmat. ¶ In qua materia est animaduertendum, mulierem vxoratam non posse facere † maioratum per contractum sine licentia mariti, vt resoluit Molina, *lib. 2. de primogeniis, cap. 9.*

407 *num. 3. fol. 291.*

Et est notandum, quòd si maritus eius, quæ semel vidua fuit, nolit dare licentiam vxori ad faciendum meliorationem in filium prioris mariti ex bonis, quæ est superlucrata cum priori marito: quia vult quòd faciat talem meliorationem in proprios filios secundi matrimonij (quod sæpè contingit) ad id cogendus † erit per Iudicem, maximè quando mulier vult conferre

408 executionem meliorationis, & quod eadem filius gaudeat post mortem illius: quia in hoc nullum præiudicium marito fit: cum & facta melioratione gaudeat fructibus bonorum, donec vxor ab hac vita migrauerit. Cum iustum & æquum sit, vt filij gaudeant bonis, quæ superlucrata fuerunt ab eorum patre, forsan cum ingentibus laboribus, & continuis periculis, & improbis noctibus & diebus: & hæc erit iusta causa, quia motus Iudex debet præstare licentiam mulieri, etiam renuente marito: argumento *l. 57. Taur.* & eius, quod notat Bald. *in rubr. de contrahenda emptione*, Suarez *in l. 3. tit. De*

409 *las deudas*, lib. *3. fori, fol. 55.* ¶ Potest igitur † hoc casu facere maioratum, vel meliorationem, etiam extra testamentum, & efficere meliorationem irreuocabilem, tradendo possessionem, vel per reseruationem vsus fructus, vel per traditionem scripturæ ante tabellionem, aut alio simili modo. Et iudex potest cogere maritum, vt præstet licentiam vxori, quod si facere recusauerit, Iudex potest ad hoc licentiam solus concedere. Et hoc notandum est, quia plerumque accidit, & idem erit si mulier velit impetrare à Rege licentiam ad faciendum maioratum. Et legenda sunt quæ scribo *suprà, a num. 64.* Et an valeat contractus factus per vxorem sine licentia mariti, si conferatur in tempus soluti matrimonij, tradit Peralta *in l. hæredem, numero 77. pag. 296. ff. de legat. 1.*

Circa quam conclusionem, & alia suprà tradita, vidi in facto dubitari de quæstione ardua, am ex valore bonorum, super quibus lis erat, quam ex qualitate & obstinatione litigantium. Quædam mulier vxorata fecit maioratum irreuocabilem in fauorem filij, quia tradidit possessionem & scripturam, iuxta *l. 44. Tauri.* quem maioratum non solùm postea non reuocauit, sed illum in testamento confirmauit. Dubitatum fuit, an fundatio talis maioratus valuerit, & mulier illa vxorata † po- 410
tuerit mortuo marito reuocare maioratum, quem, vt prædixi, non solùm non reuocauit, sed per testamentum confirmauit. In qua quæstione sunt diligenter consideranda quæ scribit Tiraquellus, *in lib. de legibus connubialibus, gloss. 8. nu. 99. cum sequentibus, folio 335.* Baeza *in lib. de non meliorandis filiabus, c. 11. n. 71. cum aliis, folio 83.*

Et maximè animaduertendum, quod nostræ leges *Regni* prohibentes, mulieres vxoratas facere contractus sine licentia maritorum, principaliter & per omnia respiciunt tantùm præiudicium maritorum: quo cessante, si maritus non petit rescissionem & nullitatem contractus, videtur hoc non licere mulieri soluto matrimonio. Et quòd ipsa, aut habentes causam ab illa, non possunt contrauenire tali contractui, nec allegare nullitatem. Ad quam rationem facit verissima resolutio Tiraq. *in d. lib. & gl. ff. 8. n. 109.* vbi post longam disputationem resoluit, quòd si mulier prohibetur contrahere sine licentia mariti, & contraxerit sine tali licentia, & prohibitio respicit fauorem mariti, † non potest, 411
soluto matrimonio, venire contra contractum, quem fecit absque mariti licentia. Et legendus est Peralta, *in d. l. hæredem, d. n. 77.* & quod scribit Decius *in cons. 661. n. 13. & 14.* vbi stante statuto in ciuitate Regia, quòd forensis non possit acquirere bona immobilia loco, quod substitutio facta de forèse, quæ ab initio inualida fuit, non conualidatur ob id quod posteà ciuis efficiatur; sed opus est noua confirmatione, per textum *in l. quæ ab initio, ff. de regul. iuris*, & alia quæ citat Anton. Peregrin. *in tract. de iure fisci, lib. 3. num. 86.* vbi confirmat *num. seq.*

Ad quæ addenda est egregia doctrina Bart. *in l. cùm dominus, §. filius, n. 2. ff. de peculio legat.* vbi resoluit, quòd si filiusfamilias habeat aliquam spem contra debitores paternos, quia sibi sunt obligati sub aliqua conditione, non potest posteà factus pater familias contradicere liberationem. Quod refert & sequitur Romanus *in l. si mora, ff. solut. matrim.* De qua doctrina in proposito nostræ quæstionis meminit Nicolaus Boërius *in consuet. Biturie. §. 4. item* que la femme mariée, *pag. 9. vers. Sed quid si vxor.* ¶ Et qualiter maritus † possit ra- 412
tificare contractum ab vxore factum sine illius licentia, vt obiter hoc dicamus, disputat Ioannes Guttierr. *lib. 2. pract. quæstionum, q. 23. & 24.* & faciunt quæ scribit *q. 22. n. 10.* & quæ de ratificatione quo tempore currere debet, tradit Menoch. *in cons. 364. n. 17. cum seqq. lib. 4.* qui refert in proposito *Tiraq.* & alios.

Nonò ex prædictis verbis *l. 14. tit. 5. p. 6.* deducitur, quòd captiuus, dum est apud hostes, † non potest facere 413
maioratum, aut meliorationem; quia donec est in captiuitate, testari non potest *l. eius qui. ff. de testament. §. vlt. Instit. quibus non est permissum facere testam. lib. 6. tit. 29. p. 6.* vbi in terminis Greg. Lopez *in glos.* in verbo, *Ni mando*, hanc conclusionem ex illo *textu* deducit, dicendo, quòd si habens facultatem ad faciendam maioriam, illam faciat apud hostes, nihil valet si ibi moriatur; si verò reuertatur, confirmatur maioria.

Sed hoc vltimum, quòd reconualescat maioria, si captiuus liber efficiatur, mihi verum † non videtur, 414
nisi

nisi postquàm captiuus relaxatus & liber sit ab hostibus, confirmet maioratum, vel meliorationem antefactam: Argument. textus expressi *in d. l. eius qui*, quem ipse Gregorius Lopez *in glossa præcedenti*, pro concordanti retulit ad *l. 6. dictam*: nam ibi dicit Iureconsultus: *Eius qui apud hostes est, testamentum quod ibi facit, non valet, quamuis redierit.* Et idem probatur *in l. si filius familias, aut pupillus, ff. eod. tit.* vbi habetur, quòd

415 testamentum, quod ab initio † non valet ex defectu testantis, etiam impedimento cessante, non confirmatur. Et est etiam notabilis *l. 19. tit. 1. part. 6.* ibi: *Cobrando alguno su estado complidamente, que auia mudado en alguna manera, que diximos en la ley antes desta, si quiere que vala el testamento, que ante oniesse hecho, è que se no embargue por razon del mandamiento, pudèlo confirmar por su carta, o por testigos, diziendo, que quiere que vala el testamento que auia hecho ante quien fuesse mudado su estado.* Et de materia legendus est Mencha. *lib. controuersiar. cap. 103. num. 1.* quem citat Michael Grassus *de success. fion. ab intestat. q. 15.*

Et ex dictis confirmatur doctrina Baldi *in consil. 243. Quidam nobilis, num. 5. lib. 1.* vbi tradit, quòd testamen-

416 tum factum ab eo, qui commiserat crimen læsæ † maiestatis, non confirmatur, si post mortem delinquens sit restitutus, nisi contrarium in capitulis pacis caueatur; & idem voluit Albericus *in l. 1. §. hi quibus, ff. de leg. 3.*

417 qui dem tradit in testamento facto ab † hæretico, licèt posteà reconualescat, si conuertatur ad fidem, Curtius Iunior *cons. 100. col. final.* quos citat Simon de Prætis *lib. 2. de interpretand. defunct. volunt. solution. 4. num. 56. fol. 85.* & faciunt alia quæ scribo in *quæst. sequenti, in vers. In his etiam sciendum est.* Et ex his etiam deducitur declaratio ad ea, quæ habentur in *illat. 6. & 7 suprà.* Nam si furiosus, aut impubes, vel is, cui bonis interdictum est, faciat maioratum, non valet constitutio maioratus, nec confirmatur, si posteà furiosus ad sanitatem redierit, vel impubes maior sit factus, aut prodigus liberetur ab interdictione bonorum; quam antea habebat.

Et quòd captiuus, dum est apud hostes, non possit

418 testari, † nec capere aliquid ex testamento, probat Tellius *in l. 4. Taur. n. 33.* vbi Matien. *glos. 3. n. 6. fol. 112.* hodie *l. 3. tit. 4. lib. 5. Recopil.* Addit tamen Gregor. Lop. *in d. l. 6.* Quòd si quis faciat maioriam in suo testamento, & posteà capiatur ab hostibus, irritatur talis constitutio maioriæ, per *l. si quis filio, 5. irritum, ff. de inoff. test.* & reconualescit si reuertatur etiam sine noua voluntate, vt in *§. quatenus: eiusdem legis*; vbi Bart.

Sed in hoc etiam confunditur *Gregor. Lop.* in quan-

419 tum dicit, quòd si quis faciat maioratum, † & posteà captiuetur, irritatur maioria quia contrarium expresè probatur *in l. lege Cornelia, ff. de testam.* vbi si testator decedat apud hostes, confirmatur testamentum antequam caperetur factum, ex l. Cornelia: & idem probatur apertissimè in *d. l. 6.* ibi: *Mas si acaecieſſe que alguno dellos onieſſe mandas, o testamentos ante que tapiuaſſe, e murieſſe deſpues yaziendo en captiuo, o ſe ſalieſſe dende, e no lo reuocaſſe, o lo mandaſſe, en otra manera valdria: eſto ſeria porque quando lo fizierõ eran en ſu libre poder.* Non obstat *d. §. irritum*, quia hoc fit ex fictione l. Corneliæ. Et pro hac conclusione est etiam *l. 6. tit. 7* in vers. *Otroſi, p. 6.* Et quomodòcunque sit de iure ciuili, nos seruare debemus d. l. *Partitæ.*

Et ex lege *Partitæ* confirmare possumus quandam sententiam, quam tenet Tellius in *l. 4. Tauri, n. 1.* contra Parisium *cons. 46. num. 15. lib. 3.* vbi late sustentat dictus Aduocatus, quòd sicut damnatus ad mortem, iuxta *d. l. 4.* potest facere testamentum post damnationem; valet testamentum ante damnationem factum: Ex his, quæ ibi resoluit *Tellius*, ad nostrum propositum infertur, quòd maioratus factus ante damnationem delinquentis, sustinetur multò maiori ratione, quàm si factum sit post damnationem: & idem quod *Tellius*, vult Greg. Lop. *in d. l. 8. tit. 1. p. 6. in glos.* in verbo, *Como siervo.* Et quòd captiuus à † Sarracenis non perdat successionem maioratus, & quòd ei debet restitui cum fructibus, tradit nouissimè Aluar. Valasc. *cons. 30. num. 10.* quod verum mihi videtur. 420

¶ Sed an mutus & surdus possint facere maioratum, 421
vel meliorationem? lector videbit † ex *l. in quibuscumque, ff. de action. & obligat. l. in quod, §. mutus, ff. de donat. l. 2. tit. 11. p. 5.* vbi Gregor. Lop. plura notanda scribit, faciunt scripta per omnes *in cap. 1. an mutus, vel surdus*, præcipuè per Andream de Isern. & Nar. Liparum illius additionatorem, *fol. 187.* Gomez Arias *in l. 55. Taur. n. 21.* Domin. Valdes *in additionibus ad Suarez. allegat. 12.*

Noto etiam in nostra materia, quòd maioratus fieri 422
potest solo † nutu, quando testator loqui non potest ex morbo superueniente: & idem in melioratione dici potest. Quod probatur ex *l. mutus, ff. de legat. 3. l. & in epistola, C. de fideicom. l. cum proponebatur, ff. de leg. 2.* tradunt latiùs Doctores in *prædictis locis.* Petr. Surd. *decis. 38. num. 19.* Iulius Clarus *§. testamentum, q. 9. num. 7.* Anton. Gom. *in l. 3. Tauri, num. 111. folio 19.* Episcopal. Couarr. *in cap. cùm tibi, num. 3. fol. 37. de testament.* Iatè Peralta *in rubr. ff. de legat. 2. num. 10.* Quod tamen cautè seruandum est. De quo legenda sunt quæ latè scribit Caldas Pereira *in tractat. de nominat. ad empt. q. 1. num. 21. cum seqq. fol. 7.* & facit quod scribit Menoch. *in tract. præsumption. lib. 4. præsumpt. 173. num. 26. fol. 303.* facit *l. vbi non voce, ff. de regulis iuris*; vbi Decius & Cagnolus *l. item quid, ff. de pact.* & quæ de nutu scribit Tiraquel. *in tract. de legibus connubialibus, glos. 7. num. 16.* & iterum *n. 160. fol. 318.* Et quid sit nutus? declarat Matthæus ab Afflictis *in constitution. Neapolitan. lib. 1. rubr. 46. num. 2.* Et legenda sunt quæ scribit de nutu, Tiraquel. *in tractatu de pia causa, privilegio 8. pagina 36.* Antonius Gama *decisione 81. num. 4.* Portius *consil. 40. num. 27.* Et quòd patet possit filios instituere nutu, tradunt Crotus *in l. 1. §. si quis l. 2. num. 14. lectura 1. ff. de verborum obligation.* & alij, quos citant Corn. *in consilio 324. num. 25. lib. 1.* Menochius *in tract. de præsumptionibus, lib. 4. præsumptione 16. numero 12.* Et licèt hæreditas non possit relinqui nutu, fallit, nisi priùs testator dixerat, quod nolebat aliquem hæredem relinquere, secundùm Ioan. Andream *in addition. ad Speculatorem, titul. de testamentis, in additione, quæ incipit*, Filius, *in fine*: Parisium *in consil. 3. num. 38. lib. 3.* Manticam *in tract. de coniect. ment. lib. 4. tit. 4. n. 10.*

Vidi autem dubitare in materia nostra maioratuum, & circa ea, quæ suprà tradita sunt, de quibus bonis possit fieri maioratus, de notabili & grandi quæstione. Rex 423
fecit donationem alicui filio propter seruitia, † & me- rita parentis, & ad remunerandum talia seruitia, de quadam villa, loco, vel alia simili re, & contemplatione seruitiorum patris, an pater possit de illis bonis facere maioratum de bonis sic donatis filio? In qua quæstione non potest dari certa regula, sed est decidenda secundùm verba donationis, circunstantias, & coniecturas negotij; & ex textu *in l. si mater. C. de donat. ante nupt.* Glos. *in l. vt liberis, in verb. in ipsos sponsos: C. de collat.* & traditis per Ioan. Lopium *in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 44. & 45. pag. 125.* Auend. *resp. 9. n. 3.* Ayoram *de partitionibus, cap. 8. num. 19. fol. 61.* Anton. Gom. *in l. 48. Tauri, num. 4.* Matienç. *in l. 9. tit. 1. lib. 5. Recopil. glos. 2. n. 3. fol. 38.* Ioan. Garcia *de coniugal. acquæst. n. 101. cum seqq.* Mascard. *in tract. de probation. lib. 1. conclus. 563. n. 6. fol. 343.* Ioan. Guttierrez *lib. 2. practicar. quæstionum, q. 120.* latissimè omnium Menoch. *in tractat. præsumptionum lib. 3. præsumpt. 26. 27. & 28.* Petr. Barbosa *in l. quæ dotis 34. num. 26. pag. 660. tom. 2. ff. soluto matrimon.* Aluar. Valasc. *de iure emphyt. q. 49. num. 8.* Menoch. *cons. 155. num. 12. & num. 3. lib. 1.* & Petr. Surd. *decis. 166. n. 5. cum. sequentibus.*

424 ¶ Et quod feudum videatur donatum filio † contemplatione patris, tradunt Matth. ab Afflictis *in cap. 1. de alienation. feud. patern. num. 19.* Curtius *in tract. de feud 5. par. in princ. n. 3.* Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 3 præsumpt. 26. num. 12.* & legi debet notabile *consilium* Menoch. 309. *num. 20. lib. 4.* Marcus Brunus de Anguillis *in cons. 54. num. 71.* & legenda sunt quæ scribit Stephanus Bertrandus *in l. hac edictali, num. 13. pag. 95. C. de secundis nuptiis*; & quæ de donationibus Regalibus scribit Baëza *de non meliorandis filiabus, cap. 23. fol. 135.* Petr. Surd. *decis. 322. num. 46.* & notabiliter de puncto Menoch. *in cons. 40. num. 40. cum sequentibus.* Et legenda sunt quæ scribit Fuluius Pacianus *in tract. de probationibus, lib. 2. cap. 33. num. 79. fol. 126.* & quæ ego scribo *infrà, q. 26.* Aluar. Valasc. *in tractatu de iure emphyt. q. 49. num. 10. fol. 232.* Thom. Sanchez *in tractatu de matrimonio, lib. 6. disput. 26. n. 1. cum sequentibus*, Mantica *de coniecturata mente defunct. lib. 8. tit. 16. num. 1. cum sequentibus, fol. 189. in noua editione*; & quod scribit Bart. *in l. Gallus, §. quidam rectè, num. 8. ff. de liberis & posthumis*, vbi tradit, † quòd
425 il lud quod filio acquiritur ex prouisione patris, dicitur profectitium, vbi Fortunius Garcia *num. 52.* Galiaula *num. 28.* Rubeus *num. 129.* quos citat Petrus Surdus *decision. 324. num. 5.* Nec omittenda sunt quæ scribit Castillo *in tractatu de vsufruct. lib. 1. cap. 2. num. 24.* Antonius Gomez *in l. 29. Tauri, num. 21.* Menochius *in consil. 81. num. 50.* Thesaurus *decision. Pedemont. 170. num. 6.* Andr. de Isernia, & additionator Liparulus *in cap. 1. num. 4. si vasallus feudo priuetur. fol. 177.* Romanus *in consil. 405.* Ioan. à Garronibus *in authen. ex testamento. C. de secund. nuptiis, num 29. fol. 51.* & melius Ripa *in l. fœmina, num. 26. fol. 17.* Antonius Gabriel *lib. 3. communium opinionum, tit. de secundis nuptiis, concl. 1. num. 38. pag. 219.* & quæ de officio dato alicui propter seruitia patris, tradit Gama *decis. 114.*

Et vltimò noto, quòd licentia impetrata ab hæretico
426 † ad confectionem maioratus, est nulla: quia omne rescriptum impetratum ab hæretico est nullum, secundùm Glossam *in l. 2. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol.* vbi hoc confirmat Albericus *num. 2.* Ex quo textu *in cap. 1. de*
427 *rescript. lib. 6.* constat, idem esse in eo, qui est † excommunicatus: & hæretici carent omni priuilegio, *cap. si aduersus, de hæretic.* & non possunt fundare Ecclesias, ex quibus possint acquirere iura patronatus, vt latiùs probant Paulus de Citadin. *in tractatu iuris patronatus, part. 3. q. 6. prima causæ*, Lambertin. *in eodem tractatu lib. 1. part. 1. art. 4. 7. quæst. principali, num. 22. fol. 64.* qui plura in ista materia scribit. Et prò hac sententia faciunt quæ de origine, & vi excommunicationis scribit notabiliter Tiraquel. *lib. 1. de retractu, §. 1. glos. 9. num. 271. pag. 218.* vbi tractat, an si consanguineus
428 volens † retrahere rem à consanguineo venditam, sit excommunicatus, admittatur ad retractum? Et an monachus possit maioratum facere, tradit Molina *lib. 2. cap. 9. num. 38. fol. 294.*

QVÆST. II.

An facultatem habens faciendi maioratum, eâ in fauorem filij spurij possit vti, sub conditione,
Si capax fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Pater potest facere maioratum in filium spurium tempore quo capax erit, & n. 15.*
2 *Conditio, quæ non à facto suo, sed à Principe dependet, an valida sit.*
3 *Filius spurius, in quem fuit maioratus institutus sub conditione*, Si legitimetur, *potest petere sibi bonorum administrationem concedi, interim dum legitimatio impetratur, & num. 9.*
Contraria opinio refertur, n. 4.
5 *An danda sit possessio conditione pendente.*
6 *An si prior in gradu possessionem capere non potest, sequentem ex causa excludat.*
7 *An maioratus sub conditione*, si à Principe confirmetur, *à patre institutus, possit post eius mortem confirmari? remissiuè.*
8 *Donatio Regia de bonis in potestate Sarracenorum existentibus in tempus recuperationis, an valida sit.*
10 *Index potest spurio instituto sub conditione*, si legitimetur, *tempus in quo legitimationem impetret, assignare, & n. 12.*
11 *Iudex quando possit instrumento possessoris nullam fidem esse adhibendam declarare.*
13 *Creditores hæreditarij an petere possint, vt hæredi terminus ad hæreditatem adeundam præfigatur.*
14 *Intellectus ad* pragm. Madriti ann. 1534. *quæ de maioratuum coniunctione loquitur, & ad* leg. 29. Taur.
16 *A futuro grauamine an possit appellari.*
17 *An valeat melioratio vltra Tertium & Quintum, illius validitate in tempus quo Rex confirmet, reseruata.*
18 *Filius sub conditione*, si legitimetur, *institutus, quando facere inuentarium teneatur.*
19 *Inuentarium est caput rationum, & ibi, quæ persona illud facere teneatur? remissiuè.*
20 *Sola pendentia legitimationis an operetur quòd filius spurius faciat partem alteri collegatario,*
21 *Filius incestuosus an sub conditione*, si legitimetur, *possit institui? refertur opinio negans.*
At principem cum eo posse dispensare, n. 22. 23. & 25. statuitur.
26 *Matrimonium sub conditione*, si Papa dispensauerit, *an valeat.*
27 *An veniente dispensatione nouus consensus requiratur.*
28 *Incestuosus an possit testari.*
29 *Donatio inter virum & vxorem an valeat, si conferatur in tempus soluti matrimonij.*
30 *Mulier prohibita contrahere absque licentia mariti, an possit contrahere, conferendo contractum in tempus soluti matrimonij.*
31 *An possit maioratum vel meliorationem facere.*
32 *An valeat promissio, per quam pater promittit meliorare filium in Tertio & Quinto, si contrahat matrimonium cum aliqua consanguinea, & numero 34.*
33 *Purificata conditione actus ab initio iudicatur purus.*
35 *Quæ ex filiabus in eadem hypotheca à patre ipsis obligata præferatur.*
36 *An habens filios legitimos possit in Tertio & Quinto illegitimum meliorare sub conditione*, si legitimetur.
37 *An pater ante aduentum prædictæ conditionis*, si legitimetur, *possit reuocare maioratum, vel meliorationem, cuius tradidit filio possessionem, à n. 37. ad 41. & n. 50.*
42 *Quid, quando filius intra certum tempus dispensationem impetrare se obligauit.*
43 *Quid quando per constitutum citra possessionem corporalem.*
44 *Si ante aduentum conditionis*, si Papa dispensauerit, *aliud matrimonium contrahatur, primum est inefficax.*
An possint contrahentes à tali matrimonio recedere n. 46. & 51.
Quid si alter orum consensum reuocet, numero 48.

45 *Possessio sub conditione intelligitur tempore euenientis conditionis.*
47 *Melioratio ob causam matrimonij, quod fuit nullum, an possit reuocari.*
49 *Licentia ad faciendum maioratum, aut ad alienandum eius bona, an quis cogatur vti.*
52 *Contractus an reddatur conditionalis propter conditionem resolutiuam.*
53 *Ad capacitatem vel incapacitatem legatarij attenditur tempus existentis conditionis.*
54 *Quid ad capacitatem legati.*
55 *Constitutio quæ loquitur in primogenito respectu successionis, considerari debet iuxta tempus mortis illius, de cuius successione agitur.*
56 *An sufficiat quod quis sit agnatus tempore delatæ hæreditatis.*
57 *In contractibus consideratur qualitas quæ adest tempore ipsorum.*
58 *Legatum factum monacho sub conditione, cui monasterio acquiratur.*
59 *Filiorum illegitimorum cum legitimis posteà natis an prohibita successio.*
60 *Ad fideicommissum an admittatur primogenitus tempore mortis, vel conditionis existentis.*
61 *In testamenti factione passiua quæ habilitas requiratur.*
62 *Primogenitus propter delictum bona amittens, an possit restitui in præiudicium alterius primogeniti.*
63 *An sufficiat habilitas tempore successionis, licèt posteà inhabilitas adueniat.*
64 *Proximior tempore testamenti an præferatur existentibus tempore euenientis conditionis.*
65 *In successione ex testamento an attendatur tempus existentis conditionis, vt quis proximior dicatur, Et ibi, quid in successione ab intestato.*
66 *Primogenitura an sit qualitas habens actum momentaneum.*
67 *Pater ad legitimandum filium habens facultatem, si illo non legitimato, nec disposito quod volebat legitimare, decedat an possit filius legitimari.* Post *num. 67.* inuenies *summaria* quæ hic desiderantur.

VIsum fuit in quæstione præcedenti, quæ personæ regulariter sint capaces ad confectionem maioratuum, aut succedendum in eisdem. De quo vltimò latiùs tractabitur *in 2. p. huius operis.* Nunc, in hac secunda quæstione explicare oportet, an habens facultatem Regiam ad faciendum maioratum in filium, possit facere in filium incapacem, fortè propter aliquod delictum, vel incestuosum, spurium, aut adulterinum, in tempus, in quo capax fuerit, & incapacitas abolita sit, & de aliis connexis quæstionibus ad nostram materiam pertinentibus tractabitur.

¶ Quantum ad primum, licèt multa adduci possent, quæ hoc certamen anceps reddebant, pauca dicam veritatem resoluendo. Ea enim (fauente Deo) in toto hoc opere mihi cura erit, veritati semper studere, omisso multiloquio, quod iustè reprehendit Imperator *in l. 1. C. si minor ab hæreditate se abstineat*, ibi: *Fides veritatis verborum adminicula non desiderat.* Videtur igitur maioratus recta ratione prædicto modo institui posse, per *textum*, qui ad hoc potest dici expressus, *in l. in tempus, ff. de hæred. instit.* à quo Doctores deducunt,
1 quòd filius † spurius institui à patre potest sub conditione, *Si legitimabitur*, & inter alios Bald. *in l. Gallus, §. instituens, col. 2. notab. 4.* & Imol. *col. 1. vltim. notab.* Aretin. Alex. & Ias. *ff. de liberis & posthum.* idem Bald. *in cons. 67.* Si dicta institutio *n. 1. lib. 1* & Gualdens. *de arte testandi, tit. 2. cautel. fin.* Alciat. *in d. l. Gallus, §. quidam*
2 *rectè, n. 3. pag. 69.* vbi dicit, † hoc non procedere quando simpliciter instituitur; quia talis conditio non subintelligitur, quia non dependet à facto suo, sed à Principe, ex doctrina Angeli *in l. his verbis, §. interdum, ff. de hæred. instit.* & aliorum concordantium ad dictam doctrinam Baldi referunt Peralta *in l. si Titio, num. 3. pag 90. ff. de legat. 2. & in l. hæredem, ff. de legat. 2. num. 69 pag. 292.* qui iustè reprobat Bald. contrarium tenentem *in l. eam quam, C. de fideicom.* Anton. Gomez *in l. 9. Tauri, n. 18.* & ante illum *Episcop. Couarru.* qui multos ante annos in lucem edidit suam epitomem *de sponsal. part. 2. c. 8. §. 5. num. 12. fol. 131.* Roland. *cons. 22. num. 19. lib. 3.* Simon de Prætis *lib. 3. de interpretand. voluntate defunct. solut. 2. num. 8. fol. 188* vbi latè Matienço *in l. 10. tit. 8. lib. 3. Recopilation. glos. 1. num. 19. fol. 239.* Antonius Peregrinus *in tractatu de iure fisci, lib. 3. tit. 18. num. 88. pag. 179.* qui plures citat: & varia de materia scribit Menochius *in tractatu præsumptionum, lib. 4. præsumpt. 96. num. 33.* vbi hoc refert Matienç. *in lib. 6. tit. 8 glos. 8. num. 19. & 20. fol. 224. lib. 5. Recopilat.* Iulius Clarus *lib. 3. sententiarum, §. testamentum, q. 31. num. 7.* idem Menoch. *dicto lib. 4. præsumption. præsumpt. 80. num. 12. fol. 135. & in consilio 590. lib. 6.* Porcius *cons. 105. num. 41.* qui tradunt ad propositum vnum satis notabile, & quia in iudiciis rarò animaduertitur, dicentes; † quòd talis filius spurius institutus 3
sub illa conditione, poterit pendente dicta conditione, *Si legitimabitur*, bona petere, & ea, vt curator, administrare ex bonorum possessione secundùm tabulas, per *l. si quis instituatur hæres in diem*, vbi Bald. & Angelus, *ff. de hæred. instit. & l. 1. §. si sub conditione, ff. de bonor. possession. secundùm tabulas*: & est doctrina originalis Iacobi de Arena *in l. libertas testamento, ff. de manumiss. testam.* vbi Alber. qui dicit subtile & notabile, Menoch. notanter *in cons. 105. num. 50. lib. 1.* & alios plures refert Anton. Gomez & Episcop. Couarr. *vbi suprà*, quibus ad le Baldum *in l. vltima, num. 25. fol. 42. C. vnde legitim.* Menoch. *vbi suprà num. 33.* qui etiam hos citat Cephal. *in cons. 551. num. 17. lib. 4.* faciunt scripta per Stracham *in libro de mercatura, in parte de Decoctoribus, part. vltim. num. 16. pag 415.* Ioan. Lopez *in rubr. de donation. inter virum & vxorem, col. 115. in princ.* §. 29. *num. 4.* & notatur per Ludouicum Gozadin. *in cons. 21. num. 11.* † quamvis *num. 23.* contrarium teneat dicens, hanc non esse veram opinionem: quia est fraudare legem, quæ vult, quòd spurius non possit commisceri in bonis patris: eidem fundamentis non parui pendendis tenet Anton. Gom. *vbi suprà.* Et pro ista sententia faciunt tradita per Barthol. Socin. *in cons. 234. num. 4. lib. 2.* tradit Menoch. *de adipiscenda possessione, remed. 4. num. 308.* vbi ex hoc disputat, an beneficium *l. vltim. C. de edict. diui Adrian.* competat hæredi instituto sub conditione, Capyc *decis. 194. num. 14.* Matien. *in l. 6. tit. 8. glos. 8. num. 20. fol. 224. lib. 5. Recopilation.* Bursat. *in cons. 133. num. 5. lib. 2.* Nec minus faciunt scripta per Tellium *in l. 17. Tauri, num. 25. cum sequentibus*; & ibi Matienç. hodie *in l. 1. tit. 6. lib. 5. Recopilation. glos. 4. num. 28. lib. 5. fol. 141.* vbi disputant, an melioratio facta filio sub conditione possit reuocari? Cephal. *in cons. 551. num. 17. lib. 4.* Bursatus *in cons. 228. num. 13. lib. 2.* & in ista materia lector omnino animaduertat *ad l. 7. tit. 22. part. 3. ad finem*, vers. *Esto dezimos*, qui determinat, † quod in casu *illius legis*, conditione 5
pendente est danda possessio. Et conducunt quæ in proposito isto tradit Anton. Peregr. *in tract. de iure fisci, lib. 3. num. 84. pag. 179.* & iterum *num. 88.* Et facit etiam doctrina Bartoli *in l. 1. §. filium*, per illum textum, *ff. de bonorum possessione contra tabulas*, vbi vult, per illum *textum*, & *§. si ex tribus, in eadem lege*, quòd licèt † prior in gradu non possit capere, si tamen subest 6
de iure causa, quòd aliquis in futurum capere possit, excludit interim sequentem in gradu; notat Parisius *in cons. 117. num. 19. lib. 1.* vbi etiam adducit doctrinam *Bart.* & aliorum *in l. planè, §. si coniunctim*; & *l. huiusmodi, §. si Titio, ff. de leg. 1. & in l. vnica, §. in princ. C. de cad. tollen.* volentes, quòd qui nullo iure admittitur ad partem, non facit partem; sed benè qui aliquo iure potest admitti ad partem. Et an maioratus à patre institutus sub conditione, *Si à Principe confirmetur*,

7 † posit post mortem patris confirmari ; & alia circa hoc scribit Molina *libro 2.cap.7. num.39.fol.273.* Anton.Peregr.*d.tit.18.n.89.*

¶ Et ista seruiunt pro confirmatione quæstionis traditæ per Rodericum Suarez *in allegat.9. per totam*;
8 vbi latè resolvit, quod † valet donatio Regia de bonis, quæ sunt in potestate Sarracenorum collata in tempus recuperationis, per *c. Albate sanè, de re iud.in 6.* & alia plura, quæ tradit. Et filius sub conditione institutus potest petere conditione pendente prouisionem,
9 †& bonorum possessionem, *l.2.§ si sub conditione, ff. de bonorum possessione secundum tabulas.* Notat Robustus *tem.1.ad constitutiones Regias, tit.de sementiis provisionalibus, artic.1.glos.2.num.20. pag.251.* de quo legenda sunt quæ scribo, *p.3.q.12.*

Sèd stante pro vera & recepta opinione prædictorum Doctorum, quam in iudiciis velimus nolimus seruare debemus, quia communis est ; animaduertendum
10 est, quòd iustè † iudex potest illi instituto sub dicta conditione, si à Principe legitimabitur, terminum assignare, intra quem illam legitimationem impetret, ne fraus fiat legibus prohibentibus parentes filios spurios, aut alios incapaces hæredes instituere, & ne sub prætextu, quòd eisdem data fuit possessio tanquam curatoribus, gaudeant possessione bonorum contra mentem legum, quæ filios illegitimos abhorrent ; quod sequitur hoc referens Menoch. *d.præsumpt.96. num.38.* Et pro hoc dicto facit, quod in simili dicimus, quòd licèt regulariter non possit constitui terminus ad agendum, vel docendum de iure suo, vt *in l.1 C.vt nemin. inuit. agere.* De quo per Bart. *in l.Titia, ff. de accusat.* & per alios plures, ex iusta tamen causa id fieri potest, secundùm Speculatorem *in tit.de empt. & vendit. §.nunc dicendum, ad fin.* & Imol. *in l.de pupillo, §.si cui, ff. de nou. oper.* Iaf. *in l.rem quæ nobis, num.39. fol.100. ff. de acquirend. possess.* probatur *in cap.vltimo, qui matrim.accus. possunt* ; & ex Glos. *in d.l.1 C.vt nemi.inuit.* Notat Bart. *in l.1.§.edenda, ff. de edendo* ; vbi per textum *in l.*
11 *vltima, C. de fid.instrument.* dicit, † quòd si iudex aliqua ratione motus præceperit in iudicio exhiberi aliquod instrumentum, eius autem possessor noluerit obedire, poterit pronuntiare nullam esse dandam fidem instrumento, si aliquando in iudicio fuerit productum. Et idem tenet Innocent. & alij *in c.G. perpetuis, de fide instrum.* Bart. Angel. Salicet. Alex. Iaf. Decius *num.21. in l.2.C. de edendo*, vbi alios citant. Et plures citat Episcopus Couarr. *resolutio. lib.1. cap.18. num.1. cum aliis* : vbi de hac materia latè tractat. Et est alia lex ad nostrum propositum notabilis *in l.si eo tempore, C. de distraction. pignor.* Et postquam istam opinionem hîc scripseram, reperi Baldum id expressè tenentem *in conf.146. titul. Principis, num.6. lib.1.* vbi tradit, quòd
12 poterit assignari † spurio terminus ad faciendum se legitimari : & ibi tradit alia ad propositum eorum, quæ hic tractantur ; & pro hac sententia adduco Glossam *in l.quandiu*, verb. *instituto*, post medium ; vbi Doctores, *ff. de acquirend. hæredit.* quæ dicit, quòd creditores †
13 hæreditarij possunt petere, vt hæredi statuatur terminus ad adeundam hæreditatem per *l.1. ff. de curat. bonor.dand. l.4. ff. de bon.auth. iud. poss.* de quo concordantes scribit Tiraq. *lib.1. de retract. §.1. glos.10. n.57. & 58. pag.239.* Et ista seruiunt pro intellectu, declaratione, & decisione eorum, quæ scribit Ioan Gutier. *conf.17. num.1. cum seqq.* vbi tractat, an hæredibus institutis cum grauamine nubendi, debeat assignari tempus, intra quod nubant, & hæreditatem adeant ; quod notandum est ad ea quæ scribo *in hac parte, quæst.50.* Et addenda quæ scribit idem Ioan. Gutierrez *in l.mimo potest, n 223. ff. de legatis 1.*

¶ Et ex prædicta resolutione obiter infero intellec-
14 tum † ad *pragmaticam datam Madritij anno 1534.* quæ hodie habetur *in l.7. tit.7. lib.2. ordinem.* statuentem, quòd si duo maioratus iungantur per matrimonium, ex quo matrimonio nati sunt duo filij, quòd filius maior non possit habere duos maioratus si sint valoris in *illa lege* designati, & tali primogenito competat electio inter duos maioratus : nam cum per legem illam non statuatur terminus primogenito ad eligendum, potest secundogenitus à iudice petere, vt assignetur terminus primogenito, intra quem eligat, quo elapso excludendus est, & minor eligat : quæ opinio confirmatur per *l.52. Taur.* qua lecta habetur *in l.vltima, tit.2. l.5. ordinem.* & deducitur etiam intellectus ad *l.26. Taur.* in illis verbis : *Donas qui fuere escoger aquel a quien fue la dote prometida, o mandada.* Et addo Tiraq. *lib.1. de retract. §.2. glos.1. n.18.*

Ne autem dubitetur de prædicta sententia, in qua probatum fuit, posse patrem facere maioratum in †
15 filium spurium in tempus, in quo capax erit, pro ea adduco regulam *l.quid sponsa, C. de donation. ante nuptias* : vbi probatur, quòd quælibet dispositio, cuius effectus & executio differtur in tempus, consideratur secundùm illud tempus : vbi Bart. dicit, quod hæc regula nunquam fallit : & idem probatur *in l. cum qui, ff. de iurisd. omnium iudicum* ; *& in l.si sponsus, §. si sponsus, §. si vxor* ; vbi Bart. & *in l. cum hic status, ff. de donat. inter vir. & vxor.* latè Tiraquel. *in tract. de constit. limit.2.* Peralta *in l.3. §. qui fideicommissum, n.36. pag.172. ff. de hared. instit.* Et ista pars etiam confirmatur ex scriptis per Decium *in cap. dilecto, 63. fol.333. de appellat.* vbi post Abb. *in cap. significantum, de testibus*, dicit, Quòd à futuro † grauamine potest appel-
16 lari, quia tunc appellatio post grauamen conferitur : vbi de hoc agit Gucf. Paris. *in additionem.*

¶ Et ex his etiam deducitur, posse patrem aut matrem † facere melioratorem in filium vltra Tertium,
17 & Quintum excedentem, reseruando illius validitatem, in tempus, in quo Rex confirmauerit talem meliorationem. Nec huic conclusioni obest *l.42. Taur.* quia potiùs *dicta lex* permittit, quòd si in Regia facultate fiat mentio maioratus, qui ante eam factus erat, remanet confirmatus, licèt licentia non præcesserit. Nec etiam obstat, quòd licentia testandi debeat adesse tempore testantis, ex *l.1. §. sed si filio, ff. de leget.3.* Quia ad istam legem facilis est responsio ex *dict. l. in tempus* ; & *aliis suprà relatis* ; & per textum *in d.l.2. §.11. si sub conditione, ff. de bonor. poss. secundum tabul.* scribit Rebuf. *in tem.1. ad constitutiones Regias, tit. de sementiis provisionalibus, art.1. glos.2. num.20. pag.251.* Quòd si filius fuit institutus sub conditione, interim perdente conditione potest prouisionem alimentorum petere, qualiscunque conditio fuerit.

Notandum etiam est in ista materia, quòd quamvis filius prædicto modo institutus sub conditione, *(si legitimabitur)* cui cura bonorum concessa est, non teneatur facere inuentarium, vbi deputatus fuit ad certas res immobiles, secundùm Speculatorem *in tit. de instrument. edition. §. nunc verò aliqua, vers.46.* Tamen si sit constitutus curator de bonis mobilibus, tenetur
18 † facere inuentarium, vel saltem descriptionem bonorum, *l.vltim. ff. de bon.auth. iud. possid.* notatur per Baldum *in Authent. sed cum testator, in fin. C. ad leg. Falcidiam.* Ad quos addo, quòd institutus sub conditione, si ea pendente petit bonorum possessionem, & facit inuentarium, si postea extat conditio, non tenetur iterum facere inuentarium, secundùm Bart. *in l. in ratione, la 1. §. quod vulgo, ff. ad l. Falcidiam* ; & alios, vt per Roland. *in tract. de inuentar. 4. part. vers. institutus sub conditione, fol.186. col.4. 8. volumine tractatuum.* Et dicit generaliùs idem Bald. *in conf.137. Quadam vidua, in fin. lib.5.* Quòd omnis administrator vel negotiorum gestor, tenetur facere inuentarium, quod est † caput ra-
19 tionis per *l. cum tale, in princip. & l. cum seruus, ff. de conditionibus & demonstrationibus* : & explicat latiùs Glossa Parisius *in 1. p. consuetud. Parisens. §.6. glos.6. n.12. & 13. folio 91.* vbi qualiter ratio administrationis reddenda sit, & alia plura pro intellectu huius communis scribit, cui addenda *l.15.* vbi vide Gregorium

Lopez

Lopez *tit.16. part.6. & l.120. titul.18. part.3.* & vide eandem Glos. Paris. *glos.7. §.1. num.7. cum aliis.* Et qualiter, & quæ personæ inuentarium facere teneantur, tradunt Porcellinus *de confectione inuentarij, in principio, numero 4. 19. & 20. folio 157. 8. volumine tractatuum, & cap.2. per totum, & cap.4. num. 13.* & Corasius *in eodem tractatu de inuentario, folio 165.* Rolandus *in eodem tractatu part.1. quæstione 1. cum pluribus sequentibus, fol.167. in eodem volum. tractat. & 5.p.* vers. *homo sanctitatis, fol.194. column.3. & folio sequenti.*

Hoc etiam in loco reminisci oportet, cuiusdam singularis doctrinæ Pauli de Castro *in l. si Titio, ff. de legatis 2.* vbi dicit, quòd sola pendentia legitimationis
20 operatur, quòd filius † spurius legitimatus faciat partem alteri collegatario in totum capaci, quod dictum ad plura est singulare : & illud explicat ibi Peralta *n.2. cum sequentibus, pag.90.* vbi opponit de *l. apud Iulianum, §. si constat, ff. de legatis 1.*

Limitatur tamen prædicta conclusio, quæ habet, quòd filius illegitimus instituti possit sub conditione, *Si legitimabitur*, quando filius est † incestuosus, quia talis insti-
21 tutio non valet, secundùm Baldum *in l. si quis incesti, Cod. de incest. nupt.* quem propter illius authoritatem sequi videtur Alexand. *in dicto §. instituens, num.2.* & pro eo facit textus *in Authent. ex complexu, C. de incest. nupt. & in cap. sigens Angelorum, 56. distinctione, l.10. titulo 13. part.6.* Et quæ scribunt Decius *in l. pactum quod dotali, numero 1. Cod. de pactis*, Iaso. *in l. vltima, num.8.* Purpuratus, *num.10. Cod. eodem titulo*, Iaso *in l. interstipulantem, §. sacram, num.13. ff. de obligationibus verborum*, Decius *in consilio 176. num.5.* Et idem quod Bald. tenet Alexand. *in consilio 70. libro 6.* vbi ex hoc dicit, quòd habens potestatem legitimandi quoscunque ex damnato coitu procreatos, non potest legitimare incestuosos. Provt etiam eum refert Rolandus *in consilio 61. num.12. libro 1.* & tradit Antonius Gabriel *lib. 4. communium opinionum, titulo de hæredibus instituendis, conclus.3. n.10. pagin.236.*

Sed aduerte lector, quòd licèt Rolandus *in dicto consilio* referat, quòd Alexander tenet prædictam conclusionem : contrarium liquidissimè vult ; quia licèt more solito *in principio, & prima parte consilij*, eam opinionem fudauerit, *in fine consilij* aliud diuersum ab eo, quod prædictus Doctor opinatus fuit, resoluit : vnde dictus Doctor inciuile fecit, iudicans, non toto consilio perlecto. ¶ Contra Alexandrum tamen tenet ibi Gloss. Paris. *in addi. ione incipiente, sequitur* : post Franciscum de Aretio *in l. si ita scriptum, in principio. ff. de liberis & posthumis*, Cœpol. *consil. vltimo, Causarum ciuilium* : & inquit Glos. Paris. *in addition.* quòd Alexander malè consuluit ex defectu potestatis in legitimante. Pro quibus facit, quòd habens à Principe potestatem legitimandi spurium, potest legitimare eum
22 qui simul adulterinus & † incestuosus sit, vt probant Aretinus *colum. penultima*, Decius *num.14. & in cap. at si Clerici, §. de adulteriis, de iudic.* quos sequitur Episcop. Couarru. *in epit. de sponsal.2. part. cap.8. num.8. fol.142.* vbi hoc confirmat contra Iasonem & Alciatum *in l.2. in princip. ff. de verborum obligation.* qui contrarium tenent. Quam opinionem tenet Ludou. de Sardis *in tract. de legitim. 8. volumine tractatuum §. de legitimation. per rescriptum, n. 35. fol.39.* & tradit Martinus Laudens. *in eodem tractatu de legitimat. & eodem volumine num.116. fol.95.* Et plura quæ sunt in iure specialia in odium filiorum procreatorum ex coitu incestuoso & nefario, tradit Rolan. *consil. 67. n.3. cum seqq. lib.3. & conf.74. num.27. cum seqq. lib.1.* Decius *in conf.433. num.15. cum sequentib.* Martinus Laudens. *in tract. de legitimat. n.71. cum sequentib. fol.93.8. volumine tractatuum.*

Vtcumque tamen de hoc dicto *Alexandri* sit, sæpè sæpius dubitaui nec benè sensi de iam dicta sententia *Baldi*, propter regulam generalem textus *in d.l. in tempus.* Quæ cum generaliter loquatur, generaliter est intelligenda ; quamuis in vno casu sit maior, vel diuersa ratio quam in alio, *l.1. §. quod autem, ff. de aleator.* Et licèt filij incestuosi magno sint affecti morbo & vitio ; cùm tamen talis macula à Principe quamuis sit grauissima
† deleri possit per legitimationem, vt expressè probatur 23
in d.l.10. tit.13. p.6. ibi : *Eneras ende si el Rey le confirmasse* : & tradit Glossa *in l.1. C. de naturalib. liber.* ad quod tempus legitimationis testator hæreditatem vel legatum reseruauit : & pendente tempore legitimationis, institutio, vel legatum etiam pendeat ; Quid obsecrò refert ; quòd institutus, sit spurius, aut incestuosus, vel aliam incapacitatem patiatur, cùm donec Princeps dispenset, nullas vires legatum vel institutio obtineat ; & totum dependeat à Principis voluntate, ad quam debet haberi oculus & consideratio, & in quam testator totam suam spem reseruauit ? Et cum *d.l. in tempus*, sit tam generalis atque æqua, & nihil exceperit, cùm posset excepisse ; standum est regulæ tanquam fundamento : quia
† regula comprehendit species, non per extensionem ; 24
sed propriè, vt per Decium *in l.1. n.6. ff. de regul. iur.* Et
cum Princeps possit dispensare † cum filiis incestuosis 25
æquè ac cum aliis, idem ius in vtroque casu seruari debet, iuxta mentem text. *in d.l. in tempus.* Et Principem posse dispensare cum filio incestuoso, vult textus *in l. qui in prouincia, §.1. ff. de ritu nuptiar.* qui dicit vnicum in iure, idem Bald. *in cons. 267. Ad euidentiam præmitto, n.11. lib.1.* Et hoc sequitur Cardinal. Paleot. *de not. & spur. cap.53. n.8. fo.68.* Maximè quia dispensatio pro filio incestuoso hodie faciliter impetratur, sicut aliæ dispensationes illegitimitatis : & ideo locum habent ea quæ notantur per Alexand. Socin Iason, & alios *in d.§. si constat*, in illis verbis : *Cum distrahi non soleant.* Et ad hoc est bona doctrina Peraltæ *in d.l. si Titio, n.5.* Et facit doctrina Antonini *in cap. per venerabilem. n.17. qui filij sint legitimi*, vbi dicit, quòd Princeps ad comprimendos illicitos coitus, Ius naturale abstulit filiis illegitimis : Ergo potest illud reintegrando, illis restituere, & eos ad primordium naturæ reducere.

¶ Et ideo etiam valet matrimonium sub conditione,
† *si Papa dispensauerit*, secundùm Abbat. & alios *in c.* 26
super eo, de condition. appos. quod explicat Dec. *in l. ea quæ raro, ff. de regul. iur. pag.247.* latiùs Episcopus Couarr. *in epit. de sponsal. p.2. c.3. in princ. n.7. fol.123.* vbi latè tractat, an adueniente dispensatione præstandus sit nouus consensus ad perficiendum matrimonium, cui adde Greg. Lopez *in l. vltima*, in verbo. *Impossibile, tit.4. p.4* & Tell. *in l.22. Tauri, n.18.* Matienz. *in l.6. tit.6. glos.5. n.2. fol.153.* Et eundem Matienz. *tit.1. glos. Rubr. n.65. fol.10.* Nicolaum Boer. *dec.264. n.27.* Iulium Clarum *in practica crimi. §. incestus, n.6. pag.59.* Syluestrum *in summa sua* in verb. *Matrimonium 3. q.9. folio 115.* Frattem Ledesmam *in 2. quarta, q.45. art.1. fol.442. col.1.*
¶ Et quod veniente dispensatione † sit necessarius no- 27
uus consensus cum scientia dispensationis, tradunt Nauarr. *in manuali Confessorum, c.22. n.87.* Episcop. Sarm. *lib.6. selectarum interpretat. c.17. n.5. fol.28.* Parisius *in cons.52. n.42. lib.4.* Ledesma *in loco citato.* & alij, quos citat Matienzo *vbi suprà*, Marc. Anton. *in libro de institution. Cathol. lib.5. tit.11. n.55. pag.576.* qui citat Couarr. *in prædicto loco.* De quo etiam lege nouissimè Ioannem Guttierrez *in Canonicis quæst. c.22. n.16. pag.213.* & *de Iuramento confirmatorio, p.1. n.13. fol.145.* & quæ scribo *p.4. q.2 vers. Et ad hoc est decisio singularis.* Nec text. *in d.l. incesti*, quem *Bald* pro se aduocat, quicquam adiuuat illius sententiam, per quem *Bald.* dicit, quod cõmittens incestum, non potest testari : imò in plerisque † ca- 28
sibus incestum committens est capax testandi, & potest hæredes relinquere filios ex prima vxore, vt patet ex *d.l. si quis incesti*, quæ eum qui commisit incestum, non facit intestabilem, sed restringit personas, in quarum fauorem testari possit, vt ex *eadem lege* latiùs constat.

Et pro hoc etiam facit, quòd donatio aliàs prohibita inter maritum & vxorem valet, si conferatur in

29 tempus † ſoluti matrimonij, *l. ſi ſeruum, §. vlt. ff. de donat. inter virum & vxorem*, & notatur latiùs per Tiraquellum *in d. tract. de Conſtit.* & in *legibus connubialib gloſ.8. de ſon marit, num.291. fol.258.* vbi tamen refert Carolum Ruin. *in conſ.145. Circa primum,col.2. verſ. nec obſtat quòd dicta: lib.1.* & Decium *in conſ.*
30 *502. Ex duobus, col.1.* dicentes, quod mulier à ſtatuto prohibita contrahere abſque licentia viri, non poteſt contrahere,conferendo contractum ſuum in tempus ſoluti matrimonij: quia lex ab initio reſiſtit, & ideò nec in aliud tempus conferri poteſt,vt valeat; *l. ſi minor, C. de ſerv. expor.* quorum opinio ſemper mihi vera viſa fuit, & per Hiſpanos tenenda, attentis legibus Regalibus *Taurinis*, quæ per verba tam prohibitiua & vniuerſalia his contractibus reſiſtunt.

Ex quorum reſolutione ad noſtram materiam infer-
31 tur,quòd mulier † nupta, non poteſt per viam contractus facere (inſcio marito, & non præſtante licentiam) maioratum aut meliorationem, conferendo illius effectum & executionem in tempus ſoluti matrimonij:quia leges Regales à principio reſiſtunt. Quod eſt notandum ad ea,quæ ſcripſi *in quæſtione præcedenti, n.* 420. & hoc tenet Peralta,licèt prædicta non referat *in l.hæredem, n* 77. *cum aliis, pag.*296. *ff. de legatis* 2.

Ex doctrina autem Acbatis *in d. cap. ſuper eo*, inferri poteſt,quòd valet pactum in matrimonio,per quod pater promittit,quòd faciet maioratum vel meliorationem
32 in filium, quem fortè vult cum aliqua † conſanguinea copulatè, pacto facto, quòd matrimonium perficietur, quando ſummus Pontifex diſpenſauerit in conſanguinitate, & impetrata diſpenſatione, & facto matrimonio pactum ex promiſſo verificabitur, & paciſcens pater,& promittens, illud cuſtodire tenetur, niſi aliud adfit impedimentum : quia † purificata conditione, perinde
33 eſt,ac ſi actus ab initio fuiſſet purus, *l. vltima, §. Titius*, vbi Angel. *ff. de vulgari : l. ſi pupillus, ff. de cond. inſtit. l. ſed etſi de ſua.§.vltimo, ff. de acquirend.hæredit.* Notat Iaſ. *in l. ſeruum,§.Titius hæres,num.3. fol.131.ff. de acquirend. hæred.* latè Socin. Iunior *in conſ.35. lib.1.* quod confert ad intellectum textus *in l. 22. Taur.* vbi Tellius *num.22.* cum *Chaſſan. in conſ.43. n.* 1. decidit quæſtionem, quæ de facto mihi contigit in hoc Regali
34 auditorio, quòd ſi pater † promiſit ob contractum matrimonij, quod volebat contrahere cum conſanguinea, obtenta diſpenſatione,facere in filium meliorationem,ſi diſpenſatio ſuperuenit, validatur, & confirmatur promiſſio, quæ à principio nulla erat. Quem ſequitur Angulo *in eadem lege, hodie l.6. tit. 6. lib. 5. Recopilat. gloſ.5. num.3. folio* 150. Contra quos faciunt ſcripta per Tiraquel. *lib.1. de retract.§.1. gloſ.2. n.7. & lib.2. de retract.conuentional.§.6.gloſ.2.n.5.* Parlador. Yañez *in lib. rerum quotidianarum,§.3.in fine, pag.*106.& quæ ſcribit Matienz. *in illa leg. 6. titul. 6. gloſ.5. num.2. fol.*152.

¶ Et in iſta materia multum eſt commendandum quod ſcribit Anton. Gama *deciſ.*355. *num.* 1. *cum ſequentibus*, vbi reſoluit, quòd ſi pater dotauit vnam filiam,quæ non poterat contrahere matrimonium abſque diſpenſatione, & pro ea dotanda obligauit tertiam bonorum partem, & ante obtentam diſpenſationem dotauit aliam filiam,& obligauit eandem tertiam bonorum, & iſta ſecunda filia contraxit matrimonium, & poſteà ambæ filiæ petant dotem actione hypothecaria contra bona patris,filia ſecunda præfertur, ſecundùm eum, ex notatis per Abbatem *in c.Prateream,n.6. de appellat.* Signorol. *in conſ.64. n.6.* & aliis, quæ tradit;licèt contra-
35 rium dicat in Senatu diffinitum fuiſſe.Quæ definitio † ex prædictis verior mihi videtur, & per regulam *l* 1. *ff. qui potior. in pignor. habeant* cum qua concordat notabilis *lex* 33.*in fin. tit.*13. *part.6.* De quibus per Gregor.Lop. qui vocat notabilem *d.l.*1. oblitus de dicta *l.* 33. *in l.* 27.*tit.*13.*p.*5. *in gloſ.fin.* De quibus etiam per Tiraquel. *lib.1. de retract. §.1.gloſ.*10. *num.*113. *part.*256. poſt Iacob. de Aren. Rainer. Cynum, Bart. Bald. Alberi-
cum & Salicet. *in l. aſſidua, in gloſ. in verb. hypothecam: Cod. quæ potior. in pign. habeantur* : & alios plures quos citat. Facit etiam ad hanc opinionem regula *l. qui balneum,in princ. verſ amplius, l.potior, §.videamus, l.creditor, §.ſi primus,ff.qui potior. in pign. habeant l. penult. ff. quæ res pignor. oblig. poſſunt : l.*32.*tit.*13. *part.*5. & conducunt ſcripta per Rodericum Suar. circa *d.l.*1.*ff. qui potior. in pign. habeantur : in l.poſt rem iudicatam,limit.*7. *n.*4. *pag.*308. *col.*2. *ff. de re iudic.*

¶ Notanda tamen eſt ad limitationem prædictorum notabilis doctrina Peraltæ *in d.l. hæredem,ff. de legat.*2. *num.* 84. *&* 85. vbi inquit, † patrem habentem filios 36
legitimos, non poſſe meliorare filium illegitimum in Tertio & Quinto ſub conditione, *Si à Principe legitimabitur* : vbi *à num,*58 *ferè vſque in finem legis*,plura in iſta materia examinauit.

Sed hoc in loco offert ſe alia oppoſtuna & egregia quæſtio. Pone,quòd pater, qui aliquem filium illegitimum habet, cui per leges prohibitum eſt relinquere vltra Quintum bonorum, putà, quia eſt ſpurius, vel ex damnato coitu, vel quod aliam ſimilem incapacitatem patiatur, & propter defectum filiorum legitimorum, vult in illum facere maioratum, & facit illum ſub conditione, *Si à Principe legitimetur*, quæ diſpoſitio valida eſt; & facto maioratu, tradit filio poſſeſſionem corporalem,vel per alium modum factam, vel contractus fuit factus cum aliquo Tertio ob cauſam onerоſam matrimonij,iuxta terminos *l.17. & 44. Taur.* Quæritur, an pater ante euentum conditionis & diſpenſationis, & ante contractum matrimonium,poſſit reuocare maioratum,vel meliorationem? Dubium facit,quia licèt dictus contractus ſit ſuſpenſus, & non habeat effectum, donec obtenta fuerit Principis diſpenſatio : ex traditione tamen & poſſeſſione, quamuis contractus ipſo iure fuiſſet 37
nullus,† poſſeſſio tranſlata fuit, quæ induxit irreuocabilitatem donationis, iuxta *dictas leges Taurinas*, argumento *l.1.§.ſi vir vxori, ff. de acquirenda poſſeſſione,*cum *concordantibus*, & pater poſſeſſionem animo & corpore amiſit, *l. quemadmodum,ff.de acquirend. poſſeſſion. l. licet,Cod.eod. tit.* Et dominium & poſſeſſio ſub conditione † tradi poteſt, ſecundùm Albericum *in l. cum manu* 38
ſata, §. nemo poteſt, ff. de contrahend. emption. Notat Afflict. *deciſ.*338. *num.*2. Et quamuis filius ſit incapax proprietatis donec ſuperueniat diſpenſatio,poſſeſſionem tamen habere poteſt, cum ei poſſit concedi bonorum poſſeſſio, tanquam curatori, vt ſuprà ſcripſi. Et hæc & alia fundamenta,quæ conſultò omitto, faciunt pro hac parte.

¶ Sed in propoſita quæſtione,mihi videtur, quòd ſequens poteſt adhiberi diſtinctio : nam ſi pater facit in filium maioratum ſub prædicta conditione (*Si legitimabitur*) & illi tradit realem & actualem poſſeſſionem bonorum maioratus,† non poteſt reuocare maioratum, 39
donec conſtiterit,an diſpenſatio obtineri poſſit,per text. *in d.l.*1.§.*ſi vir vxori*, cum *concordantib.* & per *l. dotis fructus*, cum *l. ſequenti*, ibi : *Sed niſi hoc, quæ confeſtim ſequitur.ff.de iure do.ium*, vbi probatur,quod ſi traditio interueniat etiam conditione pendente, transfertur dominium.Quam legem ad hoc ponderat Bartol. *in d.l.*1. §. *ſi vir vxori ante finem*, & ibi Alexan. *col. penult. in verſ. Iuxta proximè dicta*, & Aretin. *col.penultima, in verſ.Extra gloſſam,* & in *l.ſub conditione,ff. de ſolution.* Ad quod alia iura & Doctores refert Tiraquel. *lib.1. de retractu, §.1.gloſ.2. num.28. pag.* 46. Cui adde textum hoc benè probantem *in l.2. ff. de periculo & commod.rei vend.* Bart. *in tractatu Tiberiadis in parte de inſula. col. vltim.* Dec. *in conſ.*179. *&* *in l. traditionibus, n.6. in fine, folio* 36. *C.de pactis* : quorum doctrina videtur expreſſa pro hac parte diſtinctionis : Quod etiam retuli *in hac prima parte operis, in quæſtion.* 31. Et ad hoc facit notabilis doctrina Bald. *in conſilio* 478. *Quidam Franciſcus, numer.* 2. *libro* 1. vbi dicit, † quod 40
nulla conditio impedit principium eſſentiæ contractus, quando venitur ad traditionem, per *l.quod*

l.quod niſi, ff. de iure dotium. d.l. ſub conditione, ff. de ſolu tion. l.1. §.1. ff. de vſucapion. pro dote. Et ex hoc dicit, quòd conditio apposita in vltima voluntate,aut in contracta, non impedit eſſentiam contractus, quando venitur ad traditionem, niſi in ipſa traditione conditio inſerta ſit. Et pro iſta etiam opinione eſt notabilis reſolutio Oldradi *conſ.*139. *Ad habendam : n.5.& 6.*

Ex quorum dictis etiam infertur, quod ſi pater faciat
41 in filium † legitimum aliquem maioratum,vel meliorationem ſub aliqua conditione, ſed ſtatim tradit illi poſſeſſionem, non poteſt reuocare maioratum vel meliorationem antequàm conſtet, an conditio impleatur, vel non : & quamuis in vita teſtatoris,& facientis maioratum conditio impleta non fuerit,ſed poſt illius mortem, maioratus remanet purus, *l. ſi neceſſario, in principio, ff. de peric. & commod. rei vend. l.*26. *in fine, tit.*5. *part.*5.

Hæc autem prior pars diſtinctionis procedit, niſi fi-
42 lius ſe obligauerit † impetrare, & ferre diſpenſationem intra certum tempus : nam ſi intra illud tempus filius id non fecerit, fit contractus reſolutio, & pater liberè poteſt reuocare maioratum,argum. *text. in l. quoties,C. de donation. quæ ſub modo, l.1. C. de cond. inſtit. l.*14. per argumentum à contrario ſenſu, *tit.* 11.*p.*4. Et confirmatur ex aliis pluribus quæ ſcribo *in* 2. *p. huius operis, q.* 4. *illat.*8.*cum ſequentib.* vbi tractatur,an hæc mora purgari poſſit.

Si verò pater poſſeſſionem tradat per conſtitutum,
43 † aut alium ſimilem actum citra apprehenſionem corporalem, poteſt reuocare maioratum ante conditionis implementum, ſecundùm ea quæ notantur per Decium *in conſ.*247. *col.*3. *& in l. contractus, n.*23.*ff. de reg. iur.* & Tiraquel. *in tract. de Conſtit. amplia.*17. & ea quæ notabiliter ſcribit Tellius *in dict. l.*17.*n.*21. *cum ſequentib.* Et pro hoc facit, quia ex inutili contractu, tunc dominium transfertur quando traditio eſt vera,ſecùs ſi per Conſtitutum, ſecundùm Paul.Alexand.Socin. & Iaſonem *in d.§. ſi vir,* & alios quos refert Tiraquel. *in d. tract. part.*3. *limitat.*7. *fol.*96. *n.*13. licèt ad hoc replicari poteſt,quòd contractus in noſtro caſu & quæſtione non fuit nullus.Et pro iſta parte diſtinctionis facit quod notat Abb. *in d.cap.ſuper eo, num.*7. vbi poſt
44 Gloſſ. concludit, quòd licèt valeat matrimonium ſub conditione, *Si Papa diſpenſauerit* : ſi ante euentum conditionis contrahatur aliud matrimonium, valet, & primum † eſt inefficax. Pro quo faciunt quæ ſcribit Zaſius *in l. exiſtimo, n.*10.*pagin.*486. *ff. de verbor. obligat.* Et vlterius hoc confirmatur ex *dicto* Hoſtien. *in ſumm. tit. de condit. appoſitis, col.*1.*verſ. Quid contraho*, vbi generaliter dicit,quòd ſi contraham matrimonium cum vna muliere ſub conditione, & poſteà cum alia purè, deinde extet conditio,ſecunda eſt vxor, & non prior.Et ſequitur Collectarius *in d.cap.ſuper eo*, quos refert Tiraquel. qui varia ad propoſitum ſcribit *lib.*1. *de retractu, §.*1.*gloſ.*1. *num.*28. *pag.* 45. Et ad hoc in ſimili conducit quod ſcribit Pedetic. de Senis *in conſ.*69. *Caſus talis eſt*, vbi dicit, quòd quando aliquis eſt nominatus ſub conditione,quæ non eſſet verificata tempore vacationis beneficij, tunc ſecundus nominatus præfertur primo. Notat Rebuff. *in tract. de nomination. q.* 21. *n.*29. *pag.*254. ¶ Pro quo facit, quòd ſi poſſeſſio tra-
45 ditur ſub conditione, non transfertur † in continenti, ſed tempore euenientis conditionis, ſi extrema ſunt habilia, *l. ſi me invitum, ff. de acquirend. poſſeſſ.* Notat Gemin. *conſ.*2. *n.*2. & text. *in l. ſi is qui hæres, 1. reſponſo, ff. de acquirend. hæreditat. l.*14.*tit.*6 *p.*6. De quo legenda ſunt quæ ſcribo *in* 3.*p.q.* 12. *à n.*2.

Nec minus facit doctrina Ancharran. *in conſil.* 239. *n.*3.*&* 4. vbi dicit,quòd ſi inter conſanguineos contrahatur matrimonium de præſenti,ſub conditione, *Si Pa-*
46 *pa diſpenſauerit*, liberè poſſunt † recedere à tali matrimonio,& vti diſpenſatione,vel non vti. Notat Pariſius *in conſ.*52.*n* 42.*lib.*4. & alij,quos refert Tellius *in d.l. Taur. n.*18. vbi ex hoc decidit notabilem quæſtionem,an † melioratio facta ob cauſam matrimonij poſ- 47
ſit reuocari, vbicunque matrimonium fuit nullum,quia contractum & conſummatum fuit ante obtentam diſpenſationem, & notanter more ſolito loquitur. Pro quorum dictis multum facit Concilium Tridentinum *ſub ſeſſ.*24.*cap.*5. *fol.*89. & pro dicto Collectarij etiam addu co ſententiam Dominici *in conſ.*33. *col. penultima,* vbi dicit, quòd ſi † conſanguinei contrahant matrimo- 48
nium ſub conditione, *Si Papa diſpenſauerit*, coniugium illud impeditur diſpenſatione adueniente, ſi alter etiam altero ignorante reuocauerit conſenſum, quem prius præſtiterat,quem referunt & ſequuntur Ludouicus Gozadin. *in conſ.*77. Epiſcop. Couarru. *in epi., de ſponſalib. p.*2. *c.*4. *in princip. n.*10. *fol.*51. quod etiam tradit Ioan.Guttierrez *in quæſtion.Canonicis, d.c.*28. *num.*18. Molina *in tractatu de primogenitura.lib.*2. *cap.*13.*n.*10. Ioan.Guttierrez *in Canonicis quæſtionibus,c.*22. Manuel Rodrig. *in libro moralium, c.*242.*de matrimonio, pag.* 429. *col.*1.

Ex quibus infertur, quòd ſi quis impetrauerit licentiam ad faciendum maioratum in aliquem ex filiis, etiamſi eum proprio nomine nominauerit, vel ad alienandum,aut hypothecandum bona maioratus, vel aliud ſimile,† non eſt cogendus, ſi non voluerit vti facultate 49
& diſpenſatione; quod in facultate data ad faciendum maioratum clariſſimum eſt, per argumentum à fortiori ex *l.* 44. *Taur.* hodie *l* 4. *tit.*7. *libro* 5. *Recopilat.* ¶ Et an melioratio facta ſub conditione † ſit irreuocabilis 50
per traditionem veram, vel fictam, diſputat Tellius *in l.*17.*Tauri,n.*25.*cum ſequentibus* : & nouiſſimè Ioannes Guttierrez *quæſtion.practic.lib.*3. *q.*65. ¶ Et quòd partes conditione pendente non poſſint ab eo † recedere, 51
probatur *in l. neceſſario, ff. de periculo & commod. rei vend. & in l. cum maritus,§.final.ff.de pact.dotal.* Notat Petrus Barboſa *in l. quæ dotis,num.*131. *pag.*726. *ff.ſoluto matrim.* ¶ Et quòd contractus non reddatur † cō- 52
ditionalis propter conditionem reſolutiuam, probatur *in l.*2. vbi Gloſ. *ff. de indic.* ſecùs in vltimis voluntatibus,*l.quibus diebus, §. quidam.ff.de condit.& demonſtrat.* De quo per Peraltam *in l.*1.*n.*90.*ff. de legat.*2. Barboſam *in l. ſi conſtante, num.* 24. *pag.*595. *ff.ſoluto matrimonio.* Et quod vbicunque dubitatur an aliqui naſcantur,res remaneat in ſuſpenſo,probatur *in l. ſi duobus, in princip. ff.de leg.*2.*& in l.fin. §.ſin autem ſub conditione, Cod. communia de legatis*, cum *concordantibus*, vt per Petram *in tractatu de fideicommiſſ. quæſt.*11. *num.*586. *pag.*321.

Deinde in hac materia notanda eſt Gloſſa *in l. nam ad ea.ff.de condit.& demonſtr.* quæ dicit,quòd capacitas vel incapacitas legatarij quoad ipſam rem legatam,attenditur † iuxta tempus exiſtentis conditionis; quam poſt 53
alios ad hoc expendit Peralta *in l.omnia,§.fundum, n.*5. *pag.*337. *de leg.*2. tradunt Paulus de Caſtro *in conſ.*301 *Prima dubia,in fine, lib.*2. Auguſtinus Beroius *in conſ.* 103 *n.*6.*lib.*2. Simon de Prætis *de interpretanda defunctivoluntate, lib.*4. *dubit.*4.*n.*43. *folio* 403. Hieronymus Gabriel *in conſ.*140.*n.*43. Antonius Peregrinus *in tractatu de iure fiſci,lib.*5. *tit.*5.*n.*19. *pag.*116. Ex quo infertur, quòd ſi quis fuit vocatus ad maioratum ſub aliqua conditione,quæ dum venit & ceſſit,iam ille erat capax,non oberit illi incapacitas,quæ ante euentum conditionis in eo aderat De,quo etiam vide Molinam *lib.* 3. *de primogen.c.*2.*n.*20 *fol.*11. & text. *in l.Mœuius, & in l.mulium,ff.de conditionib.& demonſtrat.* Quæ iura probant,quòd quando in incertum futurum euentum vocat aliquos,ſpectatur ſolus conditionis euentus,non tempus mortis,vel teſtamenti.Notant Alexand.*in conſ.*22.*lib.*3. *col.*2.*& in conſ.*12.*col.*2.*lib.*4. Iaſo *in conſ.*159.*n.*3. *libro* 4. Cephalus *in conſ.*659.*n.*22. *lib.*5. qui alios citat: quod in iſta materia maioratuum ad plura eſt neceſſarium.

¶ Item ad capacitatem legati eſt attendendum tempus mortis † defuncti, qui legatum fecit, quamuis tem- 54
pore in quo legatum fuit, non adfit, *l. ſi mihi & tibi,*

§. regula, ff. de legat. 1. l. ſervus eius, ff. de acquirend. hæredit. l. ſi cognatis, ff. de rebus dubiis, l. ſi deportati ſerv. ff. de legat. 3. & l... tit. 9. part. 6. in fine, Gabr. conſ. 140. num. 43. & eſt etiam bona l. 2. tit. 3. part. 6. in 1. & 2. part. quod in maioratibus Hiſpaniæ non procedit, ſecundum Molin. d. c. 2. n. 19. lib. 3. Et plura citat Anton. Peregrinus in tract. de fideicom. art. 22. n. 69. fol. 201. Et dicit Andr. de Iſernia in cap. 1. §. hoc quoque, col. 2. de ſucceſſion. feud. & in cap. 1. §. his vero, de
55 ſucceſſ. fratr. & grad. ſucceſ. & in cap. 1. col. 5. verſ. hæc ſunt vera, de natur. ſucceſſion. feud. quòd † in primogenito reſpectu ſucceſſionis debet conſiderari tempus mortis illius, de cuius ſucceſſione agitur. Notat Decius in conſ. 443. In caſu ad me tranſmiſſo de Regno Portugaliæ, num. 14. eleganter Ripa in l. ex facto, num. 29. cum aliis, ff. de vulgar. Pariſius in conſil. 85. num. 36. lib. 2. Menochius conſil. 211. num. 52. & conſ. 220. n. 123. & 124. & conſ. 269. num. 19. lib. 3. Simon de Prætis de interpret. defunct. volunt. interpretat. 1. dubitat. 3. ſolut. 4. num. 15. fol. 193. Tiraquel. in tract. de primoge-
56 nitura, q. 13. num. 6. pag. 73. Et ſufficit † quod quis ſit agnatus tempore delatæ hæreditatis, vt hæreditatem ipſam nanciſcatur, etiamſi poſteà deſinat eſſe, l. ultim. de ſucceſſorio edicto: l. ultima, ff. vnde liberi, cum aliis, vt per Tiraquel. de ceſſan. cauſa, limit. 4. num. 5. fol. 126. Et faciunt quæ ſcribit Socinus Iunior in conſilio 180. num. 43. lib. 2. & Simon de Prætis lib. 5. de interpret. defunct. voluntate, interpret. 2. dubitat. 2. n. 94. fol. 515. Tiraquel. & alios plures citat Petr. Surd. deciſ. 20. n. 8. Coſta in q. de patruo & nepote: p. 1. n. 12. pag. 394. & p. 2. num. 12. pag. 416. eleganter Alexander in conſil. 133 n. 2. lib. 1. nouiſſimè Caldas Pereira de nomination. ad emphyt. q. 13. num. 62. fol. 138. & q. 24. num. 74. fol. 288. & ante illum Molina lib. 1. de primogeniis, c. 13. num. 36. fol. 106. & lib. 3. dicto cap. 2. num. 16. fol. 10. & eodem libro 3. cap. 14. fol. 108. num. 15. Et Bald. in l. inter antiquum, C. de uſufruct. Lapus allegat. 67. Quidam Franciſcus, & alij, quos refert Decius in cap. in præſentia, num. 72. de probation. vbi tractant, ſi quis in tempore, quo hæreditas deferebatur, frater Minor erat, & poſtmodùm tempore additionis capax reperiatur, cui hæreditas acquiratur? tradit Tiraquel. in tract. de primog. q. 80. num. 2. pag. 393. & diſputat in eodem tractatu, q. 63. De quo legenda ſunt quæ ſcribo p. 2. q. 3. in
57 fine: & Nauarr. in cap. ſi quis, de pœniten. d. ſt. 1. n. 37. pag. 70. Et facit, quod in contractibus † conſideratur qualitas, quæ adeſt tempore ipſorum contractuum; non autem conditionis, aut alterius futuri euentus: cùm quærimus cui quid acquiri debeat; l. filiusfamilias, vbi Bart. & recentiores. ff. de verborum obligation. l. quæ legata, & l. ſequenti. ff. de regul. iuris, l. 2. §. id quoque, ff. de collat. bonor. l. vltima. ff. de ſtipulat ſeruor. cum concordantibus, vt per Alexand. conſil. 232. lib. 6. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. gloſſ. 10. num. 43. pagin. 235. & §. 1. gloſ. 9. num. 98. pagin. 162. ¶ Ex qua reſolutione dubitabilis redditur doctrina Pauli, & Cardinalis. q. 16. in Clementina final. de election. vbi Imol. col. 2. Bonifacius n. 38.
58 concludentes, quòd legatum † factum monacho ſub conditione, acquiritur illi monaſterio, in quo monachus vitam agit tempore euenientis conditionis; & non alteri, in quo tempore legati commorabatur. Quod tradit Epiſcop. Couar. in cap. 1. de teſtament. num. 20. fol. 375.

Ex quibus confirmatur, quod ſcribit Tell. in l. 12.
59 Taur. num. 44. vbi dicit prohibitam eſſe † ſucceſſionem filiorum illegitimorum cum filiis legitimis poſteà habitis, niſi tempore mortis patris legitimi fuerint mortui, quod veriſſimum credo. Pro quibus facit l. 19. Tauri, ibi, Al tiempo de la muerte. Materiam autem doctrinæ Andr. de Iſernia latiſſimè explicat Menoch. ad hoc legendus conſ. 106. num. 1. cum aliis, lib. 2. qui per totum conſilium tractat, ſi quis vocet primogenitum ad fidei-
60 commiſſum, † admittatur ille, qui fuit primogenitus tempore mortis, vel conditionis exiſtentis: & latè agit de intellectu textus, qui in iſta materia eſt capitalis in l. cum pater, §. hæreditatem, ff. de leg. 2. qui probat generalem concluſionem; quòd in fideicommiſſis eſt inſpicienda qualitas, quæ adeſt tempore exiſtentis conditionis: præcipuè hoc explicat n. 148. & n. 213. de quo lege Tiraq. in tract. de primogen. q. 63. n. 1. cum ſequentibus, Ioann. Cirier in tract. de primogen. lib. 1. q. 21. col. 2. fol. 33. Mantica de coniecturata mentis defunct. lib. 8. titul. 10. num. 2. pag. 341. & lib. 8. ti. 17. num. 1 in nona editione, qui refert Menochium in dicto conſil. 116. Simon de Prætis lib. 3. de coniectur. men. defunct. dubit. 4. ſolut. 3. n. 16. fol. 338. Ex quibus declaranda venit doctrina Croti in conſilio 54. vbi tradit, quòd ſi teſtator vocauit conſanguineos maſculos proximiores de patrimonio, ſeu eius cippo, intelligitur vocare conſanguineos, qui ſunt tempore exiſtentis conditionis, non tempore mortis; quem citat Rolandus in conſ. 39. n. 35. lib. 4. & in illo conſilio multa ſcribit in iſto propoſito in materia primogenituræ. Et quod qualitas adiecta in vltima diſpoſitione, inſtitutione, vel legato, vel fideicommiſſo, ſit cõſideranda tempore exiſtentis condirionis. & non tempore mortis, tradunt ex Communi, Bolognetus conſil. vlt. n. 28. Menochius in conſil. 1. n. 24. & 109. & alij, quos citat Burſatus in conſ. 22... n. 15. lib. 2.

Et in teſtamenti factione † paſſiua requiritur habili- 61
tas tribus temporibus, ſcilicet, tempore inſtitutionis, & tempore mortis teſtatoris, & tempore additionis, l. ſi alienum, §. in extraneis, ff. de hæred. inſtituend. & dixi ſuprà in quæſtione præcedenti; & tradit Iacob. Philippus Porcius in conſ. 108. num. 67. Per quam regulam diffinit Menochius in conſ. 275. n 44. lib. 3. quòd filius primogeniti, qui propter delictum bona amiſit, † non 62
poteſt reſtitui in præindicium alterius primogeniti: quibus iungo, quòd ſufficit vocatos eſſe in rerum natura tempore exiſtentis conditionis, & purificatæ, ſecundùm Roman. in conſ. 438. Bertrandum conſil. 23. lib. 1. Alexand. in conſil. 26. lib. 3. & alios, quos citat Tiber. Decian. reſponſ. 8. n. 77. lib. 2. Et in vocato ſub conditione ſi domus alienetur, tradunt Carol. Ruinus in conſil. 223. num. 16. lib. 2. Quintilianus Mandoſ. in tract. de ætate minoris, cap. 2. n. 28. folio 6. limitando legem cum ita, §. in fideicommiſ. ff. de legat. 2. qui refert alia conſilia Ruini. ¶ Ex quibus etiam fit, † quòd ſufficit, quod 63
quis ſit habilis tempore ſucceſſionis, licet poſteà ſit inhabilis, l. final. C. vnde liber. l. 3. §. ſi mancipatus, in 2. ff. de bonor. poſſeſſion. contra tabulas, tradunt Romanus in conſilio 442. Decius conſilio 24. Curtius Iunior conſilio 10. quos citat Rolandus in conſil. 96. num. 4. lib. 4.

Nota tamen circa prædicta, quòd proximior † tem- 64
pore teſtamenti præfertur aliis exiſtentibus tempore euenientis conditionis, vt ex doctrina Baldi in l. prædia, num. 4. C. de fideicommiſſis, Socin. Iunior in conſil. 172 num. 30. lib. 2. Cephal. conſil. 318. libro 2. & aliis probat Simon de Prætis lib. 3. de interpretand. defunct. voluntate, ſolutione 3. num. 18. fol. 338. ¶ Sed quòd in 65
ſucceſſione ex † teſtamento attendatur tempus exiſtentis conditionis, ad hoc vt quis proximior dicatur, ſecus in ſucceſſione ab inteſtato, volunt Alexander in conſ. 26. ad finem, libr. 3. Corneus in conſ. 97. num. 7. lib. 1. & in conſ. 230. col. penultim. ad finem, lib. 3. Decius conſilio 217. in fine, Iaſo conſil. 159. num. 3. lib. 4. Pariſ. conſ. 36. num. 10. lib. 2. Menochius conſ. 211. numer. 94. lib. 3. Quibus addo, quòd primogenitus non dicitur per reſpectum ad illum, cui ſucceditur, ſed per reſpectum ad ſecundogenitum. ¶ Et quod primogenitura eſt qualitas † habens actum momentaneum, quæ 66
acquiritur in continenti, cum quis naſcitur; ſed proximitas habet tractum ſucceſſiuum; idcò ſecundum tempus variatur, ſed altera non, ex Paulo de Caſtro reſoluit Rolandus in conſ. 38. num. 23. & 24. lib. 4. & non ſunt omittenda quæ eleganter in iſta materia reſoluit Ripa in rubr. de ſecundis nuptiis, n. 6. & textus notabilis qui non refertur, & extraordinarius in l. ſi teſtamento ff. de manum. vbi

primogenitus non præfertur in caſu illius legis, qui legi debet.

Et eſt notandum in iſta materia, quòd ſi pater obti-
67 neat licentiam † Regalem ad legitimandum filium, & decedat non legitimato filio, nec diſpoſito, quòd ipſum volebat legitimare, poſt mortem patris, non poteſt legitimari; quia per impetrationem licentiæ non diſpoſuit: & mens quæ non tranſit ad diſpoſitionem non curatur. Quod latius fundat Iaſ. in d. §. & quid ſi tantum, num. 113. & Galiaula col. 15 Socin. Iun. in conſil. 121. num. 28. lib. 2. quem lector legat. De quorum opinione non ſine apparentibus, & exiſtentibus rationibus quoad noſtrum propoſitum dubitari poteſt; cum pater, quando talem licentiam impetret, ſatis videatur filium legitimare: maximè cum præmiſſa eius petitione Princeps maculam ſpurietatis tollat, & in ſubſtantia nihil iam deficere videtur, cum præcedat patris voluntas, & ſubſequatur Regia diſpenſatio, quæ poſt patris voluntatem totum facit, nec quicquam deeſſe iam videtur. Cogitandum eſt, cùm authoritas prædictorum DD. magna ſit.

SVMMARIA.

68 *Perſona, in qua maioratus conſtituitur, intelligitur odio à lege non haberi.*

69 *Filios legitimos non habens, in filium naturalem poteſt facere maioratum, & ſubſtitutiones in fauorem aliorum filiorum naturalium, prætermiſſo parente.*

70 *Maioratum poteſt facere pater in filium naturalem, ſi filij legitimi ſint incapaces propter delictum, vel monachatum, & num. 79.*

71 *Defunctus cum filio de ordine Mendicantium, ſine liberis decedere an dicatur.*

72 *Maſculi an poſſint conſentire, vt filiæ, quas ſolùm dotare tenebantur, cum illis ſuccedant; & ibi an poſſit pater filiam inſtituere in feudo.*

73 *Filiæ an cenſeantur excluſæ à ſtatuto, quando agnati repudiant.*

74 *Non extare, & extare ſed non ſuccedere, an paricentur, & num. 85. & 92.*

75 *Filia excluſa propter maſculos à ſucceſſione, an dicatur hæres. Et an habeat ius querelandi contra teſtamentum, n. 77.*

76 *Non ſucceſſibiles in conſideratione non ſunt.*

78 *Frater minor, vel deportatus, an computentur in numero filiorum, & num. 80.*

81 *Filia, quæ non ſuccedit patri ſtante patruo, ex ſtatuto, non tollit ſubſtitutionem, quæ ita ſit, ſi hæres ſine liberis deceſſerit.*

82 *Filiæ dotatæ, quæ extantibus maſculis non ſuccedunt, an illis deficientibus reintegrentur.*

83 *Et an ſint in conſideratione, maſculis extantibus.*

84 *Filius licèt non ſuccedat, an faciat deficere conditionem.*

86 *Qui agnatus fœminas non excludat, etiam ſtante ſtatuto.*

87 *Moniales an computandæ in numero filiarum.*

88 *Ad excluſionem fœminarum an requiratur ſucceſſio maſculi cum effectu.*

89 *Statutum per quod filiæ excluduntur, maſculis extantibus, non intelligitur in maſculo ſpurio etiam legitimato.*

90 *Quid quando maſculi ſunt deportati.*

91 *Filius incapax non obſtat ſequentibus in gradu.*

93 *Nomine filiorum an contineantur ſpurij.*

94 *Mulier ex ſtatuto non ſuccedens, an habeat ius retractus.*

95 *Filia dotanda ſi fratri ſuperuiuat, an admittatur amita ad ſucceſſionem.*

96 *Finita cauſa priuilegij, priuilegium finitur.*

97 *Pœnæ ſtatutæ aduerſus mulieres, vel maritos ſecundò nubentes, an procedant, quando filij ſunt incapaces.*

98 *Fœminæ maritatæ, per ſtatutum excluſæ ab hæreditate, an admittantur ad ius patronatus.*

97 Pragmatica dotium Madriti anno 1534. in ordine 101. *non procedit, vbi pater vnicam filiã habet.*

100 *Statutum quòd fœmina non ſuccedat, quomodò intelligatur.*

101 *Fœmina an excludat maſculum ex indicio teſtatoris excluſum.*

102 *Filia ſtatuto excluſa, an audiatur contra teſtamentum patris, ob præteritionem.*

103 *Sorore propter maſculos renuntiante, an illis deficientibus deficiat renuntiatio.*

104 *Semel vtiliter conſtituta an durent, etiam ſtante caſu, à quo initium ſumere non potuerunt.*

105 *In quolibet actu attenditur tempus, in quo diſpoſitio ſumit effectum.*

106 *Qualitas adiecta in vltima diſpoſitione, legato, aut fideicommiſſo, quo tempore conſideranda, & num. 120.*

107 *Dos an ſecundum tempus nuptiarum conſtituenda.*

108 *Infertur alius intellectus* ad Pragm. Madritij, *& limitatur*, l. 12. Taur.

109 *Maioratum poteſt facere mater in filium ſpurium, ſi filios legitimos non habeat, & num. 115.*

110 *Filij naturales an renocent donationem factam à matre, virtute* l. ſi vnquam.

111 *An ſuccedant auiæ materna, & aliis coniunctis per lineam maternam.*

112 *Frater an teneatur alere ſororem vel fratrem ſpurium ex eadem matre natum.*

113 *Intellectus ad* leg. 9. Tauri.

114 *Vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.*

116 *Pater an poſſit relinquere filiis naturalibus aut ſpuriis vltra Quintum, quando legitimi conſentiunt, & num. 117.*

118 *Maioratum, ſi pater faciat in filium, grauando quòd det naturali vltra Quintum, an filius hoc adimplere teneatur, & num. 121.*

119 *Si pater in filium maioratum faciat ex aliqua cauſa innalidum, an reconualeſcat abſque nouo patris conſenſu ceſſante cauſa quæ à principio impediebat.*

122 *Si pater & mater faciant ſimul maioratum, & pater ſit incapax, an ſuſtineatur maioratus ex capacitate vxoris? Et reſoluitur* num. 141.

123 *In indiuiduis an retineat quis per ſocium quod per ſe retinere non poteſt, & num. 124.*

125 *Maritus cùm ſtipulatur ſibi alimenta, an videatur vxori ſtipulari.*

126 *Mulier ſummè nobilis an maritum ignobilem nobilitet.*

127 *Habenti rem cum Eccleſia communem quomodo currat præſcriptio.*

129 *Non priuilegiatus an gaudeat priuilegio ob communionem priuilegiati, refertur opinio aſſerens, & num. 134. & contraria, n. 142.*

130 *Quod non procedit ex vno capite an procedat ex contunctione duorum.*

131 *An vitietur actus per admiſſionem inhabilis, alia habili exiſtente.*

132 *Mulier naturalis legitimo viro nupta, an efficiatur legitima, & num. 137.*

133 *Priuilegium à ſocio impetratum aliis prodeſt.*

135 *Maritus & vxor vnum corpus dicuntur, vna domus.*

136 *Participes bonæ famæ.*

138 *Incapacitas mariti an per capacitatem vxoris ſuppleatur.*

139 *Quid de fœmina ex perſona mariti.*

140 *Qualitas imperfecti an per qualitatem perfecti ſuppleatur.*

143 *Diſpenſatio an poſſit impetrari ſine ſpeciali mandato, & num. 156.*

144 *Mulier nobilis plebeio nubens an perdat nobilitatem.*
145 *In dubio an fauendum marito.*
146 *Maioratus an sustineatur ex persona fratris capacis in personam filij spurij alterius fratris? remissiuè.*
147 *Princeps facultatem concedens incapaci ad faciendum maioratum sciens illius incapacitatem, videtur cum illo dispensare.*
148 *Papa super matrimonio dispensans, super legitimitate filiorum an videatur dispensare.*
149 *Cùm infanti beneficium concessit, infantiæ notitiam habens, an cum illo dispenset.*
150 *Quid cum simoniaco.*
151 *Inhabilem an possit Imperator ad feudum nobilitare.*
152 *Pontifex Religiosis pro illorum Ecclesia indulgentias concedens, an eorum Religionem approbet.*
153 *Vno permisso permittuntur alia ad executionem necessaria.*
154 *Princeps quando censeatur cum bannito dispensare.*
155 *Dispensatus ad aliquid an videatur dispensatus ad accessoria.*
156 *Electus à Principe an idoneus iudicetur.*
157 *Dispositio facta super accessorio trahitur ad principale connexum.*
158 *Princeps an videatur dispensare super defectu incapacitatis, quando id facit ex certa scientia.*
159 *Quid si priuilegium contra ius commune concedat.*
160 *An valeat impetratio in præiudicium iuris alicuius, si de eo fiat mentio.*
161 *Princeps aliquem titulo Dignitatis nominans, an videatur conferre ius.*
162 *Princeps si restituat incapacem propter delictum, & is postea impetret facultatem ad faciendum maioratum, incapacitatem tacendo, an sit impetratio subreptitia.*
163 *Legitimatio facta in illegitimum si non est efficax, an valeat maioratus.*
164 *Quid si pater faciat maioratum in filium spurium, & nepotem legitimum.*
165 *Maioratus an possit fieri in incapacem, vt capaci restituat. Et ibi quod tacitum, & iuri contrarium fideicommissum de restituendo non capaci, non præsumitur iniunctum, nisi probetur.*
166 *Maioratus factus ab eo, qui ignorabat licentiam sibi concessam fuisse, an valeat.*

Ex prædictis facilè cognoscitur, patrem non posse facere maioratum in filium spurium, aut adulterinum vel incestuosum, quamvis habeat licentiam ad faciendum maioratum in filium, quem voluerit; nisi sub prædicta conditione, *(Si legitimabitur)* quia filios talis conditionis, & qualitatis lex odio habet; & ideo, quamvis regulariter in quacunque persona possit maioratus constitui; intelligitur † dummodo talem personam lex odio non habeat, *l. Lucius Titius* 88. §. *Lucius Titius Damam*, *ff. de legatis* 2. facit *l. si quando*, *C. de inofficios. testament.* Et hoc verissimum est, & fulcitur ex scriptis per Carolum Ruinum *consil.* 47. *num.* 7. *lib.* 1. Menochium *de adipiscend. possess. remedio* 4. *num.* 338. *pag.* 86. & per Albericum *in l. cum pater*, §. *mater*, *ff. de legat.* 2. Tiraquel. *in tractatu de nobilitate*, *cap.* 37. *n.* 152. *pag.* 560. & prius *cap.* 15. cum aliis: & faciunt quæ scribo infrà *q.* 48. & *part.* 2. *q.* 2.

68

In filium autem naturalem pater potest facere maioratum etiam ex omnibus, si filios legitimos non habeat, † etiam absque Regali facultate; quia cùm pater possit per viam institutionis per vltimam voluntatem, aut titulo donationis concedere omnia bona filio naturali, si careat legitima prole, ex *authent. licet*, *C. de natur. liber.* & l. 10. *Taur.* hodie *l.* 8. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recopil.* maiori ratione licet ei bona vinculare titulo maioratus, in cuius constitutione agitur de fauore publico, vt *infrà* in aliis pluribus locis docetur.

69

Sed dubium est, vbi ille, qui vult facere maioratum in filium naturalem, habet patrem legitimum, an hoc casu possit filius excluso patre legitimo facere maioratum in filium naturalem? In quo idem concludendum videtur, quia licèt ex *d. authen. licèt*, quando filius naturalis habet patrem, non possit totam substantiam relinquere filio naturali; diuersum statuitur *in d. l.* 10. *Taurina*, ex qua *lege* in hoc corrigitur *dict. authent.* & pro hac conclusione est *l.* 27. *Taurina*, hodie *l.* 11. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopilationis.* In qua sancitum est, quòd substitutiones, quas pater iniungere potest filio in Tertio meliorato, tenetur primò facere in fauorem filiorum, & descendentium legitimorum, & in defectum filiorum legitimorum, potest facere in filios illegitimos; & in defectum eorum, in fauorem ascendentium legitimorum. Et eadem ratione pater potest in hoc casu vocare alios filios naturales in defectum filiorum illius, qui primus vocatus fuit; etiam si talis, qui maioratum fecit, habeat parentes legitimos: quia potest seruare ordinem præscriptum *in d. l.* 27. & vti facultate, quæ ex ea lege est concessa. Et fulcitur ista conclusio ex his, quæ scribit Tellius *in d. l.* 26. *n.* 14. *versus finem.*

70

Item notandum est circa hoc propositum, quòd licèt pater habeat † filium legitimum, qui tamen factus fuit Monachus Sancti Francisci, & consequenter inhabilis ad succedendum; vel quia commisit aliquod delictum, per quod factus fuit incapax, liceat patri facere maioratum in filium naturalem de omnibus bonis, quemadmodum si filios non haberet. Quod probatur ex *d. authent. licet*, in illis verbis, *Cui relinqui necesse est.* Quæ lex sentit, quòd quamvis quis habeat filios legitimos, si tamen non tenetur eis relinquere legitimam, non prohibetur pater relinquere bona filiis naturalibus: facit *l.* 1. §. *si deportatus*, ibi: *Fratribus suis non obstabit.* ff. *de bonis libertorum*, *l.* 1. §. *penultimo*, *ff. de bonorum possessione contra tabul.* ¶ Et ille qui defunctus est cum filio de Ordine Mendicantium, † dicitur decedere sine liberis, secundùm Baldum *in l. cum acutissimi*, *num.* 12. *C. de fideicommiss.* & in *l. maximum vitium*, *num.* 12. *C. de liber. præter.* Et talis filius habetur pro mortuo, & locus fit ei, qui post eum ad hæreditatem vocabatur, secundùm Bald. Bart. *in l.* 1. §. *qui habebat*, *ff. de bonorum possessione contra tabul.* & *in l. post mortem*, §. *liberis*, *ff. eodem tit.* cum *concordantibus*, vt per Phanuc. *in tractatu de lucro dotis*, *glos.* 5. *num.* 16. *pag.* 748. & legendus est idem *in eadem glossa*, *num.* 49. Et faciunt plura, quæ ad hoc propositum & finem per me scripta sunt *in* 2. *p. huius operis q.* 3. *num.* 16. *cum sequentibus*, quæ huic loco etiam conueniunt pro confirmatione prædictæ sententiæ. Quibus est addendum quod scribit Matthæus de Afflictis post Andr. de Isernia, quem citat, *in constit. Neapol. lib.* 3. *rubr.* 24. *de succession. num.* 9. *fol.* 293. vbi inquit, † quòd filij masculi possunt facere & consentire, quòd sorores succedant cum illis, quas solummodo dotare tenebantur. Et adduco quod scribit Lucas de Penna *in l. iubemus*, *C. de præposit. sacri cubicul. lib.* 12. *fol.* 224. *col.* 3. *versic. hæc faciamus*, vbi tradit, quòd pater ex consensu filij masculi potest filiam instituere hæredem in feudo.

71

¶ Et pro hoc itidem facit doctrina Angeli *in authentico*, *de nuptiis*, §. *optimè*, *num.* 18. *versic. nota singulariter*, vbi dicit, quòd quamvis mulier, quæ secundò nupsit, non possit legare secundo coniugi, nisi quantum legauerit vni ex filiis primi matrimonij, iuxta textum *in l. hac edictali*, *C. de secund. nupt.* tamen si ex primo matrimonio solum modo adest filia, quæ ex statuto succedere non potest, vel quia renuntiauit; tunc non arctatur disponere in fauorem secundi coniugis quomodo voluerit. ¶ Et conducit quoddam egregium *consilium* Roman. 43. *num.* 3. de quo latiùs Tellius *in d. l.* 10. *Taur. num.* 19. *cum sequentibus.* Quibus addo *Chassanæum*, qui refert dictum consilium Romani, licet vitiosè: & illud confirmat

confirmat *in consuet. ud. Burgundiæ*, *rubr.* §. 3. *fol.* 288. *col.* 1. *vers. quæro quid*, Guillelm. Benedict. *in cap. Raymundus*, *in verb. & uxorem nomine Adelasiam*, *num.* 680. *fol.* 113. *de testament.* Bartholom. Socinus *in consil.* 35. *num.* 16. *lib.* 4. vbi tradit, † quòd filiæ non censentur excluſæ à statuto, quando agnati repudiant.

73

¶ Et pro istorum conclusione adduco regulam illam notabilem, & quæ ad varia prodest, quod in materia successionum paria sunt aliquem † non extare, vel extare & non succedere, quæ probatur *in l. sed si ex modica*, §. *si filius*, *ff. de bonis libertorum.* Notant Decius *in l. filiæ dotem*, *col.* 2. *de collat.* Bald. *in cons.* 3. *lib.* 4. Antonius Peregr. *in tract. de fideicommiss. ar. ic.* 22. *num.* 78. *fol.* 204 & *arcic.* 36. *num.* 11. *fol.* 327. Antonius Petra *in tract. de fideicommiss. q.* 11. *nu.* 592. *pag.* 322. Glossa Parisiens. *in consuetud. Parisiens.* §. 3. *glos.* 1. *num.* 3. *q.* 5. *fol.* 66. vbi loquitur de primogenito, qui se abstinet à primogenitura, in cuius locum alius secundus intrauit, Alexand. *in cons.* 117. *num.* 16 *lib.* 6. vbi Molin. & *in consil.* 109. *num.* 13. *lib.* 6. Tiraquel. *lib. de primogen. q.* 53. *num.* 16. Simon de Prætis *lib.* 3. *de interpretanda defunct. volunt. dubitatione* 3. *solutione* 1. *num.* 36. *fol.* 313. Mantica *de coniect. ment. defunct. lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 50. *fol.* 197.

74

Et filia excluſa propter masculos à † successione patris habetur pro extranea, & non dicitur hæres, vt probat Berous *cons.* 70. *num.* 9. *lib.* 2. *ex Authent. de nupt.* §. *oprimè*, & *in cons.* 93. *num.* 31. *lib.* 1. & Bart. *in l.* 1. §. *sciendum*, *ff. de suis & legit. hæred.* Alexand. *cons.* 128. & 131. *lib.* 1. Quam quæstionem examinat nouissimè & latissimè Antonius Thesaurus *in decis. Pedemont.* 159. *num.* 1. *cum sequentibus*, post Antonium Gabrielem *lib. communium conclus. tit. de legit. conclus.* 2. *num.* 3. & 4. & tradit Natta *in cons.* 74. *num.* 12. ¶ Et non successibiles † non sunt in consideratione, *l. sancimus*, §. *cum autem*, *C. ad Trebell.* Notat Barthol. Socinus *in l. cum auus*, *num.* 39. *ff. de conditionibus & demonstrationibus*: & Ripa qui plura tradit *in l. fœmina*, *num.* 12. *C. de secundis nuptiis.*

76

Ex quibus confirmatur notabilis in ista materia resolutio *Bald.* post longam disputationem *in l. maximum vitium*, *nu.* 16 *cum sequentibus*, *C. de liber. præterit. fol.* 69. vbi vult, quòd si statuto cauetur, quòd filiæ fœminæ, extantibus masculis, non succedant ab intestato, si pater habuit filium & filiam ex priori matrimonio, & vnum filium ex secundo matrimonio, si fecit testamentum, & instituit duos filios masculos, fœminis autem reliquit decem; non habet † filia ius querelandi contra testamentum, & inibi Bald. *num.* 13. alia ad propositum scribit; & hæres tantum capax debet mitti in possessionem bonorum, vt ex *Tiraquel.* & aliis tradit Burſat. *in consil.* 9. *num.* 22. sic Bald. *in l.* 1. §. 1. *in princip. num.* 11. *C. de caduc. tollend. fol.* 171. inquit, quòd frater Minor, † vel per damnationem deportatus, non computatur in numero filiorum: quia est attendendum tempus mortis parentum, & ideo tales filij non habent ius accrescendi; quod est singulare ad ea, quæ habentur de iure accrescendi in locis ordinariis, & *ad l.* 34. *tit.* 9. *part.* 6. De qua etiam quæstione vide Bart. *in l. pater filium*, *in* 3. & 4. *quæst. ff. de inofficios. testament.* Doctores *in l. plane*, §. *si duobus*, *ff. de legatis* 1. & quæ refert Ias. *in l. re coniuncti*, *num.* 187. *fol.* 282. *ff. de legat.* 3. Oliuerius *in tractatu de gradibus cognat. tit. de successionab intestat. num.* 12. *cum sequentibus*, *pag.* 227. Hinc est, quòd filius exhæredatus habetur pro mortuo, *l.* 1. §. *si pater*, *vers. sed si*: *ff. de coniungendis cum emancipatis*: §. *prodesse*, vbi Glos. *Instit de exhæredatione liberorum*: Notat Mantica *de coniecturata mente defuncti*, *lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 50. *fol.* 197.

77

78

79

¶ Quod etiam confirmo, † quia vbicunque Monasterium est talis qualitatis, quòd nec in particulari, nec in communi potest habere bona, non excludit substitutum, nec habet locum regula text. *in Authent. nisi rogati*, *C. ad Trebellianum*, & aliorum iurium concordantium, secundùm Bartolum *in tractatu Minoritarum in* 3. *part. in vers. isti hæredes*, & *in l. cum pater*, § *hæreditatem*, *ff. de legatis* 2. Anton. & Abb. *in cap. in præsentia*, *de probation.* Alexand. *in cons.* 113. *num.* 4. *lib.* 3. vbi communem dicit, & alios plures quos citat Franciscus Mantic. *lib.* 11. *de coniecturata mente defunct. tit.* 7. *n.* 8. *pag.* 493. Quod nouissimè tractat Antonius Peregrinus *in tractatu de iure fisci*, *lib.* 3. *tit.* 34. *nu.* 2. *pag.* 149. ¶ Et frater Minor non computatur in numero filiorum, † ad instar mortui, vel exhæredati, Bart. & alij *in l. Papinianus*, §. *unde si quis*, *ff. de inofficios. testament.* & alij; vt per Nattam *in cons.* 156. *num.* 13. & 14. *lib.* 1. Quæ ratione, inquit notanter Paul. de Castro *in consil.* 409. *lib.* 2. quòd filiæ, quæ ex statuto non succedit patri, extante patruo, non tollit substitutionem, quæ ita fit, (*si hæres decesserit sine liberis*) & idem tenet ipse Paulus *in l. cum auus*, *circa medium*, *ff. de conditionibus & demonstrationibus*, Albertus Brunus *in tract. de statut. fœminas repellente*, *art.* 5. *q.* 12. *col.* 2. & *sequent.* & alij plures quos refert *Tiraquel.* qui alia singularia prædictis consentanea scribit *in l. si vnquam*, *in verb. fuscepcrit liberos*, *n.* 102. *cum sequentibus*, *C. de reuocan. donation. pag.* 357. vbi etiam refert Romanum *in d. cons.* 43.

80

¶ Et si dicat statutum, quòd filia dotata non succedat quamdiu supersunt filij masculi, deficientibus masculis † filiæ reintegrantur, secundùm Bart. *in l. vltima*, *col.* 2. *vers. ex quibus conc udo. ff. ad Tertul.* & alios plures, quos referunt Decius *in cons.* 607. Bartholom. Socinus *in consil.* 35. *num.* 16. *lib.* 4. & *in cons.* 263. *num.* 1. *lib.* 2. Decius *in cons.* 296. *num.* 5. & 309. *num.* 2. plenius *in cons.* 385. *num.* 4. vbi notanter de hoc agit; & *in consil.* 505. *nu.* 4. Alciat. *lib.* 1. *de verborum significat. pag.* 9. *post medium.* latè Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. de successions.* §. 12. *fol.* 74. *col.* 2. *in fine*, vbi multa ad nostrum propositum scribit: & de hoc etiam tracto *in* 2. *p. huius operis*, *q.* 6. Et confirmo etiam ex sententia Angeli, Imolæ, & Pauli de Castro *in d. l. planè*, §. *si duobus*; *ff. de legat.* 1. vbi volunt, quòd filiæ excluſæ à statuto, † vel renuntiatione, quia sunt dotatæ, tolluntur de medio, & non considerantur perinde, ac si non essent in rerum natura, & habentur pro mortuis: & idem Bald. *in l. Papinianus*, §. *unde si quis*, *ff. de inofficios. testament.* vbi Angel. & Fulgos. & idem Angel. *in eadem l. Papinianus*. §. *quoniam autem*, Cuman. *cons.* 55. Barthol. Socinus *cons.* 159. *num.* 19. *lib.* 2. Alexand. vbi Glos. Paris. plures citat *in cons.* 36. *num.* 7. *lib.* 7. Idem *in cons.* 13. *num.* 1. vbi eadem Glos. *lib.* 3. Notanter Oldradus *in cons.* 123. *num.* 3. Angelus *cons.* 300. *num.* 4. Matienç. *in l.* 9. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recopil. glos.* 1. *num.* 8. *fol.* 235. Et est verior & communior opinio secundùm Parisium *cons.* 25. *num.* 36. & *cons.* 36. *n.* 28. *lib.* 2. Socinus Iunior *cons.* 25. *nu.* 13. *lib.* 1. & alios, quos citat Antonius Gabriel *lib.* 6. *communium opinionum*, *d. tit. de Legitima*, *conclus.* 2. *num.* 2. *pag.* 372. qui tamen *num.* 1. plures refert qui contrarium tenent; ad quem addo lasonem *in cons.* 65. *num.* 2. *lib.* 1. Hieron. Gabriel *cons.* 15. *num.* 16. cum *sequentibus*, vbi latè hoc tractat: elegantèr Corneus *in cons.* 202. *num.* 11. *lib.* 3. Cephal. *in cons.* 134. *num.* 52. *lib.* 1. Et legenda sunt quæ scribit Nicolaus Boërius *decis.* 104. *num.* 11. & 12. Cephal. *consil.* 245. *num.* 3. *cum sequentibus*, *lib.* 2. Barthol. Socinus *in l. Centurio*, *n.* 16. *ff. de vulgar.* Cald. Pereira *in tractatu de nominations. ad emphyt. q.* 7. *n.* 43. Menchac. *lib.* 3. *controuersiar. cap.* 44. *num.* 45. & 6. omnino legendus Ioan. Lopius *in rubr. de donation. inter vir. & uxor.* 55. 70. *num.* 30. Carol. Ruinus *in cons.* 24. *num.* 5. *lib.* 1. & Paris. *cons.* 53. *num.* 74. *lib.* 3. & alij, quos citat Burſatus *cons.* 92. *num.* 39. Marcus Cucch. *in tractatu de Legitima*, vers. *quod verò dictum est*, *fol.* 11. *num.* 15. Tiberius Decianus *resp.* 32. *nu.* 104. *lib.* 2. Menochius *in cons.* 247. *num.* 54. *lib.* 3. & lege Cephalum *in consil.* 245. *num.* 31. *cum sequentibus*, *lib.* 2. & notabiliter, & latè Matth. ab Afflict. *in constitution. Neapol. lib.* 3. *rubric.* 23. *de successionfiliorum*, *num.* 54. *folio* 296.

Et

Et quòd in legitimæ computatione, filij omninò in-
83 ſucceſſibiles non faciant † partem, reſoluit Antonius Peregrinus *in tract. de fideicommiſ. art* 38. *num.* 2. *cum ſequent bus, fol.* 550. Et materiam melius omnibus explicat Menochius *in conſil.* 205. *num.* 45. *lib.* 3. Et faciunt quæ notanter ſcribit idem Menochius *in tract. præſumptionum, præſumpt.* 83. *num.* 71. *fol.* 145. Ioan. Guttierr. *lib.* 2 *canonicarum quæſtionum, q.* 1 *num* 47. *pag.* 15. Et quæ ſcribo *ſuprà q.* 1. *num.* 354. *& plur. ſeqq.* Addo au-
84 tem, quòd filius † facit deficere conditionem, licèt non ſuccedat, *l. filius familias, §. cum quis, ff. de legat.* 1. Notant Barthol. Socin. *in conſ.* 182. *col.* 1. *lib.* 2. & alij, quos citant Cephalus *in conſ.* 484 *num.* 31. *lib.* 4. Mantica *de coniecturata mente defuncti, lib.* 11. *tit.* 14. *n.* 18. *fol.* 282.
85 *in editione noua.* ¶ Et paria ſunt primogenitum non † extare, vel inhabilem eſſe, vt determinat expreſsè Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens, C. de in integrum reſtitutione,* in verb. *implorare reſtitutionem, n.* 31. *pag.* 1180.

Et ex his apparet veritas cuiuſdam ſententiæ Emmanuelis Coſtæ *in l. cum tale, § ſi arbitratu, ff. de conditionibus & demonſtrationibus, limit.* 2. vbi dicit, quòd ſi agnatus ex ſtatuto excludit fœminas, non excludit
86 † eas is agnatus, qui eſt caſtratus. Contra Baldum *inter conſilia Angeli, conſil.* 67. quod incipit, *Martinus,* quem refert Barboſa *in cap. in præſentia, num.* 74. *de probat.* Et non requiritur citatio fœminæ excluſæ per ſtatutum, vt tradunt Pariſius *in conſil.* 5. *num.* 15. *lib.* 3. Antonius Gabriel *lib.* 2. *communium, tit. de citatione, con-*
87 *cluſ.* 1. *num.* 145. *pag.* 92. Et filiæ Moniales non ſunt † computandæ in numero filiarum, vt per Menochium *in conſil.* 247. *num.* 55. *libro* 3. & *l. cum auus, ff. de conditionibus & demonſtrationibus,* non habet locum quando filij non poſſunt ſuccedere patribus grauatis, ſecundùm Cumanum *in l. filius familias, §. cum quis, ff. de legat.* 1. Alexandrum *in l. Centurio, num.* 6. *ff. de vulgar.* vbi Socinus *num.* 16. & alios, vt per Antonium Peregrinum *in tract. de fideicommiſ. artic.* 25. *num.* 59. *fol.* 245. ¶ Et vt
88 excluſioni fœminarum ſit locus, † requiritur quòd maſculus ſuccedat cum effectu; eo autem non ſuccedente, fœmina non excluditur, ſecundùm Bartolum *in l. ſeruo legato, §. ſi teſtator, ff. de legat.* 1. Bald. *in authen. ingreſſi, in fine, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Cephal. *in conſil.* 318. *num.* 27. *lib.* 3. Petrum Surdum *deciſ.* 138. *n.* 4. Et filij, qui non ſunt ſucceſſibiles, non videntur ſubſtituti, *l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebellianum,* tradit Antonius Petra *in tractatu de fideicommiſ. q.* 9. *num.* 169. *&* 170. *pag.* 170. Notat Matienço *in l.* 6. *gloſ.* 2. *num.* 8. *lib.* 5. *Recopilat. fol.* 235. Et ſtatutum excludens matrem propter parentes maſculos, debet intelligi dummodo ſint agnati, ſecundùm Bald. *in cap.* 1. *quemadmodum feudum ad filium pertineat,* Socinus Iunior *in conſ.* 43. *num.* 11. *lib* 2. faciunt tradita per Manticam *de coniect. ment. lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 5. *fol.* 197. Et faciunt ſcripta per Tiraquel. *lib.* 1. *de retractu, §.* 1. *gloſ.* 8. *nu.* 13. *pag.* 115. Et iſta ſeruiunt ad quæſtionem, quam tractat Montalu. *in l.* 13. *tit.* 10. *lib.* 3. *fori, fol.* 167. *col.* 2. Nunquid ſi primus emptor cui competit ius retrahendi rem venditam ſequentis in gradu poterit retrahere? Et conducunt ſcripta per Cephalum *in conſ.* 23. *num.* 16. *cum ſequentibus.* ¶ Et iſtorum etiam authoritate, inquit Raphaël Fulgoſius *in conſi.* 62. Stante Statuto, quod ſtatutum
89 † excludens filias fœminas extantibus maſculis, non intelligitur in filio maſculo ſpurio legitimato. Pro quo facit *l* 12. *Tauri*, in ratione ſui, quæ procedit in filiabus legitimis, ſicut in filiis.

Et confirmo, quia ſi cauetur ſtatuto, quòd fœminæ extantibus maſculis non ſuccedant, tale ſtatutum non
90 procedit quando maſculi † ſunt deportati, ſecundùm Bart. *in l. .§. penè timo, ff. de bonorum poſſeſſione, ſecundùm tabul.* per *l ſi necem, & ſi deportatus, ff. eodem titulo.* Et confirmat Carolus Ruinus *conſ.* 154. *num.* 5. *lib.* 2. Et emphyteuſis accepta pro ſe, filiis, & hæredibus non poteſt venire ad filias, quæ ex ſtatuto maſculis extantibus, non ſuccedunt: ſecundùm Baldum *in conſ.* 445. *Primò conſiderandum eſt, lib.* 3. ¶ Et filius † incapax non 91
obſtat ſequentibus in gradu, *d. l.* 1. *§. ſciendum*, vbi Bartol. *ff. de ſuis & legit. hæred. d. l. pater filium, ff. de in-officioſ. teſtam. l.* 2. *§. ita demum, ff. ad Tertullianum,* cum *concordantibus,* vt per Tiraquel. *in tract. le mort: part.* 2. *declarat.* 5. *num.* 27. *pag.* 82. & Molinam *lib.* 1. *de primo-gen. cap* 9. *num.* 30. *fol.* 67. Ripam *in l. hæredes mei. §. cum ita, num.* 124. & ibi Zanchus *part.* 10. *nu.* 125. *pag.* 288. *ff. ad Trebellianum,* Menoch. *conſ.* 206. *num.* 46. *lib.* 3. Et paria ſunt filium non extare, aut non poſſe † ſuccedere, 92
vt per Alexand. *in l. Lucius num.* 11. *fol.* 140. *ff. de vulgar.* Et fideicommiſſum iniunctum legato, intelligitur ante mortem legatarij, ſi legatarius ingrediatur religionem Mendicantium, ſecundùm Bart. *in l. cum pater. §. hæreditatem, ff. de legat.* 2. Ioannem Lopium *in l.* 27. *Tauri, num.* 73. ¶ Et nomine filiorum non continentur filij † 93
ſpurij tanquam abuſiui, ſecundùm Baldum *in cap. per tuas, col.* 2. *de probation.* Confirmat Rebuffus *tomo* 1. *ad conſtitutiones Regias, art.* 1. *gloſ.* 2. *num.* 30. *pag.* 253. Et per regulam textus *in d. §. ſed ſi filius,* quæ probatur etiam *in l.* 2. *§. ſed ſi ſunt ſui*, vbi Bart. *ff. ad Tertullianum,* inquit Tiraquel. *lib.* 1. *de retractu, §.* 1. *gloſ.* 8. *n.* 14. *pag.* 115. Quòd ſi mulier † ex ſtatuto non ſuccedit, non 94
habet ius retractus: & ibi alia conſimilia adducit ad hoc. De quo tamen dicto dubito, per regulam *l.* 3. *ff. de interd. & relega. & l. iura ſanguinis, ff. de regulis iuris,* cum *concordantibus,* & per textum *in l. Paulus, §. Paulus, ff. de bon. libertorum:* & doctrinam Romani *in ſingulari* 295. cum ſcriptis per Tiraquel. *lib.* 1. *de retractu, §.* 1. *gloſ.* 9. *num.* 89. *pag.* 159.

Et huc etiam ſpectat quædam notabilis ſententia Iacobi de Aretio, & Salicet. *in l.* 1. *num.* 6. *fol.* 195. *C. de adulter.* vbi inquiunt, quòd ſi ſtatuto cauetur, † quòd 95
aliquo defuncto ab inteſtato filij maſculi ſuccedant in totum, filiabus excluſis, quæ dotari debeant arbitrio duorum proximiorum: & euenit caſus, quòd defuncto patre ſuperextabant filius & filia, & antequam filia nuberet, deceſſit filius vna ſuperſtite filia, cum qua in tota hæreditate ſuccedere vult eius amita; quod illi competit ſucceſſio, modò per filium hæreditas non fuiſſet adita, quia tale priuilegium eſt conceſſum, vt agnatio conſeruetur. Et finita cauſa priuilegij, † priuilegium fi- 96
nitur, *l. Titia Seio, §. vſuras, ff. de leg.* 2. *l. ſi quis ſub hac, in fin.* coniuncta *legi ſequenti, ff. de oper. liberor.* Ex quibus minimè mihi placent quæ contra Roman. *in conſil.* 43. *num.* 3. & alios tradit & argumentatur Tellius Fernand. *in d. l.* 10. *Taur. num.* 20. vbi lector legat.

Et pœnæ ſtatutæ aduerſus mulieres vel maritos ſecundò nubentes, quæ filios habent, † non procedunt
97 quando filij ſunt incapaces ſuccedendi, vt quia ſunt deportati, vel monachi monaſterij, quod non poteſt habere bona in communi, vt per *l.* 1. *final. ff. de bonorum poſſeſſione;* & per alia iura tradit Ripa *in l. fœminæ, de ſecund. nupt. num.* 11. *&* 12. Et conducunt plura quæ ſcribo infrà *part.* 2. *q.* 4. *in princip.* & quæ ſcribit Pariſius *in conſ.* 65. *num.* 7. *lib.* 2. & facit egregium *conſilium* Federici de Senis 26. *Caſus talis eſt,* Romani *conſil.* 296. *Circa declarationem,* quos citat Tiraquel. *dict. gloſ.* 9. *num.* 103. *pag.* 163. Et vbicumque fœminæ maritatæ excluduntur per ſtatutum ab hæreditate, vel renuntiauerint, † non admittuntur ad Ius Patronatus, ſe- 98
cundùm Ioan Andream *in cap. nobis, de iure patronatus,* Abbatem *in cap. cum ſeculum, eod. titulo*, Federicum de Senis *conſ.* 111. Ancharr. *in Clemen. plures, de Iure Patronatus*, provt latiùs tradit Lambert. *in tractatu de Iure Patronatus, lib.* 1. *part.* 2. *art.* 14. 15. *&* 17. 2. *q. principali, fol.* 136. 137. *&* 138. *art.* 18. & ibi *art.* 21. reſoluit, quòd filius exhæredatus non poteſt ſuccedere in Iure Patronatus.

Et vt hæc magis fructuoſa ſint, libet ex illis etiam inferre intellectum ad *Pragmaticam dotium cauſi* 1534. hodie *l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordinamen. noui*, limitantem quantitatem, quam parentes poſſunt dare in dote filiabus.

Nam

Nam illa *lex* procedere poteſt vbicumque pater plures filios vel filias habet, quàm eam quæ dotare vult, quibus ex dote immoderata præiudicium fieri poteſt: nam ſi vnicam tantùm filiam habeat, videtur quòd *dicta ex*
99 non † procedat, nulli etenim hoc caſu fit iniuria: cùm pater det filiæ in dotem magnam bonorum quantitatem, cùm patre mortuo omnia bona ei competant. Et cùm ratio finalis *illius legis* conſiſtat in præiudicio reſultante, præcipuè filiis maſculis, ex immenſa dotis conſtitutione, quæ in iſto caſu in totum ceſſat (vt ad oculum patet) legis etiam diſpoſitio ceſſare debet.

Et iſta illatio etiam fulcitur ex alia doctrina Bart. *in d. l.* 2. *§. ſed ſi ſint ſui, fol.* 193. *ff. ad Tertul.* vbi dicit, quòd ſtatutum quòd filia fœmina non ſuccedat extan-
100 tibus maſculis, † intelligitur extantibus filiis, qui patri poſſint ſuccedere: & idem Bart. *in l.* 1. *§. qui habebat, q.* 5. *ff. de bonorum poſſeſſione, contra tabul.* & alij, vt per Decium *num.* 11. *in l. precibus, fol.* 120. *C. de impub. & aliis,* & conducit bona deciſio Matthæi de Afflictis *deciſ.* 158. *Dicit conſtitutio, n.* 4. & quod ſcribit Campeſius *in tract. de dote, part.* 5. *q.* 44. *fol.* 121. vbi ex Bart. *in d. l.* 1. *§. qui filium*; dicit, quòd frater inſucceſſibilis non excludit ſororem. Et eſt alia ſingularis doctrina eiuſdem Bart. *in l.* 1. *§. ſed ſi patronus, num.* 2. *fol.* 182. *ff. de coniun-*
101 *gend. cum emancipat. liber.* vbi vult, quòd † filia fœmina excludit maſculum, quando maſculus ex iudicio teſtatoris eſt excluſus. Sed & Angelus in noſtra materia *in l. Papinianus, §. ſi quis mortis, verſ. ultimò legatur, & in l. poſthumus, §. ſi quis ex his, ff. de inofficioſ. teſtament.* inquit, quòd extante ſtatuto, quòd maſculis exiſtentibus, fœminæ non ſuccedant; filia in teſtamento patris præ-
102 terita excluſa ab ſtatuto, non debet audiri, † allegando teſtamentum inualidum & nullum ob ipſius præteritionem: quam doctrinam ex Bartolo & aliis pluribus Authoribus confirmat Vantius *in tractatu de nullitate, titul. quibus modis ſententia nulla dici poſſit, num.* 10. *pag.* 729. Et non eſt curandum de maſculis forenſibus & incapacibus, vt tradit Petrus Surdus *deciſ.* 37. *num.* 24.

Ex his omnibus ſuffragatur notanda doctrina Baldi *in l. ius agnationis, ff. de pact.* & in *conſ.* 437. *lib.* 1. vbi
103 dicit, quòd ſi filij maſculi extant tempore quo ſoror † renunciat, præſumitur facta renunciatio propter illos maſculos; & illis decedentibus, deficit renunciatio. Notat Ripa *in liqui Romæ, §. duo fratres, num.* 89. *ff. de verborum obligat.* Alexander *in conſ.* 26. *num.* 9. *libro* 3. vbi Gloſſa Pariſienſ. *in additione,* quæ incipit: *Deſcendentibus,* plures ref. et. Et iſta opinio communis eſt ſecundùm Epiſcopum Couarr. *in cap. quamvis pactum, de pact. in* 6. 3. *part. relect. §.* 3. *num.* 40 *folio* 119. qui iſtud punctum latius reſoluit. Cui adde quæ ſcribit Molin. *in dicta additione,* & Decius *in d. l. precibus:* & tradit Bartholom Socinus *conſ.* 150. *n.* 35. *lib.* 1. quòd qui iuraui non venire † ad ſucceſſionem paternam, & nihil petere in bonis patris, non prohibetur ſuccedere patri, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, quando alij deſcendentes non ſuperſint, vt dicit colligi ex dictis *Bald. &* aliorum *in l. final. C. de pact. & in l. pactum, C. de collation. verſ. Tertio.* Et ex deciſione *Rotæ*, quam citat Dominicus *in cap. quamvis pactum, de pact. in* 6.

Et adeò procedit iſte intellectus ad *dictam pragmaticam dotium*, quòd locum habet etiamſi pater poſtea
104 filios ſuſcipiat: quia ea, quæ ſemel vtiliter † conſtituta ſunt, durant, licèt ille caſus exiterit, à quo initium habere non potuerunt, *l. ſi ex pluribus, §. & ſi placeat,* vbi Bart. *ff. de verborum obligation. cap. factum legitimè, de regul. iur. in* 6. cum *concordantibus*, quæ ſcribo *in* 2. *part. huius operis, q.* 6. *à principio.* Et in quolibet
105 actu ſemper attenditur tempus † in quo diſpoſitio ſumit effectum, *l. quod ſponſi, C. de donation. ante nuptias,* vbi *Bart* dicit, quòd hæc regula nunquam fallit, cum *concordantibus,* vt per Tiraquellum *in tractatu, de primogenitura, q.* 40. *num.* 178. *pag.* 301. Zanchum *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellianum, part.* 4. *n.* 220. *pag.* 95. ¶ Et eſt communis opinio, quod qualitas ad-
iecta in vltima diſpoſitione, inſtitutione, vel legato, vel fideicommiſſo, conſideranda eſt, tempore conditionis exiſtentis, † non tempore mortis, vt reſoluunt Meno- 106
chius *conſil.* 1. *num.* 24. & 109. & ibi Valla *num.* 35. Zanchus *num.* 13. Papienſ. *num.* 27. Rota Florentina *num.* 6. Beroius *conſ.* 41. *num.* 21. *lib.* 1. Menchaca *de ſucceſſion. creat. lib.* 1. *§.* 3. *num.* 32. *part.* 2. Bolognetus *conſ. vltimo, num.* 28. & alij; vt per Burſatum *conſilio* 221. *num.* 14. & 15. ¶ Pro quibus etiam facit, quia dos conſtituì debet † ſecundùm tempus nuptiarum, & bona 107
quæ pater tunc habet, non ſecundùm tempus mortis, ſiue aucta, ſiue diminuta ſint bona; vt reſoluunt Decius *in conſ.* 26. & 176. Alexand. *conſ.* 29. *lib.* 3. & alij, quos refert Epiſcopus Couarr. *in cap. quamvis pactum, de pact. in* 6. 3. *part. relection. §.* 4. *num.* 7. *folio* 126. Sed an reuocetur talis conſtitutio dotis ex diſpoſitione *l. ſi vnquam, C. de reuocand.* ſcribo *in q.* 21. *à num.* 6. *infrà in hac part.* 1.

Deduco etiam intellectum ad *Pragmaticam datam* 108
Madritij anno 1534. hodie *l.* 7. *tit.* 7. *libro* 5. *Recopilat.* quæ definit, quòd vbi dho maioratus coniunguntur per matrimonium, filius maior ſuccedat in vno tantùm, quem elegerit; & ſi vnus tantùm filius ſit, ille poſſideat in vita maioratum. Nam idem erit ſi alij fratres ſint monachi, vel aliam quamlibet incapacitatem patiantur. Sic *l.* 12 *Taurina*, hodie *l.* 10. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recopil.* quæ prohibet ſuccedere filios illegitimos legitimatos, ſi ſuperſint filij legitimi, limitatur, ſi tempore mortis patris filij legitimi ſunt mortui, vt probat ibi Tellius *num.* 44. ex doctrina Pauli *conſ.* 22. *col.* 2. *lib.* 2. & traditis per Tiraq. *in d. l. ſi vnquam*, verbo, *donatione largitus, n.* 261. & in verb *ſuſceperit liberos, n.* 184. Et ex ſuperioribus ſingulariter infertur limitatio & intellectus *ad l.* 27. *Taur.* hodie *l.* 11. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopil.* in illis verbis: *Que ayan derecho de los heredar:* Nam ſi filius vel filia renuntiauerit bonis parentum, ita quòd ex tali renuntiatione nullum ius in eiuſdem bonis ſuperſit, parentes minimè tenentur obſeruare in vocationibus & ſubſtitutionibus, & grauaminibus ab eadem lege præſcriptis, ſed talibus filiis prætermiſſis, licèt ei facere alias vocationes: quod eſt notandum.

Et ex ſuperioribus etiam (vt ad noſtrum inſtitutum reuertamur) infertur, quòd mater poteſt facere maiora- 109
tum in filium † ſpurium, cùm iuxta *l.* 9. *Taurin.* ſit ei legitimus ſucceſſor ex teſtamento, & ab inteſtato ipſa carente aliis filiis legitimis, & naturalibus, modo non ſit filius ex damnato coïtu, aut Clerici, vel Monachi, aut fratris ſancti Iacobi, aut Hieroſolymæ, vt latiùs *in d. l.* declaratur. Cuius legis authoritate ſuffultus, auſus fuit dicere Greg. Lopez *in l.* 8. *tit.* 4. *p.* 5. *in gloſ.* in verb. *De ſu muger.* Quòd licet regulariter filij naturales non reuocent donationem virtute *l. ſi vnquam*, vt poſt alios explicat ibi *Tiraq. num.* 21. quam opinionem ſequitur Dominus Anton de Padilla *in l. eum acutiſſimi, C. de fideicom. num.* 37. qui eam confirmat *ex l.* 8 *tit.* 4. *part.* 5. ibi: *De ſu muger legitima.* Tamen ſecundùm Gregor. Lopez filij naturales, qui ſecundùm prædictam *leg.* 9. ſunt matri legitimi ſucceſſores ex teſtamento, & ab in- 110
teſtato, reuocant donationem † virtute præallegatæ *l. ſi vnquam.* Si poſt donationem factam mater filios naturales ſuſcipiat.

Et hæc doctrina Greg. Lopez abſque authoritate *legis Taurinæ* mihi vera videtur, quia de iure ciuili, & Regio *Partitarum*, filius naturalis eſt ſucceſſor matri, ſicut alius filius legitimus. Habita tamen diſtinctione *l. ſi quæ illuſtris, C. ad Orphitia*, & probatur *in l.* 11. *tit.* 13. *part.* 6. quod etiam procedebat de Iure Ciuili, ſecundùm Gloſ. *in car. niſi cum pridem, in verb. Manzeres, de renuntiat.* & Hoſtien. *in c. lator, qui filij ſint legit.* De quo per Fortun. Garſ. *in tract. d. l. vli. fin. charta* 7. *col.* 1. *verſ. octauo principaliter*; & Cæſar Lambert. *in tract. Iur. Patron. lib.* 1 *p.* 2. *art.* 26. *n.* 8. *fol.* 140. per prædicta ſuſtentat, quòd filius naturalis ſuccedit matri in Iure Patronatus, ſi nõ ſit natus ex damnato coïtu. Et ſuccedunt tales filij nõ ſolùm 111
matri, ſed aliæ maternæ, † & aliis cõiunctis per lineam

maternam, *l. Modestinus, & l. hac parte, & l. spurios, ff. unde cognati*; & in eis habet locum, *§. ex imperfecto:* & fruuntur aliis priuilegiis, vt tradit Tiraquel. *in verb. si sceperit liberos, n. 62. & 63. pag. 342.* & per prædicta iura æquè extendere possumus *dictam Pragmaticam dotium*, quæ in matre habente filios & filias naturales practicari debent eodem modo ac in filiis legitimis.

Et ista confirmantur, quia licèt inter nostrates sit magna controuersia, *an l. hac consultissima, §. ex imperfecto, de testamentis*, quæ maximum tribuit priuilegium testamentis factis inter liberos, procedat etiam in filiis naturalibus ex parte patris? quam quæstionem disputant ibi Ioan. Faber, Bald. Salicet. & Ias. & alij ex iunioribus, Episcop. Couarr. *in lib. 4. Decretal. cap. 8. §. 4. n. 13.* contra quem magnis viribus insurgit Tellius *in l. 3. Taur. part. 1. n. 18.* qui latè hoc punctum examinauit, apud quem & alios, quos refert, huius puncti resolutionem videre licet.

Omnes tamen conueniunt, quòd respectu matris, si tamen non sit illustris, quæ testatur, inter filios naturales, habent locum priuilegia *dicta legis*, & *concordantium*: quod tenet Baldus *in l. vltima, C. famil. erciscund. n. 3.* Alberic. Bald. Corneus, & Ias. *n. 4. in d. §. ex imperfecto*: & alij quos refert Tellius *vbi suprà num. 19.* Et confirmantur etiam ista ex scriptis per Ioan. Lopez *in l. 27. fol. 180. col. 1.* versicul. *nunc ad propositum*. Et licèt frater non teneatur alere fratrem spurium, vel sororem, vt resoluit Molina *lib. 2. de primogen. c. 15. n. 6. fol. 363.*

112 Tenetur † tamen frater alere sororem, vel fratrem spurium ex eadem matre natum: vt nouiter scribit Anton. Cord. de Lara *in l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, n. 89. fol. 55. ff. de liber. agnoscend.* qui ad hoc refert Socinum *in l. 1. ff. soluto matrim.* qui *num. 25.* vbi materiam tractat, hoc non dicit: & Ioan. Lopius *in cap. per vestras, de donat. inter virum & vxorem, notab. 3. §. 27. & vltim. n. 3. pag. 501.* qui etiam (si non fallor) hoc non dicit: & facit in simili doctrina Bald. *in l. humanitatis, n. 44. C. de impuber.* vbi vult, quòd mater possit filio naturali exemplariter substituere; refert & confirmat Greg. Lopez *in l. 10. tit. 5. in glos.* in verb. *Las madres*, pag. 6.

Et ex his rationibus deducitur etiam nouus † intellectus *ad d. l. 9. Taurin.* quòd si mater habens filios, etiam spurios, dummodò non sint ex damnato coitu, fecerit donationem aliquorum bonorum, quæ excedat

113 Quintum bonorum matris, reuocabitur, † quoad partem legitimæ talium filiorum, iuxta *d. l. 8. tit. 4. part. 5.* Ex quibus itidem venire possumus aduersus quandam sententiam Tellij *in d. l. 27. Taur. nu. 14 in fin.* vbi dicit, se existimare, & posteà cogitandum relinquit: quòd si à matre fuerit melioratio facta in vnum filium, vel descendentem naturalem, vel spurium, non tenetur seruare in substitutionibus ordinem *prædictæ legis*; eo quia licèt sint hæredes necessarij, nó tamen sunt legitimi; quem sequitur Matienç. *in l. 3. tit. 6. glos. 3. n. 4. fol. 160. lib. 5. Recopil.* Auend. *in l. 27. Taur. glos. 2. n. 15. fol. 57.* Contrarium enim mihi tenendum videtur ex prædictis. Et quia *prædicta l. 9.* filium illegitimum non solum facit hæredem necessarium, sed etiam vocat eum legitimum, ibi: *Sean herederos legitimos ex testamento, & ab intestato.* Vnde omnibus frui debent priuilegiis filiorum legitimorum; cùm lex successionem eorum æquiparet successioni filiorum legitimorum: & ideò regulæ in dubio est standum, secundùm Glos. *in l omnis diffinitio, ff. de regul. iur.* & alia, quæ refero infrà *hac 1. p. quæst. 30.*

114 ¶ Et vna & eadem res † non debet diuerso iure censeri, *l. eum, qui ades, ff. de vsucapion. cap. cum in tua, de decim.* tradunt Doctores, præcipuè Ias. *in l. Centurio, in princ. ff. de vulgar.* quoad quædam non debet esse successor legitimus, & quoad alia secùs; *l. pro libertate, in princ.* vbi Glos. *in verb.* pro libertate, *ff. de except. rei iudicat. l. vlt. C. de commun. seru. manu.* Et cùm (vt prædixi *nu. 109.*) vna successio alteri adæquetur, successio filio-

115 rum illegitimorum respectu matris † consequitur omnia priuilegia, quæ concessa sunt filiis legitimis & naturalibus, *l. quia autem, vers. si vero non inciderit, ff. si quis omissa causa testam. l. 2. C. commun. de legat. authent. in successionem.* & quod ibi notat Gloss. *C. de suis, & legit. hared. §. nostra autem, Instit. de legat. §. si vero nec fratres: in Authentic. de hared. ab intestato venient.* Et hoc citat nouissimè Ioan. Guttier. *lib. 3. Practicar. quæst. q. 54. n. 3.* etiam disputat quæstionem in nostra materia necessariam; melioratione scilicet facta à parentibus qui habent filios naturales, vel spurios, in fauorem vnius ex his, an possit substitui in ea alius extraneus, prætermissis cæteris filiis illegitimis? à quo cauendum est; dum ponit exemplum in filiis spuriis, cum in illis locum non habeat *d. l. 27.* vt latiùs resoluo *p. 2. q. 2. n. 25.*

Horum etiam authoritate, iure permittente, possumus deducere intellectum ad *l. 10. Taur.* nam quamvis ex dispositione *prædictæ legis*, filij naturales non sint capaces † vltra quintum bonorum testatoris, extantibus 116 aliis filiis legitimis & naturalibus, si tamen adsint, & consenserunt tacitè vel expressè, quòd parentes vel de propriis bonis, vel de bonis filiorum titulo materno, vel alio quovis titulo acquisitis, disponant in fauorem filiorum naturalium vltra Quintum bonorum, valet talis consensus, & incapacitas reducitur ad capacitatem, quod ad sensum patet; quia dicta *lex* principaliter est introducta in fauorem filiorum legitimorum, sicut *l. 9.* præcedens, & *l. 12.* sequens, quod constat apertissimè: quia licèt *in principio legis* dicatur, quòd filij naturales non sunt capaces vltra Quintum bonorum; statim dicit, quòd si pater caret aliis filiis legitimis & naturalibus, poterit eis relinquere omnia bona. Ecce ergo qualiter incapacitas filiorum non resultat ex proprio vitio ipsorum filiorum, sed ex eo quòd habent fratres legitimos, & naturales: & cùm hoc verum sit, quòd *dicta lex* tota dirigatur in fauorem filiorum legitimorum, quando concurrunt cum filiis illegitimis; sequitur quòd filij legitimi eisdem possunt renuntiare, *l. si quis in conscribendo. C. de pactis, l. pacisci, ff. eod. tit.* cum *vulgar.*

Ex quo patet, quòd quamvis filij illegitimi legibus sint odiosi, & Reipublicæ Christianæ, in qua cum tacita ratione illicita coniugia prohibita sunt, *authen. ex complexu. C. de incest. nupt. l. vlt. C. de naturalib. liber.* ibi: *Quia vitium paternum refrænandum esse existimauerunt*, d. cap. *si Rex Anglorum, 56. distinct. & proœm. tit. 13. p. 4. & l. vltima, eod. tit. & proœm. tit. 14. ead. part. & l. 3. tit. 15. ead. part.* & alij concordantes: Hæc & alia similia damna respexit *d. l. 10.* secundariò, & non principaliter, quod luce clarius constat ex supradictis; & ideò cessat dispositio *l. ius publicum, ff. de pact. & text.* cum *ibi* notatis *in l. nemo potest, ff. de legat. 1.* Vnde fit, quòd nec etiam dici potest, quod prædictus consensus præstitus per filios legitimos, † est in fraudem legis facientis filium na- 117 turalem incapacem vltra quintum bonorum, & ideò non debet hoc permitti, *l. non dubium. C. de legibus, l. qui testamentum, ff. de probation. l. cum quis decedens, §. vlt. ff. de legat. 3.* cum similibus. Quia cum dicta incapacitas proueniat ea ratione, quòd adsunt filij legitimi, & naturales, quibus bona parentum debentur, & non principaliter ex defectu filiorum naturalium, vt expositum est, ipsis filiis legitimis & naturalibus ius suum renuntiantibus; remanent naturales habiles, & capaces ad obtinendum quicquid illis datur vel relinquitur: & (vt prædixi) dicta *lex* fuit condita in fauorem filiorum legitimorum principaliter: Et hæc primæva causa in legibus, aut statutis est contemplanda; licèt alia concurrere possit, aut forsan concurrat, *l. qui excepionem*; vbi Doctores, *ff. de condict. indeb.* notatur per Bald. & Doctores *in l. venia. C. de in ius vocand.* Albericum *in 1. part. Statutorum. q. 180. Pone statutum*: & per alios plures, quos refert Tiraquel *lib. 1. de retractu, in præfatione, pag. 24. & §. 30. glos. 1. num. 5. pag. 641.* Et in omnibus dispositionibus, eius, quod principale est, ratio haberi debet; non etiam eius, quod accessoriè, aut secundariò & in consequentiam: *l. si quis nec causam, ff. si cert. petat. l. 1. ff. de author. tutor. l. si sponsus, §. donationis, & §. generaliter, ff. de donation. inter virum & vxorem*; & alios similes, vt refert Tiraquel. *in tract. de cessante causa, limit. 20. num. 23.*

num. 23. pag. 196. Nec est nouum (vt etiam hoc non omittam) quòd filius naturalis vel spurius, qui ex bonis patris vltra certam quantitatem capere non potest, quòd capiat maiorem quantitatem quàm lex taxat, cùm testatur & disponit de rebus alienis in eius fauorem, vt probatur in illa singulari *l. si is qui ex bonis, ff. de vulgar. & pupilla.* quam latius explico *in 2. part. huius operis, quæst. 2.*

Et ista omnia præstant argumentum, quòd si quis faciat maioratum in aliquem filium, & illum grauet, 118 vt det alicui filio naturali † certam quantitatem vltra quintum bonorum ipsius testatoris, quod ex lege ei relinquere licebat, si filius hunc maioratum acceptet, non potest grauamen contradicere, ea ratione, quod filius naturalis sit incapax vltra Quintum bonorum, quia incapacitas cessat propter filij consensum. Quod fortius vel eadem ratione procedit, vbicumque pater faciendo maioratum in filium, grauet illum, quòd vltra Quintum, quod ipse testator reliquit filio naturali, det ei aliquid ex bonis ipsius filij maternis, vel aliunde habitis. Sed quod *in principio huius numeri* dictum est, forsan non procedit in præiudicium aliorum filiorum *d. l. 27. Taurinam*: quod tamen pendet à notatis in principio huius operis & partis, *num. 11.* & hæc omnia ad plura negotia sunt necessaria. Et ex eisdem infertur confirmatio ad id quod scribit Episcopus Couarru. *in cap. Raynaldus, §. 2. num. 4. versic. Octauò erit animaduertendum, folio 130. de testam.* vbi inquit, quòd *dicta l. 27. Tauri*, hodie *l. 11. tit. 6. libro 5. Ordinamen.* limitatur vbi filius, cui legitima debetur, consentit; grauamini appositio in fauorem extranei; quia tunc tale grauamen valet: quod ego verum credo.

119 In his etiam sciendum est, quòd si pater faciat † maioratum in filium, qui ex aliqua causa vel incapacitate est inualidus, non reconualescit absque nouo patris consensu, quamvis cesset causa, quæ à principio erat impeditiua validitatis actus: quia cùm à principio nullus fuerit, ex habilitate superuenienti confirmari minimè potest, *l. quæ ab initio, ff. de regulis iuris, l. eius qui, in principio, l. si filius, ff. de testam.* & *in principio, Instit. de exhereda. liberor.* & est bonus textus *in l. omnia, ff. de reg. iur.* Et non sufficit, quòd causa inhabilitatis & incapacitatis cesset, nisi confirmatio superueniat, secundùm Dinum *in regul. non firmatur, de regul. iur. in 6.* quem sequitur Bart. *in l. per fundum, ff. de seruit. rustic. prædiorum.* Et est bonus textus *in l. si minor, ff. de seru. export.* Et hoc corroboratur ex scriptis per Romanum *in consil. 509. Circa propositam consultationem, in 5. dubio*, vbi concludit, quòd solà cessatio inhabilitatis non inducit actus reconualescentiam, sed nouus consensus requiritur ad actum conualidandum. Notatur per Alexandrum *in cons. 171. Viso processu, lib 2.* Decium *in cons. 661. In casu de quo quæritur, n. 14. & 15.* Et faciunt quæ ad hocmet propositum scribit Felinus *in cap. post cessionem, col. 1. de probat. & in cap. cum dilectus, de accusa.* Chassanæus *in consuet. Burgund. rubric. 9. §. 5. folio 333. col. 1. num. 9. versic. Imò facit, & l. 1. C. de fideicom.* non procedit in eo qui testari non poterat, putà impubere, prodigo, vel similibus, secundùm Angelum *in l. si certis annis, num. 10. C. de pactis*, & Domin. Anton. de Padilla *in d. l. 1. num. 8.* Nec minùs conducit doctrina Bald. *in l. si vxore, col. 2. C. de condition. insert.* Deci. *in l. quod initio, num. 6. ff. de regul. iur.* Et est regula, quòd capacitas est consideranda tempore actus celebrati, *l. si usufructus*, & ibi Bart. *ff. de stipulat. seruor. cap. eo tempore*, vbi Doctores *de rescript.*

Et est regula generalis, quòd qualitas debet adesse 120 tempore † dispositionis, *l. Mela, ff. de alimen. legat. l. 3. ff. de auro & argento legato.* Tradit & exemplificat latè Ripa *in l. ex facto, num. 29. cum aliis, ff. de vulgar.* & *in rubrica, C. de secundis nuptiis, num. 12.* vbi ex hoc decidit bonam quæstionem in materia primogenituræ. Probatur *in l. ex facto, §. si quis autem susceperit, ff. ad Trebellianum*, & confirmat Roland. *consil. 39. num 57.* Et ex hoc etiam determinari potest quædam quæstio, quam tetigit, & non decidit Dominicus *in cap. decernimus, num. 7. folio 285. de sentent. excommun. in 6.* vbi tractat post alios quos refert, si tempore facti testamenti quis erat excommunicatus, & tempore mortis absolutus, an testamentum reconualescat? Et impugnari potest alia doctrina Bald. *in l. Deo nobis, §. 1. nu. 6. fol. 66. C. de Episc. & Cleric.* vbi vult, quòd si quis decessit relicto filio fratre minore, tamen anteaquam alij venientes ab intestato adirent hæreditatem, talis filius factus fuit Episcopus, potest hæreditatem adire, & auferre ius delatum venientibus ab intestato, qui ad hoc refert Federicus *in consil. 27.* & alia iura & rationes: & ibi Alber. *num. 7. fol. 35.* tradit quæstionem, si monachus est hæres institutus sub conditione, & pendente conditione efficitur Episcopus, deinde extet conditio, cui quæratur hæreditas? Et ex his confirmatur quod *suprà*, in hac quæstione scripsi, *in versic. Et pro hoc etiam facit, à numero 30.* dum concluси, quòd mulier nupta non potest contrahere absque licentia mariti, conferendo contractum in tempus soluti matrimonij.

Tenebitur igitur pater, † vel alius, qui maioratum 121 fecit, cessante causa, vel incapacitate, iterum de nouo facere & confirmare maioratum, ad hoc vt efficax sit, nec alias vim habebit. Et pro hoc faciunt quæ ad istud propositum scribit Peralt. *in d. l. hæredem, num. 65* cum aliis. Diuersum autem est vbicumque qualitas requisita & necessaria adest tempore, quo actus celebratur: nam licèt ea cesset, actus non irritatur, *l. sciendum, §. vltimo*; vbi notat Angelus, *ff. qui satisdar. cogan. l. eum qui*, vbi idem Angelus. *ff. de public.* Notat Bart. *in l. ex facto, ff. de vulgar.* Et latè confirmat Barthol. Socinus *in cons. 81. num. 6.* cum aliis, *lib. 6.* Faciunt quæ scribo *infrà, p. 2. q. 6. & p. 4. q. 2.*

Anteaquam hanc quæstionem concludam, dubitatur; pater & mater faciunt maioratum in filium: fortè contingit, quòd tempore facti maioratus pater erat incapax ad faciendum maioratum: † cum incapacitate 122 Princeps non dispensauit tempore concessæ licentiæ, an sustineatur maioratus vxoris, quæ capax erat? Ratio dubitandi sumitur ex textu apud omnes ad varias quæstiones celebrato *in l. si communem. ff. quemadm. seruitus amittan.* vbi probatur, quòd in individuis retinet quis per socium, † quod per se retinere non poterat; pro- 123 prius facit *l. si is qui duos, ff. de liber. legat.* vbi ex duobus sociis, qui incapax est, propter eum qui capax est capit in consequentiam: quæ sunt verba *prædictæ legis*: cuius authoritate ductus Bart. post Dinum *ibi* dicit, quòd licèt spurius non possit capere à patre, tamen si ipse spurius contraxerit societatem cum alio capace, iste alius potest instituì hæres à patre spurij, atque ita capiet filius spurius dimidium bonorum. Et idem tenet Bald *in l. 1. q. 14. C. pro socio.* Et ad hanc sententiam plures concordantes refert *Tiraq.* qui etiam aliqua similia ad propositum adducit *lib. 1. de retractu, §. 26. glos. 1. num. 30. pag. 604.* & est bonus textus *in cap. per tuas, de arbitr.* Et quis consequitur sæpè ex persona alterius, quod ex propria † consequi non poterat, *l. illud,* 124 *§. vlt. ff. de contrab. l. si is qui duos, ff. de liberat. legat. l. Aristo, ff. quæ res pignori obligari possunt.* Et plura ad propositum adducit Ripa *resp. 184. num. 1. cum aliis.* Et ista etiam adornat Peralta *in l. qui duos, num. 2. pag. 16. ff. de legat. 2.* Et facit notabilis doctrina Bald. *in cap. dilectus, de officio legati*; relata per Cæs. Lambert. *in tract. de iure patronatus, lib. 2. p. 3. artic. 4. 8. quæstione principali, num. 1. fol. 237.*

¶ Et confirmo, quia vbicumque † maritus stipulatur 125 sibi alimenta, videtur stipulari vxori secundùm Aimonem *cons. 51. n. 3. glos. in cap. admonere, in verb. partem, 33. q. 2.* Oldradum *in cons. 95. n. 10.* Et ad textum *in d. l. illud, §. vlt.* concordantes tradit Neuizanus *in Sylua nuptiali. lib. 6. n. 39. pag. 576.* vbi varia scribit; & per alios

quos citat Petrus Surdus, *in tractatu de alimentis, tit.* 8. *priuileg.* 76. *num.* 3. *folio* 328. Et plura notabilia tradit Caldas Pereira *in tractatu, de nomination. ad emphyt. quæſt.* 19. *num.* 46. *fol.* 216. qui ad propoſitum notabiliter loquitur, & *num.* 80. Epiſcop. Couarruuias *in epitome de ſponſalibus part.* 2. *cap.* 8. §. 5. *num.* 11. *folio* 131. qui citat Ioan. Lopium *in rubric. de donationibus*, §. 65. *num.* 11. ¶ Et quando mulier habet ſummam nobilita-
126 tem, tunc † maritum ignobilem nobilitat, vel facit magis nobilem, vt ex pluribus tradit Tiraq. *in tractatu, de nobilitate cap.* 18. *num.* 39. quem citat Menoch. *in conſ.* 126. *num.* 24. *lib.* 2. Et pro iſta ſententia plura cumulat Iaſo *in l. ſi emancipati, num.* 5. *cum aliis, folio* 59. *C. de collation.* cui adde *l.* 1. *C. ſi in commun. eademque cauſa, & l.* 1. *C. ſi vnus ex pluribus appellat. l.* 5. *tit.* 23. *part.* 3. vbi Gregor. Lopez *in gloſ. in verb. pro.* Et habenti rem communem cum Eccleſia non currit præ-
127 ſcriptio, niſi eo modo, † quo currit contra Eccleſiam, ſecundùm Innocen. *in cap. ad audientiam, de præſcript.* Iaſonem *in l. ſi mater, num.* 11. *C. de inofficioſo teſtament.* Et plura ſcribit Hippolytus *in ſingulari* 180. Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, part.* 4. *conſiderat.* 32. *verſic. & licet dignitas fol.* 12. *col.* 3. idem Hippolytus *in rubric. ff. de fideiuſ. num.* 286. *cum ſequentibus.* Cæſar Lambertinus *in tractatu de iure patronatus, lib.* 1. *artic.* 6. *primæ quæſtionis, num.* 15. *fol.* 7. Bartholomæus Bertazolus *in tract. clauſularum, clauſ.* 22. *gloſ.* 1. *num.* 6. *folio* 121. Et conducit quod ſcribit Decius *in l. ea quæ, ff. de regulis iuris, num.* 2. *pag.* 385. vbi ponit regulam, quòd in indiuiduis quis conſequitur ex perſona alterius, quod ex propria perſona non competeret. ¶ Et ratione conne-
128 xitatis vxor dicitur † domina rerum mariti, *l.* 1. *ff. rerum amotarum*; tradit Capicius *deciſion.* 27. *num.* 32. Et ex his dixit Baldus *in dicta l. ſi is qui duos, & in cap.* 1. *quibus modis feud. amittatur*; quòd ſi ſunt duo fratres habentes feudum ab vno Principe, & vnus commiſit feloniam, vt poſſit feudo priuari, quia dereliquit dominum periclitantem; alter vero ſua probitate eum defendit, quòd vterque retinet feudum; & iſte qui commiſit feloniam non poteſt priuari propter alium; quod refert pro notabili Iaſo *in dicta l. ſi emancipati, num.* 10. & Romanus *in ſingul.* 241. Et faciunt notata per Nicolaum Boërium *deciſ.* 300. *num.* 1. *cum ſeqq.* vbi tradit, quòd ſi ſocius habet priuilegium non ſoluendi gabellam, gaudet alter ſocius tali priuilegio. Notat Alexander *in conſil.* 122. *num.* 17.
129 *lib.* 4. vbi ponit regulam, quòd priuilegio † vtitur non priuilegiatus ob communionem priuilegiati. Et faciunt ſcripta per Antonium Gomez, *in tomo* 3. *de delictis, cap.* 10. *num.* 6. *folio* 74. Socin. Iunior. *in conſ.* 1. *num.* 32. *lib.* 2. Valaſcum *in l.* 1. *ff. ſoluto matrimonio, part.* 3. *num.* 64. & Menoch. *de recuperanda poſſeſſione, remedio* 1. *num.* 376. *pag.* 351. ¶ Et illud quod non procedit ex
130 vno capite, non procedit † ex coniunctione duorum capitum, *l. Gallus, §. ille caſus, ff. de liberis & poſthumis.* Notat Stephanus Berttrandus *in authent. ex teſtamen. C. de ſecundis nuptiis, num.* 21. ¶ Et ex his etiam fit, quòd ſi aliquis actus expeditur per duos tutores, vel arbitros, quorum vnus eſt habilis, & alius inhabilis, ſi quilibet habet facultatem in ſolidum, non vitiatur actus
131 per admiſſionem † inhabilis, vt diſtinguit Abb. *in cap. cum ſuper, num.* 12. *folio* 87. *de officio delegati.* Et de hac materia plura ſcribit Felin. *in cap.* 1. *num.* 1. *de præſcript.* Et tradit idem Felin. *in cap. per tuas, de ſimoniac. & in cap. tertio loco, num.* 8. *de probation.* & varia tradit Hippolytus *in rubrica, de fideiuſſor. num.* 286. *& in conſ.* 84. *n.* 26. *& in ſingula.* 180. *&* 166. Et circa hoc punctum multa ſcribit Epiſcopus Couarr. *in practic. quæſtion. cap.* 34. *num.* 1. vbi tractat quæſtionem, ſi Clericus ſimul, & laicus committant aliquod delictum, an laicus ſit remittendus ad iudicem Eccleſiaſticum? Et rectè agit de intellectu textus *in d. l. ſi communem*, ad quem iunge Rebuf. *in tractatu de except. num.* 16. *pag.* 504. *omnium tractatuum*: latiſſimè eundem Rebuffum *in tract. de priui-*

leg. Scholaſticorum, priuil. 106. *n.* 1. *cum ſeqq.* Et faciunt quæ de iure patronatus pertinentis ad Clericum & laicum ſcribit idem Epiſcopus Couarr. *in practicis, c.* 36. *n.* 5. Cæſ. Lambertinus, *in tract. de iure patron. lib.* 2. *p.* 3. *nono articulo nonæ quæſtionis principalis, num.* 1. *fol.* 240. *& 4. artic. octauæ quæſtion. num.* 1. *folio* 237. Quintilian. Mandoſa, *regul.* 1. *reſervation. quæſt.* 10. *num.* 8. *folio* 8. Rebuffus *in praxi beneficiali, in* 3. *part. ſignaturæ, in verb. necnon iure patronatus, nu.* 68. *pag.* 174. Staphileus *de literis gratiæ & iuſtitiæ, in forma impetrandi, in verſ. ius patronatus quomodo probetur, num.* 3. *pag.* 94. & in gratiis expectatiuis, *cap.* 2. *num.* 18. *pag.* 395. Sylua *in tractatu de beneficio part.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 17. *fol.* 175. Quintilianus Mandoſa, *de ſignatura gratiæ in part. derogationis iuris patronatus folio* 149. *col.* 3. Iacobus Puteus *deciſione* 157. *num.* 4. *part.* 3. Quibus etiam addo quod in hac materia ſcribit Decius, *in cap. cum delicta, num.* 10. *de confirmat. vtil. vel inutil.* & facit *l.* 3. *C. de natur. liber.* vbi *Bald.* notat, quòd capacitas viri extenditur ad vxorem; vbi ſi mulier naturalis † ſit nupta viro 132
legitimo & naturali, ipſa etiam propter qualitatem mariti efficitur legitima: quod notant Decius *in l. fœminæ, num.* 7. *ff. de regulis iuris*, qui ad hoc citat Angelum *in Authentic. quomodò naturales efficiantur ſui*, §. *quod vero*; & idem volunt Hippolyt. *in ſingular.* 501. Nicolaus Boërius, *deciſ.* 127. *num.* 18. *& deciſione* 228. *num.* 18. *& deciſ.* 240. *num.* 19. qui errat in allegationibus Hippolyti, *& in deciſ.* 128. *num.* 18. Tiraquellus *in tractatu de nobilitate, cap.* 18. *num.* 2. *pag.* 112. Chaſſanæus *in catalogo gloriæ mundi, rubr.* 8. §. 3. *num.* 17. *pag.* 113. Contra quos tamen tenet Gloſſa Pariſien. *in addition. ad Decium in d. l. fœminæ* ſed Decium & Hippolytum ſequitur Andr. Gaill. *lib.* 1. *obſervationum, tit. de pace publica, obſervatione* 6. *num.* 22. *pag.* 289. qui plura ſcribit in iſta materia de connexitate, & idem *lib.* 1.
quæſt. 35. *numero* 10. *pagina* 30. ¶ Et priuilegium † ab 133
vno ex ſociis impetratum, aliis ſociis prodeſt, *leg.* 1. vbi Salicetus, *C. de diuerſ. reſcript.* tradit Robert. Lancellot. *in tractat. de attent. part.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 11. *num.* 4. *pag.* 199. Burgos de Paz *quæſt.* 11. *ciuil. num.* 11. & idem eſt in reſcripto, vt probat notanda *l.* 40. *tit.* 18. *part.* 3. in tota lege, maximè in illis verbis: *De tal carta ſe pueden aprouechar todos, maguer no ſe haga en ella mencion de los otros a quien pertenece*, vbi Gregor. Lopez, & magis dignum trahit ad ſe minus dignum: quod ex pluribus Iaſ. *in l. Imperium, num.* 3. *ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Tiraquel. *lib.* 1. *de retractu*, §. 30. *gloſ.* 1. *n.* 9. *cum ſequentibus*, quos in pulchro caſu citat Molina *lib.* 1. *de primogen. cap.* 9. *num.* 21. *folio* 61. Et trado latè *part.* 2. *quæſt.* 4. *illation.* 8. *cum ſequentibus*: & propriùs facit gloſſa *in l.* 4. *in gloſſ. vltima, C. de inofficioſo teſtamento*, quæ probat, quòd vbi in aliqua † diſpoſitione concur- 134
runt perſona priuilegiata, cuius fauore actus inualidus ſuſtineatur, & perſona non priuilegiata, prodeſt etiam non priuilegiatæ, vt actus ſuſtineatur. In qua concluſione eſt aduertenda regula textus *in cap. ſanè de priuilegiis*: in quo probatur, quòd priuilegium conceſſum vni perſonæ non extenditur ad alias perſonas, vbi Ant. de Butr. & alij, præcipuè Decius; idem Decius *in l. cunctos cauſis, n.* 6. *ff. de regul. iur.* ¶ Et mariti & vxoris ita vnitas conſideratur, vt ſint duo in carne vna, vt quodammodo † vnum corpus dicantur, *cap. debitum, de bi-* 135
gam. cap. gaudeamus, de diuort. & cap. de neptis, 31. *quæſt.* 2. *cap. Agatoſa in fin.* 27. *quæſt.* 2. & ex hoc venit, quòd mariti & vxoris dicitur vna domus, *l.* 1. §. *ſi viri, ff. ad Sillan.* Item vna ſocietas, diuinæque ſocij & humanæ domus, *l. aduerſus, C. de crimin. expil. hæred. l.* 1. *ff. de ritu nupt. l.* 1. *ff. rerum amotarum.* Ex quo reſoluit Pariſius, *in conſ.* 23. *num.* 108. *lib.* 1. quòd fœmina quæ habet feudum, poteſt illud ſernire per maritum; quem citat Oſaſcus *deciſ.* 26. *num.* 20. ¶ Hinc etiam dicitur, quòd
maritus & vxor debent eſſe participes bonæ famæ † 136
alterutrius, *l. ſi cum dotem*, §. *ſi maritus, ff. ſolut. matrim.* vbi Doctores, Bald. *in l. vbi adhuc, num.* 8. *C. de iure dot.*

Et

Et de hac vnitate multa ſcribit Speculator *tit. de feud.* §. *quoniam, verſ.* 20. *num.* 40. *fol.* 121. *in* 3. *part.*

Ex quibus omnibus ſoluitur quæſtio tractata per Caldam Pereiram, *in tract. de poteſtate eligendi ad emphyteuſim, de nominatione & reuocatione, num.* 20. *folio* 138. vbi poſt Angelum *in Authent. quibus modis natura. efficiantur ſui*, Aleiatum, *in l. ſpecioſus, ff. de verbo-*
137 *rum ſignificatione*, tractat, ſi fœmina † illegitima contraxit matrimonium cum legitimo, an efficiatur legitima.

Ex iſtis aliàs ſumpſi non leuem coniecturam atque præſumptionem. Nam cuidam ſucceſſori in certo maioratu, opponebatur inhabilitas quædam, cuius virtute prætendebatur illum eſſe incapacem ſucceſſionis: coniux tamen eiuſdem erat capaciſſima; & deſcendens à teſtatore, quia erat eius proneptis, quemadmodum & maritus; reſponſum fuit, mulieris capacitatem eſſe maximi momenti ad coniecturandam mentem teſtato-
138 ris, cùm eſſet deſcendens ab ipſo inſtituore, & per eiuſdem † capacitatem, mariti incapacitas ſupplebatur; quæ fuit notabilis coniectura.

Et pro hac coniectura facit quod in notabili caſu ſcribit Socinus Iunior *in conſil.* 76. *num.* 134. *lib.* 2. qui loquitur in fauorem Ducisſæ Mantuæ: & in eadem cauſa Roland. *in conſil.* 1. *num.* 107. *lib.* 1 & ad hoc facit egregium *conſil.* Raphæ Fulgoſ. 4. quod lector legat, quod refert & confirmat Curtius *in tractatu feudorum, parte* 3. *num.* 4. *pag.* 112. & quæ tradit Tiraquellus, *in tractatu de nobilitate, d. cap.* 18. *n.* 39. Menoch. *in conſ.* 126. *n.* 24. *lib.* 2.

139 ¶ Et quòd fœmina poſſit eſſe capax ex perſona † mariti, ſcribunt Raphæ. Fulgoſ. *in conſ.* 86. *col.* 2. Pariſ. *conſil.* 4. *num.* 26. *lib.* 1. quibus iungo notabile *conſilium* Ancharrani 339. *Pro maiori, num.* 28. De quo in aliis locis tracto, quod eſt notandum ad clauſulas maioratus excludentis fœminas à ſucceſſione. Et pro his facit doctrina Ioan. Andr. *in rubr. de inſtr. editio. in addit. ad Speculatorem, §. nunc vero aliqua*, in additione, quæ incipit, *Ad iſtud*, vbi dicit, quòd ſi ſtatutum prohibet quod non relinquatur vxori, niſi vſque ad certam quantitatem, nec etiam poteſt relinqui cum hoc, quod habeat diſtribuere pro anima teſtatoris; tamen illa poteſtas poterit dari vxori vnà cum altero, ſequitur Alex. *conſ.* 77. *lib.* 1. & plura ſingularia ad propoſitum ſcribit Cæſar. Lamber. *de iure patronatus lib.* 2. *part.* 1. *art.* 6. 2. 9. *principali, num.* 1. *& num.* 5. cum aliis *folio* 6. & addo Socinum Iunior. ad hoc legendum, *in l. har. mei*, §. *cum ita, n.* 90. *fol.* 229. *ff. ad Trebell.*

140 ¶ Et quòd in ſucceſſione fideicommiſſi qualitas † imperfecti ſuppleatur per qualitatem perfecti, tradit Cephal. *in conſ.* 556. *num.* 45. *lib.* . Et in quadam ſubſtitutione id tradit notabiliter Socin. Iunior *in d.* §. *cum ita*, & faciunt quæ ſcribit *num.* 56. Ex quibus confirmo in noſtra materia notabilem doctrinam Gregor. Lopez *in l.* 3. *tit.* 13. *pag.* 6. *fol.* 88. *col.* 2. *verſ. pone etiam quod*, vbi reſoluit, quòd ſi fœmina fuit excluſa ob conſeruandam agnationem, admittitur ad ſucceſſionem maioratus, ſi ſit nupta cum marito, qui eſt de agnatione, quod in filiis iſtorum magis iuridicum mihi videtur.

Sed quamuis hæc, & alia ſimilia aliqualiter applaudere videantur, non tanti facienda ſunt, quantum ad deciſionem noſtræ quæſtionis, ſicut primo aſpectu apparet. Et eis non obſtantibus tenendum iudico, quod
141 licet † in caſu prædicto, maioratus ex parte vxoris, quæ capax eſt, ſit validus; ex parte mariti viribus prorſus caret.

Nec obſtant ſuperiora, quia omnia ſuas particulares rationes habent, quæ ad noſtrum caſum minimè trahenda ſunt, ne ſit in poteſtate incapacium ſub hac imagine legum diſpoſitiones irritas facere. Nec etenim capax, qui ſimul cum aliquo incapace teſtatur, illi reddere capacitatem (quæ in Principis voluntate conſiſtit) poteſt; quod veriſſimum iudico. Nec ad rem pertinet Gloſſa *in d. l.* 4. quæ magis videre videtur, quia eam re-

probant *ibi* Salicet. Fulgoſius, & Paulus de Caſtro, & pleniùs Iaſon, *in l. hac conſultiſſima*, §. *ex imperfecto, num.* 12. *folio* 96. *C. de teſtament.* per illum tex. à quo generaliter regulam & ſingularem deducit. Quòd perſona † non priuilegiata concurrens cum priuilegiata 142
non gaudet eius priuilegio, etiam quantum ad hoc, vt actus ſuſtineatur. Et ad idem refert tex. *in l. vltima, C. famil. erciſcund.* ¶ Et iſta confirmantur, quia diſpenſatio † non poteſt impetrari ſine ſpeciali mandato, *cap.* 143
innotuit, vbi Abb. *notab. penultim. de electione.* De quo legenda ſunt quæ ſcribo *infrà, quæſt.* 9. Nec etiam coniunctus pro coniuncto, vt in notabili caſu tradit Carolus Ruinus, *conſ.* 12. *num.* 28. *lib.* 3. Et mulier † nobi- 144
lis nubens plebeio perdit nobilitatem, ſecundum Bald. *in l. ex litera. C. de ſuis & legitimis hæredibus*, cum *concordantibus*, vt per Chaſſanæum, *in conſuetud. Burgund. conſideratio.* 11. *folio* 9. faciunt ſcripta per Otaloram *in tractat. de nobilitate, part.* 4. *cap.* 9. *num.* 9. *cum ſequentibus, pag.* 328. Ioannem Garc. *in tractatu de nobilitate, gloſ.* 1. §. 1. *num.* 44 *folio* 49. Auiles *in capitulis correctorum, in proœmio, num.* 9. *cum ſequentibus folio* 4. Ioan. Lopius *in rubr. de donat. inter virum.* §. 32. *n.* 2. *pag.* 89. vbi latè Barahona. Et quod vbicunque ſunt duo fratres, vnus habilis, qui exhibebat ſeruitia conſueta, alius vero inhabilis, qui non poteſt ſeruire, propter habilitatem vnius alter non admittatur, tradit Baldus *in* §. *præterea Ducatus, in fin.* quem citat Gregorius Lopez, *in l.* 6. *titul.* 26. *partit.* 4. in gloſ. *mudo*, 9 *ciego.* Animaduerto tamen, quòd ſtante dubio in quæſtione propoſita, 145
fauendum erit marito † petenti bona maioratus, ex *c.* *& perſona vxoris.*

Et iſta præſtant argumentum ad quæſtionem de facto contingentem. Duo fratres, vnus clericus, & alius laicus, conſtituerunt maioratum in fauorem, filij fratris Clerici, qui ſpurius erat, multis bonis amborum fratrum in id vinculatis, prohibita alienatione, & qualibet diuiſione, an maioratus ſuſtineri poſſit ex perſona fratris, qui capax erat, † & an vtile per inutile fuerit 146
vitiatum? Ad quod legenda ſunt quæ ſcribo *infrà part.* 2. *quæſt.* 2. *à num.* 14. & ſuprà *hac part. quæſt.* 1. *num.* 19. *& ſeq.* Et quid fieri & determinari debeat vbicumque quis facit maioratum in duas perſonas, vnam capacem, aliam incapacem, lectori reſoluere licebit ex multis, quæ ſcribit Caldas Pereira *in tractatu de nomination. ad emphyt. dict. quæſt.* 19. *numero* 86. *folio* 222. vbi tradit; cui acquiratur in ſimili caſu, loquendo de emphyteuſi.

Tandem pro perfectiori huius quæſtionis intellectu animaduerto, quòd ſi Princeps illi, quem ſcit incapa- 147
cem eſſe, concedit licentiam faciendi † maioratum, videtur cum illo tacitè diſpenſare, & abrogare incapacitatem, *l. quidam conſulebat, ff. de re iudic.* vbi Bart. & Doctores ex illo textu notant, quòd Princeps promouendo indignum ex certa ſcientia, & ſcienter, videtur cum illo diſpenſare. Quibus conuenit, quòd ſi dominus feudi conſenſit matrimonio contrahendo, videtur etiam conſentire obligationi feudi, quæ eſt pro ipſo matrimonio, vt tradunt Pariſius de Puteo, *de feud. reintegrand. cap.* 236. Freccius *lib.* 2. *de ſubfeud. quæſt.* 3. *num.* 6. Petrus Surdus *deciſ.* 220. *num* 46. qui alia ſimilia adducit.

Et quotieſcunque Princeps facit aliquid contra ius, & illud eſt tale, in quo poſſit diſpenſare, diſpenſaſſe intelligitur, ſecundùm Innocentium, *in cap. diuerſis, de cleri coning. & in cap. veniens, de filiis presbyterorum, & in cap.* 2. *de bigam.* quem citat Andreas de Iſernia *in cap. de prohibit. feud. alienation. num.* 53. *folio* 272. vbi Additionator, & Papa diſpenſando ſuper matrimonio, 148
† videtur etiam diſpenſare ſuper legitimitate, filiorum, & hæreditate, ſecundùm Abbat. *in cap. referente, num.* 4. *qui filij ſint legitimi*, Petrum Sur. *in tract. de fid. icomm. quæſt.* 5. *num.* 74. *pag.* 158. Faciunt ſcripta per Quintilianum Mandoſium, *in tractatu de ſignatura gratiæ, in princip. verſ. Addo, quæ conſtitutioni*, Grammatic. *in*

*conſ.*48.*num.* 12. Tell. in bono caſu *in l.*4. *Tauri ad finem*,facit *cap. ſi aliquando, de ſententia excommun. cap. cum olim, de priuilegiis : leg.*5.*tit.*5,*partit.*1.in verſic. *Si el Papa*, Matienç.*in l.*12. *Taur.* hodie *lex* 8. *gloſ.*1. *num.* 3 .. *cum folio* 233. *titul.* 8. *lib.*5. *Recopilat.* Et de ſpurio ſcienter promoto ad Epiſcopatum, quòd videatur cum illo diſpenſari,tenent Bald.& Angelus *in cap. Imperialem*, §. *ſi miles*, per illum textum cum Gloſ. *in verbo, oportet, C. de nupt.* Et ad hanc concluſionem plura refert Decius *in conſ.*614.*num.*10. in bono caſu, & eſt regula quam tradit Abbas *in cap. quisquis* 2.*folio* 165.& *in cap.inquiſitionem, num.*7.*de elect. folio* 146. & *in cap. nonnulli, num.*10.*folio* 74.*de reſcript.* Et conducit quod notat idem Decius, *in cap.ſi pro debilitate, num.*3. *folio* 87. *de officio delegat.* Et eandem regulam tradunt & exornant Ioan.Faber,*Inſtit.in* §.1.*quibus ex cauſis manumitt.non licet*,Angel.Aretin. *in* §.*ſeruus autem,de tutel.* Staphileus *de liter.gratia & iuſtitia,in tit. de effectu Clauſularum, verſ. Subſequenter ſtatim*, *pag.* 151.*num.*6.Rebuff.*in tract.de pacific.poſſeſſor.num.*212. *pag.*304.notanter Oldradus, *in conſ.*330.*per totum*, & *in conſ.*331.& Quintilianus Mandoſius *regul.*20.*Cancellaria,quæſt.*5. *num.*4.*folio* 150. vbi reſoluit, quòd in iſto caſu requiritur ſcientia Principis *deciſio* Rotæ in antiquis *olim* 209. hodie *deciſio* 8. *titul. de reſcript. pag.*343.

Et quòd ſi Papa contulit infanti beneficium, habens
149 notitiam quòd erat infans,† videatur cum illo diſpenſare, licèt non expreſſum fuerit, quòd fuit factum ex certa ſcientia : Reſoluit Baldus *in l. final.C.ſententiam reſcindi non poſſunt*, *num.* 7.*folio* 71. poſt Oldradum quem citat: quibus conuenit doctrina Andreæ de Iſernia *in cap.*1.*de prohibita feudi alienatione, numero* 54. *folio* 272. vbi reſoluit,quòd ſi feudum fuit datum duobus fratribus, quorum vnus erat inhabilis, & alter habilis,debet habere partem ſuam, ſi ſciuit alium eſſe inhabilem, quod refert ad plura notabilia. Quintilianus Mandoſius *de ætate minoris,quæſt.*34.*num.*3.*folio* 28.& in tractatu *de ſignatura gratia*, *in parte diſpenſare pro diſtribuere,folio* 79. *col.*2. *in verſic. Diſpenſationum*, & idem Faber *in* §.1.*Inſtit.de adopt.* Ialo.*in l.Barbarius, num.*10.& in aliis libris *num.*14. *ff.de officio prætor.* & *in l.certi iuris,num.*5. *C.de iudiciis*, Abbas & Felin. *in cap.*1. *de ſimonia*, idem Felinus *in proœmio*, *Gregorius Epiſcopus,num.*20.idem poſt Anton.Imol.& Abbat. *in cap.præterea,de teſtibus cogen.num.*11.vbi Felin.*nu.* 7. & 8.& idem Abbas poſt alios *in cap. cum inter, de exceptionem.*Curt.Sen.*conſ.*65.*num.*22. Decius *in cap.ex literis,num.*1.*de conſtit.*& *in cap.ſi quando, num.*5.*de reſcript.*Nauarr.*in manuali.cap.*25.*num.*74. *pag.*814. vbi dicit,ſecus eſſe in Prælato,latè Rodericus Suarez,*alleg.* 12.Epiſcopus Gouarr. *in regula,peccatum,folio* 60. *de*
150 *regulis iuris in* 6. vbi tradit, quòd Papa concedens † Simoniaco beneficium, videtur cum illo diſpenſare circa pœnas Simoniæ. Et addo eundem *in cap. alma mater,folio* 56.*col.*1.*de ſentent.excommun.in* 6. vbi tradit,qualiter ſi Papa concedat alicui beneficium, videtur illum abſoluere,& cum eo diſpenſare. Et licèt Papa non habeat poteſtatem abſolutam circa ea quæ ſunt iuris naturalis gentium,ſine cauſa, tamen ſi Papa diſpenſat ſuper actu ſpirituali,intelligitur ſublatum ius alteri quæſitum, quod acceſſoriè veniebat ad illum actum ſpiritualem,vt eſt notabilis doctrina Innocentij, Antonij de Butrio,& Abb.*in c.*2.*de voto.*De qua per Nattam *in conſ.*271.*n.*9.*lib.*2.

151 ¶ Et Imperator † poteſt penitus inhabilem ad feudum habilitare, quod dicitur facere, inueſtiendo illum ſcienter, ſecundùm Aluarotum,*in cap.*1.§. *ex hac, col. final.verſic.ex qua Gloſſa,de benefic. fœmin.* Et probatur *in cap.*1. *quemadmod. feud ad fœmin.pertin.* & tenent alij Doctores,quos refert Socin.Iunior *in conſ.*76.*num.* 132.*lib.*1. Et Princeps videtur diſpenſare cum eo, qui fuit condemnatus ad priuationem officij,ſi ei concedat officium,vt tradit Tellius *in l.*4.*Taur.num.*68.*ad finem*, pro quo facit doctrina Salicet. *in l.authoritate, C. unde vi*, Abb.*in cap.quiſquis,de election.*cum *concordantibus*, vt per Rebuffum *in tractatu de pacifico poſſeſſore, num.* 308.*pag.*318. Et ſi Princeps concedit alicui licentiam transferendi domicilium, ſciens illum eſſe tutorem in loco,videtur illum à tutela abſoluere, *l.ſed ſi in hoc*, §. *final.ff.de excuſation.tutor.* Notat Abbas qui alia ſimilia adducit,*in conſ.*55.*num.*5.*lib.*1.Et quòd cum minore promoto cenſeatur diſpenſatum, tradunt Franc.Marcus *deciſ.*263.Azeued. *in practica Piſan.part.*1. *c.*12.*n.*26. *folio* 23. Et ſi Papa dat indulgentias aliquibus † religioſis pro Eccleſia eorum, videtur Religionem approbare,ſecundùm Abbatem,*in conſ.*55.*lib.*1. Feli.*in conſ.* 34.*n.*4.faciunt tradit per Nicol.Boërium,*conſ.*26.*n.*14. *cum ſeqq.* 152

Et confirmantur prædicta, quia quando vnum eſt permiſſum, † cenſentur etiam permiſſa omnia,quæ ad illius executionem veniunt, ſecundùm gloſſam, *in Authent.vt liberi de cætero.*§.1. *in verb.ingenui*;tradunt Federicus *in conſil.*216. *Domino Federico, col.penultim.* Menochius, *remedio* 1.*recuperand.poſſeſſion. num.*365. *pag.*550. & ex doctrina Iacobi Aluaroti, *in cap.* 1.§. *naturales,ſi de feud. fuerit controuerſia inter domin. & agnat. vaſſal.* vbi vult, quòd ſi dominus infeudet vaſſallum, quem ſcit habere vnum filium naturalem, pro ſe & filiis natis,& naſcituris,tunc naturales ſuccedunt in feudo : refert Ripa *in l. ex facto*, §. *ſi quis rogatus, num.*12.*folio* 163.*ff.ad Trebellianum*,qui confirmat per text.*in l.plenum*,§.*equitij,verſicul. ſed ſi teſtator ſciens ff.de vſu & habita.* & per alias authoritates. Quòd latè tractat Caldas Pereira, *de nomin.ad emphyt. q.*20. *n.*4. *cum ſeqq.fol.*224. 153

Notandum eſt tamen, quòd ſi Princeps patiatur † bannitum in ciuitate remanere,nunquam videtur cum eo diſpenſare,ſecundùm Carolum Ruinum,*in conſ.*85. *col.penultim.lib.*4.Pro quo eſt doctrina Abbatis *in cap. veniens,num.*7. *de filiis preſbyterorum.* Et plura,quæ in ſimili tradit Menoch. *in conſil.*375.*numero* 50. *libro* 3. & *in tractatu præſumptionum, lib.*1. *præſumpt.*23.*num.* 6. *cum ſequentibus pag.*24. ¶ Et diſpenſatus ad aliquid, videtur diſpenſatus † ad omnia acceſſoria, ſecundùm Gloſſam,*in cap.quia in tantum, in verb.plures Eccleſias, de præbend.*& alios,vt per Quintilianum Mandoſium, *regul.*20.*Cancellaria,quæſt.*7.*num.*3.*folio* 151. Et quòd † electus à Principe idoneus iudicetur,tradit Burſatus *in conſilio* 207. *numero* 1.*libro* 2. per *l.ſi ſoluturus.ff.de ſolutionibus.* 154 155 156

Ex quorum dictis reſolui poteſt in noſtro propoſito concluſio ſuprà firmata, quamuis Gloſſa, *in cap.* 2. *de ſchiſmat.*dicat,diſpenſationem debere expreſsè fieri. Et notat Antoninus *in cap. vltimo, in fine, de officio ordinar.* quia illius opinio ſolum procedit in inferiori à Principe,qui ſi expreſsè non dicit, quòd diſpenſat,nequaquam diſpenſare videtur; ſecus procedit in Principe,qui quamuis non dicat expreſsè, *Diſpenſamus*,videtur tacitè diſpenſare, ſi ſciens defectum & incapacitatem illius quem promouet, nihilominus in illum, beneficium confert; ſecundum Bonifacium *in Clement.*1. *col.*2.*de præbendis*,poſt Gloſſam, & Doctores *in cap. literas, de conceſſione præbend.* Explicat melius omnibus illis, quos retuli, Petrus Rebuffus *in practica benefic. tit. de diſpenſat. in princip. numero* 5. *cum ſequentibus, pag.* 364. Et legendus eſt idem Rebuff. *in cap. extirpande*, §. *qui verò*, *pag.*388. *colum.* 1. *de præbend. & pag.*413. *colum.*1. *in fine*, *& in dicta practica benefic.tit. de diſpenſat.ſuper defectu natalium*, *num.*90. *pag.* 417. vbi tradit, quòd ſi Papa diſpenſauerit, vt poſſit quis habere dignitatem, videtur diſpenſare ſuper defectu natalium. De quo plura notabilia ſcribit Petrus Gambara *de officio delegati, libro* 10. *num* 228. *cum ſequentibus,pag.* 311. Quinimo,ſi eſt diſpenſatum cum illegitimo, quòd poſſit habere Epiſcopatum, intelligitur neceſſarium antecedens, quòd poſſit presbyterari,quia ſine ſacerdotio non poteſt eſſe Epiſcopus,

ſecun

ſecundùm Ancharranum *in Clement* 1. *de conceſſione præbendæ*, Abbatem *in cap.ex parte,el.*3.*de decim.* quos citat Ias. *in l.ſi caſſa cognita, num.*6. *Cod. de tranſact.* Euerard. *in centum locis*, *loco* 95. Facit quod ſcribit Bart. *in l.*1.*num.*37. *C. de ſumma Trinitate.*

157 ¶ Et diſpoſitio facta ſuper acceſſorio trahitur † ad principale connexum, vt per plura exempla docent Ioan.Andr.Abbas *numero* 22. Felin. *num.*17. Decius *num.*32. Ripa *num.*173. *in cap.cum M.Ferrarienſis, de conſtitut.* & notanter Petrus Surdus *dec ſ.*192.*num.*18. *cum ſeqq.* Iſtis conuenit, quòd ſententia lata inter partes non ſolum probat in ea contenta, ſed etiam omne neceſſarium antecedens, *l.quod in diem, ff.de compenſat. l.duobus*, *ff.de except. rei indic. l.*1.& 2 *C.ſi exfal.inſtrum.*Alciat.*in conſ.*10.*num.*9. Burſat *conſil.*160.*n.*67. *lib.*2. Ad quod addo notabile *conſilium* Aimonis 79. *num.*4. Capicium *deciſ.*56. Et de materia, quando & in quibus caſibus Papa, Princeps,vel alij promouendo diſpenſare videntur, plura ſcribit Ioſeph.Maſcardus *in tract.de probation. lib.*3.*concluſ.*1240.*num.*1. *cum ſeqq. fol.*179. Pro quibus facit *l.in ſumma, ff.de re iudicata*: vbi licet ſententia ſit ſtricti iuris, ſufficit quòd in ſubſtantia contineat condemnationem,licèt non adſit verbum,*condemno*. Et Rebuffum etiam vide pro intellectu eorum, quæ ſcribit Rodericus Suarez *in d.allegat.*12. & ita etiam intelligit Gloſ. *in d. cap.*2. *de ſchiſmat.* Decius *in d.cap.ſi quando*. Rurſus,quando Papa diſpenſat ſuper pluralitate beneficiorum, videtur diſpenſare ſuper reſidentia, licet non exprimatur, *cap.ſi quis in Clero.verſic ſolemnibus* : 7.*q.*1. Notat Quintil. Mandoſ. *in tractatu de ſignatura gratiæ*, *in tit.de non reſidendo, fol.*86.*col.*3. facit doctrina Ioan.Guttier. *lib.*2. *Canonicarum quæſtionum, cap.*5.*n.*31.*pag.*88.

¶ Et eſt etiam animaduertendum, quòd tunc Prin-
158 ceps diſpenſare videtur in defectu † incapacitatis, quando hoc facit ex certa ſcientia, & de tali certa ſcientia conſtat per ſcripturam, ſecundùm Bartholomæum Socinum *in conſil.*59.*num.*14 *lib.*1. per Gloſſ. *in cap.ſtatutum, verb.literas, de reſcript. in* 6. & in *Clementina vltim.eodem titulo* : & tenet Imola *in dicta l. quidam conſulebat* : & eſt de mente Bart.& aliorum *ibi*. Et pro vera & abundanti declaratione iſtius quæſtionis plura ſcribit Antonius Gabriel *lib.*1. *communium opinionum, tit. de præſumption. concluſ.*8. *num.*1. *cum pluribus ſequentibus, pag.*25. Menoch. *in tract de præſumptionibus lib.*2. *præſumpt.*20.*nu* 8. *cum ſequentibus, pag.*138. Caldas Pereira *in tractatu de nominatione ad emphyteuſim, dicta q.*20.*num.*6.*fol.*225. quæ ad iſta legenda ſunt ; & per regulam *d. l. quidam conſulebat* : inquit eleganter Bald. *in l. item lapilli*, *colum.*3.*ff. de rerum diuiſione.*

159 Quòd ſi Princeps concedit priuilegium † aduerſus ius commune, non eſt neceſſaria clauſula, *non obſtantibus* ; quia eo ipſo quòd priuilegium concedit videtur infringere ius. Et idem Dominicus *in cap.*1.*de exceſſibus Prælat. lib.*6. Decius *in cap.ex parte, in* 2. *col.*3. *de officio delegati*, *& in conſ.*169.*col.*2. quos citat Burgos de Paz *conſ.*45. *num.*14. Quod eſt notatu dignum ad facultates, quæ conceduntur ad conſtituendum maioratum,vel ad alienandum bona maioratus,ad hypothecandum pro dotibus & arrhis, & ad alias ſimiles facultates, in quibus deficit clauſula, *non obſtantibus*. Quod confirmatur, quia vbi Princeps reſcribit contra ius, ſi ſit certificatus de ipſo facto, videtur quoad hoc illud tollere,ſecundùm Gloſſam *in cap.ſtatutum,in verb. literarum, de reſcript.in* 6. Iacobum Henric. *conſ.*38. *num.*11.*lib.*3. quos citat Robertus Lancellotus *in tractatu de Attentatis, cap.*4. *de attentat. lite pendente, limitat.*19. *num.*6. *pag.*135. quæ notabis, quia vidi in practica in iſta materia,& in magno negotio.

160 ¶ His conuenit, quòd licèt non valeat impetratio in præiudicium iuris, † vel poſſeſſionis alicuius facta lite pendente, ſecundùm Innocentium *in cap. dudum, num.*13.*de election.* Ferretum *conſ.*229. & alios plures quos citat Lancellottus *in dicto loco*, *limitation.*20. *pag.*137.fallit ſecundùm eundem *numero* 24.& 25. niſi expreſsè de præiudicio ſit facta mentio, vel concedens haberet notitiam, quòd lis pendebat ; & nihilominus conceſſit ; poſt Menochium,quem citat *conſilio* 70. *numero* 24. Et iſta ſequenda & tenenda videntur : licèt in contrarium faciat reſolutio Iaſonis *in l. cum quia*, *lectura* 2.*num.*9.*ff.ſi certum petatur* : vbi ponit regulam, quòd in diſpenſationibus *tacitum* non operatur quantum *expreſſum*, ex doctrina Canoniſtarum *in cap. poſtulant.de reſcript.* ¶ Et addo ad prædicta textum *in cap. ſi ſummus*, *de ſententia excommunic.* vbi ſi Papa aliquem ſub titulo Dignitatis, ex certa ſcientia, ex verbo, conſtitutione, vel literis, ſeu alio quovis modo nominet, vel honoret, ſeu alia forma tractet, per hoc non intelligitur approbare illum in illa dignitate, nec tribuere quicquam noui iuris. De quo per Aretin. *in conſil.*23. & alios quos citat Tiraquel. *in tract. de nobilit. cap.* 6. *num.*24.*pag.*71. quod confert ad alios ; quos Principes vocant *Duces*, *Marchiones*, aut *Comites* aliquorum locorum ; & ad alia ſimilia. Et legendus eſt Tiraquel.*in eodem loco.num.*35. & Maſcard.*in tract.de probation.lib.*1.*concluſ.*376.*num.*7.& 8.vbi tradit,quòd ſi Princeps nominet *Ciuitatem*, quæ non ſit, vel vocet aliquem ſub titulo † *dignitatis*, quam non habet, cen- 161
ſetur velle, vt tales fiant, & conferre ius ; ex Innocentio, & Ioanne Andreæ *in cap.cum ab Eccleſiarum*, *n.*2. & 3.*de officio Ordinarij*, vbi Ioan.Andr. & idem tradit Tiberius Decianus *reſponſ.*21.*num.*18.*lib.*1. vbi addit Paulum de Caſtro *in conſil.*107. *Quantum ad primum, lib.*2. dicentem, quòd ſatis dicitur probari quem eſſe filium nobilis viri, ſi in literis Principis ad eum directis, vel in legitimatione de eo facta dicatur : ſed quòd ſi Princeps vocat aliquem *nobilem*, non videatur facere per illud,nobilem,tradunt Cardinalis *in Clement.final.* §.*ſimiliter, de ſententia excommunic.* Fuluius Pacianus *in tractatu,de probationibus, lib.*2.*cap.*26. *n.*41. *fol.*96. De quo legenda ſunt quæ idem ſcribit *cap.* 27.

Porrò quæritur, quidam commiſerat delictum, cuius occaſione remanſit incapax faciendi maioratum, fuit à Principe poſteà † reſtitutus in integrum ſtatum, & 162
poſteà impetrat facultatem ad faciendum maioratum, an hæc facultas ſit ſubreptitia, ſi Principi non exponatur qualiter ille ante impetrationem commiſerat delictum, ob quod incapacitatem patiebatur ? Et breuiter videtur, quod non eſt neceſſe facere Principi de hoc mentionem, nec facultas erit ſubreptitia, ex doctrina Baldi *in cap.eam te, de reſcript.* vbi dicit, quòd reſtitutus poſt aliquem defectum, ſi impetraret nouam dignitatem, non habet neceſſe facere mentionem vlterius de defectu antiquo purgato per reſtitutionem : & facit doctrina Oldradi *in conſ.*215. *Puncta breuia*, vbi concludit, quòd ille, qui habilitatus fuit per diſpenſationem, non tenetur in alia diſpenſatione facere mentionem de illa priori diſpenſatione ; quia diſpenſatio prima ius regenerationis præbuit ; *l.*2. *l.quæris, l.vltima, ff. de natura reſtit. l. Imperialis*, *C.de nupt.* notatur per Decium *in l.liberos*, *num.*4. *fol.*101. *C. de collat.* Ex quibus conſtat, quòd idem dicendum eſt in noſtro caſu.

Animaduerto etiam, lectores, quòd ſi pater virtute Regiæ facultatis conceſſæ tam ad legitimandum filium naturalem, ſpurium, aut aliàs incapacem, quàm ad faciendum in eum maioratum, in eiuſdem executionem fecit maioratum in talem filium legitimatum, & legiti-
matio ex ſubreptione, vel ex alio quolibet defectu † 163
fuit valida, bona deueniunt ad ſucceſſores ab inteſtato, tanquam deficiente cauſa cauſæ.Quòd fundatur ex ſententia Pauli *in l.eam quam, col.*2. *num.*24. *in verſic. & poſt iſtam legem*, *C. de fideicommiſſ.* vbi dicit, quòd ſi quis legitimare fecit filium baſtardum, & illum præſuppoſita legitimatione hæredem inſtituit, ſi legitimatio eſt defectuoſa, inſtitutio non valet, & hæreditas pertinet ad ſucceſſores ab inteſtato : & dicit, quòd in

quæſtione

quæſtione de facto, ita reſpondit. Et Bald. ſequuntur Doctores *ibi*: Pariſ. *in conſ.* 10. *num.* 22. *lib.* 2. & eſt communis ſecundùm Decium *in conſil.* 176. *col.* 4. *in fine, verſic. non obſtat quod magna*: & alios Doctores refert Rolandus *in conſil.* 61. *num.* 27. *lib.* 1. facit *l. ſi pater, C. de hæredibus inſtituend.* & *l. nec profeſſo*, ibi: *Et quæ vt filiis C. de teſtamen.* tradit Simon de Pretis, *lib.* 2. *de interpretanda defunct. volunt. interpretation.* 2. *dubitat.* 2. *numero* 121. *folio* 137. Sed præſumptio eſt pro legitimatione quòd ſit efficax, & opponenti contrarium incumbit onus probandi, vt per Decium *in conſ.* 462. *in principio*, & Gozadin. *in conſil.* 98. *num.* 11. Et quando eſt dubium an legitimatio valeat, vel non? debet interpretari quòd valet, vt per Iaſ. *conſ.* 184. *col.* 2. *in princ. lib.* 3. per regulam textus *in l. quotiès, ff. de rebus dubiis.*

Item ſcire oportet, quòd ſi quis faciat maioratum in filium ſpurium ſub conditione, *ſi impetrauerit diſpenſationem*, adiiciendo, quòd ſi diſpenſatio non fuiſſet impetrata, vel inſtitutio maioratus in eum facta, non valeret, quòd bona deuenirent ad nepotem filium filij ſpurij, talis inſtitutio valet, & non impetrata diſpenſa-
164 tione, nepos † obtinere debet maioratum. Quod probatur authoritate *l.* 2. *C. de hæredibus inſtituend.* & cuiuſdam doctrinæ Guidon. Papæ, *in conſil.* 94. *effectus narrationis*, *num.* 1. *cum ſequentibus*, præcipuè *num.* 4. lector videre poterit fundamenta alia ad confirmationem huius ſententiæ. Imò etiam ſi dicta verba non adiiciantur, quòd maioratus ſit inefficax, cum ſi conditio deficiat, maioratus non valet, *l. cedere diem, ff. de verborum ſignificat. l. Hac venditio, in principio, ff. de contrahenda empt. l. qui hæredi, §. Plautius*, vbi Bart. & Socin. *ff. de conditionibus & demonſtrationibus.* Bartholom. Socin. *in conſil.* 99. *Sereniſſimus Rex, col.* 7. *verſ. tertiò confirmatur, num.* 10. *lib.* 3. Decius *in conſil.* 2. vnde dicit Socin. Iunior *in conſil.* 165. *num.* 6. *lib.* 2. quòd donatio facta ſub conditione, ea deficiente redditur ineficax. Et qualiter Princeps diſpenſare poſſit cum inhabilibus ad teſtandum, vel codicillandum, optimè omnium explicat Barthol. Socin. *in conſil.* 12. *num.* 12. *cum pluribus ſequentibus, lib.* 1. quem lector, ſi expedierit, omnino legat. Et quòd ſucceſſori in maioratu inſtituto ſub aliqua conditione, poſſit ad inſtantiam ſubſtituti præfigi terminus à iudice ad conditionem implendam, probatur ex doctrina Imolæ *num.* 5. Pauli *num.* 3. Areti. *col.* 3. *in l. quamdiu, ff. de acquirenda hæreditate*, & aliorum quos citat Hieronym. Gabriel *in conſil.* 131. *num.* 17. vbi plura ſcribit in materia præſentis quæſtionis: quod confert ad ea, quæ ſcribo *infra q.* 50. vbi tractatur materia de grauamine nubendi, & legenda ſunt quæ ſuprà ſcripſi.

Et an maioratus fieri poſſit in aliquem incapacem,
165 † vt bona reſtituat alij capaci? lector decidere debet, & poteſt ex his quæ tradunt Gloſſ. & Doctores præcipuè Iaſon. *num.* 22. *in l. eam quam. C. de fideicom.* & Domin. Anton. de Padilla *num.* 121. ex quorum reſolutione veritatem huius puncti lectori colligere licebit; & legat quæ ſcribo *par.* 2. *quæſt.* 2. *à num.* 70. ¶ Et eſt animaduertendum, quòd tacitum, & iuri contrarium fideicommiſſum de reſtituendo non capaci, non præſumitur iniunctum niſi probetur, *l. Lucius Titius, §. in teſtam. ff. de leg.* 1. *l. non intelligitur, §. tacitè, ff. de iur. fiſc. l. cum tacitum, l. cum teſtam. ff. de probat.* notat Bald. *in conſ.* 62. *Vnde quòd electio, lib.* 1.

Pone etiam, quod cuidam data fuit facultas ad faciendum maioratum, & antequam illius notitiam haberet, confiſus, quòd licentia ei concederetur, fecit ignorans conceſſionem maioratus; quæro an talis conſtitutio maioratus valeat; Huius quæſtionis diffinitio pendet ab alia, an beneficium vel priuilegium Principis habeat locum & effectum à tempore conceſſionis, an à tempore notitiæ? In quo communis eſt opinio, quòd
166 † non habet effectum vſque ad tempus notitiæ, ſecundùm Abb. & alios *in c.* 2. *de conſtit.* probatur, *in l. vltim.* vbi Gloſ. *C. de Conſulibus, lib.* 12. tenent Bart. & alij, *in l. beneficium, ff. de conſtit. Princip.* vbi Iaſ. *num.* 22. *folio* 28. plures refert dicendo, quòd iſta eſt communis opinio Canoniſtarum & Legiſtarum. Ex quo in noſtra quæſtione videtur, quòd priuilegium non habet effectum ad confirmandum talem maioratum. Et pro iſta ſententia facit *d. l.* 42. *Taur.* in ſui generalitate, hodie *l.* 3. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopil.*

QVÆSTIO III.

Principi an ſit facienda mentio liberorum, quos quis habet, dum ab illo petitur licentia ad faciendum maioratum.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus quomodò liciti ſint.*
2 *Primogenitus tenetur exhibere fratribus alimenta neceſſaria.*
3 *Principi debet fieri mentio de his, quibus ſcitù difficilius conceſſiſſet.*
4 *Quid in gratioſis & priuilegiis.*
5 *An ſufficiat expreſſio in genere.*
6 *Priuilegium ex falſa cauſa obtentum an valeat.*
7 *Obreptionem an faciat qualitas adiecta cauſa demonſtrationis.*
8 *Priuilegium ad primogenituram quomodò interpretandum.*
9 *Principis diſpoſitio an ſit ſubreptitia, rebus, quæ ipſum à concedendo remouere poterant, non expreſſis.*
10 *Taciturnitas veriſimilitudinis an vitiet reſcriptum.*
11 *Quid ſi Principi non ſiat reſolutio de qualitate inueſtitura.*
12 *Subreptio an vitiet reſcriptum gratiæ.*
13 *Deſcendens à Iudæis in impetratione nobilitatis an teneatur facere mentionem de tali defectu.*
14 *An Principi ſit facienda mentio de quantitate patrimonij.*
15 *Primigenium nouum ab antiquo qualiter differat.*
16 *Maioratus an fieri poſſit, aliis filiis legitima non relicta,* num. 17. & 18.
18 *Melius eſt in tempore occurrere, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere.*
19 *Principi an facienda ſit certa relatio filiorum legitimorum, vt illegitimi legitimatio non ſit ſubreptitia.*
20 *An valeat legitimatio in inceſtuoſo legitimato tanquam ſpurio.*
21 *Qualitas ſpurietatis in impetratione exprimenda.*
22 *Diſpenſatio Principis quomodò omnes ſpurietates comprehendat.*
23 *Quid ſi legitimatus natus ſit ex coniugato & coniugata.*
24 *Literæ remiſſionis condemnationis quomodò valeant.*
25 *Licentia ad faciendum maioratum qualiter interpretanda.*
26 *Princeps an quid velle præſumatur in præiudicium filiorum, aut Tertij.*
27 *Clauſula* motus proprij *an valeat, vbi alicuius vertitur præiudicium.*
28 *Conceſſio facta* ſine præiudicio Tertij *an ſit conditionalis.*
29 *Princeps an poſſit concedere immunitatem in præiudicium Vniuerſitatis.*
30 *Priuilegium an ſit ſubreptitium, mentione de oneribus pedagij non facta.*
31 *Princeps ſolutus eſt legibus.*
32 *Mandatum Papæ ſecundùm ius intelligendum.*
33 *In impetratione legitimationis an Principi exponendum, nendum, quòd pater non poteſt licitè contrahere matrimonium cum matre.*
34 *Æqualitas in dubio inter fratres ſeruari debet, & num.* 37.
35 *Melioratio inter filios non præſumenda, niſi de ea appareat.*
38 *Teſtator an præſumatur velle, quòd æqualitas inter filios ſeruetur.*
39 *Commiſſarius virtute ſibi à teſtatore ad faciendum teſtamentum conceſſa, an poſſit facere melioriationem Tertij & Quinti*
40 *Æqualitas inter filios vt ſeruetur, an liceat à proprietate verborum recedere, & num.* 43.
41 *An inducatur repetitio, & num.* 48.
42 *An danda decima matri tutrici.*
44 *Subſtitutio an ſiſtinenda.*
45 *An poſſit fieri extenſio de caſu ad caſum.*
46 *Succeſſiones liberorum reſtringere odioſum an ſit. Et ibi an in dubio ferenda ſententia pro æqualitate ſeruanda.*
47 *Leges, vt æqualitas ſeruetur, appetunt.*
49 *An propter æqualitatem inter fratres ſeruandam, diſpoſitio patris erronea ſit emendanda.*
50 *Quid vbi æqualitas ſeruari non poteſt.*
51 *An cenſeatur fideicommiſſo renunciatum, vbi reſultat inæqualitas.*
52 *Et an legatum intelligatur ademptum.*
53 *Facultas diſpenſandi in iure primogenituræ an fauorabilis dicatur.*
54 *Præſumptio æqualitatis ſeruandæ quando ceſſet, & num.* 58.
55 *Pater an præſumatur voluiſſe æqualitatem ſeruare inter filios in bonis à teſtatore prouenientibus.*
56 *Filij quando partes æquales non poſſident, an facta inter eos diuiſio præſumatur.*
57 *An ratione æqualitatis coheredes rem legatam lucri teneantur.*
59 *Reſoluitur contra* Greg. Lop. & Epiſcop. Couarr. *quòd vbi à Principe impetratur facultas ad faciendum maioratum, eſt illi exponendus numerus certus liberorum.*
60 *In literis gratioſis etiam exprimi debet, quod Papam mouere poteſt ad concedendum, vel non concedendum.*
61 *Reſcripta gratia ad beneficia ſubreptitia, an ſint ipſo iure nulla.*
62 *Facultas ad faciendum maioratum an ſit gratia, vel diſpenſatio. Et diſpenſatio quid ſit, n.* 63. *An differat à priuilegio, num.* 64. *An ſit gratia, num.* 65. & 66.
67 *Priuilegium an ſit gratia.*
68 *Aſſenſus Regius ad alienandum an ſit mera gratia.*
69 *Diſpenſatio quomodo interpretanda.*
70 *An ſemper denotet iuris relaxationem.*
71 *In quo differat à legitimatione.*
72 *Quid quando habet vim priuilegij.*
73 *An ſit ſtricti iuris. Quid quando conceditur motu proprio, num.* 76
74 *Princeps an præſumatur potiùs velle vti iure communi quàm ſpeciali.*
75 *Interpretatio reſcriptorum ſumenda à iure communi.*
77 *Priuilegia immunitatis an reſtringenda.*
78 *Priuilegium an dicatur, quod in aliquorum tantùm commodum conceditur.*
79 *Primogenitura an ſtrictè interpretanda.*
80 *An ſimul ſtet, quòd teſtator conſideret agnationem reſpectu fratrum, & non reſpect. deſcendentium.*
81 *Fauorabilibus perſonis quomodo fauendum.*
82 *Maioratuum inſtitutio quando ſit fauorabilis vel odioſa, remiſſiuè.*
83 *Si pater in maioratus conſtitutione contra alios fratres ſeuerè ſe habeat, quid agendum.*
84 *In impetratione facultatis ad faciendum maioratum, an debeat fieri mentio de poſthumo naſciturо.*
85 *Reipublicæ intereſt, ne lites inter homines ſint.*
86 *In facultatibus quæ dantur in derogatione* Pragmaticæ dotium *numerus filiorum vel filiarum exprimendus.*
87 *Verba generalia ſufficiunt ad derogationem, vbi apparet de mente derogantis, &* n. 89.
88 *Clauſula* non obſtantibus legibus, *quid operetur, & num.* 103.
90 *Si quis caſtrum cum pertinentiis concedat, an conceſſa intelligantur omnia iura, quæ in eo concedens habebat.*
91 *An ſufficiat derogatio generalis, vbi de Tertij præiudicio agitur.*
92 *Quid de diſpoſitione habente clauſulam derogatoriam in fauorem Tertij.*
93 *Vbi requiritur ſpecialis mentio, non ſufficit generalis.*
94 *Clauſula*, quibuſcumque non obſtantibus, *an tollat omnia obſtantia.*
95 *Idem operatur genus quoad omnia, quod ſpecies quoad ſub genere comprehenſa.*
96 *Infertur intellectus ad text.* in l. 3. tit. 10. lib. 5. Recopil. quæ Vallilletana *appellatur.*
97 *Quod dicatur priuilegium, & reſcriptum generale, vel ſpeciale, remiſſiuè.*
98 *Specificè diſpoſitum, an cenſeatur diſpoſitum cauſa demonſtrationis.*
99 *Contra libertatem & plenitudinem poteſtatis Papa nihil ſtatui poteſt.*
100 *Mentio ſpecialis priuilegij an requiratur, vt ei cenſeatur derogatum.*
101 *Pater qui reuocat & derogat maioratum ſemel factum, ſufficit vt generaliter deroget, ſi de illius appareat voluntate.*
102 *De Principis voluntate declaranda an ſit forma data à lege, & n.* 103.
104 *Clauſula*, non obſtantibus legibus, *an ſufficiat, vbi prima diſpoſitio clauſulam derogatoriam continet. Quid quando Princeps reſcribit contra factum hominis, n.* 108.
105 *Adepta facultate ad conficiendum maioratum cum clauſula derogatoria, ſi poſteà alia facultas cum derogatione impetretur, an prima facultas derogata cenſeatur.*
106 *Clauſulæ derogatoriæ an extendantur ad non expreſſa.*
107 *Facultas ad maioratum inſtituendum aliquibus expreſſis data, an videatur denegata in non expreſſis.*
109 *Quæ poſſint opponi contra Regiam facultatem, ad conficiendum maioratum, remiſſiuè. Et ibi de verbis*, cæteriſque contrariis, &c.
110 *Quæ non poſſunt fieri ſpecialiter, non poſſunt fieri generaliter.*
111 *In priuilegiis an ſit neceſſaria clauſula obſtantium derogatoria.*
112 *Quid in reſcripto quòd totum adiudicetur primogenito.*

QVæro tertiò an ille, qui plures filios habet, dum petit à Rege licentiam faciendi maioratum, teneatur Principi exponere, declarare, & referre numerum certum filiorum, quos habet? In qua quæſtione ſemper ego † exiſtimaui, quòd pater, qui vult à Principe petere facultatem Regiam ad faciendum maioratum in vnum ex pluribus filiis, quos habet, tenetur Principi facere indiuiduam & certam mentionem liberorum, quos habet, ad hoc vt facultas non ſit ſubreptitia

Ad cuius concluſionis fundamentum ſupponere oportet, quòd primogenia † licita ſunt, quando ex

causa, & ratione probabili constituta sunt, secundùm Petrum de Bellapertica *in §. final. Institut. de iure natur. genti. & ciuil.* Et dicit Cinus *in l. Barbarius, col. 1. ff. de offic. prator.* peccare primogenitum, qui ex consuetudine eorum patrimonium retinet, si scit consuetudinem illam esse erroneam, & si vult esse sine peccato, debet primogenituram diuidere cum fratribus. Et idem Cinus *in l. rescripta, in 3. q. C. de precibus Imperat. offeren.* dicit, quòd consuetudo disponens, vt primogenitus totum habeat, est contra Apostolum dicentem: *Filius, ergo hæres.* Ideóque peccat primogenitus si consuetudinem sequutus totum accipit. Qua de re plura scribit Tiraquellus *in tract. de primogen. q. 4. n. 11. pag. 78.* & in *numeris antecedentibus, & sequentibus* alia refert, & *numero 13. pagina 79.* ex variis Authoribus probatur hanc primogenituram licitam esse, quia plures vtilitates ex ea resultant. Citat Oldradum *in consilio 94. E eganter circa negotium*; & Bart. *in l. 2. quæst. 24. C. quæ sit longa consuetud.* & alia iura.

Ex quibus constat, primogenia licita esse, modò sint condita cum recta ratione & æquitate: quod plenius constat ex illis, quæ scribo *in principio huius primæ partis, num. 43. versic sed licet.* Ex quibus confirmatur quod plenè scribit Ias. *in cons. 107. num. 1. lib. 4* vbi ex pluribus probat, posse Imperatorem facere ex plenitudine potestatis, quòd solus primogenitus succedat in feudo, cæteris fratribus exclusis. Apud nos autem Princeps id facere potest ex potestate ordinaria; & quòd ad conseruationem iuris patronatus sit vtile, vt tantum succedat primogenitus, tradit Cæsar Lambertinus *in tractatu iuris patronatus, lib. 12. artic. 11. quæstionis principalis, num. 8. fol. 10.* Et qualiter succedat primogenitus in conscientia, latè resoluit Ioan. Cirier *in tract. de primogenitur. lib. 2. q. 15. fol. 89.*

¶ Præcipua verò causa, ex quâ maioratuum constitutio licita est, & quæ reddit Principem tutum, vt possit concedere licentiam ad faciendum maioratum in eo consistit, quòd si primogenitus, vel electus ad maio-
2 ratum, habeat fratres, † eisdem fratribus alimenta necessaria præstentur; vt aduertunt, & latè probant Ioan. Lopius *in repetit. cap. per vestras, de donation. inter virum & vxorem, 3. notab. §. 21. pag. 461.* vbi *Barahona*, Rodericus Suarez *in l. quoniam, in prioribus, limit. 11. versius finem, pag. 193. col. 1. C. de inoffic. testam.* Anton. Gomez *in l. 40. Taur. num. 47.* celeberrimus & nunquam satis laudatus Magister meus Episcop. Segouiens. *in epitome de spons. p. 2. cap. 8. §. 6. num. 5. in vers. quarto deducitur, fol. 135.* qui refert Ioan. Lecirier *in tract. de primog. lib. 2. cap. 15.* & Tiraquellus *in eodem tractatu, q. 74. & 75.* vbi tractat, qualiter primogenitus tenetur cæteris fratribus alimenta præstare, si aliunde filij ea non habent. Nouissime Azeuedo *in l. 2. tit. 14. De las prouisiones*, lib. 4. *Recopil. num. 46. & 47. fol. 202.* post Molinam, & alios, quos citat.

Ex quibus infertur, quòd si quis faciat Principi relationem, quòd vult facere maioratum valoris viginti mille ducatorum, vel pluris, vel minoris: non autem illi exponit filios, quos habet, Principi sit fraus, quia credendum est, quòd si Princeps sciret eum, qui licentiam petebat, multos filios habere, fortè non concederet prædictam facultatem, si iuxta redditus bonorum vinculatorum verisimiliter videret, quòd non sufficiebant ad sustentandum honorem, & statum primogeniti, ipsique, & cæteris fratribus alimenta necessaria exhibendum. Cùm igitur hæc inficiari minimè possint,
3 notorium est in iure, quòd non † solùm Principi est facienda mentio, & relatio de his, quæ si expressa fuissent, non concessisset id, quòd concessit; sed etiam de his, quæ si Principi nota fuissent, nihilominus concessisset, sed non ita leuiter.

Hæc conclusio probatur *in cap. si proponente, de rescriptis*; & in *cap. postulasti, in verb. de leui, eodem tit. & in cap. si motu proprio, in verb. modicum, de præbend. in 6.* Notat Abbas *in d. cap. postulasti*, quem ad hoc dicit esse singularem; & idem Abbas *in cap. cæterum, notab. 1. eodem titulo.* Et hoc tenent alij, quos refert Alexand. *in cons. 114. Pondcratis his quæ narrantur, lib. 1.* & in *consil. 108. num. 4. lib. 7. & in cons. 95. Requisitus super dispensatione, num. 8. lib. 7.* qui ex hoc argumento in variis casibus consuluit, Bartholomæus Socinus *in cons. 246. num. 9. lib. 2.* Lambertin. *in tract. de iure patronatus, part. 2. lib. 2. artic. 22. 8. quæst. principal.* notanter, *num. 2. fol. 162.* Curtius Senior *consil. 16. num. 26.* Matthæus ab Afflictis *decis. 195. n. 7.* Rebuffus *in tractatu de nomination. quæst. 9. num. 59. pag. 158.* Otalora *in tract. de nobilitate, part. 4. cap. 9. num. 10. ad finem, pag. 335.* Notat Ludouicus Gozadin. *in consil. 25. In hac causa, num. 6.* & in *consil. 26. In causa Illustrissimorum, num. 2.* & *in cons. 85. Videtur prima facie, num. 3.* Ægidius Bossius *in practica criminali, in titul. de remediis ex sola clemen. princip. proceden. n. 34. pag. 582.* Iaso *in l. 1. num. 2. C. si contrarius vel vtilit. public.* Suarez *allegatione 12. versic. plus est*, Thom. Grammatic. *decis. 59. n. 57.* Episcopus Sarmiento *lib. 1. selectarum interpret. cap. 9. n. 1. cum seqq. fol. 27.* Episcop. Couarru. *in epit. de sponsal. part. 2. cap. 6. §. 10. num. 14. fol. 84.* Iacobus Puteus *decis. 350 part. 1.* latissimè Iosephus Mascardus *in tract. de probation. lib. 2. conclus. 846. num. 1. cum seqq. fol. 158.* Ioan. Guttierrez *lib. 2. Canonicarum quæstionum, cap. 15. num. 25. cum seqq. pag. 280.* Matthæus ab Afflictis *in constitution. Neapolitan. lib. 3. rubrica 24. de successione nobilium, n. 60. fol. 302.* vbi ex hoc dicit, quòd assensus Regius super alienatione feudi, intelligitur de feudo nouo: quam doctrinam ad aliud retuli propositum *4. part. quæstione 1. limitatione 6.*

¶ Quod procedit non solùm in beneficialibus, sed & in cæteris † gratiosis & priuilegiis; secundùm Abba- 4
tem *in cap. constitutus, col. 2. in versic. Item nota quod omnia, de religiosis domibus.* Ad quod alios concordantes refert Barba. *in cons. 49. Clementissimum Deum, libro 4.* & *in consil. 55. Clementissimum & omnipotentem Deum, eodem libro.* Ripa *in l. ex facto, num. 15. ff. de vulgar. & pupil.* Tiraquel. *in tractat. de cessante causa, limitatione 1. num. 13. cum sequentibus, pag. 95.* Rebuffus *in practic. beneficial. in 3. part. signaturæ, n. 16. pag. 156.* Antonius Gama *decis. 278. num. 19.* Gozadin. *in cons. 6. num. 6. & in cons. 44. num. 9. & in cons. 85. num. 3. & 4. & in cons. 92. num. 19.* eleganter Rodericus Suarez *allegatione 12. col. 10. versic. In tantum*, Carolus Ruinus *in cons. 28. num. 6. & in cons. 98. num. 14. lib. 1.* Roland. plura ad propositum materiæ primogenituræ adducentem *cons 10. num. 13.* Et quòd qualitas quæ grauat sit exprimenda, ex pluribus ostendit Aluarus Valascus *consultatione 80. num. 3.*

Ex quibus constat, quòd hoc procedit in rescriptis ad lites, & in remissione banni, & in legitimatione: & requiritur quòd fiat notabilis expressio, nec sufficit † 5
in genere fieri, vt impetratio saluetur à subreptione, seu obreptione, secundùm Romanum *in cons. 326. & in cons. 38. cum concordantibus*, vt per Thomam Grammaticum *in dicta decisione 59. num. 58. & in decis. 66. num. 19.* vbi etiam tradit ex Glossa *in cap. dilectus filius, de rescript.* Quod non sufficit generaliter exprimi factum, nisi exprimatur modus facti. Et nouissimè plura tradit Antonius Peregrinus *in tractatu de fideicommiss. artic. 23. num. 51. cum sequentibus.* Ex quibus scribit Carolus Ruinus *in consil. 80. num. 5. libro 3.* quòd quando impetratur legitimatio à Principe, est illi facienda mentio, quòd testator fecit substitutionem, prohibendo impetrare legitimationem, aliàs est subreptitia. ¶ Et quòd priuilegium ex falsa causa obtentum † non valeat, volunt Innocentius & Abbas 6
in cap. inter dilectos, de fide instrumentorum, tradit latè Grammaticus *in dicta decisione 59. num. 2.* ad quos addo *decisionem* Matthæi ab Afflictis *282. num. 9.* Et rescriptum dicitur subreptitium, etiamsi per simplicitatem vel ignorantiam sit subreptum, secundùm

Abbatem

Abbatem *in cap. ad audientiam, num. 3. de rescript.* cum *concordantibus*, vt per Ruinum *consil. 28. num. 13. libro 1.* & in aliis consiliis, quæ citat Roland. *consil. 72. num. 75. libro 3.* Et quòd minima subreptio vitiet gratiam in legitimatione, & in cæteris rebus, tradit Hugo Celsus *in cons. 87. num. 13. & 17.* & *in* 7
consil. 73. num. 26. Et addo, quòd obreptionem † non facit qualitas adiecta causa demonstrationis, nisi sit talis, quæ difficiliorem redderet concedentem, secundùm decisionem Rotæ *in antiquis, 4. de referend. num. 7.* Scaphileum *de literis gratiæ, modo & forma supplicationis, versic. Secundo principaliter, pag. 52.* Hieronymum Gabrielem *in consil. 191. n. 3.*

Et quòd priuilegium daram ad faciendam primoge- 8
nituram † sit strictissimè interpretandum contra alios filios, resoluit Ioan. Cirier *in tractatu de primogenitura libro 2. quæst. 6. folio 69 col. 3.* Item cùm numerus filiorum sit qualitas considerabilis & præcipua ad mouendum Principem ad concedendum, vel non concedendum licentiam ad maioratum faciendum, cùm agatur de filiorum alimentis, quibus iure naturæ, aut ratione naturali debita sunt, oportet quòd Princeps de hoc sit certus, ne fortè fratres primogeniti mendicare cogantur, quod graue & turpe est. Et est necesse de hac qualitate, tanquam importantissima mentio- 9
nem † Principi facere: quia generaliter cùm aliquid à Principe impetratur, est illi facienda mentio de omnibus quæ ipsum mouere possunt ad minimè concedendum quod ab eo petitur, aliàs Principis dispositio est subreptitia, textus est, & ibi notatur *in l. si qua loca, C. de fund. & fal. rei domi. lib. 11.* facit text. *in l. si quis obreptitii, ff. de falsis, & in l. & si legibus, C. si contra ius vel vtilitatem publicam, l. 2. C. de diuers. apparit. lib. 12.* & sunt notabiles leges Partitæ, *l. 2. titulo 2. part. 7. & l. 5. tit. 13. part. 2.* & melior *l. 36. tit. 18. part. 3.* De quo lege Falcon. *regnia 229 num. 3.*

¶ Æquum igitur est, quod Princeps sciat numerum filiorum petentis licentiam: quia est maxima causa, ex qua licentia vel concedi, vel negari debet. Et est verisimile, quòd si pater plures filios habet, maximè si fœminæ sunt, quæ dotari debent, quòd licentia denegabitur: vel posito quòd concedatur, erit cum maiori difficultate, vel non ita ampla. ¶ Taciturnitas au- 10
tem † verisimilitudinis vitiat rescriptum, *cap. 2. de filiis Presbyterorum in 6. cap. 2. cap. statuimus, de decim. in 6.* Et alij, quos citat Tiraquel. *in l. si vnquam, C. de reuocand. donation. in principio, num. 37. pag. 28.* Ad quod faciunt quæ nouissimè in ista materia tradit Azeuedo *in l. 2. tit. 14. lib. 4. Recopilation. num. 44. cum seqq. folio 202.*

¶ Ex quibus facit, quòd facultas Principis dicitur 11
subreptitia vbicumque illi non fuit facta relatio † de qualitate inuestituræ, an fuerint vocati masculi, vel fœminæ, & aliæ qualitates inuestituræ: vt tradunt Sigismundus *cons. 47. cum sequentibus*, Gozadin. *in consil. 26. num. 4.* Carolus Ruinus *cons. 108. num. 25. lib. 2.* Socinus Iunior *cons. 77. num. 84. & 85. lib. 1.* Neuizanus *inter consilia Bruni cons. 12. num. 17.* Ossasus *decis. Pedemont. 1166. num. 2.* Et sic reperitio itiat ipso
12 iure † rescriptum gratiæ, secundùm Barthol. So inum *cons. 13. lib. 1.* Felinum *in cap. ad audientiam, in 2. num. 22. de rescript.* Parisium *in cons. 21. num. 22. lib. 2.* & alios quos citat Petrus Surdus *decis. 308. n. 17.*

Et ex superioribus, in quæstione de facto respon- 13
sum præbui, quòd si quis descendens ex Iudæis vult impetrare facultatem nobilitatis tenetur facere mentionem † originis, & de tali notabili defectu, aliàs talis facultas erit subreptitia; quod etiam fundatur ex pluribus, quæ scribo *infrà, hac parte, quæst. 51.*

Hæc etiam alia ratione adiuuantur: finge patrem esse hominem nobilem, & diuitem, qui dum viuit splendidè, & cum pompa sustentat filios & familiam suam: captus autem cupidine extendendi nomen & memoriam suam, iudicium & oculos cæcos habet: in-

gens enim desiderium perpetuandi propriam gloriam, non dat ei locum vt intelligat, quòd omnibus suis filiis expedit: (provt alibi tradit Ripa *respons. 117. n. 4.* inquiens, quòd ratio sanguinis & fauor agnationis sæpè animum consanguineorum vrget ad donationem, & ferè omnem substantiam pater consumit in faciendo maioratum in aliquem filiorum de pluribus quos habet:) nonne durum est, & maximum crudelitatis genus, quòd patre defuncto filij cadant de statu, & honore paterno & pristino? Et quòd præcisè cogantur fratres seruire fratri, qui maioratum possidet, vel alia facere opera, quæ sunt dedecori patri, ac generi suo, provt quotidiè contingit? Vt igitur hæc mala euitentur, oportet, quòd Princeps sit certus tam de quantitate patrimonii, quam habet volens facere maioratum, † quam de filiis, vt Princeps vtrumque sciens, 14
perpendat, num facto maioratu, & patre defuncto, alij filij congruè, & iuxta honorem suum possint alimentari? & ideò iusta fuit petitio data per proçuratores Regni Madritij, *anno 1552. in ordine 206.* vbi supplicatum fuit, quòd non concederentur facultates ad confectionem maioratuum, nisi præcedente informatione valoris bonorum petentis licentiam. Ad quam responsum fuit, quòd ad illud respicietur, & agetur necessarium, vt plenius ex dicta petitione & responsione patet.

Dices forsan, quòd si hoc verum esset, nullus maioratus posset sustentari, etiam ab antiquo factus, cùm onus alimentandi fratres semper in infinitum pertineat ad succedentem in primogenitura, & quòd in omnibus maioratibus Ducum, Comitum, & Marchionum, & aliorum Nobilium, est idem inconueniens, quod ego hic scribo. Sed hoc non vrget, quia ratio est valde diuersa: nam quando maioratus instituitur † de nouo, 15
filiis legitima aufertur, quibus debita est iure naturæ, aut ratione naturali secundùm leges, & omnium sententiam: & quia tot de iure priuilegia habet omnibus nota, ideò hic non refero. Nolo etenim in vulgaribus, & quæ ab aliis tacta sunt, tempus consumere. In maioratu autem ex antiquo constituto aliud est, quia filij secundogeniti solum habent à fratre primogenito ius alimentorum, & ideò non tanta eis infertur, iniuria; cùm frater primogenitus eos non ita honoratè tractat, & alimentat, sicut decet honorem suum. Et pro hac differentia facit quod scribo infrà, *hac quæstione, n. 79.* ex Bald. *in l. maximum vitium, C. de liberis præteritis.* Item, cum maioratus prouenit ab antecessoribus, bona maioratus non sunt illius, qui filios alimentare tenetur; sed successorum, nec in eis aliquod ius habent fratres illius, qui primogenitus est: quare non tam exactè alimentandi, aut honorandi sunt, sicut quando bona parentis sunt libera, & restitutioni non subiecta, & quorum filij quodammodo etiam in vita parentum domini sunt, *l. in suis, ff. de liber. & posthum.* cum *concordantibus.*

Quinimò, quòd maioratus fieri non possint etiam cum Principis facultate, si non relinquatur † aliis filiis 16
legitimata, sustentat Menochius post *Ioan. Lopium*, quem citat, is inquam *in cons. 250. num. 111. lib. 2.* quod tamen cautè legendum est. Et quòd sit materia fauorabilis vbicumque agitur de æqualitate inter fratres, resoluit Socinus Iunior *in cons. 160. num. 38. lib. 2.* qui latè loquitur in primogenitura. Et addenda ad prædicta doctrina singularis Ripæ *in l. In quartam, n. 133. ff. ad legem Falcidiam*, vbi tradit, quòd licèt in Regno succedat solus primogenitus, *cap. licet, de voto*, & nos habemus *l. 2. tit. 15. part. 2.* Est tamen pro legitima aliquid assignandum cæteris liberis, quod Appanagium Gallico sermone vocant à *pane*: & de puncto legenda etiam quæ scribit idem Menochius *in consil. 411. n. 10. cum seqq. lib. 5.* qui sæpè citat Molinam nostrum, & ibi, *num. 17.* resoluit in ista materia, † quòd Princeps non 17
possit concedere facultatem ad constituendum primogenituram, sublata in totum filiis legitima. Et faciunt

ſcripta per Petrum Surdum *in tract. de alimentis, tit. 8. privil. 93. num. 3. fol. 335.* qui plura ad propoſitum ſcribit, & loquitur in noſtra materia maioratuum. Et faciunt ſcripta per Ioannem Cirier *in tract. de primogen. lib. 2. q. 16. fol. 90.*

Ad ſuperiora etiam replicari poteſt, quòd licentiæ, quæ communiter conceduntur ad faciendum maioratum, obligant parentes ad relinquendum filiis alimenta, licèt non ſint in tanta quantitate ſicut legitima. Sed hoc etiam non obeſt, quia hoc vix parentes faciunt, capti cupidine memoriam propriam in omne ævum extendendi, & amore filij, cui maioratum præſtare volunt, cui fratres timore litium, in quibus vita, & facultas conſumitur, licèt oculis lynceis videant grauamen, non audent contradicere, neque ad iudices confugere ; & melius eſt in tempore † occurrere, quàm 18
poſt vulneratam cauſam remedium quærere, *l. ſancimus. C. in quibus cauſis reſtit. non eſt neceſſ. l. 1. C. quando liceat ſine iudic. ſe vend.* oportet igitur, vt ante conceſſionem licentiæ, fiat examen facultatum, & numeri filiorum licentiam petentis.

Prætereà pro hac ſententia eſt bonus textus in ratione ſui, *in cap. ſuper eo, de cohabit. Clericor. & mulier.* In quo ſecundùm communem ibi, & in aliis locis probatur, quòd literæ à concubinario impetratæ, quæ ſeriem facti non continent ſuper abſolutione, non valent, nec proſunt impetranti. ¶ Vnde ſi quis velit impetrare à Principe diſpenſationem ad legitimandum filium illegitimum, qui tamen filios legitimos habet, † 19
tenetur declarare, & proponere Principi quòd filios legitimos habet, & numerum certum eorum, aliàs diſpenſatio non valet ; text. *in Authent. quibus modis natur. efficia. legitim. §. ſi vero.* Notat Præpoſitus *in cap. per venerabilem, §. quod autem, num. 27. verſ. aduerte nunc: qui filij ſint legitimi.* Quod confirmatur ex pluribus, quæ referunt Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus, num. 254. C. de reuocand. donation.* & Epiſcop. Couarru. *in epitome de ſponſal. part. 2. cap. 8. §. 9. num. 7.* Et hæc opinio etiam fortificatur ex doctrina Ioan. Andr. *in addition. ad Speculatorem, tit. qui filij ſint legitimi, ſuper rubr.* vbi dicit, quòd ſi aliquis eſt ſpurius, 20
& inceſtuoſus ; & eſt legitimatus † tanquam ſpurius, non expreſſa qualitate, quòd etiam erat inceſtuoſus, non valet legitimatio. Sequitur Anton. *in d. cap. per venerabilem ;* & alij quos refert Iaſ. *in §. omnium. num. 38. de action. Inſtit.* quod latiùs tractat dictus Epiſcopus Sarmiento *in allegato cap. 9. per totum, lib. 1.* ¶ Et id generale eſt, quòd qualitas ſpurietatis in impetratione, 21
† & diſpenſatione eſt exprimenda, aliàs legitimatio non valet, vt per Felinum *in d. cap. poſtulaſti, col. 4. de reſcript.* Et ante hos Bald. *conſ. 81. lib. 1.* & per Epiſcopum Couarr. *vbi ſuprà, num. 2. fol. 145.* Menoch. *de arbitr. iudic. centur 3. caſu 203. cum ſequentib. pag. 408.* & per Petrum Rebuffum *in praxi beneficiaria, tit. de diſpenſation. & defectu natalium, pag. 414. num. 61. in tit. de reſcript. legit. mixto. pag. 593. num. 91.* in quo *tit.* exprimit omnia requiſita, vt legitimatio filij ſpurij, vel alterius illegitimi ſit valida, vide eum, ſi expedierit, & Gregor. Lopez *in l. 9. tit. 18. part. 3.* in gloſſa, *No auia marido.* Eleganter Tiberius Decianus *reſp. 88. num. 10. cum ſequentibus, lib. 3.* Curt. Iun. *in conſ. 32. num. 10. & in conſ. 27. num 9. & in conſ. 83 num. 8.* qui allegat bonum textum *in l. ſed ſi hac, §. patronum,* ibi, *per obreptionem, ff. de in ius vocand.* quem ponderat Curtius Iunior *in conſ. 83. num. 8.* Quod tamen limitatur ſecundùm Paulum de Caſtro *in conſ. 299. ſuper iſto puncto* ; quem plures referunt pro ſingulari ; ſed ego non inuenio, niſi Princeps vtatur in diſpenſatione verbis generalibus includentibus omnes qualitates, ſuper quibus diſpenſat. Quod referunt pro ſingulari Bartholom. Socinus *in conſ. 63. Viſo teſtamento Nobilis. num. 6. lib. 3.* & Hyppolyt. *in ſingul. 492.* in legitimatione alicuius, immemores quod Bald. *in l. eam quam, num. 36. C. de fideicommiſ.* expreſsè tenet, quòd ex clauſula, *Non obſtantibus,* apparet † de Principis intentione 22
& mente, diſpenſatio comprehendit omnes ſpurietates, licèt non exprimantur. Pro quo faciunt quæ ſcribo *infrà, num. 86. & ſeq.* Quod tenet expreſsè Bald. quem prædicti non referunt *in l. ſi qua illuſtris, num. 5. Cod. ad Orphitian. fol. 184.*

His patrocinatur ſententia Oldradi *in conſil. 246. Factum tale eſt, quidam Rex :* vbi dicit, quòd diſpenſatio dicitur ſubreptitia, vbicumque Principi non fuit notum, quòd legitimatus fuit † natus ex coniugato & 23
coniugata : quia licet Principi dicatur, quòd fuit natus ex adulterio ille qui legitimatur, adhuc diſpenſatio eſt ſubreptitia. Notatur per Albericum *in rubr. C. de natural. liber.* Matthæum ab Afflictis *in cap. mulier, §. naturales, not. ab. 2. n. 15. fol. 192. ſi de feud. fuerit controuerſia,* Alexand. *in conſ. 195. A ſummo, num. 4. cum aliis, lib. 2.* vbi plura notabilia ad propoſitum eorum, quæ hic fundantur, ſcribit ; & eſt elegans conſilium in hac materia. Et idem tenet Præpoſitus *in d. cap. per venerabilem, §. quod autem, num. 20.* & Alexand. *conſil. 129. lib. 6.* & alij plures, quos refert Gloſ. Pariſ. *in additione ad Alexand. in d. conſ. 195.* in additione, quæ incipit, *Subreptionis.* Et conducunt, quæ latè ſcribunt Rodericus Suarez *in dicta allegat. 12. fol. 157. col. 1. 2. in verſ. his ſic præmiſſis* ; vbi Valdes *pag. 87.* Rolandus *in conſ. 12. num. 1. cum aliis, lib. 4.* Ex quibus colliges qualiter diſpenſatio redditur ſubreptitia, ſi quælibet qualitas, vel aliquid tacitum, quo expreſſo, non ita facilè gratia, vel diſpenſatio concederetur, non exprimitur, & quomodo reddatur ipſo iure nulla.

¶ Sic non valent literæ remiſſionis † condemnatio- 24
nis, niſi cauſa & quælibet facti qualitas exprimatur, ſecundùm Oldradum *conſ. 212.* cum *concordantibus* ; vt per Iaſonem *in l. præſcriptione, num. 22. fol. 49. C. ſi contra ius vel vtilit. public.* Et non ſolum vitiatur reſcriptum tacendo id, quod eſt factum, ſed etiam tacendo quo modo, & ex qua cauſa ſit factum ; vt probat *text.* cum Gloſſa *in dicto cap. dilectus, de reſcript.* vbi Felin. *num. 10. fol. 129.* dicit, ad hoc eſſe mente tenendum, Ripa *reſponſ. 1. nu. 5.* Thomas Grammaticus *conſil. 100. num. 88.*

Cæterùm cùm Princeps ſemper ſtudeat nihil facere cum damno Tertij, licentia ad faciendum maioratum quæ propriè eſt diſpenſatio (vt infrà docebitur) maximè cum impetrans vltra vnum filium habet, eſt ſtrictè ; interpretanda, non in præiudicium filiorum, vt 25
filij quantum minus poſſibile fuerit, grauentur : quod ad alia, quæ ſcribentur, ſcire eſt neceſſarium. Quod in terminis in quodam maioratu Hiſpaniæ reſoluit Curtius Iunior *in conſil. 307. num. 14. lib. 2.* vbi ponit doctrinam, quòd iſtæ facultates ad faciendum maioratum debent ſtrictè interpretari, quia ſunt in præiudicium legitimæ filiorum : quem legi, poſtquàm ſuperiora ſcripſi, C. phal. *in conſil. 3. num. 44. lib. 1.*

Quòd autem Princeps nihil ſtudeat facere, nec præſumat † in præiudicium filiorum, infinitis iuris teſti- 26
moniis conſtat, quæ recenſere laboriоſum potius opus eſſet, quàm ſubtile : nihilominus tamen aliquas referam authoritates, quæ lectoribus laborem, ſi expedierit, leuabunt : & eſt textus capitalis *in l. 2. §. merito, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, & in cap. ex tuarum. de author. & vſu pallij,* caſus ſingular. *in l. 16. tit. 10. libro 5. Ordinam. noui.* Et plura notabilia ſcribit Vantius *in tractatu de nullitate, titul. quis poſſit dicere de nullitate, num. 15. pag. 65.* Meſſia *in pragmatica panis, concluſ. 5. num. 142. fol. 93.* Imo ſi Princeps dicat quod aliquid vult facere, & diſponere cum præiudicio Tertij, intelligitur de paruo præiudicio, Gloſ. magiſtra, *in l. ſed cum hærede, in gloſ. final. ff. ad Trebellianum.* Notat Bart. *in l. prædia, C. de locat. prediorum ciuil. libro 11.* Bald. *in cap. ſuper eo, de officio delegati,* Iaſo *in l. quoties, num. 4. C. de precibus Imperator. offerend.* Rebuff. *in praxi beneficiar. titul. de non tollend. iure quæſito, gloſ. 6. num. 15. pag. 265.* qui omnibus elegantius

gantius tractat de materia *dict. l. 2. §. merito,* & concordantium. Et nouiſſimè Azeued. *in l. 2. tit. 14. De las prouiſiones,* lib. 4. *Recopilation. num. 1. cum ſequentibus, fol. 199.* Aluarus Valaſco *conſultat. 72. n. 23.* Molina *lib. 2. de primogeniis, cap. 7. num. 74. fol. 270.* Alciatus *in tract. de præſumptionibus, regul. 3. præſumption. 11. num. 1. cum ſeqq. pag. 871.*

¶ Et clauſula motus proprij ſuas non habet vires, 27
† vbi alicuius vertitur præiudicium, Bald. *in cap. ad audientiam, de reſcript.* Iaſo *in l. iuſtitia, num 11. ff. de iuſtitia & iure.* Et de hac materia qui plura ſcire cupit, legat etiam *l. 30. & 31. tit. 18. part. 3. & l. 8. 12. 13. & 25. tit. 4. lib. 2. Ordinam.* & Iaſo *in l. beneficium, ff. de conſtit. Princip.* & in *l. de inofficioſo, num. 2. C. de inofficioſo teſtamento.* & *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, n. 56. ff. de liberis & poſthumis,* eundem poſt Alex. *in l. quanquam, C. de teſtament. milit. & in l. ſin. num. 8. C. de pactis, & in conſ. 1. num. 8. lib. 2.* Ancharran. *in conſil. 87. Omiſſo primo dubio,* Abb. *in conſ. 57. in quæſtione quæ vertitur, num. 1. lib. 2. & conſ. 70. Id de iure quæritur, & conſ. 87. Omiſſo primo dubio, eodem lib. 1.* Alexand. *in conſ. 3, Ex his, quæ in themate, libro 3.* Corneus *in conſ. 245 licèt alius conſult. lib. 5.* Decius *in conſ. 11. Quoniam indicantium, num. 4. & in conſ. 192. & 286. In cauſa communitatis,* Anton. Rub. *in conſil. 147. Viſo inſtrumento tranſactionis* ; eundem Decium *in l. in contrahenda, ff. de regul.* Gomez. *in regula Cancell. regul. 1. pag. 56. &* Alciat. *regul. 3. præſumpt. 11. pag. 278.* Ludouic. Gozadin. *in conſ. 14. num. 18.* Epiſcop. Couarru. *lib. 1. reſolution. cap. 17. num. 3.* Notanter Menochius *in tract. præſumptionum lib. 2. præſumpt. 9. n. 8. cum ſequentibus, pag. 117.* Palac. Rubeus *in repetitione, cap. per veſtras de donat. not. ab. 3. §. 20. num. 2. pag. 343.* Ad quæ addo Bald. *in l. vltima, q. 4. C. de edict. Diui Adriani,* vbi ſcribit, quòd ſi Princeps concedat aliquid ſaluis iuribus alienis, videtur concedere ius, quod ipſe habet ; & ſi non habet, nihil concedere videtur. Notat Thomas Grammaticus *deciſ. 66. num. 53.* Et 28
conceſſio facta ſine præiudicio † Tertij facit conceſſionem conditionalem, ſecundùm Iacobum de Sancto Georgio *in inueſtitura, & verb. & cum pacto, num. 6.* Oſaſcum *deciſ. Pedemont. 139. num. 20.* qui addit ; quòd talis clauſula ſemper intelligitur in conceſſionibus, etſi non apponatur ex Matthæo de Afflictis *in titul. qui ſucceſſores teneantur, col. 7. verſic. benè tamen præſumitur.*

Hinc eſt, quòd Princeps † non poteſt concedere im- 29
munitatem in præiudicium Vniuerſitatis, vt latè tradit Ioannes Franciſcus *in tractatu de Baronibus, pragmatic. 8. part. 1 num. 141. pag. 196.* Et plura notabilia tradit Azeued. *in l. 18. titul. 3. num. 4. cum ſequentibus, lib. 1. Recopilationis, fol. 70.* Et priuilegium † dicitur 30
ſubreptitium, vbicunque non eſt facta mentio de oneribus pedagij, quæ antea erant appoſita, vt reſoluit Oldradus *in conſil. 22. num. 4.* Sic ſcribit Decius *conſil. 389. num. 4.* quòd Princeps non videtur derogare iuri primogenito competenti ad ſucceſſionem. Et ſicut Princeps tollere non poteſt expreſsè ius quæſitum ex conſenſu partium, ita nec tacitè præſumitur quòd tollere voluit, vt probat Aimon *in conſil. 103. num. 16.* per regulam *l. qui ad certum, ff. locat. l. quamquam, ff. de ritu nuptiar. l. Lucius, §. penultimo, ff. ad municip.* Gloſſ. *in l. 1. ff. de officio eius, in verb. argumentum triplex.* ¶ Et priuilegium dicitur ſubreptitium, vbicumque non fit mentio de præiudicio Tertij ſecundùm Abbatem *in cap. cum eo, num. 6. folio 23. de Clericis non reſidentibus.*

Ex quibus fit, quòd licèt † Princeps ſit ſolutus le- 31
gibus, *l. Princeps. ff. de legibus,* cum *ſimilibus* ; cenſetur tamen facere actum iure ordinario, non etiam extraordinario, *l. digna vox, C. de legibus, l. ex imperfecto, ff. de legat. 3. cap. Eccleſia veſtra, verſic. nec enim credendum eſt Romanum Principem, qui iura tuetur, de election.* cum *concordantibus,* vt per Quintilianum Mandoſium *regul. 31. quæſt. 7. num. 2. pag. 105.* ¶ Et mandatum Papæ debet intelligi † ſecundùm ius : *cap. dudum, de* 32
election. cap. 1. de conceſſion. prabend. in 6. tradit Rebuffus *in Concordatis, in forma mand. Apoſtolic pag. 556.* Et hæc ſatis ſunt.

Quomodo igitur Princeps percipere poteſt præiudicium filiorum, ſi non cognoſcit quot ſunt filij, quos habet ille, qui vult maioratum facere ? cum hoc ſit factum, quod Princeps ignorare præſumitur. Et ex dictis ſemper dubitaui de quadam doctrina *Pauli de Caſtro* relata per Curtium Iuniorem *in conſil. 110. n. 31. libro 1.* vbi vult, quòd donatio non inſinuata poteſt per Principem inſinuari mortuo donante in præiudicium hæredum donantis.

Porrò hanc opinionem, quam ſuſtento, fundare poſſumus ex ſententia Gloſſæ ſingularis *in Authent. quibus modis naturales efficiantur legitimi, §. ſi igitur licentia,* quæ tam magni facit notitiam, quæ Principi eſt danda de illis, quæ eum flectere poſſunt ad negandum, quod ab illo petitur, quòd dicit, in impetranda legitimatione filiorum illegitimorum eſſe neceſſe, quòd Principi dicatur, patrem † non poſſe honeſtè con- 33
trahere matrimonium cum matre filij illius, qui legitimari prætenditur ; neque diſpenſatio habet effectum, niſi Principi id ſpecialiter notum ſit, & expoſitum. Notat Bald. *in cap. illud, num. 3. de præſumption.* vbi dicit, quòd alibi non reperitur. Et dicit Angelus *conſilio 17. num. 5.* quòd vidit propter hunc defectum multos legitimatos excluſos, eo quòd non fuit facta mentio huius qualitatis. Quam concluſionem confirmat, & commendat alios citandos Tellius *in l. 12 Tauri, num. 8. folio 106.* Igitur idem dicendum eſt in noſtro caſu. Et quòd non ſufficiat generalis expreſſio Principi facta in his, quæ redderent Principem difficiliorem in variis caſibus probat Ludouicus Gozadinus *in conſilio 6. Prima facie, num. 6. & in conſilio 44. num. 9. & conſilio 85. num. 3. & 4. & in conſilio 92. num. 19.*

Vltimò, & ſi res iſta in ambiguo eſſet, illam † de- 34
bemus amplecti opinionem, per quam fratres ad concordiam reducantur, & æqualitatem text. *in Authentico, de nupt. §. illud quoque,* vbi Angelus dicit, quòd pater non debet facere vnum ex priuilegiis priuignum, & alium filium ; notat Bartholomæus Socinus *in l. cum auus, colum. 20. num. 41. ff. de conditionibus & demonſtrationibus* ; & *in conſilio 108. Caſus, Franciſcus, libro 3.* Et per iſtam rationem tradit in ſpecie Menochius *in conſ. 158. num. 26. lib. 2.* quòd non eſt præſumenda inter fratres primogenitura, vt æqualitas ſeruetur.

Ex qua doctrina, iunctis ſuperioribus, & quæ poſtea dicentur, infero notabiliter, quòd non eſt præſumenda melioratio inter filios, vel nepotes, niſi † de ea 35
appareat expreſsè, vel per euidentiſſimas coniecturas. Quòd confirmo, quia ſtatutum mandans, quod primogenitus ſuccedat in toto, quamvis ſit politicum, eſt tamen odioſum, & contra naturalem æquitatem, ſecundùm Guillelmum, & Salicetum *in l. 1. Cod. de ſumma Trinitate,* & alios, vt per Curtium Iuniorem *in conſilio 110. num. 8.* Et dicit Paulus de Caſtro *in authentica, Hoc inter liberos, colum. 1. verſ. in contrarium, C. de teſtament.* quòd quando plura teſtamenta apparent facta inter liberos, ei ſtari debet, quod in- 36
ter eos æqualitatem † continet. Ad quam concluſionem alios concordantes refert Tiraquellus *in tractatu de primogen. quæſt. 4. num. 5.* & Gloſſa Pariſienſ. *in conſuetud. Pariſienſ. titul. de materia feudali, §. 8. num. 10. folio 104.* vbi refert Baldum *in l. in teſtamento, ff. de conditionibus & demonſtrationibus :* quibus adde Alexand. *in conſ. 100. Viſa parte, num. 4. lib. 3. & conſilio 135. Videtur : num. 8. lib. 5.* Iaſo. *in l. Admonendi, in lectura, num. 41. ff. de iureiurand.* Ioan. Bota, *in conſilio 104.* vbi latè, & Petrus Rebuffus *in tom. 3. ad conſtitutiones Regias, titul. de Iniquiſit. ſeu commiſſar.*

articulo 1. glos. unica, num. 10. pag. 369. Ioseph. Mascardus *in tractatu de probationibus, libro 2. conclusio. 631. num. 4. folio 29.* & addo Anton. Thesaur. qui hoc refert, *decis. Pedemont. 89. nu. 2.* Barthol. Socin. *in consil. 242. num. 2. lib. 2. & cons. 18. num. 4. & in cons. 61. num. 11. lib. 4. & in cons. 243. num. 2. lib. 2.* vbi tradit, quòd testa oris dispositio aliquando ampliatur, aliquando restringitur, vt æqualitas inter filios seruetur: & addo Decium *in cons. 59. & 349. Consulnit excellentissimè, num. 9.* vbi post Romanum *in consilio 169.* amplissimè tradit, quòd priuilegia, quæ patribus conceduntur testantibus inter liberos, intelligantur, quando
37 pater æqualiter † eos instituit, vel æqualiter alio modo eis prouidet. De qua doctrina dubitat Gregorius Lopez *in l. 7. titulo 1. in glossa* in verbo, *Seria*, pagina 6. & contra Romanum est communis opinio, secundùm Episcopum Conar. *in cap. Raimuntius, §. 1. num. 3. folio 92. de testam.* quod punctum in his temporibus notabiliter examinat Tellius *in l. 3. Tauri, par. 1. num. 21.* quem lector si expedierit, omnino legat, vbi hoc ad practicam deducens, tradit, an priuilegia quæ parentes habent testando inter liberos procedant, vbicunque pater in vnum eorum facit melioriationem? Cui iunge Dec. *in cons. 631. num. 2.* & contra opinionem *Romani* sentit Bald. *in l. fitij, num. 5. C. famil. erciscun.* vbi Salic. *num. 4.* & contrariùm tenent Paul. de Castr. *in cons. 444. lib. 2.* Paul. Riminald. Corne. *in hac consultissima, §. ex imperfecto, C. qui testamen. facere poss.* Cuma. *in cons. 114. num. 3.* Bossius *decis. 240. num. 10.* & alij plures, quos citat Francis. Mantic. *de coniecturat. ment. defunct. lib. 6. tit. 2. num 12. pag. 209.* qui post longam disputationem istam opinionem sequitur, & multos refert, qui communem dicunt. De quo etiam legenda sunt quæ scribit Burgos de Paz *in l. 3. Tauri, num. 50. cum sequentibus,* Matienç. *in l. 2. titulo 4. lib. 5. Rec. pilat. glos. 1. num. 2. folio 102.* Antonius Gabriel *lib. 2. commun. opinion. tit. de testam. concl. 6.*

Et restringitur dispositio generalis, vt æqualitas seruetur, vt notat Bartholomæus Socin. *cons. 98. num. 1. lib. 1.* quod rectè confirmat Aimon. Craueta *cons. 133. num. 7.* Et propter æqualitatem seruandam arguitur quid veniat in legato, *l. quæsitum, §. sed & ipse Papinianus, ff. de fund. instruct.* tradunt Bart. *in l. si pater, in principio, ff. de donat.* Bald. *in l. filiæ, quæst. 7. C. famil. erciscun.* Decius *in cons. 122. num. 3.* Menochius *in cons. 332. nu. 16. lib. 4.* Et ratione æqualitatis seruandæ substitutio compendiosa facta personis disparibus, censetur & interpretatur fideicommissaria, secundùm Corneum *cons. 180. col. 1. ad finem, lib. 1.* quem citat idem Aymo. *cons. 143. num. 16.*

Et testator præsumitur semper velle, quòd æqualitas
38 inter filios seruetur, † etiam quando verba ipsius hoc non patererentur, secundùm Abbat. *cons. 1. & cons. 75 vol. 2.* & alios quos citat Thomas Grammaticus *cons. 105. num. 10.* Et vbicumque collatio alias fieri non deberet, est facienda, si magna inæqualitas resultaret, *l. penult. §. vltimo, C. de collation.* Notant Bart. *in l. 1. §. nec castrense, col. penult. versic. Fallit in tribus casibus, ff. de collation. bonorum,* Aymo. *cons. 125. num. 7.* & plura de æqualitate seruanda scribit Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 1. num. 26. cum sequentibus ff. ad Trebellia.* Et faciunt quæ scribit Socinus Iunior, *cons. 130. num. 3. lib. 1.* vbi ponit regulam, quòd semper debet fieri talis interpretatio, vt ex dispositione testatoris resultet paritas inter eius filios: quod tamen *num. 13.* dicit procedere, si verba testamenti hoc patiantur; & idem Socin. *cons. 127. num. 11. & 19. lib. 1.* Et plura ad propositum scribit Simon de Præt. *lib. 1. de interpretand. defunctor. volunt. dubit. 2. num. 5. folio 460.* Et de æqualitate inter filios seruanda, tradit idem Socin. *in cons. 147. num. 38. & in cons. 160. num. 20. 22. & 24. lib. 2.* Et opinio *Romani* est verior & receptior, vt testatur egregius Dominus Antonius de Padilla, *in rubric. C. de fideicommiss. num. 3. folio 2.* Et in substitutionibus præsumitur, quòd pater vult æqualitatem seruare inter filios, secundùm Ripam *in cons. 132. num. 14.* & per hoc fundamentum Pauli *in dict. authent.* Glos. Parisiens. *in addit. ad Alexandrum, in cons. 168. Fonderatis,* in additione quæ incipit, *quod sic, lib. 5.* decidit elegantem punctum contra Alexandrum, ibi etiam in alio casu per Gregorium Lopez *in l. 5. in. 5. part. 6. in glossa,* in verbo, *igualdad.* Pro quibus est text. *in l. vt liberis, C. de collat.* & melior *in l. 4.* in versic. *Esto porque se guarde igualdad entre ellos,* titulo *15. par 4.* & pondero *l. 31. Taurinam,* vbi † 39
commissarius virtute commissionis sibi à testatore ad faciendum testamentum concessæ, non potest facere melioriationem Tertij & Quinti, sed in dubio debet seruare æqualitatem inter filios. Et notat Rodericus Suarez, *in l. quoniam in prioribus, limitat. 8. pag. 169. C. de inofficioso testamento, per l. cum pater, §. rogo, ff. de legatis 2.*

Et est obiter aduertendum, quòd quamuis Rodericus hoc dicat procedere, nisi id colligatur tacitè ex mente testatoris. Hoc dictum verum non videtur, attenta *d. l. 31. Tauri,* quæ in hoc indiuiduam specialitatem requirit & commissionem, ad hoc vt talis melioratio fieri possit. ¶ Et vt æqualitas inter filios seruetur, à verborum † proprietate receditur, secundùm Bart. *in l. final. ff. pro donat.* Bartholomæum Socinum *in l. 1. 4 notabilis ff. de rebus dubiis,* quos citat Cephalus *in conj. 612. num. 3.* latiùs Franciscus Mantica, *in tractatu de coniectur. ment. defuncti, dict. lib. 6. tit. 2. num. 5. pag. 207.* vbi inter alia tradit, quòd vt æqualitas seruetur inter filios, venit in legato, quòd aliàs non veniret, & inducitur repetitio qualitatum. Et quòd nō præsumitur pater instituisse filios animo compensandi. Ad quem addo Syluanum *cons. 81. n. 14.* Ioannem Guttierr. *in cons. 18. n. 44.* Et quòd vt æqualitas seruetur, inducatur † repetitio, 41
tradit Simon de Prætis *lib. 2. de interpretanda defunct. voluntate, interpret. 4. dubitat. 2. n. 159. fol. 170.* Et faciunt quæ idem scribit *ibi, n. 120. fol. 169* Et de æqualitate seruāda inter filios, legendi sunt Zanchus *respons. pro vxore, n. 752.* Quesada *libro diuersorum quæstionum, c. 6. n. 32.* Quæ omnia limitantur, nisi cōtrarium constet de testatoris voluntate, vt probat Carolus Ruinus, *in cons. 212. num. 14. lib. 1.* quod clarissimum est.

¶ Et vt æqualitas inter filios seruetur, est danda de- 42
cima † matri tutrici, quæ bona filij administrauit, vt voluit Bæza *in lib. de aecima tutori præstanda, cap. 4. num. 61. folio 54.* Et istis etiam congruit doctrina Barthol. Socin. *in l. 1. num. 21 ff. soluto matrimonio,* vbi tradit, quòd si pater aliquas filias nuptui tradidit, dando eis pro parte de propriis bonis, & pro parte de maternis, si postea aliam nuberet promittendo dotem, de bonis suis huic filiæ censetur promisisse, prout aliis filiabus dederat, ratione æqualitatis seruandæ. Quod dicit habuisse in facto Ioann. Lopius *de donation. inter virum & vxorem, notab. 3. §. 14. num. 7. pag. 449.* Et si legatum vni ex hæredibus fuerit causa æqualitatis seruandæ ademptum, intelligitur similiter quod alteri ex hæredibus fuerit prælegatum causa æqualitatis seruandæ, *leg. alteri, ff. de adimen. legat.* Notant Franciscus Mantica, *de coniecturata mente defuncti, libro 12. titulo 2. numero 13.*

¶ Et ob æqualitatem seruandam † inter filios, rece- 43
ditur à verborum proprietate, secundum Bart. *in l. fin. ff. pro donat.* Socinum *in l. 1. notabil. 4. ff. de rebus dubiis.* Cephalum *consil. 109. num. 23. lib. 1.* Et quid operetur dispositio quando testator dicit, se prælegare ratione æqualitatis seruandæ inter filios, vide Aretinum *consilio 153.* Iasonem *consilio vltimo, in 3. fundamento, libro 4.* Carolum Ruinum *consilio 133. lib. 2.* & alios, quos citat Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 5. numero 57. pag. 234. ff. ad Trebellia.* Et vt æqualitas seruetur † in- 44
ter filios, substitutio est sustinenda, & vitiari non debet, secundùm Menochium *in cons. 245. num. 13. libro 3.* Et de æqualitate seruanda plura tradit & cumulat Cephalus, *in consil. 733. num. 16. cum sequentibus, lib. 5.*

lib. 5. vbi *num. 21.* ex Aimone *consilio 133. numero 7.*
45 tradit, quòd ratione æqualitatis † fernandæ potest fieri extensio de casu ad casum. Et æqualitatem inter filios laudat & confirmat etiam Bæza, *de non meliorandis filiabus, cap. 2. num. 36. folio 21.* Et plura notabilia scribit Burgos de Paz, *consilio 5. numero 28. cum sequentibus, & numero 30.*

46 ¶ Item, odiosum est restringere † successiones liberorum: secundum Baldum *in l. quoties, in princip. C. de iuris & legitimis hared.* & *in l. si defunctus, in principio, eodem tit.* Decium *in consilio 446. num. 6.* Et in dubio est ferenda sententia pro æqualitate seruanda inter filios, vt cesset inuidia, secundùm Bartholom. Socinum *in consilio 108. num. 4. lib. 3.* Et vt æqualitas seruetur inter filios valet pactum de non meliorando filios factum per scripturam priuatam, vt tradit Burgos de Paz, 47
quæst. ciuili, num. 22. folio 125. De quo legenda sunt,
47 quæ scribo *infrà, hac part. quæst. 65.* ¶ Et leges † exoptant, vt æqualitas seruetur maximè inter filios. *l. iam hoc iure, vers. sed si aliter. ff. de vulgar. dicta l. 5.* versic. *Casi aquel, tit. 5. part. 6.* Hinc fit, quòd ratione æqualitatis inter filios seruandæ, præsumitur repetita condi-
48 tio, † vt notat Aretinus, *consil. 1. num. 12. per l. quæsitum, vers. sed & ipse Papinianus. ff. de fund. instruct.* Notat Carolus Ruinus *consil. 15. num. 8. lib. 1. & in cons. 133. num. 22. lib. 2.* Sylvanus *cons. 81. num. 12.* tradit Simon de Prætis *d. dubit. 2.* & notat Alexand. *cons. 100. col. 1. num. 3. lib. 4.* substitutionem vni filio factam intelligi, & in alio repetitam: quod probatur *in l. si ita legatum sit,* ibi, *Vt conditio filiorum exæquetur,* vbi summè *Socin.* commendat, *ff. de conditionibus & demonstrationibus.* Et confirmat ex multis Aimon *consil. 67. col. vlt. & consil. 301. col. vltim. & 310. col. vltim.* Notat Decius *in l. 1. num. 3. C. unde liber.* Socin. Iunior *consil. 71. num. 7. lib. 1.* & alij, quos citat Ioan. Guttier. *consil. 18. num. 34.* & contra regulam *l. unicæ, §. sin autem sub conditione, C. de caducis tollendis.* De qua latissimè agit Antonius Gabriel *lib. 4. communium opinionum, tit. de hæredibus instituendis, concl. 2. num. 1. cum sequentibus,* & est coniectura propter æqualitatem seruandam inter coniunctos eiusdem gradus, quia si testator vocauit nedum ipsum, sed eius liberos & hæredes videtur vocare, censetur etiam quoad alium in pari gradu existentem facere voluisse, secundùm Carolum *in cons. 145. vers. & quamuis regulariter, num. 6. lib. 1.* quem citat Gabriel *vbi suprà num. 31.*

Et propter æqualitatem seruandam inter filios patris
49 dispositio † erronea est emendanda, vt declarant Dec. *in consilio 346. num. 9.* Menochius *in consilio 346. num. 9. lib. 4.* idem Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumptione 24. num. 15. folio 27.* Et legenda sunt quæ scribit idem Menochius *in consilio 325. num. 69. & in consilio 359. num. 8. & in consilio 349. num. 14. lib 4.*

50 ¶ Et quòd vbicunque † æqualitas seruari non potest inter filios, sit eligendum quod minimum habeat iniquitatis, resoluit ista materia primogenituræ Zasius *in cons. 20. num. 46. lib. 2.* Et fideicommisso non censetur esse renuntiatum; licet sit reciprocum, quando re-
51 sultaret † inæqualitas, vt tradit Rolandus *in cons. 100. num. 19. lib. 3.* qui allegat Bart. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, quæst. 2. ff. de verbor. obligat.* Et legendus est Paris. *in cons. 35. num. 11. & 22. lib. 2.* Et gratia æqualitatis seruandæ, legatum intelligitur † ademptum, quod aliàs
52 non esset, *l. alteri, ff. de adimen. legat.* Notat Franciscus Mantica *de coniecturata mente defuncti. lib. 12. tit. 2. num. 13. pag. 589.* Ista etiam conducunt ad decisionem quæstionis disputatæ ab Antonio Gomez *tomo 2. de æqualitatibus contractuum cap. 11. num. 11.* vbi disputat; Pater dixit quòd filium meliorabat, nec expressit, quòd eum meliorabat in Tertio & Quinto; in quo censeatur melioratus? vide eundem qui latè disputat. Et multa, in quibus attenditur æqualitas, tradit Lucas de Penna, *in l. sacris, vers. final. C. de proxi. sacro. scri. lib. 12. folio 242.* & aliqua refert Gregorius Lopez, *in dict. l. 5. in glossa,* in verbo, *Igualdad.* ¶ Hinc etiam venit, quòd bona præsumuntur esse diuisibilia inter filios, & restitutioni, & vinculo maioratus non subiecta, vt voluit Suarez, *in l. quoniam in prioribus, in 2. dubio, num. 1. C. de inoffic. testam.*

Ex quibus videbis, quantum leges desiderent æqualitatem seruare inter filios, & alios, dixit etiam Aymon. *cons. 135. num. 38.* quòd facultas dispensandi in iure primogenituræ dicitur † fauorabilis, quia per eam redi- 53
mus ad ius commune, vt filij æqualiter succedant, per Glos. *in cap. statutum, in verbo, numerandum, de prabend. in 6.* & alia plura præcipuè per doctrinam Abbat. *in cap. veniens, num. 22. de præscript.* vbi dicit, quòd Princeps potest concedere priuilegium in præiudicium alterius, quando per illud reducitur res ad antiquum statum. Ad quos addo notabile *consilium* Socini Iun. *160. num. 26. lib. 2.* Ex quo principio & fundamento multa decidi possunt, quæ infrà ego (Deo fauente) scribam.

¶ Sed vbi ex præcedentibus & sequentibus constat, quòd testator nolnit æqualitatem seruare, cessat † con- 54
iectura & præsumptio æqualitatis seruandæ, vt probat Alexander *cons. 158. num. 5. lib. 6.* per regulam *in l. qui filiabus, in principio, & l. si seruus plurium, §. vltimo, ff. de legat. 1.* Ad quod facit doctrina *Ruini* supra citata.

¶ Et pater præsumitur † voluisse æqualitatem ser- 55
uare inter filios & descendentes in bonis ab ipsomet testatore proenientibus, vt probat Menoch. *cons. 200. num. 30. lib. 2.* Et quandò filij non possident partes † 56
æquales, non præsumitur facta diuisio inter eos, secundum Baldum, & Paulum de Castro, *in l. penultima, C. commun. diuid.* Alex. *in cons. 25. num. 16. lib. 5.* Balbum *in tract. de præscript. 3. part. principal. quæst. 10. num. 43.* quod tradit & declarat Anton. Thesaur. *decis. Pedemo. 205. num. 3.* & alios, quos citat Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 61. num. 6.* ¶ Et ratione æquali- 57
tatis seruandæ † inter filios cohæredes non tenetur luere rem legatam, nec de euictione si euincatur, vt per Glos. Albericum, Alexandrum, *in l. cum alienam, C. de legat.* & alios, vt per Menchacam *de succes. §. 23. n. 33.* Caballin. *in tract. de euictio. §. 4. num. 22.* Bursatum *in cons. 5. n. 24. lib. 1.*

¶ Sed vt iam dixi, vbi ex præcedentibus & sequentibus constat, quòd testator noluit æqualitatem seruare inter filios, † cessat præsumptio & coniectura æqua- 58
litatis seruandæ, vt tradit Alexand. *cons. 158. num. 13. lib. 6.* per regulam *l. qui filiabus, in principio, & l. si seruus plurium, §. vltim. ff. de legatis 1.* Facit dictum *consil.* Caroli Ruini *212. lib. 1.* Quòd autem in bonis quæ ad vnum tantùm peruenire debent, non debeat seruari æqualitas inter filios, tradit Caldas Pereira *in tract. de nominat. ad emphyt. 7. 11. n. 9. fol. 119.*

His igitur rationibus ductus, vt ad quæstionem redeam, semper fui in ea sententia, de qua *suprà*, quamuis non me lateat, virum doctissimum † Gregor. Lopez, 59
in l. 36. titul. 18. part. 3. in glossa, in verbo, *Encubriendo la verdad*, contrarium tenuisse: affirmando, quòd licentia non est subreptitia ad faciendum maioratum, quamuis Principi non exponantur filij, quos quis habet tempore licentiæ impetratæ: cuius etiam sententiam amplectitur Episcopus Couar. *resolut. lib. 1. cap. 20. in fine,* & hodie Molina, *lib. 4. de primogen. cap. 2. n. 81. vers. Qua ratione, fol. 136.* & Episcopum Couar. sequitur succinctè Quesada, *lib. diuersarum quæstionum, c. 6. num. 21.* Pro quibus facit quod ptobat Rolandus *consil. 22. num. 35. lib. 3.* vbi concludit, quòd legitimatio non dicitur subreptitia, etiamsi agnatorum non fiat in specie mentio specifica, ex doctrina Aretini *cons. penult. col. penul.* Calder. *cons. 1. tit. de feud. & aliis.*

Salua etenim pace tantorum Virorum, contraria opinio mihi potiùs applaudit: & ista refert Perez de Lara *in tract. de Anniuersariis lib. 1. cap. 5. num. 74. pag. 55.* Neque obstat Glossa *in Clementina prima, in verbo, vel alteri*

alteri, de prebendis, quam Gregorius Lopez ad ſuam ſententiam adnocat, quæ tenet, quòd in literis gratioſis ſolùm quis exprimere tenetur ea quæ ius diſponit vt exprimantur, in cuius Gloſſæ confirmationem aliqua refert; quia contra illam Gloſſam tenet Abbas *num.* 2. & Decius *in dict. cap. ad aures, de reſcriptis*, qui plures citat, vbi tenent, quòd de qualitate beneficij notabilis
60 eſt Papæ facienda † mentio: quia talis qualitas in lucere poteſt Papam ad non concedendum. Et idem tenet Abbas *in cap. ſuper literis, in gloſſa, in verbo, litera, de reſcript.* Notat Petrus Gambar. *de officio & poteſtate legati, lib. 6. num. 227. pag. 181.* Et quòd in literis gratioſis obeſt ſubreptio, etiam ſi fuit cauſa impulſiua concedendi gratiam, & non finalis, probatur *in cap. poſtulaſti, de reſcript.* vbi Abbas, & tradit Rodericus Suarez, *allegatione 12. folio 158. verſicul. plus eſt.* Quod eſt contra ea, quæ ſcribit *Epiſcopus Conarru.* contra quem conducunt etiam quæ ſcribit Carolus Ruinus *in conſil. 93. num. 10. lib. 4.* Dominic. *in cap. vltimo, num. 4. & 5. folio* 84. *de filiis preſbyterorum.* vbi Franc. *num. 4. & 5. folio* 42. Quintilianus Mandoſius *conſilio 4. num. 14.* fatetur autem Deci. quòd de qualitatibus, quæ inducerent Superiorem ad faciliùs concedendum, eſt de conſilio, quòd exprimantur, ſed de neceſſitate non requiritur, niſi in qualitatibus, in quibus iura diſponunt, quòd expreſſio fiat. Et lecturam dictæ Gloſſæ reprobat ibi *Cardinal. ante num.* 1.

61 ¶ Et reſcripta gratiæ ad beneficia † ſubreptitia, ſunt ipſo iure nulla, vt probatur *in Clementina* 1. ibi: *Nullius momenti, de prabend.* & *in dicto cap. ad aures*, & *in cap. ad audientiam, de reſcript.* & *in l. 1. ff. de natalibus reſtituend.* Notant Abbas & Decius, *in not. ab. li 2. num. 1. in dicto cap. ad aures.* Aimon. Crauetа *conſilio 68. Proponitur*: & alij, vt per Rebuffum *in praxi benefic. tit. de differentiis inter reſcripta gratiæ & iuſtitiæ, pag.* 107. *num. 1. & 7. 19. & 20.* Pariſius *in conſil. 31. numero 12. lib. 1.* Felinus *in cap. ad audientiam, num. 22. de reſcript.* & alij, quos citat Menoch. *lib. 2. de arbitrar. iudicum, caſu 201. num. 2.* Facit Gloſſa *in Clementina vnica, de officio Ordinar.* & quod ſcribit Rebuffus *in tractatu, de nominat. quæſt. 9. num. 52.* Auguſtinus Boërius *conſil. 13. num. 13.* vbi latè, *lib. 1.* Falcon. *regula* 444. vbi hoc refert. Et in iſta materia lector non obſtupeſcatur, de Gloſſa, *in cap. quia circa, in verb. falſa, de conſa. quisit. & affinitate*, quæ eſt magiſtralis & ſingularis. Et illam dicunt ſingularem *ibi Abb.* Felin. *in cap. ad audientiam in 2. n. 14. de reſcriptis.*

Præterea, minimè verum eſt, quòd licentia à Principe conceſſa ad faciendum maioratum illi, qui pluſquam vnum filium habet, eſt gratia; † imò potiùs eſt
62 diſpenſatio quando pater vult vinculare non ſolum Tertium & Quintum, ſed plus, cum aliis filiis legitima valde minuatur, & ideò neceſſe eſt derogare leges. Imò in licentiis, quæ conceduntur ad faciendum maioratum, non ſolum datur facultas impetrantibus, vt poſſint facere maioratum de bonis, quæ excedant Tertium & Quintum, ſed & in aliis pluribus leges derogantur, vt in eiſdem videri poterit. Et ideò recta ratione vocari poſſunt *Diſpenſationes*, & non *gratiæ*, nec *Indulta*; quia diſpenſario datur in his, quæ ſunt contra ius, Indultum verò & gratia in his, quæ ſunt præter ius, vt paſſim iura docent: & notant Hieronym. Paul. *in ſua praxi Curiæ Romanæ*, quem refert Rebuffus *in dicta practica, tit. de diſpenſation. pagina 365. numero* 20. vbi de hoc latè tractat. Et Epiſcopus Conarru. qui etiam rectè declarat, *in epitome de ſponſalib. part. 2. cap. 6. §. 9. numero 1. folio* 77. ¶ Et diſpenſatio,
63 eſt iuris communis † relaxatio, vtilitate, ſiue neceſſitate penſata; vel eſt iuris rigoris per eum, ad quem ſpectat, canonicè facta relaxatio, *cap. niſi rigor, cum cap. ſequenti. 7. quæſt. 1.* notat Speculator *in tit. de diſpenſat. §. 1. part. 1.* Oldradus *in conſilio 327. Omiſſo themate*: Matthæus de Afflictis *deciſ. Neapol.* 320. Ioannes *num.* 13. Thomas Grammaticus *in deciſione* 81. *numero* 10. *pagina* 585. Et diſpenſatio diſtat à legitimatione, vt poſt alios oſtendit Matienç. *in l. 1. tit. 8. lib. 5. Recopilationis, gloſſ. 1. numero 1. folio* 237. Epiſcopus Conarruias, *in epitome de ſponſalibus, parte 2. cap. 8. §. 8. numero 1.* Et conſuetudo idem operatur quod diſpenſatio, & diſpenſationem inualidam reddit validam, ſecundùm ſpeculatorem, *in titulo de diſpenſation. §. nunc Epiſcoporum, verſic. conſuetudo. §. final.* Rebuffum *in §. qui vero, cap. extirpand. de prabend. pagina 41. col. 2.* Et diſpenſatio differt † à priuilegio, quia hoc ſine cauſa conceditur, diſpenſatio 64
cum cauſa, *cap. tali, 1. quæſt. 7. cap. de multa, de prabend. cap. quanto, de tranſlation. Prælatorum*, cum *concordantibus*, vt per Rebuffum *in libro concordatorum, in forma mandati Apoſtolici, pagina 590. verſ. nec eſt omittendum*, vbi materiam notanter tractat: Quintilianus Mandoſius, *in tractatu, de ſignatura gratiæ, in verſic. diſpenſare pro diſtribuere, folio 79. col. 4. ad finem.*

Et quod reſcriptum vel facultas alicui data ad faciendum maioratum de omnibus bonis ſuis, vel maiori parte illorum, ſit odioſa, & non fauorabilis, probat per plura Ioan. Lop. *in repetit. cap. per veſtras, de donat. inter virum & vxorem, notabil. 3. §. 26. num. 20. pag.* 496. vbi Barahona *in additione*, quæ incipit, *Eſt odioſum.* Ad quos addo notabilem reſolutionem Abba. *in cap. at ſi Clerici, §. de adulteriis, num. 8. folio 17. de indiciis*, vbi tradit, quòd quædam diſpenſatio eſt non odioſa, ſed potiùs gratioſa, & ſit extenſio; & quædam diſpenſatio eſt multum odioſa, & illa non extenditur. Et quòd diſpenſationes ſint odioſæ, tradit inter alios Tiberius Decianus *reſponſo 33. num. 50. lib. 1.* ex Bart. *in l. cum propter. ff. de legat. præſtan.* Bald. *in l. 10. C. de furt.* Quintilian. Mandoſ. *in dicto tract. de ſignatura gratiæ, verſic. diſpenſationes, fol. 80. col. 1.* Tello *in l. 12. Taur. nu. 11.* Molina *de primogenit. part. 2. cap. 4. num. 48. fol. 232.* & tradit rectè Couarruias *in epitome de ſponſalibus, part. 2. cap. 8. §. 8. num. 6. folio* 141. Matienço *in l. 10. tit. 8. gloſ. 1. num. 1. & 2. folio 237. lib. 5.* Curtius Iunior *in conſ. 302. num. 16. lib. 2. & in conſ. 196. num. 30. eodem libro.* Sed quòd diſpenſatio cum cauſa extendatur, tradit Petrus Gambar. *de officio & poteſtate legati, lib. 7. num. 235. pag. 229.* ex Ægidio *deciſione* 362. & legenda ſunt quæ idem ſcribit *num. 219. pag. 228.* Ad quod lector omnino videat Abbatem *in cap. ad aures, de reſcr.* Aretinum *in cap. at ſi Clerici, §. de adulteriis, de indiciis.* Petrum Surdum *in tractatu, de alimentis, quæſt. 31. num. 53. folio* 390. concludentes, quòd etiam diſpenſatio † 65§
eſt gratia: & legi debet Surdus *num. 39. cum ſequentibus*, & Gloſſa Pariſien. *in addition. ad Alexandrum in conſ. 195. lib. 2. in additione*, quæ incipit, *Subreptionis*, ex pluribus probat, quòd legitimatio, quæ fit per reſcriptum, eſt mera gratia, & nominationes dicuntur gratiæ, & gratia dicitur, quæ gratis datur, vt per Rebuff. *in tract. de nomination. quæſt. 7. num. 13. pag. 136.* & legenda ſunt quæ ſcribit Carolus Ruinus, *in conſ. 133. num. 4. lib. 1.* Et quæ dicantur literæ gratioſæ, docet etiam egregia *l. 49. titul. 18. part. 2.* Et quòd legitimatio dicatur diſpenſatio, tradunt Barthol. Socin. *in conſ. 246.* Gozadin. *in conſ. 6. n. 49.* & plures differentias inter reſcripta gratiæ & iuſtitiæ cumulat Rebuffus *in d. pract. pag. 107.* cuiadde notabilem doctrinam Barthol. Socin. *in conſ. 4. lib. 3. num. 7.* vbi dicit, quòd gratia vocatur illa quam Princeps vocat *gratiam*: & idem Roland. *in conſil. 23. numero 25. libro 1.* De quo ego dubito, cum propter noſtrum affirmare, vel negare, ſubſtantia rerum non immutetur, *l. ſi inſulam, ff. de præſcript. verb. l. cum falſa, C. de iuris & facti ignoran.* cum *concordantibus.*

Diſpenſatio tamen † reſpectu concedentis dicitur 66
gratia, quia ad hoc cogi non poteſt, *c. vlt. de ſchiſmat. cap. innotuit, de elect.* Dominic. *in cap. licet canon, in fine, de elect. in 6. l. 3. & vltim. tit. 32. part. 7.* Et quælibet gratia Principis poteſt vocari *priuilegium*, ſecundùm Bald.

in cap. 2. de noua forma fidelitat. Auendan. *in dictio. verbo*, Priuilegio, *folio 200. col. 2.* Et quòd priuilegium ſit
67 † g atia, probat *l. 2. tit. 18. part. 3.* & docent aliæ plures leges *illius tituli*, & Gregorius Lopez *in l. 27. in gloſſa*, in verbo, *gratia*: & plura in propoſito ſcribit Decius *in rubrica de priuilegiis, numero 1. cum ſequentibus*, Gambar. *dicto libro 7. num. 213. cum ſequentibus*, Ripa *in rubrica de reſcriptis, numero 19. cum ſequentib. folio* 347. Lancellotus *in Templo Iudicum, de præſtantia & potentia Imperator. §. 4. verſ. Septimo, numero 5.* & Bertazol. *in tractatu clauſularum, gloſſa* 40. *numero 2. folio* 203. Et qualiter differant diſpenſatio & legitimatio, tradunt Antoninus, *in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi*, & alij, quos citat Rolandus *in conſilio 61. num. 12. lib. 1.* Et an diſpenſatio dicatur *ius*, vel *gratia*, explicant Archidiaconus, & poſt eum Dominic. *in cap. licèt canon. §. vltimo, numero 3. de election. in 6. fol. 49.* Decius *in conſ. 541. numero 6. & in conſilio 695. num. 11.* Felin. *in d. cap. at ſi Clerici, §. de adulteriis, num. 15. de iudiciis*, & alij, vt per Lancellotum Conradum, *in templo Iudicum, libro 2. capite 5. de Epiſcopis, §. 3. de ſollicitudine Epiſcopi, numero 57. folio* 167. Ad quos addo Oldradum *in conſ. 327.*

68 ¶ Et quòd aſſenſus Regius ad † alienandum, ſit mera gratia, tradunt Andr. de Iſernia *in capite 1. de prohibita feudi alienatione per Lotharium*: Frec. *libro 2. quæſt. 4. numero 10.* & alios, quos citat Petrus Surdus, *deciſione 220. numero 57.* qui allegat Corbulum, *de conſ. priuationis ob alienationem feudi, quæſt. 6. num. 10.*
69 dicentem, quòd eſt diſpenſatio, & ideò ſtrictè † interpretanda. Ad quem addo Matthæum ab Afflictis *deciſione 398. numero 5.* & Andream de Iſernia *in cap. 1. numero 2. 3. & 4. de prohibita feudi alienatione*, vbi vult; quòd facultas teſtandi debet latè interpretari: quod refert & confirmat Burſatus *in conſilio 22. num. 9. libro 1. & in conſilio 29. numero 3.* Et eo ipſo quòd Princeps vocat *priuilegium*, dicitur *priuilegium*, ſecundùm Baldum; *in l. item lapilli, columna 2. ff. de rerum diuiſione*; Antonium Peregrinum, *in tractatu de iure fiſci, libro 1. verſic. Hactenus, numero 32. pagina 42.* Et propriè vocantur beneficia conceſſa præter ius abſque præiudicio alterius, ſecundùm Abbatem, *in cap. olim, de verborum ſignificatione*. Alexandrum *in conſilio 160. Viſo themate*; *libro 2.* quos citat Decius *in conſil. 392. num. 6.*

70 Et (*diſpenſatio*) verbum, non † ſemper notat iuris relaxationem, ſed aliquando ſumitur pro diſpenſatione rerum, vt probatur *in proœmio Sexti, in principio*, vbi hoc notat Dominicus *numero 4.* Et quando dicatur, *gratia, beneficium*, vel *priuilegium*, eleganter explicat Burſatus, *in conſilio 131. numero 71. cum ſequentibus, libro 2.* Item pro prædicta opinione conducit, quia vbicunque diſpenſatio eſt contra ius commune, prouè regulariter ſunt omnes diſpenſationes (vt ſuprà dixi) dicitur odioſa, & non gratia; vt per Decium *in l. non debet, numero 6. ff. de regulis iuris.* Ex quo fit, quòd
71 diſpenſatio dicitur † odioſa, & legitimatio fauorabilis, *Authent. quibus modis natural. efficiantur legitimi*; §. *ſit igitur licentia*; *cap. per venerabilem, qui filij ſint legitim.* Notant Fortunius Garcia, *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, col. 130.* & ibi Alciat. *numero 51.* & Galiaula *col. 2. ff. de liberis & poſthum.* Matienç. *in l. 10. tit. 8. lib. 5. Recopil. n. 7. fol. 238.*

Quòd autem in priuilegiis, quæ ſunt in præiudicium concedentis, & dicuntur *Beneficia*, ſit facienda larga interpretatio, reſoluit Ripa, *reſponſ. 31. num. 24.* vbi tradit, quòd in iſto caſu, mutatione perſonæ non expirat priuilegium. Et faciunt per eundem Ripam ſcripta, *reſponſ. 82. numero 15.* Et diſpenſationes non motu proprio, ſed ad partium poſtulationem conceduntur, ſecundùm Staphileum *de literis gratiæ, & iuſtitiæ, de ſeptima forma expectatinarum, numero 5. pag. 25.*
72 Et diſpenſatio, quia habet † vim priuilegij, eſt ſtrictè interpretanda, *l. ex facto, in principio*, vbi Doctores, *ff. de vulgar. & pupill.* Notant Innocentius *in cap. dudum, de election.* & alij, vt per Iaſonem *in l. beneficium, num. 37. ff. de conſtit. Princ.* Nicolaum Boërium *conſil. 26. numero 7.* Couarruias *in epitome de ſponſalibus, part. 2. cap. 8. num. 8. folio* 143. Tiraquel. *in l. boues, §. hoc ſermone, in regula, num. 36. cum ſequentibus, ff. de verborum ſignificatione, pag. 26.* idem Iaſo *in l. ſi ita ſcriptum, numero 8. folio* 153. *ff. de liberis & poſthumis*, & *in l. re coniuncti, num. 148. folio* 164. *ff. de legat. 3.* Ripa *in d. cap. ad aures. num. 35. folio* 361. *de reſcript.* Et faciunt quæ ſcribo infrà, *hac parte, quæſt. 4. per totam, & quæſt. 58. à n. 131.*

¶ Et quòd diſpenſationes ſint † ſtricti iuris, tradunt 73
etiam Quintilianus Mandoſius, *in regul. Cancellariæ, reg. 20. quæſt. 7. num. 5. folio 151. & in tractatu de ſignatura gratiæ, verſ. abſolutiones & rehabilitationes, folio* 91. *col. 3.* Staphileus *de literis gratiæ & iuſtitiæ, in 2. forma expectatinarum, num. 11. pag. 8.* vbi tamen tradit, quòd extenditur ad conſecutiua, ſeu dependentia ex eo, ſuper quo diſpenſatum eſt, ex Gloſſa & Abbate *in cap. quia in tantum, de prabendis*; & quod diſpenſatio trahatur ad connexa, quando in vtroque eſt eadem ratio, & alterum non poteſt ſtare ſine altero, vt volunt Abb. *in cap. quia in tantum, de prabendis*, Iaſo *in l. ſed ſi plures, §. final. num. 7. ff. de vulgar. & in l. 1. num. 3. C. de tranſactionibus*. Fuluius Pacianus *in tractatu de probationibus, lib. 1. cap. 26. num. 84. folio* 70. vbi *numero præcedenti*, tradit, quòd in reſcriptis non admittitur ſenſus intellectualis, quando tractatur de materia odioſa, ex Iaſone *in l. prætur ait, num. 6. ff. de noui operis nuntiatione*, Decius *in cap. tranſlato, numero 23. de conſtitution.* Quintilian. Mandoſ. *in regula 23. de Mendicantibus, quæſt. 4. numero 5. folio 27. & regula 23. quæſt. 4. numero 5.* Et ideò dicit notanter Abbas *in cap. at ſi Clerici, §. de adulteriis, num. 8. folio 117. de indic.* quod in diſpenſationibus non licet arguere ab identitate, vel maioritate rationis, quæ fuit priùs ſententia Federici de Senis; *in conſil. 14.* Ioannis Andr. *in regul. quæ à iure*, in mercurialibus, *de regulis iuris in 6.* Notat Alciatus, *libro 2. de verborum ſignificatione, pagina 40. in fine*, cui addo Iaſonem *in l. beneficium, num. 38.* Feli. *in cap. cauſam quæ, & in cap. poſtulaſti, de reſcriptis*, Decium *in dicta l. non debet, & in conſ. 76.* Ripam *reſponſo 16. n. 6.*

¶ Hinc eſt, quòd præſumitur potius, Principem vo- 74
luiſſe iure † communi vti, quàm iure ſpeciali, *cap. innotuit, de election.* & volunt Abbas *in cap. illa quotidiana, eodem titulo*, Bald. & Paul. de Caſtro *in l. ſi teſtamentum, C. de milita. teſtament.* Iaſo *in l. quanquam, num. 2. eodem titulo*, & alij, quos citat Menochius, *in tractatu præſumptionum libro 2. præſumptione 11. numero 1. pagina 124.* Tiberius Decianus *in practica, tom. 1. lib. 2. cap. 18. numero 26. folio 41.* ¶ Et interpretatio reſcriptorum ſumenda † eſt à iure communi, *l. reſcripta*, 75
& l. nec damnoſa, C. de precib. Imper. offer. l. ſi quando, C. de inoff. teſtam. confirmat Quintilianus Mandoſius, *in tractatu de ætate minoris, quæſt. 27. numero 8. folio 26.* quæ regula in iſta materia maioratuum ad plura eſt neceſſaria.

Sed quòd vbicunque diſpenſatio eſt conceſſa † motu 76
proprio, non ſit odioſa, ſed extendi debeat, probatur *in cap. cum in cunctis, §. cum verò*, vbi notat Abbas *numero 8. de election.* qui *numero 9.* reſoluit aliam reſolutionem in iſta materia neceſſariam, quòd diſpenſatio extenditur ad conſecutiua ad illud, per Gloſſam *in cap. quia in tantum, de prabendis, & in cap. ſi quis clero, 7. quæſtione 1.* & per alia, quæ refert Staphileus *de literis gratiæ & iuſtitiæ, verſic. ſecunda forma, numero 11.* & in ſecundo modo vocationis, *numero 5. pagina 124.* & titul. *dignitas abſque fructu, numero 9.* Selua *de beneficio 2. part. quæſt. 65. numero 4. folio 99.* Facit doctrina Antonini *in cap. at ſi Clerici, §. de adulteriis, colum. 9. de indiciis*, relata per Gambar. *de officio & poteſtate legati à latere, libro 3. numero 100.*

*pag.*72.& melius *lib.*10.*num.*1^a.*cum pluribus seqq.* vbi latissimè materiam istam tractat,ad quem est recurrendum quando res exegerit.

¶ Et quòd priuilegia sint restringenda , maximè si
77 sint † immunitatis, quia sunt contra publicam vtilitatem, tradunt Paulus de Castro , *in l. maritum , ff. soluto matrimonio* , & alij, quos citat Ripa , *responso* 183. *numero* 18. *& responso* 173. *numero* 24. Aimon *eo filio* 132. *numero* 10. Et omnis recessus à iure communi et restringendus, *cap.*1. *de filiis presbyterorum, lib.* 6. tradit Staphileus *de literis gratiæ , titulo de formis vacationi , numero* 21. *pagina* 114. Et priuilegium dicitur, quod datur † in aliquorum tantùm commodum,
78 vt docent *l.*1. *tit.*11. *part.*1. *l.*2. *tit.*18. *part.*3. Imò si pater tantum vnicum filium habeat, & bona velit vinculare titulo maioratus , cùm omnia bona , excepta quinta parte , sint legitima filij , quæ ei pater relinquere tenetur libera ab omni grauamine , iuxta *l. quoniam in prioribus, C. de inofficioso testamento*, cum materia;necesse est Principi derogare leges,aliàs filio vinculatio non præiudicaret,quod notissimum est, & iuri consonum,& notatur per Suarez,*in d.l.quoniam, limit.* 2.*n.*16. *pag.*146.

Non obstat etiam alia ratio , quæ per dictos scribentes adducitur , quòd in constitutione maioratuum bona & familiæ conseruantur, & ideò maioratibus est fauendum.Quod etiam volunt Alex. *cons.* 128. *col.* 4. *vers.Et similiter statutum,lib.*1. Bart. Soc.*cons.*252.*lib.* 2. quos citat Aymon *cons.* 256. *num.* 3. Saltem quoties primogenitus non vocatur ad totum , sed ad partes : quia ad hoc est facilis responsio ex his quæ per me suprà scripta sunt , & ex traditis per Tiraquel. *in*
79 *dict. quæst.* 4. & primogenitura † strictè est interpretanda tanquam contra iuris communis dispositionem, qua omnes filij æqualiter ad successionem vocantur, *l.*1.*C.unde liberi,l.inter filios,C.familiæ erciscund.*Confirmat Cephalus *consilio* 152. *numero* 23. *libro* 2. vbi *numero* 85. hoc limitat in feudo dignitatis & iurisdictionis : quia primogenitura fauorabilis est, secundùm Cardinal. *in capite primo , columna* 14. *respons.* 8. argumento *tituli, de feudo marchiæ.*Tradit idem Cephalus *in consilio* 3. *numero* 44. *libro primo.* Maximè cùm primogenitura est in conseruatione agnationis & familiæ , vt in indiuiduo scribit Menochius *in consilio* 117. *numero* 80. *libro secundo*, quem cito *infrà, part.* 2.*quæstione* 6. *numero* 585. & idem Menochius *in consilio* 150. *numero* 67. *libro* 2. *& in consilio* 204. *numero* 82. *cum sequentibus , libro* 3. *& in consilio* 99. *numero* 95. *libro* 1. *& in consilio* 439.*numero* 5. *libro* 5. vbi tradit , quòd primogenitura est quid à iure exorbitans. Et pro responsione est etiam notabilis doctrina Baldi *in l. maximum vitium , C. de liberis præteritis vel exhered.* & clariùs *in l.*2. *numero* 3 *C. qui ad libertat. perueni. non possunt* , vbi dicit , quòd statuta excludentia fœminas ob masculos non sunt fauorabilia, quando non agitur de exclusione filiarum à testatore descendentium per lineam directam. Notat Alexander *in consilio* 141.*numero* 9. *&* 10. *libro* 7. & alij quos refert Glossa Parisiensis , *in consilio* 1. *pro Duce de Villahermosa , numero* 53. Pro quibus faciunt dicta Azon. *in summa, C. de impuber. & aliis,& l.*12.in versic. *Mas si el cauallero, titul.*5. *part.* 6. Et pro hoc etiam faciunt quæ scribo *in quæstione* 68. *infra hac parte:*& egregium Alciati *responsum* 113. *numero* 5. *in fine* , vbi tradit,
80 quòd stat † simul quod testator consideret agnationem respectu fratrum', & non respectu descendentium. Quod probat notanter Paulus de Castro *consilio* 410. *Casus iste frequenter contingit , libro* 2. Et est de mente Alexandri , *consilio* 38. *libro* 6. vt tradit Alciatus *consilio* 126. *numero* 27. vbi scribit , quòd in practica solet distingui , an agnatus substitutus sit de tranmersalibus , vel descendentibus testatoris. Et facit not bile *consilium* Rolandi 39. *numero* 51. *libro* 4. & egregium *consilium* Thomæ Grammat. 145. *n.*8.

Item fauorabilibus personis † ita fauendum est , vt 81
aliis iniustitia non fiat , quia alias esset contra charitatem , *cap. & si necesse, de donation. inter virum & vxorem , cap. ex tenore , de foro competent.* Notat Decius *in cap. in præsentia , numero* 58. *de probationibus.* Et aliena largiri sine culpa possidentis est species tyrannidis , per quam contaminatur Principis liberalitas, secundùm Baldum *in titulo,de pace Constan.col.*21.quem citat Gomez.*in regula Cancellaria,regula,de non tollendo iure quæsito,q.*65. *pag.*65.

Tandem de ista materia quando maioratuum † con- 82
stitutio sit fauorabilis vel odiosa, legendus est Molina, qui hoc ex professo disputauit , *libro* 4. *de primogenit. capite* 18. *numero primo , cum sequentibus , folio* 142. cui addendus ad Simon de Prætis *libro* 3. *de interpretanda defunct. volunt. solutione* 3. *numero* 1. *cum sequentibus , folio* 275. Franciscus Mantica *de coniecturata mente defuncti libro* 7. *titulo* 1. *numero* 1. *cum sequentibus , pagina* 252. Ioannes Lopius *in capite per vestras, de donation. inter virum & vxorem , tertio notabili , §.* 26. *numero* 20. *pagina* 496. vbi resoluit , quòd facultas data ad faciendum maioratum, siue patri , siue extraneo , est odiosa , quia causat inæqualitatem inter filios & consanguineos , vbi legendus est Baraona *in additionibus* , & quod scribit Menochius *in consilio* 158. *numero* 21. *libro* 2. vbi tradit , quòd constitutio primogenituræ ad excludendos alios fratres debet esse expressa , quia exorbitat à iure communi , & est odiosa , qui ad hoc refert Baldum *in l.omnes populi,numero* 20. *vers. Tertiò quæro, ff. de iustitia & iur.* Alex. *in cons.*128. *n.*3. *vers. Similiter statutum , lib.*1. Barthol. Socin. *in cons.*252. *col.*4.*vers. Septimo ad idem, lib.*2.

Adhuc igitur sum in ea sententia, paratus tamen palinodiam canere , si quis melioribus fundamentis ductus contrarium probare velit. Hoc tamen in loco rectè quadrat egregia doctrina Gregorij Lopez *in l.* 11. *tit.* 4. *part.* 6. *in glossa* , in verb. *Libremente* , vbi dicit , quòd si pater in constitutione maioratus habeat se seuerè † aduersus alios filios, quando constituit maioratum authoritate Regia : tunc Iudex succurrere debet,& taxare,& moderari quod debet dari aliis filiis attenta patrimonij quantitate , & personarum qualitate, & aliis circunstantiis. Nam cum pater virtute Regiæ facultatis valde enormiter , & contra boni viri arbitrium,minuit si iis legitimam , idem est, ac si in totum tolleret ; refert Bartholom. Socin. *in consilio* 150. *lib.* 1. quod est notabile consilium in ista materia, & decisio Rotæ *in nouis* 18. & alia, quod confirmatur ex sententia Roderici Suarez *in d.l.quoniam in prioribus , in* 2. *limitatione*,aut declaratione *ad l.Regiam,numero* 14. *pag.* 143. vbi tradit iniustas esse licentias datas ad faciendum maioratum vbicunque apponuntur illa verba: *Do os licencia y facultad para que de todos vuestros bienes podais hazer,e hagais mayorazgo*, quia in quantum dicitur de omnibus bonis est iniusta,& conscientia concedentis onerosa. Quem citat *Bursatus*, qui alia plura ad propositum primogenituræ scribit *in cons.*132. *numero* 16. *lib.* 2. Et ad hoc faciunt quæ scribo infrà hac quæstione, *num.*107.*& seq.* & quæ scribit Ioann. Lopius *in l.* 46. *Tauri , numero* 4. Menochius qui refert Suarez,& Ioan.Lopium *in cons.*250. *n.*113. *lib.*3. concludentes,quòd indiscreta & enormis diminutio legitimæ non est permittenda virtute facultatis datæ ad faciendum maioratum.

¶ Sed & idem Gregor.Lopez *in l.*32.*tit.*9.*part.*6.*in glos.*in verb.*No valdria*, fol. 67. *col.*4.*in vers. aduerte etiam*,fortius vult,quòd quando quis impetrat † facul- 84
tatem ad faciendum maioratum,tenetur Principi facere mentionem de posthumo nascituro Et istam opinionem potius quàm contrariâ seruare tenentur,qui in Camera Regali assistunt,quos hæc cura tangit,& summa reipublicæ administratio commissa est;vt in tempore occurrant litibus,quæ quotidie oriuntur super his facultatib.

quia

quia vbi certiores facti sint de numero liberorum pe-
tentium licentiam,& de valore facultatis,& hac informatione præmissa facultas detur , lites , discordiæ , &
85 iurgia inter fratres excusabuntur; interest enim reipublicæ, † ne lites inter homines sint, *l.minoribus, ff. de minorib.Item si res,§.*1.*ff. de alienat.iud. mut. caus. fact.* cum concordantibus, quæ scribo *in* 4.*part. tract.q* 22. *à num.*8.

¶ Et ex istis omnibus etiam inferri potest, periculosas esse facultates Regales de subreptionibus,quæ dantur in derogationem *Pragmaticæ dotium*, nisi Principi
86 exponatur, † quos filios vel filias habeant illi, qui impetrant istas facultates ; cum hoc possit mouere Principem ad non concedendum tales facultates , vel ad concedendum cum maiori difficultate , quod est valde notandum. Et maximè procederet vbicunque dos est excessiua,& immoderata,& illi qui impetrant tales facultates, habent plures filios vel filias : æquum etenim est, quòd Princeps de istis sit certus. Et quæ superius dicta sunt, seruiunt pro perfecta declaratione quæstionis,quam tractat Molina, *lib.*4.*de primogen. c.*5.*n.*13. *fol.*159. & iterum *n.*26. vbi disputat an facultas concessa ad alienandum bona maioratus sit dispensatio, nam ex superioribus videtur, quòd sit dispensatio.

Et in ista quæstione,quia *suprà,n.*62.dictum est,esse necessariam legum derogationem ad hoc,vt quis possit facere maioratum,vltra Tertium & Quintum,est sciendum vnum singulare,quòd licèt per verba derogatoria (licet prolata generaliter ab eo , qui derogare potest)
87 appareat de voluntate † volentis derogare, sufficit ista derogatio,secundum Ioannem Andream, *in cap.* 1.*col. vltim.de excessibus Prælat. lib.* 6. Baldum *in cons.* 140. *lib.*4.qui refert Ioannem Andream, & dicit,quòd non figura literarum,sed sensus intellectualis inspicitur. Et idem voluit Socinus *in l.si mihi & tibi,*§.*in legatis,ff.de legatis* 1.*num.*5.Archidiaconus *in cap.seruatis*25.*quæst.* 2.Dominic.*in cap.* 1.*num.*17.*vers. ego credo, de constit. in* 6. Guido Papæ *in tractatu de rescriptis , & clausulis derogatoriis,*6.*col.cum sequentibus,& in principio,*8.*col.* Alexand.*in cons.*187.*lib.*5.*num.*19. qui loquitur in legitimatione filij spurij;& est communis secundum eundem *in cons.*111.*num.*16.*lib.*6.Aimon.*in cons.*126.*n.*4. *circa finem*,Rebuff.*in concord.tit.de forma mand. Apostolici, pag.*201. Et faciunt quæ scribo *infra,hac parte, quæst.*43. *a num.*5. Sic inquit Hostiensis *in summa, de rescript. §. quas vero, vers.si contra ius,& vers.sed nunquid*,Ioan. Andr.*in d.cap.* 1.*de excessibus Prælat.lib.*6. *in nou.* Ancharran. *in cons.*335. *num.*4. quòd † clausula,
88 *Non obstantibus legibus* , idem operatur ac si diceret, *non obstante tali lege*, & idem est,ac si legè nominaret, Iaso *in cons.* 100.*col.*5.*lib.*4. Roland. *cons.*67.*num.*62. *lib.*3. quibus addenda quæ notantur *in libro* qui vocatur,*Templum Iudicum*, Conradi, *lib.*1.*cap.*1.*de Imperatore,*§.4.*vers. Immunitatis,num.*8.*fol.*71.*col.*2. Menoch. *in tract.præsumptionum, lib.* 6. *præsumpt.*39.*num.*1.*cum sequentibus, folio* 95.*& præsump.*40. *n.m.*20.*folio* 97. licèt contrarium,scilicet,quòd requiratur specialis derogatio , & indiuidua, velint Antonius de Butrio , & Aretin. *in cap.*1. *de præscript.* Bart. *in l.si quis in principio testament. ff. de leg.* 3.& alij,quos citat Matienç. *in l.*3.quæ vocatur *de Valladolid, tit.*10. *lib.*5.*recopil. glos.*11.*num.*2.*folio* 287.

Ex quibus infertur declaratio ad plures donationes Regales factas post *illam legem* , in quibus reperiuntur derogatæ leges Regni per verba generalia absque derogatione speciali *illius legis* , quod vidi in grandi negotio super villa de Tarifa, super qua adhuc lis pendet
89 in consilio Regali. ¶ Et quòd sufficiat † derogatio generalis legum, licet in specie lex non exprimatur,voluit notanter Speculator , *lib.*2. *part.*2. *titul. de instrumentorum editione,*§.*vnus autem,num.*3.*folio* 124.quem Doctores nostri non citant : addo etiam notabilem doctrinam doctissimi Andreæ de Isernia *in cap.*1.*num.* 6. *quid sit inuestitura, folio* 31. vbi vult, quòd si Prin-
ceps faciat,vel dicat & exprimat, tollit legem contrariam ; & quod omittit,omissum erit; si vero velit corrigere legem, hoc expressè dicere debet. Et de materia legenda sunt quæ scribit Lancellotus Conradus , *in templo iudicum, lib.*1. *cap.* 1. *de Imperatore,*§.4. *de præstantia Imperator.*§.4. *vers.tertio, num.*26.*folio* 67. Matthæus ab Afflictis *in constitutionibus Neapolitan. lib.*1. *rubr.*47. *num.*4. *folio* 118. Iacobus Puteus *decis.* 109.*part.*1.Hinc venit,quòd si quis† concedat castrum 90
cum pertinentiis,& omnia iura;quæ ibi concedens habebat,licet non sint specificata pertinentia & iura , tamen veniunt quæ de iure,vel consuetudine ad castrum pertinebant, secundùm Baldum *in cap.*1.*de Capita, qui curiam vendr.* Notat & confirmat Alexand. *cons.*105. *num.*2.*lib.*6.

¶ Limitantur tamen istæ, vbicunque agitur de præ- 91
iudicio Tertij : quia † non sufficit derogatio generalis,sed requiritur specialis & expressa, secundùm Glos. *in cap. Inquisitores,in verb.expresse,de hæretic.in* 6. tex. & Alexand.*in authent.sed cum testator,C.ad legem Falcidiam* : Notat Alexand. *consilio* 122.*num.*14.*lib.*4. Et faciunt scripta per eundem Alexandrum *cons.*7.*num.*4. cum aliis , *lib.* 4. Et plura tradit Barbacia *inter consilia Alexandri, cons.*123.*num.*1. *cum sequentibus, lib.*4. & per Parisium *cons.*81.*num.*61.*lib.*1.Ruinum *in cons.*60. *num.*5. *lib.*1. Menochium *de arbitrar.Iudic. Centur.*1. *quæst.*9.*num.*12.*pag.*21. Matienzum *in l.*7. *tit.*7.*lib.*5. *Recopilationis,num.*5.*folio* 183.& Glossam *in dict. cap. Inquisitores*, citat & confirmat Ripa *in l.*1.*num.*55.*fol.* 58.*ff. de vulgar.*Et faciunt scripta per Tiraquel. *lib. de legibus connubial.glos.*7.*exprez,num.*111.119.& prius *numero* 92.qui citat Glossam *in d.cap. Inquisitores.*Et ex pluribus confirmat Iulius Ferretus , *de virtutibus bonorum Imperatorum,numero* 75.*folio* 57. & plures refert Anton.Gab.*lib.*6.*communium opinionum, tit. de clausul. conclus.*5.*num.*11.*&* num.19.*pag.*405. vbi ponit regulam & communem opinionem,quòd dispositio habens † clausulam derogatoriam in fauorem Tertij non tol- 92
litur etiam cum clausula,*pro expressis haben.*De quo legendus est Alexander *in cons.* 111. *num.* 17. *lib.*6. qui notanter loquitur. ¶ Et vbi requiritur specialis mentio † non sufficit generalis, iuxta text. *in l. final. C. de* 93
edict. Diui Adriani: Clementina,constitutionem,de elect. cum *concordantibus*,vt per Matthæum ab Afflictis,*dec.* 210.*n.*16.Quintilian.Mandos.*regula Cancellariæ vndecima,q.*9.*n.*2. *cum seqq.fol.*55. Restaurus Castaldus, *in tract.de Imperator,q.*111. *vers.notandum, fol.*242. Sic per regulam,*si chorus,ff. de legat.*3. & alia pluta probat Staphileus *de literis gratiæ & iustitiæ , de vi , & effectu clausularum, in vers.post dicta verb.n.*1. *cum aliis,pag.* 184.quòd clausula,*Quibuscunque non obstantibus*,tollit 94
omnia † statuta, consuetudines, cæteraque omnia obstantia;quia generalis clausula,quantum ad comprehensa sub ipsa,sic singula complectitur,ac si essent specialiter enumerata. ¶ Et idem operatur genus quoad omnia,† quod species quoad quædam sub genere comprehensa,*l.si chorus,ff. de legat.*3. cum *concordantib.* vt per 95
Quintil. Mandos. *in regula dicta de Annali,q.*46. *n.*8. *fol.*169.Et faciunt quæ scribo *suprà,q.*1.

Quæ omnia, & quæ sequuntur, sunt mente tenenda, pro intellectu † text.*in l.*3.*tit.*10. *lib.*5. *Recopilation.* 96
quæ apud nos vocatur , *lex Vallisoletana* , pro donationibus , quas faciunt Reges nostri in fauorem dominorum Regni. derogando tacitè vel expressè formam, & solemnitatem *illius legis.* Circa quam legem, & in ista materia est animaduertendum; quòd quando clausula, *non obstante* &c. apponitur per viam legis, tollit actus contrarios , secundùm Bart.& alios,*in l.si quis in principio testamenti. ff. de legat.*3. & *in l.vltima, C.si contra ius, vel vtilitatem publicam*, & alios, vt per Decium *in cons.*10. *num.*7.& 8. Parisium *in cons.*42. *num.*13.*lib.* 4.Quintilian.Mandos.*in regul.* 11 *reseruationis, quæst.* 9.*numero* 4. *folio* 55. ¶ Et quod dicatur † priuilegium, 97
& rescriptum generale,vel speciale, *legi debet cap.*2.*de*

rescriptis, in 6. & notabilis *l.45. tit.18. part.3.* Et quòd derogatio facta per viam legis, efficaciùs deroget; volunt Calderinus *in cons.11. tit. de priuilegiis*, Felinus *in cap. accedens, de præscript.* Ripa *respons. 6. num.2.* Et quòd quando lex est in *ratione* generalis,& in *dicto* specialis, genericè accipienda est. Et illud,
98 quod specificè dispositum fuit, † censetur dispositum causâ demonstrationis,non taxationis, secundùm Glossam *in l.sed si lege.§.item si distraxerit, ff. de petition. hæredit.* Baldum *in l. de quibus, num.35. ff. de legibus*, & alios, vt per Molinam *lib.3. de primogenit. cap.6. num.6. fol.46.* Et qualiter dispositio, & verba derogatoria non solum præterita,sed etiam futura contineant, probatur *in l.talis scriptura,in princ.iuncto fine, ff. de legatis 1.* vbi Bart.& idem Bart.*in d.l.si ita, ff. de auro & argento legato*, & alij, vt per Alexandrum *in cons.163. num.5.& 6.lib.7.* & vbicumque Papa dicit,quòd tenor obstantium habeatur pro expresso & scripto de verbo
99 ad verbum, nulla obstantia officit rescripto; quia † contra libertatem & plenitudinem potestatis Papæ nihil statui potest, secundùm Collectarium, & Baldum *in cap. cum dilecti, de rescriptis*, Thomam Grammaticum *decis 20. num 4.*

100 Et quòd requiratur † mentio specialis priuilegij, vt ei derogatum censeatur, volunt Federicus de Senis *cons.233.* Calderinus *cons.11.* Paulus de Castro *consil.53. Passus iste dubitabilis, lib.1.* Cardinal.*in cons.51. & in cons.136.* Romanus *in cons.498.num.15.* Decius *in l.certum, num.4. ff. si certum petatur*, & alij plures, quos citat Menochius *cons.294.* & vult Bart. *in extrauagant. ad reprimendam,in verb. non obstantibus*,cum *concordantibus*, vt per Alexandrum *cons.122. num.8. lib.4. & cons.111. num.14. lib.6. & consil.226. num.20. lib.3 & cons.7. lib.4.* Episcop. Couarru. *in epitome de sponsalibus,2.part.cap.8.num.6. fol.146.* Domin.Anton. de Padilla *in l.causas, vel lites, num.6. pag.93. C. de transactionibus.* Et de istis clausulis derogatoriis lege omninò Rebuff. *in cap. nulla, de concession. præbend. pag.440. col.2. vers. decimanona est clausula*, & quæ scribo *part.2. quæst.12.* Et qualiter Princeps possit per suum priuilegium habens clausulam, *non obstante*, &c. præiudicare filio in legitima, lege Ioannem à Garronibus *in rubr. Cod. de secundis nuptiis, part.2. titul.14. folio 46.*

Ex quibus in nostra materia infertur, quòd si quis
101 faciat † maioratum in filium,& postea illud (licèt verbis generalibus) reuocet, si constat de illius voluntate, quod derogare voluit; sufficit ista derogatio. Ad quod etiam facit, quia vbicumque constat de voluntate disponentis, in quo est etiam potestas disponendi, clausula præcedens derogatoria ad sequentia nihil obstat dispositioni, secundùm Bald. *in l fancimus, C. de testament.* Et est communis opinio secundùm eundem *in cons.286. lib.4. versicul. & idem disputando; & in cons.226. lib.1. vers. si vero vltima voluntas*, Socin. *in d.§. in legatis*, Paris. *in cons.10. lib.3. num.21.* quorum doctrina ad alia plura negotia prodesse potest. Et addit Decius *in cap. cum inter, num.8. de exception.* quòd in actibus Principis sola eius voluntas consideratur, & de
102 tali voluntate declaranda, † non est data forma à lege, sufficit quomodocumque voluntas Principis colligatur etiam ex coniecturis: quod notanter tradit Zasius *consil.16. num.17.* vbi post Baldum *in l.item lapilli, ff. de rerum diuisione*, Felin.*in cap.nonnulli, in 4. fallentia, de rescript.* resoluit, quòd in clausulis, *ex certa scientia, de plenitudine potestatis*, & *non obstantibus*, sufficit apponere verba æquipollentia. Et facit pro his, *l.3. tit.11. part.5.* in ratione sui, ibi: *E qualesquier palabras que embiasse a dezir por tal carta, o mensagero, de que pueda auer entendimiento.*

Ex quibus etiam notanter deducitur, quòd si in facultate Regia ad faciendum maioratum, vel ad extrahendum aliqua bona à maioratu, vel ad obligandum bona maioratus, vel ad dandam dotem, aut arthas vltra metam legis, vel ad alia similia, dicatur † in fa- 103
cultate, *Non obstantibus legibus*, idem est, ac si lex expressè nominatim,& in individuo exprimatur. De quo videnda sunt quæ scribo *in fine,2.part.* & infrà, *q.43. à num.23. in hac 1.part.* Et quòd sufficiat clausula, *Non obstantibus*, generalis, neque requiratur specialis legis derogatio, tradit in praxi esse receptum, & admissum Domin.Anton.de Padilla *in d.l.causas.num.6. C. de transactionibus*, contra Glossam ibi: Parisius *cons.1. num.83. lib.4.* Matienç. *in l.7. tit.7. lib.4. Recopilac. glos.7.num.6. fol.182.* Tiraquel.post leges connubiales, *glos.7.exprez.num.110. fol.313.* Ioan. Guttierrez *in l. nemo potest, ff. de legat.1. num.160. cum sequentibus, pag.51.* qui plura scribit de ista clausula, *Non obstantibus*,Roland.*in consil.61.num.58. lib.1.* Ias.*in cons.110. col.5. vers.4.*

Ista autem limitantur, vbi prima dispositio † conti- 104
net clausulam derogatoriam, in tali casu non sufficit clausula, *Non obstantibus legibus*; sed requiritur specialis derogatio? *l.si quis in principio testamenti, ff. de legat.3. l.si mihi.& tibi, §.in legatis, vers. interdum, ff. de legat.1.* & voluerunt Bart. *in l.omnes populi, num.31. ff. de iustitia & iure*, & alij, quos citat Episcopus Sarmiento *lib.3. selectarum interpret. cap.14. num.1.& 2. fol.128.* facit quod scribo *supra, à num.115.*

Ex quibus infero, quòd si in facultate Regia † data 105
ad faciendum maioratum, sit clausula derogatoria, & postea detur alia facultas cum derogatione, non censetur derogata prima facultas, quæ habet clausulam derogatoriam, quod in maioratu cuiusdam magni status contigit. Et quòd clausulæ derogatoriæ non extendantur † ad non expressa, volunt Bart.*in l.si quis in prin-* 106
cipio testament. ff. de legat.3. Doctores *in cap. cum instantia, ne censibus, glos. in authent. qui in prouincia. C. vbi de criminibus agi oportet*, & alij, vt per Tiberium Decianum *respons.35. num.50. lib.1.* ¶ Et quòd si petita fuit Regalis facultas ad clausulam maioratum aliquibus expressis,& facultas data fuit † sub certa forma, 107
videtur denegata in aliis; probatur ex doctrina Diui, Bartoli, & aliorum *in l.legata inutiliter, ff. de legat.1.* Matth.ab Afflictis *decis.298. num.4.* Et quòd quando Princeps rescribit contra factum hominis † sufficiat 108
clausula, *Non obstantibus.* Et quando scribit contra legem debet dici, *non obstante tali lege*, distinguit notanter Bald. *in l.impetrata, num.4. cap. sententiam rescindi non posse, fol.71.* ¶ Et in summa, quæ † possint opponi 109
contra Regiam facultatem datam ad faciendum maioratum, tradit Rebuffus *in tract. de exception. num.15. pag.504.* Et de virtute clausulæ, *Caterisque contrariis, quæ volumus pro expressis haberi*: iunctis illis verbis, *Quorum tenores*, lector videat Barthol.Socinum *in consil.169.n.10 lib.2.& cons.164. num.7. eodem libro*, Decium *consil.142. & 165. num.2. & cons.296. num.34.* Aim.Crauet. *cons.68.num.7. & consil.296.n.2.* Rebuf. *in praxi benefic. de claus.mand.n.19. pag.103.*

Et etiam est notandum in ista materia, quòd ea quæ non possunt fieri specialiter, † non possunt fieri genera- 110
liter, *l.1. ff. de officio eius*, vbi scribentes præcipuè Purpuratus, confirmat Castaldus *de Imperator. quæst.15. num.3. folio 185.* & etiam in priuilegiis non est necessaria clausula obstantium † derogatoria; quia satis ap- 111
paret quod Princeps procedendo per viam priuilegij, voluit derogare ius commune; secundùm Baldum *in l. item lapilli, ff. de rerum diuisione*, & alios, vt per Peregrinum *in tract. de iure fisci, lib.1. num.132. pag.42.* Et vbicumque quis impetrauit rescriptum, quod totum adiudicetur † primogenito, & mandatur Iudici, quòd 112
si ita est totum adiudicetur,deinde vult prosequi, quòd totum adiudicetur per ius commune, ex eo quòd alij fratres repudiauerunt eius partes,non excludit ius commune, & omne ius videtur intentatum, secundùm Baldum *in l. præscriptione. C. si contra ius:* Exeam, *in cap.1. de constitutionibus, num.43. pag.85.*

QVÆSTIO

QVÆSTIO IV.

Si quis habens tres filios, Principi exponat quòd habet quatuor, vel quòd habet multò minora bona, an facultas sit subreptitia?

SVMMARIVM.

1 *Propositio quæstionis, & num.3.*
2 *Dispensatio non extenditur ad casum habentem maiorem rationem.*
4 *An habens facultatem ad obligandum vel alienandum bona maioratus, possit ea permutare? refertur hic opinio negans: & affirmans, num.6.*
5 *In dispensatione an valeat argumentum de maiori ad minus, & num.11.*
7 *Abundans cautela nocere non solet.*
8 *Subreptio non vitiat gratiam, quando Princeps facilius concessisset.*
9 *Intellectus ad text.* in cap. cui non de sacerdotali, de præben. *in 6.*
10 *Casus permissis habens rationem permissionis expressam, an extendatur vbi est eadem ratio.*
12 *Quod pluris est, vtique tanti est.*
13 *Executor maiorem summam quàm testator taxauit expendens, dicitur facere contra testamentum.*
14 *In rescriptis an habeat locum argumentum à contrario sensu.*
15 *Ex priuilegij proœmio colligitur causa Principem ad illius concessionem mouens.*
16 *Vnicum filium habens an committat obreptionem, si vnicum filium habere Principi non exponat.*
17 *In filio vnico quomodo possit fieri maioratus.*
18 *Primogenitura obtenta per subreptionem an valeat. Et an quis sit manutenendus super obreptione lite pendente*, ibid.

HVic quæstioni alia est proxima quarta quæstio. Pone etenim quod Principi fit mentio liberorum, quos habet ille,qui licentiam impetrauit, & cum haberet quatuor filios, exposuit Principi, quòd habet quinque vel sex; aut cum haberet bona viginti millium ducatorum, fecit relationem, quòd habebat bona decem millia ducatorum, vel aliud simile Principi significauit, quo cogniro, Princeps difficilius, & cognita veritate multò faciliùs concederet dispensationem, & licentiam ad faciendum maioratum, an talis dispensatio, & facultas sit subreptitia? In qua quæstione
1 primo aspectu dicendum videtur; quòd facultas † sit subreptitia, quia non continet veram facti narrationem, argumento text. *in cap. cui de non sacerdotali, de præbend. in 6.* vbi probatur,quòd si Papa mandat, quòd alicui prouideatur de præbenda certi valoris, etiam volente illo, cui præbenda dari debet, non potest ei dari præbenda, quæ minus valeat; quia mandati fines diligenter custodiendi sunt.Per quem textum dicit Ioan. Faber *in §. is qui, num.3. fol.83. Instit. de mandat.* quòd quando ex mandato præiudicatur alteri quàm mandanti, quia in eo casu mandatum est odiosum,cùm agatur de præiudicio Tertij,& alterius, quàm mandantis, tunc debet in terminis suis teneri tanquam odiosum; nec debet ampliari, nec restringi, quamvis fortè esset vtile illi Tertio. Et de illo etiam textu *in d. cap. cui*, tractat Staphileus *de liberis gratiæ, de formis expectatiuarum, 4. forma, num.3. pag.12.* Et faciunt, quæ scribo *4. part. limit.1.* quæ notanter tradit Felinus *in cap. ad aures, num.13. vers. in decima conclusione, fol.90. de rescriptis.* Et faciunt scripta per illum *num.4.* & per Felinum *in cons.11. num.2.* Et quæ scribo *p 4. q.1. li-*
2 *mit.1.* ¶ Et dispensatio non extenditur ad casum † habentem maiorem rationem, *cap. final. de postulat. prælat.* cum *concordantibus*, vt per Rotam *decis.136. Volterunt, in nouis*: Felin. *in cap postulasti, num.8. de rescriptis*: Rebuffus *in praxi beneficia. tit. de dispensation. ad plura beneficia, num.64. cum sequentibus, pag.373.* & tradit Mandos. *in regulis Cancellaria, in reg.20. pag.373. reseruationis, q.7. num.10. fol.151.* idem in tractatu *de signatura gratia, tit. de dispensatione Monachorum pro beneficiis obtinendis, fol.83. col.4.* & Caldas Pereira *in tractatu de nomination. ad emphyt. q.21. nu.65. fol.245.* Matienç. qui alios citat *in l.10. titul.8. glos.1. num.1. folio 237. lib.5. Recopilation.* vbi tradit secus esse in legitimatione, Augustinus Beroius *in cons.163. num.35. lib.2.* Et faciunt quæ scribo *supra, q.3. num.63.* & infrà *q.58. num.129.*

Ad propositum igitur, cum hic agatur non solum de præiudicio impetrantis licentiam, sed filiorum,videtur quòd licentia est vitiosa, † licèt Princeps eam, vtilitate, vel causa maiori cognita, multò facilius concessisset. Et modicum mendacium totum denigrat, secundùm Baldum *in cap. si proponente, de rescriptis.* Et ad hoc etiam adduci potest doctrina Bart. *in l sicut, §. sed si permiserit*, per illum text. *ff. quibus modis pign. vel hypoth. solu.* vbi dicit, quòd si Episcopus dedit licentiam Abbati vendendi res immobiles Ecclesiæ, pro satisfaciendis debitis Ecclesiæ,non potest permutare,cum sit diuersa ratio, quia permutando non satisfacit debito nisi fortè aliter vendi non possunt. Notat Ias. *in l. vltima, num.6. fol.163. ff. de cond ob caus.*

Ex qua doctrina ad nostram materiam infertur, quòd si quis † habeat facultatem ad obligandum vel alienandum bona maioratus ad solutionem aliquorum debitorum, non potest ea permutare; cùm sit diuersissima ratio in vno casu, quàm in alio. Quod limitatur ex alia doctrina notabili Bart. *in l. Aristo. ad finem principij, num.3. ff. de donation.* vbi Bart. dicit, secus esse, vbi fit principaliter venditio habens mixturam permutationis, vnde dicit ibi *Bart.* se de facto consuluisse, quòd cùm Papa dedisset licentiam Abbati vendendi certum fundum Ecclesiæ,posset eum vendere pro mille, & pro alio fundo qui permutabitur. Quando autem permutatio vicem venditionis obtineat,tradit Tiraquel. *lib.1. de retractu,§.1. glos.14 nu.28.* cum aliis, *pag.303.*
5 ¶ Et in dispensatione non valet argumentum † de maiori ad minus affirmatiuè, *cap. vltimo, de translation. Episcop.* Hostiensis & Felin. *in dicto cap. postulasti, de rescriptis*, Nicolaus Boerius *cons.26. num.20.* Celsus *cons.73. num.26.* Et dispensatio concessa in vno casu, non extenditur ad casum similem, vel habentem maioritatem rationis; quia materia deuiat à iure communi, secundùm Federicum de Senis *consil.14.* & Ioannem Andream *in regula, ea quæ: de regul. iur. in 6. in Mercurialibus.* Notant Decius *in cap. quia in tantum, num.6. de præbend.* Gigas *in tractatu. de Pensionibus, q.18.* Menoch. *cons.72. num.11. lib.1.* Curtius Senior *in cons.18. num.6.* Simon de Prætis *de interpret. defunct. volunt. lib.2. interpret.3. dubio 1. solut.3. num.146. fol.150.* Et quòd priuilegia non extendantur etiam ex identitate rationis,nec egrediantur suum casum,voluit Cardinalis *in Clement.1: q.6. de testament.* idem Cardinalis *in Clement.2. §. final.2.& 3. notabil. de priuilegiis*, quem citat Zasius *cons.4. num.22. lib.1.* Matienç. *in l.1. tit.8. lib.5. Recopilationis, glos.1. n.1. fol.237.* Molin. *lib.2. de primogeniis, cap.4. n.48. fol.232.*

Nihilominus tamen in nostra quæstione † contra- 6
rium tenendum videtur; quia abundans cautela nocere
† non solet: *l. quæ dubitationis, ff. de regul. iur.* Et quòd 7
plus iuris est, vtique tanti est, *l. cum furiosi, ff. de in litem iurando.* ¶ Et subreptio non vitiat † gratiam vbicumque 8
si Principi aliquid expositum fuisset, facilius concessisset, vt est *decisio* Rotæ *sub tit. de rescriptis, 331. n.7. vers. nec quartum dici potest.* Notat Decius *in d. cap. super literis, num.9. de rescriptis*, vbi dicit, quòd expressio illorum non est de substantia, quibus expressis Princeps

facilius concederet. Et idem *in cap. ad aures, num.4. eodem titulo*, Aimon.Crauet. *cons.2. num.14. cum sequentibus*, Roland.*cons.112.num.46.lib.4.* Hyeronymus Grat. *in consil.31. lib.1. num.16.* Et traditur notanter per Augustinum Beroium *in d. cap. super literis, n.44. vers.aliud est quærere* ; & in repetitione *eiusdem capituli, num.37.* notanter Bartholom.Socinus *in cons.170. num.3.* cum aliis. *lib.2.* traditur per eundem Bartholom. Socinum *in cons.120. num.5. lib.4.* & alios,quos citat Menochius *de arbitrar.iudic.lib.2.Centur.3. casu 201. num.24. pag.389.* ad ista legendus Tiraquellus *in tract. de cessante causa limitat.1.num.16. fo'.96.* quod declarat Felinus *in cap. postulasti, de rescriptis*, Nauarr. *in ex.ranagan. Gregorij XIII. num.45. fol.30.* in illis, quæ iura iubent exprimi, & non in illis, quæ de iure non sit necesse exprimere. Et expressio illorum,quæ si tacita fuissent, nihilominus Papa concessisset, etiam si falsa,non viciant concessionem,secundùm Innocentium *in cap.in nostra,de rescriptis* ; & in *cap.cum nostris, de concession.prabend.* cum *concordantib.* vt per Gomezium *in regul.de Triennali, q.67. pag.897.*

9 Non obstat † textus *in d.cap. cui de non sacerdotali, de prabend. in 6.* Quia speciale est in mandato, vt notant Doctores *ibi*, & Decius *in l.in eo quod plus, n.14. de regul. iur. ff.* quamvis mandatum possit adimpleri etiam in æquipollenti, & in effectu, licèt non in forma superficiali, *l.si quis mihi bona, §.sed quia si mandauit, ff.de acquirend. hæreditate ; l.final. §.fina'. ff. manda. l.si vltra, C.de fideiussor.* cum *concordantibus*, vt per Iasonem *in cons.101.num.3.lib.2.* Et ad istud facit consilium Zabarel. *in cons.8. Zambertus, fol.3.* vbi dicit, quòd non nocet tacere coloratam possessionem alterius, quando est inducta tali modo, quòd si Papa illud sciuisset facilius concessisset literas, puta, si prius Papa reseruasset sibi beneficium cum clausula *decreti*, & aliquis contra dictam reseruationem acceptasset possessionem beneficij : quia licèt ista possessio esset colorata, tamen si impetrans narrasset, qualiter aduersarius possidebat contra reseruationem,Papa facilius concessisset; & ideò habet locum *cap. super literis de rescriptis.* Et istam doctrinam refert, & sequitur, & limitat Felinus *in cap.in nostra, in vers.c. tertiodecimo, & vltimo nota, num.36. folio 114. de rescriptis.* Et quòd in casibus fauorabilibus non procedat regula *dicti capituli, cui de non sacerdotali*, volunt Bartholom. Socinus *in l.1. §.si stipulanti, num.4. vers.c. & textus* ; & ibi Crotus *num.8.* & tradit latius Menochius *cons.72. n.13. lib.1.* Et hoc est tenendum in præsenti quæstione.

Circa quam, & pro maiori declaratione istarum facultatum, quæ conceduntur ad fundationem maioratuum, vel ad alienandum, aut hypothecandum bona maioratus ; & pro intellectu textus *in d.cap.cui de non sacerdotali* ; est magni facienda doctrina, & resolutio Abbatis *in cap.at si clerici,§.de adulteris.num.8.fol.17.*
10 *de iudiciis*, vbi ponit regulam,quòd si casus † permissus habet tationem permissionis expressam, extenditur vbi est eadem ratio : quia tunc non dicitur extensio, sed potius includitur ex tacita mente dispensantis, & permittentis, ex notatis per Glosiam *in cap 1. de temporibus ordinam.lib.6. & in cap.quamvis, eodem libro*; & per regulam *l.cum pater, §.dulcissimis, ff.de legat.2.* quod dictum reperio relatum à Ripa *in cap. ad aures, num.41. de rescriptis.*

11 ℊ Et quòd in materia dispensationis † licitum sit arguere à maiori, probatur *in cap.per venerabilem*, vbi hoc notat Abbas *num.6.qui filij sint legitimi*, vbi hoc dicit esse singulare,& alibi non reperiri. Et tunc dicitur extensio passiua, vt ex prædictis tradit Felinus *in cons'.18 num.12.* Quod confirmo ex traditis per Oldradum *in cons.256.num.1.& in cons.326.num.11.* vbi resoluit, quòd in dispensatione, concesso maiori censetur minus concessum : & text.*in d.cap.cui* : non procedit,quando taxatio fuit apposita gratia taxationis, non quando fuit apposita gratia demonstrationis,secundùm Doctores *ibi*, & Dominicum *cons.111 Dominus noster*, & Staphileum *de literis gratia & institia, tit. de modo & forma impetrandi, vers.præterea est dare dignitatem, num.5.& 6.pag.89.* sic resoluit Rebuffus *in tract.de nomination.q.9. num.33.& 34.* Quòd si quis expresserit beneficium esse valoris quinquaginta ducatorum, cum esset valoris viginti, non vitiatur prouisio : & quia † 12
quod pluris est, vtique tanti est : *l.cum furti, ff. de in litem iurand.* Et faciunt scripta per eundem Rebuffum *in d.q.9.num.48.* & confirmat Rolandus *cons.12.n.46.* Menochius *cons.72.num.11. ib.1.* Eodem modo executor qui expendit † maiorem summam quam testator 13
taxauit, dicitur facere contra testamentum, *l. cum in testamento 202* vbi latè Rebuff. *pag.888. ff.de verborum significatione*, ad id legendus.

Et plura de materia circa intellectum textus *in d. cap.cui de non sacerdotali*, tradit notanter Petrus Gambar. *in tract.de officio & potestate legati,lib.10.nu.211. cum sequentibus*,quæ sunt necessaria pro intellectu istius materiæ, vbi tradit, quòd dispensatio extenditur ad consecutiua, & alia scitu digna, Episcopus Sarmiento *lib.6.selectarum interpretationum cap.6. num.8. fol.16.* & tradit latiùs Ioan. Grat. Falcon. *regul.140. num.10.* qui latè resoluit,qualiter dispensatio sit stricti iuris, & sit restringenda, tradit notanter Abbas *in cap. cum in cunctis, §.cum vero,num.7.8.& 9. fol.126. de electione*, vt suprà dixi ex dict. Et de intellectu text. *in dicto cap. cui de non sacerdotali* ; agit Socinus Iunior *in l.sciendum, num.57. fol.148. ff. de legat.1.* Nauarr. *in cap.si quis,de pœnitentia, distinct.1. notabil.27.num 4. fol.47.* Felinus *in cap.cum dilecta num.6.de rescriptis*, vbi assignat rationem ad text. *in dicto cap cui de non sacerdotali* ; cui adde doctrinam Andr. de Isernia in nostra materia necessariam, *in cap.Imperialem, in princip.de prohibit.feud.alienation.num.12. fol.97.* vbi vult,quòd cui permissum fuit vendere feudum, non censetur permissum hypothecari. ℊ Et quòd in reseriptis non habeat locum † argumentum à contrario sensu, tradit 14
Decius *in l.1.num.51. ff.de officio eius* : Menochius *casu 121.num.5.* licet in contrarium referat aliqua Euerardus *in centum locis,loco 4.à contrario, pag.82.* præcipuè text.& Glos.*in l.si procuratorem, §.si ignorantes,ff.mandat.* Et de nostra materia plura scribit Petrus Surdus *decis.268.num.7. cum sequentibus.*

Lectores etiam animaduerto pro yberiori intellectu 15
istius materiæ,quòd ex procemio † & præfatione priuilegij concessi ad faciendum maioratum colligitur causa, per quam motus fuit Princeps ad concessionem priuilegij, vt latè tradit Bartholom.Socinus *cons.164. Visa bulla, num.9. ib 2.* quæ resolutio fulcitur ex pluribus singularibus traditis à Gomez. *in regula de anna. possess.q.11.* Curtius Iunior in proposito singulari, *cons.20. num.7.*

In ista etiam materia subreptionis circa facultates concessas ad faciendum maioratum, offert se vnum singulare, & memoria dignum, & quod iam in praxi in negotio graui vidi, scilicèt,quòd si quis vnicum tantum filium habens impetrauit à Rege facultatem faciendi de bonis suis maioratum, non declarando quod vnicum tantum filium † habet, committit subreptionem,& virtute talis facultatis non potest facere maioratum in illum filium, & si factus sit,non valebit ; quia sicut in vnico filio non cadit melioratio,vt scribo *infrà, quæst.21. à num.14.* ex Ioanne Lopio *in l.27. Taurin. num.27.* & aliis pluribus, eodem modo in filio vnico non potest fieri † maioratus nisi de quinta parte,quam 17
pater potest relinquere extraneo : dico remanentem à Quinto, quod tenendum videtur ; licet doctissimus Molina *libro 2. de primogen. cap.11. num.10. fol.317.* post alios, quos citat, contrarium teneat, provt scribo *in dicta q.21.* ℊ Et quòd primogenitura † obtenta per 18
subreptionem non valeat, tradit Rolandus *in cons.11. num.9.lib.3.* qui hoc per plura probat. Et an pendente lite super subreptione, sit quis manutenendus in possessione ?

essione ? resoluit Iacob. Puteus *decis.183. lib.2.* Et quòd futura habentia adesse, & non esse non iudicant subreptionem, tradunt Felinus *in cap. in nostra, corolar.7.de rescriptis*, Iacob.Puteus *decis.97. num.2.lib.2.* vbi etiam *num.6.* tradit,quòd non dicitur subreptio nisi in casibus à iure expressis.

QVÆSTIO V.

Vtrùm licentia Principis geminata ad faciendum maioratum excludat vitium subreptionis?

SVMMARIVM.

1 *Secunda Principis iussio an idem operetur quod clausula* motus proprij.
2 *Geminatio multa habet in iure specialia.*
3 *Clausula* motus proprij *in gratiis adiecta, excludit vitium subreptionis.*
4 *In priuilegio geminato an sit necessaria clausula*, Non obstante tali lege.
5 *Clausula* motus proprij, *iuncta cum clausula*, Non obstante, *an Tertio præiudicet.*
6 *Clausula*, ex certa scientia, *an tollat omnem subreptionem.*
7 *Quid de clausula*, de plenitudine potestatis.
8 *Constito Principi de subreptione, nihilominus si facultatem seruari iubeat, an sit obseruanda.*
9 *In motu proprio an possit opponi de defectu intentionis.*
10 *Clausula* motus proprij *an tollat vitium subreptionis, quando agitur de præiudicio Tertij.*
11 *Clausulæ quæ apponuntur ex stylo Secretariorum Regum, non magni faciendæ sunt, & num.12.*
13 *Clausula*, cum libera administratione, *non habet effectum in præiudicialibus.*
14 *Procurator liberam habens administrationem, an censeatur habere speciale mandatum ad omnia ? refertur hic opinio affirmans ; & negans, num.17.*
15 *Verba ex stylo Notariorum præiudicium Tertij continentia, an aliquid operentur.*
16 *In diuisione inter fratres facta an censeatur renuntiatum fideicommissum.*
18 *An sufficiat derogatio priuilegij, si de eo non fiat specialis mentio.*
19 *Minor iurans non contrauenire contractui, an possit contra illum agere.*
20 *Clausula* motus proprij *non extenditur ad incognita.*
21 *Veritas vincit stylum Principis.*
22 *Clausulæ* motus proprij, *& ex certa scientia, non tollunt vitium subreptionis in facultatibus quæ dantur ad faciendum maioratum, & num.24.*
23 *Tales clausulæ an effectum sortiantur, quando proceditur cum causæ cognitione.*
25 *Vbi gratia est subreptitia, omnes clausulæ gratiæ subreptitiæ reddantur.*
26 *Princeps quando dicatur concedere* motu proprio, *& num.28.*
27 *An si in bulla apponatur, quòd* non possit dici de subreptione, *nihilominus possit allegari.*
29 *Concessio facta per importunitatem non valet.*

QVintò quæro, an contra facultatem & licentiam Regalem, quæ sit geminata ad faciendum maioratum, possit opponi de vitio subreptionis ? In quo si communem Doctorum opinionem sequi debemus, dicendum videtur, quòd non possit agi de vitio subreptionis : quia idem operatur secunda Principis iussio, 1
quod clausula † *motus proprij*, secundùm Baldum per textum *ibi*, in *l. neque damnosa, C.de precibus Imper. offerend.* vbi Raphael Fulgosius, Bald. & idem Fulgos. *in l.rescripta, col.1. ff.si contra ius, vel vtilitatem publicam*, Rebuffus *tom.2.ad constitutiones Regias, tit.de rescriptis in præstationibus, num.146. pag.30.* & prius *num.85.* Lancellottus *in tractatu de Attentatis, part.2. cap.20. de attentatis post inhibitionem, limitat.12. num.14.pag.392.* Et dicit Iaso *in d.l. nec damnosa, num.4.* quòd in ciuitate Papiæ obtinuit per illud dictum *Baldi*, sententiam,cùm multa opponerentur contra quoddam rescriptum ; licèt postea contra dictum *Baldi* ponderet egregium textum *in cap. constitutus, de rescriptis* ; sed Baldum sequitur idem Iaso *in l.si quis iniquum.num.6. ff.quod quisque iur.& in l.cum procurator, §.1. num.6. ff. de noui operis nuntia, & in l.final. num.4. C.de sacrosanctis Ecclesiis,& in l.si quemquam, num.7. ff.si quis cautio.* Ægidius Bossius *in practic. criminali, tit. de remediis ex sola Clement. princip. proc. pag.183.col.2.num.4.* latè Felinus *in cap.si quando, in vers.geminatio rescript. fol.mihi 21.colum.2. de rescriptis*, & est expressa *l.30.titu.18. part.3.* ibi : *Si contra derecho comunal de algun pueblo, o daño del fueren dadas algunas cartas, no deuen ser cumplidas las primeras, ca no an fuerça, porque son a daño de muchos ; mas deuenlo mostrar al Rey, rogandole è pidiendole por merced sobre aquello que les embia a mandar en aquella carta. Empero si despues el Rey quisiere en todas guisas que sea, deuen cumplir lo que el mandare.* ℊ Et geminatio † multa alia 2
habet specialia, vt probatur *in l.Ballesta, ff. ad Trebellianum*, & latius ego doceo *in q.22.à num.80.* Certum autem est, quòd vbicumque gratia est facta *motu proprio*, per hanc clausulam † extinguitur vitium subre- 3
ptionis, *cap.si motu proprio, de prabend. in 6. Clemen. si Romanus eod.tit.* Ad quod faciunt scripta per Ancharranum *in consil.216.Pro clariori*, & Romanum *in consil.127.Istæ sunt*, cum aliis, vt per Felinum, & Decium *in cap. ad aures, num.11. fol.63. de rescriptis*, & per eundem Decium *in cap.ex parte,in 1. num.5. de rescriptis, & in cap.2. num.7. de confirmat. util. vel inutil.* ℊ Et vbi priuilegium est geminatum,† non est necessa- 4
ria clausula, *non obstante tali lege*, secundùm Imolam *in cap.Porrecta, de confirmat.util.* Anton. *in cap.1. n.4. de rescriptis*,cum *concordantibus*,vt per Felinum *in cap. nonnulli,n.14. eodem titulo.* Confirmat Burgos de Paz *cons.45. num.17.*

Hinc est, quòd licèt clausula motus proprij de per se nihil operetur in præiudicium Tertij, secundùm Rotam *in tit.de rescriptis, decis.65.in antiquis*, Cardinalem *in cons.118.* & alios plures,† si talis clausula coniungitur cum clausula, *non obstante*, præiudicat Tertio, 5
secundùm Lupum,Imolam, & Dominic. *in cap.si propter, de rescriptis in 6.* Marian. *in cap.postulasti,eodem titulo.*Felin.*in cap.ad aures, num.8.eodem titulo,*& alios quos citat Carolus Ruinus *consilio 98. num.13. lib.2.* Et faciunt multæ *pragmaticæ*, & *leges* Regni, quæ semper magnam vim tribuunt his clausulis *motus proprij, & de certa scientia.* Et conducunt plura scripta per Parisium *in consil.1. lib.4.* vbi ex Baldo *in l.conficimtur,§.codicil.in principio, ff.de iure codicillorum,* & *consil.196. Ciuitati Camerini*, & Oldrad. *consil.157. Factum tale,col.4.* & Felin. *in cap.nonnulli, de rescriptis, num.44.* & ex aliis, quos refert, tradit, quòd clausula, *ex certa scientia*, † tollit omnem subreptionem, & 6
obstaculum iuris positiui ; & taliter,quòd ita factum in dubium reuocari non debet ; tradit Menoch. *de arbitr. iudic.lib.6.Centur.2.casu 20.num 81.pag.394.* Iacobus Puteus *decis 183.lib.2.nu.4* Et idem est in clausula †, 7
de plenitudine potestatis, secundùm Buldum post Collectan. *in procemio Decretal.col.4.* & in *d.l.rescripta,col. vltim.*cum *concordantibus*, vt per Alexandrum *cons.92. num.30.40.& 49.& in cons.111 num.4 & in cons.155. num.3.lib.6.* vbi & *num.8.* tradit, quando vt clausula generalis,*non obstante*, præiudicet iuri Tertij,requiratur mentio specialis,& quæ dicatur mentio specialis ? Et ad

concluſionem Baldi *in d. l. conſiciuntur*, concordantes refert Gloſſa Pariſ. *in addition. ad Alexandrum in conſil.79.num.7.* in addition. *ſupplentes*, vbi Alexand. idem tenet,& in *conſ.134.num.7.eodem libro*; & multa ſcribit idem Pariſius *conſil.3.num.70.cum ſeqq.lib.4.*

Egò in propoſito noſtræ quæſtionis exiſtimo, quòd ſi Princeps, cùm aliquid opponitur contra facultatem
8 Regiam, & de ſubreptione,nihilominus † illam ſeruare iubet, hoc ad vnguem ſeruari debet; iuxta *d.l.Partita*, & alia *iura*. Si verò Princeps in facultate Regia ſimpliciter apponit clauſulam *motus proprij*, vel *ex certa ſcientia*; ego non tantam facultati Regiæ vim tribuerem,quòd ſi Principi ſit ſubreptum, facultas ſit efficax. Nec eſt de mente aut intentione Principis filios ſummo onere grauare,& in legitimis valdè præiudicare. Et licèt *motus proprius* tollat defectum ſubreptionis, non tamen tollit defectum intentionis & mentis. Et licèt
9 non poſſit dici de ſubreptione, poteſt dici † de defectu intentionis, ſecundùm Gloſſam & Doctores *in Clementina,ſi Romanus Pontifex,de præbend.in* 6. Ioannem Andream, & alios, *in dicto cap.ſi motu proprio*. Rota *in nouis, titu.de præbendis, deciſ.6.* Bellamera, *deciſ.475.* Felinus *in cap. cæterùm, de reſcriptis*. De quo plenius agunt Pariſius *in conſ.74.num.23.lib 4. & in conſ.79. num.21.eodem libro*, Ripa *reſponſ.181.num.22.* Abbas *in conſ.101.num.7.lib.1.* Quintilianus Mandoſ. *in regul.22.de vnionibus.q.2.num.2.fol.10.* Tellius *in l.112. Tauri, num.42.* Gomezius *in regula de impetrant. beneficia vinentium.q 1.pag.267.* Vantius *de nullitat.ex defectu iuriſdictionis Ordinar. num.58.pag.375.* Staphileus *de literis gratiæ & iuſtitiæ, pag.164. num.19.* vbi *num.20.* tradit, quòd dictæ clauſulæ non tollunt qualitates extrinſecas.Et iſti Doctores plures citant ad probationem iſtius concluſionis. Notat Carolus Ruinus *in conſ.112.num.25.lib.3.* Meſſia *ſuper l.Toleti, fundamen.2.pag.17.num.20.fol.127.* & Motus proprius non venit contra veritatem, *l.2.§.1.ff. de origin.iur. l.1. §.proinde. ff. de variis & extraordin.cogn.* per quæ iura hoc tradit Pariſius *dicto conſ.74.num.48.* nec importat ſcientiam, vt per eundem Pariſ. *in d.conſ. num.29.* per *l.fideicommiſ.§.ſi ſeruo, ff.de legat.3.* & deciſio Rotæ *in nouiſſ.302.* Et plura notabilia in propoſito ſcribit Rebuffus *in Concordatis, in forma mandati Apoſtolici, pag.615.in verſ.Non tamen ſufficit.* vbi tamen priùs eleganter poſuit quadraginta & ſeprem ſpecialia,quæ habet iſta clauſula *motus proprij*. Et plures Authores de iſtis clauſulis citat Valdes *in addition. ad Suarez, allegat.12. pag.87.*

Et clauſula *motus proprij* non tollit ſubreptionis
10 † vitium, quando igitur de præiudicio Tertij, *cap. ex parte, de offic.delegat.* Notat Innocentius *in cap.ſi tibi abſenti, de præbendis,in* 6. Barthol.Socinus *in conſ.114. num.3.lib.3.* Lambertinus qui plura refert *in tractatu iuriſpatronatus 2.lib.15.art.9. quæſt.principali, num.2. fol.239.* Staphileus *de literis gratiæ, pag.164. num.3.* dicitur tamen conſtare per iſtas clauſulas de voluntate Principis, vt per Alexandrum *in conſ.216.nu.18.lib.2.* Decium *conſ.498.n.24.& 25.* Anton Gam. *deciſ.278. num.17.* Et an clauſula, *ex certa ſcientia*, præſumatur; tradit Dec. *in conſ.516.num.12.& in conſ.534.num.3.* vbi citat Alexandrum *in duobus conſiliis*, Oſaſc. *deciſ. Pedemontan.39. num.16.* contra quos conſuluit idem Alexand. *in conſ.59. num.8. lib.1.* vbi allegat Innocen. & alios *in cap.Porrecta,de confirmatio.vtili, vel inutili.* Et quòd clauſula, *ex certa ſcientia*, nihil operetur in præiudicium alterius, tradunt Aretin. *in conſ.15.n.6.* Curtius Iunior *in conſ.142.num.8.* Gozadin.*d.conſ.9. num.42.* & alij quos citat Menochius *in conſ.250. num.117.lib.3.*qui ex Crauetа *in conſ.241.* idem tradit *in* clauſula, *non obſtantibus*, Molina *lib.2.de primogeniis, cap.7.num.25.fol.270.* qui alia plura in propoſito ſcribit.

Et licèt iura, & Doctores antiqui magnam vim faciant in his clauſulis; hodie tamen communiter appo-

nuntur tam in facultatibus Regiis datis ad faciendum maioratum, quàm in omnibus aliis facultatibus Regalibus, cuiuſcunque generis ſint, vt videri meo, non ſint tanti faciendæ hæ clauſulæ, & potiùs † ex ſtylo Secretariorum Regiæ Maieſtatis, quàm ex intentione Principis ſcribuntur: & ideò non admodum operantur, nec vrgent. Quia clauſulæ, quæ potiùs ex ſtylo Tabellionum, quàm ex partium voluntate ſcribuntur, non habent effectum, ſecundùm Bartol. *in l.1.ff. de iure codicill.* loquendo de clauſula codicillari. Ad cuius doctrinæ comprobationem, plura ſcribunt Epiſcop. Couar. *in 2.part. rubric. de teſtam. num.14.* & idem *reſolutionum lib.2.cap.4 num.6.* Tiraquel. *in l.ſi vnquam, C.de reuocand. donation. in præfatione, num.122. & in tractatu de Conſtit.part.3.limit.31.num.12.pag.179.* De quo vide Corneum *in conſ.225. num.11.lib.3. & in conſ.271.num.15.lib.4.& conſ.150.num.5.lib.1.* Thom. Grammat. *deciſ.62. num.22.* Molina *lib.4.de primogeniis,cap.2.n.43.fol.227.* & trado *infrà,q.67.à num.29.* & tradit Zaſius *in conſ.12. num.65.lib.1.* Et punctum eleganter intelligunt & limitant Decius *in conſ.175.in princip.* Portius *in conſ.95.num.6.* Dominus Anton. de Queſada *in libro diuerſarum quæſtionum, cap.6.num.28.* in Secretariis Regis,vel Papæ. ¶ Et clauſula,*non obſtante aliquo priuilegio*, † de quo neceſſe fuerit fieri ſpecialis mentio, non operatur, quia eſt clauſula apponi conſueta ex ſtylo, vt per Decium *in conſil.165.n.2.* Et ſcribit Gloſ. Pariſienſ. *in cap. quæ in Eccleſiarum, in addition.ad Decium*, in addition.incipient.*Nulla cauſa*, (audacia more ſolito verba:) quòd ſi Princeps nulla cauſa exiſtente diſponit aliquid cum clauſula, *de plenitudine poteſtatis*, & ſimilibus, eſt latro magnus, & præpotens, & tales clauſulæ ſunt ab adulatoribus Monarcharum confictæ, quibus nec populus Romanus, nec Iulius, nec Octauius Romanus vſi fuerunt. Et quòd Princeps vtendo poteſtate abſoluta peccat, ex Andr.de Iſernia *in cap.Corradum, col.8.in fine.* Curtius Senior, *conſ.48.col.vltim.* Et quòd de dictis clauſulis Romani nunquam meminerint, nec in iure ſint expreſſæ, teſtatur Curtius Senior *in conſ.49.num.49.* Et legenda ſunt quæ de iſtis clauſulis ſcribit Matienço *in l.3. tit.10. lib.5.Recopilat. gloſ.12.num.1.cum ſequentibus.fol.287.* Menochius *in tractat. præſumption. lib.2. præſumpt. 9. num.26. pag.119.* Quæ maximè procedunt in his, quæ per Cameram expediuntur, quæ nemini præiudicant,vt doctrina Bartoli *in l.Ambitioſa, col.2. ff. de decret. ab ordin.facien.* & aliis probat Pariſius *in conſ. 112. num.11. lib.4.*

Ex quibus etiam eleganter ſcribit Gloſ. Pariſienſ. *in conſuet.Pariſien. §.10. q.3.num.6.fol.128.* quòd procurator etiam † cum libera, non cenſetur habere mandatum à domino in his, quæ ſunt valdè præiudicialia, propter abuſum Notariorum paſſim inſerentium dictam clauſulam *cum libera*, & ſimiles: cuius vires & effectus non declarant mandantibus, nec ipſi fortè Notarij intelligunt.Vnde,quæ abierunt in formam & conſuetudinem ſcribendi; magis accipiantur pro verbis ſtyli communis, quàm pro verbis diſpoſitionis. Quare ſecundùm eum parum operantur; & ſic dicit quòd ſeruatur in Francia. Et idem teſtatur *in addition.ad Alexandrum in conſ.133.num.4. lib.6.* Et eſt commendandum ad intellectum textûs *in l. procurator cum libera, ff.de procurat.* vbi probatur, quòd procurator habens liberam † adminiſtrationem, poteſt quicquid dominus, & cenſetur habere ſpeciale mandatum ad omnia. Idem conſtat ex *l.nam & nocere, ff.de pact.* cum quibus concordant *l.19.tit.5.part.3. & l.7. tit.14.part.5.* & eſt Gloſſa ſingularis *in l.Procurator totorum, in gloſ. verb. ſpeciali, ff. de procurator.* Quod traditur latiùs per Iaſonem *in l.iusjurandum, quod ex conuentione, §. final. num.4. fol.86.ff.de iureiurand.& in l.1.num.3.ff.de officio Procurat.Cæſar. & in l. in prouinciali, §.ſi ego, n.6. ff.de oper.muntia.* & pleniùs per Tiraquel. *lib.1. de retract. §.1. gloſſ.13.num.32.pag.293.* cui adde egregiam

Abbatis

Abbatis doctrinam *in cap. penult. num.8. fol.186. de religioſ.domib.* Opinionem autem Gloſſæ Pariſienſis *in d.loco* refert Gregorius Lopez *in d.l.19.in gloſ.verb. Quando tales palabras, in fin. & in gloſ.ſequenti*: quod dictum Gloſſæ Pariſienſis ad noſtrum propoſitum, & ad alia plura eſt ſingulare, & illud habui in facto in quodam negotio maximi momenti, quem etiam citat Matienço *in l.8. tit.11. lib.5. Recopi. gloſ.14. num.9. fol.382.*qui tamen dubitat per *d.l.19.* ¶ Quibus etiam congruit quod ſcribit Carolus Ruinus *in conſ.98. in fin.lib.1.& in conſ.60.in fin.lib.3.* poſt Felinum *in cap. ſolitæ.col.vltim.de maioris.& obedien.* qui volunt,quod
15 verba non operantur, † quæ apposita apparent ex ſtylo Notariorum, nimis ampla, continentia præiudicium veriſimiliter non cadentis in mentem diſponentis, & quandam nimiam plenitudinem ipſorum verborum, poſt Bart. *in l.1.q.6. ff.de iure codicillorum.* Et idem Cagnol. *in l.1.num.84. C.de pactis*, & alij, quos citat Simon de Prætis *lib.2. de interpret.defunct volunt. interpret 3. dub.1.2.ſo ut.5.nu.160.* licèt ipſe contrarium teneat: quia tales clauſulæ cenſentur appoſitæ de voluntate teſtatorum,vel contrahentium, vt latiùs ſcribo infrà *hac parte, q 67.* & tradunt Anton. Gabriel. *tit. de conſuetud. concluſ.4.num.1.* Menoch.*de arbitrar.iudic. cen.ur.2.caſ.144.num.11.& conſil.37.num.176.* Zanchus & alij,quos citat Burſatus *in conſil.173. num.79. lib.2.* qui communem dicit: Tiraquel. *lib.1. de retract. §.1. gloſ.18.num.16.* Ripa *in l.ſi vnquam, C.de reuocand.donat.in fine.* Ioan.Franciſcus *in tract.de erroribus pragmat.16.n.11. pag.291.* qui hoc declarat, vt ſcribo infrà *hac parte, quæſt.30.*

Sed pro prima opinione facit conſilium Barbat. 48. *lib.1.* Dec *in conſ.495. num.18.* Beroi. *in conſ.177. num.33.lib.1.* & alij authores, quos citat idem Simon de Prætis *lib.3.dubitat.6.ſolut.5.num.12.fol.373.* vbi ex
16 *deciſione Perufina 19.num.8.& 9.* probat, quòd in † diuiſione inter fratres facta nunquam cenſetur renunciatum fideicommiſſum: quia Notarij ex illorum ſtylo ponunt clauſulas conſuetas,idem Simon de Prætis *lib.2. de interpretan.defunct.volunt. interpreta.1. ſoluitio.10. num.67.fol.10.* tradunt Bart. *in l.ſi de certa, C.de tranſaction.* Gratus *conſ.112. num.19.lib.2.* Seraphinus *de priuilegiis iuramenti, priuilegio 136.num.17.pag.675.* & dicit eadem Gloſſa Pariſienſ.*in d.conſuet. §.11.n.77. fol.294.* quòd clauſula, quòd procurator poſſit facere omnia alia quæ dominus facere poteſt, etiam mandatum ſpeciale requirentia, licèt de vulgari tabellionum
17 ſtylo vbique perfunctoriè inſeratur, nõ tamen vbique operatur: quia ſi inſeratur in mandato ſpeciali, aut particulari, reſtringitur ad ſpecialitatem, vel particularitatem mandati, & ad expreſſa in eo, quod ipſe latiùs exponit: quod dictum confirmatur ex aliquibus quæ ſcribit Alciat.*reſponſ.371.num.3.* & ſcribit eadem Gloſſa *part.1. conſuet. Pariſien. §.18. num.15. fol.177.* quòd ſi debitor deſafinauit à bonis hypothecatis vſque ad valorem & concurrentiam reditus ad commodum creditoris, quem conſenit in poſſeſſionem mitti, & inueſtiri,in vim dictæ clauſulæ non poteſt creditori competere remedium *l. vltim. C. de acquirend. poſſeſſ.* nec agere ſine excuſſione: quod eſt notandum ad ea quæ ſcribit Fanus *in tract. de pignor. part.8. membro 1. num.17. fol.162.* & alij, quos omitto. Et hæc faciunt pro confirmatione illorum quæ ſcribo *in 30. q. infrà codem. in verſic. Tertiò contra Peraltam facit, num.27.* Sed & Federicus de Senis *in conſ.233. Caſus talis eſt, monaſterij cui eſdam ordinis*, dicit, quòd ſi ſit conceſſum priuilegium derogando literis Apoſtolicis, niſi de
18 tali priuilegio & loco † ſpecialis mentio fiat,ſecundùm formam priuilegij, nunquam habebit locum priuilegium. Nec ſufficit quòd dicatur,quòd derogatur priuilegio, ſed de ipſo debet fieri mentio de verbo ad verbum: quia ſemper illæ clauſulæ generales cum dicta forma verborum, de ſtylo curiæ apponuntur, & ideò non habent effectum. Et idem tenet Cardinalis *in conſ.111.Habet Ordo S.Clarę.tit.de priuileg.* & alij plures, vt per Decium *in conſ.165. num.2.* vbi hanc dicit eſſe communem. Et ad hæc faciunt alia quæ ſcribo *in q.30. infra eodem, num.7.* cum aliis, ſic Burgos de Paz *in conſ.28.num.18.*ex Curtio ſeniori *in conſ.66. & aliis* 19
ſcribit, quod ſi minor † iurauerit non venire contra contractum,& renuntiauerit læſioni enormiſſimæ,nihilominus agere poteſt; quia iſta clauſula conſueuit apponi ex Tabellionum ſtylo & vſu, Molin.*lib.4 de primogen.cap.2.num.43. fol.127.* Ex hoc diſputat,an clauſula de non reuocando faciat maioratum irreuocabilem, cum potiùs ex Tabellionum ſtylo quàm ex voluntate partium apponatur? Pro quo faeit ſententia Bart. *in l.ſi de certa, C.de tranſaction.* Abbat. *in cap. cum contingat, verſ Nonus caſus: de iureiurand.* Grati. *in conſ.112. num.19. lib.2.* quos citat Seraphinus *in tract. de priuilegiis iuramenti, priuileg.22. num.207. pag.135.* De quo legenda ſunt quæ ſcribo *infrà q.30.*
20 ¶ Et clauſula motus proprij † non extenditur ad incognita, & de quibus Princeps non eſt bene informatus, Baldus *in l.vlt. C.de crim.ſacril.* Felin. *in cap. cauſam quæ.in 2.num.7.de reſcriptis.* Quintil.Mandoſ. *in tract. de minor.q.26.num.5.fol.25.* ¶ Et quòd veritas vincat † 21
ſtylum Principis,tradit eleganter Matthæus ab Afflictis *deciſ.253.n.6.*qui hoc per plura probat,quod eſt notandum pro intellectu *l.10.tit.7.lib.4 Recopil.*quæ decidit, quòd in Hiſpania eſt iudicandum inſpecta veritate.

Ex quibus in noſtro propoſito infertur,quòd † clau- 22
ſulæ *motus proprij*, & *certa ſcientia*, ſi fuerint appoſitæ in facultate Regia,data ad faciendum maioratum,ſubreptum tamen fuit Principi, non purgabitur per eas clauſulas vitium ſubreptionis. Quod coadiuuatur ex ſententia Baldi *in l.fin.col.pen.num.7.C.ſent.reſcind.non poſſ.*vbi dicit,quòd clauſula *ex certa ſcientia*, non operatur in his, in quibus Princeps præſumitur ignorantiam habere: & idem tenet Abbas *in cap.Paſtoralis*, §. *Præterea, in gloſ. in verb.certa ſcientia, de offic.Delegat.* & Alexan.*in conſ.53.Viſo proceſſu.lib.5.* Ial.*in conſ.119. lib.4.ad finem,*& alij,quos refert Dec.*in l.in totum omnia,76.n.7. ff.de regul.iur.* Anton.Gabriel.*lib.6.communium opinionum,tit.de clauſulis,concluſ.1.n.47.pag.395.* Otalor.*in tract.de nobilit. part.4. cap.9.n.11. pag.335.* quia alia ad propoſitum ſcribit Ripa *reſponſ.174.n.11.* Aymon.*conſ.98.num.10.& 296.num.3.*vbi tradit,quòd tales clauſulæ reſtringuntur ad ſpecificata, nec tollunt vitium ſubreptionis, † & habent effectum quando pro- 23
ceſſum eſt cum cauſæ cognitione, aliàs ſecùs, ſecundùm Innocen.*in cap.1.de tranſaction.*& alios quos citat Barthol.Socinus *conſ.164.n.7.lib.2.* Et quòd non probetur ſcientia, quando dicit ſe bene informatum, quando aliquid facit ad poſtulationem alterius,tradunt Calcan. *in conſ.70.*Seraphin.*de priuil.2uram priuileg.5.num.32.* vbi etiam tradit, quòd per talem clauſulam *ex certa ſcientia*, non probatur ſcientia eorum, quæ conſiſtunt in facto,ex Carolo Ruino *in conſ.157.n.9.lib.1.* faciunt ſcripta per Cagnolum *in l.quatenus,24.num.7.pag.84. ff.de regul.iur.* Et quòd tales clauſulæ † non tollant vi- 24
tium ſubreptionis, tradunt Ial. *in l.2. num.2. C. vt lite pendeu.* Aymo.*conſ.51.in fine lib.2.* Et clauſula *ex certa ſcientia*, non purgat falſitatem narratorum, vt reſoluit idem Decius *in conſ.1.num.7.& in cap.venerabilis, n.1. de confirmat. vtil.vel inutil.* ¶ Et eſt concluſio indubi-
tabilis, quòd vbicumque gratia eſt † ſubreptitia, omnes 25
clauſulæ gratiæ ſunt ſubreptitiæ,vt per Decium *in conſil.142 n.9.* Pariſium *in conſ.1.num.23.lib.1.& in conſil.79.num.25.lib.4.* Aymonem *in conſil.68.* cum *concordantibus*, vt per Tiraquellum *in tract. de Conſtitut. part.3.limitat.7.num.27.* Lancellot. *in tract.de Attent. part.3.cap.31.n.265.pag.546.* Et licèt aliquando clauſula,*motus proprij*, excludat ſubreptionem, non tamen ampliat gratiam,vel vim verborum, ſecundùm Gloſſam *in Clement. literas, in princip. de præbend.* Franc.*in cap. quamvis,num.5.de reſcriptis, folio 11.*

Et dicitur Princeps † concedere motu proprio, 26

etiamsi fuerit concessum ad partis petitionem, quando non fuit motus sola petitione, sed sua libertate, vt per Baldum *in cap. nisi, col. 2. de offic. Delegat.* Decium *in cons. 51. col. 2.* Rebuffum *in praxi beneficia. tit. de clausul. manda. num. 21. pag. 103.* & alios; vt per Menochium *de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 3. casu 202. num. 2.*
27 *pag. 402.* ¶ Et quòd licèt opponatur in Bulla, † quòd non possit allegari de subreptione, aut obreptione, possit nihilominus allegari de subreptione, aut obreptione, probat Iacobus Puteus *decis. 203. part. 2.* ex doctrina Abbatis *in cap. 1. col. 2. de confirmation. util. vel inutil.* & textus *in l. si patronum, ff. de bonis libert.* Menoch. *cons. 294. num. 26. lib. 3.* Pro quibus faciunt scripta per Asinium *in praxi, de ordine iudiciorum, cap. 29.* Beroius *in cap. cùm quis, num. 31. de restitut. spoliatorum*, Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 2. præsumption. 48. num. 16. pag. 163.* licèt in contrarium sit *decisio* Iacobi Putei, 377. *part. 3.* vbi etiam tractat quando Bulla excludit, quòd non possit allegari defectus intentionis ¶ Et quando rescriptum Principis concessum
28 præsumatur ad postulationem partis, † vel motu proprio, vltra ea, quæ notantur in locis ordinariis, & Anton. Gabriel *lib. 6. commun. opinionum, conclus. 2.* scribit plura, resoluendo materiam, Menoch. *lib. 2. præsumpt. 13.*
29 *num. 1. cum seqq.* ¶ Et quod concessio facta † per importunitatem non valeat, probatur *in l. 1. C. de petitione bonorum, lib. 10.* cum *concordantibus*, vt per Rebuffum *tom. 2. ad constitutiones, art. 2. glos. 3. n. 1. pag. 45.*

QVÆSTIO VI.

Filij intra quod tempus possunt allegare vitium subreptionis aduersus licentiam datam ad faciendum maioratum.

SVMMARIVM.

1 *Omnibus iuribus per triginta annos, an præscribatur.*
2 *Actio ad petendum à primogenito legitimam, quot annos duret.*
3 *Intra quod tempus filij, vel successores, possint allegare meliorationem factam fuisse contra l. 27. Tauri.*
4 *Viuente patre, præmatura est spes legitimæ.*
5 *Impeditis ad agendum præscriptio non currit.*
6 *Filius maior effectus, an post quinquennium primogenituræ possit contradicere.*
7 *Subreptio an causet iustum titulum ad præscribendum.*
8 *Contractus reprobatus non tribuit iustam causam præscribendi.*
9 *Exceptio an censeatur sublata per rescriptum Principis omnes exceptiones tollens.*
10 *Concessio primogenituræ per subreptionem obtenta an valeat.*
11 *Index secularis per Ecclesiasticum requisitus, an de subreptione possit cognoscere.*
12 *Subreptio an vitiet dispensationem ipso iure, remissiuè.*
13 *Prima dispensatio, aut facultas inualida an possit ratificari in præiudicium Tertij.*
14 *Filij intra quantum tempus possint agere de inofficiosa donatione, vel testamento.*
15 *Gratia in dubio an debeat iudicari subreptitia.*
16 *Facultas ad instituendum maioratum, an sustineatur ex aliqua causa vera.*
17 *Subreptio in vna parte quando vitiet in aliis.*

SExtò quæro, intra quantum tempus filij possint allegare subreptionem contra facultatem Regiam concessam ad faciendum maioratum, & contra eam reclamare? In quo puncto non potest dari regula certa: quia si filij sint maiores viginti quinque annorum, excludentur certo tempore; si minores, non ita leuiter excludi possunt: & in vtroque casu seruare debemus iura, quæ de vsucapionibus loquuntur tam Canonica, quàm Ciuilia, & regia; illud animaduertentes, quòd omni † ferè iure præscribitur annis triginta, *l. sicut. l. final. C. de præscript. 30. annorum*, & omnis actio hoc tempore tollitur, præcipuè ius adeundi, & immiscendi, & iuri dicendi nullum contractum, arbitrium, sententiam, decretum, & bannum. Item officium iudicis petendi legatum, aut fideicommissum, & ius repræsalliarum, præstandi cautionem, collectandi, eligendi, proponendi, errorem calculi, & dicendi contractum simulatum, atque factum patris reuerentiâ, provt hæc omnia cumulat Tiraq. *lib. 1. de retract. §. 36. glos. 2. n. 36. cum p uribus seqq.* De quo puncto etiam in alia quæstione ad aliud propositum infra tractabitur. Et ius agendi ad supplementum legitimè tollitur per triginta annos; secundùm Baldum *in l. si quis filium, C. de inoffic. testam.* Et est communis opinio secundùm Suarez *in l. quoniam in prioribus, ampliat. 10 n. 7. pag. 55. C. de inoffic. testam.* In aliis autem casibus, quando, & intra quantum tempus de vitio subreptionis agi possit, traditur per Innocentium. Anton. & Abb. *num. 10.* Felin. *num. 21.* Decium *num. 5 in cap. constitutus, de rescriptis*, vbi etiam Ioan. de Imol. Abb. *in cap. ex parte, col. fin. de foro competen.* Ioan. Andr. & Dominic. *in cap. 1. de litis contesta. in 6.* & Petr. Rebuf. *in tom. 2. ad constitutiones Regias, in titul. de rescrip. is in præfatione, pag. 29. num. 138.* Paris. *cons. 3. num. 69. lib. 4.*

Et quòd actio ad petendum à primogenito legitimam † duret triginta annos, ex pluribus resoluit Menoch. *in cons. 411. num. 36. cum seqq. lib. 5.* præcipuè ex sententia Baldi, Angeli, Saliceti, Floriani, Alexandri *in d. l. si quis filium, C. de inofficioso testamento*, cum *concordantibus*, vt per Tiraquellum *in l. si vnquam, C. de reuocand. donation. in verbo*, reuertatur, *num. 396.* Decianum *in cons. 6. num. 46. lib. 1.* Et ex istis potest diffiniri grandis quotidiana, & necessaria quæstio, intra quantùm tempus filij, vel successores possint allegare, quòd melioratio fuit facta contra *legem 27. Taurinam.* Et diffiniri etiam possit alia quæstio, an ad præscribendum in casu *Pragmaticæ dotium*, hodie *l. 1. tit. 2. lib. 5. Recopilat.* quot anni requirantur, quod tractat & disputat *l. unica, in tractat. dictæ Pragmaticæ, cap. 34. n. 12. fol. 161.* In qua materia animaduertendum est, quod non currit tempus, si non se obtulit † occasio hoc petendi, iuxta 3
Glos. *in cap. Abbate*, vbi omnes Doctores *de verborum significat.* cum similibus, vt per Decium *in cap. cum accessisset, num. 17. de constitution.* & per alios plures quos omitto. Et quid sit obrepere Principi, vltra quotas ordinarias, legendus est textus *in l. si quis obrepserit, ff. de falsis*, & quæ scribit Petrus de Ferrar. *in forma libelli, oppositio contra instrumentum, in parte, per obreptionem, n. 1. & 2. pag. 176.* Valdes *in additionib. ad Suar. allegat. 12. n. 31. pag. 87.* qui eum refert & alia plura.

Et est notandum, quòd filiis in vita parentum, videtur quòd non currat tempus ad agendum de subreptione contra facultatem Regiam: quia parente viuente, † præmatura est spes legitimæ, *l. 1. §. si impuberi, ff. de* 4
collat. bonor. l. post emancipationem, §. 2. vbi Bart. *ff. de liber. agnos.* cum *concordantibus*, quæ refero *in 3. huius operis part. q. 17. à n. 20.* Cùm igitur filij interim sint impediti ad agendum, † eis præscriptio non currit, *l. 1.* 5
C. de annal. except. l in rebus, C. de iure dotium, cum *similibus*. Filios autem in vita parentum posse contradicere licentiam datam ad faciendum maioratum, probo *in 3. part. par. tract. q. 17. à num. 3.* Et pro istis faciunt quæ scribit Baëza *in lectura Pragmat. dot.* quæ est hodie *l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordin. cap. 34. n. 11. fol 161.* ¶ Et quòd filius factus maior, † si intra quinquennium non contradixit 6
primogenituræ, non possit postea contradicere, volunt Aymo. 624. *in fine*, Menochius qui confirmat *in consil. 401. num. 44. lib. 5.* De quo legenda sunt quæ scribit idem Menochius latissimè circa intellectum textus *in l. vltima, C. si maior factus, de recuperanda possessione, remed. 15. num. 173. cum sequentibus, pag. 492.* ¶ Et
7 quod subreptio non causet † iustum titulum ad præscribendum, tradit Bald. *cons. 300. ad euidentiam, in fin. lib. 5.* Aymo. *cons. 68. num. 13.* Pro quibus est textus notabilis, quem illi non referunt, *in l. ex initio, C. de falsis.* per quem Doctores volunt, quòd ex priuilegio falso non oritur vsucapiendi conditio. Et regula iuris, quòd
8 † contractus reprobatus non tribuit iustam causam præscribendi, *l. vltima, §. sin autem, C. commun. de legat. l. quemadmodum, C. de agricol. & censit. lib. 11. cap. dudum, 1. de decim.* Archidiacon. *in cap. cognouimus, 11. q. 3.* cum *concordantibus*, vt per Alexand. *cons. 548. lib. 6.* Tiraquel. *lib. 2 de retract. §. 1. glos. 2. num. 33. pag. 819.* Balbum *in tract. de præscription. part. 2. 3. part. quæst. 11. num. 3. cum seqq.* & in *l. Celsus, ff. de vsucapionib. in princip. num. 19. pag. 647.* Rebuf. *in cap. cum Ecclesia Sutrina, num 98. fol. 390. de caus. possess. & proprier.* Menoch. *consil. 260. num. 46. lib. 3.* Pinel. *in l. 2. C. de rescinden. vendit. part. 2. cap. vltimo, num. 34. fol. 110.* Menoch. *in tract. de præsumptionibus, lib. 3. præsumpt. 130. num. 33. pag. 447.* quod est notandum ad eos, qui volunt se defendere ad præscribendum bona maioratus, cum titulis & priuilegiis subreptitiis, quod plerumque contingit. ¶ Et quòd licèt per rescriptum Principis tollantur omnes exceptiones subreptionis, exceptio † non censeatur
9 sublata, tradit singulariter Paulus de Aret. *in cap. ex parte 2. de offic. Delegat.* quod dictum pro singulari refert Cœpol. *cons. 64. col. 7. versic. Plus etiam dico.* Et tradit Menochius *lib. 2. præsumptione 48. num. 16 pag. 162.*
10 ¶ Et quod concessio † primogenituræ obtenta per subreptionem sit nulla, tradit in specie Roland. *in cons. 10. num. 9. lib. 3.* vbi quod ipso iure vitiatur. Et plura de subreptione singulariter scribuntur *in decis. Pedemontan. 142. num. 7. cum seqq.*

Et in hac materia subreptionum, addo vnum memo-
11 rabile, quòd Iudex secularis † potest cognoscere de subreptione, vbicumque per Iudicem Ecclesiasticum fuit requisitus, & obedire non tenetur, vt notanter resoluit Matthæus ab Afflictis *decis. 220. n. 9.* Et an subreptio
12 vitiet † dispensationem ipso iure, vel ope exceptionis? lege Abbatem *in cap. quia circa, num. 5. de consanguin. & affinit. & in cap Dudum, sel secundo, num. 13. de electione.* Ias. *in l. præscriptione, num. 3. C. si contra ius, vel utilitatem publicam*; & alios, quos citat Tiraquel. *in tractatu de pœnis temperand. causa 44. num. 38.* Ioan. Gratian. Falcon. *regul. 444. subreptio: num. 4.*

Quod conuenit scire ad eos, qui impetrant facultates ad alienandum, vel hypothecandum bona maioratus, vel ad faciendum maioratus, qui ob aliquam causam obreptionis, vel subreptionis, sunt inualidi, & antea quam confirmentur, vel ratificentur tales facultates, faciunt aliquem contractum, vel aliam dispositionem: nam si prima dispensatio † aut facultas fuit
13 inualida, non potest ratificari, aut confirmari in præiudicium Tertij, cui ius quæsitum fuit; nec assensus Regius potest Tertio præiudicare, secundùm Matthæum de Afflictis *decis. 286.* Iacob. *num. 4.* Pro quo faciunt scripta per Paulum de Castro *in cons. 195. Visis, lib. 2.* quem commendat Dec. *in l. contractus, n. 16. ff. de regul. iur.* & tradunt Tiraquel. *in tract. de constitution. part. 3. limitat. 30. in principio*, decis. Pedemontan. *166 n. 11.* Bursat. *cons. 40. num. 13. lib. 1.* Et legenda sunt quæ scribo *in 4. part. quæst. 2. à principio, quæstion.* Et intra quantum tempus filij possint agere de inofficiosa donatione, vel testamento, & quòd possit agi intra tri-
14 ginta † annos, constat ex doctrina Ioan. Lopij *in cap. per vestras de donation. inter vir. & vxor. §. 22. num. 6.* quod latiùs disputat Baëza *de non meliorandis filiabus, cap. 34. num. 11. & 12. fol. 161.*

Animaduerto tamen, quòd hodie *per l. 6. titul. 15. lib. 4. Recopil.* actio ista durat viginti annos, quia est actio personalis; vt docet post antiquos Menoch. *in*

d. cons. 411. num. 30. lib. 5. quod scripsit *in quadam causa primogeni. ura Marchionis de Estepa*; vbi concludit, quòd ius petendi supplementum legitimæ est actio personalis, & durat per annos triginta; licet dum concludit quòd in istis casibus competit etiam petitio hæreditatis, quæ est actio realis, videtur quod istud ius durat annos triginta, secundùm *eandem leg. 6.* Et ex prædictis, quæ habentur *num. 3.* infertur intellectus ad id, quod disputat Molin. *lib. 4. de primogen. cap. 3. fol. 151.* Et quòd gratia & facultas in dubio † non debeat iudi- 15
cari subreptitia, tradit Hieron. Gabriel. *in cons. 191. num. 13.* ex Cassador. *decis. 12. de prabend. n. 4.* Calderin. *in cons. 1. de rerum permutat. eod.* Gabriel. *in cons. 200. num. 14.* Menoch. *in cons. 316. n. 14. lib. 4.*

Et quòd facultas Regia data ad faciendum maioratum, vel ad vendendum, aut hypothecandum bona maioratus, sustineatur † ex aliqua causa, quæ sit vera, 16
voluerunt Anton. de But. *in cap. exhibita, in fin. de iudiciis*, Bellamer. *decis. 280.* Felin. *in cap. 2. num. 34. de iudiciis*, & alij, quos citat Menoch. *in cons. 385. n. 8. lib. 4.* Et tradit latiùs Mascard. *in tractatu de probationibus, lib. 1. conclus. 325. num. 1. cum sequentibus, fol. 195.* Et faciunt quæ scribo *infrà, quæst. 8. à num. 9.* & tradit Thom. Grammatic. *decis. 59. num. 54.* vbi ponit doctrinam, quòd concessio ex vno capite vera, non vitiatur ex alio capite subreptitia, *ex cap. si eo tempore, de rescriptis*; & aliis, quæ citat. Et Ossasc. *dict. decis. Pedemont. 142. num. 29.* & addenda sunt quæ scribo infrà *quæst. 9.* ¶ Et quòd subreptio in vna parte vitiet in aliis, 17
† si capitula principali negotio connexa sint, non aliàs tradunt Abbas *num. 411.* Felin. *num. 2. in cap. sedes, de rescriptis*, Andr. Gail. *observationum lib. 1. observat. 14. num. 5. pag. 12. & 19.* quomodo allegatio subreptionis opponi possit in vim dilatoriæ, aut peremptoriæ, & intra quod tempus, resoluit Rebuf. *tom. 2. ad constitutiones Regias, tit. de rescriptis in præfationibus, num. 138. pag. 29.* qui priùs, *num. 109.* cum *sequentibus*, examinat quando subreptio in parte vitiet in totum? & legendus est *num. 176. pag. 37.* vbi resoluit, an possit quis pro parte approbare, & pro parte reprobare?

QVÆSTIO VII.

Vtrùm valeat licentia data ad faciendum maioratum, non expresso quòd alia priùs fuit concessa, & quando sit ipso iure nulla, vel per sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Vnicum filium habens, an debeat Principi exponere priorem licentiam ad maioratus institutionem in secunda facultate.*
2 *Quid cùm alios filios habet.*
3 *Princeps non videtur Tertio præiudicare.*
4 *An valeat secunda gratia, vbi de prima non fit mentio, & num. 7.*
5 *An valeat secunda pensio, vbi prima non exprimitur.*
6 *Impetrans à Rege priuilegium ad maioratus institutionem, prioris mentionem facere debet.*
8 *Delicta priora aggrauant posteriora.*
9 *Priuilegia per subreptionem concessa, nulla sunt.*
10 *Facultas ad maioratus confectionem sine expressione meliorationis Tertij & Quinti prius facta, an valeat.*
11 *Vitium subreptionis an ignorantia impetrantium purgetur.*
12 *Vera relatio quæ dicatur.*
13 *Clausula, Non obstantibus, an Tertio paret præiudicium sine speciali mentione.*

14 *Causa specialis debet specialiter exprimi.*
15 *Vbi requiritur specialis mentio, non sufficit generalis.*
16 *Facultas ad alienandum bona subiecta fideicommisso an sit subreptitia, si de prohibitionis alienatione non fiat mentio.*
17 *Quid de licentia ad alienandum bona feudalia.*
18 *Confirmatio priuilegij subreptitij non valet sine subreptionis expressione.*
19 *Obreptio an præsumatur, cùm de rebus alienis confirmatio fit.*
20 *Omissio relationis an vitiet, si quamvis exprimeretur, nihilominus Princeps concederet.*
21 *Clausula in fine facultatis posita, an referatur ad omnia.*

SEptimò quærò, an valeat licentia secunda à Principe concessa ad faciendum maioratum, non facta mentione alterius licentiæ prius concessæ? quia plerique faciunt duos & tres maioratus. In qua quæstione ego existimo sic esse distinguendum: nam si quis † non habet, nisi vnicum filium, in cuius fauore vinculauit, Regia facultate aliquam rem, & postea vult aliam vinculare; vel si filios non habens, impetrat facultatem Regiam ad faciendum maioratum in aliquem consanguineum, provt multoties contingit? Nam in his duobus casibus, cum nulli fiat præiudicium ex talibus facultatibus, existimo quòd qui secundam licentiam vult impetrare, non habet necesse exponere Principi aliam sibi concessam fuisse; argumento notatorum *in l. nam ita diuus, ff. de adoption.* & latissimè per omnes, *in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum.* & quod notat Baldus *in l. 1. col. penult. C. de inoffic. donation.* Quod confirmatur, quia regulariter literæ gratiosæ valent, quarùvis de primis non sit facta mentio, secundùm Abbatem *in cap. in nostrâ, col. vltim. in vers. Credo*, vbi Felinus *col. 2. de rescript.* quos citat Cassadorus *decis. 4. tit. de pensionibus, num. 3. pag. mihi 280.* Si verò ille qui impetrat huiusmodi secundam, vel tertiam licentiam † alios filios habet, æquum est, quod cum agatur de præiudicio filiorum, Principi notum fiat, qualiter petenti secundam licentiam, alia concessa fuit. Verisimile etenim est, quòd si Princeps sciret de prima facultate, quam dedit, quòd secundam non daret; aut si concederet, non ita faciliter; argumento textus *in l. etsi legibus, C. si contra ius, vel vtilit. public. cap. si proponente, de rescriptis*, tradit Dec. *in cons. 543. in replicatione, num. 6.* Et † Princeps non videtur Tertio præiudicare, *cap. super eo, de offic. Delegat. cap. ex tuarum, de autho. & vsu pal. l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco pub.* & dixi latius *in q. 3. à num. 7.* Et in secunda dispensatione debet fieri mentio primæ ad hoc, vt non sit subreptitia, *cap. 2. de filiis presbyterorum, lib. 6. Clemen. 1. §. 1. de electione*, facit *l. 2. tit. 11. lib. 1. Ordina. & l. 2. tit. 18. part. 3. cap. caterum*, vbi latè DD. *de rescriptis.* Notant Guil. de Cun. Bald. & alij, *in l. 4. C. de Episcop. audien.* tradit & declarat Nauar. *in extranaganti Gregorij XIII. nu. 45. fo. 30.* & quæ scribit Gomez Arias *in l. 1. tit. de consanguinitate, lib. 4. num. 2. pag. 408.* & conducunt, quæ scribit Caldas Pereira *in l. si curatorem habens. C. de in integrum restitutione minorum, in verb. vel aduersarij dolo, num. 51. pag. 1274.* Tiberius Decianus *in practic. crimin. tom. 1. lib. 3. cap. 35. num. 48. folio 140. & in num. precedent. & sequentibus.*

Et non valet secunda gratia, vbi de prima non est 4 facta mentio: † quia si Principi esset mentio facta, fortè diceret, quòd sufficeret prima gratia, secundùm Ioannem Andream, & omnes *in cap. veniens, de præscript.* eundem Ioan. Andream *in addition. ad Speculat. in tit. de testamentis, in 1. additione*; & *in rubric. de Clericis non residentibus*, quos sequitur Barthol. Socinus *in cons. 260. In causa Nanutensis, lib. 2. num. 2.* cui adde eundem Socinum *in cons. 246. Eleganter & subtiliter, n. 4. eodem libro*, & Dec. *in cons. 695. n. 32. & in cons. 141. n. 21.* Felin. *in d. cap. in nostra, n. 15. corolla. 8. de rescript.* omnium latissimè Paris. *in cons. 74. num. 1. cum sequentibus, lib. 4.* & rectè Dec. quem vide *in cons. 147. num. 2.* eleganter Oldrad. *cons. 71. n. 5. cum aliis*, Petr. Rebuffus *tom. 2. ad constitutiones Regias, tit. de rescriptis, in præfatione, pag. 18. n. 87.* eleganter Iacob. Puteus, *decis. 246. per totam, lib. 1.* Peregr. *in tract. de iure fisci, lib. 1. n. 21. pag. 38.* Tellus *in l. 2. Tauri n. 42.* vbi Matienço *num. 14.* hodie *l. 10. tit. 5. lib. 4.* Quintilian. Mandos. *de signatura gratiæ, in vers. Absolutiones & rehabilitationes ab homicidio, fol. 95. col. 1.* & conducunt, quæ scribit Molin. *lib. 2. de primogen. cap. 4 num. 50. fol. 232.* vbi istam opinionem in terminis probat. Et quod † pensio non valeat, non facta mentione de alia quæ prius fuit constituta, tradit Cassador. *decis. 8. tit. de pensionibus, num. 1.* Ad quæ est addenda doctrina Abbat. *in cap. ex tenore, de rescriptis*, vbi distinguit, an literæ secundæ sint nullæ ipso iure, vel per sententiam, quem citat Tiraquel. *in l. si vnquam, C. de reuocand. donation. in verb. reuertatur, num. 451. pag. 543.*

Nec ad adiuuandam facultatem, quæ concessa fuit, non facta expressione, & relatione alterius, quæ prius concessa fuerat, prodest clausula *motus proprij*, aut *ex certa scientia:* quia in Principe deficit intentio, vt probant Doctores, quos citat Tellus *in d. l. 12. Tauri n. 42.* & ad propositum alia scribit Menochius *de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 3. casu 203. n. 28. pag. 410.* qui refert Carolum Ruinum *cons. 27. n. 4. lib. 1.* dicentem, quòd qui impetrat à Rege † priuilegium faciendi maioratum, narrare debet, quod eidem aliud concessum fuit. Et hoc confirmatur ex doctrina Oldrad. *cons. 22.* vbi dicit, quòd si fuerit impetratum priuilegium pedagij in aliquo loco, qui erat oneratus aliis pluribus pedagiis, non facta mentione in secundo priuilegio de pedagiis antea concessis, rescriptum est subreptitium, refert & confirmat Nicolaus Boerius *decis. 162. n. 2.* vbi disputat, an valeat constitutio secundæ pensionis, non facta mentione de prima pensione? & tradit latissimè Ioan. Lopius *in cap. per vestras, de donation. inter vir. & vxor. notabil. 4. n. 10. cum seqq. pag. 508.* vbi plura ad propositum scribit. ¶ Et generaliter gratia † secunda dicitur subreptitia, non facta mentione de priori gratia, vt ex Innocen. *in cap. veniens, de præscript.* & aliis probat Carolus Ruinus *in cons. 28. num. 4. lib. 1. In quadam causa Hispaniæ inter Ducem de Medina, & Marchionem de Taripha.* Et facit ad hæc *l. 2. tit. 25. lib. 8. Recopil.* De qua per Domin. Anton. de Padilla *in l. transigere, num. 58. pag. 112. C. de transactionibus*; & quòd si dispensatio circa diuersa, licèt vna de alia non faciat mentionem, non vitiatur, tradit Nauar. *cons. 12. tit. de priuilegiis, pagina 561.* Et delicta † priora aggrauant posteriora, etiam si ex illis fuerit sequuta absolutio, secundùm Aretin. *in cons. 165.* Dec. *in l. bona fides, num. 9. ff. de regul. iur.* & alios, vt per Seraphinum *de priuileg. iuramenti, priuil. 48. n. 26. pag. 261.*

Et an facultas Regalis impetrata ad faciendum maioratum, sit nulla ipso iure, non facta mentione quòd altera facultas fuit impetrata? quia effectus est maximus, vide Abbatem *in cap. ex tenore, de rescript.* Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuocand. donationib. in verb. reuertatur: Nonagesimo quinto speciali, n. 452. pag. 552.* Et in hoc est animaduertendum, quòd sicut literæ impetratæ ad beneficium propter subreptionem sunt nullæ, *Clement. 1. de præbendis*, cum *concordantibus.* Et quantumcunque subreptio sit minima, gratia in beneficiis sit nulla, *cap. si proponente, de rescriptis*, tradit Iacob. Puteus *decis. 131. n. 2. lib. 1. & decis. 225. lib. 1.* Ita sunt † nulla priuilegia, quæ à Principe conceduntur, *l. 1. ff. de natal. restitut.* Et est sententia Abbatis *in cap. ad Audientiam, in 2. col. vltim. de rescriptis*, cum *concordantibus*, vt per Barthol. Socinum *cons. 164. lib. 2.* Dec. *cons. 373. n. 13.* & hic adde doctrinam Oldrad. *in consil. 215. Puncta brevia*, quam refero *in quæst. 2. suprà, in vers. Porrò quæritur.*

queritur, num. 162. Concilium Tridentinum *Sess. 13. cap. 2. pag. 118. & Sess. 22. cap. 5. pag. 228.*

Et ex omnibus infertur alia conclusio singularis in
10 practica, quòd quis faciat † meliorationem Tertij, & remanentis à Quinto, in fauorem vnius filij, & postea impetret facultatem ad faciendum maioratum, non facta mentione, quod prius fecerat meliorationem, erit talis facultas subreptitia: quia verisimile est, quòd si Princeps sciuisset meliorationem, non vellet quòd filij multum & nimis in legitimis grauarentur. ¶ Et quando secunda gratia dicatur facere mentionem de prima, traditur per Ancharranum *in cap. duobus, de rescriptis, lib. 6.* Subreptiones autem adeò vitiant priuilegia ista,
11 & alia similia, quòd ignorantia impetrantium † non purgantur subreptiones, vt animaduertit Dec. *in cap. constitutis, notab. 2. de rescript.* quod latius digeritur per eundem Dec. *in cap. super literis, eodem titul.* tradunt Aymo. Crauet. *consil. 68.* Rebuf. *in praxi beneficiali, tit. de differentiis inter rescript. num. 7. pag. 107.*

12 Et dicitur fieri vera relatio, quando omnia † in specie clarè & apertè narrantur, & cum suis qualitatibus; aliàs subreptio committitur, vt probant Dec. *cons. 695. num. 29.* Socin. Iun. *consil. 77. n. 84. lib. 1.* Natta *cons. 639. num. 192. lib. 3.* post alios quos citant. Hinc dicitur commissa subreptio, cum omnia confusè narrantur, secundùm Carolum Ruinum *consil. 56. num. 28. lib. 3.* Brunum *consil. 15. num. 14.* Aymonem *consil. 68. n. 3.* Menoch. *cons. 1. num. 400.* Thom. Grammatic. *consil. 34. num. 9. part. 1.* Decis. Pedemontan. *142. num. 10.* facit quod scribit Gomez. *in regul. de non tollendo iur. quæst. quæst. 5. pag. 44. & reg. cap. si propter, de rescript. in 6.* vbi quod clausula, *Non obstantibus*, etiam si sit sub quibuscumque verbis concepta, non sufficit, nisi sit
13 facta † indiuidua & specialis mentio, vbi agitur de præiudicio Tertij; notat Alexander *in consil. 37. n. 2. libro 1. & consil. 155. num. 3. lib. 6.* post Petrum Cinum, Iacob. de Rauen. *in l. vltim. C. si contra ius, vel vtilitat. public.* Bartholom. Socin. *consil. 3. num. 10. lib. 3.* Felin. *in cap. nonnulli, num. 6. in fin. de rescriptis.* Grammatic. *decis. 59. num. 58. & decis. 66. num. 19.* Menoch. *de arbitrar. iudic. casu 203. num. 3. cum sequentibus.* Et faciunt plura, quæ scribo *suprà, in quæst. 3.* hinc dicit Glos. *in extranaganti Ioannis XXII. incipienti*, Sedes Apostolica, *in verb. mutare*; quòd per constitutionem Principis quantumcunque publicam, aut solemniter editam, licèt contineat omnes *non obstantias* de mundo, non tollantur specialia priuilegia, statuta, vel consuetudines, sed illas non obstantias tendere solum ad tollendum subreptionem, non autem ad alia iura specialiter pertinentia, nisi nominatim, specialiter, & expressè, talia per ipsum tollantur; notant Felin. *in tract. quan. litera noceant patro. ampliat. 7.* Cæsar. Lambertin. *de iure Patronat. lib. 2. part. 3. art. 10. 9. quæst. principali, num. 2. fol. 241.* ¶ Et si aliqua causa † specialis est, debet specialiter exprimi, secundùm Bart. *in l. 2. num. 1. ff. si quis in ius vocat. & in l. Lucius, ff. de his qui notantur infam.* Abbat. *in cap. sicut, num. 11. de re iud.* Alexand. Felin. & Dec. quos citat Pinellus *in l. 2. C. de rescind. vendition. part. 3. cap. 3. num. 20. fol. 141.* facit textus *in cap. in nostra*, vbi Doctores *de rescript.* Glos. *in Clemen. dudum, in verb. pacta, de sepult.* & alia concord. quæ scribit Rebuf. *in praxi beneficial. tit. forma Vicariatus, num. 54. cum seqq. pag. 64.* & priùs *num. 31.*
15 *& 43.* ¶ Et vbicumque requiritur specialis mentio, † non sufficit generalis, vt per Matthæum de Afflictis *decis. 220. num. 16.* Thom. Grammatic. *decis. 66. n. 8. & 19.* Ias. *in l. actione, num. 8. C. de transactionib.* Osasc. *decis. Pedemontan. 142. num. 12.*

16 Ex his fit, quòd impetratio obtenta à Principe † ad alienandum bona subiecta fideicommisso, est subreptitia, nisi Principi narratum fuit, quòd bona erant per testamentum alienari prohibita, vt latè probant Roland. *cons. 1. num. 157. cum multis sequentibus, lib 1. & cons. 7. num. 73. cum sequentibus, num. 112. lib. 3.* quod latius trado *in 2. part. q. 1. limit. 2.* Quod est notandum ad facultates, quæ impetrantur ad alienandum bona maioratus. Quibus conuenit notabilis in ista materia doctrina Matthæi ab Afflictis *decis. 111. num. 9.* vbi tradit, quòd recipere dotem, & pro ea obligare feuda, reseruato Regio assensu, est notatu dignum, & debet fieri expressa & specialis mentio, & non sufficit in genere mentionem facere, per regul. *l. item apud Labeonem, §. hoc edictum, ff. de iniuriis*, & doctrinam Barr. *in l. 1. §. non fuit autem, ff. de dolo*, tradit Peralta *in l. cum ita, §. in fideicommisso, num. 3. pag. 552. ff. de legat. 2.*

Et quòd licentia † data ad alienandum bona feu- 17
dalia, habeat in se conditionem, *si preces veritate nitantur*, & si veritas ita non appareat, sit subreptitia: tradit in specie Decis. Pedemontan. *171. num. 22.* vbi post Alexand. *in cons. 2. num. 13 lib. 4.* scribit, quòd licentia data ad alienandum bona feudalia propter æs alienum vrgens tempore supplicationis, non trahitur ad debita postea contracta, & non vrgentia tempore licentiæ. Quod etiam scribo *part. 4. quæst. 11.* Et quòd confirmatio Principis facta de licentia, vel priuilegio subreptitio nihil operetur, † nisi sit facta mentio spe- 18
cialis de subreptione, vel alio simili vitio, tradit notabiliter Ioannes Garcia *in tractatu de nobilitat. glos. 1. §. 1. num. 72. fol. 57. ex text.* & Abbas *in cap. inter dilectos, de fide instrum.* Ias. *in l. in ore maiorum, num. 34. ff. de iurisdiction. omn. iud.* & aliis, quæ tradit. Pro quibus facit quod in materia primogenituræ scribit Menochius *in cons. 439 num. 19. lib. 5.* vbi tradit, quòd confirmatio primogenituræ concessa ex falsa non valet. 1
¶ Et quòd obreptio † præsumatur, cum de rebus alie- 19
nis fit confirmatio, probatur *in l. diligenter. C. de aquæduct. lib. 11.* trádunt Lucas de Penna *in l. 1. C. de fundis & salutar. rei. Dominic. lib. 11.* Thom. Grammatic. *decis. 66. num. 59.*

Et quòd omissio relationis non vitiet, si quamvis expressum fuisset, nihilominus concederetur, probat casus notabilis *in l. 1. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam*, vbi Glos. & Doctores. Et quòd impetratio subreptitia sit nulla etiam si sit sanctus, qui eam impetrauit, voluit Baldus per illum text. *in cap. 1. vt lite pendente*, quem citat Dec. *in cap. postremo, n. 10. fol. 307. de appellation.* Et qualiter priuilegium subreptitium sit nullum, plura refert Valdes *in additionibus ad Suarez, allegation. 12. pag. 87.* Et quòd in ista materia facultatum, clausula in fine apposita † referatur ad omnia su- 20
periora, probatur *in cap. 2. de rescriptis, & in cap. quanto, de translatione Episcop. & in cap. conquerente, de restitut. spoliator.* & in aliis iuribus, vt per Celsum *in cons. 115. num. 1.*

QVÆSTIO VIII.

Quis teneatur probare vitium subreptionis contra licentiam datam ad faciendum maioratum.

SVMMARIVM.

1 *Vitium subreptionis ex veri taciturnitate quis probare teneatur, & num 3. Et ibi quid si licentia ex falsa obtinentis assertione impetretur.*
2 *Fundanti se in gratia incumbit probatio eorum, quæ in supplicatione continentur.*
4 *Impetrans rescriptum, falsis qualitatibus expressis, dolo feciſſe præsumitur.*
5 *Pro rescripto an præsumatur.*
6 *Principis verba narratiua de partium narratione an probent.*
7 *Vitiat gratiam illa subreptio, qua non intercedente, Princeps gratiam non concederet.*

8 *In dubio an Princeps concederet, ad probabilem conieturam, vel vſum communem aliarum gratiarum, an referendum.*

9 *Ad cognoſcendam ſubreptionem, an conſuetudinem Imperatoris allegare ſufficiat.*

10 *An valeat reſcriptum contra ius municipale.*

11 *Clauſula inſolita in Papa vel Principis priuilegio appoſita, falſitatem arguit.*

12 *Arbitrio iudicis quæ clauſula notabilis dicatur an relinquendum.*

13 *Quæ taciturnitas vitiet gratiam.*

14 *Qualitas falſa, per quam Princeps magis facilis aut difficilis non redditur, an vitiet gratiam.*

15 *Subreptio an vitiet confirmationem, ſi aliàs concederetur.*

16 *Quid vbi concurrunt duæ cauſæ ad inuicem contrariæ.*

17 *Quando dicatur aliquid ſolitum concedi.*

18 *An regulariter præſumatur dolus in impetrante per ſubreptionem.*

19 *Priuilegium à conceſſione robur accipit.*

20 *Generalitas ab ſpeciali narratione declaratur.*

21 *Supplicans, qualitates in ſupplicatione expreſſas veras fuiſſe probare tenetur.*

22 *Impetranti beneficium an incumbat probare non valere plus quam expreſſit.*

23 *Stylus prædeceſſoris an per ſtylum Principis ſucceſſoris probetur.*

24 *Stylus Cancellariæ mentem Principis declarat.*

25 *Falſitas an præſumatur magis in literis gratiæ quàm iuſtitiæ.*

26 *Defectus & inhabilitates perſonarum an ſuppleantur per clauſulas Regalium facultatum,* defectus omnes ſupplentes.

27 *Qualiter ſubreptio committatur, ſi Princeps alienet locum Regiæ Coronæ alienari prohibitum? remiſſiuè.*

28 *Facultates ad faciendum maioratum, alienandum, aut hypothecandum illius bona, an ſecundum intentionem concedentis debeant interpretari.*

OCtauò quæro, quis teneatur probare vitium ſubreptionis, quando filij dicunt ſubreptum fuiſſe Principi tempore, quando filij dicunt ſubreptum fuiſſe Principi tempore, in quo fuit licentia impetrata? In quo ſic etiam diſtinguitur, † nam ſi licentia impetratur ex veri taciturnitate, illi qui hoc allegant, id probare tenentur; ſecus ſi improbetur licentia, quia prætenditur, quod ex falſa aſſertione impetrantis fuit facta conceſſio. Hæc diſtinctio deducitur ex doctrina Ioan. And. *in cap. 1. de lit. conteſt in 6.* vbi dicit, quod impugnans reſcriptum ex veteri taciturnitate, ipſe probare tenetur; ſecus ſi reſcriptum improbetur ex falſa aſſertione impetrantis: quia ille qui impetrauit, probare tenetur. Quam doctrinam ſequitur Abb. vbi Dec. *num. 3. in cap. conſtitutus. de reſcript.* & idem Abb. *in cap. fi. de præſumpt. col. fin.* Et alios concord. refert Decian. *conſil. 695. Viſa donat. 6. num. 24.* Notat Gregor. Lopez *in l. 1. tit. 14. part. 3. gloſ. 2.* idem Decian. *in conſ. 173. num. 1. & in conſil. 403. num. 17* vbi ponit regulam, quod illi, qui † ſe fundat in gratia, incumbit probatio de veritate eorum, quæ dicta ſunt in ſupplicatione. Facit text. *in l. ei qui agit, ff. de probationibus,* & ad hoc poſſunt adduci plura alia vulgaria. Et confirmatur ex his, quæ ſcribit Nicolaus Boër. *deciſ. 344. num. 9. pag. 682.* vbi ſequitur communem diſtinctionem, & Decian. *conſil. 154. num. 1.* vbi probat, quòd ſi in ſupplicatione diſpenſationis narratum fuit, quòd ignorantes aliquod impedimentum inter eos exiſtere, contraxerunt matrimonium per verba de præſenti, ſi opponatur de falſa impetratione, ipſi tenentur probare ignorantiam. Et quòd regulariter impetrans teneatur narratiuam probare, tradit Iacob. Put. *deciſ. 187. n. 4. lib. 1.*

Vnde ad noſtrum propoſitum deducitur, quòd ſi quis vult dicere ſubreptum Principi † in licentia data ad faciendum maioratum, quia aliquod verum tacitum fuit, quòd ſi Princeps ſciuiſſet, licentiam non conceſſiſſet, transfertur onus probandi ad illum, qui hoc allegat. Si autem ſubreptum fuit, quia in ſupplicatione quis Principi aliquid expoſuit, cuius virtute licentiam conceſſit ad conſtitutionem maioratus, conuertitur onus probandi ad illum, qui licentiam impetrauit. De quo etiam vide Rebuff. *tom. 2. ad conſtitutiones Regias, tract. de reſcrip. in præfation. pag. 11, num. 56.* Dec. *in d. conſ. 403. num. 17.* Aym. *de antiquit. tem. part. 1. num. 23. folio 16.* Domin. *in d. cap. 1. num. 8. de litis conteſt. lib. 6* Carol. Ruin. *in quodam negotio Hiſpaniæ, in conſ. 29. num. 9. lib. 1.* vbi & *num. 8.* probat, quòd impetranti, vel eius hæredi incumbit onus probandi; quod aſſeruit. Et eſt elegans *conſ.* Oldradi, quem iſti non referunt 256. ¶ Et quòd impetrans reſcriptum expreſſis falſis † qualitatibus, præſumatur dolo feciſſe, tradunt Aymo. *conſ. 282. nu. 8.* Menoch. *lib. 5. præſump. 3. num. 54.* Et quòd pro reſcripto præſumatur, † & probare debeat, qui contra illud allegat, tradunt Felin. *in cap. eam te, de reſcriptis,* Ial. *in l. 1. & in l. fin. ff. de conſtitut. Principum,* Bald. *in leg. monumenta, C. de legatis,* & alij, quos citat Maſcard. *in tract. de probation. lib. 3. concluſ. 1270. num. 1. cum ſeqq. folio 211.* Et quòd verba † narratiua Principis de narratione partium, non probant. Et plura de materia ſcribit nouiſſimè & eleganter Ioſeph. Maſcard. *in tract. de probationibus, lib. 3. concl. 1128. n. 4. cum ſeqq.* vbi in principio concluſionis reprobat illam differentiam ordinariam, quam noſtri ponunt inter obreptionem & ſubreptionem.

In hac materia ſubreptionum, quæ opponi poſſunt contra facultates Regias datas ad faciendum maioratum, eſt animaducrtenda admirabilis doctrina Lapi, quæ ad plura eſt ſatis neceſſaria. Is enim *in alleg. 86. num. 6. in verſic. Pro quo eſt ſciendum,* notanter dicit, quòd illa † ſubreptio vitiat gratiam, quæ ſi non interueniſſet, Princeps gratiam illam non feciſſet, vt *in d. c. ſuper literis,* cum *ibi notatis,* cum *concord.* quæ ſupra ſcripſi.

Quod ſecundùm Lapum eſt intelligendum ſecundùm communem ſtylum, & vſum Principis, vel Cancellariæ: nam aliàs, nunquam, vel difficiliter ſciri poterit, an Princeps feciſſet gratiam, ſi fuiſſet, vel non fuiſſet expreſſum; fortè enim feciſſet, & fortè non feciſſet: vnde referendum † eſt ad probabilem conieturam, vel communem vſum aliarum gratiarum à Principe conceſſarum, ſeu ſolitarum concedi, argumen. *l. vel vniuerſorum, ff. de pignorat. action. & l. quod ſi nolit, §. qui aſſidua, ff. de ædilit. edict. & l. fin. C. de fideiuſſor.* & notatorum *in cap. cum M. de conſtitut.* de quibus latius *infra in quæſt. 48. num. 17.* cum aliis agetur, quod tradit Iacob. Put. *deciſ. 357. num. 3. lib. 1.* licèt Lapum non referat. Et hanc concluſionem *Lapi* in bono caſu refert, & ſequitur Barthol. Socin. *in conſ. 164 Viſa Bulla Bonifacij, lib. 2. num. 5.* Matthæ. de Afflict. *in deciſ. Neapolitan. 116. Princeps Biſignani, num. 4.* & idem Socin. *in conſ. 170. num. 10. eodem libro,* & confirmat & declarat Vantius *de nullitat. titul. de nullitat. ex defectu iudicis delegati, num. 101. pag. 395* Rebuff. *in cap. nulla, de conceſſione prabendæ, pag. 442. col. 2. in fin.* Præpoſitus *in cap. quia circa, num. 4. de conſanguinitate, vel affinitate.* Franciſc. Mantic. *de conjecturata mente defunct. lib. 11. titul. 8. num. 13. pag. 501.* Oldrad. pater veritatis, quem iſti non referunt *in conſil. 326. Quod articuli dati, n. 6.* Iacob. Puteus *dicta deciſ. 187. num. 4.* Burſatus *in conſil. 177. num. 14. lib. 2.* qui plura refert, & inter alia dictam allegationem *Lapi*.

Et ad cognoſcendam † ſubreptionem, ſufficit allegare conſuetudinem Imperatoris, vt ex Felin. *in cap. ſuper literis, regul. 1. de reſcriptis.* Tradit Roland. *in conſ. 57. num. 32. lib. 3.* Pro quibus eſt egregius caſus, quem ipſi non referunt *in l. apud Iulianum, §. conſtat,*

in illis verbis: *Cum diſtrahi non ſoleant, ff. de leg. 1.* cum adductis per Alexandrum; Socin. & Iaſ. *ibi* eundem Iaſonem, *in l. illud, num. 6. C. de collation.* & quæ notat Decius *in l. ea quæ raro, ff. de regul. iur.* & de intellectu textus *in d. §. conſtat.* Infra ego etiam tractabo *in quæſt. 40. 4. part. tractatu numero 3. cum ſequentibus.* Ad cuius textus intellectum eſt valde ſingularis *Lapi* doctrina.

Eſt igitur hæc ſententia *Lapi* neceſſaria ad intellectum & praxim huius materiæ, & illis qui impetrant Regias facultates, ad alienandum bona maioratus, contra quas etiam opponitur de ſubreptione. Ideo optime lector ſcias, illam in facto practicari: quia ſæpe contingunt lites ſuper hoc. Quam etiam confirmare poſſumus ex doctrina *Abb.* & aliorum *in cap. 1. de reſcript.* vbi dicunt, quòd licèt non valeat reſcriptum contra ius † municipale, vel conſuetudinarium, non facta illius mentione, hoc fallit, niſi emanet contra legem notiſſimam, contra quam Princeps ſolitus eſt diſpenſare. Notat Rebuff. *in tom. 3. ad conſtitutiones Regias, tit. de reſcriptis, in præfatione, pag. 16. num. 73.* Et legendus eſt Petrus Andr. Gambar. *in lib. 2. de poteſt. leg. n. 143. cum aliis, pag. 32.* vbi reſoluit, quando dicatur aliquid ſolitum concedi.

Ex prædictis venit, quòd clauſula inconſueta & † inſolita appoſita in priuilegio Papæ, vel Regis, arguit falſitatem, *cap. quam grauis. de crim. falſi,* latè Curt. Sen. *conſ. 16. & conſ. 17.* Pariſius *in conſ. 124. n. 140. cum ſeqq. lib. 2.* Maſcard, *in tract. de probat. lib. 2. concl. 747. num. 2. folio 90.* Et conſtat etiam ex doctrina Lapi, *vbi ſupra,* quòd per conjecturas colligi debet, an Princeps aliquid concederet, ſed non ita leuiter, & relinquitur iudicis arbitrio, vt per Decian. *in cap. ſuper literis, num. 9. & in cap. ſedes, num. 7. verſ. in Gloſ. 3. de reſcriptis,* & conſtat ex Bart. *in l. demonſtratio falſa, §. quod autem, num. 14. verſic. Si vero cauſa,* ibi: *Tunc recurrendum eſt ad conjecturas,* vbi Socin. *num. 6 ff. de conditionibus & demonſtrationibus,* notat Tiraquel. *in tract. de ceſſant. cauſa limit. 1. n. 15.*

Et quod relinquatur arbitrio iudicis, quæ clauſula dicatur notabilis † in impetratione reſcripti, volunt etiam Felin. *in cap. cæterum, num. 4. de reſcriptis,* Rebuff. *tom. 2. ad conſtitutiones Regias, tit. de reſcriptis in præfatione, numero 39.* Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 3. caſu 202. & dict. caſu 201. num. 30. & num. 72. pag. 400.*

Animaduertat etiam lector ad ſingularem deciſionem, Ægidij à Bellamera *697. incipient. Concluſ.* vbi ponit reſolutionem, quod non omnia tacita, quorum expreſſio poniſſet mouere Principem ad non concedendum, vitiant gratiam, ſed ea tantum † de quibus reperitur in iure expreſſum, quod eis expreſſis gratiam non conceſſiſſet, quam citant Felin. *in cap. poſtulaſti, col. 3. de reſcriptis,* Curt. Iun. *conſ. 32. num. 11.* De quo alios concordantes refert Menoch. *in caſu 201. nu. 26. lib. 2. de arbitrar. cent. 3. pag. 389.* Nauar. *in manuali, cap. 22. num. 86. pag. 662.* Quintilian. Mandoſ. *in tract. de ſignatura gratiæ, tit. de abſolutione ab hæreſi. folio 96. col. 2.* Quod confirmo ex alia eleganti doctrina Rotæ *in antiquis deciſ. 35. Nota quod falſa demonſtratio.* Vbi habetur quòd qualitas † falſa, per quam Superior non redditur magis facilis, aut difficilis, non vitiat gratiam, per *d. l. demonſtratio falſa, de conditionibus & demonſtrationibus* & idem Felin. *in cap. exhibita, col. penult. de iudi.* quod refert & confirmat Rebuf. *in cap. nulla, pagina 443. verſic. Notetis vnum, de conceſſione prabendæ.* Et quòd ſubreptio † non vitiet confirmationem, ſi aliàs concederetur, tradit Iacobus Puteus *deciſ. 421. num. 3. & 5. lib. 1.*

Et eſt ad memoriam reducenda alia doctrina ſingularis *Lapi*, quæ etiam ad multa conducere poteſt, *alleg. 24. num. 9.* vbi ponit regulam magiſtralem dicendo, quòd vbicunque ad Principis diſpoſitionem concurrunt duæ cauſæ ad inuicem contrariæ, vna quæ continet ſubreptionem exprimendo falſitatem, alia quæ continet veritatem, ſi ex vera ſola ſuſtentatur priuilegium ſeu diſpoſitio, † non vitiat ſubreptio, & idem Felin. *in cap. 2. col. 12. in fin. verſic. Similiter dicit Lapus: de reſcriptis,* idem *in cap. ſedes, col. 1. verſ. Limita. 2. eodem tit.* vbi Dec. *col. 2. num. 5.* Auguſtin. Beroi. *in d. cap. ſuper literis, lectura 1. num. 43.* Et faciunt quæ ſcribo *ſuprà, quæſt. 6. num. 18.*

Et eſt notandum, quòd fundantes ſe in ſtylo, cuius virtute prætendunt, quod aliquid eſt ſolitum, vel non ſolitum concedi, non ſufficit quod hæc doceant generaliter, niſi probent quod in eiſdem terminis fuit conſuetum concedi, ſecundùm Bellam. *deciſ. 724.* & fundat latius Pariſ. *in conſ. 112. num. 10. cum aliis lib. 4.* quem lector legat, quod tradit Matth. ab Afflictis *dicta deciſ. 216. num. 4.* ¶ Sed quod per tres vices aliquid † conceſſum fuerit, dicatur ſolitum concedi, probat Petrus Gambar. *de officio lega. lib. 2. num. 150. pag. 37. per cap. 1. de arbitrar. in 6. qui num. 143. conm ſeqq.* plura ad propoſitum iſtius materiæ ſcribit. Et qualiter Princeps faciat iniuriam, ſi non concedat ſolita concedere, declarat Natta *in conſ. 164. num. 29. lib. 1.* Et licèt Curia non conſueuerit aliquas circunſtantias exprimere, non tamen ex hoc ſequitur, quòd impetrans non debeat illas exprimere, vt tradit Ceſſus *in conſ. 73. num. 28. ad finem,* allegando *deciſ.* Rotæ *1. tit. qui ſi ſyſſint legitimi, non is, & deciſ. 212. in antiquis.* Eſt ſciendum, quod regulariter † non præſumitur dolus in impetrante per ſubreptionem ſecundùm Bald. *in l. 2. n. 4. de Summa Trinit.* De quo vide quæ ſcribo *in q. ſeq.*

Nec eſt omittendum pro maiori declaratione iſtius quæſtionis, & ſequentium, & totius materiæ, quod priuilegium † & facultates Regales ſumunt vires à conceſſione, non à petitione, ſecundùm Abbatem & ſcribentes *in cap. 2. de treuga & pace.* Nattam *conſ. 274. n. 6. lib. 2. cum concordan.* Ripam *reſponſ. 182.* & per Felin. *in dict. cap. ſuper literis, num. 22. & 25. de reſcriptis,* Pariſ. *conſ. 23. num. 119. lib. 1.* Et generalitas † ab ſpeciali narratione declaratur, vt per Menochium *in conſ. 114. n. 30. lib. 2.* Ruin. *in conſ. 103. n. 7. lib. 5.* quod latius trado *infra, q. 60. & q. 22.*

Notò etiam, quòd † ſupplicans debet probare omnes qualitates expreſſas in precibus veras fuiſſe, *cap. conſtitutus in 1. de reſcriptis,* vbi Felin. *col. 1.* Barthol. Socin. *in dict. conſ. 164. lib. 2.* Ripa *conſ. 176. num. 4.* & quòd impetrans probare debeat narrata in gratia per ſe tradunt præter ſupra citatos, Quintilian. Mandoi. *in tract. de ætate minoris, quæſt. 26. num. 3. folio 25.* & idem *quæſt. 28. num. 1. & in regulis Cancellariæ, regul. 30. quæſt. 6. num. 2. fol. 78.* Iacob. Put. *deciſ. 397. l. b. 1.* Et ideò aſſerenti impetranti † non valere beneficium pluſquàm expreſſit, incumbit onus probationis, ſecundùm Card. *in cap. fin. de præſumpt.* & alios, vt per Bernardum Diaz *in reg. 327.* Gratian. Falcon. *regul. 7. num. 11.* Ioſeph. Maſcard. *in tract. de probationib. lib. 1. conclu. 205. num. 5. folio 143.* Quod vidi in hac Regali Cancellaria in negotio maximi momenti, & tradit in notabili caſu Simon de Prætis *lib. 5. de interpret. defunct. volunt. dubit. 4. & vltima, num. 14. folio 539.* vbi tamen *num. 16.* ſcribit ex Calcan. *conſ. 10.* vnum ſingulare, quòd ſi quis narret ſe Nobilem de Caſſata, & petat aliquid ex teſtamento, dicendo eſſe vnicum, debet valere impetratio, licèt non probet eſſe vnicum. Et in terminis licentiæ datæ ad alienandum bona feudalia, tradit Deciſio Pedemontan. *171. num. 22.* Et quòd non † ſufficiat probare ſtylum Principis prædeceſſoris per ſtylum Principis ſucceſſoris, probat Iacob. Put. *deciſ. 225. p. 2. n. 1.* ex doctrina Alex. *conſ. 26. col. penult. lib. 3.* Socin. *in l. Gallus, §. ſi eius, columna penultim. in fin. ff. de liberis & poſthumis.*

Accedat prædictis, quod ſtylus Cancellariæ † mentem Principis declarat, ſecundùm Felin. *in cap. in noſtra num. 15. de reſcriptis,* Caſſad. *deciſ. 2. de reſeruat. num 4.* Quintilian. Mandoſ. *in regul. 1. Reſeruatio, quæſt. 2. n. 3.*

folio 2. latè Iosephus Mascardus *lib.2.de probationibus, conclus.*886. *folio* 189. Et pro rescripto præsumitur, nisi sit impetratum contra stylum & consuetudinem Principis concedentis, secundùm Felin. *in cap.2.num.16.de rescriptis*, quod latè tradit Mascard. *lib.3.de probationib. conclus.*1270. *num.* 2. *cum sequentibus, folio* 211. ¶ Et
25 quod falsitas magis † præsumatur in literis gratiæ, quàm iustitiæ, tradunt Rebuffus, *in praxi benefic. tit.de differentiis inter rescripta gratiæ & iustitia, differen.*8. *num.*25. Mascard. *in tract.de probat.lib.2.concl.*747. *n.*1. *fol.* 90. quod refert scire pro facultatibus concessis ad faciendum maioratum.

Et non omitto in ista materia, quòd clausulæ, *supplentes omnes defectus*, qui in facultatibus Regalibus
26 sæpè reperiuntur, † non supplent defectum. & inhabilitatem personarum, secundùm Speculatorem, *in tiul. de legat.§.nunc ostendamus*, Aretin. *cons.*8. Aymon. *cons.* 104. *in princ.* Seraphin. *in tract. de priuilegiis iuram. priuileg.*83. *n.*18. *cum seqq.pag.*489. ¶ Et qualiter subreptio committatur, si Princeps alienauit aliquem lo-
27 cum † Coronæ Regiæ, qui habebat contractum, vel priuilegium, quod non posset alienari, si de tali priuilegio vel contractu non fuit facta relatio, tradit latè Roderic. Suar. *allegat.9.col.mihi* 3. & 4. *vers. Primò quia vbicunque.* ¶ Et quod licentiæ & facultates daræ ad
28 faciendum maioratum, vel ad alienandum, vel hypothecandum bona maioratus † debeant interpretari secundùm intentionem concedentis, volunt Innocen. *in cap. cum Ecclesiast. de except.* Bald. *in l. rescript. C. de precib. Imper. offerend.* cum *concordan.* vt per Dec. *cons.*409. *num.*14.

QVÆSTIO IX.

Subreptio commissa in vna parte petitionis licentiæ datæ ad faciendum maioratum, an in totum vitiet.

SVMMARIVM.

1 *Subreptio in vna parte licentiæ ad maioratum instituendum concessa, an in totum procedat, & n.*2.
3 *Testis in aliquo articulo falsus, an in totum falsus reputetur.*
4 *Falsum committit qui Regi mentitur.*
5 *Crimen falsitatis multa habet in iure specialia.*
6 *Verbum*, penitus, *an totius impetrationis nullitatem significet.*
7 *Subreptio an in dubio præsumatur commissa magis per ignorantiam quam per dolum.*
8 *Supplicatio an ad instantiam illius, cuius fauorem reflicit, impetrata censeatur.*
9 *Signatura an probet contra supplicantem.*
10 *Ex sola impetratione an inducatur ratihabitio.*
11 *In impetratione rescripti an speciale mandatum requiratur.*
12 *An possit quis impetrare beneficium pro alio absque mandato speciali.*
13 *Concessio per procuratorem Principi facta, an noceat in actu, in quo facta fuit.*
14 *Confessio facta in libello Principi oblato confitenti praiudicat & num.*17.
15 *Verba enuntiatiua in antiquis an confitenti, & habenti causam ab eis præiudicent.*
16 *Ex confessione an probetur fideicommissum.*
18 *An habeat vim confessionis iudicialis confessio Principi in libello facta, & ibi an sit irreuocabilis.*
19 *Confessio procuratoris data in libello quando non præiudicet? remissiuè.*
20 *Ex gratia & indulgentia an resultet confessio delicti.*
21 *An videatur Princeps omnino concedere, quando in supplicatione multa petuntur.*

NONO Quæro pro intellectu illorum, quæ tractantur in præcedentibus quæstionibus, an si quis impetret à Principe licentiam ad faciendum maioratum, & in aliqua parte petitionis licentiæ committat subreptionem, siue tacendo veritatem, siue affirmando aliquid falsum, † an facultas Regia vitietur in totum 1
tanquam subreptitia? In qua quæstione omissis pluribus, quæ circa illam agitari poterant, adhærendo regulis Antiquorum (videri meo) sunt tres casus distinguendi.

Primus casus est, quando subreptio committitur in vno, quod non fuit causa obtinendi licentiam ad faciendum maioratum: nam tunc ex illo solo non erit facultas subreptitia: Argum. *in c.super eo, de rescript. lib.6.* quod confirmari potest ex pluribus, quæ traduntur per Abb. *in c.cæteram, de rescrip.* & Anton. *in c.exhibita, de iud.* & eundem Abb. *in Clemen.1.versic.Tertia lectura, de præbend.* & per Ias. *in l.si ex falsis, C. de transact. folio* 100. *col.*4. *& in l.*1. *§.sed si mihi, n.*9. *ff. de verb.obligat.* Decium *in cap.super literis, n.*1. *fol.*77. *de rescript. & in cons.*317. Bathol. Socin. *in cons.*120. *n.*11. *lib.*4 & Petrum Rebuffum, *in tomo* 2. *ad constitutiones Regias, in titul. de rescrip. pag.*22. *n.*110. *&* 111. Thom. Gramm. *decis.*59. *n.*54. Et faciunt quæ scripsi *in præcea. quæst.*7. *&* 8. Facit text. *in l.etiam, § final. ff. de minorib.*

Secundus casus est, vbicunque petens licentiam subrepsit in vno, quod fuit causa, vt eidem licentia concederetur: etenim subreptio vitiat † gratiam in totum; 2
secundùm Abb. Feli. & Decium *n.5.fol.*72. *in cap.sedes, de rescript.* & Anton. *in d.c.exhibita.* & Perusin. *in d. cap. super eo.* Pro qua conclusione faciunt quæ scribit Decius *in d.c.sedes*, Osasc. *decis. Pedemont.*142. *n.*27. *&* 29. qui loquitur in clausula, *non obstantibus.*

Tertius est casus, vbicunque non solum quis quando licentiam petiuit, obrepsit tacendo veritatem, sed & falsum aliquid suggessit: tunc etenim ob mendacium licentia in totum est subreptitia, non solum in articulo, in quo falsum principi dixit, sed & in aliis articulis licentiæ. Quam conclusionem tenet in terminis licentiæ datæ ad alienandum Osasc. *decis. Pedemont.*171. *n.*20. per doctrinam Bart. *in l.si non sortem, §.si ceutum, ff. de condict. indebit.* Dec. *in l.cum amplius, ff. de condict. indebit. & in l.certi condictio, §. quoniam, n.*4. *ff. si cert. pet.* Afflict. *decis.*178. & alia, quæ refert. Quæ conclusio probatur *in d.c.sedes, de rescript.* vbi Abb. ad hoc notat, & alij sequuntur, & concordantes refert Barb. *in cons.* 33. *col.*3. *ad fi. lib.*1. Tiraq. *in tract. de pœnis temperan. causa.*44. *n.*41. *pag.*181. præcipuè Glos. *in c.in nostra, de testi.* quæ probat, quòd testis, qui in aliquo † articulo 3
dixit falsum, in totum reputatur falsus. Et idem tenet Innocen. *in c.fraternitatis, de testib.* Bart. Bald. & alij omnes, *in d.l.si ex falsis.* Et est communis opinio secundùm Hippolyt. *in singulari* 76. & alios plures concordantes refert Tiraq. *vbi suprà*, & latè punctum tractat Ioseph. Mascard. *in tractat. de probat. lib.*2. *conclus.*743. *num.*1. *cum sequentibus, folio* 88. Graue etenim est Regi mentiri; & falsum dicere, vt probatur *in l.*2 *tit.*7. vbi dicitur, quòd falsum † committit, qui Regi mentitur. 4
Et idem probatur *in l.*6. *tit.*7 *part.*1. *& in l.* 5. *tit.*13. *part.* 2. quæ est singularis lex, vbi inter alia dicitur: *E por ende el pueblo a semejante desto, dixeròn los sabios deue siempre dezir palabras verdaderas al Rey, è guardarse de mentirlo llanamente, o dezirle lisonia.* ¶ Et crimen falsitatis multa habet in iure † specialia, vt latè 5
notatur per Hippolyt. *in tit. ad l. Corneliam de falsis*, & per Ægidium Bos. in *practica criminali, tit. de falsis*, Menoch. *in tract. præsumption. lib.*5. *præsumptio.*29. *n.*1. *fol.*24. Et per alios Criminilitas, & est materia brocardica & vulgaris.

Iustum, igitur est, vt qui Regi mentitur, careat penitus impetratis, vt dicit elegans text. *in l.etsi legibus, C. si contra ius vel vtilitatem publicam*, qui text. est melior de iure pro sententia Abb. *in c.sedes*, & rectius in illo probatur conclusio supra firmata, quàm *in dicto cap. sedes*

sedes, & tamen ab aliquo non refertur ad hanc conclusionem. Nam dicit text. *Etsi legius consentaneum oraculum mendax precator attulerit, careat penitus impetratis.* ¶ Pondera igitur illud verbum (*penitus*) quod
6 totius † impertationis nullitatem significat, vt tradit *dict. decis. Pedemontan.*142. *num.*29. æquum ergo est, & iusta pœna, quæ imponitur impetranti licentiam ad faciendum maioratum, quòd si falsum Principi dixerit, dum petiuit licentiam, quòd non solum licentia sit nulla in parte, in qua mentitus fuit, sed in totum. Et hæc conclusio aliis plerisque rationibus probari poterat, quas data opera non refero. Et etiam sunt notabiles pro illis, qui impetrant licentiam ad extrahendum bona aliqua de maioratu, de qua materia infra tractabitur, & ad alia plura quæ contingere poterunt, & in ista materia & quæstione addenda sunt quæ scribo *infrà, quæst.*60. *num.*9.

Et est notandum in ista materia, quòd in dubio præ-
7 sumitur † commissa subreptio per ignorantiam magis quàm per dolum, secundùm Baldum *in cons* 300. *Ad euidentiam præmitto, in fin. lib.*5. *per l.quoties, §. qui dolo, ff. de probat.* notat Tiraq. *in tract. de præscript. §.*1. *pag.*8. licet idem Bald. *in consil.*306. *Quidam Antoniolus, ante finem, lib.*5. dicit, præsumendum esse dolum in eo, qui tacet veritatem. De quo per Aymon. Cravet. *in cons.*2. *num.*15. Ioseph. Mascard. *lib.*2. *de probationibus, conclus.*1004. *num.*8. *fol.*268. Anton. Gabrielem *lib.*7. *communium opinionum, conclus.*2. *num.*23. *pag.*412. Tiraquel. *in tract. de præscriptionib. pag.*8. Et quòd licentia testandi extendatur ad ea, quæ verisimiliter concederentur si petita fuissent, tradunt Socinus Iun. *in cons.*182. *n.*19. *lib.*2. Bursat. *in cons.*22. *n.*26. *lib.*1.

Et in materia subreptionis est sciendum, quod supplicatio in dubio impetrata præsumitur ad instantiam
8 † illius, cuius fauorem concernit, secundùm Oldradum *cons.*136. *col.*2. Speculatorem, *tit. de appellation. §. nunc breuiter, vers. Quid si appareat.* Quod confirmat Gomez. *regul. de impetrem. benefic. vicunt. q.*5. *pag.*273. *& in regula de Annali. q.*32. *pag.*562. *& in regula de Triennali, q.*48. *pag.*850. Staphilæus *de literis gratiæ & iustitiæ, forma* 7. *Expectatiuarum, pag.*25. tradit latè Mascardus *in tract. de probationibus, lib.*3. *conclus.*1304. *num.*24. *fol.*247. *& conclus.*1378. *n.*22. *fol.*331. quod ad plura est notandum. Et tradit idem Gomez. *in regula de annal. possessior. quæst.*30. *pag.*562. Arétin. *cons.*68. Mascard. *in tract. de probationibus, lib.*2. *cap.*38. *num.*54. *fol.*151. Rebuf. *in cap. extirpandæ, §. qui vero. pag.*423. *col.*2. *de præbend.* Iacob. Puteus *decis.*268. *lib.*3. De quo legenda sunt quæ scribit Felinus *in cap. nonnulli, §. sunt & alij, num.*40. *de rescript.* vbi Glos. & Doctores, latè Vantius *in tract. de nullitat. titul. quibus modis nullitat. defectus, num.*75. *pag.*766. *& titul. ex defectu iurisdictionis ordinariæ, num.*87. *pag.*388. vbi tradit de stylo Curiæ, & vide Gomezium *in regula de Triennali, qu.*38. *pag.*850. vbi tradit, quod impertatio facta præsumitur pro absente, cuius impensa facta fuit. Et quòd si appareat rescriptum, præsumitur mandatum, vt probatur *in cap. ex parte*, Decian. *de rescript.* & tradunt Capic. *decis.*4. *n.*19. Rebuf. *tom.*2. *ad constitutiones Regias, tit. de rescript. in præfatione, pag.*36. *versic. Decimotertio impugnatur.* Felinus *in cap. cum in iure, de officio Delegati. n.*15. Anton. Gabriel. *lib.*1. *communium opinionum, tit. de confessis, conclus.*4. *num.*6. *pag.*65. Pro quo facit regula *dict. Clementinæ* 1. *de probation.* quàm post alios plures explicat Menochius *lib.*6. *præsumptione* 91. *n.*24. *fol.*150. ¶ Et
9 quod signatura probet contra supplicationem, † tradit Rebuff. *in* 3. *part. signaturæ, vers. Datum, num.*10. & faciunt quæ latè scribit Tiberius Decianus *in practica criminali, tomo* 1. *cap.*35. *num.*82. *folio* 143. an qui supplicauit videatur fateri delictum? Et creditur Principi asserenti ab aliquo sibi supplicatum fuisse secundùm Federicum *consil. vel quæstion.*117. *per regul. Clementinæ* 1. *de probationibus, cap. cum nobis, de testibus*, vbi Aretinus. Ex quibus colligitur, hoc magis procedere, si erat persona, quæ Regi hoc poterat supplicare.

¶ Et quòd ex sola impertatione † non inducatur 10
ratihabitio, maximè si sit facta in absentia, tradit Iacob. Puteus *decis.*27. *num.*6. *pag.*12. quibus addo Rebuffum *in praxi benefic. titul. de rescripto legitimationis mixto, num.*10. *pag.*589. vbi tradit, quòd in Francia impetratur legitimatio & dispensatio per quemlibet procuratorem, consanguineum, vel amicum. Alciat. *resp.*81. *n.*7. vbi dicit, non sufficere supplicationem esse porrectam nomine alicuius, nisi probetur quòd verè ipse eam impetrauit: potuit enim ab alio impetrari ipso insciente: & tradit Alexan. *in cons.*135. *nu.*4 *lib.*2. vbi dicit, non sufficere ratihabitionem: de quo etiam lege Menoch. *in cons.*181. *num.*22. *lib.*2. Bernard. Diaz *regul.*594. & Carolum Ruinum *in cons.*133. *num.*1. *lib.*1. vbi tradit, quòd impetrare dispensationem dicitur, qui ea vitur, licèt motu proprio sit concessa, & August. Beroium *in cons.*5. *nu.*76. *lib.*1. vbi probat, quòd in casibus in quibus requiritur speciale mandatum ad impetrandam dispensationem, sufficit, quòd subsequatur consensus eius, cum quo dispensatum fuit: quæ sunt notanda ad eos, qui alienatis bonis maioratus, virtute licentiæ ab alio impetratæ, se excusare, & defendere volunt allegando, quod non impetrauerunt licentiam.

Et quòd in impertatione † rescripti requiratur spe- 11
ciale mandatum, probatur *in cap. nonnulli, & in cap. ex parte, de rescript.* quæ iura ad hoc notat Glossa *in cap. qui ad agendum, in verb.* vel pacisci, *de procuratoribus in* 6. tradit Ferrar. *in practica, in forma libelli, in actione hypothecariæ, in vers. non habentem, num.*2. *pag.*381. Ad quæ addo Ancharr. *in cons.*241. *Ex tenore priuilegij, num.*3. vbi vult quòd si dicatur, quòd Titius supplicauit, qui supplicare non potuit, quia erat infans, rescriptum præsumitur falsum: quem citat, & alia ad propositum, Hugo Cels. *in cons.*73. *n.*7. qui vitiosè refert Anchar. & tradit idem Cels. *in cons.*120. *n.*66.

Et quòd regulariter ad impetrandam dispensationem non requiratur speciale mandatum, volunt Glos. vbi Abb. Dec. & alij *in cap. ad aures de rescript.* & est communis opinio omnium, authore Nauar. *cons.*51. *lib.*4. *tit. de sponsal. n.*3. *pag.*395. de quo legi debet *dictum consilium* 5. Beroij, & quod scribit Franc. *in cap. si motu proprio, de præbend. in* 6. *n.*2. *fol.*119. vbi concludit idem quod Glos. & alij; & tradit, † quòd quis potest impe- 12
trare beneficium pro alio, etiam absque mandato speciali, & tradit Quintil. Mandos. *in tract. de signatura gratiæ, in parte resignationis, fol.*54 *col.*4. Et legendus est etiam Azeued. *in l.*13. *tit.*1. *lib.*4. *Recopilat.* & Iacobus Puteus *decis.*173. vbi scribit, quando narratiua probet in præiudicium Tertij, & de Narratiua, lege eundem *decis.*172. *&* 173. *part.*1. quæ seruiunt ad plura, præcipuè pro facultatibus, quæ impetrantur ad alienandum bona maioratus contra prohibitionem à testatore addictam, si quis se velit excusare, quòd eandem non impetrauit. Et conducunt quæ scribo *in* 4. *p.q.*18. scribit etiam Imola *in d.cap. ex parte*, Decian. *n.*15. *de rescript.*

Quòd si probetur, aliquem dedisse mandatum Procuratori ad impetrandum, & probet se recepisse ab eo literas, de quibus mandauerat, satis videtur probatum, quòd per ipsum Procuratorem fuerunt impetratæ: quod refert & confirmat Felin. *in cap. inter dilectos, n.*5. *vers. in text.* ibi: *Sicut prprium nomen, de fide instrumentorum.* Ad quod facit notabilis Glos. Gregorij Lopez *in l.*39. *tit.*18. *p.*3 *in glos. in verbo, Sin personeria*, iuncta *illæ lege.* Et cum communiter, & ordinariè istæ facultates non concedantur nisi petentibus, facillimè persuaderi potest esse præsumendam supplicationem, & mandatum fuisse datum, licèt regulariter mandatum non præsumatur, secundùm famosam doctrinam Bald. *in l.*2. *C. si ex falsis instrum.* de qua per Alciat. *regul.*2. *præsumpt.*13. Quòd latiùs trado *infrà, q.*45 Et quòd hodiè literæ de stylo impertentur sine speciali mandato, tradit Gassador. *decis.*1. *de Procuratoribus. n.*4. *pag.*313. De quo etiam lege Rebuf. *in praxi benef. tit. de differentiis inter rescripta*

gratiæ & iustitiæ, num.16.& 17. pag.108.& tit.de dispensatione ad plura beneficia. num.23.pag.366. & Speculat. *part.1. particul.3. tit.de procuratoribus, num.4.* & iterum *num.5.fol.fol.79.* & 80. qui allegat *cap.nonnulli, & cap.ex parte, de rescriptis*, & idem Ioan.Faber, *in §.fina. num.2.Institut.de his, per quos agere possumus.* Et consilium egregium Caroli Ruini 133. *num.1.lib.*1. quem cito *in 4. part. q.1. imitat.6.* & *consilium* 12. *num.28.lib.3.* Quintilian.Mandos. *in tractatu commissionum, commis.1. fol.1. col.4. vers.Postremo*, & in *regula de Annali, q.39.num.2.& sequenti.* Et qualiter probetur, supplicationem factam Principi, in qua quis impugnauit transactionem, tradit eleganter Angelus *in cons.326.n.5.* quod est notabile consilium.

Et quod confessio facta Principi per procuratorem
13 noceat tantum in actu, in quo fuit facta † confessio, non in alio, tradit Burlatus *in cons.46.num.15.* per doctrinam Ioannis Andreæ *in cap.inquisitione, de election.* & modernorum *in l.2. C. de edend.* Item noto, quòd confessio facta, in rescripto Principis, absenti præiudicat, vt probat Aymo. *in cons. 01. num.6.* Syluan. *cons.57. num.15.* quod vindicat sibi locum quoad vtilitatem actus, de quo agitur, vt probat ibi Aymo. *nu.7. & cons.202.num.5.* vbi tradit, quòd talis confessio si sit erronea, non præiudicat, tradit Syluan. *cons.82.n.24.*

Et in hac materia animaduerto ad doctrinam singularem Sarmienti *lib.1. Select. cap.8.nu.3. fol.23.* vbi resoluit quod ad actus qui sunt ex gratia, non requiritur mandatum speciale, allegat text. *in d.cap.nonnulli, § sunt & alij*, quem tamen reprobat Molin. *lib.3. de primog. cap.3.n.13. fol.16.* qui ex hoc resoluit quòd ad impetrandam legitimationem filiorum illegitimorum pars est citanda ad successionem maioratuum: quod punctum latissimè examinat Anton.Peregr. *in tract. de fideicommiss. art.23. num.50. fol.215.* Et ista conclusio, quod confessio facta in libello Principi porrecto præ-
14 iudicat † confitenti, ampliatur etiam præiudicare ei, qui habet titulum & causam à confitente: quia confessio nocet singulari successori, secundùm Ioan.Andr. *in additionibus ad Specul. tit.de teste, §.nunc tractemus.* Aretin. *cons.36.* & plures refert Quintil. Mandos. *regul.27.q.8.n.11. fol.49.* Et idem tenet in terminis Abb. *cons.38.num.1.lib.2.* Romanus *cons.229.col.vltim.* qui ad id citat textum singularem *in l. ne satisdatio*, ibi: *Libello Principi dato professus est, ff.rem rat. haberi.* ¶ Et
15 verba enunciatiua prolata scriptura, † præiudicat in antiquis confitenti, & habenti causam ab ea secundùm Aymonem *de antiq temp.part.1.num.59.fol.38.* & consuluit eleganter Carolus Ruinus *cons.108. n.19. lib.2.* in eo, qui confitetur bona esse feudalia, quod præiudicat ipsi & successoribus. Et faciunt quæ scribit idem Carolus Ruinus *in cons.128. num.11.lib.2.* Ad quod etiam faciunt scripta per Felinum *in cap. inter dilectos, num.1.de fide instrumentorum.* Ripa *in l.si aliquam rem, num.42. versicul.* intellige, vt non probet, *ff.de acquir. possessione.* Aymon. *cons.29.num.1.* Natta *cons.460.n.9. lib.2.* Roland *cons.82.num.38.lib.2.* Menoch. *lib.3.præsumption 101.num.16.pag.389.* Rursus distinguitur inter narrationem ex *motu proprio* in aliquo priuilegio, & factam ad instantiam partis: quia primo casu narrationi statur, secùs in secundo, vt consulit Alexand. *in cons.112. Visa copia, lib.7.* quem citat Fulvius Pacian. *in tract.de probationibus, lib.2.cap.38.n.54. fol.151.*

16 Et quòd ex confessione probetur † fideicommissum, scribit Glos. *in l.non intelligitur, §.3. verbo* probationibus, *ff.de iure Fisci*, & volunt Socinus Iun. *cons.112. num.3.lib.1.* Paris *cons.17.num.23.lib.3.* De quo tamen legenda sunt quæ scribo *in 2.part.q.5.num.97.* quæ notanda sunt ad eos, qui Principi narrant, quædam esse maioratus. Et pro istis facit regula *l. ex qua persona, ff. de regul.iur.* ¶ Et quòd confessio facta in li-
17 bello † Principi porrecto, præiudicet, probatur *in l.2. C.de instit.& substit.*, & probat latè Decius *in cap.cùm venerabilis, num.22. de exception.* vbi declarat, an hoc sit verum in verbis enuntiatiuis supplicationis. Mandos. *in d.l.1. commissione, vers. Quarto præmitto, fol.1. col.4.* Anton.Gabriel *in tit de confessis, conclus.4.pag.65.* Mascardus *in tract.de probationibus, lib.1.conc us.345. num.17.& conclus.368.num.7. & conclus.376.* Et ista
18 conclusio procedit & ampliatur, quòd habet vim † confessionis iudicialis, secundùm Ancharranum, *cons.1231.* confirmat Ias. *in l.cum te, num.10. C.de transaction.* & plura ad propositum tradit Anton. Gabriel *lib.1. communium opinionum, tit.de confessis, conclus.4.num.1. cum sequentibus, pag.65.* & talis confessio est irretractabilis, vt ostendit Celsus post alios, quos citat *in cons.32. num.2.*

Qualiter autem confessio procuratoris data in li-
19 bello † non præiudicet? ostendunt Aretin. *in cons.13. col.vltima*, Bartholom. Socinus *cons.122. num.7.lib.4.* Menoch. *in cons.260.lib.3.* vbi *num.7.cum sequentibus*, docet, an confessio procuratoris data in libello Principi dato noceat domino? Et qualiter verba enuntiatiua apposita in Bulla, vel priuilegio, probent contra confitentem, tradit eleganter Augustin. Beroius *in consil.170.num.1. cum sequentibus, lib.2.* Et an confessio dicentis in supplicatione beneficium esse iurispatronatus laicorum, præiudicet, tradit Iacobus Puteus *decis.325. part.2.*

Et quòd ex gratia & indulgentia subsequuta † resul-
20 tet confessio delicti, probatur *in l.Athletas, §.final. & in l.sequenti, ff de his qui notantur infamia, & in cap. venerabilibus, §.sunt etenim*, vbi Glos. *de election.* tradunt Bartholom. Socinus *in cons. 4. num.22. lib.3.* Osascus *decis.Pedemontana 138.num.2.* ¶ Et quòd si
21 quis porrigat supplicationem multa petendo, si Princeps rescribat, † omnia videatur concedere, tradunt Romanus *in cons.80.* Alexand. *in cons. 84. lib.1. & in cons.94 num.3.lib.2.* Hippolytus *in cons.75.* Rebuffus *in praxi beneficiali, in 3.parte signaturæ, vers.Datum, n.31. pag.188.* Et quòd non credatur procuratori dicenti factam esse renuntiationem, tradit Lapus *allegat.7.* quem citat Mascardus *in tract. de probationibus, lib.3. conclus.1228. n.37.*

QVÆSTIO X.

Licentia data ad faciendum maioratum vtrùm extendatur ad bona augmentata per conditorem maioratus.

SVMMARIVM.

1 *Vbi aliquid additur vel detrahitur alicui rei, res nova efficitur.*
2 *Actor si aliquid de novo addat, an addenda nova dilatio.*
3 *Ex diuersitate conditionis an dicatur diuersa constitutio.*
4 *Vbicumque additur priuilegio, an dicatur priuilegium nouum.*
5 *Qualitas adueniens enti constituit nouum ens.*
6 *An res empta cum pacto de retrouendendo vxori communicetur.*
7 *Terra arida si lacus ex aliqua causa efficiatur, an præscriptio dicatur interrupta.*
8 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
9 *Priuilegium an extendatur ad postea quæsita.*
10 *Dispensatio strictè debet intelligi.*
11 *Verba præsentis vel præteriti temporis ad futura regulariter non extenduntur.*
12 *Priuilegium concessum monasterio & capellis an habeat locum in capellis post priuilegium acquisitum constructis.*
13 *Res in pristino statu manere potius quàm nouum acquirere præsumitur.*

14 *Donatio an extendatur ad bona futura.*
15 *Authoris sententia.*
16 *Immunitas an extendatur ad acquirenda, & n.30.*
17 *Id quod additur, gaudet priuilegio eius cui additum est.*
18 *An valeat donatio pro augmento dotis.*
19 *Quæcumque alteri rei adiecta sunt, loco adiectionis cedere dicuntur.*
20 *Sententia extenditur ad augmentum.*
21 *Terminus prorogatus est idem cum principali.*
22 *Prorogatio termini ad probandum an intelligatur secundùm qualitatem & conditionem prioris termini.*
23 *Papa gratiam prorogans, an nouam gratiam facere dicatur.*
24 *Vassalli augmentati debent esse eiusdem naturæ cuius sunt antiqui.*
25 *Iurisdictio aucta intelligitur cum omnibus qualitatibus, & num.31.*
26 *Ad inducendum fideicommissum iam propagatum minores coniecturæ sufficiunt.*
27 *Priuilegium exemptionis à Decimis generaliter concessum, an extendatur ad possessiones postea acquisitas.*
28 *Imperator per priuilegium castrum cum iurisdictione concedens, aucto postea territorio, iurisdictionem concessisse videtur.*
29 *Fructibus beneficij auctis, Missæ & alia diuina officia an debeant augeri.*
32 *Qualitas masculorum apposita in fideicommisso vniuersali, an censeatur repetita in particulari.*
33 *Si bonis quæ masculis deseruntur, aliqua portio accrescat, an ad masculos pertineat.*
34 *Priuilegium non soluendi decimas an extendatur ad noualia.*
35 *Quantum possessum, tantum præscriptum.*
36 *Legato fundo cum mancipiis an comprehendantur postea inducta.*
37 *Siquis faciat maioratum plures filios habens, & res augmentatæ sint magni valoris, non remanent vinculatæ, absque noua facultate, & num.45. & 59. Contraria opinio, num.60.*
38 *Generalitas quando ius futurum comprehendat.*
39 *Mutatio in emptione & venditione post ius quæsitum an cedat lucro emptoris.*
40 *Simplices dispositiones non sunt trahendæ ad futura.*
41 *Auctis bonis relictis in testamento multò antè mortem testatoris facto, an augeatur legatum in eo relictum.*
42 *Immunis à gabellarum solutione, an sit liber ab impositis propter nouam guerram.*
43 *Intellectus ad legem* de Valladolid, *hodie* 3. lib.5. Recopil. tit.10.
44 *Filia renuntians an possit petere legitimam iuxta facultates, quas patr tempore mortis habet.*
46 *Augmentum sequitur naturam principalis, cum adest eadem ratio, non verò cum diuersa.*
47 *Augmentum quando pertineat ad emphyteutam, & num.49.*
48 *Quid in feudatario.*
50 *Augmentum an pertineat ad consanguineum, qui tanquam consanguineus retrahit.*
51 *Legatarius, cui competit electio, quid possit eligere.*
52 *Emphyteuta cadens ab emphyteusi quas meliorationes amittat.*
53 *De excessibus non intelligitur cogitatum.*
54 *An domino cedant meliorationes rei emphyteuticæ, quam sua culpa emphyteuta amisit.*
55 *Alluuione quod superuenit, cui acquiratur.*
56 *Princeps si Castrum concedat, reseruatis sibi quibusdam vassallis, eo aucto familiæ sunt distinguendæ.*
57 *Dispensatio an extendatur ad consecutiua inseparabilia.*
58 *Accessorium præscribitur cum principali inseparabili, quando aderant inseparabilia tempore inchoatæ præscriptionis.*
61 *Res additæ prædio feudali, an efficiantur feudales.*
62 *Maioratum instituens ex terris quibusdam ad se, & aliquibus ad Regem pertinentibus, postea pro his compositionem faciens, an aliquid teneatur soluere fratribus, aut cum muliere communicare.*
63 *Intellectus ad* l.46.Tauri.
64 *Castrorum ædificatio ad Reipublicæ vtilitatem conducit.*
65 *Maioratu de territorio aliquo instituto, an comprehendatur fortalitium in eo ædificatum.*
66 *Ædificia vrbana multa habent priuilegia contra iuris regulas.*
67 *Fauor ædificiorum præfertur iuribus priuatorum.*
68 *Ex pulchritudine ædificiorum magnanimus quis iudicatur.*
69 *Fauore ædificiorum an quis cogatur vendere quod alias non teneretur.*
70 *Nobiles principalem familiæ domum inalienabilem seruari cupiunt.*
71 *An ex generalitate rei prohibitæ alienari fideicommissum inducatur.*
72 *Testator an videatur excipere de legato domum nobilem & pretiosam.*
73 *Pauper nobilis an teneatur vendere palatium destructum, quod propter paupertatem reficere non potest.*
74 *Authoris sententia refertur.*
75 *Insinuatio non requiritur in donatione quæ fit ob reparationem diruta domus.*
76 *Reipublicæ interest, ne ciuitas ruinis deformetur.*
77 *Statuta prohibentia ciues extra ciuitates habitare, an valida sint.*
78 *Vinculata domo, an reliqua censeantur vinculata, & num.85.*
79 *Agitur iterum de intellectu textus* in d. leg. 46. Tauri.
80 *Bona data in seruitium Dei cum onere Missarum, nisi authoritate Episcopi instituantur, bona profana dicuntur.*
81 *Intellectus ad* l. seruum filij, §. si æreæ, ff.de legatis 1.
82 *Ex augmento iurisdictionis Principi concedenti fit præiudicium.*
83 *Superueniens augmentum an augeat legatum, & num.89.*
84 *Seruitus acquisita, & palatium factum in re feudali, an acquiratur domino feudi.*
86 *Renuntiatio hypothecæ non est donatio.*
87 *Minus pretiosum cedit pretiosiori.*
88 *Facultas ad ædificandum concessa an intelligatur in accessorio ædificio.*

Post num.89. inuenies alia summaria.

DEcimò quæro de quadam alta, & difficili quæstione, in qua ingenium necessarium est, cum cuius declaratione multa vtilia lectores habebunt, An si Princeps concedat alicui licentiam ad faciendum maioratum de quibusdam bonis specialiter in licentia designatis, vtputà, Princeps dat licentiam alicui, quòd faciat maioratum de aliquo loco, vel villa, vel fundo, aut alia simili re, quæ tempore datæ licentiæ erat certi valoris, postea autem meliorauit in valore rem illam, & illi adiecit aliqua bona, vel reditus, vel aliud quippiam, an virtute primæ licentiæ erunt hæc etiam bona vinculata absque noua licentia, vel an fratres primogeniti habebunt legitimam in illis bonis adiectis, & augmentatis.

Quòd sit necessaria noua licentia ad hoc, vt illæ res sint

vinculatæ, facit, quia vbi † aliquid additur, vel detrahitur alicui rei, res noua efficitur, *l.ius ciuile*, vbi Bart.Bald.& alij, *ff. de iustitia & iure*, *l.cum in plures*, *§.lege dicta*, *ff.locati*, *l.Valerianus*, *ff.de prætor.stipula.* cum *concordantibus*, vt per Alexand. *in cons.*151. *In causa Bartholini.in principio.num.*2.*lib.*6. & Tiraquel. *lib.*1.*de retract.* §.1.*glos.*18. *num.*54. *pag.*338. Rebuf. *in l.vnica.C.de sententiis quæ pro eo quod: in præfatione, num.*17. *pag.*347. & tradit Zasius *in dict.l.ius ciuile, num.*24.*pag.*259. vbi tractat de clusis, auctis, vel diminutis, & de domo quæ facta erat ex ligno, & postea ex lapidibus fit: quod eleganter & melius omnibus resoluit Fuluius Pacianus *in tract.de probationibus, lib.*2. *cap.*28. *num.*91.*cum sequentibus, fol.*113.*lib.*2. Et pedagium auctum dicitur nouum, *l.vectigalia, in principio, ff.de vectigalibus*, voluerunt Salicetus *in l.vectigalia.C.ne noua vectigalia*: & alij, quos citat Roland. *in cons.*42. *num.*12. *lib.*3. quod reputo pro notabili ad multa.

2 Et si actor addit aliquid † de nouo, est addenda noua dilatio, secundùm Angelum *in l.*1.*§.si quis stipulamini, ff.de verborum obligationibus*, Marant. *in speculo aureo, part.*6.*versic.Tertius, num.*9. *fol.*198. Notat etiam ista Matthæus ab Afflictis *in constitut.Neapolitan.lib.*1.*rubrica* 71. *de ordinan. iudici. num.*12. *fol.*145. qui ex hoc dicit, quòd si in confirmatione feudi facta per Regem additur noua qualitas, dicitur feudum nouum propter illam nouam qualitatem, sic per *eandem l. ius autem ciuile*, inquit notanter Corneus *cons.*238 *col.*5. *num.*9 *vers. Ex quibus apperet*, *lib.*4. quòd ex diuersi-
3 tate conditionis, † dicitur noua, & diuersa substitutio: quod refert & confirmat Aymo. *cons.*80. *num.*3. quod ad nostram materiam maioratuum maximè est notandum. Ex quo inquit Aymo *in d. cons.* quòd diuerso modo est iudicanda substitutio apposita in testamento ab ea, quæ apposita fuit in codicillis, quod eleganter tractat Curtius senior *in cons.*4. *num.*7. Et Officialis dicitur habere nouum officium, quando post tempus per viam nouæ electionis deputatus & electus fuit, vt tradit Natta *in consil.*57.*num.*2. per regulam *l.si cum Hermes*, *C.locat.& l.penultim. ff.de prætor.stipulation.* Et vbicunque
4 aliquid additur † priuilegio, dicitur nouum priuilegium, vt per Alexandrum *in consil.*151.*lib.*6. Aymonem *in consil.*24. *num* 54. Osascum *decis. Pedemontan.*23. *num.*26. qui ex aliis confirmat. Et si aliquis inutiliter facit maioratum, quia fortè carebat facultate Regia, vel aliàs, si postea addat maioratui aliqua bona, tempore quo iam possit, non reconualescit maioratus secundùm Gregorium Lopez *in l.*17. *tit.*4. *p.*3. *glos.*1.
5 Et qualitas aduenies enti † constituit nouum ens, *cap. statutum*, iuncto *cap. licet canon.de elect. in* 6. cum *concordantibus*, vt per Gomez. *in §.in personam*, *n.*16. *de action.* Hippolyt. *singul.*550. *Qualitas.* Menochium *de recuperand.possess. remed.*9.*num.*397. *pag.*428. *col.*2. vbi plura scribit *in numeris præcedentibus* in confirmationem *dict.l.ius autem ciuile*, & prius idem Menoch. *remed.*6.*num.*6.& 7.*pag.*374. vbi adducit Curtium Seniorem *in cons.*43. *Testator Augustinus*, *in fine*: volentem, testamentum antiquum nouum dici, ob clausulam nouam adiectam, pro quibus est textus *in l.hactenus.in fin. cum lege sequenti*, *l.sed si vsusfructus*, *§.sed si adium*, *versic. Qualitate adium non mutata.l.vsufructuarius nouum*, *ff.de vsufruct.* & plura scribit Tiraquellus *in dict. glos.*18.*&* §.29. *glossa* 1.*num.*6.*&* 7. *pag.*631.

Ex quibus iuribus confirmatur obiter sententia Chassanæi, quam in hoc loco inferendam esse decreui; quia est pro intellectu legum & consuetudinum Hispaniæ: is inquam *in consuet. tit. des droits, & appartenances*, §.2.*in fin.* vult, quòd si Titius nondum vxoratus
6 † emit fundum cum pactò, quòd liceat venditori redimere restituto pretio, & interim Titius vxorem duxit, & constante matrimonio eam facultatem intra tempora redimendi à venditore emit certo pretio, talis res empta communicabatur inter virum & vxorem, quam quæstionem disputat Tiraq. *lib.*2.*de retract.in fin.num.*163. *cum aliis*, & quod tradit Burgos de Paz *in quæst.*7. *num.*21. vbi limitat *l.*46.*Taurinam*, quando possessor maioratus refecit domum penitus destructam; pro quo facit textus *in l.repeti*, *§.rei mutatione*, *ff. quibus modis vsusfruct.amitt.* vbi si ædes, quarum vsusfructus relictus est, corruêre, vel exustæ sint, extinguitur vsusfructus, adeò quidem, vt nec areæ, nec cæmentorum debeatur; quem citat Pinel. *in l.*1.*C de bonis mater. part.*2.*n.*53. *fo.*51. Et est similis textus *in l.quid tamen*, §.1. *eodem titul.& in l.quoties*, *§.vlt. & in l.qui vsumfructum*, *ff.de vsufructu.& in l.seruitutes*, *§.si sublatum*, *ff.de seruitut. vrbanor.* tradit Tiraquellus *lib. de retract.in fin n.*71. *&* 72.*pag.*777. vbi ex hoc disputat, si domus retrahi poterat, an ea destructa, area retrahi possit? facit *l.*28. *tit.*8. *part.*5. in vers. *E porque este pleyto.* Ad quod addo Iul.Ferretum *in tract.de gabell.n.*354 tractantem, quod si statutum dictauerit, quòd de quolibet soluatur gabella, an habeat locum si reficiatur instrumentum, vel testamentum instrumento de nouo amisso, *ex l.*1. *§.si quis*, *ff.de verborum obligat.* & alios, quos citat.

Et in hac materia est egregia doctrina *Baldi*, quæ in practica præstabit commodum, & honorem, *in l.vnica*, 7
*num.*39.*C.de confess.* vbi vult, quòd † si terra arida efficiatur lacus propter impetum aquarum, vel ex industria, præscriptio dicitur interrupta, tradunt Dec. *in cons.*302.*num.*23. Hippolyt.*in singular.*520. *Qualitas.* Ad quos addo duos text. singulares, scilicèt, *l.quid tamen*, *§.sed si stagni.l.cum vsufructum*, *ff.quemadmodum vsusfructus amittat.* cum quibus concordat *l.*25.*tit.*31. *part.*3. faciunt *l.cum vnus*, *§.fin ff.de bonis authorit.l.quæ vniuersas*, *§.item quod amari*, *l.*3. *§.Labeo*, *& §.Neruæ*, *l.Pomponius.in principio*, *ff.de acquir. possess. l.*14.*tit.*30. *& l.*31. *tit.*28. *eadem part. l.adeò.§.insula*, *ff.de acquir. rerum domin.* cum illis quæ scribit Balb. *in tract. de præscript. part.*6.*versic.expedita, num.*5.*pag.*586. Natta *in cons.*331. & faciunt quæ scribo *in quæst.*11.*sequenti, à num.*33.& alium textum *in l.si locus*, *ff.quemadmodum seruitutes amittantur.*

Sed in eo quod dicit Burgos de Paz, distinguendum puto, ex verbis *dict.l.*46. quia si castrum, vel muri sunt penitus destructi, vsque ad aream, & possessor maioratus ea ædificet de nouo, adhuc vendicat sibi locum dispositio *prædictæ legis*. Si verò ædificet domum de nouo, quæ funditur erat destructa, non procedat dispositio *illius legis*. Ad quam distinctionem omnino est aduertendum, quia est conformis verbis *prædictæ legis*, & eam reputo singularem: item, † limitata causa limitatum 8
producit effectum, *l. age cum Geminiano*, *C.de transactionibus.l.in agris*, *ff.de acquirend. rerum dominio*, quem textum notanter declarat Glossa Parisiens. *in consuet. Parisien.* §.7. *num.*6. *fol.*98. *col.*2. & facit quod scribit Ioan.Andreas *in additionibus ad Speculatorem*, *titul.de censibus*, *§.nunc dicendum.in additione magna*, quæ incipit, *Casum resoluit Guido de Suza*, vbi tenet, quòd priuilegium non extenditur † ad postea quæsita: notat 9
Roman. *in l.damni*, *§.si is qui vicinas*, *ff.damn.infect.* & Bartholom. Socinus *in consil.*248. eleganter & subtiliter *num.*4.*libro* 2. De quo tamen legi debet Parisius *in consil.*68.*num.*6.*cum sequentibus*, *lib.*1. & dispensatio † tanquam odiosa debet strictè intelligi, *cap.*1. *&* 2. *de* 10
filiis Presbyterorum, *lib.*6. notat Decius *in consil.*695. *Visa donatione*, *num.*13. de quo lege quæ scribo *suprà*, *quæst.*4.*à num.*2. vbi refertur inter alia, *regula* Ioan. Gratian.Falcon.146. Et regulariter verba præsentis, vel præteriti temporis, ad futura † non porriguntur, *l.si ita* 11
scripsisset, *ff.de legat.*2. *l.si ita stipulatus fuerim*, *§.cum stipulamur*, *de verborum obligationibus*, de quo per Tiraquellum *in l.si vnquam*, *in verbo*, *donatione largitus*, *num.*113. *pag.*223. *C.de reuocand.donation.* De quo lector videat textum *in l. debitor*, *§. quia verisimile*, *ff. de contrahend.emption. l.cum certus*, *ff.de tritico.vino*, *& oleo legato*, *l.solemus*, & *ibi* Bartholom. Socinus *num.*4. post Bartolum, *ff. de conditionibus & demonstra-*

demonstrationibus, *l. verbum oportebit* 8. *l. verbum*, *erit*, 123. vbi Rebuffus *ff. de verborum significat. l.*32. *in principio*, *ff. de adimend legat. l.hac conditio*, *§.fin. ff. de conditionibus & demonstrationibus*, & notant in variis casibus Ias. *in l.*3. *§.ex pluribus*, *num.*23.*cum sequentibus*, *ff. de acquir. possess.* & in *l.sed etsi possessori*, *§.item si iurauero*, *num.*25. *ff.de iureiurand.* & in *l.placet.num.*12. *ff.de liber.& posthum.* Bartol. *in l.si ita legatum*, *ff. de conditionibus & demonstrationibus*, Bartholom.Socinus *consil.*257. *colum.*5. *versicul.* Sed vlterius *lib.*2. Decius *in consil.*208. *col.*2.*versic. Quia verbum*, Parisius *in consil.*20.*num.*12.*cum sequentibus.lib.*2. Simon de Prætis *de interpretand. defunctorum voluntat. lib.*2.*interpret.*2. *dubitat.*1. *solut.*4.*num.*22. *fol.*128. *& solut.*1.*num.*42. *fol.*130. Menoch. *de adipiscend. possessione remed.*1.*nu.*53. *pag.*7. & in *tractatu præsumption. lib.*4. *præsumpt.*21.*num.*22.*&* 23.*fol.*24.*& in consil.*97.*lib.*1. *num.*120. & latiùs *in consil.*142. *num.*18.*cum sequentibus lib.*2. & est notabile consilium Alexand. 630. *n.*2. *cum sequent. lib.*7.

Et priuilegium concessum Monasterio & Capellis, 12
non habet † locum in Capellis post priuilegium acquisitum constructis, secundùm Hostiens. Ioan. Andr. & Abbat. post alios *in cap. cum capella, de priuileg.* cum aliis, vt per Decium *in consil.*523. *num.*4. facit *l.si ita*, *ff. de auro & argento legato*, quam inter alios ornat Alexand.*in consil.*171. *num.*1.*cum aliis.lib.*6. vbi Glos. Parisiens. & *in consuetud.Parisiens. part.*1. *§.*21. *glos.*5. *num.*19. *fol.*30. vbi latè agit de intellectu illius *textus*: meliùs Roland. qui eam *legem* latè explicat, & limitat in nostra materia maioratuum, *consil.*39. *num.*4. *cum sequentibus*, *lib.*4. latè Felin. *in cap. final. num.*16. *de constitut.* qui plures concordantes adducit ¶ Ad quæ etiam facit conclusio singularis, & quæ ad varia pro-
13 derit, quod res † in suo prioti statu potius esse præsumitur, quàm nouum assumere, *cap.*1. vbi DD. *de vassal. decrep. etat. l. quòd dicitur* 1. vbi Bart. *ff. de impens.in rebus dotal.* tradit Zasius *in cons.*13.*num.*5.*lib.*1. Idem *in cons.*12.*num.*89. licèt contra *Abbatem* faciat doctrina Cin. *in l.placet*, *C.de sacrosanct. Ecclesiis*, vbi dicit, quòd priuilegium concessum Ecclesiis extenditur ad Ecclesias postea constructas, refert & confirmat Alexand. *in cons.*178.*num.*13.*lib.*2. & per textum *in d.l.si ita*, voluit Ioan.Lopius *in cap.per vestras*, §.49.*num.*4. *versicul.Item si pater.* quòd melioratio facta filio intelligitur de bonis præsentibus, non de futuris.

Pro quibus facit conclusio singularis, quòd donatio 14
non † extenditur ad bona futura, nec postea acquisita, secundùm Glos. *in l.fin. C.de pact.* vbi Iacob. de sancto Georgio, *num.*15. *&* 28. & Cagniol. vbi communem vocat: Glos. *in l.final. quæ res pignori obligari possunt*, Bald.Alex. Ias.& alij *in l.stipulatio hoc modo concepta*, *ff.de verborum obligat.* Iul.Clar. *§.donatio. quæst.*19. vbi hoc ad propositum nostrum extendit, etiamsi donatio fiat de dimidia bonorum parte, vel quota bonorum, vel sub nomine Vniuersitatis bonorum, vel collectiuo, *ex l. si quis argentum*, *§.sed etsi quis*, *C. de donation.* Fulgos. *cons.*99.*num.*20. Decius *in cons.*237.*num.*4. & aliis iuribus quæ citat.

Sed ego in proposito donationis & meliorationis, 15
† verba diligenter esse inspicienda iudico. Et de isto puncto, an donatio comprehendat bona futura, lege notanter Burg de Paz *in cons.*14. *num.*61. vbi tradit in melioratione Tertij facta filio, iuxta terminos *legis* 23. *Tauri*, hodie *l.*7.*tit.*6.*lib.*5.*Recopilat.* post Ioan.Lopium *in rubric.de donat.inter vir.& vxor.* §.49.*num.*5. & faciunt quæ scribo *infrà*, *à num.*36. & legenda omnino sunt quæ scribit Aluarus Valascus *consult.* 58. *num.*1. *cum seqq.* & ita intelligenda & explicanda sunt quæ scribit Ayora *in tract. de partitionib. part.*2. *q.*4. *n.*4. *fol.*76. *& sequent.* & ad istud propositum faciunt scripta per Menochium *lib.*4. *præsumption.*127. *num.*6. *fol.*234. Thesaur.*decis.Pedemontan.*199.*num.*1.*cum sequentibus*, vbi latè tradit, an donatio comprehendat bona futura? Petr. Surdus *decis.*231. *num.*7. Et ista maximè etiam conducunt ad quæstionem, an donatio Arrharum comprehendat bona futura? De qua per Matienç. *in l.*2.*tit.*2.*lib.*5.*Recopil.fol.*45.*num.*5. Baeza *de non meliorandis filiabus*, *cap.*31. *num.*10. *fol.*152. Guttierrez *lib.*2.*practicarum quæstion. quæst.*17 *num.*4. *& lib.*3. *quæst.*42. *n.*2. *pag.*449.

Quæ conclusio Ioan. Lopius *in dict.* §. 49. *num.*5. vt ad eam redeamus, procedit non obstante *l.*23.*Tauri*, hodie *l.*7. *tit.*6. *lib* 5.*Recopil.* vt existimat Burgos *in cons.*14. *num.*62. propter generalitatem illius legis; & facit etiam alia sententia Ioannis Lopij *in eadem rubric.*§.62. *num.*16. *fol.*195 *in editione nouæ*, vbi ponit regulam, quòd quando ex facto hominis fit adiunctio & augmentum, non assumit naturam bonorum maioratus; secus si à natura sine hominis facto, vel ministerio, per quædam iura, quæ ibi refert, vbi Barahona *in addition.* Et immunitas non extenditur ad acquirenda, † secundùm Iasonem *in cons.*83. *lib.*3. Bertazol. 16
*in tractat. de claus. clausul.*21. *glos.*25. *num.*4. *fol.*114. & præscriptio non extenditur ad futura, vt tradit Cæsar Lambertin. *in tract Iurispatronat. lib.*1. *artic.*3. *nouæ quæstionis principalis*, *num.*33. *fo.*94.

In contrarium possumus adducere magna fundamenta, & in primis textum *in l.etiam*, *in versicul. Additamen.i gratia*, *C.de iure dot.* † vbi augmentum do- 17
tis gaudet eodem priuilegio quo ipsamet dos. De cuius legis intellectu (ne diutius te detineam) vide Arctinum, Alexandrum, & Ias. *in l.quicquid astringendæ*, *ff.de verborum obligationibus*, eundem Iasonem *in rubrica*, *ff.soluto matrimonio*, *num.*40.*& in l.si ex toto*, *in principio*, *ff.de legat.*1.*& in l.Titia*, §.1.*num.*5. *de verb.obligat. & in l.quòd in rerum*, §.*siquid post*; *& in l.cum filiofamilias.num.*49. *ff.de legatis* 1. *& in l.diuortio*, *§.ob donationes*, *num.*4. *ff.soluto matrimonio*, *& in cons.*123. *lib.*4. Matthæus ab Afflictis *in decis.Neapolitan.*154. *& 291.& decis.*333. Philip. Corneus *in consil.*302. *lib.*2.*& in cons.*13. *lib.*1. *& in cons.*240 *lib.*3. Aymo. *cons.*462.*num.*32. Thesaur. *decis.*183.*num.*4. Menoch. *cons.*154.*num.*5.*lib.*2. Albert.Brun.*in tract. de augment. part.*2.*quæst.*5.*principali.* Fanucius *in tract.de pignor. part.*2.*memb.*4.*num.*46. Rubeus *in cons.*25. Proponitur in facto, Nicol.Boër.*decis.*50.*nu.*17. Paris *in cons.*126. *num.*2.*lib.*1. vbi latè, notanter Menoch. in specie *d.l. etiam*, *cons.*93.*num.*12.*&* 13. *lib.*1.*& cons.*154. *num.*5. *lib.*2. Thesaurus *decis. Pedemontana* 45. vbi disputat, an vsuræ debeantur pro augmento dotis, & *decis.*46. ¶ Et sicut valet donatio inter patrem & filium pro
dote, ita † pro augmento dotis, vt resoluit Ripa *in l.si* 18
ex toto, *num.*2. *fol.*111. *ff. de legat* 1. Quos adde ad alios, quos refert Tiraquel. *lib.*1. *de retract.* §.1. *dict. glos.*18. *num.*53. *pag.*358. *&* 126. *& in eodem* §.1. *glos.*7.*num.*19. Cephal filius *cons.*773.*num.*30.*cum sequentibus*, *lib.*5.& Pater *in cons.*183.*nu.*38. latè Ioannes Gratian.Falcon. *regul.*332. *num.*1.*cum sequentibus*, & Episcopus Couar. *resolution.lib.*1.*cap.*7. Petrus Barbosa *in* 3.*part.rubric.ff.soluto matrimonio.num.*65.*pag.*129. Cephalus *in cons.*762.*num.*6. *lib.*5. Ioannes Gratian. Falcon. qui hoc citat, *regul.*332. *per totam*, notanter Paris. *in consil.*126.*num.*1.*cum seqq lib* 2. Et licèt priuilegium sit stricti iuris, vt patet *ex l.si quando.C.de inoffic.testament.*, & ex *aliis concordantibus*; extenditur tamen ad augmentum, *cap. ex parte, de decim.* & voluit Albericus *in l.opus*, *ff.quod vi aut clam.* facit *l.si constanter. C. de donation. ante nuptias.l.*1. *tit.*11. *part.*4. & siquis promittat soluere scutos, solui debent, etiam si valor fuit auctus, vt resoluit Bertazol. *in tract. clausular.clausula* 30.*glos.*8.*n.*2.*fol.*166.

¶ Et quæcunque alteri rei adiecta sunt, loco adie- 19
ctionis † cedere dicuntur, *l.in rem*, *§.si quis*, *& §.quæcunque*, *ff.de rei vendicat. l.sed si ex meis*, *§.Proculus*, *ff.de acquirend.rerum dominio*, notat Menochius *lib.*3. *præsumptione* 97.*n.*5.*pag.*385. Et augmentum Marchionatus spectat ad eum, ad quem spectat Marchionatus,

vt tradit Cephalus, & alia plura *in cons.* 368. *num.* 1. *cum seqq. lib.*4. Et plura singularia qualiter idem iudicetur de augmento, quod de principali, scribit Tiberius Decianus, *in cons.*52. *num.*51. *cum seqq. lib.*1. & *in resp.* 33. *num.*125. *eodem libro*, eleganter resoluit, quòd si fratres extendant fideicommissum ad alia bona, quæ in fideicommisso non continebantur, non dicitur nouum fideicommissum; quinimo sententia, quæ aliàs est
20 stricti iuris, † extenditur ad argumentum, *l. si opus*, vbi Albericus, *ff. quod vi, aut clam. l. quamuis* iuncta Glos. *in verbo, Perinde, ff. de bon. author. iud possidend. l. cum Patronus*, §. *quamuis in fin.* 1. *resp. ff. de bonorum poss.* cum *concordantibus*, vt per Tiraquellum, *lib.*1 *de retractu*, §.1. *glos.*18. *num.*53. *pag.*358. Sic augmentum intelligitur secundùm naturam & qualitatem temporis principalis, vt in pulchro casu respondit Alexan. *cons.* 118. *in fin. lib.*3. *per l. item quæritur*, §. *qui impleto, ff. loca.* & alia iura. Confirmat Tiraquel. *lib.*1. *de retractu*, §.1.
21 *glos.*10. *num.*28. *pag.*231. ad quod facit regula *l. sed si manente, ff. de precar.* vbi probatur, quòd terminus † prorogatus est idem cum principali. De qua per Bald. *in cons.*321. *verbo, compromissi, lib.*5. Angel. & Paul. *in l. fin. ff. de feriis*, Dominic. & Franc. *in cap. cum appellationis. lib. de apoch. in* 6. Alexand. *in l. dies cautionis, in principio, ff. de damno infecto*, Felin. & latè Dec. *in cap. de causis, de offic. Delegat.* Aretin. *num.*4. & idem Dec. *in l. lecta, num.*12. *ff. si certum petatur*, vbi declarat Ias. *num.*7. *in l. filius à patre*, §. *filiusfamiliæ, ff. de liberis & posthumis*, Alexand. *in consil.*151. *col.*2. *lib.*6. Corne. *in consilio* 92. *lib.*2. Glos. Parisien. *in consuetud. Parisien. part.*1. § 23. *num.*44. *folio* 216. Tiraquel. *lib.*2. *de retractu*, §.1. *glos.* 7. *num.*27. *pag.*863. & *in tractatu de legibus connubialibus. glos.*7. exprez *num.*186. *folio* 322. Et legenda sunt quæ scribit Episcop. Couarr. *in cap. quamuis pactum, de pactis in* 6. *initio primæ partis, num. vers.*6. quem citat Burs. *cons.*220. *n.*27. *lib.*2.

Ex quo aliàs inferebam, quòd prorogatio termini
22 dati ad probandum, † semper intelligitur secundùm qualitatem & conditionem prioris termini: sed illud consilium *Alexandri* inuenire non potui; cùm tamen Tiraquellus *in remissionibus* sit fidelissimus. Sed confirmo, quia prorogatio est eiusdem naturæ & formæ, sicut prima concessio secundùm Glossam *in cap. hi qui authoritate, de præbend. lib.*6. vbi Ancharan. & Dominic. Bald. qui illam glossam dicit singularem *in l. si à te, C. de pact. inter emptorem & venditorem*, & volunt alij, quos citat Curtius Senior, *in consil.*56. *num.*16. *versicul. Vltimo quia*, & faciunt scripta per Hippolytum in materia, *singulari* 300. ¶ Quibus conuenit notabilis in proposito doctrina Pauli de Castro *in consil.*117. *si consideremus, num.*1. *lib.*1. vbi tradit, quòd Papa prorogando gratiam, † non dicitur nouam gratiam facere, sed
23 primam extendere, per quem, Dec. *in cons.*497. *num.*2. concludit in nostra materia notanter, quòd si Laurentius fecit fideicommissum, quod extendit & voluit augere Antonius; de tali augmento est iudicandum prout de fideicommisso relicto per Laurentium: quod est notandum ad ea quæ scribo *in* 3. *part. quæst.*8 Illud autem consilium *Paulæ*, est hodie 389. *lib.* 1. & idem tradit elegans *decis.* Rot. *in nouis.*21. *tit. de præben. num.*8. *pag.* 286. *concord. cum Glos. in d. cap. hi qui*. Et quando titulus non ostendit esse primordiale & originale concessionis, sed se refert in præteritum, potius dicitur continuatio antiqui, secundùm Bald. *in l unica. nu* 31. *C. quando non petent. pæn.* Dec. *in cons.*53. faciunt quæ scribo, *in hoc tract. p.* 1. *q.*64.

Ex quibus etiam inferebam in practica, quòd vicini qui de nouo veniunt ad habitandum ad aliquem locum solariegum Ducis, vel Comitis, vel alterius Domini, debeant soluere, obseruare, & adimplere illa omnia, quæ vassalli, qui antea in loco habitabant, faciebant, & soluebant, licèt nihil cum illis Dominus contraxerit:
24 quia isti vassalli augmentati † debent esse eiusdem naturæ & conditionis, cuius sunt antiqui vassalli. Ad quod etiam facit textus, *in l. licet, & in l. excepto, & in l. circa*, *locati*: *l. si furiosa, in princip. ff. de damno infecto*, *l. quod si nolit*, §. *qui assidua, ff. de ædilit. edict. l. semper in stipulationibus*, *ff. de regulis iuris*, cum *concordantibus*.

Infero etiam confirmationem ad notabilem in nostra materia doctrinam Matthæi ab Afflictis, *in constitut. Neapolit. lib.*1. *Rubric.*71. *cap.*1. *num.*14. vbi tradit, quòd licèt filius Comitis sine Regio assensu non possit vti Comitatu; si Rex consentiat, non est noua concessio; quod refert & confirmat Gama *decis.*47. *num.*3. & legendus est *decis.* 4. Item pro prædicta sententia, vt ad superiora redeam, est egregius casus, *in l. cum fundus ff. de legat.*2. *& notab. l.*37. *tit.*9. *part.*6. ibi: *Entregar deue el heredero à aquel a quien fue hecha la manda, la cosa que le mandò, con todo lo que le pertenece a aquella cosa mandada: esto seria como si le mandasse vn solar, e despues que se lo oniesse mandado, fiziesse el testador casa, o otro edificio en el; ca entonces aquel aquien fue fecha la manda, deue auer tambien la casa, como el solar.* Et est alia bona l. partitæ, *in l.*15. *titul.*13. *part.*6. ibi: *O se acrece de otra guisa*, vbi vide Gregorium Lopez *in glos. in verb. O se acrece*, & *in glos. sequen.* & multa in proposito harum legum scribit Glos. Parisiens. *in consuet. Paris. in glos.*1. *fol.*15. *num.*45. cum aliis, qui citat Tiraquel. *in d. l. si vnquam, num.*281. & Franc. Curtium Seniorem, *in cons* 56. *col.*4. *cum seqq.* Et quòd domus augmentata sit eadem, tradit Cephalus *in consil.*773. *num.*38. *cum seqq. lib.*5. facit *l. seruum filij*, §. *si arcæ ff. de legat.*1. & quod scribit Anton. Gomez. *tom.*1. *ultim. volunt. c.*12. *n.*16. *folio* 111.

Et quod iurisdictione † aucta, intelligatur aucta cum 25
omnibus qualitatibus, tradunt Cæpola, *in cons.*8. *num.*5. Tiberius Decianus, *dict. tom.*1. *lib.*4. *cap.*57. *folio* 208. Et satisdatio operatur in portione, quæ accrescit, *l. vlt. ff. quorum legatorum*; cum *concordantibus*, vt per Menochium *de adipiscend. possess. remed.*2. *num.*96. Et faciunt etiam quæ latè scribit Ias. *in cons.*126. *lib.*4. Et Episcopus Couar. *resolut. lib.*1. *cap.*8. *num.*2. & induco etiam textum *in l. grege legato ff. de leg.*1. de quo per Anton. Gomez *d. c.*12. *l. quod dicitur, in* 1. §. *sed si impensis ff. de impensis, in rebus dotalibus* facit *l. peculium nascitur*, §. *crescit, ff. de peculio.* Quæ maximè procedunt, vbi donatio, vel legatum factum fuit personæ dilectæ: quia tunc magis extenditur ad futura, vt per Bart. *in l. si cognati, ff. de rebus dubijs*; Ludouic. *decis.*61. *num.*39. & alios, quos citat Antonius Thesaurus *decis.* 168. *numero* 7. Quibus libenter addo conclusionem notabilem, quòd in inducendo fideicommissum † iam propagatum, mi- 26
nores coniecturæ sufficiunt, secundum Albanum *cons.* 29. Antonium Petram *de fideicommiss. quæst.*5. *n.* 107. *pag.*62. quod multum commendo. Et ædificium nouum iudicatur antiquum, licet aliquid additum sit, vt ex pluribus docet Menoch. *de recuper. possess. remed.*9. *n.*395. *pag.* 428. Item ista conclusio videtur esse indubitabilis, attenta dispositione *l.*46. *Taurinæ*, vbi probatur, quòd omnia ædificia quæ facta sunt in ciuitatibus, villis, & fundis maioratuum, cedunt maioratibus, adeò quòd vxoribus non debetur ædificiorũ æstimatio; vt latius *in d. l. cauetur.* Quæ licentia generalis *l.* sufficere videtur, absque eo, quòd à Rege quotidie petatur noua licentia, quia semper in generalibus specialia insunt *l. si chorus, ff. de legat.* 2. cum *concordantibus*, quæ scribo *supra, quæst.*1. & facit bona *l.*56. *Tauri*, ibi: *Licencia general*, hodie *l.*3. *tit.*3. *lib.*5. *Recop.*

Nec omittendus est text. singularis ad propositum *in cap. quia circa. de priuileg.* vbi probatur, quòd priuilegium † exemptionis à Decimis generaliter concessum, 27
extenditur etiam ad possessiones postea acquisitas. De quo ibi per Scribentes, & per Bart. & alios *in dict. l. damni*, §. *si is qui vicinas*, & Stephan. Bertrand. *in cons.* 35. *num.*9. *lib.*1. Et plures refert Ias. *in cons.*25. *num.*1. *lib.*3. Ad quod est notabilis doctrina Archidiacon. *in cap. cognouimus*, 12. *quæst.*2. de qua per Tiraquel. *in l. bones*,

bones, §. *hoc sermone, limit.*25. *num.*3. *pag.* 251. licèt in contrarium faciat *cap. ad audientiam, in* 2. *de Ecclesiis ædificandis*, & quæ tradit Curtius Iunior *in cons.* 332. *num.*18. *lib.*2. Et aucto comitatu, gabella vini augeri debet, secundùm Angel. *in auth. vt sit determinatus numerus Clericorum*, per *illum text.* Dec. *in cap. auaritiæ, num.*12. *folio* 387. *de præbend.* faciunt tradita per Bernard. de Lugo *regul.* 195. Et huius officinæ est quod scribit Angel. *in authen. de æqualitat. dot.* §. *aliud quoque colla.* 8. *folio* 33. vbi ad propositum nostrum notanter scribit, quòd omne priuilegium datum principali porrigitur ad successorium. Et ideo infert, quòd si Imperator † concedit mihi per priuilegium vnum castrum 28
cum territorio, concedit mihi merum & mixtum imperium, si postea auget mihi territorium, quamuis in augmento nihil dicat de territorio & iurisdictione, extenditur tamen ad illud territorium: & idem Angel. *in l. item si fundi*, §. *huic, ff. de vsufruct.* quam doctrinam refert Episcop. Segouien. *in pract. quæstion. cap.*22. *num.*11. *vers. Eadem ratione*, & *num.*8. & latè Nicolaus Boër. qui plura ad propositum scribit, *decis.*50. *num.*17. Et in terminis legi debet domin. Anton. de Quesada, *quæst. vltim. num.*36. qui loquitur in iurisdictione. Pro quibus etiam faciunt scripta per Menoch. *lib.*4. *præsumption.* 189 *num.*15. *folio* 340. Et quòd bona addita ad Marchionatum, sequantur conditiones Marchionatus, tradit Cephal. *in cons.*468. *num.*2. *lib.*4. Et collegiati Officiales immunes sunt à gabellis, si sint additi & supernumerarij, vt tradit Iulius Ferretus, *in tract. de gabellis, num.*210.

Nec minus facit egregia doctrina, quam quotidiè videbis, Bursati, *cons.*185. *num.*22. *lib.*2. vbi resoluit, 29
quòd auctis † fructibus beneficij, augeri debent Missæ, & alia diuina Officia in Ecclesia, ex Angelo *in Auth. vt determinatus sit numerus Clericorum*; Federico de Senis *in consilio* 264. Lambertino *in tractatu de iure Patronatus, lib.*3. *art.*7. *quæst.*6. *principali, num.*7. *vers. Et hoc demonstro.* Et prorogatio officij censetur facta in dubio cum eadem lege, & pacto, secundùm Bald. *in l. constante, C. de donat. ante nuptias*, per *l. cum inter*, §. *inter patrem, ff. de pact. dotalibus.* Et quòd mulieri debeantur vsuræ augmenti dotis, sicut pro ipsa dote, ex pluribus resoluit Anton. Thesaur. *decis.*44. *& in decis. sequen.* resoluit, an augmentum dotis inter fratres conferatur? ad quem addo Paris. *in cons.*129. *lib.*1. Menoc. *in consilio* 7. *num.* 20. Quibus addo elegantem doctrinam Guidon. Papæ *in decis. Delphin.*489. *Princeps concessit*, vbi tenet, quòd si Princeps † concessit immuni- 30
tatem hominibus alicuius villæ, terræ suæ seu patriæ, quod nullatenus pedagium soluere teneantur in tota terra sua: & Princeps; postea acquisiuit vnam, vel duas villas infra terminos terræ situatas, in quibus pedagium ab antiquo solui consueuit: quòd illi homines erunt exempti virtute illius immunitatis: refert *l. quod in rerum*, §.1. *ff. de legat.*1. & alia iura, & ad doctrinam Angel. *in d. authen.* alios concordantes referunt Andr. Tiraq. *in d. l. si vnquam, verb. donatione largitus. n.*182. *C. de reuocand. donat. Glos.* Parisiens. *titul.* 11 *de mater. feudal.* §.7. *num.*29. vbi inter alia refert Roman. *in cons.* 345. *circa principium, col.*9. *versic.* Quoad secundum, vbi dicit, quòd dispositio quæcunque augmentatiua dispositionis præcedentis, etiamsi stricti iuris, ex tacita iuris repetitione, continet in se omnes qualitates & limitationes, quæ continentur in dispositione augmentata.
31 Hinc fit, quòd additio videtur facta cum omnibus † qualitatibus, etiam quantum ad pœnam eius, cui additio fit, secundùm Cardinalem, *in Clementina, statutum, col.*3. *oppos.*3. *de elect.* quod confirmat ex pluribus, Dec. *in cap. secundo requiritis, num.*3. *vers. Additio videtur facta, de appellation.* vbi Glos. Parisiens. refert Brunum *cons.*27. *&* 36.

Ex quo sequitur conclusio singularis, quòd si quis in fundatione maioratus ponat aliquas pœnas, & conditiones contra inobedientes, & contrauenientes, & postea addat aliqua bona ad maioratum principalem, videtur repetere & requirere in talibus bonis augmentatis, & additis, omnia grauamina, conditiones, & pœnas, licèt eas clarè non repetat, nec adiiciat. Quod confirmo ex notabili doctrina Curtij Iunioris *in consil.*12. *num.* 5. 7. & 8. vbi vult quòd qualitas masculorum apposita in fideicommisso † vniuersali, censetur repetita 32
in fideicommisso particulari. Et idem Curt. *in consilio* 114. *num.*20. Parisius *in consilio* 72. *num.*44. *lib.*4. Rubeus *in consilio* 71. *num.*6. *& in consilio* 141. *num.*7. *& in consilio* 150. *num.*3. Mantic. *in* 6. *de coniecturata mente defuncti, tit.*13. *num.*8. *pag.*243. item ea quæ pertinent ad perfectionem, seu consummationem inchoatorum, non faciunt rem nouam, aut nouum negotium, secundùm Bald. *consilio* 156. *Cum duæ, lib.*3. Et plura in confirmationem scribit Aymon. *in cons.*223. *num.*10. *cum seqq.* Bernardus Diaz *regula* 58. Et faciunt quæ de augmento in re emphyteutica scribit Corbulus *in tract. de iure emphyteutico, in part. de causa priuilegiata ob non solutum canonem, ampliatione* 35. *folio* 180. Præterea, si bonis quæ masculis deferuntur aliqua portio accrescat etiam † illa ad masculos pertinebit, secundùm Baldum 33
*cons.*498. *lib.*1. Romanum *in l. ventre præterito, num.*11. *ff. de acquirenda hæreditate*, Albertum Brunum *in tract. de augment. concl.*5. *num.*15. quod est notandum ad augmenta, quæ fiunt ad maioratus antiquos. Et legenda sunt quæ scribo *part.*3. *quæst.*8. & faciunt notata per Iasonem *in cons.*26. *num.*1. *lib.*3. & declarat rectius idem *cons.*83. *eodem libro*, in quibus consiliis tractat, qualiter immunitas porrigatur ad futura, quibus etiam iungo Cardinal. *in dicta Clement. statutum, opposit.*2. *de electio.* qui dicit, quòd quando alicui dispositioni fit additio, iudicatur de additione sicut de principali, notat Felin. *in cap. cum olim, num.*4. *ad finem, de maioritat. & obed.* Et quando dispositio profertur ab homine, siue sine tempore; siue per verba præsentis temporis, si variatio contingit circa eandem rem, porrigitur ad futura, *dict. l. quod in rerum*, §. *si quid post. l. si ex toto, ff. de legat.*1. *l. vltima*, §. *vltimo, ff. de liber. legat.*1. *l. vltima*, §. *vltimo, ff. de liber. legat. l. Mela*, §. *sed si alimenta*, & ibi notatur, *ff. de alimentis legat.* faciunt scripta per Petrum Surdum *decis.*88. *num.*10. Et ita iudicari debet cohærentia, sicut illa, quibus cohæret. *l. in rem*, §. *item quacunque adiuncta, l. si ergo*, §. *idem ait ff. de publ.* notat Rebuf. *in l. statuit* 243. *pag.*1084. *ff. de verb. significat.* qui refert Angel. *in consil.*247. *Vniuersitatum*: scribentem differentiam inter vnionem, & incorporationem; cuius resolutio notanda est ad ea, quæ tractantur, *in ista quæstione*, & *in dict. quæst.*8. 3. *part.*

Hæc etiam confirmantur ex textu *in cap. ex parte, in* 3. *de decim.* vbi priuilegium de decimis non soluendis † extenditur ad noualia, quæ postea ad culturam reduc- 34
cuntur, de quo per Rebuf. *in tract. de decimis, quæst.*14. *num.*29. *& in l. silua cædua* 36. §. *nouali terra, pag.*252. *ff. de verb. significat.* Menoch. *in cons.*36. Iacob. Puteum *decis.* 366. *part.*3. Aniles *in proœmio capitulorum, in verbo, Ista, num.*3. *cum seqq. folio* 12. Et quòd ius primogenituræ æquiparetur iuri accrescendi, tradit Ioan. Cirier, *in tract. de primogenitura, lib.*1. *quæst.*25. *fol.*32. *col.*4. Sed quòd priuilegium datum super decimis non soluendis, comprehendat decimas futuras, probatur *in cap. quia circa, de priuilegiis*, tradit inter alios Fulnius Pacian. *in tract. de probationibus lib.*1. *cap.*27. *num.*36. *folio* 75. Tiraquel. *in l. bones*, §. *hoc sermone, ff. de verb. significat. limitat.*25. *num.*3. *pag.*251. quod pluribus Authoribus ornat Bart. Bertazol. *in tractatu clausularum, clausula* 22. *glos.*1. *num.*3. *folio* 121. vbi latè declarat, qualiter priuilegium & immunitas extendatur ad futura. Et quòd immunitas concessa ciuibus, extendatur ad futuros ciues tradunt Alexand. *in cons.* 178. *lib.* 2. Natta *in cons.*160. *num.*26. *lib.*1. Et priuilegium exemptionis concessum monasterio trahitur ad Capellas postea factas, secundùm Cin. *in l. Place, C. de Sacrosanct. Eccl. & in l. priuilegia, eodem tit.* Alber. *in* 1. *part. statu-*

torum

torum, quæst. 116. Auiles *in proœmio capitulorum, vers. Istas, num.* 3. *folio* 12. qui *num.* 4. idem tradit in priuilegio dato super exemptione decimarum, *ex c. quia circa, de priuilegiis.*

Et dicit Archidiac. post Hugon. *in cap. cognouimus, paulo ante finem, vers. Et est argumentum quod qui concedit* : 12. *quæst.* 2. quòd qui generaliter concedit omnem decimationem cuiuspiam loci, intelligitur concedere etiam futuram decimationem noualium, per *l.* 1. *ff. de pignor.* Notat Tiraq. *in l. boues, §. hoc sermone.* 25. *limit. n.* 3. *pag.* 251. *ff. de verb. significat.* cui adde notabile consilium Barth. Soc. 278. *n.* 4. *lib.* 2. Bertr. *in cons.* 35. *n.* 4. *l.* 1. cum tamen priuilegium sit stricti iuris: vt notatur *in l. fin. ff. de constit. Princip.* & supra dixi, & *in* 3. *quæst.* De quo tamen vide Glos. *in cap. cum ordinem, de rescriptis*, vbi Felin. Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 9. §. 16. *folio* 223. *in principio, num.* 29. *in vers. Restat nunc respondere.* Secus verò in eo, qui præscripsit decimas antiquas, quia non habébat decimam noualium, quia
35 quantum possessum † tantum præscriptum fuit, *cap. cum contingat, de decim.* Notant Bart. & alij, *in l.* 1. *ff. de itinere actúque priuat.* Euerard. *in centum locis, loco* 94. *à concessione antecedentis, pag.* 557. Quam materiam latè tractat Ioan. Guttier. *in Canonicis quæstionibus, part.* 2. *quæst.* 21. *num.* 76. *cum seqq.* Facit etiam *l. qui mancipia,*
36 *ff. de fund. instruct.* vbi legato fundo † cum mancipiis, comprehenduntur mancipia posteà inducta. Ad quod, concordantes adducit Tiraquel. *in d. l. boues, §. hoc sermone,* 8. *limitat. per totam, pag.* 196. *ff. de verb. significat.* & Bald. *in l. in dotem, C. de iure dotium*, tractat, quòd si Statuto cauetur, quod de contractu soluatur gabella, habeat locum in contractu tacitè incluso, vel in alium transfuso, aut accessorio, quem citat Iul. Ferret. *in tract. de gabellis, num.* 310. & hypotheca extenditur ad incrementum, *l. si seruum, §. fin. ff. de verbor. obligat.* Notant Bart. *in l. virum, col. vlt. ff. si certum petatur.* Fan. *in tract. de pignoribus, part.* 8. *membro* 1. *num.* 52. *folio* 168. Et facit additio Iacob. Rebuf. *in l. certa forma, C. de iure fisci, lib.* 10. *fol.* 3. *col.* 4. Et etiam seruiunt pro decisione quæstionis, quam disputat Baëza *in Pragmatica dotium, cap.* 5. *num.* 7. *cum aliis*, vbi tractat, an pater matrimonio iam constituto possit augere dotem filiæ vltra modum *prædicti capituli.* Quid dicendum in hac quæstione, quæ quotidie contingit?

Ego salua cuiuslibet melius sentientis sententia, in
37 hoc casu sequentes subiicio † distinctiones, ad quas animaduertere oportet. Prima distinctio est, si ille, qui fecit maioratum in vnum filium, alios habebat filios, & res augmentatæ sunt magni valoris, nequaquam censebuntur vinculatæ, sed erit necessaria noua licentia: quia ex hoc filij magnum recipere possunt detrimentum, vt ad oculum patet. Et beneficia & priuilegia Principum ita sunt intelligenda, vt semper præiudicium Tertij effugiatur, *l.* 2. *§. meritò, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco public.* De quo latius egimus *in* 3. *quæst.* Et pro hac hac sententia est notanda doctrina & opinio Romani, *in dict. l. damni, §. si is qui vicinas, num.* 36. vbi ponens distinctiones in hac materia dicit, quòd vbicunque priuilegium emanat in præiudicium alterius, quàm concedentis, non extenditur ad futura: quamuis *ibi* dicat, quòd hoc fallit, nisi futura sint connexa, & accessoria: de quo postea dicetur; quem refert Alexand. *in consilio* 178. *In occurrenti: lib.* 2. *num.* 18. vbi dicit, quòd quando agitur de præiudicio Tertij, dispositio non extenditur ad futura. Quibus conuenit, quod in pœnalibus, & odiosis dispositio non extenditur ad bona futura, secundum Decian. *in cons.* 445. *num.* 65. Riminald. Seniorem *in cons.* 136. *num.* 12. *lib.* 1. quos citat Mascard. *in tract. de probationibus lib.* 1. *concl.* 1006. *num.* 3. *folio* 144. Et
38 generalitas † tunc comprehendit ius futurum, quando alia non subest causa, secundùm Alexand. *in cons.* 68. *num.* 7. *& d. lib.* 2. Simon de Prætis *de interpretanda defuncti voluntate, lib.* 4. *dubitat.* 10. *num.* 88. *folio* 417. qui refert Ripam *in l.* 1. *num.* 50. *ff. de vulgar.* Et facta mentione de testamento, non intelligitur tempus futurum, *l. si ita scripsisset, ff. de legat.* 2. volunt Bart. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, quæst.* 4. *ff. de verb. oblig.* Quintil. Mandol. *in parte commissionis tactationis folio* 24. *col.* 4. Et est elegans & abundantissimum consilium in hac materia Alexan. 178. *lib.* 2. *num.* 18. Sic mutatio † quæ
39 contingit in contractu emptionis & venditionis post ius quæsitum non cedit lucro emptoris, vt volunt Nicolaus de Neapol. *in d. l. quod in rerum, §. si quid*, post Rayner. & Rapha. *in d. l. si ex toto, in principio*, & declarat Alexand. qui plura ad propositum singularia scribit *in cons.* 25. *num.* 3. *cum seqq. lib.* 7. Et pro hac sententia adduco etiam insignem casum, *in l. Rutilia Polla, ff. de contraben. emption.* ibi: *Rutilia Polla emit lacum Sabatenem angularium*, vel *anguilarum* (vt aliqui libri habent) *& circa suum lacum pedes decem: quæro nunquid decem: quæro nunquid decem pedes, qui tunc accesserunt, sub aqua sint? an proximi decem pedes ab aqua Rutiliæ Pollæ iuris sint? Proculus respondit: Ego existimo eatenus lacum, quem emit Rutilia Polla venisse, quatenus tunc fuit, & circa eum pedes decem, qui tunc fuerunt: nec ob eam rem quod postea creuit, latius eam possidere debere, quàm emit.* Ecce igitur textum probantem, quòd in emptionem, quia est strictè interpretanda, non venit quòd posteà augmentatum fuit. Ad idem est bonus textus, *in l. fundi vendundi, eodem tit.* ibi: *Neminem enim nec vendere, nec excipere posse, quod nondum sit, & lapidicinas nullas esse, nisi quæ appareant.* Tradit Felin. *in cap. fin. de constitut. num.* 16. Facit *l. vicinus, §. fin. ff. de aqua pluu. arcen.* Et quod generaliter dicimus, simplices dispositiones † non esse trahendas ad futura, *l.* 3. *§.*
40 *illud, ff. quod quisque iuris*, quod procedit in rescriptis, *cap. fin. de rescript.* & in priuilegiis *cap. ad Aud. entiam, in* 2. *de Eccles. ædific.* Glos. *in cap. cum Capellanus, de priuileg.* & est bonus text. *in l. Labeo, ff. de contrahend. emption.* Vbi si vendidi tibi fundum eo pacto, quòd in venditione intelligerentur exceptæ lapidicinæ, vbicunque essent, non videntur in illa exceptione comprehensæ illæ lapidicinæ, quæ post tempus contractus apparere cœperunt, & per consequens futuræ lapidicinæ non comprehenduntur. Et donatione facta inter vnos omnium bonorum, quæ quis habuerit tempore mortis, non veniunt bona futura, secundùm Cin. *in l. fin. C. quæ res pignor. obligar. possint*, Alexan. *in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. obligat.* Paulus de Castro Decia. & Cagno. *in l. fin. C. de pact.* & alios, quos citat Thesaur. *in dict. decis. Pedemontan.* 199. *num.* 7. vbi tamen quæstionem disputat, & refert contrariâ tenentes. Et hoc etiam habet locum in materia fauorabili, *d. l. si ita, ff. de auro & argento legato*, quæ loquitur in testamento, & hoc procedit in aliis dispositionibus, vt pulchrè notat Ias. *in l.* 3. *§. illud quoque, num.* 2. *cum aliis ff. quod quisque iuris, folio* 88. vbi citat doctrinam Paul. de Castr. *in l. si stipulatus fuerim* 76. *§. cum stipulamur, ff. de verbor. obligat.* qui dicit, quod in facto consulnit in hoc casu: Testator iussit satisfieri omnibus creditoribus de pecuniis, quas habebat in monte Florentiæ; postea illud quod restaret, solutis debitis, reliquit Hospitali: tempore testamenti, solutis debitis, restabant mille; postea testator tanto tempore superuixit, & tantas pecunias addidit in montem, quod solutis debitis, tempore eius mortis restabant pluſquam decem millia ducatorum: consuluit, quòd legatum Hospitali factum, intelligitur † de pecuniis, quæ 41
restabant tempore testamenti tantum, ex quo solutis debitis legatum tunc erat cum effectu. Quam materiam elegantissimè resoluit Menoch. ad ista legendus *in tract. de præsumpt. lib.* 4. *dict. præsumptione* 127. *num.* 1. *cum seqq.* vbi latissimè dictus Doctor istius seculi lux agit de intellectu text. *in d. l. si ita*, & aliorum iurium concordantium.

Ad quem addo notabile consilium Roland. 39. *n.* 4. *cum seqq. lib.* 4. & Matth. ab Afflict. *in cap.* 1. *quæ sint Regalia, num.* 119. *folio* 343. concludendo, quod siquis habeat immunitatem † non soluendi gabellas, non est 42
immunis

42 immunis à solutione gabellarum impositarum propter nouam guerram per *dict. l. si ita.* Quod dictum confirmatur ex adductis per Ias. *in dict. §. cùm stipulamur, n.* 5. *fol.* 128. *cum sequentibus*, & facit etiam *l. tres fratres, ff. de pact. & in l. cum Aquiliana; ff. de transactionibus*, & inquit Ioan. Andr. *in addition. ad Speculator. tit. de censibus, §. nunc dicendum*, quòd si est concessa immunitas ciuitati & villis, non extenditur ad villas futuras. Confirmat Matthæus de Afflictis *in constitut. Neapolit. lib.* 3. *rubric.* 4. *de iure Curiæ obseruando, n.* 8. *fol.* 259.

43 Ex quibus inferri potest intellectus notabilis † ad famosam legem *de Valladolid*, conditam per Regem Ioannem, quæ est hodie *in Recopilat. lib.* 5. *tit.* 10. *& est l.* 3. in illis verbis: *Que todas las ciudades, villas y lugares, que el Reyteuia y possedia.* An *dicta lex* extendatur ad ciuitates, villas, & loca quæ posteà Reges successores, bello à Mauris, & Sarracenis acquisuerunt? Ad quod etiam legenda sunt quæ scribo *in* 4. *part. q.* 230. *num.* 187. in quo latiùs non insisto: quia iis super hoc vertitur.

In quo puncto obiter est considerandum, quòd *dicta lex* facta fuit per contractum initum cum ciuitatibus Regni, quæ tunc erant in Regno apud Dominum Regem Ioannem, ex quo videtur, quòd de dicto contractu iuuare se non possunt ciuitates & villæ, cum quibus contractus non fuit factus, iuxta regulam *l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pact. l.* 1. *C. de pact.* cum *concordantibus.* Et legenda sunt quæ de terra addita Regno scribo *part.* 3. *q.* 8. & quod scribit Auiles *in proœmio correctorum, in verbo*, Algeziras, *n.* 3. *cum sequentibus, fol.* 12. Et hæc adiuuant doctrinam Baldi *in cap. cum M. col.* 4. *num.* 15. *de constit.* vbi dicit, quòd si filia, quæ à patre recepit legitimam portionem, promisit se ex eiusdem
44 bonis nihil ampliùs petituram, † potest nihilominus petere integritatem legitimæ, iuxta bona, quæ posteà patri obuenerunt, & is tempore mortis reliquit: cuius opinio communis est secundùm Iasonem *in authen. nouissima, C. de inoffic. testam.* & plures, qui hanc opinionem sequuntur refert Episcopus Couarr. *in cap. Raynutius, §.* 1. *n.* 8. *de testam. & in cap. quamvis pactum, de pact. in* 6. *in* 3. *part. relection. §.* 1. *num.* 2. *fol.* 111. vbi latè agit de intellectu huius doctrinæ: & vide eum, *§.* 4. *num.* 6. *fol.* 125. Igitur durum videtur & iniquum, quod pater sub colore licentiæ & Regiæ facultatis ad vinculandum aliquam rem, in eáque faciens tot augmenta, & meliorationes, defraudet filios legitima, quæ iure naturæ eis debetur. Potest etenim esse quod illud quod augmentatum fuit, sit multò pretiosius, & maioris valoris, quàm principalis res vinculata, ad quam vinculandam petita & obtenta fuit licentia.

¶ Dico igitur in hoc casu, quod quando pater fi-
54 lios habet alios, † & res augmentatæ sint magni valoris, licentia de nouo sit necessaria, nec aliàs bona censebuntur esse vinculata, neque restitutioni subiecta. Et hoc comprobatur ex doctrina Cornei *in cons.* 240. *In præsenti consultatione. col. fin. num.* 4. *in vers. Neque obstat quod augmentum. lib.* 3. vbi dicit, quod augmentum est
46 eiusdem † naturæ, & iuris cum principali, cùm eadem est ratio, non cùm diuersa est; refert *l. qui fundum, §. fundum, ff. pro emptor.* Confirmatur, quia accessorium non sequitur naturam sui principalis, cùm ratio est diuersa, *l. etsi is*, vbi Bald. *C. de præd. minor. l. si tibi, §. de pignor.* & ibi Bald. *ff. de pact.* & voluerunt Bart. *in l. si ita stipulatus, oppos.* 12. *ff. de verbor. obligation.* & alij plures, quos citat Tiraquel. *lib.* 1. *de retract. §.* 1. *glos.* 18. *num.* 59. *pag.* 359. & cum est à suo principali inseparabile, secundùm Bart. *in l. quisquis, C. de agricol. & censit. lib.* 11. Ias. *in cons.* 185, *in fin. lib.* 2. Ripam *in l.* 1. *si quis ita, num.* 39. *ff. de verbor. oblig.* Menoch. *de recuperan. possess. remed.* 6. *num.* 45. *pag.* 377. Et ab his non longè abest, quod scribit Bart. *in l. fin. num.* 4. *C. quæ res pignor. obligar. possint*, per *illum textum*, vbi dicit, quòd in dispositione generali non veniunt futura, quando magnum vertitur præiudicium, & idem Bart. *in l. si stipulatus fuerim illud, §.* 1. *ff. de verborum obligation.* & alij, vt per Ias. *in l. quominus, num.* 144. *ff. de flum.* vbi *à num.* 59. *vsque ad num.* 144. plura ad propositum scribit valde singularia. Quibus congruit, quòd licèt hypotheca pro dote mulieris habeat locum in augmento dotis, *l. assiduis, §. exceptis, C. qui potior. in pignor. habeantur*, non tamen habet locum cum priuilegio prælationis in præiudicium hypothecarum, quæ medio tempore fuerunt contractæ, vt per Carol. Ruinum *in consil.* 78. *num.* 9. *lib.* 5. & ad doctrinam Baldi *in d. l. fini C. quæ res pignor. obligar. possint*, plures refert Mascardus *in tractat. de probationib. lib.* 1. *conclus.* 206. *n.* 2. *fol.* 144. Præcipuè Baldus *in cons.* 170 *Magnifico, & illustri, lib.* 1. facit Glos. *in l.* 11. *C. de iure emphyt. in verbo, emphyteuticarius*, quæ vult, † quod augmentum latens pertineat 47
ad emphyteuticarium, secus si sit augmentum patens: quia tale augmentum patens non pertinet ad emphyteutam, quæ refert *l. item si fundi, §. sed si insulam, ff. de vsufruct.* Quam opinionem sequuntur Guid. de Suza, & Alberi. *in dict. §. sed si insulam*, quamvis contra Glos. tenet Iacob. de Rauen. & idem Alber. Bart. Salicet. & etiam Ias. *num.* 22. *in d. l.* 1. qui omnes tenent, quòd indistinctè, siue augmentum sit patens, siue latens, vtroque casu pertinet ad emphyteutam, & idem tenet Ioan. Faber, *in §. adeò, num.* 9 *Inst. locati*, & alij quos citat Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 16. *num.* 5. Sed pro opinione Glossæ & sequacium est expressa *l.* 26. *part.* 3. *tit.* 28. *p.* 3. quam ad hoc ponderat ibi Gregor Lopez *in glos. in verbo, in feud.* Ex quo text. idem colligitur in feudo, † quod plerique æquiparant maioratui, inter quos Bald. 48
in l. cum antiquioribus, num. 5. *C. de iur. delib.* quod infrà ego disputabo. Est igitur memoriæ mandanda *d. l. Partit.* pro confirmatione *prædictæ glos.* Quibus adde Tiraquel. *lib.* 2. *de retractu, in fin. num.* 93. *pag.* 998. de quo etiam tractat Iul. Clarus *lib.* 4. *sententiarum, §. Empt. venditis, quæst.* 41. *num.* 1. *pag.* 163. vbi etiam tractat, an pensio debeat augeri ob augmentum, vel sit sine onere? Seraphin. *de priuilegiis iuramenti, priuileg.* 76. *num.* 5. *pag.* 456. ¶ Hic etiam est vicina doctrina Decij *in dict. cap. cum M. num.* 5. vbi dicit, quòd augmentum † pa- 49
tens est venditoris, augmentum verò latens est emptoris: quæ est notanda ad intellectum text. *in d. l. Rutilia Polla, & l. fundi vendendi*, quas suprà retuli, & vide eundem Dec. *in cons.* 4.

Et quod augmentum superueniens à tempore venditionis † antea quàm emptor sit constitutus in mora, qui 50
tanquam consanguineus retrahit rem venditam, pertineat ad emptorem, tenet Glos. Parisien. *in consuetudin. Parisien. tit.* 1. *de materia feudali, §.* 13. *num.* 87. *fol.* 145. quod notandum est *ad leges Taurinas*, & alias leges Regni, quæ de retractu consanguineali loquuntur. Neque est omittenda doctrina Bart. *in dict. l. cum fundus, ff. de legat.* 2. vbi etiam Cuma. dicentes, quòd quando augmentum est æquè principale, non cedit rei augmentatæ; sed benè quoties accessoriè accedit rei legatæ. Notat dictus Episcopus *in d. q.* 2. *practic. num.* 5. *vers. Decimo in hoc.* Et si concedo alicui, vt possit effundere aquam
de suo fundo in meum, etiam si noceat, intelligitur nisi 51
noceat immoderatè, *l.* 2. *§. fin. ff. de aqua pluu. arcend.* vbi Paul. de Castro ad quod quædam similia adducit Cephal. *in cons.* 771. *n.* 2. *& seq.* ¶ Et legatarius cui competit electio, † non potest eligere, nisi rem mediocrem, 52
ne aliter eligendo hæres in immensum grauaretur, *l. fin. §. sed si, C. commun. de legat.* vbi Paul. & Ias. quos citat Simon de Prætis *lib.* 1. *de interpretand. defuncti volunt. interpretation.* 1. *dubitat.* 3. *solution.* 4. *n.* 20. *fol.* 14. Et facit quod scribit Glos. Parisien. *in consuetud. Parisien. part.* 1. *§.* 1. *glos.* 5. *num.* 73. 74. *& 75. fol.* 75. vbi dicit, quòd emphyteuta qui sua culpa cadit ab emphyteusi, non amittit illa melioramenta, † quæ nudam & sim- 53
plicem debitæ meliorationis formam excedunt, & quæ ex natura & lege contractus non tenebatur facere, vt si emphyteuta nouas mansiones, vrbanas, & rusticas magni sumptus, & valoris addiderit,

vel ſtagnum, vel molendinum ampli reditus, inter anfractus emphyteuticorum prædiorum graui ſumptu artificioſè conſtruxerit, quæ eſt noua concluſio, & ab eadem latè ſuſtentata, quæ præcipuè ad hoc exponit text. *in l.2.C.de iure emphyt.* in illis verbis: *Emphyteomata*: quam etiam vltra eam, illa non citata, declarat latiùs Tiraquel. *in l.ſi vnquam, in verb. reuertatur, num.*288. *pag.*513. *C.de reuocand.donat.* & Gloſ. Pariſienſ. ſequitur etiam ea non relata, Tiraquel. Arius Pinel. *in l.2. C.de reſcin.vendition. part.2.c.3.n.9.fol.*97. Et pro Gl. Pariſienſ fuit ſententia Baldi *in conſ.*372.*n.*1.*lib.*3. vbi vult, quòd permiſſio alteri conceſſa de faciendis meliora-
53 mentis in fundo, non debent intelligi de melioramentis exceſſiuis: quia de exceſſiuis † non intelligitur cogitatum. Notat & confirmat Aymo *conſ.*3.*n.*19. quem vide, & quem refert Menoch. *de recuper.poſſeſſ.remed.*15. *n.*553.*pag.*524. omninò ad hoc videndus, & Pinel. & Gl.Pariſ. refert Aluar.Valaſc. *de iure emphyt.q.*25.*n.*3. Ioan.Garcia *de expenſ.cap.*6.*n.*12.*fol.*46. ſic Matth.de Afflictis *deciſ.*80.*num.*1.cum aliis probat, quòd res magni valoris pro paruo cenſu ſubmiſſa non cadit in commiſſum propter non ſolutum canonem. Et pro Gloſ. Pariſien. facit etiam ſententia Baldi *in cap.*1.*§.ſi quis de manſo, de con.ro.inueſt. col.*1. vbi in fortioribus terminis concludit, quòd ſi vaſſallus facit aliquod incrementum in feudo, pertinet ad ipſum, non ad dominum, quem citat Natta *in conſ.*55.*in fin.* Et quòd ſi emphyteuta amittat propter culpam, rem emphyteuticam, do-
54 mino † cedant meliorationes, tradit Iaſ. qui alios citat *in l.2.num.*27.*C.de iure emphyt.* Decius *conſ.*518. licèt contrarium teneat Sarmiento *lib.*3.*ſelectarum interpret. cap.*4.*n.*1.*pag.*372. hodie *fol.*106. & de quæſt. Gl.Pariſien. agit etiam Anton Gama, eo non citato *deciſ.*75. & lege etiam Menoch. *caſu* 215. *n.*1. *cum ſeqq.* Amed. de Aponte *in tractatu laudemiorum, queſt.*8. *per totam*, Menoch. *d.remed.*15.*n.*502.*pag.*520. qui tractant, ad quem pertinent meliorameuta facta in re emphyteutica? ad quos addo Pariſ. *in conſ.*58. *num.*54. *lib.*3. Roland. *in conſ.*28.*n.*29.*lib.*1. Aluar.Valaſc. *in tract.de iure emphyteutico, q.*25.*fol.*137. Vincent.Carroc. *in tract.de locato, tit.de expenſ.n.*10.*fol.*112. Iulium Clarum, *§.emphyteuſis, q.*45. & additiones Gam. *in deciſionib.*4.22. & 75. Corbulum *de iure emphyteutico, in tit. de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem, ampliation.*35.*fol.*180.

Item hæc concluſio egregio argumento oſtenditur deducto *à leg.adeò, §.præterea, ff.de acquir.rerum domin.*
55 vbi dicitur, per alluuionem † id videtur adjici, quod ita paulatim adjicitur, vt intelligere nõ poſſimus, quantum quoquo momento temporis adjiciatur: quòd ſi vis fluminis partem aliquam ex tuo prædio detraxerit, & meo prædio attulerit, palam eſt eam tuam permanere. Eadem concluſio probatur *in §.Præterea quod per alluuionem, Inſtit.de rerum diuiſ. & in l.1. C.de alluuion. & in l.*26.*tit.*28.*part.*3. Et de hoc eſt abundantiſſimum conſilium Iaſ. *in conſ.*126.*lib.*4. vbi omnium pleniſſimè materiam alluuionis tractat, & Aluar.Valaſc. *de iure emphyt.q.*16. vbi plura ſcribit, & Gloſ.Pariſien. *d.§.*1. *& gloſ 5.n.*99.*fol.*38. qui eleganter more ſolito loquitur. Pro qua ſententia facit quod ſcribit Paul.de Caſtro *in conſ.*388. videtur dicendum *lib.*1. vbi ait, quòd tempore reuenditionis aliquid alluuione accreuit rei venditæ, & poſteà ex pacto de reuendendo redimitur, tale commodum cedit ad venditorem; ſed ante redemptionem fructus ad emptorem pertinere, niſi inſula iuxta fundum in flumine nata ſit, quia proprietati illico accedit, & fructus ad venditorem pertinent. Quod latiùs tradit Tiraq. *lib.2.de retract.in fin.n.*91.*pag.*997. poſt Cagnolum *in l.2. q.*17.*C.de pact.inter emptor.* facit *l. ſæpe legatum, ff.de legat.*3. & quæ ſcribit Cephal. *in conſil.*418.*n* 35.*lib.*3. qui plura tradit in iſta materia, Natta *in conſ.*55.*n.*1.*cum ſeqq.lib.*1 *de mutatione alnei*, & Curtius Sen. *in conſ.*56. *num.*1. *cum ſeqq. & per totum conſ.* Dec. *conſ.*302.*n.*23. Cœpola *in tract.de ſeruitut.cap.*34. *de alueo, pag.*375. Gregor.Lopez *in l.*29.*tit.*29. *in gloſ. in verb. Perder, in fin. l.*31. *&* 32. *tit.*28. *& l.*29. *eodem tit. part.*3. Anton.Peregrin. *in tract.de iure fiſci, lib.*1. *num.*23. *pag.*5.

Nec eſt prætermittenda doctrina Baldi, quæ ad plura eſt ſingularis *in cap.*1.*§.ſi quis de manſo, in verſ.Sed pone dominus, n.*7.*de controuer.inueſt.* vbi dicit, quòd ſi Princeps infeudauit alicui caſtrum, reſeruatis ſibi quibuſdam vaſſallis, quod quidem caſtrum multum multiplicatum eſt, & hominibus & magnitudine; quod in illo
56 incremento ſunt † diſtinguendæ familiæ, & vnde proceſſerunt: quia progenitores ſuos ſuffecti ſequi debent: refert ad hoc *l.cum ſcimus, C.de agricol. & cenſit.lib.*11. *& l.ſed ades, §.ſi quis mulierem, ff.locati. & l.poſſeſſionem, C.commun.vtriuſque ind.* & hæc etiam confirmat quod ſcribunt Doctores *in Clem.*1.*de ætate & qualitate*, poſt Gloſſam *in cap.cui, de præbend.in* 6. vbi dicit, quod diſpenſatio non extenditur † ad conſequutiua ſeparabilia:
57 vnde minor diſpenſatus de promouendo, & vt celebret, non cenſetur diſpenſatus de obtinendo beneficio curato; quia licèt hoc ſit conſequutium, tamen eſt ſeparabile, vt declarat Rebuf. *in praxi benefic.tit.de diſpenſat. ad plura beneficia, pag.*376.*num.*76. De quo lector legat Euerard. *loco* 95. text. *in cap.fin.§.ſin autem, de conceſſion. præbend.in* 6. Felin. *in d.cap fin.de conſtitution. num.*11. qui hoc notanter tractat. Quod confirmatur, quia licèt in mandato comprehendantur omnia annexa & conſequutiua, *l.2.ff.de iuriſdiction.omnium iudic.* cum *concordantibus*; hoc eſt verum, niſi eſſent maiora expreſſis, ſecundùm Bart. *ibi:* & probatur *in l.tutores, §.*1. *ff.de adminiſtration.tutor.* confirmat Alciatus *reſp.*371.*n.*3. facit doctrina Calderin. *in conſ.*3.*tit.de offic.Vicarij*, quam citat Aymo *in conſ.*297.*nu.*6. tradunt Pariſ. *in conſ.*31. *n.*113.*lib.*1. Menoch. *in conſ.*331.*n.*90.*lib.*1.

Sed & Felin. *in cap.auditis, num.*10. *de præſcript.* aliud ad propoſitum noſtrum ſingulare dictum ſcribit dicens, quòd quamvis acceſſoria inſeparabilia præſcribantur cum principali, iuxta doctrinam Baldi *in l.eos, C.de vſuris*, per illum textum, & notatur per Marian. *in cap.cum ex iniuncto, de hæretic.* qui ad hoc citat Oldrad. *in conſil.*182. Id ſecundùm Felin. procedit, dummodo talia
58 † eſſent inſeparabilia tempore inchoatæ præſcriptionis, ſecus ſi id poſtea ſuperueniat: nam tunc eſt opus noua præſcriptione in illo acceſſorio: refert hoc voluiſſe Ludouic. Roma. *in l.ei à quo fundum, §.*1. per illum textum, *ff.de acquirend.poſſeſſ.* in quo id non inuenio: quia in toto illo titulo non eſt talis lex; & in *titul. de vſucapion.* vbi eſt lex prædicta, hoc *Roman.* non dicit, & dicit Guilliel. Benedict. ex Bald. & alij *in cap.Raynuntius, in verb. & hortum, n.*17.*fol.*200. *de teſtam.* quòd vnita per alluuionem non eiuſdem efficiuntur naturæ cum fundo, cui ſunt vnita, ſi conſtat de diuerſitate rerum. Et quòd iuriſdictio caſtri continuetur in ſucceſſorem tanquam acceſſoria, reſoluit Iacob. Puteus *deciſ.*300. *lib.*2. quod conſilium cito *in 3. part. quæſt.*4. Et qualiter conceſſa iuriſdictione caſtri cenſetur conceſſa iuriſdictio in territorio, tradunt Boër. *deciſ.*127. Couar. *in practicis, c.*1. & alij, quos citat Bald. *allegation.*6. qui inter alia refert *legem* 68.*for.*18.*part.*3.*l.*9.*tit.*4.*part.*5.

Igitur ad propoſitum noſtrum, cum res augmentatæ in re quæ ex facultate Regia eſt vinculata, poſtea ſuperueniant, † quamvis ſint connexa, non tamen vinculata
59 cenſentur; cum ſunt magni valoris, & pater alios habet filios. ¶ Sed contra Felin. *in prædicta concluſione*, eo tamen non relato, tenet Gloſ. Pariſien. *in conſuetud. Pariſ.part.*1.*§.*7.*num.*29.*fol.*102. vbi expreſsè tradit,
60 † quòd quando præſcribitur in augmentum, vel additamentum veteris feudi, & iſtud additum eſt eiuſdem conditionis & naturæ, etiam in omnibus eodem modo regulatur, ſicut id cui additur; & dicit *maximam* eſſe eſſe in iure, quòd in omni augmento, ampliamento ſiue ſupplemento, quod venit conſtituendum ſimpliciter vnum & idem cum primo, & ſic acceſſoriè, ſiue fiat per contractum, ſiue per teſtamentum, ſiue per legem, iudicatur idem quod de principali; *per l. in-*

ter ſocerum, §.cum inter. ibi: Nec ſuperabitur portio dotis, quæ data eſt additamenti gratia, *ff. de pactis dotalibus*, & alia *ſuprà* citata.

Et ad hæc recta ratione applicari poteſt ſententia eiuſdem Gloſ.Pariſien. *§.*1. *gloſ.*5.*num.*20. *fol.*30. vbi
61 dicit, quòd licèt res † additæ & vnitæ prædio fendali, cum eo fiant vnus fundus, in quantum illud feudum eſt vna quædam res patrimonialis, & hæredum poſſeſſoris, ita quòd diſpoſitio per eum facta de illo prædio, vel fundo ſimpliciter, ſiue per venditionem, dationem in dotem, legatum, aut aliter, complectitur & includit omnes illas res vnitas; non tamen vniuntur feudo, in quantum eſt feudum: quia non vniuntur in qualitate fendali eiuſdem fundi, per *l.qui fundi, §.*1. *ff.de contrahend.emption.* & alia quæ refert; & ideò ſecundùm illum, iſta nouiter acquiſita & adiecta, noua indigent inueſtitura, antea quam feudum efficiantur. Et pro hoc facit text. *in cap.*1. *§.è contrario, de inueſt. de re alien. fact.* vbi notat Baldus *& in cap. Domin. guerram, §.ſi vaſſallus, hic finitur lex Corradi*, per quæ iura inquit Ioan. Lopius *in rubric.de donation.§.*62.*n.*16. *pag.*195. quòd res adiuncta rei maioratus, non ſumit illius naturam, quando ex facto hominis fit adiunctio; ſecus ſi à natura abſque facto, vel miniſterio hominis: vt probat *l.vltim. C. de alluuion.* Quod tradit Molina, licèt non referat Ioan. Lopium *lib.*1.*de primogeniis, cap.*26. *num.*3. *&* 4 *fol.*185. qui citat Gloſ. Pariſien. *in dicto loco*, & Iul. Clar. *lib.*4 *ſententiarum, §.feudum, quæſt.*88. *verſic. Sed pone*; & ibi plura ſcribit in materia noſtræ quæſtionis. Et quòd patrimonium adiunctum rei vinculatæ non aſſimat naturam rei vinculatæ, per text. *in dicto §.è contrario*, tradit in ſpecie Anton. Gama *deciſ.*218. *num.*1.

Et ex iſtis omnibus aliàs inferebam, quòd ſi aliquis multas terras poſſidebat, quarum aliquæ ad Regem ſpectabant (quas non Regales vocamus) de quibus fecit maioratum vel melioratione vinculatam, ſimul cum aliis terris, quæ ad eum verè ſpectabant, & poſt factam meliorationem, ille qui vinculauit, vel ſucceſſor, fecit compoſitionem cum Rege, ob quam pecunias ſoluit, quòd terræ ſic compoſitæ pertineant ad primo-
62 genitum; tenetur † tamen ſoluere pecuniam, aut conferre cum aliis fratribus, & communicare cum muliere. Quod confirmo ex his quæ ſcribo infra, *hac quæſtione, à num.*132. *in verſ. Et iſta opinio fulciuur.*

Ex illa doctrina ſingulari Gloſ. Pariſien. & ex text. *in d.cap.*1.*§.ſi vaſſallus, hic finitur lex Corradi*, oritur alia ſingularis doctrina, quæ dabit commodum & honorem in iſta materia, ſcilicet Pariſij. *in conſ.*28. *n.*3. *&* 4. *lib.*3. vbi reſoluit, quòd licèt fœmina non ſit capax ſuccedendi in bonis feudalibus; poteſt tamen ſuccedere in bonis augmentatis, & melioratis, & ſic in meliorationibus: & tradit idem Pariſ. *in conſ.*55.*n.*23. *& in conſ.*58.*n.*54. *eodem libro*, quem citat Roland. *in conſ.*28. *n.*28. *lib.*1. & Rolandum citat Menochius *de recuperand.poſſeſſ.dict.remed.*15.*n.*506. *pag.*521. quod etiam eſt notandum ad ea, quæ ſcribo *in* 3. *p. q.*8. & vidi in practica; & tradit etiam Carol.Ruin. *in conſ.*24. *n.*9. & 10. *lib.*1. & addo etiam Gloſ.Pariſien. *dicto §.*1. *& gloſ.*5. *num.*70. *fol.*35. *ibi, propter defectum lineæ maſculinæ, vel temporis lapſum.*

63 Neque his obſtat *l.*46. *Tauri*, vt ad ſuperiora † redeam, quam ſupra retuli, imò potiùs facit pro hac opinione, quia dicit lex: *Todas las fortalezas, que de aqui adelante ſe hizieren en las ciudades, villas, y lugares, y heredamientos de mayorazgos, aſſi las que de aqui adelante ſe hizieren, como lo que ſe reparare o mejorare en ellas: Aſſimiſmo los edificios que de aqui adelante ſe hizieren en las caſas de mayorazgos, labrando, o reparando, o reedificando en ellas, ſean aſſimiſmo de mayorazgo como lo ſon, o fueron las ciudades, villas, y lugares, y heredamientos, y caſas donde ſe labraren. E mandamos que en todo ello ſuceda el que fuere llamado al mayorazgo, con los vinculos y condiciones en el mayorazgo contenidos, ſin que ſea obligado a dar parte alguna de la eſtimacion, o valor de los dichos edificios a las mugeres de los que los fizo, ni a ſus hijos, ni a ſus herederos y ſucceſſores.* Quia ſi bene conſiderentur verba iſtius legis, tradunt caſum ſpecialem, quia expedit Reipublicæ, quòd villæ, † vel ciuitates ſint muris circundatæ ad defenſionem 64
hoſtium: & quòd habeant turres, & propugnacula neceſſaria, argum. text. *in l.*1.*tit.*18.*part.*2. ibi: *Otroſi eſtas fortalezas ſobredichas ledan fuerça y poder para guarda y amparamiento de ſi miſmo, e todos ſus pueblos.* Et *l.*6. *tit.*6. *lib.*4. *Ordina.* & egregia *l.*2. *tit.*21. *part.*2. ibi: *Honra deue el Rey fazer a ſu tierra, e ſeñaladamente en mandar cercar las ciudades, e las villas, e los caſtillos de buenos muros, e de buenas torres, ca eſta le fazè ſer mas honrada, e mas noble, e mas apueſta: E demas es gran ſegurança, e gran amparamiento de todos communalmente para en todo tiempo,* & l.3. ſequens, ibi: *Acucioſo deue ſer el Rey en guardar ſu tierra, de manera que ſe no yermen las villas, ni los otros lugares, ni ſe derriben los muros, ni las torres, ni las caſas por la mala guarda.* Et l.20. tit.32. part.3. ibi: *A poſtura y nobleça del Reyno es mantener los caſtillos, e los muros de las villas, e las otras fortalezas,* l.26. tit.14. part.5. ibi; *Para labrar e refazer los muros.* Et cum fortalitia fiant ad tutamen Regni, cum aliis rebus non ſint comparanda, nam non minor eſt virtus, quàm quærere parta tueri, vt habetur *in principio ſecundæ conſtitutionis Cod.* & in *Authent. vt ij qui oblig. §.quoniam autem, & in l.vltima, C.de operib. public.* tradit latiùs per exempla Lucas de Pen. *in l.vltima*, quæ incipit, *Iubemus, in verb.tuitio, C.de cur.publi.lib.*12. *fol.*216. *col.*4. vbi aliqua ad propoſitum ſcribit, adducens quod poſuit Deus Adam in Paradiſo, vt operaretur, & cuſtodiret illum, *Gen.cap.*2. & eſt text. ſatis notabilis *in l.omnes, C.de oper.publ. l.turres, eod.tit.* & faciunt quæ de muris ſcribit Lucas de Pen. *in l.vlt. C.quibus munerlib.*10. Dec. *in cap.*1.*n.*21. *cum ſeqq. de priuilegiis*, vbi plura notabilia ſcribit. Et villæ muratæ aliquibus potiuntur priuilegiis, vt per Rebuf. *in tract.de Nomina. q.*16. *num.*11. cum aliis, S. Thomam *in lib.*2. *de regimine principum cap.*11. ponit caſus, qualiter iſta fortalitia ſint in Regno neceſſaria.

¶ Et ideò dicit Gregor.Lopez *in d.l.*1. *tit.*18. *part.*2. 65
quòd ſi quis faciat maioratum de aliquo magno † territorio, & ibi eſt quoddam fortalicium, de quo nihil diſponit, venit fortalitium in maioria. Quæ concluſio vera videtur per text. *in l.æde ſacra, §.fin. ff.de contrahend.emption.* & per *l.*1. *§.cùm vrbem, ff.de offic.Præfect.vrb.* & per alia, quæ in alia quæſtione infra ſcribentur, & hoc nouiſſimè citat Azeued. *in l.*1 *tit.*5. *lib.*6. *Recopil. n.*4. *fol.*71.

Et eſt etiam aduertendum, quòd hæc lex loquitur ſpecialiter in ædificiis vrbanis, & factis in domibus, & villis maioratus, vt multoties lex repetit: & per argumentum à contrario ſenſu, quod fortiſſimum eſt in iure, *l.*1. *§.huius rei argumentum, ff.de offic.eius.cui manda. eſt iuriſd.* lex apertè ſentit, quod in aliis meliorationibus & augmentis diuerſum eſt dicendum: & quòd non ſit
66 maioratus, nec hoc eſt mirum: quia ædificia vrbana † multa habent priuilegia contra regulas iuris: & ideò non licèt de ciuitate tollere ea, quæ ſunt in ædificiis vrbanis, vt aliquò deferantur, quia expedit, vt ædificia ciuitatum ſint formoſa; vt conſtat ex *l.cætera.*§.1. *&* §. *tractari, & §.item quæri, l.ſed & ſiquis*, cum aliis ſequentibus, *ff de legat.*1. cum quibus concordat *ſingul. l.*13. *tit.*6. *part.*6. ibi: *Otroſi dezimos, que los marmoles, ni los pilares, ni las pilas, ni las puertas, ni madera, ni ninguna de las otras coſas, que ſon pueſtas y ayuntadas a las caſas, y a los otros edificios, no puedan ſer mandados en teſtamento a otros, y ſi algun ome fiziеſſe manda dellas, o de otras coſas ſemejantes no vale, eſto es defendido, porque tales coſas como eſtas fazen apueſtas, las villas, y lugares do ſon.* Et facit l.16. tit.2. part.3. quæ lex eſt egregia, ibi: *Eſto tuuieron por bien los ſabios antiguos por eſta razon, porque las caſas,*

o los edificios que los omes fazen en las villas, no tan ſolamente ſe tornan en pro de ſus ſeñorios, mas en fermoſura comunalmente de todos los lugares do ſon fechos. Et facit l. Præſes prouinciæ, inſpectis ædificiis, ff. de offic. Præſid. Et l. nulli iudicum, C. de offic. Recto. prouinciæ, ibi: *Sed ſacratiſſima modis omnibus inhabitare palatia, ſeu prætoria cogantur, vt hac neceſſitate compellantur eorum reparationi prouidere.* Et l. 1. titul. 1. lib. 7. Ordinamen. ibi: *Ennoblecenſe las ciudades y villas en tener caſas grandes y bien hechas, en que hagan ſus ayuntamientos y concejos.* Et l. 25. tit. 32. part. 3. ibi: *Caſa, o torre, o otro edificio qualquier auiendo ome en villa, o en otro lugar poblado, dezelo mantener e labrar de guiſa, que non ſe derribe por culpa, o pereza del.* Tradit Cæſar Lambertin. *de iure patronatus, lib. 1. part. 1. artic. 14. 3. quæſt. principali, num. 6 fol. 25.* Et publicus ornatus ædificiorum multa habet ſpecialia, vt ex text. *in l. quòd ſi vir, ff. de donation. inter vir. & vxor.* & aliis probat Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. quæſt. 29. num. 28. verſ. addendum, folio 185.* Iaſ. *in l. Cætera, ff. de legat. 1.* Siluan. *in conſ. 96. num. 12.* & tradit notanter Chaſſan. *in Catalog. glor. mundi, part. 12. conſiderat. 72. fol. 77.* facit l. 2. & 3. *l. ſi quis poſt hanc l. neminem, C. de ædificiis priuat.* & facit text. *in l. ad curatoris officium, ff. de damno injecto, & in l. ædiles, ff. de via public.* &. ex magnitudine ædificiorum præſumitur quis magnanimus, l. 2. vbi Bart. *C. de prad. & omnibus rebus nauicular. lib. 11.* cum *concordantibus*, vt per Ioſeph Maſcardum *in tractat. de probationibus, lib. 2. concluſ. 999. n. 1. fol. 72.* Et ex his etiam oriuntur diſpoſitiones legum 21. & 22. *eodem tit. 1.* & eſt bona l. 37. *tit. 18. part. 3. & l. 20. & penultim. tit. fin. eadem part. & l. 16. tit. 5. part. 5.* Et ſeruitutes vrbanæ non poſſunt hypothecari, ſi ciuitas ruinis deformetur, ſecundùm Gloſ. *in l. ſed an via, in verſ. vtatur,* & ibi Bart. *ff. de pignor.* & in §. *item Seruiana,*

67 vbi Iaſ. *num. 117. Inſtit. de actionib.* & fauor † ædificiorum præfertur iuribus priuatorum, l. 2. *l. ſi quis poſt hanc, C. de edific priuat. l. fin. ff. ne quid in loco public. l. gemma, ff. ad exhibend.* cum aliis, vt per Gloſ. Pariſien. *in conſuetudin. Pariſienſ. part. 2. §. 55. num. 26. fol. 61.* De quo etiam per Epiſcop. Couarr. *lib. 3. reſolution. cap. 14. in verſ. Sexta ratio, num. 8.* ad quem adde hic ſcripta, & alia priuilegia, quæ habent etiam ædificia vrbana, tradit rectè Petrus de Auendaño *in lib. de exequend. mandat. regiis, part. 1. cap. 19. num. 38. cum aliis, & cap. 12. num. 17.* cui adde textum ſingularem *in l. quòd ſi vir, ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi probatur, quòd valet donatio inter virum & vxorem ad refectionem ædium. Et eſt opus pium domos reparare, *l. ſi quis pro redemptione, C. de donation.* tradunt Cœpola *de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum, cap. 59. num. 27.* Ioan. Guttierr. *allegat. 7. num. 11.* Menochius *in tractat. præſumpt. lib. 4. præſumpt. 115. num. 23. fol. 222.* & tales reparationes tendunt in laudem & honorem, & magnificentiam ædificantium, & ex pulchritudine ædificiorum iudicantur † magnanimi, *dict. l. en his, C. de prad.*

68 *nauicul. lib. 11.* notat Cœpola *in tractat. de ſeruit. vrban. prædior. cap. 59 de refection. num. 27. pag. 254.* Et ibi tradit, quòd Iudex poteſt cogere, vt domus ruinoſa reficiatur, & idem Dueñas *regul. 152.* & Matienço *in dialog. Relat. part. 3. cap. 11. num. 12.* Ioan. Gratian. *regul. 329. num. 75.* Et plura ad propoſitum ſcribit Gulliel. Benedict. *in cap. Raymundus, in verb. domum, num. 20. & 21. fol. 197. de teſtam.* & ibi *num. 14.* ſcribit, quòd propter pulchritudinem ciuitatis poteſt Rector Curiales cogere ædificari, per *l. ſingularum vrbium, C. de ædif. priuat. & l. Præſes prouinciæ inſpectis ædificiis, ff. de officio Præſid.* & ibi plura ſcribit in fauorem ædificiorum vrbanorum: & de ſtatuto ciuitatis Taurinæ cauente, quòd ſoli agnati ſuccedant in domibus, excluſis fœminis, tradit *deciſ. 263.* & notatur per Arium pinellum *in l. 1. part. 3. num. 66. fol. 129. col. 1. C. de bonis maternis*, & eſt bonus text. *in l. diuortio, §. impendia, ff. ſoluto matrimonio,* ibi: *Planè ſi nouam villam neceſſario extruxerit, vel veterem totam ſine culpa ſua collapſam reſtituerit.*

Et fauore ædificiorum quis cogitur ad vendendum, contra vulgaram regulam iuris, quæ neminem † inuitum vendere compellit, *l. ſi vt proponis, C. de ædific. priuat.* Notant Guillielm. Alberic. & Florian. *in l. ſi quis ſepulchrum, in princip. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* Gloſ. Pariſien. *in 2. part. conſuetudin. Pariſienſ. §. 53. num. 28. fol. 61. & §. 41. num. 98. fol. 296.* Epiſcop. Couar. *reſolut lib. 3. cap. 14. num. 7.* Rendin. *de maieſtate Principum, in verbo, magnanimum, fol. 106.* & de conſtitutione quòd agnati habeant domos, & maſculi; & non fœminæ, tractat Oſaſcus *deciſ. Pedemon. 262. n. 9.* & valet donatio inter maritum & vxorem ad refectionem ædium, *l. quòd ſi vir 15. ff. de donat. inter vir.* notat Pinellus *in l. 1. C. de bonis maternis, part. 3. num. 66. verſic. Ex quibus.* Faciunt ſcripta per Burſatum *in conſil. 57. num. 10.* Theſaur. *deciſ. 23. nu. 3.* Et quod datum eſt ad reparandam domum, donatum præſumitur ob cauſam finalem, & repeti poteſt, ſi cauſa non impleatur; quia intereſt Reipublicæ domos reparari, ne vrbs ruinis deformetur, ſecundùm Albericum *in l. generaliter, col. 2. verſ. Circa hoc tantum, num. 5. C. de Epiſcop. & Cleric.* quem citat Tiraquel. *in tract. de ceſſant. cauſ. num. 59. fol. 112.* maximè, quia intereſt ad authoritatem illorum, qui in maioratibus ſuccedunt, & ad eorum ornatum, vt habeant domos egregias, & amplas, & fortalitia, cum quibus ſint magis honorati, & poſſint cuſtodire regnum ab hoſtibus, & melius ſeruire Principi: quia caſtra antiqua & notabilia ſuos nobilitant ſucceſſores, *cap. 1. quis dicatur Dux, vel Marchio*, notat Bonus de Curtili *in tract. de nobilitat. part. 3. num. 200. cum ſequentibus*, Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. tit. de feud. §. 7. col. 3 verſ. Inter alias,* & notatur per alios, quos refert Gloſ. Pariſienſ. *in part. 1. conſuetud. Pariſienſ. §. 9. gloſ. 3. fol. 120. & conſ. 1.* pro Duce de Villahermoſa, *num. 41. pag. 86.* ¶ Et nobiles & in dignitate conſtituti † anxij ſunt, & ſolliciti; ne principalis eorum domus à familia ſua alienetur; *l. pater, & Iulius Agrippa, ff. de legat. 3.* quæ loquitur de quodam Primipilari, qui prohibuit domum ſuam maiorem alienari, cum de aliis propriis domibus non curaret, quod præbet quoddam argumentum ad ſtatuta & conſuetudines, quæ relinquunt primogenitis domum principalem ſuæ ſucceſſionis perſonarum nobilium, cuius generis multa ſunt in Francia, vt notat Tiraq. *in tract. de nobilitat. cap. 37. num. 23. pag. 554.* & merito Gloſ. Pariſienſ. *dict. 1. p. §. 8. gloſ. 4. num. 10. fol. 117.* declarat quando & quomodo domus debent pertinere ad primogenitum. Sic in Statu Sabaudiæ eſt ſtatutum, quòd in domibus ſuccedant agnati, & non cognati, vt latè tradit Anton. Theſaur. *deciſ. 263.* Confirmatur, quia ex generalitate † rei prohibitæ alienari, vt puta, quia eſt domus nobiliſſima, & principalis, inducitur fideicommiſſum ſecundùm Angel. Salicet. & Iaſ. *in l. quoties, la primera, C. de fideicommiſſ.* Bald. poſt Cinum *in l. voluntas, eodem tit.* Dec. *in conſil. 23. num. 5. & conſ. 38. num. 2.* Ripam *in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 4. ff. de legatis 1.* & alios, quos citat Menoch *conſ. 118. num. 20. lib. 1.* De quo legenda ſunt quæ latius ſcribo *infrà, hac part. q. 51. num. 79. & part. 2. q. 5. à num. 24.*

Et eſt etiam mirabilis ad propoſitum *lex*, quâ colligitur notabilis ratio decidendi ad *dictam l. 46.* ſcilicèt *lex 32.* quæ eſt vltima, *tit. 18. part. 2.* ibi: *E por eſta fiança que ouieron en los ſeñores, fueles otorgado que las caſas de los nobles omes fueſſen guardadas como caſtillos.* Et teſtator non videtur excipere de legato facto † domum nobilem & pretioſam, vt tradit Aymo *in d. conſil. 297. num. 6.* & tempore Adriani Imperatoris fuit factum Senatuſconſultum, nè quis ea, quæ ædium ſunt, vendat, leget, vel diſtrahat cauſâ negotiandi, *l. Senatus, ff. de contrahen. emption. l. negotiandi, C. de ædificiis priuatis*, tradit Tiberius Decianus *in tract. lib. 2. cap. 28. num. 21. fol. 57.* & addo etiam notabilem doctrinam

Roman.

Roman. *in ſingulari* 780. *Pauper nobilis*, vbi dicit, quòd

73 ſi aliquis † nobilis habet palatium deſtructum, quod propter paupertatem reficere non poteſt, compellitur ad illud vendendum, ne ciuitas ruinis deformetur, refert hoc voluiſſe Speculator. *in tit. de ſatisdation. §. eſt quoque, verſ. Circa hoc quæritur,* per *l. lege, in principio, ff. ad Sillan.*

74 Sed attende, quòd *Speculator* non dicit † illud, ad quod refertur per *Roman.* ſed Roman. refert Tiraquel. *in dict. tractat. de nobilitat. num. 132. pag. 554. in verſic. Si pauper*; quod etiam notandum eſt ad intellectum text. *in l. inuitum, C. de contrahend. emption. & l. 3. tit. 5. part. 5.* quibus addo doctrinam Lancelloti, Deci. *in l. Senatus, §. Marcellus, ff. de leg. 1.* vbi dicit, quòd meliorationes factæ in ædificiis vrbanis non poſſunt abradi, ſi inde ſequatur deformitas ciuitatis, ſed debet æſtimatio extantis meliorationis reddi vaſſallo, emphyteutæ, aut ſimili. Et facit, quia domus magnæ potius pro cultu vrbium, quàm occaſione fructuum acquiruntur, *l. 2. C. de prædiis, & omnibus rebus, lib. 11.* vbi Gloſ. *in verb. ſumptus*, Imola & alij: & dixi infra *4. part. q. 3. à num. 8.* Alexand. *in l. Imperator. ff. ad Trebellianum.* Nicol. Boër. *deciſ. 19.* Burſatus notanter *conſ. 84. num. 17. lib. 1.* Et interpretatio ſemper eſt ſumenda ne domus deſtruatur, ſecundùm Alciat. *in l. poſt contractum, nu. 57. ff. de donation.* Menoch. *in tract. præſumption. lib. 3. præſumption. 124. num. 22 pag. 433.* & pro Lancel. Dec. faciunt ſcripta per Iul. Ferret. *in tractat. de gabellis, num. 286.*

75 Confirmatur, quia in donatione, quæ † fit ob reparationem domus diruæ, non requiritur inſinuatio, *l. penult. §. 2. C. de donation.* & ibi notant Bart. Bald. Salicet. & Angel. Azo *in ſumma, tit. de donation.* Anton. Gabr. *lib. 3. commun. opin. onum, tit. de donation. concluſ. 1. num. 38. pag. 193.* & facit quod ſcribit Gloſ. Pariſienſ. *in conſuetudin. Pariſienſ. §. 8. gloſ. 4. quæſt. 2. num. 3. fol. 116. col. 4.* vbi dicit, quòd ſi feudum ab antiqua conceſſione conſiſtat in certis agris ſine aliquo ædificio, ſed vltimò defunctus vaſſallus domum ibi conſtruxit de nouo, debetur primogenito cum hortò & ſuis appendicibus; & facit text. *in l. qui ſeruo, in fin. C. de commu. ſeruo manum.* ibi: *Ampliandam enim ciuitatem noſtram, magis quàm minuendam eſſe cenſemus.* ¶ Et

76 quòd Reipublicæ intereſt, ne ciuitas ruinis † deformetur, probant *l. prætor. §. hoc interdictum prohibitorium eſt, ff. de non. oper. l. fin. ff. ne quid in loco public. & l. 2. C. de ædific. priuat.* & ad decus & ornatum ciuitatis pertinet non derelinqui ædificia, *l. prætor. §. deinde, ff. de nou. oper.* vbi Imola. Et iſtam meam ſententiam nouiſſimè tenet Ioan. Guttierrez *lib. 2. practicarum quæſtionum q. 82. per totam*, quibus congruit, valere ſtatuta prohi-

77 bentia, ne ciues † habitent extra ciuitatem, vt tradunt Ioan. Baptiſta de ſancto Seuerino *in l. omnes populi, num. 103. ff. de iuſt. & iur.* Menoch. *de præſumption. lib. 5. præſumptione 12. num. 4. fol. 20.*

Et ex omnibus inferioribus infertur ad quæſtionem, quæ de facto contigit in negotio maximi momenti. Teſtator quandam domum vinculauit, & dubitatur an alia plura, quæ reliquit maximi valoris eidem perſonæ, cui domum vinculatam relinquit, eſſent vinculata, quia

78 de hoc clarè non conſtabat, tractatum fuit † per prædicta non eſſe eandem rationem, ad præſumendum vinculum in cæteris rebus relictis, quæ fuit in domo vinculata, & ſuper hoc maxima lis pendet; & ad regulam *l. 2. C. de ædificiis priuatis*, addo text. *in l. 25. tit. 32. part. 3.* & Cœpolam *de ſeruitut. vrbanorum prædiorum.* Et de materia lector videat egregium conſilium, Auguſtin. Beroius *118. num. 4. cum ſequentibus lib. 3.* & ad iſta facit notabilis *l. 1. tit. 1. lib. 7. Recopilat.* ibi: *Ennoblecen las ciudades y villas en tener caſas y bien echas.* Et probatur *in l. prætor ait 20. §. hoc interdictum, ff. de nou. oper. nunciat.* & in aliis iuribus adductis per Barboſam *in l. diuortio, §. fin. num. 119. pag. 1205. ff. ſoluto matrim. tom. 1.* vbi hoc refert. Et hæc omnia ſunt notabilia pro intellectu text. *in dict. l. 46. Taurina*, licèt Ioan. Lop. *in dict. §. 62. num. 16* dictam legem generaliter intelligat: quod mihi durum videtur, & contra mentem & verba legis. De quo vide quæ ſcribo *in 4. p. q. 33.*

Prætereà poteſt attentari † quòd *d. l. 46.* loquitur in 79 maioratu, quem quis habuit ab anteceſſoribus, non etiam in maioratu de nouo conſtituto: quia vnius ad alium eſt diuerſiſſima ratio, vt conſtat ex his, quæ ſcripſi *in 3. quæſt. ſuprà; à num. 8.* quod tradit Burgos de Paz, *conſ. 3. num. 108.* In quo eſt cogitandum, quia dicta lex generaliter loquitur, & generaliter eſt intelligenda: maximè, quia loquitur in fauorem maioratuum, quibus leges *Taurinæ*, & aliæ leges Regales fauent, & idcò potius eſt amplianda, quàm reſtringenda.

Sed replicari poteſt, quòd etiam legitima filiorum maximè eſt honorabilis, vt paſſim iura & DD. profitentur, & vincit ius primogenituræ, vt docet Gloſ. Pariſienſ. *in dict. gloſ. 4. n. 7.* Quare dicit Caſtellus *in 46.* quòd ex illa lege non excluditur legitima filiorum. De quo maximè dubito, propter generalitatem *illius legis*; & quia ſi hoc eſſet, nihil ferè ſpeciale contineret, & ideò difficilis eſt punctus. Alia autem notabilia circa intellectum illius legis ſcribo *in 4. part. huius operis, quæſt. 33.* omninò ad hæc videnda. Et an tales domus pretioſæ, ſicut ſunt communiter bona maioratus, æſtimentur ex reditibus, vel ex pretio, tradunt Bald. *in l. fin. §. ſin autem legata, C. de bon. quæ liber.* Iaſ. *in §. ſed & ſi quis, num. 9 Inſtit. de action* Boër. *deciſ. 19.* Pinel. *in l. 2. part. 3. cap. 4. n. 28. C. de reſcind. vendi.* Burſat. *conſ. 172. num. 31. lib. 2.* Menoch. *de arbitrar. iudicum, cent. 2. caſu 183. num. 24. cum ſequentibus.* Et quòd memoriam non conſeruent pompoſa, & magna ædificia, ſed ſcriptura, tradit ex Seneca, Ferrat. *in practica, in forma libelli, in actione negatoria; & in actione noui operis, pag. 251. col. 1.* quod confert in fauorem ſcribentium libros, quos laudant inter alios Chaſſan. *in Catalog. gloriæ mundi, part. 10. conſiderat. 28. fol. 17. col. 4.* Rebuf. *in tract. de Nominat. quæſt. 21. num. 58. pag. 57.* Azeued. *in l. 1. tit. 2. lib. 6. Recopilat. num. 77. fo. 25.* Et quo modo intelligatur ſtatutum excludens fœminas à ſucceſſione domorum, tradit latè Theſaurus *deciſ. 263. num. 9.*

Et ex iſtis non ſine maximo fundamento dubitari poteſt de quadam noua, & eleganti extenſione, quam ad *dict. l. 46.* tradit domin. Anton. de Padilla *in rubric. C. de fideicommiſſ. num. 16.* vbi ſcribit, quòd meliorationes factæ in re ſubiecta reſtitutioni pro ſacrificio aliquo anniuerſario, cedunt ipſi rei principali. Quam opinionem ego intelligo procedere ſecundùm diſtinctionem hic poſitam, & *dict. quæſt. 33.* & in iſto caſu eſt æqua & pia opinio, & pro fauore Religionis & rerum ſpiritualium augmento, & pro ſacrificiis amplectenda, *l. ſummaratio, ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* Et confirmat Matthæus de Afflictis. *deciſ. Neapolitan. 23. Capellani nomine, num. 8.* quibus libenter addo, quòd bona † data 80
in ſeruitium Dei cum onere dicendi aliquas Miſſas, dicuntur bona profana, ſi non ſint authoritate Epiſcopi inſtituta, & omnia ſeruiant piis cauſis, ſecundùm Guid. Pap. *deciſ. 187.* quem citat Auend. *2. part. de exequend. mandat. regiis, cap. 14. num. 32. fol. 195.* qui limitat in notabili caſu, vt per Ancharr *conſil. 129.* Quod confirmo, quia Hoſpitale non efficitur religioſum, ſi fuerit authoritate priuata conſtructum, ſed eſt neceſſaria authoritas Pontificia, ſecundùm Gloſ. *in cap. in Eccleſiaſtico, 13. quæſt. 2.* Innocen. *in cap. ad hæc, de religioſis domibus*, Abbatem *in cap. abolend. de ſepultur.* & alios, vt per Peraltam *in l. Manius, §. in fundo, num. 6. pag. 513. ff. de legat. 2.*

Item, hanc opinionem (vt ad ſuperiora reuertam) non impedit † text. *in l. ſeruum filij §. ſi areæ legata domus impoſita ſit, debebitur legatario, niſi teſtator mutauerit voluntatem.* Nec *dict. l. Partir.* Nam ratio horum iurium eſt: quia quando augmentum factum fuit à teſtatore, præſumitur quòd teſtator voluit augere lega- 81

tum, quia illud minuere poterat ; quæ præſumptio ceſſat vbi augmentum factum fuit ab aliquo, in cuius ſola poteſtate non erat facere illud augmentum : quia tunc quod augmentatum fuit, non debetur, iuxta *l.ſi chorus, §.in area. ff.de legat.3.* & ſic concordantur hæc duo iura, ſecundùm Alexandrum & Iaſonem *num.5. in d.l.ſi ex toto,in principio,ff. de legatis* 1. Ioan.Falcon. *regula 50. num.5.* qui hoc refert. Et qualiter ædificium cedat ſolo factum in rebus maioratus, reſoluit nouiſſimè Ioannes Guttierrez *in practicis quæſtionibus, lib 3. quæſt.88.num.4.* qui etiam id diſputat in ædificio facto in area quæ eſt de trunco. Igitur in noſtro propoſito ſubtiliter dici poteſt, quòd ratio quare res augmentatæ in maioratu non cedunt maioratui, eſt, quia hoc non ſolum dependet à voluntate diſponentis de rebus maioratus, ſed etiam à voluntate aliorum, qui propter maioratum præiudicantur in legitima, quæ eſt eis ex lege præſcripta, & taxata, requiritur etiam Principis voluntas ad faciendum vinculum. Cum igitur augmentatio illa non ſolum dependeat à voluntate facientis maioratum, ſed etiam à Principis facultate & voluntate, & filiorum, mirari non debemus quod ad vinculandas res augmentatas in maioratu, cum ſit magni valoris, requiratur noua licentia.

¶ Et ideò dictus Epiſcopus *in dicto cap.2. practicarum quæſtionum, num.7.* agens de doctrina Angeli *in dict.authent.de æquali.dotium,§.aliud.num.1.* dicit, quod
82 ea ratione procedit, quia ex augmento † iuriſdictionis, nulli alij, quàm ipſimet Principi concedenti fit præiudicium. Nam vbi alterius præiudicium verteretur, aliud eſſet dicendum ; & huius etiam ſententiæ fuit Angelus *in prædicto loco.* Et pro iſta ſententia facit bonum dictum Felini *in cap.cum olim,num.5. fol.234.de maiori. & obedien.* vbi dicit, quòd aditamentum ſequitur naturam ſui principalis, quando naſcitur eadem via, qua naſcitur principale, alias ſecus. Et dictum Angeli refert & ſequitur Curtius Senior *in conſil.56.num.7.* Nec minus faciunt pro Epiſcopo quæ ſcribit Tiraquellus *in tractatu de utroque retractu.§.1. gloſſa 18.n.58.pag.359.* Matienç. *in l.7. tit.11. lib.5. Recopilationis, gloſſa 3. num.9. fol.358.* reſoluentes, quòd augmentum non ſequitur naturam ſui principalis, vbi agitur de præiudicio Tertij.

Et iſta magis locum ſibi vendicabunt vbicunque ille, qui facit maioratum alicuius fundi, vel alterius rei, vtitur iſto pronomine, *lego fundum meum*, quia limitat & reſtringit legatum ita, vt ſuperueniens augmentum
83 non augeat † legatum, ſecundùm Bart. *in l.ſerui electione, §.vltimo, ff.de legatis* 1. poſt Gloſſam, & in *l. ſeruum filij,in principio,num.3.eodem titulo,* & eſt communis opinio ſecundùm Ripam *in dicta l.ſerui electione, §.vltimo, num.9.* vbi Alciat. *num.6.* tradit latè Menochius *conſil.106. num.188. libro 2.* Et iſta fulciuntur, quia augmentum non iudicatur idem quod principale, vbi diuerſa eſt ratio, *l.qui fundum,§.1.ff.pro emptore.* Notant Corneus *in conſ.149. col.vltima, verſic. nec obſtat quòd augmentum, lib.3.* Menochius *conſilio 26 num.35.libro* 1. poſt Tiraquellum *libro 1.de retractu,§.1.gloſſa 18.num.59.* Et qualitas adiecta generi facit tranſire in aliam ſpeciem, *dicta l. ius ciuile, ff. de iuſtitia & iure,* cum *concordantibus*, vt per Rebuffum *in praxi beneficiali, tit. de non promotis intra annum, num.27.pag.447.* Et quando actui additur vel detrahitur, dicitur nouus actus ſecundùm Baldum & Alexandrum *in l.4. ff.de damn.infect.* & alios quos citat Antonius Gabriel *lib.2.communium,tit.de dilation.concluſ.2. num.25. pag.109.*

Et ex prædictis apparet, quòd noſtræ ſententiæ non refragantur quæ ſcribit Gloſ. Pariſien. *in conſuetud. Pariſien. part.1. §.1. gloſ.5. num.67. fol.34.* vbi tradit, quòd ſi vaſſallus acquiſiuit ſeruitutem ad prædium
84 feudale, † vel in eo amplum & vtile ſtruxit ædificium, cum iſta non poſſint per ſe ſubſiſtere, haud dubiè feudo accreſcunt, per textum *in l.1. ff.commun. prædior. & in l.2. & in l.ſi quis ſciens, C. de rei vendicatione*, & per alias rationes, & iura per illum relata. Et pro iſta ſententia noſtra etiam facit notabile dictum Guidonis Papæ *in conſil.104.Præſuppoſitis ſuprà,num.4.* vbi dicit, quòd ſi domus, & grangia nouiter fuit per filium facta in re ſibi à patre donata, tenetur filius communicare, & diuidere melioramenta inter fratres ſuos, quando ædificia & conſtructiones, quæ fecit, fuerunt ex rebus & bonis paternis Et ex his infertur intellectus & confirmatio eorum, quæ tradit Pinellus *in l.1.part.2. n.70. fol.59.* vbi reſoluit, quòd in Luſitania, ſucceſſor maioratus tenetur fratribus & matri ſatisfacere melioramenta, quando expenſa fuit magna, & ex ea reſultat notabilis vtilitas in bonis maioratus, & in terminis *d.l.46.* hoc reſoluit Burgos de Paz *q.6. num.27.* poſt Ioan.Lopium *in d.l.46.num.1.*

Et ex his quæ in hoc primo membro diſtinctionis dicta ſunt, infertur alia diſtinctio in hac materia : nam ſi res augmentatæ ſint parui valoris, † cenſebuntur 85
vinculatæ ſicut res ipſa principalis, ad quam obtenta fuit licentia, modo ſit melioratio in vna & eadem re, & non diſtincta (vt poſteà dicetur) quia tunc idem iudicandum eſt de augmento, quod de ſuo principali ; argumento eius quod ſcribit Bart. *in dicta l.final. n.4. C.quæ res pignor. obligar. poſſ.* vbi dicit, quòd in generali obligatione bonorum ideò veniunt bona futura, quia hypotheca eſt parui præiudicij. Notat Iaſo *in dicta l.ſi ſtipulatus fuerim, §.cum ſtipulamur, num.12. fol.208. ff. de verborum obligation.* vbi ponit regulam generalem, quòd ſimplex diſpoſitio trahitur ad futura parum præiudicialia, vbi vide Bart. Imol. & Alexand. & eundem Alexandrum *in conſil.235.num.8.lib.6.* & ideò
renuntiatio hypothecæ † non eſt donatio, *l.ſi pignus.* 86
ff.quæ in fraud.creditor. l.Lucius, ff.quibus modis pignus vel hypothec.ſolui. l.quamvis,in principio. ff.ad Velleian. l.etiam,& l.iubemus.in princip. C.eodem titulo : & hypotheca eſt parui præiudicij, vt per Alexand. *in conſil.235. num.8.lib.6.* Et priuilegium datum Monachis, vt non teneantur ſoluere decimas, reſtringitur ad poſſeſſiones, quas habebant tempore conceſſionis, non ad poſteà acquiſitas, vt per Thomam Triniſ. *deciſione 65. part.1.nu.11.* Et hoc etiam fulcitur, quia minus † pre- 87
tioſum cedit pretioſiori, *l.quicquid, §.vlt. ff.de acquirend. rerum domin.* Notat Ioan. Faber, *in §. ſi tamen, folio 25.Inſtitut.de rerum diuiſione* ; & ideò etiam dixit Bartol. *in l.final C.ſi contra ius,vel vtilitat.public.* quòd poteſt Princeps auferre ius alterius in modico quopiam. Et idem Anton. Abb. Felinus, & Decius *in cap. quæ in Eccleſiarum,de conſtitution.* cum *concordantibus*, vt per Alexand. *in conſ.225. Neque arguendi,libro 3.* & conducunt ſcripta per eundem Alexandrum *in conſil.293.num.5.lib.2.* vbi dicit, quòd † facultas conceſſa 88
ad ædificandum, intelligitur in quolibet acceſſorio ædificio. Et quæ ſcribo *in 4.part.huius operis, quæſt.1. limitat.6.* Et hæc concluſio confirmatur ex infinitis penè concordantibus, quæ cumulat Tiraquel. *in tractatu de iudic. in rebus exigend.* quaſi *per totum*, vbi ſi oportuerit videre, licebit vltra ea, quæ hic tradita ſunt ; faciunt ſcripta per Nattam *in conſilio 182.lib.1.* Et iſta maiori ratione procedunt, quando maioratus vel melioratio concipitur per hæc verba, *dono,vel lego fundum meum,* quia augmentum ſuperueniens non auget † donatio- 89
nem, vel legatum, ſecundùm Gloſſam, & Bartolum *in l. ſerui electione, §.vltimo, & in l.ſeruum filij, in principio, ff.de legatis* 1. idem voluerunt Angel. Bald. Paulus de Caſtro, Alciatus & Ripa, qui communem dicit *in d. §.vltimo, l.ſi ſeruus plurium*, & alij, vt per Menochium *conſil.106. num.188.* qui tenet in hoc contra Epiſcopum Couarru. *in practicis quæſtionibus, cap.2. num.2.* & eum ſaluat, quando augmentum eſt quid annexum, de quo infrà tractabitur.

SVMMA

SVMMARIA.

90 *Pater vnicum habens filium ſi multas faciat melioriationes, vinculatæ cenſentur abſque noua Regia licentia, quando melioriationes fiunt in eadem & indiuidua re.*
91 *Alluuio cedit rei hypothecatæ.*
92 *Poſſeſſio an acquiratur in re per alluuionem quæſita.*
93 *Vaſſallus & emphyteuta ſi cadant à feudo, vel emphyteuſi, an amittant iuriſdictionem per eoſdem poſteà acquiſitam.*
94 *Vnitorum eadem eſt natura.*
95 *Horti an cedant primogenito ſimul cum domo.*
96 *Quid de inſula domui coniuncta.*
97 *Quid de viuario, molendino, balneo, apotheca, nemore, vineis, remiſſiuè.*
98 *In legato facto de domo veniunt quæ illi ſunt annexa.*
99 *Cui prohibetur habitatio in iuriſdictione, etiam prohibetur in ciuitate confederata.*
100 *Acceſſorium domus indicatur quod pertinet ad domum, cui magis connexum eſt.*
101 *Præſcriptio vnius rei ad cohærentem extenditur.*
102 *Acceſſoria annexa an veniant cum principali.*
103 *Ex ſeparatis non conſtituitur vnum corpus.*
104 *Cum adhærente an dicatur pendere liu.*
105 *Curte, id eſt, corral, pars domus eſt.*
106 *Appendicia & pertinentia veniunt cum Caſtro.*
107 *In indiuiduis diſpoſitum in vno, in alio diſpoſitum cenſetur.*
108 *Mobilia immobilibus cohærentia immobilia iudicantur.*
109 *Ratione connexitatis an debeat tractari cauſa coram eodem Iudice.*
110 *Qui præſcribit decimas in vna parte fundi, an præſcribat in terris nouiter ad culturam redactis, & num.112.*
111 *Præſcriptio partis indiſſolubilis ad totum extenditur ratione indiuidui.*
113 *Si de nouo plantetur aliquid in fundo, in quo Decimæ erant præſcriptæ, debent ſolui de nouiter plantatis, & num.116.*
114 *Intellectus ad l.22. tit.7. lib.7. Recopil. & l.23. eodem tit.*
115 *Ex poſſeſſione principalis, an continuetur poſſeſſio in acceſſoriis.*
117 *Vaſſalli domino obligati de ſiminatis in certa parte fundi Decimas ſoluere ; tenentur ſoluere de arboribus plantatis.*
118 *Maioratu inſtituto de terris ad culturam redactis, melioramenta ad primogenitum an pertineant.*
119 *Priuilegium in vno articulo renouatum in reliquis manet firmum.*
120 *Vena reperta in aliquo fundo ratione continuitatis ſemper dicitur vna.*
121 *Maioratu inſtituto de aliquo fundo, in quo poſteà metalla reperta ſunt, an cedant primogenito.*
122 *Coniunctorum eadem eſt natura.*
123 *In connexis incluſio vnius non eſt excluſio aliorum.*
124 *Sententia extenditur ad connexa, & n.137.*
125 *Incorporatio an omnia comprehendat.*
126 Lex, clauibus, ff.de contrahen.empt. *exornatur.*
127 *Si quis faciat maioratum de omnibus bonis ſuis, an veniant futura.*
128 *Arbitrium alicui conceſſum, pro actionibus præſentibus intelligitur.*
129 *Mater ſi meliorauit filium in Tertio bonorum, an ſit deducendum ex dote.*
130 *Maritus & mulier bona dotalia poſſidere videntur.*
131 *Emolumenta tempore mortis exiſtentia primogenito cedunt.*
132 *Melioriationes ſeparatæ à re maioratus, an cedant primogenito.*
133 *Augmentum ſeparabile an augeat rem, cui adhæret.*
134 *In ſcripturis ſeparatis an vna per alteram declaretur.*
135 *Coniunctum dicitur quando eſt vnum corpus.*
136 *Defunctus qui poſſedit maioratum, ſi ad territorium iuriſdictionem acquiſiuit, non cedit primogenito iuriſdictio ; & quid ſi poſſeſſor ſeruitutem acquiſiuit ?* ibid.
138 *Indiuiduum dicitur, cuius partes ſeparatæ mutant definitionem totius.*
139 *Iuriſdictio per maioratus poſſeſſorem quæſita, an cedat maioratui.*
140 *Vbi non conſtat iuriſdictionem ad primogenitum pertinere, quomodo fratres & primogenitus ea vtantur, remiſſiuè.*
141 *In venditione Caſtri an comprehendatur iuriſdictio cohærens fundo, in quo ſunt erectæ furcæ.*
142 *Ex conceſſione rei particularis an transferatur iuriſdictio.*
143 *Teſtis deponens de territorio, an de iuriſdictione ddeponat.*
144 *Noua caſtra Duci aut Marchioni conceſſa, an ſint de Ducatu, aut Marchionatu.*
145 *Animus addendi ad maioratum quomodo cognoſcatur.*

Poſt *num.145.* inuenies ſummaria quæ deſiderantur.

TErtiam in hac quæſtione pono principalem concluſionem, & diſtinctionem : nam ſi pater non habet niſi vnum filium, & in eundem facit maioratum cum facultate Regia, & poſteà in illa re faciat augmenta, & melioriationes ; tunc illæ res augmentatæ † cedunt 90
tali maioratui : quia in hoc caſu ceſſant omnes rationes, aut certè maiores, quæ obſtant & impediunt augmentationem, de quibus ſuprà latè egimus. Et hoc caſu habet locum *d.l.ſeruum filij,§.ſi areæ, & d.l.37. titul.6. part.6.* cum *concordantibus.*

Sed hæc opinio tunc procedit, & habet locum, quando quis fundum habebat, & obtinuit licentiam Regalem ad faciendum de eo fundo Maioratum, qui quidem fundus tempore obtentæ licentiæ ſtabat ſine arboribus : poſteà autem ille, qui maioratum fecit, multas plantauit arbores, & alias fecit melioriationes, ex quibus fundus multò pretioſior & fructuoſior redditus eſt : tunc quidem huiuſmodi augmentationes & melioriationes erunt vinculatæ, & maioratus, quia in eodem fundo ſunt factæ non diſtincto diuerſis limitibus. Et pro iſta concluſione faciunt plura quæ ſcribit Gloſſa Pariſienſis *vbi ſuprà dicto num.67.* Et pondero etiam egregium caſum *in l.23.tit.5.part.5.* ibi : *Otro ſi dezimos, que cumplida ſeyendo la vendida en alguna de las maneras que de ſuſo diximos, que la pro que deſpues viene a la coſa comprada, maguer la coſa no ſea paſſada a ſu poder, eſto ſeria como ſi ouieſſe comprado algun campo, o viña, e deſpues que la vendida, fueſſe fecha auenidas de rios, acrecieſſen la coſa comprada en que le auinieſſen arboles, o otra coſa que ſe mejoraſſe.* Ad quam legem vide multa in Gloſſa Pariſienſi *vbi ſuprà, num.99.* vbi de hoc tractat, & de augmento extrinſeco, quod in vnitatem eiuſdem rei, & ſub eadem cauſa, & qualitate vnitur, vt de adiecto per alluuionem, vel ſubito fluminis impetu poſtquam coaluit ; quod vltra Gloſ. Pariſienſ. tractat Iulius Clarus, *§.feudum : quæſt.88.nu.3.pag.229.* Et ideò alluuio, vel aliud commodum ſuperueniens † 91
cedit rei hypothecatæ, *l.ſi conuenerit, §.ſi nuda, ff.de pignoratitia actione : l.ſi inter, §.1. verſiculo, quicquid, ff.de pignoribus*, cum *concordantibus*, vt per Antonium de Fano *in tract.de pignoribus, part.3. membro 1.n.18. fol.57.* & facit egregia *l.15. titul.13. part.5.* Et de iſta alluuione plura ſingularia ſcribit Curtius Senior *in conſil.72. num.8.* & 9. Et qualiter alluuio dicatur pars prædij,

prædij, & alia plura traduntur à Thesauro *decision. Pedemontan.* 140. Et quid dicendum sit vbicunque stagnum creuit per alluuionem, vel vassallus ampliauit & elargiuit, an de incremento dominus debeat habere augmentum, resoluit Nicolaus Boërius *in consuetudinibus Bituricensibus, titul. des constumes des Fiefs, §. 5. pag.* 68. *col.* 2. Et an per alluuionem transeat territorium, & iurisdictio, tradit Corneus *in cons.* 320. *lib.* 1. quem citat Masuerius *in additionibus* ad Ferraram *in parte, qua agitur ad renouationem feudi, versicul. per alluuionem, pag.* 294. *col.* 4. vbi Ferrara tradit qualiter incrementum latens per alluuionem apparens accrescat. Et legenda sunt quæ scribit in materia Amedeus Aponte, *in tractatu laudemiorum, in dicta quæst.* 8. Et quòd vnita per alluuionem non sint eiusdem naturæ cum fundo, cui sunt vnita, si constat de diuersitate rerum, tradit Guillelmus Benedictus *in cap. Raynuntius, de testamentis, in verbo; & hortum, num.* 17. *folio* 200. Et de alluuione, legenda etiam sunt quæ scribit Andreas de Isernia, *in cap. de controuer. investitura*; vbi Nardus additionator, *num.* 20. *folio* 28. *colum.* 4. nouissimè Anton. Peregrinus *in tractatu de fideicommissis, art.* 10. *num.* 22. *folio* 79. vbi multa bona scribit & ipsemet *art.* 48. *num.* 78. *folio* 446. Tradit, quòd licet ius accrescendi non operetur quoad translationem possessionis, sed tantum quantum ad dominium, secundùm Baldum *in l.* 1. *num.* 2. *C. quando non petent. partis.* Aretinum *in l.* 3. *in principio, ff. de acquir. possess.* Fallit secundùm eundem Aretinum, in portione crescente per alluuionem. Et de alluuione, legenda etiam sunt quæ scribit Petra, *in tractatu, de fideicommissis, quæst.* 13. *num.* 457. *pag.* 511. vbi quid de alluuione iurisdictionis, *& quæst.* 15. *num.* 141. *pag.* 598. Ægidius Bossius *in practica criminali, tit. de Principe, num.* 280. *pag.* 635. Cœpola *de seruitut. rusticorum prædiorum, c.* 32. *de flumine priuato, num.* 1. *pag.* 372. Curtius Senior *consilio* 72. *numero* 12. melius *in consilio* 56. *per totum.*

¶ Et quod possessio acquiratur in re per alluuionem
92 † quæsita, tradunt Aretinus *in l.* 3. *ff. de acquir. possess.* post Bart. & Bald. quos citat Antonius Peregrinus, *in tractatu de fideicommissis, art.* 48. *num.* 78. *folio* 446. vbi tradit secus esse in iure accrescendi, secundùm Baldum *in l.* 1. *num.* 3. *C. quando non petent. partes, num.* 3. Et facit doctrina Angeli *in dicta l. item si fundi, §. Insulam ff. de usufruct.* vbi dicit, quòd alluuio sequitur vsufructuarium, vbi est incrementum coniunctum; insula verò minimè, quia est incrementum disiunctum: mouetur ex textu *ibi*. Pro quo est melior textus *in l.* 30. *tit.* 28. *p.* 3. Ex quo dicit Glos. Parisiens. *in consuetud. Parisien. tit.* 1. *de mater. feudal. §.* 30. *num.* 100. *folio* 241. quòd si vas-
93 sallus propter aliquam causam perdit † feudum, quod augmentauit multum à tempore, quo accepit vsque ad illud tempus, in quo illud amisit, perdit vassallus omnia per alluuionem adiecta, & omnia ædificata, quæ solo cedunt; secus autem in iurisdictione acquisita, & similibus, quæ per se subsistunt. Et idem dicit in emphyteuta, qui amisit rem emphyteuticam propter canonem non solutum, vel aliam causam, quæ est notabilis theo-
94 rica in hac materia, & ad alia plura. Item vnitorum † vna est natura, vt per Angelum in bono casu *in cons.* 246. *Vnitorum*, & Decium *in cons.* 174. *num.* 1. quod latius trado *in* 3. *part. quæst.* 8. ¶ Et pro istis etiam facit quod scribit Ioan. le Cirier *in tractatu de primogen. lib.* 6. *quæst.* 4. vbi dicit, quòd si sint plures horti, sub eadem tamen clausura, vel etiam sine clausura, sub eadem tamen cohærentia, & dependentia mansionis, illius gratia parati, eiusque vsui deseruientes, & deputati per pa-
95 tremfamilias, † cedunt primogenito, quia attenta destinatione, & vsu patrisfamilias, omnia coniuncta censentur, & sicut vnus hortus veniret, & cederet primogenito, ita plures horti, quia non solum actualis clausura & parietes ipsi, sed etiam destinatio patrisfamilias ex accommodatione, & actuali modo vtendi resultans, ampliationem iuris primogenituræ operatur. Et idem tenet Glossa Parisiens. *in consuetud. Parisien. §. 8. glos.* 5. in verb. *le jardin, num.* 1. *folio* 118. & Andr. Tiraquel. *in tractatu de primogen. in quæst.* 73. *num.* 1. *pag.* 386. vbi latè tradit qualiter primogenito, cui domus competit, deferantur horti coniuncti, vel disiuncti domui, cui iunge Alexand. *in consilio* 54. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 3. eundem *in cons.* 140. *num.* 8. *& in consilio* 169. *num.* 9. *lib.* 5. & bene *in consilio* 204 *num.* 1. cum aliis, vbi plura adducit *lib.* 6. & Stephan. Bertrand. *in cons.* 239. *lib.* 3. Cephal. *in consil.* 169. *num.* 2. *& l.* 7. *lib.* 2. ad quod est egregius casus *in l. prædia, §. final. ff. de legatis* 3. vbi ita scribitur;
96 *Appellatione, domus, insulam † quoque continetam domui videri, si vno pretio cum domo comparata fuisset, & vtrisque pensiones similiter accepto lata rationibus ostenderetur*: licet videatur quod hic *text.* non multum vigeat ad hanc opinionem, propter illa verba, *si vno pretio cum domo comparata fuisset*. De quo legenda sunt quæ scribo 4. *part. quæst.* 33. Et apud Ioan. le Cirier, Glos. Parisien. & Tiraquell. multa reperies pro intellectu istius materiæ, & valde in praxi necessaria; ibi etenim inter alia tractant, quid de vinario † coniuncto
97 domui primogeniti? quid de molendino? quid de balneo? quid de apotheca? quid de nemore & horto spatioso? & de vineis, quæ magnum portant redditum, & quid de fossatis, & de aliis pluribus rebus, an cedant ad primogenitum? Et ibi videbis multa singularia, quia semper refugio alienos vsurpare labores, & dicere, vel referre, quæ ab aliis scripta sunt, dum necessitas non me
98 cogit aliud facere. Et iungo istis, quòd in legato † facto de domo veniunt ea, quæ illi sunt annexa, *l. creditor. §. vlt. ff. de action. empt. l.* 2. *C. de bonis vacan. lib.* 10. & Archiep. *in cap. vltim.* 12. *quæst.* 2. Et Vicerex duarum prouinciarum potest expedire negotia vnius prouinciæ in alia prouincia, propter connexitatem territorium, vt probatur *in cap. nouit, de officio Delegat. & in l.* 1. *C. de metropol. Bcr. lib.* 11. & tradit Capicius *decis.* 151. *num.* 8. Et quando fideicommissum est adeò coniunctum institutioni, quod ab ea separari non possit, indicatur de fideicommisso, vt de institutione; vt resoluit Parisiens. *in cons.* 35. *num.* 25. *lib.* 2. quod est memoriæ mandandum. Et citatus in causa habente connexitatem, dicitur legitimè citatus, *cap. capitulo, §.* 1. *de prabendis in* 6. notat Rebuf. *tom.* 3. *ad constitut. Regias, art.* 7. *glos.* 2. *n.* 24. *pag.* 116. Et præbendæ annexæ Canonicatui iudicantur vt Canonicatus, vt resoluit Augustinus Berous *in consil.* 11. *num.* 17. *lib.* 1. Eleganter Francus *per illum textum, in cap. quia sæpè, num.* 3 *folio* 114. *de prabend. in* 6.

Et si alicui fuerit interdictum ne moretur in iuris-
99 dictione, † non morabitur in ciuitate confederata, *l. non dubito, ff. de captivis*, quam singularem dicit Alex. *in cons.* 84. *num.* 12. *lib.* 3. *&* alios refert Rebuf. *tom.* 2. *ad constitutiones Regias, tit. de literis requisitoriis, glos.* 2. *num.* 8. *pag.* 104. Et accessorium domus † debet iudica-
100 ri, quod pertinet ad domum, cui magis annexum est, *l. legatis, §. si vnus, ff. de legatis* 3. His autem Authoribus adde egregiè Iasonem *in l. beneficium, num.* 2. *cum aliis, ff. de constit. Princip.* & Gregor. Lopez *in l.* 23. *tit.* 9. *p.* 6. *in glossa*, in verb. *casas*, vbi tradit de testatore qui facit maioriam de domo sua in qua habitat, quòd venient domus alienæ, quæ erant appendiciæ istius domus; & ibi tangit aliam quæstionem. Testator habens duos filios, fecit in vnum maioratum de certis rebus, & postea ædificauit magnam domum, quam dicebat, quòd volebat pro maioria: & deinde dixit, quòd legebat filio suo domum, non dicendo, quam domum, quid agendum sit?

Et ex istis venit alia conclusio singularis, quòd licet 101
præscripta vna re ad aliam separatam præscriptio non se extendat, secus ad cohærentem † & dependentem, *l.* 2. *C. de bonis vacantibus lib.* 10. tradunt Cumanus, *in cons.* 162. *col. penult. in fine*, Ancharranus *in cons.* 161. *col.* 1. Alexan. *in cons.* 13, *num.* 12. *lib.* 6. Brunus *in cons.* 28. *col.* 2 Roland. *in cons.* 78. *num.* 11. *lib.* 2. Ad quæ est

addenda

addenda singularis doctrina, quòd accessoria annexa
102 non veniunt † cum principali: *cap. super eo*, vbi Doctores, *de prabend.* tradunt Abbas & alij *in cap. extirpandæ, §. qui vero, de prabend.* Bertrand. *in cons.* 2. *num.* 44. *lib.* 3. Rebuffus *in praxi beneficiali, in part.* 3. *signature, versic. annexorum, num.* 1. *pag.* 177. Et concesso aliquo ex separatis, non censetur reliquum concessum, secundùm Glos. *in cap.* 1. *de Capitaneo, qui curiam vendidit*, Menoch. *in tract. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 93. *num.* 4. *pag.* 382. qui arguit circa hoc de iurisdictione. ¶ Et ex
103 separatis non † constituitur vnum corpus, vt ex aliquibus resoluit idem Menoch. *in eodem tractatu, lib.* 1. *præsumpt.* 39. *num.* 8. Et quòd cum adhærente non dicatur
104 † pendere lis, tradunt Glos. *in l. creditor, in principio, ff. mandat.* Greg. Lopez *in l.* 7. *tit.* 23. *part.* 3. in glos. *con los herederos.* Et benè etiam faciunt quæ scribit Guillel. Benedictus *in d. cap. Raynuntius, in verb. Et horum, num.* 2. *cum sequentibus, folio* 199. *de testament.* & quod tradit Ioannes de Amicis *in consil.* 1. *num.* 8. vbi dicit, quod fouea grani parata ad vsum domus, perpetuò etiam extra domum existens, venit appellatione *domus.* Et ibi tradit plura ad propositum istius materiæ. Et de horto domui coniuncto, quòd veniat cum venditione domus, quando per eum aditus ad domum parabatur, traditur per Socinum Iuniorem *in consil.* 61. *num.* 4. *&* 7. *libro* 2. *& in consil.* 159. *num.* 8. *eodem libro.* ¶ Et quid veniat *hortus* appellatione, tradit Rebuffus *in l. urbana prædia, §. proinde hortos, l.* 198.
105 *pag.* 873. *ff. de verborum significatione.* Et quòd † Curtes, quod nos vocamus *corral*, sit pars domus, probat *l.* 21. *titulo* 16. *Partit.* 2. vbi Gregorius Lopez *in glossa*, in verbo, *el corral*, licèt illa lex in illa disjunctiua, *el corral*, videatur probare contrarium.

Ad hanc rem pertinet, quia cùm Castrum aut domus est, cuius cæteræ res sunt tanquam appendices, omnia
106 pertinentia & appendicia veniunt † cum Castro maximè cum concurrit vsus patrisfamilias, *dicta l. quod in rerum, § si quis post testamentum, ff. de legatis* 1. *l. quæsitum, §. si quis eodem, ff. de fundo instruct. instrumentoque legato.* Notant Doctores *in dicto cap. cum ad sedem, de restitut. spoliat. & in cap. in literis, eodem titulo*, & alij plures, quos refert Tiraquellus *libro* 1. *de retractu, §.* 36. *glossa* 3. *num.* 4. *pag.* 749 Et qui locum principalem beneficij tenet, dicitur esse in possessione beneficij quoad loca, quæ sunt accessoria illi principali loco, in quo beneficiatus possessionem accepit, secundùm Guillelmum de Cuneo, Albericum, & Baldum *in l.* 1. *ff. de officio Præfect.* Augustinus & Ancharranus *in cap. final. de regulis iuris in* 6. & Rota *in decisione* 1. *incipience*, Possessor, *& decisione* 8. *de restitutione spoliatorum.* cum *aliis*, vt per Petrum Rebuffum *tomo* 3. *ad constitutiones Regias in præfatione ad titul. de matern. possession. num.* 119. *pag.* 357. vbi hoc declarat, facit *l.* 3. *ff. de acquirenda possessione, in principio*, vbi latè Socinus & Ias. & quæ notant Antonius Gomez *in l.* 45. *Tauri, num.* 35. Decius *in consil.* 271. *n.* 17. & prius *num.* 5. & Bartholom. Socinus *in consilio* 74.
107 *num.* 3. *libro* 1. Et in indiuiduis dispositum † in vno, & in alio censetur dispositum, secundùm Glos. *in cap. si captivum, in verb. factam, de concession. prabend. lib.* 6. cum *concordantibus*, vt per Tiraquellum *lib.* 1. *de retract. in fin. num.* 62. *pag.* 774. Pro quo facit sententia Bart. *in l. fin. num.* 3. *ff. de iurisdictione omnium iudicum*, vbi resoluit, quòd si iudex pronuntiat sententiam vltra summam, in qua habet iurisdictionem, in nihilo valet sententia propter indiuiduitatem, & mobilia cohæren-
108 tia immobilibus † iudicantur immobilia, *l. si aliena, §.* 1. *ff. de usucapion. lib.* 1. *§. vtique, ff. de vi, & vi armat.* tradit Menochius *de retinend. possession. remed.* 3. *num.* 283. *pag.* 200. Et citatus in vno connexorum, in alio censetur citatus, *cap. si capitulo, §.* 1. Vbi Doctores *de concession. prabend.* cum *concordantibus*, per Felinum *in cap. cùm olim de testibus*, Hippolytum *in rubrica de fideiussoribus, quæstion.* 25. *num.* 192. Rebuffum *tom.* 3. *ad constitutiones Regias, titul. de contumac. articulo* 7. *glossa* 2. *num.* 24. & si ratione connexitatis cum in iudicio est admixta persona miserabilis, cum persona non miserabili, causa debet tractari † coram eodem Iu- 109
dice, secundùm Aretinum *in cons.* 83. Neuizan. *in Silua nuptiali, lib* 8. *titu. quomodo iudicandum pro communi opinione, num.* 38. *pag.* 576. qui plura scribit, ex quibus tractat Staphilæus *de literis gratia, in forma impetrandi, versicul. Præterea est dare dignitatem, num.* 8. *pag.* 89. an sit facienda mentio de beneficio annexo in impetratione? & causæ dicuntur incidentes, emergentes, dependentes, aut connexæ, vt ex pluribus resoluit Morla *in emporio iuris, part.* 1. *titul.* 2. *de iurisdictione omnium iudicum, num.* 149. *folio* 86. Et quòd regulariter augmentum factum per testatorem in re legata, cedat rei legatæ, tradunt præter prædictos, Anton. Gomez *in libro* 1. *variarum, cap.* 12. *de legat. num.* 16. Corneus *in consil.* 1. *libro* 4. Menoch. *in consil.* 142. Simon de Prætis *lib.* 4. *de interpret. defunct. voluntat. dubitatione* 7. *num.* 64. *cum sequentibus. fol.* 590. vbi tradit, qualiter † qui præscribit decimas in vna 110
parte fundi, videatur præscribere decimas de terris nouiter ad culturam redactis, Cephalus qui plura adducit *in consilio* 367. *num.* 16. *libro* 3. & commendat Felinus *in cap. causam quæ, num.* 15. *de præscriptionibus.* Et melioramenta, quæ non sunt separata à Castro, veniunt cum concessione Castri, secundùm Matthæum de Afflictis *in cap.* 1. *de Capitaneo qui curiam vendidit*, per *l. Caius, §. final. ff. de legatis* 2. Notat Cephalus *in cons.* 183. *num.* 62. *lib.* 2.

Huius officinæ est textus *in l. si stillicidij, §. final.* cum *l. sequenti, ff. quemadmodum seruit. amittan.* vbi probatur, quòd præscriptio partis indiuisibilis, ad to- 111
tum extenditur ratione † indiuidui. Et concessa iurisdictione super principali, fit extensio ad connexa, secundùm Hippolytum *in consilio* 84. *num.* 18. quem citat Chassaneus *in consuetudin. Burgundiæ, titul.* des justices, *§.* 1. *versiculo, Et advertendum, numero* 112. *pag.* 83. faciunt scripta per Menochium *de recuperanda possessione, remedio* 1. *num.* 376. *pag.* 351. & Gregor. Lopez *in l.* 18. *titulo* 31. *Partit.* 4. & illa lex, & 19. sequens: facit etiam textus *in cap. cum in tua, de decim.* vbi Hostiens. & alij; per quæ iura tenent Abbas *in consilio* 71. *Videtur prima fronte, num.* 1. *libro* 2. & Albertus Brunus *in tractatu, de augmento, conclus.* 17. *in principio.* Quòd is, qui præscripsit decimas † in 112
vna parte fundi, & postea fiat noualis alia pars fundi, is qui in vna parte præscripsit decimas, & in hac nouali habebit; quos refert & sequitur Petrus Rebuffus *in tractatu de Decim. quæstione* 14. *num.* 20. *pagina* 57. *tertius voluminis*, vbi *num.* 29. dicit, quòd si de nouo plantentur nuces, vel vites, in vno prædio, in quo quis præscripsit decimas, eo casu etiam † ha- 113
bebit decimam ex illis arboribus de nouo plantatis: tradit Alciatus *respons.* 56. *num.* 14. Menochius *dicto consilio* 36. *num.* 39. *lib.* 1. Et legenda sunt quæ scribit Azeuedo *in l.* 2. *titu'o* 5. *libro* 2. *Recopilationis, num.* 9. *pagin.* 94. facit *cap. de terris*, vbi Abbas *de decim.* Et quod de iurisdictione scribunt Bartolus *in l. arboribus, §. de illo, ff. de usufructu*, Anton. *in cap. dilectis, de capellis Monachorum*, Balb. *in tractatu præscription. part.* 2. *quæst.* 2. *num.* 26. *pagina* 140. *in principio*, & alij, quos citant Tiraquellus *in tractatu, de primogeniura, quæst.* 39. *num.* 4. *pagina* 265. Antonius Gabriel *lib.* 5. *communium opinionum, titul. de præscription. conclus.* 2. *num.* 30. *pag.* 302. Mascardus *in tractatu de probationib. lib.* 2. *conclus.* 1053. *num.* 22. *folio* 303.

Ex quibus aliàs inferebam intellectum † ad *l.* 22. 114
titul. 7. *lib.* 7. *Recopilat. & ad l.* 23. *eodem titulo*, quæ leges tractant de ruptura defessarum, & aliarum simi-

lium rerum quas leges nouissimè interpretatur Ioan. Gutierrez *cons.*21.*num.*9.*cum sequentibus*, ex Abbate, *consil.*71.*num.*2. *libro* 2. *& aliis*, quæ tradit, ad quem addo elegans consilium Cephal. 169. *num.*8. *lib.*2. Et
115 confirmo, quia ex possessione rei principalis † censetur etiam continuari possessio in annexis & accessoriis, secundùm An. Barranum *in regul. sine possessione, col.*16. *vers. si ergo*, *Canonic. de regulis iuris in* 6. Decium *in cons.*272.*num.*17. Ferretum *in cons.*14. *num.*4. *&* 5. Lan. Ellottum *in tractatu de attentatis*, 2.*part. cap.*4. *de attentatis lite pendente, limitat.*1.*num.*57. *pag.*108. Et faciunt quæ ipse scribit *part.*2.*cap.*12. *de attentat. appellatione pendente, limitat.*1.*num.*25. *cum sequentibus, pag.*238. notanter Calderin. *in cons.*22. *tit. de testament.* Et ad omnes addo nobilem doctrinam Specular. *in tract. de probationibus, lib.*2. *part.*2. *titul. de probationib. versic. Probare*, *num.*27. *fol.*104. vbi resoluit qualiter agri pars culta trahat ad se non inultam; & alia singularia circa istam materiam, & *ibidem à num.*20. tradit plura notabilia, ad quos omnes addo Hippolytum *in l.*1. *§. D. Adrianus, num.*8. *cum sequentibus, fol.*29. *ff. de quæstionibus*, & pro intellectu *dictarum legum regni*, 22. *&* 23. legi etiam debet Cephalus *in cons.*367. *n.*15. *cum sequentibus, lib.*3. Nam præscribens in terra cer-
116 tam decimam, videtur quoad omnes † illius terræ fructus præscripsisse: quia præscriptio extenditur ad particularem iuris apprehensi sub vnico iure vniuersali: nam postquàm prædium est vnicum, & vniuersale etiam ad speciem extenditur, provt ibi latiùs dicit *Rebuf.* citat Anton. *in dict. cap. cum in tua*, & idem voluit Abbas *in cap. cum Ecclesia Sutrina, num.*54. *de causa poss. & proprie.* quod dictum habui in practica in quadam lite decimali, quæ fuit tractata in hac Regali Cancellaria, inter quendam commendatarium loci de Lopera, & vicinos illius loci. Et qui habet possessionem percipiendi decimas de omni armento in aliquibus *defessis* depascente, tuendus est etiam in possessione percipiendi decimas de omni frumento, seu alio fructu, vt fundat Burgos de Paz per iura, quæ refert *cons.*50. *num.*8. Et faciunt scripta per eundem Rebuffum *d. tract. q.*13. *n.*61. *pag* 47. Ripa *resp. cons.*65. *num.*8. & tradit Sylvester qui loquitur in decima *in summa*, *in verb. decima. quæst.*8. *fol.*138. *col.*3. post Hostiensem quem citat, & faciunt quæ scribo *in quæst.*11 *sequenti, num.*13. Et pro ista opinione est textus notabilis à prædictis non ponderatus, *in l. si usufructus, §. etsi fortè, ff. de usufructu*, ibi: Etsi fortè hoc, quod instituit, maioris reditus sit, quàm in vinetis, vel arbustis, vel oliuetis. Et si sit consuetudo, vel præscriptio quòd ex tritico decima soluatur, si seminetur milium, solui debet de eo decima; vt tradit Bursatus *in cons.*50. *n.m.*36. *lib.*1. allegat notata *in dict. cap. in tua*, & Abbas *in d. cons.*72. *lib.*2. & alias rationes adducit, & notanter Aluar. Valasc. *consult.*58. *num.*14.

Sed & per hunc textum *in dict. cap. cum in tua*, (vt obiter hoc dicam) in quodam negotio sustentaui; quòd cum quidam homines cuiusdam loci *solariegi* fecissent pactum cum Domino, in quo promiserunt soluere cer-
117 tam partem † fructuum de eo, quod seminarent in certo loco, in præiudicium Domini loci non erat eis licitum vineas vel arbores plantare, quia ex hoc defraudabatur & minuebatur ius Domini. Et pro hac sententia, quam dico, obtinui per *d. cap. cum in tua*. Ne in hoc immoremur, faciunt plura, quæ scribit Episcop. Couar. *in practicis quæstionibus, cap.*37. *num.*5. *cum aliis*, & quod tenet Abbas *in d. cons.*71. *lib.*2. vbi dicit, quòd si nouiter prosciissus fuit ager, ex quo sylvæ cæduæ, glandium, fœni, anteà reditus percipiebantur, & illorum fructuum decima antea soluta fuerit, pertinebit ad illum decima frumenti, vel alterius rei nouiter seminatæ, cui antea ex aliis fructibus competebat, & idem Paul. Paris. *in cons.*73. *num.*19. *lib.*4. Et hos, & alios refert & confirmant hanc sententiam idem Episcop. Couar. *resolution. lib.*1, *cap.*17. *num.*13. quibus iungo Chassan. *in consuetudin. Burgund. rubric.*4. *§.*6. *fol.*152. *col.*2. *num* 30. *vers. Item Paul. de Castro*. Et ad propositum plura notabilia scribit Balb. *in tractat. præscription.*2. *part. quæst.*2. *num.*14. *cum sequentibus*, & Cephalus qui refert Episcop. Couar. *dict. cap.*37. *in cons.*408. *num.*54 *lib.*3. qui hoc tradit in decimis, & qualiter præscriptio decimarum in parte extendatur, non alias, tradit Paris. *in cons.*27. *num.*151. *lib.*1. & in concessione laci, seu stagni, qui alueum mutauit, faciunt tradita per eundem Cephalum *in cons.*367. *n.*15. *cum seqq. lib.*3. vbi resoluit, quòd habens decimas in parte fundi, videtur habere in toto fundo.

Et ex his infertur, quòd si quis cum authoritate Regia faciat maioratum de quodam fundo, territorio, vel sylua prosciissa sit, & ad culturam reducta, & in valore & fructibus sit augmentata, omnes istæ meliorationes † pertinent ad primogenitum. Prædicta confirmantur 118
ex alia conclusione singulari, quæ habet, quòd vtens in parte priuilegio videtur conseruare possessionem in toto priuilegio, vt per doctrinam Bart. *in l. licitatio, §. harum, ff. de publica. & in l.*1. *§. sin ff. de itiner. actuque privat.* Grat. *cons.*61. *num.*23. *lib.*1. Ruin. *cons.*217. *num.*1. *lib.*1. Dec. *in cons.*171. *n.*17. Rimin. *in cons.*338. *num.*25. *lib.*2. Tradit Ioan. Garcia *in tractat. de nobilitat. §.*1. *glos.*1. *num.*79. *fol.*58. quod confirmo, quia annullato vel reuocato † priuilegio in vno articulo, 119
vel parte, in cæteris remanet firmum, *cap. si eo tempore, de elect. in* 6. Abbas & alij *in cap. super literis, de rescriptis*, quæ notanda sunt ad ea, quæ habentur *in cap. si de terra, & in cap. accedentibus, de priuilegiis, & in l.*1. *ff. de nundinis, & in l.*42. *tit.*18. *part.*3. *& in l.*3. *titul.*7. *part.*5. & in aliis similibus locis, & de *text. in d. cap. si eo tempore*, agit ad propositum Selua *in tractat. de beneficiis, quæst.*23. *num.*31. *fol.*132. § Et pro prædicta etiam conclusione, quòd in casu suprà scripto, ratione indiuiduitatis, & connexitatis res augmentatæ cedant, & pertineant ad primogenitum, facit quod singulariter scribit Paulus Castrensis *in cons.* 4. *In causa mota, & in cons.*23. *Fundamentum præfa. domin. & in cons.*40. *Visis allegationibus. cum sequentibus. & in consil.*330. *Libellus istorum agentium, lib.*2. In quibus consiliis præcipuè *in cons.*4. *&* 140. sustentat per plura fundamenta, quòd postquam † vena alicuius metalli 120
reperta est in aliquo fundo, ratione continuationis, semper dicitur vna vena, licèt vadat per prædia aliena: quia vena continuatur vniformiter subtus plura prædia, & ideò dicitur vna vena, licèt prædia sint plura. Et adducit in simili de mensura, quæ dicitur *Cana*, quâ mensuratur pannus, nam ibi sunt plura signa denotantia *brachium*, & *medium brachium*, & similia: tamen mensura seu Cana, vna est, neque ex illis signis multiplicatur, quorum dicta ad multa notanda sunt, præcipuè ad Pragmaticam minarum auri, & aliorum metallorum, & ad salinas & lapidicinas, & ad alia plura, quæ in praxi contingunt quotidiè, & ad intellectum text. *in l. pro regione, ff. de acquirend. rerum domin. & l. penult. ff. pro socio, & l. fluminum, §. sin. ff. de damno infecto*, & ad textum notabilem *in l. arbor. ff. de acquirend. rerum domin.* Quod nouissimè tractant Ægid. Bossius *in titul. de metallariis*, *pag.*706. Gregor. Lopez *in l.* 5. *tit.*15. *part.*2. vbi lex illa, & lex vndecima 45. *tit.*28. *part.*3. Auend. *in lib. de exequendis mandatis*, *cap.*4. *num.*33. *fol.*51. Olanus *in antimonia, verb. Thesaurus, pag.*236. Tiraquellus *lib.*2. *de retract. in fin. num.*97. *pag.*999. Castillo *in tractat. de usufruct. lib.*1. *cap.*37. *fol.*177. Aluar. Valasc. *in tract. de iure emphyteutico, quæst.*16. *num.*9. *&* 10. *fol.*94.

Et pro hac sententia Pauli de Castro refero textum notabilem, *in l. item si fundi. in vers. Sed si hæc metalla, ff. de usufruct.* ibi: *Sed si hæc metalla post usumfructum legatum sint inuenta: cum totius agri relinquatur usufructus, non partium, continentur legato.* Ex quo text. & ex dictis Pauli de Castro, iusta ratione infertur, quòd
121 siquis faciat maioratum † de aliquo fundo, vel agro, in

in quo postea aliqua metalla inuenta fuerint, erunt bona maioratus, absque noua licentia Regali, seruata Regis prærogatiua & dominio, quo potitur in his metallis, & argenti fodinis, Rex nostet, iuxta *Fragmaticas minarum*, & potietur metallis ille, qui succedit in maioratu, absque eo quòd teneatur dare partem fratribus. Vnde etiam fit, quòd si post maioratum factum reperiantur lapidicinæ magni valoris in fundo, vel agro maioratus, pertinere debent indiuisibilia ad successorem in maioratu. Quod etiam probatur authoritate *legis, Item si fund*, ibi: *Sed etsi lapidicinas habeat*; & facit *l. si vsusfructus, §. deinde quæritum est, an lapidicinas, ff. eodem tit.* Et ad hæc vide quæ scribit Molina *lib.*1. *cap.*23. *fol.*168. vbi resoluit, quid de Thesauro, & aliis similibus rebus: Falcon. qui hoc refert *regul.*50. *n.*1. & Petr. Barbosa hoc etiam referens *in l. diuortio, §. si vir, n.*18. *pag.*175. *ff. soluto matrim. tom.*1. qui *num.*14. *& præcedentibus* resoluit, an venæ auri, & similes renascantur? Et qualiter augmenta & meliorationes pertineant ad emphyteutam, tradit Iul. Clarus 4. *libro sententiarum, quæst.*41. *§.*45. Hinc etiam est, quòd licèt quis possidens Castrum, & quasdam res particulares, sitas in territorio Castri, vendat Castrum cum pertinentiis, non censetur vendere res particulares suas, sed iurisdictionem tantum, secundùm Imol. *in l.*3. *in fin. princip. ff. de acquirend. possess.* notat Alexan. *in cons.*122. *num.*6. *lib.*6. *& cons.*14. *num.*6. *lib.*7. Id fallit, cum tales res particulares sunt vnitæ; quia tunc veniunt cum vendito Castro, vt eleganter tenet Glos. Parisien. *in d. Alexand. cons.* Et fundatur latius ex scriptis per eandem Glos. Parisien. *in consuetud. Parisien. part.*1. *§.*1. *glos.*5. *n.*14. *&* 15. *fol.*29. per *l. qui fundum, §.*1. *ff. de contrahend. emption.* & alia plura iura inibi videnda, & idem vult Gl. Parisien. *in d. cons.*14. *in addition.* quæ incipit, *Ipsum.*
122 Et coniunctorum † eadem est natura, *l. si ego, §. penult. ff. de public.* tradit Curtius Sen. *in cons.*56. *n.*20. quod confirmo ex scriptis per Anton. Gabr. *lib.*5. *commun. tit. de præscriptionibus, conclus.*2. *num.*30. *pag.*302. & in indiuiduis virtus alterius iuris transfundi debet cum qualitatibus suis in alium, *l. Stichum, §. aditio, ff. de solution. l. Vranius, ff. de fideiussoribus, cap. sacris, de sepult.* cum *concordantibus*, vt per Felin. *in cap. de præscript.* Gomez. *in regul. de trienn. possess. quæst.*23. *pag.*782. & ad ista etiam conuenit notabilis in proposito, doctrina Ioannis Andr. *in addition.* ad Speculat. *tit. de legat. §. vlt. versic. Quarto*, vbi dicit, quod dispensatio quantumcunque odiosa, extenditur ad connexa, notat Ripa *resp. cons.*18. *n.m.*3. & tradit Ioan. Gratian. Falcon. vbi hoc refert *regul.*140. *num.*12. Et in pascuis intra duo loca, quæ sunt contra hoc, tradit Paul de Castro *in consil.*110. *num.*2. *lib.*2. Et licet arbitri non possint apponere manum ad ea, quæ non comprehenduntur in compromisso, si tamen sunt connexa & pertinentia ad ea, quæ sunt in compromisso, possunt super eis iudicare, secundùm Innocen. *in cap. dilectus, de arbitris*, Angel. *cons.*42. & alios, vt per Marc. Brun. de Anguil. *in con-*
123 *sil.*66. *num.*179. Et in connexis † inclusio vnius non est exclusio aliorum, secundùm Corset. *in singulari. verb. Argumentum*, Dec. *in l.*1. *num.*6. *C. de bonor. possess. contra tabul.* Menoch. *in tractat. præsumption. lib.*4. *præsumpt.*36. *n.*23. *& præsumption.*39. *n.*4. Et ratione indiuidui, & inseparabilitatis conceditur, quod alias non concederetur, *cap.*1. *§. ex contrario de inuestitur. de re alien. facta.* vbi notat Matth. de Afflictis *num.*7. *fol.*135.
124 Et sententia † extenditur ad connexa, *l. si cum tibi*, vbi Bart. *C. de iudiciis*, notant Hippolyt. *in rubric. ff. de fideiussoribus, num.*187. Auiles *in Capitulis correctorum, cap.*1. *n.*17. *fol.*28. latè Tiraq. *in tract. res inter alios, pag.*28. Et quando res mobilis cohæret immobili, dicitur immobilis, vt tradit Bertazol. *in tract. de clausul. clausul.*19. *glos.*3. *num.*7. *fol.*90. Et in connexis creditur libris, quibus aliàs non crederetur, secundùm Bart. & Angel. *in l. quadam, §. nunquid varios, ff. de edend.* Iaf. *in l. admonendi in num.*129. *ff. de iureiuran.* vbi Ripa *n.*124. & alios, vt per Mascard. *in tract. de probationibus, lib.*2. *conclus.*975. *num.*79. *fol.*253. Anton. Gabr. *lib.*5. *communium opinionum, tit. de præscript. conclus.*2. *num.*30. *pag.*302. & accessoria insepara bilia præscribuntur cum principali, vt latè præscribit Felin. *in cap. excommunicamus, num* 8. *de hæreticis.* Et quando illud, de quo quæritur, cohæret vt connexum dispositioni, præambuli verba generalia extenduntur, vt illud comprehendant, secundùm Glos. *in cap. accusatus. in verb. iudicare de hæret. in* 6. quam sequuntur Paul. de Castro, Alexan. & Iaf. *in l. si de certa, C. de transactione.* & alij, vt per Euerardum *in loco* 2. *à generalitate, pag.*38. Et qualiter beneficium annexum sit considerandum, tradunt inter alios plures, Felin. *in cap. in nostra, de rescriptis*, Menoch. *de arbitrar. iud c. lib.*2. *casu* 201. *num.*67. *&* 91. *&* 93. Et de virtute connexionis plura scitu digna scribit Fulu. Pacian. *in tract. de probationib. lib.*1. *cap.*26. *n.*88. *cum seqq. fol.*71. *cap.*28.

§ Et incorporatio † omnia comprehendit, vt resol- 125
uit Quintilian. Mandos. *in regul. Cancellariæ*, *regul.*12. *num.*6. *fo* .60. Et vbicunque substitutio est vnita cum iure accrescendi assumit illius naturam, *l. qui patri, ff. de acquirend. hæreditat. l. qui ex duobus. ff. de vulgari*: & hac ratione fideicommissum transmittitur ad nepotes, & succedunt vnà cum patruis, secundùm Bartholom. Socinum *in l. hæredes mei*, §. *cum ita, num.*13. *ff. ad Trebellianum*, & alios plures quos citat Cephalus *in cons.*16. *num.*45 & stante annexione & connexitate, actus reuocatur per attentatum, vt resoluunt post Bald. & Abb. *in cons.*33. Aimon. *in cons.*181. *nu.*5. Lancellot. *in tract. de attentatis, part.*2. *cap.*6. *limitat.*2. *num.*97. *cum seqq. fo.*126. *de attentatis lite pendente*, & licèt priuilegium sit strictè interpretandum, tamen quando vnum venit ad aliud, & est connexum, tunc imitatio ad vnum, etiam iure stricto, ad aliud extenditur, secundùm Imol. *in Clement. fin. num.*9. *de ætate & qualitate*, quem citat hoc confirmando Rebuf. *in tract. de nominationibus, quæst.*12. *num.*12. *pag.*176. Et qualiter in confederatis transmittatur iurisdictio, tradunt Martin. Lauden. *in tract. de confederationibus Principum, quæst.*56. Roman *cons.*444. Iacob. à sancto Georgio *in verb. de adhærentibus, in inuestitura feudorum*, Natta *in cons.*301. *num.*10. *lib.*2. Menoch. *in cons.*377. *nu.*2. *lib.*4. Quæ autem cohærere dicantur, tradit Bald. *in tract. de alluuion. in vers. Adiecerit*, quem citat Rebuffus *in l. Status* 245, *pag.*184 *ff. de verbor. significat.* vbi scribit post Angel. *in cons.*247. quæ differentia sit inter vnionem, & incorporationem, & ibi alia ad propositum scribit.

Deinde pro prædicta sententia, facit in simili dispo- 126
sitio † text. *in l. claribus, ff. de contrahen. emption.* cum qua concordat *l.*7. *tit.*30. *part.*3. *&* l. 66. *tit.*18. *part.*3. ad quarum legum intellectum vltra Gregor. Lopez *in glossis*, si expedierit, vide Iaf. *in l.*1. *§. si vir, num.*3. *&* in *§. si iusserim, num.*16. *ff. de acquirend. possess.* Rebuf. *tom.*3. *ad constitutiones Regias, in præfatione, num.*63. *tit. de mat. poss. pag.*231. & Ægid. Bossius *in practic. crimin. in tit. de Principe*, *pag.*631. & Episcop. Couar. *resolut. lib* 3. *cap.*16. *n.*11. vbi latè, his etiam iunge *l.*19. *&* 30. *tit.*5. *part.*5. quas per te videas, *& l. si quid postea accessit peculio, ff. de contrahend. emption.* & secundùm prædicta debet limitari, & intelligi quædam doctrina Gregor. Lopez *in l.*32. *tit.*9. *part.*6. *fol.*70. *col.*4. *in vers. Quid autem si quis faciat maioriam*, vbi post licentiatum de Miesses, quem ipse refert, dicit, quod si quis facit maioratum de omnibus bonis suis, non † veniunt 127
futura; refert textum *in d. l. si ita, ff. de auro & argento legato*, & doctrinam Baldi *in §. similiter, de controuer. inuestitura*, quod tangit idem Greg. Lopez *in l.*5. *tit.*13. *p.*5. *in glos.* in verb. *Las que entiende*. Et idem concludit Burgos de Paz, qui citat Ioan. Lop. *in d. §.*49. *& in l.*23. *Tauri, n.*1. is inquam *in cons.*14. *n.*61. pro quo facit egregium consilium Alexand. 171. *n.*1. *lib.*6. vbi tradit quòd si quis leget tertiam partem bonorum suorum, quæ sunt certo loco, solum comprehenduntur in tali legato

bona exiſtentia tempore teſtamenti, non poſteà acquiſita, quam ſententiam ex pluribus confirmat Menoch. *in tractat. præſumption. lib. 4. præſumption. 127. n. 13. fol. 235.* Quem lector ad iſta videat *per totam illam præſumptionem*, & legendus eſt Gregor. Lopez, Madera *libro animaduerſionum, cap. 22.* & facit, quia arbitrium
128 alicui conceſſum vt poſſit aliquid facere, † intelligitur pro actionibus præſentibus tantum, ſecundùm Guil. de Talalto *in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſocio*, quem citat Menoch. *lib. 1. de arbitrar. quæſt. 39. num. 1.* addendo Anton. Bordium *in repetit. rubric. vectigal. noua: num. 32. in fin.* Nam dicta opinio *Gregor. Lopez* proced t ſecundùm diſtinctionem, & concluſiones ſuprà firmatas, & non niſi acceſſoriè, & augmentatiuè veniant ad bona, de quibus fuit factus maioratus.

¶ Ad doctrinam autem Gregorij Lopez, bene quadrat quod ſcribit Ioan. Lopius *in rubric. de donation. inter vir. & vxor. in libris antiquis, pag. mihi 226. in verſ. Si mater hodie, §. 46. n. 5.* vbi dicit, quòd ſi mater
129 meliorauit † aliquem ex filiis in tertia parte bonorum, non deducitur tertia de dote, cum non videatur eſſe in bonis matris, citat ad hoc textum *in dict. l. ſi ita.* Quæ doctrina mihi vera non videtur, ex text. *in l. in rebus, C. de iure dot.* vbi quamvis maritus dicatur dominus rei dotalis, eſt fictè, & per artificium, & naturaliter dicuntur talia bona permanere in dominio mulieris, & bona dotalia non dicuntur eſſe in bonis mariti, ſecundùm Bart. *in l. Lucius, §. idem reſpondit, num. 2. ff. ad municip.* Decius *in l. quod cuinciturr. ff. de regul. iur.* & maritus
130 † & mulier poſſidere videntur bona dotalia, *l. Iulianus, §. ſi fundum, ff. qui ſatisdar. cogant.* vbi latè Doctores, præcipuè Iaſ. Roderic. Suar. in tit. *de los emplaçamientos, num. 25. pag. 372.* quod dictum etiam refero *in 4. part. huius operis. q. 19. verſ. & per illum textum, n. 49. cum ſeqq.* vbi de hoc latiùs ago.

Et prædicta procedunt, & magis locum ſibi vendicant, vbicumque maioratus fuit factus, vel melioratio de tertia vel quinta bonorum parte, quia cedunt primo-
131 genito emolumenta exiſtentia tempore mortis † teſtatoris, *l. ſiquis ſeruum, §. fin. & l. cum filius, §. Lucio, ff. de legat. 2.* vbi Bartol. & Alberic. tradunt Decius *conſ. 69. col. penult.* Gualden. *de arte teſtandi. tit. 6. cauſ. 42. n. 4.* facit *l. item veniunt, §. item non ſolum, ff. de petit. hæred.* Et quæ dicantur capitula connexa, & quæ ſeparata? tradunt Bart. *in l. Aurelius, §. idem quæſiit, ff. de liberation. legat.* Oſaſc. *deciſ. Pedemont. 39. num. 28.* Noto tamen, quòd non omnia annexa, idem ſunt, vt ex pluribus exemplis Dec. *in cap. cùm omnes, de conſtitutionib. n. 66.* Et in iſta materia legenda ſunt quæ de iſtis maioratibus indiuiſis ſcribit Molina *lib. 1. de primog. cap. 17. n. 26. folio 139.*

Ex omnibus ſuprà dictis rectè lector intelliges, quod quando fundus vel domus, in qua fiunt augmenta, eſt ſeparata aliqua differentia à fundo, vel domo, vel aliqua qualibet re, de qua maioratus fuit factus, talia au-
132 gmenta & meliorationes † non pertinebunt ad filium, in cuius fauorem fuit factus maioratus, etiam ſi vnicus ſit, & facultas Regia ad hoc minimè extenditur, argumento text. *in l. Caius Seius, §. Titius, ff. de legat. 2. & l. qui duas, §. ſi quis partem, ff. commun. prædior. l. communi diuidundo, §. Neratius, ff. commun. diuidun.* & doctrinæ Bartoli *in l. 1. num. 3. ff. de rebus dubiis*, vbi etiam Paul. & eiuſdem & aliorum *in dict. l. 3. in princ. ff. de acquirend. poſſeſſ.* & rectè tractat Anton. Gomez *in l. 45. Taurina, num. 38. cum ſequentibus.* In quo articulo omnino ſunt animaduertenda ea quæ tradunt Gloſ. Pariſien. & Tiraq. *vbi ſuprà*; ex quibus colliges veram in hoc puncto doctrinam. Et quòd in ſeparabilibus magna ſit differentia feudi, & augmenti, tradunt Brunus *in conſ. 127. conſideration. 16.* Amedeus Aponte *in tractat. laudemiorum, dict. q. 8. col. 3. verſ. Quod adeò.* Nicolaus Boërius *deciſ. 212. n. 12. cum ſeqq.* Petr. *de fideicommiſſ. quæſt. 13. num. 406. pag. 505.* Et quod augmentum ſeparabile non
133 augeat rem † cui adhæret, tradit Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. art. 10. n. 19. fol. 81.* quinimo præſcriptio vnius connexi ad alterum connexum non extenditur, ſecundùm Ioan. Andr. *in rubric. de his quæ ſunt à maior. parte Capituli*, Fuluium Pacian. *in tract. de probation. lib. 1. cap. 26. n. 192. fol. 71.* Quibus adde Rebuf. *in tract. de decim. quæſt. 14. num. 21.* vbi addit, quòd quot ſunt culturæ, tot ſunt prædia, ex deſtinatione patrisfamilias, & tradit etiam Rebuf *in l. Sylua cædua, . noualia. ff. de verbor. ſignificat.* quibus etiam iunge *l. item ſi fundi §. huic vicinus, ff. de vſufruct.* vbi in diſpoſitione hominis, quando fit mentio de re particulari, non comprehenditur incrementum ſuperueniens, ſeparatum ab antiquo. Sic Cephalus ad Præpoſitum *in conſ. 152. num. 23. lib. 2.* tradit, quòd loca ſeparata à primogenitura non pertinent ad primogenitum, ex *l. eo iure, ſtabilia, ff. quibus modis pign. vel hypothec. ſoluitur*, & Ioan. le Cirier, *in tract. de primogenitura, lib. 2. quæſt. 4. col. 6.* Et vbi ſcripturæ ſunt † ſeparatæ, [illegible] declaratur 134
per aliam, vt tradit Carol. Ruinus *in conſ. 9, [illegible] lib. 2.* Cephal. *in conſ. 343. num. 51. lib. 3.* quod diffi[illegible] videtur, & in actibus ſignificantibus tranſlationem [illegible]ris de vno in alium, acceſſoria ſuo principali non omninò cohærent, & quod ab eo diuidi poteſt, non venit in conceſſione principalis, *l. quoties, ff. de contrahen. empt. l. voltim. ff. de ſupellect. legat. l. 2. ff. de fund. inſtruct.* tradit Menoch. *in tract. de præſumptionibus, lib. 3. præſumption. 98. num. 7. pag. 382.* qui loquitur in con[illegible]eſſione iuriſdictionis, & coniunctum † dicitur quando eſt 135
vnum corpus, *l. vnica, §. hæc itaque tam variè, C. de caduc. tollen.* notat idem Alexan. *in conſ. 32. n. 1. lib. [illegible].* Facit quod notat Gloſ. Pariſien. *in conſuetud. Pariſien. part. 2. §. 54. n. 37. fol. 68.* Et hæc confirmantur, quia ad hoc, vt illud, quod de nouo acquiritur, dicatur augmentum, vel additio, oportet, vt ita adiungatur, vt ſit vnum cum primo, aliàs dicitur noua diſpoſitio, ſecundùm Gloſ. *in l. ſcire debemus, in verb. mixta*, vbi Angel. & Imol. & Alexan. *in vltim. notabil. ff. de verbor. obligation.* Bertach. *in tract. de gabellis, in fin. 5. part. principali.* Tradit eleganter Alciatus *in rubric. ff. de nou. oper. nuntia. num. 22.* & alia ad propoſitum ſcribit Cephal. *in conſ. 468. n. 90. cum ſeqq. lib. 4.* vbi tradit in dubio non eſſe præſumendum ad acceſſoria adiuncta.

Ex his autem, quæ proximè dicta ſunt, confirmare poſſumus doctrinam Baldi *in §. contrario, de inueſtiur. de re aliena. fact.* vbi dicit, quòd ſi vaſſallus emit in Caſtro ſibi conceſſo iuriſdictionem, non accreſcit Caſtro, quia mœnia Caſtri poſſunt eſſe vnius, & iuriſdictio poteſt eſſe alterius: ergo ſunt adinuicem non ſolum ſeparabilia, ſed etiam ſeparata, argumento notatorum per Innocentium *in cap. dilecto, de appellat.* Per quam doctrinam dicit Greg. Lopez *in l. 2. tit. 15. part. 2. in gloſ. fino el hijo mayor, fol. 45. col. 4. verſ. ſed pone quod defunctus.*

Quòd ſi defunctus qui poſſedit † primogenituram, 136
acquiſiuit à Principe in territorio maioriæ iuriſdictionem de nouo, quia antea territorium illud non habebat, quòd filius maior non habebit iuriſdictionem, quia iſta ſunt ſeparata, ſcilicet, iuriſdictio, & territorium. Et ibi etiam addit, quòd ſi poſſeſſor maioriæ acquirit ſeruitutem prædio maioriæ, accreſcit maioriæ. Pro quo faciunt quæ ego ſcripſi ſuprà. Et Gregorium Lopez refert & ſequitur Domin. Antonius de Queſada *in ſuis quæſtionibus, q. 32. num. 36. fol. 138 verſ. ex quo infert ſingulariter Bald.* Et veritas illius dicti Gregorij Lopez dependet ab intellectu textus *in l. Pupillus 239. §. territorium, ff. de verborum ſignificatione*, vbi notanter Rebuffus *pag. 1061.* Et ab his quæ tradunt Bart. Alex. & omnes *in l. 1. ff. de iuriſdiction. omnium iudicum*, Bald. *in l. à procedente, C. de dilation.* & *in conſ. 482 lib. 4.* Deci. *in conſ. 483.* Suarez *allegat. 6. & 7.* additio Bart. *in d. l. 3. in princ. ff. de acquir. poſſeſſione, & in l. 1. §. ſi quis ædificium, ff. de noui operis nuntiatione.* Eleganter Alberi-
cus *in l. imperium, n. 48. cum ſeqq. ff. de iuriſdict. omnium iudicum.* Barthol. Socinus *in conſ. 15. lib. 3.* Auendañ.

in

in tractatu de exequend. mandat. Regiis, cap. 1. num. 8. Gregor. Lopez *in l. 68. tit. 18. part. 3. in gloſſa* in verb. *ſus terminos*, & *in l. 26. tit. 2. eadem part.* Epiſcop. Couar. *in regul. poſſeſſor, de regulis iuris, relection. 2. §. 2. fol. 20.* Nicol. Salatius *in practicis quæſtionibus, cap. 1. num. 10.* Nicol. Boët. *deciſ. 227. num. 1. cum ſeqq.* vbi tradunt qualiter territorium & iuriſdictio diſtent inter ſe, ex ſcriptis per Iaſonem *in conſil. 146. num. 1. cum ſeqq. lib. 1.* vbi latiſſimè tractat, an iuriſdictio vel merum imperium cohærens territorio transferatur per alluuionem territorij, ad iſta legendus, quia plura ſingularia ſcribit. Ad quem addo elegans conſilium Curtij Senioris 56. *per totum*, in eadem cauſa conſultus.

Et quòd vbicunque profertur ſententia ſuper domi-
137 nio Caſtri, cenſeatur data † ſuper iuriſdictione quæ Caſtro cohæret, reſoluit Ægidius Boſſius *in volum. practicæ criminalis, tit. de Principe num. 375. pag. 655.* Capicius *deciſ. 27. num. 36.* Sententiam autem Baldi *in d. §. è contrario* ſequitur Gloſ. Pariſ. *in conſuet. Pariſienſ. part. 1. §. 1. gloſ. 5. num. 44. folio 32.* vbi ex hoc dicit, quòd ſi vaſſallus habens Caſtrum, vel amplam domum cum certis adiacentibus prædiis in feudum, acquirit iuriſdictionem in Caſtro vel domo prædiis feudi, non cedit feudo, quia iuriſdictio poteſt per ſe ſubſiſtere, & ſeparari, ſalua ſui ſubſtantia à Caſtro prædiis, & rebus feudalibus, vbi etiam latè tractat, qualiter in alienatione vel donatione Caſtri veniat iuriſdictio. Ad quod facit doctrina Baldi *in cap. 1. §. 1. col. 2. verſ. ſed quære dicitur*
138 *de controu. inueſtit.* vbi dicit, quòd illud dicitur † indiuiduum, cuius partes ſeparatæ mutant diffinitionem totius, & cuius integritas minui non poteſt ſtante relatione ipſius ſubiecti. Iulius Clarus *§. feudum, quæſt. 88. num. 4.* qui citat Baldum *in cap. 1. §. contrario, num. 4. de inueſtitur. in re aliena facta*, & eſt communis opinio ſecundùm Carolum Ruinum *in conſ. 14. lib. 1.* Et dicit eadem Gloſ. Pariſ. §. 10. *num. 24. folio 126.* quòd iuriſdictio annexa Caſtro, vel manſioni principali non eſt præcipua primogenito, ſed cedit filiis omnibus pro portionibus hæreditariis, non ſolum quoad commoda, mulctas, & emendas, & alias obuentiones iuriſdictionis, ſed etiam quoad proprietatem, & dominum ipſius iuriſdictionis, quia quantumcunque iuriſdictio ſit annexa, vel vnita Caſtro, vel manſioni ſtamen non eſt ius pars integralis, ſed res diuiſa, quod ille latius declarat *in num. 25. & ſeq.* & eadem Gloſ. Pariſien. *in §. 46. n. 1. folio 309.* & tradit Menochius, *in tractatu præſumpt. præſump. 97. num. 43. & 44. pag. 384.* Et hoc ſequitur Ioan. Garcia *de expenſ. c. 22. n. 7. fol. 227.* Et faciunt quæ ſcribit Guillel. Bened. *in c. Raynut. de teſtam. n. 307. & 308. folio 75.*

Et in terminis, quòd iuriſdictio per maioratus † poſ-
139 ſeſſorem quæſita ciuitati, vel oppidi maioratus, non cedat maioratui, tenet Matienç. *in l. 6. in. 7. tit. 5. Recopilat gloſ. 2. num. 6. cum ſeqq. folio 174.* quiad hoc citat Molinam, *lib. 1. de primog. cap. 26. num. 8. folio 186.* qui idem tradit in gabellis, Tertiis, decimis, & aliis ſimilibus rebus, quæ poſſeſſor maioratus emit. Et nouiſſimè etiam hoc tradit D. Anton. de Queſada, *in lib. diuerſar. quæſtionum, cap. 32. num. 32. folio vlt.* Quibus addenda ſunt quæ ſcribit Iulius Ferretus, *in tractatu de gabellis num 428.* ex doctrina Bartol. *in l. 1. in fin. ff. de iuriſd. omnium iudicum, & in l. 1. §. cum vrbem, ff. de officio Præfect. vrb.* Bald. *in l. à procuratore, C. mandat.* & aliis, quæ citat Ioan. Guttierrez, *quæſtionum practicabilium lib. 3. quæſt. 70. num. 34. pag. 612.* Et abundantiſſimam theoricam Petri Antonij, *de fideicomm iſſis, quæſt. 13 n. 498. cum pluribus ſeqq. pag. 595.* vbi & *in pluribus numeris præcedentibus* lector videre poterit plura ad maiorem declarationem præcedentium, & ſequentium. Et in iſta materia eſt memorabilis ſententia Baldi *in cap. ſi vero, de controuerſia inueſtituræ*, vbi tradit, quòd ſi concedatur inueſtitura Caſtri, venit iuriſdictio Caſtri, quem citat ibi Matth. ab Afflict. *num. 9. folio 22.* qui etiam refert Bart. *in l. ſi quando, C. de bon. vacantibus lib. 10.* Innocen. *in cap. propoſuit, de cor. cſſ. præbend. & alios.*

Et quomodo in iſto caſu, vti debeant iuriſdictione primogenitus, † & eius fratres, vbicunque non appa- 140
ret, quod pertinet ad primogenitum tantum, conſtat ex reſolutione Bart. *in l. vni, ff. de re iudicat. num. 8.* De qua plura ſcribit Epiſcopus Couar. *in tract. quæſt. cap. vlt.* cui adde Curtium *in tract. de feud. part. 4. quæ. 30.* & Alexand. cui latè de hoc puncto, & melius omnibus agit *in conſ. 25. lib. 5.* vbi Gloſ. Pariſ. *in addit.* & *in conſ. 87. num. 17.* vbi eadem Gloſ. Pariſ. *in addit.* quæ incipit, *In ſolidum, lib. 6.* Et ſi vendatur Caſtrum cum omnibus iuribus ſuis, † non comprehenditur in tali vendi- 141
tione iuriſdictio cohærens fundo, in quo ſunt erectæ furcæ, ſecundum Baldum, *in l. à procuratore, C. mandati*, Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. tit.* des juſtices, *folio 12. col. 2. num. 22. verſ. ex antedictis, hodie pag. 47.* & in eodem *tit. §. 1. vel. 6. aduenient, num. 16. pag. 92.* Auendan. *in tract. de exequend. mandat. Regiis cap 5. num. 10. folio 66.* & latè Decian. *in conſ. 483. num. 9.* & iterum *n. 18.* & *in conſ. 249. num. 2.* vbi refert Bart. *in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iudic.* dicentem, quòd ex † conceſſione rei particu- 142
laris non transfertur iuriſdictio, & ibi alia ſimilia adducit. Et idem probat hodie *l. 1. tit. 10. de las donaciones, lib. 5. Recop.* De quo etiam lege Anton. Corſetum, *in tractatu de poteſtate Regia, part. 5. num. 1.* vbi diſputat, ſi Princeps concedit Caſtrum, an videatur concedere iuriſdictionem? Et an conceſſa per Principem iuriſdictione, cenſeatur datum dominium terrarum? plura ſcribit Cephal. *in allegato conſ. 418. num. 22. cum ſeqq. lib. 3.* Ad quem addo Iacobum Puteum, *deciſ. 231. part. 2.* quam aliud refero *in ſuprà hac part. quæſt. 64.* Et ad hæc etiam eſt nobile conſilium *Oldradi 176.* quem refert Ripa *reſp. 114.* licet Iaſ. *in d. l. 1. num. 16. ff. de iuriſdict. omn. indic.* dicat, quòd ſi Princeps conceſſit Caſtrum cum certo territorio & iuriſdictione, & poſteà addat territorium in Caſtro, cenſetur addere iuriſdictionem; & hoc confirmat *Boër.* qui plura ſingularia ad propoſitum ſcribit, *deciſ. 50. num. 17.* ad hæc videndus. Et quod iuriſdictio nihil habeat commune cum nexu feudali, explicat Gloſ. Pariſ. *part. 1. conſuetud. Pariſien. §. 22. num. 150. folio 198.* Et quòd teſtis, qui deponit de territorio, videatur † deponere de iuriſdictione, tra- 143
dit Alexand. *conſ. 88. num. 34. lib. 5.* quem citat Anton. Petra *in tract. de fideicommiſſis, quæſt. 12. num. 404. pag. 379.* & in alia lata materia, an Regi ſit oſtendendus titulus, & priuatus cogatur illum exhibere, dicunt noſtri, quòd vbicunque tractatur de iuriſdictione cogitur reus ad exhibendum titulum, & ita diſtinguit Ioann. Franciſcus, *in tractatu de Baronibus, Pragmatica 11. num 35. pag. 261.* qui ad hoc refert Antonium Peregrinum, *in tractatu de iure fiſci, lib. 7. tit. 3. num. 14.* qui tradunt, ſecus eſſe ſi tractetur de re feudali ſine iuriſdictione.

His etiam eſt proximum aliud dictum Gregor. Lopez *in dicta l. 2. tit. 15. folio 46. in verſic. nota tamen, col. 1.* vbi dicit, quòd ſi Marchioni † vel Duci noua Caſtra 144
concedantur, non ex hoc erunt de Marchionatu, vel Ducatu, nec erit totum maioria, licet per Dominum, totum appellatur *Marchia*, nec per hoc videntur vnita; ſecus tamen ſi vnirentur per eum, qui poſſit facultate Regali, vel per modum meliorationis in Tertio bonorum, vel alias habentem liberam diſpoſitionem. Ad hoc etiam inducit doctrinam Baldi, *in dicto §. Prætercà Ducatus, de prohibit. feud. aliena, per Federicum*, & doctrinam Baldi refert & confirmat Iaſo *in §. in perſonam, num. 10. folio 43. Inſtit. de action.* Et licet dominus territorij, non præſumatur dominus reſpectu proprietatis rerum ſituatarum in eius territorio, vt per Ioannem Andream, Hoſtienſ. & alios, *in cap. nimis, de iureiurando*, de quo latius ago *in 4. part. huius operis, quæſt. 20. ferè à princip. quæſt.* fallit in iuriſdictione, quia eius præſumitur dominus ſecundùm Oldradum, *in conſilio 49.* & alios, vt per Pariſium, *in conſilio 15. numero 22.*

lib. 4. eundem & Felinum, *in capite si diligenti, de præscription.*

Ex quibus infero intellectum ad decisionem quæstionis disputatæ per Petrum Barbosam *in l. diuortio, §. quod in anno, num.* 16. *pag.* 1016. *ff. soluto matrimonio,* vbi postquam scripsit aliqua in ista materia, tractat si Princeps concessit alicui magnati collationem officiorum certæ ciuitatis, vtrum ea concessio intelligatur quoad officia, quæ post concessionem creata sunt per Principem? post Matthæum de Afflictis, quem citat *in Constitution. Neapoli. lib.* 3. *rub.* 4. *n.* 10. & Albericum & alios. Neque ab istis est extraneum quod scribit Baldus, *in l. omnia priuilegia, C. de Episcop. & Cleric.* vbi vult, quòd si concessum est priuilegium studio Tholosano, quod gaudeat priuilegiis studij Parisiensis, & de nouo concedantur priuilegia studio Parisiensi, non gaudet priuilegiis de nouo concessis studium Tholosanum, *nisi* in priuilegio concesso studio Tholosano sit adiecta dictio, *per omnia,* tradunt Carolus Ruinus *in consilio* 54. *lib.* 2. Rolandus, *in consilio* 60. *numero* 2. *libro* 1.

Quomodo autem cognoscatur, an ille qui fecit maioratum, habuerit animum coniungendi ea, quæ nouiter addidit maioratui, si id expressit, & in individuo de-
145 clarauit; † constat ex textu *in l. Seia, §. tyrannæ, ff. de fund. instruct.* vbi dicitur, quòd fundo legato cum omni instrumento rustico, ita demum veniunt & cedunt legato, postea simul cum fundo possessa, si testator ea ita coniunxisset, vt sub vna appellatione haberentur; & requiritur aliquis actus facti, per quem appareat, quod res nouiter acquisita vnitur veteri; vt tenent in alio simili proposito Raphaël Cuma. *in l. serui electione, §. vlt. ff. de legat.* 1. Alexand. *in cons.* 169. *Viso themate lib.* 5. Socin. *in l.* 1. *col.* 2. *vers. primus est, num.* 10. *& col.* 3. *vers. quartus & vltimus casus, ff. de rebus dubiis,* & explicat eleganter Glos. Paris. *in d. glos.* 5. *num.* 16. & ad declarationem huius dubij, multa ex superioribus sumi possunt; & regulariter vnio, & incorporatio non præsumitur, vt resolvit Glos. Patis. 1. *part. consuet.* §. 23. *num.* 42. *folio* 215.

Et in hac materia non omitto singularem conclusionem Baldi *in l. omnia priuilegia, C. de Episcop. & Cler.* Abbatis *in cap. super Speculatore, ne Clerici vel Monachi,* Felin. *in cons.* 33. *num.* 3. resoluentis, si priuilegia vni loco sint concessa sub hac forma, *sicut & pront habet talis Ecclesia,* aut *tale Hospitale,* si post tale priuilegium dictæ Ecclesiæ vel Hospitali aliud priuilegium de nouo concedatur, non intelligitur concessum dicto loco, quia intelligitur de præsenti, non de futuro: quando autem res dicantur connexæ, diuiduæ, separatæ, vel indiuiduæ? legatur excellentissimum consilium Menochij 110. *num.* 20. *cum seqq. lib.* 2. & ita etiam seruiunt omnia ad quæstionem, quam tradit Marzarius, *in tractatu, de fideicommissis, part.* 2. *quæst.* 36. vbi disputat, an in restitutione fideicommissi veniant portiones ab aliis obtentæ? post Decium *in consilio* 80. 81. 86. 627. Ripam *in l. hæredes mei, §. cum ita, num.* 36. *ff. ad Trebellianum,* vbi Zanch. Syluan. *cons.* 49. *numero* 24. *& alios,* quos citat; & ad alia quæ tradit Ægidius Bossius *in titulo de Principe, & priuilegiis, num.* 137. *pag.* 620. vbi resoluit, an immunitas extendatur ad futura.

SVMMARIA.

146 *Si in facultate Regia dicatur, quòd quis possit addere ad maioratum; an quæ addit, videatur repetere titulo maioriæ.*

147 *Conditio in testamento adiecta censetur in codicillis repetita.*

148 *Authoris sententia circa maioratus augmentum refertur, & num.* 151.

149 *In legato per verba vniuersalia facto an veniant acquisita post testamentum.*

150 *Feudum quando sequatur conditionem personæ, vel personæ conditionem feudi, remissiuè.*

152 *Augmentum maioratus non debet principali esse maius, cùm pater plures habet filios.*

153 *Verba quantumcunque præcisa congruam recipiunt interpretationem.*

154 *Res æquè principalis an dicatur esse de pertinentiis.*

155 *Priuilegium in dubio an cum iuris communis dispositione conformari videatur.*

156 *Arbitri bonum & æquum seruare tenentur. & n.* 570.

158 *Priuilegium Regis restringitur, ne multis noceat.*

159 *Generalitas non sufficit, nisi res ipsa exprimatur.*

160 *An clausula,* quòd quis possit augeri in maioratu, *subintelligatur, si non sit apposita.*

161 *An expressio bonorum in facultate Regia intelligatur facta causa taxationis, aut demonstrationis.*

162 *Maioratum si quis faciat de aliqua re, in qua solùm habebat vile dominium, & posteà directum acquisiuit, an cedat primogenito. & n.* 163.

164 *Possessor si redimat censum super maioratu impositum, an quantitas illa maneat vinculata.* ¶ *An illius hæredes censum petere possint, n.* 175.

165 *Additio an fiat cum omnibus qualitatibus, etiam quoad pœnam eius, cui talis additio fit.*

166 *Augmentum superueniens in bonis maioratus post mortem constituentis, habens tamen principium in vita, cedit maioratui.*

167 *Mulier ex consuetudine acquirens dimidiam partem in rebus acquisitis per virum, an acquirat in consolidatis ad feuda antiqua mariti, & numero* 168. *Opinio Peraltæ circa hoc improbatur, num.* 169.

170 *Talia sunt subiecta qualia prædicata demonstrant.*

171 *Bona recuperata ab hærede ex pacto de reuendendo, an restituti debeant fideicommissario, cui hæreditas venit restituenda, & num.* 174.

172 *Res per transactionem acquisita an efficiatur feudalis.*

173 *Res per consolidationem ad pristinam causam redit.*

176 *Hæres an teneatur soluere tributum super bonis maioratus impositum.*

177 *An possit frater domum à fratre venditam in extraneum alienare, cuius venditionem, nisi inter fratres tantum, testator prohibuit.*

178 *Vinculum, aut fideicommissum, an extendatur ad acquirenda.*

179 *Filij an succedant in pecunia, ex qua pater primogenito feudum emit.*

180 *Inclusa in domo per fraudem filij non veniunt in maioratum.*

181 *Destinatio aliquarum rerum ad maioratum faciendum non facit maioratum.*

182 *Scriptura imperfecta ex defectu solemnitatis non habet vim testamenti.*

183 *Si quis dicat,* volo facere maioratum, *an censeatur maioratus institutus.*

184 *Res magis dicitur ex destinatione quàm existentia.*

185 *An in restitutione fideicommissi veniant bona à testatore vendita cum pacto de retrouendendo, si post eius mortem hæres grauatus redemit.*

186 *Res empta virtute pacti an iudicetur de nouo acquisita.*

187 *Portio redempta ex causa necessaria an cedat legato.*

188 *In bonis augmentatis ad maioratum, non possunt iniungi nouæ conditiones, quæ antiquis derogent, in præiudicium vocatorum, quorum interest.*

189 *Ratione nouorum pactorum an dicatur noua inuestitura.*

190 *Vbi nouum adest grauamen, an requirantur omnia quæ à principio interuenerunt.*

191 *Fideicommissum restringitur ad bona donata tempore donationis.*

192 *Libertas*

192 *Libertas & franchisia an extendatur ad bona futura.*

EX omnibus etiam quæ suprà tradita sunt, potest determinari alia quæstio, quam tangit idem Greg. Lopez *in l.* 32. *tit.* 9. *part.* 6. *in glos. no valdra, folio* 70. *col.* 2. *in vers. item aduerte,* vbi dubitat, cum in facultatibus, quæ conceduntur ad faciendum maioratum, communiter dicatur, quòd *possit is, qui licentiam obtinuit, addere, & detrahere, & augere in maioratu:* an ea, quæ
146 addit videatur † repetere titulo maioriæ? ad quod dicit facere textum notabilem *in l. Scæuola, ff. de verbor. significatione,* quæ est *l.* 243. *& l. libertis, ff. de conditionibus & demonstrationibus,* vbi probatur, quòd si præcedit aliquod legatum conditionale, & posteà sequatur aliud purum, in quo non est facta mentio conditionis, censetur etiam in illo repetita conditio. Poterat melius referre textum *in l. in repetendis, ff. de legatis* 3. vbi dicitur, *In repetendis legatis hæc verba, qua adiici solent, ita dare damnas esto; & ad conditiones & dies legatorum eosdem repetendos referri, Sabinus respondit.* De cuius legis intellectu agunt Bart. *in l. vbi purè, ff. de legatis* 3. & Roman. *in singular.* 234. *De tibi vnum: & singulari* 665. *Scis quod condition,* vbi tenet, quòd si legatum purum præcedit, & sequitur conditionale, non censetur in legato puro repetita conditio: refert textum, quem dicit non esse alibi, *in l. filium, ff. quando dies legatorum ced.* & commendat Bart. *in l. auia, ff. de condit. & demonstrat.* ¶ Et conditio in testamento adiecta censetur
147 in † codicillis repetita, *l. Caio, ff. de aliment. legat.* Notat Decius *in consilio* 190. Alciat. *in d. l. Scæuola, pag.* 265. De quibus legenda sunt quæ scribo *in* 2. *part. quæst.* 4. *ill. n.* 8. Et quæ latissimè tradit Franc. Mantica, *de coniectur. mente defuncti lib.* 10. *tit.* 6. *num.* 1. *cum seqq. pag.* 441. & Cephalus, *in cons.* 379. *num.* 58. *lib.* 3. vbi resoluit, quòd facilius censetur repetita qualitas, quàm substantia.

Ego in proposito nostræ quæstionis, consideratis omnibus quæ suprà traduntur, existimo, quod etiamsi quis non habeat facultatem, cuius sit mentio per *Gregorium Lopez,* scilicet, *addendi & diminuendi,* & non exprimendo aliquid faciat augmentum & meliorationes in re, quæ ex facultate Regia vinculata fuit, si ta-
148 men meliorationes coniunctæ sunt, cedunt † ad maioratum; si verò disiunctæ sunt, parum refert, quòd in facultate Regia exprimatur, quod possit addere, vel minuere, nisi constet de animo facientis maioratum, quod vult facere maioratum in illa re, quam addidit: quod multis modis constare potest, prout negotia occurrerint. Ad quod est bonus textus *in l. si quando, ff. de auro & argento legato:* & notat Cumanus *in dict. l. serui electione, §. vlt.* & debet etiam in hoc casu concurrere potestas cum animo & voluntate, *cap. cum super, de officio Delegat.* Istis conuenit, quòd si laicus habeat decimas infeudatas etiam legitimè in aliqua parochia, si in illa aliqua noualia surgant, non accrescunt laicis, *cap. tua nos,* vbi *Glos. & Scriben. & in cap. quàm sit graue, de decim. cap. vltim. eodem tit. in* 6. *cap. sanè, de priuileg.* De quo per Nicolaum Boërium *in consuetud. Biturican. tit. des constumes, pag.* 227. *col.* 2. Rebuf. *in tract. de decim. quæst.* 14. *num.* 19. *cum seqq. pag.* 58. *& in l. Sylua, §. noualis, l.* 30. *pag.* 252. *ff. de verbor. significat.* quod nota, quia sæpè videbis.

Istis autem, quæ de augmento scripta sunt, inferere libet pro declaratione nostræ materiæ, deducendo di-
149 stinctionem, & conclusionem notabilem, † quòd si legatum fuit factum per verba vniuersalia, veniunt acquisita post testamentum, etiam si adiectio per verba præsentis temporis, vel possessiuè fiat, *l. peculium, ff. de legatis* 2. *l. penult. ff. de fundo instruc. l. qui habebat, §. final. ff. de legat.* 3. Glos. *in l. penult. eodem tit.* Si autem generale vel particulare sit, non continentur futura, si conceptum sit per verba præsentis temporis, *l. si ita scriptum, ff. de legat.* 2. *l. Aurelius, §.* 3. *l. final. §. final. ff. de liberation. legat.* Quod explicat eleganter Hieronym. Gabriel *in cons.* 120. *num.* 1. 2. & 3. vbi videre licet plura singulia, & qualiter in ista materia sit distinguendum inter contractus & vltimas voluntates, ad quem addo Cephal. *in cons.* 458. *n.* 42. *cum seqq. lib.* 3. vbi per *l. grege, ff. de legat.* 1. *l.* 1. *grege, ff. de legat.* 2. *l. grege, in princ. ff. de pign.* & alia iura docet, quòd vniuersalia recipiunt augmentum & diminutionē. Nec omitto doctrinam singularem Lucæ de Penna *in l.* 1. *C. de imponend. lucratiua descriptione, lib.* 10. *col.* 3. *in princ. vers. sed quid in q. de fisco,* vbi tradit quæstionem, quòd si pater habet feudū, in quo vnitur iure Francorū, & semper vixit more Francorum ipse, & sui prædecessores, acquisiuit aliud feudum in quo viuitur iure Longobardorum, † vtrum 150
istud feudum sequatur conditionem personæ, vel persona sequatur conditionem ipsius feudi? quem citat Matthæus ab Afflictis, *in constitut. Neapol. lib.* 3. *rubr.* 24 *num.* 12. *folio* 299. Et qualiter melioramenta, & ea quæ sunt augmentata pertinent ad Dominum feudi, si feudum amittatur ob culpam vassalli, & non ad hæredes, tradunt Parisius *in consil* 28. *& in consilio* 55. *num.* 22. *lib.* 3. Carolus Ruinus *cons.* 14. *lib.* 1. Glos. Paris. *in consuetud. Paris. §.* 1. *glos.* 5. *num.* 69. & alij, quos citat Bursatus, *in consilio* 43. *num.* 19. Et qualiter acceptare teneatur onus iniunctum ad bona augmentata? resoluit notanter Antonius Gama *decis.* 262. quem cito *infrà q.* 55.

Sed in prædictis animaduertere etiam expedit, † 151
quòd si in facultate Regia adsit clausula, quòd impetrans licentiam *possit augere, vel minuere maioratum prout illi libuerit,* quæ plerumque reperitur in Regiis facultatibus, tunc cessant omnia obstacula: quia cùm appareat de Principis voluntate, coniecturis locus non est. Et licet pater plures filios habeat, potest addere ad maioratum: & idem dici potest vbicunque Rex dederit facultatem, vt *quis siue in vita, siue in morte, possit facere maioratum de omnibus bonis suis, vel de parte illorum,* quæ clausula sæpè inuenitur, & adest in facultatibus concessis ad faciendum maioratum. Nam ex hoc videtur Rex concedere, quòd possit augere, vel minuere; vt satis ex superioribus, & intentione talis clausulæ constat. Considerare tamen oportet (attentis quæ relata sunt) quòd virtute talis clausulæ augmentum non
debet esse ita amplum, † quòd sit magis, quàm princi- 152
pale, maximè si alios plures filios habeat; argumento notatorum *in l.* 1. *C. de sacrosanct. Eccles. & in l. si quando, C. de inof. testam.* Et quia verba † quantumcunque 153
præcisa recipiunt congruam interpretationem, *l. si ita stipulatus sum Damam,* vbi Bart. & alij, *ff. de verb. oblig.* De quo per Ias. *in l.* 1 *in princip. ff. eodem tit. num.* 21. *& in l. omnes populi, num.* 83. *ff. de iust. & iure, & in l.* 3. *§. si amittenda, ff. de acquir. possess. & in l. quamuis, ff. de in ius vocand.* Et verbum, *liberè,* quamuis sit amplum & absolutum, vt per Glossam *in Clementina* 1. *in verb. liberè, de sepult.* cum *concordan.* quæ omitto, & scribo *in q.* 1. *supra, hac* 1. *part. num.* 129. *in vers. qui igitur:* intelligitur & limitatur secundùm subiectam materiam, & limitatur ad terminos suæ potestatis, vt fundant Alexan. *in cons.* 80 *lib.* 1. *& in consil.* 142. *lib.* 2. Ludouicus Gozadin. *in cons.* 58. *Prima facie, num.* 22. & ad hoc facit quædam doctrina Alexandri *in cons.* 14. *num.* 5. *libro* 7. vbi dicit, quòd res æquè † principalis non dicitur esse 154
de pertinentiis, per *l. sed si per Prætorem, §. inde, ff. ex quibus caus. maior. l.* 1. *§. eum ff. de postulando.* Et doctrina Imolæ *in l.* 3. *in fine principij, ff. de acquir. possess.* quem suprà retuli, & conducit doctrina Cumani, quam suprà citaui.

Et priuilegium in dubio videtur se conformare † cum 155
iuris communis dispositione, secundùm Corneum *cons.* 263. *lib.* 1. Brunum *cons.* 80. *num.* 3. *&* 4. Decium *cons.* 11. *num.* 3. *& cons.* 64. *num.* 7. & alios, quos citat *Decisio Pedemont.* 23. *num.* 3. Et pro hac conclusione est textus cæteris expressior *in l. summa, §. vltimo,* ibi: *Si tamen* non vltra modum noceat, *ff. de aqua pluuia arcend.* &

ibi: *Si fundus vicino ſeruiat, & aquam recipiat, ceſſat aqua pluuiæ arcendæ actio, niſi vltra modum aqua noceat*; cui conueniunt plura notabilia, quæ ſcribit Cephalus *conſ.*771.*num.*2.*lib.*5. & facit doctrina Baldi *in conſ.*181 *Primo quæro num.*4.*lib.*3.vbi tradit,quòd ſi ſit poteſtas data in compromiſſo Arbitris, vt poſſint auferre de iure vnius partis,& dare alteri:tenentur tamen
156 Arbitri ſeruare bonum † & æquum: per iura,quæ ipſe referi;quod eſt notabile ad compromiſſa,quæ quotidiè fiunt. Ad quod legenda ſunt quæ ſcribit Gloſ. Pariſ. poſt alios, quos citat *in conſuetud.Pariſ.part.*1.§.33. *num.*3.& 45.*folio* 260.& Barboſa *in l.*1. *ff.ſoluto matri. part.*1.*num.*41.& 42.*pag.*207. vbi reſolvit, quòd maritus poteſt donare bona conſtante matrimonio acquiſita in parua quantitate, non in quantitate exceſſiua & magna, Cæpola *in tract.de ſeruitut. ruſticorum prædior. cap.*4.*num.*84.*pag.*329.& doctrina Bartoli *in l.quominus,num.*21.*ff.de fluminibus*. Et pro iſta opinione *Baldi* & ſuperioribus facit *l.ſi libertus ita iurauerit,ff.de oper. liber.l.unde ſi Nerua,ff.pro ſocio*, & facit notabilis *l.*5. *tit.*20.*part.*1.ibi: *Pero ſi las Igleſias a que ſolian dezmar aquellas heredades ante que ellos las ouieſſen, ſe menoſcabaſſen mucho, no ſe pueden eſcuſar por razon del priuilegio, que les no den el diezmo dellas.* Et l.43.tit.18.part. 3.ibi: *Non ſe tornaua en gran daño.* Et l.4.d.tit.20.ibi: *Pero ſi grande agrauamiento recibieſſe la Igleſia parroquial, deuen de dar diezmo por ello.* Et habentes libe-
157 rum arbitrium procedendi,† debent ſe conformare cum naturali æquitate,neque ab ea recedere,ſecundùm Baldum *in l.ſi pater, C.de teſtam.milit.* Bart. *in l.filius familias,num.*3.*ff.de donat.* Decian.*in cap.dilecti, num.*5. *de iudic.*& alios quos citat Menoch.*de arbit.iud. libro* 1. *quæſt.*13.*num.*56.*pag.*25.Et ad id etiam eſt bonus textus *in cap. ex parte, in* 1.*de decim.* & conducunt notata per Rebuffum *in tract. de decim.quæſt.*14. *num.*42.*pag.* 60. Et induco textum *in Authentico, de immenſ.donat. in princip.collat.*7.& *in l. item apud Labeonem,* §. *quæſtionis*, ibi:*modum tamen exceſſerit, ff.de iniur. l.*50.*tit.* 18.*part.*3.ibi:*gran daño*,vbi gratia & priuilegium Re-
158 gis † reſtringitur ne multis noceat, & *in l. binas ades, ff.de ſeruitut.vrbanorum*,ibi,*Vt non penitus lumen reclu datur.* Et habens libertatem faciendi aliquid pro ſua voluntate,non poteſt grauari in magno,ſecundùm Baldum *in l.cum antea, C.de Arbitr.* & alios, vt per Guillelmum Benedictum *in c.Raynutius de teſtam.in verbo*, Condidit,*in princip.num.*22.*folio* 154. Et faciunt quæ ſcribo *ſupra,in hac quæſtione,à num.*8.& textus *in cap. conſuluit,in* 1.iuncto *cap.Iudæi*, vbi Anania, *de Iudæis*, vbi probatur, quòd licèt Iudæis permiſſum ſit habere antiquas ſynagogas, & illas, ſi corruerint vel ruinam minentur, reficere; non tamen eis eſt permiſſum eaſdem exaltare,aut ampliores,vel pretioſiores facere, notat Stephanus Bertrandus, *in conſilio* 146.*num.*5. *lib.*2. ¶ Item cum prædicta clauſula,*quòd poſſit augeri*,potius iam ſcribatur de ſtylo Secretariorum Principis, quàm de euidenti & pretioſa illius voluntate, non ita amplè eſt intelligenda,vt alij filij fratres primogeniti nudi,& ſine bonis,quæ habeant homines, ferè maneant, argumento doctrinæ Bartol.*in l.*1.*ff.de iure codicillorum*, & aliorum,quos retuli *in quæſt.*5.*ſuprà, eodem poſt principium,in verſic.ſi verò Princeps,num.*3. Et eſt ad propoſitum egregia *l.*30.*tit.*1. *part.*6. ibi: *Ante tenemos por bien que ayan libre poder para fazerlo, e como quier que ellos mandaren, e eſtablicieren fazer de ſus coſas con razon y con derecho.* Et facit *l.*5. *eodem titulo.* Et nulla
159 generalitas quantumcunque expreſſa ſatis eſt, † niſi res ipſa eſſet omnino & ſpecialiter expreſſa, *l. ſi quis mihi bona,*§.*iuſſum ff.de acquir.hæred.*cum *ſimilibus*, quæ refero *in quæſt.* 30.*infrà.* Et hæc ſeruiunt pro confirmatione duarum doctrinarum Roderici Suarez, & Greg. Lopez,quas refero *in hac* 1.*p.q.*3.vbi lector legat ſi expedierit.

Et ex hoc vltimo ſuboritur alia quæſtio, an ex eo, quòd communiter in facultatibus, quæ dantur ad faciendum maioratum, ſemper reperiatur illa clauſula, quod *impetrans facultatem poſſit augere,vel minuere*,an intelligatur prædicta clauſula, ſi forſan in aliqua facultate ſcripta non reperiatur? & licet ex *l.vltima, C. de fideiuſſor.*& aliis pluribus,quæ ſcribo,*in quæſt.*48. *infra eod.* perſuaderi poſſit, quòd dicta clauſula ſit ſubintelligenda, licet non ſit ſcripta; nihilominus tamen verior videtur opinio,quòd niſi iſta clauſula ſit ſcripta, † 160
nequaquam ſit ſubintelligenda; maximè ſi agatur de præiudicio fratrum primogeniti, & pro maiori parte illi,qui faciunt maioratus,habent alios filios vltra illũ, in quem faciunt maioratum, & cum in iſto caſu facultates ſint potius odioſæ, quàm fauorabiles (prout in aliis locis animaduerto) magis ſunt reſtringendæ, quàm ampliandæ,*regula,odia,ae regulis iuris in* 6. cum *vulgaribus.* ¶ Et ex prædictis infero confirmationem ad doctrinam Ioannis Lopij *in l.*46.*Tauri, num.*1. vbi limitat illam legem, quando expenſa fuit magna, & ex ea reſultauit magna vtilitas, & perpetua ſucceſſoribus maioratus: quia tunc ſucceſſor maioratus tenetur ſatisfacere vxori vltimi poſſeſſoris, qui expenſam magnam fecit: idem Caſtillo *ibi*, & alij, quos citat Ioan. Guttierrez, *in libro practicarum quæſtionum, quæſt.* 83. *num.* 3. De quo tamen dubito propter generalitatem *illius legis*: ea autem,quæ dicta ſunt in maioratu facto cum Regia facultate procedunt in maioratu,vel melioratione de Tertio & Quinto facta;ſed hoc modo, quòd illud quod augmentatur, vel additur in bonis vinculatis,vel datis in melioratione non vinculata, non excedant Tertium & Quintum.

Et notandum etiam in hac materia eſt, quod ſi in Regia facultate exprimantur aliqua bona, quæ in ea vinculata ſunt, & dubitatur tam in Regia facultate, quàm in maioratu facto virtute Regalis licentiæ; an expreſſio bonorum ſit facta cauſa demonſtrationis, aut tollendæ dubitationis, aut cauſa taxationis? In dubio eſt iudicandum expreſſionem † bonorum factam fuiſſe 161
demonſtrationis, aut dubitationis tollendæ, non cauſa taxationis,*l.vltima,*§.*Titia,in fin.ff.de libera.legat.* Notat Andre.de Iſernia *in cap.*1.*col.*1. *quo tempor. miles.* Bartol.*in l.Centurio,num.*31.& expreſſius *num.*39.*ff.de vulgar.*vbi Iaſo poſt antiquiores *num.* 50. & ibi Ripa *num.*140.Pariſius *In quadam ſubſcriptione facta* ad conſilium Socini Iunior.*in conſ.*117.*num.*35.*lib.*1.ad quod alios Doctores refert Gloſſa Pariſ.*in* 1. *part.conſuetud. Pariſ.*§.6.*gloſſ.*2.*num.*3 *folio* 86.vbi etiam citat elegans *conſilium* Pauli de Caſtro 338.*Quia exceptiones,col.*2. *lib.*1.vbi ponit doctrinam,quando verba ſtent demonſtratiuè, & quando taxatiuè. Et de hoc ego etiam ago *in* 47.*quæſt.infrà hac* 1.*par.*& *part.*2. *quæſt.*12. Et videnda ſunt quæ ſcribit Bart.*in l.quæſitum,* §.*ſi quis fundum,ff.de fund.inſtru.*Felin. *in cap.ſuper literis, num.*4. *folio* 113.*de reſcript.* Bart.*in l.inter ſtipulantem,* §. *ſacram.num* 6.*ff.de verbor.obligat.* & ibi alios Doctores Ioan.de Amicis *conſ.*46.Grammat.*conſ.*160.Zaſius *lib.* 1.*Reſponſ.cap.*1.*num.*38.*tom.*5. Paul. de Caſtro & Doctores *in l.cum ſtipulamur,ff.de verb.oblig.*Iaſo *in l.talis ſcriptura, num.*27.*ff.de legatis* 1. Decius *conſ.*324. *num.*2.Ripa *in l.Stichum,num.*10.*folio* 109.*ff.de legat.* 1.Gloſ.Pariſiens. *in conſuetud. Pariſien.*§.11. *num.*20. *folio* 130.& §.38. Decius *in cap. conſtitutus, num.*3.*de reſcrip.* & *in cap.cum in cunctis,in princip. num.*21. *de elect.in cap.quia in tantum,num.*5.& 6.*de prabend.*Mantica *de coniectur.mente defuncti, lib.*9.*tit.*3.*n.*18. Petr. Surdus *deciſ.*241.*n.*20.

Sed circa iſta, etiam in ambiguum venit, quidam fecit maioratum de aliqua re,in qua erat impoſitus aliquis cenſus perpetuus; & tempore facti maioratus habebat vtile tantum dominium, aut ſoluebat cenſum redimibilem impoſitum ſuper ea re, de qua conſtituit maioratum, & ordinauit maioratum cum illo onere, quòd ſolueretur cenſus perpetuus,aut redimibilis ſuper ea re impoſitus: poſteà in vita acquiſuit dominium directum illius rei, vel redemit cenſum; vtrum dominium

directum cedat maioratui, vel illa quantitas pecuniæ, quæ redempta fuit. ¶ Huius quæſtionis deciſio pendet ab alia quæſtione, quam diſputant Doctores *in l.ſeruum filij, in principio, ff. de legatis* 1. vbi tractant, ſi teſtator legat rem, quam habebat in emphyteuſi, & poſteà acquirat dominium directum, an illud cedat commodo legatarij? Et quamvis *ibi* Bart. cum quo tenent Bald.Florian.& Imola, Bald.Imol.& Paul.*in dict. l.ſerui electione*, §.*vlt. eodem titulo*, & alij quos refert Iaſo *in d. l.ſeruum filij, num.*16. *fol.*73. faciant quandam diſtinctionem; communior videtur opinio, quòd
162 legatario indiſtinctè † debeatur ſolùm ius emphyteuticum, quod teſtator habebat tempore teſtamenti, & non directum dominium poſteà acquiſitum. Cuius opinionis ſunt Bald.ſibi contrarius, Angel.Salicet.& Alexand.*in l.vxor patrui,C.de legatis*, Burſatus *conſ.*6.*n.*5. Nicolaus de Neapoli, Paul. Aretin.Alexan. & Iaſo, qui communem dicit *num.*16.*in dicta l.ſeruum filij*:

Ex quorum dictis quantum ad noſtrum propoſitum, reſolui poteſt, quòd ſi Princeps in facultate, cuius virtute res facta fuit vinculata, non concedat quod poſſit
163 augeri & minui, non cedunt maioratui, † neque dominium directum, nec pecuniæ ſolutæ ad redemptionem cenſus; præcipuè ſi directum dominium de nouo acquiſitum, ſit magni valoris; aut pecunia, quæ data fuit ob redemptionem cenſus, ſit in magna quantitate, & tractetur de præiudicio aliorum filiorum, quod ſemper inueſtigare & arcere debemus. Plus enim æſtimatur res, vbi ei ſuperuenit directum dominium, vel vbi cenſus qui ſuper re impoſitus erat, eſt redemptus, quod & pueris notum eſt. Quibus addere libet, quòd ſi ſucceſſor in maioratu redimat aliquem cenſum impoſitum
164 † ſuper bonis maioratus, quantitas illa non erit vinculata, nec ex bonis maioratus, quod ex ſuperioribus conſtat. Et in iſta materia,& puncto, legenda ſunt quæ ſcribit Molina *lib.*1. *de primogeniis, cap.*10 *num.*25. *cum ſequentibus, fol.*80. & *cap.*26. *num.*10. *fol.*187. & in puncto multa allegat Peregrinus *in tractatu de fideicommiſſis, artic.*10.*num.*3.*fol.*79. Et qualiter ſi poſſeſſor maioratus augmentauit aliquid per viam præſcriptionis, poſſit acquiri ſucceſſoribus, legendi ſunt Gloſ. Pariſiens. *in conſuetud. Pariſiens. part.*1. §. 70. *num.*30. *folio* 242. Curtius *in tractatu feudi, part.*4. *Ex quibus cauſis feudum amittatur, num.*90. *verſ. decimâ & vltima limitatio, pag.*372. quod reputo notandum. De quo etiam legenda eſt doctrina Baldi *in cap.*1. §.*final. num.*3.*de controuerſ.inueſtitur.* quam cito *part.*4. *quæſt.*211. *circa finem*; ad quam quæſtionem hoc etiam continet. De quo legenda etiam ſunt quæ ſcribo *infrà*. Et qualiter feudum acquiſitum præſcriptione tranſeat ad hæredem; tradunt Baldus *in l.liberti, in fine. C.de oper.libertor.* Iaſ. *in l.... num.*199. *C.de iure emphyteutico.* Notandum etiam ſingulariter eſt,quòd additio vi-
165 detur facta cum omnibus qualitatibus; † etiam quoad pœnam eius, cui additio fit, vt notabiliter *Cardinalis*, poſt alios probat *in Clementinas ſtatutum, oppoſition.*3. *num.*3.*de electione*: facit textus, & quod ibi notat Dominicus *in cap.final.* §.*ſin autem*; *in principio, de conceſſione prabendæ.in* 6. Notat Decius *in cap.ſecundo requiris, num.*3. *folio* 310.*de appellat.* quod eſt notandum ad plures maioratus, in quibus fit additio & augmentum ad alium maioratum ſine expreſſione clauſularum,quæ pœnam imponunt,citant text *in l.ſed ſi manente, ff.de precario*, & alia iura. De quo legendum eſt quod ſcribo *in d.*9.8. *ſecundæ partis.*

Addo etiam, quod augmentum ſuperueniens rebus, in quibus factus fuit maioratus poſt mortem conſti-
166 tuentis, quod habuit initium in vita teſtatoris, † auget maioratum. Ad quod facit *l.ſi patronum,* §.*vltimo, ff.de bonis libertorum*, quam dicit ſingularem Roman. *in ſingular.*128.*Volo tibi.* Notat Ripa *in l.in quartam, num.*46 *folio* 145. *ff. ad leg.Falcidiam*, vbi tradit, ſecus eſſe in his, quæ debentur ex diſpoſitione legis, præter,vel contra voluntatem. Et iſta conducunt pro deciſione quæſtionis ſingularis,quam tractat Matthæus de Afflictis *deciſ.*382. *num.*1. cum aliis, vbi ſcribit, an bona ſuperuenientia poſt mortem teſtatoris, quæ illo viuente in lite erant, augeant *legitimam filiorum?* De quo legendus Anton. Gama *deciſione* 308. *num.*10. Et ex his confirmatur quædam notabilis opinio Gloſ. Pariſiens. *in conſuetudin.Pariſien.*§.30.*n.*175.*fol.*251. & 252. vbi tradit, quod ſi ex conſuetudine mulier habeat dimidiã partem in rebus emptis,vel acquiſitis per virum, & vir habeat quædam feuda antiqua ſibi propria,antequam matrimonium contraheret, mulier nihil poteſt capere de illis; cum non ſint de conquæſtu, ſi conſtante matrimonio aliqua ſubfeuda, vel prædia, à proprij viri dependentia, conſolidentur, & redeant ad virum, tanquam dominum directum, quacunque de cauſa; vxor in illis conſolidatis non habet † dimi- 167
diam partem, quia conſolidatio fit ex natura rei, & ex neceſſitate cauſæ antiquæ, & inexiſtentis rei conſolidatæ, & rei, cui fit conſolidatio, & conſolidatam efficitur ipſo iure eiuſdem iuris & qualitatis, & conditionis cum re, cui conſolidatur & vnitur, & non dicitur noua acquiſitio, ſed recuperatio, & reuerſio rei ad ſuam originem,& primæuum ſtatum. Et ibi iſtam opinionem aliis pluribus concludentibus iuribus, & rationibus firmat contra Ioan. Fabr. *in §.ſi cui, Inſtit.de legat.* & Ioan.Lop. & Nicol.Boër. & Chaſſan. & ſententiam Ioan. Fabri: etiam ſequitur Rodericus Suarez *in lib.*3.*fori, tit.*de las ganancias,*fol.*24.*col.*1.*verſic. pone quod maritus*: & tradit Matienço *in l.*2. *tit.*9. *lib.*5.*Recopilation. gloſ.*1.*num.*88.*folio* 257. Antonius Gomez *in l.*53.*Tauri, num.*78. Et hæc ſententia *Gloſ. Pariſien.* verior, & tenenda † mihi videtur, quam mul- 168
tis argumentis & authoritatibus ſequutus fuit Gregorius Lopez *in l.*18.*in gloſſa*, in verbo, *O eſtimada no fueſſe*, per totam gloſſam, *tit.*11.*part.*5. & eam omnino ſequor. Pro qua ſententia eſt ſingularis *l.*30. *tit.*28.*part.*3. quæ omnes dubitationes tollit: vbi tamen *Gregorius Lopez.* doctrinam *Fabri* ſequi videtur.

Et iſta doctrina fulcitur ex alia doctrina ſingulari eiuſdem Gloſſ.Pariſien.*in dicto* §.*num.*187.*folio* 253. vbi vult, quòd non omnis acquiſitio communicatur inter virum & vxorem,ſed ſolum ea, quæ fit conſtante matrimonio, & non dependet à iure iam alterutri eorum ante matrimonium quæſito; vnde ſi domus donata fuit alteri ante contractum matrimonium, traditio verò poſt contractum matrimonium fiat, non tamen efficitur communis, ſed propria eiuſdem, cui erat debita: quæ notanda ſunt ad leges noſtras de iſta materia loquentes. Et opinionem Gloſſ. Pariſien. etiam videtur amplecti Tiraquel. *lib.*1.*de retract.*§.32. *gloſ.*1. *& vnica,num.*37. *pag.*683. ad quod ſe retulit idem Tiraquellus tractans de conſolidatione,*eodem libro* 18.1. *gloſſa* 13.*n.*13.*pag.*330.& Gloſſ.Pariſien.etiam ſequitur Ioan.Garcia *in tractatu de expenſis, cap.*22. *num.*10. Et pro his eſt textus *in §. vlt. Inſtit. de uſufruct.* vbi quando vſusfructus venditur proprietario, non eſt amplius in rerum natura, ſed eſt ſuppreſſus, atque extinctus per conſolidationem. Quibus congruunt quæ reſoluit Parladorius *lib.*2.*rerum quotidianarum*, §.16. *num.*1.*cum ſequentibus, pag.*123.vbi tradit,quòd ſi maritus renouauit emphyteuſim amiſſam per Commiſſum, ante apprehenſam poſſeſſionem, non eſt communicanda cum vxore: cuius dicti veritas pendet à ſuperioribus.

Vnde etiam lapſus fuit † *Peralta*, qui opinionem 169
Ioannis Fabri ſequutus fuit *in l.Manius*, §.*duorum, num.*29. *pag.*551.*ff.de legat.*2. quem retuli *in* 3.*part. huius tractatus, q.*5. *num.*5. Et pro *Gloſſ.Pariſien.* facit etiam textus *in l.in libello,* §.*ſi quis ſeruum, ff.de capt.* & quod per illum textum,in materia bonorum acquiſitorum matrimonio conſtante,voluit idem Peralta *in l.*3. §.*qui fideicommiſſam, n.*25. *pag* 149. *col.*2.*ff.de hæred. inſtitu.* & illud principium, quòd origo in qualibet re inſpici debet, *l.nam origo. ff.quod vi aut clam.* Quod

in notabili casu, quando diminutio patrimonij facta est ex contractu testatoris, tradunt Parisius *in cons.*55. *num.*48. *lib.*3. Mantica *de coniecturata mente defuncti,*
170 *lib.*7. *tit.*10. *num.*23. *pag.*288. ¶ Item, quòd † talia sunt subiecta qualia prædicata demonstrant, *l.vltima, §.cui dulcia, ff.de vino, tritico, & oleo leg.* Et in isto casu nullum ius de nouo superuenire videtur, sed vetus exequitur, vt in alio proposito fundat Glos. Parisiens. *2.part. consuet. ducat. Parisiensium, §.52. glos.1. num.85. cum sequentibus, folio* 36. & quod scribit Decius *in consil.*238. *quæst.*5. vbi tradit, quòd bona recuperata
171 † ab hærede ex pacto de reuendendo, debent restitui fideicommissario, cui hæreditas restitui debet; quoniam post recuperationem efficiuntur eiusdem naturæ, ac si semper fuissent in manibus testatoris, refert Tiraquel. *lib.2. de retract. in fin. num.*82. *pag.*996. & faciunt quæ melius ipse scribit *lib.*1. *de retractu, §.*19. *glos.2.n.4. pag.*565. & resolutio Bart. & Paul. de Castro *in l.Titia cum testamento, §.final. ff.de legat.2.* vbi volunt, quòd res legata reuertitur ad hæredem ex dispositione testatoris iure hæreditario, & consolidationis videtur reuertere: & idem volunt Paul. & Alex. *in l. final.C.de legatis,* Paris. *cons.*21. *num.*44. *lib.*2. & alij, quos citat Simon de Prætis *lib.*4. *de interpretand. defunct. voluntate, dub.2. versic. ad octauum, n.*7. *fol.*476.

Ex istis confirmatur quod scribit Anton. Peregr. *in tract. de fideicommiss. art.*40. *num.*126. *fol.*376. vbi vult, quod res, quæ retinetur, vel acquiritur per transactio-
172 nem, † efficiatur feudalis in fauorem successorum, per *l.item si fundi. §. huic, ff.de vsufruct.* & dictus Author *art.*41. *num.*19. *cum sequentibus, fol.*379. resoluit, qualiter res alienatæ pro danda dote filiabus, quæ erant de fideicommisso, reuerti possint ad fideicommissum, si reuertatur ad hæredem ex aliqua causa. In illo autem, quod dicitur de transactione, inspicienda sunt verba transactionis ante omnia. Et tantam vim habet consolidatio, quòd res reuersa per consolidationem nulla-
173 tenus tenetur ad contributionem, sed † in pristinam causam redit: *l.ex vectigali, ff. de pignor. l.voluntate,* vbi Glos. *ff. quibus modis pign. vel hypoth. solu.* Per quæ iura hoc voluit Guillelmus Benedictus ad ista legendus *in cap. Raynutius, in verbo, Et vxorem nomine Adelasiam, num.*56. *folio* 101. *de testament.* Quæ autem sit consolidatio, traditur per Vlpianum *in l.inde Neratius, §.1. & in l.idem est, ff.de vsufructu accrescen.* & per Triphoninum *in l.cum in fundo, §.sed quod si vxor, in fine, ff.de iure dot.* & in aliis locis, vt per Tiraquellum *lib.*1. *de retractu, §.*1. *glossa* 7. *num.*60. *pag.*91. Et opinionem *Glos. Parisien.* sequitur etiam Episcopus Couarru. *in epitome de sponsal. part.2. cap.*7. *§.*1. *num.*6. & faciunt quæ scribo infrà *n.*220. *& infra q.*45.

Addit autem Decius vbi suprà scilicet *dicto cons.*238. vnum quod est in ista materia singulare, scilicet, quòd
174 hæres debet † recuperare pretium redemptionis à fideicommissario, qui videtur redemisse ex sua pecunia, & præsumitur, ex notatis per Bart. *in l.cum proponas* 2. vbi Bald. & Salicet. *C. pro socio*, & confirmat Tiraquellus, *vbi suprà, num.*87. & Decius *in d.cons.*238. citat etiam Gregor. Lopez *in l.vltima, tit.*5. *part* 6. *in glos.* in verb. *la herencia*, post *medium*, quod est notatu dignum ad possessorem maioratus, qui redimit & soluit censum impositum super aliqua re maioratus: & hoc est etiam notandum ad id, quod scribit Molina *lib.*1. *de primogen. cap.*10. *num.*25. *fol.*80. vbi tractat, an possit maioratus possessor, qui bona maioratus, super quibus erat annuus reditus impositus ab eodem annuo reditu, & illum redimendo liberauit, alij creditori eundem annuum reditum imponere. ¶ Ad quod facit quod scribit idem Molina *lib.* 1. *de primogen.*
175 *cap.*26. *num.*10. *fol.*187. vbi tradit, quòd si possessor † bonorum maioratus redimat censum impositum super bonis maioratus, poterunt illius hæredes exigere perpetuò illum censum. Et *num.*9. scribit, quid si redimat vsumfructum? & Decium *in d.cons.*238. *& in*

*consil.*88. & Alciatum *in cons.*185. *num.*9. & alios citat Simon de Prætis *lib.*3. *de interpretanda defuncti voluntate, solut.* 1. *num.*10. *fol.*346. Et pro *Molina* facit doctrina Baldi *in consil.*232. *fœmina, lib.*3. vbi vult, quod pretium quo mediante res feudalis fuit ab aliquo nexu liberata, reficiendum est per dominum, vel alium quemcumque successorem: & idem volunt Brunus *in consil.*104. & in *tractatu, de Augmento, conclusione* 5. *limitat.*4. Aymo *in cons.*197. *num.*1. Afflictis *in cap. final. num.*11. *de fratrib. de nouo beneficio inuestitur.* Amedeus Aponte *in tractatu laudemiorum, quæst.*8. *col.*2. *fol.*6. Et qualiter portio redempta ex causa necessaria cedat legato, etiam facto cum demonstratione nominis mei, tradunt Bart. Iacobus de Arenis, Alexand. Iaso, & Ripa *num.*12. *in l.Labeo, §.cum fundus, fol.*108. *ff. de*
176 *legatis* 1. qui latè disputat. Et an hæredes teneantur † soluere tributum & censum impositum super bonis maioratus, aut aliud onus, vel possessor bonorum maioratus? lector resoluet ex textu *in l.apud Iulianum, §. hæres, ff.de legat.*1. *& l.qui concubinam, 6.qui hortos, & l.penult. §.final. ff.de legatis* 3. & traditis per Ioannem Fabrum *in §.si rem, Institut.de legat.* Simon de Prætis *lib.*5. *de interpretan. defunct. voluntate, dubit.*2. *num.*16. *fol.*486. *& dubit.*3. *num.*108. *fol.*532. Gregor. Lopez *in d.l.*37. *tit.*9. *part.*6. *in glossa*, in verb. *con todo*, & legenda sunt quæ scribo 4. *part.q.*26. *à num.*40. ex Greg. Lopez *in l.*10. *tit.*9. *part.*6.

Quibus etiam est addendum, quod scribit Bald. *in cons.*85. *Præmissis, lib.*5. quod duplicatur *cons.*460. *eodem libro*, vbi vult, quòd si testator prohibuit, ne filij ipsius domos suas alienarent, nisi sibi ipsis; vnus autem alteri vendiderit, iste filius emptor † potest alij 177
extraneo vendere id quod à fratre emit permissu testatoris, & quod ipse emit, potest in extraneum alienare; per textum *in l.pater filium, §.quindecim, ff.de legat.*3. quam doctrinam pluribus iuribus & rationibus confirmat Tiraquellus *lib.*1. *de retractu, §.*32. *glos.*1. *& vnica, num.*5. *pag.*662. qui id tradit ad materiam nostrarum legum Regalium de Retractu loquentium, quod vidi in facto. Et quòd ex verisimili mente testatoris vinculum & fideicommissum † extendatur ad acquirenda, consu- 178
luerunt Paris. *in consil.*79. *num.*26. *lib.*2. Menochius *in cons.*86. *num.*16. *lib.*1. quod reputo singulare. Et an si possessor bonorum maioratus consolidauit ius vtile emphyteuticum cum directo, transeat tale ius in successorem maioratus si ille velit soluere, quod antecessor dedit, scribit Bertrandus *cons.vltimo. lib.*1. Marzar. *de fideicommiss. part.*1. *quæst.*8. *pag.*11. vbi *quæst.*9. tradit, quid è conuerso, si hæres grauatus consolidauit proprietatem cum iure vtili acquirendo proprietatem à domino directo, an veniat in restitutione fideicommissi illud, & hæres dicere possit, se velle habere fideicommissarium pro emphyteuta? Ad quem addo, quòd si quis leget rem emphyteuticam, si posteà directi dominij affrancatio fiat, dominium illud directum in legato non venit, vt volunt Iaso *in l.seruum filij in principio, num.*15. *ff.de legat.*1. Bursat. *in consil.*6. *num.*25. *lib.*1. ¶ Et in materia est memorabilis doctrina Matthæi de Afflictis *in cap.*1. *de fratribus, de nou. inuestitur. num.*12. *fol.*144. vbi tradit, quòd si pater emit feudum de sua pecunia, in quo succedit solus primogenitus, quòd alij filij in isto feudo nouo habebunt æstimationem, ex quo feudum non recipit diuisionem: tamen, quia fuit emptum de pecunia paterna, quæ erat diuisibilis, † omnes filij succedunt in illa pecunia. Ex istis 179
autem aliàs inferebam in practica, quòd licet mortuo marito mulier non possit reuocare maioratum semel factum, si in licentia Regali cautum sit, quòd vnus sine altero non possit reuocare maioratum, si tamen mulier superstes soluat aliqua debita post mortem mariti, quæ contracta fuerunt pro solutione bonorum maioratus, potest talia debita recuperare ab illo, in quem factus fuit maioratus.

Est item sciendum, quòd si testator fecit maioratum de

de aliquibus rebus mobilibus existentibus in aliqua camera, vel loco, provt plerumque contingit, & vocatus ad maioratum inscio, & ignorante testatore, ali-
180 quas res per fraudem † in talem cameram, vel locum intulerit, talis cautela non prodest, neque talia bona erunt vinculata, argumento *l. cum ita legatur, ff.de legat.*2. vbi Dynus, Bart. & Alberic. & Peralta *num.*4. *pag.*340. aliqua ad propositum adducunt. Et an ea, quæ possessores bonorum maioratus præscripserunt circa res maioratus, sint bona libera, vel restitutioni subiecta, disputat Molina *lib.*1. *de primogeniis, cap.*26. *num.*7. *folio* 186. Molina *de iustitia & iure, libro* 2. *disput.*69. *pag.*428. & scripsi *suprà*. Ad quem addo notabilem doctrinam Baldi *in cap.*1. *§. rursus, num.*5. *folio* 15. *de controu. inuest.* vbi resoluit, quòd si vassallus præscribit aliquas res, debent reddi illi, ad quem redeunt res feudales principales, per *l.indebiti, §.final. ff.de condict. indebiti*: & idem voluit ibi Aluarotus *num.*7. *folio* 14. quod ad plura refert scire, & citat Tiraquellus *lib.*1. *de retractu*: *§.*1. *glos.* 9. *num.*44. *pag.*141. Pro quibus facit egregia doctrina Baldi *in l.Paulus, ff.de pignoribus,* vbi vult, quòd res præscripta per hæredem continuantem in tempore cum defuncto, venit in generali bonorum obligatione; quem, & iura cum quibus *Baldus* mouetur, citat Anton. de Fano *in tractatu de pignoribus, part.*2. *membro* 2. *num.*54. *folio* 11. faciunt scripta per Ludouicum à Molina *in lib. de iustitia & iure, tract.*2. *disput.*69 *pag.*429.

Et est etiam considerandum in ista materia, quòd si quis destinauerat aliquas res ad aliquem maioratum faciendum, si tamen non constituerit, neque ad effectum
181 perduxerit, † non videtur facere maioratum: quod probatur per *l.fundum, §.insulæ, ff. de action. empt.* per quam dicit Baldus *in l.diui fratres, ff. de rerum diuisione*, non haberi, nec dici perfectum, quod dispositum est ad proximè faciendum. Nec minus facit *l. nondum, C.de furt. l.*1. *in fine, ff.de condition. & demonstrat. l.interdum, ff.de verbor. significat. l.si vxor, ff.de adult.* De quo alia tradit Tiraquel. *lib.de legibus connubialibus, glos.*2. en pouuoir, *num.*30. *fol.*252. Rebuff. *in l.in lege Censoria* 203. *§. & sibi videri, pag.*902. *ff. de verborum significatione.* Faciunt notata *in l.in bona fidei, ff.de eo quod certo loco*, & quod scribit Hieronymus Gabriel *in consil.*120. *num.*9. *& in cons.*98. *num.*9. vbi tradit, quòd destinatio non mutat substantiam. Et quæ latissimè per Tiraquellum *lib.*2. *de retractu, in fin. num.*41. *cum pluribus sequentibus.* Ex quo loco multa notabilia lector habere potest: & cuius effectus sit destinatio, tradit idem Tiraq. *lib.*1. *de retractu, §.*1. *glos.*7. *num.*106. *cum aliis, pag.*105. Iaso *in l.fundum, num.*1. *ff. soluto matrim.* Quintil. Mandos. *in regulis Cancellariæ, regul.*16. *q.*19. *n.*13. *fol.*88. Andreas Gail. *observationum lib.*2. *observat.*11. *num.*2. *pag.*130. Simon de Prætis *lib.*4 *de interpretand. defunct. voluntate, dub.*7. *num.*50. *cum sequentibus, fol.*390. & faciunt quæ scribit Burgos de Paz *in l.*3. *Tauri, num.*233. *fol.*201. vbi plura tradit ad proban-
182 dum, quòd scriptura imperfecta † ex defectu solemnitatis non habet vim testamenti: & plura scribit Decius *cons.*159. *num.*3.

Et ex istis infertur, quòd si quis dicat in aliqua scriptura, *volo facere maioratum talis rei in aliquem filium, vel alium*, ex talibus verbis dispositio non dicitur per-
183 fecta, † nec censetur factus maioratus, quod probatur ex doctrina Angeli, Imolæ, Pauli, Alexandri, Iasonis, & aliorum contra Bart. & alios, *ibi in l.serui electione, in principio ff.de legatis* 1. quorum opinio contra *Bartol.* est communis secundùm Iasonem *in l. cunctos populos, in* 1. *lectura. num.*13. *& in repetitione. nu.*10. *C.de summa Trinitate.* Et legenda sunt quæ scribo *infrà hac parte, quæst.*48 *à num.*219. Et an ea, quæ ornatus causa in domo ponuntur, & quæ intra parietes inducuntur ad perficiendam domum, veniant in maioratu facto de domo, resolui potest ex scriptis per Rebuffum *in l. scitus* 245. *pag.*1082. *ff.de verborum significatione*, Anton. Gabriel *libro* 1. *communium opinionum, tit. de probat. conclus.*12. *num.*1. *cum aliis, pag.*28. Quod autem destinatio multa operetur in iure specialia, varia scribit Ioan. Lopius *in rubrica de donation. inter virum & vxorem, n.*38 *num.*1. *cum sequentibus, pag.*105. ¶ Et quod 18.
ras magis iudicetur † ex destinatione, quàm ex existentia, probatur *in l.si chorus, §.*1. *si ita legatum, ff de legatis* 3. Tradunt Corneus *in consil.*49. *num.*6. *lib.*3. Riminald. *consil.*436. *num.*3. Cephal. *consil.*528. *num.*19. *lib.*4. Et an in restitutione fideicommissi veniant bona, quæ testator vendiderat cum pacto retrouendendi intra
certum terminum, † si post eius mortem hæres grauatus redemit dicta bona, an ipse hæres possit bona retinere restituendo pretium fideicommissario, vel teneatur restituere bona sine retentione pretij soluti in redemptione; explicat Cagnolus *in l.*2. *num.*254. *quæst.*94. *de rescinden. vendition.* Marzarius *in lib. de fideicommissis, quæst.*6. 185

Ex quibus decidi potest quæstio, quæ iam contingit in certo possessore maioratus cuiusdam fundi, quod nos dicimus, *Cortijo*, fundo. Nam fuit dubitatum, an illæ arbores auctæ & comparatæ pertinerent ad successorem maioratus in illo fundo, vel ad hæredes vltimi possessoris? Et idem Marzarius *in q.*7. *sequenti*, tangit etiam in materia aliam quæstionem notabilem, si hæres consolidauit ius emphyteuticum, seu libellarium cum directo hæreditario, ob acquisitionem per eum factam ab emphyteuta, an illud vtile dominium transeat simul cum directo in fideicommissarium, si velit ipse fideicommissarius restituere pretium; an verò ipse hæres possit dicere, velle remanere emphyteutam loco primi? qui ad hoc refert Bertrandum *in cons. vltim. lib.*1. quod quotidie contingit inter possessores maioratuum, & illorum hæredes, & successores. Et prædicta pertinent ad materiam augmenti, de quo in ista materia tractatur. Et ad hæc facit doctrina Bart. de qua tracto *infrà q.*44. *à num.*44. & suprà dixi. Et mirè quadrant quæ notanter more solito tradit de renouatione emphyteusis Caldas Pereira *in tractatu de renouatione emphyteusis, q.*4. *n.*8. *cum seqq. fol.*19. Amedeus Aponte *in quæstionibus laudemialibus, q.*37. *& q.*38. Ad quos addo notabilem doctrinam Baldi *in cap. quia in Ecclesiarum, n.*36. *de constitut.* vbi tradit, quòd de renouatione in persona filiorum non debent solui laudemia.

Ad illud autem, quod tetigi *num.*116. de glandibus, siue quercubus, addo text. *in l.qui seruandarum, §.vlt. in ff. de præscript. verbis: l.*1. *ff. de gland. legenda: l.Iulianus, §.glans, ff. ad exhibendum.* & quæ scribit Rebuffus *in l.qui venenum* 236. *§.glans. pag.*1032. *ff. de verborum significat.* & de doctrina Cagnoli, & Marzarij lege omnino Molinam *lib.*1. *de primogeniis, cap.*26. *num.*8. 9. *& 10. folio* 186. *&* 187. qui de retractu loquitur, & Celsum *in consil.*34. *num.*35. Et quòd de re redempta virtute pacti † sit iudicandum tanquam de nouo ac- 186
quisita, tradit Bursatus *in consil.*6. *num.*27. *per l.Mœuius, §.fundo, ff.de legatis* 2. & doctrina Fabri *in §.sicut fundus, de legat. Instit.* Alexandri *in consilio* 10. *lib.*1. Capr. *regula* 105. *num.*10. Et non omitto elegans consilium Cephali 460. *num.*44. *cum sequentibus, lib.*4. ¶ Et quòd portio redempta ex causa necessaria † cedat legato 187
etiam facto cum demonstratione pronominis (*meum*) probatur *in l.Iulianus, §.idem Celsus, ff.de action. empt.* & volunt Bart. Aretin. Iaf. & Barthol. Socin. *in l.serui electione, §. Labeo*, vbi latè Ripa, *num.*12. *fol.*108. *ff.de legatis* 1. Et quòd vbicumque ex pacto res redit ad priorem dominum, non dicatur transferri, vel teddi, tradit per *l. filio quem pater, ff. de liberis & posthumis*, & alia iura Petrus Surdus *in tractatu, de alimentis, titul.*1. *quæst.*48. *num.*80. *fol.*59. cui conuenit doctrina Tiraquelli *post leges connubiales, glos.*8. *num.*204. *folio* 348. vbi tradit, valere venditionem, quam facit mulier sine consensu viri cuiuspiam rei, quam ante matrimonium mulier emerat cum pacto de retrò vendendo: quoniam mulier cogi potera

facere reuenditionem ex pacto, faciunt scripta per Marienzum *in l.2. titul.3. lib.5. Recopilationis, glos.1. num.17. folio 54.* Et qualiter & quomodo resoluatur hypotheca ex causa necessaria anteriori contractu, resoluit Ioan. Garcia *in discursu de hypotheca post contractum, num.17. cum sequentibus.* Et qualiter res maioratus si alienetur, & reuertatur ad dominum maioratus, remaneat libera ab omnibus oneribus & hypothecis super illa impositis, tradit Natta *in cons 328. num.1. lib.2.* post Bart. quem citat *in l.1. in diem, vers. tota die comingit, ff. de aqua pluuia arcenda.*

Summè etiam est attendendum in ista materia, quòd
188 in bonis † augmentatis ad maioratum non possunt iniungi nouæ conditiones & pacta, quæ in antiquis derogent in præiudicium vocatorum, quorum interest. Quod probatur ex regula *l. perfecta. C. de donation. quæ sub modo.* Ad quod facit quod scribit Aluarot. *in cap. vnico, num.8 de vassal. decrepit. ætat.* concludentes, quòd noua inuestitura vigorem antiquæ non eneruat, neque etiam aliquid immutat respectu eorum quorum interest, qui non consenserunt, vt notant Bald. Aluarot. & Præpositus *in cap.1. an agnat. vel fili.* Albert. Brun. *cons 78. & sequenti*; & probatur *in capit.1.* vbi notat Baldus *de duobus fratribus*, Decius *in consil.78.* Paris. *in consil.17. num.6. & cons.23. num.7. lib.1.* subdens, sequentes inuestituras per primam declarari, Matthæus de Afflictis *decis.195.* & alij quos citat Burfatus *consil.3. num.11.* notanter Glos. Parisien. *p.1. consuetud. Parisien. §.35. num.5. fol.266.* Roland. *in consil.2. n.40. lib.3.* Cephal. *consil.307. num.72. & 73. lib.3.* Et ita limitandum est quod tradit Bald. *consil.249. col.2. lib.2.* vbi vult, quòd si quis inuestiatur de feudo antiquo tanquam paterno, id feudum antiquum assumit vires & naturam paterni. Notat Tiraquellus *libro 1. de retractu: §.32. glossa vnica, num.33. pag.671.* & legenda omnino sunt quæ scribit Decisio Pedemontana 23. *n.21. cum sequentibus*, Menoch. *cons.160. per totum lib.2.* Gama *decis.25.* ¶ Et an in renouatione sit necessaria eadem solemnitas, quæ in prima concessione, tractat idem Gama *decis.36. num.6.* Et ratione nouorum pactorum
189 † dicitur nouum feudum, & noua inuestitura, vt tradunt Doctores *in cap.1. de vassal. decrepit. æta. is.* Oldrad. *cons.178.* Matthæus de Afflictis *decis.112.* & alij, quos citat Amedeus Aponte *in quæstionibus laudemialibus, quæst.10. in principio*, vbi tradit, quòd non quæcumque alteratio non feudum facit, sed vbi substantialia alterantur, secundùm Baldum *in cap. si quis miles, num.6. an agna. vel filius*, & in *consil.215.* vbi de qualitate fœminina adiecta vel detracta, Zasius *consil.15. & in 3. part. feudorum. num 5.* Carolum Ruinum *consil.1. n.17. lib.1.* Guid. de Pri. *inter consilia feuda. consil.12. n.4.*
190 vbi de qualitate primogenituræ. ¶ Et vbicumque est nouum grauamen, omnia requiruntur, quæ à principio interuenerunt, secundùm notabilem doctrinam Baldi *in l.2. C. de ædil. edict.* Quintilianum Mandos. *de signatura gratiæ, in vers. extensiones, fol.69. col.3.* Et legenda sunt quæ scribit notanter Aimon. *in tract. de antiquit. temporis, part.5. num.25. fol.336. in paruis.* Et facit doctrina Bart. *in l. si mihi & Titio, ff. de verbor. obligation.* vbi vult, quòd si per generationem finita fuit emphyteusis, & ad dominum reuersa, & illa de nouo concedatur, concessa censetur secundùm naturam præcedentis contractus, quem sequuntur Doctores *ibi.* & Carolus Ruinus *in consil.162. num.19. lib.1.* sed & idem Carolus Ruinus *in consil.160. num.16. eodem libro 1.* tradit, quòd renouatio est eiusdem naturæ, cuius erat prima concessio, nisi addatur noua qualitas & forma: & legendus est idem Carolus Ruinus *in consil.168. per totum, lib.1. & in consil.187. num.1. eodem libro.* Notanter Celsus *in consil.26. num.6.17.18.19. 20.21.22.23.24.70. & 52.* Amedeus Aponte *in quæstionibus laudemialibus, q.12. folio 11.* latissimè Caldas Pereira *in tractatu de renouatione emphyteusis, quæst.9. num.13. folio 67.*

Animaduerto etiam in ista quæstione, quòd fideicommissum restringitur ad bona donata † tempore do- 191
nationis, & non ad postea quæsita, vt ex regula iuris, limitata causa limitatum producit effectum; & aliis pluribus probat Cephalus *in cons.379. num.43. cum sequent. lib.2.* Et quòd libertas & franchisia † exten- 192
datur ad bona futura, & ad hæredes in infinitum, resoluit Bart. *in consil.59. n.8. & 9. lib.1.* Et quod in augmenti conditionibus præferantur noui conductores aliis veteribus, probatur *in l. congruit, & in l. final. C. de locat. prædiorum, lib.11.* & tradunt Matthæus ab Afflictis *in verb. Vectigalia, num.116. quæ sint Regalia.* Peregrinus *de iure fisci, lib.6. num.5. pag.352.*

QVÆSTIO XI.

Facultas Regalis ad faciendum maioratum, an habeat locum in bonis, quæ subrogata fuerunt in locum bonorum vinculatorum.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus regulariter sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur, & num.3.*
2 *Res liberæ permutatæ cum aliis quæ habent onera, an gaudeant priuilegiis concessis bonis liberis.*
4 *Quæ Ecclesiam reædificauit, an patronus dicatur.*
5 *Prædia monasteriis donata ea conditione, vt si locum vel habitum mutent, ad donantem redeant, an repeti possint, si de Pontificis licentia habitum mutent.*
6 *Pecunia ex re feudali redacta, an sit feudalis.*
7 *Legata pecunia, an intelligatur legatum relictum.*
8 *Arbitrator si loco Iudicis subrogatur, an ab eius sententia liceat appellare.*
9 *In subrogato sit repetitio primæ conditionis.*
10 *Primogenitus dicitur qui in primogeniti locum subrogatur.*
11 *Ciuitati destructæ ciues subrogati an priuilegiis & exemptionibus primitiuorum gaudeant.*
12 *Religiosi an teneantur soluere decimas ex prædiis, quæ suis sumptibus colunt.*
13 *Res subrogata in locum feudalium, an feudalium bonorum naturam retineant.*
14 *Testator si vendat frumentum, quod legauit in horreo, an quod subrogatur, legatum intelligatur. Quid in frumento vxori legato, num.16.*
15 *Conditio apposita in primo legato, in secundo censetur repetita.*
17 *Si vendatur res patrimonialis, & alia ematur in subrogationem illius, an hæc res subrogata fiat etiam patrimonialis.*
18 *Hypotheca renouata seruit cum sua prioritate.*
19 *Iudex Ecclesiasticus in secularis locum subrogatus, eodem modo quo secularis debet procedere.*
20 *Pecunia redacta ex venditione rei immobilis, an sit immobilis.*
21 *In particularibus non succedit loco rei pretium.*
22 *Cui non conueniunt verba legis, non conuenit eius dispositio.*
23 *Dispositio loquens de vno, extenditur ad aliud subrogatum in eius locum.*
24 *Fundus patrimonialis, in emphyteusim aut censum datus, an remaneat patrimonialis.*
25 *Ecclesia succedens in locum priuati, pro tempore præterito, vtitur iure priuati.*
26 *Obligatio noua dissoluit antiquam.*
27 *Res subrogata loco propriæ dicitur possideri.*
28 *Quod habet locum in creatione, habet locum in subrogatione.*
29 *Ex sylua cædua an possit emphyteuta facere vineam.*

30 *Vendito*

30 *Vendito annuo censu super bonis, pro quibus gabella soluebatur, an ex bonis loco eorum subrogatis noua gabella debeatur.*
31 *Quilibet tenetur soluere decimam secundum qualitatem personæ, in cuius locum subrogatur.*
32 Forus de terra, *quo cauetur, vt de tritico, vino & lino, pars octaua debeatur, & quòd de frugibus & leguminibus nihil soluatur, an extendatur ad terras, ex quibus de tritico soluebatur, si in eis oliuæ, & arbores similes plantentur.*
33 *Terra, ex cuius pascuis decima soluebatur, si ad frugum fertilitatem redacta sit, an ex fructibus debeatur.*
34 *Res subrogata à solutione decimarum est libera, sicut ea, in cuius locum subrogatur.*
35 *Pecunia redacta ex venditione alicuius fundi ad alterum coniugum spectantis, non efficitur communis.*
36 *Facilius quid conceditur ad coadiuuandam intentionem iam fundatam, quàm si de nouo actus deberet fundari.*
37 *Colonus qui promisit in fundo conducto vineas plantare, & quartam partem fructuum soluere, si arbores plantauit, an quartam soluere teneatur.*
38 *In præstationibus annuis recipiens obligationem antiquam & possessionem retinet.*
39 *Immunitas qualiter se extendat ad res subrogatas loco priorum remissiuè.*
40 *Granatus fideicommisso res aliquas ex hæreditate alienans, & alias emens, res emptas vice permutationis in locum hæreditarium restituere tenetur.*
41 *Res empta ex pretio rei subiectæ fideicommisso, an efficiatur fideicommissaria, & n.43.*
42 *Lite pendente si res permutetur, & Iudex ignorans permutationem, ad rem condemnet, an sententia possit contra rem permutatam executioni mandari.*
44 *Rex si ex causa transferat Magnatem à Regno, bona illi auferens, & alia donans, an bona subrogata vinculata censeantur, si priora vinculo erant obnoxia.*
45 *Rem cum pacto de retrouendendo si quis emat, in qua locus erat iuri primogenituræ, primogenito an competat pretium, quod venditor redimendo restituit.*
46 *Rex castrum ad se deuolutum si permutet cum feudatario aliud habente, in quo filij æqualiter succedunt, & Rex illud secundùm Regni consuetudinem, in quo iure Francorum viuitur, concedat, an ad solum primogenitum pertineat.*
47 *Pater si vendat domum, in qua filiæ melioratione fecit, & aliam eiusdem qualitatis emat, an censeatur facta subrogatio & melioratio.*
48 *Opinio Authoris refertur.*
49 *Domus hypothecata si comburatur vsque ad aream, & in ea domus altera ædificetur, hypothecata manet.*
50 *Subrogatus sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur primordialem, non accidentalem, & n.52. & 58. Et quando adest eadem ratio, num.59. Secus quando in subrogato adest diuersa qualitas, n.53. & 57. Authoris sententia, n.65.*
51 *Permutatio in aliquibus casibus permittitur, licet venditio prohibeatur.*
54 *Mutatione rei an perimatur possessio.*
55 *Accessorium non sequitur naturam principalis, quando adest ratio diuersa.*
56 *In honore & præeminentia an subrogatus sapiat naturam subrogati. Quid in priuilegiis, n.64.*
60 *Subrogatio ad hoc vt efficiatur eiusdem qualitatis cum re, in cuius locum subrogatur, debet esse facta ab habente potestatem faciendi subrogationem.*
61 *In quolibet actu voluntas & potestas requiruntur.*
62 *Limitata Principis voluntas limitatum producit effectum.*
63 *Protestatio non iuuat protestantem in his, quæ à propria, vel alterius, aut legis, dependent voluntate.*
66 *Res subrogata in locum aliarum, quæ erant vinculatæ ex Regia licentia, vinculatæ manent, quando subrogatio fit per corpora eiusdem speciei.*
67 *Sententia lata contra vniuersitatem successoribus quomodò præiudicet.*
68 *Legati vniuersalis à particulari distinctio, & num.73.*
69 *Homagium vniuersitatis, non solum vinos, sed successores ligat.*
70 *Vbicunque eadem est species, res mutata non dicitur.*
71 *Fauorabilior est causa conseruationis & recuperationis, quam nouæ acquisitionis.*
72 *Quid quando domus maioratus ita fuit destructa, vt non nisi magnis sumptibus reædificetur.*
74 *Ex additis vel detractis fit noua forma, vbi vniuersalis est mutatio.*
75 *Quid de domo constructa in loco, vbi patrimonialis domus extructa fuit.*
76 *An valeat vt nouum vinculum subrogatio, quæ ex Regiæ facultatis defectu non valuit, vbi constat, testatorem rem illam, quam loco alterius vinculatæ subrogare intendit, vinculare voluisse.*
77 *Coniecturata voluntas prænalet propriæ significationi verborum.*
78 *Actus qui non peccat in forma, debet valere meliori modo quo potest, pro conseruanda memoria defuncti.*
79 *Compromisso finito, si partes prorogent, si vt prorogatio non valet, an valeat vt renouatio.*
80 *Subrogatæ res ad maioratum sequuntur conditiones priorum.*
81 *Fœtus qui loco mortuorum subrogantur, cedunt fideicommisso.*
82 *Bona transacta cum eo, qui super bonis maioratus litigat, an vinculata maneant.*
83 *In maioratibus an ex subrogatione veniat possessio.*
84 *Ad incurrendam pœnam subrogatus non sequitur naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
85 *Pœna primo successori maioratus imposita an habeat locum in secundo aut tertio successore.*
86 *Pretium an veniat in restitutione rei fideicommisso subiectæ, venditæ cum fideicommissarij consensu.*
87 *Actus qui non valet vt electio in morte, an valeat vt electio in vita.*
88 *Mercantia corpus est vniuersale, vbi vna res alterius loco subrogatur.*
89 *Subrogatio an habeat locum, vbi ex ea diuersi effectus sequuntur.*

VNdecimo quæro pro intellectu huius materiæ, an si quis habeat facultatem Regiam ad faciendum maioratum de aliqua re, quem verè & realiter fecit, postea autem in locum illius vinculatæ subrogat aliam propria authoritate, absque facultate Regia, an hæc res subrogata sit itidem vinculata sicut alia, quæ fuit Regiâ licentiâ vinculata? Et quod talis res subrogata sit vinculata sicut alia, quæ ex facultate Regia erat vinculata, suadetur. Quia regulariter † subrogatum sapit naturam illius, in cuius locum subrogatum fuit, *l. vnica, §. vt plenius, C. de rei vxoriæ actione, l. ita constante, l. res in dotem datæ, l. ex pecunia, ff. de iure doti. l.22. tit.11. part.4. l.47. tit.18. part.3.* quæ est singularis *cap. Ecclesia, vt lite pendente: Clementina 1. de supplend. neglig. prælat.* latè Euerard. *loco 93. à subrogatione, pag.540.* Anton. Gabriel *lib.6. communium opinionum, tit. de regul. iuris, concl.* num.1. cum seqq. *pag.320.* Parisius *in consil.46. num.14. lib.4.* Mascardus *in tractatu de probationibus,*

nibus, lib. 3. concl. 1265. num. 38. Tiraquellus *in tract. le mort ſaiſit le vif, part. 2. declarat. 9. num.* 18. *cum ſequentibus,* Petrus Surdus *deciſ. 306. num.* 5. Mantica *de coniectur. ment. lib. 10. tit. 6. num.* 18. *folio* 233. Et plures citat Valdes *in addit. ad* Rodericum Suarez *allegat. 28. num. 25. pag.* 103. Et quod pecunia ſubrogata de officio Cubicularij ſuccedat loco officij, tradit Gam. *deciſ. 314. num.* 7. quem citat *deciſ. Gama* 317. Et res libetæ permutatæ cum aliis, quæ habent onera, † gaudent priuilegiis conceſſis bonis liberis, vt per Sᵗ Iuan. *in conſ. 66. num. 15. lib. 2.* Ioannem Guttierrez *conſ. 5. num. 22.* & eſt egregia *l. ſi donata, §. ſi ſponſus ff. de donat. inter virum & vxor.* & eſt bona *l. 42. tit. 9 part. 6.* ibi: *Pero ſi deſpues en vida del teſtador ſe muriesſe la beſtia que ſolia traer, deſataſe por ende la manda, e no vale, fueras ende ſi el teſtador en ſu vida metieſſe otra beſtia en ſu lugar de aquella que fueſſe muerta.* Et eſt materia brocardica, de qua per Bartholom. Socin. *in l. filiæ, §. Titia, ff. de condit. & demonſtr.* quam explicat Socin. Iunior *conſ. 162. num. 34. lib. 2.* & tradunt Hippol. *in ſingular. 255.* incipienti, *Subrogatus:* Ioan. Lopius *in rubric de donat. inter virum & vxorem, §. 62. col. 3. num. 4. pag.* 190. Et plura notabilia pro concordantibus *ad d. l. filia, §. Titia,* ſcribit Ioſeph. Maſcard. *in tract. de probationibus lib. 3. concluſ. 1281. num. 32 folio* 225. Flores de Mena *in q. 20. folio* 128. Guillelmus Benedictus *in cap. Raynutius, de teſta. in verb. & vxorem, num. 791. folio* 123. Valdes *in addit.* ad Roderic. Suarez *allegation. vltim. in fin.* Et quod res datæ & ſubrogatæ in locum aliarum, quæ erant de primogenitura, † ſint bona primogenituræ, tradit Menochius *in conſilio 322. num. 67. lib. 4.* qui refert Paulum de Caſtro *in conſ. 270. dubitatur nunquid hoſpitale, col. 2. lib. 1.* Felin. *in conſ. 42. num. 4.* Crotum *in conſ. 65. num. 18. lib. 1.* & faciunt ſequentia, *& l. ſi filius, §. 1. ad Macedonianum,* vbi mutuum deſcendens ex alia cauſa, aut ex alio ſimili contractu, ſapit naturam eius cauſæ & contractus; & tradit in notabili caſu Capicius *deciſ. 183. num. 4.* Et filius primogeniti eò quia eſt ſubrogatus in locum patris, dicitur primogenitus, vt per Boërium *in conſ. 71. num. 1. lib. 1.* vbi plura ſcribit. Quod confirmo ex his quæ ſcribit Caſtillo *in tract. de vſufruct. cap. 40. num. 22. cum ſeqq. folio 121. & cap. 63. num. 9. folio 272. in articulo. Quomodo pater cenſeatur vna perſona cum filio.* Et patronus dicitur ille, † qui Eccleſiam reædificauit, vt per Cæſarem Lambertinum *de iurepatron. lib. 1. part. 1. art. 5. 6. quæſt. principali.* Et quamuis res ſubrogata in aliquo diſcrepet, adhuc gaudet priuilegio rei, pro qua ſubrogatur, ſecundùm Paul. *in conſ. 73.* quod repetitum eſt *conſ. 265 Licet iſta Domina Liſa, libro 1.* quem citat Chaſſan. *in catalogo gloria mundi, part. 7. conſideratione 42.* & Decius *in conſ. 190. Circa primum, & conſ. 53. num. 1.* cum aliis, vt per Tiraquel. *lib. 1. de retractu. §. 1. gloſ. 10. pag. 246. num.* 80. *& in l. boues, §. hoc ſermone, limit. 8. num. 2. pag.* 197. *ff. de verbor. ſignific. & limit. 14. pag.* 219. Menochium *in tract. præſumptionum, lib. 4. præſump. 83. num. 42. folio* 143. Et faciunt etiam ſcripta per Decium *in conſ. 433. num.* 20. Matthæum de Afflictis *in conſtit. Neapolit. rubr. 65. lib. 1. num. 9. folio* 140. *& lib. 2. rubr. 3. folio* 199. *num.* 84. *& in deciſ. Neapolit. 395. num.* 10. Rebuffum *in tract. de nomina. quæſt. 16. num. 5. pag. 225. col. 1.* & plenius *in eodem tractatu, quæſt. 8. num. 22. pag.* 140. §. Et ſi prædia donata ſint † monaſterio ea lege, quod redirent ad donatorem, ſi contingeret Religioſos mutare habitum, vel à loco recedere; ſi de licentia Papæ mutent habitum, non poterunt prædicta repeti, quia habitus nouus cenſetur ſubrogatus in locum alterius; ſecundùm Ioan. Andr. & Peruſi. *in cap. 1. §. ad hæc de relig. domi.* De quo plura ſcribit Rebuffus *in concord. rubr. de Regia ad prælaturam nemi. faciendam, pag. 222. cum ſeqq.* Et ideò etiam pecunia redacta ex venditione prædiorum dicitur immobilis, ſecundùm Raphaël. Fulgoſ. Alexandr. & Aret. *in l. ea demum, C. de collat.* Et pecunia ex re feudali redacta, † non eſt feudalis, ſecundùm Iacob. de Bellouiſ. Bald. Martin. Laudenſem, Aluarotum, & Cardinal. Alexandr. *in cap. 1. de feud. non habent. naturam:* Anton. de Fan. *in tractatu de pignoribus, part. 2. membro 4 numero* 149. & alios, quos citat Tiraquellus, qui inter alios refert Molinam *lib. 4. de primog. c. 4. n. 26.*

Et quid ſi pecunia legetur? quod legatum † intelligatur, explicant Bartol. *in l. talis ſcriptura, in princip. num. 2. ff. de legatis 1.* Mantica *de coniecturata mente defunct. lib. 9. tit. 3. num. 35. pag.* 392. qui prius *num. 2. cum ſeqq.* tractat, an mobilibus legatis veniat pecunia? De quibus legenda ſunt quæ ſcribit Rebuffus *in l. pecuniæ appellatione, pag. 49. & in l. pecuniæ verbum 178. pag.* 810. *ff. de verbor. ſignific.* Sic ſi arbitrator loco Iudicis ſubrogetur, ab eius ſententia, & laudo, † appellare non licet: cum tamen à ſententia iudicis appelletur, ſecundum Alexandrum *conſ. 106. num. 17. lib. 3.* eundem Alexand. *in conſ. 20. num. 11. lib. 3.* poſt Ioann. Andream, quem citat *in addit.* ad Speculatorem, *tit. de appellatio. §. in quibus, num. 16. in addit. quæ incipit,* Priuatorum, *folio* 186. Pariſium *conſ. 49. num. 78. lib. 3.* Menochium *de arbitrar. lib. 1. q. 53. num. 30. pag.* 70. qui plura ſingularia in iſta materia ſubrogationis ſcribit. Et ſi dominus loci faciat tranſactionem cum hominibus ex cauſa ſucceſſionum, & tertiarum quas prætendebat dominus, an obligati ſunt ad cenſum ſubrogatum? tradit Amedeus Aponte *in tractat. laudemiorum, quæſt. 33.* Et ſubrogatus in locum alterius tenetur ſeruare eandem ſolemnitatem, quam ſeruare tenebatur ille, cui fuit ſubrogatus, ſecundùm Baldum *in l. vltima, C. ſi mancipium ita fuerit alienatum,* cum multis ſimilibus adductis per Tiraquellum *de legibus connubial. gloſſ. 5. verb.* contracter, *num.* 190. *folio* 290. ¶ Et in ſubrogato † fit repetitio primæ conditionis, ſecundùm Carolum Ruinum *in conſil. 53. in fine, lib. 2.* Zanchum *in l. hæredes mei, §. cum ita part. 10. num. 102. pag. 298. ff. ad Trebell.* quod eſt notandum ad ea, quæ ſcribo de repetitione conditionum, *part. 2. quæſt. 4. illatio. 8.* Et ille dicitur primogenitus, † qui ſubrogatus fuit in locum primogeniti, vt probant Andreas de Iſernia *in cap. 1. §. præterea, col. penult. verſ. ſed quia ponitur; qua ſit prima cauſa benefic. amitten.* & alij, quos citat Tiraquel. *in tract. de primogenit. quæſt. 3. num. 6. cum ſeqq. & quæſt. 40. num. 44. pag.* 276. qui id tradit in primogenitura, Menoch. qui latiſſimè hoc tractat *conſ. 97. num. 9. cum ſeqq. lib. 1.* Ad quos addo Aretinum *in conſ. 162. num. 9.* qui tradit iſtam eſſe interpretationem paſſiuam. Et virtus ſubrogationis tanta eſt, quòd res ſubrogata dicitur eadem cum prima, ſecundùm Socin. *in d. §. Titia,* quem citat Cephal. qui plura refert *in conſ. 58. n. 32. lib. 1.* Mantic. *de coniect. ment. lib. 6. tit. 12. n. 6. folio* 130.

Et ſi ciuitas deſtruatur, & alij ciues ſubrogentur, † gaudebunt priuilegiis datis ciuibus illius ciuitatis, ſecundum Bertrandum *in conſ. 192. num. 16. lib. 2. in noua impreſſione,* Rebuffum *in Concordatis, in rubr. de Regia ad prælaturam, pag. 222. in verſic. & Peruſinus,* vbi etiam ex Peruſino *in cap. cum perſonæ, de priuilegiis in 6.* ſcribit, quòd quando Eccleſia eſt exempta, & transfertur in alium locum, non perdit exemptionem. Et ſic Religioſi non tenentur † ſoluere decimas de prædiis, quæ ſuis ſumptibus colunt, vel tradunt aliis excolenda; non tenentur ſoluere de penſione quam recipiunt à colonis, quia ſubrogatur loco alterius, ſecundùm Paulum de Eleazar, & Cardinalem, *quæſt. 23. in Clementina 1. de decim.* Barthol. Socin. *in dicto conſ. 297. num. 6. verſ. non obſtat ſecunda ratio, lib. 2.* Et prædicta faciunt ad quæſtionem, quam diſputat Ripa *in l. in fideicommiſſaria, num. 22. ff. ad Trebellianum,* vbi probare conatur, quòd augmentum gregis, ſi ſit vltra numerum relictum à teſtatore, pertinet ad fideicommiſſarium: contra quem arguit latè Franciſcus Mantica, *lib. 7. de coniecturata mente defuncti, tit. 10. num. 36. pag.* 290. ad id legendus. ¶ Et res ſubrogatæ in locum rerum feudalium † retinent naturam bonorum feudalium, vt per Gozadinum, *in conſ. 65. num. 12.* cuius opinio facit pro doctrina, quam

quam ſe ibit Amedeus Aponte *in tract. laudemiorum, quæſt. 32.* vbi reſoluit, quòd ſi vaſſalli fecerunt tranſactionem cum domino de ſoluendo cenſum annuum in locum Tertiarum, quas illi ſoluere ſolebant, cenſus ille tanquam ſubrogatus, dicitur feudalis, tradit Petrus Surdus *deciſ. 78. num. 14.* ¶ Et ſi teſtator legat frumentum, quod habet in horreo, deinde illud vendat, aliudque reponat, † debetur frumentum ſubrogatum, vt per Aretinum *notabil. 3.* Iaſonem *n. 14. in l. cæterum, §. ſed ſi parauerit, ff. de legatis 1.* Menoch. *in conſ. 115. n. 65. lib. 2.* De quo legi debet idem Menochius *conſil. 97. num. 76.* faciunt ſcripta per Stracham *in tract. de mercatura, lib. 1. num. 95. pag.* 52. His congruit, quòd ſi ſecundùm legatum ſubrogetur in locum primi, † conditio appoſita in primo legato cenſetur in ſecundo repetita, *l. cui fundus ff. de conditionibus & demonſtrationibus,* & volunt Alexand. *conſ. 66. num. 1. lib. 3.* Decius *conſ. 190. col. 3. & 4.* quos refert idem Franciſcus Mantica *lib. 10. tit. 6. n. 18. pag.* 444. quod refert ſcire ad maioratus & meliorationes, in quibus res ſubrogantur in locum aliarum. Et ſi teſtator legit vxori frumentum, quod habebat in domo, & illud conſumpſit; & aliud poſuit, † pertinet ad vxorem, *l. ſi ſeruus legatus, §. quicunque, ff. de legat. 1. cum concordant.* vt per Antonium Gomez *tomo 1. variarum cap. 12. n. 50. folio* 123. Franciſc. Manticam *de coniect. mente de jun. lib. 12. tit. 2. num. 9. pag.* 588. vbi alia ad propoſitum ſcribit.

Ex quibus aliqui inferunt intellectum ad forum illud, quod in multis locis huius Regni ſeruatur, quod radix redeat ad radicem, & ſtipes ad ſtipitem. De quo fit mentio *in l. 6. Taurina:* nam dicunt, quòd ſi quis vendat rem, quæ erat de ſtipite & radice maiorum, & emat etiam aliam mobilem, quòd hæc res empta & ſubrogata, cenſetur † etiam patrimonialis, & de radice; quæ fuit ſententia Baldi *in conſilio 112. Quæritur quid intelligatur, col. 2. verſ. & prædicta ſunt vera, lib. 1.* & Maſuer. *in tit. de ſocietate, §. item dicuntur conquæſtus,* vt tradit Tiraquel. *vbi infra,* qui non rectè ad hoc *Bald.* citauit, quia hoc *Baldus* non dicit, ſed ſolum tradit regulam generalem, quod vbi res nouæ ſunt emptæ ex pecuniis rerum antiquarum, in earundem locum ſuccedunt. Et ad idem refert Baldum Tiraquel. *in l. boues, §. hoc ſermone, limitat. 15. num 2. pag. 220. ff. de verb. ſignificatione.* Nec minus pro prædictis facit *l. 37. titu. 9. part. 6.* in verſ. *Eſtoſeria,* iunctis illis verbis: *Aſſi como arboles, o ſue ſſe ni pueſta viña deſpues:* ad quam legem videnda eſt doctrina Bertazoli *in tract. clauſularum, clauſ. 20. gloſſ. 4. folio* 96. de fundo, qui erat anteà pratum, & poſteà factus fuit vinea. Et hypotheca nouata ſeruit: quæ præcedit, † & habet locum cum ſua prioritate, *l. creditor accepit,* vbi Gloſ. & Bart. *ff. qui potiores in pigno. habeantur, l. 1. Certum eb chirographariam pecuniam,* tradunt Alexand. & Gloſ. Patif. *conſ. 217. num. 1. lib. 7.* Fanus *in tractatu de pignoribus part. 6. membro 3. num. 7. folio* 145. Et ſi dos Eccleſiæ dirutæ datur Eccleſiæ ædificatæ in alio loco, eſt patronus illius Eccleſiæ reædificatæ, qui antè erat, ſecundùm Cardinalem, *in rubr. de iure patronatus 6. quæſt. principali, in fin.* Lambertin. *de iure patron. lib. 1. art. 5. ſexta quæſtionis princip. num. 3. folio* 58. Et de dote quæ ſubrogatur in locum alimentorum, ponit bonam doctrinam Tellus *in l. 10. Taur. num. 18. ad finem.* Et quando donatio facta de aliqua re mutatur in aliam, aſſumit ſubrogatio omnes qualitates prioris donationis, vt reſoluit Decius *in conſ. 192. num. 3.* ¶ Et iudex Eccleſiaſticus ſubrogatus in locum Iudicis ſecularis debet † procedere eodem modo, & eadem forma, quibus ſecularis, ſecundùm Abbatem *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 31. de conſtitutionibus.* Rebuffum *in tractatu de Nomination. num. 25. pag.* 140. Quintil. Mandoſ. *con. 65. num. 16.* Et quod pecunia redacta ex venditione prædiorum, ſit immobilis tenet Firmian. *in ſuo Iudice, in verb. Mobilia, verſic. 4.* qui refert Bald. *in d. l. ea demum.* Sed huius puncti veritas pendet à notatis per Tiraquellum *lib. 1. de retract. §. 1. gloſſ. 7. num. 112. pag.* 108. *& eodem libro §. 32. gloſſ. 1. & vnica, num. 19. cum ſequentibus, pag.* 666. Ex cuius lectura ſemper in ea fui ſententia, quòd talis pecunia redacta ex venditione † rei immobilis, non eſt immobilis, nec in ea ſuccedunt conſanguinei virtute *fori,* ſed parentes, præcipuè ex tex. *in l. venditor ex hæreditate, ff. de hæreai. vel actio. vend.* Et quia in particularibus non ſuccedit † loco rei pretium, *l. qui vas, §. final. ff. de fart. l. Labeo, & Sabinus, ff. de verbor. ſignific.* cum *concordantibus,* quæ refert Tiraquel. Et cui non conueniunt verba legis, † non conuenit eius diſpoſitio: conſului etiam per prædicta, quòd cùm per *l.* 32. in quaterno gabellarum ex bonis datis in dotem non debeatur gabella, talis gabelia non debetur ex bonis ſubrogatis in dote, quæ prius conceſſa fuit. De intellectu autem textus *in d. l.* 32. latè agit Amedeus Aponte *in quæſtio. laudemial. quæſt. 29.* Et de puncto quem tractat Tiraq. legi debet Chaſſan. *in conſuetud. Pariſien. rub. 4. §. 2. pag.* 539 Et conſuetudo & alia diſpoſitio † loquens de vno, extenditur ad aliud, quod in locum eius ſubrogatur, *l. libertum, ff. de ritu nuptia.* cum *concordantibus,* vt per Aymonem *de antiquit. tempor. 4. part. num. 77. fol.* 239. Sic inquit Capicius *deciſ. 4. num. 6.* quòd licet perſona poſſidentis Caſtrum muteur, non tamen mutatur poſſeſſio. Notat Menochius *remedio 3. de retinenda poſſeſſione, num. 826. pag.* 249. Ad quod facit etiam ſententia Chaſſanæi *in conſuetud. Burgund. tit. de ſucceſſ. rubr. 7. §. 8. verſ. euenit dubium, pag.* 999. vbi ſcribit, quòd ſi quis dedit fundum ſuum patrimonialem in emphyteuſim, aut cenſum, aut alio quouis modo, † remanet nihilominus patrimoniale. Et ſi ex bonis emphyteuſis aliqua bona emantur, cenſentur ſubrogata, vt ex pluribus probat Caldas Pereira, *de renouat. emphyteut. q. 3. n. 13. folio* 13.

Vt tamen ad noſtram quæſtionem redeam, pro prædicta ſententia etiam facit; quia ſubrogatum ſapit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur cum omnibus qualitatibus, vt notatur per Dec. *in cap. quoniam Abbas, n. 3. de offic. deleg.* Et Eccleſia, quæ ſuccedit in locum priuati pro tempore præterito, † vtitur iure priuati, ſecundùm Bart. *in Auth. quas actiones in fin. C. de ſacroſanct. Eccl.* Abbat. & Felin. *in c. de quarta, de præſcript.* quos citat Decius *in c. porrò, n. 12. de priuil.* Et obligatio noua † diſſoluit antiquam: *l. vnic. §. ſciendum, C. de rei vxoriæ actione,* confirmat Rebuf. *in c. extirp. §. qui verò, de præb. pag.* 404. Et ſubrogatum videtur ineſſe à principio, & fingitur retro debitum. Et † res ſubrogata loco alterius dicitur poſſideri, ac ſi res propria poſſideretur, vt in caſu ſingulari tradit Matth. de Affli. *deciſ 264. n. 10.* ex hoc deducens, quòd ſi vniuerſitas ſoluit aliquid in locum alterius rei, quam antea ſoluebat, ſolutio eſt vniformis. Et quod habet locum in creatione, † habet locum in ſubrogatione, per *l. item ſi fundi, §. ſeminarios ff. de vſufruct.* Quod notandum eſt ad Pragmaticam *de impoſitionibus,* hodie, *lege 8. titul. 15. libro 4. Recopilationis.* Et pro hac doctrina Matthæi de Afflictis, adduco textum notabilem, *in l. ſi conſtet, §. 1. ff. de aqua quotid. & æſtiua;* vbi ſi duo aquam ducant diuerſis temporibus, ſi mutant horas, vel tempus, retinent adhuc ſeruitutem. Et conducunt quæ ſcribo in quæſtione præcedenti *à numero 112. cum aliis.* vbi ad hoc refertur notabile *conſilium* Burſati 50. *numero* 36. Et confirmat iſta Rebuffus, *in leg. locus* 60. *pag.* 428. *ff. de verborum ſignificatione.* Et ſi vinea conuertatur in aream fructiferam, non dicitur mutata, ſecundùm Zaſium *in titul. quibus modis vſufructus amittatur, numero 9. pag.* 170. Et qualiter emphyteuta non poſſit expelli ſi oliuetum extirpauit, & plantauit vineã, reſoluit notanter Aluarus Valaſc. *conſult. 50. n. 5. cum ſeqq.* ad quem addo Ioan. Gutt. *lib. 2. pract. canonic. c. 21. n. 94.* Ioa. Franc. *in tract. de Baron. pragm. 11. n. 60. 61.* Et quòd ex *ſylua* cædua † non poſſit emphyteuta facere vineam,

vineam, volunt Bald. & Ias. *num.99. in l.final. C.de iure emphyteu.ico*, Menoch. *consil.13.num.5.* Florianus Francisc. Marc. Tiraquel. quos refert Quintil. Mandos. *in consil.84. num.7.* ad quos legi debent Baldus *in l.11. num.12. C.de iure emphyteutico*, Cœpola *in tract.de seruitutibus, cap.22.de montibus*, Corbulus *in tract.de iure emphyteutico, versic. decima causa, num.1. cum sequentibus, fol.41.* sed Matthæus ab Afflictis *in constitut. Neapolitan. lib.3. rubr.5. num.60. fol.264.* tangit quæstionem de Barone, qui habebat nemus, de quo percipiebat annuam pensionem, & iste cui fuit facta concessio, fecit vineam sine Regio assensu. Ex quibus aliàs inferebam in quæstione de facto. Quidam vendidit annuum censum super quibusdam bonis, pro quibus soluit gabellam, postea ex causis emergentibus subrogauit alia bona in locum eorum, quæ prius obligauerat, & pro quibus soluta fuit gabella, quod ex ta-
30 libus bonis subrogatis † non debebatur noua gabella. Pro qua conclusione est sententia Baldi *in l.cùm dotem, num.4. C.de iure dot.* quem citat Tiraquel. *lib.1.de retractu, §.29. glos.1. num.3. pag.630.* In quo tamen legenda sunt quæ scribit Glos. Parisien. *in consuetudin. Parisiensib. part.1. §.22. num.24. & 25. fol.185.* Amedeus Aponte *in tractatu quæstionum laudemialium, q.10. & q.37. & 38.* Inferebam etiam aliud quotidie practicabile in isto Regno Granatæ: Domini istius Regni ex Bullis Apostolicis, & consuetudine habent ius percipiendi decimas à Christianis certo modo & limite, & à nouiter ad fidem conuersis alio certo modo & quota: si Christiani percipiunt fructus de terris illorum, qui nouiter ad fidem conuersi sunt, vel è conuerso; qualiter soluenda sit decima de talibus possessionibus.

31 Et ex prædictis videtur, quòd † quilibet tenetur soluere decimam, secundùm qualitatem personatum in cuius locum subrogatur, vt constat ex superioribus, & aliis pluribus, quæ singulariter ad propositum scribit Ripa *respons.31. num.16. cum sequentibus.* Pro qua conclusione faciunt quæ scribit Rebuffus *in tractat. nominat. d.q.8. n.22. cum sequentibus, pag.140.* Nicolaus Boerius *decis.213. num.19.* Matiençó *in l.16. tit.10. glos.3. num.2. folio.320. lib.5. Recopilationis*, & legendus est textus *in cap. de terris*, vbi Doctores, *de decimis*, vbi prædia transeunt cum onere decimarum. Et de priuilegiis quæ habent Domini istius Regni ad percipiendas decimas, legendus est Iacobus Puteus *decis.319. & 332. lib.3.* in lite Ducis de Alba contra Archiepiscopum Toletanum. Et qualiter si pratum fiat terra arabilis, sit soluenda decima, tradunt Parisius *in consil.73. num.17. & 18. lib.4.* Cephalus *in cons.757. num.2. cum sequentibus, lib.5.* qui de noualibus plura tractat notanda. Confirmo etiam quod notabili quæstione tradit Aluarus Valascus *consultat.58. num.1. cum sequentibus*, vbi plura, probat quod *forus de terra*, quo cauetur, vt de tritico, vino & lino soluatur pars octaua domino terræ, & quòd de oleo, frugibus, & leguminibus nihil soluatur, † extenditur ad terras, ex quibus de
32 tritico soluebatur octaua, si plantentur arbores oliuarum, & aliæ similes: facit *decisio* Guidon. Papæ 470. *num.2.* quibus conuenit quod scribit Mena *in additionibus*, Gama *decis.245.* vbi tradit, quòd si dominus rei locatæ mentionem facit de vna specie fructuum gratia frequentioris vsus, debetur de alia specie fructuum; qui tamen allegant Iasonem *in l.1. ff de legibus*, qui hoc non
33 dicit. Et quòd si † terra, de qua ex pascuis soluebatur decima, sit ad frugum fertilitatem redacta, de fructibus debeat solui, resoluit elegãter Ancharranus *in cons.404. num.15. cum sequentibus*, quem illi non citant, allegant inter alia, *cap. commissum; & cap. cum in tua, de decimis:* & legenda sunt quæ scribit Vincentius Carrocius *in tractat. de locato: q.36. fol.109.* Couarruuias *in practicis, cap.37. n.5.* Balb. *in tract. de præscription. p.2. n.17. cum seqq. pag.134.*

34 Et quòd res subrogata sit † libera à solutione decimarum, sicut erat libera res, in cuius locum subrogata fuit, tradunt Bartholom. Socinus *in consil.168. num.4. & cons.297. num.6. vers. confirmatur ista resolutio, lib.2.* Pro quo faciunt scripta per Lucam de Penna *in l.1. col.4. & sequenti. vers. sed quid in quæstione, de imponen. lucra. descrip. lib.10.* per quam scribit Syluanus *cons.66. num.15. lib.2. & consil.5. num.21.* Ioan. Guttierrez *in cons.5. n.21.* Quòd res permutatæ cum rebus liberis & franquis gaudent eodem priuilegio, & facit *l.12. titul.4 lib.3. fori*, quæ dicit, quòd fundus emptus ex pecunia redacta ex venditione alterius fundi ad alterum coniugem spectantis, † non fit communis tanquam ac- 35
quisitus, sed manet eius proprius cuius fundus fuit. Notat Ioan. Lopius *in rubr. de donat. inter virum & vxorem: d.§.62. num.4.* Chassanæus *in consuetud. Burgund. rubr.4. §.2. n.10. col.539.* & alij, quos refert Tiraquel. *in d.§.32.* Notat Auend. *respons.20. num.6.* & plures citat Matiençó *in l.2. tit.9. lib.5. Recopilat. glos.2. num.4. fol.257.* Auendañ. *respons.9. num.3.* Rebuffus *in l. mouentium 93. pag.562.* vbi tradit, quòd quando maritus præcedente vxore lucratur dimidiam partem bonorum mobilium, & conquæstuum, & è conuerso vxor, succedunt in bonis subrogatis modo quo ipse tradit, & Masuerius *in rubr. de societate, §. item nomina.* Et addo Ioan. Guttierrez *in practic. quæstion. q.86. & 87. lib.3.* vbi disputat, an res permutata cum truncali, efficiatur truncalis? & lege illum *quæst.77.* & Valdes *in additionibus* ad Suarez, *titul.* de las ganancias, *num.27. pag.15.* Quod in practica ad vnguem custoditur, & facilius † aliquid conceditur ad coadiuuandam intentionem iam fundatam, quam si à principio actus deberet fundari; vt probatur *in d.l.si donatæ, §. si sponsus, ff.de donation. inter virum & vxorem*, cum *concordantibus*, vt per Decium *in cap.1. num.33. folio 196. de probat. & in l.final. num.23. C.de edendo:* Tiraquel. *in tract. de primogen. q.40. n.43. pag.276.* Quibus adstipulatur doctrina Ioannis Andr. *in additionibus* ad Speculatorem *tit.de locato, vers. quid si colonus promisit*; vbi vult, quòd si † colonus promisit in fundo conducto 37
vineas plantare, & soluere quartam partem fructuum de arboribus; tradunt Iaso *in l.1. n.33. ff. soluto matrimonio.* Nicolaus Boerius *decis.213. n.10.*

Neque est prætermittenda egregia sententia Bart. *in l.si prius, num.3. ff. de qua pluuia arcenda*, vbi notanter dicit, quòd in præstationibus annuis quandoque vnum debetur, & soluitur aliud; sed respectu & contemplatione illius, quod solebat præstari, † & tunc recipiens 38
obligationem antiquam, & possessionem retinet, per *l.cum notissimi, §. in his. C.de præscription.30. annorum*, quod volunt Alexander & alij, quos ipse citat *in l. si certus annis, num.8. C.de pactis*: quod est notandum ad ea, quæ scribo *in 4.p.q.20.* in materia annuarum præstationum. Et taleæ & collectæ quæ imponuntur, regulantur secundùm onera in quorum locum subrogantur, secundùm Bart. *in l.1. C. de mulieribus, & in quo loco, lib.10. & in l.4. §. actor. ff. de re iudicat.* Bald. Abbat. & Guidonem Papæ, quos citat Ripa *in consilio 183. num.26.*

Et qualiter immunitas † se extendat ad res subrogatas loco priorum, tradunt Baldus *in cons.112. lib.1.* 39
Alexand. *in l.final. ff. de iureiurand.* & alij quos citat Ægidius Bossius *in tit. de Principe, num.154. pag.621.* De quo legi debet Vincentius Carrocius *in tract. de locato, conclus.66. folio 272.* vbi refert Episcopum Couarruu. *in practicis quæstionibus, cap.37.* Et hoc videtur procedere, maximè cum is, qui subrogationem hanc facit, declarat, quòd hanc rem subrogatam ponit in locum alterius, quæ ex facultate Regia fuit vinculata: quia huic declarationi stari debet, & seruanda est, ex sententia Glossæ *in l.sed & si lege, §.1. ff. de petit. hared.* facit Glossa, & quæ ibi adducunt Doctores *in l. res quæ per eum: ff. de iure dot.* & text. *in l.at si quis, §. interdum, in vers. oportebit: ff. de religios. & sumpt. funer.* & notatur in simili proposito per Guillelm. Benedictum *in cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, num.791.*

num.791. Chassanæum *in tit.* des droits appartenans à gens mariez, *§.2. in verb. & acquæstum.* Et ad hanc sententiam est textus *in l. Imperator. §. vlt.* cum *l.seq. ff. de*
40 *legatis 2.* vbi probatur, quod † grauatus fideicommisso, qui aliquas res ex hæreditate alienar, & alias emit, tenetur res emptas vice permutationis in locum hæreditariarum restituere, & de textu *in d. l. Imperator*, meminit in casu singulari Bart. *in consil.26.* quem citat & declarat Franciscus Mantica *de coniecturata mente defuncti, lib.12. titul.12. num.15. pag.598.* & in ista materia maioratuum Molina *lib.4. de primogen. cap.4. n.27. fol.152.* Burgos de Paz *in quæst. ciuili 6. num.42.* & Paris. *in cons.55. num.67 lib.3.* Cephal. *cons.114. n.39. & 40. lib.1.* Simon de Prætis *lib.4. de interpretand. defuncti voluntate, dubit.2. num.2. fo.472.* Qui tres posteriores Authores tractant quæstionem ex facto agitatam in causa maioratus, an legatum factum de quantitate, si de quantitate aliqua res ematur, sit vinculata, sicut erat pecunia; ex text. *in l.pater. ff. de adimen. legat.* Et qualiter habens feudum antiquum, si alienauerit cum consensu domini, & ex pretio emerit feudum, qualiter sint bona feudalia, tradit Fuluius Paeianus *in tractatu de probationibus, lib.2. cap.38. num.38. fol.150.* Notanter Matthæus ab Afflictis *in §. si quis de manso: num.21. de controuers. inuestitu. fol.27.* Et quòd bona subrogata in fideicommisso dicantur, & sint eiusdem naturæ bonorum, in quorum locum subrogata fuerunt, tradit etiam in notabili casu Ripa *respons.95. n.5.*

Et horum iurium authoritate, & aliorum, dicit Ias. *in consil.231 lib.2. num.1.* quòd res emptæ vel permu-
41 tatæ ex pretio rei subiectæ fideicommisso, † efficiuntur fideicommissariæ, & Molina *dicto loco, cap.4. num.24.* tradit, an res empta ex pecunia maioratus subrogetur: & Ioan. Lopius *in l.27. Tauri, num 68.* & lege Oldrad. *in cons.242. num.3.* & Iasonem refert Menochius *consil.70. num.7. lib.1. & in cons.202. num.110. lib.3.* & tradit idem *in cons.86. num.65. lib.1.* Bursat. *cons.173. num.18. lib.2.* Notanter Tiberius Decianus *in cons.52. num.28. cum sequentibus, lib.1.* Mantica *de coniecturata mente defuncti, lib.7. tit.8. num.23. pag.280.* Rebuff. *in l. Labeo, & Sabinus 14. §. item si dominus, pag 134. ff. de verborum significatione*, Aymo *cons.295. num.4.* Cephal. *in cons.20. num.4. lib.1.* & conclusio *d. l. Imperator, §. vltimo*, limitatur singulariter per Barthol. Socinum *cons.36. lib.3.* vbi subrogatio fuit facta ratione Legitimæ. De quo tractat eleganter Aymo, ad hoc legendus *cons.202. num.5 & 50.* & lege omnino Anton. Capicium *decis.194. num.17.* Bursatum *in cons.173. n.18. lib.2.* & Carolum Ruinum *cons.97. num.11. cum sequentibus, lib 5.* & facit text. *in d. l. filiæ, §. Titia, ff. de condition. & demonstration.* Per quam, inquit *ibi* Barthol. Socinus quòd si testator rem legatam alienauerit, eidemque nomen imposuerit eiusdem nominis, illius nominis impositio ostendit quod voluit subrogare in locum rei legatæ & alienatæ, quem citat Franciscus Mantica *lib.6. de coniecturata mente defuncti, tit.12. num.6. pag.241.* Et quod tradit Socinus Iunior *in consil.162. lib.2.* & quod scribit singulariter Matthæus de Afflictis *in constitution. Neapolitan. lib.2. rubr 41. n.11. fol.248.* vbi tradit, quòd si lite pendente fuit res permutata, & iudex condemnauit ad rem, credens quòd
42 non fuit permutata † potest sententia mandari executioni contra illam permutatam, quia illa dicitur subrogata loco primæ rei ante permutationem, & hoc est de consecutiuis sententiæ. Et res permutata non dicitur alienata nec legatum censetur ademptum, secundùm Socinum Iuniorem *in consil.162. num.22. lib.2.* Cephalum *in consil.599. num.23. lib.4.* Et si res erat subiecta fideicommisso, pretium † quod succedit censetur subroga-
43 tum, vt probat Menoch. *in consil.86. num 65. lib.1.* & de intellecta textus *in d. l. Imperator, §. vltimo, ff. de legatis 2.* agit Parisius *in d.cons.55. num.67. lib.3.* Iaso *in l.3. §. sicx pluribus, num.41. ff. de acquirenda possessione*, Simon de Prætis *lib.3 de interpretanda defuncti voluntate, so'ut.1. num.5. & 6. folio 345.* Tiberius Decianus *respons.27. num.8. lib 1. & respons.51. num.33. eodem libro*, vbi per plura exempla hoc tradit, & *ibi num.39.* per *d. l. Imperator*, resoluit, quod in restitutione fideicommissi veniunt res permutatæ, dato quod non fuerint testatoris, & Petrus Surdus *decis.208. num.3. & 12.* & tradit Lasarte *in addition. ad tractatum gabellarum: cap.17. nu.53. fol.47.* Et legenda sunt quæ scribit Franciscus Mantica *de coniecturata mente defuncti, d. lib.12. tit.6. num.20. pag.599. & lib.7. tit.8. num.23. pag.280*, Cephalus *cons.645. num.49. lib.5.* & Gregor. Lopez *in l.10. tit 26. part.4. in glos.1. vers. sed quid si Rex*; vbi determinat, quòd si Rex ex causa transtulit vnum Magnatem è Regno, & dedit illi certa bona, & abstulit ea, quæ habebat, † sunt vinculata, si prima bona erant 44
vinculata, & subrogantur in locum aliorum: & idem tradit ipsemet Greg. Lopez *in l.40. tit.9. part.6. in glos.* in verb. *Desarasse.*

Ex his deducitur verum esse quoddam dictum Gloss. Parisien. *in consuetud. Parisien. p.1. §.11. num.31.* vbi inquit, quòd si quis emerit rem, in qua est locus iuri primogenituræ, quam emit cum pacto de retrouendendo, primogenitus † habebit pretium, quod venditor re- 45
dimendo restituit, quod approbat Tiraquel. *lib.2. de retractu, in fine, num.174. pag.1022.* De quo lege Simonem de Prætis *d. lib.3 solu.ione 1. num.10. fol.246.* Et ex istis latissimè Cephal. *in cons.615. num.1. cum sequentibus, lib.5.* an Dux Ferrariæ sit præferendus Duci Florentiæ? quod etiam latè tractat Porcius *in cons.167.* per totum. Et quod bona redempta ex pacto de retrouendendo, dicantur esse eadem, provt erant prius, volunt Decius *in cons.238.* Cagnolus *in l 2. quæst.94. num.254. C.de pact. inter empt.* & alij, vt per Cephalum *in cons.460. num.2. lib 4. de coniecturata mente defuncti, libro 8 tit.8. num.20. pag.280.* Et quod in materia decimarum istius Regni Granatensis, per *d.l. Imperator*, & alia, tradit Suarez *allegatione vltima, dubit.2.* vbi dominus Valdes *in additionibus.* Et inquit Lucas de Penna *in d.l.1. col.3. vers. sed quid in quæstione, fol.68. de imponen. lucrati descrip. lib.10.* quòd si Rex habens Castrum deuolutum ad manus suas per *excadentiam*, permutauit illud cum nobili feudatario habente aliud Castrum, in quo viuebatur iure Longebardo, seu Romano, quòd omnes filij æqualiter succedunt; & in ipsa permutatione Rex dixit, *Concedimus Titio hoc Castrum secundùm consuetudinem Regni*, præsupposito quòd sit consuetudo, vt in feudis, quæ conceduntur à Rege, viuatur iure Francorum, quòd solus primogenitus succedat, si Titius decedat relictis hæredibus, non succedit primogenitus solus, † sed omnes filij propter subro ga- 46
tionem; & res retinent primam & originalem conditionem. De quo legendus est Nicolaus Boërius *decis.122. Castrum.* Quintilianus Mandosius *in tractatu de signatura gratiæ, vers. translationes, fol.119. col.4.*

Et ex his confirmatur quædam noua, & singularis opinio Peraltæ *in l.cum ita, §. species, num.3. pag.348. ff. de legatis 2.* vbi probat, quòd si pater meliorat filiam in Tertio, quod designauit in quadam domo, & postea eam alienauit, & emit aliam domum, in qua apposuit eadem, vel similia insignia affixa domui venditæ antea signatæ, propter meliorationem, † censetur facta 47
subrogatio, & in ea domo filius melioratus; † quod 48
mihi dictum videtur, contra quem est textus *in l. quoties, §. vniuersorum, & in l. usufructuarius nouum, ff. de usufruct.* Et pro confirmatione istorum faciunt, quæ scribo *in quæstione precedenti à num.18.* Et licèt statuta sint stricti iuris, statutum extenditur ad casum subrogatum loco casus contenti in statuto, secundùm Glossam *in Clementina, Et si principalis, de rescript.* Anton. *in capit. final. de consuetud.* Nicolaus Boerius *in consuetud. tit.* Les coustumes, *§. id etiam in tantum, pag.13. col.2. vers. quarta conclusio.* Et per illam Glossam tradit notanter Ripa *resp.8. n.7. cum seqq.* quòd subrogatus in locum Vicarij Episcopi non potest executare com-

miſſionem datam Officiali generali, Vicario Epiſcopi: iſte eſt germanus text. *in l.cum conſtet, §.vltimo, ff.de aqua quotid.* vbi illud interdictum datur illi, qui cum altero aquam permutauit. De quo per Menochium *de retinenda poſſeſſione, remedio 6.num.103. pag.277.col.1.* Et præſcriptio ſtatutaria ſubrogata in locum præſcriptionis iuris communis, ſapit eandem naturam, ſecundùm Corneum *in conſil.180. multum diffusè, col.2. verſic.& aliàs, libro 2.* Balb.*in tractatu de præſcription. 4.p.quintæ partis principalis, q.28.num.4.pag.366.*

¶ Etſi domus hypothecata ſit combuſta vſque ad
49 aream, & in area domus altera ædificetur, † eſt hypothecata: *l. final.* vbi Bart. *ff. de pignoribus: l.Paulus, §.domus, ff.eodem titulo*, quæ hoc extendit non ſolum ſi ædificetur per debitorem, ſed etiam ſi ædificetur per alium Tertium: quod tradit & declarat Fanus *in tractatu de pignoribus, part.6. membr.1. num.39. fol.136.* ad quod conducunt ſcripta per Matthæum ab Afflictis *deciſ.83. num.12. & deciſ.392.n.12.* Tiraquel. *in tract. de utroque retract. lib.1. in fine n.778.* Nattam *in conſil.377.n.2.lib.2.* Lambertinum *in tract.iuris patronatus lib.3.fol.18.* Ioan.Garcia *in tract.de expenſis, cap.15. num.17.fol.164.* Theſaurum *deciſ.24.* Corbulum *de iure emphyteutico, tit.de cauſis priuationis feudi, declaratione 32.num.1.fol.215.* Cephalum *in conſ.171.n.13. lib.2.* Aluarum Valaſcum *in tract.de iure emphyteutico, q.29.n.2.* faciunt ſcripta infra *à num.77.*

Ex quibus etiam infertur, quòd ſi quis habuit commiſſionem eligendi ad maioratum vel meliorationem, provt quotidie contingit, ſi aliquis ſubrogatus fuerit in fauorem illius, talis ſubrogatus debet vti ſubrogatione ſicut alius poterat, & vti tenebatur. Quod probatur etiam ex doctrina Decij *in conſ.40.num.4.* qui refert textum *in Clementina 1.de ſupplend. negligen. prælat.* & notata *in l. vltima, C.ſi mancipium ita fuerit alienatum:* & per Baldum *in l.certum, C.vnde legitim. & in l.3.C.de priuil. fiſci.* Et Prælati & Canonici ſubrogati, dicuntur idem Prælati & Canonici, ſecundùm Ripam *reſponſ.62.num.7. per l.proponebatur, ff. de iudic.* & alios. Et ſubrogatus debet eſſe eiuſdem conditionis, cuius eſt ille, in cuius locum ſubrogatur, ſecundùm Baldum *in l. parabolanos, C.de Epiſcop.& Cleric.* Diſputat in bono caſu Ioan.Guttierrez *lib.1. practicarum quæſtionum, q.34.num.2.pag.85.*

His tamen & ſimilibus non obſtantibus, contrarium in propoſito noſtræ quæſtionis tenendum exiſtimo, quia licèt pro maiori parte procedat, etſi vera ſit regula *ſuprà* firmata, quod ſubrogatum ſapit naturam illius rei, in cuius locum ſubrogatur; id procedit in na-
50 tura † primordiali, non accidentali, & impoſita. Gloſſa eſt ſingularis *in l.certi conditio, in principio, in gloſſa magna, in verb.ex omni cauſa, ff.ſi certum petatur*, quam Bartolus *ibi* ſummè commendat: & Bald. *in d.l.vnica, §.& vt plenius, de rei vxoriæ actione*, Decius *in rubr. C.de edendo, num.5.* Iaſo *num.6.* & Gomeſ. *num.7. in §.fuerat, de action. Inſtit.* & idem Iaſo *in §. actionum, num.24.eodem titulo*, Alberic.Fulgoſ. & Roman. & etiam Iaſo *in l.eum qui, in principio, fol.83. ff. de iureiurand.* & alij quos citat Cephalus *conſil.615. num.5. l. Imperator*, citat idem Iaſo *in l.3. §.ſi ex pluribus, num.41. ff.de acquirenda poſſeſſione*, Simon de Prætis *lib.3 de interpretanda defuncti voluntate, ſolutione 1. num.5. & 6. fol.345.* Socinus *in tractatu fallentiarum, regul.475. & in aliis libris 64.* Doctores alij præter Bart. *in dicta l. certi conditio*, vbi Iaſo & Purpurat. *num.57.* Tiraquel. *lib.6.de retractu, §.32. gloſſa vnica, num.20. pag.666.* & iterum *num.23. pag.ſequenti.* Et hoc etiam amplectitur Bartholom. Socinus *in conſil.141. Conſiderata facti contingentia, lib.1.num.6.* Tiraquel. *in tractatu*, le mort, *part.2.declaratione 9.num.21.& 22.pag.117.& in tractatu de Conſtit. part.2. ampliatione 25. num.6. fol.53.* Euerardus *in centum locis, loco 93. à ſubrogatione, pag.554.* Notanter Iaſo *in conſil.108. lib.1.* Iacobus Portius in grandi negotio *in dicto conſil.167. num.107.* quibus conuenit, quod permutatio † aliquibus caſibus 5
permittitur, licèt venditio prohibeatur: *cap.ad quæſtiones*, vbi Gloſ. & Doctores *de rerum permutatione*, Gloſ. *in cap.ſuper eo, de tranſaction.* volunt Cynus *in authent. ſine à me, C.ad Velleian.* Albericus *in l.1. §.& cum lex, C.de rei vxoriæ action.* & quos citat Petrus Surdus *in tractat.de aliment.tit.8. priuileg.56.n.97 fol.312.*

Ad rem igitur, licèt in locum rei, quæ ex facultate Regia fuit vinculata, alia ſubrogata fuerit, † non effi- 52
citur eiuſdem conditionis, naturæ & qualitatis; quia res ſubrogata habet qualitatem accidentalem, quæ eſt Regia facultas, quæ vinculum illi impoſuit; & vltra primordialem naturam, habet hanc accidentalem, & ideo non debet ſequi eiuſdem naturam abſque expreſſa licentia illius, qui alteri rei, in cuius locum alia ſubrogata fuit, qualitatem nouam, & accidens dedit. Quid enim ſi hæc res ſubrogata, eſt forſan maioris valoris, quam alia, ad quam fuit obtenta licentia? Nonne ex hoc ſi impetrans alios habet filios, poſſunt præiudicari? certè ſic. Pro quo facit, quod ſubrogatum
† non ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, 53
quando in ſubrogato eſt diuerſa qualitas: *l. cum in fundo, §.ſi fundus, ff.de iure dot.* quem text. ad hoc ponderat Bart. *in l.1. §.hac actio, ff.ſi quis teſtament. liber eſſe iuſſus fuerit.l.1.§.hac actio, ff.de ſucceſſ.edict.* Roman. *ſingular.215.* Alexand. *conſil.106.num.17.lib.3.* & tradit idem Alexand. *in conſil.20.num.11.lib.4.* vbi Gloſ. Pariſien. Gomez. *in d.§.fuerat.num.13.de action.* Ex quibus confirmo Dictum Cephal. *in conſ.218.n.50.lib.3.* vbi inquit, quod Principum conceſſiones nauigandi, vel piſcandi in flumine à loco mutato, non procedunt in quo flumen fluit, allegat Scribentes *in l.hoc iure, §.ſi aqua, ff.de aqua quotidiana & æſtiua.* De quo legenda ſunt quæ ſcribo *in q.11.præcedenti, à num.63.* & quod ad iſtud propoſitum ſcribit Decius *in conſ.302. num.23.* vbi tradit, quod mutatione rei † poſſeſſio perimitur; & 54
ideò ſi loca, in quibus quis habebat ius piſcandi, ſunt exſiccata & reducta ad culturam, poſſeſſio perimitur, per *l.qui vniuerſas, §.item ſi quod poſſidebam, ff.de acquirend.poſſeſſion. & l.in tantum, in principio. ff.de rerum diuiſion. & l.quod in litem, 1. & l.final. ff.de acquirend.rerum dominio*, & quandam doctrinam *Baldi*, quæ vitio impreſſorum eſt corrupta, quod habet in negotio maximi momenti.

Præterea regula prædicta, quod ſubrogatum ſapit naturam illius, in cuius locum fuit ſubrogatum, procedit vbi eadem eſt ratio, vt ſunt alia plerumque in iure; ſecus ſi eſt diuerſa ratio, ſecundùm Bart. *in l.pater filium, ff.de inofficioſo teſtamento*, per *d.l.cum fundus, §.ſi fundus, ff.de iure dot.* Facit, quia † acceſſorium non ſequi- 55
tur naturam ſui principalis, cum ratio eſt diuerſa, *l.& ſi is*, vbi Bald. *C.de præd.minor.* Gabriel *vbi ſuprà n.76.* cum *concordantibus*, quæ ſcripſi ſuprà, *in quæſtione præcedenti, à num.8.* & eſt elegans doctrina Baldi, quam habui in facto in lite valde ventilata, *in l.certum, num.22. C.vnde legitim.* quam commendat inter alios Iaſ. *in d.§.fuerat, n.9. Inſtit.de action.* Alexand. in bono caſu, *in conſil.106.num.17.lib.3.* Bartholom. Socin. in caſu valde notabili, *in conſ.195.n.1.* cum aliis, *lib.2.* Decius *in conſ.3.n.7.& 8.* & plures citat Antonius Gabriel *d.l.6. communium opinionum, tit. de regul.iur. concluſ.2.n.58.& n.66.pag.322.* vbi *num.69.* tractat, an in honore, & præeminétia ſubrogatus † ſapiat naturam 56
ſubrogati, ſic Alexand. *in d.conſil.106.nu.17.col.3.lib.3.* ſcribit, quod ſubrogatus non ſapit naturam ſubrogati reſpectu qualitatis adhærentis perſonæ, quem citat Gomez. *in regula de triennal.poſſeſſ. quæſt.23. pag.783.* qui adducit in ſimili notabilem in iſta materia doctrinam Baldi *in l.2. col.1. verſic. ſed pone, Papa: C.de ædilit. action.* vbi dicit, quòd ſi Papa conceſſit vni, quod poſſit emere aliquam rem, quæ alienari non poterat, ille non poterit concedere alteri illam facultatem; quæ perſonalis, & etiam dependet à Principe; & ſi conceſſerit, res reuertitur ad primam naturam, vt alienari
non

non poſſit. Tradit Gabriel *dict.concluſ.2.num.69.* Et in notabili caſu, Cephalus *in conſ.615.num.111. lib.5.* Et
57 quod ſubrogatus † non ſapiat naturam ſubrogati, quando in ſubrogato eſt diuerſa qualitas, tradit in notabili caſu Alexand. *in conſil.106. num.17. lib.3. & in conſilio 20. num.11. lib.4.* Hippolyt. *in ſingular.553.* Cæſar Lambertin. *in tractatu de iurepatronatus, lib.2. part.2. q.26. art.6. quæſt. principal. num.3. folio 175.* Et ſubrogatum non ſapit naturam ſubrogati, vbi augmentum vel diminutio facta eſt, ſecundùm Calcaneum *conſilio 85.num.8.* Decium *conſil.38. in fine*, qui ſcribunt ſubrogatum non ſapere naturam ſubrogati: cùm illius naturæ aduerſatur, latè Menoch. qui alios citat *lib.1. de arbitrar.quæſt.54. n.34.*

¶ Et regula quòd ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, procedit eo caſu, vel caſibus, quo vel quibus, qualitas, vel natura, quæ ineſt,
58 vel inerat primæuæ diſpoſitioni, † poteſt adaptari ad diſpoſitionem rei ſubrogatæ, aliàs ſecus, vt tenet Bart. *in l.liberorum, num.15. ff. de verborum ſignificat.* cuius opinio eſt ſingularis ſecundùm Peraltam *in l.Lucius 1. num.17. pag.243. ff.de legat.2.* Pro quo eſt textus ſingularis *in d.l.cum in fundo, §.ſi fundus, ff.de iure dotium*, quem extollit Barthol. Socinus *in l.eum filiofamilias, num.36. fol.96. ff.de legatis 1.* & Gomez. *in §. fuerat, n.13. Inſtit.de action.* Per quem inquit Roman. *in ſingular.225. Tu habes*, quòd ſi primò dos conſiſtebat in bonis immobilibus, & poſtea maritus vendidit talia bona, & ex eorum pretio emit bona mobilia, habet annum ad reſtituendum talia bona, nec habet locum ſubrogatio: quod eſt notandum pro intellectu textus *in l.vnica, §.exactio, C.de rei vxoriæ action. & l.31.titul.1.part.4.* Quis igitur negare poteſt, quòd in
59 hoc, quem tractamus caſu, ratio † non ſit valdè diuerſa inter rem primam vinculatam, & aliam ſecundam ſubrogatam? Quia cum à principio non fuerit libera poteſtas illi, qui illam voluit vinculare abſque authoritate Regia vinculandi, in caſibus, in quibus hoc non permittitur facere ſine Regali facultate: eademmet ratione hæc altera res vinculari non poteſt abſque Regio aſſenſu.

Et regulam illam, quòd ſubrogatum ſapit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur, ego intelligo proce-
60 dere, vbicunque ille, qui ſubrogationem fecit, † habuit liberam facultatem diſponendi de illa re ſolo ſuo conſenſu, & libera voluntate, abſque alia ſolemnitate. Sicut ergo non licet ei, qui aliquam rem vinculare vult, facere vinculum ſine Regali authoritate, qua iuuari voluit, ſaltem vltra Tertium & Quintum: ita nec in hac re ſubrogata: Nam in quolibet actu, quem quis vult
61 facere, † voluntas & poteſtas requiritur, *cap.cùm ſuper, de offic.Delegat. l.cum te*, vbi Bald *C.de donation. ante nupt. ff.de adquirenda hæreditat.* licèt ergo diſponens de re maioratus habeat voluntatem ſubrogandi illam rem in locum alterius, quæ erat vinculata licentia Regali, caret tamen poteſtate faciendi rem vinculatam, præcipuè cum ad rem vinculandam neceſſe fuit derogare legi, & eſt in præiudicium aliorum filiorum, neque habet poteſtatem faciendi bona vinculata cum qualitatibus, quibus per Principem vinculantur, etiam ſi non agatur de præiudicio aliorum filiorum. Et limitata Prin-
62 cipis licentia † limitatum producit effectum, *l.age cum Geminiano*, vbi latè Iaſ. *C.de tranſaction. l.in agris, ff.de acquirend.rerum dominio*, cum *ſimilibus.* Et in ſubrogatione limitata facta per verbum (videlicet) hac in ſpecie ſcribit Iaſo *in conſil.108. num.1.verſ. Et primo non*
63 *obſtat, lib.1.* Item proteſtatio † non iuuat proteſtantem in his, quæ non ſolum dependent à voluntate ſua, ſed etiam à voluntate alterius, vel legis, *l.alimenta, C. de neg.geſt.l.36.tit.12.p.5.l.nemo poteſt, ff.de legat.1.* Bart. qui hanc regulam ponit *in l.non ſolum, §. mutæ, nu.31. cum ſeqq. ff.de non.oper.nuntiation.* quem Doctores communiter *ibi* ſequuntur. & *c.cum M.de conſtitution.* Quid igitur facit, quòd quis quando facit talem ſubrogatio-
nem, proteſtetur, quòd illam vult ſubrogare in locum alterius rei, quæ cum Principis licentia fuit vinculata? cum hoc non ſolùm dependeat à voluntate proteſtantis, ſed legis & Principis? Et ad hoc faciunt ſcripta per Iaſonem *conſ.78.num.5.lib.1.* Matthæus de Afflictis *deciſ.292.num.1.& 7.* vbi probat, quòd laternæ in maritimis locis conſtruendæ conceſſio pro ſe, ſuiſque poſteris, & ſucceſſoribus, non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, [illegible] deſtructo, licèt aliud ſubrogetur.

Tandem † in priuilegiis ſubrogatum non ſapit na- 64
turam ſubrogati, vt volunt Doctores *in l.ſi eum, §.qui iniuriarum, ff. ſi quis caution.* quod in bona quæſtione tradit Otalora *in tractatu de Nobilitate, 4.part. cap.2. num.9. pag.288.* Et quod ſi Princeps conceſſerit alicui nobili, vt alicuius pontis reficiendi cauſa poſſit à tranſeuntibus vectigal habere, illo ponte poſtea collapſo vel deſtructo, non poſſit exigere nouum vectigal, ſi in alio loco ſit factum ſine noua licentia, tradit notanter Rebuffus *in l.eum qui ad vectigal, 16. pagina 150. ff.de verborum ſignificatione*: per textum *in l.ſi locus, §.fin. ff.quemadmodum ſeruit.amittantur*, & doctrinam *in l.ſi plures, C.de condition.inſertis*, quod ad multa repeto notabile. Et qualiter ſi pecunia reſtituenda in euentum fideicommiſſi emantur prædia, & deinde alienentur, an talia prædia vendicari poſſint, & qualiter ſuccurratur fideicommiſſariis? reſoluit Paulus de Caſtro *in conſil.468. Ad primum quod quæritur, n.4.lib.1.* Et quod magiſter in Theologia non poſſit ponere ſubſtitutum, reſoluit per plura Rebuffus *in Concordat. in rubrica de collationibus, pag.303.*

Ex quibus omnibus hæc ſecunda opinio mihi magis 65
† placet quàm contraria, quæ etiam probatur per ea quæ tradit Bartholom. Socinus *conſ.36. lib.3.* Aymo, *conſ.202. num.3.& 50.* & ex ſingulari doctrina *Abbatis*, quæ huic rei mirè quadrat *in dict.cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.3. vt lite pendente*, vbi ponit regulam, quòd ſubrogatum debet per omnia ſapere naturam eius, in cuius locum ſubrogatum fuit, ſi ſubrogatio fiat à Principe, vel de partium conſenſu. Quod vltimum intelligendum eſt in re, in qua partes diſponere poſſunt, quod ex prædictis conſtat: & facit iſta Abbatis diffinitio ad ea quæ ſcribo *infrà, num.110.* Ex quibus etiam deducitur, quòd licèt maioratus factus ſit ſine Principis facultate de aliquibus bonis, non eſt licita ſubrogatio niſi cauſa exiſtente, & cum Principis facultate. ¶ Pro- 66
cedunt tamen hæc, niſi ſubrogatio ſit talis naturæ, quòd per ſubrogationem corporis eiuſdem ſpeciei † res continuetur, & perpetuetur, nec aliter res poſſit conſeruari; vtputà, ſi factus eſt maioratus de quadam domo principali, quæ in vita teſtatoris fuit diruta, & ab illo iterum ædificata: quia idem ædificium & domus dicitur, *l.eum debere: ff.de ſeruitut.ruſticorum prædiorum, l.ſeruitutes, §.ſublatum, ff.eodem titulo: l.ſi ita legatum, §.vlt. ff.de legatis 1.* facit *l. proponebatur, ff.de iudic.* de qua tractat notabiliter Menochius *in conſil.390. num.10. cum ſequentibus, lib.4.* vbi tractat de ſententia lata
contra Vniuerſitatem, † quomodo præiudicet ſucceſſo- 67
ribus, facit *l.ſi ita legatum, §.vltimo, ff.de legatis 1.* Et quòd ſcribit Mantica *de coniecturata mente defuncti, lib.9. tit.3. num.42. pag.388. l.ſicut, §. penult. ff. quod cuiuſque vniuerſitat.nomine.* Notat Iaſo *in l.quod in rerum, §.vltimo, num.3. folio 50. ff. de legatis 1.* tradit Franciſcus Mantica *in tractatu de coniecturata mente defuncti, lib.9. tit.2. num.42. pag.588.* Et faciunt quæ circa ornatum *dictæ legis, Proponebatur*, ſcribit Quintilianus Mandoſius, *in gloſſa, facultatum, §.nec non electioni, fol 88. col.2. verſ.ſed populi.* Et quod notanter ſcribit Baldus *in l. Imperium, lectu. antiq. ff. de iuriſdiction. omnium iudicum*, vbi vult, quòd mala fides illorum de Vniuerſitate continuatur in ſucceſſores de Vniuerſitate, quod dictum refert, & confirmat Bartholomæus Socinus *in conſil.277. num.26. lib.2.* Quod in negotiis maximi momenti quotidie proderit. De quo

lector videat quæ scribit Antonius Gabriel *lib. 6. communium opinionum, tit. quod cuiusque vniuersitat. nomine, conclus. 1 num. 14. pag. 390.* Parisius *in cons. 27. num. 109. lib. 1.*

Attendat tamen circa hoc lector ad singularem & peregrinam distinctionem Simonis de Prætis *lib. 3. de interpretand. defunct. voluntat. solut. 2. fol. 274. col. 1.*
68 *num. 6.* vbi circa hoc distinguit legatum † vniuersale à legato particulari; in priori etiam casu concludit, quod domus destructa per testatorem, & iterum ædificata, venit in fideicommisso per *l. Lucius, la segunda,* vbi Bartol. Alberic. Cuman. Paul. de Castro & Imola, *ff. de legatis 2.* In secundo casu, scilicet, in legato particulari contrarium est dicendum, per *l. si ita legatum, §. final. ff. de legatis 1.* & doctrinam Bart. *in d. l. Lucius*; & plura in proposito scribit idem Simon de Prætis *lib. 4. de interpretanda defuncti voluntate, interpretat. 3. dubit. 2. versic. ad tertium, n. 1. cum sequentibus, fol. 473.* vbi *num. 11.* tradit theoricam, quòd si res legata sit inanimata, consistens in vniuersalitate corporum, vt hæreditas, dos, vel peculium, debet ex peremptis quod superetit, remanere, per *l. peculium, in principio, ff. de legatis 2. & l. qui dotem, ff. de dote prælegat. & l. cum filius, §. Lucio, ff. de legat. 2.* & alias authoritates. Et facit quod Ciuitas, vel Castrum destructum, & in alium locum translatum, retinet iura, quæ ante habebat, Gloss. *in cap. priuilegium, de regul. iuris, in 6.* Innocent. *in cap. 2. de noui oper. nuntia.* & aliis, vt per Alexand. *in consil. 43. num. 2. & 3 lib. 1.* qui hoc ex aliquibus confirmat. Quod latius tractatur infrà, *part. 3. quæst. 5. à num. 16. cum sequentibus*, ad quæ addo quæ notanter scribit Zasius *in d. tit. quibus modis vsusfructus amittatur, num. 9. cum sequentibus, pag. 169.* vbi inter alia plura resoluit, quòd domus, vel nauis per partes refectæ, licèt omnia noua sint, res dicuntur mansisse: quod etiam tradit Stracha *in tractatu, de mercatura, tract. de nauibus, num. 9. pag. 290.* ¶ Et homagium Vniuersitatis
69 ligat † non solum eos, qui tunc erant viui, sed successores, *l. 5. in versicul.* Primeramente, *tit. 15. part. 2.* vbi notat Gregorius Lopez *in glossa.* in verbo, *Si vivos*, & facit etiam egregia doctrina Bartol. *in cons. 26. Testator in testamento, lib. 1.* vbi vult, quòd si testator iussit, quod in domo sua, quam habebat in tali Castro Ecclesia construeretur, licèt testator alienauerit domum, si emit aliam domum, videtur subrogata: idem volunt Bart. *num. 3.* & ibi Aretin. *in l. si seruus legatus, §. qui quinque, ff. de legatis 1.* Alberic. *in l. qui domus, §. vltim. ff. de testament.* & alij, vt per Manticam *lib. 12. tit. 9. num. 9.* latissimè Mascardus qui plura singularia in ista materia scribit in tractatu de probationibus, *lib. 3. conclusione 1241. num. 167. cum sequentibus, folio 228.* ¶ Et
70 vbicunque eadem species retinetur, † res mutata non dicitur, vt per *d. l. proponebatur*, tenet Lucas de Penna *in l. vnica: C. de impon. lucra. descript. lib. 10. folio 68. col. 2. in vers. magnam verò mutationem*; vbi tamen dicit, quod quandocunque res cum magna difficultate ad priorem statum reducitur, dicitur res mutata, per *l. si cui lana, in principio, & §. 1. & l. chartis, & l. quæsitum, §. illud, & l. lana, ff. de leg. 3.* secus si leuiter, per *l. seruis vrbanis, §. eum qui, eod. tit.* Ad quod induco meliorem textum de iure, *in l. rerum mixtura, vers. & si natura. ff. de vsucap.* & bonum textum *in l. quod in rerum, §. vlt. ff. de legatis 1.* ibi, *Carina eadem manente*, cum his, quæ scribit ad illum Menoch. *in tractatu præsūptionum, lib. 4.*
71 *præsumpt. 171. nu. 2. fol. 300.* Et fauorabilior est † causa conseruationis & recuperationis, quàm nouæ acquisitionis, secundùm Alciatum *in l. vnica, n. 45. C. de sententiis, quæ pro eo quod interest*, Menochium *in consil. 31. num. 37.*

Et per hæc iura, & doctrinam *Lucæ de Penna* sublimitari potest nostra limitatio, nisi domus maioratus
72 † ita sit destructa & diruta, quæ cum magnis sumptibus fuit reædificata. Ad quod facit textus *in l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verborum obligat.* & quod scribit Rebuffus *in l. malum 242. §. structuram, pag. 1077. ff. de verbor. significat.* Iaso per illum textum, *in l. si illud legatum, num. 2. fol. 110. ff. de legatis 1.* vbi tradit, quòd si domus legata in totum destruatur, & postea ædificetur, intelligitur reuocatum legatum, & ius legatarij in totum deficit, & censetur noua domus; quem textum ad hoc etiam citat Simon de Prætis *lib. 3. de interpretanda defuncti voluntate, interpretatione 3. dubit. 1. solut. 2. num 6. fol. 274* vbi tamen distinguit inter fideicommissa vniuersalia † & particularia nam in fideicommisso vni- 73
uersali, si aliquid remoueatur, & posteà in eundem statum redigatur, vtputà, destruxit domum, & posteà construxit in eodem loco subiecto fideicommisso, venit in fideicommissum; secus in legato, vel fideicommisso particulari, per *l. Lucius, la segunda, in principio, ff. de legat. 2.* vbi Bart. Albericus, Paulus de Castro, Cumanus & Imola: de quibus etiam legenda sunt quæ scribo *in 3. p. q. 5. num. 22. cum sequentibus*: & faciunt scripta *suprà num. 52.* Et si quis faciat maioratum de quodam viuario & animalibus ibidem existentibus, quæ in illorum locum nascuntur & producuntur, sunt etiam ex maioratu, *l. si grege, ff. de legatis 1.* quod latius explicat Gloss. Parisien. *in consuetudin. Parisien. titul. de mater. feud. §. 1. glossa 8. num. 17. cum sequentibus, fol. 43.* & faciunt notata per eundem de naue Thesei *eadem part. §. 41. num. 54. fol. 292.* Alciat. *in l. verbum erit 123. ff. de verborum significatione.* Et pro hoc adduco quod notat Albericus *in 1. gloss. rubricæ. C. num. 4. fol. 3.* vbi tradit, quòd licet † ex additis vel detractis fiat noua forma, 74
l. ius autem ciuile, vbi Bart. & alij, *ff. de iustitia & iure*, est verum vbi est vniuersalis mutatio, non particularis, & vbi est facta resolutio animo repetendi partes sub prima forma, per *dict. l. §. si sublatum, & l. qui res, §. aream, ff. de solution.* & notata *in l. qui vsumfructum, ff. de vsufruct.* & hæc conclusio saltem in exemplo proposito de domo, quæ lapsa fuit, & iterum reædificata, vera est, attenta *l. 46. Taurina*, cum sublimatione, quæ tradita fuit. De quo legenda sunt quæ scribo supra *quæst. 10. n. 9. & 3. part. quæst. 5.*

Ex quibus infertur decisio ad quandam quæstionem, quam tradit Tiraquel. *lib. 1. de retractu, §. 35. glos. 1. num. 55. pag. 678.* vbi scribit, an domus constructa in loco, in quo domus patrimonialis extructa erat, † sit 75
etiam patrimonialis. Infertur etiam intellectus *ad l. 6. Tauri*, hodie *l. 1. tit. 8. lib. 5. ordinamen. nouæ*, & ad alias *leges Taurinas* de retractu loquentes.

¶ Secundò, ista conclusio procedit, nisi in facultate Regia caueatur, quod possit augere & minuere ille, qui licentiam impetrauit, quia per eandem rationem subrogare potest, imò magis subrogatio, quàm additio, vel mutatio permittitur, iuxta ea, quæ suprà tradita sunt.

¶ Tertiò, si quis faciat vinculum alicuius rei, subrogando talem rem in aliam, quæ erat vinculata, quæ subrogatio non valuit ex defectu Regalis facultatis, vel propter aliam consimilem causam, constat tamen de intentione subrogantis voluisse nihilominus rem, quam subrogauit, esse vinculatam: nam tunc licèt talis subrogatio non valeat ad faciendum rem prius vinculatam liberam, † valebit vt nouum vinculum, & vt 76
nouus maioratus. Quæ conclusio probatur primò per textum *in d. l. filia, §. Titia, ff. de condition. & demonstration.* provt eam expendit Socinus Iunior *in dicto consilio 162. num. 10. & 22. lib. 2. per l. legatum, ff. de vsufruct. legat.* ibi, *In quam rem conuerti debeat fideicommissum, vt memoria testatoris alio & licito genere celebretur.* Et vbi actus dependet à sola voluntate disponentis, debet valere meliori modo, quo potest *l. si tam angusti, ff. de seruitut. rustic.* cum *similibus*, quæ scribo *initio primæ partis, num. 9.* vbi sunt alia pro confirmatione istius limitationis.

¶ Quartò, *l. codicillis, §. vltimo*, & casus mihi singularis *in l. cum pater, §. filius matrem, ff. de legatis 2.* Quæ iura docent, quòd vbicumque constat de intentione alicuius,

alicuius, quòd vult valere fideicommissum, tunc fortiri debet effectum meliori modo quo potest. Notant Doctores, *in l. cum filia, 2. ff. de legatis 1.* Socinus Iunior *cons. 143. num. 18. lib. 1.* Pro quo etiam facit regula, quòd fideicommissaria substitutio debet sustineri, ne intereidat, neque pereat: & coniecturata voluntas
77 præualet † etiam propriæ significationi, *l. cogi, in principio, & in versic. sed & si quis, ff. ad Trebellianum, l. ex facto, §. vltimo, eodem titulo, & in l. Scæuola*, vbi Bart. *eodem titulo*, tradit Franciscus Mantica, *lib. 7. de coniectur. mente defuncti, tit. 3. n. 1. pag. 260.* quod latius trado *in 2. part. q. 5.*

Quintò, quod tradit Barthol. Socin. post Baldum & Imolam *in l. in testam. n. 9. ff. de condit. & demonstr.* vbi scribit, quòd vbi actus non peccat in forma, & agi-
78 tur de conseruanda memoria defuncti, † debet valere meliori modo, quo potest, refert *d. l. legatum.*

Sextò, inquit Imola *in l. 3. in principio ff. de damn. infecto.* Quòd si finito compromisso partes prorogant, si
79 non valet vt prorogatio, † valet tamen vt renouatio; notat Felin. *in cap. cum super, num. 9. de officio Delegati*: & facit consilium Parisij, *de quo infrà.* Et ista conclusio magis procederet, vbicunque res vinculata haberi non potest, *dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 1. & 2. vt lite pendente.* Et istis conuenit egregia doctrina tradita per Antonium Peregrinum *in tractatu de fideicommissis, art. 16. num. 114 folio 157.* de filio qui à patre eum filiis aliis, & fratribus suis institutus fuerat, & per fideicommissum grauatus, testamentum fecit, & in-
stitutis suis fratribus subiecit bona fideicommisso, secundum quod à patre fuerat ordinatum in testamento; an dictiones stent relatiue, & fideicommissum sit prorogatum? refert inter alia Decium *in cons. 362. & 497.* Soc. Iun. *in cons. 75. lib. 3.*

Et ex istis etiam, quæ in ista quæstione de virtute subrogationis tradita sunt, deducitur, quòd si quædam res maioratus subrogentur in aliis rebus, quæ in locum
80 priorum vinculantur, sequi † debent istæ res vinculatæ tam in vocatione masculorum & fœminarum, quàm in aliis clausulis, naturam, normam, & legem, quæ prioribus impositæ fuerunt. Pro qua sententia facit quod scribit Carolus Ruinus *in cons. 7. num. 19. lib. 3.* vbi probat, quòd licèt contractus conditionalis regulariter trāsmittatur, iuxta textum *in §. ex conditionali, Instit. de verbor. obligat. l. si quis Titium, eod. tit.* & notata per Alciatum *in cap. cum contingat, num. 326. ff. de iureiurando*, cum *concord.* talis transmissio non procedit, quando contractus fuisset subrogatus in locum fideicommissi, quia debet sapere naturam subrogati, tradit Zanchus *in l. hæredes mei, part. 4. num. 20. pag. 68. ff. ad Trebellian.* & faciunt relata per eundem Zanchum *in eodem loco, num. 81.* Et confirmatur, quia quando aliquid subrogatur loco alterius, qualitas & conditio censetur repetita in subrogato, secundùm Decium *in cons. 199. col. 3. versic. Quarto hoc idem*, Iasonem *in l. licet Imperator, n. 28. ff. de leg. 1.* Menoch. *cons. 152. num. 30. lib. 2.* ¶ Et fœtus
81 † qui subrogantur in locum mortuorum, cedunt fideicommisso, *l. deducta, §. hæreditatem*, vbi Bart. & Doctores *ff. ad Trebellian.* tradit Mantica *lib. 7. de coniectur. mente defuncti, tit. 10. num. 36. pag. 289.* Et quòd si testator sponte aliquam rem alienauit, & aliam comparauerit, cui idem nomen imposuerit, ostendit quod voluit subrogare; probatur *in d. l. filiæ §. Titia*: neque alibi reperitur secundùm Socin. *num. 2.* quem citat Mantica *lib. 6. de coniectur. mente tit. 12. num. 6. pag. 241.* Et si domus sit combusta, & demum per hæredem refecta, est restituenda fideicommissario, *l. domus, ff. de legat. 1.* vbi Doctores, notant Cephal. *cons. 271. num. 9. lib. 2.* Et quid si testator redimat rem, de qua fecit maioratum reuocabilem, quam post factum maioratum alienauerat, an censeatur subrogare? videndus est textus *in l. verum, ff. de manumiss. testam.* cum his, quæ scribit Soci. Iun. *in d. cons. 162. num. 107. & n. 33. lib. 1.* vbi *n. 34.* agit de intellectu textus *in d. filia, §. Titia, ff. de condition. & demonstrat.*

Et ex istis, quæ in ista quæstione tractata sunt, potest diffiniri quæstio celebris, & in practica quotidie contingibilis. Quis litigabat super bonis maioratus, transegit cum aduersario, qui & dedit aliqua bona ob transactionem, an talia bona sint ex maioratu, qui petebatur, vel libera sint. Et magis videtur † quòd talia bona sint 82
vinculata, ex regula textus, *in d. l. Imperator, §. vltimo*, cum *concordantibus*; licet in contrarium faciat regula textus *in l. 3. ff. ad l. Falcid.* & quæ scribunt Carol. Ruin. *in cons. 97. num. 13. lib. 5.* & alij, quos citat Mantic. *lib. 7. tit. 8. num. 19. pag. 279.* Laurentius *in l. in fideicommissariam, num. 44. ff. ad Trebell.* Et an si de pecunia restituenda in euentum fideicommissi emantur prædia, & deinde alienentur, talia prædia possint vendicari? re-
soluit Paulus de Castro *cons. 468. n. 4. lib. 1.* Et de textu *in d. l. Imperator, §. final.* tractant in proposito Iulius Clarus *in pract. criminali, §. 78.* Peregrinus *de iure fisci, lib. 5. num. 182. pag. 295.* Et an subrogatio † in ista ma- 83
teria maioratuum sit tanti effectus, quod transeat possessio *ex l. 45. Tauri*, hodie *l. 8. tit. 7. lib. 5. Recop.* Lector resoluere potest ex *Decis.* Rotæ 64. & *cons.* Nattæ 339. *n. 6.* Rebuff. *in praxi beneficior. tit. de subrogat. n. 27.* & Menoch. *remed. vlt. de adipisc. possess. q. 2. n. 39 pag. 154. & remed. 3. de retinen. possess. n. 272. pag. 199.* Et verius ex prædictis videtur non transire possessionem in re subrogata.

In hac etiam materia est notandum, quòd ad incur- 84
rendam pœnam, subrogatum non † sequitur naturam eius in cuius locum subrogatur, *l. multa*, vbi Bart. & alij, *ff. de condit. & demonstr.* latè Carol. Ruin. *in cons. 143. n. 10. cum seqq. lib. 5.* Gabriel *d. concl. 2. n. 59. tit. de regul. iuris.* Ex quibus infertur, quòd pœna apposita primo successori in maioratu † non habet locum in secundo, 85
vel tertio successore, qui in locum primi successit: in quo tamen in primis inspicienda sunt verba maioratus, & quæ scribo, *p. 2. q. 6.* Et quæ scribit Roland. *in cons. 59. n. 51 cum seqq. lib. 3. & cons. 70. n. 50. cum seq. eodem libro.* ¶ Et est addendum in ista quæstione, quòd pre- 86
tium † venit in restitutionem rei fideicommisso subiectæ venditæ cum consensu fideicommissarij, vt tradunt Corneus *in cons. 340. col. penult. lib. 1.* Curt. Iun. *cons. 4. n. 22. & cons. 24. n. 7.* quos citat Simon de Prætis, *lib. 3. de interpret. defuncti voluntate, d. solut. 1. n. 8. folio 345.* Nec minus facit Dictum Parisij *in cons. 46. n. 38. & 39. lib. 4.* vbi vult, quod † vt actus, & nominatio, & 87
transactio subsistat, debet valere meliori modo, quo potest, & si non valet vt electio in morte, valet vt electio in vita, & è conuerso. Et quod scribit Amedeus Aponte *in quæst. laudemial. 32.* vbi tradit, quòd si Dominus faciat transactionem cum hominibus loci de certo annuo censu ex causa successionum, & Tertiarum venditionē, quas prætendebat Dominus debitas ab hominibus, quòd ille census tanquam subrogatus loco debitarum est feudulis. Et ad quem pertineat pœna subrogata in pecuniariam de corporali, disputat Capicius *decis. 27. n. 12.* Et mercantia † est quoddam corpus vniuersale, vbi 88
vna res subrogantur loco alterius, vt per *l. Imperat. cum seq.* & alias authoritates ostendit Natta *in cons. 184. n. 4. lib. 1.* Et quod exemptio à solutione decimarum habeat locum in bonis subrogatis, resolvit Bart. Socin. *in cons. 268. n. 2. & in cons. 297. n. 6.* quem refert, hoc confirmans, Ioan. Guttierr. *in cons. 5. n. 25.* qui loquitur in decimis Societatis Iesu. Et quod subrogatio † non ha- 89
beat locum, quando ex ea sequuntur diuersi effectus, tradit eleganter Florianus *in l. quemadmodum, §. magistratus, n. 5. ff. ad legem Aquil. folio 37.* per *legem primam. §. hæc actio, ff. si quis testamento lib. esse iussus fuerit.* Et si alicui est res relicta, vt non possit eam alienare, si res transiuit per ius accrescendi, non poterit alienare, *l. vnica, §. si autem ad deficientis, C. de caducis tollend.* tradunt Iaso *in l. re coniuncti, n. 3. ff. de leg. 3.* Rebuff. *in tract. de nominationibus, quæst. 8. num. 24. pag. 140.* Et qualiter res obligatæ si venditæ sint, & aliæ res subrogatæ, sint hypothecatæ & obligatæ? tradunt Bald. *in l.*

pro officio, C. de adminiſtr.tutor. Stracha *de mercatura, tit.de decoctoribus,n.*8. *pag.*452.

QVÆSTIO XII.

Si poſſeſſor maioratus delictum aliquod committat, per quod bona amiſit, & poſtea fuit à Principe reſtitutus, an bona ſint vinculata abſque Regia facultate.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſallus ſi fecit feloniam, quæ ei à domino fuit remiſſa,an videatur feudum tanquam nouum aut antiquum habere.*
2 *Ad feuda ſua reſtitutus an teneatur petere inueſtituram,& quid ſi fiſcus poſſeſſionem apprehendit. ibid.*
3 *Damnatus & reſtitutus an recuperet illa iura,quæ per damnationem fuerunt penitus extincta.*
4 *Ex iure extincto non venit aliquis effectus.*
5 *In emphyteuſi per delictum extincta, an poſſint ſuccedere maritus & vxor,ac in re conſtante matrimonio acquiſita, ſi iterum donetur.*
6 *Vaſſallus ipſo iure priuatus, cui noua ſit conceſſio, an feudum nouum habere cenſeatur.*
7 *Reſtitutio omnia reddit in priſtinum ſtatum.*
8 *Actus reuerſionis à primitiuo an reguletur.*
9 *Reſolutio quæſtionis.*
10 *Princeps concedens Ducatum aut Marchionatum, videtur de illo maioratum conſtituere.*
11 *Dignitas Ducatus, aut Marchionatus, indiuiſibilis eſt.*
12 *Princeps ſi bona condemnato ſimpliciter concedat,an bona libera maneant.*
13 *Feudum nouum,à Rege iure antiqui feudi poſſidendum conceſſum,an antiqui qualitatem aſſumat.*
14 *Emphyteuſi finita,& à Domino ex integro inſtaurata, vxor an habeat partem in ea.*
15 *Vt aliquid de nouo fieri dicatur, memoria præteritorum remanere non debet.*
16 *Eccleſia an poſſit infeudare ſine ſolemnitate, quæ fuit neceſſaria in prima conceſſione.*
17 *Ius ſemel extinctum an poſſit in Tertij præiudicium prorogari.*

PRoximè præcedentibus quæſtionibus ſuccedit propriiſſimè hæc alia quæſtio. Pone etenim,quod poſſeſſor maioratus commiſit aliquod delictum, quod fuit talis qualitatis,vel naturæ,quòd propter illud bona vinculata Regia authoritate fuerunt confiſcata, vel ipſo iure, vel per ſententiam, & ſic bona ad Regem peruenerunt, vel ad eius Cameram; ſi poſteà Princeps reſtituat benignè illum delinquentem ad bona, vel illius ſucceſſorem; quæro, ſintne adhuc talia bona poſt reſtitutionem vinculata abſque Regali licentia,vel an ſit neceſſaria noua licentia, aut quod Princeps dicat in reſtitutione,quod reſtituit illi bona maioratus,ſicut antea habebat? In qua quæſtione in primis ſe ſe offert opinio Gloſ.*in l.*4. *§. ſi area,in verb.manet, ff. de pecul.* vbi expreſsè dicit, quòd ſi vaſſallus fecit feloniam, quæ ei à Domino eſt remiſſa, † videtur habere feudum ex conceſſione antiqua, & non noua; vnde tranſmittit feudum ad agnatos, ſi ſine liberis deceſſerit.Tradit Tiberius Decian. *in practic. lib.*3. *cap.*35. *num.* 72. *folio* 142. licet contrarium teneat Cephal. *in conſilio* 302. *num.*2.*libro* 3. Ad idem eſt Gloſ.*in l.quod dicitur, ff.de impenſ.in rebus dotalibus factis,* & *Gloſſ. in cap. Imperialem,§.inſuper,in verb.priuetur, de prohibit.feud. alienatio. per Federicum*, vbi Bald. & alij, & idem tenet Andr. de Iſernia,*in capite* 1. *de vaſſall. decrepit. etatis,* Matthæ.de Afflict.licèt prædicta non referat, *in cap.*1. *hic finitur lex Federici,notabil.*6.*num.*27.*fol.*219.Quod confirmatur ex doctrina Probi *in addition.* ad Monachum *in cap.*1.*num.*7.*de in integrum reſtitut. lib.*6. vbi vult, quòd reſtitutus per Principem ad bona, videtur ea habere ex titulis præcedentibus, quem citat Nicol. Boërius *deciſ.*279. ¶ Et ad feuda ſua reſtitutus † non 2
tenetur petere inueſtituram, ſecundùm Matthæum de de Afflictis *in cap.*1. *num.*35. *per quos fiat inueſtitura,* vbi tenet, quod ſecundum mutet priorem naturam, Idem *in cap. quidam vaſſalli,num.*12. & 13. *de vaſſal. decrepit.etat.* Anton. Peregrin. *in tractat. de iure fiſci, lib.*5. *num.* 64. *pag.*319. vbi hoc limitat, niſi fiſcus apprehenderet poſſeſſionem, & feudum incorporaret ſecundùm Oldrad. *in conſ.*178. *num.*2. Bald. *in l.*1. *quæſt.*15. *ff. de rerum diuiſion.* Iaſ. *in conſ.*152. *col.*2. *lib.*2. Riminald. Beroi. Gozadin. Boer. quos citat idem *Peregrinus.*

Sed quicquid dicant prædictæ Gloſſæ, Bart.& alij, *in dict.l.quod dicitur,* & *in dict. §.inſuper,* communiter tenent Doctores,quod in hoc eſt adhibenda diſtinctio, quòd aut vaſſallus fuerat priuatus feudo ipſo iure, aut per ſententiam: ſi vaſſallus fuit priuatus ipſo iure, vt in crimine læſæ Maieſtatis, vel quando feudum erat conceſſum ſub hoc pacto, quòd vaſſallus caderet per feloniam ipſo iure à feudo,tunc eſt nouum feudum,tanquam ſit prius ipſo iure amiſſum, noua & facta remiſſio,ſit conceſſio. Cui doctrinæ conuenit dictum Baldi *in l.*1. *C.qui non poſſunt ad libertat.peruenire*, vbi vult, quòd damnatus & reſtitutus † non recuperat illa iura, 3
quæ per damnationem fuerunt penitus extincta, per *l.intercidit, ff.de conditionibus & demonſtrationibus,* & *l.qui res, §.aream,ff.de ſolution.* Notat Peregrinus *dict. lib.*5. *num.*77. *pag.*322. & reſoluit notanter Pariſ. *in conſil.*21.*num.*56 *cum ſequentibus,lib.*1. quem citat Tiberius Decianus *in practic.lib.*7.*cap.*52. *num.*7.*fol.*190. & breuiter hoc tractat in allegatis duobus locis Caldas Pereira *in tractat. de renouation. emphyteuſ. quæſt.*4. *per totam, fol.*17. *cum ſequentibus*, quem lege, præcipuè *num.*54.*verſ.Illud autem,* ad quem addo Præpoſitum *in præiudiciis feudorum,* reſoluentem, quòd ſi vaſſallus eſt feudo priuatus, & illi fuit facta conceſſio, dicitur nouum feudum. Allegat Doctores *in cap. quamvis.de reſcript.in* 6. *Clemen.literas, eodem tit.* tradit latè Zaſius *in conſ.*13. *n.*12. *lib.*1.*&* priùs *num.*2. Et ex iure extincto non † venit aliquis effectus, *l.qui res, §.aream, ff.de ſolut.l.inter ſtipulantem, §.ſacram,ff.de verbor. obligation.l.in omni.ff.de adoption.* Notat Zaſius *in conſ.*12. *num.*76.*eodem libro,& in conſ.*26.*num.*8.*cum ſeqq.lib.*2. 4
Et de materia legenda ſunt quæ ſcribunt Aymo *in tractat.de antiquita.tempor.p.*5.*num.*22. Zaſius *in tractat. feud.p.*3.*num.*4. & alij, quos citat Amedeus Aponte *in tractat.laudemiorum,q.*10.*folio* 8. *& q.*37. qui ad iſta omnino legi debet, Additio ad Andr.de Iſern. *in cap.*1. *quæſt.*19. & Nardus Liparulus *in cap.*1.*de vaſſal,decrepitæ etatis, fol.*107. & Anton. Gama *deciſ.*219. *num.*2. quem cito *part.*4.*quæſt.*19. Parlador. *lib.*2.*rerum quotidianarum, cap.*16.*num.*1. *cum ſeqq. pag.*122. vbi reſoluit, qualiter in emphyteuſi amiſſa & extincta per delictum,† poſſunt ſuccedere maritus & vxor cinquam 5
in re matrimonio conſtante acquiſita, ſi iterum donetur vel concedatur? Ad quod addi debet *l.in bello, §.ſi quis ſeruum, cum §.ſequen. ff. de captiuis, & poſtlimin. reuerſis:* Otalora *in tractat. de nobilit. in* 3.*par.* 3 *part. princip.cap.*6.*num.*19.*&* 20.*pag.*268. & latiſſimè materiam tractat idem Aponte *in d. tract. laudemiorum, q.*12. aut vaſſallus nondum erat ipſo iure priuatus, licèt eſſet priuandus, & tunc remanet feudum antiquum, notant Alexand. *in conſ.*34. *Viſis, lib.*5. Franc.Curtius Senior *conſil.*48.de quo etiam puncto plura ſcribit Tiraquel.*in tractatu, de vtroque retractu, §.*32.*g. oſt.unica, num.*29. *pag.*669. Et longam diſtinctionem, ex qua plura depromi poſſunt pro deciſione huius puncti, tradit Gloſſ.Pariſien. *in conſuetudin.Pariſien.part.*1.*tit.*1. *de mater. feuda. §.*30. *quæſt.*28.*num.*105.*fol.*242. ad quod etiam omnino legenda ſunt quæ ſcribo *in* 3.*part.*

quæſt. 5. *per totam.* Et quod ſcribit Curtius Senior, *in conſ.*49.*num.*68.*verſic.Tertiò non obſtat,* vbi intelligendo conſilium quoddam *Pauli de Caſtr.* reſoluit,an Prælatus poſſit feudum decimarum,poſt ſententiam priuationis,concedere abſque ſolemnitate *cap.*2.*de feud.* Et quod vaſſallus ipſo iure priuatus, ſi illi facta ſit conceſſio de nouo, † cenſetur habere feudum vt nouum, tradit etiam Aymon.*in tract.de antiq.temp.part.*5.*num.* 14.*fol.*366.

Quid dicemus in quæſtione noſtra? Ego exiſtimo, quòd ſi Princeps reſtituat delinquentem, vel illius filium,vel ſucceſſorem ad bona,quæ antea habebat,quod remanent vinculata, & reſtitutioni ſubiecta,ſicut ante 6
erant. Quia regula iuris eſt,quod reſtitutio,† eſt in integrum ſtatum,& ius repoſitio,& cum omnibus qualitatibus,quæ primitus aderant, *l. quod ſi minor, §.reſtitutio,ff.de minor.* ibi: *Reſtitutio ita autem facienda eſt, vt vnuſquiſque integrum ius ſuum recipiat,l.verùm,§.*1. *l.patri pro filio.§.ſi pecunia,ff.eod.m tit.& l.*1. *&* 2. *tit.* 19.*part.*6.*l.in condemnatione,§.cum verbum,ff.de regul. iur.l.videamus,§.in Fabiana,ff.de vſur.* Et dicit Bart.*in l.fin.C.de ſentent.paſſis*, quod ſemper reſtitutio tantum reſtituit, quantum illud, a quo uerſus quod reſtitutio petitur, abſtulit; per illum textum, qui ad hoc eſt ſingularis, nam dicit text. *Ita indulgentiæ reſtitutio, bonorum, ac dignitatis, vno nomine amiſſorum, omnium ſit recuperatio.* Faciunt notata per Epiſcopum Couar. *in reg. poſſeſſor, de regul.iur. in* 6.*part.*6.*relection.*§.1.*num.*3. *folio* 93. Et feudum reuerſum pro eodem reputatur, 8
cum actus reuerſionis † reguletur à primitiuo, vt tradit Cephalus *in conſ.*301.*num.*130.*lib.*3. *per legem penultimam,* §. *vxor, ff. ſoluto matrimonio*, & doctrinam Bald. *in l.etiamſi, in fin. C. de iure dotium,* Rolandi *in tractatu de lucro dotis,quæſt.*75. Brun.*in tract. de refectione,concl.*8.& *ibi num.*117.*cum pluribus ſequentibus,* multa ad propoſitum adducit. ¶ Et Princeps, cum facit hanc reſtitutionem, tacitè videtur diſponere, quòd 9
bona remaneant † ſicut antea erant. Neque huic ſententiæ etiam obſtat text.*in l.Pater filium,§.quindecim, ff.de legat.*3. vbi probatur, quòd res prohibita alienari extra familiam, ſi alienetur ſemel in caſu à iure permiſſo, remanet perpetuò inalienabilis. De cuius legis intellectu ego tractabo *in* 4 *parte huius operis,quæſt.*19. Nam hoc & alia operatur reſtitutio facta per Principem: cùm (vt prædixi) ſit in integrum, & antiquum ſtatum repoſitio. Et hoc magis procederet, quando Princeps reſtitueret delinquentem non ſolum ex gratia, ſed ex iuſtitia, ſecundùm ea, quæ tradunt Bart. & alij plures antiqui & Iuniores *in l.Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthumis*, quia hæc reſtitutio ex iuſtitia valde ampla, & pregnans eſt, vt ibi videre licet;quam materiam latè tracto *in* 4.*part.huius operis, quæſt.*23.

Et hæc maiori ratione procedunt, quando ille qui priuatus fuit,& poſteà à Principe reſtitutionem impetrauit,erat Dux, vel Marchio,vel Comes: nam ex hoc 10
videtur Rex de Marchionatu, vel Ducatu † conſtituere maioratum, vt probatur *in §. Præterea Ducatus, de prohibit. feud.alienat. per Federicum.* Ex quo deducitur, quòd quando Rex donat alicui villam, vel oppidum faciendo illum Marchionem, vel Ducem, eo ipſo videtur conſtituere maioratum. Et eadem concluſio probari videtur *in l.*12.*titul.*1.*part.*2. Et huius opinionis poſſumus facere Abbatem *in cap.prudentiam,n.*13. *in principio,de officio Delegat.* vbi dicit, quod dignitas 11
Ducatus,aut Marchionatus non poteſt † diuidi,& tranſit tota ad primogenitum. Et probatur hæc concluſio *in cap.licet,de voto,* vbi Hoſtienſ. Ioan.Andr. Anton. & Abb.& voluit Gloſ. *in cap.ſi hæredes,* & ibi Doctores *de teſtam.* Et hanc quæſtionem latiſſimè diſputauit Roderic.Suar. maximæ eruditionis vir,*in l. quoniam in prioribus, C.de inoffic.teſtam. limit.*11. vbi in hoc facto conſultus, multa ſcribit ſuper Comitatu de Valentia, quæ lis adhuc ſub iudice erat tempore Gregor. Lopez, prout ipſe refert *in d.l.*12.in verbo, *Heredamiento,* & ipſe illius cauſæ erat iudex. Quibus omnino adde quæ latius in hoc puncto ſcribit Tiraquel.*in d.tract.de primogen.q.*4.*n.*21.*cum ſeqq.* vbi multa congerit pro confirmatione huius noſtræ ſententiæ, quæ ibi videri poterunt.

Si verò Princeps non fecit reſtitutionem, ſed ſimpliciter bona condemnato conceſſit, videtur,† quòd bona 12
remaneant libera; & quòd ſit neceſſaria noua licentia,vt bona ſint vinculata, ex doctrina Gregor. Lopez *in l.*6.*tit.*11.*part.*6.*in gloſ.*in verbo,*Que no la pudieſſe, folio* 82.*col.*3.*in verſ.Et ex hoc infertur,*& ex aliis quæ ſcribo *in* 3.*part. d.quæſt.*5. *per totam,* vbi refertur iſta doctrina Gregor.Lopez,quam in terminis,& alia citat Molin.*lib.*4.*de primogenit.cap.*4.*num.*45.*folio* 155.qui alia refert. Et hoc mihi videtur *in hac duodecima quæſtione.* Et illa, quæ huic quæſtioni conſentanea ſunt, lector videat *in* 4.*part.tract.quæſt.*23.*à num.*79.*cum ſequentibus,* vbi legi poſſunt multa pro iſta ſententia. Et ad quæſtionem tactam *in num.*9.*&* ſeq. legenda omnino ſunt,quæ ſcribit Molin.*lib.*1.*de primog.cap.*11.*num.* 10.*cum ſeqq. folio* 84. vbi atteſtatur; iam diffinitam fuiſſe dictam litem inter Comitatu de Valentia. ¶ Et quòd ſi Rex concedat alicui Caſtrum nomine & iure feudi antiqui poſſidendum, licet feudum ſit nouum, 13
† aſſumat qualitatem feudi antiqui,vo'unt Bald.*in cap.* 1.*§.hoc quoque,de ſucceſſion.feud.& in cap.*1.*de alien. feud.*cum *concordantibus,*vt per Alexan.*in conſ.*30.*lib.* 1.Roland.*in conſ.*60.*num.*16.*lib.*1.vbi plures refert,& communem dicit, & Additio ad Ferraram *in practica, in forma libelli,*quo agitur ad reuocationem feudi *in addit.quæ incipit.* Paternum, *pag.*282.*col.*1. Et faciunt quæ in propria materia ſcribit Matth. ab Afflictis, *in conſtitut. Siciliæ, in proœmio,quæſt.*25.*num.*6.*folio* 14.
¶ Et an finita emphyteuſi, atque ex integro à domino inſtaurata, vxor † habeat partem in tali emphyteuſi, reſoluit Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidianarum, cap.*16. *per totum*, vbi aliqua legi poſſunt ad propoſitum iſtius quæſtionis. Et quod ius patronatus confiſcatum,& poſtea per Papam conceſſum, debeat iudicari vt nouum, in quadam controuerſia maſculorum & fœminarum, tradit notanter Curt.Iunior, *in conſ.*323.*num.*10.*lib.*2. 14
¶ Et quod ad hoc, vt aliquid de nouo fieri dicatur, † non debeant remanere reliquiæ, vel memoria præteritorum,tradit notanter Bald. *in cap.qua in Eccleſiarum, num.*44.*de conſtit.per l.peculium, §. ſi opem,ff.de peculio, & l.vnus, §. pactus ff. de pactis.* ¶ Et quòd Eccleſia † 15
poſſit infeudare ſine ſolemnitate, quæ priùs fuit neceſſaria in prima conceſſione,probatur *in cap.*2.*de feudis,* tradit latius Carolus Ruinus,*in rubrica. ff. ſoluto matrimonio, num.*221.*pag.*34. ¶ Et quod ius, quod fuit extinctum, † non poſſit prorogari maximè in præiudicium Tertij,volunt Paulus de Caſtro *in l.*2. *§. ſi index, num.*6.*ff.de iudiciis.*Ioan.Monach.*in cap.accuſatus*, §. *de quæſtione, de hæretic.in* 6. Petrus Surdus *conſilio* 56. *numero* 14. *& conſil.* 57. *numero* 13. *& in deciſ.* 189. *numero* 23. 16

QVÆSTIO XIII.

Habens facultatem ad maioratum in vnum ex pluribus filiis inſtituendum, ſi vnum tantùm habet, an poſſit vti Regia facultate.

SVMMARIVM.

1 *Pluralis locutio duos ad minus requirit.*
2 *Teſtato e ſororem poſthumis ſubſtituente, an ſit locus ſubſtitutioni,vno tantum poſthumo nato.*
3 *Authoris ſententia refertur.*

4 *Appellatione* liberorum, *vnus tantùm filius comprehenditur.*
Conditio, si sine liberis decesserit, *vnico fil. vel filia nata, an expiret, ibid. & n. 5.*
6 *Facultas ad maioratus institutionem fauorabilior est, cum quis vnicum tantum habet filium.*
7 *Facultas hæc potiùs ampliandæ, quàm restringendæ.*
8 *Quid si post maioratus institutionem in vnico filio factam, alij nascantur.*
9 *Vnico filio omnia bona, quinta parte excepta, competunt.*
10 *In vnicum filium melioratio non cadit.*
11 *Licentia ad maioratus confectionem, non expresso quòd quis vnicum tantum filium habet, an sit subreptitia.*

DEcimo-tertio quæro, an habens à Principe Regiam facultatem ad faciendum maioratum in vnum ex filiis, possit facere maioratum in vnicum tantum filium? Dubium facit text. *in l. vbi numerus,*
1 *ff. de regul. iuris*, vbi probatur, quòd pluralis † locutio duos ad minus requirit, *l. vbi numerus, ff. de testibus l. qui quartam, §. vltim.* vbi Bart. *ff. de legat. 1. l. legato, §. qui plures, ff. de legat. 2.* & ideò inquit Oldrad. *in cons. 142. Factum tale est*, quòd si testator substituit sororem posthumis, si ij decesserint in pupillari ætate
2 non † est locus substitutioni, si vnus tantum posthumus natus sit, & censetur esse casus omissus; & idem tenet Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de testam. §. 1. col. penul. in vers. Quarta quæst.* Et pro hac sententia possunt adduci plura quæ scribit Tiraq. more solito *in l. si vnquam, in verb. susceperit liberos, n. 226. cum seqq. C. de reuocan. donat.*

Quibus quidem non refragantibus † contrarium in nostra quæstione dici potest, per text. *in l. si tibi electio*, §. 1. *ff. de optio. legat.* ibi: *Si ex quatuor villis duas, quas elegissem, mihi legatæ sunt, sine duæ sint relictæ, sive ab initio duæ solæ fuerint, valet legatum.* Et ap-
4 pellatione *liberorum* † vnus tantum filius comprehenditur, *l. non est sine liberis, ff. de verborum significat. l. pater Seuerinam, §. ita fideicommisso, ff. de condition. & demonstration. l. à filia, in principio, ff. ad Trebellian. l.* 1. vbi Doctores, *C. de condit. insert.* cum *concordan.* quæ adducit Tiraq. *vbi suprà, num. 241. pagina* 413. vbi hoc latissimè confirmat. Cui adde Glos. Parisiens. *in consuetud. Parisiens. part. 1. §. 3. glos. 3. num. 5. folio* 60. Decius *consilio* 218. *num.* 10. *&* 291. *num.* 91. vbi post Alexan. *in consilio* 31. *lib. 2. col. 2.* tradit, quòd illa conditio, (*Si sine liberis decesserit,*) ex-
5 pirat, † vnico filio, vel filia nata. Ex cuius dictis hæc nostra conclusio in mirum modum corroboratur, &
6 sanè cum facultas concessa ad faciendum † maioratum tunc sit magis fauorabilis, quando pater vnicum tantum filium habet: quia eo casu aliis fratribus primo-
7 geniti non fit præiudicium in legitima, † potiùs hæc facultas est ampliandæ, quàm restringendæ. *Regula odia, de regul. iuris in 6.* cum *concordantibus.* Et hanc sententiam tenet hodie magno animo. Molin. *libro 2. de primogenit. capite* 11. *numero* 10. *folio* 318. quem citat Burgos de Paz *in quæstione 2. ciuili numero* 22. qui limitat secundùm ea quæ scribo *in quæst. 21. sequen-*
8 *ti*, quòd † si postea nascantur alij filij, euanescit talis maioratus. Ad ea autem, quæ in contrarium adduximus, facilis est responsio ex dictis per Tiraquel. *vbi supra.*

In hac tamen quæstione remanet magnus scrupulus: quia si pater vnum tantum habet filium, omnia
9 bona, † excepta quinta parte, competunt filio pro legitima, in qua absque eius consensu non potest gra-
10 uari: cùm in vnicum filium non cadat † melioratio, vt probat Ioan. Lopez *in l. 27. Tauri numero 27* ¶ Ad vnum tamen circa hanc, & sequentem quæstionem est aduertendum, quod in facto vidi, scilicèt, quod si pater vnicum tantum filium habens impetrauerit facultatem ad faciendum maioratum, non facta mentione, quod vnum tantum filium habebat, licentia erit subreptitia, † neque eius virtute potest pater facere ma- 11
ioratum, quod constat ex dicta doctrina *Ioannis Lopij*, & aliis citatis supra, *hac prima parte, quæstione 3. per totam.*

QVÆSTIO XIV.

Maioratus an confirmetur per licentiam post factum maioratum concessam, quando pater vnicum habet filium.

SVMMARIVM.

1 Lex 42. Tauri *an procedat in eo, qui vnicum filium habet ad maioratus institutionem.*
2 *Licentia vbi præcedere debet, an sufficiat quod subsequatur.*
3 *Resolutio quæstionis.*

DEcimoquarto quæro, an *l. 42. Tauri*, quæ dicit, quod licentia ad faciendum maioratum præcedere debet, neque ex licentia subsequuta confirmatur maioratus, qui antea erat factus; procedat tam in casu, in quo pater plures filios habet, quàm in casu, quo pater solum vnicum filium habeat? In qua quæstione licet Licentiatus Miesses, quem *in suis glossis*, valdè laudat, & sequitur *Gregorius Lopez* teneat, quòd lex illa non procedat in patre, qui vnicum tantum filium habet, per *l. posthumus, in principio*, vbi Bart. *ff. de inoffic. testam.* prout illum refert idem Gregor. Lopez *in l. 32. tit. 9. part. 6. folio 70. col. 3. ad fin. in versic. item quæro*, iusta ratione tenet † con- 1
tra illum Gregor. Lopez. Et consideratis verbis *d. l. Taurinæ*, quæ tam generalia sunt: & ideò generaliter intelligi debent, licet sit maior ratio in vno casu, quàm in alio, iuxta *l. primam, §. generaliter ff. de legat. præstan. & l. 1. §. quod autem, ff. de aleator. l. 1. §. vxori, ff. de auro & argento legato.* Sequitur euidenter, quòd illa doctrina doctissimi viri non est vera, & est nimia restrictio ad illam *legem*: maximè, quia regulariter vbi licentia præcedere debet, † non sufficit quòd subsequatur, *Au-* 2
thent. licentia, C. de Episcop. & Cleric. cap. omnis vtriusque sexus, de pœniten. & remission. l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acquirend. hæredit. vbi omnes Doctores, *l. final. §. necessitate, C. de bonis libert.* & facit *l. 13. tit. 6. part. 6.* vbi Gregor. Lopez *in gloss.* in verb. *Con otorgamiento.* Notant Innocentius *in cap. dudum, de rebus Eccles. non alienan.* Bart. *in l. si autem plures. ff. de aqua pluuia arcend.* Marcus Antonius *in §. si alienus seruus, folio 66. de hæred. instituend.* Bartholom. Socin. *in cons. 222. Præsens consultatio, lib. 2. num. 3.* Facit *l. obligari, tutor, de author. tutor. l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acquir. hæred. l. final. C. de venden. rebus ciuitat. lib. 11.* Et quod scribit Andr. de Isernia *in capit. Imperialem, de prohib. feudi alienat. num. 14. folio 259.* vbi latè additionator *Nardus Lipar.* De quo latius tracto *in 4. p. huius operis q. 2. n. 2. cum aliis.*

Ex quibus nostra conclusio verior, † & tenenda videtur, licet *prædictam l.* esse iniustam, & reuocatione dignam, magno conatu tradat Episcopus Sarmiento *lib. 6. selectar. interpretat. cap. 13. folio* 22. & alia plura circa 3
intellectum *d. l. 42.* hodie *l. 3. tit. 7. lib. 5. ordinam.* tradit Molina *lib. 2. de primog. c. 7. n. 1. cum aliis, fol. 267.* & hanc quæstionem tractat ibi, *num. 34.*

QVÆSTIO XV.

Habens licentiam Regiam ad faciendum maioratum in filium, vtrum possit vti tali licentia in fauorem nepotis.

SVMMARIVM.

1 *Pater an possit taliter meliorare filium, vt ea facultate possit vti in nepotem, filio adhuc viuente.*
2 *Maioratus, aut melioratio facta priuata authoritate, æquiparatur quoad reuocationem, maioratui constituto authoritate Regia.*
3 *Leges Taurinæ 17. 19. 20. 21. 22. 23. 25. 26. 27. 28. 29. & 31. fauent nepotibus æquè ac filiis.*
4 *Nomine* filiorum *nepotes contineri iure Ciuili statuitur.*
5 *Testator cùm masculos semper ad successionem vocat,* filiorum *appellatione an veniant nepotes.*
6 *Nomen*, filios, *omnes liberos in infinitum an comprehendat.*
7 *Nepotes an comprehendantur* filiorum *appellatione ex proprio significatu. An per extensionem, num. 8. & 34.*
9 *Conditio*, si sine liberis decesserit, *verificatur in nepote etiam ex filia.*
10 *Filiorum appellatione veniunt nepotes in materia ad eos transmissibili.*
11 *An id procedat in vocatione transuersalium.*
12 *Statutum, quòd extantibus masculis fœminæ non succedant, habet locum, si nepotes adsint.*
13 *In beneficiis Principum*, filiorum *appellatione an veniant nepotes.*
14 *Priuilegium secundùm concedentis voluntatem debet interpretari.*
15 *Licentia Principis ad faciendum maioratum censetur concessa vt effectum sortiatur.*
16 *Alexandri resolutio, quando* filiorum *appellatione comprehendantur nepotes.*
17 *In feudis* filiorum *appellatione veniunt nepotes, & num. 18.*
19 *In Hispanorum primogeniis* liberorum *appellatione an comprehendantur nepotes. Quid in fideicommissis, n. 20. Quid in emphyteusi, n. 21. & 36.*
22 *In testamentis & dispositionibus fauorabilibus* filiorum *appellatione nepotes an contineantur, & num. 24.*
23 *Si quis promisit non meliorare aliquem ex filiis, an possit meliorare nepotes.*
25 *Primogenitura ius est fauorabile.*
26 *Expressum dicitur, quod tacitè ex natura dispositionis colligitur.*
27 *Fauor publicus vbi vertitur, lata debet fieri interpretatio, Et idem in vltimis voluntatibus, num. 33.*
28 *Fauore agnationis* filiorum *appellatione veniunt nepotes.*
29 *Nepotes & vlteriores descendentes an veniant in* filiorum *vocatione, & num. 35. An vocentur filij, num. 30.*
31 *Filiis illegitimis à successione maioratus exclusis, an nepotes & alij descendentes excluſi videantur.*
32 *Habens facultatem eligendi vnum ex pluribus filiis, non potest eligere nepotes.*
34 *Communis vsus loquendi propriæ significationi præfertur.*
37 *Facultas concessa ad faciendum maioratum in filium extenditur ad nepotem, vbi eadem est ratio.*
38 *Prohibitio alienationis facta filiis, an extendatur ad nepotes & pronepotes, conseruandæ agnationis gratia.*
39 *Facultas ad constituendum maioratum an habeat locum in nepote, cum filius viuente patre obiit.*
40 *Dispositio non verificata in filiis, an in nepotibus verificetur.*
41 *Conditio in vita substituti non verificanda, ad eius filios an porrigatur.*
42 *Filij naturales an succedant in feudo, cum concedenti notum fuit, filios legitimos non extare.*
43 *Fideicommissum an videatur impositum in rebus donatis inter viuos, in donatione morte confirmanda, quando in aliis bonis verificari non potest.*
44 *Simplicibus inter se contrariis existentibus, mixtum an assumat naturam simplicis fauorabilis.*
45 *Appellatione* descendentium, *an veniant posteà nascituri.*
46 *Frumento, quod quis habet in ciuitate, legato, an veniat in legato frumentum, quod habet in suburbiis, si aliud non adest.*
47 *Bona feudalia an veniant in legato, quando id in alia re verificari non potest.*
48 *Verba quæ non possunt verificari in iure expressè constituto, verificantur in iure indifferenti, vbi tamen sit maius expressio.*
49 *Appellatione* filij *an veniat adoptiuus, quando in aliis dispositio verificari non potest.*
50 *Iure patronatus fratribus suis, & hæredibus masculis à testatore relicto, quibus deficientibus Episcopum testator substituit, an fœmina eius filia admittatur ad illud.*
51 *In legato vsusfructus rerum quæ erant in domo, an veniant res venales.*
52 *Donatio particularis facta filio, quam pater reuocare non poterat, an censeatur reuocata ex testamento, in quo omnes filios æqualiter succedere disposuit.*
53 *Testator an præsumatur grauare hæredem duplici onere, cum aliàs legatum est inutile.*
54 *Fideicommissum an dicatur renunciatum ab eo, qui solum ius renunciandi obtinebat.*
55 *Concessio emphyteusis ab Ecclesia facta, an filios naturales comprehendat, si ille cui conceditur, legitimos non habeat.*
56 *Filij naturales substitutum excludunt, cùm quis legitimos habere non potest.*
57 *Renuntiatio quæ fit à filio, an comprehendat legitimam, si aliud non significet.*
58 *Princeps an præsumatur vti plenitudine potestatis, vt actus valeat.*
59 *Maioratus cùm in vim maioratus non potest valere, an valeat in vim substitutionis.*
60 *Actus videtur factus ex authoritate maius robur illi tribuente.*
61 *Præsumptio validitatis actus qualibet alia est fortior.*
62 *Actus vt valeat, an recedatur à natura dispositionis.*
63 *Dispositio vt valeat, fideicommissum an præsumatur iniunctum primis hæredibus, non secundis in dispositione positis.*
64 *Donatio facta absenti, quæ non valet, an valeat vt fideicommissum, si numerus testium ad illud sufficiens adsit.*
65 *Actus ex duplici causa factus si non valet in vna, an sustineatur ex alia.*
66 *Duabus qualitatibus, naturali vna, alia accidentali concurrentibus, vtilior ad validitatem actus attenditur.*
67 *Sententiam in dubio esse validam, an pronunciandum.*
68 *Verba præteriti temporis in futuro an intelligantur, cùm in præsenti verificari non possunt.*

69 *Vitium cum adest in materia, non in forma, actus, vt melius potest valere debet.*
70 *Actum frustratorium quis facere non præsumitur.*
71 *Nullitas actus euitari debet.*
72 *Testamentum quando vt nuncupatiuum sustineatur, vt actus valeat.*
73 *Dispositio testatoris, an adimplenda in eo quod potest operari.*
74 *Si pater dicat in testamento*, filium meum N. in bonorum parte, *an supplendum verbum*, melioro, *vt filius videatur melioratus.*
75 *Pro validitate priuilegij an in dubio iudicandum.*
76 *Actus vt valeat, non præsumitur quis alterare antiquas inuestituras, vbi masculi tantùm sunt vocati.*
77 *Intellectus ad reg.* l. quoties.
78 *Regalis facultas ad maioratus institutionem, quando eadem militat ratio quæ in filio, ad nepotem extenditur, & num.* 80. *Et ea quæ tam ex lata significatione, quàm ex stricta veniunt, comprehenduntur, num.* 79.
81 *Dispositio prima, in secunda censetur repetita, cum eadem est ratio.*
82 *Pragmatica dotium extenditur, vt auus non possit dotare nepies vltra summam in illa lege contentam, sicut nec pater.*

Post *num.* 82. inuenies summariæ quæ desiderantur.

DEcimoquintò quæro pro intellectu huius materiæ, de quæstione valde vtili, & necessaria, & quæ de facto iam contingit, an habens licentiam Regalem ad faciendum maioratum in filium, possit ea vti in fauorem nepotis? In qua quæstione omissis pluribus, quæ hic scribere poteram, quia longa est quæstio, & dependens ab alia quæstione, vtrum *filiorum* appellatione veniant nepotes? In qua Doctores tum legendo, tum consulendo, provt quilibet ingenio ductus, vel lucro captus, determinare voluit, varia & contraria scripserunt. Ex sequentibus dici potest, quod habens Regiam facultatem ad faciendum maioratum in filium, potest illum facere in nepotem ex filio.

Primò hoc probatur per textum *in l.* 18. *Taurina*, in qua conceditur facultas patri, quæ ex lege illi concessa erat, vt possit meliorare filium, vt tali facultate
1 † possit vti in nepotem, licet adhuc pater illius viuat, vt latiùs *in d.l.* disponitur. Quod igitur per *d.leg.* statuitur in melioratione Tertij & Quinti, iusta ratione procedit in maioratu. Nam hæc duo in multis æquiparantur; præcipuè in casu *l.* 17. *& l.* 44. *Taurinis*. In quibus legibus apparet, quòd
2 † parificantur melioratio Tertij & Quinti constituta priuata authoritate, & maioratus factus Regia facultate, quoad reuocationem. De qua similitudine inter maioratum & meliorationem Tertij & Quinti, latius ego *in prima parte huius operis* tracto in principio, *à num.* 62. Eadem conclusio probatur ex *l.* 40. *Taurina*, ibi, *Hijo, q nieto, o descendiente legitimo.* Quæ lex æquiparat quantum ad successionem & priuilegium *illius legis*, filium nepoti. Sed ad idem possunt ponderari *l.* 17. 19. 20. 21. 22. 23. 25. 26. 27. 28. 29. *& 31. in eisdem legibus Taurinis.* Quæ
3 omnes leges ita † fauent nepotibus, & aliis descendentibus, vt filiis; licèt hæ leges retorqueri possint in contrarium, quia sentiunt, quod est necessaria mentio *nepotum* ad hoc, vt dispositiones dictarum legum in illis habeant locum. Et ita in simili arguit Albericus *in l.* 1. *C. ne rei domi. vel templ. fol.* 100. vbi dicit hæc verba, ibi, *Sobolis appellatione videntur solùm filij contineri*, quod patet, quia statim subjicit, *Quod non fuisset, si sobolis appellatione continerentur.* Quare *lex* 18. *Taurina* specialiter dat facultatem parentibus, vt possint meliorare nepotes, sicut poterant filios meliorare, quasi quod non obstante illa lege, id parentibus licitum non erat.
4 Sed nihilominus dicta conclusio ex iure Ciuili † probari videtur *in l. iusta interpretatione, ff. de verbor. significat.* ibi: *Iusta interpretatione recipiendum est, vt appellatione filij, sicut filiamfamilias contineri, sæpè respondimus: ita & nepos videatur comprehendi.* Eadem conclusio probatur *in l. natorum, & in l. liberorum, ff. de verbor. significat. & in l. sed si hac, §. liberos, ff. de in ius vocan.* ibi, *Liberos autem secundum Cassium, in parentibus vltra trinepotem accipimus.* Mantica *de coniecturata mente defuncti, lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 17. *fol.* 301. Sic Curtius Iunior *in cons.* 111. *cum quatuor consiliis sequentibus* latissimè probat, quòd quemadmodum pater excluserit fœminas propter filios masculos, eodem modo visus est excludere cæteras fœminas descendentes propter masculos, & *in d. cons.* 111. *n.* 11. tradit vnum singulare in nostra materia, quòd quando testator † mandat, quòd masculi semper succedant, *filiorum* appellatione veniunt nepotes: & idem Curtius *in cons.* 161. *n.* 5. Gozadin. *in consil.* 59. Socin. Iun. *in cons.* 116. *n.* 13. *lib.* 1. *& in cons.* 1. *n.* 39 *lib.* 3. Menoch. *in cons.* 359. *n.* 3. *lib.* 4. & latè Augustinus Beroius *in cons.* 120. *n.* 10. *& in cons.* 121. *n.* 1. *cum seqq. lib.* 2. Et nomen *filios* † comprehendit omnes liberos in infinitum, secundùm Bald. *in cons.* 303. *Ad euidentiam, lib.* 2. quem & alios citat Simon de Prætis *lib.* 3. *de interpretanda defuncti voluntate, dubit.* 3. *solut.* 2. *n.* 20. *fol.* 311. qui hoc confirmat ex authoritate diuinæ Scripturæ, vbi Christus vocatur *filius Dauid*, licèt non fuit filius, sed vltra quatuordecim generationes. Notat Aymo *cons.* 155. *n.* 8.
5
6
Et adeo est vera conclusio hæc, quòd *filiorum* appellatione, etiam † ex proprio significatu, nepotes comprehenduntur, vt probatur *in d.l. liberorum, §. sed & Papirius*, per quem ita tenet Gloss. *in §. final. in verb. appellantur. Instit. qui testam. tutor. dar. poss.* cui similis *in Authentico, de non eligend. secundo nuben. §. cum igitur, in verb.* filiorum, *colla.* 1. & Iacob. Butrigar. *in sua disputatione* relata per Bart. *in d.l. liberorum, n.* 9. & Salicetum *in l. maximum vitium, C. de liber. præter.* vbi Bald. *col.* 2. Ancharran. *in cap.* 2. *col. vltima, in versic. accedat huc. de constit. in* 6. Cœpol. *cons.* 17. *causarum ciuilium*, & est communis opinio secundùm Gozadin. *in cons.* 59. *num.* 20. vbi istam opinionem latè fundat. Quinimò dispositio, quæ loquitur de filiis, videtur expressè comprehendere nepotes, secundùm Ancharranum *in consil.* 393. *Visa diligenter gratia.* Fulvium Pacianum *in tractatu de probationibus, lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 75. *fol.* 70. Quamvis hoc fundamentum non admodum tutum sit.
7
Imò quod nepotes non comprehendantur *filiorum* appellatione ex proprio significatu vocabuli, † sed per extensionem, tenent Dynus & Bart. *num.* 10. *in d.l. liberorum*, Ioan. Faber, *in d. §. final.* licet Angel. *ibi* etiam Glossam sequatur: & fundat notabiliter Glossa Parisien. *in addition. ad Alexandrum in cons.* 1. *in additione, quæ incipit*, Nepotes, *lib.* 1. & huius sententiæ fuit etiam Glos. *in l. filij appellatione, ff. de verborum significatione, & in Clement.* 1. *in verb.* liberi, *de Baptismo*: & probatur *in l. penultima, in verb.* extendi. *C. de proxim. sacro. scrini. lib.* 10. *& in l. pronuntiatio, in verb.* porrigitur, *ff. de verborum signific.* & tenet Albericus *in d.l. iusta, & in l. fin. ff. ad Macedon.* Ioan. Andr. Anton. & Abbas *in capit. ad extirpandas, de filiis Presbyterorum*, Roman. *consil.* 129. Iaso *in l. emancipato, num.* 20. *C. qui admitti:* Decius *in consil.* 353. *num.* 1. *& 5. & in cons.* 372. *num.* 9. *& in cons.* 391. *num.* 3. & alios plures refert Tiraquel. *in d. tract. de primogen. q.* 40. *num.* 58. *pag.* 279. Et est communis opinio secundùm Alexandrum *in consil.* 198. *Perspectis, num.* 13. *lib.* 6. tradit Anton. Gama *decis.* 59. *num.* 8.
8
Item pro prædicta opinione facit textus singularis *in l.* 1. *C. de cond. insert. iunct. l. Lucius*, la segunda, ibi, *Ex se natum, ff. de hæred. instituend.* vbi probatur, quòd hæc conditio, *Si decesserit sine liberis ex se natis*, verificatur in nepote † etiam ex filia, quia in nepote adest sanguinis continuatio, quem textum ad hoc notant ibi Bald. *in cap.* 1. *col.* 1. *in vers. sed immediatè, de eo qui sibi, vel hæred. suis, & in cap.* 1. *§. filia, in fine, de success. feud.*
9

vbi Cardin. Alexand. & Ancharran. *i d. cap.* 2. *q.* 17. Ioan. de Imola *in d.l. Lucius, ff. de hær. instituen.* Paul. *in cons.* 410. *lib.* 1. Alexan. *in l. ex facto, final. ff. ad Trebellianum*, vbi Ripa, Guido Papæ *decis.* 73. & idem tenet Bart. *in cons* 1. & alios plures refert Tiraquel. *d q.* 40. *num.* 16. *pag.* 274. ¶ Et quod *filiorum* appellatione veniant nepotes, & dicantur expressè contenti in
10 materia, † quæ ad eos est transissibilis, volunt Ancharranus *in cons.* 393. *Visa diligenter gratia*, Iaso *in l. Prætor ait, num.* 4. *ff. de nou. oper.* & alij quos citat Tiraquel. *de legibus connubial. glos.* 7. expos, *num.* 177. Quæ conclusio non solum procedit in vocatione des-
11 † cendentium, sed etiam † in vocatione transversalium, vt probat Alexand. *cons.* 5. *dub. lib.* 3. vbi inquit, quòd si per substitutionem vocatur Petrus frater, & eius filij, dicuntur etiam vocati nepote. Notat Iaso *cons.* 52. 3 *col. lib.* 3. Anton. Gabr. *in sui commun. opinion. tit. de verborum significatione, conclu.* 1. *num.* 88. & Roland. *cons.* 42. *num.* 3. *lib.* 4. contra Ialdun *in l. in suis, col. vltim. ff. de liber. & posthum.* quem plenius confutat Rolandus *in d. cons. num.* 37. Etiam materiam istud referendo resoluit Aluarus Vaascus *consulta. tione* 140. Corbulus *in tract. de iure enphyteuico, tit. de causis priuationis ob lineam finitam, n.* 40. *fo.* 56. vbi inter alia latè resoluit, quod secundùm comunem vsum loquendi *filiorum* appellatione veniunnepotes.

Hinc etiam fit, quòd si Statutum dicat, quod stantibus filiis masculis filia fœmina non succedat, tale sta-
12 tutum verificatur etiam, & pro ed † si adsint nepotes, vt eleganter fundat Raphael Fgosius *in cons.* 78. supposito statuto, cuius opinio confirmatur ex pluribus, quæ refert Bartholom. Socinus *n cons.* 14. *sequendo ordinem, num.* 1. *cum sequentibus, tro* 1. quos ad hanc sententiam refert Hippolytus *in sigular.* 303. *Filiorum appellatione.* Et idem tenet Raphel Fulgosius *in l. de quibus, ff. de legibus*, vbi Iaso *nu.* 16 dicit hanc esse communem opinionem; & plures citt Antonius Gabriel, qui istum articulum latius tract *tom.* 2. *communium opinionum, titul. de verborum significatione, conclus.* 1. *num.* 19. *pag.* 336. quamvis Hipolytus *vbi suprà*, in contrarium referat scripta per Dcium *in consil.* 87. *Pro resolutione*, quod est bonum consilium in hac materia. Et inquit Baldus *in l.* 1. *num.* 7 *fol.* 161. *C. de secund. nupt.* quòd si statutum dicat, quòd filia fœmina non succedat extantibus masculis, quis relinquat filiam dotatam, & filium masculum, & nepotem ex alio filio præmortuo; succedunt ambo masculi filius & nepos, excluſa fœmina. Ad quod alos concordantes refert Campegius *in tractatu de dotep. §. q.* 61. *fol.* 122. quem vide *quæst.* 62. pro declaratione doctrinæ *Raphaelis* & aliorum, vbi punctum disputt, & latiùs Tiraquel. *in d. q.* 40 *num.* 49. *pag.* 277. vbi radit latè, qualiter stante prædicto statuto, nepos excludit amitam, si filius viuo patre decessit.

Præterea ista conclusio probatur, quia vt est Bart. doctrina *in d.l. liberorum, num.* 8. in beneficiis Princi-
13 pum *filiorum* appellatione nepotes † comprehenduntur: & idem Bart. *in l. uxoren, §. concubinæ, ff. de legatis* 3. quem sequitur Iaso *in l. Gallus, §. instituens, ff. de liber. & posthum. per l. vltim ff. de constit. Princip.* cum qua concordat *l.* 28. *titul. final. p.* 7. facit textus *in l. final. circa medium, C. de prin. agen. in reb. lib.* 12 ibi: *Absurdum est, ac temerarium, Imperiale m libertatem non augeri, sed astuta interpretatione minui.* Tradit Gabriel *vbi suprà, num.* 15. Sed hoc etiam non admodum vrget; quia vt latius probo *in quæst.* 3. *num.* 62. *& seqq. suprà, in hac* 1. *p.* licentiæ quæ dantur ad constitutionem maioratuum, potius sunt dispensationes, aut priuilegia, quam beneficia. Quæ duo longè distant, vt traditur *in l. beneficium, ff. de constitut. Princip.* & in aliis pluribus locis; maximè vbi agitur de præiudicio aliorum filiorum.

Item ad hanc conclusionem pondero textum *in cap. ex multiplici, de decim.* vbi probatur, quòd priuilegium semper debet interpretari † secundùm voluntatem concedentis. Et idem constat *ex d.l.* 28. ibi, *E dixeron, que las palabras de los priuilegios quando son escuras, deuen ser interpretadas largamente, catando siempre que acuerde el entendimiento dellas con la voluntad de aquel que dio el priuilegio.* Et facit textus *in l. ambiguis orationibus. ff. de regulis iuris.* Cum igitur intentio Principis licentiam concedentis ad faciendum maioratum sit verisimiliter, quòd facultas data † sortiatur
15 effectum, vel in filio, vel nepote; istud de nepote haberi debet pro expresso propter prædictam verisimilitudinem; argumento textus singularis *in l. Titius, §. Lucius, ff. de liber. & posthum.* quam legem ego in variis huius operis locis in memoriam reducturus, & magnifacturus sum. ¶ Et ex his dicit Alexand. *in d. §. instituens*, quod quando verbum *filij* profertur in plurali numero indifinitè, non referendo in genere ad futurum euentum, & agitur de commodo nepotum, & in illis est eadem ratio, neque sequitur absurditas: tunc filiorum appellatione in substitutionibus, & in aliis dis-
16 positionibus † comprehenduntur nepotes. Et idem tenet Alexander *in cons* 5. *lib.* 1. *& cons.* 26 *lib.* 3. Bald. *in cons.* 186. *& 302. lib.* 4. Anton. Rubeus *in d. Gallus, §. quidam rectè, charta* 7. & est crebrior & receptior opinio, secundùm Glossam Parisien. *in addition. ad Alexand. in d. cons.* 1. Et ad conclusionem quòd in materia fauorabili, *filiorum* appellatione veniant nepotes, plures refert *Additio* Anton. Gamæ *decis.* 317. *n.* 4. post ipsum *Gamam.* Et in quadam donatione Ducis de Gandia hoc latè probat Socinus Iunior *in cons.* 108. *n.* 1. *ib.* 2. & Gozadin. *in cons.* 4. *n.* 13. qui hoc ostendit etiã in pronepotibus, qui loquitur in quodam maioratu Hispaniæ. Et ex his etiam nascitur alia doctrina Alexandri *in d. §. instituens*, vbi
17 dicit, quòd in feudis *filiorum* appellatione veniunt † nepotes; quem ibi sequitur Iaso, ad hoc citans textum *in cap.* 1. *§. penultimo, in quib. caus. feud. amitta.* Et aliis mediis hoc confirmat. Et pro hoc est textus *in cap.* 1. *§. etsi clientulus, de alienat. feud.* notatur per Alexandrum *in cons.* 17. *lib.* 5. & per Iason. *in d.l. de quibus, num.* 19. & Decium *in cons.* 451. *num.* 5 1. quam quæstionem latissimè disputat Curtius *in tractatu de feud. part.* 2. *in vers. circa hanc materiam, fol.* 19. *col.* 3. & Tiraquellus *in dicto tractatu, & quæstione, num.* 20. *pag.* 271. & plures citat *Additio* Mennæ ad Gamam *decis.* 315. Ex quorum scriptis colliges, quòd opinio *Alexand.* & aliorum est communior, quòd in feudis,
18 *filiorum* appellatione † veniant nepotes. Sed cum feuda & maioratus æquiparentur, iuxta doctrinam Baldi *in l. cum antiquioribus, num.* 11. *C. de iure deliberan.* sicut in feudis *filiorum* appellatione veniunt nepotes, ita in licentiis datis ad faciendum maioratum. Sed isti fundamento non est multum fidendum, quia æquiparatio de feudo ad maioratum non procedit, nisi vbi est eadem ratio.

¶ Et ex his infertur verum esse quod scribit Molina *lib.* 1. *de primogen. cap.* 6. *num.* 28. *fol.* 46. vbi tradit, quòd
19 in Hispanorum † primogeniis *filiorum* appellatione comprehenduntur nepotes. In quo tamen est aduertendum, quòd licèt in iure hæreditario succedat filius in locum patris, *l. vt intestato, C. de suis & legitim. hæredib. l. posthumorum, in principio, ff. de iniust. rupt.* In
20 fideicommissis tamen † non intrat in locum patris, secundùm Bald. Cuman. & Florian. *in l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de legatis* 2. & alios plures, vt per Tiraquellum *in tractatu de primogen. q.* 40. *num.* 184. *& in tract. de mort: 2. part. declaratione* 10. *num.* 6. *pag.* 122. De materia autem, lege quæ scribit Antonius Gabriel *lib.* 4. *communium opinionum, tit. de successionib. ab intestato, conclus.* 1. *num.* 1. *cum sequentibus, pag.* 264. *& in tit. de fideicommiss. conclus.* 3. *num.* 1. *cum sequentibus, pag.* 249. Hippolytus *in singulari* 303. Et quod
21 in † emphyteusi, *filiorum* appellatione veniant nepotes, tradunt Aretinus *in consil.* 162. Alexand. Carol. Ruin. Gozadin. & alij, quos citant Tiraquellus *in*

tractatu de primogenitura, d.q.40. num.188. Epiſcopus Couar. *in practicis quæſtionibus, cap.38.n.13.* Auendañ. *in l.40. Taurina, gloſſ.17. num.10. folio 130.* Et familia conſeruatur per nepotes ſicut per filios, vt tradunt Porcius *in conſil.55. num.91.* Menochius *in conſil.200. num.77. lib.2.*

Et hæc etiam concluſio corroboratur, quia plerique Doctores noſtri, tam Canoniſtæ, quàm Legiſtæ communiter fatentur, quòd in teſtamentis, & in aliis diſpoſitionibus † fauorabilibus, *filiorum* appellatione nepotes continentur, per *l.filij, ff.de verborum ſignificatione*, cum *concordantibus*, vt per Alexandrum *in conſ.37. num.8. cum aliis, lib.6. & in conſil.5. circa primum, n.9. cum aliis, lib.3.* Socinus Iunior *in conſ.108. num.5. lib.2.* quem tamen vide *num.15. cum aliis.* Et iſta eſt communis opinio ſecundùm Cephalum *conſ.107.n.15. libro 1.* qui ad hoc plures Authores citat, & materiam latè tractat circa quandam vocationem primogeniti, ſecundogeniti, & tertiogeniti. Quod ex noſtris Hiſpanis traditur etiam per Gregorium Lopez *in l.8. tit.13. part.6. in gloſ. in verbo*, tal hijo, *in fine*, & notatur per Gloſ. Patiſien. *partita 1. gloſ.1.§.3.q.4. num.6. & q.66.* Ex quibus infertur, veram eſſe ſententiam Anton. Gomez. & Cifuent. *in l.22. Taurina*, vbi tenent, quòd ſi pater promiſit non meliorare aliquem ex filiis, eadem
23 ratione † non poteſt meliorare nepotes, quam illationem latiùs confirmat, & tractat Tellius *in d.l. num.7. cum ſequentibus.* ¶ Et quod in materia fauorabili, *filio-*
24 *rum* appellatione † veniant nepotes, tradit Curtius Iunior *in conſil.255. num.14. & in conſ.338. n.13. lib.3.* Beroius *in conſ.121. num.10. lib.2.* Tho. Minadous *in conſtitution. Regni. In aliquibus. in verb.* filiorum, *n.35. pag.23.* & eſt notabilis caſus *in l.vxorem, §. concubina, ff.de legatis 3.* Si igitur hoc verum eſt, vt inficiari non poteſt, facultas Regia, & beneficium faciendi maioratum in filium, ad nepotes porrigi debet.

Quòd autem ius primogenituræ & maioriæ ſit fauorabile, † conſtat ex *l.2. tit.15. p.2.* & ex doctrina *Roma-*
25 *ni*, qui id in terminis tenet *in conſil.29. In cauſa maioriæ Hiſpanienſis.* De quo dicto, *infrà* in alia quæſtione tractabitur; licet, quod ius primogenituræ ſit odioſum, maximè ſi fœminæ excludantur, vult latè Auguſtinus Beroius *in conſ.120. num.72. lib.2.* Quamvis contrarium in hoc etiam concludat Curtius Senior *in conſil.9. num.18.* vbi ex Bald. *in l. Titia cum teſtamento, §. Lucius, ff.de legatis 2.* Cyno, & Saliceto *in l.1. C. quæ ſit longa conſuetud.* & aliis infinitis Authoribus docet, quòd ſtatutum excludens fœminas à ſuccedendo propter maſculos, eſt fauorabile, ex quo agitur de conſeruanda agnatione, & *in conſ.34. num.12.* Et hæc fulciuntur ex doctrina Ancharrani *in conſ.393. Viſa diligenter gratia, col.1. num.3.* vbi auſus fuit dicere, quod
26 id dicitur † expreſſum, quod tacitè ex natura diſpoſitionis colligitur, quódque includitur ſub natura verbi expreſſi, & iuris communis interpretatione declaratiua, vel extenſiua. Ideóque ſecundùm eum, nepotes videntur expreſsè contenti in diſpoſitione loquente de filiis in re ad nepotes tranſmiſſibili. Notat Iaſo *in l. prætor, col.1. ff.de noui oper.* & Tiraq. *in legibus connubialibus, gloſ.7. verb.* exprez, *num.177. fol.320.* Et illud conſilium Ancharrani refero *in 4. part. in princ. n.8.*

Tandem iſta concluſio probatur, quia etiam ſi facultas Regalis ſit priuilegium, & non beneficium (provt ſcripſi *in 3.q. ſuprà*) adhuc debet fieri lata interpretatio, quia intereſt Reipublicæ, & vertitur in bonum publicum in conſtitutione maioratuum, quod bona non diuidantur: & aliæ plures reſultant vtilitates, vt latius *infrà* tractabo, & id nos experientia rerum magiſtra docet. Cum igitur hoc verum ſit, conſtat
27 quod de iure, vbi vertitur fauor publicus, debet fieri † lata interpretatio. Quod procedit in priuilegiis, & ſtatutis, & etiam in pœnalibus, vt eſt caſus ſingularis *in l. ita vulneratus, §. multa, ff.ad l. Aquil.* & probatur *in l. virum, ff.ad Silanian.* & de hoc dixi *in 1. q. ſuprà, eodem.* Etiò dicunt in terminis ferè noſtris, Bart. Paul. Salic. & Fulgoſ. Alexand. Decius & Curtius *in l. venia, C. dinius vocan* quod appellatione *filiorum* nepotes contentur etiam in ſtatutis, vbi vertitur fauor publicus agnationis.

¶ Et eſt tiam ac hoc expreſſa doctrina Bart. *in d.l. liberorum, nu.* 13. vbi dicit, quòd ſi ſit ſtatutum, quòd filia ſtantibus filiis naſculis ſit dote contenta; cùm tale ſtatutum factum ſit ob conſeruandas agnationes, 28
† extenditur etiam ſiquis habeat nepotes. Quam doctrinam exonat Decius *in conſil.382. Viſis, & diligenter. num.8. &*. vbi refert dictum *conſilium* Fulgoſ.78. Et quod vbi agitur de conſeruatione familiæ & agnationis, *filiorum* appellatione comprehendantur nepotes, voluit etiam in enunciatione, Menonchius *conſil.197. num.78 lib.2. & in conſ.328. num.33. lib.4.* Et hoc omnes condudun poſt Bart. *in d.l. liberorum*, ſecundùm Curtium Iunorem *in conſ.111. num.11. lib.1.*
¶ Et quòd in vocatione *filiorum* veniant nepotes, & 29
† vlteriores deſcendentes, tenent Gloſſa & Bald. *in capit.1. verſ. & clintulu, de aliena. feud.* idem Bald. *in cap. qua in Eccleſiarum de conſtitution.* quos citat Gloſſa *in l.68. tit.18. pct.3. in gloſſ.* in verb. *e ſus nietos.* quæ doctrina notandæſt pro intellectu *Pragmatica dotium datæ Madritij anno 1534.* de quo *infrà* dicetur. Et quod *filiorum* appellatione nepotes comprehendantur, latè etiam docet Chaſin. *in conſuetudin. Burgund. rubr.7. fol.258. col.2.* vbi *num.30.* ſequitur opinionem illorum, qui dicunt, quòd *fiorum* appellatione de proprio ſignificatu veniunt nepotes; & alij deſcendentes in infinitum, † vocantur *ijj*, præcipuè *Matthæi cap.1.* & in 30
aliis locis. Et quò filiorum appellatione comprehendantur nepotes, laſſimè docet ex pluribus, quæ citat Socinus Iun. *conſ.16. num.9. lib.1.* Et punctum tractat Menochius *in conſ.15. n.73. cum ſeqq. lib.3.*

Ex quibus & aliis, quæ ſupra ſcripta ſunt, meritò in- 31
fertur, quod ſi quis excluſit à ſucceſſione maioratus filios illegitimos victur excluſiſſe etiam nepotes, & alios deſcendentes.

Hæc tamen opinio tot iuribus ſuffulta, non eſt ſine magna difficultate, propter textum qui in contrarium videtur expreſſus *in l.um pater, §. hæreditatem, ff.de legatis 2.* in illis verbis *De aliis eligendi poteſtas non fuit.* In qua lege ſecundùm intellectum *Dini* ibi probatur, quòd habens facultatm eligendi vnum ex pluribus filiis, virtute talis facultatis † non poteſt eligere nepo- 32
tes. Quem textum etian ad hoc notat Roman. *in conſil.338. n.15. verſus finm*; & ita illum textum intelligunt etiam *ibi* Alberics & Socinus *in d. inſtituens, ad finem, n.5.* Quos ad hoc efert Arius Pinel. *in l.1. part.1. C.de bon. matern. num.6.*; qui ad idem refert Gloſſam *in l. vnica, ad finem, C.de hs, quæ ante apert. tabul.* Ex quo videtur, quòd facultas Regalis data alicui ad faciendum maioratum in vnum ex filiis, quem impetrans elegerit, non porrigitur ad hoc, quod poſſit neptem eligere. ¶ Et eſt aduertendum, quòd textus ille loquitur in vltimis voluntatibus, in quibus (vt ſuperius dixi) communiter *filiorum* appellatone veniunt nepotes: quia in vltimis voluntatibus debet fieri † lata interpretatio, 33
l. in teſtamentis, ff.de regulis iuris, cum *ſimilibus.* Et agitur de intereſſe publico, quod teſtamenta locum habeant, *l. vel negare, ff. quemadmodum teſtam. aperian. l. Gallus. §. ſi is*, vbi Baldus *ff.de liberis & poſthum.* & de intellectu textus *in d. §. hæreditatem.* legendi ſunt Corneus *in conſil.207. num.7. verſ. Item Ludouicus, lib.2.* Socinus Iunior *in conſ.146. num.18. lib.4.* Menochius qui plura ſingularia in materia præſentis quæſtionis ſcribit *in conſil.215. num.45. lib.3.* Item, cum Hiſpani in communi vſu loquendi aliter vocent filios, quàm nepotes, & communis vſus loquendi in quacumque materia præferatur etiam propriæ ſignificationi, *l. liberorum, §. quod tamen Caius, ff.de legatis 3.* cum ſimilibus; quæ in aliis locis iſtius lecturæ refero: & tradit Cephalus *in conſil.318. num.58. libro 3.* vbi quod ſecundùm communem

munem vſum loquendi pariter admittuntur conſanguinei, nati, & naſcituri: Sequitur, quòd facultas Regia ad faciendum maioratum in filium, non poteſt in nepote verificari. Et imperiti vno modo vocant *filios*, & diuerſo modo *nepotes*, ſecundùm Gloſſam *in l. quòd ſi nepotes, ff.de teſtamentaria tutela.* Signorolum *in conſil.247. in fine*, Alexandrum *in conſil.1. num.13. lib.1.* & alios, quos citat Menochius *in conſ.278. num.25. lib.4.* vbi tradit idem quod *Cephalus.*

Iſta concluſio confirmatur, quia licèt appellatione *filiorum* veniant non ſolùm nepotes, ſed cæteri deſcendentes, *l. liberorum 218. ff.de verborum ſignification.* Filiorum tamen appellatione de proprietate vocabuli
34 † non veniunt nepotes: ita diſtinguunt *Gloſſa in Clement.1. verbo*, liberis, *de baptiſmo*: Corraſius *in l. liberos, num.2. ff. de Senator.* Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens, in verb. ſine curatore, num.73. fol.92. C. de in integrum reſtitut. minor.* Quod & voluit Bart. *in l. ſi filiabus. ff.de teſtam. tutel.* quem citat Menochius *in dict. conſ.215. num.59.* vbi *num.58.* ſcribit ad propoſitum, quod vbicunque lingua materna, & vulgari, alio modo vocantur *filij*, quàm *nepotes*, non veniunt nepotes appellatione *filiorum*; vbi ex hoc concludit, quod in Hiſpania *filiorum* appellatione non veniunt nepotes; & idem Menochius *in conſil. 220. num. 127. eodem libro.*

Sed quod *filiorum* appellatione in vltimis voluntatibus † veniant cæteri deſcendentes, tradit Cephalus 35
in conſ.659. num.5. lib.5. ex Beroio *quæſtion.104.* citat Anton. de Prato inter conſilia Alexand. *conſil.12. col.2. verſic. nomen autem filiorum.* Et plura tradit Sforcia Odd. *in tractatu de compendioſa ſubſtitutione, part.6. verſ. circa tertium, num.5. ampliatione 1. folio 155.* qui ad hoc refert Bartol. *in d.l. liberum. num.18.* Bald *in l.1. C. de condition. inſert.* & alios plures, vbi plura ſcribit circa noſtram præſentem quæſtionem, ſed non ita exactè, vt hìc tractatur. Et in propoſito varia ſcribit Petrus Surdus *in tractatu de alimentis, lib. vltim. quæſt.36. n.1. cum ſequentib. fol.400.* Et in emphyteuſi accepta *pro* 36
filio, † non poteſt ſuccedere nepos, vt reſoluit Antonius Gama *deciſ.259. num.1.* Et quod ſi ſint vocati maſculi, reſtringantur ad nepotes, oſtendit latè Decius *in conſ.287. num.9.* In hoc puncto & quæſtione ſic mihi videtur diſtinguendum.

Prima ſit concluſio, quòd vbicunque ex facultate Regia, vel aliàs conſtare poteſt, quòd militat eadem ratio circa eligendum nepotem virtute licentiæ Rega- 37
lis, quæ adeſt, vel extabat in eligendo filium: † tunc facultas Regia ad faciendum maioratum in filium poteſt adimpleri in nepote, vt priuilegium, vel gratia ſuum ſortiatur effectum. Ratio enim, eſt lapis angularis quarumlibet diſpoſitionum, & quæ limitat, vel ampliat leges, & teſtamenta; & alia omnia, vt ſunt iura vulgata, *l. cum pater, §. dulciſſimis, ff.de legat.2.* & alia, quibus lectores onerare nolo: maximè cum id latiſſimè tractauerit Tiraquellus *in illo egregio tractatu, de ceſſante cauſa, part.1. n.1. cum ſequent.* Et in proprtia materia hoc tradit Burſatus *in conſ.202. n.14. lib.2.* Rom. *in conſ.139. Licet magna:* Corneus *in conſ.190. Tota vis conſultationis, lib.4.* quos citat Pariſius *in conſ.52. n.27. lib.2.* & plures refert Menta *id addit.* ad Gamam *deciſ.315. fol.54.*

Hinc ſit, quòd prohibitio facta filiis, † ne alienent, 38
extenditur ad nepotes & pronepotes, vbi fuit facta prohibitio propter agnationem conſeruandam, ſecundùm Bart. & alios *in l. quæ Romæ, §. coheredes, ff.de verborum obligat.* Iaſonem *in l. filius familias, §. Dini. n.246. & 152. ff.de legatis 1.* cum *concordantibus.* Vt per Antonium Gabrielem *lib.2. communium opinionum, titul. de fideicommiſſis, concluſ.9. n.37. & 42.* Burſatum *conſ.13. num.4.* & declarat *num.13. cum ſequent. lib.1.*

Et ita intelligenda ſunt quæ ſcribit Franciſcus Mantica *de coniecturata mente defuncti, lib.11. tit.8. nu.20. pag.502.* poſt Carolum Ruinum *conſ.127. num.1. & conſ.131. num.3. lib.2.* Finge, quòd pater (provt plerumque contingit, & ego iam vidi) tempore impetratæ licentiæ habebat vnum, vel duos filios, qui ante factum maioratum deceſſerunt, relictis nepotibus: nam multi parentes, vt filij maiorem illis reuerentiam præſtent, aut propter alios fines, quamvis habeant facultatem ad faciendum maioratum, adhuc ſuperſedent in conſtituendo maioratum, ſicut ego etiam vidi: Nonne hoc caſu colligitur ex veriſimili mente licentiam † concedentis, voluiſſe, quod habeat locum facultas Regalis, tam in nepote, quàm in filio; cum in hoc caſu eadem ſit ratio, & ſit æquum quòd facultas ſuum ſortiatur effectum. Pro quo facit doctrina Bart. *in d.l. liberorum, col.penult. verſ. quæro quid ſi in aliqua diſpoſitione.* Vbi 39
concludit, quòd quando diſpoſitio † non fuit verificata 40
in filiis, tunc habet locum in *nepotibus*, vt in *l. Lucius, ff.de hæred. inſtituend.* quam doctrinam ſequuntur Alexand. *conſ.105. lib.1. col.2.* Decius *conſil.95. num.5. verſ. quarto & vltimo.* Et confirmatur ex doctrina Bartholom. Socini *conſil.51. num.41. lib.4.* vbi tradit, quòd quando teſtator apponit conditionem, quæ veriſimiliter non eſſet purificanda tempore vitæ ſubſtituti, tunc 41
ad eius filios porrigitur. Et idem tradunt Carolus Ruinus *conſ.128. col. vltim. lib.2.* Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, num.264. ff. ad Trebellianum.* Ad quod eſt etiam mirabilis caſus *in l. fundus qui locatus, ff.de fund. inſtruct. vel inſtrum. legat.* vbi dicitur, *Fundus qui locatus erat, legatus eſt cum inſtrumento. etiam inſtrumentum, quod colonus in eo habuit: legato cedit. Paulus. An quod coloni fuiſſent tantum id, quod teſtatoris fuit? Et hoc magis dicendum eſt, niſi nullum domini fuerit.* Quem textum in variis locis commendat Iaſo, præcipuè *in l.1. num.5. C.de verborum ſignific. & in l. ſi domus, in principio, ff.de legat.1. & in l. ſi ſtipulatus fuerim, §.1. num.4. & in l. cum ſtipulamur, fol.190. & in l. qui Romæ, §. duo fratres, num.101. ff.de verborum obligat.* In quo loco ſex memorabilia dicta ad hoc propoſitum ſcribit. ¶ Et confirmat ex his Authoribus Cagnolus *in rubric. ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit: num.23. pag.179. col.2.* faciunt quæ de textu *in d.l. fundus*, ſcribit Felin. *in cap.1. num.7.8. & 9. de reſcriptis.* ¶ Et ſi Comes ſciens aliquem non habere niſi filios naturales conceſ- 42
ceſſit feudum, tales filij † veniunt ad ſucceſſionem, ſecundùm Bald. *in l. eam quam. num.39. C.de fideicommiſ.* quem citat Matthæus ab Afflictis *in tit. ſi de feudo fuerit controuerſia, notabili 3. num.3. fol.193.* Quibus iunge Rebuffum *in cap. cum ſuper, de cauſ. poſſeſ. & propr. verſ. quartò quærit Abbas, pag.329. col.1.* Felinum *in cap.1. num.4. de reſcript.* Gregor. Lopez *in l.3. in gloſ. in verb. Vn fijo, in fin. tit.7. part.6.* vbi citat notabilem doctrinam Bald. *in l. liberti. C.de oper. libertor.* Et per illum textum *in d.l. fundus, qui locatus*, ſcribit Mantica *lib.7. de coniecturata mente defuncti, tit.8. n.30. pag.280.* quòd in rebus donatis inter viuos, quando donatio morte confirmatur, intelligitur † eſſe impoſitum fidei- 43
commiſſum, quando in aliis bonis non poteſt verificari. Et per eundem textum aliud notabile dictum tradit idem Mantica *lib.10. tit.2. num.25. pag.429.* Et per eundem textum probat Angulo *in l.10. tit.5. lib.5. Recopilat. gloſ.3. num.2. fol.201.* Quòd in vnico filio non cadat melioratio, ſicut ego ſcribo *in quæſt.21. infrà, hac parte*, grauamen appoſitum filio in iſto caſu, licèt non valeat in Tertio, valet tamen in Quinto. ¶ Et eſt alius textus elegans *in l. non vtique, in verſ. Proinde, ff.de eo quod certo loco*, vbi ſingulariter probatur; quod quando ſimplicia ſunt inter ſe contraria, † mixtum aſſumit na- 44
turam illius ſimplicis, quod eſt fauorabilius. Quem textum valdè commendat idem Iaſo *in l.2. in principio, num.6. ff.de verborum obligat.* Sic idem Baldus *in l. eam quam, col.8. num.39. verſic. Demum quæro, C.de fideicommiſ.* tradit, quòd ſi Princeps conceſſit in feudum cuipiam *proſe, & hæredibus ſuis procreatis, & procreandis*, eum nouiſſe vnum filium naturalem habere procreatum,

vt Princeps ſciebat, peræquè id habetur,ac ſi Princeps conceſſiſſet feudum pro eo, & filio naturali, cum illa verba (*procreatis & procreandis*) non aliter verificari poſſit;notat Tiraquel. qui ſimilia ad propoſitum adducit *de legibus connubialibus gloſ.7. num.137. folio 316.* quod etiam tracto *in 4.part.quæſt.29.* Sic appellatione
45 *deſcendentium*, veniunt † etiam naſciturі, præſertim cùm nulli deſcendentes extabant tempore diſpoſitionis,ſecundùm Bald.*in l.ſi pater, C.de teſtam.* Alexand. *in conſ.118.num.2.lib.6.* Bartholom.Socin. *in conſ.51. num.2. lib 4.* & alios quos citat Cephalus *in conſ.318. num.24.lib.3.*Et ſi frumentum legatum ſit, quod ſis
46 habebat in ciuitate,† venit in legato frumentum,quod habebat in ſuburbiis, ſi in ciuitate non reperitur aliud, ſecundum Bald. & Albericum *in l. 1.ff. de officio Præfecti vrb.*Felinum *in cap.Rodulphus,num.4. de reſcript.* Menoch.*lib.4.de præſumpt.præſumption.126.num.8.fol.*
47 *233.*Et bona feudalia † veniunt in legato, quando legatum non poteſt verificari in alia re, ſecundùm Caualcanum *in tract.de uſufruct. mulieri relicto,num.114.* quem citat Menoch.*in conſ.337.num.33.lib.4.* Et confirmat per doctrinam Bartoli *in l. demonſtratio falſa,in principio num.19.ff. de condit. & demonſtrat.* vbi vult, quod quando legatum non poteſt verificari niſi in vna re, vel perſona, de illa legatum intelligitur. Et ex his diſputat etiam Suarez *in l. quoniam in prioribus, in declaratione legis Regni,verſ. Nono quæritur, num.7.pag.* 226.an melioratio facta filio in teſtamento,de reſiduo Quinti, videatur renouata per aliam meliorationem factam alteri filio per viam donationis in contractu inter viuos,maximè ſi prima melioratio fuit facta ex cauſa dotis. ¶ Quibus etiam patrocinatur textus *in l. Diuus,in principio, ff. de vſu & habit.* vbi cauetur, quod
48 † verba, quæ non poſſunt verificari in iure expreſsè conſtituto, verificantur in iure indifferenti, etiamſi tale ius indifferens ſit maius expreſſo, ad hoc, vt actus valeat,& ſuum ſortiatur effectum,ibi : *Etenim erat relictus vſus ſylua, & quia ſub ratione vſus legatum non valebat, comprehenditur vſusfructus.* Quem textum ad hoc ſubtiliter expendit Aretinus *in l. quòd in rerum, §. 1.ff de legatis 1.folio 217.*& commendat Iaſo *in l. 1.n.1. ff. de eo quod certo loco :* Menochius *in tractatu de præſumpt.lib.4.præſumption.134.num. 13.folio 243.* Et eſt etiam ad propoſitum Gloſſa non minus celebris, *in l. Pediculis,§.item cum quæreretur,in verbo, non videri.ff. de auro & argento legato*, & doctrina Bartoli *in l. quibus diebus, §. 1.ff.de condit. & demonſtrat.* quam citat Rebuff.*in l.unica,C.de ſentent.quæ pro eo quod inter. in præfatione,num.61.pag.351.*Et appellatione *filij*† venit
49 adoptiuus, quando diſpoſitio in aliis filiis verificari non poteſt,ſecundùm Bart.*in l.ſi quis poſthumos,in princip.ff.de liberis & poſthumis.* Felin.*in dict cap.1.num.7. de reſcript.* Rebuff. *tom. 1. ad conſtitutiones Regiæ, titul. de ſentent. proviſional. art. 1. gloſ. 2. numero 28. pag. 253.*

Eſt in noſtra materia alia ſingularis doctrina Calderini *in conſ.4.tit.de iure patronatus,*vbi,quòd ſi aliquis per teſtamentum reliquit fratribus ſuis ius patronatus, & hæredibus maſculis, quibus deficientibus ſubſtituit
50 Epiſcopum,deficientibus maſculis † fœmina filia teſtatoris admittitur ad ius patronatus ; quod refert, & per plura in materia noſtræ quæſtionis ; Curtius Iunior *in conſ.323.num.3.*Et iſtud dictum Calderini refero *in 2. part.quæſt.6.num.342.*Et per textum *in l.Labeo,eiuſdem l. & l.Iulianus, in princ.ff.de legatis 3.*dicit Bart. *in l. generali,§.vxori, ff.de vſufruct.legat.* Quod licèt ſi teſtator legat vſumfructum rerum, quæ in domo erant,
51 † non veniunt res venales,quæ in domo erant, vt ibi: *Secus ſi factum fuiſſet legatum in ſigno vniuerſali, vt quia dixit,lego vſumfructum omnium rerum, quæ quoquo modo in domo ſunt.* Menochius *in tractatu, de præſump. lib.4.præſumptione 136. num.9.folio 244.*qui plures refert. Et per textum *in d. §. item cum quæritur*, ſcribit notanter Tellius *in l.17.Taur. num.125.* Quòd ſi præ-

ceſſit donatio † particularis facta filio, quam pater renocare poterat, cenſetur eam reuocaſſe ex teſtamento, in quo diſpoſuit omnes filios æqualiter ſuccedere : ſi id,quod ſecundo loco diſpoſuit,factum fuit verbis præ-
52 gnantibus,& verbaliter non poſſunt habere effectum; & ſic intelligit doctrinam Bald.Salic.*in l.filia cuius,C. famil.ercis.*Quod refert ſcire pro meliorationibus,quas parentes faciunt de rebus particularibus, poſtea autem donant Tertium & Quintum per modum quotæ.Sic inquit mirabiliter Paulus de Caſtro *in conſ. 224. num.1.* Quòd licet non præſumatur teſtatorem voluiſſe grauare hæredem duplici onere,iuxta regulam *l. Titia, §. qui in vita, ff. de legatis 2.* fallit, niſi aliàs legatum eſſet inutile, † tradit Socinus Iunior *conſ.98.num.19.&* 43. 53
lib.1.

Prædictis eſt conſentanea doctrina Bart. *in l. Gallus, §.etiamſi à parente,ff.de liberis & poſthumis,*vbi per regulam *d.l.fundus qui locatus,*dicit,quòd ſi quis accipiat emphyteuſim *pro ſe, ſuisque hæredibus*, intelligitur de *filiis,*vbi Cuman.& poſt eum Epiſcop.Sarmientus *n.5. lib.5. ſelectarum, folio 110.* Et ſi teſtator legat equum morellum, & vnicum habet, qui eſt albus, verificatur legatum in morello, ne ſit inutile ; vt poſt alios ſcribit Alexander *in l.2.num.1.ff.de liber.& poſthum.& in l.4. in fin.ff.de legatis 1.*Franciſcus Mantica *lib.9. de coniecturata mente defuncti,tit.3.num.16.pag.391.* ¶ Et re-
54 nuntiatum † dicitur eſſe fideicommiſſum ab eo,qui habebat ius renuntiandi, ſi nullum aliud ius obtinebat, ſecundùm Bartol.*in l.qui Romæ, §. duo fratres, quæſt.6. ff.de verb orum obligation.* & confirmat Caldas Pereira, *in tractatu de nominat. ad emphyteuſim, quæſt.20.n.38. folio 232.* ex ſcriptis per Hippolyt. *in l.1. §. ſi ſeruus, num.19.ff.de quæſtion.* & idem tradit Petrus Surdus *in tract.de alimentis,tit.9.quæſt.15. num.14.folio 356.* Et faciunt ſcripta per eundem Caldam *dict. tractatu quæſt.*
55 *20.num.4. folio 224* vbi reſoluit, † conceſſionem emphyteuſis ab Eccleſia factam comprehendere filios naturales, ſi ille,cui conceſſio facta ſit, filios legitimos non habebat ; & *ibi* alia plura ad propoſitum adducit. Et in apotheca legata veniunt panni, qui aliàs non comprehenderẽtur,vt legatum aliquid operetur, vt tradit Aluarus Valaſcus *conſult.59. num.2.* ¶ Et filij natu-
56 rales faciunt deficere conditionem, † & ſubſtitutum excludunt,vbicunque quis filios alios habere non poteſt,*l. cum pater,§ volo,ff.de legatis 2.*Quem ita intelligunt Paleotus *in tractatu de noth. & ſpuriis, cap. 27. num.2.* Corraſius *lib.1.miſcellan.iur.cap.7.* Acoſta *in l. Gallus,§.& quid ſi tantum.part.5.num.7.*quos citat Menochius *in tractatu præſumptionum lib.4. præſumptione 78.num.9.folio 126.*Et renuntiatio,quæ fit à filio,comprehendit legitimam, † niſi aliud ſignificaret, vt tra-
57 dunt Socin.Iun. *in conſ.136.num.17.lib.1.* Menochius *in conſilio 71. num.23.* Rolandus *in conſil.99.num.37. lib.4.*

Neque in hac re eſt omittenda Pauli Caſtrenſis doctrina *in l. ex imperfecto, C. de teſtamentis,* vbi dicit, quòd licèt Princeps non præſumatur vti plenitudine poteſtatis, niſi id expreſsè dixerit & exprimat, ſecundum doctrinam *Innocentij* ab omnibus communiter approbatam *in cap. innotuit, de election.* & idem tenet Baldus *in l.ſi teſtamentum, C.de teſtament.* Abbas *in cap. illa quotidiana,de elect.*Alexand.& Iaſo *in l.quanquam, C.de teſtament.*idem Iaſo *in l.Gallus:§.& quid ſi tantum num.50.ff.de liberis & poſthumis, & in l.cauſas, num.6. C.de tranſact.*& tenent alij plures, quos omitto. Id ſecundum Paulum non procedit, † quando ad hoc, vt
58 actus ſortiatur ſuum effectum & valeat,eſt neceſſarium, quòd Princeps vtatur plenitudine poteſtatis. Opinionem autem Pauli ſequuntur Decius *in cap. cum inter, num.6.de except.* Hippolytus *in practic.criminal.§.quæritur,num.20.& in l.ae vnoquoque,num.2.ff.de re indic. & in l.1.§.ſi ſeruus, num.5.ad finem, ff.de quæſtion. & ſingular.84.*Et pro his eſt etiam bona lex *2.tit.33.par. 7.* ibi : *Deue declarar, ſegun el entendimiento que deue*

valer.

valer la poſtura. Et plura notabilia ſcribit Antonius de Padilla *in l.verbum,volo,num.1.cum ſeqq.folio 47.C. de fideicommiſſis.* ¶ Et quando maioratus in vim maio-
59 ratus non poteſt valere, † valet in vim ſubſtitutionis, quòd in quodam maioratu Hiſpaniæ domus de Tarifa tradit,& probat Carolus Ruinus *in conſ.27.num.4. lib. 1.*quod an ſit verum ? modò non examino,quia eſt dura concluſio.

60 His congruit, quod actus ſemper videtur factus ex † ea authoritate,quæ maius robur,& maiorem efficaciam dat actui, *l.3.ff.de teſtam. milit.* per quam & alia iura ſcribit Gregorius Lopez *in l.6,tit.11.part.6. in gloſſa, Que no la pudieſſe vender, colum.3. verſic. & actus qui geritur,part.6.* quòd maioratus videtur factus ex Tertio & Quinto,& facultate,prout magis expedit facienti : De quo legendum eſt quod ſcribo infrà *quæſt.38.à num.17.*& regulam ornat Molina *lib.2. de primogenit. cap.2. num.15.folio 212.* ¶ Et generaliter præſumptio
61 validitatis actus † eſt fortior,& efficacior alia qualibet præſumptione,*l.quoties in actionibus,ff.de rebus dubiis, l.quoties.ff.de verborum obligat.*vbi latè Iaſo,*& in l.ſeqq.* Menochius *de præſumptionibus lib. 2. præſumptione 17. num.7.* Et probat latius Decius *in l.in contrahenda ſtipulat.ff.de regulis iuris* ; & idem tradit *in cap. quoniam Abbas,de officio Delegati,& in cap.conſtitutus,num.2.de reſcript.& in l.ſi donat.num.12.cum aliis C.de collat. & in l.poſtquam liti, C.de pact.num.23.* vbi refert bonum textum *in l.qui concubinam, qui hortos.ff.de legatis 3.* Ad quod plures Authores citat materiam interpretando Franciſc.Mantic.*lib.12.de coniect.defunct.volun.17. num.12.pag.642.*Menochius *in tract.præſumpt.libro 1.*
62 *quæſt.29.num.3.*qui probat,quòd vt actus valeat, † receditur à natura diſpoſitionis,quem textum ad hoc notat Bartol.*in l.his verbis,§.final.ff. de legatis 3.* & traditur etiam per Iaſ.*in l.ſi non ſortem,§.1.ff. de conditionib. indeb. & in l.ſi procurator,num.4 de condict.cauſ.dat.& in l.ſi tibi pecuniam,num.5.ff.ſi certum petatur : & in l. 1.§.1.num.5.ff.de noui operis nuntiatione:*Purpurat. *in l. rogaſti,§.ſi tibi,num.38.ff.ſi certum petatur.*Hippolytus *in ſingulari 672.* Alciatus *in tract. præſumpt. regul. 3. præſumptione 34.* & vide eundem *præſumptione 35.* & plura ſcribit Meſſia ſuper *l. Toleti, 12.part. 1.fundam. num.42. cum ſeqq. folio 34.* & Franciſcus Mantica *in tract.de coniect.mente defuncti, lib.3.tit.2.num.10. cum ſeqq.pag.62.*Maſcardus *in tract.de probat.lib.3.concluſ. 1225.num.20.cum ſeqq.folio 156.* & notatur etiam per Addition.Segur.*in l.ab exhæredati ſubſtituto, num.59. ff.de vulgar.*quibus etiam adde Peraltam *in l.ſi quis, in principio,num.8.ff.de legatis 3.*& quæ ex Menochio,& aliis ſcribo *part.2. in principio, à num. 62.* & latiſſimè materiam tractat,& reſoluit idem Menochius *in tract. præſumpt.lib.6.præſumptione 4.num.110.cum ſeqq.fol.62.*
63 Ad quem addo, quòd vt diſpoſitio valeat, † fideicommiſſum præſumitur iniunctum primis hæredibus, & non ſecundis in conditione poſitis, ſecundùm Bartol. & alios,*in l.Centurio,ff.de vulgari:* Alexandrum *in conſ. 68.lib.2.*Socinum & alios,quos citant Pariſius *in conſ. 18.num.12.lib.2.*Zanchum *in l.hæredes mei,§.cum ita, partit.5. num.142.pag.242.ff. ad Trebellianum,* & legenda etiam ſunt plura notabilia ; quæ ſcribit Gregor. Lop.*in l.3.tit.7.part.6.in gloſ.*in verbo, *Vn hijo,*& quæ ſcribo *part.2. quæſt. 5.*

Et videmus in ſimili,quod ſi fiat donatio abſenti,quæ non valet,*l.abſenti,ff.de donat.*cum *concordan.*tamen ſi
64 adſit numerus teſtium ſufficiens ad fideicommiſſum, † valet talis donatio, vt fideicommiſſum, *l.cum pater, §. donationes,l.miles ad ſororem,in principio, ff.de legatis 2.l.ſi donatio,*vbi Bart.ita ſummat,*C.de donat.* Roman. *conſ.171.colum.2.* & alij quos citat Aimon.*conſil.139. num.11.*

Quod confirmatur, quia quando quis mouetur ad faciendum actum ex duplici cauſa,licet ex vna ſuſtineri
65 non poſſit,† ſuſtinetur ex alia,*l.ſi non lex Ælia Sentia, in principio,ff.de hæredibus inſtit.* Gloſſ. *in l.ſi ventri, §. final ff.de priuileg.creditor.& in cap.inter cætera,gloſſa 2. & in cap.cum olim,de reſcript.*cum *ſimilibus*, vt per Aimonem *in conſ.141. num.2.* Faciunt ſcripta per Menochium *in tract.præſumpt.lib.3.præſumptio.136.n.16. & lib.2.præſumpt.56.num.6.& lib.2.de arbitrariis,caſu 199.num.3.*vbi per *l.adoptiuus, §.1.ff. de ritu nuptiar.* & alia probat,quòd actus debet interpretari,vt vtriquè partium conſultum & ſatisfactum ſit. Eodem modo ſi teſtator in re legata adiecit duas demonſtrationes, quarum vna conuenit rei legatæ,alia non ; attenditur illa, quæ facit actum valere : *l.penult. §.pater, ff.de legatis 3.*notat Iaſo *in l.ſi quis in fundi vocabulo, numero 22.ff.de legatis 1.* Et vt actus valeat,verba etiam cum violentia interpretantur, ſecundùm Corneum *in conſ. 263.num.6.lib.4.*Hieronymum Gabrielem *in conſ.114. num. 7.* ¶ Et vbi concurrunt duæ qualitates, vna naturalis, & alia accidentalis, † attenditur illa, quæ eſt 66
vtilior,& facit actum valere, ſecundùm Crotum *in l. Gallus,§. & quid ſi tantum,num.73.ff.de liberis & poſthumis:*Menochius *in tract. præſumpt. lib.4.præſumpt.24.*
67 *num.20.folio 27.*Et in dubio † eſt pronuntiandum,ſententiam eſſe validam,vt per Aimonem *in conſ. 151. in fine,*& alios,quos citat Vantius *in tract.de nullitate,tit. quibus modis ſententia nulla defendi poſſit,num.12.pag.* 809. ¶ Et verba præteriti † temporis intelliguntur in 68
tempore futura,cum in præſenti verificari non poſſunt, *l.ſi debitor,§.quia veriſimili,ff.de contrahenda empt. l. cum certus,ff.de tritico,vino, & oleo legat.* Declarant egregiè Corneus *in conſ.304. num.14.lib.3.* Felinus *in cap.ad hæc,col.1.verſic.ſecundus caſus,de reſcript* quos citat Menochius *in conſ.97. num.120.lib.1. & in tractatu præſumptionum lib.4.præſumptione 21.num.23.fol.*
240 ¶ Et cum vitium eſt in materia, non in forma, † 69
actus debet valere,vt melius poteſt, *l.ſi vnus, §. acceptilatio,* vbi Doctores.*ff.de acceptilat.*Tradit Zaſius *in l.moribus, §. ſed ſi extraneum,ff.de vulgar. num.3. in intellectibus ; pagina 172.* quod notandum eſt ad maioratus, qui ſolemnitatem habent, ſed ex aliqua cauſa peccant in materia, quia debent ſuſtineri omni meliori modo.

Confirmantur prædicta, quia non videtur † quis fa- 70
cere actum fruſtratorium, aut ſuperfluis vti remediis, *l.hæc ſtipulatio, §. diuus,ff.vt lega.nomin.caue. cap.2.de probat. l.1.ad finem,*& *ibi* Gloſſ.*ff.ad municipal.* notant Baldus *in Authentic. & ſi quando : C. de conſtit.pecun.* Abb.*conſ.72.lib.2.* Et vt actus valeat,præſumitur priùs factus,etiamſi ſit contra ordinem literæ, ſecundùm Cinum,Bald.& Imolam *in l.cum in teſtamento,§.hæc verba, ff.de hæred.inſtit.*& alios quos citat Quintilianus Mandoſ.*in regul.30. de veriſimili notitia, quæſt.6.num.10. folio 78.* ¶ Et nullitas actus debet euitari, cum ſit pœ- 71
na,ſecundùm Bartol. *in l.non ſolùm, §.ſed vt probari,ff. de nou.oper.* & alios quos citat Maſcardus *in tractatu de probat.lib.2.concl.991. num. 3.folio 259.* Quæ omnia ſunt notabilia, & ferè expreſſa pro ſententia, de qua *ſuprà* egimus,& quæ alibi non reperies.Et ex his infrà faciam particularem quæſtionem. Num,ſi quis virtute Regiæ facultatis faciat maioratum in aliquem filium, qui non habuit effectum, poſteà poſſit iterum eligere virtute Regalis licentiæ, & an per primam electionem extincta fuerit ? quæ eſt *q.* 18.

Ad hoc facit communis ſententia tenentium,quòd ſi non conſtet teſtatorem voluiſſe teſtari in ſcriptis, ſi teſtamentum in ſcriptis teſtamenti nuncupatiui ſolemnitatem habeat ſuſtinetur, † vt teſtamentum nuncupa- 72
tiuum, vt actus valeat, & ſuum ſortiatur effectum, & teſtamentum non ſubuertatur,ſecundùm Iacob.Cinum, Alberic.Ioan.Fabr.Paul.Fulgoſ.Corn.Alexand. & Iaſo. *in l.hac conſultiſſima,§.per nuncupationem,C.qui teſtam. facere poſſunt.*Paul. & Cuman. *in l.hæredes palam, in principio,ff.de teſtam.* & alios plures, quos citat Burgos de Paz *in l.3. Taur.part.5. num.1371. folio 363.* qui hunc articulum latiſſimè tractat, & rectè reſoluit ; cui addendus eſt *Tellius,*qui etiam quæſtionẽ plenè tractat

in l.3.Taur.p.5.nu.4. cum aliis. Et ista confirmantur ex pluribus quæ scribit Simon de Prætis, *lib.2.de interpr. defuncti volunt. interpret.2. dubit.2.solut.1.num.1.cum seqq.folio* 129. & idem *interpret.2. eodem lib.2.dubit. 2.n.11.folio* 131.& Abb.*cons.65.n.3.lib.2.* Carol.Rui. *cons.136.n.9.& cons.149.n.8.& in cons.165. col.final. lib.2.* quod vbi per omnia non potest impleri dispositio
73 testatoris,eo modo,quo potest † adimplenda est in eo, quod potest operari,& ibi alia similia scribit.Et faciunt etiam scripta per Mascardum *in tract. de probat.lib.* 3. *concl.*1379.*num.9.folio* 331.Menochium *in tract.præsumpt.lib.3.præsumptione* 132.*num.*12. *&* 13.*pag.*460. Sic D.Antonius de Padilla *in l.verbum, volo, n.*7.*C.de fideicommiss.* inquit in confirmationem prædictorum, quòd si pater dicat in testamento , filium meum Ioan-
74 nem in tertia bonorum meorum parte,† suppleri oportet *(melioro)* & filius videtur melioratus ; quod confirmatur ex doctrina Roder. Suarez *in l. quoniam in prioribus,quæst.5.num.3.pag.*292.vbi concludit,quòd si pater relinquit filio portionem,quæ excedit portiones aliorum filiorum , hoc habet iure meliorationis , licet non dicat *melioro filium.* Cuius doctrina confirmatur
75 per *l.* 26. *Taurinam.* ¶ Et in dubio † est iudicandum pro validitate privilegij, & pro non revocatione:*can. in Galliarum,* 25.*quæst.*2. volunt Calderin. *in cons.*11. *tit.de privilegiis;*& alij,quos citat Quintil. Mandosius, *in regul.*4.*Cancel.quæst.*7.*num.*16.*folio* 30.*& regul.*13.
76 *quæst.*8.*num.*11.*fol.*67. Et vt actus valeat , † non præsumitur quis alterare inuestituras antiquas , in quibus masculi tantum sunt vocati , secundùm Corneum , *in cons.*74.*lib.*1.Gozadin.*in cons.*53.*num.*18. ¶ Et *regul.*
77 *d.l.quoties,* † cum *concordan.*non procedit, quando ex forma adhibita constat partes certum actum voluisse celebrare : nam præsumitur actum esse celebratum, cuius forma fuit adhibita , etiamsi sequatur nullitas actus,*l.non codicillum,C.de testam.*& ibi Corneus *notabil.*3. *l.illud, §. tractari, ff. de iure codic.* quod volunt Aretinus,Crotus,& Ripa *in l.*1. *§. si quis ita, ff.de verb. oblig.* Alciatus *regula* 3.*præsumptio.*34.*n.*6.*& regul.*3. *præsumptione* 36.*ad finem;*& alij quos citat Petrus Barbosa *in l.quæ dotis,ff.solut. matrim.n.*130.*pag.*726.*p.*2. Prædicta autem regula , quod actus debet interpretari, vt valeat,est intelligenda , quando habet debitam formam, & est dubium an valeat, vel non, vt probat Menochius *in tractatu præsumptionum lib. 3. præsumption.* 34.*num.* 12. Quæ notanda sunt ad facultates & priuilegia data ad faciendum maioratum , & ad alia similia priuilegia.

Redeundo igitur ad rem , pro cuius confirmatione omnia superiora scripsi , concludo, quòd ad hoc, vt facultas Regia sortiatur effectum, si concurrat eadem ra-
78 tio in nepote, quæ in filio,extenditur † Regalis licentia ad faciendum maioratum data in filium ad nepotem.Pro qua sententia est etiam *Glossa in Clementina* 1. *in verbo,eligantur,de elect.*quæ dicit; quod vbi militat
79 eadem ratio † comprehenduntur tam ea, quæ veniunt ex lata significatione vocabuli , quàm ex stricta. Ad idem est *Glos.in Clem.vt ij qui,de ætat. & qualit. & in Clem.1.in glos.pen.de rer.permut. & in Clem. Auditor, in verb. Beneficio, de rescript.* cum *concordantibus* , vt per Alexand.*in cons.*216.*num.*33.*lib.*2. vbi Glos.Paris. *& in cons.*51.*num.*3.*lib.*5.*& cons.*139.*n.*5.*lib.*7. *& cons.* 17.*n.*4.*eodem libro;* vbi vide Glos. Paris. ¶ Et quòd fi-
80 liorum appellatione † comprehendantur nepotes, quando eadem est ratio,colligitur ex Bartol. *in d.liberorum n.*12.Et in terminis tenet Ioann.Faber *in d.§.final.Instit.qui testament.tutor.dari possunt,* quem ad hoc refert Cifuent.in bona quæstione, *in d.l.*22. *Tauri.* Et additio Seguræ *in l.*3. *§.final.col.*4.*ff.de liberis & posthumis;*& idem tenent communiter Doctores *in dict.§. instituens,*& Albericus per illum textum,*in dict.l.iusta* Socin.Iunior *cons.*19. *num.*2. latius *in cons.*125. *n.*35. *lib.*2.quem lector,si res exegerit,omnino legat. Refertur ad hoc textus *in l.Senatus,ff.de ritu nupt.* Pro quo facit doctrina Bartoli *in l.Prator,§.erit,ff.de vi bonorum raptorum* ; vbi inquit , quod quando eadem est ratio in
81 secunda dispositione,† quæ fuit in prima dispositione, censetur repetita in secunda ; multa refert Cephalus *cons.*194.*n.*27.*lib.*2.

Ex quibus infertur , quòd Pragmatica *dotium* , quæ taxat quantitatem , quam parentes possunt dare in dotem filiabus, † procedit etiam in nepti bus:nam quamuis sit lex exorbitans , quia eadem est ratio prohibitionis in isto casu, in neptibus, quæ in filiabus, vt apertè
82 patet ; & *dicta lex* est introducta in fauorem Reipublicæ,in neptibus procedit,sicut in filiabus:imò si rectè consideretur,maior ratio prohibitionis adest in isto casu circa neptes, quàm erga filias : Quia plerunque parentes (licet contra rationem naturalem) plus amant nepotes & neptes,quam filios & filias.Et non est æquum vt parentes nepotes, & neptes, filiis, & filiabus anteponant , donando , & dotando neptes vltra æquum in maximum incommodum & damnum filiorum , quod permittendum non est. ¶ Et licet plura contra istam illationem adduci possint , quæ sciens omitto, præcipuè quia tenor prædictæ *legis* est inspiciendus, neque vltrà dispositio trahenda, & alia consimilia : considerata tamen mente, & radice illius legis, ista illatio iuri consona videtur,& pro ea faciunt consilia Decij, & Fulgo. quæ *supra* retuli , *num.* 28. Et istam meam sententiam sequitur nouissimè Ioannes Guttier. *lib.*3. *pract. quæst. quæst.*14.*num.*2. *cum seq.pag.*40. & eam tenet Baëza *in pragmat.dotium,cap.*7.*num.*11.*folio* 38.licet contrarium teneat Matien.*in l.*1.*tit.*2.*lib.*5. *Recopil.gloss.*2.*num.*5. *folio* 44.Azeued.*in l.*1.*tit.*2.*lib.*5.*n.*12.Tellius *in l.*17. *Taur.n.*75.Pro quibus facit *l.*8.*tit.*11.*part.*4.in ratione illius, vbi Greg. Lopez.

SVMMARIVM.

83 *Pater habens filios simul & nepotes tempore executionis facultatis Regiæ ad faciendum maioratum, filios excludere non potest.*

84 *Filijs primò nominatis existentibus,non est locus cæteris posterioribus descendentibus, & num.*89.

85 *Forma data per Principem,in quantum fieri possit,est seruanda.*

86 *Licentiam habens ad vendendum bona maioratus,an possit illa obligare,aut hypothecæ subiicere.*

87 *Dispositio quando in filiis primi gradus verificari non potest , in nepotibus , qui sunt in secundo, procedit.*

88 *Quid quando viuente patre filius primi gradus decedat.*

90 *Licentia data ad faciendum maioratum,quando adsunt plures filij,restringi an debeat.*

91 *Priuilegium in aliorum præiudicium strictè debet interpretari.*

92 *In priuilegiis contra ius commune statutis , & aliis dispositionibus odiosis,filiorum appellatione non veniunt nepotes,& n.*93.*&* 96.

94 *In transuersalibus* , filiorum *appellatione an veniant nepotes.*

95 *Agitur de duabus doctrinis contrariis* Greg.Lop.*quæ sit verior,& n.*97.

98 *Pater habens filium , & ex eo nepotes , an possit in vnum ex nepotibus factre maioratum. Et quid in melioratione, n.* 99.

100 *Non omne simile est idem.*

101 *Argumentum à simili, quando non procedat.*

102 *Filius si proprio nomine in facultate nominetur, non potest fieri maioratus in nepotem,& n.*106.

103 *Conditio explicanda in persona alicuius sub nomine proprio, non potest explicari in persona hæredis.*

104 *Repetitio an inducatur in substitutione facta proprio nomine.*

105 *Nepotes nomine proprio nominati , an per capita succedent.*

107 *Concessa facultate instituendi maioratum in filium proprio nomine nominatum , & eius descendentes, an liceat fœminas excludere ob masculos transuersales.*

108 *A forma decreti non est recedendum.*

109 *Pater habens facultatem instituendi maioratum in vnius filij specialiter nominati personam , eo mortuo,an in alium filium possit instituere.*

110 *Rescripta sunt stricti iuris.*

111 *Legatum factum nascituro ex viro talis familiæ, an debeatur, si ex alia nascatur.*

112 *Ampliatio ad* l.27.Tauri, *hodie* l.11. tit.6. lib.5. Recopil.

113 *Facultas Regia data propter seruitia ad faciendum maioratum in filium,an ad nepotem extendatur.*

114 *Filij possè nobilitatem patri concessam , priuilegio nobilitatis gaudere debent , & ibi quid de nepotibus.*

115 *In remuneratione an lata debeat fieri interpretatio.*

116 *Immunitatis priuilegia strictè debent interpretari.*

117 *Vtilitas communis priuatæ præferitur.*

118 *Immunitatis priuilegium an ad fœminas extendatur.*

119 *Filius si ab ascendente nominetur, an veniat nepos. Et ibi quid si ab alio nominetur.*

120 *Quid quando testator in stirpes,non in capita substituit.*

121 *Filiorum appellatione an veniant nepotes nondum nati tempore testamenti.*

122 *Licentia ad faciendum maioratum , an comprehendat nepotem nondum natum tempore impetratæ licentiæ.*

123 *Substitutio facta per verba,futuri temporis tractum denotantia , natos post mortem testatoris an comprehendat.*

124 *Filio naturali mortuo , nepote ex eo remanente , si pater naturalis in vxorem concubinam accipiat , an possit nepos legitimari.*

125 *Facultatem habens faciendi maioratum in nepotem , an possit facere in nepotis patris filium , si ex filio nepotes non habeat.*

126 *Nepotes ex fratre an veniant nepotis appellatione, refertur quædam sententia affirmans.*

127 *Contraria sententia, & tenenda , & num.*129.131. 133.*&* 140.

128 *Filius fratris ex natura copulæ* nepos *dicitur.*

130 *Priuilegium datum fratribus Minoribus, an habeat locum in Religiosis S.Claræ.*

132 *Filius fratris* nepos *impropriè dicitur.*

134 *Fratrum appellatione , an veniant consobrini , aut alij vlteriores.*

135 *Quid si agatur de agnatione conseruanda.*

136 *In hominis dispositione , an quoad' successionem de filiis fratrum prædefunctorum , ac de extantibus iudicetur.*

137 Fratris *appellatione, an liberi fratris,& sorores veniant. Quid de filio sororis, num.*138.

139 *Filiorum appellatione quando veniant nepotes , remissiuè.*

141 *Pater qui semel constituit maioratum in filium , an possit facere in nepotem fratris filium.*

142 *Nepotis appellatione an pronepos comprehendatur, & num.*144.145.*&* 147.

143 *Pronepoti vel abnepoti, an vt filio , sint alimenta decernenda.*

146 *Vocatio facta sub nomine* filiorum , *pronepotes an comprehendat.*

148 *Pater faciens pactum de non meliorando filios , an nepotes possit meliorare.*

149 *Statutum sorores propter patruum excludens , an excludat propter filios patrui.*

SEcunda principalis sit conclusio , quòd quotiescunque pater tempore , quo vtitur facultate Regali , quam habet ad faciendum maioratum in filium, habet filios simul & nepotes, † non potest facere ma- 83
ioratum in nepotes. Quæ conclusio deducitur ex Ioan. Fabro *in dicto §.final.* vbi dicit, quod verbum *(filij)* non verificatur in nepotibus, quando adsunt filij , qui sunt in primo gradu , per textum *in dicta l.liberorum, §.quod tamen Cassius , ff.de legatis* 3. & idem tenet Decius *in consilio* 1. *in fine* , & Alciatus *in dicta l. iusta, num.*3. vbi dicit , quod dum supersunt filij , qui prius nominati sunt , † non est locus cæteris posterioribus 84
descendentibus; & alij quos citant Curtius Iunior *consilio* 57.*num.*7. Socinus Iunior *in consilio* 116.*num.*11. *&* 29.*lib.*1. Gozadin. *consilio* 36.*num.*6. & alij plures, quos citat Zanchus *in l.hæredes mei, §.cum ita,*4.*part. num.*164.*folio* 86.*ff. ad Trebellianum* : Menochius *in consilio* 215.*num.*39. *libro* 3.ad ista legendus. Et hoc verum mihi videtur , & ex mente omnium legum & Doctorum,qui in hac materia loquuntur. ¶ Et pro hac conclusione facit , quia à forma data per Principem, in quantum possibile fuerit, † non est recedendum, *l.si* 85
pupillorum , §.primo , ff. de rebus eorum , facit Glossa *in l.non debet, ff. de regulis iuris.* Per quæ iura tenet Gregorius Lopez *in l.*6. *titul.*11. *partit.* 6. *in glossa , in verbo,* No valdrà , *folio* 84. *columna* 1. *in versic. & si data fuit licentia.* Quod habens licentiam ad vendendum bona maioratus,† non potest virtute talis licen- 86
tiæ illa obligare, vel hypothecare. Et ad hoc faciunt scripta per Decium *in dicta l. non debet.* Euerardum *in centum locis , loco* 65. *à minori , pagina* 448. licèt in hoc contrarium teneat Molina *libro* 4. *de primogen. cap.*5. *num.* 15. *folio* 158. quem sequitur Episcopus Sarmiento *libro* 6.*selectarum interpretationum , cap.*7. *num.*7.*folio* 16. Et Ioan.de Imola & Alexand. *num.*7. *in dicto §. instituens ,* dicunt , quòd quando dispositio confertur in futurum , *filiorum* appellatione comprehenduntur nepotes : quia par affectio testatoris ad nepotes præsumitur , filiis præmortuis , si nepotes supersunt. Notatur per eundem Alexandrum *in consilio* 26. Videretur fortasse, *libro tercero* , & facit notabile consilium *Angeli* 88.

Præterea , quando dispositio non potest verificari in personis filiorum primi gradus, sub *filij* nomine, vt suum sortiatur effectum in nepotibus , qui sunt in secundo gradu , † procedit ; aliàs si sortiri potest ef- 87
fectum , non verificatur in nepotibus : *l.Lucius , vltima , ff. de hæred. instit. l.*2. *§.si mater , ff. ad Tertullianum* , & ex Bartolo *in dicta l. liberorum* , deducit Aretinus *in dicto §.instituens , num.*39. & tenent Cardinalis & Abbas *num.*8. post Hostiensem *in dicto cap. ad extirpandas.* Tradit notabiliter Carolus Ruinus *in consilio* 132. *num.* 7. *libro* 3. vbi dicit, quòd si fundatore viuo , filius primi gradus fuerit mortuus , prouisio facta filio † verificatur in nepotibus. Et idem 88
tenet Carolus Ruinus *in consilio* 203. *num.* 22. *libro* 2. *& in consilio* 154. *num.* 4. *eodem libro* ; & ista faciunt etiam pro præcedenti conclusione. ¶ Et quod dispositio vbi potest habere locum in filiis primi gradus , † non extendatur ad nepotes , tenet Bart. *in l.* 89
*liberorum , colum. penultim. num.*18. & probatur *in dicta l. Gallus , §. idem credendum* , & notatur per Ludouicum Gozadinum *in consilio* 56. *num.*6. & Bartholomæum Socinum *in consilio* 104. *Quoniam præsens consultatio , libro* 3. Quod maximè procederet , vbi in facultate Regia est separatim facta mentio de filiis. atque nepotibus : quia tunc *filiorum* appellatione non comprehenduntur nepotes , vt tradunt Corneus *consilio* 122. *numero* 28. *libro* 2. & Carolus Ruinus 131. *columna* 2. *libro* 2. Gozadinus *consilio* 4. *colum.*2. Menochius *consilio* 111. *num.*4. *lib.*1.

Quod præterea fundatur , quia licèt ex his , quæ

in principio huius quæſtionis dicta ſunt, perſuaſum pluribus ſit, quòd licentia data per Regem ad faciendum maioratum, eſt potius amplianda, quàm reſtringenda: ego ſemper in ea fui ſententia, quòd id verum eſt, vbicunque non agitur de præiudicio aliorum filiorum, quibus legitima tollitur, vel diminuitur ex confectione maioratus. Nam ſi adſint alij filij, vel nepotes, quibus ſit præiudicium ex tali facultate, talis licentia † potius debet reſtringi, quàm ampliari in aliorum filiorum, vel nepotum præiudicium: quia ſiue ſit beneficium, ſiue ſit priuilegium in præiudicium aliorum † ſtrictè debet interpretari, *l. §. meritò, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico*, cum *ſimilibus*. Imò talis facultas potius eſt diſpenſatio, quàm gratia, vt ſuprà latè docui *in dicta quæſtione* 3. Nec quicquam refert, quòd frater maior teneatur alios filios alimentare: quia alimenta cum vita finiuntur. Et experientia cognitum eſt, quantas neceſſitates patiantur fratres minores illius, qui maioratum poſſidet: Nam quodammodo ſunt ſerui fratrum primogenitorum.

Notum autem eſt, quòd Bart. *in dict. l. liberorum, num.* 7. palam affirmat, quòd vbicumque Princeps concedit alicui priuilegium † contra ius commune, quia priuilegia ſunt ſtrictè interpretanda, iuxta *l. ſi quando, C. de inofficioſo teſtamento*, cum *ſimilibus*, tunc *filiorum* appellatione non veniunt nepotes. Et omnes poſt Bartolum *ibi*, & vbicumque concludunt, quòd in qualibet materia ſtricta, provt in ſtatutis, vel contractibus, *filiorum* appellatione non veniunt nepotes. Quod latè traditur per Iaſonem *in l. ſi extraneis, num.* 20. *ff. de condit. caus. dat.* Et eſt communis opinio, quam ſequitur Angelus Aretin. *in dict. §. fina'. Inſt. qui teſtam. tutor. dar.* & tradit Azeued. *in l. 1. titulo 1. libro 6. Recopilationis, n.* 31. Et regulariter in qualibet materia odioſa, *filiorum* appellatione † non comprehenduntur nepotes, *l. lege Iulia, §. hoc capite, ff. de ritu nuptiarum: l. Patri, ff. de adul. er.* Gloſſa *in dict. l. filij, ff. de verborum ſignificatione*. Notat Bartolus *in dict. l. liberorum, num.* 6. Antonius Gabriel *dict. titul. de verborum ſignificatione, concluſ.* 1. *num.* 49. Epiſcopus Couarru. *reſolutionum, libro* 2. *cap.* 8. *num.* 2. Ioan. Gratian. *regul.* 205. *num.* 1. qui plura refert, & materiam congerit. De quo puncto legenda ſunt quæ ſcribo *part.* 2. *quæſt.* 9. *à num.* 35. & quæ tradit in contrarium Epiſcopus Sarmiento *in l. Gallus, §. inſtituens, num.* 3. *fol.* 204. *ff. de liberis & poſthumis*, vbi arguit contra Bartolum *ibi*.

Et quod in transuerſalibus, *filiorum* appellatione non veniant nepotes, tradit Rolandus *in conſilio* 43. *num.* 39 *libro* 4. & eligi debet *num.* 3. Et quando filij vocantur cum aliqua qualitate, quæ non reperitur in nepote, nepotes † non veniunt *filiorum* appellatione, vt probatur *in l. final. C. de naturalibus liberis*, & tenent Bartol. & alij, quos citat Auguſtinus Beroius *in conſil.* 71. *num.* 28. *lib.* 1. qui hoc tradit in notabili caſu de ſucceſſione patrui & nepotis in primogenitura. ¶ Et ex his fundatur doctrina Gregorij Lopez qui, (Deus eſt mihi teſtis,) poſtquam hæc ſcripſi à me viſus eſt, *in l. 32. tit. 9. partit. 6. in gloſſ. in verbo*, No valdrà *fol.* 69. vbi expreſsè tenet, † quòd ſi conceſſit Princeps licentiam alicui ad faciendum maioratum in vnum ex filiis, etſi pater plures filios habeat, non poteſt facere maioratum in nepotem: quia ſecundùm eum vbicunque agitur de præiudicio alterius, dicitur *priuilegium* talis licentia. Et quando nullius exoritur præiudicium, dicitur *beneficium*, refert notata per Bart. *in d. l. liberorum*, & ibi ſcribit alia ad propoſitum huius materiæ. Et quòd vbi agitur de præiudicio Tertij, *filiorum* appellatione † non comprehendantur nepotes, volunt Decius *in conſ.* 95. *col* 4. *& num.* 83. Menochius *in conſ.* 315. *num.* 24. *lib.* 4. Pro quo vltra ſuperiora facit, quòd prohibitio de non alienando, facta filiis, quia eſt odioſa, non extenditur ad nepotes, *text. in Authen. de reſtitut. §. nos igitur, coll.* 9. vbi notatur, & per Cinum & Baldum *in l. voluntas, C. de fidecommiſ.* vbi etiam Salicetus & alij, quos refert Alexand. *in conſ.* 55. *ponderat's. num.* 11. *lib.* 3. & plures citat Rolandus *conſ.* 42. *num.* 24. *lib.* 4. & iterum *num.* 4. De quo latiùs tracto *in* 2. *part. huius operis, quæſt.* 6. *à num.* 67. Et hoc tenendum eſt, quamvis idem Gregorius Lopez parum ſibi conſtans *in l.* 2 *tit.* 15. *p.* 2. *in gloſſa, in verbo, Si dexaſſe fijo, in verſic. & etiam*, † contrarium ex diametro teneat, vbi indiſtinctè affirmat, quòd habens facultatem ad faciendum maioratum in filium, poteſt facere in nepotem. 97

Ex his infertur, quòd ſi pater habeat Regiam facultatem ad faciendum maioratum in filium, qui plures filios habet, quòd † non poteſt pater in præiudicium filij facere maioratum in aliquem nepotum, niſi patre conſentiente; ſed ſi filius conſentiat, nihil eſt quod impediat, quominus in aliquem nepotum poſſit facere maioratum, ratione ceſſante eorum, quæ ſuprà dicta ſunt. Et qualiter pater vnicum tantum filium habens, ex quo habet plures nepotes, poſſit vnum ex nepotibus, filio omiſſo, meliorare, tradit Epiſcopus Couarr. *reſolution. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 4. *folio* 79. quem ſequitur contra Antonium Gomez Tellius *in l.* 18. *Tauri, num.* 2. Nec his obſtat *dict. l.* 18. *Tauri*, imò pro iſta opinione facere videtur, quia cum dicta lex ſpecialiter hoc ſtatuat in melioratione, in aliis caſibus † contrarium eſt iudicandum. 99

¶ Nec obſtat ſimilitudo, aut æquiparatio de melioratione Tertij & Quinti: quia † non omne ſimile eſt idem, *cap. innotuit*, vbi Abbas *notab.* 7. *de election. cap.* 2. *de tranſlat. prælat. l.* 1. *C. de veter. iur. enuclean.* Gloſſ. vulgat. *in l. quod Nerua, ff. depoſiti*: Et quando duo ſunt ſimilia ſecundùm quid, & non ſimpliciter, † tunc non procedit argumentum à ſimili, ſi in eo, in quo fit comparatio, ſit diſſimilitudo, ſecundùm Archidiaconum, Dominicum, & Præpoſitum *in cap. relatum, 37. diſtinctione*, Abbas & Imola *in cap. tranſlato, de conſtitut.* Explicat notabiliter Euerardus *in centum locis, loco* 10. *à ſimili, pag.* 129. Vnde licèt maioratus & melioratio æquiparentur quoad reuocationem, eſt ſecundùm quid; & illo caſu, & non generaliter. Vnde in noſtro caſu ſimilitudo non procedit. Et idem quod Gregorius Lopez *in dicta lege*, tenet ipſe *in l.* 2. *titul.* 15. *pariit.* 2. *col.* 4. *poſt principium*: Molina *lib.* 2. *de primogeniis, cap.* 11. *num.* 34. Caldas Pereira *in tertia parte, de poteſtate eligendi, cap.* 15. *num.* 3. qui me refert. 100 101

Tertia ſit concluſio. Quod quotieſcumque quis à Principe impertauit licentiam, & facultatem Regiam ad faciendum maioratum in filium, quem proprio nomine vocauit in facultate impetrata, † non poteſt vti tali facultate in fauorem nepotis, etiamſi ſit nepos ex filio in licentia nominato, vt colligitur ex Bartol. *in dicto §. inſtituens*, & notant communiter Doctores *in l. Gallus, §. idem credendum, ff. de liberis & poſthumis*: Gozadinus *in conſil.* 29. *num.* 15. facit textus *in l. ſi diuerſis, ff. de condition. & demonſtration.* Rebuffus *in l. liberorum* 220. *§. etenim, pag.* 968. *de verborum ſignificatione*, & contrarium dicentes mentiuntur, ſecundùm Bartolum *in dicta l. liberorum*, Curtium Iuniorem *conſil.* 91. *num.* 7. Burſatum qui communem vocat *in conſilio* 128. *num.* 26. *lib.* 2. vbi poſt plures, quos citat, confirmat; quia licèt in fideicommiſſis filius intret in locum patris, quando agitur de ſucceſſione aui, aut patrui, id fallit vbicunque filius fuit proprio nomine nominatus: quia tunc filius non intrat in locum patris, imò etiamſi nepotes per relationem ad aliud tantum nominentur, non veniunt filiorum appellatione, vt per Corneum *conſilio* 290. *num.* 4. & alios quos citat Hieronymus Gabriel *in conſilio* 121. *num.* 22. Michael Graſſus *in libro de ſucceſſion. §. fideicommiſſum, quæſt.* 10. *num.* 12. *pag.* 187. per quem *Bart.* tenet; quod quando conditio eſt explicanda in perſona alicuius ſub nomine proprio, † non poteſt explicari in perſona hæredis. Notat Barthol. Socinus *in conſ.* 24. *num.* 11. *libro* 3. & conducunt notata *in cap. quoniam* 102 103

quoniam Abbas, de officio Delegati, & hanc etiam ſententiam, poſtquàm hæc ſcripſi, reperi quòd tenet Gregorius Lopez *in dict. l.* 2. *titul.* 15. per *l. ſi quis ita*, vbi Bartol. *ff. de teſtament. tutel.* & pro hac concluſione plures citat Antonius Gabriel *in loco ſuprà citato, de verborum ſignific. num.* 70. *pag.* 338. Et Menochius *in d. conſ.* 315. *lib.* 4. *num.* 22. & faciunt ſcripta per eundem *in conſ.* 347. *num.* 9. *& in conſ.* 327. *num.* 15. *eodem libro*; & quod tradit idem Menochius *in tractatu præſumptionum, lib.* 4. *præſumptione* 84. *num.* 21. *fol.* 148. vbi ſcribit, quòd † nunquam inducitur repetitio in ſubſtitutione facta proprio nomine, ex Socino *in l. quæ conditio, ff. de condition. & demonſtrationib.* Pariſius *in conſil.* 2. *num.* 57. *lib.* 3. Molina *libro* 3. *de primogenitura, cap.* 5. *num.* 6. Marcus Anton. Eugenius, vbi tamen hoc limitat *conſilio* 84. *num.* 11. Burſatus *in conſil.* 13. *n.* 24. Et ad iſta eſt aurea *deciſio* Matthæi ab Afflictis 309. vbi reſoluit, quòd quando nepotes ſunt nominati propriis nominibus, † ſuccedunt per capita, & non per ſtirpes, *per leg. Quoties, §. hæredes, l. interdum, in princ. l. liber homo, §. Titius, ff. de hæredibus inſtituendis*, & ibi legi debet Additio *fol.* 78. 104 105

Ex quibus confirmatur ſententia illorum, qui dicunt, quòd nepos † non intrat in locum filij, quando filius eſt nominatus nomine proprio, vt Decius *conſil.* 380. *verſic. & hoc idem.* Curtius Iunior *conſil.* 166. Rubeus *conſil.* 40. Pariſius *conſil.* 30. *n.* 52. *lib.* 2. & alij, quos citat Anton. Gabriel *tomo* 2. *communium opinionum, lib.* 4. *de fideicommiſſ. concluſ.* 3. *num.* 6. *pag.* 249. Quod notandum eſt pro intellectu famoſæ Gloſſæ *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legatis* 2. quàm ipſe Gabriel latiſſimè explicat, & tradit Franciſcus Mantica *in tractatu de conjecturata mente defuncti, lib.* 8. *titul.* 8. *num.* 4. *pag.* 334. vbi legenda ſunt plura ad iſtam materiam pertinentia. 106

Ex quibus (vt prædixi) infertur, quod ſi Rex concedat alicui facultatem faciendi maioratum in aliquem filium, quem proprio nomine nominauit, & in eiuſdem deſcendentes, † non poteſt excedere à forma facultatis, nec alium vocare in defectum nominati in facultate, & illius deſcendentes, & vocando maſculos tranſverſales. Ad quod facit regula *l. diligenter, ff. mandati*: & quia à forma reſcripti non eſt recedendum, *cap. accepimus, & cap. porrò, de priuileg.* & eſt bonus textus *in l. filius à patre, §. ſi quis ex certa vxores, ff. de liberis & poſthumis*, ibi: *Si quis ex certa vxore natum ſcribi t hæred m in periculum rumpendi teſtamentum deducit, ex alia ſuſceptis liberis*, idem Gloſſa & Scriben. *in l. ideoque*, quam legunt, iuncta *l. Pacet, ff. eodem tit. ulo.* Ad quod eſt etiam egregium conſilium Pauli de Caſtro, 164 *n.* 11. *lib.* 2. & conducunt etiam quæ circa intellectum *l.* 27. *Taur.* ſcribunt ibi Gomez Arias *num.* 59. Tellius *num.* 16. Molina *lib.* 2. *de primogen. cap.* 12. *num.* 83. *fol.* 323. & eſt etiam bonus textus *in l. vltima, C. de prad. Decurio. lib.* 11. Vbi probatur, quòd † à forma decreti non eſt recedendum; & vrgent alia quæ ſcribo *in hac* 1. *part. quæſt.* 5. *num.* 1. *cum ſequentibus, & in* 4. *part. quæſt.* 1. *illatione* 1. *à n.* 17. *cum ſequentibus*, quæ notanda ſunt, quia vidi in praxi in negotio maximi momenti: & ad iſta eſt textus omnibus expreſſior, ac indiuiduus *in d. l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legatis* 2. Nec minus facit *l. vnum ex familia, §. ſi de falcidia. ff. de legatis* 2. *l. humanitatis, C. de impuber. dict. l.* 27. *Tauri*, hodie, *l.* 11. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopilationis*. Et pro iſta ſententia poſſumus inducere textum ſingularem *in l. hæredes mei, §. vltimo, ff. ad Trebellianum: in l. cum pater, §. à te peto, ff. de legatis* 2. ibi: *Non eſſe datam electionem, ſed ordine ſcripturæ ſubſtitutionem factam eſſe reſpondi.* 107 108 109

Et opportunum eſt, quod ſcribit Gregorius Lopez *in l.* 32. *titulo* 9. *part.* 6. *in gloſſa in verbo, No valdrà, col.* 9. *verſic. quid autem ſi Rex conceſſerit licentiam*, vbi vult, quòd ſi Rex concedat licentiam alicui faciendi maioratum in perſona vnius filij ſpecialiter nominati, † non poteſt eo mortuo facere maioratum in alium filium. Quod ſequitur Molina *lib.* 2. *de primogen. cap.* 11. *n.* 42. *fol.* 322. quem citat Petrus Surdus *deciſione* 325 *num* 9. Pro quibus etiam facit regula textus *in l. quamdiu, ff. de acquirend. hæred. l. quandiu, ff. de regulis iuris*, & concordantes cum ea. Ad hæc facit, quia reſcripta † ſunt ſtricti iuris *cap. cum dilecta, cap. ſignificante, de reſcriptis*, notat Tiraquellus *libro* 1. *de retractu, §.* 1. *gloſſa* 9. *num.* 183. *pagina* 187. *& §.* 25. *gloſſa* 1. *numero* 13. *pagina* 698. 110

¶ Prætereà legatum factum naſcituro ex viro talis familiæ, † non debetur, ſi ex alia naſcatur, vt tradit Cephalus *in conſil.* 267. *num.* 2. *lib.* 2. Sic ſingularis diſpoſitio textus *in l.* 1. *C. de impuber. & aliis*, de qua ago *in* 2. *part. quæſt.* 6. non procedit, quando ſubſtituti nominibus propriis eſſent ſubſtituti, ſecundùm Decium *ibi, limitatione* 1. Ronchen. *in l. Reos, §. cum in tabulis, num.* 60. *ff. de duobus reis*: Zanchum *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellianam, pariit.* 4. *nu.* 288. *pag.* 101. 111

¶ Et ex omnibus ſuperioribus infertur ſingularis ampliatio ad famoſam *l.* 27. *Taurinam*, hodie *l.* 11. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopilationis*, quia ſicut pater tenetur vocare ad meliorationem filios naturales poſt legitimos, & illorum deſcendentes, † ita tenetur vocare nepotes naturales. Quod docent verba illius legis, ibi: *Entre ſus deſcendientes y legitimos*. Cum deſcendentium appellatione veniant omnes deſcendentes in infinitum, iuxta *Authenticam, de hæredibus abinteſtato venientibus*. 112

Cogita etiam lector, quando alicui conceditur per Principem facultas faciendi maioratum in filium propter ſeruitia illius, cui licentia conceditur: an virtute talis licentiæ poſſit facere maioratum in nepotem, licèt filium habeat? Quia Baldus *in conſilio* 303. *Ad euidentiam præmittendum eſt, columna* 2. *verſicul. Item iſta interpretatio, lib.* 2. dicit, quòd ſi priuilegium ſit conceſſum cuipiam, & illius filiis propter ſeruitia, licèt in tali priuilegio regulariter non comprehendantur nepotes: propter ſeruitia tamen illius, cui priuilegium conceſſum fuit, poſſunt nepotes tali priuilegio gaudere. Quam doctrinam reperio relatam à Tiraquello *in l. ſi vnquam, C. de reuocand. donat. in verbo, Donatione largitus, num.* 55. *pag.* 203. Quod dictum licèt in aliis caſibus poſſit eſſe verum, in noſtro propoſito, † minimè tenendum puto: cùm remuneratio benemeritorum non debeat extendi in præiudicium filiorum illius, qui maioratum facit, in quorum damnum pater vult facere maioratum poſthabitis filiis, qui ſunt in primo gradu. 113

Sed tamen ex prædicta doctrina Baldi poteſt inferri intellectus *ad l.* 4. *& 5. tit. ul.* 1. *lib.* 4. *Ordinamen.* quæ dicunt, quòdd filij illorum, quos Rex nobiles fecit, & armauit, † debent gaudere priuilegio Nobilium; ſi tamen concepti fuerunt poſt datam nobilitatem: nam ſi talis nobilitas conceſſa fuit propter ſeruitia facta Regi in bello, vel aliàs, videtur quòd nepotes tali priuilegio gaudere debent: quamvis in priuilegio id non ſit expreſſum. Ad quod etiam facit, quòd cum agitur de remuneratione, lata † debet fieri interpretatio, ſecundùm Guillelmum de Cuneo *in l.* 3. *in principio, ff. quod quiſque iur.* Decium *in cap. vltimo, colum.* 2. *de conſtitution.* & alios plures quos refert Tiraquellus *in dicto loco, num.* 89. in quo maturius eſt cogitandum. Quia hæc priuilegia immunitatum & relenationum à tributis, ſunt in multorum præiudicium, & ideò † ſtrictiùs ſunt interpretanda, *l. ex facto, in principio, vbi Doctores, ff. de vulgar.* cum *concordantibus*. Et quòd priuilegium immunitatis ſit ſtrictè interpretandum, cùm ſit contrarium publicæ vtilitati, patet; quia excuſat priuilegiatum à muneribus & tributis, quæ in alios transferuntur. In effectu enim nihil Rex ex propriis reditibus amittit, vt patet ex legibus Regni, præcipuè ex *Pragmatica Regis Ioannis, data Toleti, anno* 1422. *& l.* 1. *tit.* 4. *lib* 4. *Ordinam.* licèt contrarium eſſet de iure communi, ſecundùm Speculatorem & Ioannem Andream *in tit. de cenſibus, §. nunc dicendum*, 114 115 116

versic. quid si vniuersitas, Henric. Cardina. & Anton. *in cap. peruenit, de immunit. Eccles.* & est communis opinio secundùm Iasonem *in l. anus, num. 9 ff. de pact.* Fundat latè Stephanus Bertrandus *in consil. 181. n. 22. lib. 3.* concludentes, quod priuilegium immunitatis concessum per Principem non præiudicat ciuitati, sed ipsi Principi, qui minus percipere debet. Sed nos leges Regni seruare debemus. Ex his ergo constat, quod tale priuilegium est ſt. ictè interpretandum, quia vtilitas
117 communis † semper præfertur priuatæ, *Authent. res quæ, C. commun. de legat. text. singul.* qui non refertur *in l. vnica, §. vltimo, in vers. tantum etenim, C. de caduc. tollend.* Et quòd talia priuilegia immunitatis sint restringenda, voluit Paulus *in l. maritum, ff. soluto matrimonio*, Alexan. *in l. quia tale, ff. solut. matrim.* & alij, vt per Ripam *responſ. 183. num. 19.* Notat eleganter Iaſo *in conſ. 83. lib. 3.* & est bona *l. 10. tit. 18. p 3.*

Et pro hoc in simili facit, quod priuilegium immunitatis, quia censetur contrarium publicæ vtilitati, cum
118 excuſet habentem à muneribus publicis, † non porrigitur ad descendentes ex fœminis, secundùm Glossam *in l. ſi ita ſcriptum, in verb. vocabulo, ff. de legatis 2.* quæ ita intellexit textum *in l. 1. ff. de iure immunitat.* Notat Albericus *in cad. l. 1.* Bartol. *in d. l. liberorum, num. 7. ff. de verbor. ſignific.* & alij, quos refert Arius Pinel. *in l. 3. C. de bonis matern. num. 32. pag. 194.* Et hanc opinionem in hac specie tenet Otalora, quem legi postquam hæc scripseram, quamvis non ita fundet *in tractatu de nobilitate, 4. p. cap. 3. num. 6. fol. 113.* & idem tenet *in cap. 1. eadem 4. p. num. 7. fol. 112.* Pro quibus facit conclusio *ſuprà num. 92. 93. & 96.* fundata, quòd in materia odiosa, *filiorum* appellatione non-veniunt nepotes. ¶ Et nota vnum extraordinarium, quòd quando
119 filius nominatur ab ascendente † venit nepos; secus si nominetur ab alio, secundùm Bartholom. Socinum *in conſ. 14. num. 2. lib. 1.* Cephalum *in consilio 194. n. 21. lib. 2.* ¶ Et quod quando testator substituit stirpes, &
120 non in capita, sub nomine *filiorum* † veniant nepotes, tradunt Curtius Iunior *in conſ 161. n. 1.* & Socinus Iunior *in conſ. 1. n. 44. lib. 3.* Menochius *in tractatu præſumptionum, lib. 4. præſumpt. 94. n. 28. fol. 177. & præſumptione 95. num. 36.*

Sed dubitari potest, an virtute licentiæ datæ alicui, vt possit facere maioratum in filium, valeat eligere nepotem, qui non erat conceptus tempore impetratæ licentiæ? Dubium facit quædam doctrina Franciſci de Aretio in subscriptione facta ad quoddam consilium Bartholom. Socini 152. *Caſus iſte non eſt nouus. num. 13.*
121 *lib. 1.* vbi dicit, quòd *filiorum* appellatione † non veniunt nepotes, qui nondum erant nati tempore testamenti, nec tempore mortis testatoris, per *text. & Gloſſam in l. ſi cognatis, ff. de rebus dubiis.* In quo consilio etiam subscripsit Ioannes Baptista de Caccialup. & pro hac doctrina, plura refert Tiraq. *lib. 1. de retractu, §. 1. gloſſ. 9. num. 85. pag. 158. & in numeris antecedentibus.* Et facit notabile consilium Baldi 121. *num. 3. lib. 2.* vbi resoluit, quòd nepotes non existentes in rerum natura tempore mortis, non possunt venire ad successionem.

Vtcunque autem sit in eo casu, in quo *Aretinus* loquitur, in nostro casu existimo, quòd si sit eadem ratio in nepote, quæ in filio, & ille qui vult facere maiora-
122 tum filios non habeat, † potest fieri maioratus in nepotem virtute talis licentiæ, licèt conceptus non fuerit tempore datæ licentiæ, vt facultas non sit illusoria, sed effectum sortiatur. Et pro hac opinione faciunt aliqua, quæ scribit Tiraquellus *in dicto loco, n. 86.* cum aliis. Pro qua conclusione conducunt quæ scribit Curtius Iunior *in conſ. 111. num 5. & 18.* & Idem *conſ 172. n. 21. lib. 2.* Carol. Ruinus *conſ. 117. lib. 2.* Nec obstat doctrina *Aretini*, quia illud est propterea, quod ex mente testatoris non censentur vocati nepotes nondum nati tempore testamenti, quod cessat in nostro casu. Quod confirmo, quia vbicunque substitutio fit per verba denotantia tractum futuri temporis, provt est in maiora-

tibus, † comprehenduntur concepti & nati post mor- 123
tem testatoris; quia attenditur tempus existentis conditionis: & satis est quod concepti reperiantur tempore, quod cedit dies fideicommissi, secundùm Carolum Ruinum *in conſ. 143. n. 10. lib. 3.* Parisium *in conſ. 31. n. 41. lib. 2. & conſ. 39. n. 16. & conſ. 83. n. 13. & conſ. 36. n. 10. & conſ. 88. col. penult. n. 32. eodem libro*: & est communis opinio secundùm Anton Rubeum *conſ. 8. n. 10.* Cephalum *conſ. 16 n. 63. & conſ. 202. n. 8. & in conſ. 318. n. 34. cum ſequentibus, lib. 3.* & alios, quos citat Quintil. Mandosius de ætate minoris, *cap. 2. num. 28. fol. 6.* & faciunt quæ scribo *part. 2. quæſt. 6.* & infrà *quæſt. 21. à num. 13.* & hæc mihi videntur in hac quæstione, quæ de facto quotidie contingit.

¶ Animaduerto etiam, quòd si mortuo filio naturali, remanente ex eo nepote, pater naturalis accipiat concubinam in vxorem, † non potest nepos legitimari, 124
quia talis legitimatio requirit personam filij vt extendatur ad nepotem, vt tradunt Decius *in conſ. 343.* Baldus, & alij, quos citat Gregorius Lopez *in l. 1. tit. 13. p. 4. in gloſſa, Se caſa con ella, col. 2. verſic. nota etiam quod ſi mortuo.*

Notandum etiam est in hac materia, quòd si quis habeat à Principe facultatem faciendi maioratum in nepotem, † potest illum facere in nepotem fratris filium, 125
nisi habeat nepotem, vel nepotes ex filio. Quod suaderi potest ex doctrina Iacobi de Bellovisu *per textum ibi, in cap. 1. §. ſimiliter, num. 5. quib. mod. feud. amitt.* vbi dicit, quòd si quis acquisiuit emphyteusim pro se & suis nepotibus, intelligitur etiam de filiis fratris. Et idem dicit esse in priuilegiis, per textum *in l. ſi inſtituta, §. 2. ff. de inoffic. teſtam. & l. hæredibus, §. vlt. ff. ad Trebell.* Et quod nepotes ex fratre, latè sumpto vocabulo † veniant ap- 126
pellatione *nepotis*, volunt Bald. & alij *in l. 1. C. de ſucceſſor. edict.* quos citat Menoch. *in tractatu præſumptionum, lib. 4. præſumpt. 89. num. 60. fol. 163.* facit textus *in cap. 1. §. ſimiliter*, ibi, *nepotem*, filium fratris, *quibus modis feud. amitt.* vbi idem Baldus & alij, quos citat Iaſo *in l. ſi auia, n. 9. C. de ſucceſſ. edict.* Præpositus *in cap. duo pueri, n. 3. de deſponſation. impuberum.*

Sed contrarium in nostro proposito † est verum, per 127
ea quæ scribit Decius *in cap. per tuas, n. 5. de probat.* vbi Gloss. Parisien. *in addition.* Et quia nos nunquam communi vsu loquendi vocamus *nepotem*, fratris filium, sed *ſobrinum*, quod notissimum est, & notat Zasius *in conſ. 7. n. 5. lib. 1.* Vnde, cum in quacunque materia & dispositione seruandus sit communis loquendi vsus, qui propriæ etiam significationi præfertur, *l. librorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de legatis 3. l. 4. tit. 33. part. 7.* sequitur quòd in prædicto casu, etiam si quis non habeat nepotes descendentes, non potest vti facultate Regia in fauorem filiorum fratris. Et pro hoc facit notabilis doctrina Baldi *in d. l. ſi auia, n. 3. C. de ſucceſſor. edict.* vbi inquit, quòd si statutum dicit, quod filij & nepotes excludant fœminas, non intelligitur de filiis fratrum, nisi statutum diceret, quòd fratres & nepotes defuncti excluderent fœminas: quia tunc filius fratris † dicitur nepos ex na- 128
tura copulæ, quæ continet ea quæ sunt sub eodem genere, *l. cum de lanionis, §. aſinam, ff. de fund. inſtruct. l. vlt. §. cui dulcia, ff. de vino, tritico, & oleo legato*, quod volunt ibi Paulus de Castro, Salicetus, & Alexand. Et ad hoc facit doctrina Cornei *in conſ 47. col. 3. lib. 4.* vbi concludit, quod dispositio testatoris faciens mentionem de nepote, † non verificatur in filio fratris. Et posteà tra- 129
dit, quod omnes Doctores tenent, quòd in materia strictè interpretanda, *nepotis* appellatione non venit filius fratris vel sororis, nec etiam de proprietate sermonis, vt latè probat Barthol. Socinus *in l. cum vir, n. 5. ff. de condition. & demonſtr.* Paulus de Castro *in l. ſi dotali, n. 2. ff. ſoluto matrimon.* & confirmat Socinus Iun. *in conſ. 41. num. 12. lib. 1.* & idem quod Corneus concludunt plures Doctores, quos citant Sylua. *conſ. 18. n. 9.* Laurent. Chirchou. *commun. opin. Centur. 4. concl. 53.* Roland. *in conſ. 55. n. 17. lib. 1.* quos citat Bursat. in notabili casu, *conſ. 67. n. 2.*

67. *n. 2.* Menoch. *in tract. præſumpt. lib. 4. præſumpt. 89. num. 60. folio 163.* Pro quibus facit resolutio Curtij Senioris *in conſ. 75.* Domin. Ludouic. *num. 14. verſ. & ſi quiſquam dixerit*, vbi tradit, quòd si statutum dederit licentiam disponendi inter fratres tantum, non censetur prohibuisse per illam taxatiuam inter filios fratrum, tradunt Aymon. *in tract. de antiquit. temporis, p. 4. verſ. tranſeamus, n. 127.* Fuluius Pacianus *in tract. de probat. lib. 1. c. 31. n. 9. folio 92.*

Ex quibus venit, quòd priuilegium datum fratribus
130 Minoribus † non habet locum in sororibus religiosis sanctæ Claræ, secundum Bald. *in l. tres fratres, notab. 1. ff. de pactis*, & alios quos citat Natta *in conſ. 432. n. 4. l. 2.* De quo legi debent Sylueſter, *verb. Excommunic. 6. folio 210.* Marianus Socin. *in cap. ſi quis Clericus, de foro compet. num. 12 folio 72.* Tiberius Decian. *tomo 1. practicæ criminalis lib. 4. cap. 9. num. 34. folio 157.* Et nepotis significatio pro filio fratris recens est, & nunquam Iurisconsultis, nec Imperatoribus cognita, vt animaduertit Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, num. 266. C. de reuocand. dona.* Et hoc est tenendum, quidquid concludat Barthol. Socin. *in conſ. 124. num. 1. lib. 4.* & alij, quos refert Rebuffus *tom. 2. ad conſtitut. Regias, tract. de cenſibus, art. 11. gloſſ 5. pag. 468. & in proœmio, ff. de verbor. ſignific. p. g 2.* qui volunt, quòd secundùm communem vsum loquendi, *nepotis* appellatione venit filius fratris, quod apud Hispanos
131 † falsissimum est, quod tenendum est, licet contrariam teneat expressè, loquendo in vsu loquendi in Hispania, Curtius Senior *in conſ. 29. In caſu conſilij:* & Ioan. Andr. *in cap. fundamenta, de el. ct. in 6.* vbi vult quòd illa consuetudo, qua filios fratris *nepotes* appellamus, non indigeat probatione, quem refert Gregor. Lopez *in l. 7. tit. 2. in gloſ. in verbo, Paladino, part. 1.* Curtius *de*
132 *feud. p. 1. q. 1. n. 13. pag. 14.* Et quòd filius fratris † impropriè dicatur *nepos*, tradit Abbas *conſ. 89. num. 2. lib. 1.* pro quo facit quod scribit Rebuffus, *in praxi benefic. tit. de diſpenſat. ſuper defectu natalium, pag. 410. num. 30.*

133 Et quòd appellatione *nepotis ex fratre*, † non comprehendatur pronepos ex fratre, volunt Corneus *in conſilio 47. col. penult. lib. 4.* Decius *in d. l. ſi auia, num. 12. fol. 83.* Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 4. num. 193. pag. 89. ff. ad Trebell.* qui loquitur in notabili casu. ¶ Et quòd appellatione fratrum veniant tantum fratres pri-
134 mi gradus, † & non consobrini, vel patrueles, aut alij vlteriores, tradunt Bart. *in l. Lucius, §. quæſtum ff. de l. g. 3.* & alij quos citat Corneus *in l. humanitatis, num 16. C. de impub.* Roland. *in conſ. 55. num. 17. lib. 1.* Laurent. Chirchoui. *communium opinionum Centur. 4. concl. 53.* Bursatus *conſ. 67. num. 2. lib. 1.* Episcopus Couar. *in epitome de ſponſalibus 2. part. cap. 6. §. 10. num. 5. folio 82.* Ad quod faciunt plura quæ scribit Cephal. *in conſ. 423. num. 134. cum ſeqq. lib. 3.* vbi ex aliquibus tradit, quod in casu *l. humanitatis C. de impuber.* non veniunt filij sororis, sed tantum fratris; quod est notandum ad ea, quæ de substitutione exemplari scribo, *infrà quæſt. 71.*

135 Quod limitatur † nisi agatur de conseruanda agnatione: quia tunc nepos & neptis dicuntur fratres patrueles, secundùm Ioannem Andream *in addition. ad Speculatorem, tit. de ſucceſſ. ab inteſt. in rubric. colum. 1.* Baldum *in l. ſcimus, quæſt. 27. num. 12. C. de inofficioſo teſtam.* cum similibus, vt per Alexand. *conſ. 37. n. 9. lib. 9.* De quo per eundem Alexandrum *conſ. 204. n. 12. lib. 2.* vbi resoluit singulariter in ista materia, quòd in dispo-
136 sitione hominis, per quam vocantur aliqui ad succeſ- sionem, † non iudicatur de filiis fratrum prædefunctorum, prout de fratribus extantibus, per doctrinam Bald. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2.* vbi Gloss. Paris. *in addit.* quæ incipit, *prout*, plures concordantes refert.

Et secundum communem vsum, appellatione *patris*,
137 † liberi quoque fratris & sorores appellantur, secun-

dum Rolandum *in tractatu de lucro dotis, q. 6. num 9.* Cephalum *in conſ. 318. num. 63. lib. 2.* Et limitat doctrinam Baldi, Alexand. & aliorum, quando illi de familia vel agnatione vocantur: quia tunc filij repræsentant patres; & idem tenet eadem Gloss. Parisi. *in addition.* eiusdem Alexandri *conſ. 26. num. 13. l. b. 2.* ad hoc legenda. Circa quod vltimum legenda sunt quæ scribit Molina *lib. 3. de primogen. cap. 7. num. 20. folio 60.* Et quæ ipse scribit, limitanda & restringenda sunt tricesimum ea quæ scribit Gloss. Paris. *in prædictis locis.* Et concordantes ad Baldum *in d. § in fideicommiſſo*, citant Sylua. *in conſ. 18. n. 6.* Laurentius Chirchoui. *communium opinionum Centur. 4. concl. 53.* Roland. *in d. conſ. 55. num. 17. lib. 1.* quos citat Bursatus *in d. conſ. 67. num. 2. lib. 1.* Ex doctrina autem Baldi *in d. l. ſi auia, C. de ſucceſſ. edict.* & aliorum, quæ supra scripsi, est periculosum fundamentum doctissimi Molinæ *lib. 2. de primog. cap. 15. num. 67. fol. 364.* qui ad decisionem quæstionis, num frater possessor bonorum maioratus teneatur alimentare filios fratris? ponit pro fundamento quod *nepos* appellatur *filius frater.*, & ideo iste discedit à prædicto fundamento. Quam doctrinam *Molinæ* citat Auditor Lara *in l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, num. 109 folio 60. ff. de liber. agnoſcend.* quod vidi in practica. De quo legenda sunt quæ scribo *in part. 4. quæſt. 28.* Et hæc adiunant doctrinam Alexand. *conſ. 93. num. 4. lib. 3. & conſ. 55. n. 13. lib. 4.* qui tradit, quòd *ſororis* appellatione † non venit 138
filius sororis, notat Simon de Prætis *lib. 2. de interpret. defunct. volunt. interpret. 3. dubit. 1. ſolutio 3. num. 128. folio 149.* Quando autem *filiorum* appellatione † ve- 139
niant nepotes, vltra prædicta legendus est nouissimè Menochius *in tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 94. num. 1. nm ſeqq. folio 175.* Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. art. 22. num. 45. cum ſeqq. folio 198.* Et est in ista materia notabilis doctrina Baldi *in cap. 1. ſimiliter, quibus modis feudum amittitur*, vbi dicit, quod si quis habet nepotes ex filio, † non includuntur nepo- 140
tes ex filio fratris, secus si non habet nisi nepotes ex fratre, quem refert, & punctum latè tractat Bartholom. Socin. *in l. cum vir, num. 5. & 6. folio 150. ff. de condit. & demonſtr.* Et quod non veniant trinepotes, tradunt Alexand. *in conſ. 180. num. 12. lib. 1.* Corbul. *in tractatu de iure emphyteut. in parte de cauſis ob priuationem feudi, numero 48. folio 56.* qui tradit secus esse in emphyteusi Ecclesiastica, quæ non transit vltra filios & nepotes.

Dubito etiam circa istam quæstionem, pone, quod Rex dedit alicui facultatem ad faciendum maioratum in vnum ex filiis, quam executioni mandauit, & constituit maioratum in vnum filium, qui vivo patre decessit, ita quod in illius persona maioratus effectum habere non potuit, an possit postea eligere nepotem, nempe filij filium ad maioratum? Et videtur quod in isto casu, cum maioratus non habuerit effectum in persona filij, † potest pater eligere nepotem. Ad quod est no- 141
tanda doctrina Bart. *in d. l. liberorum, num. 18. verſ. quæro quid*, quam sequuntur Alexand. *in conſ. 105. num. 3. lib. 1. & in conſ. 11. lib. 3.* Decius *conſ. 95. num. 5. verſ. quarto & vltimo.* Apud quos lector rationes dubitandi in hac quæstione videre poterit, circa quam vide etiam quæ scribo *in quæſt. 18. infrà eodem*, & quæ pro concordia Bart. citat Roland. *conſ 42. num. 36. lib. 4.* Curt. Senior *conſ. 45. num. 17.* Et an *nepotis* appellatione comprehendatur pronepos, † est communis opinio, quod sic 142
in l. Gallus, §. inſtituens, ff. de liberis & poſthumis, vbi Alexand. *num. 5.* Iaſo. *num. 8. & 9.* Et sequitur pluribus Authoribus citatis, Caldas Pereira *de nominat. ad emphyteuſim, quæſt. 24. num. 84. folio 289.* Menochius *in conſ. 124. num. 26. lib. 2.* tradit Burgos de Paz *in l. 3. Tauri, concl. 2. num. 276. folio 207.* Porcius *in conſ. 15. n. 5. & num. 31.* vbi tradit fallere, nisi dicatur, ex infra scriptis. Et quod donatio Imperatoris comprehendat nepotes in infinitum, tradunt Natta *in conſ 64. num. 14.* & alij, quos citat Roland. *in conſ. 50. n. 43. lib. 3.*

Sed quod *nepotum* appellatione non veniant pronepotes,tradit Barthol.Socin.*in conſ. 6.num.6.lib.1.* per Gloſſam,*in d.§.inſtituens*, & doctrinam Bartoli *in d.l. liberorum*. Sed quod hoc tantum procedat in caſibus à iure expreſſis, & in contrarium ſit ius commune, tenet Rebuffus *in l.liberorum,§.ſed & Papirius pag.964.ff.de verb.ſignific.*& eſt *l.220.*contra Bartolum ibi qui communem opinionem ſequitur : & idem quod Rebuffus, tradunt Tiberius Decianus *in conſ.1. num. 254. lib.1.* Menochius *in conſ.321. num.40. lib.4.* quod ad plura, quæ contingunt in ſucceſſionibus maioratuum oportet ſcire. Et tradit Auguſtinus Beroius *conſ.109. num.17. lib.1.*latius Corbulus *in tract. de iure emphyteutico , in parte, de cauſis priuationis ob lineam finitam, num. 48. 49. folio 57.*

143 His congruit , quod quemadmodum filio † ſunt decernanda alimenta, ita pronepoti vel abnepoti, ſecundùm Maſuerium *in rubr. de poſſeſ. §. item recredentia*, Rebuffum *tom.1.ad conſtitutiones Regias,tit.de ſentent. proviſionalib.art.1.gloſ.2.num.6.pag.249.*Et confirmat iſta Franciſcus Mantica *in d.tit.8.lib.8.num.24.*vbi ex
144 Fulgoſ.*conſ.68.*& Gozadin.*conſ.59.* tradit, quòd ſi nepotes cenſentur ſubſtituti,niſi ex coniecturis aliud colligatur,vt per Cornenm *conſ.143.lib.3.*Et emphyteuſis accepta pro filiis & nepotibus , comprehendit etiam pronepotes , vt ex Alexandro *conſ. 125. lib.5.* & aliis probat Carolus Ruinus *in conſ.166. num.8.& 9.lib.1.* ¶ Et ſi eſt communis vſus loquendi in loco , quod appellatione *nepotum* † contineantur etiam pronepotes,
145 clariſſimum eſt eos comprehendi , vt per Gozadin. *in d.conſ.59.*quem citat Rolandus *in tractatu de lucro dotis,quæſt.6.num.9.*Et explicat Socinus Iunior *in l.filius familias, §. diui, numero 25. ff.de legatis 1. folio 182.* Et quòd propriè appellatione *nepotum* non comprehendantur pronepotes,tradit Iaſ. per textum ibi *in l. 2. num.6 ff. de vulgari folio 92.* ¶ Et quòd vocatio facta
146 ſub nomine *filiorum*† non comprehendat pronepotes, tradit per multa Menochius *in conſ.347.num.36.& 37.*
147 *lib.4.* Et quòd *nepotis* appellatione † veniat pronepos, & bona remaneant in familia,& quòd hæc ſit comprehenſio, volunt Roman.*in conſ.457.n.1.*vbi Mandoſius, Curt.Iunior *conſ.43.n.11.*Pariſius *in conſ.32.n.36.lib. 1.cum ſeqq.& concord.*vt per Antonium Gabrielem *tit. de verbor.ſignific.concl.1.num.79.*Burſatum *in conſ. 13. num.4.*& iterum *num.15.lib.1.*Rurius,ex omnibus,quæ ſupra ſcripta ſunt, poteſt etiam decidi quæſtio ſingula-
148 ris, & quæ quotidie contingit, an parentes facientes † pacta de non meliorando filios, poſſint nepotes meliorare,quam diſputant Anton.Gomez, Caſtell.Cifuent.& Tellius *num. 7. in l. 22. Taur.* & ex iam dictis poteſt ſumi reſolutio magis firma,quam ex illis,quæ ibi Scribentes tradunt. Et ſi ſtatutum excludit ſororem propter
149 patruum,† non excludit propter filios patrui,vt tradunt Barthol.Socin.*in conſ.9.lib.3.*Socin.Iun.*in conſ.19.n.4. lib.1.*

QVÆSTIO XVI.

An facultas conceſſa ad faciendum maioratum in filium,poſſit in filiabus verificari.

SVMMARIVM.

1 *In priuilegiis maſculinum an concipiat fœmininum.*
2 *Priuilegium immunitatis filiis conceſſum , filiabus an competat.*
3 *Deſcendentes ex fœminis vbi in priuilegiis excipiuntur, fœminæ non excluduntur.*
4 *Pater habens filios tempore confectionis maioratus non poteſt facere maioratum in filiam.*
5 *Priuilegium legitimandi filios an extendatur ad filias.*
6 *Fœmina maſculorum defectu capax eſt maiorat u.*
7 *Agnationes per maioratus conſeruantur.*
8 *Licentia an reddatur odioſa , cùm pater excluſis maſculis in fœminam vult maioratum inſtituere.*
9 *Statutum contra ius commune loquens de maſculo non comprehendit fœminam.*
10 *Licentiam habens ad faciendum maioratum in filium poteſt facere in filiam,vbi filij mortui ſunt,vel facti Religioſi,& n.11.*
12 *Pater habens maſculos an poſſit fœminas in Tertio meliorare.*
13 *Fœminæ* deſcendentium *appellatione an veniant.*

DEcimo ſexto quæro, vtrum ſi quis habeat à Principe facultatem faciendi maioratum in vnum filium, poſſit illum facere in aliquam filiam ? Sunt etenim aliqui parentes,qui magis amant filias,quàm filios, vel ob quandam intrinſecam affectionem naturalem, vel quia fortè filios odio habent , quia matrimonium contraxerunt poſt licentiam impetratam cum aliqua muliere indigna dignitate , & honore parentum , vel propter aliam conſimilem cauſam , quæ quotidie contingunt. Quod autem patri liceat vti facultate in fauorem filiæ,excluſis filiis perſuaderi poſſumus:quia etiam in priuilegiis maſculinum † concipit fœmininum , ſecundùm Baldum *in cap.ad audientiam, in 1.col. final. de reſcript.*& Dominicum *in cap.generali,de elect.lib. 9.num.9.folio 47.* vbi infert, quòd priuilegium immunitatis conceſſum alicui ex filiis,† etiam filiabus competit.Et pro hac concluſione facit textus *in l.1.§.final. ff.de iure immunita.* vbi excipiuntur in priuilegiis deſcendentes ex fœminis,† non autem fœminæ.Et hæc eſt communis opinio ſecundùm Decium *in l.fœmina,num. 118.ff.de regul.iur.*pro qua ego adduco bonum textum *in l.iuſta, ff. de verbor.ſignific.* De quo etiam egimus *in præced.quæſt.* vbi dicitur : *Iuſta interpretatione recipiendum eſt , vt appellatione filij , filia familias comprehendatur.*Et hæc,& alia ſimilia faciunt pro hac ſententia,quæ ſcribit Rebuff.*in l.1.ff.de verbor.ſignificatione, pag.12.*

Ego *in præſenti quæſtione* exiſtimo, quòd vbicunque pater habet filios tempore, quo vult facere maioratum, † non poteſt facere maioratum in filiam:quia quòd in priuilegiis,*filiorum* appellatione veniant filiæ, non eſt ſine dubio : quia plerique tenent contrarium. Inter quos eſt Signorol.*in conſ.184.In quæſtione vertente inter Durantem,*vbi dicit,quod priuilegium datum alicui legitimandi filios,† non extenditur ad filias ; & idem tenet Præpoſitus *in cap. per venerabilem, §. quod vero, num.125. qui filij ſint legitim.* & Hippolyt. *in ſingular. 536.Habuiſti:*& alij quos refert Gloſſ.Pariſien. *in addit.ad Decium in d.l.fœmina,in verb.filiabus,* quos ipſe ſequitur rationem adducens : quia non eſt tanta ratio in fœminis , & quia priuilegium exorbitat. Vnde in propoſito noſtro videtur , quòd licet fœmina ſit capax maioratus ; hoc eſt † defectu maſculorum,& non alias, vt probatur *in l.2. tit.15.part.2.* & in aliis locis, quos *infra in alia quæſtione* referam.Et per maſculos † agnationes conſeruantur,*l.1.§.publicè ff.de ventre inſpicien. l.cum legitimè, ff. de ſtatu homin. l. Iuriſconſultos, ff.de gradibus:l pronuntiatio, §.familiæ,ff.de verbor.ſignific.* Et ideo ſtatuta Italiæ,per quæ cauetur,ne fœminæ ſuccedant extantibus maſculis,iuſta cenſentur; quia per ea familiæ maſculorum conſeruantur , aliàs non eſſent licita,ſecundùm Cinum *in l.1.C.de adult.* & Bald. Imol. *in l.final.ff.de hæred.inſtituen.* & alios,quos refert Epiſcopus Couar:*reſolut.lib.3 cap.5.num.5.* & eadem ratione primogenita licita ſunt , ſecundùm Præpoſitum *in cap.ius naturale,diſtinct.1.col.3.* Et ideo Principis voluntas in hoc videtur tendere veriſimiliter , vt maioratus fiat in maſculo, & non in fœmina. Quòd ſi pater odio habet filios,& non vult in illos facere maioratum, petat à Rege nouam licentiam : nam hoc caſu quando pater excluſis filiis vult facere in filiam maioratum,licentia

8 centia † redditur odioſa propter prædicta : & quia eſt in præiudicium legitimæ aliorum filiorum. Et ideo dicit Alexander *in conſ.135.lib.1.* quòd in ſtatuto odioſo, quod ſtrictè debet interpretari , maſculinum genus non concipit fœmininum , & Bartholom. Cœpol. *in conſ.26.*& idem Alexand.*in conſ.24. Animaduerſis,lib. 2.* & alij, quos refert Decius *in d.l.fœmina, num. 116.* Cui adde eundem Alexand. *in conſ.234 Puto circa dubium,lib.6.* vbi latè ſuſtentat,quòd ſtatutum contra ius
9 commune loquens de maſculo , † non comprehendit fœminam, refert notata per Gloſſ. & Bar. *in l.1.ff. de verbor.ſignificat.* Faciunt etiam ſcripta per Fulgoſium, quem etiam prædicti non referunt *in conſ.75.Ex facto proponitur.* De cuius conſilij veritate ego in alio loco tracto. Et poſſumus etiam inducere *Pragmaticam dotium , datam Madriti anno 1534.* qua ſtatutum extat, quòd parentes non poſſunt filias meliorare in Tertio & Quinto pro dote,neque aliàs dotare niſi in quantitate, quæ ibi exponitur.

Et ex his apparet , quòd vbicunque poſt licentiam impetratam ad faciendum maioratum in filium vel filios, moriantur tales filij maſculi, vel intrent Religio-
10 nem , aut aliam quamlibet incapacitatem patiantur , † poteſt pater vti licentia in fauorem filiæ fœminæ:quia iſto caſu ceſſant quæ ſupra tradita ſunt:& ad hoc facit *l.1.§.penult.*ibi,*Fratribus ſuis non obſtabit,l.ſed ſi ex modica,§.ſi filius, ff.de bon.libert.l.1.§.penult. ff.de bonor. poſſeſ.contra tabul.* & conducunt alia plura,quæ *in hac 1.part. quæſt.2.num.70. aa 75.* ſcribo. Et quod notat Montal.*in l.1.tit.3.in gloſ.in verb.a ſu fijo,verſ.item nota,quod vbi eſt conſuetudo,folio 8.lib.1.fori.*Et iſta concluſio probatur *in d.l.*ibi : *Que ſi fijo varon onieſſe,y no onieſſe,la fija mayor heredaſſe el Reyno.* vbi Gregor.Lopez in gloſſ. *fijo varon* , ductus ſolummodo authoritate illius legis , tenet præcedentem concluſionem. Et iſta
11 procedent † etiam ſi in facultate Regia adiciantur hæc verba : *Podais haZer mayorazgo en el hijo o hija que quiſieredes :* nam talia verba debent intelligi & moderari , ſecundum ordinem à iure præſcriptum , & rationem,quod conſtat ex iam dictis, *& l.ſi quando, C. de inofficioſo teſtamento,* cum *ſimilibus,* & pro hac concluſione eſt textus ſingularis *in l.cum pater,§.à te peto , ff.de leg.2.* ibi : *Non eſſe datam electionem , ſed ordine ſcripturæ factam eſſe ſubſtitutionem reſpondi :* & caſus notabilis *in l.hæredes mei, §. peto de te vxor chariſſima,* qui eſt vlt.*ff.ad Trebell.*

Ex quibus etiam infertur , quòd ſi pater vel mater habeat filios maſculos , non poteſt in Tertio filias me-
12 liorare.Sed contrarium † credo , propter generalitatem textus *in l.22.Taur.*in illis verbis, *Deſcendentes legiti-*
13 *mos.* Quia *deſcendentium* appellatione † veniunt fœminæ,*Authen.de hæred.ab inteſt.venien.in princip. collat.9.* cum ſimilibus , quæ ſcribo *in ſecunda parte tractatus, quæſt.6. num.* 86. Hoc autem intelligendum eſt in vltima voluntate, non tamen in contractu inter vi-
nos , & ob cauſam dotis propter diſpoſitionem *dictæ Pragmaticæ,*quæ hodie habetur *in l.1.tit.2.lib.5. Ordinamenti noui.*

QVÆSTIO XVII.

An per non vſum amittat quis licentiam quam habet ad faciendum maioratum.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium habens vtendi aliqua re an illud amittat per non vſum.*
2 *Priuilegium de ſui natura eſt perpetuum.*
3 *Licentia data ad maioratus inſtitutionem morte concedentis non expirant.*
4 *Facultati faciendi aliquid libero arbitrio non præſcribitur.*
5 *Electio competens primogenito iuxta Galliæ morem durat in perpetuum.*
6 *Infertur intellectus ad ll.21.29.& 60.Tauri, ad l.8. tit.7. lib.5. nou.ord. & ad l.26. tit.9. part.6. & num.7.*
8 *Licentiam conceſſam ad maioratus inſtitutionem per non vſum non admitti, concluditur.*
9 *Filius maior aliquem maioratum habere prohibitus, habens tamen facultatem ſuccedendi in alio , an poſſit habere maioratum , in quo eſt prohibitio , & alium renuntiare.*

DEcimoſeptimò quæro, intra quantum tempus ille qui à Rege licentiam impetrauit ad faciendum, teneatur illam executioni mandare ? quia plerunque patres in hoc moram trahunt , vel quia non illico volunt diſponere de bonis ſuis, vel quia maturiùs volunt cogitare , in quem filiorum de pluribus , quos habent, facient maioratum,vel propter alios plures fines.Quæſtio etiam eſt noua,in qua difficultatem facit textus *in l.1.ff.de nundi.*vbi probatur, quòd habens priuilegium vtendi aliqua re,ſi habet facultatem vtendi, & illa non vtitur, † amittit priuilegium : & idem probatur *in l.3. tit.7.part.5. in fine legis, & in l.42.tit.18.part.3.* ibi: *Priuilegios y ha de otra manera que da el Rey en que otorga a aquellos que los da, que fagan alguna coſa nueuamente,que no pueden fazer ſin mandado del aſſi como ſeria,o mercado , o ſi les mandaſſe que vendieſſen alguna coſa que era ante vedada , o que ſacaſſen alguna coſa del Reyno,que por vendamiento no oſuſſen ante ſacar,o ſi vſaſſen de vender por vna medida , e les otorgaſſe que vendieſſen por otra,o otras coſas quale ſquier que fueſſen deſtas maneras:tales priuilegios como eſtos duran para ſiempre, ſi vſaron dellos por diez años.* Cuius legis verba ideo libentiùs retuli, quia ex ea confunditur quædam opinio Archidiaconi *in cap.1.* quæ incipit, *Priuilegia 25. quæſt.2.* vbi tenet,quod *dict.l.1.ff.de nundi.* procedit in nundinis ; & in caſu in quo loquitur , & non vltra: quia in nundinis agitur de præiudicio multorum : quia de ſui natura † priuilegium eſt perpetuum : *l.falſo , C.* 2
de diuerſ. reſcript. vbi Gloſſa videtur tenere hanc opinionem,quia dicit,ſpeciale eſſe in nundinis : vbi idem tenet Albericus : & multis mediis confirmat Decius *in cap.cum acceſſiſſet, num.16.de conſtitut.* qui tamen poſt Felinum *num.14.*dicit,quod contra *Archidiac.*eſt communis opinio;quod etiam conſtat ex adductis per Iaſo, *in d.l.falſo,num.1.*& per Decium *in conſ.608.* Notanda eſt igitur *d.l.partitæ* pro opinione communi , quia *lex partita* loquitur generaliter in caſibus in illa expreſſis, & in aliis non expreſſis , ibi, *o otras coſas qualeſquier.* Ad quæ addo Gamam *dec.ſ.283.* & *ibi* Additio noua Mennæ, quem refert.

Licet autem hæc vera ſint , contrarium in propoſito noſtræ quæſtionis verum eſſe exiſtimo. Quod primò probatur per *l.43.Tauri.* hodie, *l.tit.7.lib.5.Recopilat.* quæ dicit,quòd licentiæ datæ per Reges ad faciendum maioratum † non expirant per mortem concedentis: 3
quæ lex generaliter loquitur in illo caſu,& abſque vlla diſtinctione.Cum tamen contingere poſſit quòd hodie quis impetret licentiam, & hinc ad annos viginti non faciat maioratum , quos & plures viuere poteſt Rex concedens licentiam.Et hæc concluſio etiam confirmatur,quia communiter per licentias , quæ conceduntur ad faciendos maioratus,relinquitur impetranti diſpoſitio libera faciendi maioratum,ſiue in vita, ſiue in morte,vt patet ex licentiis, quæ ad hoc dantur.

Certum autem eſt,quod vbi facultas aliquid faciendi eſt expreſsè poſita in libera voluntate illius, cui fit conceſſio, illi voluntati † non præſcribitur vllo tempore : Gloſſa eſt notabilis *in cap. priuilegia, in gloſ. pe-* 4
nultima , de priuileg. quam ibi commendat Anton. & ſequitur

sequitur Calder. *in cons.* 1. *tit. de præscript.* & est aurea, & multum notabilis, secundùm Felinum *in dicto cap. cum accessisset, num.* 16. vbi dicit, quòd aliàs vidit in ardua quæstione, cum Imperator dedisset per suum priuilegium vni Nobili facultatem faciendi molendinum cum clausula, *ad libitum voluntatis suæ*, & ipse per multos annos non fuisset vsus tali facultate, quòd eam non amisit.

Quod confirmatur ex eo, quod scribit Iacobus Aluarotus *in cap. feudum, col.* 2. *versic. ex qua Glossa, in titul. si de feudo fuerit controuers.* vbi dicit, quòd si res feudalis concedatur per hæc verba, scilicet, quod Dominus dat feudum recipienti, & successoribus, quibus dedit, per hæc verba censetur data libera voluntas alienandi pro libito voluntatis, & operantur illa verba, quòd feudum transire possit ad hæredes extraneos. Notatur per Alberic. *in l. final. col.* 2. *vers. nunquid hæc lex, C. de iure emphyt.* & per alios, quos refert Alexand. *in cons.* 189. *Viso, lib.* 2. Decius *in cons.* 171. *In causa Venerabilium, num.* 2.

Et hæc conclusio etiam ostenditur ex expressa doctrina Glossæ Parisien. *in consuetud. Paris. tit.* 1. *de mater. feuda. §.* 10 *folio* 123. *num.* 1. vbi dicit, quod cum
7 iuxta legem Galliæ primogenito competat electio sui præcipui, siue circa mansiones, siue ingera in defectum
5 mansionum, hæc facultas † durat in perpetuum, donec sortita fuerit effectum: quia illud ius & facultas eligendi competit iure & nomine proprio per modum iuris, & ad sui commodum, & sic est perpetua, & transmitticur ad hæredem; secus in facultate eligendi, quæ competit alicui iure alieno, & pro alio. Refert notata per Bart. Paul. Alex. & Ias. *in l. stipul. fuerim, in princ. ff. de verb. oblig.*

6 Quæ doctrina notanda est † ad intellectum textus *ad l.* 21. *Tauri*, hodie, *l.* 5. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopilat.* quæ dat facultatem meliorato repudiandi hæreditatem, & acceptandi meliorationem: & ad intellectum textus *in l.* 29. *in eisdem legibus*, hodie *l.* 3. *tit.* 12. *lib.* 5. *Recopilat.* quæ concedit facultatem ei, qui dotem recipit, vt eligere possit valorem bonorum eorum, quæ in dotem ei dederunt, vel valorem tempore datæ dotis, vel mortis eius, qui dedit. Et *ad l.* 60. *Tauri.* hodie *l.* 9. *tit.* 9. *in eadem Recopil.* quæ dicit, quòd quando mulier renunciat bonis constante matrimonio acquisitis, non teneatur ad so-
7 luenda debita, prout latius *in dictis legibus* cauetur. † Et *ad l.* 8. *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordinam. noui*, per quam decisum est, quòd primogenito competit electio, vbicunque in eiusdem persona iunguntur duo maioratus, secundùm formam *illius legis*, intra quantum tempus talis electio competat, & an successor illius eligere possit, si ipse in vita non eligat. Pro cuius illationis decisione legenda sunt quæ scribit Gloss. Paris. *in loco citato.* Et ad alias plures leges Regni etiam vicina est *l.* 26. *tit.* 9. *part.* 6. quæ dicit, quòd si alicui sit legatus vnus de equis testatoris, vel de seruis, aut de aliis similibus rebus, & ei detur electio, non solum ipse, sed illius hæres eligere potest, vt plenius *d. lex* dicit.

8 Ex quibus apparet, quod hæc secunda opinio est † tenenda in nostro proposito, quam etiam tenet attentis modernis facultatibus, quæ conceduntur ad faciendum maioratum, Molina *lib.* 2. *de primogen. c.* 7. *n.* 71. *fol.* 280. In quo puncto est legendus Greg. Lop. *in l.* 6. *tit.* 11. *p.* 6. *in glos. in verb. que no la pudiesse vender, col. penult. vers. quid si alicui, fol.* 84. Ex dicta autem *l.* 8. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopil.* & aliis *supra* citatis infertur notabiliter in practica, quòd si quis sit prohibitus habere aliquem maioratum, si & ipse habeat succedendi in alio, si tamen sit
9 filius maior, † potest habere illum maioratum in quo est illa prohibitio, & renuntiare alium maioratum. Pro qua conclusione facit etiam regula, *l. si quis in conscribendo, de pact. l. si index circumuento, ff. de minoribus* cum *similibus.* Et conducunt quæ scribo *in* 3. *part. quæst.* 18.

QVÆSTIO XVIII.

An pater, semel electione facta, virtute Regalis licentiæ, possit iterum eligere.

SVMMARIVM.

1 *Refertur ad præsentem quæstionem doctrina quadam Gregor. Lopez. Eius solutio, n.* 28. *Alia eius sententia expenditur, n.* 29.
2 *Licentia data ab homine an de prima licentia intelligatur.*
3 *Legatum pro mulieribus pauperibus dotandis viduas pauperes an comprehendat.*
4 *Simplex concessio generaliter primum tantum actum recipit.*
5 *Vxor domina bonorum relicta præsens intelligitur, de alia non videtur cogitatum.*
6 *Licentia data per maritum vxori ad contrahendum, de primo contractu intelligitur.*
7 *Dispensatio in primo actu verificatur.*
8 *Maioratus clausulæ intelligi debent, vt perpetuò durent.*
9 *Licentia Cardinali data, vt testari possit, an extinguatur in primo testamento, refertur opinio affirmans. Contraria, n.* 22.
10 *Principis authoritate quod est factum, an possit per iudicem ex consensu partium tolli.*
11 *Dispositio odiosa pro prima vice an intelligatur.*
12 *Actus odiosi morte mandantis extinguuntur.*
13 *Dispositiones odiosæ restringi debent.*
14 *Verba debent intelligi per prius, non per posterius.*
15 *Resoluitur quæstio.*
16 *Priuilegium in infinitum an intelligendum. Qualiter debeat interpretari, num.* 19.
17 *Licentia an debeat executioni mandari.*
18 *Filij fratrum an* nepotum *appellatione comprehendantur, quando dispositio aliàs nihil operaretur.*
20 *In materia fauorabili dispositio primo actu non consumitur, & num.* 23.
21 *Nepotem si quis instituit ex suo filio nasciturum, si in nepote instituto non sortiatur effectum, an ad nepotem ex eo nasciturum extendatur. Et ibi quid si in persona filij non adimpleatur.*
24 *In rebus tractum successiuum habentibus negotium finitum an dicatur, donec perficiatur totaliter.*
25 *Aguati concepti post prohibitionem alienationis an ad reuocandam alienationem admittantur.*
26 *Actum cum quis iure proprio potest gerere, si nulliter faciat, an eum possit repetere.*
27 *Potestate eligendi in morte, an vti possit quis in vita.*
30 *Facultas data ad accipiendum pecunias ad cambium, an ad recambium intelligatur.*
31 *Licentia concessa per* l. 4. Tauri *damnato ad mortem, an extinguatur cum primo actu.*
32 *Actus reuocabiles esse qualiter cognoscatur, remissiuè.*

DEcimo octauò quæro, quid si Rex concessit licentiam alicui ad faciendum maioratum in vnum ex pluribus filiis, quem elegerit, & fecit in quendam ex pluribus filiis, qui vino patre decessit, & maioratus reuertitur ad patrem, an possit virtute Regalis licentiæ alium eligere filium, & in eum facere maioratum? In qua quæstione Gregorius Lopez *in l.* 23. *tit.* 9. *part.* 6. *in glos. in verb. no valdra, folio* 69. *col.* 3. *in versic. quid si Rex*, ita distinguit: nam dicit, † quòd si primus filius, in 1
quem facta est maioria, acceptauit illam, & actus vigore facultatis fuit effectum consequutus, quod tunc non potest

potest iterum eligere vigore Regiæ facultatis. Monetur *ex l. cuius bonis, ff. de curat. furiosi, & l. boues, §. hoc sermone, ff. de verbor. significat.* quam omnes referunt ad probandum, quòd regulariter quælibet dispositio in primo actu verificatur: si verò ante actum perfectum filius mortuus fuit, & ante acquisitionem, dicit quod tunc iterum pater absque noua licentia poterit eligere alium filium, & in illum facere maioratum: argumento *cap. si compromissarius, & cap. si electio, de elect. in* 6. & citat alias authoritates. Videamus qualiter hæc sententia *Gregorij Lopez* procedat: nam pro primo membro suæ distinctionis, quod sit noua licentia necessaria quando filius acceptauit maioratum, & actus habuit effectum. Et ideò licentia data per publicanum extrahendi merces, intelligitur pro prima vice, secundùm Iulium Ferretum *in tractatu de gabellis, num.* 199. per doctrinam Bart. *in l. dotis promissio, ff. de iure dot.* Ioan. de Platea *in l.* 1. *C. de nauicula. lib.* 11. § Facit etiam doctrina Baldi *in l. uoluti, §. hæc vxor, ff. de edendo*, vbi dicit, quòd in licentia data ab homine, intel-
2 ligitur † de prima licentia: idem Bald. *in l. si q. proponi*, la segunda, *colum.* 1. *& vlt. C. quomod. & quando iudex*, per textum *in l. fideicommissa, §. si rem, ff. de legatis* 3. Et per hoc dixit Alexand. *in cons.* 81. *Lecto & discusso: num.* 8. *lib.* 3. quòd commissio facta per summum Pontificem de dando licentiam Abbati ad concedendum bona in emphyteusim, extinguitur cum primo actu & conceßione. Notat in bono casu Socinus Iunior *in consil.* 25. *num.* 9. *lib.* 2. Et faciunt notata per Otaloram *in tract. a. de Nobilitate, 3. part. tertiæ partis principalis, cap.* 6. *num.* 20. *pag.* 268. circa intellectum dict. *§. hoc sermone.* Vincentium Carroccium *in tractatu, de locato, part.* 4. *q.* 4. *num.* 8. *fol.* 216. Et legatum factum pro dotandis mulieribus pauperibus non potest
3 dari † viduis pauperibus, quæ nubere volunt, secundùm Baldum *in proœmio Decretal. n.* 25. Iasonem *in l. duobus, §. si ei qui, num* 2. *ff. de iureiurand.* quos citat Franciscus Mantica *lib.* 8. *de coniecturis a mente defuncti, tit.* 5. *num.* 21. *pag.* 323. Et dominus potest imponere collectam ad maritandam filiam in primo matrimonio, non in secundo, secundùm Guido. Pap. *q.* 57. *in fine*, Menochium *de arbitrariis iudicum lib.* 2. *casu* 181. *nu.* 4. § Et generaliter simplex concessio primum actum tantum † recipit: *l. dotis promissio, ff. de*
4 *iure dotium, l. placet, ff. de liberis & posthumis, cap. non potest, §.* 1. *de prabend. in* 6. Notat Calderi. *in cons.* 36. *de iure patronatus.* Felin. *in cap.* 2. *de treuga & pace* De quo puncto varia scribit Tiraquellus *in d. §. hoc sermone*, Aluarus Valascus *consultatione* 102. *num.* 3. *& in aliis numeris*, vbi scribit plura necessaria in ista nostra materia. Per quam regulam tradit Guido Papæ *quæst.* 467. quòd si testator instituit Titium, & post eius mortem filium suum, qui voluit habere nomen familiæ testatoris, & eius insignia, & Titius plures habuerit filios, solus primogenitus si voluerit ista facere admittitur ad successionem; & Guillel. Benedictus *in cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens, num.* 174. *de testament.* Tiraquel. *in tractatu de primogen. q.* 64. Anton. Gabriel *lib.* 6. *communium opinionum, tit. de legibus, conclus.* 2. *num.* 2. *pag.* 348. vbi alia ad propositum scribit, § Et si in testamento vxor relinquatur domina bono-
5 rum, † intelligitur de vxore quam habet, & de alia non est cogitatum, *l. si quid in fine, ff. de legatis* 3. Notant Baldus *in l. vltima. C. de indi. vidal.* Crem. *singular.* 8, Rebuffus *in d. l. boues, §. hoc sermone, §.* 141. *ff. de verborum significatione, & est l.* 8. Et licentia data per mari-
6 tum mulieri ad contrahendum, † intelligitur de primo contractu, vt tradit Ioan. Lopius *in l.* 56. *Tauri, num.* 7. per doctrinam Bart. *in l. Titius, ff. de excusat. tutorum*: & faciunt quæ scribuntur *in decisione Genuens.* 81. *n.* 4. *cum sequentibus.* Et licentia data pro frumentis deferendis ad infideles, intelligitur pro vna delatione, quia est odiosa; vt tradit latè Antonius Capicius *decisione* 150. *num.* 4. Et pro confirmatione istorum aliqua scribit Alexander *in cons.* 16. *lib.* 4. vbi plenissimè Glossa Parisiens. Et hoc apertius procedit vbicumque ille, qui maioratum fecit, alios habet filios, quibus præiudicium fit ex maioratu: quia hoc casu licentia & priuilegium dicitur odiosum, secundùm ea quæ scripsi *in* 3. *&* 10. *quæstione supra eodem, & in aliis locis*: cum sit necessaria Principis dispensatio & derogatio legum.

7 § Et dispensationes in primo tantum actu † verificantur, *cap. ordinarij*, vbi *Gloss. in verbo.* ea quæ, *de regulis iuris, in* 6. vbi probatur, quòd dispensatio ad duo beneficia intelligitur de primis tantum. Ideo probatur *in dicto cap. non potest, in versic. illud autem, de prabend. in* 6. Et ideo dicunt Lapus, Ancharranus, Domini, & Franc. *in cap.* 1. *de filiis presbyterorum, lib* 6. quòd si Papa dispensat cum aliquo illegitimo, vt possit habere beneficium, non poterit habere aliud beneficium post primum, quia dispensatio est odiosa. Et de materia, qualiter dispositio hominis intelligatur in primo actu, secus in dispositione legis, traditur per Menochium *in tractatu de præsumptionibus, lib.* 1. *q.* 46. *num.* 28. *cum sequentibus.* Ad quem iungo *l. filius à patre, §. si quis ex certa, ff. de liberis & posthumis, l. placet, ff. de auro & argento legato*; & plura notabilia quæ scribit idem Menochius *in cons.* 97. *num.* 80. *cum sequentibus, lib.* 1. Barbosa qui varia singularia in ista nostra materia scribit *in l. diuortio, §. quod in anno, num.* 1. *cum sequentibus, ff. soluto matrimonio, pag.* 1006. *tomo* 1. ad ista omnino legendus; qui *num.* 21. ex illis resoluit quod omnes
8 clausulæ maioratus intelligi debent, † vt perpetuò durent: qui ad hoc refert Molinam *lib.* 1. *de primogeniis, cap.* 6. *num.* 18. Et faciunt scripta per Tiraquellum *in dicto §. hoc sermone. in regula, num.* 32. *cum sequentibus*, in confirmationem doctrinæ Ancharrani, & Dominici; Episcopus Couarru. *in epitome de sponsalibus, p.* 2. *c.* 8. *§.* 8. *num* 5. *fol.* 142.

Quare etiam ad propositum dicit Decius *in cons.* 512. *Cum reuerendi Cardinalis. n.* 3. *&* 4 quòd licentia concessa Cardinali per summum Pontificem, vt testari possit de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, intelligitur † de pri-
9 ma vice. Et si primò faciat testamentum, & iterum faciat aliud, hoc secundum non valet; quam opinionem sequitur Socinus Iunior *in cons.* 82. *num.* 2. *lib.* 1. licèt postea alia in contrarium scribat. Quod etiam refert Episcopus Couarru. *in cap. cum in officiis, num.* 8. *fol.* 57. *de testam.* & dicit, quod licèt aliquando hoc fuerit sequutus, nunc tamen dubitat per doctrinam Baldi *in cap.* 1. *i principio, num.* 3. *in vers. deinde quaro: de pace Constan.* vbi per textum *in l. omnium, C. de testam.* & per alia iura tenet, quòd si Princeps concessit ciuitati facere statuta, virtute cuius concessionis ciuitas facit statuta, quod poterit illa reuocare. Et pro ista opinione *Baldi*, ego pondero bonum textum *in l. adoptatum. C. de*
10 *adoption.* Ex quo *Bald.* notat, quod illud quod † factum est authoritate Principis, potest per Iudicem ex consensu partium tolli. § Sed tamen opinionem *Decij* sequitur *Nauarrus*, quem refert dictus Episcopus Couarru. *vbi suprà*, Marcus Anton. Cucch. *in lib. de instit. maior. lib.* 2. *tit.* 4. *de Cardinalibus, num.* 90. *pag.* 101. *col.* 2. & idem Curtius Iunior prædictis non citatis *in cons.* 188. *num.* 22. *cum sequentibus. lib.* 1. Decium etiam refert Cephalus *in consil.* 359. *num.* 3. *lib.* 3. qui postea *num.* 50. *cum sequentibus*, varia in ista materia scribit. Et clausulæ, vt istæ difficultates excusentur in isto proposito, traduntur per Quintilianum Mandosium *de signatura gratiæ, vers. licentia testandi, fol.* 115. *col.* 2. *vers. per formulam.*

Et quod dispositio odiosa † intelligatur pro prima 11
vice, secus si sit fauorabilis, tenet idem Decius, quem prædicti non referunt, *in cap. quanto, n.* 5. *de iud. fol.* 150. per notata *in l. placet, ff. de liberis & posthumis*, & corruprè refert Alexand. *in consilio* 171. *Viso processu, lib.* 2. & idem Decius *in cap. cum in cunctis*, §. 1. *num.* 1. *folio* 351. *de election.* Et actus odiosi extinguuntur
† morte mandantis, secundùm Glossam *in cap. à nobis.* 12

in 1.verb. non niſi, in fine,de ſent. excommu. & ex textu *in l.final. ff de pœn.* Notant Abbas & Felinus *in cap.ex literis, de conſtitut.* & alij, quos refert Epiſcopus Couarru.*vbi ſuprà*, cui adde doctrinam Dominici *in cap. quamvis, de prabend.in 6.* vbi dicit, quòd literæ inſtitiæ ſunt ampliandæ, quia non minuunt iuris diſpoſinem: & id penè eſt in vniuerſis diſpoſitionibus, quòd
13 quando odioſæ ſunt, reſtringi † debent: *l.cum quidam, ff.de liberis & poſthum. Regula,odia,de regulis iuris in 6. l.1.§.ſi incertum, ff.de ventre in poſſeſſion.mittend.* Notat Bartolus *in l. 1. ff.de verborum ſignific.* Decius *in l. fœmina,num.105. ff.de regulis iuris*, & hoc in aliis locis reperies. Et pro hac ſententia etiam facit textus *in l.ſeruis electione legata, ſemel tantum optare licet, ff. de legatis 1.& l.25. tit.9.part.6.* vbi Gregorius Lopez *in gloſſa*, in verbo, *del daño*, tangit quæſtionem, ſi mulier dat facultatem marito eligendi vnum ex filiis ad maioratum, an ſi maritus non eligat intra annum, ſit excluſus à tali electione? Quid dicendum in hac quæſtione? Et ad hæc etiam facit regula iuris, quòd diſpo-
14 ſitiones & verba † debent intelligi per prius, & non per poſterius: *l.hoc legatum*, vbi Bart. & alij, *ff.de legat.3. l.8.qui hæredi, in principio, & in §.1. de condition. & demonſtrat. l.Gallus, §.quidam rectè, ff. de liber. & poſthum*, cum *concordantibus*, vt per Tiraquellum *in tractatu* le mort: *2.p.declaratio 9. num 5.pag.108. & in d.§.hoc ſermone, in regul.num.85.pag.62.* & iterum *num.96. pag.68.*

Certè mihi videtùr, quod cum intentio Principis concedentis licentiam ad faciendum maioratum ſit, quod ille, qui licentiam impetrat, ea vtatur, & ſuum
15 † ſortiatur effectum & finem, pro quo fuit conceſſa, & quod bona veniant indiuiſibilia ad vnum; cum ex hoc Regnum magis ornetur: quia primogenitura eſt Regno honorabilis, ſecundùm Romanum *in conſil.79.* in cauſa maioriæ Hiſpalenſis, quem etiam retuli *in q.15. num.1.* & leges noſtræ Regales maioratibus fauent, præcipuè *l.43.45. & 46. in legibus Taurinis*, vt Principi, intentio effectum ſortiatur, licentia non ex-
16 tinguitur in primo actu, ſed † in infinitum, *cap. licet, de priuileg in 6.* & volunt Oldradus *conſil.300.* Felinus *in cap.innouamus, in fine, de treuga & pace*: confirmat Rebuffus *de priuileg. ſchol. priuileg.166. & in dicta l. boues, §.hoc ſermone.89.pag.542.verſic.ſeptimò reſtringitur.* Et qualitercunque fuerit poſſibile, licentia † de-
17 bet executioni mandari, iuxta textum *in d. l. fundus qui locatus, ff.de fundo inſtruct. inſtru. qué legat.* & alia plura quæ ſcripſi *in q.15.à num.6.* quæ hanc ſententiam modum in mirum fulciunt. Quibus addendum quod ſcribunt Baldus *in cap.1. §.ſimiliter, quibus modis feud. amitt.* Romanus Salicetus, & Iaſo.*num.11. fol.43.C.de*
18 *ſucceſſor.edict.* vbi volunt, quòd filij fratrum † comprehenduntur appellatione *nepotum*, quando diſpoſitio aliàs nihil operaretur, & ille qui recipit emphyteuſim nepotes non habeat, neque habere ſperabat. Ad quod facit *l.hæredibus, §.vlt.ff.ad Trebell.* quod conducit ad ea quæ ſcripſi *ſuprà q.15.à num.8.*

19 Quòd autem priuilegium † debeat interpretari ſecundùm intentionem concedentis, & extendi, vel reſtringi, probatur *in cap. ex multiplici, de decim. & in cap final.de prabend. & in cap.mandatum, de reſcript. & in aliis iuribus.* Et quod in materia fauorabili, & quæ benignam interpretationem recipit, diſpoſitio non conſummatur in primo actu, † probatur *in l. hæc conditio*
20 *filia meæ, ad finem, in illis verbis*, Benignè tamen dicendum eſt, *ff.de condit. & demonſtr. & in l.placet, ff. de liber. & poſthum.* vbi ſi quis inſtituit poſthumum hæredem, non ſolum inſtitutus videtur qui ex ea, quam habet vxorem, ei primùm natus eſt, vel is, qui tunc in vtero eſt, verum & is quoque qui poſteà ex quacunque vxore naſcitur, quòd Gloſſa ibi dicit eſſe propter fauorem inſtitutionis & teſtamenti conſeruandi. Et notat Oldradus *in conſ.212. Quidam in ſuo teſtamento*: & latè docet Tiraquellus *in d.§.hoc ſermone, in*

3.limitat. & plures citat Quintilanus Mandoſa *in regul.8. Cancellaria, quæſt.7.num.6. fol.45.* Et hoc etiam fulcitur ex doctrina Iacobi de Arenis, Cyni, Alberici, & Baldi *in l.ſi quis prioris, §.talem, C. de ſecundis nuptiis*, vbi dicunt, quòd ſi conſuetudo eſt, vt primogenitus ex primo matrimonio ſuccedat in Baronia: quidam autem Baro tres vxores habuit, ex prima nullos liberos ſuſcepit, ex aliis multos, primogenitus ex ſecundo matrimonio debet habere maioriam, & Baroniam. Et pro hac ſententia facit etiam inſignis doctrina Bart. *in l.liberorum, num.18. ff. de verborum ſignificat. verſ.quæro quid ſi in aliqua*; vbi dicit, quòd ſi quis inſtituit nepotem, qui ſibi ex ſuo filio naſceretur, nato nepote, inſtitutio † habet ſuum effectum in eius perſona: 21
merito ad pronepotem ex eo naſciturum non extenditur, per *d. l. boues, §.hoc ſermone*, Si verò in perſona filij primò nati non committitur, tunc ad perſonam inferiorum extenditur, *ex l.Lucius, ff.de hæred.inſtit.* vbi teſtator grauauit aliquem, ſi filium, filiam, vel ex ſe natum non habuerit: nam illa verba intelliguntur, ſi tempore mortis ſuæ non habuerit, vt *l.ex facto, §.ſi quis rogatus, ff. ad Trebellianum*, & Bart. ſequuntur Alexan.*in conſ.105.n.3.lib.1.* Decius *in conſ.95.num.5. verſ.quarto & vltimo*: quod dictum ad alium finem refero *in quæſt.15 ſuprà, eodem*: & ad iſta legenda ſunt quæ ſcribo *infrà quæſt.51.* & priùs *quæſt.26.*

Ad ea autem, quæ in contrarium faciunt reſpondet Tellius *in l.Taurina,num.3 cum ſequentibus*, vbi contra Socinum *vbi ſuprà*, & alios latè ſuſtentat, quòd † li- 22
centia data Cardinali, aut Epiſcopo à ſummo Pontifice, vt poſſit teſtari de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis ex intentione concedentis, & ex iuris rigore, non conſumitur in primo teſtamento, ſed quod durat vſque ad extremum vitæ; cuius dicta ſunt neceſſaria ad fundamentum huius noſtræ ſententiæ, & notatur per eundem *in l.35.Taur.num.1.* Et contra Decium & alios tenet in terminis Epiſcopus Sarmiento *in lib. de reditibus Eccleſiaſt. part.4. num.3. fol.58.* ad iſta legendus aſſuetus contradicere Nauarrus, Nauarr.*in tractatu de reditibus Eccleſiaſtic.quæſt.3.num.22.* Albert.Benecien. *in cap.Imperialem, fol.83. de prohib. feud. alienat. per Feder.* quos refert & ſequitur Burſatus *in conſil.30. num.56.lib.1.* Et ad propoſitum plura notabilia tradit Cephalus *in conſ.359. num.14.cum ſeqq. lib.3.* ad hæc legendus, & loquitur in Cardinalibus; & Burſatum *in dicto conſ.* refert & ſequitur Simon de Prætis *lib.2. de interpretand.defunct.volunta. ſolut.4.num.4.fol.84.* vbi hoc ex aliquibus confirmat.

Et quòd in fauorabilibus licentia etiam data ab homine, † non extinguatur in primo actu, probatur *in d.l.* 23
placet, & in l.ſequenti, ff.de liber.& poſthum. & voluerunt Gloſſa *in d.l.placet*; & Bart. *in l.ſi ita, ff.de aur. & argent. legat.* Calcan. *conſ.20. col.1.* Matthæus de Afflictis *deciſ.Neapolitan.393.* & alij quos citat Quintilianus Mandoſius *in d.reg.8. reſeruatio Cancella. q.7. num.6. fol.45.* tradit Iacobus Puteus *deciſ.272.num.4. part.3.* Et quæ ſcribit Tellius *in d.l.4.* confirmantur ex pluribus, quæ Tiraquellus ſcribit *in d.§.hoc ſermone, limita.6.* vbi latè tractat, quòd ex primo actu non conſumitur effectus, quando per primum actum non eſt ſatisfactum menti, & intentioni loquentis, ſiue diſponentis, ſiue agentis, quæ vide *num.10. & 11.* vbi aliqua egregia ſcribit in confirmationem huius dicti: & traditur per eundem Tiraquellum *libro 1. de retractu, §.8. gloſſ.7.num.5.pag.449.* vbi refert textum *in d.l.hæc conditio filiæ meæ, in princ.ff.de condition.& demonſtrat.*. & alia ſimilia. ¶ Et in his quæ habent tractum ſucceſſiuũ, negotium finitum non dicitur, † donec totaliter perfi- 24
ciatur, ſecundùm Aretin. *in l.ſubſtitutione, col.4. ff. de vulgar.* Gomezium *in regula, de annali poſſeſſore, q.44. pag.585.* Et iſta confirmantur ex ſcriptis per Molinam *lib.2.c.4.n.38.fol.230.* & Meſſiam ſuper *l.Toleti, vltimæ partis, concl.10.n.45. fol.200.* Et ex his quæ ſcribit Rolãdus *in conſ.70.n.32.lib.3.* vbi per doctrinam Ancharrani

conſ.26.

conſ.26. Barba.*conſil.18.lib.2.* Roman. *conſ.438.col.6.* & alia plura ſcribit, quod agnati concepti poſt prohi-
25 bitionem alienationis, & fideicommiſſum relictum † admittuntur ad reuocandam alienationem; quia fideicommiſſum & prohibitio non verificantur nec ſumunt effectum ſuum, ſecundùm intentionem fundatoris in his, qui concepti erant tempore mortis, quod conſilium eſt in eodem caſu, in quo conſuluit Gloſ. Pariſienſ. *in conſilio, pro Duce de Villahermoſa.*

26 Ad hæc facit, quod quando quis poteſt iure proprio actum gerere, ſi nulliter faciat, † poteſt iterum facere talem actum, *l.2.§.1.* vbi Bart. *ff. de option.legat.* cum *concordan.* vt per Iaſonem *in l.qui per ſaltum, notab.2. ff. de iureiurand.* De qua re plura ſcribit Cephalus *conſ.359.nu.15. cum ſequentibus, lib.3.* & tradit Peralta *in l.cum pater, §.à filia, num.5.pag.313. ff.de legatis 2.* Et variare etiam licet vbicumque alicui fuit data po-
27 teſtas, vt eligat in morte, † & eligit in vita, fortè enim ante hæredem moritur, etiam alij, vel aliis dandum eſſet: *d.l.cum pater, §.à filia, ff. de legat.2. l.vxorem, §.Scium maritum, ff.de legat.3. l.filius, am lias, §.diui, ff.de legat.1.* Per quæ iura hoc tradit Epiſcopus Sarmiento *in l.vnum ex familia, in principio, nu.3.fol.170. ff.de legatis 2.* Quod notandum eſt ad eum, cui fuit commiſſum, vt poſt mortem ſuam eligat ad maioratum vel meliorationem, quem voluerit; quia in vita non poteſt eligere, aut nominare; ſuper quo vidi quæſtionem ex facto: & idem quod Epiſcopus Sarmiento ſcribit *ibi* D. Anton. de Padilla *num.11. pag.289.* & ante eos hoc tradit Peralta *in dicto §.à filia, n.2.& 3.* & trado *infrà, hac parte, quæſt.48.*

Et hæc maiori ratione procederent, vbicumque pater, tempore quo fecit maioratum, alios habebat filios, quos vocauit defuncto primo filio, in cuius fauorem conſtituit maioratum abſque filiis, & tradidit filio poſſeſſionem rerum maioratus: tunc etenim cum ex traditione poſſeſſionis non ſolum fuerit ius acquiſitum, & irreuocabile filio illi, in quem maioratus fuit conſtitutus, ſed omnibus aliis vocatis in ſcriptura maioratus, vt probatur *in l.7. tit.4. part.5.* & latius *infrà* trademus *in quæſt.24.* hoc caſu non erit neceſſe patri iterum vti licentia Regali ad faciendum maioratum; cum iam perfectum fuerit, & conſummatur in alios filios, & in
28 omnes vocatos, & deſcendentes in infinitum, & hoc † mihi videtur *in 1. diſtinctione* Gregorij Lopez.

In ſecundo autem quod dicit *Gregorius Lopez*, quòd vbicumque ante acquiſitionem, filius mortuus fuit, libera manet patri facultas iterum nominandi; ſequor eum propter rationes ab illo adductas. Et ego alias adducere poteram, quæ conſultò omitto. Et iſta fortius procederent, vbicumque in facultate Regali caueretur, quòd maioratus ſemel conſtitutus poſſet reuocari & mutari: quæ clauſula maximè in facultatibus, quæ præſentibus, & proximè temporibus præteritis concedun-
29 tur, pro maiori parte reperitur. Et per hæc etiam dubia redditur alia ſententia † ciuſdem Gregorij Lopez *in l.50. in gloſſa magna, quæ incipit*, Dos vezes, *tit.5. part.5.* vbi vult, quòd non ſtante *l.44.Taur.* quòd ſi quis facit cum facultate Regia maioriam in vnum filium, tenebit, licèt non ſit ſequuta traditio; & non quæ facta fuit in ſecundum cum traditione; quia per primum actum expirauit licentia; quæ concluſio, attentis ſuperioribus, nequaquam procedere videtur. Et quòd ſi Rex concedit alicui, vt poſſit turrim ædificare, & ibi laternam ponere, ac à nautis petere certam penſionem, quòd ſi turris ſit deſtructa, non poſſit eam ædificare ſine nouo Regis conſenſu, quia Rex intellexit de prima turre; tradit Matthæus ab Afflictis *deciſ.Neapolitan.392. Rex Ferdinandus*, Rebuffus *in d.§.hoc ſermone, legis, boues 6. pag 541.* quod
03 confert pro intellectu textus *in l.46.Tauri, in fine*, hodie *l.6. tit.7. lib.5 Recopilationis.* ¶ Et quod facultas data ad accipiendum pecunias ad cambium † non extendatur ad recambia, voluit Pariſius *in conſ.91.n.4. lib.1.* licèt contra Decius *in conſil.162.* Quod diſputat Beneuentus Strach.*in tractat.de mercatura, titulo mandat. num.20.pag.176.* quod tetigi, licèt ſit extra materiam, quia eſt ſingulare & practicabile. ¶ Et quòd licentia teſtandi damnato ad mortem, quæ conceditur
31 per *l 4.Taurinam*, † non extinguatur cum primo teſtamento, notat ibi nouiſſimè Auendañus *gloſ.5. num 18. fol.4.* quod veriſſimum credo. Et qualiter cognoſcatur,
32 † an actus ſint reiterabiles, & illos reiterare liceat, ponit notabilem doctrinam Baldi *in l final.n.12.C.qui bonis cedere poſſunt.*

QVÆSTIO XIX.

Si pater elegit ad maioratum filium indignum, an priuetur poteſtate iterum nominandi.

SVMMARIVM.

1 *Eligens ſcienter indignum, poteſtate iterum eligendi priuatur, & n.2. Quid ſi ignoranter feci., num.4.*
3 *Priuilegium amittit, qui eo malè vtitur.*
5 *Prima electione nulla exiſtente, non prohibetur quis iterum eligere.*
6 *In dubiis benignior interpretatio eſt ſumenda.*
7 *Delictum non eſt præſumendum.*
8 *Eligens indignum an dolo facere præſumatur.*
9 *Præſentans ad ius patronatus an præſentati conditionem ſcire præſumatur.*
10 *In electione indigni an potius ignorantia quam dolus præſumatur, & num.11.*
12 *Officiales indignum ad aliq od officium nominantes, an pro illa vice iure nominandi priuentur.*

DEcimononò quæro de alia quæſtione, quæ præcedenti eſt contigua, ſi pater virtute Regiæ facultatis facit maioratum in aliquem filium indignum, vt qui tempore in quo factus fuit maioratus, erat hæreticus vel commiſerat crimen læſæ maieſtatis, vel aliud ſimile delictum, nec illi tradidit poſſeſſionem vel ſcripturam, & nec maioratus fuit factus propter contractum aliquem oneroſum, an pater remaneat priuatus poteſtate nominandi alium filium ad maioratum? In qua quæſtione ſic diſtinguo. Nam ſi pater elegit talem
1 filium indignum ſcienter ad maioratum, tunc iuſtè † priuatur poteſtate iterum nominandi alium filium.

Hæc concluſio probatur *in cap. cum in cunctis, §.1. de elect.* à quo deducitur, quod eligentes aliquem ſcien-
2 ter indignum, † priuantur poteſtate iterum eligendi: eadem concluſio probatur *in l.26.tit.5. part.1. & in l. cum quidam*, vbi Bart. & Doctores, præcipuè D. Antonius de Padilla *num.15. pag.278.* & Epiſcopus Sarmiento *num.16. fol.84. ff. de legat.2.* Lambertinus *de iure patronatus lib.2. part.1. quæſt.9.principa.i, art.28. num.2.folio 100.* & legenda ſunt quæ idem ſcribit *in 4.artic. 18. quæſt.prince pali, lib.2.part.1.num.1. cum ſequentibus, fol.107. & lib.2.part.2.artic.8. quæſt.2. num.2. fol.248.* Menochius *caſu 228.num.2.* Notat Decius *in conſil.522. num.7.* Ripa *reſponſ.32.num.4. & in tractatu de peſte, cap.de remed.ad conſeruand.vberta. num.197. fol.31.* Et hoc procedit etiam in electionibus laïcorum, ſecundùm Baldum *in cap.venerabilem, de elect.* De quo etiam per Abbatem *in d. cap. cum in cunctis, & in cap.per inquiſitionem.notab.vltimo, eodem titulo*, & notatur etiam per Tiraquellum *in l.boues, §.hoc ſermone, limitat.1.num.43. pagina 128. ff.de verborum ſignificatione.* De quo agitur per Auendañ. *in 1. part., de exequen. mandat. Regiis, cap.19. num.22.* licet Auguſtinus Beroius *conſ.23.num.21.lib.2.* conetur probare, quòd dicta iura procedunt tantum in electione Prælati.

¶ Et habens priuilegium ad aliquid faciendum, ſi illo

3 malè vtitur,† amittit, *cap. primi egium, 11. quæst. 3. l. Iudæos, C. de Iudæis: l. eos, C. de aquæductu, lib. 11. l. 43. titul. 18 part. 3.* ¶ Si autem ignoranter facta fuit nominatio, † non priuatur pater potestate iterum nominandi alium filium, secundùm prædictos Doctores. Et pro hoc facit, quia cum electio prima, fuerit nulla,
5 † non prohibetur iterum eligere & nominare: argumento *textus in l. aut si nulliter, C. de legitim. hæred. in verb. aut si nulliter*, cum *concordan.* vt per Felinum *in cap. ex tenore, col. 2 de rescript.* Iason. *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicat.* Notat Petrus de Peralta *in l. vnum ex familia, §. sed si vno, num. 3. pag. 578. ff. de legat. 2.*

Sed an præsumatur quòd pater elegit filium indignum scienter, Bart. *in l. si patronus, ff. de confirm. tutor.* tenet, quòd eligens indignum, præsumitur id scienter facere, & priuatur eligendi potestate. Notatur per Decium *in d. cap. cum in cunctis: §. Cleric. num. 1.* quæ opinio dura, & rigida est, & contra rationem & æquitatem: cum in rebus dubiis semper interpretatio benigniorem † sit sumenda, *l. ea quæ, §. in re dubia, ff. de regulis iuris: l. proximè, ff. de his quæ in testam. delent.* & delictum † non est præsumendum, *l. merito, ff. pro socio*, cum
7 8 *vulga.* Et quod eligens indignum, † non præsumatur dolo facere, per regulam *l. quoties 5. §. qui dolo, ff. de proba. & d. l. merito*, tradit Cephalus *in consilio 359. num. 52. lib. 3.* ¶ Et quod præsentans † præsumatur
9 scire conditionem præsentati ad ius patronatus, tradunt Baldus *in Margarita, verb. electioni*, pro quo est textus *in l. si patronus, in fine, ff. de confirmat tutor.* vbi Iacobus de Aret. & volunt Rochus de Curte *in tractatu, iuris patronatus, in verb. honorificum, 4. quæst. principalis post medium*, Lambertin. *de iure patronatus, lib. 2. part. 1. art. 2. 10. quæst. principali, num. 9. fol. 103.* Et legenda sunt quæ scribit idem Lambertinus *in dicto artic. 18. num. 4. folio 108.*

Quare ego in proposito nostræ quæstionis, arbitrio Iudicis relinquendum esse iudico, qui attenta conuersatione filij cum patre, & aliis circumstantiis, hoc notum habere possit. Potest enim esse, quòd filius in longinquis partibus abfuerit, vel quòd delictum fuit ita occultum, quòd patri notum non fuit, cum fecit maioratum. Et ideo ego potius in hoc casu non præsumerem
10 scientiam, imò potius † ignorantiam: argumento *l. verius, ff. de probat. glos. in l. 2. ff. de recept.* cum *concordan.* vt tradit latissimè Ioseph. Mascardus *lib. 2. de probation. conclusione 879. num. 1. cum sequentibus, fol. 182.* & ante eum Antonius Gabriel *lib. 6. communium opinionum, tit. de regulis iuris, conclusione 5.* Facit textus *in l. eius qui in Prouincia, ff. si certum petatur. l. quidam decedens, §. ex quo, ff. de administrat. tutor.* Et pro hac sententia faciunt plura quæ scribit Petrus de Peralta *in l. cum quidam, pag. 166. num. 3. cum alijs, ff. de legatis 2.* vbi latè probat, quod quis non præsumitur scienter eligere indi-
11 gnum, † sed ignoranter, vide illum, qui hunc articulum rectè scribit, & Molin. *lib. 2. de primogen. cap. 4. num. 39. folio 230.*

Animaduerto etiam, quod eligentes scienter indignum, priuantur potestate eligendi, vbicunque sunt priuati ipso iure; secus si priuatio sit per sententiam, secundùm Romanum *in consilio 483. Dubitatur primo, col. 3. versic. secundo si quis dixerit*, Tiraquellum *in l. si vnquam, in verb. reuertatur, num. 38. pag. 537. C. de reuocand. donation.* Quod etiam animaduerto *in quæst. 48. in hac 1. part. num. 57.* ¶ Et quod Officiales nominantes
12 ad aliquod officium indignum, † non priuentur pro illa vice iure nominandi, volunt Cinus *in l. 1. in fine, ff. si quis in ius vocat. non ierit:* Albericus *in l. sextum decimum, §. quæsita, ff. de vacat. muner.* & alij quos citat Auendañ. *1. part. de exequen. mandatis, cap. 19. num. 22. cap. 19. num. 22. fol. 122. col. 2. versic. & de nouo percipiet dominus.*

QVÆSTIO XX.

Princeps an possit reuocare licentiam, quam ad faciendum maioratum concessit.

SVMMARIVM.

1 *Princeps sua voluntate potest priuilegium à se concessum ad maioratus institutionem reuocare sine causa, & num. 2. & cum illa, num. 4. Quid quando per viam contractus concessit. num. 5.*
3 *Princeps an possit gratiam ex post facto modificare.*
6 *Princeps publica existente vtilitate, statutum, vel concessionem an possit reuocare.*
7 *Princeps iurisdictionem alicui semel concessam potest reuocare.*
8 *Princeps an possit reuocare maioratum ob contractum onerosum, vel tradita iam possessione.*
9 *Maioratus an sit merè priuilegium à Rege concessum.*
10 *Sententia quædam* Antonij Gomez *circa maioratus reuocationem refellitur.*

VIgesimò quæro, an Princeps, qui concessit alicui licentiam ad faciendum maioratum, possit illam reuocare? In qua quæstione breuiter me expediendo, quoniam sacrilegium est disputare de potestate Principis, *l. disputare, C. de crimin. sacrileg.* Dico, quòd Princeps † potest reuocare priuilegium, quod dedit ad faciendum maioratum, etiã sola voluntate, absque aliqua causa: quia de iure Princeps potest reuocare priuilegium, quod subdito dedit, etiam absque aliqua causa, *cap. conquestus*, vbi Glos. 9. *q. 3. cap. fraternitas, 16. q. 1.* Innocen. Abb. Felin. vbi latè, Decius *num. 13. in cap. nouit, de iudi.* Alberic. *in l. digna vox, C. de legibus*, Cinus, Imola, Alexand. Iaso *in l. non amplius, §. si quis certum, ff. de legat. 1. Doctores in l. priuilegia, C. de sacrosanct. Eccles.* Ias. *in cons. 56. Redemptoris nostri, lib. 1. & in consil. 108. In causa mota, eodem libro*, Decius *in cons. 407. Visis*, & in *pluribus aliis consiliis*, Purpuratus *in l. Imperium, num. 165. ff. de iurisdiction. iudicum*, Ægidius Bossius *in pract. crimin. tit. de Principe, col. 603.* Alexan. *in cons. 216. lib. 2. num. 5.* vbi latissimè hoc docet Guillelmus Benedictus *in cap. Raynutius: in verb. duas habens filias, de testam.* Rebuff. *in l. vnica, num. 16. pag. 363. totius voluminis tractatuum, C. de sentent. quæ pro eo quod interest proferuntur:* Gozadin. *in consil. 62. num. 9. & in cons. 5. num. 27.* vbi dicit, † gratiam à se datam, Principem reuocare posse. Latè Stephan. Bertrand. *in cons. 181. Circa processum, lib. 3.* Thomas Grammat. *decis. 46. num. 5.* Et est communis opinio secundùm Curtium *consil. 1. num. 34. lib. 1.* ¶ Et Princeps ex pòst facto potest gratiam à se datam, seu donationem † modificare, Bald. *in l. si nuptæ, lectura 1. ff. de Senatoribus*, per *l. qui fundos, C. de omni agro desert. libro 11.* vbi Luc. de Penna, & Ioan. de Plate. De quo etiam per Matthæum de Afflictis *in constitut. vtriusque Siciliæ, in constit. penult. carcer. lib. 2. fol. 17. ad finem.* De quo tamen vide quæ scribo *infrà, q. 26.*

Si igitur Princeps potest priuilegium reuocare subdito concessum etiam sine causa; minus dubium erit id facere posse † causa existente: quod expressè probatur *in l. 19. tit. 3. lib. 1. Ordinam.* Et pro hac sententia faciunt aliqua, quæ ad propositum nostrum scribit Gregorius Lopez *in l. 3. tit. 3. part. 6. in glos. in verb.* Mugeres, *fol. 89. col. 3. in fine*, quem vide. Nec nouum est, quòd Principi liceat reuocare priuilegium, cum causa existit, quia licet aliàs priuilegium, quod Princeps concessit per viam † contractus, non possit reuocare, vt per Doctores *in d. cap. nouit*: & Bart. *in l. 2. num. 7. ff. de iur. immunit. & in l. final. ff. de condict. ob causam.* Bald. *in l. final. ff. de Senator. & in l. si cum mihi, ff. de dolo;*

dolo; & in cons. 326. Rex Romanorum, lib. 1. Ioan. Lopius *in l. 17. Tauri, fo. 52. in vers. ex quo inferebam:* tamen
6 existente publica † vtilitate, id Principi licet, & reuocare priuilegium, statutum, vel concessionem; secundùm Angelum *in l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.* Quod confirmatur ex pluribus, quæ *Angel.* citando notat: Alexander *in d. cons. 216. Nec arguendi, lib 2. num. 6.* quem ad hoc corruptè refert Hippolyt. tam *in numero voluminis*, quàm *in numero consilij, in singul. 531.* quod incipit, *Vilitas publica.* Notatur etiam per Ferdinandum Menchac. *lib. 1. controuersiarum illustrium, cap. 31. num. 24. fol. 94.* pro quibus est egregia Bart. doctrina *in l. cum Nauarchorum, C. de nauicul. lib. 11.* & textus *in l. legatum, ff. de vsufruct. & in l. vt gradatim, §. quoties, ff. de muneribus & honoribus, & in l. quod semel, ff. de decret. ab ordine facien. & in l. iubemus nullam nauem, C. de sacrosanct Eccles.* ¶ Ex quibus notat Aretinus *in cap. nouit, de iudic.* Quod Princeps iuris-
7 dictionem alicui semel concessam † potest reuocare, tradit Matthæus de Afflictis *in constitut. Neapolitan. lib. 1. rubr. 17. num. 2. fol. 18.* refert Bart. *in l. non ambigitur, ff. de legibus, & in l. vltima, ff. eodem tit.* & sequitur Paul. Paris. *in addition. ad Bart. in l. digna vox, C. de legibus*, in additione, quæ incipit, *Imperator.* Et hæc sufficiant pro decisione huius quæstionis, quam latius non confirmo, quia prædicta sunt ad hoc, vt pro indubitabili habeatur.

8 Sed ista conclusio procedit, † nisi maioratus iam sit factus, & filio possessio tradita sit, vel factus sit ob contractum onerosum: nam tunc non erit Principi licitum reuocare licentiam: cum iam agatur de præiudicio aliorum, quàm impetrantis, quibus Princeps præiudicare nequit. Ad quod facit *l. si donationem, C. de reuocand donation.* ibi: *Si donationem ritè fecisti hanc, authoritate Rescripti nostri rescindi non oportet.* Et ad hanc conclusionem est bonum consilium Pauli de Castro 164. *lib. 2.* De quo latius ago *in quæst. 26. infrà, eodem*; vbi lector reperiet alia plura ad fundamentum istius limitationis, quæ regulariter verissima est, quæ confirmatur ex aliquibus, quæ scribit Chassan. *in consuetud. Burgund. tit.* des justices, *rubr. 1. §. 5. num. 187. pag. 239.*

Et hoc modo est temperandum, quod nimis generaliter scribit Montaluus *in l. 8. tit. 12. lib. 3. fori, in glos.* in verb. *no puede toller*, vbi inquit, quod maioratus fa-
9 ctus per Regem † est merè priuilegium ab eo concessum, & sine causa potest reuocari. Refert notata per Zabarel. *in cap. perpendimus, de sentent. excommunication.* Nec mihi placet sententia † Antonij Gomez *in*
10 *l. 43. Taurina, num. 1. & 2.* vbi nimis generaliter probat, Principem posse reuocare licentiam, quam dedit ad faciendum maioratum, etiamsi alteri sit ius quæsitum: ad quod ponderat eandem *l. 43. & d. l. qui fundos, C. de omni agro desert. lib. 11.* quod plusquam erroneum mihi videtur.

QVÆSTIO XXI.

Licentia Regalis ad faciendum maioratum, an reuocetur propter superuenientes filios.

SVMMARIVM.

1 *Contraria contrariis curantur.*
2 *Pater an possit maioratum reuocare.*
3 *Donationes perfectæ an reuocentur, si parentes post liberos procreauerint, & num. 9.*
4 *Licentia Regalis ad maioratus institutionem fundamentum habet in relatione & intentione patris imperantis.*
5 *Affectio æqualis erga omnes filios præsumitur.*
6 *Deficiente fundamento deficit ædificium, & ibi;*

quicquid est causa causæ, est causa causati.
7 *Hæreditas liberis omnibus debetur naturali ratione.*
8 *Pater hæreditate filium priuare noluisse præsumitur.*
10 *Donatio propter affectionem an videatur inclusa in donatione.*
11 *Promissioni de non reuocando ex dispensatione legis an contrauenire quis possit.*
12 *Reuocata donatione virtute l. si vnquam, an reuocetur Constitutum in ea appositum.*
13 *Principi est facienda relatio de posthumo nascituro, vbi impetratur licentia ad faciendum maioratum.*
14 *Pater an possit maioratum facere in vnicum filium, si postea sibi alius nascatur.*
15 *Dispensationis causa cessante, an cesset dispensatio, remissiuè.*
16 *Noua causa superueniens an tollat priuilegium.*
17 *Dispositiones propter superuenientem causam retractantur.*
18 *Nouiter emergentia nouo indigent auxilio.*
19 *Maioratum si quis faciat cum iuramento, an possit illum reuocare, liberis postea susceptis? refertur sententia affirmans.*
20 *Legitimatio an reuocetur, liberis postea susceptis? refertur sententia affirmans. Negans, num. 35. & 36.*
21 *Donatio omnium bonorum vnicæ filiæ facta, si pòst filius nascatur, an reuocetur in parte filio contingenti. Quid in vnico filio, liberis postea natis? n. 23. & 25.*
22 *Maioratus in filium naturalem institutus an reuocetur propter filios legitimos superuenientes.*
24 *Pater duas filias habens, si cum assensu Regio eas in feudalibus instituat, an testamentum reuocetur propter filij masculi superuenientiam.*
26 *Opinio quod melioratio in vnicum filium non cadit, an procedat in maioratu.*
27 *Grauamen quod in filio non valet, an teneat in substituti persona.*
28 *Pater inter filios æqualitatem velle seruare præsumitur.*
29 *Donatio inofficiosa quomodo reuocetur.*
30 *Præteritione vel exheredatione testamento rupto, an valeat melioratio Tertij & Quinti, si testator se filium habere ignorabat.*
31 *Maioratum propter superuenientes filios reuocari non posse, fundatur.*
32 *Vsufructus patri quæsitus in bonis aduentitiis filij, an cesset, si veniat ad casum, à quo incipere non potuit.*
33 *Pater si post factam donationem liberos procreauit, qui postea decesserunt, an maneat firma donatio.*
34 *Melioratio & vinculum an valeat in vnico filio, mortuis aliis fratribus, si primus consensit.*
37 *Lex, si vnquam, C. de reuoc. donat. non procedit, quando tempore donationis quis filios habebat.*
38 *Affectio magis præsumitur ad filios natos, quàm ad nascituros, & num. 39.*
40 *Maioratum in vnico filio factum, aliis postea natis, reuocari quoad eorum legitimam, tertia & quinta parte excepta, resoluitur: & num. 41. & 42. & num. 48.*
43 *Melior est primogenitorum conditio. Parentibus sunt chariores, n. 44. & 47.*
45 *Fauorabile aliquid dicitur, vbi agitur de interesse Reipublicæ.*
46 *Maioratus non debet faciliter reuocari.*
49 *Reuocatio an procedat, cùm pater filio maioratus tradidit possessionem. Quid in contractu oneroso, num. 50.*
51 *Alteri per alterum non debet afferri iniqua conditio.*
52 *Do atio fauore matrimonij an reuocetur per d. l. si vnquam, & num. 53. & 54.*

55 *Donatio fauore matrimonij an ſit ob cauſam, & num.* 65.
56 *Lucrum proueniens ex cauſa matrimonij an ſit propriè lucrum.*
57 *Donatio quando dicatur facta fauore matrimonij, vel ob cauſam oneroſam, remiſſiuè.*
58 *Donatio ob cauſam non reuocatur ex* d. l. ſi vnquam.
59 *Donatio facta in contractu matrimonij, an reuocetur per ſuſceptionem liberorum.*
60 *Factum contemplatione deficientium liberorum à Principe gratiam dantis vel recipientis, an reuocetur propter natiuitatem aliorum.*
61 *Donatio omnium bonorum cauſa dotis facta an valeat,*
62 *Diffinitio quæſtionis, de qua in num.* 50. & 52. *agitur, & ibi, parentibus incumbere dotare filias.*
63 *In neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit.*
64 *Donationes dotis, & propter nuptias, an ſint neceſſariæ.*
65 *Donatio facta titulo oneroſo, an ſit oneroſa,*
67 *Donatio liberalis quæ dicatur.*
68 *Ratio veræ decidendi ad* d. l. ſi vnquam.
69 *Quos ratio connectit, non debet iuris diſpoſitio ſeparare,*
70 *Intellectus notabilis ad* leges 17. & 44. Tauri, & *num.* 72. & 73.
71 *Lex ipſa, & non homo, limitat, aut moderatur,*
74 *Per poſthumi natiuitatem an reuocetur ipſo iure donatio.*
75 *Maioratus an reuocetur, ſi tempore quo pater fecit maioratum, duos habebat filios, & poſteà alios genuit.*
76 *Filio præterito ignoranter an debeatur legitima, & num.* 77.
78 *Nominatio ad emphyteuſim an reuocetur ex d.* l. ſi vnquam,
79 *Fructus in hac materia à quo tempore reſtituì debeant.*
80 *Legatum an facilius reuocetur quam donatio, quando poſtea quis liberos ſuſcepit.*
81 *Renuntiatio maioratus per ſuperuenientes filios & numero* 84.
82 *Filius an poſſit conſentire grauaminì appoſito legitimæ in præiudicium liberorum.*
83 *Filius vltimi de familia an poſſit reuocare alienata à patre.*
85 *Minor an ſit reſtituendus aduerſus repudiationem, quam de bonis maioratus fecit.*
86 *Primogenitus vnum ex maioratibus eligens, an poſſit petere reſtitutionem aduerſus electionem.*
87 *Tutela à matre maioratum habente data filio vnico, ab ea hærede inſtituto, an confirmari debeat.*
88 *In reuocatione legitimæ facta iuxta* l. ſi totas C. de inoffi. donat. *filius qui poſtea naſcitur an debeat conſiderari quaſi natus tempore quo fuit facta donatio fratri per patrem.*
89 *Nepos ex filio vnico an poſſit meliorari.*
90 *Filio conſentiente grauaminibus in melioratione à patre adiectis, an teneatur pater ſeruare ordinem* l. 27. Tauri.

VIgeſimoprimò quæro de quæſtione difficili & practicabili. Pone enim quòd pater vnicum tantum filium habens, impetrat à Rege facultatem faciẽdi in eundẽ maioratum & vinculandi omnia bona, & grauandi filium onere reſtitutionis, & aliis ſimilibus vinculis; & deducendo ad exequutionem licentiam, quam habet; facit in filium maioratum, & ei tradit poſſeſſionem bonorum maioratus: & tempore quo licentiam petiuit, & impetrauit ad faciendum maioratum, & eadem vius fuit, nullam habeat ſpem filios procreandi, an ſi poſteà præter ſpem ex vxore, quam tempore impetratæ licentiæ habebat, vel alia, cum qua, priore defuncta, contraxit, alios liberos ſuſcipiat, talis licentia reuocata cenſeatur, & maioratus in eiuſdem exequutionem factus reuocari queat? Et quia diſputationes plerumque magnam vtilitatem adferunt; & vt alibi inquit *Baldus* ferro viam aperit, qui per contraria tranſit, & † contraria contrarijs curantur, *cap. 1. de pœniten. diſtinct. 2. cap. legitimus, de conſecratione, diſtinct. 5.* Notat Paulus de Caſtro *in l. vt vim, ff. de iuſtitia & iure*, placet primò partem affirmatiuam fundare. 1

Et quod in iſto caſu, talis licentia Regalis ſit reuocata, & patet maioratum reuocare poſſit, primò † probatur ex generalibus verbis; *l.* 17. *Tauri*, quæ permittit meliorationis reuocationem, tradita etiam poſſeſſione ex cauſis, quibus per leges Regales donationes ſemel perfectæ, & irreuocabiles reuocari queunt, vbi Ciſuentes *numero* 4. iſtam quæſtionem loquendo in melioratione tetigit; nihil tamen decidit, ſed ſe retulit ad notata in *l. ſi vnquam, C. de reuocand. donation.* Ego tamen infrà tractabo. Cum igitur ex diſpoſitione textus *in l.* 8. *titul.* 4. *part.* 5. quæ concordat cum *dict. l. ſi vnquam*, donationes perfectæ † reuocentur, ſi poſtquàm factæ fuerint, donantes liberos procreauerint, adeo quòd reuocantur ipſo iure, vt patet ex *d. l. partitæ*, ibi *No deve valer en ninguna manera*: ſequiturque ex generalitate *illius l.* 17. Idem dicendum eſt in noſtro caſu, & quod licentia Regalis viribus prorſus in iſto caſu caret, & reuocata cenſetur, & maioratus virtute illius conſtitutus. Et quòd diſpoſitio *dict. l.* 1. *vnquam*, procedat in legatis, ſicut in donationibus, tradit Ripa poſt alios ab eo citatos *in eadem l. ſi vnquam*, & Franciſ. Mantica *lib.* 12. *de coniecturata mente defuncti, tit.* 2. *num.* 30. & 31. *pagina* 590. & tradit Menochius *in tractatu de præſumptionibus, lib.* 4. *præſump.* 172. *num.* 3. *fol.* 301. poſt Tiraquellum *in dict. l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus, num.* 263. & diſputat Ioſeph. Maſcardus *in tractatu de probationibus, lib.* 3. *concluſione* 1282. *num.* 151. *folio* 230. & plura pro intellectu *dict. l. ſi vnquam*, ſcribit nouiſſimè Hieronymus Gabriel *in conſ.* 127. *per totum*, Maſcardus *in allegata concluſione*, Molina *lib.* 2. *de primogen. cap.* 3. *num.* 37. *fol.* 221. vbi latè diſputat an renuntiatio iurata reuocetur per natiuitatẽ liberorum: & ibi plura notabilia ſcribit, ſed pro intellectu eorum, quæ ſcribit *Molina*, lege quæ ſcribo *in quæſtione ſequenti.*

Et licentia Regalis in iſto caſu † habet totum fundamentum, & cauſam à relatione patris, qui licentiam impetrauit, qui neceſſariò Principi expoſuit, ſe velle facere maioratum in filium, eo quod alios filios non habebat; quam facultatem Princeps non concederet, ant ſi concederet, non cum clauſulis & libertate, quà conceſſa fuit. Habet etiam fundamentum ab intentione illius, qui eam impetrauit, qui, veriſimile eſt, eo quòd patres magis communiter ſolent filios æqualiter diligere, quòd non feciſſet maioratum, neque licentiam petiiſſet, ſi credidiſſet quod poſteà filios debebat ſuſcipere, vel ſaltem non in tam magna quantitate, ſicut fecit. ¶ Et præſumitur † æqualis affectio erga omnes filios, vt per *l. vt liberis, Cod. de Collat.* tradit Socinus Iunior *in conſilio* 100. *num.* 13. *libro* 1. Et à communiter accidentibus videmus, quod parentes, qui vnicum tantum habent exorbitantiſſimè diligunt; quod ſi duos, vel plures filios habent, amor inter eos diuiſus non permittit, quòd in vno ſit tanta dilectio, ſicut ſi ſolus eſſet, & virtus vnita magis poteſt. 2 3

Sed & ſæpiſſimè contingit, quòd parentes magis amant filios iuniores, & vltimo genitos, quàm primogenitos, vel maiores natu, quod nouum non eſt. Nam Iacob Patriarcha (vt ſcribitur *Geneſ. cap.* 37. in initio) *Diligebat Ioſeph ſuper omnes filios, eo quòd in ſenectute illum genuerat.* Et Priamus (vt refert Homerus *lib.* 20. *Iliados*) Polydorum filiorum chariſſimum inter omnes habebat, quia illum in ſenectute genuerat, & nouiſſimus omnium erat: Cùm ergo Principis voluntas, & intentio 4

intentio eius, qui licentiam obtinuit, veriſimiliter ceſſent, à quibus originem & primæuam cauſam conſtitutio maioratus ſumpſit, ceſſare debet maioratus; tanquam ſit ſublatum fundamentum, & radix ſuccidanam
6 deficiente fundamento, † deficit ædificium, *cap. cum Paulus, 1. quæſt.* 1. Et quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati: *l. dotem dedit, ff. de collat. bonorum, l. manumiſſiones, ff. de iuſtitia & iure*; vbi Bald. & Fulgoſ. *l. quominus, ff. de fluminibus.* Et de iſta veriſimilitudine varia & infinita ſcribit Tiraquel. *in d. l. ſi vnquam*, præcipuè *in principio legis.* ¶ Item, hæreditas liberis
7 † debetur omnibus naturali ratione, *l. ſcripto. ff. unde liberi: l. cum ratio, ff. de bonis damnat.* & cum ratio naturalis omnibus filiis ſit communis, & æqualis, teſtatoris affectio præſumitur omnibus filiis pariter prouidere: quia effectus regulatur à ſua cauſa, *l. Cancellanerat ff. de his quæ in teſtam. delen.* Nec eſt veriſimile,
8 † quòd pater voluerit primare filium ſuum ſua hæreditate, argum. *l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. l. cum auus, ff. de condit. & demonſtration. cum concordantibus.*

Prædicta concluſio fulcitur, quia donatio facta ab eo, qui caret liberis, videtur habere tacitam conditionem (*ſi liberos poſteà non ſuſcipiat*) & ideò liberis ſu-
9 peruenientibus, tanquam iam ſit conditio impleta, † reuocatur, ſecundùm Bart. Bald. & Albericum *in d. l. ſi vnquam*; & alios plures, quos refert Tiraquel. *in d. princ. numer.* 6. Et ad hoc etiam facit, quod voluit Oldrad. *in conſ.* 95. *num.* 6. & 7. vbi tradit, Regem Aragoniæ, qui fecit iuramentum de non alienando bona Regni, ſtipulante Notario, poſſe nihilominus donare
10 bona Regni vxori: quia hæc donatio propter affectionem † non videtur incluſa in promiſſione, iuramento, & ſtatuto: & poteſt Rex in hoc caſu promiſſionem reuocare. ¶ Et confirmo: quia licet quis promittat non reuocare, nec contrauenire alicui actui, ſi reuocatio fiat
11 per diſpoſitionem legis, † contrauenire quis poteſt, ſecundùm Corneum *in conſ.* 11. *num.* 9. *Tale: lib.* 3. Grammaticum *deciſ.* 102. *colum.* 1. Petrum Barboſam *in l. quia, ff. ſoluto matrimonio*: 14. *num.* 76. *pag.* 343. *tomo* 2. ¶ Neque quicquam refert in iſto caſu traditio poſſeſſionis, ad reuocabilitatem huius maioratus & donationis, per prædicta, & quandam doctrinam Decij
12 *in conſ.* 366. *Pro declaratione, ad finem.* Vbi dicit, quòd reuocata donatione, virtute *l. ſi vnquam*, † reuocatur Conſtitutum in ea appoſitum; & idem vult Carolus Ruinus *in conſ.* 173. *Quæritur* 1. *in* 2. *dubio lib.* 1. & alij, vt per Tiraquel. *in tract. de Conſtitut. part.* 3. *limitat.* 29. *num.* 4. *fol.* 146. Quod confirmatur ex doctrina Grat. *conſ.* 50. *lib.* 1. vbi tradit, quòd non ſolùm dominium, ſed etiam poſſeſſio reuocatur ex diſpoſitione *d. l. ſi vnquam*: notat Anton. Gabr. *lib.* 3. *commun. opin. concluſ.* 2. *num.* 29. *pag.* 196. licet Bald. *in l. ab emptione, col.* 3. *ff. de pact.* velit, quòd reſoluta obligatione, non reſoluitur Conſtitutum, quia non eſt acceſſorium obligationis, ſed traditionis, & tranſlationis dominij: confirmat *Deciſio Pedemontana* 85. *n.* 7.

Et ex iſtis confirmatur doctrina Gregorij Lopez *in l.* 32. *tit.* 9. *part.* 6. *in gloſſ.* No valdrà, *fol.* 67. *colum.* 4. *in verſ. Aduerte etiam*, quod videtur, vbi dicit, quòd vt plenior ſit facultas ad faciendum maioratum, opor-
13 tet quòd Principi fiat † relatio de poſthumo naſcituro; ex notatis per Bart. *in l. Titius, ff. de liberis & poſthum. & in l. ex facto, in principio*, ibi: *Nam & veriſimile eſt*: ff. de vulgar. facit *l. qui in vtero, ff. de ſtatu homin. l.* 3. *titul.* 23. *p.* 4. *l.* 2. *tit.* 18. *part.* 6. Imò idem Gregor. Lop. *in cad. l.* 32. & *eadem gloſ. fol.* 70. *col.* 4. *verſ. quid autem ſi Rex*, inquit per *dict. l. ex facto*, quòd ſi Rex dedit licentiam faciendi maioratum in vnicum filium, quem impetrans licentiam tunc habebat, & poſteà naſcatur
14 ſibi alius filius, † non poterit facere maioratum: quem citat Parladorius *in ſuo libello rerum quotidianarum, cap.* 7. *in fin.* Burgos de Paz Iunior *quæſt. ciuili* 1. *num.* 22. quos citat Barboſa *in l.* 2. *in princip. num.* 169. *pa-*

gin. 677. *ff. ſoluto matrimon. tom.* 1. ¶ Sed iſtius concluſiones veritas maxima ex parte conſiſtit in declaratione illius quæſtionis. An diſpenſationis cauſa ceſſante, † ceſſet diſpenſatio; quam notabiliter explicat & 15
declarat Tiraquel. *in tractat. de ceſſante cauſa, part.* 1. *num.* 89. 90. 91. 92. & 93. *pag.* 28 quem lector legat. Faciunt tradita per Petrum Surdum *in tractatu de alimentis, tit.* 8. *priuilegio* 11. *num.* 5. *fol.* 176. Et pro Gregorio Lopez facit *regul. cap. dilecti, & cap. ſuggeſtum, de decim.* vbi noua cauſa ſuperueniens † tollit priui- 16
legium.

Item prædicta concluſio iuſtificatur, quia omnes diſpoſitiones intelliguntur rebus ſic ſtantibus, & propter ſuperuenientem cauſam † retractantur: *l. quod Seruius,* 17
ff. ae condition. ob cauſam: vbi latè Iaſo, qui plura adducit, *d. cap. ſuggeſtum, de decim. l.* 43. *tit.* 18. *part.* 3. Ex quibus iuribus patet, quòd dicta regula procedit etiam in diſpoſitionibus Principum, notat idem Iaſo *in l. ſi quis ſeruum, n.* 5. *fol.* 114. *ff. de verborum obligationib.* Et ea quæ de nouo emergunt, † nouo indigent auxilio: 18
l. de ætate §. ex cauſa, ff. ae interrogat. actio. cap. paſtoralis, de except. notatur per Romanum *in l. ſi vero, §. de viro ff. ſolut. matrim.* Barba. *in rubric. C. qui admitti: n.* 19. Decius *in d. cap. Paſtoralis, n.* 5. Hippolyt. *in l.* 1. *§. vltimo, n.* 5. *de quæſt. & ſingul.* 333. & 503. & 512. & 619. quæ plenius à me tradentur *in* 4. *part. huius operis, quæſt.* 1. *limit.* 1. *à n.* 28. *cum ſequentib.* vbi lector videat. ¶ Et pro iſta opinione facit ſingularis & æqua diſpoſitio textus *in l. ſi totas, C. de inoffic. donation.* cum adductis per Iaſonem *in authent. unde ſi parens. n.* 19. *C. de inofficioſ. teſtament.* Anton. Rubeum *in l. Titia, §. Imperator, n.* 139. & *numer.* 152. *ff. de legatis* 2. Iulium Clarum *de donation. q.* 24. Oſaſcum *deciſ. Pedemon.* 122. *num.* 19. Beroium *conſ.* 68. *num.* 6. cum *concordantibus*; vt per Petrum Surdum *in tractatu de alimentis, tit.* 8. *priuileg.* 26. *n.* 8. *fol.* 186.

Ex quibus, qui hanc partem affirmatiuam tenere velit, inferre poteſt, quòd licet pater faciat maioratum, & iuramento confirmet, † adhuc reuocare eum poteſt, liberis poſteà ſuſceptis: quia etiam iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus, *cap. quemadmodum*: vbi *Gloſ. in verb. conditio, de iureiurand. cap. ne aliquis*, & *ibi* Gloſ. vltima, 22. q. 2. notant Doctores *in prædictis locis*, & Gloſſ. Pariſ. *in conſuetudin. Pariſienſ. part.* 1. *gloſſ.* 4. *§.* 2. *num.* 6. *fol.* 58. & conſtat etiam ex his quæ notabiliter cumulat Tiraquellus *in d. l. ſi vnquam, in princip. num.* 166. *pag.* 78. Sed iſta illatio intelligi poteſt ſecundùm diſtinctionem *infrà*, traditam, *num.* 51. *cum ſequentib.* Et ſi ex duobus vaſſallis alter alienat fundi partem, altero conſentiente, & poſteà decedat ſine liberis, poteſt qui conſenſit, reuocare alienatum, vt tradunt Decius *in conſ.* 263. *col.* 3. Antonius Petr. *de fideicommiſſ. quæſt.* 14. *num.* 12. *pag.* 539. ¶ Præterea, pro hac opinione affirmatiua, eſt dictum Dini *in l. ex facto ff. de vulgar.* vbi dicit, quòd legitimatio facta de filio naturali, † reuocatur liberis poſteà ſuſceptis. Pro quo facit, 20
quia legitimatio dicitur donum patris, vt probatur *in authent. Item ſine legitimâ: C. de natural. liber.* & in *alios locu.* Sicut ergo donatio reuocatur liberis poſteà ſuſceptis, ita legitimatio, quæ vim habet donationis; & opinionem Dini ſequuntur Guillel. de Cuneo, Alberic. & Paul. *in l. tale pactum, §. vltim. ff. de pact.* Oldrad. *in conſ.* 274. *Factum tale eſt*: Bald. *in l.* 2. *in fin. C. ſi in fraudem patr.* & alij quos refert Tiraquel. in ſæpiùs *citata l. ſi vnquam, in verb. Donatione largitus, n.* 279. *& pag.* 279. quamuis ſtatim *numer.* 281. plures referat qui contrarium tenent, provt *ibi* videri poterit. Et ex his, dixit Chiſſan. *in conſuetud. Burgun. rubric.* 7. femme mariée, §. 12. *fol.* 275. *numer.* 8. *col.* 1. *in verſic. quod intelligi eſſe verum*: quòd ſi pater & mater habentes vnicam tantum filiam, eidem dederunt omnia bona in dotem, & poſteà filium ſuſceperunt, † reuocatur donatio in parte contingente ta- 23
li filio; quam quæſtionem latius diſputat Nicolaus

Boerius

Boerius *in conſuetud. Bituricenſ. tit. de conſuet. matrim. §. 1. gloſſ. 1. col. penult. pagina. 106. in fine.* ¶ Ex quibus etiam deducitur, quòd ſi pater ex defectu filiorum legitimorum faciat maioratum in filium naturalem, quòd
22 † reuocabitur maioratus propter ſuperuenientes filios legitimos.

Cæterum Ioann. Lopez *in l. 27. Taur. num. 23.* tenet, quòd donatio vnico filio facta, cum non habeat vim meliorationis, reuocatur quoad integram filiorum poſteà natorum legitimam portionem, quæ (ſecundum eum)
23 deduci debet ex toto patrimonio. † Sed hæc doctrina non multum vrget pro iſta opinione, quia aliud ſentit eſſe *Ioan. Lopez* dicendum, ſi pater filium meliorater, provt eſt in noſtro caſu. ¶ Præterea inquit notanter Matthæus de Afflictis *in conſtitut. Neapolitan. lib. 3. rubric. 5. de reuoc. alien. num. 75. & 76. fol. 266.* quòd ſi habens feudum nouum fecit teſtamentum, & inſtituit duas filias fœminas, quas habet in feudalibus, & impetrat Regium aſſenſum, poſteà procreauit filium, & ipſum inſtituit hæredem in feudalibus reuocando dictum primum teſtamentum cum Regio aſſenſu factum: tale
24 primum † teſtamentum dicitur reuocatum iuris authoritate, propter ſuperuenientiam filij maſculi. Et quia in illo primo teſtamento confirmato à Rege, intelligitur ineſſe tacita conditio, quæ ab initio adeſt ex præſumpta voluntate diſponentis, ac ſi dictum eſſet in primo teſtamento, *Inſtituo filias, ſi filium maſculum non habuero.* ¶ Propriùs iſtam partem adiuuat quod ſcribit Epiſcopus Bernard. Diaz *in fallentiis ſuis, liter. D. regul. 141. aliàs 213.* vbi dicit, quòd ſi patet non habens niſi vnicum filium, fecerit donationem, ſi alij filij poſteà naſcantur,
25 † reuocatur donatio, & omnes filij reduci debent ad æqualitatem, & non habebit dictus filius maiorem partem, quàm alij. Nam cùm eſſet vnicus filius tantum, non præſumitur, quòd pater voluerit eum meliorare: quia non debet præſumi illa prædilectio, nec melioratio reſpectu filiorum naſciturorum, quorum merita pater nondum nouit: & quia facultas meliorandi debet intelligi pluribus filiis extantibus, inter quos cadere poſſit affectio, & prædilectio: cuius rationes ſunt efficaces, & valde vrgentes. Et hanc ſententiam Epiſcopi refert, & ſequitur Gregorius Lopez *in d. l. 8. in gloſſ. in verbo*, A otro, *in medio gloſſæ*, & dicit æquam, & veram eſſe; & pro ea faciunt, quæ ſuprà ſcribo *n. 5.* Et opinio illorum qui dicunt, quòd in filium vnicum non poteſt cadere melioratio, quam tenent Ioan. Lop. *in l. 27. Tauri, num. 27.* & alij quos refert D. Antonius de Padilla *in l. cum virum, num. 2. C. de fideicommiſ. fol. 96.* licet Peralta *in l. Titia cum teſtamento, §. Lucius, n. 161. pag. 412. ff. de legatis 2.* hoc limitet in Quinto, quod verum mihi videtur. Quam ſententiam etiam ſequitur Burgos de Paz *q. 1. ciuili, num. 19.* latè Molina qui pluribus modis limitat & intelligit *lib. 2. de primog. cap. 11. num. 3. cum ſequentib. fol. 317.* vbi *num. 31.* poſt Gregor. Lopez, & Anton. Gomez; & alios, quos
26 citat, † hoc limitat in maioratu facto cum Regia facultate, quem citat, refert, & ſequitur Burgos de Paz, *d. 1. q. ciuili, num. 22.* & hunc punctum tractat A Humada *in l. 2. titul. 2. part. 2. gloſ. 1. in verbo, Maioria, num. 1. cum ſequent. fol. 142.* De quo legendum eſt quod ſcribo *infrà, num. 104.* Et in hac opinione videtur inclinare Epiſcopus Couarruu. *lib. 1. variar. cap. 19. num. 3.* Et opinionem Bernardi Diaz ſequitur nouiſſimè Barboſa *in l. 2. in principio, num. 169. pag. 677. ff. ſoluto matrim.* Et communem opinionem, quòd in filium vnicum non cadat melioratio, ſequitur Angulo *in l. 11. tit. 5. lib. 5. Recop. gloſſ. 10. num. 1.* contra Parladorium *de rebus quotidianis, cap. 7.* Et Angulo tradit, quòd nepos vnicus ex filio poteſt meliorari.

Et tradit Angulo *in dict. loco, num. 12.* Quod ſi in contractu matrimonij pactum factum fuit, quòd filius qui primo naſcatur, ſuccedat in Tertio & Quinto & naſcatur filius vnicus, an is teneatur ſtare pacto parentum, & conſentire grauamini impoſito in Tertio? Vadebit tamen † grauamen in perſona ſubſtituti, licet in
27 filio non valeat, vt opinatur Gregorius Lopez *in l. 2. tit. 15. part. 2. in verbo*, Maioria, *finalibus verbis*, per regulam *l. cum patronus*, vbi Paul. *ff. de legatis 2.* Et pro opinione Epiſcopi & aliorum etiam facit, quod contra communem opinionem Bart. & aliorum *in l. Titia, §. Imperator, ff. de legatis 2.* tentat Ripa *in d. l. ſi vnquam, quæſt. 47 num. 111. fol. 316.* vbi tradit, quòd donatio facta filio vnico, reuocaur per donantem, liberis poſteà ſuſceptis, pro virilibus portionibus: quia ſi pater veriſimiliter de aliis filiis cogitaſſet, eorum portiones alij filio non donaſſet; cum pater † præſumatur
28 velle æqualitatem ſeruare inter filios, *l. illud, C. de collat. l. vltima, C. commun. vtriuſque iud. l. quæſitum, §. ſed & inde Papinianus, ff. de fund. inſtruct.* ¶ Et quod donatio inofficioſa † reuocetur vſque ad debitum bonorum
29 ſubſidium, volunt Azo *in ſumma, C. de inoffic. donation.* Gloſ. *in l. 1. C. de inofficioſ. donation.* & ibi alij Doctores, Aretinus *in conſ. 43.* & alij quos citant Anton. Rub. *in d. §. Imperator*, & tradit Anton. Seraphinus *in tractat. de fideicommiſ. art. 51. num. 123. fol. 482.* Coſta *in cap. ſi pater, de teſtam. in 6. part. 3. verſ. pater priuare non poſſit, n. 16. pag. in. 441.* qui ad hoc ponderat *d. l. 8.* vbi hoc voluit Gregor. Lopez non *in Gloſ.* quam citat Coſta, ſed *in Gloſ. in verb. legitima.* Et eandem Coſta communem profitetur, & eam defendit. Et iſtam opinionem, pluribus Authoribus defendit Oſaſcus *deciſ. Pedemontana 122. num. 12.* quod reuocatur donatio pro virili, & inquit Salicet. *in d. l. ſi vnquam*: quòd ſi appareat, patrem donaſſe bona ſua filio, qui alios filios non habebat, vel non ſperabat habere, quòd forte per ſuperuenientiam liberorum reuocaretur donatio virtute illius legis.

Et per iſta confirmatur quædam noua & ſingularis opinio Anton. Gom. *in l. 24. Taur. num. 6.* vbi reſoluit, quòd rupto teſtamento præteritione, vel exhæredatione, † eſt inualida melioratio Tertij & Quinti ſi teſtator ignorabat filium habere; quæ ſententia mihi vera
30 videtur. Et iſtam opinionem ſequitur & veriorem profitetur nouiſſimè Petrus Barboſa *in l. 2. in principio, ff. ſoluto matrim. num. 169. pagina 977. tom. 11.*

Pro contraria ſententia, imò quòd maioratus reuocari † non poſſit, & licentia Regalis firma remaneat, facit
31 regula textus *in l. pluribus, §. etſi placeat, ff. de verborum obligat.* quæ docet, quòd ea, quæ vtiliter conſtituta ſunt, durant, licet ille caſus ſuperueniat, à quo incipere non potuerunt; quam rectè confirmat Alexand. *conſ. 199. num. 3. lib. 6.* ex quo loco multa ſumi poſſunt pro fundamento iſtius concluſionis. Quod confirmo ex doctrina Pinelli *in l. 1. part. 1. num. 40. C. de bonis materni*, vbi ponit regulam, quod † vſusfructus patri quæſi-
32 tus in bonis aduentitiis filij non ceſſat, nec effectus acquiſitionis conſummatus, licèt veniat ad caſum, à quo incipere non potuit. Et ad hoc facit, quòd in materia *d. l. ſi vnquam*, tenet Bartol. *in l. Titia Seio, §. Imperator, col. vltim.* & ibi Bald. *ff. de legatis 2.* vbi dicunt, quòd ſi pater poſt donationem factam liberos procreauit, qui poſteà mortui ſunt, † non recuperat vires do-
33 natio: & idem voluit Imola *in cap. vltim. num. 22. fol. 210. de donat.* & alij quos refert Tiraquel. *in d. l. in verbo, ſuſceperit liberos, num. 203. pag. 392.* qui iſtum articulum latiſſimè diſputauit. Ex quibus confirmatur noua opinio Laræ *de alimentis, §. item reſcriptum, num. 61. fol. 239.* vbi probat, quòd ſi pater plures habeat filios vnum meliorauit, & alios vocauit in defectum, quòd primus non haberet filios; ſi primus conſenſit & acceptauit, & tempore mortis patris filius vnicus tantum ſupereſt, melioratio & vinculum † remanet
34 validum. In quo maturius eſt cogitandum: quia quæſtio eſt difficilis, & maiori diſputatione digna, quam in terminis reſoluit Peral. *in l. Titia cum teſtamento, §. Lucius Titius, in principio, num. 20. pag. 417. ff. de legatis 2.* dicens, quòd in filio vnico non cadit melioratio, etiamſi à principio habuit cohæredem, qui poſteà deficiat antea quàm adeat, & contra Cordubam à Lara eo non citato tenet Conterraneus Angulo *in l. 11. tit. 5. lib. 5. Recopil. gloſ. 10. n. 6. fol. 232.*

Secundò ad hoc facit opinio illorum tenentium, vt dictum fuit contra Dinum, quòd legitimatio ſemel per-
35 fecta † non reuocatur, ſi pater poſteà liberos ſuſcipiat, quam tenent *Cinus, Salic. & Iaſo*, qui hanc dicit eſſe communiorem & veram opinionem in puncto iuris, & in practica, *in d. l. ex facto, num. 16. fol. 128.* & alij plures quos refert Tiraquellus *in d. num. 181.* vbi pro
36 iſta ſententia aliqua adducit, præcipuè quòd † legitimatio ſemel perfecta, reuocari non poteſt, *per l. ſi vt proponis, C. de confirma. tut. or. l. Sancimus, C. de admin. tutor.* & quia legitimatio ſemel quæſita non debet tolli facto patris poſteà matrimonium contrahentis, ac filios procreantis, nullo filiorum legitimorum accedente conſenſu. Sed iſthæc diſputatio Dini & aliorum apud nos hodie ſoluta eſt *ex l. 12. Taurina*, quæ approbat opinionem Dini & aliorum, & facit pro priori opinione ſuprà fundata.

37 Tertiò, *dicta l. ſi vnquam*, † non procedit vbicumque, quando qui donauit iam alios liberos habebat, nam ſi poſteà filios procreauerit, non reuocant donationem, ſecundùm Iacobum Butrigar *in l. 1. C. de inoffic. donation.* & idem tenet Ioan. Faber *in dict. l. ſi vnquam: Decius in l. poſthumo, C. de bonorum poſſ. contra tabul.* & alij quos citat Tiraquellus *in d. l. ſi vnquam, in verbo, ſi vos non habens, num. 3. pag. 193.* vbi tamen *in pagina ſequenti* refert Baldus, Angelum, & alios contrarium tenentes, quorum opinio priorem etiam adiuuat ſententiam. De quo etiam legi debet Maſcardus *dicto libro 3. de probationibus, concluſ. 1282, num. 156. fol. 231.* Reſponſ. Aimonis Crauettæ *inter deciſiones Pedemontanas*, vbi multa bona traduntur, *pag. 313. num. 16.* qui communem vocat, & plures citat.

38 Quartò, maiorem affectionem quis habere † præſumitur ad filios natos, quàm ad naſcituros, vt probatur *in l. legatum, §. ornatrici, ff. de legatis 3.* & in *l. qui filiabus, in principio, ff. de legatis 1.* cum *concordantibus*, vt per Tiraquellum *in proximè citato loco, in principio:* Cui adde Antonium Rubeum *in conſilio 31. num. 2. & in conſil. 47. num. 4* Alexand. *in conſil. 52. num. 6. libro 4.* Socinus Iunior *in conſil. 128. num. 95. lib. 1.* Menochius *conſil. 260. num 27. libro 2.* & plures citat Curtius Senior *in conſilio 42. num. 19* Vnde ſi aliqui deſcendentes fideicommiſſarij reperiantur nati, vel concepti tempore mortis teſtatoris, & aliquis tempore exiſtentis conditio-
39 nis, † præferuntur nati tempore mortis teſtatoris in fideicommiſſi ſucceſſione, vt volunt Crotus *in l. filius-familias, §. Dini, num. 164. ff. de vulgar.* Curtius Iunior *conſilio 57. num. 12.* Socinus Iunior *in conſilio 172. num. 33. libro 2.* Simon de Prætis *libro 3. de interpretanda defuncti voluntate, interpretatione 3. dubitatione 4. ſolutione 3. num. 46. folio 343.* Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 1. num. 215. ff. ad Trebellianum, pag. 93.* Maſcardus *in tractatu de probationibus, libro 1. concluſione 67. num. 6.* Curtius Iunior *in conſilio 57. num. 12. & in conſil. 58. col. 2.* Riminald. *in conſil. 75. num. 34. & ſequent.* Cephalus *in conſilio 259. num. 18. libro 5.* De quo legenda ſunt quæ ſcribo ſuprà, *quæſt. 15. & quæſt. 2. num. 60. 64. 65. 116. & 120.* & adducit Tiraquel. *vbi ſuprà*, quod cum ætate libero um parentum amor creſcit: quia quo ſunt natu maiores, eo impenſius diligun-
40 tur, refert Moyſem *in lib. qui, dux dubitantium, ſcribitur, 3. c. 80.* & inquit Socinus Iunior *in conſ. 118. num. 26. lib. 1.* quòd teſtator magis præſumitur diligere filios, qui ſibi noti erant, quàm nepotes. Vides igitur lector optime, quàm difficilis ſit huius quæſtionis determinatio propter argumenta, quæ in vtramque partem æquo libramine vrgere videntur. Oportet igitur diſtinguere & explicare quid nos tenere debemus.

Ego in ea ſum ſententia, quod cum conſtitutio maioratus ſit quædam donatio, quam pater facit in fauorem filij, & deſcendentium (vt clarè patet) † reuoca-
40 bitur maioratus quoad legitimam filiorum poſt maioratum factum procreatorum; quam concluſionem deduco in primis *ad l. 8.* in illis verbis, *Que toda via finque en ſaluo à los hijos ta ſu parte legitima.* Quæ lex in iſto etiam caſu propter eandem rationem procedere debet, nec iuridica ratio diuerſitatis dari poteſt. Et cum dicta lex generaliter loquatur, generaliter in omnibus donationibus eſt intelligenda, iuxta *iura vulgata.* Suſtinebitur igitur maioratus & licentia Regalis, ſaltem in Tertio & Quinto, & legitima ſi detur, quòd in omnibus bonis non procedat. Et pro hac opinione facit, quod ſcribit Epiſcopus Couarruu. *reſolution. libro 1. cap. 19. num. 4.* vbi totis viribus, & magna authoritate affirmat, quòd donatio facta filio vnico, reuocabitur, liberis poſteà natis, quoad legitimam filiorum deducendam à bonis parentum, † d tacta 5. & 3 parte quia
41 de 3. & 5. pater diſponere poteſt in fauorem cuiuſlibet filiorum, quos voluerit: qua, & aliis pluribus rationibus hanc opinionem probat, & reſpondet ad omnia, quæ in contrarium adduci poſſunt. Idem tenet Molina & alij, quos ipſe citat *in lib 4. de primogen. cap. 2. n. 81. fo.* 136. Baëza *de non meliorandis filiabus, cap. 9. num. 43.* quem citat Salzedo *in d. regul Bernard. tac. 212. in verſic. quartam limitationem, fol. 51.* & idem tenet Burgos de Paz *in d. q. 1. ciuili, d. num. 22.* poſt Gregorium Lopez, quem citat *in d. l 32. tit. 9. part. 6. in gloſ. magna, colum. final. verſ. quid autem:* Parlador. *in d. cap. 7.* & iſta eſt magis communis opinio, vt nouiſſimè tradit Angulo *in l. 11. titul. 5. lib. 5. Recopilat. gloſſ. 13. num. 5. folio 71.* vbi in materia alia plura ſcribit, & legenda ſunt quæ ſcribit Ioan. Gratianus *in regul. 150. num. 22.* Baraona *in additione.* ad Ioan. Lopium *in cap. per veſtras, de donat. inter virum & vxorem. §. 13. pag. 45.* in *additione*, quæ incipit, *ſed ſi poſtea.* Et eſt communis opinio, quod donatio facta per patrem filio, reuocatur aliis liberis poſteà ſuceptis, † quoad 4
eorum legitimam, vt teſtatur Pariſius *in conſ. 72. num. 29. lib. 1.* ex Doctoribus *in d. l. ſi vnquam, & in cap. quicumque, 17. quæſt. vltim. & in l. Titia, §. Imperator, ff. de legat. 2. & in l. ſi totas, & in l. ſi liqueat, C. de inoffic. donat.* & idem in eo qui duas filias inſtituit, & poſteà maſculum procreauit tradit Matthæus ab Afflictis *in conſtitutionibus Neapolitan. lib. 3. rubric. 5. num. 76. fol. 265.* Item iſta ſententia coadiuuatur, quia maioratus ſuſtineri debet, & verificari meliori modo, quo poſſit: vnde ſi verificari non poſſit in maioratu de omnibus bonis, ſuſtineri debet † in Tertio & Quinto, iuxta textum notabilem *in l. fundus qui locatus, ff. de fund. inſtruct. & in l. Dinus, ff. de vſu & habit.* cum *concordantibus*, quæ ſcripſi *in q. 15. n. 14.*

Præterea, veriſimile eſt, quòd licèt pater tempore, quo maioratum fecit, alios haberet filios, adhuc faceret maioratum, vel ſaltem meliorationem Tertij & Quinti, maximè ſi ſit Nobilis, & in dignitate conſtitutus. Cuius generis homines ſemper ſolent facere maioratum, vel maioratus, præcipuè in filios primogenitos, ſi non multum ingrati ſint. Nam & hæc eſt conſuetudo Galliæ, præſertim inter Nobiles, & in aliis prouinciis, vt in ſucceſſionibus ſit melior † conditio 43
primogenitorum, quàm cæterorum, ſecundùm Oldrad. *in conſ. 224. Iſtæ ſunt allegationes:* Andreas de Iſernia *in cap. 1. §. ſed & res, titul. inter quos fiat inueſtitura;* & alios plures quos citat Tiraquellus *in dicto tractatu de primogen. in præfatione, num. 3. cum ſequentibus* vbi *in num. 4.* refert in hoc conſuetudinem Hiſpaniæ, & aliarum gentium. Quæ conſuetudo adiuuatur ex *l. 2. tit. 15. part. 2.* quæ dicit, filios primogenitos eſſe cariores parentibus, & ſuccedere in locum parentum, ibi: *Ca ſegun natura, pues que el padre y la madre codician auer linage que herede lo ſuyo, aquel que primero naze, è llega mas aina à cumplir lo que de ſean ellos, aquel por derecho deue ſer mas amado dellos.* Et ibi, *Ca ſegun dixo à Moyſen en la vieja ley, todo maſculo que naciere primero*

ſeria llamado coſa ſanta de Dios, è que los hermanos deuen tener en lugar de padre. Et quod primogeniti ſint
44 cariores † parentibus, probatur 2.*Reg.cap.*13.*circa medium.* Et confirmat Guillel. Benedictus *in cap. Raynutius, in verbo, in eodem teſtamento relinquens, in 1. num.*172. *fol.*218. & faciunt quæ ſcribo *infrà, q.*23. *num.*30. Et maioratibus & vinculis fauendum eſt, eo quod vtilia ſunt Reipublicæ vt *ſuprà in aliis locis* dico. ¶ Et vbi
45 agitur de intereſſe Reipublicæ, materia † reputatur fauorabilis, *l. ita vulneratus, §. multa, ff. ad l. Aquiliam,* notat Bart. *in l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſit. lib.*11. Notat Iaſo *in l. ſi is qui pro emptore, nu.*367. *ff. de vſucapion. & in conſ.*118. *lib.*1. *col.*3. Decius *in l. in teſtamentis,*12. *num.*1. *pag.*97. *ff. de regulis iuris*, probatur *in l.*1. *§. exercitum*; vbi Bart. & Scribentes, *ff. de his, qui notantur infamia.* Notat Curtius Iunior *in conſ.*275. *num.*3. *lib.*2. Qua ratione, quando in hoc dubium eſſet, hanc ſententiam amplecti debemus. Quæ cum maiori ratione procedere videntur, vbicumque maioratus fuit factus in filium maſculum, & quæ poſteà nata fuit, fœ-
46 mina ſit: quia non faciliter reuocari † maioratus debet, vt conſiderauit Corneus *conſ.*4. *col.*4. *lib.*3. quem citant Ripa *in d. l. ſi vnquam, q.*8. *num.*17. & Tiraquellus *in verbo, omnia, vel pariem, num.*27. *dict. deciſ. Pedemont.* 122. *num.*7. quia in filio maſculo conſeruatur familia, vel agnatio: ſic Bartholom. Socinus *conſ.*147. *num.*15. *lib.*1. tradit, maximam eſſe coniecturam, vt non reuocetur donatio *ex d. l. ſi vnquam*, quando ex proœmio donationis colligitur, quod fuit facta, vt conſeruetur Cippus domus.

Et ex iſtis vltimis rationibus colligitur reſponſio ad doctrinam dicti Epiſcopi *de Lugo*. Nam in filio primo-
74 genito præſumitur prædilectio † paterna, & eſt veriſimile, quod pater, etiamſi alios filios haberet, illum ad maioratum nihilominus elegiſſet. Et pro reſponſione eſt etiam conſiderandum, quod vbi conſtat, quod pater virtute licentiæ Regalis fecit meliorationem, iam animum ſuum expoſuit circa filij prædilectionem, quem & ſucceſſores voluit bona titulo maioratus habere. Et intereſt parentum, quòd ſucceſſores in maioratu nomen ſuum & gloriam in omne ævum repræſentent: vnde cum manifeſtè patris appareat voluntas, & ſua interſit, quod maioratus conſeruetur & perpetuetur, ceſſant coniecturæ, quas Epiſcopus Lucenſis in caſu, in quo loquitur tradit. Ad alia autem quæ adduximus facillima eſt reſponſio ex his, quæ ſuprà ſcripta ſunt, præcipuè *ex d. l. partita*, & quæ tradit Epiſcopus Couarru, *in dicto loco*: nec huic diſtinctioni contradicunt: cum in effectu maioratus reuocetur cum prædicta diſtinctione. Et iſtis congruit doctrina nouiſſima Antonij Theſauri *deciſ.*122. *nu.*7. vbi in illa difficili quæſtione, vtrum ſi pater non reuocet donationem, poſtquàm filios ſuſcepit, poſſint filij reuocare; tandem concludit, quòd
48 poſſint reuocare, † quoad eorum legitimam & non vltra, vbi refert Epiſcopum Couarru. *in d. cap.*19. & legenda ſunt quæ nouiſſimè refert Valdes *in additione ad Suarez, in l. quoniam in prioribus, ampliation.*11. *pag.*57.

49 Hæc omnia procedunt, † vbicumque pater fecit maioratum in filium, & eidem tradidit poſſeſſionem, abſque eo, quod in tali maioratu interueniat tertia perſona, & contractus ſit factus cum aliquo Tertio. Sed ob contractum oneroſum, an in iſto caſu reuocetur maioratus, vel quid agendum ſit quæritur? In quo vide-
50 tur, permittendam † non eſſe licitam reuocationem, quia in iſto caſu non ſolùm agitur de præiudicio filij, in cuius fauorem maioratus fuit conſtitutus, ſed etiam alterius tertiæ perſonæ, vt putà vxoris, vel cuiuſlibet
51 alterius perſonæ: quare alteri per alterum † non debet iniqua conditio afferri: *l. non debet, ff. de regul. iuris*, cum *concordant.* facit regul. *d. l. id quod noſtrum.* Ad quod facit doctrina Signoroli *conſ.*69. *verſ. Præterea*, vbi vult, quòd ſi quis donat in contractu matrimonij vel dotis, videtur de liberis cogitaſſe; & idem voluit *conſ.*53. *lib.*4. *& in l.*2. *ff. ſoluto matrim.* & alij, vt per Antonium Gabrielem *lib.*3. *recept. ſent. tit. de donat. concluſ.*2. *num.*52. *pag.*197. ſed in hoc etiam caſu locum habere videntur, quæ in præcedentibus dicta ſunt: quia diſpoſitio *d. l. ſi vnquam*, † procedit etiam in iſto 52
caſu ex doctrina Alexand. *in conſil.*71. *lib.*4. vbi tenet, quòd donatio facta puellæ fauore matrimonij, reuocatur per nouum aduentum liberorum, ſicut alia quælibet donatio, quem refert & ſequitur Tiraquel. *in d. l. ſi vnquam, in verbo, Donatione largitus, num.*240. vbi Ripa *num.*22. & ſequitur etiam Gloſſ. Pariſienſ. *in d. Alexand. conſ. in additione*, quæ incipit, *liberorum:* Thom. Parpal. *in l.*2. *in princip. col.*11. *verſic. in eadem gloſſa: ff. ſoluto matrim.* qui reſpondet ad obiecta, quæ in contrarium adduci poſſunt. Traditur per Gloſſ. Pariſ. *in tractatu de donationibus factis in contractu matrimonij, num.*59. 65. *&* 68. vbi ſcribit, quod dos immodica data vni filiæ reuocatur ex natiuitate aliorum filiorum, pro eo quod excedit legitimam filiæ, tempore inſpecto dotationis, quem citat Bæza *in lib. de non meliorandis filiabus, cap.*31. *n.*4. *fol.*152. Et quòd in donatione facta ſponſo fauore matrimonij, quod eſt propriùs
ad noſtrum propoſitum, † habeat locum *d. l. ſi vnquam.* 53
tradit Iaſo *in conſ.*171. *Viſo inſtrumento dotis, lib.*4. *col.*4. *&* 5. Steph. Bertrandus *in conſ.*76. *Viſo inſtrumento, in fin. lib.*2. *& in conſ.*257. *ſiue donat. eod. lib.* quæ duo conſilia refert Tiraquel. *in dicto loco, n.*243. Sed ego ea non inuenio, & Alex. etiam ſequitur Gregor. Lopez *in dict. l.*8. in gloſſ. *Dieſſe*, vbi dicit, quòd id habuit de facto. Et ego etiam obtinui, & habui de facto in hac Regali Cancellaria in quadam donatione facta ab vno extraneo, pro dote cuiuſdam puellæ; & idem ſequitur Nicolaus Boërius qui poſt *Tiraquel.* & alios ſcripſit *in deciſ.*159. *num*9. vbi omnium ſcripta refert; & tandem concludit, quòd ſi quis donauerit alicui matrimonium contrahenti, & poſteà ſuſcipiat liberos, etiam naturales, legitimatos tamen poſteà, reuocatur donatio ex capite *d. l. ſi vnquam.* Pro quo in hoc vltimo facit *d. l.*12. *Tauri.* Et contraria dicit procedere, vbi quis in ſuo matrimonij contractu donauit: tunc dicit non reuocari donationem ex *dicta leg.* Et pro iſta opinione etiam conducunt ſcripta per eundem Boërium & Chaſſan. *in ſuprà citato loco.* Sed contra iſta fundamenta pro hac parte adducta facit, quod tenent Bartholomæus Socinus *in conſ.*147. Viſa facti contingentia: *lib.*1. Iaſo *in d. conſil.*171. *num.*1. *verſ. ſed præmiſſis*; vbi dicunt, quòd donatio facta per extraneum pro dote puellæ, reuocatur per ſuſceptionem liberorum. Donatio tamen facta per patrem filiæ non reuocatur. Cuius tamen contrarium tenent Chaſſan. & Boerius *vbi ſuprà.* ¶ Et quod donatio
etiam facta fauore matrimonij, † reuocetur ex diſpo- 54
ſitione *d. l. ſi vnquam*, concludit Natta *in conſil.*95. *num.*7. *per deciſ.* Matthæus ab Afflictis 86. quem citat Antonius Theſaurus *dict. deciſ.*121. *num.*7. & tradit etiam Curtius Iunior *in conſ.*202. *num.*1. *cum ſequentibus, lib.*2. Et pro Socino etiam facit, quia donatio propter nuptias facta à patre filiofamilias, vel emancipato, non reuocatur virtute *dictæ legis*, ſecundùm Imolam *in cap. vltim. col.*3. *verſ. tertio caſu, num.*17. *de donat.* quem & Socinum ſequitur Tiraquellus *vbi ſuprà, num.*244.

Et quòd donatio facta fauore matrimonij † ſit ob 55
cauſam, probatur ex ſcriptis per Picum *in l. in quartam, num.*196. *ff. ad l. Falcidiam*: Alciat. *in conſ.*57. *tom.*3. *n.*3. & probat latè Roland. ad iſta legendus *conſil.*70. *num.*14. *lib.*4. Bertrand. *in conſ.*203. *num.*2. *lib.*3. licèt contrarium voluerint Oldrad. *conſ.*5. Bartholom. Socinus *in conſ.*53. *verſ. Optimè etiam, lib.*1. Decius *conſil.*216. quos citat Aymo *in conſ.*114. *nu.*17. Bertrand. *in conſ.*173. *quia difficultas, num.*1. *lib.*1. Roland. *in conſil.*43. *num.*9. *cum ſequentibus, eod. lib.*4. ¶ Et lucrum quod non prouenit ex mera liberalitate, ſed ex cauſa matrimonij oneroſa, † non eſt propriè lucrum, *l.*1. 56
*C. de imponen. lucra deſcription. lib.*10. Gloſ. & alij, *in l. ſi*

*ſi donaturus, §.*1. *ff. de condict. ob cauſam*, Ripa *in l. fœmina, num.*60. *C. de ſecund. nupt.* pro quibus pondero *l.*14. *Taurinam*, hodie *l.*6. *tit.*9. *lib.*5. *Recopil.* vbi ſi maritus vel vxor contrahant ſecundas nuptias, non tenentur reſeruare bona acquiſita conſtante matrimonio filiis prioris matrimonij, & eſt ratio, quia talia bona dicuntur acquiſita ex cauſa oneroſa. ¶ Et de materia
57 quando donatio dicatur facta fauore † matrimonij, vel ad memoriam & honorem ipſius donatoris ad familiæ ſuæ propagationem, multa bona ſcribit nouiſſimè Anton. Theſaurus *deciſ Pedemon.*270. *num.*20. Et quando donatio dicatur facta ob cauſam oneroſam, reſoluere licebit per doctrinam Baldi *in conſ.*18. *Notiſſimum eſt, col.*3. *lib.*1. *& iterum* 144. quæ ſunt notanda pro intellectu legum 17. *&* 44. *Taurinarum*, in illis verbis: *Fro contractu oneroſo.* Ad quæ addo notabilem deciſionem Oſaſc. Pedemon. 167. *à num.*2 *cum ſequent.*: & legendus eſt Angulo *in l.*9. *gloſ.*4. *num.*11. *& n.*20. *lib.*1. *lib.*5. *Recop.* In quo articulo caurè legenda ſunt quæ ſcribit Guttier. *lib.*2. *quæſt.*65. & Bæza *de non meliorandis filiabus, cap.*8. *num.*24. *&* 25. ¶ Et generale
58 eſt, quòd donationes ob cauſam † non reuocatur *ex d. l. ſi vnquam*, ſecundùm Baldum, Angel. & alios, *ibi* Ripa *quæſt.*3. & tenent alij, vt per Alexand. *conſ.*29. *lib.*3. & Barthol. Socinus *in d. conſ.* Decius *in conſ.*171. Tiraq. *in dict. verb. num.*141. *pag.*233. Greg. Lopez *in d. gloſ.* & eſt communis opinio, ſecundùm Roland. *in tract. de lucro dotis, q.*87. *n.*6. *pag.*638.

Et quòd donatio facta in contractu matrimonij
59 † non reuocetur per ſuſceptionem liberorum, voluit Bertran. *in conſ.*219. *Ex actis cauſæ, num.*10. *lib.*3. Et hæc eſt ratio legum 17. *&* 44. *Tauri*, in quantum prohibent reuocationem maioratus & meliorationis, vbi facta ſunt ob contractum oneroſum, cum aliquo Tertio. Et hoc videtur probari *in l.*11. *C. ſi dos conſtante matri nonio*, ſecundùm vltimum intellectum Gloſſæ, *ibi*, qui optimè probatur *in Authen. de nuptiis, §. dotes*, vbi habetur, quòd ſi vxor facit pactum cum viro de dote lucranda, vxore præmoriente, ſi contingat quòd illa cum liberis decedat, non reuocatur tale pactum, ſed vir poteſt ad libitum de lucro diſponere, notat Carolus Ruinus ad hæc legendus *conſ.*99. *num*21. *lib.*1. Et pro horum opinione eſt expreſſa doctrina *Baldi*, quam (ſi memoria non fallit) nullus prædictorum refert *in l.*1. *num.*3. *fol.*98. *C. de pact.* vbi tradit, quòd
60 illud, quod eſt factum contemplatione deficientium liberorum, † non reuocatur per natiuitatem aliorum, quando illud eſt factum à Principe gratiâ dantis & recipientis. Et hoc etiam coadiuuatur ex *l. hoc iure, §. vlt. ff. de donation.* ibi: *Nomen meum laturum*, & *l. cum filius, §. pater cum filia, ff. de legat.*2. & facit quod ſcribit Guido Pap. *in deciſ.*251. & 407. Decius *in conſ.*273. Nicol. Boër. *deciſ.*146. *num.*6. De quo latè ſcribo *in* 2. *part. quæſt.*4. *illation.*8. Quod confirmatur ex ſententia plurium, qui tenent, quòd ſi Princeps faciat gratiam cuiuſdam Officij per pecuniam, non poteſt tollere tale Officium, vt tradit Guillel. Benedict. *in cap. Raynutius in verbo, duas habens filias, num.*37. *de teſtam.* Pinel. *in rubric. C. de reſcind. vendit. part.*1. *num.*32. *fol.*16. qui plures citat, & mouentur præcipuè ex ſententia Bald. *in l. qui ſe patris, C. vnde liberi*, Abb. *in dict. cap. nouit, num.*25. vbi Felinus *num.*9. *de iudiciis.* ¶ Et fulciuntur
61 quæ dicta ſunt ex doctrina Oldradi *in conſ.*5. vbi vult, quod donatio omnium bonorum † valet, quando eſt facta ob cauſam dotis; quam referunt & ſequuntur Nicolaus Boërius *deciſ* 355. *præmitto. num.*10. Michael Graſſus *lib.*1. *communium opinionum*, *cap.*8 *quæſt.*4. *pag.*75. Ioan. Guttierr. *de iuram. confirmatorio, part.*1. *cap.*11. *num.*9. *&* 10. *fol.*47. Molina *lib.*2. *de primogen. cap.*10. *n.*17. *fol.*302. qui ad id tradunt communem opinionem Bart. & Doctorum *in l. vltima, C. de pactis*, concludentium quòd donatio omnium bonorum facta Eccleſiæ valet; vbi Purpuratus *n.*242. hoc extendit ad quamlibet piam cauſam: & punctum latè diſputat Tira-
quellus *in tract. de pia cauſa, priuilegio* 100. ad quem addo Iulium Clarum *lib. ſententiarum, §. donatio, q.*20. *num.*3. *pag.*120. Matienço *in l.*3. *tit.*10 *lib.*5. *Recopil. gloſ.*1. *num.*9. *fol.*30. qui plures citat Anton. Gama *deciſ.*185. *n.*2. *& Additio in* 2. *part.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ.*93. *num.*8. Quod notabis, quia vidi in practica. Sed ego de iſta opinione ſemper dubitaui.

Quibus tamen non obſtantibus, noſtra opinio æquitatem habet, & vt omnibus filiis, licèt non æqualiter, mediocriter tamen prouideatur, eſt amplectenda; quia licèt verum ſit † quod diſpoſitio *dict. l. ſi vnquam*, non 62
vendicet ſibi locum in dote promiſſa à patre puellæ, id procedit, quia talis donatio eſt ob cauſam; quia parent bus incumbit onus dotandi filias, vellint nolint, *l. vltima, C. de dotis promiſſione, lib.*8. *tit.*11 *part.*4. cum *ſimilibus.* Et idem eſt in donatione propter nuptias facta à patre filio, quando filius vxorem ducit, & non eſt facta ex mera liberalitate: quia ad id pater ex lege
tenetur: Et in † neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit, 63
l. vt liberis. l. illud, l. illam authe. ex teſtamento, C. de collationibus, l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſtam. declarat rectè Anton. Gomez. *in l.*29. *Tauri, num.*12 *&* 13. Dec. *in authen. ex teſtamento, col.*4. *C. de collat.* Aymo Crauet. *conſ.*136 *col.*2. *num.*2. Roland. *in dict. conſ.*44. *num.*26. *lib.*4. qui concludunt, quòd donatio dotis, † & dona- 64
tio propter nuptias ſunt donationes, neceſſariæ. Et quod donatio facta ob cauſam matrimonij non habet cauſam neceſſariam: & donatio ob cauſam, in materia collationis, dicitur, qua quis compelli poteſt ad donandam rem, quam dedit, ſecundùm Paul. de Caſtro *in l. vt liberis, num.*10. *C. de collationibus*, Alexand. *num.*5. Dec. *num.*26. Aymon. *conſ.*85. & alios quos citat Tellus *in l.*26. *Tauri, num.*4.

In noſtro verò caſu, diuerſa eſt ratio: quia non ſolum pater conſtituit donationem propter nuptias, ſed ex mera liberalitate facit de omnibus bonis maioratum in filium, quem, filiis aliis poſteà natis, moderari debet, ne crudeliter filij, qui ab eodem ſanguine procedunt, mendicare cogantur, & ſeruire fratri maiori; & imputet ſibi mulier quæ contraxit matrimonium, cuius pater poterat poſtea filios habere, & Iaſ. *in dict. conſ. n.*2. *col.*7. *in verſ. ex iſtis omnibus*, expreſsè fatetur, quòd donatio cauſa dotis facta filiæ per patrem, licèt non ſit mera donatio, † ſed ob cauſam, non reuocatur in to- 65
tum ipſo iure, ſed benè reuocatur vſque ad eorum legitimam, per *l. ſi totas, & l. ſi liqueat, C. de inoffic. donation.* Et quòd ſi mater donet filio, vel alius donet coniugibus propter matrimonium: quia dantis liberalitatem non tollit, non ſit donatio ob cauſam, concludunt Oldrad. *conſ.*5. *Titius*, Bartholom. Socinus *conſ*33. *col.*1. *lib.*1. Dec. *in conſ.*226. *num.*7. Aymo. *in conſ.*85. quos citat Antonius Peregrinus *in tractat. de fideicommiſſ. artic.*51. *num.*66. *fol.*451. vbi hoc limitat, niſi donatum ſit, vt matrimonium contrahatur cum aliter non contracturo, ex Ripa *in dict. l. ſi vnquam, num.*30. quod hodie apud nos eſt clarum attentis *legibus* 17 *&* 44. *Taurinis.* ¶ Et quod donatio facta ob neceſſitatem, vel
titulo oneroſo, † dicatur oneroſa, tradunt Gloſ. *in l. ſed* 66
ſi lege, §. conſuluit, in verb. obligauerunt. ff. de petition. hæreditatis, Bart. *in l. Manius, §. duobus, num.*17. *ff. de legat.*2. Ægidius Boſſius *in tit. de Principe & priuilegiis eius, num.*152. *pag.*621. Et quod ſi pater filio donet, dicatur vera donatio, reſoluit Pinellus *in l.*1. *C. de bonis maternis, num.*6. *verſ. Et tamen ſi parens*, allegat *totum titulum C. & ff. de donation.* & apud nos hoc probatur, *in l.*17. 25. 26. 28 *Taurin. & l.*3. *tit.*8. *lib.*5 *Recopilation.* ¶ Et quod donatio liberalis dicatur, † quæ fit à paren- 67
tibus, vel aliis, quibus donatarius ſucceſſurus eſſet, tradit idem Pinel. *in dicto loco, num.*62. *verſ. Infertur* 29. faciunt ſcripta per Gloſſ. Pariſienſ. *in conſuet. Pariſienſ. part.*1. *§.*17. *num.*2. *fol.*175.

Et vera ratio decidendi *dictæ legis, ſi vnquam*, & *l. Partitæ*, in eo † conſiſtit, quod non eſt veriſimile, quòd 68
ſi quis tempore factæ donationis ſperaret, ſe poſtea

filios procreaturum, nec ex mera liberalitate, nec ob
causam procedentem ab eademmet liberalitate do-
naret, sed potius supersederet in donando, saltem in tam
magna quantitate, provt donauit, vt tradunt commu-
niter Doctores *in dict. l. si vnquam*, Menchaca *lib.* 1.
controuersiarum, cap. 10. *num.* 39. *fol.* 49. Hæc igitur ra-
tio, quæ habet retro oculos, & considerationem ad ve-
risimilem mentem eius, qui maioratum fecit eo tem-
pore, quo illum constituit ob causam onerosam, quòd
si cogitaret de futuris liberis, eum non constituisset:
procedit etiam & limitat in casu, in quo maioratus
factus fuit ob contractum onerosum. Et cum ista ra-
tio sit generalis in omnibus casibus, in quibus concur-
rit & procedit est seruanda *l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de legat.* 2. cum *concordantibus*, & est egregia doctrina
Baldi *in l. maximum vitium, C. de liber. præterit. n.* 7.
69 vbi dicit, quòd † quos ratio connectit, non debet iuris
dispositio separare, per *l.* 1. *C. de diuers. rescript.* Tandem
nouissimè Aluarus Valascus *in cons.* 31. *num.* 1. *cum se-
quentibus*, concludit, quòd dos data per patrem puellæ
non reuocatur, *ex d. l. si vnquam*, secus si alij dos data
fuerit, & ita dicit, sæpissimè in Senatu pronuntiatum
fuisse.

Nec his obstant *dictæ leges* 17. & 44. quæ prohi-
bent reuocationem maioratus, aut meliorationis, vbi
isthæc fiunt in fauorem Tertij: quia dictas leges nouit-
70 ter † ego intelligo procedere in dispositione hominis;
& vbi ille qui maioratum fecit sola sua propria autho-
ritate reuocare vult, non etiam procedunt in reuoca-
tione aut moderatione, & limitatione facta à lege,
71 provt est in nostro casu, & † lex ipsa, & non homo li-
mitat, aut moderatur, *l. vltima, ff. qui satisdar. cogan. l. quod semel, ff. de decret. ab ordine facien. l. si hominem, ff. mandati: l. libera, ff. de pecul.* ¶ Ex quibus tandem
fit, quod tam vbi pater filio tradidit possessionem re-
rum maioratus, quam vbicumque maioratus factus fuit
72 cum Tertio, † reuocatur maioratus, quoad legitimam
filiorum postea natorum: & hæc erit iustissima causa
impetrandi à Rege facultatem ad extrahendum à ma-
ioratu bona, quæ filiis competere debent pro legitima.
Imo forsan in isto casu non erit licentia necessaria, quia
istud fieri videtur ex antecedenti, & necessaria causa;
argumento *l. alienationes, ff. famil. erciscr. & l.* 1. *C. debi-
tor vend. pign. imped. non poss.* & aliorum quæ scribo
in 4. *part. huius oper. qu. st.* 1. *limit.* 6. *à num.* 13. & quæ
latè scribit Menochius *de arbitrar. iudic. lib.* 2. *Centur.* 2.
casu 182. *num.* 1. cum aliis, *pag.* 349. ¶ Erit igitur in
73 istis casibus † licitum patri in vita reuocare maiora-
tum, & eo mortuo, filij reuocare possunt quoad eorun-
dem legitimam partem. Ad quod etiam faciunt scripta
per Berttrandum *in cons.* 20. *num.* 12. *lib.* 1. Imò si Maio-
74 rum authoritates sequendæ sunt, per posthumi † nati-
uitatem reuocatur ipso iure donatio, etiam si filius na-
tus statim obeat, secundùm Bart. & Bald. *in l. Titia, §. Imperator, ff. de legatis* 2. Baldum *in l.* 1. *C. de inoffic. donation.* & alios plures, quos citat Ripa *in d. l. si
vnquam, q.* 38. Parisius *cons.* 56. *lib.* 2. Quintil. Mandos.
in tractatu de minore, cap. 1. *n.* 4. *fol.* 3.

Sed est dubium an prædicta procedant, vbicumque
pater tempore, in quo maioratum fecit duos filios ha-
bebat, & posteà alios multos filios procreauit? In quo
licet verisimile videatur, patrem velle omnibus filiis
prouidere, & existimandum sit, quòd si plures liberos
haberet, non fecisset maioratum in tam magna quanti-
tate: & dicat Corneus *in cons.* 4 *lib.* 3. *num.* 5. quod *d. l.
si vnquam*, fortius procedit, cum quis post donationem
factam multos filios procreauit: vnde per nativitatem
vnius filiæ fœminæ, quæ non indiget tot bonis sicut
masculus, non ita reuocatur donatio, nec solet ita re-
trahi à donando, qui habet vnam filiam, provt qui ha-
bet vnum filium masculum, vel plures. Tenendum ta-
75 men est, quòd in isto casu † non reuocabitur maiora-
tus, & primogenitus tenebitur cæteris fratribus alimenta exhibere. Et existimandum est, quod pater nihi-
lominus maioratum fecisset, etiamsi plures alios filios
haberet, maximè si sit nobilis: nam (vt suprà dixi) No-
biles appetunt, & solent facere maioratus, vt primoge-
nitus illorum magis illustretur. Et pro hoc facit quod
in simili tradunt Baldus *lectura* 2. & Angelus *in d. l. si
vnquam*, vbi dicunt, quòd *dicta lex* non procedit, vbi-
cumque est verisimile ex probabilibus coniecturis,
quòd etiamsi pater de liberis cogitasset, non ideo minus
donationem fecisset. Notatur per Ancharr. *in cons.* 46.
Prima facie videtur, & Decius *in cons.* 581. & per alios
quos refert Tiraquel. *in d. l. si vnquam, in principio,
num.* 84. estque communis opinio secundùm Socinum
in d. cons. 147. *n.* 13. Imò (vt suprà dixi) *n.* 37 & 52. *d. l.*
non procedit, vbi quis quando donauit, aliquos iam
habebat filios; & pro hoc facit doctrina Baldi *in l. filio
præteriti ff. de iniusto, rupt.* vbi vult, quòd filio præterito
ignoranter † debentur legata, si pater alium filium ha-
habebat, quem instituit: nam postquam vnum grauauit,
verisimile est, quòd etiam alium grauasset, si habere sci-
uisset, quod refert Alexand. *in authent. ex causa. num.* 16.
C. de liber. præterit. Et quid videatur verisimiliter testa-
tor legasse; tam pro intellectu nostræ materiæ, quàm
pro declaratione *dict. authent.* tradunt Barthol. Socinus
in cons. 93. *num.* 30. *lib.* 4. Parisius *in cons.* 60. *num.* 17.
lib. 2. Tiraquellus *in d. l. si vnquam, in verb. donatione
largitus. num.* 271. Menochius *de arbitr. iudicum, lib.* 2.
quæst. 147. *num.* 2. *pag.* 307. Et quòd nominatio ad em-
phyteusim † reuocetur ex dispositione *d. l. si vnquam*, 77
sicut cæteræ donationes, tradunt Antonius Gama *de-
cis.* 173. Aluarus Valasco *consultat.* 61. *num.* 8. Et de
quæstione, nunquid dispositio *d. authen. ex causa, C. de
liber. præterit.* cum qua concordat *l. vltima, tit.* 8. *part.* 6.
† procedat quando filius est ignoranter præteritus, re- 78
soluit Iulius Clarus *lib.* 3. *sententiarum, §. testamentum,
q.* 52. *num.* 4. *pag.* 53.

Sed an in casibus, in quibus reuocatur maioratus,
vel melioratio, reuocetur vnà cum fructibus, vbi posteà
filij superueniunt? constat ex scriptis per Tiraquellum
in d. l. si vnquam, in verb. reuertatur. num. 269. *pag.* 507.
vbi istum articulum in specie *illius legis* disputat, re-
ferendo Lancellot. Galiaul. *in l. Centurio, col.* 13. *ff. de
vulgar.* & Ripam *in d. l. si vnquam. n.* 40. qui diuersas sen-
tentias tenet: & tandem Tiraquellus in ea est sententia,
n. 273. quod est facienda fructuum restitutio: † cum do- 79
nator declarauerit velle donationem reuocare, & non
antea: & idem in effectu videtur tenere Glossa Parisien.
in consuetud. Parisien. §. 2. *num.* 58. *fol.* 191. vbi dicit, fru-
ctus esse restituendos postquam donatarius hæc sciuit;
& de restituendo fuit interpellatus, & constitutus in
mala fide; & non reducitur ad non causam pro tem-
pore præterito. Et pro decisione huius dubij est ani-
maduertenda prædicta *l.* 8. *in verb.* luego; & ad ea, quæ
scribo infrà *part.* 3. *q.* 25.

Plura alia in ista quæstione examinare poteram, quæ
lector provt negotia occurrerint, percipere facile pote-
st à Tiraquello *in vberrima repetitione prædicta legis*,
quæ mirabilis est. Circa quam lectores animaduerto
de doctrina Ripæ, quam habui in facto, in lite cuiusdam
status, is inquam, *in d. l. si vnquam num.* 19. tradit, quod
facilius † reuocatur legatum, quando quis posteà liberos 80
suscepit, quàm donatio. Notant Antonius Gabriel
lib. 3. *communium opinionum, tit. de donation. conclus.* 2.
num. 29. Franciscus Mantica *de coniecturata mente de-
functi, lib.* 12. *titul. num.* 31. *pag.* 591. Et de donatione
facta per aliquem tempore, quo erat vxoratus cum
aliqua vxore, de qua filios non habebat, & posteà illa
vxore defuncta, cum alia contraxit, de qua filios susce-
pit, plura notabilia scribit Bartholom. Socinus *in
cons.* 116. *Visum fuit, in* 3. *col. lib.* 3. Curtius Iun. *in
cons.* 46. *n.* 10. & 11. *lib.* 1.

Ex superioribus etiam deducitur, quòd si quis re-
nuntiauerit maioratum in fratrem suum, vel in alium,
in quem, si ipse non adesset in medio, succedere de-
beret, & post factam renuntiationem liberos procrea-
uerit,

81 uerit, maioratus renuntiatio † reuocatur ipso iure
propter superuenientiam filiorum; quod ex prædictis
constat, & probatur ex pluribus quæ scribit Tiraquel.
in d. l. si vnquam, in verb. donatione largitus, num. 178.
pag. 245. & hoc tenet in terminis Gregor. Lopez *in d.
l.* 8. *in glos. in verbo* diesse, *vers. quid si filius*, Burgos
de Paz *in proœmio legum Tauri, num.* 96. *fol.* 16. & fa-
ciunt scripta par Carolum Ruinum *consil.* 1. *num.* 19.
lib. 1. Et hoc potius haberet locum, vbicunque ille,
qui renuntiauit, iam possidebat bona maioratus, & ius
quæsitum habebat, *l. vltima, C. de acquir. posse. l. seruus,
C. de pactis*; & faciunt plura quæ scribit Tiraquellus
in dicto loco, num. 180. & vide scripta per Molinam
lib. 1. *de primogen. cap.* 3. *numer.* 36. *fol.* 221. Et pro hoc
facit quod scribit Episcopus Couarru. *in cap. Raynal-
dus, §.* 2. *numer.* 4. *vers. septimum erit, de testam.* quod
82 † filius non potest consentire grauamini appositio le-
gitimæ portioni in præiudicium liberorum, & potest per
filios reuocari ex titulo inofficiosæ donationis, vel ex
ratione *dicti. l. si vnquam*: quem refert & sequitur
Ioannes Guttierrez *in cap. quamvis pactum, de pact. in
6. in principio. num.* 16. *pag.* 326. Pro qua doctrina fa-
cit resolutio Roderici Suarez *in l. quoniam in prioribus,
C. de inofficios. testam. ampliat.* 10. *num.* 69. quam ci-
to *in* 4. *part. quæst.* 19. *numer.* 29. Et ista sententia con-
firmatur ex doctrina Ripæ *in l. filiusfamilias, §. diui,
num.* 17. *ff. de legatis* 1. vbi vult, quod licet vltimus de
familia possit alienare rem prohibitam alienari, iuxta
*l. Mutianæ, ff. de condition. & demonstration. & l. qui so-
lidum, §. penultim. ff. de legatis* 2. cum *concordantibus*;
83 si vltimus de familia postea filios procreauit, † possunt
reuocare alienata; quia causa rediit ad non causam, per
textum cum Glossa, *in verbo, supersit, & in l. peto, §. fra-
tre, ff. de legatis* 2. ¶ Et dicta conclusio, quod ille qui
renuntiauit bona maioratus, posteà ea petere possit, si
84 post donationem factam filios suscipiat, † sine dubio
procedet, vbicunque ille, qui renuntiauit, erat minor
vigintiquinque annorum, & restitutionem petat aduer-
sus renuntiationem: nam tunc audiendum eum esse exi-
stimo, ex pluribus quæ scribo *in* 2. *p. q.* 4. *illatione* 8. *à
num.* 7. Et ex his quæ scribit Caldas Pereira *in l. si cu-
ratorem habens, in verb. læsis, num.* 45. *fol.* 308. *de in
85 integrum restitut. minor.* vbi resoluit, minorem † esse
restituendum aduersus repudiationem, quam fecit de
bonis maioratus; qui ita limitat quod scribunt Gregor.
Lop. *in l. final. tit.* 6. *part.* 6. *in glos. antepenultim.*
domin. Antonius de Padilla *in l.* 2. *numer.* 8. *C. de iuris
& fact. ignoran.* volentes, quòd si filius repudiet maio-
ratum a patre factum, non habet beneficium *l. final.
C. de repudian. hæredit.* ¶ Ex prædictis etiam infertur,
quòd si filius primogenitus eligat vnum ex maiorati-
bus iuxta facultatem datam per *l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *Reco-
86 pilat.* potest † petere restitutionem in integrum aduer-
sus talem electionem.

Pro maiori autem declaratione istius quæstionis, &
materiæ maioratum, de qua agimus, & illorum quæ
scripsi *supra num.* 34. vbi fuit conclusum, quòd in filio
vnico non cadit melioratio, libet tractare; pone quod
mater habet maioratum, & decessit cum filio pupillo,
& illum hæredem instituit, qui filius erat vnicus, & ei
tutorem dedit: an ista tutela debeat per iudicem con-
firmari? quia licet mater eum hæredem instituat, nihil
facere videtur, nec liberalitatem, cum eum necesse ha-
beat hæredem instituere in legitima, excepta Quinta
bonorum. Decisio istius quæstionis pendet ab intelle-
ctu textus *in l. mater, C. de testam. tutel. & l.* 6. *tit.* 16.
part. 6. textus & Glossa *in l. pater hæredi, ff. de testam.
tutel.* vbi Bart. *fol.* 48. & idem Bart. *in l. mulier, ff. de
confirmand. tut. fol.* 42. Gloss. *in l. vero, §. mater, ff. de
legatis* 2. Salicet *in d. l. mater.* Gregor. Lopez *in d. l.* 6.
glossa 2. & 4. Roman. *in cons.* 188. Decius *in l. quo
tutela, §. nemo, pag.* 266. *ff. de regulis iuris*, Hieronym.
Gabriel. *in consil.* 27. *num.* 4. *cum sequentibus.* Domin.
Anton. de Quesada *in suis quæstionibus, cap.* 13. *num.* 1.
cum sequentibus. Ex quorum resolutione magis videtur 87
in præsenti casu, tutelam † non esse confirmandam,
quod in praxi pendet in tutela maximi momenti. ¶ Et
non omitto in materia, præsentis quæstionis aliud sin-
gulare, quod in reuocatione legitimæ, quæ fit iuxta
l. si totas, C. de inoffic. donat. filius qui posteà nascitur, de-
bet considerari quasi natus tempore, quo fuit facta do-
natio fratri per patrem, quo tempore attento † censebi- 88
tur donatio, quatenus eius legitima tunc valeret, se-
cundùm Chassanæum *in consuetudinibus Burgund.
rubr.* 7. §. 12. *num.* 8. quem citat Petrus Barbosa *in
dict. l.* 2. *in principio, num.* 171. *ff. soluto matrimonio*, qui
dicit, hoc esse singulare, & videri meo, ad multa refert
ista conclusio.

Rursus, circa ea quæ scripsi *suprà, num.* 34. dum tra-
ctaui, an in filio vnico cadat melioratio, vidi dubitari,
an nepotes ex filio vnico possint meliorari? In qua
quæstione semper existimaui, propter generalitatem 89
l. 17. *Taurinæ*, posse † fieri talem meliorationem in vnum
ex nepotibus ex filio vnico, quod tenet *ibi* Tellius
contra Antonium Gomez, sequendo Couarruuiam *li-
bro* 1. *resolutionum, cap.* 19. *num.* 4. quos sequitur Ma-
tienç. *in l.* 2. *titul.* 6. *lib.* 5. *Recopilationis, glo.* 3. *num.* 4.
fol. 146. Angulo *in l.* 11. *tit.* 6. *eodem libro, glossa* 10.
num. 2. Molina *libro* 2. *de primogeniis, d. cap.* 11. *num.* 5.
Ioann. Guttierrez *lib.* 1. *pr. Ethicarum quæstionum, quæst.*
54. *num.* 2. *pag.* 121. ¶ Memoretiam fum vidisse in pra-
ctica dubitari circa materiam *suprà* tactam, an in filio
vnico cadat melioratio? Pater vel mater meliorauer-
runt in Tertio filium vnicum, in quo (vt prædictum
est *suprà*, & probatum) non cadit melioratio, si filius
† consentiat grauaminibus, & conditionibus per pa- 90
trem in melioratione appositis; an teneatur pater, vel
mater seruare ordinem *d. l.* 27. *Taurinæ*, hodie, *d. l.* 11.
tam in vocatione descendentium & transuersalium,
quod magis videtur, cum eadem sit ratio in isto casu
per *d. l. Taurinam*, quod reputo notatu dignum. Et de
materia istius quæstionis legenda sunt quæ nouissimè
refert Valdes *in dictis addition. ad Suarez in l. quoniam
in prioribus, C. de inoffic. testament. ampliat.* 11. *pa-
gin.* 57.

QVÆSTIO XXII.

Quando & quibus casibus pater facto maioratu possit illum reuocare.

SVMMARIVM.

1 *Patri licet regulariter reuocare maioratum quem fe-
cit in filium; casibus in l.* 44. Tauri *exceptis.*
2 *Exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non
exceptis.*
3 *An faciat concludere casus non exceptuatos.*
4 *Infertur intellectus ad l.* 12. tit. 1. part. 2.
5 *Exceptionibus quæ dantur pro regula, stari debet.*
6 *Enumeratio specierum post genus facta, in dubio ad
illas species restringitur.*
7 *Exempla non restringunt regulam.*
8 *Statutum loquens taxatiuè de quibusdam exceptio-
nibus, an possit extendi ad alias?*
9 *Parentes liberam habent potestatem res suas inter
alios distribuendi, dummodo iuris metas non ex-
cedant.*
10 *Exceptio non facit, quòd Regula extendatur ad ca-
sus, qui sub regula non comprehenduntur, & num.*
14. & 19. *nec restringit consenta sub regula, nu-
mer.* 13.
11 *Regula in casibus non exceptis non firmatur, vbi
iuris correctio resultat.*
12 *Exempla declarant in quibus terminis regula pro-
cedat.*

13 *Casus excepti à regula ad casus similes extenduntur.*

14 *In lege correctoria si ratio exprimatur, an admittatur extensio ad omnes casus, in quibus eadem ratio potest adaptari.*

15 *Argumentum deductum ab exclusione vnius ad alterius inclusionem, an procedat, quando adest eadem ratio excludendi illud, quod aliàs exclusum videtur.*

18 *Dispositio in limitatoriis an extendatur ex identitate rationis, & num. 19. & quid de lege limitatoria, n.21.*

20 *Speciale an excludat quod ex alio capite includitur.*

22 *Dilliones*, solum, & tantum, *casus similes an excludant.*

23 *Contra instrumentum guarentigium an opponi possint aliæ exceptiones, quàm contentæ in lege Regia.*

24 *Permissio alienationis bonorum fideicommissi an ad similes casus extendatur.*

25 *Inclusio vnius non est alterius exclusio, quando eadem est ratio includendi.*

26 *Statutum in iure communi aliquos casus excludens, similes an excludat.*

27 *Regulam habet pro se, qui dicit donationem factam revocari non posse.*

28 *Meliorationes Tertij & Quinti revocabiles sunt, præterquàm in casibus in* l. 17. & 44. Tauri *expressis, & num.33.*

31 *Iuramentum si pater præstitit tempore confectionis maioratus, non potest revocare, etiamsi possessionem non tradat, & n.32. & 58. & ibi quid in meliorationc? vbi doctrina quædam Peraltæ examinatur, vsque ad n.64. & resolvitur, n.80.*

34 *Clausulæ derogatoriæ ad contractus iuratos non extenduntur.*

35 *Filij an possint consentire cum iuramento, quòd pater testetur de feudo in favorem secundogeniti, primogenito excluso.*

36 *Primogenium an possit absque Regia facultate, etiam quoad legitimam filiorum constitui, si filij renuntient.*

37 *Donatio ad tempus iurata an possit revocari.*

38 *Iuramentum an habeat vim donationis.*

39 *Iuramentum debet intelligi secundum naturam actus, super quo interponitur, & num.42. & 43.*

40 *Donatio causa mortis iurata an possit ex pœnitentia revocari? refertur sententia affirmans, & num. 44. negans verò, n.47. & 48.*

41 *Iuramentum appositum in donatione inter vivos de non revocando, an impediat beneficium* l. si vnquam.

45 *Pactum, quòd filius qui descendit ex matrimonio succedat, an revocari possit.*

46 *An valeat pactum, quòd quis teneatur relinquere omnia bona primogenito.*

49 *Pacta quòd quis succedat patri aut matri, quando sint irrevocabilia & num.54.*

50 *An in vim fideicommissi aut substitutionis debeant servari.*

51 *Primogenito in pactis matrimonialibus vocato, nepos iure transmissionis an præferatur patruo.*

52 *Promissio de meliorando filio ex matrimonio suscepto an valeat.*

53 *Per iuramentum an transferatur vtilis actio sine cessione.*

55 *Pacta matrimonialia super successione primogenituræ, an sint valida.*

56 *Maioratus ob matrimonij contractum in extraneum factus an possit revocari.*

57 *Arrhas si quis susceperit nomine matrimonij, & illud recuset, in eas duplicatas restituere teneatur.*

59 *Fidei interpositio an sit idem quod iuramentum, & num. 64. 68. & 74. & ibi, quid sit per salutem iurare.*

60 *Per verba*, in veritate, *an inducatur confessio iurata.*

61 *Homagium & iuramentum an æquiparentur.*

62 *Qui homagium frangit, testis esse an possit? & ibi, an maneat infamis.*

63 *Princeps, qui de non alienando fidem præstitit, an possit alienare vassallos; & ibi fides humana quid sit.*

64 *Per homagium, an fiat maioratus aut melioratio irrevocabilis, & num.66.*

65 *Promissio fidei an valeat, vbi iuramentum est necessarium, & n.73.*

66 *Spiritualitas in iuramento interveniens donationem facit irrevocabilem.*

67 *Homagium non esse idem quod iuramentum fundatur, & num.70. ad 72.*

69 *Iuramentum an sit de iure diuino & naturali.*

75 *Homagium quid sit, & de eius antiquitate, remissiuè.*

76 *Promissio*, in veritate, *in maioratus institutione, an habeat vim iuramenti, num.77.*
Et ibi quid de iuramento facto per verba, Crede mihi.

78 Promitto ad Deum, ad Dominam nostram Mariam, Deus sit mihi testis, *& similia, an sint iuramenta.*

79 *Maioratus vel melioratio, quo iuramento, promissorio vel assertorio, confirmentur.*

81 *Patronus an possit præsentationem iuratam revocare.*

Post num.81. inuenies alia summaria.

IN quæstionibus præcedentibus tractatum est quomodo constituatur maioratus authoritate Principis, & qualiter authoritate legis & Principis revocetur? Nunc *in hac quæstione vigesima secunda* agendum est qualiter, & quando pater post factum in filium maioratum, possit illum revocare? Quæ quæstio est latissima, & in practica quotidie contingibilis, & super hoc contingunt mille lites maximi momenti, præcipuè inter Nobiles & Magnates; quæ in alias sequentes quæstiones est diuidenda, vt ea, quæ dicuntur, rectius percipiantur. Sciendum igitur est, quòd † patri licet regulariter revocare maioratum, quem fecit in filium, per *l.44. Taurinam*, exceptis tribus casibus in *illa lege* contentis, videlicet, si fuit tradita possessio bonorum maioratus, vel si tradita sit scriptura, vel si maioratus fuit factus ob causam onerosam cum alio Tertio, vt per viam matrimonij, vel per aliam similem causam: quia in his tribus casibus non est licita revocatio, nisi in licentia maioratus hoc Rex statuat, vel condens maioratum reseruauerit sibi potestatem revocandi, vt latius *in d.l.* cauetur; & colligitur in summa ex *illa lege*, quod in illis tribus casibus non licet patri revocare maioratum iam factum, & in aliis. Sic oportet inuestigare pro intellectu istius materiæ, an vltra casus in *illa lege* contentos, sint alij, in quibus patri non liceat revocare maioratum?

Quod vt perfectius intelligatur, supponere oportet, dispositionem casus notabilis *in l.nam quod liquidè, §. final. ff. de penul. lege*, à quo Doctores omnes deducunt, quòd † exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptuatis, vbi dicitur; *Si cui penus legata sit præter vinum, omnis penus legata videtur excepto vino.* Eadem conclusio probatur *in l. quæsitum, §. denique*, vbi Bart. *ff. de fund. instruct. l. marius, C. de procurat.* Notat Glossa *in l. his verbis, ff. de legatis 3.* Et ideo dicit Romanus *in consil. 271. num.3.* quod concessio generalis, à qua excepta fuerunt Regalia quædam, firmat regulam in contrarium in omnibus Regalibus præter exceptuata: & notatur in variis casibus per Curtium Iuniorem *in cons. 16. lib. 1. num. 11. & cons. 183. num. 36. & in consil. 60. num. 11. lib. 1. & in cons. 109. num. 22. & in consil. 124. n. 16.* & Alexand. *in cons. 133. num. 26.*

num. 16. & in cons. 186. num. 6. lib. 6. & in cons. 52. n. 4. lib. 7. & in cons. 106. num. 10. lib. 5. & in cons. 36. num. 1. lib. 6. & in cons. 144. eodem libro: & in cons. 35. libro 4. Iaso *in l. transigere, num. 13. C. de transact.* vbi Purpurat. *num. 58. folio 57. & in l. Titia textores, num. 21. ff. de legatis 1. & in l. si is qui pro emptore, num. 51. ff. de vsucap. & in l. illud, num. 9. ff. quod quisque iuris*, Barthol. Socin. *in cons. 72. Visis statutis Communitatis, lib. 4.* vbi dicit,
3 quòd de natura exceptionis est, vt † faciat includere casus non exceptuatos, & idem *in cons. 25. num. 27. lib. 1.* Purpuratus *in l. 1. num. 578. folio 23. & num. 580. & num. 700. folio 32. ff. de officio eius, cui manda. est iurisd.* Tiraquell. *in tract. ac pia causa, privil. 78. pag. 111.* & iterum Ias. *in l. si ita legatum, num 6. folio 99. ff. de leg. 1.* & Decius *in cons. 381. num. 3.* Ludouic. Gomez *in regul. de triennal. possess. quæst. 10. pag. 708.* Menochius *in tract. præsumptionum, lib. 3. præsumpt. 97. n.m. 37.* & iterum *num. 41.* eleganter Episcop. Couar. *resolut. lib. 2. cap. 5. num. 6. folio 105.* quæ adde ad Euerard. *in centum locis, in loco 3. ab exceptione ad regulam*: & notatur etiam per Glossam Parisiens. *in consuetud. Parisien. part. 1. §. 1. gloss. 5. num. 60. folio 33. & §. 18. gloss. 4. num. 10. fol. 117.* Socin. Iun. *in cons. 140. n. 15. lib. 2.* Matth ab Afflict. *decis. 354. n. 10. & 11.*

4 Ex qua regula aliàs † inferebam intellectum & extensionem *ad l. 12. tit. 1. part. 2.* decidentem, quòd Domini Regni possunt facere omnia, quæ Regibus licita sunt, & quæ per illam legem non sunt exceptuata, quod reputo ad multa notabile. Et hæc sufficiant, ex quibus videtur, quod in omnibus casibus, præterquam in illis tribus, qui in *prædicta lege* continentur, est licita revo-
5 catio maioratus: & his exceptionibus stari † debet, quia dantur pro regula, *l. ab ea parte, ff. de probat.* Et quando fit enumeratio specierum post genus, illa enumeratio in
6 dubio † restringitur ad illas species, *l. sed si adiiciatur, ff. pro socio.* Notat & confirmat Rebuf. *in praxi benefic. in forma Vicariatus, num. 9. pag. 58.* Confirmatur, quia
7 licèt exempla † non restringant regulam, *l. penult. ff. de iur. & fact. ignor. l. nam quod liquidè, in fine, ff. de penult. legat.* quando tamen lex exemplificans esset correctoria, tunc exemplificans regulam restringit, secundùm Paulum de Montepico *in l. in quartam, col. 38. ff. ad l. falcid.* Rebuffum *in l. Labeo, 14. pag. 129. ff. de verb. sign.* & non sine mysterio lex prædicta ponit illas exceptiones; cum potuisset faciliter & alias tradere: vnde in illis tantummodo casibus regula fallit: *l. vnica, §. sin autem ad deficientis, C. de caducis tollendis.* Et quoties ponitur exceptio contra regulam exorbitantem à iure communi, talis exceptio latè debet interpretari, vt minus corrigat ius commune, quàm sit possibile; vt volunt Cuman. *cons. 30. col. 2.* Curtius *cons. 7. col. 4.* quos citat Aymon. *cons. 135. num. 35.* ¶ Et quando statutum loquitur taxatiuè de quibuldam exceptionibus, † non potest ex-
8 tendi ad alias, & ista est virtus dictionis taxatiuæ, secundùm Bald *in l. ita nobis pudor, num. 1.* vbi Salicetus *num. 3.* Fulvius Pacianus *in tractatu de probationibus, libro 1. capite 31. numero 28. folio 94.* In quo capitulo latè tractat de viribus & effectu orationis taxatiuæ ad ista legendus.

Habuit etenim (vt suspicor) illa lex considerationem ad parentes, qui æquum est vt habeant liberam potestatem disponendi de rebus propriis, & quòd eafdem libero arbitrio possint inter filios suos diuidere, siue in
9 vita, siue in morte, † dummodo non excedant metas iuris, *l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. l. parentibus, C. de inoffic. testamen.* & ista lex est interpretanda, vt minus deroget ius commune quàm sit possibile, *l. 2. C. de noxalibus: cap. cum dilectus, de consuet.* Notat Iaso *cons 42. col. 2. lib. 3. vers. secundo confirmatur*, vbi tractat de intellectu statuti, quòd ascendens non possit descendentes ex linea masculina meliorare: & de iure communi licebat patri revocare donationem factam in filium etiam ob causam matrimoni; quia de iure non valebat: vt probat latè Burgos de Paz *cons. 14. num. 10.* per regulam, *l. donationes quas parentes, C. de donat. inter virum & vxorem, & l. 3. tit. 4 part. 5.* cum *concordan.* licet contrarium colligatur ex his quæ scribit Ioan. Lop. *in repetit. rubrica de donat. inter virum & vxorem, §. 54. num. 10. pag. 167 col.* 1. Et quod *d. l. 1. tit. 6. lib. 5. Recopil.* sit strictè interpretanda, & quòd non corrigat ius commune, resoluit Lara *in lib. de alimentis, §. item reseriptum, num. 41. 42. folio 234.*

Sed licet dicta conclusio, quæ deducitur à *d.l. nam quod liquidè. §. final.* sit ab omnibus recepta, & regulariter vera, insignis Philipp. Decius *in cap. cum ad eius, num. 6. de confirma. vtil. vel inutil.* laborando in intellectu istius materiæ, & ab ipso fundamento principium sumendo, dicit esse considerandum, quòd exceptio firmat regulam, ista ratione: quia sub generalitate omnes casus regula includit: vnde si aliqui casus excipiuntur, alij sub regula manent: *l. cum prætor ff. de iudi.* Sed quoad alios casus, qui sub regula † non comprehenduntur, ex- 10
ceptio non firmat regulam: quia non facit, quòd regula extendatur ad ea, quæ aliàs sub regula non includuntur, vt est textus *in l. generali, §. vxori*, & ibi Bart. *ff. de vsufruct. legat.* quem Decius *vbi supra*, latiùs inducit: & idem Decius *in l. 1. num. 22. ff. de regul. iur.* vbi Gosf. Parisien. citat Alberic. *in l. final.* per illum textum *ff. ad Trebellianum*, & idem Decius *in cons. 44. num. 44. & in cons. 40. num. 4. & in cons. 151. num. 7.* & Bart. quem hi non referunt, *in Authen. de non alienan. aut permut. reb. Eccles. §. vt autem lex, num. 2. folio 12.* Carol. Ruin. *in cons. 60. num. 11. lib.* Paris. *in cons. 141. num. 13. cum sequentibus, lib. 4.* Barthol. Socin. *in cons. 47. num. 3. lib. 1. & in dictis locis* Decius plura in confirmationem huius opinionis adducit. Et idem ante eum tenuit *Alexand.* qui eandem regulam ponit *in cons. 2. Visis & accuratè, lib. 1. num. 11.* vbi Glossa Parisien. plures concordantes refert: idem Gloss Parisien. ad Alexand. *cons. 36. Litera extra, lib. 6.* idem Alexand. *cons. 186. num. 6. lib. 6.* Areti. *in cons. 8. num. 7. & cons. 30. num. 9.* Marcus Brunus de Auguillis *cons. 85. num. 38.* latè Simon de Prætis *lib. 4. interpretand. defunct. voluntat. dubit. 3. num. 7. folio 446.* eleganter Euerard. *in loco 3. versic. primo vt procedat, pag. 43.* Anton. Gabriel *lib. 6. commun. opinion. tit. de statutis, concl. 10. num. 5. pag. 364.* & plures citat Tiraquel. iuxta morem consuetum *lib. 1. de retractu, in fine, n. 94. pag. 74.* cui adde Alexand. *in cons. 39. lib. 4.* & Corneus *in cons. 57. lib. 1.* Ludouic Gozadin. *in cons. 26. num. 48.* Stephan. Bertran. *in cons. 150. num. 5. lib. 1.* Iaso *in l. properandum, num. 11. de inoff.* Azened. *in l. 1. tit. 1. lib. 6. Recopil. num. 63. & 64. folio 9.* quod maximè procedit vbi resultat correctio iuris: quia tunc regula in casibus non exceptuatis † non firmatur, *l. serui nomine*, cum *ibi* 1
notatis per Glossam & Bart. *ff. de vsucap.* & alios, vt per Alexand. *in cons. 45. num. 2. lib. 7.* Et ista confirmantur, quia licet exempla non restringant regulam, vt *suprà* probatum fuit, † declarant tamen in quibus terminis 12
regula procedat, *l. vt responsum, C. de transact. l. precibus, C. de impub.* Notat Alexan. *cons. 14. num. 8. & cons. 98. num. 6. lib. 4. & cons. 36. lib. 6.* Paul. de Montepico *in d. l. in quartam, num. 38.* Et sicut exceptio non ampliat regulam, ita † non debet restringere contenta sub regula, 13
secundùm Bald. *in l. omnes populi, col. 19. ff. de iustit. & iure.* Felin. *in §. quoniam frequenter, n. 3. vt lit. non contest.* Paris. *in cons. 67. n. 17. lib. 2.*

Et ista conclusio, quòd exceptio non facit quòd regula extendatur ad casus, qui aliàs non comprehenderentur, † est verissima & communiter recepta & tenen- 14
da; licet inaduertenter contrarium teneat post alios, quos citat, Quintil. Mandos. *in reg. 32. de impetrantibus beneficia vacantia per obitum, quæst. 23. num. 5. fol. 122.* Item casus excepti à regula † extenduntur ad casus si- 15
miles illis exceptis, vt probatur *in d. cap. cum dilecta*, vbi Abb & Deci. *num. 5. notab. 5.* & idem Abb. *in cap. ad audientiam, de Cleric. non residen. num. 2. folio 222.* qui hoc eleganter tractat, & alij, vt per Decium *in dicto loco*, & per eandem *in d.l. 1. num. 32. ff. de regul. iur. &*

in conſ.55.& in cap.iuranti,col.2.de probat. & Alex. *in conſ.130.in cauſa Stradiotorum,num.5.lib.4.* Felin. *in cap.quoniam frequenter,vt lite non cont.ſt.&c* eſt elegans Gloſſa,quam prædicti non referunt *in l.1.C.de condit. ind.lib.* Petrus Surd.*deciſ.241.num.2.* Menoch.*tractat. præſumptionum,lib.4.præſumpt.36.num.20.cum ſeqq.fol.* 43.Petrus Barboſ.*in l.ſi conſtante 25.num.94.pag.557. ff.ſoluto matrimo. part.2.* Fulvius Pacianus *in tractatu de probationibus lib.1.cap.31.num.8.folio* 92.poſt Curtium Iuniorem quem citat *conſ.75.num.14.* Bertazolus *in tractatu clauſularum,clauſula 21.gloſ.16.num.3.folio* 115.Notat Epiſcopus Couar.*in d.cap.5.num.6.* cui adde Andre.ab Exea *in cap.cum omnes, de conſtit.num.219. pag.414.* Iaſonem *in conſ.118.lib.1.col.3.* & *in authen. non licet.C.de liber.præterit.* & *in l.quod te mihi, n.30. ff.ſi cert.petat.* & *in l.1.num.67.folio 53.ff.de officio eius cui mand.* Notat Gregor.Lopez *in l.18.tit.18.part.2.* in gloſſ.,*Sino por dos coſas,* & Ioan.Lop. *in rubrica de donat.inter virum & vxorem,col.60.verſic.& inde,& in col.119.in verſ.amplitatis,* Suarez *in prooemio legum fori folio 6.col.1.verſ.ecce caſus notabilis,* Pariſius *in d.conſ. 141.num.24.*Tiraquel.*lib.2.de retractu,§.1 gloſſ.6.n.6. pag.* 842. latiſſimè Euerard.*in d.loco 3. in verſic. tertio dicta theorica,pag.*48.& *loco 70. in verſ.ſecundo limitatur, vt procedat,pag.*461.E hæc eſt communis opinio, quamvis Bald.*in cap.poſt reſtitutionem,de renuntiation.* dicat, quòd exceptio firmat regulam in contrarium in caſibus ſimilibus,vel habentibus eandem rationem,non etiam in caſibus maiorem rationem habentibus, quem ad hoc refert Epiſcop.Segovienſ.*in cap.alma mater.fol.* 106.*col.1.de ſenten.excommu.in* 6.Sed certè iſtud principium ego ex Baldo colligere non potui, nec in meo libro hoc dicit.Et etiam in lege correctoria, ſi ratio ſit
16 expreſſa,admittitur † extenſio ad omnes caſus, in quibus eadem ratio adaptari poteſt; quia tunc non dicitur extenſio, ſed comprehenſio, ſecundùm Gloſſam *in Clement.1.in verb.Italiæ,de tempor.ordin.lib.6.*& alios plures,quos citat Barboſa *in d.l.ſi conſtante,in princ.n.*102. *pag.*562.ex quo Authore multa ſumi poſſunt pro confirmatione prædictorum.

Et eſt etiam alia concluſio ſingularis, quòd argumentum deductum ab incluſione vnius ad alterius exclu-
17 ſionem,† non recipitur quando eſt eadem ratio includendi & illud,quod aliàs excluſum videtur, vt tradunt Pariſius *in conſ.111.num.39.lib.1.* Menoch. *conſ. 14.num.14 lib.1.& conſ.158.num.56.lib.2.* Et in limi-
18 tatoriis diſpoſitio † extenditur ex rationis identitate,vt tradunt Iaſo *in l.ſi conſtante, num.73.ff.ſoluto matrimonio,*Gamaratus *de extenſione,num.93.* Menoch. *de adipiſcenda poſſeſſione,remed.4.num.34.pag.58.*vbi hoc extendit.

Et per prædicta inquit Abb.*in cap.inter alia,num.15. de immunita.Eccleſ.in verſ.præterea vbicunque,* quòd ſi vnum ius ponit aliquam regulam, & excipit aliquem
19 caſum cum dictione taxativa,† nihilominus excipiuntur alij caſus, qui reperiuntur excepti in alia parte iuris: *text.*coniuncta Gloſſa *in cap. quoniam frequenter,vt lite non conteſta.*& Gloſſ.& Bart. *in d.l.ſeruis,ff.de vſucapio.* Pro quo facit textus *in Clement.exiui de paradiſo,§.cum autem natura,de verb.ſignificat.* quem commendat Iaſo *in l.actio,n.2.C.de tranſact.& in l.cognito, n.5.ff.de offic. eius cui manda.eſt iuriſd.& in l.3.§.iurari,n.19.ff.de iureiur.& in l.1. n.6 ff.ſi quis ii. dicenti non obtempera..*
20 ¶ Et ſpeciale † non excludit illud, quod ex alio capite includitur,ſecundùm Salicetum *in l.de crimine, oppoſi. 2.C.de accuſat.*Decium *in conſ.60.col.2.& in conſ.190. col.4.*Cagnolum *in l.omnis diffinitio,203. num.69. folio* 286.*ff. de regulis iuris* Et plura ſingularia ad propoſitum de dictionibus taxatinis,omnium latiſſimè,& reſolutiuè ſcribit Aymon.*in tractatu de antiquit.tempor.4. part.num.57.cum pluribus ſequentibus,folio* 229.& tex. *in d.l.cum autem,* eſt Peregrinus ſecundùm Ananiam *conſ.36* quem citat Couar. *in cap.Raymundus, §.11.n.1. de teſtament.folio* 123. & tradit Bart.*in l.35.cum Titio, ff.de alimen.lega.* Rebuf. *in l.propemodum 88.pag 535. in fine.ff.de verb.ſignif.* per quam tradit Ancharran. *in conſ.112.num.5.*quòd vbi eſt eadem ratio,lex non dicitur extendi. ¶ Et lex limitatoria † extenditur ex iden- 21
titate rationis,*l.bis ſolis,*ibi,*Sarts etiam eautum putamus C.de reuocan.donation.* & eſt communis opinio ſecundùm Alciatum *tib.2.de verborum ſignificatione,pag.46.* qui plura in propoſito noſtro adducit; quòd maximè procedit in materia fauorabili, ſecundùm Bart. *in l.ſi conſtante,in 1.quæſt.1.part.num.38.ff.ſoluto matrimonio* quem citat Guillelmus Caſſador.*deciſione 6.de iure patronat.n.11.* qui ad hoc etiam citat Gloſſ.*in l.ouis, C.de præd. minor.*

Et dictiones,*ſolum*, & ,*tantum*, † non excludunt 22
caſus ſimiles, ſecundùm Lucam de Penna *in l. 2. C. de Decurion. & ſtatut. lib.12.folio 252. col.4.in principio,* licèt contrarium teneat Rebuffus *in l.patrum 31. pag.269.ff. de verborum obligationibus,* per *l. Iulianus, ff.de petit.hæreditat. l.3. §. interdum, ff.de negotiis geſt. l. inde Neratius, §. 1. ff. ad l. Aquili.* & alia iura, quæ refert; qui plura tradit in iſta materia neceſſaria; ad quem addo Decium *in conſil. 328.num.5. & in conſ. 476.num.2.* Oſaſcum *deciſione Pedemontana 167. num. 14.*Menochium *in tractatu præſumptionum, libro 4.præſumpt.39. numero 4.folio* 52. Pro his etiam facit quod notat Rodericus Suarez *in l. poſt rem iudicatam, in verſ.ſed pro euidentia huius primæ partis, numero 34. pag.327.& in aliis libris,folio* 188. *ff. de re iudica.* vbi affirmat quod contra inſtrumentum guarentigium † 23
poteſt opponi quælibet exceptio, quæ legitima fuerit, quamuis *l.ordina.4. tit. 8. de las exceptiones,* ponat ſolum quatuor exceptiones. De quo lege inter alios Falconem,*regul.438 num 11.*& prius *num.1.* Auendañ. *in tit.*de las excepciones,*num.27.folio* 150. *& in tractatu de exequend.mandat.Regiis,cap.16.numero 4.folio* 101. vbi legi debet dominus Valdes *pagina* 129. Didacus Perez *in addition. ad Seguram in l. 1. §. ſi vir vxori, numero* 119.*ff. de acquirenda poſſeſſione,* Gregor. Lopez *in l.10.tit.12.part.5. in gloſſa,* in verb. *ſu parte,* Ioan. Lopez & Cifuent. *in l. 64. Taurina.* Azuedo *in l. 1. tit.21.numero 59. & ſequenti,folio* 308.*libro 4. Recopilationis.* Ioan.Guttierrez *in practicis quæſtionibus, libro 1. quæſt.*111. qui ad hoc refert Suarez de Paz *in praxi capite* 13.4.*part. tom.1. numero* 34. qui omnes communiter concludunt, poſſe opponi alias exceptiones contentas *in d.l.1.*quod mihi difficillimum videtur,attentis verbis *prædictæ legis*, quæ ſunt maximè taxativa & præciſa. ¶ Et ad punctum legenda etiam quæ ſcribit Parlador. *part.2. cap.final. 5.part.§.11. num.1. cum ſequentibus, pag.* 360. Additio Antonij Gamæ *ad deciſ.* 372. qui refert Azeuedum, Ioſeph. Ludouic.*deciſ.88. numero 2.* In quo tamen puncto plures ſunt opiniones, de quibus egò alibi tractabo; & iſta ſeruiunt pro deciſione doctrinæ Ancharrani *in conſil. 152. numero* 17. *verſ. non obſtat,* vbi probat, quòd ſi teſtator permittat alienari bona fideicommiſſi in certo caſu, † talis per- 24
miſſio extenditur ad caſum ſimilem. De quo per Carolum Ruinum *conſ.92.lib.1.*Bellonum *conſ.29.* Marzar. *de fideicommiſſ.quæſt.*51.*folio* 30.quod notandum eſt ad ea, quæ habentur *in 4.part. quæſt.1. illatione 2.cum ſequentibus,* & tractani ibi *illatione 5.numero* 10. Quod confirmo, quia † vnius incluſio non eſt alterius exclu- 25
ſio,quando eſt eadem ratio includendi,ſecundùm Gloſ. *in l.cum prætor,ff.de iudi.*Lapum & Dominic. *in cap. qui ad agendum,§.1.de procurator. in* 6. Alexand. *in l. final.ff. quod quiſque iuris,* & alios quos citat Pariſius *in conſil.111.numero 39.libro 1.*quem refert Menochius *in conſil.250.numero 56.libro 3.* De qua materia latius ago *part.2.quæſt.6.numero* 627. Et ſtatutum diſponens in materia iuris communis,& excipiens aliquos caſus, † non videtur excludere alios ſimiles caſus ſecundùm 26
Anton. Abb. & Imol. *in cap.ad audientiam,de Cleric. non reſidentibus,* Cagnol.Decium *in l.Gallus,§. ſi eius, numero 93. pag.* 300. *ff. de liberis & poſthumis.* Et qui dicit

27 dicit donationem perfectam non poſſe reuocari, † habet regulam pro ſe, ſecundùm Romanum *in conſil.171. Pro deciſione, colum.vltima, verſic.2. quia regulam habeo,num.7.* Tiraquel. *in l.ſi vnquam, in verb. Libertis, num.19.C.de reuocand.donat.*licet iſta regula hodie non
28 procedat *in caſu legum 17. & 44. Taurinarum*, in quibus ponitur pro regula, quòd † melioratio Tertij, & maioratus reuocari poſſunt, præterquam in caſibus contentis *in prædictis legibus.* Quod nouiſſimè tradit Auendan.*in l.17.Taur.gloſ.6.n.1.*Et quod dicta *lex* 17. non excludat alios ſimiles caſus,tenet ibi Tellius *n.91.* & alij gloſſatores, prout refert Molina *lib.4. de primogen. cap.2. n.39. fol.*127.

Ex his igitur concluſionibus & principiis, ex quibus effectu colligitur, quòd quamvis lex aliqua excipiat aliquos caſus, & exceptis illis caſibus ponat regu-
29 lam in contrarium, regula † non comprehendit caſus, qui aliàs non comprehenderentur, & caſus excepti ad
30 alios † ſimiles extenduntur, aliqua pro perfectiori intellectu noſtræ materiæ maioratuum inferuntur, quæ in praxi erunt conducibilia.

Primò infertur, quòd ſi pater faciat maioratum in filium, iuramento interpoſito pro confirmatione maioratus, & cum promiſſione de non reuocando, etiamſi non tradat poſſeſſionem bonorum maioratus verè, vel per actus fictos, nec tradat ſcripturam, nec ſit factus
31 ob contractum oneroſum, † maioratus efficitur irreuocabilis; quia ex iuramenti religione, & promiſſione de non reuocando, colligitur promittentis & facientis maioratum plena deliberatio, & ideo eſt caſus ſimilis illis, quos *prædicta lex* excipit. Nec regula *illius legis* comprehendit hunc caſum, vbi iuramentum adeſt pro confirmatione contractus maioratus: cum de iure antiquo,quamvis regulariter donatio patris ad filium eſſet
32 inefficax, valida † tamen eſt, cum facta eſt iuramento interpoſito,& cum pacto de non reuocando, ſecundùm Baldum *in l.vltima, verſ. quid ſi ſint, C. de vſucapion. pro empt. & conſ.*430. *Præmittendum eſt, lib.1.* cuius opinio communis eſt ſecundùm Decium *in conſ.239. In primis verbis*; & Iaſ.*in conſ.430.lib.4.*quos & alios refert Tellius *in l.17.Taurina, num.93. in quo num. & ſequentibus* hanc concluſionem latè tractat; cui adde notata per Iaſonem *in §.ſi quis poſtulante, num.11.cum alijs, Inſtit. de actio. text. in cap.2. in verb. non contrauenire, de iureiurand.in* 6. Arctin. *conſ.74.* Crauet. *in conſil.214.* & alios,quos refert Rolandus, vbi latè hoc confirmat *in conſ.8. num.26.lib.1.* Et eſt communis opinio ſecundùm Ripam *in reſponſ.48. num.8. & 147. num.4.* & hæc eſt recepta opinio, quamvis Raphael Fulgoſ. quem prædicti non referunt *in conſ.199. per totum.* magno conatu contrarium teneat.

Et ideo dicunt Doctores *in d. l.17.* quòd licet pater & mater facta melioratione Tertij, poſſint illa liberè
33 reuocare, † non tamen in caſibus *in prædicta lege* contentis, qui omnes ſunt ſimiles illis, qui continentur *in d.l.44.* Idem eſt ſecundùm prædictos Scribentes,quando pater facit meliorationem iuratam, & cum promiſſione de non reuocando: quia quamvis caſus non ita contineatur *in illa lege*, non eſt licita reuocatio. Cuius etiam ſententiæ fuit poſt alios ibi Tellius & Segura *in l.vnum ex familia, §.ſed ſi fundum, fol.53. col.2.ff.de legat.2.* idem in donatione facta per patrem filio, cum promiſſione de non reuocando,tenet Rodericus [illegible] quem prædicti non referunt *in l.9.tit.11. lib.11. verſ.nota ſecundo, fol.84. col.2. in fine:* & [illegible] ſententiam in terminis *d. l.17.* tenet Petrus de [illegible] *in d.l.vnum ex familia, in princip. num.23. pag.161. col.1.* Et pro hac ſententia faciunt quæ ſcribit Rochus de Curte *in tract.de iure patronat. in verb.honorificum. num.37.* vbi diſputat quæſtionem, an ſi patronus laicus iurauerit non reuocare præſentationem Clerici, poſſit variare in præſentando. ¶ Et facit illa concluſio ſingularis,quòd clauſula, *non obſtantibus,*& etiam aliæ derogatoriæ † nunquam extenduntur ad contractus iu- 34
ratos, Gloſ. reputata ſingularis *in cap. cum non deceat, gloſ.vltima, de elect.in* 6. Notat Baldus *in l.1.C.quando licet. ab empt. diſce.*Angel.*in l.1. §.qua oneranda.ff.quarum rerum actio non detur*: & confirmat Thom.Grammat. *deciſ.100. num.81.* & tradit latè Anton. Gabriel *lib.2. communium opinionum, concluſ.6. de iureiurand. num.18. pag.*118. Sic ſcribit Guido Papæ *in conſ.23. num.8.* quòd donans non poteſt reuocare pactum, per quod donauit in fauorem Tertij,vbicumque iurauit talem donationem & pactum, quem citat Anton.Gabriel *lib.3. communium opinionum, tit. de donation. concl.5. num.7.pag.*200.

Prædictis conuenit quod in iſta materia ſcribit Zaſius *in conſ.22.num.19.cum ſequentibus, lib.2.* vbi probat, quòd filij † poſſunt conſentire cum iuramento, quòd 35
patet teſtetur de feudo,& Marchionatu in fauorem filij ſecundogeniti,excluſo primogenito. Et conducit etiam, quod notat Rodericus Suarez *in l.quoniam in prioribus, ampliat.10.num.5.C.de inofficioſ.teſtam.* Ioan.Lopius *in rubr.de donation. inter vir.& vxor.§.16.num.*18. & alij quos citat Molina *lib.2.de primogen.cap.3.n.5.fol.*216. volentes, quòd primogenium † poteſt conſtitui abſque 36
Regia facultate, etiam quoad filiorum legitimam, ſi filij renuntient paternæ aut maternæ hæreditati, & legitimæ, ſeu eius ſupplemento, ad quem iungo Epiſcopum Couarru. *in cap.quamvis pactum, de pactis, in* 6. *2.part.§.3. num.3.fol.*119. Zaſium *in conſ.20. num.27. cum ſequentibus, lib.2.* reſoluentes, fratres primogeniti eſſe obligatos ad obſeruandum contractum iuratum de non ſuccedendo in bonis primogenitutæ. ¶ Et facit etiam doctrina Guido.Papæ *in conſ.25.num.8.*vbi probat, quòd ſi donator qui fecit alicui donationem alicuius rei cum pacto, quòd poſt certum tempus veniat ad aliquem,& iurauit talem donationem, non † poteſt 37
eam reuocare donationem, quam citat Anton.Gabriel *lib.3. communium opinionum, tit.de donation. concluſ.5. num.8.pag.*200. Et idem tenent Speculator *in tit.de donationibus, §.1. verſic.quid ſi actum*, Gerardus *ſingul.8. num.*18. Ioſeph.Ludouic. *deciſ.29.num.*10. quod confert pro intellectu doctrinæ Bart. *in l.qui Romæ, §.Flauius, ff.de verborum obligat.* De qua tracto *infrà, q.24.* Quinimò iuramentum habet vim † donationis, ſecun- 38
dùm Bartolum *in l.iurisiurandi gratia: ff.de iureiurand. & in l.Titio, ff.de verborum obligation.* & alios, vt per Seraphinum *in tractatu, de priuilegiis iuramenti, priuileg.94.num.9.* Et hæc opinio tenenda videtur,quamvis Aufrer. *in Capella Tholoſ. quæſt.*453. quæ incipit. *Fuit quæſtum*, expreſsè affirmet, quòd ſi fiat pactum in contractu matrimonij cum iuramento, quòd primogenitus ex illo matrimonio naſciturus, ſit hæres vniuerſalis,& ſuccedat poſt mortem patris: poteſt pater variare & remittere pactum; & mutare voluntatem, & grauare filio fideicommiſſo, & idem tenet Nicolaus Boerius *deciſ.*204. *num.11. cum ſequentibus*, præcipuè *num.21.* qui ad hoc etiam refert Bellamer. *in conſ.17.* incipienti, *contrahens matrimonium cum Berta.* Aymo Crauet.*conſ.256.num.2.* qui omnes tenent,quòd de iure iſta conuentio non valebat, per text. *in l.vltima, C.de pact. & in l.ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verborum obligation.* & poſito quòd valeret, dicunt eſſe reuocabilem:quia actus eſt de ſui natura reuocabilis. ¶ Et iu- 39
ramentum † debet intelligi ſecundùm naturam actus, ſuper quo interponitur, *l.vltima, ff.qui ſatisdar. cogan. l.ſed eiſi poſſeſſori, §.item ſi iuraueró, ff. de iureiurand. l.vltima,C.de non numerata pecunia.* ¶ Pro quibus facit quod ſcribit Dec. *per has leges proximè citatas*, & per *l.quæro, §.inter locatorem. ff.locati*, & per alia iura & rationes *in l.non omnis, num.10. & 11. ff.ſi certum petat.* vbi dicit, quòd donatio cauſa mortis,etiam facta præſtito iuramento, † poteſt ex pœnitentia donantis 40
reuocari, quia habet tacitam conditionem, niſi donantem pœnitear, ideò iuramentum debet intelligi ſecundùm illam: maximè, ſi ea verba ſunt appoſita in executione donationis, quod tradit latiùs Epiſcopus

Couarr. *in 2. part. rubric. de testament. num. 13. versic. Tertia conclusio.* Et horum opinio coadiuuatur ex sententia Oldradi *in cons. 238. Cum mulier donatrix, & in cons. 278. Licet quantum ad clausträlis*; vbi tenet, quod iuramentum appositum in donatione inter viuos
41 de non reuocando, † non impedit beneficium *l. si vnquam, C. de reuocand. donation.* quia iuramentum debet intelligi rebus sic stantibus, quæ est ratio Nicolai Boer. & in qua propriam sententiam fundauit. Ad quam conclusionem *Oldradi* plures authores citat Tiraquellus *in dicta l. si vnquam, in præfatione, nu. 179. pag. 80.* qui in *numeris antecedentibus* multas rationes pro prædictorum sententia refert, quæ tam propriè faciunt, quàm illæ, quas Nicol. Boerius & alij adducunt: & ista conducunt pro quæstione disputata à Molina *de primog. lib. 2. cap. 3. num. 37. fol. 221.* quam citaui *suprà, q. 21.*

42 Et est generale, quòd iuramentum † intelligitur secundùm naturam actus, super quo interponitur, vt probatur in prædictis iuribus, & notatur & declaratur per Ioan. Fabrum *in §. 1. num. 6. Instit. de liter. obligat.* Abb. *in cap. 1. num. 21. de iud. & in cap. ex parte, n. 2. de Cleric. non resident. & in cap. quemadmodum, §. illud, num. 5. de iureiurand.* Iaf. *in l. cùm principalis, num. 5. ff. si certum pet. & in l. vltima, num. 2. eodem tit. & in l. nam & postea, §. item si iuraero, num. 32. ff. de iureiurand. & in l. si pecuniam, num. 21. ff. de condict. caus. dat. & in l. si conuenerit, num. 8. ff. de iurisdiction. omnium iud. & in l. decem, num. 22. ff. de verborum obligation. & in l. sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis cautionib. & in l. sancimus, num. 14. C. de testament. & in l. 2. num. 47. C. de iure emphyt. & in l. qui pecuniam, num. 3. ff. si certum pet. & in §. item siquis in fraudem, nu. 126. Instit. de action. & in §. fuerat, num. 83. eodem tit.* Dec. *in dict. cap. 1. de iud. lectura 1. num. 23. & in cons. 366. num. 2. & in cons. 345. num. 8. & in cons. 351.* Purpurat. *in dict. l. vltima, de pact. num. 249. fol. 19.* Hippolyt. *singular. 327.* Anton. Gomez. *in l. 45. Tauri, num. 81.* & plures citat Tiraquellus *in tractatu de Constit. 3. part. limit. 7. num. 34. fol. 106.* & Ioan. Gratian. Falcon. qui hoc refert, *regula 275. num. 2.* Seraphin. *in tractatu, de priuilegiis iuramenti, priuilegio 74. num. 190.* licèt Roland. *in cons. 70. num. 27. cum sequentibus, lib. 2.* conetur per plura probare, quod iuramentum non intelligitur secundùm naturam actus, in quo interponitur. Et faciunt quæ scribo infrà *quæst. 30. num. 2. 28. 64. 69. 76. & 80.* Et ad hoc propositum est notabilis doctrina Oldradi, quàm aliàs agendo in aliis locis refero *in cons. 95. num. 15.* vbi tradit Regem Aragoniæ, qui fecit iuramentum non alienare bona Regni: & de hoc fecerat statutum, posset donare propriæ vxori bona: quia iuramentum non addit consensum, sed Religionis vinculum. Et in his, in quibus non consensit, neque
43 cogitauit, † iuramentum non obligat. Item pro sententia Aufrerij facit dictum Baldi ferè in propriis terminis, *in cap. 1. † item Sacramenta, num. 17. fol. 71. de pace iuramen. firman.* vbi ponit quæstionem, & ait, quod Rex Aragonum habebat duos filios, assignauit vni Regnum Aragoniæ, alij Regnum Maioricarum, & iurauerunt ipsi fratres dictam diuisionem ratam, & perpetuam habere, sed consensu dicti Regis interueniente, quòd hoc non obstante possunt tam fratres, quàm pa-
44 ter reuocare hunc actum, & pater † potest postea facere substitutiones, quas voluerit, & quod tales promissiones etiam interueniente iuramento, sint efficaces, latè sustentat Ripa *responsa. 121. num. 20. cum aliis.* Pro cuius sententia & aliorum etiam est text. *in dicta l. vltima, C. de pact.* ibi: *Et in ea vsque ad extremum vitæ spatium perseuerauit.* Per quam legem dicit ibi Ioan. Faber. *in vers. Item, quid si pactum,* quòd si pactum fiat, quod filius qui descendit de matrimonio, succedat,
45 quamvis pactum valeat, † reuocari potest, quem ad hoc refert Cifuent. *in l. 22. Taurina, num. 3.* & idem tenet Tiraquellus non relato Ioanne Fabro, *in tract. de primogen. quæst. 8. num. 4. pag. 108.* tradit Alciat. *responsa. 135. num. 1. cum sequentibus,* Nicolaus Boërius in propria materia primogenituræ, *decis. 255. col. vltima, num. 12.* Menochius *consil. 1. num. 162. & 163. lib. 1.* & est communis opinio secundùm eundem Menochium *in consil. 92. num. 52. lib. 1.* qui etiam veriorem vocat, & conducunt notata per Decium *in consil. 475. num. 23.* Et huc spectat quod tradit idem Decius *consilio 184. Præsidio,* vbi tenet, quod pactum de non auantagiando aliquem ex filiis non tenetur pater seruare. ¶ Nec va-
46 let † pactum quòd pater teneatur relinquere omnia bona primogenito, vt per Stephanum Bertrandum *in consil. 105. Viso mihi casu, num. 7. & 8. libro 1.* Et pro his est etiam *l. 13. titul. 5. part. 5.* ibi: *Que no lo puedan hazer, si nombrassen las personas de aquellos que han fucia de heredar, fueras ende si fuera la vendida con otorgamiento, y con plazer dellos mismos, e que duran toda via en este plazer hasta que mueran.* Et hanc sententiam sustentat Burgos de Paz *cons. 14. num. cum sequentibus.*

His tamen & aliis similibus non obstantibus, sententia nostrorum, & ampliatio ad *d. l. 17. & 44.* tenenda † videtur, propter authoritatem & religionem iu-
47 ramenti, & propter alias rationes, quas nostri Hispani adducunt, quam hodie sequitur Molina *lib. 4. de primogen. cap. 2. num. 56. fol. 130.* qui rectè casus distinguit. Et facit, quod in propria materia & quæstione scribit Ripa *cons. 63. num. 7.* vbi resoluit, quod iuramentum facit † donationem irreuocabilem. Et quòd iuramen-
48 tum operetur præsentiam partis, tradunt Ancharranus *quæst. familiari 38. num. 6.* Anton. Rubeus *consil. 117. num. 9.* Ripa *lib. 3. responsa. cap. 11. num. 7.* Parisius *in consil. 107. num. 3. lib. 3.* quos citat Bursatus *in cons. 118. num. 5. lib. 1.* Et ad contraria faciliter responderi potest: quia secundùm *leges 17. 22. & 44.* hæc pacta de succe-
49 dendo patri aut matri, valida sunt, & † irreuocabilia in casibus *prædictarum legum*: quamvis sint de hæreditate viuentium: & cum talia pacta licita sint & irreuocabilia, in plerisque casibus cessant omnia, quæ de iure communi controuerti poterant. Et quòd talia pacta etiam de iure communi valida sint, tenet Bald. *in l. cum Archimedoram, C. vt in possess. legatorum,* & alij quos refert Episcopus Couarru. *in 2. part. rubrica, de testament. num. 6. fol. 4.* Et hoc plenius confirmo *infrà, num. 78.* Et hoc præsupponit Iaso *in consilio 148 colum. 7. versiculo, Primum fundamentum, libro 1.* Et est verior & communior opinio, quòd de consuetudine talia pacta valent fauore matrimonij, vt ex pluribus probat Menochius *dicto consil. 92. num. 53. & in consil. 203. num. 1. libro 3.* vbi consuluit in quodam negotio Hispaniæ, Cagnolus *in l. vltima, C. de pactis, num. 214. pagina 48.* Hieronymus Gratus *consilio 120. num. 10. libro 1.* ¶ Et talia pacta seruari debent, non in vim fideicommissi,
50 † sed cuiusdam directæ substitutionis, vt per Oldradum *in consilio 139. Ad habendam,* Decium *in consilio 63. in fine,* Aymonem *consilio 19. num. 8. & 9.* & alios quos citat Simon de Prætis *libro 3 de coniecturata mente defuncti, interpretatione 3. dubitatione 1. solutione 1. n 5. folio 272.* vbi ex pluribus Doctoribus, præcipuè ex Episcopo Couarru. *libro 1. resolutionum, cap. 14.* tradit, quæ actio competat donatario in isto casu. Et valet institutio hæredis in contractu matrimonij, vt re-
51 [illegible] Guillelmus Benedictus *in cap. Raynutius, de te[illegible]is, in verbo, duas habens, num. 198.* Tiraquellus [illegible], *de primogenitura, quæst. 6. num. 8. pagi[illegible]6.* Et quando in istis pactis matrimonialibus primogenitus vocatur, nepos iure transmissionis † patruo præfertur, vt probat Aluarus Valascus *de iure emphyteutico, quæst. 50. num. 44.* Et plura pro confirmatione istorum pactorum, quòd primogenitus succedat, scribit Auendan. *in l. 44. glos. 16. num. 10. cum sequentibus, titulo 7. libro 5. Recopilationis, folio 178.*

Ex his dixit Ioannes Lopius *in repetitione rubricæ, de*

donationibus, colum. 263. in fine, in versiculo, Existis infero, quod si pater vel mater volentes tradere filiam nuptui, iurauerunt eam meliorare in tertia & quinta bonorum suorum parte, vel iurauerunt nullum filium meliorare, imo quod omnes æqualiter succedant, standum est præcisè iuramento, ex quo factum est propter causam onerosam, quòd hodie absque iuramento procedit *ex lege 22. Tauri.* Ex cuius legis dispositione & ratione, & ex superioribus infertur, quod si quis contrahat matrimonium, & in contractu matrimonij per contractum onerosum promittat facere meliorationem in aliquem ex filiis ex tali matrimonio suscipiendis, vel facere meliorationem Tertij, & remanentis à Quin-
52 to, † tenetur præcisè talem promissionem adimplere, iuxta formam *dictæ legis, in 2. eius parte* hodie *l. 6. titul. 6. libro 5. Recopilationis,* quod in praxi est scitu dignum. Et conditio apposita in fauorem Tertij in aliqua donatione, si sit iurata, non potest reuocari, vt resoluit Episcop. Couarr. *lib. 1. resolutionum cap. 14. num. 10. vers. Illud tamen,* quem refert Seraphinus *de priuilegiis iuramenti, priuileg. 74. num. 164. pag. 419.* citat autem Episcop. Couarr. Guilliel. Benedict. *cap. Raynutius, de testamen.* dum tractat *de fideicommiss. substitut. num. 23. & sequent.* quod conducit ad ea, quæ tractantur *infrà quæst. 24.*

Et iuramentum facit, † vt transferatur vtilis actio
53 sine cessione, secundùm Alexan. *in l. possessio quoque, §. fin. ff. de acquirend. possess. & in cons. 1. lib. 7.* Iaso *in l. stipulatio ista, §. si stipuler, ff. de verbor. obligationibus,* Nattam *in cons. 361. num. 7.* Nec obstat *dicta l. vltima; C. de non numerat. pecun.* & aliæ concordantes. Quia ad omnia satisfieri potest ex his quæ in alio proposito circa intellectum *dict. l. vltimæ,* notanter scribit Episcopus Couar. *in cap. quamvis, de pactis in 6. in 1. part. Relection. §. 30. num. 19. folio 24 vers. Secundo ex hac conclusione,* & in *dict. 2. part. rubrica de testam. num. 11. folio 6.* omnino videndus, si ad hoc expedierit: & Aufrer. *in dicto loco,* expresè fatetur, quod hæc sententia est recepta per Arrestum, quòd prædicta pacta
54 valeant, † & sint irreuocabilia; cui addo Iasonem *in l. si insulam, in 5. quæstione,* Bart. *vers. quid dicendum, ff. de verb. obligation.* vbi dicit, quòd regula text. *in dict. l. vltima,* procedit vbi deficit consensus in principali dispositione: quia tunc iuramentum regulatur secundùm naturam actus, super quo interponitur, aliàs secus: & idem vult Bart. *in l. si quis pro eo, num. 15. ff. de fideiussor.* vbi hoc expresè tradit, & idem quod Aufrer. dicit Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. duas habens filias, num. 197. de testament.* quem refert Tiraquellus *in dicto tractatu de primogen. quæst. 7. num. 7.* & idem *in dict. quæst. 8. num. 4.* quem suprà retuli affirmat, quod vbi quispiam futuris coniugibus, aut etiam iam maritatis rem aliquam donauerit ea lege, vt eorum primogenitus in ea tantum succedat, non est liberum parentibus alios filios ad eius rei successionem admittere in præiudicium primogeniti, cui ius quæsitum fuit ex promissione, & pacto donantis. Sed hoc non multum refert ad nostram quæstionem: & Guillelm. Benedictus etiam citat Rebuffus *in cons. 170.* vbi ex Ioan. Fabr. & Salicet. probat, pactum de succedendo [illegible] in pacto matrimoniali non posse reuocari per parentes in præiudicium filiorum. Ad quæ adde notabile [illegible] filium Dec. *225. num. 7.* vbi tradit, quòd pacta [illegible] succedatur in Regno, vel Ducatu; valent & sunt [illegible] seruanda, ex *cap. licèt, de voto.*

Et quòd pacta matrimonialia facta super successio-
55 primogenituræ sint valida, † & seruanda, in quodam negotio Hispaniæ Comitis de Tendilla, ex pluribus resoluit Tiberius Decianus *responsa. 31. num. 63. cum sequentibus, lib. 1.* ad ista legendus, & istud responsum refero ad aliud infra *hac part. quæst. 39.* Et quod pater possit stipulari filiis nascituris, volunt Bart. Imol. Alexan. & Iaf. *in l. quod dicitur, ff. de liber. & posthum.* idem Bart. *in l. item prætor, ff. de suis & legitim. hæred.* Oldrad. *in cons. 95.* & alij, quos citat Tiber. Decian. *in cons. 7. n 11. lib. 1.* & tradit Auendan. *in d. l. 44. glos. 6. n. 30. fol. 180.* Et faciunt quæ scribo *infrà, quæst. 24.*

Et ex prædictis videtur, quòd si extraneus faciat ob contractum onerosum matrimonij maioratum in aliquem extraneum, quòd † potest illum reuocare, si non 56
tradidit possessionem corporalem, vel per aliquem actum fictum. Nec huic conclusioni obstant *dictæ leges 17. & 44. Taurinæ.* Quia loquuntur in patre vel matre faciente meliorationes & maioratus, & in casu speciali, & ad alias personas extendi non debent, *l. quod vero contra, ff. de legibus; l. quod contra, ff. de regul. iur.* quod est summè notandum ad plura negotia. ¶ Et pro hac sententia faciunt quæ scribit Burgos de Paz *in dict. cons. 14. num. 17.* Et in ista materia addo aliud notabile, quòd si aliquis nomine matrimonij acceperit
arrhas, & recusset matrimonium, † tenetur restituere 57
arrhas duplicatas, *l. fin. C. de sponsal.* vbi Bald. idem *in l. nobis, C. de Episcop. & Cleric.* tradit Tiraquellus *in tractat. de constitut. part. 3. limit. 26. num. 4. & 8. fol. 145.* Resoluitur igitur, quòd si pater faciat maioratum cum promissione de non reuocando, & cum iuramento, † non potest illum reuocare, quamvis non tradiderit 58
possessionem, nec contractus sit factus cum alio Tertio ob causam onerosam. Quam conclusionem loquendo in meliorationc extendit Peralta *in l. vnum ex familia, in principio,* etiam si quis tantum faciat homagium, & det fidem suam, quod in Hispania vocamus, *Pleito omenage,* refert notata per Felinum *in cap. 2. col. 5. de sponsal.* de quo dicit alias vidisse in facto dubitari inter quosdam Nobiles, super quadam meliorationc Tertij facta per quendam Nobilem filio suo, præstito *Pleito omenage* de non reuocando: & dicit quod idem est, ac si iurasset. Quod refert Anton. de Padilla *in l. si quis maior, nu. 36. pag. 191. C. de transaction.* Et quod fides idem sit quod iuramentum, volunt Matthæus de Afflictis *decis. 389. num. 2.* Iaf. *in dict. l. si quis maior, num. 28.* & ibi Parpalius *num. 40.* Cagnolus *num. 74. & num. 100. C. de transaction.* Guid. Pap. *consil. 31.* & alij quos citat Menochius *in cons. 178. n. 19. lib. 2.* Aymo *in consil. 241. num. 11.* vbi ex pluribus generaliter probat, quòd fidei interpositio † est idem quod 59
iuramentum; Carolus Ruinus *cons. 9. num. 4. lib. 3.* Et est bonus textus *in cap. penult. de simonia,* cum quo concordat *l. 16. tit. 17. part. 1.* ibi: *Que recibiesse jura o prometimiento.* Et plures citat Petr. Surdus *decis. 234. num. 8.* qui *num. 6.* addit, quòd quando datur fides per coniunctionem dextræ, est idem quod iuramentum, per *cap. ad aures,* vbi Abbas *quod metus causa,* Moron. *in tractat. de treuga & pace, cap. 9.* Et quòd Clericus qui fregit promissionem factam cum interpositione fidei puniatur vt periurus, voluit Ioan. Andreas Hostien. & Abbas *in cap. querelam, ne Prælati vices suas,* vbi Felin. Selua, & Staphil. quos citat Bernard. Diaz *in practic. crimin. cap. 86. pag. 225.* Et punctum etiam tractat Bart. Bertazol. *in dict. l. si quis maior, C. de transact. num. 48. cum sequentibus.* Et Deus non facit differentiam inter simplicem loquelam & iuramentum, *cap. etsi Christus, de iureiurand.* latè Cæsar Lambertinus *in tractatu, de iure patronatus, lib. 1. 4. artic. 4. quæstion. principali, num. 3. fol. 29.* Marc. *decis. 455. num. 55.* Ad quod est [illegible]am expressus casus *in cap. constitutus, de transaction.* [illegible] tradit etiam Rebuffus *in tractat. de pacific. possessor. num. 268. pag. 312.* Dominicus *in cap. vltim. de iureiurand. in 6. num. 11.* vbi Franc. *num 1.* Staphil. *de literis gratiæ & iustitiæ, titul. quando quis veniat priuand. beneficio, vers. Considerandi modo, num. 7. pagina 139.* Antonius Gabriel *lib. 3. communium opinionum, tit. de transactionibus, conclusio vnica, num. 28. pagina 136.*

Et hæc etiam confirmatur, quia siquis tantum dixerit, quod *in veritate* aliquid est, per talia verba inducitur † confessio iurata, secundùm Iaf. *in l. idem in duo-* 60
bus, §. personale, num. 6. ff. de pactis, post alios quos citat,

& in l.3. §.vltimo ff.de iureiurand. vbi dicit idem esse, si dicatur *Deus sit mihi testis*, vel *sic Deus me adiuuet*: notat Mascard. *in tractatu de probationibus lib. 1. concluſ.347.numero 77.folio 213.* Potuerat Peralta pro sua sententia melius ponderare *l.26. tit.11. part.3.* ibi: *E aun dezimos otra razon, que ſi alguno le jurare a otro, o le fiziere pleyto omenage para cumplirle alguna coſa que aya pueſto con el: que tal ome como eſt ſi lo falleſciere; es por ende perjuroſe ha por pena de nuſer creido en ningun teſtimonio ni ſer par de otro, como adelante ſe dirà en el titulo de los que fazen alguna coſa, porque valen menos.* Quæ lex apertè † facit æquiparationem homagij ad iuramentum, vbi legi debet Gregor. Lopez, & facit *l.10. tit.26.* ibi: *Pleyto omenage, part.4.* & est bona *l.4. tit.25. part.4.* ibi: *E aun ay otra manera que ſe faze por omenage, que es mas grane, porque por ella no ſe torna ome vaſſallo de otro, mas ſinca obligado a cumplir lo que prometio como poſtura.* Et *lex 21. tit.21. part.2. & l.26. tit.18. eadem part.* Et eadem opinio coadiuuatur ex disposítione *l.2. tit.5. part.7.* ibi: *Como ſi dixieſſe vno a otro, yo vos ſigo pleyto omenage, que vos de tal coſa, o vos cumpla tal pleyto, diziendo ciertamente qual es, yſi no que ſea traydor, o alevoſo por ello, ca ſino cumple, o aa la tal coſa al dia que p ometio, vale menos por ello.* Et potest etiam applicari *l.5. tit.15. part.2.* in vers. *E deſto deuen fazer omenage*, quam legem vitiosè refert Auend. *in loco infra citando.* Nec minus faciunt *l.21. 22. 23. & 24. tit.13. part.2.* & est alia peregrina *l.15. tit.1. part.6.* ibi: *E ſi por auentura el Canallero fueſſe juzgado a muerte, porque quebrentaſſe ſu fe, o por algun yerro que cupieſſe en traicion, no podra fazer teſtamento en ninguna manera.* Et qui fidem frangit per nos vocatam,
62 *Pleyto omenage*, † non potest esse testis, *l.8. tit.16. par.3.* ibi: *Aquel que onieſſe fecho pleyto omenage.* Et qui fidem frangit, est infamis, *l. furti, §. mandati. ff. de mandat.* Notant Bald. *in conſ.291. Ad euidentiam lib.2.* Aymo. *in tractatu de antiquitate tempor. part.5. numero 30. folio 16.* Et inter simplicem loquelam & iuramentum Deus non facit differentiam, *cap. iuramentum, 22. quæſt.5.* cum *concordantibus*, vt per Hippolyt. *in rubric. ff. de fideiuſ. num.358.* faciunt scripta per Speculat. *tit. de arbitris, §. fin. vers. Sed pone quod compromiſſum*, Ioan. Faber. Alexand. & Ias. *in d.l. ſi quis maior, C. de transaction.* Ripam *in cap.2. de reſcriptis.* Anchurran. Ias. Anton. de Butrio, & alios plures, quos citat Anton. Gabriel, *lib.3 communium opin. tit. de tranſact. concl.1. n.28. pag.156.*

63 Et Princeps † non potest alienare vassallos, vbi fidem dedit de non alienando, vt probat Aymon. *conſ.24. num.11.* & non solum Princeps qui fidem dedit, eam seruare tenetur, sed & illius successores, vt latè probat Roland. *conſ.1. num.36. cum aliis, lib.2.* ex doctrina Bald. & aliorum *in l.1. ff. de conſtit. Princip.* eiusdem Bald. *conſ. 359. lib.1.* Capic. *deciſ.121.* & aliorum, quos refert. Et respondens positionibus per fidem interpositam incidit in pœnam. De quo per Dominic. post Archidiac. Roiam & alios quos refert *in cap. cum impoſitionibus, num.10. de iureiur. in 6.* Et quid sit fides humana, tradit in ista materia Matien. *in l.1. tit.16. lib.5. Recop. gl.ſ.1. n.1. & 2. fol.419.* ex Cicerone *lib.1. offic. cap. de iuſtitia*, & Sòr. *lib. de ratione tegend. & detegend. membr.1. quæſt.1. q.1. fol.3.* Et legenda sunt quæ scribit Sylvest. *in verb. Iu[ra]mentum, in primo, fol.54.* & an sit iuramentum, pro[mit]tere ad Deum & nostram Dominam, resoluit Aluar. Ias. *conſult.99. n.15.*

Sed certè opinio Peraltæ, quamuis ego illam tòt i[n]ribus confirmauerim, dubitabilis ex sequentibus videtur: quia, si quis dat fidem tanquam Christianus, aut per fidem Christi, aut Christianisin hoc quidem casu fi-
64 des † idem operatur quòd iuramentum, Glos. Abb. & Doctores *in cap. querelam, ne Prælati vices ſuas*, idem Abb. & Felin. *in cap. querelam, de iureiurand.* Archidiac. *in ſumma 22. quæſt.1.* latè Felin. *in cap. præterea, numero 15. de ſponſalibus.* Si autem quis præstet fidem, vel eam, quam communiter Nobiles hodie præstant quam Peralt. vocat *Pleyto omenage*, & promittit se non reuocaturum melioriationem aut maioratum, ex hoc † non efficitur maioratus, vel melioratio irreuocabilis, 64
vt colligitur ex Caietano *2.2. quæſt.89. art.6.* vbi scribit, fidei interpositionem, idest, promissionem factam, & firmatam *per fidem*, non esse iuramentum, & notatur per Alciat. *in rubr. de iurtiurand. num.5.* & hanc distinctionem latius tradit, atque confirmat dictus Episcop. Couar. *in dict. cap. quamuis pactum, de pact. in 6. in 1. part. relection. §. 2. num.1. vers. Primum etenim.* Cuius dicta sequitur Pinel. *in l.2. t. de reſcindend. vendit. part.3. cap.1. num.13. fol.128.* vbi ex hoc disputat, an in contractibus, qui alias de iure valent, possit fides interponi, quod iam per leges Regias prohibitum est, ne iuramentum apponatur, quod est notandùm ad leges nostras Regales, & Pragmaticas, quæ de hoc loquuntur; ad quos addo quæ refert Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, part.3. num.5. pag.45. ff. ad Trebellian.* & dicit *deciſ. Rota in antiquis, 1. tit. de pact. fol.* 140. quod violator fidei non est priuandus beneficio, sicut periurus. Notat Rebuff. *in tractat. de pacific. poſſeſſ. num.268. pag.312.* Nauar. *in ſum. confeſſ. cap.12. num.2. pagin.168.* § Et quod promissio *per fidem*, † nihil operetur vbi iuramentum est necessarium, tradit idem Rebuf. *tom.3. ad conſtitutiones Regias, tractat. de inquiſit. ſeu commiſ. pagin.378. num.4.* Ex quorum dictis colliges quam fragilis sit opinio *Per. liæ*: & cum ratione de ea dubitat, licet paucis verbis, Ioannes Gutierrez *de iuramento confirmatorio, part.1. cap.12. n.17. fol.52.* 65

Sed hæc sententia contra eum vlterius fulcitur, quia ratio & causa ob quam virtute iuramenti efficitur irreuocabilis donatio inter patrem & filium, est † spiritualitas, quæ interuenit in iuramento, secundùm Bald. *in conſ.440. lib.1.* & Ias. *in conſ.128. lib.4.* Cum igitur in fide humana, quæ ab vno homine alteri præstatur, sine sit nobilis ille, qui eam præstitit, siue ignobilis, cesset spiritualitas, consequenter quantum ad faciendum meliorationem, vel maioratum irreuocabilem, omnino cessat. Erit igitur hoc casu maioratus, vel melioratio reuocabilis, siue quis det fidem tanquam ignobilis, siue tanquam nobilis: & pro hac sententia etiam conducit *l.22. tit.21. p.2.* ibi: *Iurando o faziendo pleyto omenage*, quã legem corruptè refert Greg. Lop. *in d.l.26.* in qua *l.22.* ponuntur, vt diuersa iuramentum, & *Pleyto omenage*. Et per illam legem, & doctrinã Speculator *in tit. de feud. §. quoniam, in vers. Forma autem iuramenti, n.64. fol.* 123. *p.4. & in vers. In Regno Franciæ, n.66.* tenet Greg. Lop. *in dict. l.26. in glos. Leſiżieren*, quòd *homagium* † non est idem quod *iuramentum*, quo in loco hoc latè 66
fundet; & idem tenet Greg. Lop. *in d.l.22.* vbi etiam dicit, non esse periurum illum qui frangit *El pleyto omenage*, & idem vult D. Ant. de Quesada *lib. diuerſarũ quæſtionum, c.32. & vlt. n.15. fol.133.* qui ad hoc refert *l.25. & 26. tit.11. p.3.* quas laudat D. Anton. de Pad. *in l. ſi quis maior, n.36. C. de transaction.* § Et paria sunt præstare † fidem quàm iuramentum; & præstatio fidei, 68
vel per Deum, aut per sacra Euangelia, secundum *Gl. in cap. penult. de iureiurand. & in cap. ad aures, quod metus* [illegible]*ſa*, Ias. *in l.3. §. iurari, ff. de iureiurand.* & in aliis [illegible]*is*, vt per Aymonem *in conſ.241. n.11.* vbi addit, quod [illegible]*iramentum* est de iure diuino, & de iure naturali. Fa- 69
[illegible]*ſ* scripta per Bernard. Diaz. *in pract. crimin. c.86. n.* [illegible]*5.* Et hanc etiam sententiam tenet Auendan. [illegible]*act. de exequend. mandat. Regiis, p.2. c.27. num.2.* [illegible]*l.233.* qui ad hoc etiam refert Oldradum *in conſ.23.* & Gregor. Lop. *in dict. l.26.* vti maximus Interpres legum *Partitarum*, conãtur respondere ad illam legem, quæ in contrarium facit: cuius responsio licet aliqualiter sit colorata, mihi non satisfacit: quia verba prædictæ legis sunt expressa, & ideò non licet arguere contra illa, neque coniecturare, *Inon aliter, ff. de legat.3.* cum concordan. & hoc melius probatur *in l.4. tit.26. part.4.* quam nullus prædictorum Doctorum refert, vbi

70 vbi clarè ponuntur † vt diuersa iuramentum, & *pleyto omenage*, ibi: *Prometiendole, y jurandole, e faziendole pleyto omenage que le ſerà ſiempre leal, y verdadero.* Quam legem ibi etiam ad hoc notat Gregor. Lop. *in glos.* in verbo: *Prometiendole*, Et animaduertit in alio proposito D. Antonius de Quesada *in dict. quæſt. 32. num.15.*

Ego quantum ad propositum nostræ quæstionis, dico & respondeo, quod omnes prædictæ *Partitæ* leges, nostræ sententiæ non obsunt: quia (vt iam dictum est) iuramentum facit validam & irreuocabilem donationem patris ad filium propter spiritualitatem & Religionem diuinam, quæ iuramento adest, à qua non licet retrocedere, neque contrauenire, quæ ratio cessat in
71 homagio, † quando non adest in eo iuramentum, sed fides humana solummodo præstatur pro obseruatione rei promissæ: & ideò per *dictas leges* non confirmatur sententia *Peraltæ*. Et hoc generalius & maiori fundamento fulcitur: quia iuramenti religio ad reuerentiam, & fidem Deo præstandam fulcitur, & ideò ad Summum Pontificem, & ad iudices Ecclesiasticos illius decisio generaliter spectat, *cap. venerabilem, de electione, cap. nouit, de ind. cap. cum contingat, cap. debitores, de iureiurand.* cum *concordan.* vt per dictum Episcop. *in dict. cap. quamuis pactum, de pact. in 6. part.1. relection. §.3. num.7. fol.22.* Si igitur hoc verum est (prout negari non potest) non intelligo qualiter conditores dictarum legum *Partitarum*, potuerunt æquiparare iuramentum homagio, & tantam vim illi præbere potuerunt, vt faciant periurum illum, qui fidem homagij, quæ homini præstita fuit, fregit, perinde ac si iuramento contraueniret. Quamuis igitur homagium sit magnum & fortissimum vinculum ad fidem humanam li-
72 gandam, † non tamen quis incidit in periurium, si fidem humanam fregerit, cum homo homini sibi simili eam præstet. Et licet leges ciuiles quoad vinculum potestatem habeant, & vim, vtrumque æquiparandi; quoad Religionem tamen & vinculum animæ hæc potestas minimè conceditur, quod verissimum est. Quæ notanda sunt pro intellectu dictarum legum *Partitarum*. Et eandem opinionem quòd homagium non suf-
73 ficiat, vbi iuramentum est necessarium, † tenet idem Gregor. Lop. *in l.6. tit.19. part.6. in glos.* in verb. *Iuraſſe*, in medio, & plures citat Anton. Gabr. *lib.3. comm. opinion. concluſ.1. tit. de transaction. num.29. pag.* 157. Seraphin. *de priuilegiis iuramenti, priuileg.77. num.27. pag.466.* quos refert Couar. *in dict. §.2. part.1. num.2. in repet. dict. c. quamuis pactum.* Et istam sententiam istis non relatis reprobato Peralta *in dict. loco*, nouissimè per plura fundamenta tenet dominus Ferdinandus de Mendoza *lib.2. disputationum iuris ciuilis, cap.6. quæſt.3. pag.241.* ad quem adde Matien. qui aliqua de ista fide scribit *in l.1. tit.16. lib.5. Recop. glos.1. num.2. & 3. fol.419.* Nouissimè Aluar. Valasc. *conſ.99. num.6.*
74 vbi tenet, quod si fides † simpliciter apponatur, idem est quod iuramentum. Ad quem addo Cart. Iun. plura referentem pro opinione Aluar. Valasc. *in conſ.306. num.39. cum sequentibus, lib.2.* & contra Peraltam etiam tenet illum reprobando Ioan. Guttier. *in lib. de iuramento confirmatorio, cap.12. num.17. folio 52.* & reprobat etiam D. Anton. de Padilla *in dict. l. ſi quis maior, num.36.* Et pro his etiam facit in simili text. *in l. qui per ſalutem, ff. de iure iurand.* ibi: *Qui per ſalutem ſuam iurat, licet per Deum iurare videatur, reſpectu etenim diuini numinis ita iurat, attamen ſi non ita ſpecialiter iusturandum delatum eſt, iuraſſe non videtur.* Ioan. Guttier. *in auth. Sacramenta puberum, ſi aduerſus vendition. in princip. num.144. cum sequentibus pagina 358.*

75 Quid autem sit † homagium, vltra supra scripta vide Glos. Parisiens. *in conſuetud. Pariſiens. part.1. §.1. n.12. fol.29.* latius tamen hoc explicat eadem Glos. Parisiens. *in dictis conſuetud. glos.3. §.2. fol.55. num.1. cum sequentibus.* Ex cuius dictis colligitur, præcipuè ex scriptis *num.13. & 14.* quòd in Gallia homagium præstatur cum iuramento. Et plura de virtute & effectu homagij scribit nouissimè D. Barch. de Akumada *in l.22. tit.21. part.2 glos.4. fol.171. num.1. cum sequentibus*, quæ cautè legenda sunt propter prædicta. Et de iuramento Hippocratis loquitur Tiraq. *in tractat. de nobilitat. cap.31. num.531. pag.463.* Et de forma & antiquitate homagij legenda sunt quæ scribit Episcop. Couar. *in cap. quamuis, de pact. in 6. part.1. §.1. num.1. fol.8. col.1.* qui allegat dictam *l.4. tit.26. part 4* & Bonif. *tit. 16. part.3* melius facit *dict. l.4. tit.25. part.4.* & legi debent *l 21.22.23.24. tit.13. part.2.* latè Chassan. *in conſuetud. Burgund. rub.3.* de fiefs, §. 3. *num.2. pag.* 418. & quod scribit Curt. Iun. *in conſ.275. num.30. cum sequentib. lib.2.* vbi probatur, quòd quædam fides data per D. Regem Catholicum Ferdinandum, fuit tantæ potentiæ, quantùm si fuisset iurata; cuius resolutio ex superioribus est multum periculosa. Et in eodem periculo sunt quæ scribit Andr. Gail. *lib.2. obſeruation. obſeruat.59. num.1. cum sequentib. pag.176.* Et de homagio dato in matrimonio tradit Chassan. *in conſuetud. Burgun. rubric 9. §.8. pag 1205. num.2.* post Cardinalem *in proœmio feudorum*, Iacobin. *in tract. de homagiis, col.5.* & est Præpositus Cardinalis *in proœmio feudorum, num.74. fol.5.*

Vlterius circa hoc quæro, pater fecit maioratum in filium, & dixit *promitto in veritate hunc contractum, & prom ſſionem ſeruare, & non reuocare*: † an maioratus 76
sit irreuocabilis? quemadmodum si alio modo formaliter iuret, vel promittat *Per fidem Christi*, vt supra fundatum extat? Difficultas huius quæstionis consistit in inquirendo, vtrum dictum verbum (*Promitto in veritate*) habeat vim iuramenti, quia si est eiusdem effectus quod iuramentum, efficietur maioratus irreuocabilis, iuxta superius scripta: sin autem non sunt verba iuramenti, planum est maioratum fore reuocabilem. Quòd dicta verba, sint verba iuramenti, probatur ex doctrina Bald. *in cap. ex inſinuatione, in fin. in vers. Confiteor, de procuratorib. num.4.* vbi dicit, quòd si quis dixit in veritate se recepisse pecuniam, excluditur ab opponendo exceptionem non numeratæ pecuniæ, quem admodum excluditur quando iurat. *iuxta l. ſi quis maior, C. de tranſaction.* quam doctrinam refert Dec. licèt contra illam arguat *ex cap. penult. de iureiuran. & in l. qui pecuniam, num.5. fol.76 ff. ſi cert. pet.* Emmanuel Costa *in l. ſi ex cautione, fallen.10. pag.115. C. de non numerata pecunia*, & illiam ipse sequi videtur; & istud fulcitur ex doctrina Abbatis, quam Costa non refert *in cap. & ſi Chriſtus, de iureiurand.* vbi dicit *num.2.* quod dicere *in veritate*, † est iuramentum, quod procedit se- 77
cundùm distinctionem Syluestri *in ſumma ſua, in verb. Iuramentum 1. quæſt.3. fol.54.* & idem Bald. quem prædicti etiam non referunt, *in rubrica, C. res inter alios acta, col. vlt. in vers. Quòd ſi vſus, num.11.* vbi dicit, quod liberatio facta in absentia debitoris, cum verbo, *in veritate*, est iuramentum iuxta *cap. quoties cordis oculos 7. quæſt.7.* prodest absenti: notat Ias. *in l.1. C. de pact. num.17.* § Et quid in iuramento facto per ista verba: *Crede mihi*, constat ex Azone *in ſumma de iureiurand.* & Glos. *in l. qui ſub conditione, glos. in verb. ad ſuperſtitionem, ff. de condit. inſtit.* & per l.8. in verb. *O ſi fueſſe la contienda, tit.11. part.3.* De quo puncto legenda sunt quæ scribit notanter Alciat. *in rubric. de iureiurand. num.7. cum sequentib.* § Et de verbis illis
† *Promitto ad Deum & ad Dominam nostram*; tractat 78
Aluar. Valasc. *conſultat. 99. num.15.* Et quòd verba, *Deus sit mihi testis*, & alia similia sint iuramenta, tradit Quintilian. Mandos. *conſ.45. num.11, & 12.* Et materiam latè tradit Bertazol. *in l. ſi quis maior, C. de tranſaction. num.581. cum sequentib.* § Est etiam addendum 79
in ista materia, quòd maioratus vel melioratio † confirmatur iuramento promissorio, non assertorio, vt in donatione facta inter virum & vxorem, voluit Ripa post alios, quos refert *reſponſ.125. n.4.*

Ex omnibus autem quæ superius scripta sunt infertur, quòd si quis faciat maioratum in filium cum iuramento, quod non reuocabit, & postea faciat alium maioratum in alium filium, vel alio modo disponat de rebus maioratus, talis dispositio tanquam contraria primo iuramento dato in fauorem Tertij, etiamsi sit iurata,
80 † non valet: quod probatur ex regula Glossæ *in cap. licet mulieres, de iureiurando in 6.* quam sequuntur Bald. *in cap. veniens, num. 4. de iureiurand. & in l. duobus, §. fin.* & ibi Ias. *num. 12. ff. de iureiurand.* & idem Ias. *in l. non solum, §. morte. num. 14. ff. de iureiuran.* Angel. *in princ. Instit. quibus alienar. licet, vel non,* Alciat. *in c. cum contingat, num. 46. de iureiurand.* & alij quos citant Episc. Couar. *in cap. quamuis pactum, de pactis in 6. part. 2. §. 2. num. 3. 1. vers. Quamobrem:* Roland. *in cons. 6. num. 51. lib. 1.* Anton. Gabr. *lib. 2. communium opinionum, tit. de iureiurand. conclus. 2. num. 5.* quod in praxi est necessarium. Pro quibus facit quod scribit Cæsar Lambertin. *in tract. iuris patronat. lib. 2. part. 1. quæst. 10. art. 3. num. 23. folio 107.* & quæstionem elegantem, quam post Alexa. *in cons. 16. lib. 3.* & Roch. de Cur. *in tract. de iure patronat. verb.* honorificum, *quæst. 12.* resoluit idem Cæsar Lambert. *lib. 2. part. 2. 16. art. quæst. 7. principalis num. 1. cum sequentibus folio 12.* resoluit, si patronus iurauerit
81 non reuocare præsentationem, † non potest eam reuocare. Et faciunt plura quæ nouissimè scribit S. raphin. *in tract. de priuilegiis iuramenti, priuileg. 75. num. 1. cum seqq.* vbi totam materiam ex professo cumulat, ad ista si oportuerit legendus.

SVMMARIVM.

82 *Geminato consensu si pater faciat maioratum, an reuocari possit.*
83 *Consensus geminatus tantum valet quantum iuratus.*
84 *Renuntiatio geminata an comprehendat ius de futuro.*
85 *Mora duplicata purgari an possit.*
86 *Actui geminato an possit opponi de inconsideratione.*
87 *Confirmatio geminata an tollat omnem exceptionem.*
88 *Ex actus geminatione colligitur deliberata voluntas.*
89 *Plura odia magis quàm vnum operantur.*
90 *Alienatione bonorum fideicommissi per verba geminata prohibita, an per contrauentionem dominium bonorum ad vocatum transeat.*
91 *Ex geminatione prohibitionis an inducatur fideicommissum,* & num 124. & 143.
Et an nominatio parentis geminata probet filiationem. d. num. 91.
92 *Repetitionis præsumptio an inducatur per plures dictiones repetitiuas,* & num. 101.
93 *Donatio in fauorem Ecclesiæ geminata an sit reuocabilis.*
94 *Quod expressè & specialiter per verba geminata faciendum exprimitur, an sufficiat specialiter fieri.*
95 *Expressio cum omnibus qualitatibus debet fieri.*
96 *Multiplicatio fortius ius tribuit actui celebrato.*
97 *Detractio Quartæ Trebellianicæ an per verba,* Omnia & tota hæreditas, *prohibita censeatur.*
98 *Legitimo filio per verba geminata vocato, an excludatur legitimatus per subsequens matrimonium.*
99 *Propter verba geminata an in dispositione substituti positi censeantur.*
100 *Qualitas masculinitatis an censeatur repetita ex duplici geminatione.*
102 *Dispositione geminata, quòd succedant filij, sine masculinitatis adiectione, filia substitutum masculinum an excludat.*
103 *Geminatio grauaminis anniuersariyan inducat fideicommissum inter granatos.*
104 *Verba exemptionis geminata casus dissimiles an comprehendant.*
105 *Fundator Capellaniæ per verba geminata, quòd Missæ per Capellanum dicantur exprimens, an videatur requirere præsentatum actu sacerdotem.*
106 *Verbum,* placet, *aut* placebit, *geminatum, liberum arbitrium an importet,* & num. 117. *& ibi de verb.* visum fuerit.
107 *Repetitio familiæ maiorem affectionem ad eam ostendit.*
108 *Verba geminata in maioratuum constitutione ad multa conducunt,* & num. 154.
109 *Geminatio specialis nominationis locum an suppleat.*
110 *Alienatio per verba geminata prohibita an permittatur in casibus à iure permissis.*
111 *Dictio,* Superuenientes, *in dispositione geminata appositas, repræsentationem an excludat.*
112 *Verba narratiua priuilegij geminata an probent.*
113 *Verborum geminatio veritatem an requirat.*
114 *Prohibitio tacita & expressa vbi concurrunt, alienatio licita an sit.*
115 *Effectus geminationis quot sint, remissiuè.*
116 *Ex verborum geminatione an auferantur de actu geminato casus speciales.*
118 *Verba enuntiatiua quòd quis ex aliqua stirpe descendit, an idem operentur quòd dispositiuè dicta.*
119 *Ex geminata expressione numen & a ma deferendi, neminis & armorum grauamen inducitur.*
120 *Verba geminata an ponenda ex interuallo ad hoc vt suos operentur effectus.* & num. 159.
121 *Renuntiatio iurata an rescindatur pratextu enormissimæ lasionis,* & num. 128.
122 *Iterata renuntiatio fortior est quàm si semel fieret.*
123 *Repetitio filiorum legitimorum & naturalium, an arguat vocationem fœminarum.*
125 *Repetitio confessionis per minorem facta maiorem arguit facilitatem.*
126 *Renuntiationes minoribus aut mulieribus facta non valent, vbi dolus re ipsa contra ipsos inest.*
127 *Dolus vbi in contractu adest, deficit consensus contrahentis.*
129 *Dolus commissus in primo contractu, an in secundo prioris confirmationem respiciente repetitus censeatur.*
130 *Dolus non potest remitti.*
131 *Læsio enormissima vbi intercenit, an contra geminatos contractus possit agi.*
132 *Consensus geminatio non operatur, causa existente, quæ contractum à principio dolosum faciebat.*
133 *Geminationis virtus ampla est.*
134 *Verba geminata ad animum disponentis cognoscendum multum præstant. Qualitatem masculinitatis an arguant,* n. 141.
135 *Intellectus* ad l. Tauri 44.
136 *Contractus traditione perficiuntur.*
137 *Firmius est quod traditione, quàm quòd simplici verbo nititur.*
138 *Alienandi prohibitio geminata successionem ab intestato an includat.*
139 *Verbum,* Perpetuum, *sepius repetitum, an habeat tractum successiuum.*
140 *Iteratio actus mentis perdurationem ostendit.*
142 *Verborum geminatio interpretationem an excludat.*
143 *Ex geminata prohibitione an arguatur fideicommissum.*
144 *Et quando eius bona non possint alienari.*
145 *Prohibitione alienandi extra familiam geminata, an possit quis hæredem instituere eum qui ab intestato ius succedendi habet,* l. p. q. 22.
146 *Verba,* Cum hac lege & conditione, *geminata, conditionem an importent.*
147 *Promissio donandi geminata an habeat vim donationis.*
148 *Geminata prædilectio arguit voluntatem testatoris in fauorem vocatorum.*
149 *Infertur intellectus* ad l. 1. tit. 14. De los testamentos lib. 5. Recop.

150 *Verba geminata per Principem apposita quid operentur.*
151 Legis 27. Tauri, *hodie* l. 11. tit. 6. lib. 5. Recop. *ampliatio.*
152 *Dictiones plures magis operantur quàm vnica tantum.*
153 *Citatio nulla geminata præscriptionem an interrumpat.*
155 *Solutio quæstionis, de qua,* num. 76. *adducitur.*
156 *Regulæ est adhæ endum.*
157 *Leges generaliter loquentes generaliter sunt intelligendæ.*
158 *Maioratus reuocatio non est prohibita, vbi de ea in Regia facultate expressa fit mentio.*
160 *Plures scripturæ vno die factæ pro vnica an reputentur.*
161 *Quid si diuersis diebus fiant.*
Geminatio in eodem actu facta quid operetur; numero 168.
162 *Maioratus factus ad remunerandum filium, an reuocari possit,* num. 162. & num. 164.
163 *Remuneratio non est propriè donatio.*
165 *Duplex & geminatus consensus in donatione Regia multum considerandus.*
166 *Donatio facta filio ob remunerationem valida est.*
167 *Quid aduentitium censetur.*
168 *An tanquam res alienum deducenda.*
169 *Donatio remuneratoria non potest per Principem reuocari, etiam propter ingratitudinem;* & num. 170. & 199. *Contraria opinio,* num. 174.
171 *Leges retractus consanguineis an habeant locum in donatione remuneratoria.*
172 *Legatum an censeatur ademptum per simplicem donationem. Et ibi quid in donatione remuneratoria.*
173 *Actus gestus ob merita præcedentia in dubio an præsumatur donatio.*
175 *Donatio facta filio ob remunerationem habet locum, vbi filius præstitit opus ad quod iure naturali, ciuili, vel Regio in patris obsequium non tenebatur.*
176 *In necessitatibus nemo liberalis existit.*
177 *Donari videtur quod nullo iure cogente conceditur.*
178 *Donatio non dicitur remuneratoria propter seruitia ad quæ filius tenetur,* & num. 179. & 180.
181 *Benemerita sint ne æqualia donationi, decernere, in iudicis arbitrio an consistat.*
182 *Maioratus vel melioratio vt sit efficax, patris confessio de filij benemeritis an sufficiat,* & n. 183.
184 *Donatio à sene vxori iuueni facta in senectutis recompensam, an ex corpore hæreditario deducenda.*
185 *Legatum factum vxori propter seruitia an amittatur per transitum ad secundas nuptias.*
186 *Quid de legato facto per Clericum pro bonis concubinæ seruitiis.*
187 *Donatio facta filio, liberalitas an appelletur.*
188 *Maioratus vel melioratio an vitientur, si patris de benemeritis filij confessio incerta appareat.*
189 *Confitens benemerita, etiam in fauorem personæ prohibitæ, an possit contrauenire confessioni.*
190 *Coniecturalis probatio benemeritorum an sufficiat.*
Post numero 190. inuenies summaria quæ desiderantur.

SEcundo principaliter infertur, quòd si pater faciat bis eundem maioratum in eundem filium de eisdem
82 bonis, † non licebit ei maioratum reuocare, quamuis non tradiderit possessionem, aut scripturam, nec contractus fuerit factus cum Tertio. Quam conclusionem (licet nullus teneat, vel tangat) ex iuris tamen regulis & rationibus fundare possumus ex virtute geminationis, quæ multa habet in iure specialia, prout *infra* dicetur. Et præcipuè hæc conclusio fundatur ex text. *in Authent. siue à me, C. ad Velleian.* vbi probatur, quod alienationi rei donatæ propter nuptias mulier consentire non potest; nisi geminato & bino consensu eam alienationem approbet. Certum autem est, quod ex *cap. cum contingat, de iureiurando,* hæc alienatio est valida solo vnico actu, quando talis actus iuratus fuit, & per hæc duo iura simul iuncta ausus est dicere. Felin. *in cap. si cautio, num. 39. de fide instrum.* Quod consensus geminatus † valet tantum, quantum consensus iuratus, & citat Bald. *in rubric. C. si quis aliquem testari prohib.* vbi dicit, quòd quando quis bis facit actum, non potest contra illum venire: quia vbi interuenit geminatio, ibi plena deliberatio præsumitur, & *Felin.* refert & sequitur Ludouic. Gozadin. *in cons. 70. Reuerende Domine, num. 6.* vbi id confirmat ex Glos. *in Clement. fin. de appellat.* Anton. Thesaur. *decis. Pedemontana 223. num. 6.* notat Euerard. *in centum locis, loco 11. à contuntione, seu concubinatione pag. 53. & in loco 91. à geminatione, seu actus multiplicata reiteratione, pagin. 540.* qui plura similia ad nostrum propositum scribit, & Roland. *in cons. 60. num. 21. cum sequentibus lib* 1. Et opinionem Felin. confirmat & sequitur Cürt. Iun. *in cons. 168. n. 9.* & *n. 21. lib. 2.* facit bonus tex. *in l. si mulier, la segunda, C. ad Velleian.* cum qua concordat *l. 3. tit. 12. part. 5.* vbi Greg. Lop. aliqua similia adducit.

Et ex hac geminatione plura scitu digna, & quæ in practica proderunt, tam pro intellectu nostræ materiæ maioratuum, quàm ad alias materias, quæ nullibi sunt collectæ, veniunt. Dicit ergo in primis Ias. *in l. 1. C. de pact. num.* 18. quod licet renuntiatio non comprehendat ius de futuro, fallit † nisi fuerit geminata. Et voluit Decian. *in cons. 39. num. 92. lib. 2.* & alij, quos citat Mascard. *in tractat. de probation. lib. 3. conclus. 1265. num. 48.* & mora duplicata † purgari non potest, secundùm Romanum *in cons. 352.* 8. Et est Glossa *in Clementina 1. in verb.* Diœcesanis, *de iure patronatus,* per quam tenet Dominicus *in cap. duobus, colum. 5. numero* 8. *de rescript. in* 6. quod quando geminatio est facta, apparet, quod disponens vult ita intelligi, nec aliter interpretari, nec declarari; quòd aliàs declarationem reciperet. Notat Ias. *in l. si constante, num. 83. ff. solut. matrimon.* Gozad. *in cons. 30. num. 3.* qui iterum refert F. Ianum *vbi supra.* ¶ Et
86 actui geminato † non potest opponi de inconsideratione, ac inaduertentia, secundùm Bald. qui refert Felin. *in cap. 1. in princip. ff. de offic. Delegat.* Et verba geminata maximè si sint vniuersalia, magnam habent vim, vt per Carol. Ruinum *cons. 18. lib. 3.* Cornæum *in cons. 339. num. 2. lib. 11.* Salicetum *in l. 2. C. ae noxalibus,* Gratum *in consil. 74 num. 20. lib. 2.* Et verba geminata apposita in liberatione multum operantur, secundùm Ioseph. Mascardum *in tractatu de probationibus, libro 3. conclusion. 1257. numero 5. folio 201.* ¶ Et confirmatio
87 geminata † tollit omnem exceptionem, secundùm Bald. *in rubric. C. si quis aliquem testari prohibuerit,* Decian. *in consil. 583. numero 8. & in consil. 137. numero 1.* Tiberium Decianum *respons. 18. numero 288. lib. 1.* Et quòd si in contractibus adsint verba geminata, non restringantur de habilitate, voluit notanter Bald. *in l. fin. C. sine censu,* Ias. *in consil. 124. in fin. libro 4.* ¶ Et
88 ex promissione vel actu geminato, † colligitur deliberata, & enixa, & præcisa voluntas actum facientis, secundùm Bartholom. Socin. *in l. cum filio familias, numero 14.* vbi alij moderni, *ff. de legat. 2.* Ripa *in l. fœmine, numero 37. C. de secundis nuptiis,* Gozadinus *in consilio 27. numero 8.* qui refert Glos. *in l. cum scimus, C. de agricol. & censit. libro 11.* vbi Bartol. & alij, de qua per Iasonem *in l. 1. numero 21. C. de Summa Trinitat. & Fide Catholica, & in l. penultim. numero 23. C. de pact.* & Decian. *in l. ultima, colum. ultima, C. eodem tit.* & per dictam *l. cum scimus,* tradit Bald. quòd verba geminata significant præcisam intentionem; quem citat Quintilianus Mandosius *in glos. faculate, §. habitæ, folio 57. columna 3.* Menochius *in cons. 320. numero 2. libro 4.* & faciunt scripta per eundem *in cons. 325. num. 11. & in*

*cons.*393.*num.*14.*libr.*4.Et plura ad propositum scribit Thom.Grammaticus *consil.*99.*num.*1.*cum aliis*,Mantica *libr.*3.*de coniecturata mente defuncti*, *titulo* 6.*n.*10. *pagina* 73. Ioann.Guttierrez *consil.*17.*num.*20. Et descendentium appellatione magis veniunt masculi & fœminæ, vbi verba sunt geminata,vt scribo *in* 2.*part. quæstion.*6. *num.*167. Et verba geminata, quæ vocant familiam & agnationem,multum operantur,vt per Parisium *in cons.*22.*num.*67. *libr.*3. Et plura odia magis
89 † operantur quam vnum, secundùm Doctores *in l. si quis in grani,*§.*vltim.ff.ad Silania.*Parisium *in cons.*69. *n.*186.*lib.*3.

Ad quæ etiam facit notabile dictum Rolandi *in cons.* 56.*num.*14.*lib.*1. vbi vult, quòd quando fuit prohibita alienatio bonorum fideicommissi per verba geminata,*Ipso facto*,vel *ipso iure*,si contra factum fuerit,† dominium bonorum statim transit ad vocatum, *per regulam dictorum:* quod est notandum ad ea quæ scribo
90 *in* 3.*part.quæst.*9. *à principio*,*& in* 4.*part. quæstion.*23. *à num.* 20. Et quod prohibitio alienationis facta per verba geminata,*Donec*, & *Quousque*, multum operentur, tradit Dec. *conf.*637. *num.*10. ad quem iungo elegans & notabile consilium Cephal.132. *num.*76.*lib* 2. vbi resoluit, quod ex geminata prohibitione alienationis,venditionis,vel pignorationis,† inducitur fideicommissum,quod aliàs non induceretur. Et nominatio
91 parentis geminata, quod aliquis est suus filius, probat filiationem,secundùm Paleotum *de nor. & spuri. cap.* 23.*num.*2.Menoch. *in tractat.de arbitrar.casu* 89.*num.* 82.post Paul.de Castr. *in l.non epistolis*, *C.de probation.*

Parael plius de subalterna onia loquitur subintelligitur.

¶ Et quando sunt plures dictiones repetitiuæ, tanto magis repetitionis † præsumptio inducitur, secundùm Decian.*respons.*17.*num.*2.*lib.*1. Mascardum *in tractatu, de probation.libro* 3.*conclus.*1266.*num.*35. sic opinatur Burgos de Paz *cons.* 26. *num.*9. quòd famosa doctrina Bartol.*in l.qui Romæ* §. *Flavius*,*ff.de verb.oblig.* de qua ago *in quæstione* 24. *à num.*22. est limitanda vbi donatio,& maioratus fuit geminatus, vbi tenet,quòd si quis alicui rem donauerit,vt post certum tempus ad Eccle-
93 siam deueniat potest renocare illud onus respectu Ecclesiæ; limitatur vbicunque † donatio fuit geminata,vt nouiter scribit Burgos de Paz *in consilio* 26. *num.* 9. quod est notandum ad ea quæ scribo *in dict. quæstion.* 24. *& sequenti.* ¶ Et cum per verba geminata dicitur,
94 quod aliquid fiat expresse & specialiter, † non satis est,specialiter fieri,sed singulariter exprimi necesse est, vt post Barbacium & Ripam,tradit Tiraquel.*in tractatu de legibus connubialibus glos.* 7. Exprez, *num.* 150. *folio* 317. Et quando aliquid requiritur quod sit certum & expressum, non sufficit vt sit per relationem ad aliud,secundùm Glos. *in cap.si Episcopus*, *de præbend. in* 6. & alios, vt per Tiraquel. *in dict.loco*, *num.*198. Sic quando omnia & singula sunt exprimenda, non
95 sufficit exprimere in genere, sed debet fieri † expresse cum omnibus suis qualitatibus, & circunstantiis, secundùm Glossam singularem *in cap. vt circa*, *in verb. omnia & singula,de electionib. in* 6. Barbacius *in cap.si quis Presbyterorum.de rebus Ecclesiæ*, Rebuf. *in praxi beneficial.in* 3.*part.signatur.in verb. & de speciali*,*n.*3. *pagina* 175. quæ maximè procedunt, vbicunque clausulæ sunt ter geminatæ, vt per Aymonem *in consilio* 54.Decium *in consil.*504. Parisium *in cons.*3.*num.*91. *libro* 4. Roland. *in consil.* 100.*numer.*65.*lib.*4. Tiberium Decianum *in consilio* 3.*num.*138. ¶ Et multiplicatio fortius † ius tribuit actui celebrato, vt per Peraltam *in l. Mauius* §. *eum qui*,*num.* 6. *pagina* 517. *ff.de legatis* 2. in quo loco alia ad confirmationem huius illationis legi possunt, & scribit Ripa *responso* 134.*numer.*8. quod per illa verba, *Omnia & tota hæreditas*,
97 ostenditur tenixa voluntas loquentis,† & censetur prohibita detractio Quartæ Trebel. & confirmat Socin. Iun.*cons.*113.*num.*53.*lib.*1. Anto. Gabr. *lib.*4.*communium opinion.tit.ad Senat.Consult.Trebellian.conclus.*5. *num.*4.*pag.*260.

Et si testator vocet ad fideicommissum, *legitimum filium*, *& de legitimo matrimonio procreatum*, per ista verba geminata † excluditur filius legitimatus, etiam 98
per subsequens matrimonium, secundùm Carol.Ruin. *in cons.*92.*num.*14.*lib.*3.& alios, vt per Tiraquel. *in l.si vnquam*,*C.de reuocand.donation.in verbo*, *susceperit liberos*,*num.*82. Bursatum *in consil.*18.*num.*11.*lib.*1. qui tamen in *numer. sequenti* alios in contrarium citat, & *in cons.*17.*num.*7.quod latè disputat & tradit Menoch. *in tractat. præsumptionum*, *lib.*4.*præsumpt.*81. *num.*23. *folio* 137. Francisc. Mantica *lib.*11. *de coniecturata mente defuncti*,*titulo* 12.*num.*25.*pagina* 532. & latius tracto *part.*2.*quæstion.*1. *à num.*21. vbi legendum. Et conditio geminata † facit, vt in conditione positi cen- 99
seantur substituti, secundùm Corneum *in consil.* 74. *num.*8.*lib.*2.Gozadin. *in consilio* 64. *num.*9. Grat. *consilio* 89. *numer.*6.*libro* 2. Menochium *in consilio* 152. *numer.*6.*lib.*2. vbi tradit, quòd qualitas masculinitatis † censetur repetita ex duplici geminatione, ex Pa- 100
purat.*inter consilia Sylvani cons.*53. & Cephal. *in cons.* 251.*num.* 27. *lib.*2. *& in cons.*476.*num.*13.14. *lib* 4. Quod confirmo ex doctrina Tiberij Decian. *dict. cons.* 17.*num.*12. *libr.*1. vbi tradit,quòd quantò sunt plures dictiones repetitiuæ,† tantò magis inducitur præsump- 101
tio repetitionis; quem citat Ioseph. Mascardus *in tractat.de probationibus libro* 3. *conclusion.*1266. *num.*35. *folio* 209.Et è contrario vbicunque disponitur geminatè in testamento, quòd succedant filij,sine adiectione *masculinitatis*, filia † excluditur substitutum masculum, 102
vt tradunt Dec. *in cons.* 699. *num.* 4. Beroius *in cons.* 115.*num.*10.*lib.*2. Simon de Præt. *in cons.*90.*num.*19. *& 20.& lib.*3.*de interpretand. defunct. voluntat. dubitat.* 3.*solutione* 2.*numer.*36.*fol.*313. ¶ Et granamen anniuersarij bis positum † arguit fideicommissum inter 103
grauatos, secundum Matthæ. Gribaldum *inter consilia Iacobi Portij cons.*40.*num.*21.Et verba exemptionis geminata & vniuersalia concessionis, exemptionis, & onerum, † comprehendunt casus dissimiles & maiores 104
expressis,vt resoluit Sylvanus *in consil.* 66. *numer.* 13. *& in consil.*88.*num.*4.*&* 5.quem citat Ioan.Guttierrez *in consil.*5. *num.*6. & ad doctrinam *Menoch.* de qualitate masculinitatis repetita,alios citant Parisius *in dicto cons.*22. *num.* 26. *&* 27. *lib.* 3. Tiberius Decian. *in consil.* 9. *num.* 5. *lib.* 2. idem Parisius *in consilio* 33. *num.*30. & alibi sæpè *lib.* 3. ¶ Et ex eo quod fundator Capellaniæ ordinat per verba geminata, quòd Missæ dicantur per Capellanum, † videtur requirere quòd 105
præsentatus præcise sit Sacerdos, vt probat Gutierrez *consilio* 1.*num.*16.*& consilio* 2. *num.*15.Et licet verbum *Placet*, importet de per se arbitrium boni viri,tamen si simul iungantur, † important liberum arbitrium, se- 106
cundùm Aymonem *in cons.*105. *Casus talis est.column.* 2. *versiculo*,*Tertiò pondero*, qui citat Corneum,& ambos Andre. ab Exea, *in capit.*1.*de constitutionib. num.* 434.*pagin.*243. & idem quod Purpurat. tradunt Curr. *in dict. cons.* 113. Zanch. *in l.heredes mei*, §. *cum ita*, *part.*4. *num.* 62. *pagina* 202. *ff. ad Trebellianum.* ¶ Et repetitio *familiæ* arguit, † & ostendit maiorem affe- 107
ctionem ad familiam, vt tradit Franciscus Mantica *de coniecturata mente defuncti. lib.* 6. *titulo* 14. *num.* 26. *pag.*248. Et verba geminata multum † valent in fun- 108
datione maioratuum, vt ex pluribus probat Cessus *in cons.*120.*num.*39. Anton. Gam. *decis.* 338 *numer.*13. Parisius *in cons.*72.*num.*45. *lib.*4.in specie maioratus. Hinc est quod Comes & Baro præferuntur Comiti, vel simplici Comitiivt tradit Chassan.*in Catalog.gloriæ mundi*, *part.* 8. *consideratione* 27. *fol.*9. qui confirmat ex vi actionum geminatarum. Et geminatio excludit omnem dubitationem, † & dicitur esse loco specialis 109
nominationis, secundùm Gozadinum *in consilio* 4. *numer.* 25. *& in consilio* 50. *num.*3. Menochium *in consilio* 215. *num.*54.*lib.*3. vbi ex hoc dicit, quòd si testator dicat geminatè filias eas vocando, non comprehenduntur nepotes, & *in consilio* 328.*num.*16.*lib.*4.

¶ Et

¶ Et quando alienatio prohibetur per verba geminata, † non permittitur etiam in casibus à iure permissis, vt per Iasonem *in consilio* 168. *columna final. lib.* 2. Perram *de fideicommiss. quæst.*8. *n.*30.*pag.* 103. 110

Istis congruit singularis doctrina Socini Iunior. *in cons.*133. *num.*10. *lib.*1. vbi vult, quod si dictio *Superuenientes*, apponitur in dispositione geminata, † excluditur omnino repræsentatio, etiamsi adsint coniecturæ 111
in contrarium; & *in cons.*30. *num.* 6. *lib.*4. quem citat Zanch. *in dict. l. hæredes mei*, §. *cum ita*, *part.*4. *num.* 147. *pagina* 84. *ff. ad Trebellian.* Quod est notandum ad ea quæ de repræsentatione, cùm prædictum verbum (*superstites*) apponitur, scribit Molina *libro* 3. *de primogen. cap.* 8. *numero* 20. *folio* 66. ¶ Et verba
112 narratiua privilegij † probant vbicunque sunt geminata, vt tradit Decius *in consilio* 152.*num.*5. & Bart. *in l. cum scimus*, *Cod. de agricol. & censit. lib.*11. Roman. *in cons.*65. Abb. *in cap. si cautio*, *de fide instrumentorum*, *ad finem.* Et vbicunque verba sunt gemi-
113 nata, † requirunt veritatem & non fictionem, secundùm Bald. *in prima constitutione Digestorum*, Curtium *in cons.*50. quos citat Ripa *in l. fœminæ*, *Cod. de secundis nuptiis*, *num.* 28. ¶ Et singulariter scribit etiam Cephal. *in cons.*296. *num.* 26. quòd vbi concurrunt prohibitio tacita & expressa de non alienando, tunc
114 † non est licita alienatio, etiam in casibus in quibus aliàs concessa fuisset, quem citat Zanchus *in dict.* 4. *part. num.*468. *pag.*220. ¶ Et triginta & sex geminationis effectus scribit Mencha. *de succes.creation.* § 3. *num.* 13. quem citat Matien: *in l.*11. *glos.*3. *num.*3. *tit.*8. *fol.*243. *lib.*5. *Recopilat.* Corser. *de potestate Regia quæstion.* 17. vbi cumulat † sexaginta & duos ef-
115 fectus geminationis, Hippolyt. *in l.*1. §. *quæstion.ff de quæstion.* & tradit Barahona *in addition. ad Ioan. Lop. in rubrica de donatione inter virum & vxorem*, §.17. *in additione*, quæ incipit, *& verbum*, Libre; *geminatum significat omnimodam libertatem*; vt tradit Caldas Pereira *de renouatione emphyteut. quæstion.* 8. *numer.* 13.
116 *fol.* 60. ¶ Et ex verborum geminatione † auferuntur de actu geminato casus speciales, vt per Barthol. Socin. *cons.*242. *numero* 2. *libro* 2. & idem tenet Parisius non relato Socin. *in cons.* 19. *num.*25. *libr.* 2. Et rationes geminatæ non possunt contradici,vt tradit Mascard. *in tractat. de probationibus*, *lib.*3. *conclus.* 1257. *num.* 5. Cephal. *consil.* 133. *num.* 115. *libro* 1. & ad Cald. Pereiram addo etiam Corneum *in consil.*302. *columna* 3 *libro* 4. dicentem, quod verbum, *Visum fue-*
117 *rit*, *& placebit*, important propter geminationem † liberam voluntatem; quem citat Tiberius Decianus, *cons.*1 *num.*22. *lib.*1. ¶ Sed eleganter Alexand. in nostra materia *in consil.* 135. *num.*9. *lib.*7. tradit, quod

Bulada me.

118 si quis etiam enunciatiuè dicat geminato actu, quod descendit ab aliqua stirpe & progenie, † operatur idem quòd si dispositiuè hoc dixisset, & est magna probatio, & ex geminata expressione nomen deferendi &
119 arma, colligitur † voluntas testatoris voluisse gratiamen nominis & armorum imponere, secundum Barthol. Socin. *in cons.*259. *num.*3. *versicul. Confirmatur præmissa*, *lib.*2.

In illa etiam tenebrosissima & difficillima quæstione, in qua se Doctores torquent, & in varias eunt sententias, vtrum filij positi in conditione censeantur etiam substituti, de qua per Glos. famosam *in l. Lucius* 2. *ff. de hæred. instituend.* sunt qui putant, quod ex qualitate masculinitatis repetita arguitur, quod filij sunt substituti, inter quos sunt Curr. Iun. *in cons.* 43. *num.*7. Aymo Crauer. *in cons.*130. *& cons.*326. *n.* 6. Zanch *in l. hæredes mei*, *cum ita*, *ff. ad Trebellian. part.*7. *num.* 56. & iterum *num.* 62. *pag.* 202. & alij quos citat Anton.Thesaur. *decis.Pedemontan.*96. *n.*27. Syluan. qui refert Corn. & alios *in cons.* 54. *num.* 4. *versic.Tertia coniectura*, & in materia geminationis le-
120 ctor videat † egregiam resolutionem Menoch. *in tractat. præsumpt. lib.*2. *præsumption.* 21. *num.* 12. *pagin.*141. vbi resoluit, an sit necesse quòd verba geminata sint dicta ex interuallo, ad hoc, vt suos effectus operentur, tradit Tiber. Decian. *respons. num.* 158. *lib.*1. ¶ Quare etiam dicit Decian. *in cons.*181. *numero* 5. quòd renuntiatio hæreditatis paternæ delatæ, vel deferendæ, facta à filio cum iuramento, qui sit mi-
nor vigintiquinque annorum, si fuerit geminata, † non 121
debet rescindi prætextu enormissimæ læsionis,licèt aliàs rescinderetur. Quia per renuntiationem geminatam censetur facta renuntiatio enormissimæ læsionis, & notatur *in dict. authent. sive à me*, quam doctrinam refert & sequitur Episcop. Couarruu. *in cap. quamuis pactum*,*de pact. in* 6. 3. *part. relectionis*, §.4. *num.*6. *fol.* 126. cui addo Challan. idem tenentem *in consuetud. Burgund. rubr.* 7. *de succes. verb. La femme mariée*, *fol.*273. *col.*2. *num.*37. *versic. Aduerte*, Ioseph. Mascard. *in tractat. de probation. lib.*3. *conclus.* 1265. *numero* 48. *cum sequentibus*, *fol.* 208. & Socin. Iun. *in cons.*50. *num.* 21. *lib.*2. vbi tradit, quòd iterata & du-
plicata renuntiatio † plus operatur quàm si semel fa- 122
cta fuisset; quod dictum iam habui in facto: & idem *in cons.*123. *num.* 54. *lib.*1. & alij, vt per Cephal. *in cons.* 496. *num.*26. *cum sequentibus lib.* 4. Caldas Pereira *in l. si curatorem habens*, *Cod. de in integr. restit. minor. in verb. lasis fol.* 287. *col.*1. faciunt scripta in remedio *l.*2. *Cod. de rescind. venditio.* per Aymon. *cons.*114. & in *cons.*160. *num.* 6. Hippolyt. *in l.*1. §. *quæstioni*; *ff. de quæstion.* Anton. Gabr. *lib.* 3. *communium opinionum*, *tit. de empt.ion. & vendit. conclus.*1. *num.*123. *&* 124. Et sicut verbum *Maschulis*, sæpe repetitum arguit masculinitatem requisitam, vt supra tetigi, ita verba sæpe repetita vocando filios legitimos & naturales, † arguunt vocationem fœminarum, vt no- 123
tanter tradit Curt. Sen. *in cons.*63. *num.*11. quod reputo singulare. ¶ Et quod bona fideicommissi † non 124
possint alienari per fideicommissarios, vbicunque prohibitio alienationis fuit geminata, tradunt Dec. *in cons.*636. *num.*9 *& sequenti.* Cephal. *in cons.*296. *num.*25. *libr.* 2. licet contrarium teneat in hoc Pinel. *in l.*2. *Cod. de rescindend. vendi. part.*3. *cap.*1. *numero* 36. *fol.*130. motus per textum *in* § *doli mali*, *versic. Idemque*, *ff. de nouationib.* & ex doctrina Cornei *in consil.*140. *libro* 3. & aliis rationibus, quas lector legere potest: ad quæ addo Bald. *in consil.*300. *col.* 1. *versicul. Notandum*, *ib* 1. quod repetitio confessionis
facta per minorem, † maiorem arguit facilitatem per 125
dict.l.doli mali, §. *diuersum*; *ff.de nouat* Notat Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.*2. *cent.*3 *casu* 268 *n.m.*5. *pagin.* 478. & hoc tenent alij, quos citat Burgos de Paz *consil.*28. *num.* 22. & faciat *consilium* Bartholom. Socin. 85. *lib.*1. & plures citant Corneus *cons.*124.*num.*5. & 6. *lib.*3. Cephal. *cons.*378. *num.*13. *lib.*3. *& cons.* 334. *num.*57. *eod. libro*, Molin. *lib.*2. *de primogen.cap.*3. *numero* 60. *fol.*219.

Et vt ad superiora redeam, sententiam *Pinelli* ego sequor cum distinctione, quæ postea dicetur, tam per rationes ab eo adductas,quàm ob aliam, cui (videri meo) nulla est dabilis responsio. Quia indubitatum est, quod renuntiationes factæ à minoribus, vel mulieribus, etiam cum iuramento, † non obligant, vbi inest dolus 126
re ipsa contra minores, vel mulieres, vt patet ex *cap. cum contingat*, *de iureiurand. dict. cap. quamuis pactum*, *cap. licet mulieres*, *de iureiuran. num.* 6. cum *concordan.* adductis ab *Alexan.* vbi Glos.Paris.latè *cons* 42. *num.*6. *lib.*1. & per Seraphin. post plures antiquos *in tract. de priuilegiis iuramenti*, *priuilegio* 83. *num.* 97. *cum seqq. & priuileg.*136. *num.*11. *& priuilegio* 31.*num.*7. Ratio huius conclusionis inter alias plures est, quia vbi dolus adest in contractu, † deficit consensus contra- 127
hentis,& iurantis,& ideò non obligat: *d.l.vltima*,*C.de non numerat. pecun.* Faciunt notata *in l. eleganter*, *in princ ff.de dolo*,& quod notat Barth.Socin. *in cons.*173. *col. vltim. lib.*2. Cum ergo ex magna læsione in contractu interueniente, præsumatur dolus; sequitur

quòd geminatio quemadmodum non potest excludere dolum, ita non potest dare robur contractui. Consequens (vt patet) est verissimum: Antecedens probatur per *l.omnes, §.Lucius, ff.de iis, qua in fraud. credi. l.si superstite, C.de dolo, l.7. tit.15. part.5.* notat Bart. *in l.vltima, ff. de prætor.stipulat.* Boerius *decis.*100. *num.*18. Roland. *in cons.*7.*num.*44 *lib.*3. Menochius *de recuperand. possess. remed.* 9. *num.*175. *pag.*410. Pro quibus facit notabile *consilium* Roland. 60. *num.*72. *libro* 4.

128 ¶ Et dispositio *dict. cap. quamvis pactum:* † limitatur data enormissima læsione, vt tenet Anton.*dict.cap. cum contingat*, 4. *casu principali*, & Abbas *num.*23. Ancharran. *in regula, accessorium, col.*8. *de regul. iur. in* 6. & alij plures, quos refert Episcopus Couar. *in dicto cap. & §. num.*3. cui addo Gregorium Lopez *in l.*55. *titul.*5. *part.*5. *& in l.vltima, titul.vltim. in glos.* Mas de las mitad, *part.*6. Ex quorum resolutione apparet, quod ista est magis communis opinio, quam sequitur idem Episcopus Couarr. *resolutionum, cap.* 4. *num.*5. De quo per Seraphinum *in dicto tractatu de priuilegiis iuramen.*1, *dicto priuilegio* 83.*num.*85. *cum sequentibus, & priuileg.*45. *num.*5. Antonium Gabrielem *lib.*3.*communium opinionum, titul.de iure dotium, concluf.*2 *num.*1. *cum sequentibus, pagina* 212. *& titul. de arbitris, concluf* 3. *num.*1. *cum sequentibus, pag.*73. Molinam *lib.* 4. *de primogen. cap.* 9. *num.*34 *fol* 186. Mascardum *in tractatu de probationibus, lib.*3. *concluf.* 1265. *num.*29. *folio* 207. & per alios quos omitto, cum hoc non sit de ista materia; & dolus commissus
129 in primo contractu † censetur repetitus in secundo tendente ad eius confirmationem, secundùm Paulum de Castro *in consilio* 162. *Visis & pond.ratis omnibus, col.*1. *lib.*2. Aymon. *cons.*142. *num.*13. & facit doctrina Pauli de Castro *in authen.sacramenta puberum, Cod.si aduersus vendit.* Romani *in consilio* 160. Angeli *consilio* 208. Ancharran. *in consilio* 122. quos citat Seraphinus *de priuilegiis iuramenti, priuileg.* 84. *num.*65. *pagina* 499. Et cum dolus sit species delicti,
130 † remitti non potest, *l.*1. *§.planè, ff.de tutel. & ration. distrahen.* quæ est ad hoc melior de iure, secundùm Iasonem *in l.*1. *num.*4. *ff.si quis in ius vocat. non ierit, & in l. non amplius, §.*1. *num.*4. *ff. de legatis* 1. *& in l.ex ea parte* 4. *§.vltimo, num.*4. *& in dict.l.si ita quis, § Seia cauit, num.*18. *ff. de verborum obligation. & in l.si vero, in principio, num.*2. *ff. qui satisdar. cogant. & in l. admonendi, in repetition. num.*295. *ff.de iureiurand. & in l.*2. *num.*3. *ff. de in litem iurand. & in l. in actionibus, num.*38. *eodem titulo, & in l iustè possidet. num.*37. *ff. de acquirend. possession. & in §. item siquis in fraudem, num.*38. *de action.* Et inquit Baldus *consil.*222. *Proponitur quod tutor: colum.*2. *lib.*2. quod contractus dolosus non potest ratificari non interueniente scientia dolosi, notat Curtius *consilio* 50. *col.*3. *& consilio* 51. Aymo *consilio* 160. *num.*4. ¶ Et verior & receptior est sententia, quod contra contractus geminatos, in quibus interuenit læsio enormissima,
131 † agi potest; quam tenent Bartholomæus Socinus *in consilio* 85. *num.*6. *libro* 1. Decius & alij, quos refert Caldas Pereira *in l. si curatorem habens, verbo, læsis, num.*1. *vers. Id tamen, pagina* 1293. *C. de in integrum restitut. minor.* ¶ Potest tamen inter Pinellum & alios lis ita componi; nam si tempore geminationis & consensus bis secundo loco præstiti, duret causa, quæ à principio contractum dolosum faciebat,
132 † erit nullius effectus talis consensus geminatus: quia vitium & inconueniens est in viridi obseruantia, vt probatur ex *dicto §. diuersum*, & per ea, quæ notantur à Gregorio Lopez *in l.*49. *glos.*2. *titul.*14. *part.*5. Si autem causa, quæ à principio liberum consensum & absolutum impediebat, iam cassauit, geminatio, est magni effectus. Quæ distinctio colligitur *ex leg.*2. vbi Baldus & alij, *C. quod metus causa*, & doctrina Bart. *in l.si ob turpem, ff.de cond.ob turp.caus.* Iaso. *in §. quadrupli, num.*65. *de action. & in l. qui in alienæ §.vltimo, num.*44. *ff.de acquirend.hæredit.* Decius *in l pacta nouissima, num.*12. *C.de pactis*, latè *in cons.*219. *& in l.in omnibus causis pro facto, num.*14. *vbi glos.* Paris. *ff.de regul. iur.* Hippolyt. *in l.siquis percussorem num.*5. *C. de sicar. & in singula.*325. Anton.Gomez *de contract. cap.*14. *num.* 27. latè Boërius *decis.*100. *num.*13. Et hanc distinctionem sentit Pinellus *in d. l.*2. *part.*1 *num.*32. Ex quibus merito inquit Aymo *in cons.*150. *num.*32. quòd relinquitur iudicis arbitrio, qui ex variis circunstantiis & coniecturis iudicare potest, an læso subueniri debeat non obstante reiteratione.

Tandem, vt ad nostrum propositum redeamus, virtus geminationis † ampla est, vt probatur *in vulgat.* 133
l.Balliста 32. *ff.ad Trebellianum.* Et multa in hac materia scribunt Ias. *in rubr. ff.de verborum obligation. n.*9. Idem post Alexan. & Roman. *in l.si insulam, ff. eodem tit. & in l.si vinum, num.*17. *ff.si certum petat. & in l. serui electione, in principio, ff.de legat.*1. *& in l.*1. *n.*30. *ff.de officio eius cui mandata est iurisdictio, & in l.si ita quis, §.ea lege, num.*4. *ff. de verborum obligation. & l.*2. *§.prætor ait, num.*2. *cum aliis, ff. qui satisdar. cogan. & in l. qua dotes, num.*33. *ff.soluto matrimonio, & in l.*1. *num.*33. *ff.de iurisdictione omnium iudicum, & in l.si pacto quo pœnam, num.*15. *C.de pact. & in l. & si post tres, num.*2. *ff.si quis caution. & in §. in personam, num.* 48. *Instit. de action.* Hippolyt. *in l.*1. *§.quæstioni, ff.de quæstionibus, & in l.frater tuus, n.*39. *ff.de sicar. & in consilio* 2. *lib.*1. notanter Aymo *consilio* 201. *num.*42. Matienço *in l.*11. *titul.* 8. *glos.*3. *num.*3. *lib.*5. *Recopilationis, folio* 284. Barahona *in addit. ad Ioannem Lopium, in rubric. de donation. inter virum & vxorem, §.*17. *in additione*, quæ incipit, *de actu geminato, pagina* 61. Paris. *in consilio* 130. *nu.*1. *libro* 2. Socinus Iunior *in l. cum filiofamilias, part.*4. *num.*6. *fol.*173. *ff. de legat.*1. Rebuffus *tom.*3. *ad constitutiones Regias, tractatu, de appellation. artic.*9. *glos. vnica, num.*44. *pagina* 511. Ripa *in rubrica. ff.de verborum obligation. num.*34. Cephalus *in consilio* 152. *num.*76. *cum sequentibus, libro* 2. Tiraquellus *in l. si vnquam, in verb. reuertatur, numero* 46. *pagina* 441. *C.de reuocand. donation.* Segura & additio *in l.filius dum in ciuitate, num.*14. *ff.de verborum obligationibus, & in l. si ex legati causa, num.*183. *eodem titulo,* Menchaca *libro* 2 *controuersiarum, cap.*83. *num.... cum aliis*, Azeued. *in l.*1. *titulo* 2. *libro* 6. *Recopilation. num.*230. *folio* 44. Glos. Parisiens. *in consuetudin. Parisiens. part.* 1. *§.*22. *quæst.* 40. *num.*125. *folio* 201.
¶ Et verba † geminata operantur magnam vim ad 134
cognoscendum animum disponentis, vt per plura probat Quintilianus Mandosius *regula* 33. *de signatura per Fiat: quæstion.*11. *numero* 2. *cum sequentibus, folio* 141. qui adducit authoritates Sacræ Scripturæ singulares. Et de istis verbis: *Ordine successiuo, & salua gradus prærogatiua*, tradit Decius *consilio* 1. *num.* 6. quid operentur propter geminationem. Vide etiam D. Antonium de Padilla *in l.si veritas, numero* 2. *folio* 125. *Cod. de fideicommiss.* vbi concludit, quod obligatio naturalis geminata producit obligationem.

Porrò, rationem *illius legis* 44. *Taurinæ*, in quantum prohibet † reuocationem maioratus, vbicumque 135
est tradita scriptura vel possessio, & *l.*17. *in eisdem legibus*, quæ idem de melioratione disponit: ego semper existimaui † eam esse, quia vbi pater abdicat à se possessionem, vel tradit scripturam, quod idem est, viderur hoc deliberatè facere: quia per traditionem omnes contractus † perficiuntur, *lex* 1. & ibi Glos. 136
Cyn. *C. de pericul. & commodo rei. vendita, §. vendita, Instit. de rerum diuisione, cap. cum Ioan. de fide instrument.* De quo latiùs per Tiraquellum *lib.*1. *de retractu, §.*1. *glos.*10. *num.*110. *pag.*225. Ad quod facit elegans doctrina Baldi *in cap.*1. *num.*1. *quid sit*
innestitur.

*innestitur. fol.*31. vbi ponit regulam, quod firmius est,
137 quod est traditione † subnixum, quàm simplex verbum; per *l.diuisionis placitum, ff. de pactis*, & notata per Iacobum de Arenis *in l. non dubium, in fine, C.de legibus.* Et ideò cum actus geminatus ostendat præcisam deliberationem (vt supra fundatum est) debet esse eiusdem effectus cum traditione possessionis, vel scripturæ. Et hoc facit in simili, quod voluit Ioannes Andreas *in titulo, de instrum.editione, §.porrò, in glos. in verb. subscr bat, num.*4. *folio* 143. vbi dicit, insinuationem donationum inuentam fuisse, vt donans possit deliberare, an sibi expediat donationem perficere. ¶ Et verba geminata prohibentia alienationem, multum operantur, secundùm Cephalum *in consil.*152. *num.*79. *& consilio* 58. *num.*15. Roland. *consilio* 2. *num.*24 *libro* 4. & alios plures, quos citat Mascardus *in tractatu de probationibus, lib.*3. *conclusione* 1237. *num.*88. Osasc. *fol.*176. *in consilio* 25. *num.*19. Et ge-
138 minata prohibitio alienandi † includit successionem ab intestato, secundùm Cardinal. *in cons.*135. Decium *in consilio* 23. Aretinum *in l. Pantonius, §.*1. *ff. de acquirenda hæreditate*, & alios, quos refert Hieronymus Gabriel *in consilio* 140. *num.*14. & ad idem faciunt scripta per Rolandum *in consilio* 27. *num.*10. *libro* 4. Et quod verba geminata apposita *in l.*2. *titulo* 16. *lib.*5. *Recopilation.* ibi: *Pareciendo que vno se quisso obligar a otro*, multum operentur, tradit ibi Matienço *glos.*7. *num.*1. *folio* 423. ¶ Et verbum, *per-*
139 *petuum*, sæpius repetitum † habet tractum successiuum, & importat perpetualitatem, vt per Parisium *in consilio* 20. *num.*3. *lib.*1. Roland. *in consilio* 86. *num.*13. *libro* 4. Et clausula (*omni meliori modo*) importat clausulam derogatoriam ad præcedens & sequens testamentum, nisi clausulæ derogatoriæ sint geminatæ, secundùm Alexandrum *in consilio* 24. *num* 14 quem citat Simon de Prætis *libro* 3. *de interpretanda defuncti voluntate, interpretatione* 2. *dubitatione* 1. *solutione* 4.
140 *num.*27. *folio* 128. Et quia iteratio actus † ostendit mentis perdurationem: quod refert & confirmat Rebuffus *tom.*2. *ad constitutiones Regias, tractatu de insinuat. donat. glos.*1. *pagina* 368. *num.*3. *&* 4. Quintilianus Mandosius *in glos. faculatem, versiculo. Existat,*
141 *folio* 57. *colum* 3. Et verba geminata † arguunt qualitatem masculinitatis esse necessariam, vt notat Decius *in l.fœmine, num.*105. *ff.de regulis iuris*, quem citat Cephalus *in consilio* 312. *num.*110. *libro* 3. & idem Decius *consilio* 38. *colum.*2. Paris. *consilio* 6. *num.*36. *& in consil.*50. 52. *&* 53. *libro* 3. Signorol. *consilio* 172. Bartholom. Socinus *consilio* 100. *num.*6. *lib.*4. Socinus Iunior *in consilio* 126. *num.*2. *libro* 2. Iaso *consilio* 154. *colum.*3. *lib.*4. confirmat Bursatus *in consilio* 1. *num.*37. Currius Senior *in cons.*63. *num.*16 Zasius eleganter *in consilio* 3. *num.*43. *&* 44. in quadam causa maioratus, Anton. Gabriel *lib.*6. *communium opinionum, titul. de verborum significatio. concluf.*6. *num.*14. *pagina* 342. Franciscus Mantica *de coniecturata mente defuncti, libro* 8. *titul.*18. *pagina* 365. latè Gratus *in consilio* 5. *num.*15 *libro* 2. *& in consilio* 65. *num.*11. *libro* 2. *& in consilio* 68. *num.*11. *eodem libro*, Paris. *in consilio* 11. *num.*25. *libro* 3. Tiberius Decianus *respons.*46. *num.*74. *cum sequentibus, libro* 2. ¶ Et geminatio verborum
142 † excludit interpretationem, vel restrictionem, quæ aliàs admitteretur, secundùm *Clementinam* 1. *in verb. Diœcesanis, de iure patronatus*, Syluanum *consilio* 30. *num.*27. *libro* 1. Cephalam *consilio* 137. *num.*34. *&* 35. *lib.*1. Burgos de Paz *quæstion.*11. *ciuil. num.*36. Et quod verba (*maior natu*) geminata in successione primogenituræ, multum operentur, tradit notanter Augustinus Beroius *in consilio* 715. *num.*43. *libro* 1. ¶ Et geminata prohibitio de non alienando aliquam rem,
143 † arguit fideicommissum esse factum, vt ex Bald. *in proœmio Digestorum, colum. final. in principio*, vbi Alexand. probat, Decius *consilio* 38. *num.*2. *versiculo, Quarto quia in isto casu.* Et geminata licentia alienandi plus operatur quàm simplex; vt probat Carolus Ruinus *in consilio* 213. *num.*8. *lib.*1. Et geminata prohibitio facit, quod bona fideicommissi alienari † non possint in casu *authen. res quæ: C. commun. de* 144
legat. vt probatur *in l. quidam cum, ff. de fideicommissar. libertatib.* vt volunt Alciatus *in dicto §. diui, num.*27. Carolus Ruinus *in consilio* 97. *num.*11. *& in consilio* 123. *num.*10. *lib.*2. & alij, quos citat Bursatus *in consilio* 179. *num.*26. & iterum *num.*42. *lib.*2. quod confert ad ea quæ scribo *in* 4. *part. quæstion.*1. *limitation.* 2. ¶ Et geminata prohibitio alienandi extra familiam † facit, vt non possit quis hæredem in- 145
stituere illum, qui ab intestato habebat ius succedendi, secundùm Aretinum, *in l.Pannonius, §.rei perduellionis, colum.*2. *versic. Dic ergo, ff. de acquirenda hæreditate*, Iaso *in l.filiusfamilias, §. diui, in repetitione, num.*137. vbi Ripa *num.*99. *ff.de legat.*1. Decius *in consilio* 165. *nu.*7. Hieronymus Gabriel *consilio* 140. *num.*14. vbi declarat quod confirmat D. Antonius de Padilla *in l. voluntas, num* 15. *C de fideicommiss. numero* 35. sed de puncto an ista procedant in Hispaniæ maioratibus, legenda sunt quæ scribit Molina *lib.*1. *de primogen. cap.*6. *num.*34. *folio* 47. ¶ Et verba ista geminata, *Cum hac lege & conditione* † important 146
omnino conditionem, secundùm Decium *in consi* 10 2. *num.*4. De qua materia latiùs tracto *in* 2. *part.* Et verba & literæ Principis operantur motum proprium, secundùm Baldum & Iasonem *in l. nec damnosa, C.de precib. Imperator. offerendis*, Chassan. *in catalog. glor. mundi, part.*5. *considerat.*24. *folio* 17. Et ista omnia præstant egregium argumentum ad probandum, quod grauamen deferendi nomen & arma sæpius repetitum, arguit magis voluisse fundamentum maioratus agnationem conseruare: quod etiam scribo *part.*2. *quæst.*6. *num.*532. ¶ Et promissio donandi geminata, † ha- 147
bet vim donationis, secundùm Iasonem *in l. iur's gentium, § sed cum nulla, num.*16. *ff.de pactis*, Decium *in l.legem, num.*12. *&* 15. *C. de pactis*, quos citat Menochius *in consilio* 92. *num.*28. *libro* 1. qui alios citat. Et geminata prædilectio † arguit voluntatem testatoris 148
in fauorem vocatorum, vt per Aymonem *in cons.*326. *num.*6.

Ex quibus omnibus aliàs † inferebam egregium 149
intellectum ad *leg.*1. *tit.*14. De los testamentos, *lib.*5. *Recopilat.* statuentem per verba geminata, quòd testes testamentorum sint vicini illius loci, in quo confectum est testamentum: nam ad hoc vt illa qualitas inducat formam, multùm est considerandum, quod per verba geminata inducitur illa qualitas vicinitatis. ¶ Et verba geminata per Principem appositа ope- 150
rantur † veritatem, & non fictionem, secundùm Baldum *in* 1. *constitut. Digestorum*, quem citat Curtius Senior *in consilio* 49. *num* 41. In quo loca plura notabilia ad propositum scribit. Et de liberatione rationum geminata plura refert Mascardus *in tractatu de probationibus, libro* 3. *concluf.*1257. *num.*5. & faciunt scripta per eundem *num.*168. ¶ Et ex viribus
& virtute geminationis nouiter † ampliari potest *l.*27. 151
Taurina, hodie *l.*11. *titul.* 6. *lib.*5. *Recopilationis*, quæ verba geminata & duplicata dat parentibus liberam facultatem, ad hoc, quòd in melioratione Tertij possint apponere grauamina, conditiones, & restitutiones, quæ illis placuerint, provt latius *in dicta leg.* continetur, quam ad hoc etiam ponderaui *in prima quæstione, suprà, hac parte, num.*120. *& in quæst.*51. *infrà, à num.*2. & addo ad ista Grat. *in consilio* 123. *num.*38. *libro* 4. vbi resoluit, quòd substitutio, quæ aliàs extenderetur de casu ad casum, non extenditur, quando dictio, *tunc*, apposita in substitutione, est geminata, videlicet, *tunc & eo casu.* ¶ Et dictiones plures † magis operantur, quàm vni- 152
ca tantum, vt per Tiberium Decianum *respons.*17. *numero* 12. *libro* 1. Et verba geminata, quod quis possit ad libitum disponere de certa quantitate

multum important, vt tradunt Ias. *in cons.* 130. *num.* 4. *lib.* 4 Petrus Surdus *decis.* 272. *num.* 16. Et de virtute geminationis legenda etiam quæ scribit Antonius Peregrinus *in tract. de fideicommissis, artic.* 24. *num.* 40. & *artic.* 49. *num.* 28. & *artic.* 24. *num.* 41. *folio* 227. ¶ Et
153 quod citatio nulla, geminata, † interrumpat præscriptionem, tradit Alexand. *in apostillis ad Baldum in l. nulli, C. de præscription.* 30. *annorum*, quem citat Gomesius *in regula de annali possessore, quæst.* 45. *pag.* 594. Et priuilegio pluribus vicibus confirmato Papa non præsumitur voluisse derogare, vt tradit Antonius de Butr. *consil.* 2. Roman. *consil.* 327. Decius *in consil.* 165. *num.* 3. & quantum in delegatione geminatio operetur, tradit Menochius *in tractatu præsumptionum, lib.* 2. *præsumptione* 21. *num.* 11. *pag.* 141.

¶ Et quod vbicumque bona prohibentur alienari
154 perpetuò per verba geminata † multum operentur ad fideicommissum, volunt Carolus Ruinus *in l. filiusfamilias, §. diui, num.* 82. *ff. de legat.* 1. Anton. Rubeus *in consil.* 53. *num.* 5. Anton. Petra *de fideicommissis, quæst.* 5.
155 *n.* 15. *pag.* 44. Quid dicendum in hoc puncto? † Certè magna est authoritas eorum, quæ *si prà* pro hac illatione scripsi. Sed cum considero, quod *illa lex* 44. illud ponit pro regula & exceptionibus, & quòd alias exceptiones ponere poterat, & eas omisit, casus alij omissi
156 habentur pro omissis. Et regulæ † est adhærendum, *l. si vero, §. de viro, ff. soluto matrim. cap.* 2. *de translation. Prælatorum, cap. dilectus de tempor. ordina.* cum *concordant.*

Id autem quod diximus, quod geminatio actus habet virtutem actus iurati, non admodum in nostro proposito conuincit. Quia (vt supra in *prima illatione* dixi) donatio facta cum iuramento ideo est efficax, & irreuocabilis, quia habet annexam spiritualitatem, absque qua donatio est reuocabilis. Cum igitur hoc esset in nostro casu, sequitur quod geminatio, in qua nihil est spiritualitatis, non facit maioratum, neque meliorationem irreuocabilem Item (vt supra dixi) iuramentum solum & per se non facit meliorationem irreuocabilem, sed quando adest pactum de non reuocando; & licèt ingens sit authoritas *Felini* & aliorum, qui illam sequuntur super illa opinione, adhuc est hæsitationi locus, quia est magna extensio facere tanti effectus geminationem actus, quanti iuramentum, quod ob religionem, quæ in illo, Deo præstatur, tot habet de iure specialitates, & priuilegia contra iuris regulas, quæ passim in iure reperiuntur. Nec iuuat Felinum *d. authent. siue à me*, iuncto *cap. cum contingat*, non enim quod Canones statuerunt ob fauorem fidei, & iuramenti religionem, trahendum est ad consequentiam. ¶ Ad illud autem quod diximus *ll.* 17. & 44. *Taurinas*, considerationem habuisse ad deliberationem faciendum maioratus, & meliorationes, non difficiliter ex eisdem legibus satisfit: quæ cum generaliter loquan-
157 tur, generaliter † sunt intelligendæ, licèt sit fortior, vel diuersa causa in vno, quàm alio casu *l.* 1. *§. & generaliter, ff. de legat. præstand. l.* 1. *&* cum *ratio, ff. de aleatorib. & lusu aleæ.* Ad quod faciunt quæ scribo *in quæst.* 30. *infrà à num.* 15.

Et posito (sine veri præiudicio) quòd vbicumque maioratus est geminatus reuocari non possit, erit tamen licita reuocatio etiam post geminationem vbicumque in facultate Regia ad faciendum maioratum concessa expressum esset quod possit reuocari maiora-
158 tus, quoties pater voluerit: nam tunc reuocatio † non est prohibita, iuxta doctrinam Archidiaconi *in cap. nunc vero* 9. *quæst.* 3. & Domin. *in cons.* 99. Ex quibus infertur, quod idem dicendum est vbicumque maioratus vel melioratio fuit ter vel plus geminata, licet tali ter geminationi multa tribuant Decius *cons.* 504. *col. vltima*, Aymo Crauet. *cons.* 54. *col.* 2. Paris. *consil.* 3. *num.* 91. *lib.* 4. Tiberius Decianus *respons.* 2. *num.* 157. *cum sequentibus, libro* 1. Roland. *consilio* 71. *num.* 49. *libro* 2. Socinus Iunior *consilio* 98. *num.* 11. *& cons.* 133. *num.* 3. *lib.* 1. notanter Thom. Grammat. *cons.* 98. *n.* 31. & alij, quos *suprà* scripsi.

Et quod vt geminatio habeat virtutes suas, & operetur effectus, sit necessarium temporis interuallum † inter vnum actum, & alium, constat ex Glos. *in l.* 159 *si conuenerit, ff. de pignoratitia actione*, & volunt Barbatius *in cap. vltimo, de officio delegat.* & alij, vt per Tiraquellum *in l. si vnquam, C. de reuocand. donation. in verbo, reuertatur, num.* 49. *cum sequentibus, pag.* 443. Quod confirmo, quia plures scripturæ factæ eodem die † reputantur pro vna, secundùm Alexandrum *in* 160 *l. vltima, C. de codicil.* Anton. Gabriel. *lib. communium opinionum, tit. de action. conclus.* 3. *num.* 12. *pag.* 80. Mascardum *in tractatu de probationibus, lib.* 2. *conclus.* 924. *num.* 1. *folio* 210. Et quando geminatio fit in continenti, & in eodem actu, nihil operatur, secundùm Matthæum ab Afflictis *decis.* 285. *num.* 11. Et quando Doctores loquantur de geminatione scripturarum, quibus attribuunt maiorem vim, & efficaciam, intelligunt hoc † si geminatio sit vniformis, & eiusdem qualitatis, 161 & diuersis temporibus, vt in terminis iuramenti per plura docet Seraphinus *in tractatu de priuilegiis iuramenti, priuil.* 63. *num.* 3. *cum seqq. pag.* 325.

Tertiò, ex prædictis conclusionibus in principio huius quæstionis traditis, præcipuè ex textu *in cap. cum dilecta*, inferri potest, quòd maioratus etiam efficitur irreuocabilis, & melioratio Tertij, vbicumque illum pater fecerit filio, ad remunerandum aliquod opus, quod remuneratione dignum fuit: hoc enim casu maioratus erit † irreuocabilis, & melioratio Ter- 162 tij, licèt sit extra casus, qui *in legibus illis* 17. *&* 44. continentur. Quia remuneratio † non est propriè do- 163 natio, *vulgata l. Aquilius, ff. de donation.* cum *concordantibus*, & facit *dict. l.* 44. *& dict. l.* 17. in illis verbis: *O el dicho contrato se oniere fecho por causa oneroſa.* Quamvis ad has leges replicari potest, quòd statim declarant, qualiter actus dicatur factus per contractum oneroſum: nam illicò dicunt: *Con otro tercero assi como por via de casamiento, o por otra causa semejante.* Nihilominus tamen hæc conclusio aliis rationibus probatur. Primò, per textum *in l. si pater, §. final. ff. de donation.* ex quo textu colligunt communiter Doctores quòd donatio, quæ de sui natura est reuocabilis, quando facta fuit ad remunerandum, 164 † efficitur irreuocabilis; quem textum notant Albericus, Angelus, & Roman. *ibi*, Bald. *in l. si cum mihi, ff. de dolo*: Abbas *in cap. final. de donation.* & alij plures, vt per Tiraquellum *in l. si vnquam, C. de reuocand. donation in verbo, donatione largitus, num.* 19. *cum aliis.* Quo in loco animaduerto quod refert quoddam consilium Alexand. *num.* 17. *in ordine*, quod est mihi *numero* 16. & incipit, *Ne arguendi, lib.* 2. & in dicto loco *Tiraquellus* multa pro confirmatione nostræ opinionis scribit, quibus nulla est dabilis responsio. Et multa scribit Vincentius Carrocius *in tractat. de locat. quæst.* 10. *de donatione remuneratoria, folio* 27. *num.* 1. *cum sequentibus*, Ioannes Lopius *in rubrica, de donationibus, §.* 81. *num.* 18. *pagina* 296. Et quod duplex & geminatus consensus in donatione Regia maximè sit † considerandus, tradit in notabili casu Aymo 165 *in consilio* 54. *num.* 6. *&* 7. Et notat Gregorius *in l.* 10. *tit.* 4. *part.* 4. *in glossa*, in verb. *alguna gracia.* Et faciunt plura quæ ad hoc propositum scribit Episcopus Couarruuias *in cap. cum in officiis, de testament.* & Tellius *in l.* 28. *Tauri, num.* 3. Roland. *cons.* 13. *num.* 21. *cum aliis, libro* 3. Burgos de Paz *in consilio* 45. *num.* 20. *& in consilio* 3. *num.* 30. *& in cons.* 25. *num.* 10. & faciunt quæ scribo *in* 4. *part. limit.* 3. *in* 1. *quæst.* & scribit Matienço *in l.* 11. *titul.* 6. *lib.* 5. *Recopilation. glossa* 2. *num.* 4. *folio* 262. quòd donatio remuneratoria, quæ alicui ex filiis facta fuit, impedit alterius Quinti donationem, & talis donatio imputabitur in Quintum, nisi talia essent merita, pro quibus donans in iudicio conueniri possit.

Et

Et ideo licèt regulariter donatio facta per patrem filio non valeat (vt sunt iura vulgata) ex causa tamen
166 remunerationis † valida est, secundùm Glos. Bart. & alios *in authent. vnde si parens. C. de inoffic. testam. & in l. si donatione*, vbi Bart. & alij, *C. de Collation. & in l. filium quem habentem, C. famil. erciscund.* & alij, quos refert Tiraquel. *vbi supra num.* 20. qui in hoc, sicut in aliis, omnia ingenia, & labores humanos excessit. Et quod pater
167 donat filio propter remunerationem, † censetur quid aduentitium, & non profectitium, secundum Glos. & Doctores *in l. si donatione, C. de collat.* & allegatos per Aluarum Valascum *consultat.* 16. *num.* 8. Mascardum *in tractatu de probationibus. lib.* 3. *concl.* 1417. *num.* 85. *folio* 363. Et de iure naturali venit quod quis teneatur ad remunerandum, tradit Rebuf. *in auth. habita, C. ne filius pro patre, in vers. hæc nostra, pag.* 489. Et tanta est virtus donationis remuneratoriæ, quod ausus fuit dicere Ioan. Lop. *in rubr. de donat. inter virum & vxorem, §.* 50. *num.* 12. quòd donatio remuneratoria facta per patrem filio
168 ad illum remunerandum, est † deducenda à bonis parentis donantis tanquam æs alienum, nec est imputanda in quinta & tertia parte bonorum testatoris: & idem tenet Castellus *in proœmio legum Tauri*, in verb. *Gratia*, & Segura. *in l. coheredi. §. cum filiæ. fallen.* 16. *ff. de vulg.*

Contra hanc tamen opinionem latè arguit D. Episc. *vbi supra, num.* 11. *folio* 59. quo in loco egregiis rationibus eandem confutare conatur, quem sequitur Tellius, *in l.* 28. *Tauri, num.* 3. quos ego sequor, & addo Angulum *in l.* 12. *tit.* 6. *Recopil. num.* 4. *folio* 162. & *ibi* Angulo *num.* 14. nouissimè Ioan. Gracia *in tractatu de donation. remuneratoria, num.* 41. qui ex professo punctum & materiam tractat, pro quibus etiam facit doctrina Ioan. Fabri, & Guidon. Papæ relata à Tiraquello *lib.* 1. *de retractu, §.* 24. *glossa* 2. *num.* 3. *pag.* 590. resoluentium, similes donationes remuneratorias habere vim venditionum. Et quæ tractat Lasarte *in tract. de gabellis, c.* 17. *n.* 52. *fol.* 182. vbi resoluit, an ex donatione remuneratoria solui debeat gabella.

Pro his etiam non est omittenda sententia Baldi *in cap.* 1. *an mutus vel surdus; num.* 2. *folio* 58. vbi dicit, quòd feudum concessum ob remunerationem, puta, quia recipiens liberauerat, eum ab hostibus, vel à la-
169 trunculis; non potest † per ingratitudinem reuocari, & hoc sequuntur alij Doctores, quos refert Glossa Parisiensis *in consuet. Paris. tit.* 1. *de mater. feud. §.* 30. *q.* 25. *num.* 99. *folio* 241. tradit Burgos de Paz *in cons.* 25. *num.* 49. Quæ doctrina notanda est ad Principes facientes donationes aliquibus personis; vel eorum filiis, vel vxo-
170 ribus, ob seruitia facta in bello, vel in alia re: sunt † etenim irreuocabiles etiam prætextu ingratitudinis: licèt Glos. Parisiens. *vbi supra*, in feudo contrarium teneat; pro quo facit textus notabilis, *in l. Titius puerum: ff. de obsequiis patro. præstan.* quem dicit singularem Roman; *in singular.* 457. ad hoc quòd Princeps potest reuocare priuilegium, quod etiam pecunia accepta concessit, propter ingratitudinem priuilegiati. & plura de donationibus remuneratoriis scribit Matienç. *in l.* 3. *tit.* 9. *libro* 5. *Recopilat glos.* 6 *num.* 3. *folio* 262. Baëza *de non meliorando filiab. cap.* 17. *num.* 1. *cum seqq.* Et an donatio facta per patrem vel matrem ad redimendum filium à captiuitate, filio imputetur, & præsumatur facta animo repetendi? traditur *in l. liber captus, C. de captiui.* & per Ioannem Lopium *in rubr. de donat. inter virum & vxorem, §.* 65. *num.* 16. *pag.* 223. Menoch. *de arbitra. iudic. lib.* 2. *casu* 88. *num.* 29. *pag.* 231. Et per hæc dixit Chassanæus *in consuetud. Burgund. in tit. de Retractu. §.* 1. in verb. *ventes, num.* 5. quòd cum donationes remuneratoriæ habeant vim venditionis, iuxta sententiam Ioannis Fabri *in l.* 1. *col. final. versic. quid si duo. C. de inoffic. donat.* & Guidon. Papæ *in cons.* 214. *circa medium, num.* 5. *&* 6.
171 Quod leges retractus locum † habent in donatione remuneratoria; & quòd licet consanguineo, vel habenti ex pacto retractum conuentionalem, retrahere rem ob remunerationem donatam. De qua re sunt consuetudines in Gallia, de quibus meminit Tiraquellus, *lib.* 1. *de retract. §.* 15. *gloss.* 2. *num.* 3. *pag.* 590. quem vide pro decisione huius articuli, quia elegans est quæstio ad leges Taurinas, quæ de retractu loquuntur. Et hæc conducunt pro quæstione disputata à Baëza *in pragmatica dotium, d. cap.* 17. *num.* 8. *folio* 117. vbi probare nititur, quòd filia benemerita meliorari potest ratione dotis. Quibus est addendum egregium dictum Rubei Alex. *in cons.* 95. *num.* 14. *&* 15. vbi tradit, quod licet per donationem simplicem legatum † censeatur ademptum, 173
l. rem legatam, ff. de adimend. legat. cum *concordant.* quæ scripsi *infrà, hac parte, quæst.* 43. *num.* 37. *cum seqq.* secus si donatio sit facta ob remunerationem; quia in illo casu non censetur reuocatum legatum: quod tradit & disputat Franciscus Mantica, *in tract. de coniectur. mente defunct. lib.* 12. *tit.* 6. *num.* 17. *pag* 599. ¶ Et merita præcedentia non solum faciunt præsumptionem donationis, sed vt actus gestus alias dubius † præsumatur donatio, 175
l. si vero non remunerandi, §. idem Papinianus, vbi Bart. & alij, *ff. mandat. l. vtrum. ff. de donat. inter virum & vxor.* cum *concordant.* vt per Ioan. Guttier. *de iuramento confirmatorio, part.* 1. *cap.* 46. *num* 13. *folio* 129. & idem quod Mantica *num.* 17. tradunt Mascardus *in tract. de probat. lib.* 3. *concl.* 1231. *num.* 115. Menochius *in tractat. præsumptionum, lib.* 4. *præsumpt.* 167. *num.* 31. *fol.* 296. Capicius *decis.* 121. *num* 13. Et quod quando priuilegium prius fuit concessum propter seruitia & remunerationem, non censeatur reuocatum per secundum priuilegium, resoluunt Cardinal. *in consil.* 147. Peregrinus *in tract. de fisco lib.* 1. *num.* 21. *pag.* 38. Et hæc omnia quæ diximus de donatione remuneratoria pro maiori parte ab omnibus recepta sunt, quamuis egregius vir Arius Pinellus *in l.* 1. *C. de bonis mater. par.* 3. *num.* 60. *cum aliis*, magnis viribus euertere conetur effectus † dona- 174
tionis remuneratoriæ; qui *num.* 61. *folio* 118. *colum.* 3. resondet ad textum *in dict. l. si pater, §. final. ff. de donat.* contra quem plura scribit Ioannes Garcia *in dicto tractatu de donatione remuneratoria.* Et qualiter in ista materia non sint probanda seruitia, tradit Rebuffus *in practica benefic. in regula, quod quis intelligat idioma. pagina* 583. *num.* 29. Ex quibus omnibus satis est confirmata hæc tertia illatio, licet propter regulam *illius l.* 44. non sit sine difficultate: & hodie contra istam illationem tenet Matienç. *in l.* 1. *titulo* 6. *glossa* 9. *numero* 5. *folio* 144. qui expressè tenet, quod pater potest reuocare meliorationem filio factam, etiamsi talis donatio sit remuneratoria.

Sed hac illatione stante vera, † ea procedit vbicun- 175
que opus factum à filio non est talis naturæ, quòd ad illud tenebatur vel iure naturali, vel ciuili, vel Regio: quia in necessitatibus † nemo liberalis existit. *l. ad rem* 176
legatam. ff. de adim. lega. Et donari videtur † quod nullo 177
iure cogente conceditur, *l. donari, ff. de regul. iuris, l. si quis pro. ff. de donat. inter virum & vxor. l. neque ignorans, C. de donat. l. si seruo, ff. de hæred. institut. l. proximè. ff. de ritu nuptiarum.* Et quòd non dicatur donatio remuneratoria † cum seruitia sunt talia ad quæ filius tenebatur, 178
tradit ex resse Ripa *d. l. si vnquam, quæst.* 14. *& lib.* 3. *responsorum, cap.* 13. quem sequitur Tiraquellus, & pluribus iuribus & rationibus confirmat *in eadem l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num.* 106. *pag.* 221. Faciunt scripta per Matiençum *in l.* 1. *tit.* 6. *gloss.* 9. *numero* 3. *Recopilation.* & Ioann. Lopium *in rubric. de donat. inter virum & vxorem, §.* 50. *numero* 33. *pag.* 157. Ripam *in l. fœmina, numero* 32. *C. de secundis nuptiis, folio* 17.

Vnde si filius redimat patrem à captiuitate, cum ad id teneatur sub pœna exhæredationis, vt *in authent. vt cum de appellatione cognoscitur, §. causas, & in l.* 7. *tit.* 7. *part.* 6. id filio † non proderit ad remunerationem: & 179
idem si patrem à carcere extrahat: cum ad id etiam filius teneatur sub pœna exhæredationis, secundùm Baldum *in authent. si captiui, C. de Episcop. & Cleri.* quod

confirmat Gregorius Lop. *in d.l.6.in gloss.* in verb. *cautinando.* Et pro his faciunt plura quæ scribo *in repetit. cap.Curiarum anni 1555.quæst.*4.& quæ scribit Menochius *in tract.præsumpt.lib.*3.*præsumpt.*29.*num.*10.*pag.* 298. & Matth. ab Afflictis de seruitiis factis Regi, ad quæ quis obligationem habet,*decis.*308.*n.*13. Et quod ob amorem patris possint fœminæ admitti ad feudum, tradit Curt.Senior *in cons.*50.*num.*23.& facit notabilis *l.*15.*tit.de las donationes, lib.*5. *Recopil.* in illis verbis: *que los seruidores auian prouecho.* Ad quod etiam faciunt scripta per Tiraquellum *in dicto verb. donat.largitus,n.*21.*pag.*193. Quia in istis casibus & aliis simi-
180 libus,filius † magis dicitur soluere debitum pietatis & naturæ, quàm patri donare aliquid. Et hoc notabiliter tradit Pinel.*vbi supra,illatione* 11.quibus addenda sunt quæ circa ista scribit additio Bernard. de Lugo *regul.* 214.*folio* 56.*col.*2.3.& 4.Parisi.*in cons.*73.*num.*61.*lib.*1. & legenda sunt quæ scribit Ioan.Garcia *in dict.tractat. de donat. remunerat.* Et ad hoc facit quod ex Matien. scripsi *in loco supra citato.* In hoc tamen multum proderit Iudicis arbitrium; quia contingere potest, quòd filius cum tanta virtute,labore, & vehementia, & solicitudine patrem à captiuitate redimat,quod sit opus remuneratione dignissimum.Quid enim si filius ianuatim ambulando petiuit eleemotynam ad redimendum patrem à captiuitate,nonne erit hoc opus remuneratione dignissimum ? & in aliis similibus casibus. Ad quod facit quod ad istud propositum scribit Paulus Parisius *cons.*90.*num.*13.*in fine,lib.*3. & Tiraquel. *in dicto loco, num.*108.Et ad hoc lector videat quæ in isto proposito scribit Tiraquellus *in dicto verbo,n.*21.Et doctus Butëza *de decima tutori præstanda,cap.*2.*num.*12.Paul.de Castr. *cons.*346.*lib.*2. & conducunt plura singularia exempla scitu digna, quæ refert Ioan. Lopius *in rubr. de donat. inter virum & vxorem, §.*50.*num.* 25. ¶ Et quod in Iu-
181 dicis arbitrio † consistat iudicare an benemerita sint æquiualentia donationi, tradunt Bartholom.Socinus *in cons.*205.*col.*3.*vers.circa secundum,lib.*2.Iaso *cons.*154. *num.*5.*lib.*2.Purpuratus *in l.cum quid,num.*131 *ff. si certum petatur,* Ioseph.Mascard. *in tract.de probat.libro* 1. *concl.*560.*n.*4.*fol.*341. Et idem Mascard.*lib.*1 *conclus.* 186.vbi plura scribit de probatione benemeritorum;& prius *concl.*184.& 185.& alij, vt per Menoc.*de arbitr. iud.lib.*2. *Centur.*2.*casu* 132.*n.*7.*pag.*296. & plura de donatione remuneratoria singularia scribit Menoch. *in cons.*112.*lib.*2.

Item circa hunc punctum animaduertendum est, quod hoc casu,scilicet,ad probationem benemeritorum, vt maioratus vel melioratio sit efficax,& irreuocabilis,
182 † erit sufficiens patris confessio,nec est necessaria alia probatio benemeritorum, nec quòd in specie exprimantur benemerita; quia si pater filium meliorat in Tertio & Quinto,id potest facere secundum leges Regni,& si Regalem habeat licentiam,potest in illum facere maioratum, vel in alium filium, quem ipse voluerit,& ideo nihil impedit, quominus patris confessioni stetur: cum actum illum liberè possit facere, & ideo cessant quæ habentur *in l.si donat. C. de collat. & in l. qui testam.ff.de probat.& in l.cum quis decedens §.Titi. ff.de legat.*3.& quæ tradit Menoch.*de arbitr.iud.lib.*1. *q.*76.*n.*5.*cum seqq.* Ioseph.Mascard. *in d.concl.*560.*n.*6. & 7.Anton.Gabriel *lib.*3.*commun.opin.tit.de donation. concl.*1.*n.*60.facit doctrina Bart. *in l.per diuersas, nu.*2. *C.mandati,*& conducunt alia,quæ adducit Anto. Gom. *in l.*45.*Taur.num.*85.& quæ scribit Iulius Clarus *in §. donatio,q.*3.Aluarus Valasc.*consult.*55.*num.*5.& ad hoc facit dictum Ripæ *in cons.*148.*n.*10.vbi tradit,quòd si pater donet filio in potestate constituto aliquam rem cum iuramento (cum secundum communem opinio-
183 nem,de qua *supra*,talis donatio valeat) sufficit † assertio patris circa benemerita filij, ad hoc vt donatio sit remuneratoria, quæ doctrina est expressa pro ista conclusione. Ad quæ addo notabilem doctrinam Auendañ. *lib.*2.*de exequend.mandat.Regiis, cap.*29. *num.*15. vbi resoluit,quòd si senex promisit vxori inueni,vel nobili,aliquam quantitatem in recompensam senectutis,vel nobilitatis,si probetur talis promissio non ex conf.ilione mariti,sed alio modo,talis donatio non est deducenda † ex Quinto, sed ex corpore hæreditario: quam do- 184
ctrinam habui in practica, & ad eam addo scripta per Barahonam *in §.*31.Ioan.Lopez *in rubr.de donat.inter virum & vxorem,* Rebuffum *tom.*1.*ad constitut.Regias, tit.de sententiis prouision. art.* 3.*gloss.*1.*n.*19.*pag.*273. Sic probat Thom.Grammat. *cons.*153.*num.*1.*num seqq.* quòd legatum factum per maritum vxori, licet per transitum ad secundas nuptias perdatur, quando est factum ex liberalitate; tamen si fiat propter seruitia, † 185
non amittitur isto casu: ad quem addo Ripam *in l. fœminæ,C.de secund.nupt.n.*38. dicentem,post Bart. quem citat *in l.*1. *C. de falsa causa adiecta legat.* quòd confitens seruitia,non videtur confiteri, quod exigunt tantam remunerationem,& Matth.de Afflictis *decis.*102. dicentem, quòd legatum factum per Clericum concubinæ pro bonis seruitiis,† debetur si probentur seruitia. 186
Et faciunt quæ scribit Carolus Ruinus *in cons.* 173. *num.*4.*lib.*1. & *in cons.*175.*n.*14.*eodem libro*: & idem quod ego teneo hic,probat Ioan.Gratian.*in regnia* 88. *numero* 10. tacito quod hic scribitur. Et quòd si pater donat filio, † appelletur vera liberalitas, tradit Pi- 187
nellus *in l.*1.*C.de bonis mater.par.*3.*n.*64.*vers.probatur septimo,folio* 101.per notata *in l.donat.quæ parentes, C. de donat. inter vir.& vxor.*

Et præterea circa istam illationem est notandum, quod si pater tempore, quo facit maioratum in filium, vel melioratione,exponat illam se facere ad remunerandum aliqua seruitia immensa, quæ filius sibi fecit, quamuis polleà appareat istam causam falsam esse, aut 188
non certam, † non tamen vitiatur maioratus vel melio-tio:quod probatur ex *§.longè* 31.*Instit.de lega.* & melius ex *l.*20.*tit.* 9. *part.*6. ibi: *Esto seria como si dixesse ome,que me fizo tal honra,tantos maruedis,o tal cosa,ca magner qua no fuesse verdad que le ouisse fecho aquella honra, ni aquel seruicio, no se embargaria la manda por esta razon.* Et l.21. eodem tit. ibi: *No sea verdadera.* Et conducit text.*in l.*2.*C.de falsa caus.adiect.legat.& l. cum tale, §. falsam, ff. de condit. & demonstrat.* & vide Doctores *in dictis locis,* & Gregorium Lopez *in relata l.*20.& Fabr.*in §. sed etsi legatarij; & in §. hinc proxima,*30.*num.*3.*Instit.de legat.*& facit textus in ratione sui,*in l.si nomine,C.de testam.l.*9.*dicto tit.*9.*part.*6.& *l.* 19.*eodem tit.* Et istam sententiam tacitis his, quæ hic tractantur,tenet dictus Additionator Bernard.de Lugo *in dicta regula* 214.*fol.*57. *col.*1. *in fine.* Imò confitens benemerita,etiam in fauorem personæ prohibitæ,† non 189
potest venire contra talem confessionem, licèt alij eam contradicere possint, secundùm Salicetum *in l. filiæ, C. famil.erciscun.*Iasonem *in l.frater à fratre,num.*31.*ff.de condict.indeb.*& confirmat Tiraquel. alios citans *in d.l. si vnquam,C.de reuocand.donat.in verb.donatione largitus,num.*96.*pag.*216. & vide eundem Tiraquell *n.* 98. Ad quæ addo notabilem in ista materia doctrinam Parlador.*lib.*2.*rerum quotid.cap.*14.*num.*2. & 3. *pag.*120. vbi resoluit, quòd si pater vendidit filio aliquam rem, & confiterur pretium recepisse, sed non apparet de solutione pretij, operatur talis confessio meliorationem Tertij & Quinti,pro quo facit *l.*26.*Tauri,* hodie, *l.*10. *tit.*6.*lib.*5.*Recopil.*& quæ ad illam scribit Ioan.Guttier. *lib.*1.*pract.quæst.q.*62.& 65.& Barthol. Socin. *in cons.* 93.*n.*21.*lib.*1. Et quod coniecturalis probatio † sufficiat 190
ad probationem benemeritorum, probant Iaf. *cons.*184. *col.penult.versic.sed præmissa,lib.*2. Alciat.*de præsumpt. regul.*1.*præsumpt.*16.*n.*3.& *respon.*584.*n.*5.Menoch.*de arbitr.iud.lib.*2.*Centur.*2.*casu* 4.*n.*3.*pag.*297.licebit tamen in isto casu maioratum reuocare, quia cessant quæ *supra* scripta sunt.Et quod prinilegium concessum propter benemerita censeatur personale,& non reale,volùt Paul.de Castr.*in cons.*329.*num.*2.& 5.*lib.*1.& alij quos citat Barbos.*in l.quia tale, n.*7.*pag.*301.*ff.solut.matrim.*

SVMMARIVM.

191 *Pater maioratum semel factum quando propter ingratitudinem possit reuocare.*
192 *Ingratitudo omnium vitiorum radix.*
193 *Legitimatio per ingratitudinem an reuocetur.*
194 *Ingratitudo filij an sit sufficiens ad reuocandum maioratum factum per contractum oneroſum in Tertij præiudicium,*& n.227.
195 *Pœna suos debet tenere authores,& ibi neminem alterius odio pragrauari debere.*
196 *Dos data filiæ an propter ingratitudinem reuocetur.*
297 *Quid post mortem mariti,* & n.198.199.
200 *Pater si excedit in dotando filiam spuriam, matrimonio constante,hic excessus an possit peti.*
201 *Infertur intellectus ad pragmaticam dotium.*
202 *Maioratus non potest reuocari ob ingratitudinem, quando filij illius, qui ingratitudinem commisit, vocati sunt.*
203 *Pactum adiectum in matrimonio, quòd si filius masculus nascatur, succedat, validum est.*
204 *Donatio facta filio in potestate, fauore matrimonij valet. Et ibi an debeat cum fratribus communicari.*
205 *Pactum quòd primogenitus succedat in castro,secundogenitus in domo,an valeat ?*
206 *Filio nascituro potest donari & legari,* & n. 213.
207 *Incertis de certis potest legatum relinqui.*
208 *Pactum quod radicatur in persona promittentis ex quo quæritur ius primogenituræ descendentibus an valeat,* & n.209.& 210.
211 *Pactum de futura successione conseruationem bonorum familiæ, & agnationis respiciens, validum est. Et an tale pactum statim obligationem producat.*
214 *Primogenitus vocatus ex pacto matrimoniali an vocetur ex testamento, vel ex pacto, remissiuè,* & num.270.
215 *Notabilis difficultas quæ oritur contra ea quæ suprà notantur in* n.191.*usque ad* 195.& n.216.
217 *Lex cùm non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
218 *Duo verba, vel dispositiones, vnam determinationem recipientia, intelliguntur eam vniformiter determinare.*
219 *Clausula in fine apposita, ad omnia superiora refertur.*
220 *Determinatio vna non restricta plura determinabilia,quando ratio est diuersa,*& n.222.& 226.
221 *Verbum positum inter plura determinabilia, ea determinat,prout vnicuique natura conuenit.*
223 *Vna & eadem res,diuersis respectibus, an possit diuerso iure censeri,* & n.224.
225 *Exceptio post plures casus apposita, casum, cui est adaptabilis, excipit,*
228 *Vbi aliquid contra iuris regulas determinatur,cessat extensio.*
229 *Pater etiam ex consensu filij, non potest reuocare maioratum in præiudicium vxoris, cuius occasione maioratus fuit factus. Nec in præiudicium nepotum,* n.231.
230 *Sacerdos an possit de proprio patrimonio dotare filiam.*
232 *Conditiones nouæ in contractibus perfectis non permittuntur.*
233 *Ius quæsitum ex conuentione non tollitur vnius partis reuocatione.*
234 *Primigenium pactis matrimonialibus institutum, in vxoris præiudicium reuocari non potest. Quid de donatione & melioratione.* n.236.& n.246.
235 *Consensus eius qui in contrahendo requiritur,etiam in dissolutione debet interuenire.*
237 *Consensus mariti & vxoris non præiudicat filiis, in quorum fauorem pactum matrimoniale factum est.*
238 *Rumpentes pacem, quam sub pœna Ecclesiæ applicanda promiserunt, an maneant Ecclesiæ obligati.*
239 *Filius non potest consentire vt reuocetur pactum de non meliorando ob contractum oneroſum.*
240 *Contraria opinio refertur: & ibi quomodo sit intelligenda.*
241 *Marius an possit remittere aliquid ex dote à patre filiæ promissa,* & n.243.
242 *Causa finalis an dicatur donatio fauore matrimonij facta,* & n. 243. *An impulsiua,* n.271.
244 *Matrimonium aliqui dixerunt speciem quandam emptionis,vbi non virtutes & genus,sed diuitiæ attenduntur.*
245 *Virgines vt sine dote nuberent,Licurgus statuit.*
247 *Pater si faciat maioratum in filium ob causam matrimonij,& filius delictum committat,an bona amittantur in præiudicium vxoris.*
248 *Authoris sententia.*
249 *Pater maioratum instituens in filium ob causam matrimonij oneroſam,si mulier nubere nolit, an possit reuocare? refertur sententia affirmans,*& n.254.*Et quod tempus an carnalis matrimonij, aut capitulationis debeat attendi,*n.253.*Contraria opinio, quòd non possit reuocari,* n.252. ¶ *Quid si mulier pœniteat prioris voluntatis,& nubere velit,* n.255.
250 *Promissionis causa cessante,cessat promissio.*
251 *Paria sunt, aliquid ab initio esse tale, vel ex pòst facto denenire ad tale.*
256 *Maioratus ob causam matrimonij,factus an & quando possit per patrem reuocari,si mulier decedat ante contractum matrimonij ? respondetur sub distinctione modi,aut conditionis: & resolutiuè,* num.257. & 258.
259 *Donatio quartæ partis hæreditatis fauore matrimonij, de quibus bonis intelligatur.*
260 *Donatio ante contractum matrimonium facta, an ob matrimonium, aut causa dotis facta dicatur.*
261 *Pater potest reuocare maioratum,etiam traditapossessione, quando filius conuenta & promissa non seruauerit.Etiamsi maioratus vel melioratio iuramento sint firmata,*n.263.
262 *Fidem non seruanti seruanda fides non est,& ibi quid de treuga & pace.*
264 *Donatio perfecta inter viuos reuocabilis efficitur, donatario promissa non exequente.*
265 *Pacta matrimonialia per verba enunciatiua facta an valeant ? remissiuè.*
266 *Filius ingratus,in quem maioratus est institutus, à quo tempore teneatur fructus restituere.*
267 *Quæ sint causæ ingratitudinis ? remissiuè.*
268 *Clausula,per quas parentes reseruant potestatem reuocandi,addendi, aut diminuendi maioratum, remissiuè.*
269 *Meliorationes,vel maioratus ante* leges 17.& 44. Tauri, *aliter quoad reuocationem veniunt indicandi,quàm post illas facti.*
272 *Maritus an possit futuræ vxori in pactis matrimonialibus stipulari quòd habeat aliqua bona vinculata.*
273 *Donans, qui fauore donationis bona hypothecauit, in præiudicium primi donatarij iterum donare non potest.*

QVartò principaliter ex *dicto cap.cum dilecta,* & ex aliis rationibus, quæ *in principio huius quæstionis* scriptæ sunt, inferri etiam potest, quòd quamuis pater tradat filio possessionem bonorum maioratus, vel scripturam, † licet illi reuocare maioratum, si filius post maioratum factum ingratitudinem aliquam contra partem commisit, ex qua liceat patri illum exhæredare.

Quæ concluſio apertè probatur *in d. l. Taurina*, ibi: *O por alguna coſa, que ſegun las leyes de nueſtros Reynos las donaciones perfetas y con derecho hechas, ſe pueden renocar.* Et iſta etiam concluſio probatur authoritate Petri de Peralta *in l. vnum ex familia, §. ſi de falcidia, num 5. pag. 570. ff. de legat. 2.* qui tenet, quòd melioratio
192 Tertij & Quinti eſt revocabilis prætextu ingratitudinis: & hoc iuſtiſſimum eſt, cùm ingratitudo † ſit radix omnium vitiorum, ſecundùm Sanctum Thomam *in 2.2. quæſt. 106. art. 4. 5. & 6.* Et ideo apud Athenienſes, Macedonas, & Perſas, & alias Nationes erant pœnæ ſtatutæ aduerſus ingratos, vt latius ſcribit Epiſcopus Couarruuias *in cap. cum in officij, num. 10. folio 58. de teſtament.* Facit ſimile quod dicimus de legitimatione,
193 quæ etiam propter ingratitudinem † revocatur, ſecundùm Bald. *in cap. 1. §. filij nati, ſi de feud. fuerit controu. inter domin. & agnat. vaſſal.* quem ſequuntur Crema *ſing. 19.* Iaſ. *in l. ex hoc iure, n. 54. ff. de iuſt. & iur.* Gloſſ. Pariſ. *in conſuet. Pariſ. §. 30. n. 3.* Et eſt communis opinio ſecundùm Epiſc. Couar. *in epito. de ſponſal. p. 2. c. 8. §. 2. n. 14. fol. 18.* vbi hoc rectè declarat. Et licet *in l. prædicta 44.* nihil de hoc ſtatutum ſit, ſufficit cautum fuiſſe *in d. l. 17.* ſecundùm quam & hoc intelligere debemus d. l. 44. *l. ſciendum, qui ſatisdar. cogan.* cum *concordar.* Imò ſi credendum eſt Gregor. Lop. *in l. 10. tit. 4. p. 5. in gloſſ.* in verb *Sus herederos*, ad medium; maioratus vel melioratio revocatur ipſo iure, & etiamſi pater vel mater in vita hoc non declarauerint, per text. *in l. 3. §. vlt. ff. de adimend. legat.*

Sed attende quæſo, bone lector, quod hæc concluſio procedit in duobus caſibus, qui exponuntur *in d l. 17. & 44.* videlicet, vbicunque pater fecit maioratum, vel meliorationem, & poſſeſſionem tradidit, vel ſcripturam,
194 † ſecus autem (videti meo) erit in tertio caſu, quando maioratus vel melioratio fuit facta per contractum oneroſum, & cum alio Tertio per viam matrimonij, vel alio ſimili modo: tunc etenim ingratitudo filij non erit
195 ſufficiens ad revocationem maioratus, vel melioratio-nis; quia pœna ſuos † debet tenere authores: *l. ſancimus, C. de pœnis.* Nec alius debet alterius odio prægrauari, *l. non debet. ff. de regul. iur.* cum ſimilibus, & facit *l. vltima, in 3. col. num. 11. C. de dotis promiſſione*, vbi di-
196 cit, quòd † data filiæ à patre non revocatur propter illius ingratitudinem: quia agitur de mariti præiudicio, qui cum dote ſuſtinet onera matrimonij, *l. pro oneribus, C. de iure doti.* & Bald. ſequitur Iaſo *in §. fuerat, n. 117. de action.* & Gregor. Lopez *in l. 10. tit. 4. part. 5. in gloſſ.* in verb. *Alguna gracia.* Vbi tamen hoc dicit eſſe intelligendum reſpectu patris, qui de iure tenetur ad dotandam filiam, ſecus quantum ad matrem, quæ ad hoc eſt libera; *l. nec mater, C. de iure doti.* cum *concordantib.* Sed intelligo procedere tam reſpectu patris, quàm matris, quæ dotauit; quia ſi in hoc caſu non permittitur revocatio ob ingratitudinem, eſt quia verſatur alterius præiudicium, non ex eo quod pater teneatur ad dotandam filiam, vel ex eo quod mater ſit libera ab hac obligatione: quia cum dos ſuccedat in locum alimentorum & legitimæ, vt omnes profitentur, ſicut patri vel matri licitum eſt exhæredare filios propter ingratitudinem, ita licet auferre legitimam & dotem, quæ ſuccedit loco alimentorum.

Ex quo infertur, quòd ſi maritus ſit mortuus, & filia
197 ſit ingrata, † licet patri vel matri revocare, & auferre dotem ab ea, quæ contra legem naturæ ſurrexit, & ingratitudinem commiſit; quod affirmat Ripa *in l. vltima, q. 51. C. de revocand. donat.* & Arius Pinellus qui hoc rectè declarat *in l. 1. p. 3. n. 62. illation. 32. C. de bonis mater.* quos poſtquam hæc ſcripſi, legi. De quo tamen lector videat quæ ſcribit Molina *lib. 1. de primogen. cap. 9. num. 37. folio 68.*

Ex quo etiam deducitur, quòd ſi defuncta eſt perſona, cuius occaſione pater fecit in filium maioratum, vel meliorationem; & propter quam factus fuit contractus ille oneroſus abſque filiis, & perſonis intereſſentibus, quamuis contractus factus fuerit cum quopiam Tertio, † licet illum reuocate propter ingratitudinem, 198
quaſi iam ceſſante perſona, in cuius fauorem & gratiam fuit factus maioratus, vel melioratio: & ſic ceſſante hac cauſa, debent ſeruari leges, quæ de ingratitudine loquuntur. Cum autem mulier, vel alia perſona, in cuius fauorem factus fuit maioratus, ſicut in filij fauorem; adhuc viuit, vel filij talis mulieris; non licet hanc reuocationem facere: quia in iſto caſu non fuit gratuita donatio patris, ſed quidam contractus vltrò citróque obligatorius, qui vicem venditionis obtinet. Quis autem dicet, quòd venditio eſt reuocanda prætextu ingratitudinis venditoris, vel emptoris? Et hoc confirmatur, quia donatio ob cauſam † non reuocatur ob ingratitu- 199
dinem, ſecundùm Gloſſam *in l. vltima, in verb. inueniatur*, vbi Doctores, *Cod. de reuocand. donat.* tradit pleniſſimè Tiraquellus *in d. l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus, num. 142. cum ſequentibus, pag. 233. C. de reuocand. donation.* Notat Gloſſ. Pariſien. *in conſuetud. Pariſienſ. §. 30. fol. 250. num. 163.* præcipuè, quia communiter in his contractibus cauetur, quòd filius qui ex filio primogenito natus fuerit, habeat illum maioratum, vel meliorationem Tertij & Quinti; quo caſu non ſolum eſt ius acquiſitum vxori filij, ſed & eiúſdem filiis, & deſcendentibus in infinitum, qui cum ſint vocati, & ſint pars viſcerum matris, ingratitudo nihil eis nocere debet: argumento textus egregij *in l. 3. ff. de interd. & releg.* Ad quod facit doctrina Baldi *in l. vltima, C de his quæ in fraud. credi.* vbi dicit, quòd ſi pater excedit in dotando filiam ſpuriam, † non poteſt à marito peti hic 200
exceſſus, matrimonio conſtante. Quod tamen procedit, quando marito notum non fuit vxorem eſſe ſpuriam; ſecus ſi ſciebat, ſecundum Ioan. Lopium *in repetit. cap. per veſtras, de donation. inter virum & vxorem, notabi è 3. §. 24. num. 3.* & Ripam *in l. 1 num. 97. ff. ſoluto matrimonio*, & alios quos refert Epiſcopus Couarru. *in d. epitom. de ſponſal. lib. 2. cap. 8. §. 6. numero 12. folio 136.* ℣ Ex quibus poteſt inferri † intel- 201
lectus ad *dictam Pragmaticam dotium.*

Et prædicta concluſio (vt ad ea redeam) fortificatur, quia vt prædixi, in his maioratibus vocantur poſteri in infinitum: imò ſuſtentari poteſt, quod eò caſu quando filius ingratitudinem commiſit, & iam habebat filios, & erat poſſeſſor bonorum maioratus, licet contractus factus non fuerit cum aliquo Tertio, † quod non licet 202
patri revocare maioratum ob filij ingratitudinem, cum iam agatur de præiudicio filiorum, in quorum fauorem maioratus fuit conſtitutus, quibus ius irreuocabile fuit acquiſitum à die quo patri fuit poſſeſſio conceſſa, quemadmodum *in q. 24.* latius dicetur, licèt huic vltimæ concluſioni obſtare videantur ea quæ habentur *in cap. licet, de voto*, & de hoc latius agetur *in 2. part. huius operis, q. 4. illatione 1. à n. 10.*

Quòd autem per maioratum dicto modo conſtitutum ius acquiratur filiis illius, in cuius fauorem maioratus fuit conſtitutus; vltra quod id cauetur in omnibus maioratibus, probatur ex *deciſione* Guidon. Papæ 267. incipit. *Pactum factum*, vbi dicit, quòd ſi pactum factum eſt in contractu matrimonij, quod filius maſculus naſciturus ſuccedat in tali domo, ſeu caſtro, vel ipſum habeat præcipuum per ſtipulationem, vel per ſponſum, vel per patrem, vel notarium interpoſitum: ex hoc pacto † quæritur ius primogenituræ filio primò naſcituro, 203
per *l. diui, §. & cum eis, C. de natura. liber. & in l. ſi interdictum. ff. de pact.* & alia iura; & *dictam l. diui, §. & cum is*, refert Tellius *in l. 27. Tauri, num. 2.* prout dico, *in 2. part. in initio, num. 47.* & tradit notanter Stephanus Bertrand. *in conſ. 27. num. 1. cum ſequentibus, lib. 1.* & idem probatur *in l. ſi quis operas, ff. de oper. libert. & in l. Paulus, §. Paulus reſpondit, ff. de bonis libert. & in cap. 1. §. hoc autem, de ſucceſſ. feud.* Et quod valeat pactum de conſtituendo maioratum, reſoluit in terminis ex pluribus Aluarus Valaſc. *conſultatione 153.*

Et donatio quæ fit filio in poteſtate, fauore & contemplatione

204 templatione matrimonij † valet, vt tenet idem Guido *deciſione 145.* quamvis debeat cum fratribus communicari, vt per Chaſſan. *in conſuetudin. Burgund. rubr. 7. fol. 246. col. 1. verſ. aduertendum, & rubric. 4. pag. 498. num. 36.* tradit latè Roland. *in conſ. 70. num. 3. cum ſeqq. lib. 4.* & faciunt quæ idem ſcribit *in conſ. 44. num. 20. cum ſeqq. eodem libro 4.* ſequitur Rojas *in epi. ome de ſucceſ. cap 3. num 17. pag. 26.* vbi tradit valere pactum
205 quòd filius primogenitus † ſuccedat in tali domo, vel caſtro, & ſecundogenitus in tali prædio, vel domo. Et
206 filio naſcituro poteſt † donari & legari, *l. Gallus, §. ille caſus*, vbi Bart. & alij, *ff. de liberis & poſthumis*, Boërius *in deciſ. 172. num. 4.* vbi poſt Bellameram *deciſ. 17.* dicit, valere donationem factam in contractu matrimonij filio primò naſcituro maſculo, omnium bonorum, vſufructu retento, quando Notarius ſtipulatus eſt, aut pater pro eo. Quod confirmo; quia incertis de certis
207 † poteſt legatum relinqui, *l. ſi ſeruus plurium, §. huiuſmodi, ff. de legat. 1.* §. *incertis, Inſtit. de legat.* notat in bono caſu Pariſius *in conſil. 71. num. 24. lib. 4.* quæ etiam conducunt ad intellectum eorum quæ ſcribo in hac quæſtione, *num. 45. & ſequentibus*, & addo Decium *in conſ. 578. num. 9. & 10.* vbi hoc notabiliter tractat, & *in conſ. 245. In cauſa. num. 3.* Quintilian. Mandoſ. *in tract. de ætat minor. cap. 2. num. 31. fol. 6.* qui citat Guidonem, & alios, Purpurat. *in l. vltima, num. 221. C. de pact.* vbi dicit, quod quando pactum radicatur in perſona pro-
208 mittentis, pactum † valet, & quòd per hunc modum ſuſtinentur primogenituræ quæ fiunt in partibus vltramontanis in contractu matrimonij, ex quo per pactum concipitur promiſſio, quæ radicatur in perſona promittentis, ex quo quæritur ius primogenituræ deſcendentibus: refert textum *in d. l. diui*, & corruptè *duas deciſiones Guidonis Papæ*; & idem ſuſtentat Ripa in bono caſu *in conſ. 95. num. 2. cum ſequentibus.* Et iſtam opinionem latius omnibus confirmat Guillielm. Benedict. *in cap. Rainutius, in verb. duas habens filias, num. 198. cum ſequentibus, fol. 35. de teſtamen.* vbi tradit, quod talia pacta inter Nobiles & potentes conſuetudine Gal-
209 liæ † approbantur, ſaltem quoad iuriſdictiones, donationes, & feuda: & idem Guillelm. *in verb. & ſobolem, quam geſtabat in vtero, num. 48. 49. & 50. fol. 271.* Celſus *in conſ. 100. num. 1.* Bertrandus *conſ. 163. n. 2. lib. 1.* Iaſo *in conſ. 148. col. 7. in principio, lib. 2.* Et facit quod ſcribit Baldus *in l. d. cum Archimedoram, num. 7. C. vt in poſſeſſionem legatorum*, Decius *in l. pactum quod dotali, num. 7. C. de collation.* & Bald. *in conſ. 22. Quadam domina Neolina, num. 1. & 2. lib. 5.* Decius *in conſil. 225. In cauſa, num. 3. & in conſ. 216. num 3. & 475. num. 24.* Aymo *in conſ. 256. num. 1.* Guido Papæ *in conſ. 12. Ex facti narratione.* Suarez *in l. quoniam in prioribus. q. 9. num. 16. pag. 230. C. de inofficioſ. teſtam.* Steph. Bertrandus *in conſ. 299. Alias cum ſcriberem, num. 1. lib. 1. & in conſil. 302. Viſis copiis, num. 6. lib. 3.* Nicol. Boërius *in conſuetudin. Bituricen. tit.* Entre gens nobles, *n. 5. pag. 83. col. 1.* & plures refert Antonius Peregrin. *in tract. de fideicommiſſis, q. 51. num. 34. fol. 486.* vbi *à num. 24. cum ſeqq.* latiſſimè examinat de validitate iſtorum pactorum de futura ſucceſſione: Menochius *conſ. 1. num. 162. & 163. lib. 1.* Rebuffus *in l. quod d'cimus 231. ff. de verborum ſignific. pag. 1004.* vbi tradit,
210 quod † poteſt fieri in contractu matrimonij pactum, quòd maſculi & non mulieres, vel primogenitus inter Nobiles ſuccedat: qui Doctores in hac materia varia ſcribunt, pro deciſione plurium litium: & notanda ſunt pro declaratione prædictæ illationis, & omnium ſupradictorum, & iſtius materiæ, quam tractamus: quod notanter tradit Tiberius Decianus *reſponſ. 7. per totum, lib. 1.* vbi *num. 118.* tradit, quod talia pacta matrimonialia ſunt fauorabilia, Auguſt. Beroius *in conſ. 84. num. 33. & 35. lib. 2.* Ad quos addo Pariſium *in conſ. 26. num. 73. cum ſequentibus, lib. 2.* vbi per plura probat,
211 valere † pactum de futura ſucceſſione tendens ad conſeruanda bona familiæ & agnationis, & probabilia & laudabilia ſunt per *§. ceterum, & §. mediæ. Inſtit. de legitima agnat. ſucceſſione*: & alia iura & authoritates & plures refert Menochius *in conſil. 92. num. 52. lib. 1.* quibus addo Rebuffum *in cap. nulla, de conceſſione præbendæ, pag. 464. col. 2. verſ. limiteris nunc, & verſ. ſecundo limiteris*, Deciſ. Pedemont. 100. *num. 16.* & iterum *num. 34.* Iacob. Portius *conſ. 1. num. 41.* vbi tradit, quod
212 tale pactum ſtatim obligationem † producit, per *l. mulier. §. vlt. ff. ad Trebellianum*, & conſilium Oldradi 139. *num. 3.* & idem Portius *in conſ. 81. num. 29.* & facit doctrina Pauli de Caſtro *in conſ. 247. In cauſa quæ vertitur Saoom. col. 4. & 7. lib. 1.* Carol. Ruin. *in conſ. 22. num. 10. lib. 2.* Cephal. *in conſ. 318. num. 67. lib. 3.* quos citat Simon de Prætis *lib. 5. de interpretanda defuncti voluntate, dubit. 2. nu. 101. fol. 515.* & quod ſcribit Petrus Surdus *deciſ. 322. num. 1. cum ſequentibus*, notanter Iaſo *in conſ. 233. col. 5. lib. 2.* qui loquitur etiam in iſtis pactis & conuentionibus non iuratis. ℣ Et quod poſſit
213 fieri donatio filiis naſcituris, probatur † *in l. ſi totas, C. de donation.* tradit Tiraquellus *in l. ſi vnquam, C. de revocand. donation.* Et an primogenitus vocatus in pacto matrimoniali videatur vocatus ex teſtamento, vel ex
214 pacto matrimoniali; & quid inter iſta interſit? † tradunt Gloſſa, Petrus à Bellaperti, Cynus, Rainerius; & Aretinus *in l. licèt, C. de pactis*, vbi Angel. Fulgoſ. Paul. Alexand. Iaſo, & Lancellot. Decius, latè Nicol. Boerius *deciſ. 155. num. 7. cum ſeqq.*

Et ex hac tandem illatione conſtitui videtur tertius caſus vltra duos alios, qui continentur *in d. l. 44.* in quo permittitur patri revocare maioratum, etiamſi tradiderit poſſeſſionem. Sed nihilominus ſuper hac limi-
215 tatione, quam ſcribo *in num. 194.* latius eſt † cogitandum; quia *d. l. 17.* cum ſtatuiſſet illos tres caſus, in quibus licet patri & matri revocare meliorationem Tertij, inter quos enumerat, quando melioratio fuit facta ob cauſam matrimonij cum quopiam Tertio; in *fine ejus* dicit, quòd poſſit revocari ob aliquam cauſam, per quam ſecundùm leges Regni permittitur revocatio donationum perfectarum, ibi, *O por alguna cauſa, que ſegun las leyes deſtos Reynos, las donaciones perfetas y con derecho hechas, ſe puedan revocar.* Vides igitur qualiter illa lex in omnibus caſibus in ea contentis vna determinatione, quæ reſpicit plura determinabilia, & omnia
† debet pariformiter determinare, *l. iam hoc iure, ff. de* 216
valg. & pupil. l. Titius, eodem titulo: l. in teſtamento; & ibi Iaſo *2. notabil.* Decius *in 4. notab. C. de teſtam. milit.* & idem Decius notabiliter *in conſil. 211.* dicit, poſſe revocarii donationem ex cauſis in legibus Regni contentis, quarum hæc eſt vna, quando donatarius committit ingratitudinem contra donantem, iuxta *l. 10. tit. 4. part. 5.* Et cum lex non diſtinguat, † nec nos di- 217
ſtinguere debemus, *l. de pretio, ff. de public.* vbi Gloſſa plures concordantes refert: *cap. ſi Romanorum 19. diſtinct.* & eſt materia brocardica, de qua per Iaſonem *in l. non dubium, C. de legibus; & in l. quamvis, C. de in ius vocand.* Socinum *regul. 29.* & per alios, quos omitto. Et quando duo verba, & duæ diſpoſitiones recipiunt vnam determinationem, † intelliguntur eam vniformi- 218
ter determinare, *l. vltima, C. de ſentent. & interlocu. omn. iudi. l. ſi legatarius, §. vltimo, ff. de legatis 1.* vbi hoc notant Dynus, Petrus, & Albericus, & Bart. qui infert ad notabilem quæſtionem, quam refert & confirmat Gloſ. Pariſien. *in 1. part. conſuetud. Pariſien. §. 3. gloſ. 4. num. 36. fol. 62.* cui adde eleganter Iaſonem *in l. miles, §. 1. num. 2. 3. & 4. fol. 133. ff. de re indicata.* Et clauſula in fine appoſita, † refertur ad omnia ſuperiora, 219
l. talis ſcriptura, ff. de legat. 1. l. 3. §. filius inter medias, ff. de liber. & poſthu. l. 1. C. de liber præterit. l. vlt. ff. de reb. dubiis, de quo latè *part. 2. in fine.*

Sed adhuc replicari poteſt, quòd licèt verum ſit, quòd regulariter vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, cenſeatur omnia pariformiter determinare, id procedit quando eadem eſt ratio determinandi, † ſecus ſi ſit diuerſa; quia tunc non ſit æqualis deter- 220

minatio, secundùm Angelum *in Authentic. de hered. & falcid. §. hinc nobis, in fine.* Imolam *in l. Gaius, col. 3.* vbi Alexand. *ff. soluto matrimonio, & in cons. 117. n. 11. lib. 6.* Iaso *in l. miles, §. decem, num. 4. fol. 147. ff. de re iudicata*, Decius *in d. l. in testamento, num. 8. fol. 106. & in cons. 6. & in consil 304. & in cons. 456. num. 12.* Bartholom. Socinus *cons. 291. num. 11. lib. 2.* Socinus Iunior *in consil. 121. num. 27. lib. 1. & in cons. 80. n. 15. & 158. n. 4. & 167. n. 25. & 185. n. 11. lib. 2.* Carol. Ruinus *cons. 165. n. 7. lib. 2.* licèt diuersum concludere videatur *cons. 86. n. 9. lib. 5.* ¶ Et verbum positum inter
221 plura determinabilia † ea determinat, provt vnicuique naturæ conuenit, *cap. cum dilectus*, vbi Cardin. & Abb. *de consuetud. cap. olim, de rescript.* Notant Iaso *in l. contra maiores, num. 10. de inofficios. testament.* Simon de Prætis *de interpretanda defuncti voluntate, lib. 2. interpret. 4. dubitat. 2. solut. 2. num. 267. fol. 173.* Et facit simile, quòd licet vna & eadem res non debeat diuersò iure censeri, *l. eum qui ades, ff. de vsucapion.* cum *vulgar.*
222 hoc est verum, nisi ratio sit † diuersa, secundùm Abbatem *in cap. cum in tua, de decim.* Iasonem *in rubr. ff. de rerum permuta. num. 2.* vbi citat Bald. *in l. 1. opposit. 3. C. de seruis fugitiuis*, dicentem, regulam *d. l. eum qui ades*, procedere in consideratione corporali, non in
223 consideratione intellectuali; & diuersis respectibus † potest vna & eadem res diuersò iure censeri, vt latius probant Tiraquellus *lib. 1. de retractu, §. 8. glos. 5. n. 14. in fine, & in tractatu de Nobilitate, cap. 28. nu. 13 & 14.* Ripa *in d. l. si vnquam, num. 122. C. de reuocand. donat.* Et quando necessitas cogit in vno, & non in alio; vel quando non potest dari casus, in quo non possit in omnibus æqualiter determinari, cessat regula *d. l. iam hoc iure*, secundùm Alexandrum *in d. l. in testamento. num. 2. & 3.* Bartholom. Socinum *in l. cum auus, num. 53. vers. diuersitas rationis, ff. de condit. & demonst.* Decius *in cons. 211. num. 4. versic. & ampliatur.* Quod confirmat Franciscus Mantica *lib. 5 de coniecturata mente defuncti, tit. 8. n. 7. & 10. pag. 158.* Quintil. Mandosius *regul. 16. de reseruatione, q. 34. n. 7. fol 96.*

Ex qua resolutione apparet, quod quamvis *d. l. 17.* in illis vltimis verbis æqualiter videatur determinare in illis tribus casibus; quia vbi contractus factus est ob causam onerosam cum Tertio, ratio determinandi
224 est diuersa (vt dictum est) † non debet esse æqualis determinatio. Et vbicunque exceptio ponitur post plures casus, & non potest de iure adaptari, nisi ad alterum
225 tantum, debet sic intelligi, vt † excipiat solum casum, cui est adaptabilis, secundùm Glossam *in cap. 1. in verbo, nisi*, vbi Dominic. & Franc. *de præscript. in 6.* Et valde hanc Glossam extollit Everardus *in centum locis, loco 3. ab exceptione ad regulam, pag 58.* Et ad hoc etiam facit notabilis casus *in l. si seruus liber, ff. de statu liber. & in l. si ita scriptum fuerit, cum Titius: ff. de manumis. testament.* vbi probatur, quod licet quando vna determinatio determinat plura determinabilia, omnia
226 pariformiter debeat determinare; fallit, † nisi vnum de determinabilibus sit tale, cui iura magis faueant, quàm alteri. Quæ iura didici ad hoc ab Alexandro *in consilio 50. libro 4. num. 3.* Bartholom. Socinus *in consilio 5. num. 17. lib. 4.* Carolus Ruinus *consil. 64. num. 7. lib. 3. & 106. num. 6. lib. 2. & 157. num. 2. eodem libro, & consil. 3. num. 10. lib. 2.* vbi declarat; & hoc citat Ioan. Gratian. qui materiam declarat *regula 131. num. §.* Cum igitur iura nostra magis faueant maioratui, vel meliorationi factæ cum Tertio ob causam onerosam, quàm in aliis casibus, vt patet ex littera *l. 17. 22. & 44. Taurin.* Sequitur quod in hoc casu, quando maioratus factus est cum aliquo Tertio ob causam onerosam, quia
227 hoc est magis fauorabile, † non reuocatur propter ingratitudinem donatarij. Et hoc etiam confirmatur,
228 quia vbi aliquid contra regulas iuris inducitur, † cessat extensio, etiamsi determinatio sequatur inæqualis: *l. mulieri, & Titio, ff. de conditionibus & demonstrationibus, l. si ita scriptum, ff. de manumis. testament.* Tradunt Carolus Ruinus *in consilio 10. num. 5. & 6. lib. 2.* & alij, quos citat Franciscus Mantica *de coniecturata mente defuncti, libro 10. titul. 8. num. 3. pag. 455.*

Et ex prædictis etiam infertur, quòd si pater ad hoc, vt filius contrahat matrimonium cum aliqua muliere, facit in fauorem filij meliorationem, aut maioratum, quòd contracto matrimonio † non licet patri, 229
etiam ex expresso filij consensu, meliorationem, aut maioratum reuocare; quia postquam mulier ex hac causa matrimonium contraxit, non tantum agitur de præiudicio ipsius filij, sed etiam vxoris, cuius occasione, etiam non intercueniente traditione, melioratio, aut maioratus de iure est irreuocabilis, per *dictas leges 17. & 44.* & ideo absque consensu vxoris non est licita reuocatio. Ad quod facit *l. pacto successorum, C. de pactis, dict. l. vltima, ff. eodem titulo: l. si post mortem, §. vltimo, ff. de bonorum possess. contra tabulas, l. per fundum, ff. de seruitu. rusticor. prædior. l. in concedendo, ff. de aqua pluuia arcend.* Regula, *quod omnes, de regul. iur. in 6. d. l. non debet, ff. de pact.* facit dispositio & ratio *d. authen. sine à me, C. ad Vellei anum, cap. peruenit, de empt. & vendit. l. 7. tit. 11. part. 5.* in vers. *Pero con todo.* Nam contractus isti onerosi multum ligant ac operantur, vt patet ex *dictis legibus Taurinis.* Facit textus notabilis *in l. cum maritus, §. vltimo, ff. de pact. dotalibus*, cum adductis per Menochium *in cons. 155. num. 25. lib. 2. & in cons. 308. num. 26. lib. 4.* Et quæ scribit Ioan. Lopius *in rubrica de donation. inter virum & vxorem: §. 63. num. 3. cum sequentibus, pagina 201.* Et probatur ex singulari doctrina Baldi *in authent. ex complexu, C. de incest. nupt.* vbi inquit, quòd Sacerdos potest, de proprio patrimonio suo dotare filiam 230
spuriam, adeò quod non poterit auferri matrito per fiscum, quia bona ipsius non sunt ipso iure confiscata, & dos est titulus oneros us respectu mariti. Et idem voluit Bald. Nouel. *de dote, part. 7. priuileg. 16.* Campesius *in 1. part. quæst. 48.* Ioan. Lopius, Ruinus, & alij, quos citat Roland. *cons. 85. num. 12. lib. 3.* Et facit quod tradit idem Ioan. Lopius *l. 17 Tauri, num. 42.* Imò etiamsi filius, in cuius fauorem factus fuit maioratus, vel melioratio, priusquam pater, qui maioratum constituit, vita functus sit, filiis ex tali matrimonio conceptis, maioratus vel melioratio † reuocari non potest per 231
patrem; quia iam fuit filiis ius acquisitum ex primæva institutione maioratus, vt ex superioribus longè constat, & aliis pluribus, quæ scribo *in quæst. 24. infrà eodem.*

Fortius dico, quòd à patre facta melioratione per contractum onerosum, durante onere, vel existente aliqua causa, & adhuc durante, ex qua inter alias, maioratus fuit constitutus, aut melioratio à principio, non licet filio consentire in aliqua noua conditione, quam pater velit adjicere in maioratu, vel melioratione perfecta, quia sicut renouatio est prohibita in totum, ita † conditiones nouæ non permittuntur: *l. perfecta, C. de donat. quæ sub modo: l. filius, C. de pact.* facit egregium consilium *Pauli de Castro*, quod in aliis locis refero 164. *lib. 2. num. 5.* De quo legenda sunt quæ scribo *in hac parte, quæst. 66.* Vnde facilè est videre, quàm inutilis sit cautela, & conscientiæ onerosa, quâ hodie aliqui parentes vtuntur, qui dum filios meliorant ob contractum onerosum, ab illis extorquent schedulas pro maiori parte priuatas, in quibus promittunt se non vsuros melioratione: quia in præiudicium vxoris tales promissiones sunt inefficaces. Pro qua conclusione est bonus textus *in l. aliud, ff. de solution.* ex quo *Bart.* notat, quòd ius quæsitum ex conuentione, non † tollitur vnius partis reuocatione: & quod scribit Ioan. Lopius *in d. l. 17. Tauri, n. 30.* 233
vbi tradit, quid in isto casu, quia est ius quæsitum Tertio per cõtractum onerosũ, absque Tertij voluntate contractus distrahi nõ potest. ¶ Et in pactis matrimonialibus factis in successione primogenituræ quòd in præiudicium

cium vxoris, cum qua factum fuit pactum matrimo-
234 niale, † non possit primogenium reuocari, tradit Menochius *in consil. 203. num. 12. lib. 3. suprà allegato.* Et faciunt quæ scribit Guillelm. Benedictus *in cap. Raymuntius, in verbo, duas habens filias, num. 200 fol. 35. de testamen.* & regul. *text. in authen. contra si filij, C. de repud.* vbi probatur, quòd cuius consensus in contra-
235 hendo requiritur, eiusdem etiam in dissoluendo † interuenire debet. Notat Decius *in l. nihil tam naturale, n. 1. ff. de regul. iur.* Hippolyt. *singular. 669.*

Et faciunt quæ scribit Tellius *in l. 17. Taur. n. 73.* vbi probat, quòd filius in quem pater fecit melioratio-
236 nem ob contractum onerosum, † non potest in præiudicium vxoris, ob cuius fauorem facta fuit melioratio, remittere donationem, vel obligationem: quod mihi verissimum videtur, & iam vidi in practica, quem nouissimè citat Ioan. Guttierrez *de iuramento confirmatorio, p. 1. cap. 59. num. 13. fol. 166.* vbi tradit, quòd
237 † consensus mariti & vxoris non præiudicat filiis, si in illorum fauorem fuit etiam factum pactum matrimoniale: quod ex superioribus verissimum credo; & facit in simili doctrina Baldi *in l. insulam, §. finali. ff. soluto matrim.* vbi tradit, quòd si duo fecerunt pacem, & promiserunt eam obseruare sub pœna centum applicanda Ecclesiæ, & postea ruperunt pacem, & remi-
238 serunt omnem iniuriam & pœnam, non † tollitur pœna Ecclesiæ acquisita; quam refert & confirmat Ioan. Lopius *in rubrica de donationibus inter virum & vxorem: §. 63. num. 4 pag. 207.* vbi Barahona refert *l. 3. titul. 26 lib. 8. Recopilation.* Pro quibus faciunt scripta per Simonem de Prætis *lib. 4. de interpretanda defuncti voluntate, dubi. 12. num. 43. fol. 439.* post Angelum *in consil. 124.* & istam meam opinionem nouissimè citat Angulo *in l. 6. tit. 5. lib. 5. Recopilationis, glos. 10. n. 4. fol. 151.* & idem *in eadem l. 6. glossa 3. num. 6. fol. 147.*
239 ex Antonio Gomez *ibi num. 23.* probat, † non posse filium consentire, vt reuocetur pactum factum de meliorando ob contractum onerosum. Pro istis etiam facit doctrina Baldi *in l. cum à socero, col. vlt. vers. sed quando, num. 7. C. de iure dotium:* Alexand. *cons. 204. num. 4. lib. 7.* quos in simili proposito, de quo hic agitur, citat Menochius *in d. cons. 92. num. 77. lib 1. & in cons. 1. num. 162. difficult. 2.* ad hæc legendus. Et ista etiam conferunt pro euasione multarum similium scripturarum, quas parentes à filiis maximis cum cautelis quotidie petunt, ante, vel post facta capitula matrimonialia.

Et ex istis etiam maximè dubito de resolutione Anton. Gom, *l. 22. Tau. num. 24.* vbi tenet, quòd filius, vel filia, cui facta est promissio de non meliorando,
240 † potest remittere tale pactum, & consentire vt mater melioret, & quem velit. Quod intelligendum est, vbicunque pater fecit similem contractum de non meliorando in merum filij fauorem, absque eo quod interueniat aliqua tertia persona in tali contractu; qua interueniente, filius non potest remittere similem promissionem: quem citat Ioan. Guttierrez *in cap. quamvis pactum, de pactis in 6. in princ. n. 26. pag. 382.*

Et ista etiam seruiunt ad quæstionem quotidie contingibilem, & quam iam vidi de facto. Pater promisit in dotem filiæ certam quantitatem, quam promissionem fecit tantum marito, & non filiæ: postea maritus, ante filiæ acceptationem, remisit certam dotis quantitatem
241 sine consensu vxoris, an id iure fieri possit? † In quo reminisci oportet de textu *in l. si pater, C. de iure dotium*, vbi Bald. post Cynum, & Odofred. vbi etiam Alberic. Ioan. Fab. Angel. Boër. *decis. 328. num. 2.* Carolus Ruinus *cons. 152. n. 9. vers. circa secundam quæstionem, lib. 5. & in cons. 224. n. 6. lib. 1.* Syluan. *cons. 12. n. 11.* Anton. Gabriel *lib. 3. communium opinionum, tit. de iure dotium, concl. 3. n. 1. cum seqq. pag. 216.* Doctores *in l. Caius, ff. soluto matrim.* Bald. Nouel. *in tract. de dote, p. 6. prin. 23.* Ad quod facit dictum Imolæ *in l. cum vir, ff. de vsucapion.* quem sequuntur Alexand. *in cons. 16. lib. 3.* & alij quos refert Episcop. Couar. *in cap. quamvis pactum, de pactis in 6. 2. prælection. §. 2. num 4. vers. satis etiam, fol. 75.* vbi tradunt, iuramentum factum per mulierem de non alienando fundum dotalem, non nocere emptori tale iuramentum ignoranti.

Et hoc confirmatur, quia cum causa, per quam aliquid statuitur, non solum est commodum concedentis, sed alterius Tertij, † præsumitur finalis, secundùm 242
Glossam, Bart. Bald. Angel. & Salicet. *in l. si mulier, C. de iure dotium, in l. 3. §. si quis quæs, ff. de cond. ob caus.* Cyn. Petr. & Alberi. *in l. generaliter*, vbi Salicet. *C. de Episcop. & Clericis*, ad quos plures Doctores refert Tiraquel. *in tract. de cessant. caus. limit. 1. n. 12. pag. 111.* Explicat Franciscus Mantica *lib. 6. de coniecturata mente defuncti, lib. 6. tit 14. n. 13. cum seqq. pag. 246.* vbi inter alia plura, ex regula *l. vxorem, in princ. ff. de legat. 3.* & aliis tradit, quòd quando verba legati sunt ambigua, causa legati est inspicienda. Præsumitur igitur causa finalis, quando pater facit maioratum, vel meliorationem in filium contrahentem matrimonium cum aliqua muliere. Cum igitur mulier sit causa finalis talis dispositionis, illa
non consentiente, † nihil est immutandum: & si aliter 243
diceremus, facilè fieret illusio mulieri, & fraudaretur, quæ ideò contraxit matrimonium, quia eius socer fecit maioratum, vel meliorationem in mariti fauorem. Nam & matrimonium † est quædam species emptionis, vt 244
per Tiraquel. *in legib. connubial. l. 4.* notatur per eundem *lib. 2. de retract. in fin. num. 69. pag. 990.* & facit etiam regula *l. 1. C. quando liceat ab empt. disced.*

Quod facilius mihi persuadeo, cum inspicio hominum auaritiam & ambitionem in huiusmodi copulandis matrimoniis, in quibus pro maiori parte non habetur consideratio, nec ex parte mariti ad virtutes, & genus, & pulchritudinem mulieris, neque ex parte mulieris ad genus, & virtutem viri, sed ex vtraque parte principaliter attenduntur diuitiæ, & de aliis omnibus tanquam de vilibus, accessoriisque tractatur, quod maximè dolendum est. Et ex hoc plura reipublicæ incommoda resultant lachrymis, fletúque dignissima, & meritò eos reprehendi licèt ex scriptis per Ioan. Fabr. *in rubrica de nuptiis*, & Tiraq. *in legibus connubialibus, in 7. l. connubia, fol. 104. cum seqq.* O tempora felicia, in quibus Licurgus ille acerrimus legislator statuit, vt
virgines sine † dote nuberent, ne propter opulentiam 245
colerentur, vt latiùs tradit idem Tiraq. *in dicto tract. 5. l connub n. 10. fol. 85.* Guillel. Benedict. *in cap. Raymuntius, in verb. cuidam Petro, n. 25. fol. 416. de testamen.* Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 2. centuria 2. casu 149. n. 42. pag. 311.*

Et hæc opinio tradita *in isto numero, & præcedenti*, persuasiua videtur, licèt aduersari videatur resolutio Bart. & aliorum *in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verbor. obligation.* de qua tracto *infrà, q. 24. à num. 5.* Et quod scribit Ioan. Fabr. *in l. filius, C. de pactis*, post Dynum, & Ioan. Andr. quos citat Cynus *in l. pactum, C. de collation.* Speculator *tit. de pactis & transaction. §. 1.* quos refert Cifuent *in l. 22. Taurina, num. 3.* vbi tractat quæstionem, si Ascendens promisit meliorare filium, vt meliorem consequeretur vxorem, & pactus est cum filio, vt liberet à prædicta obligatione, an per hoc censeatur reuocata melioratio? Quibus non obstantibus, sine
dubio est tenendum, quod pater † non potest reuocare 246
meliorationem nisi vxor consentiat, vel persona, cum qua facta fuit conuentio matrimonialis. Nec obstat *consilium* Oldradi 5. vbi resoluit, quòd in donatione facta ob causam matrimonij, est causa impulsiua, non finalis: de quo consilio tractat latè Roland. *in d. consil. 44. num. 23. lib. 4.* Petrus Surdus *decis. 222.* qui refert Decium *consil. 216. num. 5.* quia obstant *dictæ leges 17. & 44. Taurinæ.*

Et hæc etiam præstant argumentum, quòd si pater faciat meliorationem in filium ob causam onerosam matrimonij, & filius committat aliquod delictum per quod bona propria in totum, vel in parte possit

amittere, dummodo delictum non sit de illis, quæ continentur *in l. quinque legibus. ff. de bon. damnat.* vbi
247 Doctores, † non amittit bona data in meliorationem: quia cum talis melioratio facta sit contemplatione vxoris, illa non delinquente pro vita mariti, non debet priuari facultate gaudendi bonis, quia pœna suos authores tenere debet *l. sancimus, C. de pœnis*; faciunt tradita per Glos. Paris. *in consuetudin. Parisien. §. 30. num. 76. fol. 239.* Nec obstat *l. 77. Taur.* hodie *l. 10. tit. 9. lib. 5. Recop.* quia loquitur specialiter in illa causa in dote, quam etiam mulier constante matrimonio amittere potest. Ad quod faciunt scripta per Alexandrum *in cons. 23. lib 1.* Barthol. Socinus *in cons. 121. num. 22. lib. 4.* Nicol. Boer. *decis. 278. num. 6. & 7.*

248 Sed nihilominus hæc conclusio dubia videtur, † tum per *d. l. 78. Taurinam*, quæ propter eandem rationem ad nostrum casum extendi potest: tum quia hoc iure cautum non reperitur, & esset aperire viam delictis. Nec obstant *dictæ leges 17. & 44. Tauri*, quæ loquuntur secundùm quid, & quantum ad id, quod pater & mater non possint reuocare meliorationem aut maioratum, quando contractus fuit factus cum Tertio ob causam matrimonij, vel ob aliam causam; & non loquitur in reuocatione, quæ per legem fit ob delictum eius, in cuius fauorem melioratio fuit facta. Quod verius puto per has rationes, & alias quas omitto, contentus, cum quadam bona remissione Peraltæ, quem lector legat *in l. 3. §. qui fideicommissam. num. 128. ff. de hæred. instituen.* Ad quem addo Iacob. de Arenis, & Bart. *in l. si quis in tantam, C. vnd vi*: Imolam *in cap. 1. de dol. & contum.* Barthol. Socinum *in cons. 80. num. 14. lib. 1.* Decium *cons. 331.* & alios, quos citat Mar. Brun. de Anguil. *consil. 83. n. 172.*

Ex his etiam deduci potest, quòd si pater, facto maioratu, vel melioratione in filium ob causam onerosam matrimonij, mulier nubere nolit (provt aliquando contingit) vel quia ipsam, vel eius parentes, aut
249 consanguineos pœnituerit tractatus facti, † potest pater tanquam iam causa cessauerit, ob quam maioratum, vel meliorationem fecit, reuocare talem maioratum, vel meliorationem non aliter, ac si maioratus vel melioratio non esset facta ob causam onerosam matrimonij: quia si ex hac causa onerosa matrimonij maioratus erat irreuocabilis, illa cessante, dispositio
250 cessare debet: quia promissionis causa cessante, † cessat promissio, *l. 1. §. vltimo*, cum *l. sequenti, ff. de excusat. tutor. & in l. qui insulam, in principio, ff. de testam. tutel. l. etiamsi partis, ff. de legat. 1.* per quæ inra & alia, doctrinam hanc tradit Anton. per textum ibi, *in cap. 2. in 1. notab. de custo. Eucharist.* Roman. *in cons. 417.* & confirmat Tiraquel. *in tract. de cessan. caus. part. 1. num. 217. fol. 84.* Et ad hoc etiam conducunt quæ scri-
251 bo *in quæst. 39. infrà, num. 4.* & quod paria † sunt aliquid ab initio esse tale, vel ex postfacto deuenire ad tale: *l. nihil, ff. de condit. ob causam.*

252 In contrarium † tamen facit *l. 1. C. de iis, quæ sub modo, vel condi.* ibi: *Sed si per te non stat, quominus voluntati defuncta pareas; sed per eum, cui nubere iussa es; quominus id, quod tibi relictum est, consequaris, non oberit.* Ad idem facit *l. 11. C. de instit. & substit.* ibi, *Non prius eam hæredem existere, quàm conditioni paruerit, aut Anthylli filio recusante, matrimonium impeditum fuerit.* Et facit *l. 22. versus finem*, quæ est singularis, *tit. 9. part. 6. & l. 2. tit. 4. part. 5.* & conducit regula iuris *in l. in iure ciuili, ff. de regul. iur.* vbi latè Decius, & additio: *l. in iure ciuili, ff. de cond. & demonstrat.* Et quadrant scripta per Iasonem *in l. 3. §. vltimo, n. 3. ff. de cond. caus. data*: & Tiraquel. *lib. 1. de retractu, §. 15. glos. 2. num. 7.* Ex quibus videtur, quòd si non stat per filium, in quem pater facit maioratum, vel meliorationem quominus vxorem ducat, sed per mulierem, non debet licere patri reuocare maioratum, vel meliorationem. Ad quod etiam facit *l. 3. tit. 11. p. 5.* ibi: *Si por su culpa finca, que el matrimonio no se cumpla*, per argumentum à contrario sensu: quæ concordat cum *l. veterum, C. de donat. ante nuptias.* § Et quod † debeat ex- 253
pectari tempus matrimonij consummati, & nubilis ætatis, & non tractationis seu capitulationis, sed carnalis matrimonij, probatur in textu notabili, *in l. quod pupillæ, ff. quando dies legati cedat.* De quo per Ioan. Franciscum *in tractatu, de erroribus pragmat. 1. num. 77. pag. 37.* De quo legenda sunt quæ latissimè tradit Tiraquellus *in l. si vnquam, C de reuocand. donat. in verbo, donatione largitus, num. 223. pag. 260.* § Nihilominus tamen prior opinio † verior videtur, quia in casu *di-* 254
ctarum legum 17. & 44. non consideratur ad irreuocabilitatem meliorationis, aut maioratus, nisi persona, in cuius fauorem facta fuit melioratio, vel maioratus: qua cessante, omnia resoluuntur, vt apertè patet Nec curatur de persona filij, stet, vel non stet per eum, quòd matrimonium contrahat. Et ex hoc satis fit ad omnia, quæ in contrarium adducta fuerunt.

Sed in hoc se se offert aliud dubium. Nam pone casum, quod mulierem, cum qua filius debebat prius contrahere matrimonium, pœnituit prioris voluntatis, & vult contrahere matrimonium; filius autem non vult contrahere, an pater possit reuocare maioratum? In quo puncto videtur patri licitam † fore reuocatio- 255
nem; quia vltima mora filij, illi nocere videtur: maximè si omnia sunt integra: *l. si seruum, §. sequitur, & §. de illo, ff. de verborum obligationibus: l. illud, ff. de periculo & commod. rei venditæ.* Et quod facit quædam doctrina Cyni *in dicta l. 1. C. de institut. & substitut.* quam licet Iaso *ibi num. 8.* post alios reprehendat, ego in nostro proposito existimo recipiendam, & quod in prædicto casu erit patri licita reuocatio. Istis addere libuit doctrinam Ioannis Lopij *in cap. per vestras, de donation. inter virum & vxorem, in rubrica, dicto §. 54. in fine, pag. 167. col. 2.* vbi pet ea, quæ in hac quæstione tradita sunt, dubitat de doctrina Iacobi Aluar. *in cap. si filij, in tit. si de feudo fuerit controuersia*, vbi dicit, quòd si habens filios ex prima vxore, secundam duxit cum pacto, quod filij nascituri ex ipsa secunda vxore non succedant, sed filij ex prima: quòd ipsi contrahentes possunt mutare voluntatem, & per contrarium pactum pacisci, quod succedant vnà cum liberis prioris matrimonij; in quo loco attestatur fuisse de consilio, vt nouiter promulgarentur *l. 17. Taur. & l. 22.* in eisdem legibus.

Item dubitari potest, pater facit in filium maioratum sub conditione, quòd talem ducat vxorem, & ob causam matrimonij, † mulier defuncta fuit antequam 256
filius possit contrahere matrimonium: dubitatur, an pater possit reuocare maioratum? In quo multum refert, an maioratus sit factus sub modo, aut cum conditione: nam primo casu maioratus est irreuocabilis, si modus deficiat morte, vel alio casu fortuito: *l. si Titio, in principio*, vbi Doctores, præcipuè Iaso, *ff. de legat. 1.* Secundo autem, quando fuit factus per modum conditionis, si conditio deficit per casum contingentem in persona eius, in cuius persona debet impleri, deficit legatum: *l. legatum, C. de condi. insert.* De quo vide etiam quæ scribit Iaso *in d. l. 1. & l. 14. tit. 4. p. 6.* ex qua rectius, quàm ex aliis, huius puncti veritas resolui potest, & est singularis in hac materia, vbi vide quæ scribit Gregorius Lopez.

Sed in hoc etiam teneo, quod patri † licet reuocare 257
maioratum propter generalitatem *illius legis 44.* quæ regulariter permittit reuocationem, nisi maioratus sit factus cum Tertio: vnde licèt semel sit factus, cum matrimonium cesset, & non habeat effectum, nec vnquam habuit, cessare debet irreuocabilitas: cum iam non agatur de præiudicio Tertij, cui dicta lex sine dubio prospexit, cum prohibuit irreuocabilitatem, vbi contractus esset factus cum Tertio ob causam matrimonij. Quare si traditio non interuenit, quæ ipsum maioratum faciat irreuocabilem, nihil refert, quod sit factus sub modo, vel conditione; & ista distinctio,

an

an maioratus sit factus sub modo, vel conditione? fer-
258 tur † vbi traditio interuenit, non in casu nostræ quæstionis. Et hoc verum credo per prædicta, & *l. item quia, ff. de pactis*, ibi: *Nuptiis non sequutis, ipso iure euanescit stipulatio*: & *l. sancimus, C. de nuptiis, l. qui hæredi in fine. ff. d. condi. & demonstrat. l. iubemus, §. penult. C. ad Trebell. l. 1. ff. de regul. Catonian. hæc venditio, ff. de contrahend. empt.* Qualiter autem in insta materia inducatur modus vel conditio? latè tradit Molina *lib. 2. de primog. cap. 12. num. 1. cum aliis, folio 325.* ¶ Et quòd si quis donet quartam partem hæreditatis suæ, fauore ma-
259 trimonij, † intelligitur de bonis, quæ erunt tempore mortis; secus si per verba specialia donatio facta fuisset, vel per verba generalia (*vt dono bona mea*) resolvit Rebuf. *in l. hæreditatis appellatione 138. pag. 708. ff. de verb. signif.* & per *l. sed si plures, §. filio, ff. de vulgar. l. 1. ff. de hæred. vel actio. vend. l. cum quæritur, C. de inof. testam. l. gregi, l. peculium, ff. de legat. 2.* & per alia iura.
260 Quibus addo, quod † donatio facta ante contractum matrimonium, dicitur magis esse ob causam contrahendi matrimonium, quàm causa dotis, vt tradunt Tellius *in l. 17. Tauri, n. 79.* Barbos. *in l. 2. §. quòd si in partis. n. 5. pag. 714. ff. solut. matrim.*

Quintò principaliter ex regula textus *d. c. cum dilecti*, 261
cum *concord.* infertur † posse patrem aut matrem reuocare meliorationem aut maioratum, quamuis tradiderit filio possessionem, vbicunque filius ex parte sua non paruit conditionibus, aut aliis grauaminibus, quæ ex parte eius exequi promisit, & tenebatur; quod probatur ex ratione textus *in l. quoties, C. de donat. quæ sub modo*; & ex aliis pluribus, quæ scribo *in 2. part. huius operis, quæst. 4. illatione 8.* vbi latè tracto, qualiter successor in maioratu exequi tenetur conditiones per testatorem in maioratu adiectas sub pœna amissionis maioratus. Iustificatur etiam hæc conclusio ex *l. cum proponas, de pact. & cap. peruenit, de iureiuran. & l. qui fidem, ff. de transact.* in quibus locis Doctores plura ad propositum scribunt. Cum quibus concordat *l. 4. tit. 14. part. 5.* Ex quibus iuribus constat, quod frangenti fidem non est seruanda fides: quarum legum dispositio procedit, etiamsi sit appositum iuramentum ex altera
262 parte: quia non seruanti fidem, † non est seruanda: *cap. 3. de iureinrand.* Tradunt Aretin. Socinus & Iaso *in l. qui Romæ, §. Seia ff. de verb. oblig.* Imola *in cons. 81.* Decius *in cons. 265. num. 3.* Hippolyt. *in singular. 42.* quod non habet locum in treuga, vt probat clara *l. 28. tit. 11. part. 3.* quæ dissoluit disputationem Doctorum, de qua per Vincentium & alios *in cap. 1. de treuga & pace*, vbi late Felin. & per Greg. Lopez *in d. l. 28. in glos.* in verb. *en treuga.*

Et ex prædictis apparet, quòd quamuis pater cum iuramento promittat non reuocare maioratum, vel meliorationem, si ex parte filij, vel aliorum, in quorum etiam fauorem pater fecit maioratum in filium, non stetur
263 promissis, † licet patri facere reuocationem maioratus: quia videtur factus sub conditione, si ex altera parte promissis satisfiat. Et hoc comprobatur, quia donatio
264 perfecta inter † viuos reuocari potest, quando donatarius contenta & promissa non exequitur, secundùm Alberic. & Salicet. *in l. generaliter, C. de reuocand. donat.* & tradit in specie cuiusdam donationis Stephanus Bertrandus *in cons. 333. quamuis donationes, lib. 3.* Et hoc verissimum indico. De quo legenda sunt quæ scribo
265 *infra, quæst. 24.* ¶ Et an pacta ista matrimonialia † valeant, & obligent vbi sunt facta per verba enuntiativa? disputat Peregr. *in tract. de fideicommis. art. 5 1. num. 60. folio 490. vbi num. 61.* etiam disputat; an istis pactis sit necessaria insinuatio? ad quem addo Rebuf. *tom. 2. ad constitutiones Regias, tit. de donat. art. 1. glos. vlt. pag. 380.* Tellium *in l. 22. Tauri, n. 22. cum seqq.* quod trado *infrà, q. 24. à n. 59.*

Tandem in hac quæstione, circa ea, quæ tractata sunt *supra à n. 23. cum seqq.* quæro, si forsan pater ob filij ingratitudinem maioratum reuocarit, possit petere fructus ante commissam ingratitudinem, vel postea perceptos? In qua quæstione dico, quòd fructus † reuocantur à die ingratitudinis commissæ, & non ante, secundùm Ripam 266
in l. vltim. quæst. 65. C. de reuocan. donat. Cuius tamen contrarium magno animo tenet Glos. Paris. *in 1. part. consuet. Paris. §. 22. n. 57. folio 190.* per text. clarum *in l. his solis, in verb. ex eo die, quo & controuersia, C. de reuocand. donat.* Et an pater teneatur filio soluere sumptus, & meliorationes factas in rebus, quas illi dedit in maioratum, quando ingratitudinis causâ reuocatur, vide eandem Glos. Parisiens. *in dictis consuet. §. 30. num. 101. folio 242.*

Et si scire cupis, quæ sint iustæ causæ ingratitudinis, † vide textum omnibus notum *in Authent. vt cum de* 267
appellatione cognoscitur, §. aliud quoque capitulum, collat. 8. l. 5. 9. & 7. tit. 7. part. 6. latè eandem Glos. Paris. *vbi supra*, & notabiliter Episcop. Couar. qui melius omnibus hanc materiam tractat *in cap. Raynuntius, n. 8. cum seqq. fol. 88. de testam.* Tiraq. *in l. 9. connubia. n. 23.* Cætera autem, quæ pertinent ad istam nostram materiam circa ingratitudines commissas per eos, qui habent ius succedendi in bonis maioratus, lector habet *in 2. part. huius operis, d. quæst 4. illat. 1.* ¶ Et qui scire desiderat qualiter, & quomodo debeant interpretari clausulæ, per quas parentes reseruant potestatem reuocandi, addendi, aut minuendi ad maioratum, vel meliorationem, † legat 268
plura subtilia, & scitu digna in Aymone Cravet. *cons. 135. n. 23. cum seqq.*

Expedit etiam vt lectores animadvertant, quòd meliorationes, † vel maioratus, qui facti fuerunt ante *dic-* 269
tam legem 17. Taurinam, quæ hodie est *l. 1. tit. 6. lib. 5. ordinam.* aliter iudicandi sunt quoad reuocationem, vel irreuocabilitatem, quàm maioratus vel meliorationes factæ post illas leges: quod obiter animadvertit Burgos de Paz *cons. 14. n. 10.* circa quod legenda sunt quæ scribo *in 2. part. in initio, à n. 17.* ¶ Et an filius vocatus ex pacto matrimoniali ad aliquem maioratum, vel meliorationem, videatur vocatus ex testamento vel contractu? † tradunt Glos. Petrus de Bellaperti. Cyn. Rayner. 270
& Aret. *in l. licet, C. de pactis*, vbi etiam Angel. Fulgos. Paul. de Castro, Alex. Ias. & Lancellot. Dec. latè Boër. *decis. 155. Et quoad primum dubium, n. 7.* Quæ seruiunt pro declaratione eorum quæ scribit Molin. *lib. 1. de primogen. cap. 12. num. 1. cum seqq.* vbi resoluit an maioratus sortiatur naturam contractus, vel vltimæ voluntatis? ¶ Et quòd donatio facta pro matrimonio non im- 271
portet causam finalem, † sed impulsiuam, ostendunt notanter Oldrad. *in cons. 5.* Alex. *in cons. 14. n. 1. lib. 1.* Nicol. Boër. *decis. 353. n. 10.* quod difficile est in casibus dictarum *legum 17. & 44. Tauri.*

Ex prædictis autem, quæ scripsimus *num. 45. cum seqq.* dum concluſum fuit, validum esse pactum, quòd primogenitus ex tali matrimonio succedat, & per *præditas* 272
leges 17. 22. & 44. Taurinas, † dubia redditur, & cautè legenda est quædam sententia Ioan. Cephal. *in cons. 312. num. 98. lib. 3.* vbi probat, quòd maritus non potest stipulari futuræ vxori in pactis matrimonialibus, quòd vxor habebit quædam bona vinculata, per regul. *d. l. si pater, C. de iure dot. l. si socer, §. Lucius ff. solut. matrim.* & per scripta per Corn. *cons. 112. lib. 1. & cons. 1. n. 11. lib. 2.* Syluanum *cons. 13. num. 11.* Prædictis omnibus est addenda doctrina singularis Parisij *in cons. 69. n. 153. lib. 3.* vbi ex Bart. *in l. ea lege, C. de condit. ob caus. & in l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verbor. oblig.* Ias. *in l. quoties, limitat. 9. C. de rei vendic.* probat, quòd si donans hypothecauit bona pro obseruatione donationis, quia per talem hypothecam impedita est dominij translatio, † 273
non potest postea donare bona in præiudicium primi donatarij. Ad quod faciunt scripta per eundem Iasonem *in cons. 6. colum. 8. in vers. Tertio adest expressa hypotheca, & obligatio omnium bonorum. lib. 3.* Cephal. *cons. 147. n. 14. lib. 1.* De quo legenda sunt quæ scribo *infra, q. 24. à n. 41. & q. 26. ad finem.*

QVÆSTIO XXIII.

An si pater & mater faciant simul aliquem maioratum, vel meliorationem, vnus possit illum reuocare, altero decedente.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus ex causa onerosa in Tertij fauorem institutus, irreuocabilis manet, si quis ex coniugibus decedat, antequam alter possessionem reuocet, vel ambo scripturam tradiderunt,* & n. 14. *Contraria opinio,* n. 7.

2 *Clausula in Regia facultate apposita, quòd post semel factum maioratum possit reuocari, an valeat? refertur sententia affirmans. Negans tamen verior videtur,* n. 3.

4 *Melioratio Tertij & Quinti sine Regali authoritate Tertio ob causam onerosam facta, reuocari non potest,* & n. 8.

5 *Maioratus de communi consensu à coniugibus institutus, altero decedente, reuocari potest, possessione non tradita,* & n. 9.

6 *Maritus & vxor an possint in eodem testamento reciprocè se hæredes instituere.*

10 *Facultate Regia marito & vxori ad institutionem maioratus concessa, an possit vnus in vnum filium, & alter in alterum maioratum facere.*

11 *Si quis per viam contractus consentiat, quòd aliquis de re sua testetur, an sortiatur naturam vltimæ voluntatis, & reuocari possit.*

12 *Qui ex propria culpa & negligentia actum non fecit irreuocabilem, sibi imputet.*

13 *Fœmina mutabilis & varia semper.*

15 *Vxor viro obedientiam & reuerentiam præstare tenetur.*

16 *Mulier quando metu reuerentiali actum facere præsumatur? remissiuè.*

17 *Consensus inter viuos præstitus super eo quod futuram continet successionem, an assumat naturam vltimæ voluntatis.*

18 *Iuramentum de sui natura irreuocabile, an assumat naturam actus voluntarij, super actu voluntario appositum,*

19 *Si maritus & vxor inuicem promissionem fecerunt, & contractum de non reuocando maioratum, est irreuocabilis.*

20 *Pactum inter duos factum, quòd superstes habeat bona prædefuncti, causam onerosam an inducat.*

21 *Procurator in contractu constitutus an possit reuocari.*

22 *Contractus non potest ex vna tantum parte consistere.*

23 *Vir & mulier possunt inuicem contrahere.*

24 *Confessio mariti rem fuisse emptam de vxoris pecunia, an sufficiat.*

25 *Contractus in testamento factus, in quo filiæ melioratio fiat, an valeat.*

26 *Quid de contractu donationis.*

27 *Et an contractus inter coniuges factus verus præsumatur. Et an sit reuocabilis? ibid.* & n. 33.

28 *Facultas Regia, quòd maioratus possit reuocari, non procedit in contractu facto inter virum & vxorem,* & n. 42. *Et an viro & vxore contrahente noua licentia requiratur,* n. 43.

29 *Si centum quis se debere confiteatur in testamento, & illud reuocet, centum illa peti possunt.*

30 *Confessio facta in testamento legatum inducit. Et quid si sint in fauorem incapacis? ibid.*

31 *Rupto testamento contractus an valeat.*

32 *Nominatio ad emphyteusim an possit reuocari annullato testamento.*

34 *Vnus & idem actus an possit esse inter viuos, & vltima voluntas? Et an testamentum censeatur, quod septem testibus conficitur, etiam si contractus appelletur? ibid.*

35 *Electio facta in testamento, an reuocetur testamento annullato.*

36 *Contractus factus in testamento duobus testibus an probetur.*

37 *Pater an possit reuocare contractum cum vxore in testamento factum, ex quo commodum filio primi matrimonij prouenit.*

38 *Clausula in testamento adiecta, quòd si non valet testamentum iure testamenti, valeat iure codicillorum, vel donationis causa mortis irreuocabilis, an possit reuocari?*

39 *Donatio facta in testamento accedente stipulatione, an vt contractus iudicetur? Et an actio competat ex stipulatione, vel testamento? ibid.*

40 *Donatio pura an possit fieri in testamento.*

41 *Moriens an possit donare inter viuos in mortis articulo.*

44 *Stipulatio facta à muliere de reddenda dote, si sine liberis decedat, an sit reuocabilis.*

45 *Promissio facta stipulanti de legato soluendo an possit reuocari.*

46 *Legatum factum cum stipulatione, in qua duo testes interfuerunt, an sit reuocabile.*

47 *Maritus si ex bonis vxoris, & illius consensu fecit maioratum, eo defuncto non potest mulier reuocare,* & n. 51.

48 *Mulier si vendat vel donet extraneo rem mariti, & ipse taceat, an sibi præiudicet.*

49 *Maritus si rem matrimonio constante acquisitam in testamento alienet, & vxor consentiat, an sibi præiudicet, vt medietatem bonorum habere nor possit.*

50 *Vxore consentiente vt de re sua tanquam de propria vir maioratum instituat, & ille postea reuocet donationem, an ad vxorem bona redeant? Et quid si maioratus fiat in filium communem? ibid.*

52 *Qui rem propriam donare consentit, ipse donare videtur,* & n. 76.

53 *Mulier nupta absque consensu mariti an possit consentire alteri vt contrahat, remissiuè.*

54 *Consentiens alienationi rei suæ, eam amittit.*

55 *Primogenitus secundogenitum inuestiri consentiens, sibi præiudicat.*

56 *Subscriptio eius, qui de re sua testari consentit, in testamento an requiratur,*

57 *Consentiens rem suam legari sibi præiudicat.*

58 *Testamentum morte illius, qui de re aliena testatus fuit, confirmatum, non potest reuocari per eum qui consensum dedit. Quid si consentiens pœniteat,* n. 60.

59 *Vir & vxor primigenium instituentes, vnusquisque videtur donare partem suam, & primigenium indiuisibile manet.*

61 *Patre ex bonis filij maioratum instituente, filius consentiens sibi præiudicat. Et an possit filius reuocare consensum, ibid.*

62 *In legitima, consentiente filio, potest absque Regio consensu primigenium institui.*

63 *Pater an possit ex consensu filij in eius legitima grauamina & substitutiones adiicere.*

64 *Et an in horum grauaminum approbatione requiratur præsentia eius, in cuius fauorem approbatio fit.*

65 *Et an consensus per fratres eo modo præstitus possit reuocari.*

66 *Maritus si proprio nomine rem vxoris, ipsa consentiente vendat, eius consanguinei ad retractum admittuntur.*

67 *Contraria opinio.*

68 *Mulier an possit alterare vocationes maioratus, quem ex eius bonis & consensu, ipsa & maritus fundarunt.*

69 *Maritus*

69 *Maritus si fecit maioratum de re vxoris, non potest filius petere aliquid in vita patris, licèt mater mortua sit.*

70 *Vxore rem viri ex eius consensu causa mortis donante, an ad confirmationem sufficiat vxoris mors.*

71 *An talem donationem possit mulier reuocare.*

72 *Marito & vxore in eodem instrumento fundum mariti donantibus, totum dominium in donatarium an transferatur.*

73 *Maritus vbi est hæres vxoris, an censeatur vnum eorum testamentum.*

74 *Si quis de re sua & alterius disponat, & dispositio respectu disponentis sit irreuocabilis, an eius consensus sufficiat.*

75 *Eligens vnum ex pluribus ex dispositione testatoris, eius voluntatem declarat.*

77 *Pater an possit ex consensu filij meliorati reuocare substitutiones factas virtute* l. 27. Tauri. *Et ibi & num. seq. doctrina quædam* Tellij *examinatur. Et quid de donatione causa mortis,* n. 79.

80 *Princeps an possit maioratum cum eius licentia instituto absque instituentis consensu reuocare.*

81 *Marito & vxore ex propriis bonis maioratum instituentibus, in quo proximiores propinqui vocati sunt, filiis successoribus deficientibus, an admittantur consanguinei viri vel vxoris? remissiuè.*

82 *Maioratus substitutionem viro & vxore in mente captum facientibus, si vnus decedat, an possit alter pro sua parte reuocare.*

83 *Vxor si est præsens, quando de re illius maritus maioratum instituit, sibi an præiudicet.*

84 *Per simplicem consensum venditioni præstitum an excludatur quis à retractu.*

85 *Præsentia illius, cuius res per fideicommissum relinquitur, an inducat fideicommissum.*

86 *Donatio in mulieribus, quia sunt auaræ, non præsumitur.*

87 *Taciturnitas mulieris, vel alterius qui debeat reuerentiam, an præiudicet.*

88 *Donatio, & simplex hypotheca, an differant.*

89 *Hæres illius qui alienationi consensit, an possit venire contra factum defuncti.*

Post num. 89. inuenies alia summaria.

QVæro vigesimotertiò, si maritus & vxor fecerunt simul maioratum aut meliorationem ex communi consensu, & ex amborum patrimoniis, an possit vnus altero mortuo reuocare, & contrauenire maioratui semel constituto? In qua quæstione, pro perfectiore illius declaratione, subiicio tres casus principales.

Primus casus est, vbicunque pater & mater tempore facti maioratus, vel post eum factum, antequam alter reuocaret possessionem, vel scripturam tradiderunt, aut maioratum fecerunt in fauorem Tertij ob aliquam causam onerosam, secundùm formam *legum* 17. & 44. *Taurinarum*: tunc etenim altero mortuo, † non licet alteri reuocare maioratum, vel meliorationem, nec marito, nec vxori; quia respectu vtriusque perfectus & irreuocabilis remansit, † nisi in facultate Regia adsit clausula, quòd post factum semel maioratum possit reuocari. Nam tunc sicut si maritus solus faceret maioratum, reuocare posset, etiam tradita possessione iuxta *dict. l.* 44. eodem modo reuocare potest si simul cum vxore maioratum fecerit: quia in isto casu possessio nullum effectum habet ad impediendum reuocabilitatem.

Quam tamen legem iniustam esse † & abrogandam, in quantum disponit quòd maioratus factus ob contractum onerosum potest reuocari, si hoc in facultate Regia caueatur, latè ostendit Episcop. Sarmien. *lib. 6 selectar. interpret. cap.* 14. *folio* 23. In melioratione autem Tertij & Quinti facta sine Regali authoritate † indubitanter procedit hic primus casus, & non permittitur reuocatio, tradita possessione, aut si contractus sit initus cum Tertio ob causam onerosam: quod mihi tenendum videtur, licet Burgos de Paz *in cons.* 2. *num.* 14. teneat in specie nostra, quod *l.* 17. *Taurina* procedit vbi melioratio fuit facta per contractum onerosum matrimonij inter viuos, secus si per viam vltimæ voluntatis. Cuius sententiæ facit authorem Gregor. Lopez *in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. *in glos. in verb. Mayoria, col. fin. vers. Et nota*; quia illa verba, *inter viuos*, referuntur tantum ad primum & secundum casum *illius legis*, non ad tertium casum onerosum matrimonij, vt clarè patet ex *illa lege*. Nec Gregor. Lopez dicit illud, ad quod cum citat Burg. de Paz, sed tantum opinatur, quòd si quis faciat in testamento maioratum, & tradat rem vinculatam, potest reuocare maioratum. De qua quæstione ego latius tractaui; & contrarium teneo *in quæst.* 30. *infra, hac prima parte.*

Secundus casus constituitur, vbicunque pater & mater faciunt in testamento, vel in contractu maioratum, & non tradunt possessionem: quia tunc altero defuncto, † alter potest maioratum reuocare: cùm cuiuslibet voluntas sit mutabilis vsque ad mortem, quæ licèt sit cum alia coniuncta, non ideò minus restringi debet, *l.* 1. *C. de sacrosanct. Eccles.* cum *similibus*. Et quemadmodum si quilibet eorum solus faceret, posset reuocare; ita si ambo simul faciunt, quia non ex eo quòd ambo constituerunt maioratum, qui de sui natura reuocari potest, non tradita possessione, in aliam naturam conuerti debet, argument. *l. patris & filij. ff. de vulg.* Et huius opinionis fuit Oldrad. quem plerique appellant patrem veritatis, *in cons.* 174. *Thema tale est, num.* 1. & 2. Monetur pluribus fundamentis, præcipuè per textum *in l. Lucius*, §. *Caio Seio, ff. ad Trebellian.* Et ad sententiam *Oldradi* plures citat Anton. Gama *decis.* 231. vbi inter alia resolvit, quòd maritus & vxor possunt facere testamentum in eadem charta, & reciprocè se hæredes † instituere. Vbi legi debet Menna *in addit. decis.* 232. & Iulius Clarus *libro receptarum sententiarum*, 3. §. *testamentum, quæst.* 60. *pag.* 61. Et faciunt quæ scribit Barbos. *in rubr. ff. solut. matrim. part.* 2. *num.* 60. *pag.* 63. Et hanc sententiam refert & sequitur, & confirmat noster Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus, limit.* 3. *num.* 12. *C. de inoffic. testamen. pag.* 165. vbi Valdes *pag.* 84. Gratian. & Corn. *in cons.* 159. *lib.* 4 *num.* 1. Episcop. Couar. *in* 2. *par. rubr. de testam. num.* 7. *folio* 5. Et hanc opinionem dicit tenendam contra Bologninum *in cons.* 62. *col.* 4. qui dicit † quòd primogenium per virum atque vxorem ex communi patrimonio factum, altero vita defuncto, non potest per alterum reuocari, qui supersit, ne fiat illusio mortuo, qui ratione communis consensus illum actum fecit, alioquin minimè facturus; quem sequitur Tiraq. *in tractatu de primogen. quæst.* 8. *num.* 7. *pag.* 105. Celsus *cons.* 117. *num.* 4. *cum sequentibus*, Roland. *cons.* 10. *n.* 41. *lib.* 3. Cephal. *in cons.* 336. *num.* 18. *lib.* 3. ex quibus scribit idem Cephal. *in cons.* 12. *num.* 34. & 35. *lib.* 1. quòd primogenitura facta cum consensu Principis non potest reuocari absque illius licentia, de quo tractatur *infra, quæstio.* 37. Sed idem Tiraquellus *in dicto tractatu quæstion.* 68. *pagina* 379. contrarium ex diametro tenet.

Eandem sententiam, quòd hoc casu est actus reuocabilis, loquendo in melioratione Tertij & Quinti, † tenet Tellius *in dict. l.* 17. *num.* 13. qui respondet ad doctrinam Bald. *in l. pro hæreditariis, C. de hæred. action.* cum alia doctrina eiusdem Bald. *in l. humanitatis, n.* 37. *C. de impub & aliis.* Et pro hoc facit sententia Menoch. *lib.* 1. *controuersiarum cap.* 12. *num.* 9. *folio* 57. vbi dicit, quòd si coniuges de communibus suis bonis maioratum communi consensu in personam vnius filij fecerunt, † potest alteruter sine alterius licentia reuocare. Sed opinionem *Oldradi* sequitur D. Anton. de Padilla *in l. clari, C. de fideicommiss. num.* 19. *folio* 119. vbi dicit, hoc receptum esse in Prætorio Pinciano. Hoc etiam probat Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri, part.* 2. *concl.* 6. *num.* 1219. Molin. *lib.* 4. *de primogen. cap.* 2. *num.* 84. *folio* 139. nouissimè Aluarus Valasc. de iustis oblitis *cons.* 7. *num.* 7.

vbi

vbi teſtatur, iſtam ſententiam in iure & in praxi receptam eſſe. Et idem Burgos de Paz *d. conſ.2.num.14.* cum aliis, Anton.Gama *d.deciſ.232.& 258.num.3.* & *deciſ.186.num.3.* & Menna *addit.186.* Ioan. Guttierr. *in cap.quamuis pactum,de pact.in 6.in princip. num.46. pag.336.* & *in dict.conſ.2. n.6.* vbi poſt Palac. Rubeum *in quæſt.maioratuum 999.* ſcribit,quòd ſi Rex conceſſit
30 licentiam faciendi maioratum marito & vxori,† poteſt quilibet facere maioratum in vnum filium, & alter in alterum filium; refert notata per ipſum *in dict. cap. quamuis pactum, de pactis in 6. num.46.* Et ſententiam Oldrad.& aliorum amplectitur Caldas Pereira *in tract. de nominat. ad emphyteuſim, quæſt.3.num.7.folio 26.* Et ad hoc facit doctrina Petri Pechij.*lib.3.de teſtamentis, coniug.cap.3.num.3.pag.253.* vbi reſoluit,quòd ſi quis conſentiat etiam per viam contractus,quòd aliquis teſtetur de re ſua,† ſortitur naturam vltimæ voluntatis,&
31 reuocari poteſt vſque ad mortem; qui refert Marcum Man.*in l.fin.num.15.& 16.C.de pact.* Et pro opinione Oldradi & aliarum plura ſcribit Sarmient. *lib.2.ſelect. interpretation. cap.4. num.2.folio 62.* qui hoc extendit, etiamſi pactum factum ſit cum Tertio, per textum notabilem *in l. illa autem inſtitutiones, ff. de hæredibus inſtituen.* Pro quo facit quod ſcribunt Alvarotus & Card. Alex. *in cap. filij in fine,ſi de feudo fuerit controverſia,* extendentes hanc concluſionem, etiamſi pactum fuerit factum in contractu matrimonij, quos citat Tiraquellus *in dict. quæſtion. 68. numero 10.* & prius tradidit *quæſt.8.*

Ad ea autem, quæ *Bologninus* adducit, vltra alios ego reſpondeo, quod ſiquis vult, quòd non fiat ei illuſio, conſenſus, quem ipſe præſtitit ad faciendum maioratum, faciat actum tali modo & forma, quod alter non poſſit eum fruſtrari, neque contrauenire: cum *dict. l. 44.* & aliæ leges præbeant ad hoc ſufficientia remedia; imputet igitur ſibi, qui cautela conueniente & firma
32 non ſe præmuniuit, ne propria voluntas illuſoria redderetur; & hoc damnum æquo animo pati debet,† qui ex propria culpa & negligentia actum non fecit irreuocabilem, *l.quod quis, ff. de regul. iuris. l.ſi communis familia,ff.de noxal.l. 22. tit. vltim. part. 7. l. non enim negligentibus,ff.ex quibus cauſ.maior.* Et arguitur negligentia in eo, qui cum remediis opportunis ad actum vti potuiſſet, id non fecit; *cap.licèt Epiſcopus, de præbend.in 6.* Notat Bartholom.Socin.*conſ.273. lib.2.* Aymon. Crauet. *in conſ.132.num.4* cum *concordantibus,* quæ ſcribo *in 4.part.quæſt.40.à num. 53.* ¶ Et varia &
33 mutabilis eſt ſemper † fœmina, *cap.forus, de verborum ſignificatione.l.filia.C.de inofficioſ.teſtament.* Et imputandum eſt marito, qui illud poſſe euenire proſpicere debebat,*l.ſi quis domum, §.item quærit.ff. locati.l.ſi creditores.ff.de priuileg. creditor.* De quo latè per Tiraquellum *lib.1.de retract.§. 1.gloſ.18.num.41.& 42.pagina 354.* Et cum iſtam ſententiam tenuerit Oldrad. ſtante ſolo iure communi, quid diceret ſi vidiſſet *dictas leges 17. & 44. Taurinas*, quæ iſtis reuocationibus fauent?

34 Eſt ergo hæc opinio † tenenda tanquàm communior & verior. Et hoc magis habet locum quando ille,qui prius deceſſit, fuit vir, & non vxor: nam pro maiori parte vxores his maioratibus præſtant conſenſum propter reuerentiam maritalem, & perſuaſiones virorum, qui exoptant memoriam ſui nominis, & familiæ in æternum conſeruare; cuius rei mulieres ſolent eſſe parum ambitioſæ, quod experientiâ ſatis cognitum eſt: quare æquum eſt, quòd mulieri remaneat libera poteſtas reuocandi illud, quod forſan inuita fecit. Mulier etenim præſumitur à marito ſeducta, ſecundùm Lucam de Penna *in l.quicunque,colum.5. C.de re militar.libro*
35 *12.* & vxor viro reuerentiam & obedientiam † præſtare tenetur, vt patet *Geneſ. cap. 3.* & ex Diuo Petro *in 1. epiſt. cap. 3.* & aliis pluribus quæ cumulat nunquam ſatis laudatus vir Tiraquellus *in libro de legibus connubialibus l. 1. gloſ.1.num.20. cum pluribus ſequentibus,* vbi *num. 25.* latè tradit, quando † mulier præſumatur 16
facere actum metu reuerentiali. Faciunt quæ ſcribo *infra.* Pro hac concluſione etiam facit textus *in l. vltima,in verſic.penultimo, C. de pactis.* Ex quo notant *ibi* Alexand. & alij moderni, quòd conſenſus inter vnos præſtitus ſuper eo, quod continet futuram ſucceſſionem,† aſſumit naturam vltimæ voluntatis,& ſic poteſt 17
ad libitum reuocari vſque ad mortem facit *l.9.tit.10.& l.13.tit.5.& l.33.tit.11.p.5.* De quo vide quæ ſcribo *in q.præceden.n.32.cum aliis & n.203.* Et induci poteſt in ſimili *l.vltima, C. de non.numer.pecun.* quam Doctores infinitis locis vſque ad ſidera extollunt ad probandum, quòd licèt iuramentum ſit de ſui natura irreuocabile, 18
† tamen ſi ſit appoſitum ſuper actu voluntario, aſſumit naturam actus voluntarij:& ſecundùm eum interpretatur,& moderatur. De qua lege latius tracto *in d.q.præced.illat.1.n.39.& ſeq.*

Limito tamen prædictam concluſionem Oldradi, & aliorum; niſi ex ſcriptura maioratus, quem vir & vxor conſtituerunt, conſtaret, quòd vnus ſine altero maioratum illum non conſtituiſſet, nec alioquin feciſſet; quod multis modis apparere poteſt: tunc etenim videtur quædam conuentio reciproca, & viciſſitudinaria, 19
quam vnus altero inuito, † nec contradicere, nec reuocare poteſt, argumento *l. ſi pater puellæ, C. de inoffic. teſtament.* cum ibi notatis, *l. de fideicommiſſo*, vbi latè Doctores, *C.de tranſaction.* Ex quibus diſputat Anton. Gama *deciſ. 231.* an valeat teſtamentum ab vxore factum & ſcriptum de manu mariti, in quo ipſe maritus conſtituens fuit hæres,ſi teſtamentum fuit reciprocum? Et facit hic Gloſ.*in l.licet inter priuatos,in verb.mortis, C.de pact.* quæ relata *ad text.* probat,quòd ſi inter duos 20
fiat pactum, quòd ſuperſtes habeat bona prædefuncti, hæc viciſſitudo † inducit cauſam oneroſam à pacto, vel contractu,quam Gloſſam ſequuntur Oldrad.Ioan.Andr. Alber.Salicet.Angel. Imol.quos *ibi* citat Iaſ.*n.12.verſ. Secundo habes.*

Ad quod etiam facit reſolutio Doctorum dicentium, 21
quòd procurator conſtituens in contractu, † reuocari non poteſt, ſecundùm Bald. *in l. fin. ff. de contrahen. emption.* Paul. de Caſtr. *in l. poſt rem, ff. de re indicata,* Guidon. *ſingular. 273.* & alios, quos citat Rebuff. *in tractatu de pacifico poſſeſſore,num.167.* Ad quod faciunt alia plura, quæ ſcribo *in 4. part. huius operis, quæſt.22.à numero 14.* vbi lector videat, facit *l. vltima, C. de condict. cauſ. dat.* ibi: *Quia ideo tibi dedi, vt mihi ſtichum dares:* aut niſi maritus & vxor faciant 22
ſimul contractum inſertum in tenore maioratus, vel meliorationis, in quo vnus alteri inuicem promittit, quòd nunquam diſcedet à tali contractu: nam tunc talis contractus inſertus in maioratu eſt irreuocabilis, & in omnibus habebit naturam contractus, & erit vltrò citróque obligatorius. Quia contractus † non poteſt 23
ex vna tantum parte conſiſtere, *l. Labeo ff.de verborum ſignificatione*, facit *l. ſicut*, ab initio, *C. de action. & obligat.* Nec enim eſt ignotum virum & mulierem † poſſe inuicem contrahere, vt in mutuo,eſt text. *in leg. penul.in princip. & in l.vltima.ff.de in rem verſo, & in l. Aurelius,§.vltim.de libera.legat.*& in venditione, *l. ſi vir,ff.de præſcript.verb. & in l.cum in fundo, §. vxor, ff. de iure dot.& in l.ſi ſponſus, §. circa venditionem, ff.de donation. inter virum & vxorem*, notat Anton. Gomez *tom.2.variar.cap.2. num.2.folio 4.* Rodericus Suarez *in* 24
tit. De las ganancias,limitat.2. vbi diſputat latè, an † confeſſio mariti confitentis rem fuiſſe emptam de pecunia vxoris,ſit ſufficiens? & probat *l.60.Tauri*, hodie *l.9.tit.9.lib.5. Recopilat.* & tradit nouiſſimè Matienç. *lib.5.Recopil.tit.9.gloſ.2. numero 5.folio 257.* Alexand. *conſ.86.numero 1.lib.5.* Et exemplificat multis iuribus Tiraquellus *de leg. connubial.gloſ.8.* de ſon marit, *num. 111.folio 337.* quem lector legat, Chaſſan. *in conſuetudin.Burgund.rubr.4.§.7. pag.629. numero 11.* cum aliis, Baëza *de non meliorandis filiabus, cap.20. numero 15. folio 128.* qui ex hoc probat, quod ſi in teſtamento ſit

factus

25 factus contractus, in quo filia ſit meliorata, † non valet melioratio; & tradunt Franc. Marc. *deciſ.507.* Andr. Gaill. *lib.2. obſervationum, obſervat.90. num.9. pagina 204.* Bot. *conſ.6.num.17.* Tiraquel. *in tractatu, de retract lib.1. §.31. gloſ.1. num.4.* Caſtillo *in l.61. Tauri, fol.170.* Aluarus Valaſcus *conſult.83. num.7.* & 8. Et omnis contractus poteſt fieri inter maritum
26 & vxorem, † excepto contractu donationis, ſecundùm Alexand.*conſ.86.lib.5.* confirmat Nicolaus Boërius *tit. des couſtumes concernant les mariages, §.1. pag.105. col.1. verſ. Et aduerte*, qui etiam citat Bald. *in l. quod autem, §. ſi tibi, ff. de donation. inter virum & vxorem*, dicentem, quod omnis contractus inter virum & vxo-
27 rem celebratus † præſumitur verus, & non ſimulatus: & idem quod Alexand. & alij, ſcribit Anton. Gama *deciſ.339.num.1.cum ſequentibus*, vbi reſoluit,quòd talis contractus factus inter maritum & vxorem, etiam in teſtamento,non poteſt reuocari.

Et quamvis in facultate Regia cautum ſit, quod maioratus poſſit reuocari, iuxta terminos *legis 44 Taurinæ*; talis facultas † reſtringenda eſt in contractu
28 facto inter maritum & vxorem, neque eſt de Principis intentione,quòd talis contractus reuocetur; imo quod confirmetur: *l.cauſas vel lites, C. de tranſaction. l.ſi donationem, C.de reuocand.donation.* Nec obſunt *l.17. Taurinæ*, in illis verbis, *Por algun contrato*, & *l.44.* ibi: *Por via de contrato*, quia loquuntur in contractu facto cum filio per viam maioratus, vel meliorationis, non in contractu facto inter maritum & vxorem de non reuocando maioratum, aut meliorationem.

Ideò ſi quis confiteatur ſe debere centum in teſta-
29 mento,& reuocet teſtamentum, centum † poſſunt peti: quia dicitur quidam quaſi contractus, vt reſoluit Rebuffus *tom.1. ad conſtit.Regias, tractatu de chirograph. & ſchedular. recogni. artic.2. pagina 214.num.45.* De quo lector videat Bald. *in l.1. num.6. C.de falſa cauſ. adiect. legat. & in l.generaliter, num.10. C.de non numerat.pecun.* Angel. *in l.cum quis decedens, §.codicillis, ff.de legat.3.* Bart.*in l.1. §.ſiquis ita, & in l.decem, ff. de verborum obligationib.* Angel. Alexand. Paul.de Caſtro *in l.ſi ita ſtipulatus, §.Chryſogonus, ff.de verborum obligation.* & alios, quos citant Simon de Prætis *lib.2. de interpretanda defuncti voluntate, dubitat. 2. ſolut.2. num.16.fol.138.& fol.296. num.21.* Iaſo *in l. qui pecuniam, num.3. fol. 49. ff. ſi certum petat.* Menochius *in tractatu de præſumptionibus, lib.2. præſumption.12. num.59. pag.275. & lib.3. præſumpt.35. num.32. pagina 312.* Mantica *de coniecturata mente defuncti, libro 10. num.2. pag.435.* reſoluentes, quid in confeſſione facta in teſtamento? Et idem tradit Petrus Surdus *deciſ.127. num.14. cum ſequentibus*, Azeued. *in practica Piſana, lib.2. cap.26. folio 89.* ¶ Et con-
30 feſſio debiti facta in teſtamento † inducit legatum, etiam ſi verè debitum non erat, vt volunt Paul. *in l. quibus diebus, §.penultim. in fine, ff. de condit. & demonſtrat.* Alexand. *in conſ.155. lib.2.* Anton. Gama *deciſ.293.*

Quæ concluſio non procedit, ſi talis confeſſio facta fuerit in fauorem incapacis, vt docet Menochius *in tract. de præſumptionibus, præſumpt.29. num.26. lib.3.* per text. *in l.qui teſtamentum, ff.de probationib.* Bart. *in l.cum quis decedens, §.Titia, ff. de legat.2.* idem Simon de Prætis *fol.136. num.92. & fol.296. num.21.* Maſcardus *lib.1. concluſ.347. num.103. & 345. n.30. & 361. num.34. & 35. num.43.* Parlador. *libro 2. cap.14.pagina 120.* Guttierrez *libr.practicarum quæſtionum, quæſt.96.* Surdus *deciſ.201.num.1.* Cephalus *conſil.86. num.1.* Ioſeph. Maſcard. *in tractatu, de probationibus, libro 1. concluſ.347. num.21. fol.211. & concluſ.358. num.1. fol.223. & concluſ.ſequenti 359. n.1.* Tiraquellus *in tractat.de Conſtitut. part.3. limitat.7. num.19. & in lib.de legib.connubialib. gloſ.5. num.102. folio 279.* quem vitioſè refere Menochius *in tract. de præſumptionibus, præſumpt.35. num.32. pag.317. lib.3.* Antonius Natta *in conſil.73.num.5.* ad iſta legendus. Et iſta eſt communis opinio, & in praxi ſeruanda, quicquid teneat nouiſſimè referendo Tiraquel. & Auendan. Ioan.Guttierrez *in practicis, d.quæſt.96.*

Confirmatur, quia contractus † poteſt fieri in teſtamento, Gloſ. ſingularis *in l. hæredes palam, §. vltimo, ff.de teſtam.* vbi Doctores tradunt, quod rupto teſta-
31 mento † contractus valet, notat Bald. *in l.vltima, ff.de rebus eorum*, Roman. *conſ.171.* Alexand.*conſ.45.col.2. num.5.lib.1.* D.Anton.de Padilla *in l.vnum ex familia, §.ſi duos, num.2.pag.297 ff.de legat.2.* Simon de Prætis *libro 2. de coniecturata mente defuncti, ſolution.2. num.165. folio 138.* Iul.Clarus *§.teſtamentum,quæſt.75. pag.73.* ¶ Et nominatio facta ad emphyteuſim † va-
32 let, annullato teſtamento, vt reſoluit Anton.Gama *deciſ.173. num.2.* vbi additio Mennæ: ad quem addo egregiam conſultationem Aluar.Valaſc.61. *num.4. cum ſequentibus*, Bertazol. *in tractat. de clauſulis, clauſ.35. gloſ.1. num.1. fol.191.* Et quod tradit idem Gama *deciſ.294.num.3.* vbi reſoluit, qualiter valeat confeſſio facta in contractu nullo. Et faciunt ſcripta per Rebuf. *in l. verba contraxerunt 20. pag.182. ff. de verborum ſignificat.* latè Menchaca *lib.3. controverſiarum illuſtr. cap.51.num.2. fol.36.* vbi per infinitos Authores probat, crebriorem eſſe opinionem, quòd contractus factus in teſtamento † eſt irreuocabilis, ad iſta legendus. 33
Idem tradit Auendan.*libro 2.de exequend.mandat.Regi. cap.29. num.10. verſic. Secunda concluſio:* Peralta *in l.cum pater, §. à filia, num.56.pagina 330. ff. de legatis 2.* vbi ſcribit quaſdam illationes; & refert inter alia, Bald. *in l ſi autà notabili 1. C.de iure deliberand.* volentem, quòd vnus & idem actus † poteſt eſſe in- 34
ter viuos, & vltima voluntas: lege autem eundem Bald.*in l.teſtamentum, C.de teſtament.* dicentem, Teſtamentum illud cenſeri, quòd adhibitis ſeptem teſtibus celebratur, etiam ſi nomine *contractus* illud appellauerit: Tradunt Iaſo *in l. non codicillum, C. de teſtament.* Aymo *conſ.214.num.5.* Menoch.*de arbitrar.iudic.lib.1. quæſt.7. num.25. pag.12.*

¶ Et electio facta in teſtamento, † non cenſetur re- 35
uocata rupto,vel annullato teſtamento, vt ex Oldrad. *conſilio 10.* probat Anton.Gama *dict.deciſ.173.num.3.* vbi tradit, quòd contractus factus in teſtamento † po- 36
teſt per duos teſtes probari, & idem *in d. deciſ.339. num.4.* Sed & idem Anton.Gama *deciſ.338.n.2.* determinat ad propoſitum, quòd pater † non poteſt reuo- 37
care in teſtamento contractum ab ipſo factum cum vxore,ex quo commodum filio primi matrimonij proueniebat, per regulam *l.prout quidque 80.ff.de ſolution.* & tradit Petr.Barboſa *in l.quæ dotis,num.124 pag.722. ff. ſoluto matrim. tom 2.* faciunt quæ ſcribit Portius Imola *in conſ.144. num.21.* Menochius *in tractat.præſumptionum, lib.4. præſumption.105. num.15. cum ſequentibus, fol.200.* & ſcripta per Additionem Gamæ *in tractat. quando damnatis ad mortem, quæſt.6. num.20. fol.40.* & legi debet Additio Gamæ *in d. deciſ.173.* & ipſa deciſio: & *deciſ.36.& additio.* Faciunt quæ ſcribit Petr. Surdus *deciſ.149. num.14.* & infinitos refert Additio Gamæ *deciſ.384.*

Et quòd ſi ſit clauſula in teſtamento, quod ſi non valet teſtamentum iure teſtamenti, valeat iure codi-
cillorum, vel donationis cauſa mortis irreuocabilis, 38
† nihilominus poſſit reuocari, tenent Bart.*in l.ſiquis in principio teſtamenti. ff.de legat.3.* & alij plures,quos citat Iaſo *in conſ.122. num.2. lib.4.* quod confert ad ea quæ ſcribo *infrà, quæſt.30.* Et quòd in dubio non videatur contractus in teſtamento factus, tradit Surdus *d.deciſ.149.n.7.* Et donatio facta in teſtamento accedente ſtipulatione, vt contractus iudicatur; † & actio 39
competit ex ſtipulatione, non ex teſtamento, ſecundùm Salicetum *in l.1. C.de donation. cauſ.mort.* Decium *in conſilio 196. ad finem*, Epiſcop.Couarr. *in 3. part. rubricæ, de teſtament. num.17. folio 24.* Et quòd donatio pura poſſit fieri in teſtamento, † volunt Gloſ. & Do- 40

ctores *in dict. l. hæredes palam*, §. *final. de testamentis*, Cynus *in l. 1. column. vltim. C. de Sacrosanctis Ecclesiis*, Baldus *in l. cum antiquitas, C. de testament.* Decius *consilio* 23. & in *aliis consiliis*, quæ citat Cephalus *consilio* 61. *num.* 31. *lib.* 1. Ad quos addo Andr. de Isern. *in cap.* 1. *qualiter olim, feudum amittatur, num.* 11. *fol.* 123.

41 vbi resoluit, quòd moriens † potest donare inter vivos, quantumcunque in mortis articulo, vbi Andr. Liparul. & faciunt scripta per Matienç. *in l.* 2. *tit.* 3. *glos.* 1. *num* 3. *fol.* 52. & *in l.* 1. *glos.* 3. *num.* 8. *fol.* 65. & *in l.* 1. *glos.* 4. *tit.* 6. *num.* 24. *fol.* 139. Bertazol. *in tractatu, de clausulis, clausul.* 33. *glos.* 1. *num.* 1. *fol.* 191. Et quæ scribo *infrà, quæst.* 31. Imo dico, quòd in isto

42 casu erit maioratus † irrenocabilis, etiam si Regalis licentia concedat posse renocationem fieri: quia ex tali contractu videntur tacitè tali facultati renuntiare. Et hoc est notabile consilium pro his, qui in isto casu volunt facere maioratum, aut meliorationem irrenocabilem.

Quòd autem vbicunque maritus contrahit cum vxo-

43 re, † non requiratur alia licentia, probant plures Doctores, quos citant Tiraquel. *post leges connubiales, glos.* 6. *num.* 111. *cum sequentibus*, Bernard. Diaz *reg.* 555. Ioan. Gratian. *regul.* 101. quod latè tradit Vald. *in additionibus* l. 3. *tit.* de las deudas, *num.* 21. *pag.* 44. Et ista opinio etiam confirmatur ex doctrina Baldi *in d. l. pro hæreditariis, in fin. C. de hæredi. action.* vbi vult, quod si mulier stipuletur dotem sibi reddi, si sine liberis decesserit, cùm à contrario sensu videatur libe-

44 ris stipulari, † non potest renocare, licèt sit vltima voluntas: quia cum ea currit alius disponens, scilicèt, vir, cuius interest non renocari. Et ita intelligit & limitat *l. Seia, ff. de donation. causa mortis.* De quo lege Alexan. *in l. quæ dotis, num.* 4. *ff. soluto matrimonio.* Et ad hæc facit in terminis *decis.* Anton. Gam. 186. *suprà allegata.* Noto etiam, quòd si testator promisit stipu-

45 lanti & acceptanti soluere legatum, nihilominus † potest illud renocare, secundùm Paul. *consilio.* 185. *lib.* 1. Boer. *decis.* 204. Aymon. *in rubric. ff. de legat.* 1. *n.* 155. latè Petrus Surdus *decis.* 127. *num.* 4. latiùs *decis.* 149. *num.* 4. *cum seq. emibus*, vbi tenet contra Bartolum *in*

46 *l. nemo potest, ff. de legat.* 1. dicentem, † quòd legatum factum cum stipulatione, in qua duo testes interfuerunt, non potest renocari; sed Bart. sequuntur *ibi* Imol. *col.* 2. Alexand. *num.* 9. Crotus *num.* 19. vbi Ioan. Annibal *num.* 130. & Ripa *num.* 30. & 35. communem dicunt & Cæpola *cautel.* 129. & prosequitur idem Petrus Surdus *decis.* 161. *n.* 15.

Tertius casus est, vbicumque maritus ex consensu vxoris constituit maioratum de bonis, tam ipsius, quàm vxoris vinculatis: tunc etenim quia vxor patitur maritum disponere de re propria, † non potest mu-

47 lier marito mortuo maioratum renocare. Cuius opinionis etiam sunt Suarez, & Episcopus Couar. & Tellius *vbi suprà*, per text. *in l. sicut*, §. *venditionis, ff. quibus modis pign. vel hypotheca solu.* Molina *vbi suprà*, qui plures citat, Burgos de Paz *quæst.* 1. *num.* 15. & *quæst.* 7. *num.* 55. vbi limitat: pro quibus etiam est multò melior & expressior *l. si sine voluntate, C. ad Senatusconsult. Velleian. & l.* 9. *titul.* 13. *p.* 5. licèt contra hanc opinionem latè arguat. Et pro opinione Tellij & Couar. facit etiam *l. mulier, C. de distract. pignor.* Et quod scribit Fanus *in tractatu, de pignor. part.* 6. *membro* 3. *num.* 25. *folio* 148. & facit quòd ex Molina & Couar. notat Molina *lib. de iustitia & iure, tractat.* 2. *disputat.* 152. *pag.* 867. ¶ Et quòd si mulier vendidit

48 vel donauit rem mariti extraneo, ipso tacente † sibi præiudicet, resoluit Chassan. *in consuetud. Burgund. rubric.* 4. §. 7. *num.* 10. *pag.* 628. Et quod si maritus in testamento alienauit rem matrimonio constante acquisitam, si vxor consentiat, † præiudicet talis consensus,

49 vt non possit habere meliratem illorum bonorum, resoluit Auendan. *respons.* 120. *num.* 8. *versic. Limita quarto.* ex Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus, fol.* 74. Chassan. *vbi suprà*, §. 4. *num.* 10. *pag.* 544. Ioan. Lopius *in rubrica de donation. inter virum & vxorem*, §. 47. & ad omnia addo Molinam *lib.* 4. *de primogen. cap.* 2. *num.* 84. *fol.* 140. Quam legem inducit ibi Gregorius Lopez *ad quæstionem*, si maritus de consensu vxoris fecit maioratum de re vxoris, illa consentiente, taliter quod maritus disponeret, vt de re propria ipsius mariti, quòd si postea maritus renocet donationem aut maioratum, † remanebunt bona apud maritum, & non redibunt ad vxorem. Ad quam quæstionem inducit doctrinam Baldi *in l. C. si vnus ex pluribus appell. in vers. Item quæro.* Addit tamen, quod si maioratus ex tali re factus fuit in filium communem, videtur quod debeat filio remanere ex defectu causæ finalis, vel quòd reuerti debeat ad matrem, & tandem cogitandum reliquit.

¶ Cæterum pro opinione Suarez & aliorum bonus textus *in l. filii familias, C. de iure deliber. lib.* 1. *ro hærede voluntate filij gesti* 1. Et quod scribit Bar. *in l. qui pretio, num.* 4. *ff. de donation causa mortis*, facit etiam *l.* 60. *tit.* 5. *part.* 5. *l.* 37. *tit.* 13. *eadem part.* ibi: *Franquear no puede ningun ome el siruo, ni la siruna que ouiesse empeñado a otro a daño, ni menoscabo de aquel que la tenia a peños, de mientra que fuere assi empeñada: mas si acaeciesse que lo aforrasse estando delante de aq. el que lo tenia apeños, e no lo contradixe, valdria el aforramiento.* Et probatur *in l. creditor, ff. de regul. iur.* vbi Decius & Cagnol. Et facit doctrina Baldi *in l. si tibi. ff. de pignor.* Et vrgent quæ scribo *in* 4. *part. quæst.* 15. *à num.* 44. *cum sequentibus, & l* 40. *tit.* 13. *part.* 5. & quæ latè tradit Fanus *in tractatu. de pignor. d. part.* 6. *dict. memb.* 3. *num.* 12. *cum sequentibus, fol.* 146. Et conducunt quæ latè notant Alexand. & Ias. post antiquos *in l. quæ dotis, ff. soluto matrimonio*, & est etiam text. *in l. cum quidam, ff. de administ. ation. tutor. & in. l. nihil*, §. *proponitur, ff. de regul. iur.* Et quadrat quod dicit Bald. *in l. si liqueat*, per illum textum, *C. de inofficios. donation. num.* 1. *fol.* 199. vbi inquit, quòd qui consentit alij rem propriam donare, ipse donare † videtur. De qua doctrina plura refert Tiraquellus *in legibus connubial. in glos. in verb.* contracter, *num.* 145. *cum sequentibus, fol.* 285. in quo loco plura scribit pro confirmatione huius sententiæ, vbi *num.* 136. latè tractat quæstionem illam, an possit † mulier nupta absque consensu mariti consentire alteri, vt contrahat: vide eum, quia multa ad propositum adducit, & *lib.* 1. *de retract.* §. 31. *glos. vnica, n.* 2. *pag.* 656.

Et generaliter consentiens alienationi rei suæ † amittit eam: *d. l. cum quidam, l. si fundus*, §. 1. *ff. de pigno. cap. præterea, quibus mod. feud. amittat.* per quem tenet *ibi* Bald. *num.* 2. *fol.* 17. Quod si ad primogenitum Regis, vel Baronis pertineat Regnum, vel feudum, & consentit inuestiri secundogenitum, † sibi præiudicat, & dicit esse textum expressum *in cap. quam periculum*, 7. *quæst.* 1. & idem volunt Iacob. de Bell. Bald. Mart. Lauden. Iacob. Aluarot. Cardin. Alexand. *in cap.* 1. §. *præterea si ille, quib. mod. feud. amittat.* & declarat idem Tiraquellus *in lib. de primogen. quæst.* 26. *num.* 1. *cum sequentibus, pag.* 220. & plures citat Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri, part.* 2. *num.* 1108. *fol.* 319. vbi ex hoc & aliis concludit, quòd in testamento in scriptis † requiritur subscriptio eius, qui consentit de re sua testari. Et idem quod Bald. Tiraquel. & alij, tenet Anton. Peregrinus *in tract. de fideicommis. art.* 40. *num.* 69. *fol.* 370. Et pro hac conclusione est bonus textus *in l. censualis, C. de donation.* ibi: *Sed si in censum velut sua mancipia deferenti priuigno tuo consensisti, donationem in eum contulisse videris.* Et faciunt scripta per Aymonem *consilio* 200. *num.* 2. Enerard. *consilio* 12. Paris. *consilio* 2. *num.* 21. *lib.* 3. qui extendunt regulam *dict. l. sicut*, §. *venditionis, ff. quib. mod. pign.* etiamsi consensus fuerit præstitus per verba dubia, & Vincentius Carrocius *in tractatu, de locat. tit. de caus. priuation. feud. caus.* 9. *num.* 6. *folio* 39. Et inquit Bart. *in l. cum quis decedens,*

decedens, in principio, ff. de legat. 3. quòd si ego consentio, quòd res mea legetur, † mihi præiudico,

57 licèt in nihilo sim oneratus. Confirmat latè Iason *consil.* 13. *per totum.* Et faciunt scripta per eundem Iasonem *in cons.* 89. *num.* 5. *lib.* 1.

Et quòd testamentum confirmetur morte illius, qui

58 testatus fuit de re aliena, † nec renocari possit per eum, qui consensum dedit, volunt per text. *in dict.* §. *venditionis*, Bald. *in cap.* 1. §. *donare, qualiter feud. alienar. possit*, Roderic. Suar. Couar, Tellius, & alij, quos citat Matienço *in l.* 1. *glos.* 1. *num.* 2. *fol.* 137. *lib.* 5. *Recopil.* Et vbicunque vir & vxor simul primogenium instituunt, † vnusquisque eorum censetur donare partem

59 suam, ac ex ea primogeniuin instituere, & primogenium indiuiduum esse debet, vt probat Molina *lib.* 3. *de primogen. cap.* 5. *num.* 73. *folio* 43. ex doctrina Baldi quem multum non commendat *in l. cum quidam, n.* 11. *C. de impuber. & dict. l. si liqueat, num.* 1. *C. de inoffic. donation.* Et ad hæc est egregia sententia Baldi *in l. senium, num.* 3. *C. qui testament. facere pos.* vbi inquit, quòd si quis consentiat alicui, vt testetur, & dispo-

60 nat de rebus propriis, † non potest renocari testamentum, etiam si dominus rerum pœniteat, quod refert & confirmat Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. condidit, in principio, num.* 2. *fol.* 152. *de testam.* quæ doctrina maximi facienda est in nostra materia maioratuum, & quotidie contingit in maioratibus & meliorationibus factis per maritos & vxores.

Ex quibus infertur, quòd si pater faciat maioratum in filium de bonis propriis, & de bonis vxoris quomodocunque ad vxorem pertinentibus, in quibus filius habet partem, vel totum, si talis filius, in quem pater fecit maioratum, acceptet & consentiat maioratum,

61 non potest postea † allegare, quòd maioratus non valuit in bonis matris. Et pro hac conclusione faciunt quæ scribo *infrà, hac part. quæst.* 55. Et ex his infertur, quod si pater de consensu filij faciat maioratum de bonis, quæ eidem filio competunt ex successione materna, vel alio quovis titulo in ipsum filium, & hoc filius acceptauerit, non poterit postea talis filius renocare hunc consensum, & facere bona libera, sed vincula seruare tenetur eo modo, ac si pater de propriis bonis fecisset maioratum; & non potest hunc actum filius impugnare, aut retrocedere, nisi beneficio minoris ætatis, vel propter metum vrgentem, vel ex alia quavis causa, quæ sit, secundùm regulas iuris.

Imò fortius dixit Episcopus Couar. *in cap. Raynaldus*, §. 2. *num.* 3. *folio* 138. quòd in legitima, consen-

62 tiente filio, † potest absque Regio assensu primogenium constitui, quod ego verissimum credo, licèt in hoc non se determinauerit Ioan. Lopius *in rubr. de donation. inter virum & vxorem*, §. 47. *num.* 2. *pag.* 135. vbi Barahona plures concordantes citat. Et secundùm *Couarr.* sicut pater potest grauamina & substitutiones adjicere filio in Tertio bonorum, iuxta *l.* 27. *Taurinam*,

63 ita † potest ex consensu filij grauamina in legitima apponere; quam sententiam approbat & declarat Peralta *in l. cum patronus, num.* 8. *pag.* 290. *ff. de legat.* 2. vbi tradit, an tale grauamen præiudicet cæteris descendentibus. Quod latius tradunt Molina *lib.* 2. *de primogeniis, cap.* 3. *num.* 7. *folio* 217. Ioan. Guttierrez *in cap. quamvis pactum, de pact. in* 6. *in principio, num.* 37. *cum sequentibus, pag.* 386. ad quos adde Menochium *consil.* 71. *num.* 22. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 335. *num.* 5. *libro* 3. Nicol. Boër. *decis.* 14. & 96. Anton. Gabriel. *lib.* 6. *communium opinionum, tit. de Legitim. num.* 7. & 37. & 56. Ripa *cons.* 147. *num.* 5. Episcop. Couarr. *in cap. Raynaldus*, §. 2. *num.* 2. *folio* 138. *de testament.* Angul. *in l.* 11. *tit.* 5. *lib.* 5. *Recopilat. glos.* 1. *num.* 11. *folio* 233. & *in l.* 13. *glos.* 3. *num.* 39. *fol.* 258. ¶ Et est animaduertendum, quòd in approbatione talium grauaminum † non requiritur præsentia eius, in

64 cuius fauorem approbatio facta sit, text. *in authen. de hæred. & fal. cid.* §. *si vero expressim, col.* 1. vbi Angel. *col.* 3. & vult Bart. *in l. certum*, §. *si quis absentem, ff. de confes.* & in aliis locis, quos citat Burgos de Paz *in consil.* 14. *num.* 58. vbi etiam refert Salicetum & alios: & ibi, *num.* 59. ex text. *in l. vltima, C. de inofficios. testament.* & doctrina Alexand. *consilio* 14. *num.* 19. *libro* 6. † resoluit, quod consensus per fratres eo 65 modo præstitus, amplius renocari non potest. Et doctrinam Angel. *in dict. authent.* refert; sequitur & confirmat Aymo *de antiquit. p.* 1. *num.* 122. *fol.* 64.

Ex his etiam declaratur quædam sententia Glos. Parisiens *in consuetudinib. Parisiensib.* §. 13. *glos.* 6. *num.* 1. & 2. *fol.* 138. vbi dicit, quòd maritus si suo proprio vendidit aliquam rem, quæ erat vxoris, vxor autem non vendidit, sed tantum consensit venditioni, vel eam ratam habuit, quod nihilominus consanguinei mulieris † admittuntur ad retractum. Quicquid 66 teneat Alberic. *in materia retractus proximitatis, in* 1. *part. statutor. quæst.* 98. vbi post Andr. de Pis. quem dicit latè & subtiliter disputasse, tenebat, non esse locum retractui, & nullos proximiores admitti, nec ex parte viri: quia res non est de eorum genere: nec ex parte vxoris, quia ipsa non vendidit. Idem tamen quod Alberic. † tenent Bart. *in cons.* quod incipit, 67 *Masilliolus*, & alij, quos refert Campesius *in tractatu de dote, p.* 4. *quæst.* 28. *folio* 114. quos ipse sequitur. Quod est singulare ad leges Regias, quæ de Retractu loquuntur. Consilium tamen illud *Bart.* nunquam inuenire potui sed relatum reperi apud Campesium. ¶ Ex quibus constat veritas sententiæ Roderic. Suarez, & aliorum, quidquid contra eam arguat Ioan. Guttier. *in dicto cap. quamvis pactum, num.* 47. *pag.* 391. *de pactis lib.* 6. Infertur etiam, quòd sicut mulier mortuo marito, qui cum vxoris consensu fecit maioratum de re vxoris, non potest, in totum renocare maioratum, † ita non potest alterare, nec vocationes mutare, quas 68 simul fecerunt. Ad quod facit regula *l. perfecta, C. de donation. quæ sub modo*, & alia quæ scribo *infrà, hac* 1. *part. quæst.* 26. *à num.* 21. quod in praxi euenisse scio.

Deducitur etiam ex his, quòd quamvis maritus fecerit maioratum de re vxoris, ipsa consentiente, sicèt vxor defuncta sit † non potest filius primogenitus ali- 69 quid petere à patre ex bonis maioratus, nisi aliud cautum sit in maioratu, donec pater vita functus sit. Quia de talibus bonis non est indicandum provt de bonis matris, sed patris. Et probatur etiam hæc conclusio ex doctrina Cyni *in l. nec fratris, C. de donation. caus. mort.* vbi dicit, quòd cum vxor donat causa mortis rem viri ex consensu ipsius, tunc ad confirmationem talis donationis † non sufficit mors vxoris, sed & viri quoque 70 exigitur, si nondum res tradita fuit, notat Tiraquellus *in legibus connubialib. glos.* 5. *in verb.* contracter, *n.* 39. *fol.* 177. Et pro confirmatione doctrinæ *Baldi* plura refert Peregrinus *in tractatu de fideicommissis, artic.* 44. *num.* 35. *folio* 411. Ad hæc facit, quod resoluit Menchaca *lib.* 1. *controuers. cap.* 12. *num.* 8. quòd si mulier faciat donationem causa mortis cum mariti licentia, † potest eam renocare, quia mulier & non maritus do- 71 nare videtur; per plures authoritates, quas ibi refert, & notatur per Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus, limitat.* 5. *num.* 13. *pag.* 165. *C. de inoffic. testament.* vbi agit de *d. l. nec fratris*, & Burgos de Paz *cons.* 14. *num.* 42. qui duo posteriores non tractant de eo quod Menchaca.

Et vbicunque maritus & vxor in eodem instrumento donauerunt fundum, qui erat in totum mariti, totum dominium translatum censetur † in donatarium, secun- 72 dùm Baldum per illum textum *in l. si liqueat, C. de donation.* Alexand. *in l. si constante*, §. *si vxor, ff. soluto matrim.* Ias. *in l. si is qui*, §. *nec filius, num.* 18. *fol.* 65. *ff. de acquirenda hæreditate.* Et legenda omnino sunt quæ scribit Antonius Peregrinus *in tractatu de fideicommis. artic.* 44. *num.* 39. *folio* 412. Et quod vbicunque

73 maritus est hæres vxoris, † videatur vnum esse testamentum, tradit Petrus Surdus *decis.* 161. *num.* 3. ¶ Et quòd si vnus disponat de re sua & alterius, si dispositio est irreuocabilis respectu disponentis, solus
74 consensus disponentis † spectari debeat, tradit Suarez *in dicto loco*, Episcop. Couar. 2 *part. num.* 8. Tellius *in l.* 17. *Tauri, num.* 14. Burgos de Paz *in hac ipsa materia maioratuum, d. quæst.* 1. *citili, num.* 15. & 16. & in casu notabili in commendis Indorum, circa intellectum *l. cum multa, C. de bonis quæ liber.* tradit Matienço *in l.* 9. *tit.* 1. *glos.* 12. *num.* 10. *folio* 39. *lib.* 5. *Recopilation.* Sic probat text. *in l. vnum ex familia, §. si de Falcidia, ff. de legat.* 2. quòd eligens † vnum ex pluribus ex dis-
75 positione testatoris, non disponit aliquid, sed declarat voluntatem ipsius. Et ibi notat Peralta *num.* 6. *pag.* 572. ex regula iuris, quod consentiens donationi
76 rei tuæ, † ipse donare videtur, *l.* 1. *C. si aduers. donation.* tradit Roland. *in cons.* 57. *n.* 6. *lib.* 3.

Ex istis etiam cognoscitur, an verum sit, quòd per regulam *dict. l. in ædibus, §. quod filiusfamilias*, scribit Tellius *in l.* 27. *Taurina, num.* 15. vbi resoluit, quod
77 pater ex consensu filij meliorati † potest reuocare substitutiones & vocationes factas virtute *dict. l.* 27. & ex consensu filij peruertere formam & ordinem illius legis: quia tunc filius & non pater facere videtur; quod licet verum sit, est moderandum & intelligendum, secundùm ea, quæ scribo *in q.* 24. *& in q.* 26. *sequentibus*, in quibus verissimè probatur, quod filius melioratus cum grauamine restitutionis, non potest tale grauamen reuocare. Ex quibus infero ad resolutionem Glos. Parisiens. *part.* 2. *consuetudin. Parisiens. §.* 55. *num.* 138. *&* 139. *fol.* 93. vbi tradit, quòd si maritus vendidit rem vxoris, quam promisit ratificaturam, si pretium recipiat nouum, ob ratificationem debentur domino laudemia.

78 Doctrina autem *Tellij* semper mihi fuit † dubia, & facilè fraudaretur *prædicta lex*, & contra illam facit quod scribit ipse Tellius *in principio dicti num.* 15. Istis etiam conuenit, quod per regulam *dict. l. nec fratris*, & alia scribit Molina *lib.* 2. *de primogen. cap.* 9. *num.* 26. *fol.* 293. vbi probat, quòd licèt filiusfamilias faciat maioratum cum patris consensu, potest illum reuocare absque patris consensu, si reuocabilis sit. Scribit etiam idem Molina *libro* 4. *de primogen. cap.* 13. *num.* 13. *folio* 144. quòd si filiusfamilias fecit donationem causa mortis, licentia parentis præcedente, pa-
79 rens † non potest in præiudicium illius, cui licentia concessa fuit, & cui ius acquisitum fuit etiam in vita filij, licentiam reuocare, ex Ioan. Andr. *in addition. ad Speculatorem, titulo de instrum. editione, §. porro, in additione*, quæ incipit: *Incidit quæstio*: ad quod tamen alias authoritates refert, & scribit Molina *eodem cap. num.* 23. *folio* 143. per easdem rationes, quòd licèt
80 quis faciat maioratum cum licentia Principis, † non potest Princeps absque consensu illius qui maioratum fecit, illum reuocare, nec præiudicare vocatis, & faciunt scripta per Antonium Gomez *in l.* 48. *Tauri, num.* 4. Barbosam *in l. quæ dotis* 34. *num.* 18. *pag.* 656. *& num.* 22. *pag.* 659. *ff. soluto matrimonio, tomo* 2. & istis etiam quadrant scripta per Tiraquellum *in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num.* 296. *C. de reuocand. donation. & in legibus connubialibus, glossa* 8. *num.* 126. *folio* 339. procedit tamen ista conclusio, si mater habeat licentiam ad faciendum maioratum: nam alias non potest mater per illum actum filio præiudicare, vel in remanente bonorum.

Et quæ dicta sunt, faciunt ad quæstionem difficilem & practicabilem, si maritus & vxor faciant maioratum de propriis bonis in filium, quo & successoribus deficientibus, vocent proximiores consanguineos, casu superueniente, quòd deficiant filij successores, cum
81 maioratus sit res indiuidua, an admittantur ad maioratum consanguinei viri, vel vxoris? † quod etiam tractaui *part.* 2. *quæst.* 6. *num.* 611. Ad quod facit singularis doctrina Baldi *in l. humanitatis, num.* 37. *C. de impub. & alios*, vbi vult, quòd quando maritus & vxor faciunt filio mente capto vnam substitutionem, si voluerunt quod esset vna morte cuiuslibet eorum confirmata; nec † viuens potest pro sua parte reuocare, 82
atque bona indiuisibilia ad illum peruenire debent; faciunt scripta per Molinam *libro* 1. *cap.* 11. *num.* 8. post Tiraquellum *in tract. de primogenitura, quæst.* 42. *num.* 3.

Et est etiam animaduertendum in hac materia, quòd maritus in præsentia vxoris faciat maioratum, & te- 83
stetur de re vxoris, illi † non præiudicat. Quod probatur ex doctrina Baldi *in cap.* 1. *de prohibit. alienat. feud. per Lotharium, n.* 5. vbi dicit, quòd si patior testari de re mea, non videor consentire: quia patientia non præstat authoritatem extra iuris dispositionem, notat Ias. *in l. cum proponas, num.* 7. *C. de pact. & in l. cum alienam, num.* 2. *versic. Nunc limita, C. de legat. & in l. si fundum per fideicommissum, num.* 41. *ff. de legat.* 1. & Stephanus Bertrandus *in consilio* 79. *libro* 3. *num.* 2. Et ex dictis fulcitur quoddam dictum Ioan. Lopij *in repetitione rubricæ de donation. inter virum & vxorem, charta.* 27. *colum.* 3. vbi tradit, quod per simplicem consensum præstitum venditioni, † non excluditur 84
quis à retractu, nisi renuntiauerit expressè, vel se obligauerit; refert Glos. Parisiens. *in consuetudin. Parisiens. p.* 1. *glos.* 1. *num.* 10. *folio* 135. facit Glos. *in l. fideiussor*, la segunda, *§. pater, verbo, manifestum, circa finem, ff. de pignor. & in l. Gaius, verb. non obesse, versiculo, Tantundem dicas, ff. de pignor. actio.* Et in terminis terminantibus, quod præsentia alicuius, cùm illius tes per fideicommissum relinquitur, † non induca- 85
cat consensum, resoluit Alex. *in cons.* 20. *n.* 11. *lib.* 3. per *l. Gaius*, & ibi notata *in l. fideiussor, §. pater, ff. de pignor.* Et ista confirmantur ex pluribus quæ scribo *in* 4. *p. huius operis, q.* 15.

Et hæc conclusio in nostro proposito confirmatur: quia in mulieribus † non præsumitur donatio, quia 86
sunt auaræ, *l. si ego, ff. ad Velleianum, l.* 3. *titul.* 11. *part.* 4. de qua re plura scribit Tiraquellus *in l.* 9. *connubial. num.* 43. *cum sequentibus, folio* 132. Contra hoc tamen facit *l.* 6. *titul.* 1. *part.* 5. Et pro hoc est expressa sententia Bartol. *in l. quæ dotis*, vbi Ias. *num.* 96. post Alexand. & alios, *ff. soluto matrimonio*, volentes quòd taciturnitas mulieris, vel alterius, qui debet reuerentiam, † ipsi non præiudicat, Felinus *in cap. causam matrimonij, num.* 4. & ibi Decius *num.* 5. *de officio Delegati*, Mascardus *in tractatu, de probationibus, libro* 3. *conclus.* 1219. *num.* 41. Barbosa *in l.* 2. *§. fin. num.* 6. *&* 7. *ff. soluto matrimonio.* Et idem voluerunt Alexand. *in l. interpositas, num.* 5. *C. de transactionibus*, & alij, quos citat Caldas Pereira *de renouation. emphyteus. quæst.* 16. *num* 59. *folio* 139. licèt contra hoc faciat regula *l. si vt proponis, C. de seruo pign. dat. manumis. dict. l.* 37. *tit.* 13. *part.* 5. in versicul. *Mas si acaeciesse que lo aforassen.*

Nisi dicamus, quòd istæ leges procedunt fauore libertatis, ob quam multa sunt in iure specialia, prout scribo *in dict.* 4. *part. quæst.* 15. *à num.* 7. Pondero etiam in contrarium aliam legem, quæ non loquitur in libertate, scilicet, *l.* 9. *titul.* 13. *part.* 5. ibi: *E despues que lo sopiesse el señor, lo consintiesse, o lo ouiesse por firme, o estando delante quando la empeñasse, se callasse.* Nisi dicamus, quòd loquitur *ista lex* in simplici hy- 88
potheca, & non in remissione, aut † donatione rei, inter quæ multum interest, vt constat ex text. *in l. postquam, C. de pactis*, & ex aliis, quæ scribit Decius *in l. creditor*, 118. *num.* 3. *pagina* 346. *ff. de regulis iuris, & ex dict. l.* 37. *tit.* 13. *part.* 5. ibi: *Pero bien podria cobrar su deudo de aquel que ge lo ouiesse empeñado.*

Et in materia ista animaduerto circa ea quæ scripsi de illis, qui consentiunt vt disponatur de rebus eorum, ad conclusionem singularem, quòd hæres illius, qui

89 qui alienationi consensit, † potest venire contra factum defuncti, secundùm Baldum *in cap.* 1. *§. hoc quoque, ad finem, num.* 20. *de successione feud.* Afflictis *in cap.* 1. *num.* 35. *quis successor teneatur*, & alios, vt per Tiraquellum *libro* 1. *de retractu, §.* 1. *glos.* 9. *num.* 54. Pinellum *in l.* 11. *C. de bon. matern pagina* 3. *num.* 83. *versiculo, Limitatur sexto, folio* 125. Cuius dicti veritas pendet ab his, quæ inibi scribit latissimè *Pinellus*, & quæ ego scribo *part.* 4. *quæst.* 16.

SVMMARIVM.

90 *Maritus an possit facere maioratum de bonis superlucratis constante matrimonio absque consensu vxoris, & num.* 121.

91 *Maioratus non potest præiudicare vxori in iure quæsito.*

92 *Maioratu de Tertio bonorum in re certa à patre instituto, an possint hæredes per viam transactionis eum illum eximere, & aliam in præiudicium vocatorum subrogare.*

93 *Dominium bonorum matrimonio constante acquisitorum, an eo ipso quòd vir illa lucratur, acquiratur vxori? Refertur opinio affirmans. Negans tamen num.* 94.

95 *Maritus si vendit rem matrimonio constante acquisitam, an admittantur ad retractum consanguinei vxoris.*

96 *Legatum factum per maritum vxori, an computetur in partem ex bonis matrimonio acquisitis illi debitam.*

97 *Bona constante matrimonio acquisita inter maritum & vxorem debent communicari.*

98 *Mulier an possit petere executionem per instrumentum in fauorem mariti factum debiti alicuius, constante matrimonio acquisiti? remissiuè.*

99 *Possessio ex societate ipso iure an acquiratur.*

100 *Dominium bonorum constante matrimonio acquisitorum, quòd in vxorem transiit, ab ea non debet auferri.*

101 *Mulier in habitu habet dominium bonorum constante matrimonio acquisitorum.*

102 *Verba non tantum ad actum, sed ad aptitudinem referuntur.*

103 *Delegatus ante expressionem rerum & personarum iurisdictionem habet in habitu. Et ibi an potestas in habitu possit prorogari, vel demandari.*

104 *Præbenda Sacerdoti conferenda, an possit conferri illi qui aptitudine possit esse Sacerdos.*

105 *Hæres vnus in habitu, alius in actu dicitur.*

106 *Rei vendicatio in habitu vna, in actu alia.*

107 *Præses antequam intret in prouinciam, iurisdictionem habet in habitu, licèt non in exercitio.*

108 *Senator electus, qui post multum tempus iurauit, an debeat præcedere eum, qui medio tempore in dictum ordinem est ingressus.*

109 *Ecclesia parochialis in habitu pluralitatem beneficiorum an impediat. Et an eadem ratione existente, idem iudicetur de Ecclesia Collegiali, vel Parochiali in habitu, ac si esset actu, num.* 112.

110 *Filius Regis, propter spem probabilem, an Rex appellari possit.*

111 *Episcopus ante consecrationem Episcopus nominatur.*

113 *Priuilegium Imperatoris nondum coronati an valeat.*

114 *Aliquid factum esse, vel in potentia faciendi, paria sunt.*

115 *Matrimonium absque copula, in habitu, non in actu dicitur.*

116 *Fideicommissarius an possit cedere ante hæreditatem restitutam.*

117 *Maritus an donare possit bona constante matrimonio acquisita. Et quibus casibus sit licita donatio, num.* 119. *remissiuè.*

118 *Bona inter coniuges acquisita, titulo oneroso, & propter eorum industriam acquisita dicuntur.*

120 *Insinuatio an requiratur in dimidia parte conquæstuum ab vxore acquisita.*

122 *Maritus de bonis matrimonio constante acquisitis maioratum instituens, de quibus videatur instituere? remissiuè.*

123 *Testator rem communem cum alio legans, partem suam legare intelligitur.*

124 *Maritus an possit legare rem matrimonio constante acquisitam, vt mulier ex aliis bonis partem sibi competentem recipiat.*

125 *Hæres in testamento institutus non potest mitti in possessionem dimidiæ partis constante matrimonio acquisitæ, cuius mulier dominium & possessionem habet.*

126 *Et an illi competant interdicta possessoria de bonis superlucratis.*

127 *Mulieri an competat remedium possessorium pro re nomine ipsius & mariti matrimonio constante empta.*

129 *Cum quid non exprimitur, quod exprimi poterat, non creditur sine causa factum.*

130 *Donatio per matrem filio facta, valida est & irreuocabilis.*

131 *Masculinum regulariter concipit femininum, etiam in materia pœnali & odiosa, & num.* 132.

133 *Verbum*, Si quis, *de homine intellecto, tam masculum quàm fœminam comprehendit.*

134 Lex, generaliter, §. cum autem, C. de institut. & substit. *ad matrem an extendatur.*

135 *Statutum* in l. 17. Tauri, *statutum censetur* in l. 44.

136 *Verba* d. l. 44. *gratia frequentioris vsus scripta censentur.*

137 *Expressio rationis maioris frequentationis facta, an extendatur ad casum similem non expressum.*

138 *A practica iudiciali recedendum non est.*

139 *Maritus an de bonis, quæ in bello acquisiuit, possit facere maioratum absque consensu vxoris.*

140 *Rex si marito & vxori faciendi maioratum licentiam concedat, an possint in eadem scriptura maioratuum in diuersos filios instituere.*

141 *Mulier si mandatum dedit marito ad maioratum faciendum, an facto maioratu possit reuocare. Et an possit maritus reuocare contractum cum vxore factum:* ibid.

142 *Maritus si pro se & vxore petat licentiam ad maioratum instituendum, & concedatur marito, vxori concessa videtur. Quid si pater & filius ad hypothecandum bona maioratus licentiam petierunt, num.* 145.

143 *Responso & concessio secundùm supplicationem declarantur, & num.* 144.

146 *Princeps vni ex duobus petentibus licentiam concedens alij denegare videtur.*

147 *Pater si de pecuniis primæ vxoris rem emat, & de ea maioratum in filium secundæ vxoris faciat, filij primæ vxoris ad pecunias ex illo recuperandas habent actionem.*

148 *Pater est filiorum legitimus administrator.*

149 *Consensus mulieris non facit vt ex contractu conueniri possit.*

150 *Rei suæ venditioni consentiens, de euictione an obligetur.*

151 *Qui non potest facere contractum, an illi possit consentire.*

152 *Mulier statuto prohibita contrahere absque consensu mariti, si contrahat, an post eius mortem possit maritus contractui consentire.*

153 *Maritus & vxor si faciant maioratum, iudicantur duo testamenta.*

154 *Conditione adiecta in facultate maioratus, ab vxore & marito facti, vt vnus sine altero reuocare non possit, vnus sine altero reuocare non potest. Et quid si conditio non adsit? ibid.* & n. 156.

155 *Oppositorum eadem est disciplina.*

His autem quæstionibus alia erat proxima, an marito licitum sit facere maioratum de re, quæ fuit matrimonio constante acquisita, absque vxoris permissu? Quæ quæstio decidi potest ex his quæ scribit Tellius *in l.16.Tauri, n.16.* & rectiùs & propriùs *in l.19. num.2.cum aliis*, vbi tractat, an maritus possit assignare meliorationem constante matrimonio in re acquisita cum vxore eodem constante matrimonio. Ex cuius dictis ad nostrum propositum sustentari potest, quòd ma-
90 ritus † non potest facere maioratum ex bonis matrimonio constante superlucratis absque consensu vxoris: esse: etenim contrarium dicere, auferre vxori id, quod ex legibus & consuetudinibus Hispaniæ eius proprium est, quæ tribuunt vxori medietatem bonorum matrimonio constante acquisitorum. Quæ consuetudo etiam in aliis prouinciis seruatur, vt traditur per Episcopus Couarruuias *in epitom. de sponsal. part.2. cap.7. num.5. folio* 90. & per Nicolaum Boerium *decis.* 22. Petrum Rebuffum *tomo 1. ad constitutiones Regias, titul. de liter. oblig. art.1. glossa 9. num.30. pag.72.* & ad Tellium addo Chassanæum *in consuetudinibus Burgund. titulo* des droicts: *rubrica 4. §.9. folio 173. col.1. num.5. versic. Sed quid erit de assignationibus*, vbi expressè tenet, quòd maritus non potest de bonis matrimonio constante acquisitis facere diuisiones inter liberos in præiudicium mulieris: vbi etiam tradit qualiter maritus non potest legare res matrimonio constante acquisitas: & dubitat an res legatas matrimonio constante superlucratas in vita possit tradere? & an donare causa mortis? & tradit in terminis Chassan. *in consuetud. Burgund. rubric. 4. §. 5.*
91 *n.1. pag.550.* Pro quibus facit, quia † maioratus non potest præiudicare vxori in iure quæsito, *l. seruus dotalis, §. vltima, ff. soluto matrimonio.* Et pondero textum *in l. nec filius, C. de rebus credit.* & *in l. non debet, ff. de regul. iur.* & in terminis maioratus hoc tradit Antonius Gama *decis.* 48. qui loquitur in bonis constante matrimonio acquisitis, vbi etiam tractat quæstionem singularem, si pater facit maioratum de Tertio bonorum, & assignet
92 in certa re, † an possint hæredes per viam transactionis eximere rem illam, & subrogare aliam in præiudicium vocatorum? In quo est legenda additio Mennæ, & Auendan. *in l.14. Tauri, glos.3 n.1. fol.36.*

Et licèt inter nostros Doctores sit magnum certamen, an eo ipso quòd vir acquirit bona prædicta, transeat dominium in vxorem? Quia Rodericus Suarez magnæ scientiæ vir, præcipuè in intellectu & practica Regni,
93 *in tit. De las ganancias. folio 23. col.2.* tenet, † quòd eo ipso quòd vir talia bona superlucratus fuit, acquiruntur mulieri tàm in proprietate, quàm in possessione, licèt postea relinquat maturius cogitandum; id tamen intrepidè tenet Segura *in l.3. §. vltim. ff. de liber. & posthum.* Anton. Gomez *in l.5. Tauri. folio 263. numero 76.* Ioan. Lopez *in repetit. Rubrica, de donat. inter virum & vxorem, colum. mihi 362. in versic. Vel aliter hodie, §.66. num.24. vers. Nota hoc consilium Bald.* quod etiam latiùs omnibus sustentat Gregorius Lopez *in l.55. tit.5. par.5. in glos.* in verb. *Comunalmente*, citant omnes textum *in l.47. tit.18. part.3.* Baëza *de non meliorandis filiabus, cap. 11. num.106. folio 86.* quem citat Caldas Pereira *in libro de emphyteu. quæst.19. num.59. folio 217.* Et est communior opinio secundùm Burgos de Paz, *quæst.8. ciuil. num.6.* & 22. & latè eam defendit *quæst.9. per totam*; Torquemada *in suis quæstion. quæst. 6.* qui communem vocat Matien. *in l.16. glos.1. num.2. folio 270. tit.9. lib.5. Recopilat.* & idem tenet ipse Matienç. *in l.10. glos.2. num.1. folio 273. dict. titul.9.* & *in l.11. glos.3. num.2. eodem tit.9.* & idem Burgos de Paz *quæst. 6. num.3.* & *quæst.11. num.11.* Auendan. *respons.20. n.1.* & legendus est *respons.37.* & Baraona *in addit. ad Ioan. Lopium, §.62. in addit.* quæ incipit. *Ipso iure communicantur, folio 199.* & est communior opinio, authore Ayora *in lib. de partitionibus, part.2. quæst.41. num.44. folio 116. col.4.* & est verior & communior opinio secundùm Ioannem Guttierrez *in libro 2. practicar. quæstionum, quæst.118. num.4.* & nouissimè confirmat Parladorus *lib.2. de rebus quotidian. cap.5. num.14. pag.91.* Petrus Barbosa *in l.1. ff. soluto matrimonio, part.6. n.37. pag.202.* Licet contra eos † teneat Ancharranus *cons.* 94
102. *num.6.* qui dicit, quòd donec matrimonium fuerit solutum, non transit dominium talium bonorum in vxorem: & idem tradit Glos. Parisiens. *in consuetud. Paris. part.1. §.25. num.2. folio 220.* latè Episcop. Couar. *resolut. lib.3. cap.19. num.2.* Ioann. Lop. in hoc palinodiam canens *in dict. rubr. col.319.* hodie *§.56. num.11. vers. Idem videtur dicendum*, vbi in hanc secundam opinionem apertè se inclinat: & eiusdem sententiæ fuit Card. Florent. *in cons.15.* quod incipit. *Quod maioratus*, & Tiraquel. qui etiam in his terminis loquitur, supposita Galliæ consuetudine, *lib.1. de retract. §.32. glos. 1. & vnica, num.100. pag.691.* Qui ex hoc tandem † tener, 95
numero præcedenti, post Glos. Paril. *in dictis consuetud. tit.1. §.30. num.74.* quòd si maritus vendat rem, quam matrimonio constante acquisiuit, admittuntur ad retractum rei venditæ consanguinei mariti, & non vxoris: quod dictum notandum est ad *leges Regias Ordinamenti, & Taurinas*, quæ de Retractu loquuntur: & idem tenet Gregorius Lopez *in dict. 55. in dict. glos. versus finem*, contra Doctorem del Castillo *in l.74. Taurina*, & faciunt quæ supra scripsi. Tandem opinionem Ancharrani sequitur Tellius *in d.l.16. Tauri, num.10. cum aliis*, qui tamen non refert *Tiraquel.* nec alios quos retuli; ideo lector laborem meum gratum habeas. Et istos sequitur Andr. de Angulo *in l.3. glos.4. num.5. folio 88. tit.5. lib.5. Recopilat.*: & idem tenet Barbosa istud referendo, *in l.1. ff. soluto matrimonio, part.1. num.41. pagina* 207. qui plura scribit in proposito istius materiæ, *in numeris præcedentibus & sequentibus*, vbi etiam hoc referendo tradit, quòd maritus non potest facere maioratum de re acquisita constante matrimonio.

Sed pro Roderico Suar. & sequacibus facit *l.15. Taurina*, vbi legatum factum per maritum vxori, † non 96
computatur in parte, quæ ei debetur de bonis matrimonio constante acquisitis. Cuius legis ratio est, quia talia bona ipso iure vxori à lege deferuntur, & eidem statim deferuntur, vt existimat idem Episcop. Couar. *in cap. officij, num.5. folio 80. de testamen.* & *l.53. Taurina*, vbi pater dotando filiam, videtur dotare de bonis matrimonio constante lucratis, quasi quòd ante mortem maritorum vxoribus acquirantur. Ad quam legem videndus est Baëza *de non meliorandis filiabus, d. cap. 11. num.2. cum aliis.* Et cùm ex legibus Regni bona acquisita † debeant communicari inter maritum & vxorem; 97
talis acquisitio est potius iudicanda ex legis dispositione, quàm hominis; vt tradit Petrus Barbos. *in l.si ab hostibus, §. fin. ff. soluto matrimonio, tom.2. num.60. pag.231.* & *in l.si constante, num.135. eodem tomo, pag.581.* per doctrinam Bartoli *in l.ita stipulatus, num.39. ff. de verb. obligat.* Alciati *in l.4. §. Cato, n.104. eodem titulo*, Ripa *in l. fœminæ, n.62. C. de secundis nuptiis*, Rolandi *de lucro dotis, quæst.86. num.11.* Et faciunt quæ scribit idem Barbosa *in l.si constante, n.49. cum seqq. ff. solut. matrim. pag. 532.*

Et ista seruiunt pro decisione quæstionis, quam disputat Auendan. *respons.20.* an mulier † possit petere 98
executionem per instrumentum factum in fauorem mariti alicuius debiti, quod maritus acquisiuit matrimonio durante. De quo etiam per Parladorum *cap. final. par.3. §.num.4. pag.260.* & Dom Valdes *in addit. ad Roderic. Suarez, extension.7. pag.122.* Rebuffum *tomo 1. ad constitutiones Regias, art.1. glossa 9. num.28. pag.72.* Et pro opinione Roderici Suarez & aliorum, facit notabilis doctrina Augustini Beroij *in cons.46. num.3. lib.3.* vbi resoluit,

99 resolnit, quòd ex societate possessio † ipso iure acquiritur. Et pro ista sententia facit etiam *l.77. Tauri* hodie *l.10. tit.9. lib.5. Recopilat.* vbi propter delictum mulier amittit bona constante matrimonio acquisita: & idem probat *l.11. eodem titulo*, & legenda sunt quæ scribo *in quæst.24. seq. à num.28.* ¶ Et ista nimirum seruiunt pro decisione quæstionis, quam disputo *in 4. p. quæst.23.* vbi tracto, quando mulier possit renuntiare bonis acquisitis constante matrimonio.

Vtcunque tamen sit de prædictarum opinionum veritate, vt ad superiora redeam, siue illico acquiratur vxori dominio bonorum constante matrimonio acquisitorum, cùm primum bona acquiruntur per maritum; siue soluto matrimonio acquirantur, cum tunc dominium ipso momento transeat in vxorem, vel illius hæredes, ab
100 ea auferri † non debent, *l. id quod nostrum, ff. de regulis iuris.* Et licèt mulier constante matrimonio non habeat liberam administrationem, sed maritus; mulier tamen in
1 habitu illico † est domina horum bonorum; quod sufficit ad hoc vt maritus non possit de talibus bonis facere maioratum absque vxoris permissione: quia verba
102 non tantum ad actum, sed ad aptitudinem etiam † referuntur, *cap. maiores, §. cæterum, de baptism.* Sic delegatus ante expressionem personarum & rerum habet iurisdictionem in † habitu, licèt non in actu, *cap. Pastoralis,*
103 *§. quoniam, de rescript.* vbi Felin. tradit, quando iurisdictio, vel potestas, quæ habetur in habitu, possit prorogari, vel demandari, quem refert Cæsar Lambert. *in tract. de iure patronatus, lib.2. part.1. artic.2. 4. quæstion. principal. num.5. folio 31.* & tradit Ioan. Gratian. Falcon. *regul.42.* Et licèt præbenda debeat conferri Sacerdoti,
104 † sufficit, quòd aptitudine possit esse Sacerdos, secundùm Ioan. Andr. & Domin. *in cap. ei cui. glos.2. de præbend. in 6.* & confirmat Menoch. *in cons.227. num.59.*
105 *lib.3.* ¶ Et hæres dicitur vnus in actu, † alius in habitu, secundùm Paulum de Castro *in cons.410. Viso facto, col.2. versic. Quantum ad tertium, lib.1.* Parisium *in cons.* 31. *num.45. lib.2.* Simonem de Prætis *lib.3. de interpretand. defunct. volunt. interpret.1. dubit.3. solut.5. num.9.*
106 *folio 196.* Et rei vendicatio † vna est in habitu, alia in actu, secundùm Bald. *in cap.1. de alienat. iud. mut. caus.*
107 *fact.* ¶ Et Præses antequam inter prouinciam, † habet iurisdictionem in habitu, licet non in exercitio, *l. observare, ff. de offic. Procon.* De quo per Anton. Nat. *cons.351. num.2.* vbi disputat, an electus Senator qui post mul-
108 tum tempus iurauit, † debeat præcedere alium, qui medio tempore ingressus est dictum ordinem, Vant. *de nulli. tit. de nullitat. ex defect. iurisdiction. ordinam. n.35. pag.366.* quem vide *num.36. sequenti.* post Decium *in cons.609.* & *696. num.11.* ad quos addo Gomez *in regul. de non tollendo iure quæsito, quæst.4. pag.66. vers. Primus igitur modus*, & melius *de triennali possessore, quæst.35. pag.847.* Curiam Pisanam, & Azeued. *lib.1. cap.13. folio 24.* ¶ Et Ecclesia parochialis, quæ non habet pa-
109 rochianos, & sic est in habitu, † non impedit pluralitatem beneficiorum, secundùm Glos. *in cap. licèt Canon, in verb. Parochialis, de elect. in 6.* & alia, quæ citat Ioann. Guttier. *allegat.8. num.3.* Similiter Presbyter Parochialis habens Ecclesiam, quæ postea propter temporum discrimen non habet populum, dicitur Parochialis in habitu, licèt non in exercitio, vt tradetur *in cap. licèt, de election. in 6.* notat Abbat. *in cap. de multa, de prabend.* Felin. *in proœmio, Gregor. Episcop. num.39.* Et filius Re-
110 gis, *Rex*, propter spem probabilem, appellari † potest, licèt in vita patris administratio sit eidem interdicta, secundùm Glos. *in cap. vltimo, 24. quæst.1.* quam refero *in princip. secundæ partis*, & tradit Paris. *in cons.141. num.20. lib.4.* vbi *num.30.* scribit, quòd Episcopus ante
111 consecrationem † dicitur Episcopus: & Tiraquellus *in tract. de primogen. quæst.33.* & sunt pleraque exempla his similia, quæ latius cumulat Lucas de Pen. *in l. vnica, C. de reis postulat. lib.10. folio 96. col.2.* cui adde *Glos. in cap. statutum, in verb. collegiatus, de elect. in 6.* dicentem
112 quòd vbi est eadem ratio, idem † iudicatur de Ecclesia Collegiali vel Parochiali in habitu, ac si esset in actu; notat Decius *in d. §. quoniam, num.1. folio 70.* facit text. *in cap. Ecclesiis*, vbi Abb. *de immunitat. Eccles.* & doctrina Angel. *in l. item veniunt, § præter hæc, ff. de petition. hæred.* & plura scitu digna, quæ scribit Tiraquel. *post leges connubiales, glos.2. num.1. cum sequentibus folio* 247. Tiber. Decian. *respons.90. num.7. cum sequentibus*
lib.2. vbi disputat, an valeat † priuilegium Imperatoris 113
nondum coronati? Petra *in tract. de fideicom. quæst.12. num.203. cum seqq. pag.366.* & paria sunt, aliquid factum esse, † vel esse in potentia faciendi: *l. Et post* 114
rem, ff. de transact. cum *concordan.* vt per Ias. *in l. elegantes, in principio, num.6. folio 174. ff. de condict. indebit.* & plura notabilia scribit Ioan. Lopez *in rubric. de donat. inter virum & vxorem, §. 38. num.1. cum sequentibus, pag.*10). Et matrimonium absque copula dicitur in habitu, † & non in actu, vt tradit Chassan. *in consuetudin.* 115
Burgund. rubrica 3. §.6. num.29. pag.587. & illud quod quis habet in potentia, licèt non in actu, potest in alium transferri, secundùm Abbat. *in cap. cura, de iure patronatus*, Decius *in l. nemo plus iuris 54. num.6. ff. de regulis iuris, pagina 225.* Tiraquel. *lib.1. de retract. §.26. glos.3. num.40. pag.627.* & quod fideicommissarius † non possit cedere ante hæreditatem restitutam, 116
probatur *in l. mulier, §. ex asse, ff. de iur. dot.* vbi Iacob. & volunt Bald. *in l. sancimus, C. ad Trebellian.* Rebuff. *tom. 2. ad constitutiones Regias, titulo de cessione actionum, glos.7. numero 1. pag.471. & articulo 2. glos. vltim.*

Et opinio prædicta suadetur: quia maritus solus † 117
non potest donare bona matrimonio stante acquisita, vt traditur per Simanc. *de instit. Catholi. cap.90. n.90. folio 32.* Gomez Arias *in l.5. Tauri, num.50.* & vide Glos. Parisiens. *in consuetudin. Parisiens. part.1. §.30. n. 75. folio 239.* quibus etiam addo elegans consilium *Bald.* quod lector in isto puncto omnino legat *in cons. 235. Statuto Tergisti, lib.2.* quem citat Tellius *in l.19. Tauri num.7.* Molina *lib.2. de primogen. cap.10. nu.66. folio 310.* & idem probat & tenet Nicolaus Boërius *in consuetudin. Bituricens. titulo des coustumes des donations entre les Nobles pagina mihi 150. column.2. vers. Ideo quæro*, pro quibus facit, quia talia bona acquisita † 118
videntur magis titulo oneroso, & propter industriam coniungum, vt patet ex *l.15. Tauri*, vbi notat Tell. post Rip. *in l. fœminæ, num.59. C. de secund. nupt.* De qua quæstione, & quando, & in quibus casibus maritus pos-
sit † donare bona constante matrimonio acquisita le- 119
genda omnino sunt quæ refert nouissimè Menna in addition. ad Gam. *decis.227.* vbi citat Rodericum Suar. Simanc. Molin. Baëzam, Ayoram, Didac. Perez, Nauarrum, Ioannem Garciam, Guttierr. & hos, & alios scriptores Regni, & alia etiam plura refert Valdes *in additionibus ad Suar. in l.1. fori, tit.* de las ganancias, *pag.* 21. & inquit notabiliter Rebuffus *tom.2. ad constitut. Regias, tract. de donation. art.1. glos.1. num.33. pag.373.* quòd dum vxor lucratur mediam partem eorum quæ in illa acquisitione † non requiratur insinuatio, quia 120
ipso iure acquiritur vi consuetudinis. Ad ea autem, quæ in contrarium adduci possunt, respondet diligenter Tell. *in d.l.* 19. & hoc mihi videtur in ista quæstione, licèt contra Tellium teneat nouissimè Ayora *in libro de partitionibus, dict. quæst.41. part.2. num.48. folio* 118. ex quibus infertur confirmatio resolutionis traditæ à Burgos de Paz, *quæst.8. ciuil. num.10.* quòd si Rex concedat licentiam marito vt possit facere maioratum de rebus propriis, non potest facere maioratum de rebus acquisitis cum vxore constante matrimonio.

Tandem in nostra quæstione concludendum est, maioratum, vel meliorationem constante matrimonio de re acquisita † non posse facere maritum: quicquid 121
nouissimè teneat Auendan. *in l.17. Tauri, glos.4. num.1. cum sequentibus folio* 41. Et quod maritus non possit facere primogenituram de bonis paraphernalibus vxoris, resoluit Menoch. *in cons.1. num.70.* per *legem, si ego. §. dotis,*

dotis, ff. de iur. dot. l. vltimam, C. de pactis conuentis. Et an si maritus faciat maioratum de re acquisita constante matrimonio, † videatur facere de parte sua, vel de parte vxoris, resoluit singulariter Tellius *in dict. l.* 19. *num.* 2. *cum seqq.* & Molina *dict. loco num.* 67. & legenda sunt quæ scribit Alexand. *cons.* 9 *num.* 13. *lib.* 2. Iaso *in l. si domus, §. vltim., num.* 11. *folio* 120. *ff. de legatis* 1. vbi ponit regulam generalem, quòd quando testator rem legat, quam habet communem cum alio, † videtur legare solum partem, quam habet; per illum textum, & *l. serui electione, §. vltimo, eodem titulo*, nisi dicat, quod legat totum fundum per *l. Iulianus, in princip. ff. de legat.* 3. vel nisi habeat rem communem cum hærede, per *l. vnum ex familia, §. si rem, & l. cum filius, §. dominus. ff. de legat.* 2.

Infertur etiam periculosissimum esse, † quod scribit Ioan. Garcia *in tract. de expensis & meliorat. cap.* 13. *num.* 20. *folio* 127. vbi conatur probare, quòd maritus potest prælegare rem matrimonio constante acquisitam, & quòd mulier ex aliis bonis accipiet partem illam, quam maritus prælegauit, quod durum per prædicta mihi videtur. Infertur etiam verum esse quod scribit Matienç. *in l.* 2. *tit.* 9. *glos.* 3. *num.* 20. *& 21. lib.* 5. *Recopil.* vbi probat, quòd si hæres in testamento institutus petiit se mitti in possessionem ex remedio *l. vltima, C. de edict. Diui Adriani tollen.* † non poterit mitti in possessionem dimidiæ partis bonorum constante matrimonio acquisitorum, quorum mulier habebat dominium & possessionem. Et quod mulieri de talibus bonis superlucratis constante matrimonio competunt omnia Interdicta possessoria: † sed cauendum est ab ista resolutione; cum mulier minimè intentare possit Interdictum Adipiscendæ, iuxta regulas iuris vulgatas. Et contra Matienç. facit quod scribit Tellius *in dict. l.* 16. *Tauri num.* 15. *in fine*, vbi probat, quod mulieri soluto matrimonio † competit remedium possessorium pro re empta matrimonio constante, si nomine ipsius & mariti fuit facta emptio, non aliàs. Et de eadem quæstione relinquit cogitandum Suarez *in d. l. fori versicul. Quæritur vlterius, in fine.* Et idem quod Matienç. tenet, eo non relato, Azeued. *in l.* 3. *tit.* 13. *lib.* 4. *Recop. n.* 19. *folio* 188. vbi refert opinionem Tellij tenere Auendan. *resp.* 20. Et quòd si mulier turbetur in possessione bonorum mobilium acquisitorum constante matrimonio, † competat idem Interdictum Vtrubi, notat Chassanæus, *in consuetud. Burgund. in rubr.* les femmes mariées, *§.* 14. *n.* 12 *pag.* 710.

Post quam autem ad ista deuentum est, antequam hinc abeam, inquirere oportet, an dispositio *d. l.* 44. quæ non permittit patri reuocationem maioratus nisi in casibus *in d. l* contentis, habeat locum etiam in matre. Quæstio est à nemine tractata, nec de ea vidi vnquam dubitari: cum tamen sint multæ causæ dubitandi. Et in primis *lex prædicta* 44. quæ solummodo in homine loquitur, ibi: *El que hiziere algun mayorazgo.* Auget difficultatem *l.* 17. *Taurina*, quæ loquendo de melioratione Tertij dicit, quòd pater & mater eam non possint reuocare, nisi in casibus *in dict. l.* contentis, & loquitur specialiter in matre, quòd non fecit ita *dict. l.* 44. cum hoc potuisset faciliter exprimere; quòd cùm non fecerit, † non est credendum sine causa factum; *l. vnica, §. sin autem ad deficientia*, ibi: *Nam si contrarium volebat, nulla erat difficultas coniunctim ea disponere, C. de caduc. tollend.* facit regula text. *in l. si vero, §. de viro. ff. soluto matrimonio, l. commodissimè, ff. de liberis & posthumis.* Renalidatur difficultas, quia donatio facta per matrem filio illicò † valet, & est irreuocabilis, quia non habet filium in potestate, *l. si constante, C. de donat. inter virum & vxorem, l. illud, §. vltimo, C. de collat. l. velles necne, C. de reuocand. donation.* De quo plenius tracto *in quæst.* 28. *infra, eod. n.* 5.

Sed licèt hæc vera sint, adhuc videtur, † quod illa lex habet locum in muliere, & in matre, sicut in patre: quia in legibus masculina regulariter concipit fœminina. *l.* 1. *§.* 1. *ff. de constit. pecun. l.* 3. *in princip. ff. de negot. gest.* Quod † procedit etiam in materia pœnali & odiosa, secundum Cynum, & Odofredum *in l. quicunque, C. de seru. fugit.* & alios, vt per Decium *in l. fœminæ, n.* 110. *ff. de regulis iuris*, & Tiraquellum *lib.* 1. *de vet retractu, §.* 1. *glos.* 9. *num.* 211. Quod maximè procedit, vbi lex loquitur per verbum commune, prout loquitur *dict. l.* 44. ibi: *El que hiziere.* Nam hoc verbum (*si quis*) tanquam commune, quia de homine intelligitur † tàm masculum, quàm fœminam comprehendit, *l.* 1. *ff. de verborum significatione*, vbi Doctores, præcipuè *Alciatus*, qui illam legem paucis verbis notanter explicat. Et melius quàm alius *Rebuffus*, qui hoc latissimè tractat. Confirmatur, quia *l. generaliter, §. cum autem, C. de institut. & substitut.* quæ de patre tantum loquitur, † ad matrem quoque trahitur, secundùm Glossam, Odofredum, Cynum, Angelum, Fulgos. Corn. Guido Pap. Ias. Decium & alios, ibi: Bartol. Imola. & Rapha. Cuman. *in l. cum auus, ff. de condi. & demonstrat.* facit *l. Patroni, ff. de verborum significat.* & plura refert Tiraquellus *in l. si vnquam, in verbo, Patronus, num.* 1. *pag.* 140. *C. de reuocand. donat.* Hoc fortificatur ex dispositione *dict. l.* 17. quæ eandem facultatem matri concedit in reuocatione Tertij. Et maioratus, & melioratio per illas leges æquiparantur quoad reuocationem, & ideo † statutum *in d. l.* 17. censetur statutum *in dict. l.* 44. propter paritatem, quam in hoc habent, *l. si socer à genero, in principio*, & ibi Glos. *ff. soluto matrimonio, l. quibus, circa finem*, & ibi Angel. *in* 6. *notab. ff. de legibus, l.* 1. *§. veteres, ff. de acquirend. possess.* Et verba posita *in dict. l.* 44. censentur † scripta gratia frequentioris vsus: quia homines magis communiter faciunt maioratus, quàm fœminæ: & idem nihil contradicit de matre, ibi: *Non esse factam mentionem*, iuxta Glos. *in Clementina* 1. *verb. Præsidentes, de rescript. in* 6. *& in l. vnica, in verb. sponsam, C. de raptu virgin.* Et ad hoc facit, quod scribit Alexand. *in cons.* 119. *num.* 93. *lib.* 6. vbi dicit, quòd quando in aliqua dispositione est facta expressa mentio de vno, putà de masculo, & expressio de ipso fuit ratione maioris frequentationis: † tunc non videtur facta mentio de illo ad casum similem non expressum. Et *ibi* Glos. Parisiens. alios concordantes refert. Et cum ista sententia sit fauorabilis matri, cuius libera voluntas non est coarctanda, vt tollatur à libera testandi facultate, in dubio est amplectenda, iuxta ea, quæ plenius trado *in quæstione* 22. *supra, eodem, num.* 266. *& sequentibus*, & *in aliis locis huius libri.* Et cum hoc concurrit practica communis, à qua † non est recedendum, *l. minimè ff. de legibus.* Et ex istis infertur confirmatio eius, quod resoluit Baëza *de non meliorandis filiabus, cap.* 11. *numero* 7. cum aliis, vbi latè fundat, matrem non posse meliorare filiam dotis ratione.

Sed an de bonis, quæ maritus in bello acquisiuit, possit facere maioratum absque consensu vxoris? † pendet à notatis per Rodericum Suarez *in titul. De las gananciæ, limit.* 3. *folio* 15. Ioannem Lopium *in repetit. rubric. de donat. inter virum & vxorem, col.* 225. *&* 320. Gregor. Lopez *in l.* 6. *tit.* 11. *part.* 6. *folio* 83. *col.* 1. per eundem Suarez *in quæst. maioratus*, quibus adde *l.* 6. *tit.* 17. *part.* 4. *l.* 5. *tit.* 15. *part.* 6. Ex quibus & aliis, quæ ego scribo *in* 1. *quæstion. suprà eodem, num.* 23. *cum sequentibus.* apparet, maioratum ex talibus bonis liberè posse facere maioratum absque consensu vxoris, dum tamen obseruentur quæ habentur *in l.* 2. *&* 4. *titulo* 4. *lib.* 5. *Ordinam.* Et quod si Rex concedat marito & vxori licentiam faciendi maioratum, † possunt etiam in eadem scriptura facere maioratum in filios diuersos, tradit Ioannes Lopez, *in quæstione maioratuum, quæstion.* 959. quem refert & sequitur Burgos de Paz *quæstione ciuili* 1. *numero* 1. contra Celsum *cons.* 117. *num.* 4.

Præterea, in ista quæstione est commendandum quod scribit Vasq. Menchaca *lib.* 1. *controuersiarum dict. c.* 12. *num.* 12. *folio* 58. vbi tenet, quòd si maritus & vxor constante matrimonio conuenerunt facere maioratum, de certis bonis in persona vnius filij, & maritus iuxta mandatum vxoris fecit maioratum, si eam pœnituit & renocauit, † valet renocatio. Quod dictum procedit, & limitari debet, secundùm dictam distinctionem *dictæ l.* 44. & addo in ista materia Antonium Gamam *decis.* 338. *num.* 2. vbi probat, quòd pater non potest reuocare contractum per ipsum cum vxore factum, ex quo commodum ad filium primi matrimonij pertinebat.

Item est notandum, quòd si maritus nomine suo & vxoris Regi supplicauit pro licentia ad faciendum maioratum, & Rex tantummodo marito licentiam præstitit, † videtur & vxori talem licentiam præstitisse. Ad quod videtur textus expressus *in l.* 1. *C. de diuers. rescript.* qui ad hoc est notabilis, vbi Ias. post alios plura in confirmationem huius conclusionis scribit, notat idem Iaso *in l. Lucius, num.* 17. *folio* 133. *ff. de vulgar.* & ad hoc facit doctrina Bart. *in l. siquis intentione ambigua, ff. de iudic.* vbi dicit, quòd quando supplicatio est certa limitata, & responsio ambigua, † responsio & concessio declaratur & intelligitur secundùm supplicationem; & dicit Rebuffus *in praxi beneficiali, in* 3. *part. signat. num.* 24. *pag.* 187. quòd concessio facta à Papa in signatura, intelligitur secundùm partis supplicationem. In quo loco, plura similia ad propositum adducit: & confirmatur ex pluribus quæ scribo *infrà quæst.* 60. *à num.* 11. & probatur *concl. 15. in cap. inter dilectos, in vers. Caterum, de fide instrum.* qui ad hoc est melior de iure, secundùm Iasonem *in l. Gallus, §. idem credendum, num.* 9. *ff. de liber. posthum.* & tradit idem Iaso *in l. iustitia, num.* 11. *ff. de iustitia & iure, & in l.* 1. *num.* 5. *cum sequentibus, C. de diuers. rescriptis*, & faciunt quæ scribo *supra, quæst.* 8. † & ad hoc etiam est notanda, *l. parti.* 40. *tit.* 18. *part.* 3. *in tota lege*, maximè in illis verbis, *De tal carta se pueden aprouechar todos, maguer no se faga en ella mencion de los otros.*

Ex quibus obtinui in practica, quòd si pater & filius petierunt facultatem ad hypothecandum pro restitutione dotis bona maioratus, si patri tantum facultas concessa fuit, filio concessa videtur, & † ea vti potest. Ista tamen conclusio non transit sine difficultate. Nam Princeps concedendo vni ex duobus petentibus licentiam, † alij denegare videtur; *l. cum Prætor, ff. de iudic. l. maritus, C. de procurator.* cum *concord.* Pro priori tamen opinione faciunt quæ scribit Aymo Cravet. *in cons.* 45. *num.* 2. Et pro secunda distinctione Albericus quam lector legat *in d. l.* 1. *C. de diuers. rescript.* & quæ scribit Mascard. *in tract. de probationibus, lib.* 3. *conclus.* 1240. *n.* 27. *fol.* 180.

Hic etiam inferere decreui, quòd si pater maioratum facit filio secundæ vxoris ex rebus comparatis pecuniis filiorum, quas ex priori vxore sustulit, maioratus quidem stabit, † filij autem habebunt actionem solummodo ad pecunias, vt tenet Gregor. Lopez *in l.* 24. *in glos. magna, verb.* Estonce, *versùs finem, tit.* 13. *part.* 5. per text. *ibi*, & doctrinam Baldi *in titul. de his, qui feud. dare poss. §. & quia vidimus, num.* 10. *fol.* 8. vbi tradit, quod in feudis non refert cuius pecunia feudum sit emptum, per *l. non vnde, C. si cert. petat.* & ista doctrina Gregorij Lopez de plano procedit, vbi filij primæ vxoris, quorum erat pecunia tempore emptionis, erant maiores; si autem minores erant, dici potest, quòd possunt rem vendicare tanquam à parte emptam, qui est filiorum legitimus † administrator: argumento *l. curator, C. arbitri tutel. l.* 2. *ff. quando ex fact. tut. or. l.* 49. *tit.* 5. *part.* 5. vbi Gregor. Lopez multa scribit pro intellectu istius materiæ, cui adde Socinum *in regula* 343. Ias. *in l.* 1. *num.* 8. *C. de furt.* Glos. Parisiens. *in tract. de contractibus, quæst.* 83. *num.* 628. Episcop. Couarr. *resolution. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 6. *vers. Sed ad huius melius, & in cap.* 1. *num.* 5. *de testam.*

Est etiam sciendum in ista materia, quod consensus præstitus per mulierem, dum maritus facit maioratum de re ipsius vxoris, † non facit, vt ea possit conueniri ex tali contractu, cui consensit; *l. aliud, ff. de regul. iur.* Et ita in terminis volunt Bartol. *in cons.* 211. *Quidam sibi filius, colum. vltima.* Ancharran. *in cons.* 76. *in vltimo dubio.* Aymo *in tractatu, de antiquitat. tempor. in quæstion. posita post tractatum, num.* 4. *&* 41. Quod confirmatur ex doctrina Alexand. *in cons.* 131. *col.* 2. *lib.* 2. vbi tradit, quòd consentiens compromisso non videtur se obligare ad id, quod arbiter pronunciauit seruare; Sed & Corneus *cons.* 41. *colum. vltima, lib.* 3. resoluit, quòd siquis consentiat venditioni rei suæ, tamen ex tali consensu † non est obligatus de euictione, & confirmat ex aliis idem Aymo *in cons.* 33. *num.* 19. licet in contrarium faciat doctrina Iasonis *in l. cum fundus, § seruum tuum, notabil.* 3. *num.* 7. *folio* 51. *ff. si certum petatur*, vt ex illo textu notat, quod eo ipso quòd quis approbat contractum ab alio gestum, tenetur in solidum perinde, ac si cum eo fuisset gestum, & citat textum *in l. Caius, ff. de manumission. & l. Pomponius, § cum quis, ff. de acquirend. possess.* sed veritas & resolutio istius puncti pendet à pluribus, quæ scribit Tiraquellus *in d. l. connubial. n.* 136. *cum aliis, fol.* 284. vbi latissimè tractat † an qui non potest facere contractum, possit illi consentire, & alia ad istam rem pertinentia, & legenda etiam sunt quæ scribo *infrà* 4. *part. quæst.* 19. *à num.* 27. ¶ Et in ista materia animaduertendum est, quòd singulariter scribunt Paulus de Castro *in cons.* 438. *Quantum ad primum quæsitum, libro* 1. Tiraquellus *in libro de legibus connubialibus, glos.* 4. *num.* 18. Menochius *in tract. de præsumptionibus, lib.* 6. *præsumption.* 34. *num.* 15 *fol.* 88. volentes, quòd si statuto cauetur, quòd mulier non possit contrahere sine consensu mariti, & contrahat sine mariti consensu, & interim ipsa moriatur, † non potest maritus consentire ea mortua illi contractui, ex quo vnus consensus cum alio iungi non potest.

Summè etiam est notandum, quod licèt vir & vxor simul in aliquo supremo iudicio faciant maioratum, † censentur esse duo suprema iudicia, scilicèt, alterum viri, alterum vxoris; *l. Papinianus, §. sed nec impubes, ff. de inoffic. testam.* facit quod notat Glos. *in l. patris & filij, ff. de vulgar.* Quæ resolutio ad plura, quæ in ista materia se offerunt, est necessaria. In qua etiam animaduertendum est, quòd si Princeps concessit licentiam marito & vxori faciendi maioratum, conditione adiecta, quod vnus sine altero non possit reuocare maioratum quæ clausula reperitur in pluribus licentiis datis ad faciendum maioratum: si maritus & vxor virtute talis facultatis faciant maioratum, † non potest reuocare vnus altero mortuo, licèt id cautum in scriptura non sit: quia eo ipso quòd vtuntur tali facultate, videntur eam acceptare, & ad eam executionem deducere cum omnibus suis qualitatibus & conditionibus, *d. l. Caius, ff. de manumiss. l.* 1. *§. vlti no*, vbi Bart. *ff. si famil. furt. feciss dicatur*, cum *concordant.* quæ refero *in* 2. *part. quæstion.* 4. *illation.* 8. Et ista conclusio fulcitur ex dispositione *l.* 44. *Taur.* hodie *l.* 4. *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordinamen. noui*, in illis verbis: *Saluo si en el poder de la licencia que el Rey le dio, estuuiesse clausula para que disfpues de hecho lo pueda reuocar.* Nam si est clausula contraria quod non possit reuocari, ad vnguem est custodienda, & oppositorum † eadem est disciplina: *l. vltima, §. vltimo, ff. de legat.* 3. cum *concordant.* vt per Euerardum *loco* 75. Et hæc sententia † confirmatur ex pluribus quæ scribo *infrà, quæst.* 37. & aliis traditis per Molinam *lib.* 4. *de primogen. cap.* 2. *num.* 54. *fol.* 130. Et de materia istius quæstionis legenda sunt quæ refert nouissimè Valdes *in additionibus ad Suarez, in l. Quoniam in prioribus, limit.* 5. *pag.* 84.

QVÆSTIO XXIV.

Si facto maioratu pater tradidit filio possessionem, est irrenocabilis, tam quoad ipsum, quàm quoad alios vocatos.

SVMMARIVM.

1 *In donationibus substitutiones fieri possunt.*
2 *Ponderatur lex 45. Tauri, ad decisionem huius quæstionis.*
3 *Tam de maioratu antiquo, quàm nouo est intelligenda.*
4 *An procedat in primo successore.*
5 *Quæstionis definitio.*
6 *Conditione adiecta, vt bona donata post tempus præfixum alicui restituantur, quo tempore transferatur possessio ad eum, cui ius ex donatione competit, & num. 11.*
7 *Donatario sine liberis decedente, dominium rei donatæ reuertitur ipso iure ad personam post eum vocatam.*
8 *Ex substitutione in donatione facta an acquiratur vilis actio absenti substituto.*
9 *Pactum quòd primogenitus semper præferatur, an fieri possit.*
10 *Donatio reuocata quoad primum donatarium, an reuocetur quoad substitutos, & num. 35.*
12 *Donatarius, cùm dies donationis cedit, an possit intentare iudicium possessorium Retinendæ pro possessione rei donatæ.*
13 *Donatarius quomodo possit contradicere possessioni contra hæredem scriptum? remissiuè.*
14 *Legatum ad tempus an dicatur substitutio, aut translatio.*
15 *Princeps non potest alterare inuestituram in præiudicium eius, cui ius quæsitum est.*
16 *Pater si emphyteusim accipiat pro se & filiis, an possit vni prælegare. Refertur quædam sententia, num. 18. Et ibi quid de matre? Contraria opinio, num. 19.*
17 *Emphyteusim acquirens an possit excludere futuros successores & nominatos de consensu domini? remissiuè.*
Et qualiter dominium rei, quæ data fuit in emphyteusim, transeat ad vocatos, ibid.
20 *Actus perfectus per superuenientem causam non reuocatur.*
21 *Ius quæsitum filio ad maioratum ex vocatione non est auferendum, & num. 25.*
22 *Vbi dies acquisitionis cessit, an possit donans reuocare grauamen donatario adiectum? Resoluitur, n. 23.*
24 *Testator non potest in aliorum præiudicium disponere de bonis sibi, suo filio, & descendentibus per fratrem donatis.*
26 *Ex modo apposito donationi in fauorem Tertij, ius Tertio acquiritur, & num. 45. Etiam absenti sine cessione: n. 30. An possit reuocari cùm donatarius debitum agnoscit, num. 28.*
27 *Castra donata in pactis matrimonialibus masculis an acquirantur.*
29 *Ius in personam secundò vocatam an transferatur iure transmissionis, vel ex propria persona.*
31 *Consensus domini ad confirmandam donationem rei emphyteuticæ, an præiudicet aliis vocatis.*
32 *Donans fundum si constituat se pro possessore pro donatariis, mortuo primo donatario ius omnibus acquiritur, & num. 33.*
34 *Re tradita duobus pro indiuiso, in parte postea accrescente an sit opus traditione.*
35 *Donatione pro matrimonio facta filio & eiusdem liberis, statim censetur ius acquisitum liberis postea natis.*
37 *In successione primogenituræ non sufficit præstare interesse, sed donatio præcisè est seruanda, & n. 38.*
39 *Donatio est irreuocabilis, vbi ius est quæsitum propria, vel Notarij stipulatione.*
40 *Donatio inter vinos per Notarium acceptata, an transmittatur ad hæredes. Et ibi qualiter debeat fieri, & num. 41. Quòd donatio per Tabellionem acceptata non possit reuocari in præiudicium filiorum vocatorum.*
42 *Donatio, in qua plures personæ sunt vocatæ, dicitur vna donatio. Contraria sententia, n. 44.*
43 *In priuilegio immunitatis an sint tot concessiones, quot personæ, quibus datur priuilegium.*
46 *Descendentibus ex vna linea deficientibus, alij ex alia à primo inuestito descendentes, & collaterales à primo inuestito, succedunt.*
47 *An sint tot substitutiones, quot personæ quibus fit substitutio.*
48 *Feudum acquisitum pro aliquo ex filiis, an dicatur nouum in personis filiorum.*
49 *Res desinit esse integra per traditionem veram vel fictam.*
50 *Feudi concessione facta pluribus de agnatione, transit feudum ad omnes proprio iure.*
51 *Pater accipiens feudum pro se & filiis, non potest præiudicare filiis totum delegando.*
52 *Filius vino patre an intelligatur in feudo inuestitus.*
53 *Possessio vnius prodest cæteris descendentibus, in quibus absque noua apprehensione continuatur.*
54 *Legatum quomodò ad tempus certum & incertum relinqui possit.*
55 *Consuetudo quòd venientes ad habitandum ciuitatem, certis fruantur immunitatibus, est seruanda.*
56 *Subditi compelli non possunt ad portandum frumentum ad molendinum domini.*
57 *Pater si meliorat filium in Tertio, non potest ante impletam conditionem reuocare vincula & grauamina.*
58 *Substitutio facta in donatione reuocari non potest.*
59 *Ius acquiritur secundo donatario ex pacto cum primo per donatorem facto.*
60 *Alienatione prohibita in contractu maioratus, dominij translatio impeditur.*
61 *Agnati ad feudum vocati rei vendicationem vtilem possunt intentare, contra rem feudalem præscribere volentem.*
62 *In feudis an possit quis alteri stipulari.*
63 *An possit quis stipulari liberis natis aut conceptis post mortem stipulantis.*
64 *Donatione facta Caio & liberis, qualiter rei vendicatio intentari possit, & num. 65.*
66 *Donatio facta libero ex primo matrimonio nascituro an reuocari possit, & n. 68.*
67 *An sufficiat acceptatio per filium postea natum.*
69 *Si quis donauit in pacto matrimoniali, & promissionem non adimpleuit, an eius filius possit hypothecariam intentare.*
70 *Et an donans conueniatur ad interesse.*
71 *Pacto in capitulis matrimonialibus pro primogenito & aliis, quos pater declarauerit, adiecto, si non declaret, an omnes succedant.*
72 *Legitimatio per subsequens matrimonium facta an præiudicet ei, cui per donationem ius erat quæsitum.*
73 *Filius primogenitus non potest consentire, quòd pater reuocet maioratum, ad quem alij filij sunt vocati.*
74 *Vendita re censuali acquiritur ius domino, etiamsi venditio annulletur.*
75 *Pœna pro pace seruanda imposita non remittitur frangentibus, etiamsi postea reconcilientur.*
76 *Ius acquisitum etiam iste, tolli non licet.*
77 *In rebus semel donatis an possit apponi onus, vel fideicommissum.*
78 *Emphyteuta qui semel feudum vendidit, an possit augere*

augere aut minuere pretium absque consensu domini rei emphyteuticæ.
79 *Nemo potest mutare consilium in alterius detrimentum.*
80 *Venditione consensu partium dissoluta, laudemium an debeatur.*
81 *Contrahentes an possint reuocare pactum quòd primogenitus succedat.*
82 *An pacto reuocato filius præiudicetur.*
83 *Testator qui inter vinos rem aliquam donauit, an possit in testamento grauare hæredem in fideicommisso in re per eum donata.*
84 *Tertia bonorum pars in dote promissa an possit in testamento à patre reuocari.*
85 *Nobilis an possit prosequi litem nobilitatis, si communitas ei pignora restituat? remissiuè.*
86 *Filia non potest grauari in dote, nisi sit vltra legitimam.*
87 *Quid in maioratu, & donatione irreuocabili.*
88 *Filius melioratus per patrem in Tertio bonorum, an possit, consentiente patre, grauamina & substitutiones reuocare.*
89 *Absque acceptatione acquiritur ius secundò vocato ad maioratum.*
90 *Lucrum à lege delatum transfertur absque agnitione, & num. 91.*
92 *Bona matrimonio constante acquisita absque agnitione transferuntur, & num. 93.*
94 *Renuntiatione facta ius acquiritur successori absque acceptatione.*
95 *Successor in maioratu, licèt realiter possessionem non accipiat, eam transfert ad successorem.*
96 *Frater sorores ad successionem admittens, stante statuto eas excludente, si illæ acceptent, an possit pœnitere.*
97 *Maioratus ob causam matrimonij institutus non potest reuocari in præiudicium secundo loco vocatorum.*
98 *Etiamsi fiat per Constitutum. Quid si secundo loco vocatus non sit præsens tempore factæ donationis, num. 101.*
99 *Tantum operatur fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero.*
100 *Clausula Constituti an procedat contra habentem causam à constituente.*
102 *Maioratum faciens si constituat se pro possessore pro omnibus vocatis, fortius ius eis tribuit.*
103 *Per stipulationem Notarij ius hæredibus, & personis in stipulatione inclusis acquiritur.*
104 *Contrahentes an possint re integra discedere à scriptura super renuntiatorio fideicommissi & maioratus facta.*
105 *Primus vocatus si post apprehensam possessionem delictum committat, pater non potest maioratum reuocare in præiudicium fisci, vel vocati, quibus ius sit quæsitum.*
106 *Maioratu facto, pater non potest vendere, vel obligare bona, & num. 107.*
108 *Pater non censetur donare alteri bona, quæ prius donauerat.*
109 *Alienatio bonorum, quæ pater pro maioratus obseruatione hypothecauit, prohibita censetur.*
110 *Fratres si per sententiam compromissoriam consentiant quòd res aliqua sit maioratus, an in præiudicium vocatorum possint alienationi consentire.*
111 *Res donata an possit ante traditionem obligari, vt post eam transeat ad donatarium cum oneris obligatione.*
112 *Donatarius non obligatur creditoribus, sed hæres donantis.*
113 *Creditor agens contra donatarium debet probare hypothecam præcessisse donationem.*
114 *Pater non potest filio imponere seruitutem in re data ob maioratum vel melioration em.*
115 *Nec delinquendo talia bona amittere.*
116 *Nec præiudicat filio per confessionem quòd bona alicui obligauerit.*
117 *Melioratus an teneatur ad debita post maioratum irreuocabilem contracta.*
118 *Parentes non possunt disponere de rebus, in quibus filius dominium & possessionem habet per melioration em in contractu oneroso factam. Nec debita contrahere.*
119 *Id quod nostrum est, sine facto nostro à nobis auelli non potest.*
121 *Creditores facti post donationem non præferuntur donatarijs.*
122 *Si in facultate Regia contineatur licentia reuocandi vsque ad mortem, an teneatur successor ad debita post maioratus institutionem contracta.*
123 *An sit standum confessioni Principis attestantis aliquid donasse post factam ab ipso donationem.*
124 *Castrum donatum puellæ in dotem, si à patre donante dictum fuit quòd primogenitus habere debeat, decedente patre, an in filium se hæredem negantem possit executio fieri.*
125 *Limitatio ad l. 21. Tauri.*
126 *Ad valorem melioration is Tertij an attendendus valor bonorum tempore mortis, vel tempore donationis.*
127 *Et an donatio præiudicet creditoribus.*
128 *Primò vocatus si maioratum non acceptauerit, secundus acceptare potest.*
129 *Hæres potest habere ratam donationem à defuncto factam, vt reuocari non possit.*
130 *Ius vocatorum post primum non dependet ab hoc prius vocato, sed à primo fundatore.*
131 *Adueniente die vocationis vocati possunt possessionem petere.*
132 *Maioratu in certa re à patre in filium ex Tertio bonorum instituto, an possint hæredes per viam transactionis aliam pro re illa subrogare.*
133 *Pater potest reuocare maioratum, vbicumque in vita filij prius vocati conditio non fuit purificata.*
134 *Maioratus si instituatur sub certis conditionibus, & grauaminibus, an illis verbis forma inducatur.*
135 *Maioratus, vel melioratio si sit inualida, non acquiritur ius nec primo vocato, nec aliis.*
136 *Et potest reuocari.*
137 *Etiam existente iuramento.*
138 *Maioratus reuocari potest, si primus vocatus conditionibus non pareat.*
139 *Etiam in præiudicium successorum.*
140 *Et donatio est inefficax.*
141 *Donatio conditionalis euanescit ex conditionis defectu.*
142 *Conditio dum pendet, & non impletur, possessio non transfertur.*
143 *Et quid in donatione facta Ecclesiæ.*
144 *Maioratus an reuocari possit in casu huius quæstionis, si sit factus ob contractum oneroſum.*
145 *Deficiente semel conditione in persona primi vocati, censetur extincta substitutio quoad alios.*
146 *Hæredes donantis possunt reuocare donationem propter non obseruatas conditiones.*
147 *Donationis reuocatio non competit hæredi, nec contra hæredem.*
148 *Quid in reuocatione facta ex inobseruantia pactorum.*
149 *Stipulans rem donatam pro hæredibus & successoribus, non videtur stipulari pro fideicommissarijs non habentibus causam ab stipulante, sed ab eo qui fideicommissum reliquit.*
150 *Modificare, corrigere, mutare, detrahere, & dispensare, qualiter differant? remissiuè.*
151 *Maioratum si quis instituat de aliqua re sub reseruatione, vt de certa quantitate disponere possit, & non disposuit, dispositio quomodo intelligatur? remissiuè.*

152 *Donans an possit cogi ad tradendum rem donatam.*
153 *Donatione facta cum clausula, quod pars præmorientis deueniat ad superuenientes, an sit locus iuri accrescendi.*

VIgesimoquartò quæro pro intellectu istius materiæ, de quæstione, quæ propter sui vtilitatem, & quia noua est, & in practica contingibilis, est magnifacienda. Pater fecit maioratum in fauorem alicuius filij de pluribus, quos habebat, & in vocationibus vocauit alios filios successiuè, si contingeret quòd filius; qui primò fuit vocatus, decederet absque filiis, & facto maioratu, tradidit filio possessionem rerum maioratus corporalem, aut per alium actum iuridicum: & postèà contingit, quòd filius priùs nominatus decessit absque liberis in vita patris, aut matris; quæritur an possit pater aut mater reuocare maioratum in præiudicium secundi filij vocati post primum, cui possessio tradita fuit? In qua materia præmittendum est, quod quemadmodum in testamento possunt fieri substitutiones & reuocationes, ita in donationibus: *l. si rerum, l. Quoties, C. de donat. quæ sub modo:* cum multis congestis per Antonium Peregrinum *in tractatu de fideicommissis, art.* 51. *num.* 1. & 2. *fol.* 480. quod hodie est clarissimum, *per leges* 17.27.44. *Taurinas.* Hoc præmisso in nostra quæstione, quia semper intendo non contercre tempus frustra (quod ad negotia quotidie occurrentia est mihi necessariissimum) videtur quod in isto casu maioratus est irreuocabilis, tam quoad primum vocatum, quàm quoad alios; quod probatur rationibus & iuribus sequentibus.

2 Primò ad hoc facit *l.* 45.† *Taurina*, ibi, *Mandamos que las cosas que son de mayorazgo, agora sean villas, o fortalezas, o de otra qualquier calidad que sean, luego sin otro acto de aprehension, se trasphase la possession ciuil y natural en el siguiente en grado.* Quæ lex clarè probat hanc conclusionem. Nec dici potest, quod illa lex loquitur in vlterioribus successoribus, & non vbi moritur primus successor maioratus; quia cùm *dicta lex* generaliter loquatur, & sit introducta in fauorem maioratuum, generaliter est intelligenda: *cap. si Romanorum*, 19. *distinct.* cum vulgaribus: *l.* 1. *§. & cum ratio: ff. de aleæ vsu, & aleator.* Nec congrua ratio diuersitatis adest magis in vno casu, quàm in alio, vt ad oculum
3 patet. Et ideo lex illa † est intelligenda tam in maioratu antiquo, quàm in nouo: *l. illud, ff. ad l. Aquiliam* cum *concordantibus.* Et quod illa lex procedat etiam in primo successore; quia succedit primo institutori, &
4 fundatori maioratus, † latè sustentat Antonius Gomez *in d. l.* 17. *fol.* 186. cuius sententia ratione concludenti fulcitur. Quia si verum est, quod iam sunt bona maioratus, & vinculata, postquàm fundator vinculauit, omnibus debent gaudere priuilegiis, & qualitatibus bonorum maioratus, quia vna & eadem res non debet diuerso iure censeri: *l. cum qui ædes, ff. de vsucapion. l. vltima, C. de commun. seru. manumis.* Et opinio Antonij Gomez mihi tenenda videtur, licèt contrarium teneat Molina *lib.* 3. *de primogeniis, cap.* 13. *num.* 40. *fol.* 97. quem sequitur nouissimè Ioan. Gutrierrez *in quæst. practic. lib.* 3. *quæst.* 72. *num.* 2. *pag.* 620. Cum igitur possessio in talem filium vocatum ipso iure transferatur, authoritate *prædictæ legis*, quem filium pater vocauit in
5 defectum, & sub conditione si primus filios liberos non relinqueret; † sequitur quòd quemadmodum maioratus est irreuocabilis respectu primi propter possessionem, quæ ei data fuit, ita est irreuocabilis quoad alios vocatos.

Secundò, hæc conclusio suadetur ex dispositione *l.* 7. *tit.* 4. *part.* 5. quæ est ad infinita singularis: & pro ista etiam sententia est notabilis, quæ probat, quod si quis faciat alicui donationem de aliqua re vsque ad certum tempus, conditione adiecta, quòd post illud tempus alteri restituat, à die illo, ab eo qui donauit, præ-
6 fixo, † statim transfertur possessio in illum, ad quem ex tali donatione ius competit, illo die præterito, ibi: *De aquel dia en adelante ganarian la possession y el señorio della sus herederos del que ouiesse hecho la donacion, o el, o el otro a quien nombrasse para auerla.* Quam legem in nostra materia maioratuum circa præscriptionem citat Gregorius Lopez *in l.* 10. *tit.* 26. *part.* 4. *in glos. in verb.* No le empeceria, *fol.* 70. *col.* 2. *ad finem.* Et de *d. l.* 7. meminit Valasco *tom.* 2. *consultationum, consult.* 194. *num.* 20. Et *d. l.* 7. vocat insignem Episcopus Couarru. *lib.* 1. *resolutionum, cap.* 14. *num.* 3. facit egregia *l. quoties, C. de donation. quæ sub modo.* De qua tractat Suarez *in titulo*, de las herencias, *num.* 22. & 23. vbi Valdes *num.* 4. *pag.* 93. allegat me, & alia plura, & eam multum commendat *in allegatione* 19. *vers. & in nostro casu*, & Antonius Gomez *in l.* 45. *Tauri, num.* 111. *vers. septimo facit.* Et ad maioratus nostros illam legem refert Ioannes Lopius *in l.* 46. *Tauri, num.* 2. quæ secundum eum sumpta fuit *de l. quoties, C. de donationibus, quæ sub modo*; & Gregor. Lopez *in eadem l.* 7. in verbo, *y el señorio.* Quam *l. quoties*, rectè & ad propositum interpretatur Aluarus Valascus *in tract. de iure emphyteutico, q.* 50. *num.* 44. *versic. comprobatur nostra sententia.* Tradit notanter in casu notabili Carolus Ruinus *in consil.* 62. *num* 10. *lib.* 2. qui ad hoc refert Glossam, quam vocat notabilem *in l.* 1. *C. de inofficios. donation.* vbi Baldus, Bart. *in l. & ideo, ff. de condict. furtiua.* Alexand. *in l. final. C. de legat.*

Ex quorum authoritate colligit, quòd si quis donet alicui aliquid, & si decedat sine liberis, vocat aliam per-
7 sonam, † donatario decedente sine liberis, ipso iure reuertitur dominium rei donatæ ad personam vocatam. Et ex regula *dicta l. quoties*, deducit eleganter Aymo *in consil.* 19. *num.* 8. quòd ex substitutione facta in dona-
8 tione † acquiritur vtilis actio absenti substituto, contra regulas iuris quòd alteri stipulari nemo potest. Et inibi tradit Aymo, quòd in contractibus substitutio fieri potest, † & pactum quòd primogenitus semper præferatur,
9 ex *l. vt hæredibus, ff. de legat.* 2. Bald. *in consil.* 249. *Verba investitura, vol.* 2. *post medium, lib.* 2. Paul. de Castro *in consil.* 384. *Si quæritur, lib.* 1. vbi vult, quòd facta substitutione in contractu donationis, licèt reuocetur do-
10 natio quoad primum donatarium, † non tamen censetur reuocata quoad substitutos. Et *dict. l. part.* 7. continuatur per textum *in authent. cui relictum, in fine, C. de indict. viduitat. tollen. & in l. final. C. de legatis.* In quibus iuribus probatur, quòd sicut dominium rei legatæ transit ipso iure in legatarium, *l. à Titio, ff. de furt.* cum
11 *similibus*: ita finito tempore legati, † transfertur ipso iure ad hæredem; quod volunt Salicetus, Fulgos. Alexand. *num.* 6. *fol.* 160. *in d. l. final. C. de legat.* Glos. & Bald. *in l. ... C. de inofficios. donation.* Bart. *in l. & ideo, ff. de condict. furtiu.*

Nec est curandum de quodam intellectu extraneo, & subaudito dato ad istam *legem Partitæ* per Antonium Gomez *in l.* 40. *Tauri, n.* 28. quia est contra expressa verba, & mentem *illius legis.* Nec de alio intellectu dato per Matiencium *in l.* 45. *Tauri, glossa* 2. *n.* 21. *fol.* 188. cum *lex illa*, in verbo, *ganarian*, secundùm legis mentem, & communem vsum loquendi idem significet, quòd *ganarian*, quæ verba sunt de præsenti, & non de futuro.

Ex quibus aliàs in practica inferebam, quòd donatarius cùm cedit dies donationis, vel purificata est con-
12 ditio, † potest intentare iudicium possessorium Retinendæ pro possessione rei donatæ: quæ illatio probatur ex scriptis per Augustinum Beroium *in consil.* 60. *num.* 26. & 27. *lib.* 1. *& in consil.* 130. *n.* 67. *cum seqq. lib.* 2. & conducit quod scribit Menochius *de adipiscend. possessione, remedio* 4. *quæst.* 67. *n.* 557. & iterum *n.* 588. & *n.* 592. post Guidonem Papæ *consil.* 59. Alexand. *in consil.* 83. *n.* 6. *lib.* 2. Augustinus Beroius *consil.* 55. *n.* 6. *lib.* 2. qui omnes
13 tradunt, quomodo donatarius † possit contradicere possessioni contra hæredem scriptum in casu *l. vltima, C. de edict. diui Adrian. tollend.* Cuius legis dispositio procedit secundùm

secundùm *Salicetum*, non solum in reali, & vera apprehensione; sed etiam in ea, quæ facta est per clausulam Constituti. Notat Iaso *in l. postquam liti, C. de pact.* latius & perfectius omnibus Episcop. Couarru. *resolut. lib.* 1. *dict. cap.* 14. *num.* 2. *cum seqq.* à quo cauendum est *n.* 5. qui conatur destruere verba *d. l.* 7. licèt cum esset doctissimus, agnouit verba legis non habere responsum congruum. Ad quæ adde elegantem conclusionem, quòd si legem alicui ad tempus, & alteri post illud
14 tempus, † non dicitur facta substitutio primo, sed dicitur quædam translatio: *l. quærebatur*, vbi Glos. & Bal. *ff. de testament. milit.* Bart. *in l. Imperator*, vbi Ias. *nu.* 27. *ff. de legat.* 1. Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, p.* 10. *n.* 67. *pag.* 294. *ff. ad Trebell.*

15 Tertiò ad hoc facit simile, quod Princeps † non potest in præiudicium eius cui ius quæsitum est, alterare inuestituram, seu alterum admittere, secundùm Baldum *in cap.* 1. *§. primo, de feud. Guard.* & Paul. de Castro *in l.* 1. *C. quando non peten. par.* & alios, quos refert Decius *in consil.* 207. *Ad clariorem*: & Gozadin. *in consil.* 20. *num.* 10. Menoch. *in tractatu præsumptionum p.* 2. *præsump.* 10. *n.* 50. *pag.* 122. latè & notanter Menoch. *consil. n.* 124. & 125. De quo legenda sunt quæ scribo *infra, q.* 44.

Quartò, ad hoc est elegans doctrina eiusdem Baldi *in authent. si quas ruinas, col. penult. vers. iuxta hoc quæro num.* 6. *in fine numeri, C. de sacrosanct. Eccles.* vbi tractans, an pater accipiens pro se & filiis aliquam rem
16 in emphyteusim, † possit eam prælegare vni filiorum? de qua quæstione etiam agit Bart. *in l. vt iurisiurandi, §. liberi, ff. de oper. libert.* & latè Gozadin. *in consil.* 75. *n.* 1. *cum seqq.* Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 98. *C. de bonis mater.*
17 vbi *num.* 97. etiam tractat, † an acquirens emphyteusim possit excludere futuros successores, & nominatos cum consensu domini, omnium latius Iaso *in l.* 3. *num.* 246. *cum pluribus aliis, C. de iure emphyt.* Episcop. Couarru. *resolut. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 2. Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommissis, art.* 51. *num.* 58. *folio* 489. Anton. Gama & ibi Flores *in addit. decis.* 2. & plures citat Valdes *in addit. ad Suarez, in tit. De las arras, l.* 13. *num.* 69. *pag.* 38. Iulius Clarus *lib.* 4. *receptarum sententiarum*, §. *emphyteusim, quæst.* 16. *pag.* 147. Anton. Gama *decis.* 233. *n.* 11. & Episcop. Couarr. *in dict. cap.* 18. citat Corbul. *de iure emphyteutico, tit. de causis priuationis ob mortem ciuilem, num.* 27. *fol.* 23. & conducunt scripta per illum, *tit. de causis priuationis ob lineam finitam*, *num.* 67. *folio* 59. Qualiter autem dominium rei, quæ data fuit in emphyteusim, transeat in vocatos, constat ex *l. cum Sponsus, §. in vectigalibus, ff. de publician.* Imola *in consil.* 116. *num.* 6. Alciato *in l. traditionibus, ad fin. C. de pact.* & alius, quæ tradit Petrus Barbosa *in l. dinortio, num.* 21. & 22. *pag.* 916. *ff. solut. matrim.* Tandem Bald. *in d. authen.* concludit, quod licèt pater acceptam prædicto modo rem in
18 emphyteusim, † possit eam vni ex filiis prælegare, quando filius est in potestate, quia donatio non valet per *l.* 2. *C. de inoffic. donat.* cum *concord.* Mater tamen id facere non potest, nec prælegare emphyteusim pro ea, & filiis acceptam; quia donatio facta filio tenet irreuocabiliter à principio, citat textum *in l. liberti patroni, ff. de assignand. libert.*

19 Quòd autem pater † non possit vni filiorum prælegare emphyteusim acquisitam pro se & filiis, quia mutatur forma contractus, quia æqualiter filius ius quæsitum fuit, tradunt Iaso *in l.* 2. *num.* 209. *C. de iure emphyteutico*, Menoch. *in consil.* 209. *num.* 6. *lib.* 4. ad quem addo latè *Alexand.* qui communem vocat *in consil.* 8. *n.* 14. *lib.* 3. licèt contrariam dicat Communem, *in consil.* 27. *num.* 4. *eodem lib.* De quo puncto legenda sunt quæ resoluunt Aluar. Valasc. *de iure emphyteutico, quæst.* 49. Glos. Parisi. *in d. consil.* 8. *Alexandri.* ¶ Igitur cùm maioratus & melioratio facta per patrem filio teneat, & reuocari non possit tradita possessione, efficitur irreuocabilis maioratus tam respectu primi, quàm aliorum vocatorum.

Quintò ad hoc facit, quia actus iam perfectus, per superuenientem causam † non debet retrocedere: *leg.* 20
pluribus, *§. & si placeat, ff. de verbor. obligation.* Et ius iam acquisitum filio ad maioratum ex prædicta vocatione, † non est auferendum: *l. id quod nostrum, ff. de* 25
regul. iur. facit *cap. quamuis, de rescript. in 6. l. Spem, C. de donation.* & doctrina Aretini *in consil.* 74. *num.* 10. vbi resoluit, quòd ius mihi acquisitum re, vel spe, non potest auferri per eum, qui ius dedit, confirmat Menochius *in consil.* 388. *n.* 38. *lib.* 4.

Sextò, licet inter nostros Doctores sit antiqua & magna controuersia, cùm donator possit reuocare conditionem, aut modum adiectum donatario tempore contractus in vtilitatem alterius, quo donatarius granatur, vt alteri post certum tempus restituat, vel post tempus mortis. † Quam quæstionem latissimè disputant dictus Episcopus *vbi supra*, Suarez *in l. quoniam in* 22
prioribus, q. 8. *ad legem Regiam, C. de inofficios. testam.* Decius *in consil.* 223. *col.* 2. & Gregor. Lopez *in d. l.* 7. *in glossa penult.* in verb. *el otro*, Menchac. *lib.* 3. *controuersiar. cap.* 63. *num.* 1. cum aliis, quòd in pluribus aliis locis disputatum est, & Doctores in duas factiones diuisi sunt. Et opinio contra Bart. *in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verbor. obligation.* seruatur in Francia, teste Rebuffo *in l. quod iussit, num.* 33. *pag.* 64. *ff. de re iudic.* & eam sequitur contra Bart. *in lib. Concordator. rubr. de collationibus, §. statuimus*, 2. *pag.* 464. *in principio.* Et est communior opinio secundùm Cephalum *in consil.* 312. *num.* 104. *lib.* 3. qui tractat de quodam maioratu Hispaniæ. Et de iure nostro Regio etiam est verior, vt nouissimè resoluit D. Ferdinan. Mendeça *lib.* 3. *disputat. iuris ciuil. cap.* 9. *num.* 45. *pagin.* 710. contra Gomez Arias *in l.* 25. *Tauri, num.* 30 & Nauarr. *in cap. si quando, excepi. 6. de rescript.* De quo etiam plura scribit Menoch. *in consil.* 92. *num.* 76. *cum sequentibus, lib.* 1. & *in consil.* 296. *num.* 71. *lib.* 3. Et punctum etiam tractat Parladorus ad id legendus *lib.* 2. *rerum quotidianarum, cap.* 3. *num.* 37. *pag.* 43. Molina *lib.* 4. *de primogen. cap.* 2. *num.* 73. *fol.* 135. & *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 37. *folio* 60. & Ioan. Gratian. qui hoc refert, *regula* 410. Matien. *in l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopilat. glos.* 5. *num.* 12. *fol.* 422. Petr. Surd. *decis.* 209. *num.* 13.

Vtcunque sit de istarum opinionum veritate, & illius certitudine, expeditum est, quòd si iam venit dies ac-
quisitionis, qua ex pacto donationi appositio res donata 23
Tertio competit, † nequaquam poterit per donatorem illud pactum in fauorem tertij adiectum reuocari, secundùm Salicetum *in d. l. quoties, num.* 4 refert *text. in l. si quis argentum, §.* 1. *C. de donation.* Et idem tenet Decius *in consil.* 58. *num.* 3. Alexan. Socin. & Ias. *n.* 17. *in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verb. oblig.* at. Socinus Iunior *consil.* 118. *num.* 15. *lib.* 2. Bartholom. Socin. *consil.* 236. *final. verbis, lib.* 2. Anton. Gabr. *lib.* 3. *communium opinionum, concl.* 5. *num.* 9. *pag.* 200. Menoch. *consil.* 92. *num.* 74. *lib.* 1. & alij, vt per d. Episcop. *vbi supra, n.* 13. *in vers. principaliter, & quinto*, qui refert bonum textum *in l.* 1. *C. si mancip. ita fuer. aliena.* cui adde notabile consilium Decij 607. *num.* 8. vbi tradit, quòd testator 24
† non potest disponere de bonis sibi per fratrem donatis, & suo filio, & descendentibus in præiudicium aliorum, quando ex stipulatione Notarij, vel aliàs fuit ius quæsitum filiis donatarij: faciunt tradita in propria materia scripta per Bursatum *in consil.* 173. *num.* 68. *lib.* 2. Et illud consilium *Decij* reperio nouissimè relatum per Zanchum *in l. hæredes mei, §. cum ita, p.* 4. *num.* 431. *pagin.* 117. *ff. ad Trebellianum*, qui etiam refert *consilium* aliud Decij 239. quod refero *infrà.* Cum igitur ex prædicto maioratu fuerit ius quæsitum secundo filio vocato sub conditione si primus vocatus sine liberis decedat, saltem ex die mortis filij priùs vocati, quia adueniente conditione, & cedente die, filius secundus factus fuit possessor, hoc ius quæsitum † non potest per 25
patrem reuocari: quia est regula generalis & certa, quòd vbicunque est alicui ius quæsitum, non est licita va-

riatio in præiudicium, & illius iuris ei quæsiti, secundùm Glos. *in cap. nosti, de election.* & Archidiacon. *in cap. cerè, in verbo. muto, 12. q. 1.* qui dicit ita esse concordanda iura, quæ dicunt licere mutare consilium, & quæ dicunt non licere: & idem voluit Cardinal. Alexand. *ibi*; & alij, vt per Tiraquel. *in l. boues, §. hoc sermone, limit. 23. num 5. pag. 248. ff. de verborum signification.* Tradit in bono casu Burs at. *in cons. 173. n. 68. lib. 2.* vbi refert Suarez *allegat. 19.* Tiraquellus *in l. si vnquam, C. de revocand. donation. in verb. liberis, num. 19.*

Et hoc etiam comprobatur, quia ex modo donationi
26 apposito in fauorem Tertij, † acquiritur ius illi Tertio, etiam sine cessione, secundùm Paulum & Corneum *in l. 2. C. de his, quæ sub modo*, cum *concordant.* vt per Bartholom. Socinum *in cons. 236. lib. 2.* quos sequitur Ripa *respons. 131. num. 38.* vbi tradit, quòd si castra do-
27 nentur in pacto matrimoniali, acquiruntur † filiis masculis, & non fœminis, per quasdam coniecturas, quas ibi tradit. Et quòd nostræ opinioni non obstet sententia Bartoli *in d. l. qui Romæ, §. Flavius, ff. de verborum obligat.* docet ex pluribus Burgos de Paz *cons. 26. n. 8. cum sequentibus*; & faciunt scripta per Cephalum *in cons. 565. num. 13. cum sequentibus, lib. 4.* vbi latè probat, pactum appositum in donatione in fauorem Tertij,
28 † non posse reuocari, maximè si sit executum, & donatarius agnouerit debitum, & soluere coeperit. Et per eudem Cephalum *in cons. 312. num. 13. cum sequentibus, lib. 3.* vbi tradit, quòd vinculum de bonis factum in fauorem vnius personæ, & alterius, quæ cum ea est vocata, est irreuocabile non solum in primo nominato, sed etiam in persona secundo loco nominata, per regulam *dict. l. quoties*, & tradita per Episcopum Couarru. *dict. cap. 14.* vbi ponit doctrinam singularem, quòd in
29 personam secundo vocatam ius transmittitur † non iure transmissionis, sed ex propria vocatione personæ, per notata per Decium *in cons. 468. num. 28. & 498. num. 17. &* 19. Socinum Iuniorem *in cons. 108. num. 3. lib. 2. &* 142. *lib. 3.* Guillelm. Benedict. *in cap. Rainuntius, de testament. in verb. si absque liberis, n. 23.* Suarez *d. q. 8. & allegat. 19.* vbi Valdes citat hos, & alios plures authores. Pro quibus faciunt quæ scribo infrà *num. 34.* Et quæ scribit Menochius post Rodericum Suarez, & Episcop. Couarru. quos citat *in d. cons. 92. num. 67. & in cons. 203. num. 19. lib. 3.* vbi loquitur in quibusdam pactis matrimonialibus factis in Hispania in fauorem primogeniti & descendentium: quod consilium cito *suprà, quæst. 22.* quem punctum latissimè scribit Menochius *in cons. 1. num. 162. &* 163. qui *num. 161.* & ex aliis Authoribus resoluit, quod licèt priuatis hominibus paciscì, vt alter ex fratribus mortuo sine filiis masculis, pars bonorum hæreditatis ad superstites deueniat, ex Iasone & aliis *in l. vltima, C. de pactis*, & aliis Authoribus. Et rectè quadrat resolutio Ioannis Lopij *in rubr. de donationibus inter virum & vxorem: §. 54. num. 7. pagina 167.* vbi legi debet omnino Barahona. Et per textum *in d. l. quoties*, vult Bart *in l. stipulatio ista, §. si stipuler, ff. de verbor. obligation.* quòd fauore donationis † acquiritur substituto
30 absenti actio etiam sine cessione; quem refert & sequitur Bartholom. Socinus *in cons. 125. num. 1. lib. 3.* post Salicetum, & Imolam, quos ipse refert, Aretin. *in cons. 74. col. 2. vers. secundo principaliter*, & alij, quos citat *decisio Pedemontana 85. num. 7.* Et consensus domini ad confirmandam donationem rei emphyteuticæ
31 non † præiudicat aliis vocatis, vt tradunt Matthæus ab Afflictis *in constitutione Regn. Me. num. 79.* Roland. *in consil. 63. num. 52. lib. 4.* Corbul. *in tract. de iure emphyteut. tit. de causis priuationis ob alienationem, limitat. 13. num. 8. fol. 118.*

Septimò, pro nostra sententia adest quasi expressa sententia Decij *in d. cons. 239. Primo non videtur dubitandem, num. 4. 5. 6. 7. & 8.* vbi scribit, quòd si quis donat fundum filio pro liberis & successoribus, & tempore donationis se constituit pro possessore pro donatario; hoc est tantæ efficaciæ, quòd mortuo primo donatario, † fuit ius acquisitum, vel dominium translatum in illius liberos, quod reuocari non potest: mouetur ex text. *in d. l. quoties*, & doctrina Guidonis de Suza *in addition. ad Speculatorem, tit. de emptione & venditione, §. sciendum, col. 10. vers. quid si res vendita non est in præsentia*, in additione, quæ incipit, *Hic dubitatur*, & per egregiam in proposito decisionem Speculatoris *in titul. de locato, §. nunc aliqua, vers. septuagesimo quæritur, Ecclesia*, † vbi eleganter concludit, quòd si Ecclesia concedit rem in emphyteusim hoc pacto, quòd pars alterius præmorientis in superstitem perueniat, & mortuus est vnus eorum alio hærede relicto, qui hæres possedit rem pro parte defuncti, superstes vult à dicto hærede petere partem, quæ secundùm concessionem debetur; quærit Speculator, quo iure eam petere possit. Et concludit, quòd habet actionem in rem, & quòd dispositio *dict. l. quoties*, habet locum in isto casu: quam doctrinam sequitur *ibi* Ioan. Andr. & refert Alexand. *in cons. 24. Pomeran. in. num. 3. lib. 5.* quod confirmat *Decius*; quia hoc casu videtur acquisitum vtile dominium huic secundo donatario, quod absque traditione transfertur ex legis dispositione, vt in simili casu notat Baldus *in l. si vt proponis, quæst. 3. C. de condict. ob causam*, & in *l. si à sponso, fine, C. de donat. ante nuptias*, & alij, vt per Decium *vbi suprà*. Et ad doctrinam Decij plures citat Antonius Peregrinus *in tractatu de fideicommiss. art. 38. num. 17. fol. 481.* Et addit Speculator *vbi suprà* ad propositum, quòd quando res est tradita duobus pro indiuiso, in
34 parte postea accrescente † non est opus noua traditione. Et idem quod *in d. consil. 239.* tenet idem Decius *in consil. 216. Visa transactione, num. 7. & 8. in fine*, vbi loquitur de donatione facta filio pro matrimonio, quòd si sit facta donatario, & eiusdem liberis, † illico
35 censetur ius acquisitum liberis postea natis. Et idem tradit in simili casu Alexander, quem nullus refert *in consil. 87. num. 8. lib. 6.* & Guillelm. Benedict. *in cap. Rainuntius, in verb. si absque liberis, 2. de fideicommiss. substit. num. 23. de testam.* Felinus *in cons. 10. num. 9.* & Stephan. Bertrand. *in cons. 1. lib. 2.* & latè Chassan. *in cons. 33. num. 51.* & idem Decius *in l. traditionibus, num. 15. fol. 36. C. de pactis*, qui refert per illam notata *in consil. 68. & in d. cons. 239.* sequitur Aymo Crauet. *in cons. 19. nu. 9.* Hieronym. Gabriel. *in cons. 16. n. 20.* & Decium & alios citat Tiberius Decianus *in respons. 31. num. 63. lib. 1.* consultus pro negotio Hispaniæ Comitis de Tendilla, & inibi refert Paulum *in cons. 347. lib. 1.* dicentem, quòd in successione donationis, licèt revocetur quoad primum, † non censetur reuocata quoad
36 alios: & inibi: *num. 63.* resoluit, quòd in successione primogenituræ facta in contractu matrimoniali, non sufficit præstare interesse, † sed quod donatio præcisè
37 est seruanda. Et Decium *in d. cons. 239.* & alios citat Anton. Peregrinus *in tractatu de fideicommissis, art. 51. num. 17. fol. 481.* qui latè materiam prosequitur. Quos ferè omnes adde ad Tellium *in l. 27. Taurina, num. 2.* qui solummodo refert Decium *in d. cons. 239.* Et apud Tellium alia reperies pro confirmatione istius sententiæ. De quo est *dict. decis. Pedemont. 85. num. 8.* vbi latè
38 de ista materia, Celsus *cons. 81. num. 5.* † Quod præcipuè procedit vbi donatarius primus est hæres donantis, vt singulariter voluit Carolus Ruinus *in cons. 62. num. 3. lib. 2.* quæ maximè locum sibi vendicant, vbi donatio maioratum continet, quo casu primogeniti illico habent ius ex sententia Pauli de Castro *in consil. 164. aliàs 179. col. 3. & 4. lib. 1.* Iason *cons. 107. n. 1. lib. 4.* quos citat Burgos de Paz *cons. 14. num. 24.* quibus etiam addo aliam doctrinam Speculatoris *in tit. de instrument. edit. §. nunc aliqua*, in additione, quæ incipit, *Per superiora*, quam refert Iaso *in l. vltima, num. 12. ff. de pactis.*

Octauò, ad istam sententiam adduco doctrina m Bartho

Bartholom. Socin. qui subscripsit cuidam consilio Cor-
39 ne. 137. *lib. 1.* vbi dicit, quod † paria sunt ad irreuocabilitatem donationis, quod sit ius Tertio quæsitum, vel ex propria stipulatione, vel alterius pro ipso interposita. Et dicit idem Socinus *in cons. 53. in præsenti consult. lib. 1. n. 4. vers. postremo*, quod donatio inter viuos acceptata
40 per Notarium † transmittitur ad hæredes. Sed in hoc casu qualiter debeat fieri ratificatio, declarat eleganter Carol. Ruin. *in cons. 180. num. 16. lib. 1.* post modernum Perusinum, quem citat *in l. 1. §. si iusserit, ff. de acquir. posses.* Et de ista ratificatione tractat Anton. Peregr. *dict. art. 52. n. 14. &* 15. qui *n. 85. folio 508.* refert singularem in nostra materia doctrinam Baldi *in l. cum à socro n. 7. C. de iure dotium* dicentem, † quod donatio acceptat
41 per Tabellionem non potest reuocari per donatarium in præiudicium filiorum vocatorum. Ad quod etiam refert Decium *in d. cons. 239.* Aymonem *cons. 19. n. 11.* Episcop. Couar. *lib. 1. resol. c. 14. n. 7.* Iul. Clar. *§. donatio, quæst. 13.*

Nonò, licet in tali maioratu sint plures personæ vo-
42 catæ, in veritate non sunt plures donationes, † sed vna tantum, prout in simili in concessione feudi tenet Gloss. Paris. *in consuet. Paris. §. 22. q. 20. num. 88. folio 195.* per textum *in l. si Stichum, §. stipulatio, ff. de verborum obligation.* Cui conueniunt quæ scribit Ioan. Garcia *in tractatu de nobilitate gloss. 6. num. 38. vers. tertio confirmatur folio 135.* vbi resoluit, quòd in priuilegio immuni-
43 tatis † tot sunt concessiones quot sunt personæ, quibus datum fuit priuilegium. Cum ergo in substantia sit vna donatio respectu omnium in eadem comprehensorum, est irreuocabilis, quoad primum donatarium, & quoad
44 alios: licet huic dicto † contradicat quædam sententia Andr. de Isernia *in cap. 1. §. præterea Ducatus, de prohibita feud. aliena.* per Federicum *num. 38. folio 288.* vbi dicit, quòd in donatione, in qua continentur plures gradus substitutionum, tot dicuntur donationes, quot sunt personæ contentæ in substitutionibus: quòd dictum ego *in aliis locis* refero. Quod latius probat Burgos de Paz *quæst. ciuil. 10. num. 4 folio 254.* pro quo facit *l. vltima, C. de legat.* vbi probatur, quòd si in legato apponatur modus, quòd post certum tempus alij res restituantur, censetur factum legatum † illi Tertio, vbi Doc-
45 tores id dicunt in donatione. Notat Episcop. Couarr. *resolution. lib. 1. cap. 14. num. 8. vers. quinto Bartolus.* Et licèt descendentes omnes ex vna linea deficiant, alij venientes ex alia linea, descendentes ex primo inuestito, licet collaterales, si descendant à primo acquiren-
46 te, † succedunt: *cap. 1. §. hoc quoque, qui feud. dar. pos. cap. 1. si vassallus feud. prinetur*; tradunt Socinus Iunior *in cons. 70. num. 11. lib. 1.* Cephalus *in cons. 4. num. 48.* vbi tradit, quòd in infinitum succedunt. Pro quo facit quod scribit Baldus *in cap. 1. §. hoc quoque, num. 14. folio 20. de successione feud.* vbi inquit, quòd tot sunt feuda, quot sunt successores. Et facit quod scribit Carol. Rui-
47 nus *in consil. 155. col. 2. lib. 2.* vbi tradit, quòd † tot sunt substitutiones, quot personæ, quibus fit substitutio, per *regul. l. sciro debemus; ff. de verborum obligation.* tradit Zanchus *in l. hæredes mei. §. cum ita, part. 1. num. 76. pag. 14. ff. ad Trebellianum.* Et faciunt concordantia quæ scribit Tiraquel. *in tract. de nobilitate, cap. 35. numero 3. cum sequentibus*, & *in tractatu de primogenitura, quæst. 23. num. 19. & lib. 1. de retractu, §. 32. gloss. 1. & vnica, num. 2.* Molina *lib. de primogen. cap. 1. num. 17.* Et confirmo ex his, quæ scripsi *suprà*, hac quæstione *à n. 23.* Et
48 an feudum acquisitum pro aliquo, & filiis, † dicatur nouum in personis filiorum, notanter tradit Paulus de Castro *in cons. 160. lib. 2.*

Decimò, ad hoc vrget alia ratio, quia cum ex *d. l. 45.* defuncto primo fratre fit translata possessio in filium secundo loco vocatum (vt supra latius fundatum est) res
49 † desinit esse integra, & ideo non est locus pœnitentiæ: nam per traditionem realem, aut per Constitutum, aut Precarium, aut per retentionem vsusfructus per traditionem clausum, ingressum emptoris ex licentia venditoris res desinit esse integra, vt latius docet *Gloss. Paris.* qui ad prædicta refert remissiones *in consuet. Paris. tit. 1. §. 13. n. 14. folio 152.*

Vndecimò, induco ad hanc sententiam textum *in cap. 1. in verb. qui investituram patris, de feud. Marchiæ*, vbi probatur, quòd facta concessione feudi vni de agnatione defuncto sine descendentibus, † transit feudum 50
ad alios proximiores transuersales, non propriè per ius accrescendi, sed magis propriè dicitur transire ad eos ex iure inuestituræ primi, qui concessionem accepit. Tradit Alexander *in l. si mihi & Titio, col. 5. ff. de verborum obligation. & in consil. 29. Quoniam aduersarius, lib. 1.* Curt. Senior *cons. 48. Memoriæ recolendo*, & alij, vt per eandem Glos. Parisien. *vbi supra §. 22. n. 83. folio 194.* Quod confirmatur, quia si pater accipiat feudum pro se, & filiis, † non potest filiis præiudicare totum delegan- 51
do, vel assignando, secundùm Bart. *in l. eum qui, in fine, ff. de interdi. & relegat.* Ioan. Andr. *in addition. ad Speculator. tit. de feudis, vers. non omittam*, Bald. *in l. item videndum, §. nunc videamus. ff. de petit. hæredi.* & alios plures, quos citat Anton. Gabriel *lib. 3. commun. tit. de iure emphyteutico, concl. 2. num. 5. pagina 150.* Quod etiam confirmatur, quia in feudis filius viuo etiam patre † in- 52
telligitur investitus, & ipso iure possessio continuatur in filio, secundum Bald. *in l. cum antiquitor. num. 11. C. de iure deliberand.* Ideo qui dicit perpetuò notandum *in l. quoties, n. 31. C. de rei vendic.* Cephal. *cons. 90. n. 46. lib. 1.* vbi tradit, quòd possessio vnius † prodest cæteris dis- 53
cendentibus, in quibus continuatur absque noua apprehensione.

Duodecimò, ad istam sententiam facit *l. pacto, §. fratre, ff. de legatis 2.* in ratione sui. Quod confirmo per notabilem textum *in l. illud, C. de legatis*, vbi legatum † relinqui potest ad tempus certum, & incertum, ita vt 54
post illud tempus res legata transeat in alium; & adueniente illo die ipso iure dominium transfertur in secundum legatarium, vbi Bart. Bald. Salicetus, Angelus, Fulgos. Paul. Alexand. Ialo, & alij, quos citat Antonius Peregrinus, *in tractatu de fideicommissis, art. 11. num. 60. folio 93.*

Decimotertiò, ad hoc est notabilis doctrina Ioannis Andr. *in additionibus ad Speculatorem, tit. de censibus, folio 162. in addition.* quæ incipit, *l. 2. per hanc*, vbi dicit, quòd si est consuetudo in hac ciuitate seruata per longum tempus, quòd venientes ad habitandum in ipsa ciuitate & districtu, liberi, & immunes sint ab omnibus exactionibus cuiuscunque speciei; consue- 55
tudo hæc seruari † debet. Et quidam habitantes in villa Sancti Ioannis fruebantur hoc priuilegio: fecit ciuitas statutum, quòd habitatores Sancti Ioannis debeant facere & conferre ad quoddam opus, quòd ibi fit in communè, non obstante aliquo priuilegio: asserit, quod tale statutum non præindicat priuilegiatis, quibus iam erat ius quæsitum, consuetudinis vigore, quod eis inuitis auferri non potest; refert *dict. l. si post mortem, §. vltimo, ff. de contra tabul. & l. vltim. ff. de pact.* & citat Guid. de Suza, quorum doctrinam refert & sequitur Bartholomæus Socinus *in consilio 272. numero 11. in fine, libro 2.* vbi ex hoc dicit, quòd subditi, qui consueuerunt portare frumenta ad quæcunque molendina, † non possunt per dominos recognoscentes Supe- 56
riores hac libertate per statutum priuari. Cuius dictum conducit ad intellectum *Capituli Curiarum, loquentis. de impositionibus anni 28. datis Madriti*, hodie, *l. penultim. tit. 15. lib. 4. Recopilation.* De quo vide Andream ab Exea *in cap. cum omnes, de constitu. limitatione 2. num. 165. in fine, pag. 372.* & Ioann. Andre. refert etiam & sequitur *Alexand.* qui hoc ex aliquibus confirmat *in cons. 216. n. 9. lib. 2. & cons. vlt. n. 18. lib. 4.* Et hanc etiam sententiam Ioannis Andr. tenet Paulus Castrensis, qui non refert Ioan. Andr. sed nec Paulum de Castro referunt, Barthol. Socin. & Alexan. is inquam *in cons. 283. Visis & ponderatis dictis ordinamentis, num. 1. lib. 1.*

Decimo

Decimoquarto, istam nostram sententiam in terminis tenet Roderic. Suar. *in d.l. quoniam in prioribus, q.* 8. *num.* 1. *cum aliis, pag.* 216. vbi latè sustentat, quòd si pater meliorat filium in tertia parte bonorum, & facit ei vincula, & substitutiones, quòd post tempus, conditione adueniente, bona deueniant ad alium, pater ante-
57 quam veniat conditio, vel tempus, non † potest reuocare vincula seu grauamina; quam sententiam plenè fundat, quem lector si de hac opinione nostra dubitauerit, legat; & in *allegat.* 19. *col.* 2. *vers. Sed his adhuc cessantibus*, vbi tradit, quòd si fratres consenserunt in fauorem alterius fratris, vt aliqua res esset maioratus in vita illius fratris, & filij maioris & descendentium; ex hoc fuit acquisitum ius irreuocabile per alios fratres fratri, in cuius fauorem fuit factus maioratus, & descendenti-
58 bus à fratre. Et quòd substitutio facta in donatione † non possit reuocari, probatur *in l. si quis operas, ff. de oper. libert.* tradunt Bertrand. *in cons.* 299. *lib.* 1. *& in cons.* 70. *lib.* 3. quem citat Cephalus *in cons.* 613. *num.* 26. *lib.* 4. Et istorum germanum est quod scribit Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. si absque liberis, in* 2. *numero* 21. *de testament.* quod est mirabile, quod in istis
59 donationibus † acquiritur ius secundo donatario ex pacto facto per donatorem cum primo donatario, per texeum singularem *in d. l. quoties.* Et istius etiam opinionis in terminis nostris fuit Antonius Gomez *in l.* 40. *Tauri, num.* 34. & Suarez *vbi supra* refert Tellius *in in dict. l.* 27. *Tauri, num* 2. vbi tradit, quòd in his substitutionibus & donationibus fauore exercentis liberalitatem ex sola donatione, adueniente tempore, transfertur dominium in quemlibet vocatum in infinitum: vbi ex hoc inquit, quòd ex alienatione prohibita in con-
60 tractu maioratus † impeditur dominij translatio contra regulam *l. ea lege, C. de condict. ob causam*, quod ego trado *in* 4. *part. huius operis, quæst.* 1. *n.* 7. Et facit etiam singularis doctrina Aluaroti *in cap.* 1. *§. hoc quoque de success. feud.* vbi concludit per *dict. l. quoties, C. de donat. quæ sub modo*, & alias *illius tituli*, quòd agnati vo-
61 cati ad feudum † possunt intentare reiuendicationem vtilem contra eum, qui prætendit præscribere rem feudalem: quem citat Gregorius Lopez in verbo, *No le empece tiempo, folio* 69. *col.* 1. Et tradit idem *fol* 70. *col.* 2. *vers. & idem tenuit Iacob. Aluarotus.* Et hæc opinio est sine dubio tenenda, quicquid quibusdam leuibus rationibus teneat Lara *de alimentis, §. item rescriptum, num.* 30. *folio* 232. & hanc opinionem tenet Salzedo *in addit. ad Bernard. Diaz regul.* 211. *incipientes* Donans.

Ex quibus constat istam opinionem veram esse; & in iudiciis obseruandam, quam etiam tenet hodie nouissimè consummatus vir Barbosa, licèt pauca referat *in l. diuortio, in princip. num.* 9. *cum seqq. pag.* 929. *ff. soluto matrimonio*, *tomo* 1. Quæ opinio etiam fomentum ca-
62 pit ex sententia dicentium, quòd in feudis † potest quis alteri stipulari, vt volunt Sigismundus *in cons.* 38. *in principio*, Natta *cons.* 472. *num.* 13. *lib.* 2. Celsus *cons.* 113. *in principio*, & alij vt per Anton. Gabriel. *lib.* 3. *tit. de verborum obligationibus, concl.* 1. *num.* 22. Bursatum *cons.* 137. *num.* 35. *& cons.* 181. *num.* 4. *lib.* 2. cui etiam
63 conuenit, quòd quis † potest stipulari liberis natis vel conceptis post mortem stipulantis, vt probatur in textu & glossa *in l. si quis operas, ff. de oper. libert. & in l. Paulus, §. Paulus*, Faber *in §. ei vero, Instit. de inutilibus stipulat.* quos citat Gabriel *in d. conclus.* 1. *num.* 31. & tradit Barbosa *in l. Caius* 46. *num.* 2 *pag.* 891. *ff. soluto matrimonio, part.* 2. Et faciunt quæ scribo *supra, quæst.* 22. Quicquid etiam videatur tenere Guido Papæ *decis.*
64 212. *Titius bona sua donauit*, vbi dicit, † quòd si Titius bona sua donauit Caio, & eius fratri, in casu, quo ipse decederet sine liberis, vsufructu retento, & constituit se precario nomine possidere ipsius Caij bona, & casu quo dictus Caius sine liberis decederet, ipse talia bona donauit Sempronio, se etiam constituendo precario nomine possessorem, vsufructu retento; obiit dictus Titius donator absque liberis, & habuit locum donatio in persona Caij, qui bona possedit, & moritur etiam Caius sine liberis; ait enim, quòd Sempronius non habet dominium, † nec potest intentare reiuendicationem. 65 Et ad hoc mouetur quibusdam rationibus per eundem relatis. Et idem tenet Bertrandus *in cons.* 276. *Christi, &c. Viso, num.* 4. *lib.* 1. quos sequitur Tiraquel. *in tract. de Constit. par.* 2. *ampliat.* 28. *folio* 57. vbi dicit, quòd ita fuit iudicatum in Senatu Parisiensi. Et tenet contra Decium *in d. cons.* 239. & idem Tiraquel. *in tractatu, le mort: part.* 2. *declarat.* 5. *num.* 10. *pag.* 78. nam contra *Guido.* est communis sententia *Decij & aliorum*, & *d. l. par.* 7. quam nos seruare debemus: & est expressa contra sententiam *Guidonis.* Et ipse Stephanus Bertrandus *in cons.* 138. *Ex themate, num.* 11. *lib.* 2. fortiter sustentat, quòd si sit facta donatio filio primo ex matrimonio nascituro, & talis donatio acceptata sit, † non 66 potest reuocari nec ab ipsis, qui eam constituerunt, nec ex consensu filij, vel filiæ primogenitæ: quod plenius ipse confirmat: & respondet ad doctrinam Bart. & aliorum *in d. §. Flauius*, & ad alia, quæ in contrarium adduci possunt. Et *in d. consil.* plenè tradit, donationem posse fieri nondum natis; & idem *in cons.* 140. *lib.* 3. vbi *num.* 11. scribit, quòd in tali donatione facta filiis ex matrimonio nascituris, vel ob causam matrimonij, non requiritur insinuatio, per *l. Aquilius Regulus, ff. ac donat.* & alia, quæ refert quod latè tradit Tellus *in l.* 22. *Taur. num.* 28. *cum seqq.* ad quem addo Tiraquellum *in l. si vnquam, C. de reuocand. donat. in verb. donatione largitus, num.* 47. & plures, quos citat Menoch. *in cons.* 1. *n.* 372. de quo legenda sunt quæ scribo *supra, quæst.* 22. *n.* 264. *& seq.* In qua quæstione animaduerto, quod Episcopus Couarru. *lib.* 1. *resolutionum, d. cap.* 14. *num.* 3. merosè & animosè tenet contra Decium *in d. cons.* 239. qui monetur egregiis fundamentis. Imò vt ad alia superiora redeam, licèt talis donatio à principio non fuerit acceptata, sufficit † acceptatio facta per filium postea na- 67 tum, vt tradit idem Bertrandus *cons.* 302. *num.* 10. *versic. & maximè, lib.* 3. Alciatus *in cons.* 675. *num.* 1. Burgos de Paz *d. quæst.* 10. *ciuili, num.* 44. Et quòd talis donatio facta de aliquo castro filiis nascituris † non possit re- 68 uocari, tradit idem Bertran. *in cons.* 27. *num.* 1. *cum seqq. lib.* 1. Et *in d. cons.* 38. *num.* 13. notanter scribit, quòd si ille qui donauit in tali pacto matrimoniali, reuocauit, vel promissionem non adimpleuit, † potest filius intentare hypothecariam, vel agere ad interesse ob valorem rei, per notata *in l. Stipulationes non diuiduntur, vers. Celsus. 8. de verb. obligat. & in l.* 1. *in princip. ff. de action. empt.* cum *concordan.* & idem tradit ipse Bertran. *in d. cons.* 27. *num.* 11. *lib.* 1. Et quòd in tali casu conueniatur donans ad interesse, † volunt Bald. *in l. pactum* 70 *quod dotali, num.* 10. *C. de pactis.* Grammaticus *decis.* 105. de quo per Menoch. *in cons.* 92. *num.* 21. & postea *n.* 60. *lib.* 1. De quo lege omnino Ant. Peregr. *in tract. de fideicommiss. art.* 51. *n.* 72. & iterum *n.* 82. *folio* 491. *&* 492. & trado *supra.*

Et quòd si sit factum pactum in capitulis matrimonialibus pro filio primogenito, vel aliis filiis, quos pater declarauerit, si non declarauit, † succedant omnes 71 filij, tradunt Guido Papæ *in decis.* 505. & alij, quos citat Celsus *in cons.* 1. *num.* 28. Quibus addenda omnino sunt quæ scribo *in* 4. *part. quæst.* 1. *limit.* 2. vbi tractatur, si quis se obligauit impetrare facultatem ad alienandum, vel obligandum bona maioratus, vel aliud quid simile, an soluendo interesse liberetur? Ex quibus etiam infertur, quid dicendum sit in eo, qui se obligauit facere maioratum in filium cum Regali facultate, quam postea vel noluit, vel non potuit impetrare, ad quid teneatur ille, qui similem obligationem fecit.

Et his fulcitur quod scribit Socinus Iunior *in cons.* 52. *lib.* 1. *num.* 6. *&* 7. vbi tradit, quòd legitimatio facta per subsequens matrimonium † non præiudicat ei, cui 72 per donationem erat ius quæsitum, quod non potest tolli sola voluntate patris legitimantis. Et hoc tenet in

in terminis Ioannes Guttierrez *lib.* 2. *practicarum quæstionum, cap.* 5 1. *n.* 4. Quæ conclusio sic tam abundanter fundata, pluribus modis ampliatur.

Primo modo extenditur, adeoque procedit, quòd etiamsi filius primogenitus, qui semel maioratum acceptauit, & possessionem accepit, consentiat quòd pater vocationem factam in alios filios reuocet, adhuc reuo-
73 care ei † non licet maioratum, & ius aliis acquisitum. Ad quod facit dictum cons. *Bertrand.* 138. *& l. vltima, ff. de pact.* supra relata, & text. *in cap.* 1. *quid iuris si post aliena. feud. & regula l. id quod nostrum, de regul. iur. ff.* & vbi ex contractu facto cum Tertio resultat effectus respectu alterius Tertij, non est in potestate contrahen-
74 tium tollere illud ius; & ideò vendita re censuali, † acquiritur ius domino, etiamsi venditio annulletur, secundùm Ioan. Fabr. *in cap.* 1. *Instit. de empt. & vendit.* Bart. *in l. si à me, ff. ad l. Falcidiam*, & alios quos refert Auend. *in tractat. de exequend. mand. Regis, p.* 1. *c.* 17. *num.* 8. qui alia tradit in confirmationem eorum, quæ in hac quæstione tradita sunt. Et conducunt plura quæ scribo *supra, quæst.* 22. Et facit doctrina Baldi, quæ quotidie in praxi contingit *in l. Insulam, §. final. ff. soluto matrim.* vbi dicit, quòd si duo fecerunt pacem, & promiserunt eam seruare sub pœna centum applicanda Ecclesiæ, ruperunt pacem, & reconciliati sunt, & re-
75 miserunt omnem iniuriam, † & pœnam, non tollitur pœna acquisita Ecclesiæ. Ad quam decisionem alios Doctores refert Ioan. Lopius *in rubrica de donat. inter virum & vxorem, §.* 63. *num.* 4. *fol.* 40. ad quem adde *l.* 3. *tit* 26. de las penas, *lib* 8. *Recopil.* Felin. *in d. cons.* 1. *num.* 8. Episcop. Couar. *d. c.* 14. *lib.* 1. *resolution. n.* 18. & Anton. Peregr. *in tract. de iure fisci, lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 2. *pag.* 225. Quod confert ad ea quæ scribo *in* 4. *part. istius operis, q.* 23. *à n.* 128. *cum sequentibus.* Et legendi sunt Burfat. *cons.* 53. *num.* 12. Osascus *decis.* 70. *num.* 11. Thesaurus *decis. Pedemont.* 98. *per totam*; & quæ circa istam materiam refert Valdes *in additionibus ad Roderic. Suarez, in l. quoniam in prioribus, in §. octauo quæro, pag.* 96.

Et ad istam conclusionem est bonus text *in l. si constante, §. exceptis, C. de nupt.* vbi probatur, quòd licèt regulariter liceat marito & vxori diminuere dotem, aut donationem propter nuptias, id eis prohibetur, vbi, quando volunt diminuere, filios iam habent, quibus ius acquisitum fuit; per quam legem dicit ibi *Bald.* quòd quando ex contractu, vel occasione contractus per dispospositionem legalem, est ius alicui Tertio in
76 re, vel ipe acquisitum, † non potest ab eo contractu recedi in non consentientis præiudicium; allegat *d. l. finalem, ff. de pact. l. si post mortem, §. final. ff. de bonorum posses. contra tabul.* tradit in egregio casu Carol. Ruinus *in cons.* 186 *num.* 2. *lib.* 1. vbi ex hoc, & alij notant, quòd si pater accepit emphyteusim pro se & aliis, non potest eisdem præiudicare, Cephal. *in cons.* 337. *num.* 13. *lib.* 3. vbi ex hoc dicit, quòd ius primogenituræ factum per patrem ad instantiam communitatis alicuius loci non potest per patrem reuocari: sed & Paris. *in cons.* 33. 77 *n.* 73. *lib.* 3. scribit, quòd in rebus semel donatis † non potest apponi onus vel fideicommissum: & Ecclesia non potest inuestituræ formam, quæ erat ad tertiam generationem, vel pro masculis tantum, mutare, admittendo fœminas, vt ex *c.* 2. *de feud.* Alexan. *cons.* 9. *n.* 2. *lib.* 3. *& in cons.* 5. *n.* 19. *lib* 5. & aliis Authoribus resoluit pro Communi Bursat. *cons.* 150. *n.* 16. *lib.* 2. & tradunt Decius *in d. cons.* 239. *n.* 5. Cagnol. *in l. id quod nostrum est. n.* 16. *ff. de reg. iur.* Cephal. *in cons.* 133. *n.* 122. *lib.* 1. Et conducit etiam textus *in l. apud Iulianum*, & quod ibi notant Bald. Angel Imol. Paul. & alij. *ff. de legat.* 1. & in *l. non debet, ff. de regul. iur.* Et faciunt quæ notanter adducit Tiraquel. *lib.* 1. *de retractu, §.* 1. *glos.* 18. *n.* 56. *pag.* 359. vbi ex hoc disputat, an emphyteuta qui semel fundum 78 vendidit, † possit augere vel minuere pretium absque consensu domini rei emphyteuticæ? ad quæ conducunt quæ scribit idem Tiraquel. *lib.* 2. *de retractu, §.* 1. *glos.* 2. *n.* 18. *cum aliis, pag.* 860. & facit *l. nemo* † *potest mutare* 79 *consilium in alterius detrimentum, ff. eod. tit.*

Ad hæc spectat, quòd si sit facta venditio, & postea sit consensu partium dissoluta, quia partes iubeant cancellari instrumentum, nihilominus laudemium † debe- 80 atur, *cap.* 1. vbi notatur, *quid iuris si post aliena. feud.* & voluerunt Alber. *in l. ab emptione, ff. de pact.* Angel. & Imol. *in l. acta, in principio, ff. de re iud.* Gloss. Parisien. *in consuet. Parisiens. part.* 1. *§.* 22. *n.* 10. *quæst.* 2. & alij, quos citat Amed. Aponte *in lib. laudemiorum, quæst.* 38. *fol.* 46. Et idem in solutione gabellæ tradunt Baldus *in l. si constante, C. de donat. ante nuptias*, Menchaca *de success. creat. part.* 1. *lib.* 3. *§.* 25. *n.* 5. Ioseph Ludouicus *decis.* 113. *n.* 2. ¶ Et benè quadrant quæ scribit Anton. Gomez *in l.* 22. *Tauri. n.* 24. & facit doctrina Tiraquelli *in tract. de primogen. cap.* 8. *n.* 5. *pag.* 108. vbi dicit, quòd licèt contrahentes pactum appositum in contractu matrimonij, vt qui primogenitus fuerit ex matrimonio, is integram coniugum hæreditatem habeat, aut aliquam eius partem præcipuam in successione excipiat, possint reuocare (de quo ego tracto *in quæst.* 22. *illatione* 1.) 81 † id procedit, nisi alius quispiam futuris coniugibus, aut etiam iam maritatis rem aliquam donauerit ea lege, vt eorum primogenitus in ea tantum succedat: nam tunc non est liberum ipsis parentibus alios filios ad eius rei successionem admittere in præiudicium primogeniti, cui ius quæsitum fuit ex promissione & pacto donantis; refert textum *in d. l. si post mortem, §. vltimo*, quod dictum aliud agens refero *in d. quæst.* 22.

Ex quibus fit, quòd in nostra materia obseruare non † debemus doctrinam Pauli de Castro *in d. cons.* 164. 82 *num.* 5. *lib.* 2. vbi concludit, quòd si sit facta donatio hoc pacto, quòd soli primogeniti succedant, si donans & donatarius hoc reuocauerint, præiudicatur filio primogenito; quem sequitur Decius *in cons.* 468. *num.* 28. *& in cons* 498. *num.* 19. quos refert & sequitur hoc confirmando Tiber. Decianus *resp* 7. *num.* 112. *lib* 1. in quodam maioratu Hispaniæ, qui ad hoc citat duas bonas doctrinas Aluaroti *in cap. filij, si de feud. fuerit controuer. in fin.* & Abb. *cons.* 48. *lib.* 2. Nec quod scribit Decianus *in d. cons. num.* 119. vbi ex Deci. *cons.* 48. *n.* 8. *& 9. &* 536. *num.* 8. Nicol. Boer. *decis.* 204. *per totam*, maximè *num.* 19. *&* 20. resoluit, quòd pactum factum in contractu matrimonij etiam iuratum potest reuocari; contra quem faciunt omnia superiora, & quæ scribo *supra, q.* 22.

Et ex istis & aliis, quæ *supra* tradita sunt, infertur, veram esse sententiam Glossæ *in l. si mulier, in principio, in verb. si mortis, ff. de legat.* 3. quæ probat, quòd si testator donauerit inter viuos rem aliquam, † non po- 83 test in testamento grauare hæredem fideicommisso in re per eum donata: licèt contrarium probetur in *l. sequens quæstio, ff. de legatis* 2. & Gloss. *in d. l. mulier*, reprobatur communiter, secundùm Parisium *consilio* ... *num.* 47. *& consil.* 33. *num.* 79. *lib.* 3. Et faciunt scripta *infra, quæst.* 26. *num.* 108. Et quòd si sit promissa tertia pars bonorum in dote, † non possit pater in testamen- 84 to, nec aliter illud reuocare, alterare, nec in contrarium disponere, tradit latè Anton. Gama *decis.* 206. *in princ.*

Infero etiam intellectum ad quæstionem, quam disputat Otalora *in tractatu de nobilitate, p.* 3. *c. num.* 6. *pag.* 81. vbi tractat, an nobilis † possit prosequi litem 85 nobilitatis, si Communitas ei pignora restituat? qui ad hoc refert inter alia textum *in d. l. post mortem, §. final. ff. de contra tabul.* ¶ Et quòd filia non possit grauari in dote, † nisi sit vltra legitimam, tradit Ripa *cons.* 131. 86 *num.* 35. De quo legenda sunt quæ scribit Franciscus Mantica *in tract. de coniectur. mente defuncti, lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 27. *pag.* 280. ¶ Ego in proposito materiæ maioratuum & meliorationum sine dubio existimo, quòd si parentes in contractu faciant maioratum, vel meliorationem irreuocabilem, † non possunt postea in testamento 87 ponere aliquod grauamen, vel onus nouum, alterando priores vocationes & grauamina. Ex quibus omnibus

† semper dubitaui de sententia Tellij *in l. 27. Taur. num. 12.* vbi indistinctè tenet, quòd filius melioratus per patrem in Tertio bonorum, potest, si pater consentiat, reuocare grauamina & substituriones; quod aut falsum est, aut tantum vendicat sibi locum in melioratione reuocabili. 88

Secundò ista conclusio ampliatur, quòd procedit, etiamsi ille secundus vocatus † non acceptauerit maioratum: nam si primus successor absque liberis defunctus sit, ipso facto fuit translata possessio in secundum vocatum, & eo deficiente per mortem, vel incapacitatem, vel propter aliam causam, ad alium proximum sequentem ius maioratus ipso iure defertur: quod probatur ex *d.l.45. Taur.* quam *supra* ponderaui. 89

Et quia lucrum à lege delatum † transfertur absque aliqua agnitione, secundùm *Alex.* contra Angel. *ibi, in l. si vir, ff. ad l. Falcidiam*, & Bartholom. Socin. *in consil. 116. num. 19. lib. 1.* Ias *in l. si arrogator, ff. de adopt. num. 15.* traditur per Pinellum *in l. 1. part. 1. num. 36. fol. 39. C. de bonis maternis*, vbi scribit, receptam esse opinionem, quòd omne commodum vel lucrum à lege 90

delatum † transfertur absque aliqua agnitione. De qua materia latiùs tracto *in quæst. 36. infra eodem: & in 3. part. huius operis, quæst. 13. & 4. p. q. 23.* Et ad *Pinellum* adde Baldum *in d. l. si arrogator*; vbi per illum textum dicit, Quòd lucrum dotis, quod defertur marito ex 91

forma statuti, † transfertur etiam & transmittitur absque aliqua agnitione. Notat rectè Alexand. *in consil. 150. Viso themate, num. 7. lib. 2.* Notat Matiençó *in l. 5. tit. 9. l. b. 5. Recopil. glos. 9. num. 2. fol. 269. & in l. 6. glos. 2. num. 1. & 3. eodem fol. & in l. 9. tit. 5. glos. 1. num. 4. fol. 37. eodem libro*: Antonius Gomez *tom. 1. de testamen. cap. 10. num. 35. fol. 87.* Et conducunt quæ scribo *in quæst. 68. à num. 36 infra, hac 1. part.* 92

Ex quo obiter infero intellectum ad leges & consuetudines Hispaniæ, quæ tribuunt marito & vxori medietatem bonorum superlucratorum constante matrimonio; quia cùm istud lucrum sit à lege & con- 93

suetudine delatum, transfertur, & † transmittitur in vxorem & maritum, & in heredes eorundem absque aliqua agnitione; quæ fuit sententia Ioan. Lopij *in rubr. de donation. inter virum & vxor. fol. 39. col. 4.* hodie, *§. 62. n. 31.* quem sequitur Anton. Gomez *in l. 50. Tauri, num. 79.* qui ad hoc citat textum, qui nihil facit *in l. 3. ff. de in. erd. & relega.* & in *l. vltima. C. de bonis maternis*, dicens, quod iura particularia prouenientia ex contractu, vel legis dispositione, transferuntur absque aliqua agnitione: & doctrinam *Ioan. Lopij* citat Bæza *de decim. tit. o. cap. 31. n. 12. fol. 164.* qui alia similia scribit. Quorum sententia melius ex prædictis fulcitur, quibus addenda sunt quæ scribo *in q. præcedenti. n. 11.*

¶ Et ista etiam coadiuuantur ex Glossa *in cap. licet, in verb. placebit, de procurator. in 6.* dicente, quòd vbicunque est quispiam, ad quem ex renuntiatione alterius 94

ius deuoluitur, † statim illi ius acquiritur absque aliqua acceptatione; refert *l. 1. §. qui semel, ff. de succes. edict.* & facit *l. coheredi, in principio, ff. si quis ordo in bonor. possess. seru.* de quo ago *infrà, q. 36.* & pleniùs *q. 68.* Et ista etiam conducunt pro intellectu textus *in d. l. 45.* nam etiamsi successor in bonis maioratus realiter non accipiat & corporaliter possessionem talium bonorum, 95

† nihilominus eam transmittit ad suum successorem, quia magis transfertur ex facto legis, quàm hominis, & est à lege ipso iure delata. Et ista ampliatio tenenda est in proposito nostro, attentis legibus Regalibus: licet Andr. de Isernia *in constitut. Siciliæ, incipienti*, In aliquibus. *col. 5.* & *ibi* Matthæus de Afflictis *col. 9. in vers. tertio quæritur*, dicant, quòd si frater admittat sorores ad succedendum, non obstante statuto eas excludente, si sorores acceptauerunt, non est licita fratri pœnitentia, aliàs secùs. † De qua tamen quæstione vide quæ scribit Tiraq. *in tract. de primog. q. 24. pag. 222.* cui adde Zasium *in cons. . n. 86. lib. .* vbi resoluit, quòd acceptatio Principis Guillelmi de quadam donatione, 96

profuit sororibus: qui ad hoc est legendus post Bald. & Salicet. *in l. final. C. res inter alios acta*, Bald. *in cap. 1. col. 1. tit. si vasal. feud. priuetur*, Alexand. *cons. 10. lib. 3.* Alciat. *respons. 172. n. 11.* quos citat Cephalus *cons. 302. n. 17. lib. 3.* qui tradit idem quod Zasius. Et videnda sunt quæ de istis acceptationibus scribit idem Tiraq. *lib. 1. de retract. in fin. quæst. 8. num. 40. pag. 768.*

Tertiò, ista conclusio ampliari potest ex generalitate *d.l.45.* non solum vbicumque pater quando fecit maioratum, tradidit filio possessionem, sed etiam vbicunque maioratus fuit factus cum aliquo Tertio ob causam onerosam matrimonij; quia si filius moritur sine filiis, admittuntur vocati post eum, nec patri licitum est † reuocare maioratum iam semel perfectum, & 97

cuius possessio transit ipso iure in vocatum, quia in eius præiudicium, & maioratus semel irreuocabilis cum sit, nihil fieri potest. Quod confirmatur ex resolutione Ioan. Lopij *in l. 17. Taur. num. 43.* Et hoc in specie decidit Ioan. Francisc. de Ponte *cons. 25. num. 6.* in donatione facta ob causam matrimonij, quod non potest pater donatarius reuocare in præiudicium filiorum illius matrimonij. Et hoc ex facto agitatum vidi in quodam maioratu, in quo vocati erant filij secundi matrimonij, in quorum fauorem fuit factus maioratus, & in defectum illorum erant vocati filij primi matrimonij.

Quartò, ex præmissis apparet, conclusionem suprà fundatam non solum veram esse, † vbi primus filius & 98

vocatus accepit corporalem possessionem rerum, sed etiam per Constitutum, aut alium actum fictum. Pro qua extensione faciunt plura quæ refert Ioan. Gratian. Falcon. *regul. 471. num. 8.* quæ conclusio iustificatur ex traditis per Rebuff. *tom. 3. ad constitut. Regias, tit. de matern. posses. in præfation. n. 38. pag. 221.* vbi etiam tradit illud generale, quòd tantum † operatur fictio in casu 99

ficto, quantum veritas in casu vero: *l. filius familias. ff. si certum petatur*, cum *concordant.* In quo puncto lectores animaduertant ad singularem in ista materia doctrinam Bart. *in l. creditores. num. 25. C. de pignoribus*, vbi vult, quòd clausula Constituti operatur † non solum contra 100

constituentem, vt possit apprehendi possessio, sed etiam contra habentem causam ab eo, quod refert Iacob. Puteus *decis. 443. p. 1. n. 6.*

Quintò ampliatur, etiamsi † secundo loco vocatus 101

non sit præsens tempore factæ donationis, secundùm Guid. *cons. 12. per totum, & cons. 54. ad finem, vers. plus dico*, quem citat Cephalus *cons. 312. n. 14. lib. 3.* in quodam maioratu Hispaniæ.

Et quæ dicta sunt in ampliationibus, & resolutione præcedentis quæstionis, fortius sibi locum vendicabunt, vbicunque pater in constitutione maioratus, vel 102

melioratio vinculatæ, † constituit se pro possessore, non solum nomine eius, quem ante omnes vocat; sed etiam nomine omnium succedentium & vocatorum ad maioratum, provt in plerisque maioratibus, vel melioratio nibus cauetur; quia in isto casu, Constituti vis sortitur effectum, tam quoad primum, quàm quoad omnes constitutarios vocatos. Ad quod est notabilis sententia Oldradi *in cons. 95. n. 16.* vbi tradit, quod per stipulationem Notarij † est ius acquisitum hæredibus, & per- 103

sonis in stipulatione inclusis, vbi loquitur in promissione, quam fecit Rex Aragoniæ, in qua promisit, se non alienare bona Regni, vt latius patet in *dicto consilio.*

Et ex istis infertur confirmatio tenentium, quòd *l. 25. Tauri*, hodie *l. 9. tit. 6. lib. 5. Recopilationis*, non procedit quando donatio quæ per patrem prius facta fuit, est irreuocabilis; & post factam donationem pater fecit alias donationes: nam tunc de illis est extrahendum Tertium, vt animaduertunt *ibi* Tellius *num. 1.* Matienc. *in eadem l. 9. glos. 3. num. 2.* quos citat & sequitur Guttierrez *lib. 2. practicarum quæstionum, q. 62. pagina 138.* Et faciunt quæ scribit Angulo *in l. 10. lib. 5. Recopilat. glos. 1. & 2. folio 196.* Et secundùm omnia superiora † moderandum & intelligendum est, 104

quod

quod scribit Anton. Gama *decis. 264. num. 1.* vbi tradit, quod contrahentes possunt re integra discedere à scriptura facta super renuntiatione fideicommissi & maioratus.

Et ex istis infertur quòd si filius, in quem pater fecit maioratum modo prædicto, post apprehensam bonorum possessionem commisit aliquod delictum, cuius occasione bona maioratus amitti potuerunt, iuxta ea quæ scribo *in 4. part. huius operis, quæst. 23.* talis filius etiamsi in vita patris delictum committat, bona amit- 105

tit, † nec est patri licitum reuocare maioratum in præiudicium fisci, cui ius quæsitum fuit, quod filius habebat. Et eadem ratione si secundùm delicti qualitatem & tenorem maioratus, vel melioratio nis bona non amittuntur, transfertur maioratus ad alios vocatos, in quorum præiudicium non est patri licita reuocatio.

Secundò infertur, quòd postquam pater constituit maioratum prædicto modo (scilicet tradendo possessio- 106

nem) non † potest obligare, hypothecare, vel vendere, aut alias disponere de rebus maioratus in præiudicium eorum, qui in secundo loco, tertio, aut vlterioribus sunt vocati; quemadmodum nihil potest vendere, vel disponere in præiudicium priùs vocati. Quod resoluit Decius *in d. consil. 239. num. 6.* quod vltra Decium probat *l. siquidem, C. de donat. inter virum & vxorem*, vbi Bald. & Salicet. *l. si ante matrimonium, C. de donat. ante nuptias.* Quæ conclusio est magis clara & indubitabilis, vbicunque in maioratu vel melioratione est hypotheca & promissio de non alienando. Et fa- 107

ciunt † scripta per Rebuffum *tom. 3. ad constitut. Regias, titul. de donation. insinuand. art. 1. glos. 7.* Et idem quod Decius resoluit Anton. Peregrin. *in tractatu de fideicommissis, artic. 51. num. 78. fol. 492. & in tractatu de iure fisci, lib. 6. titul. 6. num. 3. pag. 360.* vbi generaliter resoluit, quòd circa traditionem possessionis veræ vel fictæ, est licita obligatio vel hypotheca; secus post traditionem factam. Et pro ista illatione etiam facit textus *in l. de rebus, C. de donation. ante nuptias*, quem citat Euerardus *loco 26. col. 6. versic. item secundo, pagina 104.*

Quinimo illud est notabile, quod pater † non cen- 108

setur donare alteri bona, quæ prius donauerat, vel obligauerat, vt resoluit Cephalus *in consilio 4. num. 12.* per Glossam notabilem *in l. conficiuntur, §. si post factum, in verbo, testator, ff. de iure codicil.* & alia quæ refert. Et hoc secure est tenendum, vt nouissimè contra Angulo sustentat Auendañ. *in l. 21. Tauri, num. 16. fol. 46.* Et probatur expresè *in l. fin. §. Lucius, ff. de donation.* à contrario sensu, volunt Bart. *in l. 1. in fine, num. 9. C. de iure fisci, lib. 10.* Celsus notanter *in consil. 58. num. 6. & consil. 100. num. 10.* Decius *in consil. 645. num. 4.* qui ad hoc etiam ponderat *l. quoties, C. de rei vendication.* Et hoc tenet Ioan. Guttierrez *lib. 2. practicarum quæstionum, quæst. 55.*

Imò si pater pro obseruatione contentorum in maio- 109

ratu, hypothecet bona vel generaliter, vel specialiter, licèt non promiserit non alienare, † censetur prohibita omnis donatio, obligatio, & alienatio: vt eleganter fundat Carolus Ruinus *in consil. 180. num. 19. lib. 1.* ad quem addo Antonium Peregrinum *in tractatu de fideicommissis, artic. dict. 51. num. 76. fol. 491.* vbi etiam resoluit, an in isto casu sufficiat generalis hypotheca, vel sit necessaria specialis. Et confirmo per scripta à Tiraquello *libro de Constituto, part. 2. ampliat. 29. folio 58* & quæ scribo *infrà, quæst. 26. in fine.* Et ista confirmantur per sententiam Roderici Suarez *allegat. 19. in vers. hoc præsupposito*, vbi resoluit, quòd si per sententiam compromissoriam fratres consentiant, quod 110

aliqua res sit maioratus, † non licet postea in præiudicium successorum permittere alienationem, tradit *ibi* Valdes *in addition. pag. 93.*

Ex quibus dubito in nostra materia de resolu- 111

tione Hugo Cels. *in cons. 53. num. 2.* vbi resoluit, † quòd res donata, ante traditionem ipsius, potest obligari; ita quòd si postea traditio sequatur, transibit ad donatarium cum obligatione illius oneris, per textum quem dicit expressum *in l. 3. ff. de seruis exportan. & in dict. l. final. §. Lucius, & l. 1. C. de iure fisci.* Et facit *regul. iur.* quòd donatarius † non obligatur creditoribus, sed hæ- 112

res donantis: *l. æris alieni, l. si pater, C. de donat. l. 2. C. de reuocand. his, quæ in fraudem creditorum.* Notat Decius *in cons. 387. num. 2.* De quo puncto legendi sunt Iaso *in l. 1 § si hæres, num. 3. ff. ad Trebellianum*, Guido Papæ *decis. 105.* & *460.* idem Decius *cons. 237.* Nicolaus Boërius *decis. 204. n. 43.* Falcon. *regula 358. num. 27.* Tiraquel. *lib. 1. de retractu, §. 1. glos. 14. n. 116.* Ioseph. Ludouic. *decis. 29. num. 22.* Episcopus Couarruuias *lib. 1. resolutionum, cap. 14. n. 6.* Pinellus *in l. 2. C. de rescinden. vendition. part. 2. cap. 1. num. 32. fol. 81.* Guillelmus Benedictus *in cap. Raymuntius, de testamen. in verb. cætera bona, num. 46. cum sequentibus, fol. 260.* Matthæus ab Afflictis *in constitutionibus Neapolitanis, lib. 3. rubr. 5. versic. hac edictali, num. 2. fol. 266.* facit *lex conditione, C. de rescindend. vendition.* Ad quæ addo conclusionem singularem, quòd creditor agens in isto casu contra donatarium, † debet probare hypothecam 113

præcessisse donationem: *d. l. de rebus, C. de donation. ante nuptias*, quam reputant singularem Bart. *in l. 2. C. de iure fisci, lib. 10.* vbi Rebuffus *num. . fol. 22.* Romanus *singul 150.* & alij, quos citat Ioseph. Mascardus *lib. 1. de probationibus, conclus. 456. num. 12. fol. 282.* Quinimo, † nec seruitutem imponere potest 114

pater filio in re data ob maioratum, vel melioratione m, vt colligitur ex *consil.* Paris. 63. *num. 16. lib. 1.* per *l. 3. ff. de usufruct. & l. 1. ff. communia prædiorum, & l. 2. ff. si seruit. vendicetur.* † Nec delinquendo talia bona 115

pater amittere potest, vt resoluit Peralta *in l. 3. §. qui fideicommissam, num. 128. ff. de hared. instit.* Et hanc illationem innuere videtur Gregor. Lopez *in l. 32. titul. 9. part. 6. in glossa magna, folio 70. colum. 4. versic. item aduerte.* † Nec potest præiudicare pater filio per 116

suam confessionem, quòd antè bona alicui obligasset: *l. repetita, ff. de fide instrument.* & confirmat Paulus *in consil. 337. Si prima duo.* De quo vide Molinam *lib. 1. de primogen. cap. 10. num. 10. fol. 7. lib. 2.* vbi rectè iudicio meo tenet, quòd melioratus † non tenetur ad de- 117

bita contracta post maioratum irreuocabilem, post Antonium Gomez *in l. 40. Tauri, num. 76.* Peraltam *in d. l. 3. §. qui fideicommissam, num. 124.* quos ipse citat.

Et ista limitatio ad *dict. l. 21.* verissima mihi videtur ex superioribus; quicquid animosè scripserit Angulo *in eadem lege*, hodie *l. 5. tit. 6. lib. 5. Recopilationis, glossa 4. num. 2. folio 133.* licèt idem quod Angulo teneat Molina, quem ipse non citat, *libro 4. de primogen. cap. 2. num. 82. folio 138.* ¶ Nec enim † licere de- 118

bet patri vel matri disponere de rebus, in quibus filius habet dominium & possessionem, per melioration em factam per contractum onerosum matrimonij, vel per traditionem possessionis, vel scripturæ, secundùm *l. 17. Taur.* hodie *l. 1. titul. 6. lib. 5. Recopilat.* Et id quod nostrum est, sine facto nostro à nobis auelli 119

† non potest: *l. id quod nostrum, ff. de regul. iur.* cum *concordantibus*; & ad hoc faciunt alia millia iuris principia. Et similitudo quam habent maioratus & meliorationes in isto casu ex *d. l. 17. & l. 44. Taur.* hodie *l. 4. titul. 7. lib. 5. Recopilation.* provt latiùs scripsi *in initio istius primæ partis, num. 56.* Et sicut si pater venderet, vel alio modo disponeret de re, in qua filium meliorauit, nullum ius in ea re creditores postea superuenientes habere possent, vt est clarissimum: per eandem rationem † non possunt in præiudicium filij melio- 120

rati debita contrahere; ne aliàs esset in potestate patris ad nihilum reducere donationem, & in totum reuocare; quod omnia iura Canonica & Ciuilia valdè abhorrent & execrantur. Et pro ista sententia facit text. *in l. 1. C. de iure fisci, lib. 10.* quæ probat, quòd creditores facti

121 post donationem,† non præferuntur donatariis. Notat Hieronymus Gabriel *consilio* 82.*num.*2.& ista est mera veritas. Et resoluit Tiraquellus *in tractatu de pia causa, privilegio* 126. *pag.*157.

Et in ista materia non est silentio prætereunda doctrina Peraltæ *in dict. §.qui fideicommissam, num.*128. *vers.resoluendo*, vbi concludit,quòd si in facultate Regia data ad faciendum maioratum, detur facultas reuocandi ad libitum vsque ad mortem, & post factum
122 maioratum contraxit debita, † tenetur successor soluere talia debita.Ad quod facit doctrina singularis Caroli Ruini *in cons.*32.*num.*20.*lib.*1. vbi resoluit, quod
123 non est † standum confessioni Principis attestantis quædam castra donasse cum sua causa, post factam ab ipso donationem; nec potest virtute talis confessionis donatariis nocere, motus ex doctrina Bartoli *in d.l.repetita* & Speculat. *tit.de testament. §.nunc tractemus, in ordina. magna.* Et facit quod scribit Masuerius *titul.de subhastatione, versicul. item, quæ dicta sunt*: vbi tradit, quòd si in contractu matrimonij datum fuerit castrum puellæ, & dictum fuerit à patre donante illud castrum in dotem,quòd primogenitus istud castrum habere debeat, si postea moriatur pater obligatus, & conueniatur primogenitus, negabit se obligari vti hæredem,
124 † nec poterit in eum fieri executio, quem citat Rebuf. *tom.*1.*ad constitut.Regias, tit.de literis obligator. art.*8. *glos.*2. *num.*3. *pag.*157.

125 ¶ Ex quo subinfertur † limitatio ad *l.*11.*Taurinam*, statuentem filium melioratum obstrictum esse ad debita defuncti pro rata. Nam prædicta lex procedit in debitis contractis ante meliorationem vel maioratum renocabilem, non etiam in debitis factis post constitutionem maioratus, qui est perfectus & irreuocabilis. Et alia similia inferri possunt, quæ superioribus cognitis sunt facilia. Præcipuè ad *l.*23.*Taur.* hodie *l.*7. *tit.*6. *lib.*5. *Recopilation.* decidentem, quòd ad valorem me-
126 liorationis Tertij, † est attendendus valor bonorum meliorantis tempore mortis: nam vt constat ex superioribus, si sit facta melioratio irreuocabilis per traditionem,iuxta terminos *legis* 17.*Taur.*hodie *l.*1.*d.tit.*7. *vel l.*44. *Taurin.* hodie *l.*4. *tit.*7. *lib.*5. *Recopil.* valor bonorum meliorationis est considerandus in tempore donationis, vel promissionis, cum ab illo die melioratus remanserit dominus, iuxta *l.traditionis*, cum *concord.* Nec meliorans in præiudicium meliorati possit
127 obligare,nec bona hypothecare. Et † quod donatio in istis casibus non præiudicet creditoribus, tradunt Ancharr. *in cons.*106. *n.*4. Menoch. *in tract de præsumpt. lib.*3.*præsumpt.*30. *n.*57. *pag.*369.

Tertiò infertur, quòd si filius, qui primo loco vocatus fuit, non acceptauit maioratum, vel meliorationem, incuriâ fortè, vel propter absentiam, vel alium
128 finem: & moriatur absque eo quod acceptauerit,† possunt alij filij & vocati acceptare maioratum, vel meliorationem: quod ex prædictis constat, & ex textu *in l.si sine, §.si procurator, ff. rem ratam haberi*: vbi patet, quòd in re, quæ ad hæredes pertinet, potest hæres tantum habere,quod nomine defuncti fuit factum. Notat Dynus *in regul.ratum q.penult.de regul.iur.in* 6. Decius *in l.eius qui in prouincia, §.placebat, col.vlt. ff.si cert. petat.* & alij, quos refert Episcop.Couarru. *in* 3. *part. rubr.de testament. num.*13. vbi tradit, hæredes donata-
129 rij posse † ratam habere donationem defuncto factam ad hoc, vt reuocari non possit: & ita intelligit scripta per Tiraquellum *in tractatu de Constitut. limitat.*30. *num.*73.& 74. Ad quod legenda sunt quæ scribo *infrà*,
130 *quæst.*36. Et ista illatio fulcitur, quia cum † ius vocatorum post primum non dependeat ab hoc priùs vocato, sed à primo fundatore,*l.coheredi, §.cum filia, ff.de vulg.* eiusdem incuria, vel absentia, aliis obesse non debet, *l.*3. *ff de interd. & releg. d.l.non debet, ff.de regul. iur.* Procedit tamen ista conclusio, dummodo hæres sit intra tempus acceptandi donationem,& ante reuocationem, argumento *l.bonorum, ff.rem ratam haber.* cum *concordan.* Et ita in terminis *Alciat.* vbi punctum tractat *in cap.cum contingat, num.*332. *pag.*701. *de iureiurand.* Et hoc etiam tractat Molina *d.cap.*2.*lib.*4. *num.*77.

Quartò infertur conclusio singularis in practica, quòd sicut facientes maioratus & meliorationes possessione tradita, & irreuocabiles, non possunt reuocare tales maioratus vel meliorationes in præiudicium vocatorum, nec illis præiudicare in dominio & proprietate, non possunt etiam præiudicare in possessione, licèt eam alteri tradiderint: quinimo † adueniente die 131
vocationis, possunt vocati petere possessionem; nec illis in hoc casu obstat regula famosæ *l.*1.*§.si vir vxo i, ff. de acquir. possess.* quæ lex tantummodo procedit in marito, qui vxori dedit possessionem rei donatæ; & non in alio, qui in præiudicium alterius non potest tradere possessionem, vt resoluunt decisio Rotæ, *in antiquis olim* 429. hodie *l.*17. *tit. de restitut. spoliat. pagina* 413. Ioan. Baptista Ferretus *cons.*3.*n.*18.Menoch. *de recuper possess.remed.*15.*n.*4.1. *pag.*510.

Quintò infertur,erroneam † esse doctrinam Antonij 132
Gamæ *decis.*48. vbi vult, quòd si pater faciat maioratum ex Tertio bonorum in filium, & assignat in certa re, possunt hæredes per viam transactionis eximere rem illam, & subrogare aliam: quam doctrinam ex pluribus Authoribus reprehendit iustè Additionator Menna *folio* 36.

Principalis autem conclusio & resolutio limitatur tribus modis. *Primò*, vbi pater in constitutione maioratus, aut meliorationis, apposuit aliquam conditionem, quæ non fuit purificata in vita filij primò vocati, & defunctus fuit ante purificationem conditionis,quia tunc liberè † potest reuocare maioratum in præiudi- 133
cium aliorum vocatorum, argumento *l.*1. *§.sin autem sub conditione, C.de caduc.tollend. l.*1. *§.dies incertus; l.hæres meus, §.*1. *ff. de condit. & demonstrat. l. huiusmodi, in fin.l.si cum hæres, in principio, ff.quando dies legat.cedat,l Iulianus, ff.de legat.*2. & aliæ similes, vt per Oldradum *in cons.*131.*Quidam habens tres filios*, Roman. *in cons.*17. & *aliis consiliis*, & per Ias. *in l.cum secundum, num.*3.*C.de fideicommiss. & in l.quæ de legato, num.*22.*ff.de legat.*2.Tiraquel.*lib.*1.*de retractu, glos.*2. *§.*1.*num.*24. notat Decius *in cons.*417.*Visis consiliis, num.*2. ad quem addo Corneum *in l.penult. C.de impuber.& in cons.*226.*lib.*4. Barthol.Socinum *in cons.*94. *col.final. lib.*4. Parisium qui loquitur in notabili casu *cons.*72.*n.*52.*lib.*3. Et hoc tradit magis in terminis Anton.Peregrin.*in tract.de fideicommiss.art.*51.*num.*20. *fol.*482. qui nouissimè multa scribit in proposito nostræ quæstionis omnino legenda. Et in hoc puncto animaduerto,quòd si in fundatione maioratus, vel meliorationis sit dictum, quòd ordinatur sub certis conditionibus,& grauaminibus, talia verba † inducunt for- 134
mam, secundùm Felinum *in cons.*34. *num.*15. per doctrinam Baldi *in auth.mari & auiæ, C.quando mulier tut.muner. fung. poss.*

Secundò, prædicta conclusio limitatur, quando maioratus vel melioratio ex aliqua causa sit inualida: quia tunc, sicut non fuit ius acquisitum primo donatario,ita † nec acquiritur aliis vocatis. Et ita ferè in 135
propriis terminis videtur determinare Barthol. Socinus *in consil.*115. *num.*1.*cum sequentibus, lib.*4. vbi dicit, patrem posse † reuocare grauamen, quod filio in dona- 136
tione apposuit,quod si alienaret res donatas,deuenirent ad hospitale, vbi donatio ex defectu insinuationis fuit inualida. Mouetur ex famosa Glos.*in l.si patronus, §.pactum, ff.si quid in fraud.patron.* & ex doctrina Baldi *in l.si absentis, C.si cert.petat.* per quam doctrinam Barthol.Socinus probat Cephal. (quem post primam editionem vidi (is inquam *in cons.*312.*num.*105.& 133. *lib.*3. quòd pactum factum in capitulis matrimonialibus, quòd primogenitus succedat, & eius descendentes, si non valet tale pactum vel donatio in fauorem primi, non habet effectum, nec firmitatem in fauorem

descen

137 descendentium, † etiam subsistente iuramento; & dictum cons.*Bartholom.Socin.* refert etiam Anton. Gabriel *lib.*3.*recepiar.sententia. tit.de donation. conclus.*5. *n.*17.*pag.*200.& Cephal.*in dict.cons.n.*135.refert Cou. *in dict.loco.*

Tertiò limitatur, quando successor post primum vocatum non paret conditionibus & vinculis à testato-
138 re adiectis: quia sicut est licita † reuocatio hoc casu veniente, inuito primo vocato, iuxta *l. vitimam, C. de reuocand.donat.* ibi: *Vel quasdam conuentiones, siue in scriptis donationibus impositas, siue sine scriptis habitas, quas donationis acceptor spopondit, minimè implere voluerit.* Ita per eandem rationem est licita † reuocatio in
139 præiudicium successorum. Et ista limitatio fulcitur ex aliquibus quæ scribo *in* 2.*part.huius oper.quæst.*4.*illat.* 8. vbi lector si necesse fuerit, legere poterit, & *supra, quæst.*22.*à num.*236. & ex regula *l.pater Seuerinam, ff. de condit.& demonstr.* vbi probatur, quòd in quauis donatione, si culpa ipsius, cui facta fuit donatio, effectus
140 non sequatur, † donatio est inefficax; & probatur *in l.* 14.*tit.*4.*par.*6. & notat Socin.*in l.in testamento*, la segunda, *ff.de condit.& demonstr.* Tellius *in l* 17.*Taurina, num.* 80. Imo datur rei vendicatio propter non obseruantiam conditionis aut modi,& rescinditur donatio & redit ad donantem,*l.*1. vbi Bald.Alberic.Salicet. *C.de donat. quæ sub modo*, Curt.*in cons.*126.*num.*14.*libro* 1. Iul.Clar.*in §.donatio, quæst.fin.* Anton.Thesaur qui loquitur in ista materia maioratuum,& in conditione deferendi nomen & arma,& similibus,*decis.*270.*num.*13. qui hoc dicit procedere, cum reperitur clausula, *& non aliter*, & ibi alia ad propositum adducit. ¶ Et donatio
141 conditionalis † cuanescit ex conditionis defectu, *l.pecuniam quam, ff.si certum petatur, l.necessario, §. quod si pendente, ff.de periculo.& commod.rei vend.* cum *concord.* vt per Ioan.Cephal.*dict.cons.*312.*num.*93.& *num.*123. vbi hoc in terminis decidit; & iterum *num.*136.*lib.*3. qui post Carol. Ruin. quem citat,ita limitat text. *in l. vnum ex familia, §.sed si fundum, ff. de legat.*2. & dum
142 conditio pendet; & non est impleta, possessio † non transfertur,*l.qui absenti, §.*1. *de acquirend.possess.* Glos. *in cap.olim,de restitut.spoliat.* Aluar.Valasc.*cons.*55.*n.*4. Et faciunt quæ latissimè scribo *part.*3. *quæst.*12. & ista seruiunt pro declaratione eorum quæ scribit Augustin. Bero. *in cons.*4. *lib.* 1. dum tradit; donationem factam
143 Ecclesiæ posse † reuocari non adimpleta conditione, contra quem tenet Ioseph.Ludouicus *decis.Perusina* 29. *num.*23.

Quartò etiam videtur, quòd si pater faciat maioratum in filium ob causam tantum onerosam matrimonij, absque traditione possessionis, & in vocationibus statuat, quod si filius primonatus decedat absque liberis, succedat in maioratum alius filius,si primo vocatus mo-
144 riatur in vita patris, quòd licèt maioratus † non possit reuocari respectu primi, quoad alios tamen est reuocabilis tanquam cessante causa onerosa matrimonij, ob quam maioratus fuit constitutus. Quod fundari potest ex pluribus,quæ scribo *infra,hac par.quæst.*39.*à n.*4.& aliis quæ scribit Tellius *in l.*17.*Taur, num.*77. contra Seguram *in l.vnum ex familia, §. sed & si fundum.ff.de legat.*2.*folio* 52.*col.*4.*vers. Ex quo posset inferri.* Et ad hoc facit quod scribit Alexand.*cons.*13.*lib.*4. vbi vult, quòd licet plures ordine successiuo fuerint vocati, si
145 conditio defecit semel in persona primi, † censetur quoque extincta substitutio quoad alios: & idem Cacciapul.*inter cons. Alexand. cons.*14.*lib.*4. quod consilium est *Caccialupi*,non *Alexandri*, vt testatur Bartholomæus Socinus *cons.*104. *num.*4.*lib.*3. Decius *consilio* 228.*colum.*1.Cephal.*cons.*268.*col.*3.*num.*14.*lib.*2. Roland.*cons.*34.*n.*62. *lib.*4. De quo vide quæ scribo *in* 2. *par. q.*10.

146 Quinimo, hæredes donantis † possunt reuocare donationem propter non obseruatas conditiones, vt ex Ripa *in l.fin.C.de reuocand. donat.quæst.*63. *num.*208. resoluit Matienç.*in l.*7.*tit.*10.*lib.*5.*Recopil.* vbi hoc latius resoluitur.

In ista etiam materia & quæstione, noto vnum singulare, quòd licèt reuocatio donationis † non compe- 147
tat hæredi,nec contra hæredem,iuxta regulam *l.his solis, §.actionem, l.fin.§.hoc tamen, C.de reuocand.donatio.* hoc † non habet locum in reuocatione,quæ fit ex inob- 148
seruantia pactorum,& conuentionum in donatione, *l. dictam legem, l.si vt proprius, l.si ea lege, l si repetendi, C. de cond.ob caus.* Alberic.*num.*2. Angel. *num.*3. Salicet. *num.*4.*in dict.l.vlt.C.de reuocand.donat.* quos citat Anton.Thesaur. *dict. decis.*270.*num.*26. ¶ Et quòd stipulans rem donatam pro suis hæredibus & successoribus, non † videatur stipulari pro fideicommissariis,qui non 149
habent causam ab stipulante; sed ab eo, qui fideicommissum reliquit,tradit Cephal. *in cons.*245.*num.*53.*lib.* 2.per regul.*l.coheredi, §.cum filia, ff. de vulgar.* & *in l. credendum, §. si vero, ff. qui petant. tutor.* Ripa *in l. in quartam, num.*135 *ff.ad legem falcidiam*, Carol. Ruin. *in cons.*98.*num.*16.*lib.*2. Dec.Paris. & alij, quos citat. Rursus,quòd aliud † sit *modificare*,aliud *corrigere*,aliud 150
mutare, aliud *detrahere*, aliud *dispensare*, distinguit notanter Ioan.de Imol.*in Clement. de Romani, num.*7.*folio* 17.*de elect.* vbi etiam Ancharran. *num.*9.*folio* 5. Quæ Theorica ad multa, quæ in hac materia nostra contingere possunt, est notabilis. Et qualiter videatur disponere ille,qui fecit maioratum de aliqua re,reservatione expressè facta, quòd disponere possit de certa quantitate; si non disposuit de illa quantitate, nec aliquid 151
ordinauit? † tradunt Hieronym. Gabriel *cons.*139. *n.*5. Cagnol.*in l.fin.C.de pact.num.*239. Thesaur, *decis. Pedemont.*97. & quòd donans in ista materia † possit co- 152
gi ad tradendam rem donatam,tradunt Bald. *in l. illud, quæst.*7.*C.de sacrosanct.Eccles.* Rebuf.*tom.*2.*ad constitutiones Regias, tit.de donat.insinuand.art.*1.*glos.* vlt.*n.*2. *pag.*380.Et quòd quando fuit facta cum clausula, *quod pars præmorientis deueniat ad superuenientes*,† sit locus 153
iuri accrescendi,tradunt Ancharran.*in cons.*418. Federic.de Senis, Bald.Ruin.Berol. Cephal. Curt.Iun. quos citat Cordu.*de iur. emphyt.in tit.de causis priuat. fundi ob lineam finitam,n.*92. & 93.*fol.*64.

QVÆSTIO XXV.

Si pater maioratum factum in fauorem vnius filij reuocauerit persuasionibus alterius, qualiter filio consuli possit.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quæstionis.*
2 *Tutor an possit testatorem inducere, vt sibi donet quod pupillo relinquere volebat,* & n.17.
3 *Intellectus* ad l.2.tit.8.p.6. & *n.*4.
5 *Resolutio quæstionis,* & n.6.
7 *Refertur & confirmatur doctrina Angel.* in l. non est ferendum,ff.de inof.testam.& *n.*8.
9 *Donatio an reuocetur,quando vxoris blanditiis facta fuit,* & n.10.
11 *Blanditiæ maritales multa à credulis vxoribus extorquent.*
12 *Multæ persuasiones arguunt dolum.*
13 *Bona prodigi an deferantur hæredibus ab intestato, non obstantibus substitutionibus in testamento blanditiis facto.*
14 *Contractus à minore blanditiis inducto celebratus, in quo res vili pretio venditur, nullus est.*
15 *Nimia persuasio coactionis loco an habeatur,* & n.19. *Quid si cum precibus concurrant aliæ coniecturæ.*
16 *Obtinere per metum, aut importunitatem, paria sunt.*

17 *Maioratus persuasionibus institutus an debeat rescindi.*
18 *Quid de blanditiis maritalibus, per quas quis inducitur ad bona extraneis relinquenda; descendentibus neglectis? remissiuè.*
20 *Dolus an præsumatur ex præsentia mariti, cùm testamento vxor mariti coniunctis legata relinquit, & num. 26. & 44.*
21 *Qui aliquem fraude induxit, vt eum institueret, ad restitutionem tenetur.*
22 *Ex solis blanditiis absque dolo non competit actio. Contraria sententia, n. 23. & 24.*
25 *Qualiter probetur aliquem prohibitum fuisse testari, remissiuè.*
29 *Melioratio facta vni filio, si filiorum suasionibus aliquando fiat, an applicetur filio prius meliorato.*
30 *Testes qui ob importunas preces deposuerunt, suspecti an sint.*
31 *Donatio ob importunitatem facta, an valeat.*
32 *Dolus ex falsis persuasionibus præsumitur.*
33 *Persuasiones an probentur per coniecturas.*
34 *Nouercæ priuignos odio solent habere.*
35 *Dolus non præsumitur nisi probetur.*
36 *Qui propriam vtilitatem procurat, an præsumatur facere animo nocendi.*
37 *Non videtur dolo facere qui vtitur iure suo.*
38 *Testator an præsumatur dolo circumuentus.*
39 *In personas coniunctas facilius fraus præsumitur.*
40 *Eorum quæ clam fiunt, probatio per coniecturas sufficit.*
41 *Adulatio semper præsumitur mala.*
42 *Metus per coniecturas probari an possit. Authoris sententia, n. 47.*
45 *Reuocatio maioratus instituti in primogenitum, facta in secundogeniti fauorem, illius persuasionibus extorta præsumitur, & n. 47.*
Idem est, quando pater reuocat maioratum in fœminarum fauorem, n. 48. Quid de persuasionibus nouercarum.
46 *Primogeniti patribus magis chariores.*
49 *Monasterium an excludat substitutum, vbi monachus blanditiis professionem fecit.*
50 *Persuasio filij coactionis loco an habeatur.*
51 *Testamentum mulieris ob metum reuerentialem mariti factum qualiter reuocetur, remissiuè.*
52 *Minor persuasio ist efficacior in matre quàm in patre, & n. 53.*
54 *Prius testamentum an videatur reuocatum, cùm testatore aliud facere volente, Tabellio fuit expulsus.*
55 *Quid quando testamentum ad suggestionem reuocauit.*
56 *Qualiter puniatur, armis vel metu ad testandum compellens.*
57 *Nouerca inimica priuigno præsumitur.*

VIgesimoquintò quæro, si pater reuocet maioratum, quod prius fecerat in fauorem vnius filij, & constituat in alium filium, persuasionibus talis filij, in cuius fauorem fuit secundo loco maioratus factus, an teneat iste secundus maioratus, & alius sit reuocatus? Quæstio est magnæ vtilitatis, & quæ propter insatiabilem hominum cupidinem quotidie contingit, & plerumque ob inuidiam aliorum fratrum, vel ducti cupidine bonorum parentum, mille cogitant fraudes, & vias ad debellandos animos parentum, vt sibi bona relinquantur, & ab aliis auferant. In qua quæstione breuiter in quantum possibile fuerit me resoluendo † dico, quòd si quidem filius secundus, in quem secundo loco pater facit maioratum, blanditiis licitis, & honestis, patrem traxerit, vt in eum faciat maioratum, & reuocet à primo, in isto casu secundus maioratus valebit, & primus non habebit effectum.

Ista conclusio probatur *in l. vltima, ff. siquis aliquem testa. prohibuerit, & in l. vltima, C. eodem tit.* ibi: *Iudicium vxoris in se pronocare maritali sermone non est criminosum.* De qua per Bursat. *in cons.* 189. facit text. *in c. vlt. qui Cleric. vel vouentes*, quem *num.* 27. *lib.* 2. citat Menoch. *in cons.* 442. *n.* 58. *lib.* 4. Socin. Iun. *in cons.* 183. *n.* 5. *lib.* 2. & est notabilis *l.* 27. *tit.* 1. *part.* 6. quæ concordat cum prædictis legibus, ibi: *Si premia ni fuerça no le fiziesse, mas regandole por buenas palabras lo aduxesse.* Tradit Nauar. *in Manual. Confessor. prælud.* 6. *n.* 8. *pag.* 46. & *cap.* 17. *n.* 70. *pag.* 393. & *cap.* 26. *n.* 36. Ripa *resp.* 133. *n.* 12. Et tutor potest blando sermone † inducere 2
testatorem, vt relinquat sibi, quod pupillo relinquere volebat, secundùm Cin. Alberic. & Salicet. *in l. quicquid, C. de arbitr. tut.* tradit latius Bæza *de decim. tutor. cap.* 2. *n.* 129. *fol.* 28. & tradunt Bellonus *cons.* 73. *num.* 7. Durand. *de arte testandi, tit. de equit. vel repud. hæred. caus.* 4. *n.* 4. Hippolyt. *singular.* 526. Bernard Diaz *regul.* 798. Roderic. Suarez *allg.* 20. *n.* 20. Caualcan. *de tutor. & curator, n.* 280. 8. *vol. tract. fol.* 348. facit *l.* 10. *tit.* 1. *p.* 4. ibi: *No las puede apremiar que lo fagan de todo en todo, como quier que les puede dezir palabras de castigo, que lo otorguen.*

Nec huic opinioni obstat singularis, peregrina, & valde notabilis † *l.* 2. *tit.* 8. *par.* 6. cuius hæc sunt verba: 3
E como quiera que no saga en miente del hermano en el testamento ni le dexe ninguna cosa de lo suyo, no le pertenece al hermano de fazer querella de testamento, que el otro hermano ouiesse hecho, ni lo puede quebrantar: fueras ende si aquel que ouiesse est ablecido por heredero fuesse ome de mala fama, o ouiesse sido siervo del testador, o otro que lo ouiesse aforrado, e despues lo estableciesse por heredero por falago que le fiziesse el aforrado, no lo mereciendo el, ni auiendo derecha razon paraque lo deuiesse fazer. Quia istius legis dispositio specialis videtur in odium seruorum, qui testatorem persuaserunt blanditiis, vt fratres non relinqueret hæredes. In nostro verò casu ratio est diuersa: quia omnes sunt filij, & ideò licèt testator vnum eorum aliis præferat, non facit illis notabilem iniuriam; nam in habentibus symbolum facilis est transitus: nec est facienda hæc æquiparatio à seruis, quos testator fecit hæredes, ductus eorum blanditiis, exclusis fratribus testatoris; ad filios, qui, vt prædixi, omnes sunt æquales. Vel ista lex secunda intelligi potest de persuasionibus illicitis, & dolosis, prout statim latiùs explicabitur: & præcisè † *hæc l.* 2. vel vno, vel 4
alio modo debet intelligi, & concordari cum *d. l.* 27. ne illi sit tam ex diametro contraria: cum expediat iura iuribus concordari. Et vide etiam pro respons. *d. l.* 2. Gregor. Lop. qui in illius intellectu laborat, *in glos.* in verb. *Por falago*, & facit notabilis *l.* 4. *tit.* 17. *p.* 1.

Si autem persuasiones illius filij, in cuius fauorem pater secundum maioratum fecit, sint cautelosæ, & in illis insit dolus, vel fraus, quod secundùm negotiorum contingentiam exemplificari potest (quod plerumque contingit) primus maioratus † non erit reuocatus, 5
quasi pater non faceret illum secundum maioratum, nisi interuenirent persuasiones illæ fraudulentæ, captiosæ, & fallaces. Ad huius conclusionis probationem induco text. *in l. Lucius Titius, §. Sempronia, ff. de legat.* 2. vbi probatur, quòd quando quis dolo induxit testatorem, qui primo loco volebat alium hæredem instituere, vt illum mutaret, & persuadentem institueret, succurritur † actione de dolo illi, quem primitus testator 6
volebat hæredem instituere, & probatur *in dict. l. part.* 27. à contrario sensu, & *in clemen. 1. §. quibus etiam de priuileg.* confirmat Ripa *respons.* 134. *n.* 11. Hier. Gabr. *cons.* 90. *n.* 7. qui plura scribit in ista materia, & tradit notanter Neuiza. *in Sylua nuptiali, libro* 4. *numero* 39. *pag.* 285. Ludouicus de Molina *in tractatu de iustitia & iure disputat.* 135. *pag.* 732. Borgninus *in tractat. de tutor. & curator. in* 8 *volum. tractatum, folio* 348. *num.* 180. Sfortia Oddi *in tract. de in integrum restit. part.* 2. *quæst.*

quæst. 58. *art.* 3. *num.* 43. *pag.* 716. faciunt scripta per Euerard. *in centum locu. loco* 33. *pag.* 232. *col.* 4. Menoc. *in tractat. de præsumption. lib.* 4. *poæsumpt.* 8. *num.* 18. 27. 40. *fol.* 11. & 12. & *præsumptione* 11, *num.* 9. & 10. *fol.* 15. & *præsumpt.* 12. *num.* 89. Nauar. *in manual. cap.* 26. *num.* 36. *pag.* 878. & conducunt quæ latè tradit Paris. *in cons.* 67. *num.* 1. *cum sequentib. lib.* 3. & ideò dixit Angel. *in l. non est ferendum, num.* 3. *ff. de inoffic. testam.* quòd
7 blanditiæ † tunc demum permittuntur, quando quis blanditur ad sui commodum tantum, puta, blanditur testatori, vt eum hæredem instituat, secus si blanditur in perniciem alterius suggerendo falsas causas testatori, ad hoc vt testator priuet hæreditate illum, cui volebat hæreditatem relinquere; & per hoc dixit semel se obtinuisse quandam hæreditatem factam in fauorem quorundam pauperum: nam eis erat relicta, & quidam agnati testatoris persuaserunt eidem, quod eleemosyna non erat bona, nec Deo acceptabilis, & illi quibus eam relinquebat; non erant homines bonæ conditionis, vt frustraretur eius pium propositum. Et
8 hanc conclusionem † tenent idem Angel. & Ias. *num.* 3. *in dict. l. fin.* & refert Angel. Gregor. Lop. *in dict. l.* 2. & eiusdem opinionis fuit Cœpola *cautela* 36. & Ias. *in l.* 3. *§. penult. ff. de condict. caus. dat. & in l.* 1. *§. fuit quæstum, num.* 3. *ff. ad Trebellian.* Aniles *in capitulis correcto. cap.* 20. *num.* 6. & 7. *fol.* 209. notatur etiam per Hippolyt. *singular.* 526. & hoc tradit notanter Ripa *respons.* 69. *num.* 14. Paris. *in addit. ad Bartol. in rubric. Cæsi quis aliquem testar. prohibue.* & plures quos citat Burgos de Paz *consil.* 10. *num.* 22. Peralta *in l. si quis in principio testamenti, num.* 93. *pag.* 427. *ff. de legat.* 3. Bæza *de decim. tutori præstand. cap.* 2. *num.* 129. *fol.* 28. August. Beroi. *in cons.* 28. *num.* 12. *lib.* 11. qui loquitur in monasteriis; & *cons.* 27. *num.* 4. *eodem libro*; & per hæc dixit Ioan. Lop. *in rubric. de donation inter virum & vxorem, col.* 460. *in vers. Secus hodie, §.* 81. *num.* 4. *fol.* 58. quòd si
9 maritus fecerat donationem alicuius rei alteri, & † deinde vxor blandis verbis vel adulationibus induxit maritum ad reuocandum donationem, & vt illi donaret; licèt secunda ista donatio valeat facta in vxorem,
10 tamen primus donator † reuocabit illam ab vxore; actione de dolo. Quam doctrinam *Ioan. Lop.* ego intelligo, modò interueniat fraus vxoris, prout postea se exponit; *col.* 462. *in vers. Si ergo hodie, d. §.* 81. *num.* 10. *fol.* 59. aliàs dictum eius non esset verum per prædicta.
11 ¶ Et blanditiæ maritales † multa à credulis vxoribus extorquent; vt per Matth. de Afflict. *decis.* 69. *num.* 4. qui decidit, mulierem præsumi metu mariti legatum ei fecisse ob ipsius mariti minas, & reuerentiam, quem citat Menoch. *in cons.* 39. *num.* 41. *lib.* 4. & tradunt Decian. *in cons.* 65. *num.* 2. *lib.* 2. Menoc. *in tractat. præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 11. *num.* 9 & iterum *præsumpt.* 12. *num.* 9. vbi ponit doctrinam, quòd † multæ persua-
12 siones arguunt dolum; per *l. cum quis, ff. de dolo*, vbi Bart. Glos. *in l. apud Celsum, ff. de dolo except.* Aymo *in cons.* 192. *num.* 9. Et facit doctrina Speculat. *in tit. de stat. monachorum, in fin.* Bald. *in auth. si qua mulier. C. de Sacrosanct. Eccles.* & aliorum, quos citat Sfortia Oddi *in tractat. substitution. par.* 6. *Compendiosa tractatus, vers. Quoad secundum, num.* 11. *fol.* 162. de monacho qui blanditiis & persuasionibus fecit professionem in Monasterio; & legenda sunt quæ scribit circa mulieres Bartholom. Bertazol. *in tractat. clausular. clausul.* 7. *glos.* 4. *fol.* 45. & hæc confirmantur ex text. egregios qui ad plura est conducibilis in *l.* 1. *§. persuadere; ff. de seru. corrup.* ibi: *Persuadere autem est plusquam cogi, atque compelli.* Tradit Auendan. *in tit. De las excepciones, nu.* 31. *fol.* 150. facit Rota *decis.* 4. *titul. de testamen. in antiqu.* vbi tradit quòd si prodigus faciat testamentum, & instituat vel substituat eos, quorum suasionibus interdi-
13 ctum est testamentum, † non valet, & res deferuntur adhenientes ab intestato; notat Nicol. Boër. *in consuetud. Bituricens. tit. de consuetud. iur. personar.* §. 8. *col. penult.* Bæza *de decim. tutor. cap.* 3. *num.* 52. *fol.* 41. & Fulgos. *in cons.* 30. notat nullum † esse contractum 14
à minore celebratum, vbi adulationibus partis inductus fuit ad vendendum minori potissimùm pretio, quàm res vendita valeret. Quod confirmat Mauritius *in tractat. de in integrum restitutione, cap.* 279. *num.* 6. & faciunt plura, quæ ad propositum scribit Ioan. Gutierrez *in Canonicis quæstionibus, quæst.* 8. *num.* 16. *cum sequentib.* dominus Valdes *in additionibus ad Roderic. Suar. allegat.* 21. *pag.* 96. Et quòd minima persuasio, per quam quis inducitur ad aliquid faciendum, † habeatur 15
loco coactionis, probatur in *l. eum qui, C. de apostatis*, & in *l. vnica, C. de rapt. virg.* cum *concordantib.* vt per Aymo. *in cons.* 192. *num.* 12. Et paria sunt obtinere per importunitatem, sicut † per metum, secundùm Innoc, 16
in c. petitio, de procurat. & alios quos citat Nicol. Boër. *decis.* 102. *num.* 10. & quando persuasionibus fuit factus maioratus, rescindi † debet, tradit Molin. *lib.* 2. *de* 17
primog. cap. 3. *num.* 14. *fol.* 718. Ioan. Garcia *in tract. de nobilitat. glos.* 17. *num.* 24. *fol.* 282. & de blanditiis maritalibus, per quas quis inductus fuit ad relinquendum bona extraneis, neglectis descendentibus, † tractat 18
Anton. Gam. *decis.* 249. *num.* 3. & de donationibus factis per importunitatem, loquuntur Aymo. *in consuetudinib. Aluerni, tit.* 211. *num.* 3. Ioan. Lop. *in rubric. de donation. inter vir. §.* 81. quos & Purpurat. *in cons.* 46. *num.* 2. *lib.* 1. citat Thesaur. *decis.* 32. *num.* 11. ad quod facit *l.* 3. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopila.* ibi: *importunidad*, & nimia persuasio habetur † loco compulsionis & coa- 19
ctionis, vt tradit Curt. Iun. *in cons.* 141. *num.* 18. *lib.* 1. Redin. *de Maiestate Principis, in vers. Nemini blandum, num.* 12. *fol.* 118. ¶ Et † præsumitur dolus, quando ma- 20
ritus est præsens in testamento vxoris; in quo relicta fuerunt legata coniunctis mariti; secundùm Bart. *in l.* 1. *§. si dominus, ff. siquis aliquem testar. prohibuer.* & de materia text. *in dict. l.* 1. *§. pe suadere*; legenda sunt quæ scribit Tiber Decian. *tom.* 2. *pract. crimin. lib.* 8. *cap.* 7. *nu.* 7. *fol.* 207. Remigius *de immunitat. Eccles. fast. fallent.* 26. *per totam, pag.* 204. Et per hæc dixit Caietan. *in* 2. 2. *qu.* 62. *art.* 2. quòd siquis alium fraude induxit; vt illum instituerat hæredem, vel legatum reliqueret, alio exclu- 21
so, † tenetur in conscientia ad restitutionem legati, vel hæreditatis: & idem dicit Syluester *in Summa sua, verb. restitutio.* 3. *§. vltimo, in vers. Tertium*, vbi refert Angel. *in dict. l. fin.* quod latius discutit Episcop. Couar. *in regul. peccatum, de regul. iur. in* 6. *fol.* 53. *col.* 3. Et hanc etiam sententiam confirmare possumus ex dispositione, & ratione *l.* 21. *tit.* 1. *par.* 6. ibi: *No era verdadera la razo porque el testador se mouio a fazerlo heredero*: & pro hoc est etiam *Glos.* quam sequitur *ibi* Cin. *in l. quicquid, C. arbitr. tutel.* vbi tenet, quòd ad hoc vt primus institutus possit agere contra secundum, quem primum testator volebat hæredem instituere; requiritur quòd interueniat dolus secundi instituti; † nec ex 22
solis blanditiis competit actio. Et hoc dicit esse verius Ias. *in l.* 11. *num.* 5. *C. siquis aliquem testar. prohibuerit*, & licèt aliqui velint deducere contrarium ex Angel. *in prædictis locis*, dicentes, esse speciale, quod siquis prius fecisset testamentum, & aliquem instituisset hæredem, † tunc si blandis verbis, vel adulationibus alius quis- 23
piam inducat testatorem; vt eum hæredem instituat; licèt testamentum valeat, tamen prius institutus reuocabit à secundo per actionem de dolo, vel in factum. Certè *Angel.* hoc non dicit; vt ex tenore eorum, quæ scribit; colligitur; quæ supra originaliter retuli. Et idem decidit *in dict. l. vltima*, imo secundùm eum solæ blanditiæ absque dolo non dant actionem, & ita etiam loquitur Roderic. Suar. *in allegat.* 20. *in fin. vers. Quarto est sufficientissimè probatum.* & pro hoc facit *dict. l.* 17. cuius ratio militat in vtroque casu, siue ante blanditias sit alius hæres institutus, propter quas institutio sit reuocata, siue propter blanditias alicuius testator eum tantum hæredem instituat, & vocet ad institutionem, ad quam legem *Partita* est animaduertendum, quia eam non referunt, nec Suarez, nec Ioan. Lop. nec *alium l.* 2.

dict.

dict. tit. 8. Et circa iſta plura allegat Valdes *in addition. Roderic. Suar. alleg.* 21. *pag.* 96. Quare cauendum eſt à Socin. Iun. *in conſ.* 148. *num.* 15. *cum aliis lib.* 12. vbi ſequendo communem errorem eorum, qui *Angel.* referunt, † dicit, quòd ſi nepotes ſuadeant auo, vt teſtamentum ſemel factum mutet, ſuccurritur primus hæredibus, & quòd blanditiæ ſolæ non ſufficiant, tenet etiam Alexan. *in d. l. vltima*, & faciunt quæ ſcribit Alexan. *in l. ſi frater, C. qui teſtam. facere poſſunt*, cum *concord.* relatis per Burgos de Paz *conſ.* 7. *num.* 14. Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.* 2. *cent.* 4. *caſu* 395. *num.* 42. *pag.* 656. vbi latè tradit, † qualiter probetur aliquem prohibitum fuiſſe teſtari, & conducit *l.* 28. ibi: *Le fizieſſe engaño*, & l. 29. ibi: *Por fuerça o por engaño*, tit. 1. part. 6. Et eſt alia peregrina & expreſſa l. 5. tit. 13 part. 1. ibi: *Pero ſi alguno quiſieſſe eſcoger ſepultura en otra Igleſia Catedral, o en Monaſterio, o en aquella Igleſia do eſtaua enterrado ſu linage, o en otro cimenterio qualquier, puede lo faZer, fueras ende ſi lo fizieſſe por ſalago que le fizieſſen engañoſamente, que ſe ſoterraſſe en ſu Igleſia.* Ex qua lege conſtat manifeſtè, quòd blanditiæ ſolæ abſque dolo non ſufficiunt ad actum infringendum, ibi: *Por ſalago, o engañoſamente*: Facit text. *in cap. in noſtra, in verb. niſi dolo, vel fraude, de ſepultur.* vbi ad hoc vt electio ſepulturæ irrita ſit, requiritur quòd interueniat fraus vel dolus; & blanditiæ † ſolæ non ſufficiunt: ad idem eſt text. *in cap.* 1. *de ſepult. in* 6. *in verb. induxit*, qui præſupponit in ſe dolum, per quem dicunt Ioan. de Lign. & Domin. *ibi.* Quod ſimpliciter exhortans ad eligendum ſepulturam, abſque iuramento, vel promiſſione, non incurrit pœnam *illius text.* quorum opinionem refert & ſequitur Gregorius Lopez *in dict. l.* 5. *in gloſ.* in verb. *Falago*, ſic intelligendo illam legem, vbi alia refert in confirmationem iſtius ſententiæ, & corroborantur iſta *ex l. vnica, C. de rapt. virgin.* ibi: *Niſi etenim eam ſolicitauerit.* Et eſt notabilis *l.* 2. quæ non minus vrget, quàm præcedentes, *tit.* 19. *part.* 7. ibi: *Otroſi dezimos, que ſe faZen gran maldad aquellos que ſoſacan con engaño, o falago, o de otra maneraſlas mugeres virgines, o las viudas.* Et adduco etiam in ſimili bon m *l.* 5. *tit.* 13. *part.* 2. ibi: *O deZir con liſonia, que es mentira compueſta*, & lex 47. tit. 5. part. 5. ibi: *Por falago que le fizieſſe engañoſamente.* Sic etiam † licet tutori blandis verbis inducere teſtatorem, vt ſibi relinquat quod pupillo relinquere volebat, ſecundùm Cin. Alberic. *in l. quicquid, C. arbitr. tut.* Quam quæſtionem diſputat Baëza *in tract. de decima tutor. p.* 2. *n.* 129. & aliam lector diffinire poteſt ex his quæ ſuperiùs ſcripta ſunt.

Et ita moderanda ſunt quæ ſcribit Peralta *in d. l. ſiquis in princip.* vbi per plura conatur probare, quòd importunæ preces ſunt loco coactionis, ex doctrina Innocen. *in cap. petitio, de iureiuran.* & aliis, quam *Innocen.* doctrinam Bartholom. Socin. refert *conſ.* 264. *n.* 8. *lib.* 2. & aliis, quos citat Nicol. Boër. *deciſ.* 101. *n.* 10. Iaſo *in §. quadrupli. n.* 65. *de action.* Ad quod plures Authores refert nouiſſimè Anton. Peregr. *in tract. de iure fiſci, lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 22. *pag.* 84. vbi prius alios in contrarium citauit; vel eſt moderanda, vbi ſimul cum precibus importunis concurrunt † aliæ coniecturæ, vt colligere licet ex doctrina Salicet. *in l. mater, C. de contrahend. emption.* & aliis, quæ ſcribo *in* 4. *part. quæſt.* 14. *à numero* 8. Et magis in terminis hoc tradit Tiber. Decian. *reſponſ.* 65. *num.* 3. *cum ſequentibus lib.* 2. Et ſecundùm prædicta intelligendam iudico ſententiam Seguræ *in l.* 1. *in §. ſi vir vxori, num.* 129. *cum ſeqq. ff. de acquirend. poſſeſſ.* vbi in terminis inquit, quòd ſi pater habebat plures filios, quorum Ioannem meliorauit, & poſtea alij filij tantum perſuaſerunt patri dicentes, quòd erat malefactum meliorare talem filium, & quòd melius erat meliorare Antonium, & ita pater fecit perſuaſionibus filiorum, vel illius, qui poſtea fuit melioratus; quod talis melioratio † erit auocanda ab illo, qui poſtea fuit melioratus, & applicabitur filio ptiùs meliorato: quibus conuenit doctrina Peraltæ *in dict. l. ſiquis in principio, numero* 219. *ff. de legat.* 3. qui loquitur de patre qui meliorauit filium ſecundi matrimonij ob blanditias, & perſuaſiones vxoris, quod tractat Caſtillo *in tractatu de vſufructu cap.* 2. *num.* 49. *folio* 17. Et faciunt quæ ſcribit Socinus Iunior *in conſil.* 183. *num.* 5. & 33. *lib.* 2. Et iſta confirmantur etiam ex pluribus, quæ ſcribit Simon de Prætis *lib.* 5. *de interpretand. defunct. voluntat. interpretat.* 1. *dubitat.* 1. *num.* 4. *cum aliis ſequentibus, folio* 481. & 482. vbi varia ſingularia legi poſſunt. ¶ Et quòd teſtes qui depoſuerunt ob importunas preces, † ſint ſuſpecti, tradunt Alberic. Malus *in tractatu de teſtibus part.* 1. *num.* 87. Speculator Salicet. Campeg. quos citat Ioſephus Maſcardus *in tractatu de probationibus lib.* 3. *concluſ.* 1359. *num.* 5. *folio* 504. & quòd donatio facta ad importunitatem, & continuam petitionem, ac inſtantiam alicuius, † non valeat, voluerunt Aymon. *in conſuetudin. Aluar. tit.* 21. *art.* 3. Purpurat. *conſ.* 46. *num.* 2. *lib.* 1. Ioan. Lop. *in rubric. de donation. inter virum & vxorem, dict. §.* 81. *in principio*, quos citat Antonius Theſaurus *deciſ. Pedemont.* 32. *num.* 11. & ſecundum prædicta intelligenda ſunt quæ ſcribunt Aymon. *in conſ.* 192. *num.* 12. Decian. *in conſ.* 32. *num.* 24. & 29. *ib.* 3. Menoc. *in tractatu præſumptior. lib.* 5. *præſumpt.* 3. *num.* 58. *folio* 9. qui per *l. ſeruus, §. vltim, & l. cum quis, ff. de dolo*, tenent, quòd dolus † præſumitur ex falſis perſuaſionibus: & qualiter minor reſtituatur adueſtis profeſſionem religionis factam ob perſuaſiones, tradunt Felin. *in authent. ingreſſi, num.* 7. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Felin. *in cap. in præſentia, num.* 10. *de probation.* & alij, quos citat Sfortia Od. *in tractatu de integr. reſtitut. part.* 2. *quæſt.* 61. *art.* 5. *pagina* 724. vbi articulum rectè ſoluit, & materiam nouiſſimè Them. Sanchez *in tractatu de matrimon. lib.* 4. *diſputat.* 10. *num.* 1. *cum ſequentibus, pag.* 470. & materiam adulationum latè explicat Maſcardus *in tractatu de probationib. lib.* 1. *conſol.* 56. Aymo. *in conſ.* 193. *num.* 12. Decian. *in conſ.* 32. *num.* 24. & 29. Menoch. *in tract. præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 3. *num.* 58. *folio* 9.

Et pro maiori intellectu iſtius quæſtionis notandum eſt, quòd vbi tractatur de annullando teſtamento, vel alia diſpoſitione, eo quia fuit facta perſuaſionibus alicuius, † ſufficiunt probationes per coniecturas, vt latè notatur per Iaſo. *in conſ.* 141. *num.* 4. *lib.* . . Ripa *dict. reſponſ.* 69. *num.* 15. quod maximè procederet, vbi ille, qui prius fecerat teſtamentum, vel aliam diſpoſitionem, iam diſpoſuerat in fauorem filiorum primæ vxoris, & poſtea duxit ſecundam vxorem, ex qua filios procreauit, in quorum fauorem diſpoſuit faciendo maioratum, vel meliorationem, & reuocando quam fecerat in fauorem filij primæ vxoris: quia iſtæ reuocationes à communiter accidentibus contingunt propter inſtigationes & perſuaſiones nouercarum, quæ naturaliter proprios filios magis amant, quàm filios mariti, & † priuignos odio habere ſolent. Ad quod eſt bonus text. *in l.* 4. *non eſt enim conſentiendum. ff. de inofficioſ. teſtam.* ibi: *Quod plerumque faciunt malignè circa ſanguinem ſuum inferentes indicium, nouercalibus delinimentis, inſtigationibuſve corrupti.* Tradit Aymo Crauet. *in conſ.* 242. *num.* 18. Peralta *in l. ſiquis in principio teſtamenti, num.* 219. *ff. de legat.* 3. & ornat notabiliter Rebuf. *tom.* 2. *ad conſtitution. Regias, tit. de ceſſion. action. art.* 2. *gloſſ.* 3. *num.* 16. *pag.* 466. Ioſeph. Maſcard. *in tractatu de probation. lib.* 2. *concluſ.* 112. *num.* 1. *cum ſequentibus fol.* 350. & priùs *libro* 1. *concluſ.* 196. *folio* 140. Cagnol. *in l. hoc colore, ff. de inofficioſ. teſtament. num.* 9. *cum ſequentibus pag.* 228. & contra nouercas plura ſingularia ſcribit Tiber. Decian. *in practicca crimal. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 83. *folio* 120. & Montaluus *in l. vltima, tit.* 11. *lib.* 1. *for. folio* 47. Ripa *in cap. ſæpe, num.* 81. *de reſtit. ſpoliat.* Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. num.* 9. *remed.* 58. *pagin.* 401. licèt contra dictam doctrinam Iaſ. faciat, quia cùm requiratur dolus ex parte perſuaſoris ad hoc, vt ſecundus actus reſcindi poſſit, propter primum (vt ſupra probatum eſt) & † dolus non præſumatur niſi probetur, *l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat.* ſequitur quòd coniecturæ non ſufficiunt in iſto caſu: ad quod facit doctrina Bartoli *in l. fluminum, §. vlt. imo. ff. de damno infecto*, vbi per textum *in l. merito, ff. pro ſocio*, dicit, quòd in dubio ille qui procurat vtilitatem ſuam, dato quod in conſequentiam alteri noceat, † non præſumitur feciſſe animo nocendi, & ideo ſibi permittitur; Alexand. *in conſ.* 194. *num* 4. *lib.* . . & nullus † videtur dolo facere, qui iure ſuo vtitur, vt in regul. *nullus, ff. de regul. iur.* vbi latè Decius, & dolus ex virgentibus indiciis probari debet, *l. dolum, C. de dolo*, ibi: *Dolum ex indicijs perſpicuis probari conuenit*, vbi notat Gloſ. Bald. Salicet. & Alexan. Bart. *in l. quod Nerua, num.* 14. *ff. depoſit.* latè Tiraquellus *lib.* 1. *de retract. §.* 26. *gloſ.* 1. *n.* 32. *pag.* 605. & facit quod in hac ipſa noſtra materia ſcribit Decius *in conſil.* 490. *n.* 61. & Bartholom. Socinus *in conſ.* 113. *n.* 8. *lib.* 3. vbi in ſpecie tradit, quòd teſtator † non præſumitur dolo circunuentus, quem citat Anton. Peregrin. *de iur. ſiſc. lib.* 2. *d. tit.* 6. *n.* 19. *pag.* 86. qui alia plura in iſta materia ſcribit.

Sed adhuc in propoſito noſtræ quæſtionis mihi videtur, quod fraus poſſit probari per coniecturas tam ex ſententia *Iaſon.* quàm quia † in perſonas coniunctas facilius fraus præſumitur, *l. Iulia, C. de donation.* ibi: *Clandeſtinis & domeſticis fraudibus facilè quid...is*, & quia iſta clam agi ſolent, vnde ſufficit † probatio per coniecturas, *l. non omnis, §. a Barbaris, ff. de re milit.* quam legem latè exornat Tiraquel. *lib.* 2. *de retract. in præfat. n.* 36. *pag.* 804. & confirmat Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar. iudic. cent.* 5. *caſu* 459. *num.* 4. *pag.* 739. & adulatio † ſemper præſumitur mala, *cap. ſunt nonnulli, & cap. ſequent.* 45. *diſtinction.* tradunt Luc. de Penna *in l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. Maſcard. *in tract. de probation. lib.* 1. *concluſ.* 56. *n.* 1. *fol.* 65. Facit ſimile quod dicimus, metum † probari poſſe per coniecturas, ſecundùm Bart. *in l. ſiquis in hoc, C. de Epiſcop. & Cleric.* Bald. *in conſ.* 350. *lib.* 3. Angel. *conſ.* 218. *Viſa narratione*, Alexand. *conſ.* 98 *num.* 6. *lib.* 3. vbi Gloſ Pariſienſ. alios concordantes refert, & conducunt ſcripta per Iaſ. *in l.* 1. *§. prætor ait, num.* 18. cum aliis, *ff. de edendo*, & in ſpecie noſtra hoc tradit Aymo Crauet. *in conſ.* 143. *n.* 12. & videndus eſt Peralta *in dict. l. ſiquis in principio teſtamenti, num.* 134. *pag.* 453. *ff. de legat.* 3. ¶ Ego autem arbitrio iudicantis † hoc relinquo, ſicut in cæteris probationibus, quod inter alios declarant Neuizan. *lib.* 5. *ſyluæ nuptialis*, Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.* 2. *cent.* 1. *caſu* 95. *num.* 3. *pag.* 244. Et quòd ſi maritus ſit præſens, quando mulier teſtatur, & relinquit bona conſanguineis vxoris, præſumatur dolus, † tradit Bartol. *in l.* 1. *§. ſi dominus, ff. ſiquis aliquem teſtari prohibuerit*, facit doctrina Bartol. *in extr. Ad reprimendam: in verb. non obſtantibus*, cum *concordantibus*, quæ in hac ſpecie ſcribit Mantica *de coniecturata mente defuncti, libro* 12. *titulo* 8. *n.* 3. *fol.* 319.

Eſt etiam notandum, quòd ſi pater priùs fecit maioratum in fauorem filij primogeniti, & poſteà teſtator reuocauit, & fecit illum in fauorem filij ſecundogeniti, aut vlterioris, † eſt quædam præſumptio & coniectura, quòd reuocatio fuit facta perſuaſionibus: quia pater potius præſumitur † diligere filium primogenitum quàm ſequentes, vt probatur *Geneſ. cap.* 27. ibi: *Ecce odor filij mei ſicut odor agri*, & poſteà: *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, &c. eſto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te.* Et eſt ad hoc bona *l.* 2. *tit.* 15. *p.* 2. & ex noſtris idem tradit Bertrand. *in conſ.* 1. *num.* 8. *lib.* 1. vbi loquitur de quibuſdam donationibus factis per patrem duobus filiis, diuerſis temporibus; & de perſuaſionibus nouercarum, contra quas præſumitur, † tradunt Paul. de Caſtro *in dict. l. non eſt ferendum*: vbi Cagnolus *num.* 9. Curtius Iunior *in conſ.* 8. Simon de Prætis *de interpretanda defuncti voluntate, lib.* 5. Et quòd primogeniti regulariter ſint parentibus magis chari quàm alij filij, docet Tiraquellus *in tract. de primogen. in principio, num.* 37. *cum ſequentibus*, ad quod etiam vide quæ ſcribo *in quæſt.* 21. *ſuprà, hac parte, à num.* 53. Menoch. *in conſ.* 434. *n.* 37. *lib.* 5. *interpret.* 1. *dubitat.* 1. *fol.* 482. Et quòd primogenitus cæteris filiis prædiligitur, probatur *in cap. quàm periculoſum*, vbi Gloſſ. 7. *quæſt.* 1. quem citant ad hoc Cardin. Zabarel. *in conſ.* 137. *col.* 2. *verſ. Et pro hoc eſt*: Menoch. *in conſ.* 1. *n.* 278. *lib.* 1. & conducunt quæ ſcribo *infrà*, p 2. *quæſt.* 4. *in principio*, & facit ſententia Guid. *in conſ.* 60. *num.* 13. & notabilis *l. hac conſul iſſima, §. ſiquis autem, in fin. C. de teſtament. l.* 22. *in verſ.* Otroſi, *tit.* 1. *p.* 6. & præſumitur etiam iſta doloſa perſuaſio vbicunque pater reuocat maioratum factum in fauorem filiorum. maſculorum, diſponendo de bonis in fauorem filiarum: Quia pater plus diligere videtur † maſculos, quàm fœminas; quia per maſculos conſeruantur dignitas familiæ, *l.* 1. *§. penult. ff. de venire inſpicien.* notat Iaſo *in l. qui filiabus, num.* 21. *fol.* 47. *ff. de leg.* 1. & hoc vbique legitur, & vbicunque mulier fratrem ſuum hæredem inſtituit, non præſumatur mutaſſe voluntatem, quia credendum eſt, quod voluit bona in agnatione permanere, voluit in terminis Aymo, *conſilio* 11. *in fine.* Sed hoc non abſolutè intelligendum eſt, ſed concurrentibus aliis coniecturis. Et legenda ſunt quæ ſcribo *in* 2. *p. quæſt.* 6. ¶ Et quòd Monaſterium † non excludat ſubſtitutum, vbicunque Monachus blanditiis & ſuaſionibus fecit profeſſionem, voluerunt Speculat. *in tit. Monachorum, in fine*, Bald. *in auth. ſi qua mulier, in fine, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. art.* 28. *num.* 95. *fol.* 266. ad quos addo Anton. Gimam *deciſ.* 317. & Additionatorem ad eundem Gamam *deciſ.* 319. Menoch. *in tractatu de præſumption. lib.* 4 *præſumpt.* 83. *n.* 37. *fol.* 146. Et qualiter Principum blanditiæ inducant iuſtum metum, tradunt Gloſ. *in l.* 1. *C. ſi Rector prouinciæ*, & alij, vt per Tiraquel. *in tract. de pœnis temperand. cauſ.* 35.

Animaduerto etiam, quòd nimia perſuaſio filij inducentis parentem vt reuocet maioratum, maximè ſi ſit valdè ſenex, † habetur loco coactionis, & compulſionis, vt probatur *in d. §. perſuadere*, & in *l. cum quid, C. de apoſtat.* notat in pulchro caſu Paul. de Caſtro *in conſ.* 174. *Contra ſuperiùs conſultat. num.* 3. *lib.* 1. Bartholom. Socinus *in conſ.* 263. *lib.* 2. & alij, quos refert Aymo Crauet. *in conſ.* 192 *num.* 1. cum aliis, cui addo Peraltam *in d. l. ſiquis in principio, num.* 94. *pag.* 427. *ff. de legat.* 3. vbi plura ad propoſitum adducit, ipſe tamen non meminit de dictis legibus Regni: notat Sylueſter *in ſua ſumma, verb. Iudus, quæſt.* 9. *n.* 9. *fol.* 100. Iaſ. *in l.* 1. *§ ſi vir vxori, col. vlt. ff. de acquirend. poſſeſſ.* & faciunt quæ ſcribit Rebuf. *tom.* 2. *ad conſtitut. Regias, tit. de reſcript. pag.* 44. Ioan. Lopius *in rubr. de donat. inter vir. §.* 81. *num.* 1. *cum aliis*, idem Rebuffus *dict. tom. tit. vt benefic. ante vacat. artic.* 1. *glos* 2. *num.* 12. *pag.* 323. ſed hoc etiam credo minimè ſufficere, niſi alia concurrant. Proderit tamen multum nimia importunitas ad præſumptionem doloſæ perſuaſionis, de qua *ſuprà* actum fuit: & hoc modo moderanda ſunt quæ ſcribit Ioan. Lopius *vbi ſuprà*, & qualiter reſcindatur teſtamentum mulieris, quod factum eſt ob metum reuerentialem † mariti? legendus eſt Ioan. Garcia *in tract. de Nobilit. gl.* 17. *& exemptio. n.* 13. *fol.* 280.

Minor etiam probatio perſuaſionis, & minor perſuaſio † eſt efficacior in matre, quàm in patre, ad hoc, vt eius prætextu maioratus primitùs factus reuocatus non dicatur: quia fœminæ ſunt mutabiles, *cap. forus, de verborum ſignific. l. filia, C. de inofficioſ. teſtament.* de qua re plura ſcribit Tiraquel. *de leg. connub. l.* 9. *n.* 129. *cum ſeqq. fol.* 148. & idem Tiraquellus *l.* 1. *n.* 25. *fol.* 5. Ad quod adduco doctrinam Peraltæ *in l. Lucius Titius, §. Lucius Titius, in* 1. *num.* 36. *pag.* 252. *ff. de legat.* 2. Menoch. *in tract. de præſumption. lib.* 4. *præſumpt.* 165. *n.* 22. *folio* 287. Et qua facilitate inducitur ad faciendum actum, perſuadetur ad reuocandum, notat Decius *in conſ.* 239. *num.* 2. per *l. ſi mulier, C. ad Velleianum, l. doli exceptio* 19. *§. diuerſum. ff. de nouationib.* faciunt ſcripta

per

per Bertazol. *in tractatu de clausulis, claus. 7. glos. 4. fol. 45.* Et quid si filius vnus impediat, ne pater constituat maioratum in fratrem, vide Rayner. de Forli. Romanum, Alexandrum, Paul. & Iasonem *num. 5. fol. 151. in l. 2. §. quanquam, ff. de condict. caus. dat.* & quæ latè scribit Grammaticus *consil. 26. num. 1. cum aliis*, vbi
54 probat, † testamentum reuocatum videri, si dum quis facere vellet, expulsus fuit Tabellio, & impeditus testator ne conficeret; & legenda sunt quæ scribit Menoch. *in d. casu 395. num. 36.* Quintilian. Mandos. *in tractatu, de inhibition. quæst. 61. fol. 22.* vbi tradit, quòd prohibitio testandi est clarè probanda, & quid de testatore,
55 qui reuocauit testamentum ad suggestionem, † & consanguinei interrogationem, legendus est Paulus Castro *in cons. 366.* quem citat Carolus Ruinus *in cons. 12. n. 2. & 3. lib. 2.* & de blanditiis Principum plura scribit Mascardus *in tract. de probation. lib. 1. conclus. 193. n. 1. cum seqq. fol. 138.* ad quem addo Burs at. *in cons. 72. num. 37. lib. 1.* Thom. Sanchez *in tract. de matrim. lib. 4.*
56 *disputat. 7. num. 3. pag. 720.* Et qualiter † puniatur ille qui compulit ad mutandum, armis vel metu, constat per *l. 1. C. de his quibus vt indignis*, vbi Glos. Bart. & alij, & per alios quos citat Quintilian. Mandos. *in tract. de inhibitionibus, quæst. 61. num. 5. fol. 22.* Et in ista quæ-
57 stione animaduerto, quòd nouerca † præsumitur inimica priuigno, vt ostendit Tiberius Decianus *in practica criminali, lib. 3. cap. 25. num. 83. folio 120. tom. 1.* ad quod faciunt quæ scribit Simon de Prætis *de interpretanda defuncti voluntate, lib. 4. de interpretatione vltimarum voluntat. num. 14. fol. 47 c.* & facit *l. 1. Cod. vbi pupillus educari debebat*, vbi Glos. *l. 4. ff. de inofficios. testament.* & quod tradunt Aymo. *cons. 142. num. 18.* Seraphinus *de priuilegiis iuramenti, priuilegio 132. num. 49. pagina 619.*

QVÆSTIO XXVI.

Maioratum ex donatione Regia constitutum an possit pater reuocare.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta per Regem alicui primogenito non potest à patre reuocari, & num. 3. 4. & 15.*
2 *Dominus feudi non potest præiudicare agnatis concedendo bona filiabus vltimi feudatarij.*
5 *Primogenitus non habet primogenituram ex concessione patris, sed ex Regali beneficio.*
6 *Princeps non potest mutare inuestituram eorum, qui prius vocati fuerunt.*
7 *Nec disponere quòd masculi tantùm ad successionem admittantur.*
8 *Filius maior perpetuò vocatur à Rege, cùm Rex iure primogenituræ aliquid donat, & num. 9.*
10 *Ex donatione vel contractu Principis transfertur dominium absque traditione, à num. 10. ad 22. & num. 14. dummodo super certis rebus fiat, n. 20.*
13 *Prior donatarius secundo præfertur.*
16 *In donatione præferendus est is, cui res prius data est, quàm cui tradita fuit possessio.*
17 *Princeps lex animata est in terra.*
18 *In rebus incorporalibus possessio transit per solum priuilegium, & num. 19.*
19 *Doctrina quædam Rebuffi examinatur.*
21 *Ex priuilegio Principis, in quo clausula Constituti reperitur, possessio transfertur.*
22 *Pater non potest adjicere conditiones in donatione facta per Regem, ipsi, & primogenito.*
23 *Qui rem non potest tollere, nec reformare ei licet.*
24 *Quicquid non potest tolli; nec minui potest, nec derogari, nec mutari, & num. 26.*
25 *Perfecta donatio impedit testamenti factionem super rebus donatis.*
27 *Princeps de potestate ordinaria an possit reuocare priuilegium à se datum.*
28 *Qui non potest feudum reuocare, grauare non potest.*
29 *In donatione qualiter censeatur apposita conditio in continenti, vel post, remissiuè.*
30 *Pater si de propriis bonis faciat in filium maioratum, traditione facta, vel contractu cum Tertio inito, non potest nouas iniungere conditiones.*
31 *Reformare quid sit, & num. 41.*
32 *Factis pactis matrimonialibus super primogenituræ successione, non possunt postea poni conditiones in vocatorum præiudicium.*
33 *Per translationem an possit onus iniungi.*
34 *Actione de dote filiæ quæsita, an possit in ea grauari, & num. 38.*
35 *Princeps non potest donationem à se factam reuocare, diminuere, aut addere, & num 44.*
36 *Qui transferre non potest, nec potest diminuere.*
37 *Corrigere, mutare, & rescindere, synonima sunt.*
39 *Semel facta Ecclesiæ fundatione, patronus cum Episcopo nihil mutare potest.*
40 *Principis confessioni dicentis fecisse donationem cum grauamine, an standum post eam perfectam.*
42 *Doctrina quædam Pauli Castrensis proponitur.*
43 *Pater qui in contractu matrimonij pro se donauit aliquid filio, si post eum hæredem instituit, potest bona fideicommissi vinculo legare.*
45 *Dominus feudi non potest reuocare feudum antiquitus constitutum in præiudicium Tertij.*
46 *Primogenitus an possit reuocare donationem secundogenito cum Regis consensu de feudo antiquo à patre factam.*
47 *Noua inuestitura primam non destruit, respectu eorum quorum interest.*
48 *Princeps cum non possit reuocare feudum, non potest grauare, nec onus imponere.*
49 *Pater nouas potest iniungere conditiones, quando in Regia facultate exprimitur, quòd sit licita renocatio, mutatio, vel additio.*
50 *Princeps abstinere debet à derogatione priuilegiorum, maximè vbi concessa fuere propter seruitia, & num. 55. & 65. quod ista sint irreuocabilia.*
51 *Contraria sententia.*
52 *Donationes Regum diminutionem non recipiunt.*
53 *Princeps an possit sine causa inuestituram reuocare.*
54 *An ex variatione circumuentus præsumitur, & n. 69. An ex iustis causis possit reuocare priuilegia, & num. 57. & 58. An absque culpa donatarij possit reuocare quod dedit, num. 59.*
56 Aretini *& aliorum sententia examinatur, dicentium posse Principem ex certa scientia reuocare donationem terminorum, quam ipse, aut antecessores fecerunt. Quid de gratiis semel populis concessis, num. 61.*
60 *Communia Comitatus an possint se ipsa in plures Dominos sine Principis licentia diuidere.*
62 *Princeps bonum publicum & priuatorum plus aliis prospicere debet.*
63 *Habens oppidum cum vicis & villis, titulo maioratus, an possit ex Regali facultate villam sine Principis consensu separare.*
64 *Prædia cùm ab hominum vniuersitate possidentur, propria vniuersitatis esse dicuntur.*
66 *In Principe tanquam in fonte iustitia, debet esse constans voluntas.*
58 *Principis secunda concessio an valeat contra primam.*
69 *Priuilegiorum reuocatio non præsumitur.*
70 *In dubio potius pro priuilegij substantia, quàm pro reuocatione iudicandum.*
71 *Propter ingratitudinem donatarij potest Princeps donationem derogare.*
72 *Quid si priuilegium transit in contractum ob aliquam causam oneroſam.*

73 Quid

73 *Quid si tempore donationis ius reuocandi reseruauit.*
74 *Donationes Ecclesiis ab antecessoribus factas qualiter Princeps teneatur obseruare.*
75 *Lex vltim. tit. 7.* De los mayorazgos, *lib. 5. Recop. commendatur, n. 75.*
76 *Princeps non potest, reuocare priuilegium, per quod dominium transfertur.*

Post numer. 76. inuenies summaria quæ desiderantur.

VIgesimosexto quæro, si Princeps donauerit alicui aliquod oppidum, vel aliam rem, vel eius filio primogenito, an pater possit reuocare talem maioratum? Et sane in isto casu licèt donatio facta per Regem patri, in dubio facta videatur illius contemplatione, & non filij: de quo latè tracto *part. 1. quæst. 1. ad finem*, adhuc tamen dico, quod pater in præ-
1 iudicium primogeniti † non potest alteri filio donare iure primogenituræ rem à principe illi concessam. Quod ego probo *in l. quoties, C. de donation. quæ sub modo, & l. 7. tit. 4. part. 5. & cap. 1. in principio de alienat.*
2 *feud. pater.* vbi probatur, quod dominus feudi † non potest præiudicare agnatis concedendo bona filiabus vltimi feudatarij: & idem probatur *in cap. 1. §. Tenus filios masculos non habens, si de feud. fuerit controuers. inter domin. & agnat. & in cap. 1. §. sed etiam res, per quos fiat inuesti.* latè Alexand. *in cons. 15. libr. 3.* Decius *in cons. 269. num. 5.* Francisc. Curt. *in cons. 49.* & vide eundem Decium *in cons. 389. numer. 1.* & pro hoc facit famosum consilium paul. Castren. *in cons. 164. In causa maioriæ Hispalensis, numer. 5. lib. 2.* vbi dicit, quòd quando Princeps facit alicui donationem pacto apposito, quod in donatione succedat
3 primogenitus, quod donatarius † non potest hanc donationem reuocare; nec Rex ipse potest mutare legem donationi datam: refert *l. aliud, ff. de solution. l. legem, C. de pact. l. perfecta, C. de donation. quæ sub modo*, & alia iura: quæ confirmo ex scriptis per Tiraq. *li. 2. de retract. in fi. n. 106. pag. 1005.* vbi tractat de *d. l. perfecta.*

¶ Et qualiter pacta interponi debent in continenti, vel postea, tradit *Angul.* qui refert Cisuen. & Anton. Gomez, is inquam *in l. 11. ti. 6. li. 3. Recop. glos. 1. n. 3. pag. 212.* & conducunt quæ ex Berenga. Pico, Grato, scribit Petrus Surd. *decis. 1. 2. num. 17.* & facit text. in ratione sui; *in l. 3. ff. de interd. & releg.* & confirmat Decius *consil. 468. colum. penult. versic. Secundò principaliter, num. 28. & cons. 498. num. 19.* Socin. Iun. *consil. 110. num. 28. lib. 2.* & alij, vt per Roland. *consil. 10. numer. 37. lib. 3.* Cephal. *in cons. 336. num. 5. lib. 3.* vbi resoluit, quod non est in
4 potestate patris reuocare ius primogenituræ concessum filio, † nec potest præiudicare primogenitò, quod ante *Cephal.* tradit Carol. Ruin. latè *in cons. 38. numer. 12. cum sequentib. lib. 1.* multas rationes adducendo,
5 illam præcipue, quòd primogenitus † non habet primogenituram ex concessione patris, sed ex Regali beneficio, & idem Cephal. *cons. 608. num. 88. lib. 4.* & ista refert nouissime Menoch. *in cons. 331. num. 83. lib. 4.* & seruiunt pro declaratione quæstionis & iurium, quæ refert & disputat Aluar. Valasc. *consultatione 21. num. 9.* dum tractat, an habens ius nominandi possit in nominatione apponere conditiones.

¶ Et hæc conclusio confirmatur ex eleganti text. *in c. 1. de succes. feud.* vbi Bald. & alij, ex eo notant,
6 quòd Princeps † non potest mutare inuestituram, & vocationem eorum, qui prius vocati fuerunt, etiam eum consensu feudatarij. Et idem vult Bald. *in l. 1. in fi. C. per quas personas, & in l. item videndum, §. nunc videamus. ff. de peti. hared.* & alij, quos citant Alciat. *in cons. 48. n. 18.* Inl. Clar. *lib. 3. receptarum sententiar. §. feudum, quæst. 40.* Cephal. *in cons. 302. numer. 51. lib. 3.* Et
7 Princeps † non potest disponere quòd masculi tantum admittantur ad successionem, si à principio fœminæ etiam fuerunt vocatæ, vt ex doctrina Glos. Parisiens. *lib. 4. de primogeniis, c. 3. n. 16. & 17.* tradit, & aliis probat Menoch. *in dict. cons. 331. n. 111. & 112. lib. 4.* qui *num. 65. 83. 85. 88* refert & laudat hic notata, & loquitur propriè in nostra materia, & in successione masculorum & fœminarum; & *numer. 105.* refert & sequitur Molin. *in d. li. & cap. num. 18.* tractantem an princeps possit reuocare priuilegia à se concessa, & quòd non est conueniens Regi sine causa reuocare concessa, *Auth. de Referendariis, §. 1.* cum similibus, vt per Feli. *in c. quæ in Eccl. siarum, num. 49. de constit.* notat Matth. ab Afflict. *decis. 292. numer. 7.* & est egregium responsum Ripæ 171. *numer. 4.* vbi hoc in terminis resoluit, & conducunt etiam scripta per Rodericum Suarez *in l. quoniam in prioribus, limitat. 11. pag. 181. cum seqq. C. de inoffic. testam.* & ibi Additio *pag. 87.* & induco textum in ratione eius *in l. cum multa, C. de bonis quæ liberis.*

Et rectissimè quadrant quæ scribit Roderic. Suar. *in dispu. maioratus. n. 18. pag. 436. cum sequentibus*, vbi dicit, quòd quando Rex donat alicui locum, seu Comitatum iure primogenituræ, & vt ad maiorem natu perueniat, & ad descendentes donatarij perpetuo filius maior † est vocatus à Rege; & ex tali donatione Regia est ei ius quæsitum, & quoad primum donatarium, & quoad illius descendentes, ad quos ius primogenituræ debet pertinere quasi bona castrensia; & plura ad propositum scribit Challan. *in catal. glor. mund. par. 12. consideratione 99. versic. Duodecimo.* Et nostram sententiam tenere videtur Roderic. Suar. *in d. l. quoniam in prioribus, in d. 6. limitat. ad legem Regni, pag. 169. C. de inoffic. testam.* & Additio, *pag. 85.* & est bonum consilium Socin. Iun. 58. *n. 2. lib. 2.* & idem explicat Arius Pinel. *in l. 1. C. de bonis matern. in 3. p. n. 17.* vbi dicit, quod consuetudo habet, vt non tantum Regna, sed etiam Comitatus, Marchionatus, similesque Dignitates non diuidi dantur, † sed pri- 9
mogenito deferantur; quod secundùm eum iex *l. Lusitania, lib. 2. tit. 17. §. 3.* non solum hoc seruatur in Marchionatibus, & Dignitatibus, sed etiam in quacumque donatione, quæ à Rege fit de terra Coronæ Regiæ, solus enim legitimus descendens, vel proximior succedit, nec vlla diuisio admittitur, prout latius ipse declarat, & notatur per Decium *in dict. cons. 389. n. 4.* & pro istis est text. insignis, & paucis notus, *in l. omnia, C. de paganis, & sacrificiis.*

Et pro hac sententia etiam facit, quia ex donatione vel contractu principis † transfertur dominium absq; 10
traditione, secundùm Baldum, & Isern. *in cap. 1. §. inuestitura, num. 2. de noua forma fidel.* Aretinum *in l. 3. in principio, ff. de acquirend. possessione*, Ripam *responsi. 114. num. 10.* Decium *in l. certi condictio. §. fin. num. 7. ff. si certum petatur, & in l. traditionibus, nu. 4. C. de pactis*, vbi Rogerius à Mota dicit, hanc opinionem communem esse, & *in consil. 640. num. 6.* qui loquitur in papa. Et idem fatetur Paul. Paris. *in consil. 11. num. 58. lib. 1.* & sequuntur plures, quos citat Episcop. Couarr. *resolution. lib. 2. cap. 19. num. 13.* quem ad hoc citat Menochius *in dict. consil. 131. num. 87.* cui adde Iasonem *in consil. 145. lib. 2. & in cons. 148. lib. 4. & in consil. 27. lib. 1. & in l. ciuitas, num. 6. ff. si certum petatur*, Guillielm. Benedict. *in cap. Raynuntius, de testament. in verbo, eidem impuberi, num. 9. fol. 273.* Andr. de Isern. *in c. 1. quid sit inuestitura, num. 4 fol. 31.* vbi resoluit, quòd speciale est in principe, quod in re illi donata acquiratur dominium sine traditione, & quòd priuata acquiratur etiam sine traditione res illi donata per principem, & quòd ex assignatione facta per principem transferatur dominium, volunt Carol. Ruin. *in consilio 42. numero sexto. libro primo.* Cephalus *in consilio 135. numero decimotertio libro primo* qui idem dicunt de possessione. Et quòd ex donatione facta à Principe transferatur ipso iure dominium, † tradit idem 11
Carolus Ruinus *in consilio 40. numero decimotertio*

eodem libro, Paris. *in cons.26. num.20. libro* 1. Thom. Grammatic. *decis.59.num.40.* idem Carol.Ruinus *consilio 32. num.19. lib.*1. vbi hoc limitat; latè Roderic. Suarez *allegat.*11. *& allegat.* 9. vbi dominus Valdes, Chaslan. *in consuetud Burgund. rubrica* 7. *le mort saisit le vif, §.*1. *folio* 218. *colum.*1. *versic. Pro decimo quarto,* Alexand. *consilio* 3. *libro* 5. *num.*8. *& consil.*155. *n.*16. *lib.*6. Caldas Pereira *in l.si curatorem habens, C. de in integrum restitutione minorum, in verbo, lasis, num.*109. *pag.*1356. *in noua editione.* Socinus Iunior *in cons.*94. *num.*6. *lib.*2. Tiraquel. *in tractatu de Nobilitate, cap.*37. *num.*57. *pag.*535. qui plures citat Tiber. Decianus *respons.*18. *num.*389. *lib.*1. & pro ista sententia est expressa *l.*53. quam non refert D. Episcop. *tit.*5. *p.*5. & est notabilis pro hac opinione, quia plerique tenent contrarium, & alij distinguunt, quos refert *D. Episcop.* vnde nos Hispani eam legem seruare debemus: & cauendum est ab his, quæ scribit Aluar. Valasc. *dict. tractat. de iure emphyt. quæst.*1. *num.*30. *fol.*63. *& in cons.*72. *n.*2. *&* 3. qui tradit, quòd ex Principis donatione transfertur dominium, si constet de voluntate certa & indubitata Principis, non alias, & Gregor. Lopez *in dicta lege* 53. non aduertendo ad dictam doctrinam Baldi *in dicto cap.*1. *de noua forma*, citat Bald. dicentem esse necessariam traditionem in contractu Principis, quia totum contrarium dicit.

Et quòd priuilegio Principis transferatur dominium, volunt Bald. *in cap.*1. *quid sit inuestitura*, Alexand. *in cons.*186. *num.*17. *libro* 2. *& in cons.*3. *lib.*3. & alij, quos citat Parisi. *in dict. cons.*27. *num.*20. *lib.*1. qui id tradit in donatione pascuorum, Natta *in consil.*398. *num.*21. *lib.*2. Cephal. *in cons.*135. *num.*13. *lib.*1. post Carolum Ruinum quem citat *in dict. cons.*42. *num.*6. *lib.*1. Et quòd ex cessione facta à Principe transferatur dominium, † volunt Bald. *in cap. caterum, num.*8. *de rescript.* & alij, quos citat Menoch *de retinenda possess. remed.*4. *num.* 277. *pagina* 199. quod est tenendum; quicquid relato *Couar.* teneat Molin. *in tract. de iustitia & iure, tract.*2. *disputatione* 3. *pag.*61. & quicquid tradat Ioannes Franciscus in tractatu de Baronibus, *pragmatic.*8. *num.*15. *pag.*175. post Grammaticum *decis.*59. *num.*44. & quòd ex contractu Principis transferatur dominium absque traditione, notat Iaso. *in consilio* 128. faciunt scripta per Angelum, Ias. & Rub. *in l. sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis caution.* eundem Iasonem *in l.*1. *num.*23. *ff. si quis in ius vocatus non ierit*, Menoch. *in cons.*71. *num.*20. *libro* 1. Curtius *in tract. de feud. part.*2. *num.*60. *pag.*195. vbi ponit regulam, quòd per priuilegium Principis ipso iure transfertur dominium, & quod solus Princeps possit per suam verbalem inuestituram transferre dominium, si hoc dicat, expressè volunt Andr. de Isern. *in cap.*1. *quid sit inuestitura*, Bald. *in præludio feudorum*, Matthæus de Afflictis *in cap.*1. *quæ sint Regalia, num.*74. *folio* 335. & quod in isto puncto distent, an Princeps promittat se donare, vel donet? tradunt Acosta *de successione Regni Portugall. pag.*146. Aluar. Valasc. *de iure emphyteut. quæst.*9. *num.*30. *fol.*63. *colum.*1. Et quòd per subrogationem videatur Papa transferre possessionem de vno in alium, tradunt Mohedan. *decis.*42. Peregrin. *decis.*92. *aliàs* 97. Cotta *decis.*313. Gomez. *de triennali possess. quæst.*14. *num.*9. Et quòd prior donatarius præferatur secundo † donatario, etiam si secundo fuerit tradita possessio, probatur *in cap. cum olim*, vbi Doctores *de re iudicata*, volunt Paulus de Castro *in cons.*46. *num.*3. *lib.*2. Decius *in cons.*71. *num.*2. Thom. Grammaticus *in cons.*6. *ciuili, per totum*, Tiraquel. Mandos. Roman. Parisi. quos citat Bursat. *in cons.*78. *num.*6. & faciunt etiam scripta ad propositum per Tiraquellum *in tractatu de Nobilitate, cap.*37. *num.*51. Burgos de Paz *cons.*25. *n.*2. Et si Papa dicit, quod assignat alicui castrum cum plenitudine iuris, vel alia verba æquipollentia, non est necessaria alia possessio facti, secundùm Baldum *in cap.*1. *in principio, quid sit inuestitura*, & alios quos citant Alexand. *in cons.*111. *nu.*24. Et quòd ex cessione Principis transferatur dominium solo verbo † absque alia traditione volunt Baldus *in cap. caterum, num.*8. *vers. Caterum de indiciis*, Afflict. *decis.*299. *num.*25. Natta *cons.*398. *num.*26. *&* 27. *lib.*2. Menoch. *de retin. possess. remed.*3. *num.*277. *pag.*199. Et confirmo per doctrinam Caroli Ruini *in d. cons.*42.

Nec mihi placet intellectus, quem *ad illam legem* 53. dat Gregor. Lopez *in d. l.*53. *in glos. in verb. El señorio*, vbi dicit, quòd illa *lex* intelligitur traditione interueniente: qui intellectus est extraneus à *dicta lege*, & contra verba aperta eiusdem legis: & si verus esset, nihil speciale dicta lex contineret, quod non est dicendum.

Cùm ergo ex dicta Regia donatione sit translatum dominium tam in patrem primum donatarium, quàm in filium primogenitum, ab eo per patrem, filius primogenitus priuari † non potest, *l. id quod nostrum, ff. de regul. iur.* cum *similibus*. Imo Princeps ex solo suo contractu, & solo verbo, & cessione transfert possessionem, secundùm Baldum *in cap. caterum. num.*8. *vers. Alia inuestitura. de ind.* Matth. de Afflictis *decis* 229. *num.*25. Natta *cons.*398. *num.*27. Menoch. *de retinend. possess. remed.*3 *num.*277. *pag.*199. Caldas Pereira *in l. si curatorem habens, C. de in integr. restit. minor. in verbo lasis, num.*109. *folio* 340. ad ista legendus, Vinius *lib.*1. *communium opinionum, verb. vendens*, Anton. Gabriel *lib.*3. *commun. opinion. tit. de emption. & vendit. conclus.*2. *num.*16. Bursat. *in cons.*116. *n.*25. *lib.*1. qui tenet, præferendum esse in donatione Principis eum, † cui prius res data fuit, quam is, cui tradita fuit possessio. Quod confirmo, quia lex potest ipso iure transferre possessionem absque aliquo actu corporeo, secundùm Bart. *in l. cum vnus, §. vlt. ff. de bonis auth. iud. possi.* Imol. *in cap.*2. *de consuetud.* & alios plures, quos citat Tiraquellus *in tract. le mort saisit le vif, declaratione* 6. *num.*5. *pag.*27. vbi latissimè, & probat *l.*7. *tit.*4. *part.*5. *& l.*45. *Tauri*, hodie *l.*8. *tit.*7. *lib.*5. *Recopilation.* Cùm igitur id possit facere lex, vel statutum, fortius Princeps, qui † est lex animata in terra. *l. vlt. C. de legibus:* Natta *cons.*498. *num* 21. & tradit notabiliter Aluarus Valascus *de iure emphyt. quæst.*8. *num.*34. *fol.*117. Burgos de Paz *cons.*38. *n.*16. Quod procedit nisi alius sit in possessione, vt probat Afflict. *in dicto loco, num.* 12. *& d. num.*25. qui ad hoc refert Abbatem & Alexan.

Et quod in iuribus incorporalibus possessio transeat per solum priuilegium, † voluit Innoc *in cap. in nostris, de concess. præbend. col.*3 *vers. Imo plus dico*, & ibi Imol. *col. penult.* quos citat Capic. *decis.*121. *num.*9. & trado infra. *quæst.*40. *num.*6. Quod confirmo, quia licèt regulariter ex solo titulo non probetur dominium, *l. cum res, C. de probation.* cum *concordantibus*; vt per Ioseph. Mascardum *in tract. de probat. lib.*1. *conclus.*540. *num.*1. *cum seqq.* † fallit in instrumento donationis factæ à Principe, secundùm Angel. *in l. officium, ff. de rei vendic.* Afflict. *decis.*14. *num.*8. Thom Grammat. *decis.*59. *n.*19. & alios, quos citat Mascard. *in d. conclus. num.*9. vbi *num.*10. scribit conclusionem supra traditam, quod ex tali instrumento transfertur dominium: limitatur autem prædicta conclusio, quæ habet, quòd ex donatione Principis transfertur, vt per Ludouic. Gozadin. *in consilio* 14. *num.*5. *& 6.* in donatione conditionali, vt ibi latiùs per eum.

Et ex omnibus superioribus dubito de resolutione doctissimi Rebuf. *tom.*3. *ad constitutiones Regias, tit. de materia possessoria, art.*9. *glos. vnica, n.*3. *pag.*277. vbi nimis generaliter tradit, quòd Princeps vendendo, vel donando non transfert possessionem absque traditione, ex Bald. *in cap. penult. de nou. form. fidelit. in fine*, & in eundem errorem lapsus fuit Tiber. Decianus *resp.*123. *num.*73. *lib.*1. Et quòd si Papa, aut Princeps concedat licentiam intrandi possessionem castri non videtur ex hoc translata possessio, tradunt Florian. *in l. seruitutes* 4. *n.*11. *ff. de seruitutib.* Aluar. Valasc. *in tract. de iure emphyteut. quæst.*18. *n.*35. *fol.*118. & ista sunt necessaria pro

pro intellectu egregiæ quæstionis disputatæ à Tel. *in l.* 17. *Taur. n.*45. vbi disputat, an qui possessionem habet ex priuilegio Regis, in quo voluit, quod ex donatione possessio transferretur, poterit, si donet, reuocare: nam si vera sunt supra dicta; illa disputatio facilior & planior redditur, & non eget tanto apparatu.

Et obiter animaduerto, quòd tunc ex donatione
20 Principis transfertur dominium, † quando est facta rerum certarum; secus si incertarum, *l.*3. *§. incertam 2. ff. de acquir. possess.* De quo vide *bonum cons.* Bald. 337. *n.*1. *cum aliis*, *lib.*1. Paris. *in cons.*61. *n.*23. *l.*1. & quæ scribit Rebuf. *tom.*3. *ad constitutiones Regias, tit. de mater. possess. in præfation. n.*36. *pag.*228.

Item, quòd ex priuilegio Princeps, in quo repe-
21 ritur clausula *Constituti*, † transferatur possessio, punctualiter tradit Thom. Gram. *cons.*110. *n.*9. & ad prædicta facit, quod scribit Alexan. *in cons.*8. *li.*3. vbi dicit, quòd quando pater recipit emphyteusim pro filiis, vel pro certis filiis, aut pro masculis: non potest reuocare talem receptionem in præiudicium filiorum; & hoc melius fundat Gl. Parisi. *in addition. ad Alexan. in cons.*22. *n.*13. *lib.*5. *in additionne*, quæ incipit *Reuocare.* vbi Alexand. de hoc puncto latè agit.

Et ex superioribus primò infertur, quòd sicut pater non potest in totum filium priuare hoc iure primogenituræ, & ex donatione Regia competenti, ita
22 † non licet illi aliquas subiungere conditiones vltra eas quæ à Rege, qui donationem fecit, præscriptæ sunt, *l. quæ de tota. ff. de rei ven. d. l. perfecta, l. cum dos, ff. de pact. dotal. l. de contractu, C. de rescind. vend.* cum *concordantib.* vt per Dec. *cons.*543. *in casu proposito, n.*3. Corbul. *in tractat. de iure emphyteut. tit. de causa priuationis ob non solutum canonem, q.*5. *n.*3. *fol.*231. & qui
23 rem non potest tollere, † nec reformare ei licet, *l. iurisgentium, §. adeo, ff. de pact. l. videamus, §. an igitur, ff. de in litem iurand.* notat in nostra materia Peralta *in l. cum patronus, num.*9. *pag.*291. *ff. de leg.*2. Bald. *in consincipienti*: *Rex Romanorum*, quem citat Bartho-
24 Socin. *in cons.*74. *n.*20. *lib.*1. dicentem, † quòd quicquid non potest tolli, nec minui potest; nec derogari, nec mutari: & quod contrarium, est summa iniqui-
25 tas: & perfecta, donatio † impedit testamenti factionem super rebus donatis, vt volunt Paul. de Castr. *in l. qui post testamentum, n.*6. *C. de legat.* Hieronym. Gab. *in cons.*103. *n.*10. Paris. *in cons.*63. *n.*16. *lib.*1. & sicut Princeps non potest subuertere iura Regalia, ita nec
26 ea † diminuere, secundùm Bald. *in tit. de pace Constan. in vers. Ad successores*; Barthol. Socin. *in cons.*4. *col.*3. *l.*3. Roland *in cons.*1. *n.*97. *lib.*2. & hoc argumentum de toto ad partem fortissimum est, vt probatur per regulam *l. heredes mei* 3 *§. cum ita, ff. ad Trebel.* vbi latissimè Zanch. *par.*1. *num.*64. *cum sequentib. pag.*12. *col.*2. Euerardus *loco* 60. *pag.*506. & tradit in nostra materia meliorationis Tertij & Quinti, in notabili casu Ioan. Lopius *in dict. l.*27. *Tauri, num.*32. & qualiter in ista materia accipiantur tripliciter partes, tradit notanter Ioan. Lop. *in l.*27. *Tauri num.*56. Et in dispositione Principis, quòd si totum potest tollere, ita & partem, & è contrario hoc tradit Andr. de Isernia *in cap.*2. *quæ sint Regalia, num.*6. *fol.*108. & istam conclusionem per *dict. l. cum dos*, & alia iura, & doctrinam Decij *in consilio* 498. *num.*14. tradit Quintilian. Mandos. *in regula Cancellariæ, regula* 32. *quæstione* 12. *num.* 8. *fol.*112. Et
27 quòd Princeps de potestate ordinaria † non possit reuocare priuilegium à se datum, resoluit Paul. de Castro *in cons.*313. *num.*5. *lib.*1. quem citat Petrus Barbosa *in prima parte rubricæ. ff. soluto matrimonio, num.*6. *pag.*184. & faciunt scripta per Matiençum *in l.*6. *glossa* 1. *num.*5. *&* 6. *fol.*293. *lib.*3. *Recopilationis, & glos.*2. *num.*28. *fol.*296. Et quod prior concessio facta à Principe non tollatur per secundam etiam cum clausula *Motu proprij*, volunt Bartolus, Abb. Felin. Imol. Ias. Carol. Auin. quos citat Anton. Gabr. *lib.*6. *commun. opinion. tit. de clausulis, conclus.*2. *num.*2. qui scribit dixisse *in tit. de iure quæsito*, & faciant quæ scribit Bald. *in prooemio feudorum, num.*32. *&* 34. *lect.* Et sicut Imperator non
28 potest feudum reuocare, ita † non potest grauare, nec onus nouum imponere, secundum Baldum *in cons.*427. *Pridie consului, lib.*1. Nat. *in cons.*308. *num.*9. *lib.*2. Et qua ratione Princeps non præsumitur tollere primum priuilegium in totum, eadem ratione nec diminuere, vt per Felin. *in cap.*1. *num.*5 *de rescript.* & ad hoc faciunt quæ scribunt Ioan. Andr. & Dominic. *in cap. generali, in verb. fundatione, de electio. in* 6. dicentes, quòd siquis primo dotauerit Ecclesiam simpliciter, & postea ex interuallo dum tradit dotem vellet apponere aliquam conditionem, onus, vel reseruationes, etiam cum consensu Episcopi, non posset: quia hæc fieri debebant tempore fundationis & dotationis: quod latius tradit Lambert. *de iur. patron. l.*1. *p.*1. *q. principali. fol.* 86. *n.*91. & ibi scribit alia ad propositum: & faciunt quæ scribo infra, *à n.* 41. Et qualiter in † donatione 29
censeatur in continenti apposita conditio, vel postea, constat ex his, quæ scribit Episcop. Couar. *resolut. lib.*1. *c.*14. *n.*1. quem citat Ceph. *in cons.*575. *n.*9. *l.*4. & confirmo per doctrinam Angel. *in cons.*209. Aretin. & Vincen. *in l.*1. *ff. soluto matrimonio*; volentium, quòd si pater semel filiam dotauit, non declarando quod eam dotat de bonis matris, non potest postea declarare; quòd tempore promissionis dotat de bonis filiæ; ad quod alios concordantes citat Barbos. *in d. l.*1. *n.*144. *pag.*417.

Secundò deducitur, quòd si pater de propriis bonis ipsius faciat maioratum vel meliorationem in filium, & tradat illi possessionem, vel corporalem; vel per alium actum, qui habeat effectum traditionis, vel contractus sit factus cum aliquo Tertio, postquàm pater hoc fe-
30 cit, † non potest addere in maioratu aut melioratione alias conditiones, quàm illas, quas tempore confectionis actus apposuit; & reformare, † est nouam formam
31 dare remanente substantia, vt resoluit Paul. de Castro *in cons.*290. *Visis his quæ supra, lib.*1. quod tradunt Cifuentes *in l.*27. *Tauri*, & Antonius Gomez *in l.*17. *num.*12. Angulo *in l.*11. *Tauri, glos.*1. *num.*2. *fol.*212. de quo legenda sunt quæ magistraliter tradit Ias. *in l. petens, nu.*1. *C. de pactis*, Decius *in l. lecta, num.*1. *fol.*80. *ff. si certum petatur.* Et hanc sententiam in propriis terminis tenet Peralta *in l. cum pater, §. ita filia, num.*32. *pag.*321. *ff. de legat.*2. refert *dict. li iuris gentium, §. adeo, ff. de pactis*, poterat melius referre omnia superiora, & notabile consilium Baldi *in consil.*381. *Factum tale, lib.*4. & expressam sententiam Alberic. *in l. omnia priuilegia, num.*3. *fol.*31. *C. de Episcop. & Cleric.* quem lector omnino legat, & textum expressum *in l. Lucius Titius Septitiæ, ff. de fideicommiss. liber.* & ideò dictum *Peraltæ* verum puto, pro quo est egregium consilium Cephali datum in Hispania 312. *num.*25. *lib.*3. vbi tradit: quòd si sint facta capitula matrimonialia super successione primogenituræ, † non possunt postea poni conditiones de 32
successione extranei, & aliæ similes in præiudicium vocatorum, per *l. vnum ex familia in principio*, iuncto *§. sed si fundum, ff. de legat.*2. faciunt scripta in propria materia per Anton. Gomez *in l.*27. *Tauri, num.*22. *& in l.*40. *num.*25. Parladorium qui alios citat *lib.*2. *rerum quotidianarum, cap.*3. *num.*37. Suarez *in dict. l. quoniam in prioribus; in declaratione legis Regni, quæst.*8. *num.*8. Et quòd post translatum dominium † non possit 33
onus iniungi, tradunt Abb. *in cap. verum, de condition. apposit.* Fulgos. *in l. siquis Curialis, de Episcop. & Cleric.* Paul. de Castro *in consil.*122. *lib.*1. Petrus Surdus *decis.*173. *num.*5. ad quos addo Paris. *in cons.*93. *num.*16. *lib.*1. & prima, & origo inuestituræ est sequenda, secundùm Bald. *in cap.*1. *de eo qui sibi*, Syluanum *de feudi recognitione, quæst.*38. Dec. Brun. Bero. Meno. Simon de Præt. quos citat Bursat. *in cons.*131. *n.*84. *lib.*2. & quod successor in maioratu non possit alterare primam fundationem.

Pro quo etiam facit doctrina Bartoli singularis *in l.*

34 *testator, §. filiæ, ff. de legat. 2.* vbi vult, quòd pater † non
potest grauare filiam in dote, quam ei semel dedit, post-
quàm actio de dote ei quæsita fuit. De quo legenda
sunt quæ scribit Roderic. Suarez *in dict. l. quoniam in*
prioribus, ampliat. 12. num. 1. cum sequentibus pag. 94. C.
de inofficios. testamen. Cephalus *in cons. 145. num. 1. lib.*
1. & plures citat Baëza *de non meliorandis filiabus, cap.*
8. *num. 34.* & lege quæ supra scripsi *quæst. 24.* & infra
quæst. 66. & Matth. de Afflict. *decis. 350.* Anton. Gomez
decis. 355. in fine, & egregiam doctrinam Pauli Castren.
in cons. 73. lib. 1. quam refero *infra, hac parte, quæst. 71.*
vbi legenda, & Gregor. Lopez *in l. 6. tit. 9. part. 6. gloss.*
ultima, Cels. *cons. 120. num. 43.* Burs. *in cons. 183. num.*
13. *lib. 2. l. 2. C. si aduersus donationem,* quam citat Me-
noch. *in cons. 155. num. 3. lib. 2.* Parisius *in cons. 2. n. 46.*
lib. 3. Bursatus *in cons. 67. num. 7.* & quæ scribit Bello. *in*
cons. 29. num. 1. vbi probat, quòd sicut Princeps non po-
test reuocare donationem a se factam, cum tradita fuit
35 possessio, † ita nec addere, vel minuere; & quod si Prin-
ceps tradat Castrum cum vera vel ficta possessione non
possit reuocare, resoluit ex pluribus Doctoribus Ma-
tienç. *in l. 6. tit. 10. lib. 5. Recopil. 1. num. 6. folio 293.* &
pro Peralta etiam est Glos. *in l. si mulier, in principio,*
verb. si mortis, ff. de legatis 3. de qua ago *supra, quæst. 24.*
à num. 26. & text. *in l. irritum,* vbi Angel. Bald. Cœpol.
ff. de vsucapion. pro donatio. & Bald. assignat rationem;
quia quando ens est perfectum, non recipit in potenti
formam substantialem vbi deformatur prima, & prima
forma in contractibus non potest destrui voluntate
vnius, & qui non potest aliquid mutare, tollere, aut
36 transferre, † non potest diminuere, *l. cum fundus, in fine,*
ff. de testament. milit. l. quod de bonis §. fin. ff. ad falcid.
l. si opto, ff. qui & à quibus, cum *concordantibus*, vt per
Cephal. *in notabili casu, in cons. 35. num. 17. lib. 3.* ¶ Et
37 quòd corrigere, commutare, rescindere, † sint synonyma
probatur *in l. nihil prohibet ff. de adimen. leg.* & an pater
38 possit grauare filiam in dote, † resoluunt Alex. *in cons.*
176. *num. 5. lib. 7.* Aymo. *in cons. 186. n. 5.* Burs. *in cons.*
179. *n. 49. lib. 2.*

Ista confirmantur, quia licèt Patronus tempore fun-
dationis Ecclesiæ possit apponere cum consensu Epis-
copi omnia acta in fundatione, secundum Calderin. *in*
cons. vltimo, tit. de iure patronat. tamen semel fundatio-
39 ne facta, † Patronus etiam cum Episcopo nihil mutare
potest, secundùm Glos. *in cap. cum dilectus, in verb. con-*
stitutum, de confess. vbi Imol. commendat Felin. *in cap.*
significauit, not. ab. 2. de testibus, & alios quos citat Andr.
ab Exea *in lib. pactorum, num. 152. pag. 68.* Quod dictum
confirmo *per cap. 1. de censibus,* vbi Collectarius & alij,
& quæ scribit Cæsar Lambertin. *de iure patronat. lib. 1.*
art. 13. 5. quæst. principal. part. 1. num. 1. folio 41. faciunt
quæ idem scribit eodem *lib. 1. part. 1. 9. quæst. principal.*
num. 49. folio 80. & *num. 51. folio 82.* & doctrina Ioan.
Andreæ, & Dominici *supra* citata. Quibus congruit do-
ctrina Curtius Iunior *in cons. 124. num. 2. lib. 1.* vbi re-
soluit, quòd pacta facta inter duo loca, seruari debent
cum modificationibus talium pactorum, qui ad hoc re-
fert plura.

40 Hinc etiam fit, quod † non est standum confessioni
Principis dicentis, fecisse donationem cum aliquo gra-
namine post factam donationem donatario; quia præiu-
dicare non potest, vt probat Carol. Ruin. *in cons. 32. n.*
19. *lib. 1.* & dixi *supra, quæst. 24.* & quando successor in
maioratu possit nouas conditiones ponere, tradit Gama
decis. 262. num. 5. Matien. *in l. 1. tit. 5. glos. 10. num. 1. fol.*
145. & *in l. 11. tit. 5. glos. 3. nu. 2. folio 159. lib. 5. Recop.*
& quòd vbi substantia non tollitur, non dicatur refor-
matio, volunt Paulus de Castro *in dict. cons. 290. Visis*
num. 3. lib. 1. & *cons. 351. Prædicta reformatio. lib. 2.* Iaso
in l. petens, n. 2. C. de pactis, & *in l. lecta, n. 4. ff. si certum*
petatur, latè Cephalus *in cons. 74. num. 23. lib. 1.* vt puta,
si relictum purè, relinquatur in diem, vel sub conditio-
ne, & in aliis similibus casibus. Et ista resolutio cautè
41 est seruanda. ¶ Et reformatio, † est additio, suppletio,
siue modificatio ad actum, secundùm Glos. *in cap. statu-*
tum, vbi Gomez *num. 93.* tradit notanter Cephalus *in*
cons. 74. n. 23. cum seqq. lib. 1. vbi plura legi possunt
pro intellectu istius materiæ: cum fundatores maiora-
tuum aliqua reformant post factos maioratus: ad quem
addo Decium *in l. lecta, numero 27 ff. si certum petatur*,
vbi plura scribit ad propositum quid sit reformatio.

Imo vt apparet ex scriptis per Paulum Castrensem
in dict. cons. 73. Princeps, cuius facta secundum ratio-
nem & æquitatem & iustitiam regulari debent, † non 42
rectè faciet si in suis donationibus, aut concessionibus,
conditiones nouas iniungat, secundùm Andream de
Isernia multa ad id referentem *in cap. 1. ad finem, tit. de*
Capita. qui Curiam vendidit, & Lucam de Penna *in l.*
quicunque, C. de omni agro deser. lib. 11. Decium *cons.*
468. *superiori anno, num. 29.* notanter Matth. ab Afflictis
in constit. Neapol. rubrica 24. de success. Nobilium, libro
3. *num. 6. folio 298.* qui arguit contra fiscales, qui con-
suluerunt Principem, postquàm donauit, posse adiicere
conditionem rei donatæ; & idem *lib. 2. rubrica 28.*
num. 3. folio 230. Menoch. *in tract. de præsumpt. libro 2.*
præsumpt. 10. num. 50. pag. 122. Socinus Iunior *in cons.*
108. *Visto puncto, cum aliis scriptoribus, de Hispanor. num.*
3. *lib. 2.* & Ripa licèt Paul. non referat *respons. 181.*
num. 15. & respons. 38. num. 23. Tiraquel. *in lisi vnquam,*
in verbo, libertis, num. 19. & *C. de reuocand. donat. pag. 93.*
& dixi *in 2. part. huius operis, quæst. 4. illat. 8. in vers. Ex*
quo apparet, n. 14. Et pro hoc faciunt aliqua quæ scribo
in q. 44. infra, hac 1. p. quæ lector legat, si ad ista erunt
necessaria.

Potest tamen † pater, qui in contractu matrimonij 43
puerè donauit aliquid filio, si eundem filium postea pa-
ter hæredem instituat, bona antea data vinculo fidei-
commissi legare, vt ex pluribus probat Burgos de Paz,
cons. 14. n. 26. ad quem addo & iungo egregiam doctri-
nam Curtij Iunior. *cons. 120. n. 9.* vbi resoluit, quòd de
voluntate donatarij possunt apponi in donatione noua
vincula, modi, & conditiones; & si donans postea fecit
testamentum, in quo instruit hæredem donatarium, in
omnibus bonis donatis in testamento, & in aliis etiam
ipsi donanti reseruatis, apponendo onus fideicommissi,
si donatarius decesserit sine liberis masculis, & prohi-
bendo quamcunque alienationem, ac quamcunque di-
minutionem bonorum suorum in casu restitutionis fi-
deicommissi, & ipse donatarius fecit se hæredem, vir-
tute testamenti, videtur consentire modis & conditio-
nibus in donatione adiectis; quod ad multa reputo no-
notabile; & legenda sunt ad hoc quæ scribo *infra, num.*
108. & quod notanter scribit Rodericus Suarez *in l.*
quoniam in prioribus, C. de inofficios. testam. ampliat. 7.
num. 2. versic. Ad prædicta tenebis, & idem quod tenent
Curt. & alij, tenet idem Curt. *in cons. 54. num. 12.* post
Corneum *in cons. 87. num. 12. cum seqq. lib. 2.* Paris. *in*
consil. 2. num. 46. cum seqq. lib. 3. & in consil. 37. num 76.
cum seqq. eodem libro, Iulius Clarus *libro receptarum*
sententiarum, §. testamentum, quæst. 71. Guid. Papæ *cons.*
194. *num. 2.* Socinus Iunior *in cons. 107. num. 56. lib. 3. &*
in cons. 68. num. 12. lib. 4. Carol. Ruinus *in cons. 43. n. 12.*
lib. 1. Rolandus *in consilio 30. num. 14. lib. 4.* qui inter
alia plura allegant *l. sequens quæstio. ff. de legatis 2. l. Lu-*
cius, §. martius, ff. ad Trebell. l. cum pater, §. si Titio, l. Im-
perator, §. si centum, ff. de legatis 2. & in notabili casu
hoc tradit Ioannes Lopius *in dict. l. 27. Tauri, num. 32.*
qui sic limitat illam legem, & vidi in pulchro negotio
& maximi momenti: & facit quod scribit Barbosa *in*
l. post dotem 41. n. 37. pag. 859. ff. solut. matrim. part. 2. &
Gregor. Lopez, *in l. 10. tit. 9. part. 6. in glos.* in verbo, *De*
aquel.

Et hoc est tenendum, † Principi non esse licitum
conditionem aut modum in donatione apponere, post- 44
quam eam semel puram fecerit: quicquid nulla ratione
suffulti, aut saltem iuridica, dicant Emanuel Costa *in l.*
cum tale, §. arbitratu, limit. 2. num. 7. pag. 69. ff. de condi-
tionibus

tionibus & demonstrationibus, & alius Lusitanus Arius
Pinel. *in d. l. 1. p. 3. n. 62. fol. 105. C. de bonis maternis*, &
Ioannes Lopius *in rubric. de donat. inter virum & vxor.*
§. 69. n. 14. pag. 257. vbi Baraona, quem citat Antonius
Gabriel, *lib. 3. communium opinionum, tit. de iure quæsito*
non tollend. concl. 5. n. 36. & 41. pag. 188. Montaluo *in*
l. 8. tit. 12. lib. 3. fori, in glos. in verb. *No puede*, & quæ
refert idem Matth. ab Afflict. *d. rubr. 28. n. 5. & eodem*
lib. 2. rubr. 8. n. 10. fol. 205. contra quos facit textus *in l.*
rerum, C. de rescind. vendit. & conducunt quæ in his pro-
priis terminis tradunt Decius *in cons. 498. n. 19.* Ias. *in*
cons. 233. n. 2. lib. 2. & in cons. 73. n. 2. lib. 1. latiùs Paul.
qui plura scribit *in cons. 2. n. 106. lib. 1.* vbi multa vide-
bis contra Costam & Ioannem Lopium, & doctrinam
Baldi *in l. vnica, quæst. 11. versic. Quid si dominus, n. 31.*
C. quando non petent. parti. vbi concludit quòd dominus
45 feudi † non potest reuocare, & mutare feudum antiqui-
tus constitutum in præiudicium tertij, per *l. impuberi,*
ff. de administrat. tutor. notant Barthol. Socin. *in consilio*
38. *n. 2. lib. 4.* ad quod facit egregia sententia Matth. ab
Afflict. *in constitutio. Neapol. lib. 3. rubric. 24. n. 75. folio*
303. vbi resoluit, quòd si pater habet feuda antiqua, in
quibus viuitur iure Francorum, donet feuda secundoge-
46 nito, etiam cum consensu Regis; primogenitus † potest
reuocare post mortem patris: quia in tali casu totum feu-
dum est legitima primogeniti, & faciunt quæ scribit
Anton. Gabr. *lib. 3. commun. opin. tit. de iur. quæsito non*
tollend. concl. 1. n. 10. quem citat Episcop. Sarmiento *lib.*
1. select. cap. 8. n. 25. folio 27. & noua inuestitura vigo-
47 rem antiquæ † non eneruat, nec immutat respectu eo-
rum, quorum interest, qui non consenserunt, vt post
alios resoluit Glos. Paris. *1. part. in consuetudin. Paris. §.*
35. num. 5. folio 266. Zasius *de feud. in par. qualiter feud.*
constituantur, n. 23. folio 7. & doctrinam Bald. *in l. 1.* re-
fert & confirmat Bursat. *cons. 3. n. 9.* ad quod ego alios
Doctores cito *in 4. p. q. 1. à n. 24.* & legenda sunt scripta
per Ripam *l. in quartam, n. 17. cum seqq. fol. 150. ff. ad*
legem falcidiam, ad quod facit doctrina Matth. Afflict.
in rubr. si de feud. fuerit controu. n. 2. fol. 182. vbi tradit,
quòd feudum præsumitur antiquum, concurrentibus
aliquibus coniecturis. Et sicut Princeps non potest re-
48 uocare feudum, ita † non potest grauare, nec aliquod
onus imponere, secundùm Bald. *in cons. 327. lib. 1.* refert
& confirmat Natta *in cons. 408. n. 9.*

Ista tamen non proceduut, vbicunque in facultate
Regia expressum sit, quòd sit licita reuocatio, mutatio,
vel additio: nam tunc sicut est licita reuocatio in totum,
49 clarum est quòd maiori ratione pater nouas † potest in-
iungere conditiones, *authen. multo magis, C. de sacrosan.*
Eccles. l. penult. in fin. ff. si quis caution. Quibus conuenit,
quòd contractus dicitur reformatus, quando non tollit-
tur in totum, sed pro parte, vt in donatione tradit Dec.
in cons. 192. n. 3. & 4. ex quo incidenter confirmo sen-
tentiam Tellij *in l. 12. Tauri n. 27.* vbi contra Decium
in cons. 256. tenet, quòd si quis sit legitimatus, vt succe-
dat in testamento, prout patri placuerit, potest in eo,
quod filio reliquerit, grauamen & onus apponere: cùm
possit eidem totum auferre. ¶ Et ex his apparet, Prin-
cipes iustos, & qui Dei optimi maximi prouidentia Re-
50 gnorum regimina susceperunt, † debere abstinere à de-
rogatione priuilegiorum ab ipsis, vel antecessoribus
concessorum, & à comminationibus, quas faciunt, quòd
registrentur, vel exhibeantur priuilegia intra certum
tempus sub pœna amissionis eorum, & probatur ex no-
tatis per Parisium *consilio 11. numero 48. cum aliis,*
libro 1. Iaso *in consilio 73. numero 2. libro 1.* maximè
cùm talia priuilegia concessa sunt propter seruitia, quia
sunt irreuocabilia, cum transeant in vim contractus, se-
cundùm Baldum *in l. si cum mihi, ff. de dolo*, qui id
exemplificat in priuilegiis & concessionibus officij
terræ, & iurisdictionis, Roman. *in l. si verò, §. de viro,*
fallentia 24. ff. solut. matrim. & in cons. 436. & alios quos
refert Tiraquel. *in d. l. si vnquam, in verb. donat. largitus,*
n. 14. pag. 191. C. de reuocand. donat. cui adde Ioan. And.
& Felin. *in cap. nouit. de iud. col. 7. n. 7. in gloss. in verb.*
quodcunque, Conradum *in templo Iudicum lib 1. cap. de*
Imperatore, §. 4. q. 8. n. 2. folio 76. qui plura de materia
scribit: Auiles *in capitulis correctorum, in verb.* Priuile-
gios, *folio 203.* ¶ Quorum contrarium tenet † Arius 51
Pinellus *vbi supra, in vers. infertur 16.* qui semper do-
nationis remuneratoriæ priuilegia parui pendet. Et de
hoc etiam egi *in q. 22. supra, hac 1. part. à n. 18* Quintil.
Mandos. *regul. 11. reseruationis q. 13.* qui ponit exem-
plum in priuilegiis concessis per Papam Regi Hispaniæ
& Franciæ conferendi beneficia, ad quos addo Felin.
in cap. vlt. de constit. n. 3. vers. ad illud autem quod dicit
dominus Abb. vbi dicit, quòd non præsumitur Princeps
velle tollere ius quæsitum, etiam in spe, ex contractu
oneroso: quod dictum refero *in principio secundæ par-*
tis, & addo Romanum *in cons. 352. n. 22.* nec præsumi-
tur, velle Princi em tollere priuilegium, vt per Barbo-
sam *in l. 1. ff. soluto matrim. p. 1. n. 6. pag. 184.* Et in pun-
cto legenda sunt quæ refert additio Matth. ab Afflict.
decis. 128.

Et donationes Regum † non recipiunt diminutio- 52
nem, *vt in authen. constit. quæ de dignitat. §. illud, & in*
l. hac saluberrima. C. de priuilegiis agent. in rebus. Notant
Oldrad. *in cons. 300.* Matth. de Afflict. *decis. Neapol. 392.*
Rex Ferdinandus, n. 6. Bal. *in cap. 1. de natur. successi. feud.*
vbi inquit Imperatorem & Regem postquam inuestie-
runt de Baronia, † non posse pro libito voluntatis, nisi 53
ex causa, illum amouere; quem citat Lambertin. *de iure*
patronatus, lib. 1. p. 1. q. 9. art. 2. n. 9. folio 87. Et plura
scribit Syluan. *in cons 98. n. 20. & 21.* & priùs *num. 9.* &
tradit Andr. de Isernia *in cap. 1. qui successores teneau-*
tur, n. 13. folio 21. vbi Andr. Liparulus multa refert *in*
addit. quæ incipit. Non renouauit. Et Princeps † præsu- 54
mitur circumuentus si variauit, vt ex aliquibus resolu-
unt Ioan. Lop. *in rubr. de donat. §. 81.* Valdes *in addit.*
ad Suar. alleg. 9. n. 9. pag. 85. facit *l. 15. tit. 10. lib. 5. Re-*
copil. ibi: *Tenemos por bien, y mandamos, que las mercedes,*
que se hezieren por sola la voluntad de los Reyes, que las
puedan del todo reuocar, saluo † si los que las recibieron, 55
siruieron despues a ca a nos, que en todo, o en parte las
merecies en. Ad quam legem addo sententiam existi-
mantium, Principem ex suo arbitrio posse reuocare do-
nationem, quam fecit cum conditione reuocandi, vt per
l. Lucius, ff. de euict. & l. Antiochensium, ff. de priuilegiis
creditorum, doctrinam Bart. *in Lambertinas, n. 12 ff. de de-*
cret. ab ordine faciend. & per alia ostendit Menoch.
lib. 1. de arbitra. iud. q. 48. n. 11. Et vbicunque agitur de
modico priuilegio, Princeps illud tollere potest; vt tra-
dit Tiraquel. *in tract. de rebus exiguis, vers. 51.* ex Alex.
cons. 225. Nec arguendi, lib. 2. Decio *in cap. nouit, de in-*
diciis.

Et ex his etiam constat, † iniquam esse sententiam 56
Aretini *in consil. 15. colu. 3.* ex quo Auend. *in tractatu*
de exequend. mandatis Regis, c. 4. part. 1. in versic. dixi
autem, fol. 41. deducit Principem ex certa scientia pos-
se reuocare donationem terminorum, quam ipse vel an-
tecessores fecerint, & dare eos nouo donatario, quem
sequitur Cœpola *in tractatu de seruitut. viæ, num. 26.* pro
quibus facit doctrina Angeli *in l. Antiochensium, ff. de*
priuileg. creditor. volentis, posse Principem sine causa
donationem à se factam reuocare, quod sequuntur Go-
zadin. *cons. 8. num. 45. & num. 48.* Gratus *cons. 9. numer.*
174. *lib. 1.* Patisi *cons. 11. nu. 2. lib. 1.* & alij, quos citat Me-
nochius *de arbitrar. iudi. lib. 1. q. 48. num. 11. pag. 60.* &
plures citat Burg. de Paz *in cons. 25. num. 46.* latè Ripa
respons. 174. num. 12. ad hoc legendus Matth. ab Affli-
ctis *in constitution. Neapolitan. lib. 1. rubr. 79. de fide in-*
strumen. nu. 28. fol. 160. Et quòd Princeps possit tollere
mercata, vel ferias, quas semel concessit, resoluit no-
tanter Thesaurus *decis. 264.* ¶ Et quòd Princeps ex iu-
stis causis possit reuocare priuilegia, ex pluribus antho-
ribus † resoluit Menochius *in tractatu præsumptionum*
lib. 2. præsumpt. 10. num. 14. pag. 120. Quintilian. Man- 57
dos. *regni. 4. Cancellar. q. 7. num. 3.* Et in donatione Regia

hoc

hoc disponit *l.6.tit.*10.*lib.*5.*Recopilationis*. Et faciunt scripta per Conradum *in templo Iudicum.lib.*1.§.4. *de præstantia & potestate Imperator. vers. octauo è conuerso, fol.*76. *&* fol. 77. latius omnibus Restaurus Castaldus *in tractatu de Imperatore, q.*114.*fol.*245. Matthæus ab Afflictis *in c.*1.*quæ sint Regalia,num.*73.*fol.*335 latè Peregrin.*in tractat.de iure fisci.lib.*1.*num.*1.*pag.* 38. Et est singularis sententia Ioannis de Anania *cons.*81.*num.*45. vbi probat, Principem propter benemerita posse donare terminos vnius Ciuitatis alteri Ciuitati. Et faciunt scripta per Bart. & Ioann. Rebuffum *in l. final. C. de loca. prædior.ciuil.lib.*11. Decium *cons.*292. Calcan. *cons.*1. *num.*18. Barba. *cons.*24.*lib.*2. Bartholom. Socin. *cons.*32. *lib.*1. Rebuff. *in l.quod iussit,notab.*1.*num.*31.*&* 32.*pag.* 64.*ff.de re iud.cat.*

Nam ista sententia *Aretini* periculosissima mihi vi-
58 detur, † nisi id faciat Princeps ex iustissimis causis, *per l.quod semel ff. de decret.ab ordine facien.* & alia, quæ omitto. Nec Auend. iustè ad hoc retulit Aretinum *in d. consil.* imò Aretin. totum contrarium sentire videtur, vt *ex eo lem consilio* apparet. Ad quod etiam animaduertit Aluarus Valas. intelligendo *Aretinum* sicut ego intelligo *in tractatu de iure emphyteu.*§ 8.*num.*40.*fol.*53. vbi & *in num.*38.*præcedenti*, tenet sententiam Auenda. & idem tenet nouissimè Azeued. *in l.*1. *it.* 15. de las prescripciones, *lib.*4.*Recopilationis,num.*59.*fol.* 213. faciunt scripta per eundem Azeuedo *in l.*3 *tit.*7. *lib.*7.*Recopilat.num.*17. *fo.* 149. *& in l.*2.*tit.*5.*num.*1. *lib* 7.*Recopilat.fol.*135. & dicit Auendan. *vbi supra*, quòd in maiestate Regia non est licita talis reuocatio, per *Authent.de Referendariis, collat.*2 text. vbi Bald. *in c.*1. *ante num.*1.*de natu.feud.*
59 vbi Princeps absque culpa donatarij † non potest reuocare quod dedit, Idem Bart. *in l. vltim.* per textum *ibi.C location.prædi.fisc.lib.*10. & Paul. *in l. digna vox, num.*6.*C.de legibus*, Portius *cons.*2.*num.*3.*& cons.*28. *n.* 44.*& in cons.*48.*num.*9.*&* 108.*num.*6.*&* 107. *num.*29. Pinel. *in l.*2.*C.de rescinden.vend.pag.*1. *in rubr. num.*10. *fol.* 9. Et rectè conferunt quæ scribit Pontius super *l. Toleti:*2.*fundamen.*9.*part.num.*49.*&* 50.*fol.*87. Et pro Auendan, faciunt quæ scribit Carol. Ruinus *cons* 139.*nu.* 17.*lib.*1. vbi resoluit. Principem non posse statuere separationem Castri in præiudicium Ciuitatis habentis merum & mixtum imperium per viam contractus, licet à principio ad Regem pertineat concedere terminos, & diuidere inter villas, vt voluit Bart. *in l.*1.*C. de Metropo.Berit.lib.*11. vbi vult, quòd Communia Comita-
60 tus † non possunt scipsa diuidere in plures sine licentia Principis. Tradit latius Auendan. *lib.*1.*de exequend.mandat.Regis:c.*4 *num.*1.*cum sequentibus*, quod docet & tradit Ioan. Franciscus *in tractatu de Baronibus,in proœmio, num.*5.*pag.*4.*l.*2.*tit.*1.*part.*2. ibi, *Y el solo es oiroſi poderoso de partir los terminos delas prouincias,e de las villas.* Notat Laurentius Calcane. *in cons.*90.*num.*7 *&* 8 & facit *l.*18.*tit.*32.*part.*3. ibi, *O en suelo que sea del termino del Rey con otorgamiento del, o del Concejo.* vbi præsupponit terminos publicos esse Regis, ad idem est, *l.*3.*dicto tit.*32. ibi, *O exido comunal de algun lugar, sin otorgamiento del Rey, o del Concejo.* Quæ leges docere videntur, quod Princeps disponere potest in rebus etiam pu-
61 blicis † semel populis concessis, quod probatur etiam *in l.publica,ff.de verborum significatione,& in l.vsucapionem,ff.de vsucapion.& in l.sed & Celsus,in princip.* iuncta Gloss. 1.*ff.de contrahend.emptio.* tradit Carol. Ruin. *cons.*175.*num.*14.*lib.*1. vbi resoluit, secus esse in rebus, quæ sunt in patrimonio Ciuitatis, vel Castri.

Quod confirmo per peregrinam & singularem doctrinam Nattæ *in cons.* 511.*&* 512. vbi tradit, quòd Princeps potest tollere nundinas alicui populo concessas, quamvis longissimum tempus exercuerit, quod excedat hominum memoriam. Pro quo faciunt scripta per Felinum *in cap.nouit.num.*9.*cum sequentibus, de iudiciis*, Parisium *lib.*5.*conclus.*18. Andr. Gaill. *lib.*2.*observationum, observat.*60.*num.*15.*cum sequentibus, pag.*178. Thesaurus *d.decis.*264. Alexand. *in consil.*107. *lib.*3. Cephalus *in consilio* 357. *lib.*3. Et quod Princeps possit reuocare gratias, tradit ex pluribus authoribus Tiberius Decianus *resp.*25.*num.*3.*lib.*1.& inter alios ad hoc citat Glossam *in reg.decet de regul.iur.in* 6. Butrigar. & alios *in d. cap.nouit,de iudiciis.* Bald. *in l qui se patris.num. C.vnde liberi*, & concludunt quæ scribit Ægidius Bossius *in volumine practica criminal. titul. de Principe, numer.* 176. *pag.*624. facit *decisio* Thesaur. 264. *supra allegata.*

In hoc tamen (vt prædixi) debent esse iustissimæ causæ, ne Princeps à dictamine rationis & Religionis Christianæ deuiet, qui plusquam alius bonum publicum & priuatorum † prospicere & tueri debet. Ad quod facit *l.* 9. *titul.* 1 *part.* 2. *&* *l.* 9. *eodem titul* ibi; *Deue otrosi guardar mas a pro comunal de su pueblo que la suya misma; porque el bien y la riqueza dellos es como suyo.* Et per *d. l.* 2. inquit ibi Gregor. Lopez *in glos.* in verbo, *Departir*, vt obiter hoc dicam, quia pertinet ad nostram materiam, quòd si habens aliquod oppidum cum vicis & villis tali oppido subiectis cum iurisdictione, titulo maioratus impetret à Rege facultatem extrahendi vnam ex villis à maioratu, vt relinquat eam fortè filio secundogenito, quod † non poterit ex tali facultate separare vil- 63
lam ab oppido, si Princeps hoc non concesserit. Et ad hæc facit egregium dictum Menoch *in tract. præsumptionum, lib.*3. *conclus.*100. *numer.*8. *pag.* 386. vbi dicit, male facere Principes illos, qui prædia ciuitatum, & oppidorum, quæ *Communalia* appellant, sibi vendicant, & suæ Cameræ appropriare contendunt: cùm enim prædia ab hominum vniuersitate possideantur, *l.non tantum,*§ *vniuersitatis.ff. de rerum diuisio.* ex quo in memoribus ligna incidere, & 64
pascuis depascere consueuerint,† propria Vniuersitatis, non autem Principis esse præsumuntur; quod etiam est notandum ad ea quæ scribo *infra,q.*20.4.*part.à nu.*34.

Et prædictam sententiam quòd Princeps abstinere debeat à derogatione priuilegiorum, quæ ob seruitia concessa sunt, † tenet Chassan. *in consuetudin. Bur-* 65
*gund.rub.*1.§.5.*fol.*62.*col.*2. *num.* 190. *versic. nunquid autem:* vbi ex hoc dicit, non potuisse Ludouicum XII. Regem Francorum, qui fuit Auus paternus Dominæ Reginæ nostræ Isabellæ, reuocare gratias, quas dedit existentibus in exercitu cum eo in Italia contra Venetos, quando aduersus eos habuit victoriam, in qua captus fuit famosus Dux Bartholomæus de Albiano; & resoluit Thomas Grammaticus *voto* 28.*num.*13. ex doctrina Andr. de Isernia *in cap.Imperialem, de prohibit. feud. alienat. vers. circa hoc videtur*, vbi dicit, quòd si Princeps in præmium seruitiorum concessit alicui iurisdictionem, non potest reuocare; & idem tradit Grammaticus *num.*24. quando per viam contractus fuit concessa iurisdictio.

Et Princeps, & qui illius supremo consilio assistunt, ante oculos habere debent quædam verba *Baldi*, quæ nostri Doctores sæpe referunt *in cons.* 277. *Pridie enim consuluit, lib.*3. vbi dixit, quòd in Principe tanquam in fonte iustitiæ, † debet esse constans voluntas, & Prin- 66
cipibus conuenit illud verbum, *Locutus est semel Deus, & quod scripsi scripsi*: Et ideo Princeps debet habere vnum calamum, & vnam linguam, & non plures; quia scriptum est, *Quæ processerunt de labiis non faciam irrita.* Vnde debet esse immobilis sicut lapis angularis. & sicut polus in cœlo. Et ibi affirmat, quòd quando Princeps etiam motu proprio reuocat illud, quod prius fecit, † 67
fingitur circonuentus, adeo quod contrarium probari non potest; tradit notanter Chassan. *in consuetud. Burgund.considerat.*99.*part.*12. Quintilian. Mandos. *in tractatu de ingratitudine,c.*53.*fol.*24. Et ideo secunda concessio Principis contra primam † non valet, vt per Ro- 68
manum *cons.*218.*circa primum*; & Alexand. *in cons.*3.*l.*5. cum *concordantibus*, vt per Decium *in l.mutare,n.*3.*&* 4. *ff. de reg. iur.* Ias. *in l.quoties,n.*6.*C.de rei vendica.* facit

*l.*27.

*l.*27. ibi, *E los que fallaren que fueren dados primero.* Et *l.*37. *&* 39. *tit.*18. *part.*3. De quo plura bona scribit Andr. Gaill. *observationum lib.*2. *observat.*55. *num.*1. *cum sequentibus, pag.*173. eleganter Gozadin. *in consil.*14. *num.*13. *cum sequentibus*, Anton. Gabriel. *lib.*2. *communium opinionum, tit. de iure quæsito non tollen. conclus.*7. *num.*2. *pag.*190. Hinc fit, quòd reuocatio
69 priuilegiorum † non præsumitur; vt per Alexandrum *in cons.*157.*lib.*7.*num.*2. Decium *cons.*165.*n.*5. Menochium *cons.*2.*num.*135.
70 Prædicta confirmantur, quia in dubio est † iudicandum pro priuilegij subsistentia, & non pro reuocatione: *cap.in Galliarum*, 25.*quæst.*2. & volunt Calderin. *cons.*11. *tit.de priuileg.colum.*2. Federic. de Senis *cons.*233. *ante finem*, Decius *cons.*168. *col.penult.ante medium*, Parisius *cons.*141.*num.*12.*lib.*4. Quintil. Mandosius *in regul.*13. *reseruationis, quæst.*8.*num.*11.*fol.*67. Et rescripta Principum ita sunt intelligenda, vt nemini iniuriam faciant, secundùm Baldum, per illum textum *in l.ex facto, ff.de vulga in principio*, cum *concordantibus*, vt per Decium *cons.*11.*num.*4. *in principio.*

¶ Licebit tamen † Principi derogare donationem factam alicui, vt primogenitis, propter ingratitudinem donatariorum, sicut cuilibet alij priuato, iuxta *l.vltimam, C.de reuocan. donation. &* l.7. *tit.*4. *part.*5. & facit *l.*17. *Taurina, in vltimis verbis*, & doctrina Innocentij *in cap.cum M.Ferrariensis, col.*2. *versic.aduertendum tamen, de constitut.* vbi dicit, quòd priuilegium etiam non subdito concessum, reuocari potest propter ingratitudinem illius, cui concessum fuit. Et sequitur Decius *in cap.nouit, num.*8. *in vers. quarto limitatur. de iudi.* vbi post Abb. *ibi*, & Alexand. *in cons.*215. *lib.*2.
72 hoc limitat, † nisi priuilegium transiret in contractum ob aliquam causam onerosam: quia tunc etiam ingratitudine interueniente est irreuocabile, iuxta *l.si pater,* §.1. vbi Glos. *ff. de donation.* Et faciunt supra scripta *à num.*5. Et nouissimè qualiter Rex possit vendere campos, vel defessas, & reuocare donationes terminorum factas ciuitatibus, latissimè tradit Domin. Barthol. A Humada *in l.*5. *tit.*16. *part.*2. *glos.*6. *num.*4. *cum seqq. fol.*174. quæ cautè legenda sunt propter prædicta, quæ valdè vrgent.

¶ Potest etiam Rex reuocare donationem, quam fecit de aliquo Marchionatu alicui, & eius filiis primogenitis, si eo tempore quo donationem fecit, reseruauit ius reuocandi; vt per plura notabilia probat Aymo *consil.*135. *num.*22. *cum pluribus sequentibus.* Ad quod adduco regulam *l.si debito*, §.1. *ff. quibus modis pign. vel hypoth.solui.* & quæ adducit Marc. Brun. de Anguil. *cons.*18. *num.*103. *In fideicommisso: & cons.*76. *num.*39. qui allegat Alexandrum *in cons.*131. *lib.*4. Bartholom. Socinus *in cons.*43. *lib.*4. Ripa *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres, num.*84. *ff. de verborum obligationibus.* Pro quibus etiam facit *l.*44. *Tauri, hodie l.*4. *tit.*7. *lib.*5. *Recopilat. in finalibus verbis, & l.*17. *in eisdem legibus Taurin. hodie l.*1. *tit.*6. *eod. lib.*5.

Et qualiter Princeps teneatur obseruare donationes
4 factas Ecclesiis ab antecessoribus, † resoluit Speculator *part.*2. *partic.*2. §. *nunc autem, num.*11. *fol.*125. vbi inquit, obseruandas esse, nisi enormiter Regnum lædatur, & etiamsi lædatur, si Ecclesia se defendat præscriptione, vel alia legitima causa, per *cap.pastoralis, de donation. & cap.intellecto, de iureiurand.* ¶ Et in hac etiam mate-
75 ria magnificanda † est *l.vltim.tit.*7. De los mayorazgos, *lib.*5. *Recopilat. in tota lege*, præcipuè in illis verbis, *Pero toda via que las ayan por mayoraz-go, y finquen al hijo legitimo mayor de cada vno dellos, y si muriere sin hijo legitimo, que tornen los bienes del que assi muriere a la Corona de los nuestros Reynos.* Quæ lex, videri meo, est casus specialis, & non trahendus ad consequentiam ad omnes maioratus. De qua *lege* tracto
76 *part.*2. *quæst.*4. *illatione* 5. ¶ Et quod Princeps † non possit reuocare priuilegium, per quod dominium transfertur, secus si non transferatur dominium, tradunt Paul. *in l.digna vox, num.*6. *C.de legibus*, Cardinal. *in cap. perpendimus, num.*7. *de sententia excommunication.* Aretin. *in cap.nouit, num.*26. & ibi Felin. *num.*10. *de iudiciis*: Cuman. *in consilio* 162. Carolus Ruinus *in cons.*130. *num.*14. *lib.*5. Petrus Barbosa *in l.quia tale, num.*45. *pag.*324. *tom.*2. *ff. soluto matrim.* Lancellot. Conrad. *in templo Iudicum, lib.*1. *cap. de Imperatore.* §.4. *vers. octauo è conuerso, n.*1. *cum sequentibus, fol.*76. Et priuilegia reuocata nullam faciunt fidem secundùm Baldum *in authent. omnes peregrini, C. communia de successionib.* Matthæus ab Afflictis *in constitut. Sicilia. lib.*2. *rubr.*28. *num.*8. *fol.*230.

SVMMARIVM.

77 *Princeps an possit primogenito adiudicare Comitatum, aut aliam Dignitatem, & fratribus fructus? latè discutitur, & num.*78. *&* 82. *doctrina quædam* Nicolai Boerij *improbatur.*
79 *Reipublicæ expedit, ne per plures iurisdictio administretur, & num.*101.
80 *Bona emphyteutica indiuisibilia in Lusitania ad primogenitum pertinent.*
81 *Iurisdictio castri qualiter diuidatur inter primogenitum & eius fratres, remissiuè.*
83 *A capite non licet membra discedere.*
84 *Illi tanquam digniori cætera membra videntur subalternari.*
85 *Idem iuris est in membris ac in capite.*
86 *Pars non debet recedere à toto.*
87 *Vna & eadem Dignitas non debet esse diuersæ naturæ.*
88 *Imperium est ad similitudinem corporis humani, à quo si particula abscindatur, monstrum est.*
89 *Ille dicitur Baro, qui tenet caput Baroniæ.*
90 *Dignitates à Republica separari non possunt.*
91 *Ducatus, Comitatus, & Marchionatus regulariter diuidi non possunt. Ad primogenitos deferuntur, num.*95. *&* 100. *& quare? num.*104.
92 *Feudum si iurisdictionale sit, an possit Princeps fundare primogenituram in vocatorum præiudicium.*
93 *Regulæ tanquam firmamento standum est.*
94 *Feuda capite minui non debent.*
96 *De connexis idem est iudicandum.*
97 *Vnitorum eadem esse debet dispositio.*
98 *Argumentum de parte quoad totum integrale validum est.*
99 *Qui potest granare in quantitate, an possit diuidere.*
102 *Feudum iurisdictionale apud vnum debet esse.*
103 *Ius, quod habet Dominus in vassallos, est indiuiduum.*
105 *Communionem perpetuam iura propter dissensiones euitandas abhorrent.*
106 *Ex coniecturata mente defuncti patrimonium vnitum remanere debet, & quare.*
108 *Indiuiduum est, cuius essentia est impartibilis.*
109 *Princeps qualiter possit separare villam, quæ est de maioratu, ab oppido, cum facultate Regia, & donare filio secundo; & an filius secundus possit gaudere fructibus? remissiuè.*
110 *Consuetudo vbi totam hæreditatem primogenito addicit, quid ille fratribus præstare teneatur.*
111 *Ius accrescendi an habeat locum inter fratres Comites, Barones, & in decreto Iudicis, remissiuè.*
112 *Rex an possit donare salinas, portoria, vectigalia, & tributa.*
113 *Alimenta, quæ deducuntur de Dignitatibus Regalibus, an dicantur deduci vt legitima, an vt alimenta.*
114 *In solo Principe sunt omnes thesauri Dignitatum.*
115 *Pater, tradita filio possessione rerum maioratus, an possit bona alia subrogare absque filij consensu, & num.*118.
116 *Acceptans contractum; cum clausulis, pactis, & conditionibus, quæ illi adsunt, acceptare videtur.*

117 Lex 44.Tau. i *declaratur, & num.*119.& 123.
120 *Cui licet quod est plus, licet quod est minus.*
121 *Pactum in præiudicium iuris retractus proximitatis iàm radicati, & fundati iure publico, non valet.*
122 *Pater non potest revocare maioratum de bonis donatis sibi & filio,etiam ante traditam filio possessionem.*
124 *Donatarius inter vivos an possit gravari in testamento donantis.*
125 *Pater post donationem irrevocabilem Tertij & Quinti filio factam, non potest ea bona vinculare.*
126 *Donans an possit gravare donatarium in re donata in testamento.*
127 *Filia an possit gravari in dote in substitutione vulgari.*
128 *Quando gravari possit, remissivè.*
129 *Primogenitus in contractu matrimoniali institutus si sine liberis decedat, potest pater secundogenitos, vel nepotes ex fratre vocare.*
130 *Pater dividens bona inter filios per divisionem irrevocabilem, non nocet illis per fideicommissum in illis bonis factum.*
131 *Castro concesso alicui per Regem, vt post eius vitam iure maioratus in filium fratris transeat, si donatarius filios habeat, filius fratris an excludatur.*
132 *Post factam meliorationem si pater delictum committat, an revocetur melioratio.*
133 *Sententia* Ioannis Lopij, *quòd Princeps non solum possit modificare donationem ab eo factam, sed etiam ab alio Tertio, non probatur.*
134 *Quintum an deducatur prius quàm Tertium, in quo filius fuit primò melioratus.*
135 *Fœminæ tempore concessionis privilegij non exclusæ, an post excludi possint.*
136 *Facultatem habens ad faciendum maioratum, an pluries quàm semel revocare possit. Quid cùm de Tertio & Quinto fit, num.*149.& 150.
137 *Verba,* toties quoties,*infinitatem an significent.*
138 *Commissarius ad executionem, eam mutare non potest.*
139 *Quid vbi à testatore aliud cautum inuenitur.*
140 *Revocatio vbi permittitur, pro prima vice intelligitur, & num.*148.
141 *Quid in patrono laico.*
142 *Revocans semel aliquem actum non potest revocationem revocare.*
143 *Sermo simpliciter prolatus intelligitur de primo actu, quando actus suapte natura non est irrevocabilis.*
144 *Legis dispositio in infinitum intelligitur. Quid quando ex speciali beneficio legis ius competit, num.*146.
145 *Lex semper loquitur.*
147 *Facilius amittitur beneficium iure speciali quam communi.*
151 *Maioratu instituto, possessione tamen vel scriptura non tradita, an permittatur patri post multum tempus revocatio.*
152 *Primogenitus an possit variare pluries quàm semel in terminis* Pragm.anni 1534.
153 *Pater tenetur filio tradere res maioratus liberas ab oneribus, quibus institutionis tempore non subiacebat.*
154 *Pacta matrimonialia pro perfectis an habeantur.*

77 TErtiò ex superioribus infertur,† falsam esse quandam sententiam Nicolai Boerij *in decis.*204.*n.*29. *fol.*8. vbi dicit, quòd Princeps potest primogenito ex pluribus fratribus adiudicare Comitatum, & aliis fratribus dare fructus. Et quamvis Comitatus & Marchionatus,& aliæ Dignitates sint indiuisibiles, intelligi debent solum de ipsis Dignitatibus, & Titulis Dignitatum,non autem de bonis temporalibus, putà, ciuitatibus, castris, locis, & aliis immobilibus, & mobilibus pertinentibus ad ipsas Dignitates: illa enim (secundùm eum) sunt indiuisibilia. Ad quod facit authoritas Iason. *in cons.*236. *Exordiendum, an Rex Romanorum, lib.*2. quem vitiosè retulit Boërius *in num.consilij*, nec meretur ad hoc aduocari: nam vt ex consilio apparet, dicit esse licitum Principi pro bono pacis, & ex iusta causa adiudicare filio primogenito dignitatem Comitatus, & aliis fratribus fructus, quod iure fieri potest, vt latius ipse fundat, & alij, quos citat Fuluius Pacianus *in tractatu de probationibus. lib.*2. *cap* 36. *num.*100. *fol.*144. qui *num.*104. resoluit idem quod Nicolaus Boërius ex Alberico & Curtio. Et faciunt quæ de diuisione iurisdictionis refert nouissimè Valdes *in additionibus ad Suarez in l.quoniam in prioribus, limitat.*12.*pagina* 89. & apparet ex his, quæ ego scribo *in* 4.*part. huius operis, quæst.*22. *à num.*21. & Iasonem & alios refert Rojas *in epitom.de succession.cap.*5.*n.*33. *pag.*51. quos ipse sequitur; † nescio qua ratione, & ideo iustè reprehendunt Iasonem *in d.consil. & in consil.*197.*lib.*4. Paris. *in consil.*5. *num.*10. *lib.*1. Cephal. *cons.*302. *num.*136 *lib.*3. 78

Poterat melius Boërius referre pro fundamento propriæ sententiæ, Alberic. *in dictionario suo, in verb.feudum:* & Curtium *in tract.feud.* 4.*part.quæst.*30.*n.*121. *pagina* 418. & Curtium Senior. *in consil.*68. *col.*9. *num.*13.& 14. qui Authores idem tenent quod *Boerius* quod latè tenet & prosequitur Carolus Ruinus *in consil.*2. *num.*1. *cum sequentibus, lib.*4. Et pro Boerio est etiam doctrina Bartoli *in l.inter tutores, in fine, ff. de administrat. tutor.* per illum textum vbi dicit, quòd feuda aliàs de sui naturâ indiuisibilia, possunt diuidi quoad administrationem, & exercitium iurisdictionis, scilicet, vt vnus administrationem habeat vno anno, alius alio anno: vel quod vnus habeat administrationem in vno loco, alius in alio, & loquitur in Comitatu; & idem voluit Angelus *in l.*2. §.*ex his, ff. de verborum obligationibus;* & latè fundat Bartholom.Socinus per plura fundamenta *in cons.*67. *num.*29. *cum aliis, libro* 2. & in *cons.*272. *num.*2. *eodem libro*, & 278. *num.*2. latius Alexand. *in cons.*25. *per totum consilium, lib.*5. Fuluius Pacianus *in tract.de probationibus, lib.*2. *dicto cap.*36.*num.*76. *cum sequentibus, fol.*143. qui materiam lariſſimè tractat. Et conducunt pro istis plura quæ scribit Tiraquellus *in tract. de primogen.*17.*quæst. in* 5.*opinione, num.*1. *cum aliis, pagina* 178. & Petrus Rebuffus *in declaratione feudorum, num.*26. *pag.*486. *& sequenti.* Curtius *in tractatu feudorum,* 4.*part. principali, num.*122. *versic. nono & vltimo, pag.*423. vbi varia scribit de ista materia, Iaso *in l.stipulationes non diuiduntur, num.*13. *ff. de verborum obligation.* & in §. *quædam, num.*56. *Instit. de action.* Roland. *cons.*80. *num.*27. *libro* 1. qui multa in proposito tradit: & *in cons.*1. *num.*106, *libro* 1. & Molina *lib.*1. *de primogeniis, cap.*11.*num.*15.*folio* 85.Menochius *in consil.*439. *num.*15.*lib.*5. Lofredus Lanfrancus *libro* 3. *communium opinionum, conclus.*141. *pagina* 143. latissimè & resolutiùs Curtius Senior *in consil.*50. *num,*14.*cum sequentibus*, vbi resoluit de diuisione iurisdictionis, & de iure accrescendi, & in Regibus primogeniris Guillelm. Benedictus *in cap. Raymuntius, de testamentis, in verb. in eodem testamento, num.*147. *cum sequentibus*, quem citat Chassanæus *in catalogo gloriæ mundi, part.*1. *consideratione* 44. *folio* 19.*colum.*3. Et facit doctrina Baldi *in dicta l.unica, num.*32. *C. quand. non peten. par.* vbi dicit, quod feudum indiuisibile accrescit quoad omnes commoditates & prouentus, sed quantum ad indiuisibilem iurisdictionem non dicitur accrescere, sed recrescere.

Et † expedire Reipublicæ, ne iurisdictio per plures administretur, voluit Bald. *in l. cuius, ff. de curator. furios.* quem inducit ad probationem consuetudinis, quod primogenitus exerceat iurisdictionem. Notat Gregorius Lopez per textum *ibi, in l.* 1. *titul.* 1. *in glossa*, Fuessen, *part.*2. & idem probatur *in l.* 7. 79

*titul.*1.

titul. 1. *part.* 2. & circa hoc plura notabilia tradit Lucas de Penna *in l.*2. *colum.*3. *C.de exact. & exercit. lib.*12. & notat Decius *consilio* 249. *num.*3. eleganter Burſatus *consilio* 127. *num.*37. *lib.* 2. Episcopus Couarru. *in practicis quæstionibus, cap.*1. *num.*5. Caldas Pereira *in tractatu de nomination. ad emphyteusim, quæst.*13 *num.*39.*fol.*135. Notanter Portius *in cons.*11. *num.*1.*cum sequentibus,* Bart. quem isti non referunt *in tractatu de regimine ciuitatis, num.*8.*fo io* 155. Cephalus *in cons.*3. *num.*83. Menoch. *in consilio* 377. *num.*10. *lib.*4. qui ostendit quod interest vassallorum non habere plures Dominos. Et quòd in Lusitania eò
80 quia bona emphyteutica sint indiuisibilia, † pertineant tantum ad primogenitum,tradit in specie Caldas Pereira *in tractatu de renouatione ad emphyteusim, quæst.*17.*num.*7. *folio* 145. vbi refert Abba. *in consil.... lib.*2. Episcopus Couarru. *resolution.l.*6.3.*cap.*5.*num.*3. Suarez *in l.quoniam in prioribus, C de inofficios. testament. ampliat.*10. *num.*26. Antoni. *in l.* 40. *Taur. in principio, & num.*59. Et quod in beneficialibus non habeat locum diuisio, probatur *in cap.maior, de præbendis,* tradit Franciscus Marcus *decis.*405. *num.*4. Et
81 qualiter iurisdictio Castri diuidatur & exerceatur inter primogenitum & eius fratres;tradit † notabiliter Glos. Parisiens.*in consuetudin.Parisiens. part.*1.§.10.*num.*24. *folio* 126. quem lector legat. De quo legendus est Carolus Ruinus *in consilio* 34. *num.*1. *cum sequentibus, lib.*1. Sed contra Albericum & Curtium in locis suprà citatis magno animo renet Anton.Rubeus *in cons.*133. *num.*9.*vsque in finem consilij*, per textum *in cap.Imperialem*, §.*præterea Ducatus, de prohib. feud. aliena.* & per alia iura. Ex cuius fundamento hæc sententia & illatio contra Nicolaum Boerium fundari potest. ¶ Et
82 contra Boerium † facit text.*in cap.*1.*de succession.feud. & in cap.*1. *de aliena. feud. pater.* & quod scribo *in* 2. *part. huius operis in principio, à num.*456. & doctrina Afflict. *in d.cap.*1.*de success.feud. num.*18. & quæ scribit Rolandus *consilio* 10.*num.*37.*lib.*3. Fuluius Pacianus *in tract.de probationib. lib.*2. *dict. cap.*36. *num.*61. *fol.*142. Mat. Brun. de Anguil. *cons.*54. *num.*50. qui plures refert.

Et contraria opinio in nostra Hispania non solum falsa, sed ridicula (vt ita dicam) est: quis enim vsque in Hispania vidit vnum filium possidere Comitatum, aut Marchionatum, & alios filios fructus habere? Et de iure etiam opinio *Boerij* minimè sustentari potest
83 per supra dicta Et quia † non licet à capite membra discedere, *cap.cum non liceat, de præscription.* & capiti tanquam principali, & digniori cætera membra vi-
84 dentur † subalternari vt accessoria, *l. cum in diuersis, ff.de relig.& sumpti.funer.* Notat in bono casu Bartholomæus Socinus *in consil.*7. *num.*1.*lib....* Et facit quod habetur in Euangelio, *Quod Regnum in se diuisum desolabitur.* Et facit notabile consilium Oldradi 94. *n.*9.
85 *cum sequentibus.* Et idem iuris est in † membris, & in capite, *cap. in Synodo*, 63. *distinct. cap.*1. 16. *quæst.*2. *cap.cognouimus,* 12.*quæst.*2. & alios concordantes refert Glossa *in d.cap.in Synodo.* Et hoc latissimè tractat Ioan. Cirier *in tractatu de primogenitura, lib.*2. *quæst.*14. *fol.*79. & prius *quæst.*13. Augustin.Beroius *in consil.*71. *num.*36. *lib.*1. qui loquitur in notabili casu de successione patrui & nepotis, quod in Ordine Iesuitarum in notabili casu latè tradit Hieronymus Gabriel *consi-*
86 *lio* 28. Et pars † non debet recedere à toto: *l.si quis cum totum,ff.de exception. rei iudicatæ.* Et vnus & idem Comitatus non debet diuersò iure censeri, nec debet
87 † esse diuersæ naturæ, & conditionis, secundùm Ripam *resp.*80.*num.*35. *per l.eum qui duos,ff.de vsucap. & cap. cum in tua. de decim.* Tradit Matthæus ab Afflictis *in cap.Imperialem,vers.tertio noto, n.*5.*fol.*318.*de prohibit. feud. aliena.*

Vnde etiam dicit eleganter Bald. *in proœmio feud. num.*32.*fol.*3. quòd distinctio quorundam, qui dicunt, quod Imperator potest diuidere per res, sed non per quotas Imperium, est falsa; quia Imperium est in similitudine † corporis humani, à quo si abscinderetur 88
particula,non esset corpus perfectum, sed monstrosum. Et idem in ista materia tradit Andreas de Isernia *in dicto cap.*1. *de feud.Marchiæ, num.*2. *fol.*5. vbi dicit, quòd contrarium est monstrum. Et ille dicitur Baro, † qui tenet caput Baroniæ, vt notat post alios Ioan. 89
de Platea *in l.vltima, C vt digniti. ord. seruet. num.*6. *folio* 118. Rebuffus *in l.si vt proponis num.*10.*fol.*157. *eodem titulo.* Et dignitates Regales sunt solum Reipublicæ; & sicut radij solares à sole, ita huiusmodi Dignitates à Republica, à qua orta sunt, † separari non 90
possunt,secundùm Baldum *in dicto cap.*1. *de feud.Marchiæ*, & tradit latè Zasius *cons.*8. *num.*8. *cum sequentibus, libro* 1. Et si Rex, Dux, vel Marchio decedant habentes alios filios, solus primogenitus in istis Dignitatibus succedit, vt latè per Burlatum *in consilio* 3. *num.*7.

Et regulariter Ducatus, Comitatus, & Marchionatus † diuidi non possunt, *dicto cap.Imperialem, & præterea Ducatus, de prohibit. feud. aliena. per Federicum.* 91
De quo per Alexandrum *in cons.*6.*lib.*5. vbi Glos. Parisiens. plures concordantes refert, Nicolaus Boerius *tractat. de custod. clauii. num.*68. Natta *in consilio* 289. *num.*1.& 2. *lib.*2. vbi latè tradit, quòd Dignitates Ducatus, Marchionatus, & similes sunt indiuisibiles, maximè si primogenitis competunt, Conradus *in templo Iudicum,lib.*1.*cap.*4 *de Duce,n.*13.*fol.*105. Et quòd ob eandem rationem ne feudum diuidatur,maximè si sit iu-
risdictionale, possit Princeps fundare primogenituram 92
in præiudicium vocatorum, resoluit Cephalus *in consil.*302. *num.*30.*cum sequentibus*, post Roland. *in consilio* 10. *in principio, lib.*3. tradunt omnes *in dicto §. præterea Ducatus:* Curtius *in tract.feud.*4.*part.quæst.*30. *pagina* 418. & suprà dictum fuit; & Regulæ tanquam firmamento † standum est: *Ab ea parte, ff.de probation.* 93
Item feuda capite † minui non debent, etiam à Prin- 94
cipe,vt ex Andr.de Isernia *in d. cap. Imperialem*, tradit Glos. Parisiens. *in consuet.ud. Parisiens. §.*35. *quæst.*3. *num.*7. *fol.*266. & facit, quod idem scribit §.1. *glos.*3. *num.*24. *fol.*21. & §.2. *glos.*4. *num.*18. *fo'.*60. & vide etiam Alexand. *in cons.*7.*lib.*5. latius *in cons.*25. *eodem libro, per totum*, vbi Glos. Parisiens.

Et cùm Dignitas Marchionatus, & aliæ similes sint indiuisibiles, hoc modo deferuntur † ad filios primo- 95
genitos, vt ostendunt post alios Molin. *lib.*1. *de primogen. cap.*11. *num.*15. Aymo. *in cons.*256.*num.*1. Gozadin. *cons.*84 *num.*6. Matienç *in l.*1.*tit.*9. *glos.*1.*n.*10. *lib.*5. *Recopilat.* Ioan. Gratian. *regul.* 34. Menoch *in cons.*304.*n.*10. *lib.*4. Valdes *in additionibus ad Suarez in l.quoniam in prioribus, limit.*11.*pag.*87. Rolandus *in cons.*86. *num.* 6. *lib.*1. latè Laurent. Chircoui *communium opinionum, Centur.*2. *conclus.*95. quem citat Burſatus *in cons.*3. *num.*1. Ioan.Cirier *in tractatu de primogenitura, lib.*1. *quæst.*7. *fol.*8. & *quæst.*11. *conclus.*2. *fol.*15.& 16.& *conclus.*3. Andr.Gaill. *observation.lib.*2. *observat.*153.*num.*1.*cum sequen.ibus, pag.*269. Nicolaus Boerius *in dicto tractatu de custod.clauium, num.*65. Et in terminis primogenituræ quando bona sunt indiuisibilia, tradit Menochius *in cons.*439. *num.*16. & 17. *lib.*5. Conradus *in templo Iudicum,lib.*1.*cap.*2.*num.*18. *fol.*99. Natta *in consil.*289.*num.*1.& 2. *lib.*2. Et plura ad propositum nouissimè & ex professo scribit Fuluius Pacianus *in tract.de probation.lib.*2.*dicto cap.*36.*num.*1. *cum sequentibus, folio* 139. qui *num.*103. tradit quod feuda Ducatus, Marchionatus, & Comitatus non seruant ius primogenituræ, cum ex successione pertinent ad omnes fratres, ex Bartholom.Socino *in consil.*278. *libro* 2. Curtio Seniori *in cons.* 68. *dub.* 2. Et omnes appendices, & quæ connexa sunt ad maioratum, indiuisibilia peruenire debent; quia de connexis idem † est iudicandum, *cap. translato, de constit. cap.quanto, de iudi.* cum *concordant.* vt per Felinum, & Decium 96
in dicto cap. translato. Et vnitorum † eadem debet 97

esse dispositio, *l. si plures, §. filia*, vbi Angelus, *ff. de vulgar.* notat Baldus *in l. item si fundi, §. huic vicinus*, per illum textum, *ff. de vsufruct.* & est notabilis casus *in l. 1. §. item quæritur, ff. de aqua quotid. & æstiua*: ibi; *Ego Ofilio Assentio non posse diuidi, quia non potest ita in parte vis fieri, quin in tota aqua vis fiat.* Et faciunt scripta per Felinum *in cons. 35. num. 16. & 17.* vbi tradit, quòd Regnum omne diuisum desolabitur, & alia ad propositum, & de vnione conseruanda tractat eleganter Syluan. *in tractat. de beneficiis, part. 1. quæst. 5. num. 18. fol. 27.* Et qualiter iudicetur in retractu rei indiuisibilis tradunt Ioan. Fab. *in §. si plures, Instit. de legitima agnatorum successione*, Cifuentes *in l. 70. Tauri.*

98 Et valet argumentum † de parte quoad totum integrale: *d. l. quæ de tota, ff. de rei vend.* facit *l. 2. §. nouissimè, ff. de origine iuris*, Et quæ adducit Chassan. *in catalogo gloriæ mundi, p. 1. fol. 16. in vers. item non potest princeps, col. 4. & fol. sequenti, col. 2. vers. item Reges, & l. 5. tit. 15. part. 2. & l. 1. tit. 1. part. 2.* Et ille qui potest

99 grauare in quantitate, † potest diuidere, vt tradit in ista materia Ioan. Lopius *in l. 27. Taur. n. 32. per l. vnum ex familia, § sed si duos, ff. de legatis 2.* ¶ Et quod scribit Abbas *in cap. licèt de voto*, vbi inquit, quòd Regna,

100 Comitatus, & aliæ Dignitates non diuiduntur, † sed primogenitis debentur; quod introductum fuit propter bonum publicum, ne Dignitas diminuatur; quod refert & confirmat Decius *cons. 389. num. 6.* Et ex multis Authoribus resoluit diligenter Pinellus *in l. 1. C. de bonis maternis, p. 3. num. 16. fol. 74.* vbi tradit, hoc

101 seruari de generali consuetudine, † & expedire ad Reipublicæ vtilitatem. Et quòd vnus tantum sit dominus & non plures. Et plura notabilia tradit ad propositum Curtius Senior *in consil. 66. num. 14.* & prius *num. 10. & 11.* Bursatus *in consil. 127. num. 37. lib. 2.* Episcopus Conarru. *in practicis quæstionibus, cap. 1. num. 5.* Caldas Pereira *de nominat. ad emphyt. quæst. 13 num. 59. fol. 153.* ad quos addo eleganter Alberic. *in proœmio Digestorum, § discipuli, num. 9. cum sequentibus.* Nicolaum Boërium *in tract. de custodia clauium, n. 71. pag. 906.* Cephalum *in cons. 617. num. 12. lib. 5.* Portium in eademmet causa consultum inter Duces Ferrariæ & Florentiæ, *in consil. 167. num. 42.* Et plura citat more solito Tiraquellus *in tractatu de primogenitura, quæst. 4. num. 21. & 22. pag. 82.* Rolandus *in cons. 11. num. 1. cum sequentibus, lib. 3.* Nauarrus *in d. cap. nouit, de iudiciis, notab. 3. num. 173. pag. 137.* Ad quæ addo excellentissimum consilium Menochij, vbi ad vtramque partem multa adducit tam ex iure nostro, quàm ex historiis *in consil. 163. num. 1. cum sequentibus, lib. 2.* Oldrad. *in cons. 94.* latiùs Zasius *in cons. 10. num. 3. & 4. lib. 2.* A Humada *in l. 7. tit. 1. part. 2. glos. 4. fol. 122.* & Plato *lib. 1. de Clementia*, Cicero *lib. 3. de legibus.* Et faciunt plura quæ scribit doctissimus Lopez Madera *in libro de Monarchia Hispaniæ, fol. 5.* Auiles *in capitulis Correctorum, cap. 46. num. 2. fol. 263.* Gregor. Lopez *in l. 7. tit. 1. part 2.* & notabilis *l. 1. tit. 1. part. 2.* Et plura refert dominus Valdes *in l. quoniam in prioribus, C. de inofficios. testament. primo dubio, limit. 11. pag. 87.*

Et quòd si feudum sit iurisdictionale, expediat quod

102 sit † apud vnum, tradunt Paulus de Castro *in cons. 161.* cuius volumen non refertur, Barbatius *in cons. 66. lib. 4.* Curtius *in tractatu feudorum, p. 4.* & alij, quos citat Antonius Gabriel *lib. 3. communium opinionum, conclus. 2. num. 4 pag. 151.* & tradit latè Aluarus Valascus *in tract. de iure emphyt. quæst. 38. num. 12. folio 220.* & plura notabilia tradit Menochius *in consil. 158. n. 47. cum pluribus sequentibus, lib 2.* ad quos addo Nattam *in consil. 289. num. 2. & 3. lib. 2.* Et ius quod habet Do-

103 minus in vassallos, est † indiuiduum, *l. vltim. ff. de iure patronatus.* Glos. *in l. sub conditione, ff. de assigna. libert.* cum aliis, vt per Tiraquellum *in tract. de primogenitura, quæst. 85. num. 8. pag. 400.*

Et argumentari etiam possumus à maximo inconuenienti, quod ex contrario sequeretur, quia si filius primogenitus dignitatem Marchionatus haberet, & alij fratres fructus & prouentus, † inane nomen dignitatis 104
haberet primogenitus, nec posset proprium honorem, statum, & memoriam, & imaginem maiorum sustentare, & potius cederet in damnum, quam in vtilitatem; quod absurdissimum, & contra omnem rationem esset. Nam absque diuitiis istæ Dignitates repræsentari nequeunt, vt trado *in quæst. 1. supra hac 1. part.* & esset quædam communio perpetua, quam iura propter † dis- 105
sensiones euitandas abhorrent, *l. in hoc iudicium, §. si communia, ff. communi diuidun. l. 11. titul. 10. part. 5.* Notat Glosia *in l. vltima, C. commun. diuidun.* & est communis secundùm Antonium Rubeum *in cons. 89. num. 2.* Iasonem *in §. quadam, de action. & in l. si prius, num. 5. ff. de noui oper.* Bartholom. Socinus *in cons. 278. lib. 2.* Decius *in l. si quis in conscribendo, num. 23. C. de pact.* idem Iaso *in authent. cui relictum, num. 8. C. de indict. viduit. tollend.* Hippolyt. *singul. 9.* quæ conclusio procedit etiam appositio iuramento, vt tradunt Alexand. *in cons. 18. lib. 2.* Socinus & Decius *in locis suprà citatis*, Ias. *in l. si non sortem, §. si centum, num. 7. ff. de condict. indeb.* ¶ Et ex coniecturata mente defuncti patrimonium vnitum † remanere debet, ne plures hæ- 106
redes pauperiores efficiantur, secundùm Bartholom. Socinum *in cons. 152. n. 3. lib. 1.* Gratum *in cons. 120. num. 23. lib. 2.* Guillelm. Benedictum *in cap. Raynuntius, de testament. in verb. in eodem testamento, in 1. nu. 174.* & alios, quos citat Bursatus *in cons. n. 70. num. 58. libro 2.* quod confert ad ea, quæ scribo *part. 2. quæst. 5.*

Ex quibus merito disputat egregius Caldas Pereira *in tractatu de nomination. † ad emphyteus. quæst 24.* 107
num. 47. fol. 275. an emphyteusis, quæ non recipit diuisionem, debeat tantum pertinere ad primogenitum, vel ad alios fratres; quibus iungo quæ resoluit Zasius *in dicto consil. 20. num. 9.* vbi tradit, quod de iure olim in feudis Marchionatus, sicut in cæteris Dignitatibus, primogenitus filius in illis non succedebat, sed dabantur omnes Dignitates per inuestituram; & primogenito, nec cæteris debebatur.

¶ Et quid agendum sit quando ius indiuiduum competit in solidum ad plures hæredes, tradunt Bartol. Alexand. Iaso & alij *in l. 2. §. ex his, ff. de verborum obligation.* Notanter Antonius de Fano *in tractatu de pignoribus, part. 5. memb. 2. num. 37. fol 99.* Et indiuiduum 108
† est, cuius essentia est impartibilis, secundùm Baldum *in l. si plures, C. de condition. insertis*, Quintilian. Mandosius *in tractatu de signatura gratiæ, in parte, nec iure patronatus, fol. 51. colum. 3* ¶ Et qualiter Princeps possit separare villam ab oppido, quæ est de maioratu cum facultate Regia, & donare filio secundo; & an filius secundus possit gaudere fructibus? † resoluit Gregor. 109
Lopez *in l. 2. tit. 1. part. 2. in glos.* in verb. *Departir.* Nec minus facit dictum Glos. Parisiens. *in consuetud. Parisiens. part. 1. §. 8. num. 14. fol. 218.* dicentis, quòd vbicunque consuetudo totam hæreditatem addicit primogenito; † tunc nihilominus tenetur aliquid fratribus 110
præstare vice legitimæ, non tamen præcisè in corporibus hæreditariis, ne Dignitates, & feuda Herediorum, quæ consuetudo vni conseruari voluit, diuidantur, & sectionem patiantur. Et ita limitat *l. scimus, §. repletionem, C. de inofficios. testament.* Et quomodo dignitas Ducatus, & Marchionatus, & alia similia diuidi non possint, & plura de materia tradit Molina *lib. 1. de primogen. dicto cap. 11. num. 1. cum aliis, & lib. 3. cap. 1. n. 17. fol. 5.* & alia in confirmationem eorum, quæ hic tradita sunt, vide copiosè in *principio secundæ partis. num. 46. cum sequentibus.*

Et an ius accrescendi habeat locum inter fratres, Comites, Barones, & in decreto iudicis † tradunt Bart. 111
in l. 1. C. quando non petentium partes, Bald. *in l. penult. C. de condition. insertis.* quos citat Iulius Ferretus *in tractatu de gabellis, num. 430.* Ad quæ addo, quòd quando eiusdem rei administratio pluribus competit in

in solidum, maior eorum in tali administratione præfertur, vt volunt Innocen. & Doctores *in cap. cum deputati, de iudic.* præcipuè Abb. *num. 8.* Decius *in cons. 640. num. 3.*

Ex illis autem, quæ scripsi *supra, num. 88 cum seqq.* non sine iusta causa, ratione, & fundamento dubitari potest de doctrina Matienç. *in l. 3. tit. 10. lib. 5. Recopil. glos. 3. num. 4. folio 284. & glos. 7. num. 9. folio 285.* vbi resoluit, quòd Rex potest donare salinas, portoria, vectigalia, & tributa, vt latius ipse vult probare; quia cum dicti reditus sint partes bonorum Regni, & pertineant

112 ad Regiam Coronam, sicuti Reges † non possunt regulariter donare bona Regni, vt latius probo *in 4. p. q. 1.* non possunt donare dictas proprietates, & reditus, qui sunt partes bonorum Regni.

Et ex superioribus infero intellectum ad quæstionem quam disputat Baëza *de non meliorandis filiabus, c. 23. num. 1. cum sequentibus*, vbi latè resoluit, an pater possit meliorare filiam in Comitatu? quæ cautè legenda & practicanda sunt propter ea, quæ supra scripta sunt.

Et quòd alimenta, quæ deducuntur de dignitatibus

113 Regalibus, † non dicantur deduci vt legitima, sed vt alimenta, tradunt Hostiensis & alij *in cap. licet, de voto, & in cap. si hæredes, de testamentis*, Felin. *in cap prudentiam, de offic. Delegat.* Abb. *cons. 3. lib 2.* quos citat Celsus *in cons. 50. num. 7.* Quod confirmo, quia in solo Prin-

114 cipe sunt † omnes thesauri Dignitatum, secundùm Baldum *in cap. quis dicatur Dux, vel Marchio*, Glos. Parisiens. *part. 1. consuetud. Parisiens. §. 1. glos. 5. n. 49. folio 33.*

Quarto principaliter ex iam dictis deduco, quòd sicut pater non potest in maioratu semel perfecto per traditionem possessionis nouas adiicere conditiones, ita

115 † non est licitum absque consensu filij subrogare alia bona, quam ea, quæ in maioratu sunt comprehensa, quia in nullo potest alterare, nec mutare naturam primæuam, quam maioratui dedit: quod probatur ex *d. l. perfecta*, & ex aliis *supra* scriptis.

Quod procedere videtur, nisi in facultate Regia fuerit concessum patri, quòd possit addere, mutare, & subrogare bona, quæ voluerit: quia licèt filio fuerit tradita possessio bonorum vinculatorum, cùm pater vtendo facultate Regia concessa ad faciendum maioratum, & illam executioni tradendo faciat maioratum, in filium, cuius facultatis virtute maioratus valet, & tradat filio licentiam Regiam pro titulo maioratus; simul cum titulo bonorum maioratus filius tacitè acceptare videtur illam facultatem cum omnibus suis facultatibus, vinculis, & conditionibus: & ideo traditio possessionis nihil impedit patrem, quominus addere, minuere, & subrogare possit. Nam possessio tradita videtur sub conditionibus, quæ adsunt in facultate Regia. Acceptans enim aliquem contractum, cuius occasione ius illi acquisi-

116 tum fuit, † videtur illum acceptare cum omnibus clausulis, & pactis, & conditionibus, quæ in tali tractatu adsunt, *l. contra iuris, § vltimo*, cum *l. sequenti, ff. de pact. l. Caius, ff. de manumiss.* cum *concordan.* quæ scribo *infra, quæst. 55.* ¶ Et pro isto intellectu videtur expressa *l. 44.*

117 *Taurina* in illis † verbis: *Saluo si en el poder de la licencia que el Rey le dio, estuuiesse clausula para que despues de hecho lo pueda reuocar.* Nam sicut vbicunque in facultate Regia cauetur, quod quis possit maioratum semel iam factum reuocare, permittitur patri reuocatio etiamsi filio tradiderit possessionem, vel maioratus sit factus cum aliquo Tertio ob causam onerosam, vt pleniùs *in d. l. 44.* Iancitum est, ita licet patri virtute Regiæ

118 facultatis, in qua adsunt verba prædicta, quod possit † augere, vel minuere, subrogare alia bona, quàm ea priùs vinculauerat. Et eadem ratio militat in nostro casu, imo maior quàm in casu, in quo *d. l. 44.* loquitur. ¶ Et est notabilis ampliatio ad *d. l. 44.* quæ sine dubio procedit

119 † vbicunque in facultate Regia est inserta clausula, quæ continetur *in d. l.* quam *suprà* inserui; quia si est licita reuocatio stante illa clausula, fortius diminutio, aut subrogatio est permittenda, quæ est multo minor, quàm mutatio & reuocatio, *auth. multo magis, C. de sacrosanct. Eccl. penult. in fine ff. si quis caution. cap. cum in cunctis.* vbi Glos. ponit concord. *de elect.* Et est regula iuris, quod ei, † cui licet plus, licet vtique quod est mi- 120
nus, quam explicat Euerard. *in loco 65. à minori, seu à fortiori, pag. 446.* Et ista conducunt ad maiorem declarationem eorum, quæ scribo *supra hac p. q. 10.* vbi latissimè traditur materia subrogationis.

Quintò, ex his obiter infertur veram esse quandam sententiam Glos. Paris. *in consuet. Paris. §. 55. glos. 1. n. 149. fol. 95.* vbi tenet, † non valere pactum inter con- 121
trahentes in præiudicium cognationis præsentis vel futuræ, ad derogandum iuri retractus proximitatis iam dicati, & fundati iure publico, *l. ius publicum, ff. de pact. l. inter debitorem, ff. eod. tit.* Nec etiam per testamentum, cùm sit beneficium legis, *Authen. de nuptiis, §. sed hæc quidem*, nisi tempore pacti res erat de noua acquisitione, quam liberè vendens poterat alienare sine vllo retractu proximitatis: & refert etiam Tiraquellus *lib 1. de retractu, in fine, quæst. 2. num. 7. pag. 758.* quod est notabile ad *leges Regias* de retractu consanguineali loquentes.

Sextò infertur, quòd si pater de bonis per Regem donatis eidem, & filio primogenito, faciat maioratum in filium, † non potest reuocare talem maioratum, 122
etiamsi filio non tradiderit possessionem, quia non habet talia bona ab ipso, sed à concessione Regia, ex qua filio fuit ius delatum: & in hoc casu † non procedit dis- 123
positio *d. l. 44.* argumento *d. l. 3. ff. de interd. & relegat. l. coheredi, § cum filia, ff. de vulgar.* facit *authen. contra si filius familias, in fine, C. de repudiis. l. si vt proponis, C. de nupt.* doctrina Pauli *in l. 9 uemadmodum ff. de acquirend. possessione*, Bart. *in l. hæredes palam, §. 1. ff. de testament.* Felin. *in cap. cum accessisset, num. 7. de constitut.* Ripæ *in rubrica, ff. de acquirend. possession. num. 9.* & aliorum, quos citat Cephalus *consil. 91. num. 14. lib. 1. & consil. 461. num. 20. lib. 4.* Et faciunt quæ scribo *in 1. part. quæst. 1. ad finem*, ad quæ addo, quæ de inuestitura facta in filium propter seruitia patris, tradunt Aluarotus *in cap. 1. de natura successionis feudi*, Chassan. *in consuetudin. Burgund. titul. 7. de successionibus, rubric. 7. §. 6. numero 11. pag. 994.*

Septimò infertur confirmatio cuiusdam sententiæ Baldi *in l. 3. in principio, ff. de legatis 3.* vbi vult donatarium inter vivos † non posse in testamento donantis 124
grauari: contra Glos. *ibi*, & Bald. sequitur Peralta, qui hoc latius tradit *in l. 3. §. qui fideicommissum, num. 68. & 69. pag. 202. ff. de hered. instituend.* & faciunt tradita per Manticam in propria materia, *in tractatu de conjecturata mente defuncti, lib. 7. tit. 8. num. 24. pag. 280.* ad hoc legendum: ex quo aliàs diffinitum fuit, quòd si pater faciat in filium donationem irreuocabilem Tertij & Quinti, † non licet ei post donationem factam bona 125
vinculare, nec vti beneficio *l. 27. Tauri*, quia perfecta donatio nouas conditiones postea non patitur. Ad quod est expressum *consilium* Parisij 33. *num. 73. lib. 3.* quem cito *quæst. 24. supra, hac parte, quæst. 24.* Neque curandum est de Glos. *in l. si mulier, in principio, si mortis, ff. de legatis 3.* quia communiter reprobatur, vt inquit Parisius *in cons. 2. num. 47. & cons. 33. num. 79. lib. 3* notat Iulius Clarus *lib. 3. sentent. dict. quæst. 71. pagina 69 § testamentum*: Tiberius Decianus *in respon. 59. n. 19. lib. 2.* qui allegat Corneum *in cons. 87. num. 12. cum sequentibus, lib. 2.* Decium *in cons. 254.* ¶ Et quòd donans 126
† possit grauare donatarium in re donata in testamento quod facit, tradit Bursatus *in cons. 183. num. 13. lib. 2. per l. ex facto, §. Iulianus ff. ad Trebellianum*, & alia, quæ refert. Et quid si testator in testamento confirmauit donationes hæredi factas, an contineantur in fideicommisso, resoluunt Bart. *in l. si quando, ff. de legatis 1.* Bart. Bald. Salicet. Angel. & Paul. *in l. ex verbis, C. de donation. inter vir. & vxor.* Carol. Ruin. *in consil. 130. num. 9. lib. 3.*

Hieronym.Gabr.*consil.*129.*num.*5.Anton. Peregrin. *in tractat.de fideicommiss.artic.*6.*num.*3.*fol.*55.¶ Et quod
127 filia † possit grauari in dote in substitutione vulgari, non in fideicommissaria, tradit Guido Papæ *decis.*613. Et legenda sunt quæ scribo *supra*q.24.*num.*87.Qua in re est distinctio & resolutio verissima, quòd si donatio fuit irrevocabilis, non potest postea pater grauare filium in fideicommisso, vt tradit Alexand. *in cons.* 20. *num.*9.*lib.*3.Carol.Ruin.*in consil.*187.*per totum,lib.*2. quos citat Simon de Prætis *lib.* 3. *de interpretand. defunct.voluntat.solut.*4.*& vltima,num.*3.*fol.*303. qui *n.*
128 4.tractat quando pater possit filiam grauare † in dote; de quo legendus est Carolus Ruinus *in cons.*111. *num.* 2.*lib.*2.Masuerius *in addition.* ad Ferraram *in forma libelli, quo agitur ad substitutionem, pag.*467.*col.* 1. *versicul.aut bona in dotem,*qui citat Aymonem *in consil.* 186.*& alia.*Et legenda sunt quæ scribo *supra,num.*38. Et hanc meam opinionem in terminis tenere videtur Simon de Prætis *lib.*3 *de interpretand.defuncti.voluntat. dubit.*2.*solut.*4.*& vltim.num.*3.*fol.*303.

Ex quibus confirmatur singularis in proposito doctrina Nicolai Boerij *d.decis.*204.*num.*33. vbi scribit, quòd si pater in contractu matrimonij instituit primo-
129 genitum, † potest vocare secundogenitos, vel nepotes ex fratre, si primogenitus decedat sine liberis, etiamsi in contractu matrimonij nihil dictum sit. Et facit quòd si pater diuisit bona inter filios per diuisionem
130 irrevocabilem, † non nocet illis fideicommissum per patrem in talibus bonis factum, *d.l.si debitor,* §.*final. ff.ad Trebellianum*, & volunt in specie Corneus *cons.* 228.*col.*3.*vers.nec veniunt,lib.*4.Parisi. *in cons.*33.*nu.* 73.*& sequenti,lib.*3.Simon de Prætis *lib.*3.*de interpretan.defunct.voluntat.interpretat.*1. *dubit.*5. *solut.*2. *nu.* 11.*fol.*205.vbi resoluit quaeliter sit facienda diuisio inter filios, vt sit irrevocabilis.

Octauò deducitur corroboratio cuiusdam dicti Gregorij Lopez *in l.*32.*in glossa magna fol.*71.*col.*1. *tit.*9. *p.*6. vbi vult, quòd si Rex concederet alicui castrum, vt post vitam illius transiret iure maioratus in quen-
131 dam filium fratris donatarij: † tunc etiam propter naturitatem filiorum donatarij, non excluditur filius fratris, vbi hoc limitat.

Nonò infero veram esse sententiam Tellij *in l.*17. *Tauri, num.*132. vbi concludit, quòd si pater post fa-
132 ctam melioratione committat aliquod delictum, † non censetur reuocata melioratio; quod verissimum credo, maximè si præcedat traditio; & idem erit in maioratu.

133 Decimò infertur, periculosissima † in iure nostro esse sententiam doctissimi Ioan. Lop. *in rubr. de donation.inter virum & vxorem,*§.69.*num.*14.*pag.*257.*col.* 1.vbi per textum *in cap.quanto,de censibus,*probare conatur, Principem non solum posse modificare donationem ab eo factam, sed etiam factam ab alio Tertio; quod quàmdifficile sit, non est qui non videat, & text. *in d.cap. quanto*, loquitur in casu particulari,& speciali.

Vndecimò infero ad quæstionem, quam disputat Ioann. Guttierr. *lib.* 3. *practicarum quæstionum, in q.*
134 101. vbi tractat,† an Quintum deducatur prius,quàm Tertium, in quo filius vel alius descendens fuit primò melioratus.

Duodecimò infero ad notabilem in ista materia doctrinam Menochij *in d.cons.*331.*num.*110.*lib.*4.vbi resoluit, quòd si Princeps concessit aliquid per donationem & priuilegium pro aliquo & successoribus, & tempore concessionis non excluſit fœminas à succes-
135 sione, † non potest postea excludere tales fœminas; quod non semel vidi in practica, in parentibus, & aliis personis facientibus maioratus, in quibus vocauerunt masculos & fœminas, & postea exoptant fœminas excludere propter diuersos fines.

Sed est pulchrum dubium, & valde necessarium pro intellectu istius materiæ, quam tractamus, *& d.l.*44. in facultate Regia fuit patri concessum vt possit reuocare maioratum semel factum, fecit maioratum in filium, & postea tradidit illi possessionem, & reuocauit, & post reuocationem fecit maioratum in aliquem filium, an possit reuocare hunc secundum maioratum, vel illum diminuere? Et sic quæstio est, an *dict.*44. *Taurina*, quæ permittit patri reuocationem in illo casu; intelligatur de reuocatione secunda, & de aliis sequentibus, sicut de prima? In qua quæstione relinquo vnum casum (videri meo) indubitabilem, vbicunque in facultate Regia expressum stet, quòd pater possit reuocare toties, quoties voluerit: † nam tunc 136
non solum de prima reuocatione, sed de sequentibus est intelligendum, iuxta sententiam Archidiaconi *in cap. cum vero, 9. quæst. 3.* quem sequitur Dominicus *in cons.*97.*super primo dubio,*& doctrinam Dyni, Alberici,Bartoli,Imolæ,Alexandri *in l.qui bona,§.vltimo,ff.de damno infecto,*vbi dicunt, quòd ista verba, *Toties quoties,*† significant infinitatem: & idem voluit Alexand. 137
in l.Stichum, §.1. *colu.*2.*in vers.nec obstat ratio: ff.de verborumobligat.*Hippolyt.*in rubric.ff. de fideiussor. nu.* 101.*cum sequentib.*Rodericus Suarez *in l.*22.*tit. De los emplaçamientos, lib.*2.*fori,in ve.sic.sed pone,quæstio;nu.* 31.*pag.*394.& alij plures, quos refert Tiraquellus *in l. bones,§.hoc sermone,limitat.*20.*num.*2.*pag.*253.*ff.de verborum significatione*, ex cuius lectura apparet idem esse dicendum, si in facultate Regia adsint verba ista: *Quandoque, vel quotiescumque:* & hoc verum credo, & conducunt quæ ad istud propositum scribit Rebuffus *in l.vnica,ff. de sententi. quæ pro eo quod interest. notabil.*1.*num.*46.*pag.*359.Anton. Gabriel *lib.* 7. *communium opinionum,conclus.*15.*num.*1.*cum sequentibus, pag.* 428.

Ex quibus alias inferebam, quòd licet commissarius per commissionem semel ad executionem deductam † non possit mutare talem executionem, vt probat *l.* 138
35.*Taurina,*hodie *l.*9.*titul.*4.*lib.*5.*Recopilation.*hoc fallit, nisi à testatore aliud cautum & ordinatum sit, quia † hoc ad vnguem seruari debet, quod est notandum ad 139
commissiones, quas mariti dant vxoribus, vel vxores maritis ad nominandum filios ad maioratum, vel meliorationem, in quibus permittunt, quòd possint variare & mutare quoties voluerint; licet in contrarium faciant quæ scribit Bart.vbi Iaso *in l.veluti,§.hæc vxor, ff.de edendo*, & alia plura quæ scribit Nicolaus Boerius *decis.*131.*num.*14.*&* 15.qui tamen prius *num.*10. plura in contrarium scribit. ¶ Et prædicta seruiunt pro decisione quæstionis disputatæ per Ioannem Guttierrez *lib.*3.*quæstionum practicarum,q.*11. per totam,præcipuè *num.*27.*&* 28. vbi resoluit, posse patronum amouere Capellanum nominatum ab Episcopo approbatum,quoties in fundatione dictum fuerit, quod possit patronus amouere toties quoties voluerit.

Maius dubium est, vbi in facultate Regia non adsunt prædicta verba, *quandocunque, quotiescunque, toties, quoties:* & in hoc casu ex regul.*d.l.bones,§.hoc sermone*, videtur patri semel licitam esse reuocationem; quia dicta facultas reuocandi de prima † vice est in- 140
telligenda. Et regulariter in casibus, in quibus permittitur variatio, intelligitur de prima vice, vt probatur *in l.iusiurandum, C.de rebus creditis:* notat Bald. *in authent. habita, col.* 7. *vers.*1.*dubitatur si scholaris, in fine quæstionis, num.*33.*C.ne filius pro patre.* Sequitur Iaso *in l.prætor,§.si aliquando,col.*3.*numer.*6. *versic. tertio nota: ff. de noui operis nuntia.* & *in l. quicquid adstringenda, col.*4.*vers.ic.item pro ista glossa,num.*9.*ff. de verborum obligationibus*; & *in §. item si quis postulante, num.*33. *de action.* Gregorius Lopez *in l.*25. *in fine, titul.*9. *part.*6. *in glos.* 1. *magna, in fine.* Ex qua ratione inquit Calder.*consil.*21. *An laicus possit*; quod licet patronus laicus possit variare, † intelligitur 141
vt semel id possit facere, & non pluries; quem refert & sequitur Decius *in cons.*609.*num.*6. de quo tamen lector legat quæ scribit Rochus de Curte *in tractat.iur. patronat.*

*patronat,in verbo,honorificum,num.*35.*folio* 17.& tradit latius Cæsar Lambertin.*de iure patronat part.* 2. *lib.*3. 23.*art.*7. *quæst. principal.num.*1.*folio* 184. & plura ad propositum scribit Syluanus *in cons.*34.*n.*26. Et inquit Bald.*in l.*1.*colvltim. versic.quartus est,n.*24. *C.de furt.* quòd si quis reuocauit aliquem actum vel rationem,
142 † non potest postea eam reuocationem reuocare. Et ad hoc conducunt aliqua quæ scribit Tiraq.*in d.§.hoc sermone,in regul.n.*25.*cum aliis,pag.*16.

Item ad hanc conclusionem adduco expressam sententiam Baldi *in c.*1.*in princip.n.*21.*vers.deinde quæro, pone quod Princeps,tit.de pace Constan.*vbi inquit,quòd
143 sermo simpliciter prolatus, de primo actu, † non etiam de secundo intelligitur, nisi ille actus secundus sit reuocatorius primi, qui aliàs suapte natura sit reuocabilis: secus tamen vbi actus ex propria natura esset irreuocabilis, refert *l.omnium,C.de testam.*& notata à Ioan.And. *in cap.non potest, de præben.in* 6.quod *Baldi* dictum ad aliud propositum refero *supra,in q.*18.*num.*4.Cum igitur maioratus tradita possessione suapte natura sit irreuocabilis,ex *d.l.*44. si pater illum reuocet facultate, quam ad hoc Rex ei dedit, non potest postquam semel fecit reuocationem,& maioratum constituit in fauorem alterius filij,iterum reuocare: sufficit enim quod semel iam reuocauit. Et an charitatiuum subsidium pluribus vicibus exigi possit,tradunt Barbat.*in cap.cum Apostolicus,de censibus,*Chassan.*in consuetud.Burgund. rub.*1. §.4.*n.*41.*pag.*141.

Præterea adduco aliud ad nostrum propositum accommodatissimum,quod nouiter fundauit Tiraquel. *in d.§.hoc sermone, limit.*9.*n.*14.*pag.*209. vbi ponit regu-
144 lam,quòd licet dispositio legis vel statuti † intelligatur in infinitum,iuxta *l.veluti,§.hæc vox,*vbi Cyn.Bald.Ias. & alij,*ff.de edend.*quia legis natura est,vt disponat non pro vno actu,sed perpetuo, & quoties opus fuerit, ne
145 alioqui sit manca & inutilis: & quia lex † semper loquitur,vt latius tradit Tiraq.*d.limit.*9.*n.*1. *cum seqq.* ea regula secundum *Tiraquellum* vera est in dispositione
146 iuris communis; † secus si ex speciali beneficio legis cuipiam competat: nam tunc in primo actu est lex intelligenda: ad quod refert doctrinam Bald.*in authent. quod locum,* vbi Roman. *C. de collat.* & illam regulam
147 quod † facilius amittitur beneficium iure speciali competens,quàm iure communi,*l.eius milit.*34.§.*milit.missus.ff. de testam. milit.* Cum ergo reuocationem, quam pater potest facere, maioratus, habeat ex speciali legis beneficio, cum in contrarium sit ius omnibus commune;quia donationes semel perfectæ regulariter reuoca-
148 ri nequeunt,*l.perfecta, C.de donat.* † semel est permittenda reuocatio, & non pluries. Et ista opinio magis procederet,vbicunque pater,cum reuocat secundam institutionem maioratus in aliquem filium factam, facit in alium,in quem prius fecerat maioratum:quia in isto casu geminatio actui fortius & validius ius tribuit, vt latius scripsi *in q.*22.*in hac* 1.*p.a n.*83.¶ Sed hoc fundamentum, quod ex *Tiraquello* adduximus, totum non est, cum regulariter parentes possint reuocare meliorationes, & maioratus factos in filios, vt probant *d.l.*17. *&* 44.vt iam est dictum, nisi in illis tribus casibus in eisdem contentis.

Et ex prædictis intelligere licet, an parentes facientes maioratus in filios per viam Tertij & Quinti,reservata potestate reuocandi,addendi,vel diminuendi;possint reuocare,addere, vel minuere plusquam semel? Et sanè cum *l.*17.*Tauri,*hodie *l.*1.*tit.*6.*lib.*5.*ordinam.* non permittat parentibus reuocare donationem Tertij, nisi in casibus *eadem lege* contentis, vsque ad mortem, & sine aliqua præfinitione,vt patet ex illis verbis: *Fasta la*
149 *hora de su muerte la pueda revocar quando quisiere*, † verius videtur pluries esse licitam talem reuocationem, additionem,vel diminutionem in melioratione Tertij.
150 In Quinto autem maius dubium est, † quia in eo non loquitur *d.l.*1.& maximum certamen est,an *d.l.*1. procedat in Quinto, sicut in Tertio, vt disputatur *infrà q.* 28. Et cum *d.l.* non distinguat, nec limitet reuocationem,ad vnam tantum vicem, nos non debemus distinguere,nec limitare:*l.*1.§.*generaliter,ff.de legat.præstan. cum vulgaribus.*

Ex verbis etiam *d.l.*1.*tit.*6.*lib.*5. *ordinam.nouæ*, ibi: *Fasta la hora de la muerte,*& *l.*4.*tit.*6.*De los mayorazgos,eodem tit.*5.quæ sine temporis præfinitione dat facultatem reuocandi maioratum, & *regul. l.omnia, ff.de regul.iur.*infertur ad propositum, quòd si quis faciat in filium maioratum vel meliorationem,nec tradat possessionem vel scripturam, licet post constitutionem maioratus vel meliorationis transeant viginti,triginta,vel 151
plures alij anni, † permittitur reuocatio; quod est notandum, & legenda quæ scribit Ripa *in l. ex facto*, §.*si quis rogatus,in* 2.*n.*3.*folio* 168.*ff.ad Trebell.*

Ex his autem,quæ dicta sunt, infertur intellectus ad Pragmaticam datam *Madriti* anno 1534.hodie *l.*7.*tit.* 7.*lib.*5. *ordinamenti noui*, per quam sancitum est, quod si duo maioratus coniuncti sint per matrimonium, filius maior sit incapax succedendi in ambobus, data eidem facultate eligenda, quem ex illis voluerit:nam licet facta electione non † permittatur variatio, vt probo *in* 152
*q.*52.*infra,hac* 1.*p.a n.*2.si tamen semel elegerit, & varianerit,iterum secundò variatè non potest,quod etiam tenetur *in d.q.*

Tandem animaduerto, quòd pater † tenetur filio tra- 153
dere res maioratus liberas ab omni hypotheca, seruitute,& grauamine,quæ in talibus bonis non aderant tempore facti maioratus, vbicunque fuit irreuocabilis, vel per traditionem possessionis,vel per contractum onerosum,vt videre licet ex traditis per Decium *cons.* 468.*n.* 10.*&* 498.*n.*7.Facit textus *in l.ex prædiis,C.de euictio.* vbi Bald.*l.si in emptione,*§.*vacua,& §.final.cum principio l.seq.ff.de act.empt.l.si pater,C.eodem tit.*latè Petrus Surdus *decis.*253.*n.*8.*cum seqq.*Et de legato facto *si Caiam vxorem duxerit*, & antea quàm requireret vt sibi nuberet, aliam duxerit, & ea mortua velit ducere Caiam,tradunt Bald. *in l.*1. *C.de instit. & substit.* Paul.de Castro *in l.*2.*eodem titulo,*A Costa *in l. cum tale,fallentia* 6.*ff.de condit.& demonstrat.* Menochius *in tractatu de præsumpt.lib.*4.*præsumpt.*183.*num.*24.*cum seqq.folio* 216.& legenda sunt quæ scribo *supra,q.*18.Et faciunt ad hoc,quæ scribo *quæst.* 24.*&* *quæst.*22.*in fine.* Et cum dictum sit de approbandis pactis faciendis, vt non habeantur pro perfectis in pactis matrimonialibus, tradit Cephalus *in cons.*312.*n.*103.*lib.*3. Et sunt tali pacta † 154
imperfecta, & suspensa. Vnum etiam singulare, & extraordinarium animaduerto, an fundum concessum pro aliquo,& descendentibus,inter primogenituræ censeatur, an in personis descendentium dicatur ex prouidentia,vel ex pacto,vt disputat Matth.ab Afflict.*in constit. Neapol.lib.*3.*rubr.*27.*n.*69.*cum seqq.fol.*303.qui in progressu scribit multa de filiis,vel descendentibus primogenitis.

QVÆSTIO XXVII.

Impetrans facultatem ad faciendum maioratum, si semel fecerit, an possit postea facere bona libera.

SVMMARIVM.

1 *Quæstionis definitio,*num.1.2.21.27.28.*&* 29.*in quibus doctrina* Peraltæ *circa illam latè examinatur.*
3 *Causa extincta,causatum valere non debet.*
4 *Gratia non debet in odium impetrantis retorqueri.*
5 *Priuilegia non debent interpretari,vt tollant beneficia competentia priuilegiato.*
6 *Fauorabilis est extinctio, cum res ad primæuum redit statum.*

7 *In*

7 *In re propria quilibet est moderator & arbiter, etiam abutendo.*
8 *In constitutione maioratuum versetur fauor publicus, aut priuatus.*
9 *A communiter accidentibus in iure sumitur efficax argumentum.*
10 *Actus à primæua institutione facientium sunt iudicandi.*
11 *Dispositio fauorabilis aut odiosa iudicatur, habito respectu ad cuius commodum est introducta.*
12 *Inductum principaliter in fauorem priuati, dicitur secundariò in fauorem publicum inductum.*
13 *In maioratuum institutione fauor priuatorum principaliter, & secundariò publicus versatur, remissiuè.*
14 *Lex quando dicatur in fauorem publicum aut priuatum introducta.*
15 *Publica vtilitas in quibus rebus versetur.*
16 *Dispositiones fauorabiles quando dicantur, remissiuè.*
17 *Interesse Reipublicæ, quod homines sint locupletes, commodum priuatum an sit.*
18 *Vtilitas publica patris voluntati an præferenda.*
19 *Charitas à seipsa, vt bene sit ordinata, debet incipere.*
20 *Confirmatio statutorum à superiore simpliciter facta non impedit quominus statuentes à statutis possint recedere.*
21 *Maioratuum reuocabilitatem an impediat.*
23 *Leges maioratus reuocationem prohibentes sunt restringendæ.*
24 *Pacta futuræ successionis contra bonos mores sunt.*
25 *Alienationem prohibens, successoribus, non sibi videtur prohibere.*
26 *Quid si dominium sit translatum.*
30 *Habens facultatem ad plura primogenita inter filios instituenda, vnum tantùm potest instituere.*
31 *Virtute Regiæ licentiæ quod quis possit in maioratu augere & diminuere, non potest in totum reuocare.*
32 *Faciens maioratum, illum postea reuocare velle non præsumitur.*
33 *Princeps an possit testatorem inhibere, ne suam mutet sententiam.*
34 *An ad reuocandos, quàm ad constituendos maioratus, debeat esse pronior? Sententi affirmans. Contraria, n. 35.*
36 *Pactum quòd contractus firmetur Principis approbatione, an alter ex contrahentibus possit impedire.*

VIgesimoseptimò quæro an postquam quis virtute licentiæ Regalis fecit maioratum in vnum ex filiis, possit postea, si eum pœniteat, facere bona libera, disponendo de eis in fauorem filiorum? Procedit autem hæc quæstio, quando pater non tradit filio possessionem, nec maioratus fuit factus in fauorem alicuius Tertij. Cui quæstioni respondit Peralta *in l. 3. §. qui fideicommissum, ff. de hæred. instit. num. 122. pag. 239.* dicendo, quòd posito quod patri sit libera facultas reuocandi maioratum, iuxta dispositionem *l. 44. Taur.* hoc procedit, † vt de filio vno reuocet, & in alium faciat: non tamen patri conceditur, illum in totum absorbere, nec in vniuersum reuocare faciendo bona libera. Et dicit, quòd hæc fuit intentio *illius legis*, in quantum loquitur de reuocatione, vel non reuocatione in maioratu. Nam secundum eum procedit respectu personæ principaliter ad illum maioratum vocatæ, non autem loquitur absolutè respectu suppressionis totalis substantiæ ipsius maioratus ea ratione; quia cum ad impetrantis petitionem, qui Principi exposuit se velle facere maioratum, licentia fuerit concessa, & acceptata, & in maioratuum constructione versetur fauor publicus, non licet illum in totum absorbere. Quòd autem versetur fauor publicus in institutione maioratuum, quando institutio est facta in testamento, tradit Molina *lib. 1. de primog. cap. 12. num. 36. in fine, folio 99.* quod etiam difficile mihi videtur, vt ex infra dicendis apparebit. Et renuntiari fauori publico introducto propter publicam vtilitatem non potest, vt ostendunt Alexand. *in cons. 95. in fine lib. 1.* Gozadinus *in cons. 61. num. 16.* Seraphinus *de priuilegiis iuramenti, priuilegio 113. pag. 618.* per *l. nemo potest. ff. de leg. 1.* Noua equidem est conclusio; & si vera, est singularis. Et pro ea faciunt quæ scribit & refert Cephalus *in cons. 337. n. 18.* ex Paul. de Castro *in cons. 164. lib. 2.* Bolognin. *in cons. 62.* Tiraquellus *lib. de primogen. q. 8.*

Ego quidem de hac sententia dubitani sæpius, nec adhuc bene sentio de doctrina istius doctissimi viri. † Primò, quia *lex illa 44.* generaliter loquitur, concedendo patri liberam facultatem reuocandi maioratum absque aliqua distinctione; & ideo generaliter est intelligenda, licet sit in vno casu maior, vel diuersa ratio quàm in alio: *l. 1. §. quod autem, ff. de aleatori. l. 18. uxori, ff. & aur. & argent. legat.* de quo per Decium *in cons. 20. In causa isto um, col. 2. & in cons. 39. An detur restitutio: & in cons. 61. An vassallus eqeatur*, eleganter Aretin. per illum textum *in l. cum lege, ff. de testament.* Notat Gloss. Parisien. qui refert Decium in pluribus consiliis; *in part. 1. consuetud. Parisien. §. 2. glos. 2. num. 2. folio 54.* & scribo in aliis locis. Nec prædicta *lex* exponit aliquam rationem, ex qua appareat aliqua differentia inter casum *Peraltæ*, ab illis, quæ *in prædicta lege* continentur. Item Princeps cùm dat licentiam ad faciendum maioratum, respicit principaliter voluntatem illius, qui eam petiuit; & secundariò considerat publicam vtilitatem, quæ vertitur in constitutione maioratuum: & cùm talis voluntas cesset, quæ est causa vtilitatis secundariæ, consequenter cessare debet voluntas illa secundaria; & cùm causa sit extincta, † causatum valere non debet: *l. quo minus, ff. de flumin.* Præterea, cum hoc beneficium aut priuilegium faciendi maioratum Princeps concesserit ob gratiam illius, qui eam petiuit & impetrauit, † non debet odium illius retorqueri, *regul. quod ob gratiam, de reg. iur. in 6. l. quod fauore, C. de legibus*, cum *concord.* vt per Felin. *in cap. dilectus, el 2. de rescript.* Iaso. *in l. si Ruphinus, C. de testament.* notat Ripa *respons. 80. num. 44.* vbi tradit, priuilegia † non esse ita interpretanda, vt tollant beneficia competentia priuilegiato: faciunt tradita per Tiraquell. *in tract. de legibus connubial. gloss. 8. de son marit, num. 117. folio 338.* Et fauorabilis † est extinctio & resolutio, maximè cum per eam res redit ad primæuum statum, & liberum, *l. alius, C. de seruitut. & aqua, l. cum aqua, l. cum eo, ff. de seruit. rustic. prædior.* notant Angelus & Alexander, *col. 11. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verbor. obligat.* & alij, quos refero *in 2. par. huius operis, quæst. 5. à num. 20.* Et in dubio est iudicandum pro conseruatione prioris status, & formæ rei, vt per *l. si vnus, §. pactus ne peteret. ff. de pact.* tenet Gloss. Parisien. *in consuet. Parisien. part. 1. §. 30. num. 110. folio 243.* Durum igitur est, & crudelitati proximum, auferri patri potestatem reuocandi in totum maioratum, quem fecit antea quam alicui ius quæsitum fuerit; cum in re propria † quilibet sit moderator & arbiter, etiam in abutendo: *l. in re mandata, C. mandat. l. sed à lege, §. consuluit. ff. de peti. hæred.* de quo per Angel. *in §. vltimo, Instit. de his, qui sunt sui vel alien. iur.* Iaso *in l. qui Romæ, in princ. num. 36. ff. de verb. obligat. & in l. filius familias, §. diui, n. 9. ff. de legat. 1.* & *in l. Polla, C. de his, quibus vt indign.* Decius *in cons. 11. & 635.* Ripa *in d. §. diui, n. 107.* & Crotus *col. 35.* Iaso *in l. si quis in conscribendo, n. 7. C. de pact.* Hipol. *in l. circundare, §. seruo, n. 2. ff. de scar.* & *in singul. 419. & 548. & 636.* & scribo *in 1. q. supra.*

Nec verum est † quod in constitutione maioratum versetur fauor publicus principaliter, nec credo quòd vsque in hodiernum diem aliquis fecit maioratum ob publicam vtilitatem principaliter, sed in fauorem filiorum, aut descendentium, vel consanguineorum, & ob nominis

nominis sui memoriam. Et hoc est à communiter accidentibus, † quod in iure est efficax argumentum, *cap. 1.* vbi Doctores *de Cleric. non residen. l. ideo.* vbi Glos. *ff. de legibus*, notat Euerardus *in centum locis, loco 56. pagina* 408. Et actus † sunt iudicandi à primæua intentione facientium, ex qua euentus iudicantur, & cuiuslibet rei & dispositionis principium & origo inspici debet: *l. vnic. C. de impon. lucra. descrip. lib. 10.* vbi Glos. notat, & Socinus Iun. *in cons. 61. num. 36. & in cons. 130. num. 11. lib. 2.* Cum igitur illi, qui faciunt maioratum tanquam in scopum ad proprium & successorum commodum tendant, nihil considerantes de commodo Reipublicæ, ad illud principium & originem est habenda consideratio. ¶ Et dispositio † iudicatur fauorabilis aut odiosa, habito respectu ad cuius commodum sit principaliter inducta, secundùm Bart. *in l. qui excepionem, ff. de condict. ind. b.* cum *concordant.* vt per Tiraquellum *lib. de retractu. §. 30. glossa 1. num. 5.* Aymo. Crauetta *in cons. 242. col. 1.* Menochium *in 1. remedio recuperand. possessionis, num. 28. pag. 19.* Et est bonus textus *in l. ad quod, in principio, ff. de donation. & in l. 2. §. parui, ff. de priuileg. creditor.* Notat latiùs Tiraquellus *lib. 1. de retractu, §. 9. glossa vnica, n. 4. pag. 565.* ¶ Et licet verum sit, quòd constitutio maioratuum permittitur propter fauorem publicum: illud tamen quod inductum est in fauorem patrimonij priuati, † dicitur principaliter factum in vtilitatem priuati, & secundario in fauorem publicum: *l. 2.* vbi hoc dicit Bart. *in fine, ff. ad municipal.* & idem Bart. *in l. 1. oppositione 4. ff. soluto matrimonio*, vbi Bartholom. Socinus *num. 32.* & facit textus *in l. si quis decedens, §. vltimo, ff. de liber. lega.* Et quòd statuta & consuetudines præferentes primogenitos cæteris, & masculos fœminis, sint principaliter statuta propter fauorem priuatum, & secundariò propter fauorem publicum, tenet in terminis Tiraquellus *in tractatu de primogen. quæst. 24. pag. 218.* vbi id latè fundat.

Et certè negari non potest quin in constitutione maioratuum, principaliter † versetur fauor priuatorum, & secundariò fauor publicus; quia fundatores maioratuum intentum habent præcipuum ad conseruationem suæ familiæ & dignitatis, & ad propriæ memoriæ immortalitatem potius, quàm ad bonum publicum; vt notissimum est, & experientia satis cognitum, quam credo fore meram; & solidam veritatem, quæ apertè probatur *in l. 1. §. huius studij, ff. de iustitia & iure*, ibi, *Publicum ius in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit; priuatum ius tripartitum est.* Ex qua lege apparet, quod in solis illis tribus casibus vertitur principaliter fauor publicus, & in aliis fauor priuatus: & facit etiam *l. 1. ff. de rerum diuis. in vers. hæc autem, & l. conuentionem, ff. de pact.* ibi, *Publica conuentio est.* Et illa dicuntur concernere vtilitatem publicam, cum eam respiciunt principaliter, & non secundariò, vt voluit Paulus *in d. §. huius studij*, qui refert Baldum *in l. 2. ff. ad municipal.* Notat Tiraquellus qui id latè confirmat *in tract. res inter alios acta: pag. 6. vers. ex his fit.*

Qualiter autem lex dicatur introducta principaliter, vel secundariò in fauorem publicum, aut priuatum, explicant † Fortun. Garsia *in d. l. §. huius studij, ff. de iustit. & iur.* Nauarr. *in cap. inter verba. 11. quæst. 3.* & Episcop. Couarr. *in cap. quamvis pactum, de pact. in 6. 2. part. relection. §. 1. num. 6. fol. 67.* quem si expederit, omnino vide, & melius Rebuff. *in l. pupillus 239. §. munus publicum. pag. 101. de verbor. signific.* vbi tradit, quòd publica vtilitas versatur † in quatuor. *Primò*, quando in vniuersum & priuatim affert vtilitatem, vt in sacris, & magistratibus. *Secundò*, quando affert vtilitatem vniuersis, non vt singulis. *Tertiò*, est vtilitas publica secundariò principaliter, tamen dicitur priuata, veluti vt mulieribus dotes conseruentur, vt liberis hominibus ciuitas repleatur. *Quartò*, est vtilitas publica, quæ principaliter dicitur priuata, secundariò dicitur publica, quia suam affert vtilitatem respectu vniuersi, sed in particulari affert vtilitatem cuilibet separatim, vt cum dicimus, interesse Reipublicæ ne quis sua re malè vtatur; quod *Rebuffus* latius declarat & probat. Et faciunt scripta per Petrum Barbosam *in l. 1. ff. soluto matrimonio, part. 1. num. 65. cum sequentibus, pag. 222.* & per eundem Barbosam *in eadem l. 1. part. 7. num. 49. & 50. pag. 556.* vbi distinguit post alios, quos citat, publicam vtilitatem, principalem, & secundariam. Et ad ista est legenda doctrina Thomæ Sanchez *in tractatu de matrimonio, lib. 1. disputat. 1. n. 4. pag. 5.* vbi tractat † quando principaliter dicantur dispositiones fauorabiles. Et quæ in proposito scribit Seraphinus *in tractatu de priuilegiis, iuramenti, priuil. 104. num. 3. pag. 681.*

Et in specie, quod interesse, quod vertitur in Reipublicæ fauorem, quòd homines sint locupletes, de quo *in Authentico, vt iudices sine quoquo suffragio: §. cogitatio:* & latiùs trado *in 1. quæst. suprà, hac 1. part. à num. 27.* † sit propriè commodum priuatum; notat Bart. *in d. l. 1. ff. soluto matrim. num. 26.* si igitur pater pœnitentia motus, fortè quia postea melius cogitans respexit, quod in bonis suis non habebat tantum, quantum sperabat, vel aliter velit disponere de bonis propriis; quare hoc ei denegandum est? ¶ Nec enim † vtilitas publica tanti debet esse effectus, vt vincat patris voluntatem, & liberum arbitrium, cui leges multum fauent, vt *in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* cum *concordantibus.* Et charitas & æqualitas, quæ est propria parentibus, & æqualis circa omnes filios, † debet incipere à seipsa, vt sit rectè ordinata, secundùm *Diuum Paulum*: & probatur *in l. præses, C. de seruitut. & aqua*; & notatur per Ioannem Andream & Abbatem *in cap. dilecti, de arbitr.* & per plures, vt per Tiraquellum *lib. 1. de retractu, §. 1. glossa 9. num. 30. pag. 137.* & per alios, quos omitto, & *Gregor. Lopez* quamvis hoc in specie non tangat, in *plerisque glossis* scribit, quemadmodum pater post factum maioratum illum reuocare videatur, alienando rem maioratus, de quo *infrà* tractabitur. Et ad hoc etiam facit, quod in simili voluit Abb. *in cap. cum accessisset, num. 2. de constitut.* vbi tradit, quod confirmatio statutorum à superiore simpliciter facta † non impedit quominus statuentes possint à statutis recedere. Notat Ripa *in respons. 2. num. 6.* De quo legenda sunt quæ scribunt Cephalus *in consilio 38: num. 15: & 23. lib. 1.* Menoch. *in consil. 250. num. 16. cum sequentibus, lib. 3.* Et quod † nihil impediat ad reuocabilitatem maioratuum publica vtilitas, quæ resultat ex constitutione maioratuum; tradit in terminis Tiraquellus *in lib de primogen. quæst. 68. n. 9. pag. 397.* contra Ludouicum Bologn. *cons. 62.* qui ex hoc tenuit; quòd si maritus & vxor faciunt maioratum ex bonis communibus, alter sine altero non potest reuocare; de quo actum fuit *suprà, quæst. 23.*

Ex quibus & aliis rationibus opinio *Peraltæ* † videtur contra text. *in d. l. 44.* & rationes Peraltæ magis videntur aures demulcere, quàm menti satisfacere. Et cum leges restringentes liberam testandi facultatem, & dispositionem de rebus propriis, potius † sint restringendæ, quàm ampliandæ, vt in *aliis locis* dico: & probatur *in d. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* hæc libera voluntas non est passim restringenda, sed potius amplianda; & pacta futuræ successionis † sunt contra bonos mores, *l. vltima, C. de pactis: l. pactum quod dotali, C. de colla. l. penult. eodem tit. de pact.* explicat Episcop. Couarru. *in initio secundæ partis, cap. quamvis pactum, de pactis, in 6. num. 2. fol. 59.*

Hæc opinio fulcitur ex text. *in l. Lucius, §. vltimo, ff. de fideicommiss. libert.* vbi prohibens alienare, † videtur hanc prohibitionem facere successoribus, & non sibi. Ex quo textu infert Gregor. Lopez ad propositum nostrum *in l. 10. titul. 26. in glos. in verb.* Vendiendo, *fol. 69. col. 2. in vers. item aduerte*; quòd in facultate Regia ad condendum maioratum caueatur, quod non possit reuocari per facientem, nihilominus poterit rem aliquam maioratus alienare, † nisi esset translatum do-

minium in filium, vel maioratus sit factus per contractum onerosum. Et contra *Peraltam*, etiam argumentari † possumus, & defendere istam opinionem suis
27 ipsius armis,& tela in illum conjicere, & retorquere ex aliquibus,quæ scribit *in d.§. qui fideicommissum, n.116. & 117.*vbi tradit originem *prædictæ leg.*44.In quo etiam
28 (vt ego suspicor) fallitur. Et contra † *Peraltam* etiam iusta ratione possumus adducere scripta per Paris. *consil.52. n.42. lib.4.* vbi ex pluribus probat, quod est in facultate impetrantis dispensationem, vti ea, vel non vti, quod latiùs scribo *suprà, hac p. quæst.2. à num.50.* & quod tradit Rebuffus *in praxi beneficiali, tit de nova & simplici prouisione,n.26.cum seqq. pag.194.& 195.*vbi probat, quòd à conuentione facta inter duos super beneficio à Papa approbato,possunt partes recedere. ¶ Et
29 cùm ista opinio tendat ad seruandam æqualitatem inter filios,in dubio † est tenenda: *l.vt liberis, C.de collation.*cum *concord.*quæ in aliis locis refero, præcipuè *suprà in 3. q.* & pro ea faciunt quæ scribit Paul.Castr. *consil.178.n.2. lib.1.*Barthol.Socin.*conf.63.n.10.lib.3.*

Et ex istis infertur verum esse, quod scribit Molina *lib.1.de primogen. cap.4.n.56.cum sequentibus*, vbi probat, quòd siquis habeat facultatem ad instituendum
30 plura primogenia inter filios, † potest vnum tantum instituere : quam opinionem latè fundat contra Gregor.Lopez *in l.32. tit.9. part.6. in glos. in verb.* Noualdra,*col.7.&* 8. Et an fideicommissa sint fauorabilia, vel odiosa, latissimè explicat Simon de Prætis *lib.3. de interpretanda definitâ voluntate interpretat.3.dubitat.1. solut.3. num.1.cum sequentibus, fol.*375. Zanchus *in l. hæredes mei,* §.*cum ita, part.1.num.55.& pluribus aliis, ff.ad Trebellianum*, quod latiùs tracto *suprà, quæst.3.& 2.part. quæst.5.*

Notandum est etiam singulariter, quod virtute licentiæ Regalis ad faciendum maioratum datæ, quòd quis
31 possit augere vel minuere in maioratu †, non potest in rotum reuocare & absorbere maioratum aliàs irreuocabilem ; quod probatur per regulam *legis stipulatus sum Damam*, vbi Bart.& alij,*ff.de verborum obligationibus.*
32 ¶ Et quod siquis fecerit maioratum, † non censetur postea illum reuocare velle,nec facere bona libera,probatur *in l.pater,* §.*Iulianus.ff.de legat.3.* tradit Tiberius Decianus *respons.33. num.83. lib.1.* quòd maximè dicit
33 procedere inter Nobiles.Et quòd Princeps † possit inhibere testatorem, ne mutet suum testamentum, volunt Archidiaconus *in l.vltima voluntas,15.quæst.4.* Barthol. Abelenzinis *in cap. cum Martha, notab.6. de celebrat. Missarum*, quos citat Quintilian. Mandos. *in tract. de Inhibitionibus,quæst.61. num.1. fol.22.* qui quæstionem disputat pro vtraque parte.

Et quod debeat esse Princeps pronior ad reuocandos
34 maioratus,quàm ad constituendos ; † resoluit Aluarus Valascus *consultation.130. num.17.* ex Menchaca *de successionum creation.in præfation.num.24. & lib.3.de resolutione, sub leg.siquis in suo.C.de inofficios.testam.* Quod
35 difficile † mihi ex superioribus videtur, & contra totam machinam maioratuum, & contrahentes quando per pactum conuenerunt, quòd contractus firmetur Principis approbatione,& inuicem fecerunt mandatum
36 ad supplicandum propria supplicatione, † an alter ex contrahentibus possit eam impedire,tradit latè Cephal. *in cons.91. per totum.*

QVÆSTIO XXVIII.

Pater & mater an possint donationem Quinti facere.

SVMMARIVM.

1 *Pater si in Tertio & Quinto meliorare promittat, an possit postea Quintum pro anima relinquere ? Refe-*
runtur variæ sententiæ, à num.1. vsque ad 6. Resoluitur à num.7. quòd tradita corporali possessione per scripturam aut Constitutum, aut facto cum Tertio contractu oneroso,non possit reuocare.& n.9.
10 *Quid quando melioratio fit per viam matrimonij. An possit reuocari quoad secundum vocatum, n.27. ¶ Poterit tamen de parte Quinti pater pro anima disponere, num.28. & 29. Et respondetur in contrarium adductis, à n.30.*
Dictio, Aunque, *casum minus dubitabilem implicat, num.8.*
11 *Lex nouæ loquens in vno ex æquiparatis per legem antiquam,extenditur ad aliud. Quando in vtroque est eadem ratio, num.16.& 17.*
12 *Interpretatio an fiat de exorbitanti ad exorbitans.*
13 *Argumentum ab ordine titulorum an valeat.*
14 *Ex duabus legibus contrariis in eodem volumine, posterior præualet.*
15 *Tertio, de cuius præiudicio agitur,non consentiente, contractus reuocari non potest.*
18 *Adæquatio debet esse in omnibus, vt sit eiusdem naturæ & conditionis.*
19 *De similibus idem est iudicium.*
20 *Argumentum à simili fallax est.*
21 *Non procedit,vbi de legum correctione tractatur.*
22 *Argumentum ab æquiparatis non habet locum,nisi in casibus in quibus loquitur æquiparatio.*
23 *Æquiparatio vt operetur, an debeat poni per viam regulæ.*
24 *Vbi duo in eadem dispositione coniunguntur, præsumitur restator in eis æqualitatem seruare.*
25 *Quid si in altero sit diuersa ratio.*
26 *Contractibus onerosis & obligatoriis, magis quàm gratuitis, & meræ liberalibus leges fauent.*
31 *Impensa funeris magna habet in iure priuilegia.*
32 *Vxoris dos in præferatur.*
33 *Amor parentum in filios magnus est.*
34 *Omnia quæ nostra sunt,ex filiorum voto paramus.*
35 *Filij in parentes pietatem exercere tenentur.*
36 *Pietas ad omnia vtilis est.*
37 *In dubio tenenda est opinio, quæ anima & pia causa fauorem respicit.*
38 *Mater non potest reuocare donationem Quinti. An ad hoc vt sit irreuocabilis, requiratur traditio, refertur sententia negans, num.40.& 42. Affirmans tamen, n.43.& 45. & resoluitur, n.60.& 61.*
39 *Casus à lege non expressus pro omisso habetur.*
41 *Appellatione* parentum *venit mater.*
44 *Agitur de intellectu text.* in l. possessionem, C. de reuocand. donat. *& num.seqq.*
46 Possessionis *verbum etiam proprietatem significat. Et proprietas possessionem,num.49.& 58.*
47 *Sententia lata super possessionis priuatione, an super proprietate lata intelligatur, & n.51.& 59.*
48 *Legans possessiones, immobilia legare censetur, & num.50.54.& 57.& proprietatem, n.55.*
52 Heredad y posseſſion, *an idem sint, & num.53.*
56 *Tantum est dicere* proprietatis possessio, *quantum est* dominium rei.
62 Lex Taurina 22. *an procedat,vbi promissio est facta in vltima voluntate.*
63 *Quid si fiat per viam contractus, acceptantibus his, in quorum fauorem sit, num.63.*
64 Leges 17.& 44.Taurinæ *an procedant in Auo & Auia.*
65 *Appellatione* Patris, *venit Auus.*
66 *Et omnes Ascendentes vsque ad Tritauum.*
67 Prædecessoris *appellatione venit non solum immediatus, sed mediatus.*
68 *Verbum,* Pater, *propriè ad primogenitorem refertur.*

ACTVM est in præcedentibus quæstionibus, quando patri liceat reuocare maioratum semel factum in aliquem filium, & quia melioratio Terrij

Terrij & Quinti in pluribus æquiparatur maioratui,& visum fuit in quæstionibus præcedentibus,& in principio huius operis,antea quàm ad vlteriora progrediar. Quæro vigesimo octauo de quæstione dubitatissima,& quæ in praxi quotidie versatur, vtrum *l.17. Taurina*, quæ permittit patri & matri reuocationem Tertij,procedat etiam in Quinto ? Quæstio est ab aliis tacta, sed nihilominus noster labor necessarius fuit, vt illicò apparebit.

Et vt rectius hic punctus intelligatur, referam primò, quæ ab aliis in hac materia scripta sunt, & illicò meam exponam sententiam,& in primis Ioann.Lopez, *in l.22.Tauri, in vers. Sed pulchra est dubitatio*, tenet, quòd si pater promisit filium meliorare in parte Tertia
1 & Quinta, † non potest relinquere Quintam pro anima,sed tenetur promissionem adimplere.Rigida est opinio, & contra pietatem animæ. Idem autem Ioan.Lop. *in dict.l.17.* indistinctè tenet, quòd *d.l.17.* loquitur in Quinto sicut in Tertio,& ita summat *dict.l.in principio lecturæ*; Roderic. autem Suarez *in l. quoniam in prioribus, versus finem,num.27. C.de inofficios.testament.*tenet, quòd si pater per modum quotæ inter vnos donauit. Quintam bonorum suorum, quòd non potest in morte aliam Quintam relinquere, quamuis dicat, quod patri remaneat facultas disponendi pro anima. Anton. verò Gomez *in dict.l.17.num.10.* dicit,quòd respectu Quin-
2 ti,potest per patrem † donatio reuocari : quia non sine mysterio *dict.l.*solum loquitur Tertio. Et idem videtur apertè tenere Roderic. Suarez *vbi supra, num. 5. pag. 225.in vers.Præterea*,vbi dicit,quòd stante *dict.l.17.*donatio Tertij facta per matrem, est irreuocabilis tradita possessione,quamuis de iure ciuili etiam in Quinto erat irreuocabilis,quem sequitur Matienç.*in l.1.glos.4.num. 20. folio 14. tit.6. lib.5. Recopilationis.* Sed Tellius *in dict.l.17.num.10.* quòd si donatio facta fuit titulo one-
3 roso cum Tertio, † minimè potest reuocari per *l.22.infra eodem*, vbi ipse idem tenet *num.14.* quæ ad hoc est expressa. Et idem dicit procedere in filio emancipato, cui sit facta donatio,respectu Quinti est irreuocabilis, in aliis verò casibus dicit,permittendam esse patri reuocationem:qui tamen non refert Ioannem Lop.& Suar. *vbi supra.*

Et vt omnia, quæ scripta sunt ab aliis vsque in hodiernum diem referamus,Gregorius Lopez *in l.3.tit.4. part.5.in glosin* verb. *Valdra*, tenet indistinctè, quòd
4 lex illa habet locum respectu Tertij ; nam respectu Quinti dicit,† quòd antiqua iura remanent incorrecta, & ita deueniendum erit ad differentiam,quam iura antiqua faciunt inter filium emancipatum, & in potestate constitutum : & in effectu idem tenet quod Tellius tenere videtur,postea autem idem Gregor. Lopez *in l. 8.tit.4.part.5.in glosin verb.En vida,ante medium*, sequitur opinionem Roderic.Suarez *vbi supra*,vbi tenet, quòd si pater in vita non fecisset donationem Quinti per modum quotæ, sed fecisset aliquas particulares donationes modicas,quòd per has donationes non minuetur Quinta,de qua pater disponere potest:quod intelligit Gregorius Lopez quando excessus fuisset modicus, & filij parum grauarentur in legitima, refert Gloss. *in l.nomen,§.1.verb.prope,ff.de legat.3* ¶ Sed Cifuentes *in l.26.supra eodem* generaliter affirmat idem,quod Ioan.
5 Lop.quod pater † non possit reuocare donationem Tertij & Quinti,vt ex eadem latius constat.

Vt autem magis mireris varietatem Doctorum nostrorum, qui in hac materia loquuntur, ex altera parte superuenit Paralta *in leg.cum pater, §.an filia, num.68. pag.345.ff. de legat.2.* vbi reprobat opinionem dicentium,quòd hodie per *dict.l.17.* valet donatio inter patrem & filium : quia secundùm eum non valet hodie magis donatio irreuocabilis,nisi quoad solum effectum, ne possit pater filium alium meliorare : quoad reliqua verò permanet reuocabilis, & vim habet legati. Sed idem Peralta *in l.qui testamento,num.20.pag.481.ff. de*
6 *legat.2.* palam affirmat, † quòd si pater donet aliquid filio in potestate (cum secundùm *l.26.Taurinam*, censeatur eum meliorare in Tertio & Quinto) facta hac donatione non potest pater in aliquo postea alium meliorare,& est irreuocabilis ; & si pater faciat secundam meliorationem,non valet melioratio ; & facta computatione de Tertio & residuo, nihil extra legitimam superesset adhoc,vt possit habere locum secunda melioratio; & nouissimè Molina *lib.1.de primog.cap.42.n.19.folio* 94.tenet,quod *d.l.17.* non procedit in quinto, in quo remanet incorrecta, & quòd melioratio Quinti facta filio in potestate poterit reuocari,nisi post traditionem morte confirmetur.

Quid dicendum,lector erudite,in hac laboriosa quæstione,in qua Doctores nostri ita ex diametro sibi contradicunt, & difficile videtur tantas componere lites ? Certe de stricto iuris rigore mihi videtur,quòd si pater faciat donationem Tertij & Quinti alicui filio, & ei tradat possessionem corporalem,vel per scripturam, aut per Constitutum ; aut faciendo contractum onerosum cum Tertio:quòd quemadmodum per *d.l.17.*non potest reuocare Tertium,† ita nec Quintum. Quod vltra om- 7
nes ego probo ex dispositione *l.44. Taurinæ*, vbi dicit: *El que hiziere algun mayorazgo, aunque sea con autoridad nuestra,o de los Reyes que de nos vinieren,ora por via de contrato, ora en qualquier vltima voluntad, despues de hecho,puedalo reuocar : saluo si el que lo hiziere por contrato entre vinos, oniere entregado la posseſsion.* Et alia verba quæ ibi quuntur. Ecce ergo qualiter *prædicta lex* in illis verbis, & in illa implicatiua, *Aunque*, quæ implicat † casum minus dubitabilem, *l.illud, ff. ad* 8
*Aquil.*notat Iaſ.*in l.Qui se patrē,C.vnde liberi,& in l. 1.num.1.ff.de iurisdictione,omnium iudicum*, & declarat Eueardus *in centum locis,loco* 82.*à natura dictionis implicatiuæ,pag.*§ 20. habet pro indubitabili, quod etiam in maioratu facto absque Regia facultate,non est licita reuocatio in casibus, qui in prædicta lege continentur,qui sunt idemmet,qui sunt *in dict.l.17.& dict.l.44.* in illis verbis primis : *El que hiziere algun mayorazgo, aunque sea con autoridad nuestra.* Iunctis verbis sequentibus, generaliter loquitur in quolibet maioratu, siue factus sit Regia authoritate,siue priuata,nec distinguit Tertium à Quinto : & lex vocat maioratum etiam illum, quem quis fecit absque Regio assensu, quod est Tertium & Quintum, in quo est patri libera dispositio, & non vltra, secundùm leges Regni. ¶ Et illa lex sic inducta, † est expressa pro opinione hac:nisi dixerimus 9
4 quod dicta *lex* procedit vbicunque melioratio est vinculata : cum in isto casu in substantia sit maioratus, in cuius constitutione agitur de fauore publico,vt *in aliis locis* dico;& ideo non est mirum,quod non est licita reuocatio. Sed ad hoc replicari potest, quòd idem quod ista *l.44.* statuit in maioratu, statutum fuit in melioratione per *dict. l.17.* nec *dict.l.44.* priuilegiauit magis maioratum, quàm simplicem meliorationem, quoad reuocationem : vnde dicta lex est singularis pro ista opinione.

Præterea hæc conclusio nouiter persuaderi potest ex dispositione *dict. l.22. & dict. l.17. & 44.in legibus Taurinis simul iunctis*, hoc modo, nam *dict. leg.22.* clarissimè dicit,quòd quando melioratio Tertij & Quin- 10
ti sit per patrem per viam † matrimonij, aut per contractum onerosum, quòd non possit illam reuocare, ibi : *Assimesmo mandamos que si prometio el padre,o la madre,o alguno de los ascendientes de mejorar alguno de sus hijos descendientes en el dicho Tertio y Quinto por via de casamiento,o por otra cosa onerosa alguna;que en tal caso sean obligados a lo cumplir e fazer,e si no lo fizieren,que passados los dias de su vida,la dicha mejoria y mejorias del Tercio y Quinto sean auidas por hechas.*Cõsiderata igitur & perpensa huius legis dispositione,& *d.l.17.*& *d.l.44.* quæ duæ posteriores æquiparant hos tres casus,scil.traditionē scripturæ,vel ipsius possessionem, vel quòd pater aut mater faciant donationem ob aliquam causam onerosam, sequitur apertè

quod dispositio *d.l.22.* quæ dicit, quòd melioratio Tertij & Quinti non possit reuocari, quando fuit facta propter contractum onerosum.

Procedit etiam vbicunque fuit per patrem vel matrem tradita scriptura, aut possessio rei melioratæ: quia cum *d.l.22.* quamvis sit in eodem volumine, sit tamen posterior in ordine, lex nouior statuens in vno ex æquiparatis, † extenditur ad alia æquiparata per legem antiquam, secundùm Glossam celebratissimam *in cap. si postquam, 5. fin. in verb. prouisione, de election. libr.6.* Quod etiam procedit in correctoriis, secundùm Glossam *in l. siquis seruo perstiterit, C. de furt.* & in *l. quod vero contra, ff. de legibus*, notat Ias. *in authen. quas actiones, num.9. C. de sacrosanct. Eccles.* & *in l. Marcellus n. 27. ff. ad Trebellian.* & *in l. fin. num. 6. C. de inofficios. testam.* & *in § ex maleficiis, num. 39. de action.* latè Stephan. à Federic. *par. 1. de interpret. iur. arg. 14.* Bartholom. Socin. *in cons. 36. num. 7. li. 4.* Crot. *in l. si constante, lectura, 2. in quæst. 7. ff. soluto matrimonio.* Fortun. Garc. *in l. Gallus, § & quid si tantum, col. 87. ff. de liber. & posthum.* Episcop. Couar. *in cap. Raynaldus, § 3. num. 6. fol. 142. de testam.* Alexand. *in cons. 111. lib. 6. num. 14.* qui hanc dicit esse interpretationem passiuam, vbi tamen *Gl. Par.* dicit hoc procedere, dummodo † non fiat interpretatio & extensio de exorbitante ad exorbitans. Et ita etiam limitat eadem Glos. Parisiens. *in consuet. ud. Parisien. §. 8. Glos. 1. num. 48.* & dictum *Glossæ* sequuntur etiam idem Alexand. (vbi Glos. Parisiens.) *in cons. 171. num. 3. lib. 7.* & eadem Glos. Paris. vbi hoc dicit procedere etiam in consuetudine *par. 1 in consuetudin. Parisien. glos. 3. § 3. num. 3. fol. 70.* & materiam notanter resoluit Aymo *in tractat. de antiquit. temporum, 4. par. 51. fol. 223.* Et pro hoc etiam facit, quia † valet argumentum ab ordine titulorum, secundùm Bart. *in l. Labeo. §. 1. ff. rer. amota.* & in *l. 1. num. 2. ff. de stat. hom.* & eadem ratione arguere licèt ab ordine legum, & de duabus legibus vel statutis contrariis in eodem volumine, posterior † prævalet, secundùm Din. *in l. tutores, ff. de testam. tutel.* & Cinum *in l. si à patre, C. eodem titul.* Bart. *in l. omnes populi, in 3. quæstion. principal. ad finem, ff. de iustitia & iure*, Alexand. *in cons. 117. num. 2. lib. 6.* vbi ipse, & postea Glos. Parisiens. alios concordantes referunt.

Nisi dicamus diuersam esse rationem, vbicunque traditio scripturæ, vel rei datæ in melioratione tradita fuit, ad casum, in quo promissio meliorandi facta fuit ob contractum onerosum: cum in isto vltimo casu iam non tantum agatur de præiudicio filij, sed etiam alterius Tertij, quo non consentiente, contractus † reuocari non potest, *l. vltima, ff. de pact. l. id quod nostrum. ff. de regul. iur.* cum *concordan.* & in primo casu solummodò agatur de præiudicio filij.

Ex quo videtur nihil prædictam opinionem adiuuare *dict. l. 22.* quia lex noua statuens in vno ex æquiparatis per legem antiquam, † videtur in alio determinare, quando in vtroque est eadem ratio, non alias, secundùm Glos. *in cap. præsenti, de senten. excommunicat. libr. 6.* quam sequuntur Dominic. *num. 2.* Philip. Franc. *num. 3. in dict. cap. si postquam*, & idem Franc. *in d. cap. præsenti, num. 1.* & Dominic. *num. 2.* Qui etiam dicunt *in dict. c. si postquam*, quòd ad hoc vt procedat *prædicta Glossa*, requiritur, quòd extrema communiter patificentur à iure in omnibus; nec sufficit quòd in aliquibus casibus æquiparentur; & Glos. *in dict. l. siquis seruo, C. de furt.* procedit, † quando casus qui æquiparantur per legem antiquam, in omnibus & per omnia sunt æquiparati, aliàs non comprehendit nisi casus expressos, secundùm Romanum *in cons. 179. Amplissimè declaration. 3.* quem citat Rebuffus *in cap. pastoralis, notab. 23. pag. 338. de causa possess. & propriet.* Et adæquatio † debet esse in omnibus ad hoc, vt sit eiusdem naturæ, & conditionis, *l. 1. ff. de legatis 1. cap. fundamenta, circa medium, de election. in 6.*

Ex quo est, quod licet de similibus idem sit † iudicium, *l. non possunt, ff. de legibus, l. 1. tit. 3. 3. par. 7.* tol-
litur argumentum à simili, data dissimilitudine, secundùm Glos. *in cap. sic enim, in verb. nunquid, 28. quæst. 1.* notat Ias. *in l. 2. § 1. & §. ex his, ff. de verborum obligationibus*, & explicat Gregor. Lopez *in dict. l. 1. in Glos. in verb. La semejança*, eleganter Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 2. centuria 1. casu 84. pag. 222. ¶.* Et argumentum à simili est † fallax, Authen. *de instrumen. cautel. & fide, § si vero, colla. 6.* notat. Alberic. *in dictionario, in verb. argumentum qualiter, col. 2.* decis. Neapol. 350. *nu. 11.* Aymo *in cons. 205. num. 42.* Burg. de Paz *cons. 29. nu. 57.* & omnis similitudo est quoddam figmentum rei, vt inquit Bald. *in l. 1. col. 2. C. de patrib. qui filios distraxerunt.* Glos. Parisiens. *in 1. par. consuetud. Paris. § 1. gl. 1. n. 5. fol. 10.* Et argumentum à simili † non procedit vbi tractatur de legum correctione, secundùm Bald. *in c. inter cæteras, de rescriptis.* In quo puncto plura notabilia tradit Fuluius Pacian. *in tractat. de probat. lib. 2 c. 13. num. 26. cum sequentib. fol. 39.* Et argumentum ab æquiparatis † non habet locum nisi in casibus in quibus loquitur æquiparatio, *l. stichum, ff. de manumiss. testam.* Glos. *in l. omnes dies, C. de feriis.* De quibus tamen lector legat Aymonem *in tractat. de antiquit. part. 4. num. 51. fol. 226.* explicat latè Ripa *in dict. l. 1. numer. 2.* cum aliis, Euerard. *in loco 10. à simili, pagin. 125.* notanter Menoch. *lib. 2. de arbitrar. casu 74.* Fuluius Pacianus *in tract. de probationib. lib. 1. cap. 27. num. 52. fol. 76.* vbi ponit regulam, quòd vt æquiparatio operetur, † debet poni per viam Regulæ; ad quod plures Authores citat: & legi debet Ioan. Gratian. *regul. 142. num. 2. cum sequentibus*: & est similitudo alia formalis, alia in effectu, & ista est potentior & aptior, secundùm Angel. & Imol. *in l. qui liberis, in fin princip. ff. de vulgar.*

¶ Ad prædicta facit, quia licèt vbi duo in eadem dispositione coniunguntur, † præsumitur in dubio disponentem voluisse in ambobus æqualitatem seruare, *l. Lucius, ff. de vulgari: l. si legatarius, ff. de legatis 3.* † Istud fallit, si in altero duorum esset maior vel diuersa ratio quàm in alio, *l. si seruus liber ff. de statuliber. l. si ita scriptum*, vbi Bened. de Plum. *ff. de manumiss. testament.* Ioan. de Imola *in l. Caius, col. 3 ff. soluto matrimon.* Alexand. *cons. 158. num. 16 lib. 5.* Et ista confirmantur, quia multum leges fauent contractibus onerosis, & vltro citróque obligatoriis, † magis quam contractibus gratuitis, & mere liberalibus, vt patet *ex dictis legibus Taurinis*, facit *l. vltima, § si à socero, ff. de his quæ in fraud. cred.* notat Ias. *in § item si quis in fraudem, n. 30. de action.* & *in l. Nesennius, num. 2. ff. de re iud.* bona *l. 7. in vers. E si por auentura, tit. 15. par. 5.* & hoc in aliis pluribus locis reperitur.

Sed nihilominus videtur verior sententia, quòd est prohibita patri reuocatio Quinti, sicut reuocatio Tertij in casibus, in quibus leges Regales vetant reuocari meliorationem Tertij. Et ita hodie tenet Lara *de alimen. § item rescriptum, num. 60. fol. 239.* qui tamen (iudicio meo) † errauit, dum resoluit, reuocari posse quoad secundum vocatum, licèt non respectu primi; quod sustineri non potest ex his, quæ scribo *supra, quæst. 24.* Licebit tamen patri (vt reor) tali promissione & contractu non obstante, licèt non de toto Quinto, saltem † de magna eius parte disponere pro anima, quæ cunctis rebus præferri debet. Quod fundari potest ex dispositione *l. 30. Tauri*, vbi dicitur, quod † cera, Missæ, & alia legata gratiosa debent extrahi de Quinto. Videtur ergo dicta lex clarè disponere, quæ est posterior *d.l. 22.* quod non obstante melioratione, Missæ, quæ respiciunt animam testatoris, & expensæ funeris, sunt de Quinto deducendæ.

Sed huic inductioni replicari potest, quòd si verum esset, deberent etiam de Quinto extrahi legata gratiosa, ex quo meliorationi maximum fieret præiudicium. Sed huic replicæ iterum † replicari potest, quòd legata gratiosa exequantur sicut dicta lex mandat, nisi id impediat melioratio Tertij & Quinti, & diuersa est ratio in legatis gratiosis, quàm in his, quæ respiciunt animæ

animæ fauorem. Et impensa funeris, quæ magna † priuilegia habet, vt patet ex *l. Impensa, ff. de religio. & sumpt. funer. & l. 30. tit. 13. part. 5.* vbi Gregor. Lop. *in verb. Que otro*, sequitur Bart. *in l. 1. ff. soluto matrimonio num. 26.* vbi dicit, quòd funeris impensa præfertur † etiam doti vxoris, & Angel. *in § vltim. Instit. ad l. falcid.* facit *l. 12. tit. 13. par. 1.* & quod notat Alexand. *in cons. 133. num. 7. lib. 5.* Episcop. Couar. *in c. Raynaldus, § 3. fol. 140. de testam.* Rebuf. *to. 1. ad constitut. Regias, tract. de senten. prouision. pag. 219. num. 39. cum aliis.* Et certè iniquissimum esset auferre patri facultatem disponendi de aliqua parte Quinti pro anima, qui fortè bona cum magno labore acquisiuit, prout experientia quotidie videtur.

Et si dixeris id æquissimè patrem mereri, qui sibi ipsi manus ligauit, & legem imposuit, & ideo debere patienter sustinere damnum, quod suo proprio contractu eidem superuenit, & eam legem debere sustinere & pati, licet duram ei, qui contrarium facere poterat, *l. prospexit, ff. qui & à quibus.* Huic argumentationi respondeti potest, quòd istæ meliorationes, quas patres faciunt, procedunt ab eximio amore, quem in filios habent, qui facit parentes à iusto deuiare: quia amor parentum circa filios † est immensus, etiam in brutis animalibus, vt latissimè ostendit Tiraquel. *in l. si vnquam, in principio, C. de reuocand. donat.* Et omnia, quæ nostra sunt, † liberis nostris ex voto paramus, *l. nihil, circa med. ff. de bonis libertor. l. de emancipato, C. de legit. hared.* & hoc amore seducti, & quia filios optant honoratè matrimonium contrahere, aut propter alios fines, solent hos contractus facere, cum quibus se excoriant, vt in alio proposito inquit Ripa *respons. 117. n. 4.* vnde iniquum videtur, sic ipsorum potestatem restringere. Et hoc æquitate iustificatur, licèt summum ius deficeret, prout alias inquit Consultus *in l. 2. §. quanquam, ff. de aqua pluuia arcenda.* ¶ Et filij ingenti obligatione & remuneratione † tenentur pietatem in parentes exercere, *l. nam etsi parentibus. ff. de inoffic. testam.* & est egregia *l. 8. tit. 23. par. 1.* notat. Glos. *in cap. 1. 30. distin. & in cap. non satis, 86. distinction.* & pietas ad omnia † vtilis est, secundùm *Diuum Paulum*, & animæ & pietati multa sunt concessa contra regulas iuris. De quo particularem edidit tractatum Tiraquel. *de pœa Causa*, in quo 167. priuilegia piæ causæ cumulat; quæ inhibi lector videre poterit, ex quibus multa depromi possunt pro confirmatione huius sententiæ. ¶ Et ad hoc facit bonum dictum Peraltæ *in l. siquis Titio, nu. 22. pag. 192. ff. de legat. 2.* vbi agit de intellectu textus *in d. l. 3* & si res ista in ambiguo esset, & staret Scribentium varietas, in dubio est † tenenda opinio, quæ fauet animæ, & piæ Causæ. Casus est celebratissimus *in l. Iunia Petronia. ff. de manumission.* Et ex istis satisfieri potest ad omnia, quæ in contrarium per Scribentes in ista quæstione adducuntur; quod ego hic in indiuiduo non facio, quia longum esset.

Quæ autem disputata & discussa sunt in ista quæstione, ex rationibus, iuribus, & authoritatibus suprà citatis, procedunt, & vendicant sibi locum in fundatoribus maioratuum, qui faciunt maioratum irrenocabilem de omnibus bonis, sicut plerumque contingit: quia nihilominus licet illis disponere de bonis vinculatis pro anima quantitatem moderatam. Et ista seruiunt pro decisione quæstionis disputatæ à Ioan. Guttier. *in 3. p. quæst. practicarum, quæstion. 61.* vbi tradit, an patentes possint in vita vel in morte relinquere vel expendere vltra Quintum bonorum in eleemosynas pauperum, vel in alios pios vsus.

Hæc omnia superiora procedunt in patre, nunc inquirere oportet, an *dict. l. 17.* quæ permittit matri renocare donationem Tertij, procedat etiam in Quinto? In qua quæstione videtur mater † non posse reuocare donationem Quinti. Et circa hoc dispositio illius textus remanet in dispositione iuris communis. Ex quo donatio facta per matrem filio est irrenocabilis: refert ad hoc *l. velles necne, C. de donation.* Circa quam legem plura scribit Paris. *in cons. 69. num. 126. lib. 3.* & cum lex loquatur de Tertio, non de Quinto, † habetur quintum pro omisso, *l. si vero, § de viro, ff. soluto matrimonio, l. commodissimè, ff. de liberis & posthum.* & cùm lex disponat de Tertio, & disponere posset de Quinto, & non fecit, non est credendum factum fuisse sine mysterio & causa, *l. unica, § ad deficientis, C. de caduc. tollend.* & ad istam opinionem facit *dict. l. 22.*

Sed est dubium necessarium, an ad hoc quòd donatio Quinti facta per matrem sit irreuocabilis, sit necessaria traditio? In quo dubio Tellius *in dict. l. 17. nu. 3.* dicit, quòd de iure communi donatio facta per matrem filio, erat irreuocabilis † absque traditione. Et ex hoc infertur *num. 8.* quòd melioratio Quinti facta per matrem est irreuocabilis, licet traditio non interueniat, nec ex causa onerosa facta sit, per text. *in d. l. velles necne.* Et appellatione *parentum* † venit mater, *l. 2. § Prætor ait*, vbi notat Ias. *num. 8. fol. 101. ff. de in ius vocando*, Glos. *in l. in l. quisquis 5. § ad filias 3. in verb. Minus auferas, C. ad legem Iuliam Maiest.* & mater potest stipulari pro filiis, vt tradunt Corn. Bald. & Aretin. quos refert Menoch. *in cons. 162. num. 4 & 6. lib. 2.* quos citat Thom. Sanchez *in tractat. de matrimon. lib. 1. disputat. 9. num. 5. pag. 38.* & pro hac opinione facit *authen. quod mater, C. de reuocand. donation.* vbi in casibus in eadem lege contentis licet matri reuocare donationem, & † non in aliis, notat Ripa *in l. vltima, quæst. 41. C. de renocand. donation.* Menoch. *de arbitrar. indic. lib. 2. centur. 2. casu 130. num. 1. pag. 295.* & istam etiam opinionem ante Tellium tenet expressè Roderic. Suar. *in l. quoniam in prioribus, in declaratione ad l. Regni, quæst. 9. num. 5. vers. Præterea, pag. 125.* vbi vult, quod donatio Quinti facta à matre statim est valida & irreuocabilis.

Sententiam autem *Tellij* ego quandoque sequutus fui: postea reperi contra eam fortem text. *in l. si constante, C. de donation. inter virum & vxorem*, vbi dicit lex: *Si constante matrimonio tibi mater domum tradidit, hanc in bonis tuis fecit.* Ex qua lege videtur probari, traditionem † esse necessariam ad hoc, vt donatio facta per matrem filio, reuocari non queat, notat Ias. *in l. frater à fratre, n. 46. qui est finalis, in repetit. ff. de condition. indeb.*

Secundò, contra prædictum Aduocatum est tex. fortis, † secundùm intellectum Glossæ & Bald. *ibi, in l. possessionem, C. de renocand. donation.* ibi, *Possessionem quam in vos emancipatos per donationem mater contulit, ex pœnitentia sola alienare non potuit.* Ex quo text. Bald. *ibi* aperte colligit, quòd traditio † est necessaria, vt donatio sit irreuocabilis. Et intellectum Bald. *ibi* clarè sentit *Glos.* dum refert pro concordan. *dict. l. si constante.* Sed quamvis *dict. l. possessionem*, secundùm intellectum Glos. & Bald. *ibi* faciat contra opinionem *Tellij*, mihi videtur, quòd secundùm verum intellectum illa lex non vrget: nam Bartol. *ibi* aliter summat illam legem dicendo, quòd ibi mater ex pœnitentia sola donationem renocare non potest.

¶ Et fundamentaliter dico, quòd *Bald.* in intellectu *illius text.* falsus fuit: quia illud verbum (*possessionem*) non significat eam possessionem, quæ dicta fuit à *pedum positione*, de qua fit mentio *in l. 1. ff. de acquirend. possess.* & *in l. 1. tit. 30. par. 3.* sed potius ipsam † rei proprietatem; quod apertè patet ex tenore & latinitate *prædictæ legis*, & *ex l. possessiones*, quæ est secunda, *C. de probation. l. siquis, C. de ædificiis priuat. & l. possessiones, C. siquis ignorans rem minor.* & *l. possessionum diuisionis, C. commun. vtrinsque iud. l. 2. C. de seruitut. & aqua: l. vltima, C. de priuileg. fisci, l. ab executione. C. quorum appella. non recipian. l. libertus, § sola domus, l. filij, ff. ad municip. l. 2. tit. 15. lib. 5. Recopilation.* ibi: *Casas, heredades y possessiones.* Et Genesis cap. 48. ibi: *Emit igitur Ioseph omnem terram, vendentibus singulis possessiones suas*: quem locum citat Quintilian.

Mandos. *in glos. in verbo, facultatem, vers. Qui indicant terram, fol. 7. col. 4.* Et si iudex dicat in sententia,
47 quòd priuat aliquem possessione, † censetur pronuntiare super dominio, secundùm Baldum *in c. contingit, num. 2. in fin. de dol. & contum.* Contardum *in l. unica, C. ß de momentan. possess. quæst. 13. num. 70. pag. 567.* & Plal. 2. dicitur: *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Quod citat Nauar. *in cap. nouit: de iudiciis, notab. 3. num. 8. pag. 94.* & ad hoc textus expressus *in l. Medicus, ff. de variis & extraordinariis cognitionibus.* Et legans possessiones † censetur le-
48 gare immobilia, & non pecunias, nec alia bona mobilia, secundùm Bart *in l. uxorem, §. legaucrat. fol. 61. ff. de legat. 3. num. 3.* Iacob. de Rauen. & Alberic. *in l. veteribus, ff. de pactis,* Ias. *in l. 1. in princip. num. 41. ff. de acquiren. possess.* & apud Iurisconsultos hoc expeditum est, vt constat per *l. interdum, ff. de verborum signification.*,
49 ibi: *Interdum proprietatis verbum, possessionem etiam † significat, sicut in eo, qui possessiones suas legasset: responsum est*, vbi Alciat hoc notat, qui ex nostris legibus solummodo refert *l. vlt. C. de prad. minor.* & *l. cum res, C. de contrahen. emption.* & ad hoc citat illam legem Pinel. *in l. 1. C. de bonis maternis, par. 2. num. 7. fol. 42.* & hoc vult Anton. de Burr. *in cap. cum ad sedem, n. 6. & 7. fol. 136. de restitution. spoliat.* & probatur *in cap. 1. de in integr. restitution.* & tradit Alua. Valasc *consultat. 70. num. 8.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 3. fol. 144. num. 7. in vers. Quæro numquid dispositio:* Peralta *in l. Titia cum testamento, §. Titia cum nuberet, num. 1. pag. 45. ff. de legat. 2.* per illum textum Cœpol. *in l. si partem, num. 1. pag. 413. ff. pro empto.* Pinel. *in l. 1. par. 2. num. 7. fol. 42. C. de bonis maternis,* Rebuf. *in proœmio, ff. de verborum signification. part. 3.* Alciat. *respons. 486. num. 4.* & vnus habet possessionem, alius detentationem, alius proprietatem, vt declarat Anton. Gabr. *lib. 5. de acquirend. possession. conclus. 1. num. 85.* qui refert Bartol. Baldum, Salicetum.

Et siquis legauerit plenam & omnimodam posses-
50 sionem, † videtur proprietatem legare, secundum Alciatum *in cons. 38. num 9. in fin.* quem citat Franc. Mantic. *lib. 9. de coniecturat. mente defuncti, tit. 2. nu. 32. pag. 386.* Simon de Præt. *lib. 4. de interpretand. defunct. voluntat. dubitatione 3. num. 5. fol. 378. column. 4.* Menoch. *in tractat. de præsumption. lib. 4. præsumption. 133. nu. 14. fol. 242.* & si Iudex dicat in sententia, *Priuamus te pos-*
51 *sessione perpetuò*, † videtur super proprietate pronunciare, secundùm Baldum *in cap. contingit, num. 2. de dolo & contumacia:* Contardum *in l. unica, C. si de momentan. possess. quæst. 13. num. 70. pag. 567.* Et habere aliquid quandoque intelligitur de proprietate, quandoque de possessione, vt tradit Mandos. *in verbo facultatem, §. habita, fol. 51. column. 3.* qui allegat *l. officium, ff. de rei vendication.* & alia iura, faciunt scripta per Bartazolum *in l. siquis maior, num. 629. fol. 21. C. de transactionib.* & multum distant verba *tenere, & possidere,* vt resoluit Matth. de Afflict. *in decis. 403. nu. 13.* per *leg. stipulationem habere licere, §. hoc quoque, ff. de verborum obligationibus,* & *num. 15.* tradit, lex *possessores* nominans quos intelligat, & possessionem. Et secundum vsum communem loquendi, *Heredad y possession*, in
52 Hispania † idem sunt, vt testatur Matien. *in l. 7. glos. 1. num. 1. lib. 5. Recopilation. fol. 347.* Et probatur etiam ista conclusio *in l. si super possessione*, vbi notat Dec. *in primis verbis, C. de transact.* qui alios refert, & idem tenet Corn. *in cons. 197. num. 16. lib. 2. & in cons. 8. nu. 5. lib. 1.* vbi dicit, quòd siquis in libello petat sibi resti-
53 tui *possessiones*, † intelligitur de feudis & prædiis, & tradit Ripa, *in rubric. de caus. possess. & proprie. num. 40.* & probatur etiam ista conclusio *in l. 2. C. de bon. vacan. lib. 10.* vnde dicit Lucas de Penna *in l. 1. C. de reis postulan. lib. 10. col. 4. vers. In contrarium vero, fol. 96.*
54 quòd qui donat *possessionem*, † donare intelligitur ipsam rem immobilem, & plura ad nostrum propositum scribit; & traditur etiam per Decium *cons. 572. num. 3.* & Alexand. vbi Glos. Parisiens. *in cons. 63. num. 7. lib. 6.* & per Menochium *de recuperand. possession. remed. 3. nu. 232. pag. 196.* & idem probatur in Actibus Apostolorum, *cap. 2.* ibi: *Possessiones & substantias vendebant*, & iterum *c. 7.* & Psalm. 22. ibi: *Possessionem tuam terminos terræ.* Et apud nos communis vsus loquendi hoc docet, nam vulgariter dicimus? *Esta es mi possession, o Pedro tiene muchas possessiones.* Significando ipsam rei proprietatem.

Et quando testator legat plenam & omnimodam possessionem, videtur † legare proprietatem, & non 55
vsum fructum tantum, secundùm Alciat. *respons. 486. num. 2. &* 3. Menoch. *in tractat. præsumption. lib. 4. præsumption. 133. nu. 14. fol. 242.* de quo legendus est Petr. Surd. *decis. 241. num. 2. cum pluribus sequentibus*, & ad hoc est etiam text. expressus *in l. Seia, §. tyrannide, ff. de fundo instructo*, & faciunt scripta per Barthol. Socin. *in cons. 47. num. 6. lib. 1.* Bertazol. *in tractat. clausul. clausul. 20. glos. 24. num. 13. fol. 103.* Et tantum est † dicere, *pro-* 56
prietatis possessio, quantum est dicere, *dominium rei*, secundùm Bald. *in l. locorum, C. de omni agro deser. li. 11.* Ias. *in §. omnium, num. 63. de actio.* ¶ Et quòd siquis legauit possessiones suas, vel possessiones rerum suarum, intelligatur † de rebus immobilibus, cùm ipsæ etiam 57
possideantur; tenet Alberic. Imol. Roman. Alexand. & alij in *l. 1. ff. de acquirend. possess.* vbi Socin. Iun. *nu. 148. fol. 39.* hoc latè disputat, & *nu. 150. cum sequentibus*, disputat, an sub legato possessionum comprehendatur domus vrbana? & tradit Francisc. Mantic. *lib. 9. de coniecturata mente defunct. ti. 3. num. 34. pag. 391.*

Sed quod verbum, *possessio*, vario modo † accipia- 58
tur in iure, tradit latè & notanter Alexan. *in cons. 63. nu. 7. lib. 6.* de quibus lector videat Bertazol. *in tractat. de clausulis, claus. 20. glos. 2. fol. 95.* & terra capitur pro campo, seu possessione, vt tradit Ioan. Francis. *in tractat. de Baronibus, pragmatica 5. num. 100. pag. 130.* Et qualiter si testator legat suas possessiones, videatur legare immobilia, explicant Bald. *in l. fin. num. 13. C. de compensationibus*, Roman. Alexan. Ias. Socin. Iun. *in l. 1. ff. de acquiren. possess.* quos citat Mantica *de coniecturata mente defuncti, lib. 9. tit. 3. num. 34. pag. 593.* & ista conducunt ad intellectum cuiusdam quæstionis, quam disputat Bart. *in l. si aliquam rem, num. 10. ff. de acquirend. possess.* & qualiter accipiatur hoc verbum (*possessio*) tradit etiam *l. quæstio est 115. ff. de verborum significat.* vbi Alcia. & dicit Bald. *in addition.* ad Speculat. *tit. de restitut. spoliat. circa principium, in vers. Peto restitutionem*, quod quando in libello peto restitutionem possessionis, † valet sententia de re restituenda; refert & confir- 59
mat Ias. *in l. vinum, num. 29 si cert. petat.* pro quibus nos habemus expressam *l. 10. tit. 33. par. 7.*

Et ex istis patet, † quòd nisi prædicta lex posses- 60
sionem intelligat, secundùm intellectum *Bald.* non contradicit opinioni dicti Aduocati. Vtcunque sit, eiusdem opinio mihi dubia videtur, tàm propter sententiam Glos. & Bald. quam per *dict. l. si constante.* Nec quicquam obest *dict. l. velles necne*, quia Glos. Bartol. Angel. Bald. & Salicet. ex *ea lege* deducunt, quòd donatio facta per matrem filiis, non reuocatur prætextu mariti, & liberorum absentia: nec ille textus vllatenus probat conclusionem *Tellij*: vnde resoluitur, quòd quemadmodum ad hoc vt donatio Tertij facta per matrem indiget traditione, vt non possit reuocari, ita donatio Quinti. Et quòd donatio facta à matre possit reuocari non interueniente traditione, † clarè videntur tenere 61
Ioann. Lop. *num. 14.* & Cifuentes, *num. 3. in l. 26. Taurina*, quicquid teneat Anton. Gomez *in 17. Tauri, nu. 9.* Et si ista opinio est tenenda, dubium redditur quod supra scripsi, *num. 5.* & videtur quòd ad hoc quòd mater non possit reuocare donationem quinti, requiritur traditio sicut in Tertio, & procedit *dict. l.* in Tertio & quinto. Cogitandum est super his, quia dubia sunt. Et legenda quæ in proprio puncto & quæstione tradit Auendan. *in l. 17. Taurina, glos. 3. per totam, folio 41.*

Sciendum

Sciendum autem est matri fore licitum reuocare donationem quinti, si eam filius vel filia non acceptauerit, vt latiùs probo *in quæst. 36. infra, hac parte.*

Antea tamen quàm hinc abeam, quia tractatum est de intellectu textus *in dict. l. 22.* inserere hic oportet sententiam Peraltæ *in l. siquis in principio testamenti. n. 138. pag. 454. ff. de legat. 3.* vbi affirmat, quòd *d. l. 22.* procedit, quando promissio de meliorando facta fuit in
62 contractu, † secus si facta fuit in vltima voluntate: quia tunc talis promissio non valet; quia aufert liberam testandi facultatem, iuxta *l. stipulatio hoc modo concepta*, cum materia, *ff. de verborum obligationibus*, cuius dictum verum puto, non per rationem ab eo adductam, quæ nihil vrget attenta *dict. l. 22.* Sed quia vltimæ voluntates deambulatoriæ sunt vsque ad mortem, & contraria voluntate reuocari ad libitum possunt.

63 Limito, † nisi talis promissio facta sit in vltima voluntate per viam contractus filiis acceptantibus promissionem & contractum, vel aliis, in quorum fauorem promissio facta fuerit. Quod probatur ex doctrina Alberici, *in rubr. C. de donatio. num. 1.* & aliis, quæ scribo *in quæstion. 31. infra à num. 6.* non obstant verba *dict. l. 22.* quia censentur scripta gratia frequentioris vsus, vt affirmat Peralta de verbis *dict. l. 17. in l. Lucius. ff. de legat. 2. num. 20.* nec minus conducunt quæ scribo *in quæstio 23. supra hac par. num. 3.*

In hac etiam quæstione congruenter tractare possumus, an *leges 17. & 44. Taurinæ* vendicent sibi locum in auo & auia sicuti in patre & matre, in quibus ipsæ in specie & in diuiduo loquuntur, & licèt articulus disputari poterat, ex variis iuris principiis: cum mihi semper ea cura sit tempus frustra non consumere, in hoc
64 etiam visum fuit minimè ab instituto deuiare. Semper igitur placuit opinio, præcitatas leges procedere etiam in auo, & auia, quod probatur *in l. iusta 201. ff. de verb. significat.* ibi: *Patris nomine auus quoque demonstrari intelligitur.* Et quòd sub specie prædiorum veniant pater, patruus, & alij, qui ante præcesserunt, tradunt Archid. & Geminia. *in c. fin. de præben. in 6.* Decius *in cons. 225.* Ofascus *decis. 112. n. 19.* Et facit *l. 18. Tauri*, vbi licet auo omisso filio nepotem meliorare in Tertio. Et
65 quòd appellatione † parentis veniat auus, voluit Bald. *in l. scimus C. de inoffic. testa.* & traditur per eundem, & Angel. *in l. 1. C. de succes. edict.* & alios quos citat Nicol. Boer. *in consuetud. Bituricensi. tit. des coustumes, §. 7. pag. 17. col. 1. vers. Hæc habet alium casum.* Chassan. *in consuet. Burgund. tit. de succes. rub. 7. §. 10. n. 27. vers. Duodecimo facit, pag. 1021.* Et veniunt omnes † ascendentes
66 vsque ad tritauum, *l. Iurisconsultus, §. parentes, ff. de gradib. l. qui litigandi, §. 1. ff. de in ius vocand.* tradit Curt. Iun. *in cons. 5. n. 29.* Nicol. Boer. *cons. 17. n. 7.* Petrus Surd. *in tracta. de alimen. tit. 1. q. 16. n. 6. fol. 15.* Natta *cons. 201. n. 6. li.* Alexan. *in cons. 55. n. 3. li. 6.* maximè in materia fauorabili, secundùm Nicol. de Neapol. & Ias. *n. 54. in §. panales, insti. de actio. fol. 55. qui dicunt*, quod etiam de proprietate vocabuli verbum (parens) extenditur vsque ad tritauum, & appellatione prædecessoris
67 intelligitur non solùm de prædecessore immediato, † sed etiam de mediato, secundùm Barba. *in c. inhibentes, de iuramen. de calum.* Matth. de Afflict. *in constitut. Neapol. lib. 3. rubric. 18. num. 20. fol. 286.* Et ista conclusio aliis rationibus probari poterat, quæ latius tractantur *supra q. 15. vbi n. 7. & seqq.* ex hoc infertur ampliatio *ad Pragmaticam dotium*, an procedat in neptibus, sicut in filiabus: quod latius tracto *supra hac par. q. 15.* licèt in contrarium faciat Gl. *in c. appellatione parentis 51. ff. de ver. significat.* quæ vult, quòd licet appellatione parentis veniant auus, proauus, & deinceps omnes superiores, vt eadem lex probat, secus est patris appellatione:
68 quia proprie † ad genitorem refertur, vbi Alciat. hoc tradit *pag. 137.* & vide Rebuf. *pag. 371.* Et confirmatur quod scribit Tellius *in l. 15. Tauri*, vbi vult quod illa lex, procedit, & ampliatur in quolibet ascendente *per l. generaliter, C. de secundis nuptiis*, & doctrinam Alexand. *in additio.* ad Baldum *in auth.* Boer. *decis. 187.* melius faciunt supra citata, & addo Ioan. à Garronibus *in dict. authen. ex testamento, num. 28. fol. 60.* & Antonium Gabriel. *lib. 3. communium opinionum tit. de secundis nuptiis, conclus. 1. n. 8. pag. 217.*

QVÆSTIO XXIX.

An sit, necessarium, quòd pater det licentiam filio ad acceptandam possessionem bonorum maioratus, vel an ipse filius virtute scripturæ illam petere possit.

SVMMARIVM.

1 *Quæstionis definitio, & num. 3.*
2 *In traditione causa præsumitur.*
4 *Concedens licentiam apprehendendi possessionem, illam tradere an videatur? refertur sententia affirmans, & num. 6. Negans tamen, numer. 7. & 13.*
5 *Reuocatio maioratus ante possessionis apprehensionem est valida.*
9 *Intellectus ad text. in l. fistulas, §. fundum, ff. de contrah. empt. & num. 12.*
10 *Inter tradentem & accipientem personarum differentia debet esse.*
11 *An possit quis sibi ipsimet possessionem tradere.*
14 *Filius an possit propria authoritate possessionem accipere.*
15 *Per instrumentum acquisitionis traditio an probetur.*
16 *Instrumentum si fiat in præsentia donata, cum clausula. Donauit, & tradidit, an censeatur translatum dominium & possessio.*
17 *Maioratus vel melioratio an censeatur reuocata, si illius instrumentum filius patri reddat.*
18 *Resolutio contractus est eiusdem naturæ cuius est contractus.*
19 *Actus cum reuocatur, reuocati censentur omnes actus ab eo venientes.*
20 *Traditio ficta per Constitutum an sufficiat ad translationem dominij.*
21 *Dominium cum sine traditione transfertur, an sine ea retransferatur.*
22 *Quid in distractu & contrauentione.*
23 *Domino consentiente feudi alienationem cum pacto de retrouendendo, an in retrouenditione nouus consensus requiratur.*

VIgesimonono quæro pro intellectu istius materiæ: scimus quòd *l. 17. Taurina, & l. 44.* concedunt patri facultatem quòd possit reuocare meliorationem, vel maioratum, nisi possessionem tradiderit (vt latius in *dictis legibus* cautum extat,) iam inquirere oportet, an sit necesse quod pater propria voluntate tradat possessionem post scripturam factam, vel sufficiat, quod filius vadat cum scriptura, quam à Tabellione extrahat, & petat à Iudice quòd sibi detur possessio, ad hoc vt effugiat reuocabilitatem donationis: Nam Bal. *in §. si facta, numer. 1. si de feud. fuer. controuers. inter domin. & agnat. vassal.* dicit, quod post receptum sacramentum fidelitatis à vassallo, tenetur dominus præcisè mittere vassallum in possessionem vacuam feudi; & idem in donatione; refert ad hoc text. *ibi*, & *in l. in adibus, §. vltimo, ff. de donation.* faciunt tradita *in §. actionum, Institut. de action.* & in aliis similibus locis.

Nihilominus tamen contraria † opinio mihi placet; 1
per text. *in d. l. 17.* quæ non sine mysterio, nec frustra dicit illa verba: *O le hauiere entregado la possession.* &

illa

illa verba : *O le huviere entregado ante escriuano la escritura.* Et eadem verba habentur *ind. l.* 44. quæ loquitur in reuocatione maioratus, vt ex illa latius patet : respexerunt etenim illæ leges, & considerationem habuerunt non solum ad primam parentum voluntatem, sed ad deliberatam, & enixam eorundem determinationem, quæ concurrit, quando non solum faciunt melioratione, vel maioratum, sed etiam procedunt ad vlteriora tradendo possessionem vel scripturam : ex quo actu colligitur maior & individua voluntas, vt in *alijs locis* dico, ad quod facit doctrina Archidiaconi *in cap. noxe, 63. distinctione.* Baldi *in cap. his quibus, de electionibus,* Iasonis *in l. quominus, num.* 167. *ff. de fluminibus,* dicentis, quòd in traditione semper † præsumitur causa; secus in promissione. Non obstat doctrina Baldi *vbi supra:* quia illæ leges Regales aliud volunt in hoc casu : potest † autem habere locum doctrina *Baldi*, vbicunque pater non solum facit maioratum, vel meliorationem, sed dat licentiam filio quòd possessionem apprehendat : tunc etenim Iudex tenebitur filio possessionem dare, vel ipse filius potest illam apprehendere propria authoritate, *l. si creditores*, vbi latè Bartol. *C. de pignor. l. qui rationario, l. penultim. ff. de pignorib. action.* quia hoc casu iam constat de voluntate parentis volentis possessionem tradere.

Sed attende lector, quòd non ex eo, quòd pater det filio licentiam apprehendendi possessionem, illam † tradere videtur, imo si antea quam illam apprehenderit, reuocauerit maioratum, erit † reuocatio valida, quicquid dixerit Matthæus de Afflictis, *in constitut. Neapol. in constitutione hac edictali, § fin. notabil. 4. lib. 4.* vbi dicit, quòd concedens alicui licentiam apprehendendi possessionem propria authoritate, † videtur in consequentiam tradere possessionem, *l. fistulæ, § fundum, ff. de contrahend. emptio.* & idem tenet ipse Matthæus ab Afflictis *decis. 275.* & Bald. *in l. nec ambigi, C. de donat.* quos citat Parisius *in cons. 25. num. 52. lib. 3.* quem iusta ratione reprobat Peralta *in l. Titia cum testamento, § Lucius, num. 6. ff. de legatis 2. pag.* 406. vbi tenet, quòd ex licentia intrandi possessionem † non censetur tradita possessio, & idem tenet non relato Matthæo de Afflictis Ioannes Lopius *in l. 17. Taurin. folio 49. colum. 1.* & ibi Doctor del Castillo *folio* 88. *colum. 1. in versicul. Sed quæro post effectus possessionis,* quos cumulat : & ante istos idem voluit Baldus *in cap. 1. quid sit inuestitura, num. 3. folio* 31. & nouissimè istam sententiam prædictis non relatis tenet Angulo *in l. 1. tit. 5. lib. 5. Recopilat. glos. 8. num. 14. folio* 26. nam & per verba (*dedit & tradidit*) † non censetur translata possessio, secundùm Bartolum, *in l. prædia, ff. de acquirend. possessione,* & Bald. *in rubr. C. de contrahenda emptione, quæst. 19.* cum *concordan.* vt per Alexandrum *in dict. l. prædia, & in cons. 4. Videtur insp ctis, num. 2. lib. 2.* & Decium *in l. traditionibus, n. 3. fol. 36. C. de pactis.* Nattam *cons. 398. n. 19. lib. 2.* de quo legenda sunt quæ scribo *infra, hac part. quæst. 36. & infra, num. 15.*

Nec Matthæum de Afflict. iuuat † text. *in d. § fundum*, imo potius in contrarium facit ; quia dicit lex : *Fundum ab eo emisti, cuius filij postea tutelam administras, nec vacuam accepisti possessionem : dixi te tibi tradere possessionem hoc modo posse, vt pupillus & familia eius discedant de fundo, & tunc demum tu ingrediaris.* Quem textum in variis locis commendant Doctores, ad probandum, quod licet debeat † esse differentia personarum inter tradentem & accipientem, iuxta text. *in l. 2. in fine, ff. de stipula. seruorum,* & *in cap. fin. de instit.* Fallit ratione officij : quia quis sibimetipsi † potest possessionem tradere : de quo textu meminere Bartol. *in dict. l. 2.* & idem, vbi Alexand. Iaſ. & alij, *in l. 1. § fui. quæsitum, ff. ad Trebellianum,* Bald. *in l. non dubium, C. de legat.* Angel. *in § tutor, Instit. de author. tutor.* Iaſ. *in l. id quod pauperibus, num. 3. C. de Episcop. & Cler.* & *in l. singularia. num. 18. ff. si certum petatur,* & *in l. 1. in principio, num. 95. ff. de acquirend. possess.* Roman. *in singular.* 103. Latè Matienç. *in l. vltim. tit. 11. lib. 5. Recopilation. glos. 1. num. 4. folio* 339. † textus ille igitur non probat conclusionem, quam ab illo deducit Matth. ab Afflict. vt colligitur ex illis verbis, ibi : *Et tunc demum tu ingrediaris,* iunctis verbis præcedentibus : quia in casu illius textus non censetur possessio translata, donec pupillus & familia à fundo discesserint. Ecce igitur qualiter ex simplici licentia † non censetur possessio translata ; nisi verè apprehensa fuerit, & qui antea possidebant, à fundo discedant. Et ideò *Matth. de Afflictis,* falsus fuit intellectus illius textus, vt apertè patet ; & hunc intellectum ad illum textum tenet Odofredus *in summa de iure patronat. col. vlt. vers. Sed quid si Clericus* Lambert. *de iure patron. lib. 2. 8. q. principal. 1. p. n. 10. folio* 83.

Præterea, talis licentia eum solum effectum habet, quod filius potest accipere possessionem etiam propria authoritate, nec erit violentus possessor ; ac sine meru possessionem ingredi † potest, quod ex solo titulo non licebat, *l. si ex stipulatione, l. fundi, ff. de acquir. possessione, l. nec ex vera, C. eodem titulo, l. 1. in principio ff. quorum legator.* Ex tali ergo licentia euadet pœnam violenti possessoris & prædonis, secundùm Bart. & alios, *in d. l. prædia, ff. de acquir. posses.* & eundem *in l. 2. C. eod. titulo,* Cuman. & Iaſ. *n. 3.* vbi alij moderni *in d. l. si ex stipulat.* quæ lex, & concordantes faciunt pro opinione, quam tenui *n. 1.*

Sed est notandum, quòd per instrumentum acquisitionis probatur traditio possessionis, in quo est verbum, *Dedit, & donauit,* per quòd transit possessio, *§. si itaque,* & ibi Glossa, Angel. Aretin. Iaſ. *notab. 1. Instit. de actio.* quos citat Boërius *cons. 11. n. 12.* Sed non † credo verum : maxime quia inquit Bart. *in d. l. prædia, ff. de acquirenda posses.* quòd ex instrumentis traditio probari non potest, etiam si de traditione fiat mentio, quem sequuntur *ibi* Doctor. Bart. Socin. *cons. 205. col. vlti. lib. 2. & cons. 111. col. 1. lib. 3.* Decius *cons. 300.* Aymon. *cons. 157. num. 13.* de quibus etiam legenda sunt quæ scribo *infra, hac part. quæst. 36.* Habetur etiam pro traditione in materia præsentis quæstionis, si pater & mater faciant Constitutum, vel reseruent vsumfructum in fauorem filiorum.

Summè etiam notandum est, quòd si instrumentum fiat in præsentia donatarij cum clausula (*Donauit & tradidit*) † censetur translatum dominium & possessio, secundùm Bartolum *in d. l. prædia. 2. opposit.* & ibi Alex. *column. penul. vers.* & confirmat Rolan. *cons. 51. num. 31. lib. 2.* Felin. *cons. 50. n. 1.* de quo vide quæ scribo *q. 36. vs supra, n. 15.*

Item animaduerto, quòd quemadmodum per traditionem instrumenti melioratio fit irreuocabilis, quia censetur tradita possessio, vt probat *vulgata l. 1. tit. 6. lib. 5. Recopilationis,* & idem est in maioratu, iuxta *l. 4. tit. 7. eodem libro,* ita per instrumentum retraditionis, videlicet, si filius reddat patri instrumentum maioratus, vel meliorationis, videtur retradere possessionem ; & in consequentiam maioratus vel melioratio † reuocata censetur : quod suadetur ex Glossa *in l. ab emptione, ff. de pactis,* in Glossa magna, *circa medium,* quam Bart. & cæteri commendant, & idem vult Bald. *in præludio feudorum, num. 29.* Rebuf. *in cap. cum Ecclesia Sutrina, in glos. in verb. reducentes, in versiculo, Circa istam glossam, pag.* 307. quod est singulariter notandum : & confirmatur ex scriptis per Tiraq. *in tract. de Constit. par. 3. limit. 20. folio* 135.

Et confirmo, quia resolutio contractus, † est eiusdem naturæ cuius est contractus, secundùm Bartolum *in l. & ideo, num. 2. ff. de condict. furti.* Matth. ab Afflictis, *decis. 232. column. 1.* & 2. tradit latè Osasc. *decis. Pedemontana 53. num. 11.* & quando actus principalis reuocatur, † reuocati censentur omnes actus ab eo venientes, *Clement. 1. de immunitat. Ecclesiarum. l. nam origo, ff. quod vi aut clam. l. hactenus, in fin.* cum *l. sequenti, ff. de aqua plu. arcend.* notat Aymo *in cons. 202. num. 28.* ¶ Et ficta

ficta traditio per Constitutum sufficit † ad retranslationem dominij, vt per Iason. *in l. quoties, num. 14. C. de rei vendic.* Guid. Pap. *quæst. 112.* Ruinum *cons. 172. lib. 1.* quos citat Antonius Peregrinus *in tract. de fideicommiss. art. 51. num. 79. fol.* 492. & faciunt quæ scribit Bertazol. *in tract. clausularum, clausula 30. glossa 12. n. 9. fol.* 172. quibus congruit regula singularis, quam ponit *Bald.* per illum textum *in l. 1. C. de inoffic. donation.* vbi tradit, quòd in casibus in quibus ipse iure ex aliqua dispositione transfertur dominium sine traditione, ita resoluta illa dispositione † retransfertur dominium sine traditione ; secus si in prima translatione requireretur traditio : quia etiam in retranslatione, requireretur traditio ; & idem volunt Bartolus *in l. & ideo, ff. de conditione furtiua,* Alexand. *in l. final. C. de legatis,* Carol. Ruin. *in l. Titio fundus, num. 3. pag. 259. ff. de condition. & demonstration.* Anton. Gomez *in l. 40. Tauri, num. 27.* ad quos iungo Ripam *in l. final. num. 129. C. de reuocand. donation.* vbi per regulam *l. 1. C. quando liceat ab empione discedere*, ponit doctrinam, quòd sicut ex solo contractu absque traditione non transfertur dominium, iuxta *l. traditionibus, C. de pactis*, ita ex solo † distractu, vel ex sola contrauentione non transfertur dominium. ¶ Ad quod etiam facit doctrina Petri Surdi *decisione 220. n. 52.* vbi vult, quòd si dominus consentiat feudum alienari cum pacto de retrouendendo, non † est necessarius in retrouenditione assensus nouus, per notata per Amedeum de Aponte *in tract. Laudemiorum, quæst. 37.* Frecciam *de feud. lib. 2. quæst. 6. num. 11.* Bursatum *consilio 29. num. 18. & colum. 30. num. 26. & 29.* & alia quæ refert.

QVÆSTIO XXX.

Si pater promittat non reuocare maioratum, an hæc promissio efficiat maioratum irreuocabilem.

SVMMARIVM.

1 *Refertur opinio* Peraltæ *in decisione præsentis quæstionis.*
2 *Donatio causa mortis cum promissione de non reuocando, an sit irreuocabilis.*
3 *An ex hoc renuntiet pater facultati, quæ illi ex l. 17. Taur. competit. Quid quando sit absenti promissio, num. 5. Quid quando constat, quod verba sunt apposita ex Tabellionum consuetudine, n. 28. Resoluitur, n. 64. 69. 76. & 80.*
4 *Taciti & expressi idem est iudicium.*
6 *Veritatem semper amare & colere debemus.*
7 *Arguitur contra* Peraltam, *& num. seqq.*
8 *Quicquid non exprimitur, manet sub iudicio Regulæ.*
9 *Fundatam habet intentionem qui habet Regulam pro se.*
10 *Qui in regula fundatur, an possit errare.*
11 *Casus quidam cum excipiuntur, alij censentur inclusi.*
12 *Exceptiones debent interpretari, vt ius commune non corrigant.*
13 *Lex statuens aliquid in casu speciali, in aliis casibus contrarium statuere videtur.*
14 *Donatio facta filio cum clausula Constituti, potest à patre in testamento reuocari.*
15 *Dispositio non est trahenda vltra legis verba.*
16 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione efficax est in iure.*
17 *Qualiter de iure communi donatio facta per patrem filio in potestate constituto erat inualida.*
18 *Quid si filio emancipato fiat.*
19 *Quid de iure Regio.*
20 *Quid in matre.*
21 *Quæ accessoriè apponuntur, sequuntur naturam principalis.*
22 *Qui vtitur natura actus, contrauenire non dicitur. & num. 65.*
23 *Verbum*, Dono, *si subiecta materia aliud dicter, non verificatur in donatione propria.*
24 *Clausulæ, quæ sunt ex Tabellionum stylo, contractum non mutant, & num. 26. Nec operantur vbi de non verisimili præindicio agitur, num. 32.*
26 *Tabellionum stylus probari debet ; alias instrumentum erit validum, in proprio tenore.*
27 *Intellectus ad* l. 1. C. de rescindend. vend. *remissiuè.*
29 *Iuramentum non operatur, quando apparet scriptum ex Tabellionum stylo. Sequitur naturam actus, super quo interponitur, n. 66. & 70.*
30 *Refertur & examinatur aliud dictum* Pinelli, *de emphyteuta qui promisit rem meliorare.*
31 *Contrahentes cum consuetudine & vsu se conformare videntur.*
33 *Clausulæ appositæ ad executionis dispositionem, actus naturam non mutant ; secus in principali dispositione, & n. 34. 36. & 37.*
35 *Clausula Constituti possessoria executionem respicit.*
38 *Relatiuum conditionem importat, si executionem dispositionis respiciat.*
39 *Literæ executoriæ non ampliant dispositionem, & n. 40.*
42 *Verba conditionalia executionem respicientia non impediunt transmissionem.*
43 *Renuntiatio, facta potestate reuocandi, virtute* l. si vnquam, *præiudicat in executiuis.*
44 *Renuntiatio fideicommissi non arguitur ex clausula exceptiua.*
45 *Constitutum positum accessoriè ad executionem ineffax est.*
46 *Posita in executione gratiæ eam non firmant.*
47 *Regia donatio ex verbis executiuis non ampliatur.*
48 *Verba quando dicantur apposita in executiuis, vel in principali dispositione, & n. 90. remissiuè.*
49 *Clausulæ decreti irritantis secundùm naturam principalis dispositionis regulantur, & num. 50.*
51 *Conditio tacita non suspendit, vbi non respicit executionem.*
52 *Constitutum in verbis executiuis ad tempus mortis an suspendat aliud tempus appositum in verbis executiuis.*
53 *Actus consequutiuus potest fieri lite pendente.*
54 *Legatum puellæ factum, si à testatore exprimatur ad executionem pertinere, purum est.*
55 *Feudum hæreditarium an dicatur, si in clausula executiua adsit dictio,* pro hæredibus.
56 *Verba & mens disponentium in omnibus debent considerari.*
57 *Clausulæ consuetò additæ, an in executiuis operentur.*
58 *Clausulæ executiuæ, quando aliàs nihil operantur, dispositionem ampliant & extendunt.*
59 *Intentionem disponentis declarant.*
61 *Clausula accessoria alienationis principalem dispositionem an sequatur.*
62 *Tacita conditio executionem respiciens transmissionem an impediat.*
63 *Fideicommissum qualiter contineatur hæreditatis appellatione, cum verba in executione ponuntur, remissiuè.*
67 *Generalis dispositio secundùm naturam rei, de qua loquitur, est limitanda.*
68 *Intellectus ad* l. vbi ita donatur, ff. de donation. caus. mort.
71 *Donatio quando dicatur causa mortis, quando inter viuos, remissiuè.*
72 *Verba*, Inter viuos, *si in donatione adsint, an aliàs præiudicent, vt iudicetur causa mortis.*
73 *Taciti & expressi idem est iudicium, quando tacitum est secundùm iuris regulas.*
74 *Secus si contra eas.*

75 *Tacita conditio excuſſioni adiecta, non ſuſpendit.*
77 *Renuntiatio legum an debeat eſſe ſpecialis.*
78 *Vbi de graui præiudicio tractatur, generalitas non ſufficit.*
79 *Legata & donationes cauſa mortis qualiter differant, remiſſiuè.*
81 Lex 17. 22. & 44. Taurinæ *ſunt correctoriæ iuris communis, & exorbitantes, & non procedunt vltra caſus in eiſdem contentos, & num.* 82.83.
84 *Facultas teſtandi & diſponendi de re propria, non eſt reſtringenda.*
85 *Maioratus coniungi poſſunt extra caſum matrimonij, in quo loquitur Pragm. anni* 1534.
86 *Pactum cum promiſſione de non reuocando, & iuramento firmatum, an poſſit reuocari.*
87 *Argumentum à fortiori validum eſt.*
88 *Tacitum an poſſit operari plus quàm expreſſum, & num.* 89.
90 *Diſtinctio quædam tradita à* Molina *inter pactum de non reuocando maioratum, vel melioratione; aut de non contrauenicndo; non probatur Authori. Et quare, num.* 91.
92 *Donatio cauſa mortis cum promiſſione de non reuocando, & iuramento, ſi ſe cum donatione inter viuos compatitur, an deſinat eſſe cauſa mortis.*
93 *Quid ſi donatio fiat in teſtamento.*
94 *Sententia* Barbac. *quòd donatio cauſa mortis, vel legatum acceptatum, non poſſit reuocari, improbatur.*

TRigeſimò quæro, ſi tempore in quo pater maioratum fecit, promiſit ſe illum non reuocaturum, vel cum fecit filio meliorationem Tertij & Quinti, etiamſi non tradat poſſeſſionem, nec ſit in illis caſibus, qui contineantur *in dict. l.* 17. & 44. quæ ſunt huius materiæ fontes: an poſſit reuocari maioratus vel melioratio? Quæ quæſtio non multum dubitationis apud me habebat; niſi inueniſſem quòd Peralta † maximus in Academia Salmanticenſi Monarcha, & qui fuit magiſter ferè omnium, qui hodie in Regno cauſas iudicant, & cuius patrimonio defendunt hunc punctum; & quæſtionem tangens, affirmauiſſet in repetitione *l. cum pater. §. à filia. num.* 32. *pagina* 322. *ff. de legatis* 2. quòd ſi pater faciat meliorationem Tertij & Quinti cum promiſſione de non reuocando, efficitur melioratio irreuocabilis, etiam abſque traditione poſſeſſionis, & Peraltam ſequitur Molina *lib.* 4. *de primogen. cap.* 2. *num.* 4. *fol.* 127. & tenet idem *lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 21. *fol.* 94. & idem vult Tellius *in l.* 17. *Taurina, num.* 99. quamvis Tellius loqui videatur, quando in pacto de non reuocando interuenit iuramentum. Et punctum tractat Caldas Pereira *in tertia parte de poteſtate eligendi, cap.* 2. *num.* 32. *folio* 25. qui me refert & allegat Peraltam *in l. Lucius Titius, ff. de legatis* 2. & plures citat Burſatus *in conſ.* 136. *num.* 48. *lib.* 2. & inter alios Couarruuiam *in rubrica de teſtamentis, part.* 2. & plura quæ refert Menna *in additionibus Gam. deciſ.* 163.

Mouetur Peralta ex diſpoſitione *l. vbi donatur, ff. de donation. cauſ. mort.* per quam multi tenent, quòd donatio cauſa mortis facta cum promiſſione de non reuocando, † efficitur irreuocabilis, præcipuè Bartol. & alij *ibidem*, vbi Decius *num.* 21. *in l. vltima, C. de pactis*, Alexand. *in conſilio* 14. *lib.* 1. & alij, quos refert Epiſcop. Couarr. *in* 2. *part. rubric. de teſtament. num.* 13. *fol.* 7. Gloſ. Pariſienſ. *in addition. ad Alexandrum in conſilio* 14. *lib.* 1. Anton. Gabriel *lib.* 2. *communium opinionum, tit. de iureiurando. concluſ.* 9. *num.* 2. *pag.* 121. & infinitos citat Menochius *in tractatu præſumptionum, lib.* 3. *præſumpt.* 35. *num.* 21. *pag.* 316. & quia ex hoc videtur † pater renuntiare facultati, quæ illi tribuitur ex *d. l.* 17. quòd poſſit reuocare donationem Tertij, niſi in caſibus *in d. l.* contentis. Taciti autem & expreſſi † idem eſt iudicium, *l. cum quid* cum materia, *ff. ſi certum petatur:* pro quo etiam facit, quod notat Gregor. Lopez *in l.* 4. *tit.* 4. *part.* 5. in gloſ. *No lo puede fazer*, vbi ſcribit magno animo, quòd ſi donator, quando abſenti donat, iurat, vel promittit ſe non reuocaturum donationem, † acquiritur ius abſenti, licèt non habeat dominium ante acceptationem. Et confirmo, quia ſi quis relinquat iure legati certam rem, & promittat non reuocare, vel in caſu reuocationis ex nunc provt ex tunc, donet rem per donationem inter viuos; legatum fiet irreuocabile.

Sed ſi veritatem liberè loqui licet, quam ſemper † amare & colere debemus, *l. cum ita legatum, ff. de condition. & demonſtration. l.* 11. *tit.* 4. *part.* 3. *l.* 4. *tit.* 20. *eadem part. l.* 5. *tit.* 13. *part.* 2. quæ eſt ſingularis. De quo plura ſingularia ſcribit Neuizanus *in ſylua nuptiali, lib.* 5. *num.* 112. *pag.* 546. facit quod habetur in Euangelio Sancti Ioannis *cap.* 8. ibi: *Si veritatem dico vobis.* Et in Pſalmo *Miſerere mei: Ecce enim veritatem dilexiſti.* Et in aliis pleriſque locis ſacræ Scripturæ, præcipuè in Paſſione Chriſti, Ioan. ibi: *Vt teſtimonium perhibeam veritati, omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam.* Et in laudem veritatis plura ſcribit Chaſſanæus *in Catalogo Gloriæ mundi, part.* 12. *conſiderat.* 26. *n.* 26. Hæc opinio viri tam excellentiſſimi, noua & fragilis mihi videtur ex ſequentibus rationibus.

Primò † contra eam faciunt *dictæ leges* 17. & 44. quæ pro regula ponunt illos caſus, & non ita faciliter ad alios ſunt extendendæ: quia non ſine myſterio illos tantum tres caſus leges expreſſerunt, & alij debent haberi pro omiſſis, nec eſt noſtrum legem extendere, niſi cum vrgentiſſimis & concludentibus rationibus; & quicquid non exprimitur, † manet ſub iudicio regulæ, *l. Titia textores, ff. de legatis* 1. notant Bald. *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.* Tiraquellus *in tract. de primogenitura, cap.* 37. *num.* 165. *pag.* 566. & regulæ ſtandum eſt, *l. ab ea parte, ff. de probat.* cum ſimilibus, & maioratus ſuapte natura reuocabilis eſt, vt tradit Molina *lib.* 4. *de primogeniis, cap.* 2. *num.* 1. Et in caſibus non determinatis fundatam † habet intentionem ille, qui habet regulam pro ſe, ſecundùm Gloſſam *in l. omnis diffinitio, ff. de regulis iuris, & in rubrica eodem titulo in* 6. vbi latè Decius: & res dicitur eſſe certa pro eo, qui habet regulam pro ſe, ſecundùm Bartolum *in l. quoties, ff. qui ſatisdare coguntur*, de quo plura ſcribit Decius *in l.* 2. *n.* 6. & 7. *ff. de regulis iuris*, & Tiraquellus *in tract. de vtroque retractu, §.* 1. *gloſ.* 9. *num.* 109. Iaſ. *in l.* 2. *num.* 33. *ff. ſi quis in ius voca.* & *in l. cætera, in principio, num.* 4. *ff. de legatis* 1. & *in l. qui Romæ, in principio, num.* 27. *ff. de verborum obligationibus*, & *in l. à Diuo Pio, num.* 27. *ff. de re iudicata*, Decius *in cap.* 2. *num.* 3. *de probationibus*, Epiſcop. Couarru. *reſolution. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 4. Pinel. *in l.* 1. *part.* 7. *num.* 23. *C. de bonis maternis*, Curtius Senior, *conſilio* 71. *num.* 11. & *conſilio* 72. *num.* 1. Probus *in addition. ad Monachum, in cap. vnico, de Clerico agrotanti, lib.* 6. *num.* 3. *fol.* 272. Maſcardus *in tract. de probationibus. lib.* 3: *concluſ.* 1262. *num.* 1. *cum ſequentibus, fol.* 203. Gloſ. Pariſienſ. *in* 1. *parte conſuetudin. Pariſienſ. part.* 2. *§.* 13. *num.* 5. *fol.* 133. & *§.* 2. *gloſ.* 3. *num.* 6. *fol.* 55. & qui fundatur in regula † non poteſt errare, ſecundùm Baldum *in conſilio* 36. *Factum, ſic ſe habere videtur. libro* 3. quem citat Thom. Grammatic. *conſilio* 112. *num.* 2. *lib.* 2. & confirmat etiam ex Tiraquello & aliis, Menochius *de recuperanda poſſeſſione, remedio* 14. *num.* 32. *pag.* 462. Et cùm illi caſus ſolum excepti ſint, † alij cenſentur incluſi, *l. cum Prator, ff. de iudic.* maximè cum *dict. l.* 17. ſit contraria iuris communis, quo ſtatutum eſt, quod donatio inter patrem & filium in poteſtate conſtitutum eſt nulla: ſeruandum igitur erit ius commune in his caſibus, in quibus expreſsè non ſit correctum.

Et exceptiones debent ſemper interpretari, † vt non corrigant ius commune, ſecundùm Cumanum *conſilio* 30. & Aimonem *conſilio* 135. *num.* 35. & facit, quia quando lex aliquid ſtatuit in aliquo ſpeciali caſu, illius contrarium † cenſetur regulariter ſtatuum,

num, Gloſ. *in cap. ne aliqui, in verb. cœpta, de hæretic. in* 6. & *in cap. præſenti, de prabend. eodem libro*; & contra Peraltam etiam facit expreſſa doctrina Bartoli *in conſilio* 76. *num.* 4. *libro* 1. vbi reſoluit, quòd ſi pater faciat donationem in filium cum clauſula Conſtituti, † eam reuocare poteſt in teſtamento: quia ſimiles donationes ſortiuntur naturam vltimæ voluntatis, & reuocari poſſunt: quam opinionem in materia primogenituræ amplectitur Ripa *in conſilio* 131. *num.* 35. & legis verba † ſunt inſpicienda, nec vltra diſpoſitionem trahenda, *l. quod conſtitutum*, vbi Bartol. *ff. de teſtam. milit. l. ſi ſeruus, §. non dixit Prator, ff. acquirend. hæreditate*, & aliis ſimilibus.

Secundò Peralta confunditur à ſufficienti partium enumeratione; † quod argumentum efficax eſt in iure, *l. patre furioſo*, vbi Bartol. *ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris, §. omnium Inſtitut. de action.* vbi Iaſ. *num.* 20. cum *concordan.* quæ refert Euerard. *loco* 51. *pag.* 381. Aymo. *in conſil.* 306. *ſequenti modo, num.* 1. Curtius Senior, *in conſilio* 72. *num.* 7. Nam de iure communi, ſi pater faciebat donationem filio in poteſtate conſtituto, ex cauſa profectitia non interueniente traditione, † donatio erat nulla: quia eodem inſtanti patri reacquirebatur, *l. ſi donationes quas parentes, C. de donationibus, inter virum & vxorem, l. ſi donationes* 13. *C. de collat. l. placet, ff. de acquirend. hæreditate*, & de legibus Partitæ hoc etiam erat, vt apparet ex *l.* 3. *titulo* 4. *part.* 5. & cum hoc veriſſimum ſit, quid obſecro in iſto caſu operabitur promiſſio de non reuocando, ſi traditio non interueniat? Cùm licèt pater promittat ſe donationem non reuocare, patri nihilominus acquiratur. Si autem donatio facta ſit filio emancipato, † de iure communi erat valida & irreuocabilis; *l. ſine emancipatis, l. cum de bonis. C. de donation.* cuius contrarium hodie ſtatuitur *in dict. l.* 17. cuius regulæ (vt ſupra dictum fuit) in dubio ſtandum eſt; & facit *l. quæſtum, §. denique, ff. de fundo inſtructo.* Nam eſt de iure communi, quòd per ſolam emancipationem factam in fauorem filiifamilias, non confirmabitur donatio, niſi interueniente traditione, ſecundùm Gloſſam *in l. Papinianus, ff. de donationibus inter virum & vxorem*, Baldum *in l.* 2. *C. de inofficioſ.* & eſt communis opinio ſecundùm ſaſonem *in l. frater à fratre, num.* 45. *ff. de condition. indebit.* vbi Crotus *colum.* 20. Segura *in l. vnum ex familia, §. ſed ſi fundum, num.* 124. *ff. de legatis* 2. Palatius Rubeus *in dict. l.* 17. *num.* 11. & *in rubrica, de donationibus inter virum & vxorem, colum.* 11. Igitur reſpectu donationis factæ per patrem filio, nec de iure † Regio, ſententia *Peraltæ* iuſtum fundamentum habet.

Sed nec reſpectu matris † procedere poteſt, per *dict. l.* 17. quæ hanc reſtrictionem Peraltæ non ponit; & regula in dubio eſt ſeruanda: & licèt mater promittat ſe donationem non reuocaturam, cùm iſta verba apponantur in actu de ſui natura reuocabili, ſequi debent naturam illius actus, in quo apponuntur; *l. quæ religioſis, ff. de relig. & ſumpt. fun.* & quæ acceſſoriè apponuntur, † ſequuntur naturam principalis diſpoſitionis, quæ eſt reuocabilis, *l. cum principalis, ff. de regulis iuris*, & vno actu ſublato, alter extinguitur; *l. cum emptor, ff. de rei vendicatione*, cum *concordantibus*, vt per Menochium *conſilio* 92. *num.* 42. & cum aliquid eſt ſublatum, videntur ſublata quæ in conſequentiam veniunt, vt per Auendan. *in cap.* 1. *de exequendis mandatis. n.* 5. faciunt ſcripta per Iaſon. *in l.* 2. *num.* 2. *ſi quis caution.* & *in l. vltima, §. vltimo, num.* 9. *ff. de condict. indebit.* poſt Gloſ. *ibi*, Angel. Aret. *in l. cum vna, in fine principij, ff. de appellat.* Dec. *in l. ſi creditores, C. de pactis.* & *in dict. l. cum principalis*: Epiſcop. Couarr. *in cap. quamvis pactum, de pactis, in* 6. *part.* 2. *folio* 89.

Et non † dicitur contrauenire, qui vtitur natura actus, ſecundùm Baldum *in l. cum quis, ff. de condict. ob cauſam.* Nattam *conſilio* 270. *num.* 8. *lib.* 2. & ſtatim latiùs dicetur. Quibus congruit, quod verbum (*Dono*) ſi ſubiecta materia aliud dicet, † non verificatur in donatione propria & irreuocabili, ſed intelligitur in proprio modo, ſecundùm Bartolum *in l.* 1. *§. nec Caſtrenſe, verſiculo, Circa ſecundum de veſtibus, ff. de collation. bonorum*, Corneum *conſilio* 81. *colum.* 3. *libro* 1. Peraltam *in l. vnum ex familia, in principio, num.* 18. *pag.* 558. *ff. de legatis* 2. vbi ex hoc infert, quod licet grauatus reſtituere vni de familia, dicat, quod donat cum eligit vel reſtituit, non cenſetur donare. Ex quibus apparet, quod à ſufficienti partium enumeratione dictum Peraltæ non procedit.

Tertiò contra *Peraltam* facit, quia prædicta clauſula de non reuocando (quæ communiter apponitur in iſtis donationibus, quas patres aut matres filiis faciunt) potiùs ſcribitur ex Tabellionum ſtylo & conſuetudine, qui omnia vno modulo, & canna metiri volunt, quàm ex contrahentium voluntate; & ideò † minimè mutat naturam contractus, nec aliquid operatur, iuxta ſententiam Bartoli *in l.* 1. *quæſtion.* 6. *ff. de iure codicillorum*, cum *concordantibus*, quæ ſupra ſcripſi *in quæſtion.* 5. *num.* 11. Quare inquit Gloſ. Pariſienſ. *in addition. ad Alexandrum in conſ.* 14. *in additione quæ incipit*, ſimpliciter, *libro* 1. quod vbi in donatione benemerita non exprimuntur niſi in genere, velut ex communi ſtylo nihil operantur; refert Bartholomæus Socinus *in conſilio* 295. *lib.* 1. ſtylus tamen probari debet, aliàs inſtrumento † eſt ſtandum, vt reſoluit Rebuffus *in praxi beneficiali, titul. de reſignat. condition. num.* 9. *pagina* 485. ſic tradit idem Rebuffus *in eadem practica, titulo de reprobation benefic. vivent. vacan. gloſ.* 7. *num.* 68. *pagina* 345. quòd derogatio generalis non ſufficit, quia ex ſtylo apponi ſolet. ¶ Et quod verba generalia Tabellionum non † mutent iuris diſpoſitionem, tradit Antonius Gama *deciſ.* 75. *num.* 3. poſt Pinellum & Boerium, quos citat Burgos de Paz *conſilio* 2. *num.* 71. ¶ Hinc eſt, quòd clauſula, *appellatione remota*, hodie ſonat in quandam admonitionem, videlicet, vt non deferatur appellationi fruſtratoriæ, vt ex Baldo *in cap. Paſtoralis, §. præterea in principio oppoſ. de offic. Delegat.* volunt Maſueri. *in ſua practica indicia. titulo de appellation. verſicul. Item quando dicitur in literis* Robert. Lancellot. *libro de Attentatis*, 2. *part. cap.* 12. *titul. de attentat. lite pendente, limitation.* 9. *num.* 39. *pagina* 236. ¶ Ad hæc facit, quod circa intellectum *l.* 2. *C. de reſcindend. vendition.* de eo qui renunciat illi legi, & facit donationem de illo, quod plus valet res vendita, † ſcribit eleganter Rebuffus *tomo* 2. *ad conſtitutiones Regias, titulo de reciſione contractuum; artic. vnico, gloſ.* 15. *num.* 20. *pagina* 183. Pinel. *in eadem leg.* 2. *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 23. *folio* 58. latiſſimè Menochius *de arbitrar. iudic. libro* 2. *caſu* 144. *num.* 13. vbi etiam *num.* 11. latè tractat punctum, an clauſula codicillaris cenſeatur appoſita de voluntate teſtatoris.

Et in terminis quòd donatio cauſa mortis cum promiſſione de non reuocando, ſuam † ſequatur naturam donationis cauſa mortis, quando ea verba adjiciuntur ex Tabellionum ſtylo, rectè fundat Epiſcop. Couarruuias *in* 2. *part. rubrica de teſtament. num.* 14. *in principio, folio* 8. & ante illum Decius, quem ipſe non refert *conſilio* 521. *num.* 15. Rebuffus *in l. alienatum* 67. *§. donationis, pagina* 465. *verſiculo, Quæro donatio: ff. de verborum ſignification.* ¶ Et ex his dixit Barbat. *in conſ.* 46. *Sempiterna dignum eſt, col.* 6. *verſic. Capio modo, lib.* 2. quòd iuramentum † nihil operatur in contractu, quando conſtat, quòd ex Tabellionum ſtylo ponitur in contractibus: & idem ante illum voluit Anton. cuius non meminit Barbat. *in cap. cum contingat, in* 4 *caſu, de iureiurand.* Ripa *in l. Centurio, num.* 82. *ff. de vulgar.* Alexand. *in conſilio* 125. *Viſis & conſideratis, num.* 10. *libro* 1. Quod dictum, magis coloratum, quàm verum mihi videtur: cùm authoritati & religioni iuramenti non debeat his conſiderationibus cauillari; atque illud maximè, quia iuramentum

non ligat, nisi cum formaliter præstatur, *cap. Clericus, de iureiurand.* ¶ Et per hoc dixit Pinellus *in l. 2. C. de*
30 *rescindend. vendition. num.* 10. quòd † licèt res sit concessa emphyteutæ cum clausula de meliorando rem, intelligitur de melioramentis modicis, non de ædificiis, & aliis similibus rebus: quia hæc clausula melioramentorum adiicitur potius ex Tabellionum stylo, quam ex contrahentium voluntate; quæ fuit priùs sententia Glosatoris Parisiens. *in consuetudin. Parisiens. par.* 1. §. 1. *glos.* 5. *num.* 73. & 74. de quo ego ad aliud propositum memini *in hac.* 1 *part. quæstion.* 10. *in versic. Et quod augmentum, à num.* 17. Quam conclusionem ego obiter modero, nisi quis accipiat solum in emphyteusim: nam tunc tacitè videtur illud accipere ad ædificandum, etiam cum sumptuosis ædificiis: quia talia sola ad hoc communiter accipiuntur, licet in contractibus emphyteuticis hoc non caueatur, & contrahentes cum consuetudine & vsu
31 † se conformare videntur, *l. licèt, l. ex conducto, C. locati: l.* 4. *titul.* 8. *part.* 5. & faciunt quæ scribo *quæstion.* 48. *num.* 23. *cum aliis.* Et quod verba apposita ex stylo
32 Tabellionum † non operentur, vbi agitur de præiudicio non verisimili, nec cadente in mentem disponentis, tradunt Felin. *in c. solitæ, de maior. & obedien.* Carol. Ruin. *in eo s.* 98. *lib.* 1. *num.* 28. & *in consil.* 60. *num.* 29. *lib.* 3. Cagnol *in l.* 1. *num.* 84. *C. de pactis.* Paris *in consil.* 73. *n.* 50. *lib.* 2. & alij, quos citat Simon de Præt. *lib.* 2. *de interpretand. defunct. voluntat. interpretat.* 3. *dubitat.* 2. *num.* 48. *fol.* 160. vbi tamen *num.* 49. alia in contrarium citat: & pro hac opinione facit etiam tex. *in l. habitatores. §. vlt. ff. locati, l. qui bona, §. de ille ff. de dam. infect.* & quod per hæc iura notat Cin. in *l. ex conducto, §. si vis, ff. locat.* Bald. *in §. vassalli, qui tempore, de pace Constan.* Gregor. Lopez *in l.* 22. *tit.* 8. *part.* 5. *in glos.* in verb. *Hueste*, Ægid. Bos. *in practic. crimin. in tit. de remiss. mercedis conduct. num.* 84. *pag.* 728. *totius volumin.* & bona *l.* 4. *tit.* 19. *part.* 1. in versic. *Pero todos*, Ancharran. *in consil.* 163. *n.* 6.

¶ Et prædicta conclusio tradita à *prædicto Episcopo*, secundùm eum maximè procederet, vbicunque ista verba (*Promisit de non reuocando*) adiiciuntur executioni ipsius contractus, non principali dispositioni: quia tunc
33 † nullius sunt effectus, nec mutant naturam contractus, seu dispositionis. Cuius opinionis fuit Decius *in l. omnis, num.* 21. *ff. si certum petatur.* & Ias. *in consil.* 6. *lib.* 2. per textum, quem Doctores nostri in infinitis locis vsque ad sidera extollunt *in Clement.* 1. *de præbend.* qui textus commendatur à plerisque Doctoribus, quos refert Episcopus Couarruuias *in dict. loco*, Menochius qui plures citat *in tractat. de præsumptionibus, lib.* 3. *præsumptione* 36 *num.* 28. *pag.* 317. quibus iunge Suarez *allegat.* 14. *versus finem*: Curt. Iun. *consilio* 56. *num.* 3. *lib.* 1. notanter Felin. vbi ponit plura exempla *in consilio* 43. *nu.* 15. *cum sequentibus*, Nauarr. *in cap. siquis, de pœnitentia, distinctione* 1. *notabil.* 25. *num.* 4. Caldas Pereira, qui plures refert *in tract. de nomination. ad emphyteusim, quæstion.* 12. *numer.* 30. *fol.* 258. Aluar. Valasc. *consultation.* 102. *numer.* 10. Bursatus *in consilio* 131. *nu.* 87. *lib* 2. Menochius *in consilio* 84. *num.* 45. *lib.* 1. Et verba delegationis operantur in verbis dispositiuis, non etiam in verbis executiuis, vt tradunt Felin. *in cap. licèt, num.* 11. *de officio ordinarij*, Alexand. *in l. mortuum*, 17. & ibi Ias. *num.* 46. *ff. de iurisdiction. omn. iudicum*, Tiberius Decian. *in practica par.* 1. *distin.* 25. *num.* 17. *fol.* 193. faciunt scripta ad idem per Decium *in l. non omnis. ff. si certum petatur*, & alij, quos citat Anton. Gabr. *lib.* 2. *commun. opinion. tit. de iureiurando, conclus.* 9. *num.* 3. & 4. Simon de Prætis *de interpretand. defunct. voluntat. interpretatione* 1. *dubitatione* 1. *solutione* 14 *num.* 21. *fol.* 111. Alciat. *respons.* 479. *num.* 24. Andreas ab Exea *in cap. cum omnes, nu.* 152. *column.* 128. *de constitution.* Glos. Parisiens. *in consuetudin. Parisiens. part.* 1. §. 5. *num.* 85. & latius, §. 18. *num.* 16. *fol.* 77. Purpurat. *in l. more maiorum, num.* 42. *fol.* 69. post Ias. *ibi nu.* 49. *ff. de iurisdiction. omnium iudic.* Valdes *in additionibus* ad Roderic. Suarez *allegation.* 20. *pag.* 94. vbi latè tractat, quando donatio dicatur causa mortis, vel inter viuos. Et ideò clausula (*Amoto exinde quolibet iniusto detentore*) si sit posita in literis executoriis, & † non in
34 principali gratia, nihil operatur, vt ex *dicta Clementin.* & doctrina Abbatis *in cap. cum nostris, de concession. præbend.* & Geminian. *consil.* 86. probat Rebuffus *in praxi beneficiali, in declaratione nouæ prouis. pag.* 221. Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar. iudic. centur.* 2. *casu* 201. *num.* 141. *pag.* 399. Et talis clausula non purgat vitium subreptionis: quia non fuit facta mentio de colorata possessione, vt resoluit per prædicta Curtius Iunior *in consil.* 3. *num.* 3. *lib.* 1. & pro doctrina Rebuffi facit dictum Iasonis, *in l. qui Romæ, §. duo fratres, num.* 115 *fol.* 187. vbi tradit, quòd clausulæ, quæ apponuntur in executiuis, non ampliant executionem.

Præterea clausula Constituti possessoria † respicit 35
exequutionem, vt per Nattam *consil.* 10 57. *num.* 14. & *consilio* 373. *num.* 20. Decis. Pedemontan. 174 *num.* 4. De quo legi debet egregium *consilium* August. Beroi. 148 *n.* 7. & 17. *lib.* 1. & ideo verba appolita in verbis executiuis inuestituræ, in qua fuerunt descendentes vocati, † 36
non mutant principalem dispositionem, nec admittuntur hæredes tantum, nisi sint descendentes, vt probant Antonius Rubeus *consil.* 110 *col. vltima.* Menochius *in consil.* 62. *num.* 32. & *in consil.* 160. *num.* 38. *ib.* 2. qui hoc latè probat, ad quem addo Parisium *in consil.* 5. *num.* 5. *lib.* 1. vbi vult, quòd quando in inuestitura in clausulis executiuis non dicitur feudum esse hæreditarium, nihil refert ad alterandam vocationem masculorum, quòd in executiuis fœminæ vocatæ videantur; vt tradit Cephalus *in consil.* 26. *num.* 49. Et verba, *Hæredibus & successoribus, & ab eis descendentibus*, appositain executiuis nihil operantur, secundum Syluanum *in consil.* 98. *num.* 3. Ex his fit, quòd licet regulariter clausulæ solitæ ex stylo Tabellionum non habeant tantam vim, vt latiùs scribo *supra, hac parte, q.* 5. operantur tamen quando sunt appositæ non in executiuis, † sed in corpore dispositionis, 37
vt tradunt Franc. *decis.* 6. Regens de Ponte *consil.* 54. Ioan. Francisc. *de authoritate Baronum, pragmatica* 16. *numer.* 11.

Ex his fit, quòd licèt regulariter relatiuum importet † conditionem *l. super. ff. de legatis* 3. & latè declarat 38
Emmanuel Costa *selectar. interpretation. lib.* 1. *cap.* 6. & propterea impedit transmissionem, vt per eundem Costam *in cap.* 7. *& sequent.* fallit, nisi relatiuum respiciat executionem legati, & solutionem, non substantiam: quia tunc non impedit transmissionem: *l. si Titius, §. cum ita*, vbi Bald. *ff. de legatis* 2. de quo per Zanchum *in l. hæredes mei, §. cum ita, part.* 4. *numer.* 77. *ff. ad Trebellianum.*

Et quando vnus vocandi modus tantum est expressus in bulla, & in executoriis literis omnis modus, non venit alius modus; quia literæ executoriæ † non ampliant, 39
vt per Rebuffum *in praxi beneficia, in forma signatu. simplicis prouisio. num.* 7. *pag.* 141. Et ideo clausula, *Non obstantibus*, non ampliat dispositionem, Bald. *in l. eam quam num.* 36. *C. de fideicommis.* Carol. Ruinus *consil.* 29. *nu.* 5. *lib.* 1. & ille textus est ad hoc notabilis & egregius secundùm Iasonem *in l. qui Roma, §. duo fratres, num.* 73. *fol.* 168. *ff. de verbor. obligation.* & tradit magis in specie *Roland.* in quadam donatione causa mortis iurata, *in consil.* 8. *num.* 15. & *num.* 38. *lib.* 1. Carol. Ruin. *consil.* 51. Parisius *consil.* 16. *lib.* 2. & *in consil.* 23. *num.* 153. *lib.* 1. vbi de clausula, *de plenitudine potestatis*: Deci. *in cap. relatum, in* 1. *n.* 4. *de offic. Delegati, fol.* 113. idem Deci. vbi limitat *consil.* 423. *num.* 19. idem Deci. *consil.* 213. *num.* 9. Sic scribit Felinus *in cap. super literis, num.* 4. *de rescript.* quòd quando in verbis narratiuis vel executiuis fit mentio de certo modo vacationis, non dicitur appositum gratia taxationis, sed demonstrationis. Et Rebuff. *in praxi beneficiorum in* 3. *par. signatu. in verb. cum derogatione statutorum, num.* 6. *pag.* 182. tradit, quòd clausulæ derogatoriæ appositæ in executione literarum Apostolicarum non 40
† ampliant gratiam, refert *dictam Clement.* & Cardinal. *in consil.* 16. *tit. de prabend.* Paris. *consil.* 4. *num.* 36. *lib.* 1. Et

verba

verba quæ apponuntur in fideicommisso accessoriè, & ad executionem, etiam per modum rationis, non ampliant fideicommissum, vt tradunt Decius *in consil.* 377. *num.* 7. Gloss. Parisien. *consil.* 1. *pro Duce de Villahermosa n.* 11. Et gerundium † non facit conditionem quando 41
respicit exercitium, & executionem, secundùm Baldum *in l. & si post res. ff. si quis caution.* Gloss. Parisien. *in consuetud. Parisiens. part.* 1. §. 13. *num.* 3. *folio* 160. & facit quod scribit idem Gloss. Parisien. *part.* 2. *consuet. in principio.* Et verba conditionalia, quæ respiciunt executio- 42
nem, non essentiam, † non impediunt transmissionem, secundùm Aretinum *in l. qui liberis, in principio, col. fin. ff. de vulgar.* Iasonem *in l. nemo potest, lectura* 1. *num.* 80. *& lectura* 2. *num.* 93. *ff. de legat.* 1. Zanchum *in l. hæredes mei, §. cum ita, par.* 4. *num.* 346. *pag.* 109. *ad Trebellianum*, quod repeto *infrà* 2. *part. quæst.* 4. *illatione* 8. *num.* 326.

Et renuntiatio facta potestati reuocandi donationem 43
virtute *l. si vnquam*, † non præiudicat, vbi fuit apposita in verbis executiuis, vt per Cephalum *consil.* 94. *num.* 28. 44
cum seqq. lib. 1. Et renuntiatio fideicommissi † non arguitur ex clausula exceptiua, vt tradit Menochius *in consil.* 87. *num.* 4. *lib.* 1. Et confirmat Ioseph. Maiorat. *in tract. de probat. lib.* 3. *concl.* 1282. *num.* 15. *folio* 231. vbi hoc declarat. Et retentio fidelitatis in executiuis posita non nocet, vt per Menochium *in consil.* 1. *num.* 34. Et quando Constitutum ponitur accessoriè, & ad executionem, 45
† nullam vim habet, vt probat Natta *in consil.* 382. *n.* 14. Et fratres remuntiantes primogenituræ in clausula executiua non ita sibi præiudicant, vt tradit Zasius, *in consil.* 20. *num.* 34. *lib.* 2. faciunt scripta per Antonium Peregrinum *in tract. de fideicommiss. art.* 52. *n.* 43. *fol.* 501. Zanchum *in d. §. cum ita, p.* 4. *num.* 160. *pag.* 86. vbi ponit generalem doctrinam ex tex. *in d. Clem.* & pluribus Authoribus, quòd clausulæ positæ in executione non ampliant dispositionem.

Nec est præmittenda doctrina Abbat. *in dict. cap. cum nostris, de concession. præbenda*, vbi vult, quòd ea, quæ po- 46
nuntur in executione gratiæ, † non firmant gratiam ob vitium subreptionis. Et idem Dominic. *consil.* 36. 86. Staphil. *de literis gratiæ, tit. de vi & effectu clausularum, versic. vlterius sciendum est, pag.* 181. *num.* 2. Et si dubitetur an concessio feudi sit noua, vel antiqua, verba in executiuis apposita nihil operantur, vt rectè explicat Gloss. Parisien. *in consuetud. Parisien. par.* 1. §. 5. *num.* 85. 47
folio 83. Et donatio Regia † non ampliatur ex verbis executiuis, vt per Glossam *in dict. Clement.* & alia tradit Burg. de Paz *in consil.* 25. *num.* 35. Et clausulæ positæ in executione diuisionis non augent diuisionem, vt per Carolum Ruinum *in consil.* 137. *num.* 10. *lib.* 2. Et clausulæ quæ faciunt delegatum, debent esse positæ in verbis dispositiuis, non in executiuis, vt tradunt Iaso *in l. ius autem ciuile, num.* 7. *& 8. ff. de iustitia & iure*, Tiberius Decianus, *in pract. criminal. tom.* 1. *lib.* 4. *de delegat. cap.* 48
25. *num.* 18. *folio* 193. Quando autem † dicantur verba apposita in executiuis, vel in principali dispositione, notanter tradit Curtius Iunior *in consil.* 3. *num.* 42. Et 49
clausulæ decreti irritantis, & cæteræ † regulantur secundùm naturam principalis dispositionis, vt tradunt Cardinalis *in Clementin.* 1. *quæst.* 18. *in fine, de election.* Imola *in Clement.* 1. *notabil.* 2. *de concession. præben.* Alexand. *in consil.* 97. *num.* 5. *lib.* 5. Decius & alij, quos citat Menochius *consil.* 83. *num.* 21. *lib.* 1. Vnde inquit Socinus Iunior *in consil.* 116. *num.* 33. *lib.* 1. quòd si inter fratres est facta diuisio bonorum communium, & fuit promissum de non reuocando talem diuisionem, talis promissio non ampliat diuisionem vltra id, quod principaliter importat diuisio, nec censetur renuntiatum fideicommisso. Et Socinum Iuniorem nouissimè citat Menochius *in tract. de præsumption. lib.* 3. *præsumpt.* 115. *num.* 43. *pag.* 410. & tradit Simon de Prætis *lib.* 3. *dubit.* 6. *solut.* 5. *num.* 13. & 18. *folio* 373. Et scribit Celsus, *in consil.* 120. *num.* 58. quòd si in verbis executiuis fundationis maioratus, vocentur descendentes ex linea masculina, † non alterant talia verba primam dispositionem. Pro quo faciunt quæ singulariter refert Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, par.* 4. *num.* 100. *pag.* 86. *ff. ad Trebell.* Et quòd scribit Pinellus *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 85. *versic. adhuc enim, C. de bonis maternis*, circa materiam quando conceditur feudum, vel emphyteusis filiis vt hæredibus; quem citat Caldas Pereira *de nominatio. emphyt. quæst.* 22. *num.* 30. *folio* 257. Gabr. *tit. de verborum significat. concl.* 3. *num.* 12. *pag.* 340. Paris. *consil.* 5. *num.* 5. *lib.* 1. volentes, quòd vbi in verbis executiuis fit mentio de hæredibus & successoribus, tunc non dicitur feudum hæreditarium. Et verba posita in priuilegio in verbis executiuis, non alterant substantiam priuilegij, vt per Syluanum *consil.* 4. *num.* 17. ¶ Et conditio tacita † non 51
suspendit vbicunque non respicit executionem, vt per Decium *in l. diem functo, ff. de assessoribus*, quem citat Natta *in consil.* 452. *n.* 12. qui etiam *in consil.* 452. *n.* 12. & *in consil.* 453. *n.* 2. *lib.* 2 tradit aliud notabile, quod Constitutum † in verbis executiuis ad tempus mortis, non 52
suspendit quodlibet aliud tempus appositum in verbis executiuis, ex Bal. *in addit. ad Spec. tit. de instr. edit. col. fin.* & *in l.* 2. *C. de iure dot.* Alex. *in l. quæ dotis, fallen.* 7. *ff. solut. matr.* & aliis, quæ citat, faciunt tradita per Ossasc. *consil.* 73. *num.* 45. Et actus † consecutiuus potest fieri 53
lite pendente, & appellatione, secundùm Francum *in c. bonæ, num.* 13. *de appellationibus*, Lancellotum *in tractat. de attentatis, par.* 2. *cap.* 6. *de appellat. lite pendente, limit.* 5. *n.* 4. *pag.* 128.

Et ex his inquit Aymo. Sauillian. *consil.* 110. quòd si testator leget centum puellæ, vt possit nubere, si à testatore sit facta mentio ista in ea parte testamenti, quæ ad executionem legati, non ad dispositionem pertinet, † 54
legatum est purum, & non conditionale, notat Episcopus Couarruuias *in cap.* 3. *num.* 10. *versic. Tertio inde, de testament.* de quo lege Manticam *lib.* 11. *de coniect. mentis. tit.* 18. *num.* 19. *pag.* 559. Et Curtius *consil.* 3. *n.* 3. inquit, quòd si in clausula executiua, cum est facta concessio feudi, sit apposita dictio, *Pro hæredibus*, non † dicitur 55
feudum hæreditarium, nec alteratur principalis dispositio, & idem Curtius *in consil.* 56. *n.* 3. licèt contrarium teneat Decius *cons.* 38. *col* 4. *vers. Quarto me inducit*, & Boss. *in tit. de Principe, n.* 308. quos citat Decisio Pedemont. 161. *n.* 8. ad quod legendus est Pinellus *in d. l.* 1. *p.* 3. *n.* 87. *vers. quod notabiliter ampliat Curtius, fol.* 128. *C. de bonis maternis.*

Sed ego verba scripturarum, & mentem concedentium, vel contrahentium in omnibus istis † consideraré, 56
per regulam *l. in conuent.* 219 *ff. de verb. signific.* Ex quo venit, quòd clausulæ consuetæ addi in executiuis † operan- 57
tur, vt per Simon. de Præt. *in consil.* 121. *n.* 4. Nattam *in consil.* 582. *lib.* 3. Gabr. *in lib.* 6. *commun. opin. tit. de consuet. concl.* 4. *num.* 5. & 6. Bursat. *in consil.* 183. *n.* 24. *lib.* 2. Vnde fit, quòd clausulæ executiuæ † ampliant & extendunt dispositionem, quando aliàs tales clausulæ nihil 58
operarentur, secundùm Ripam *in l. qui Romæ, §. duo fratres, n.* 84. *ff. de verb. oblig.* Bart. Socin. *in consil.* 93. *n.* 27. *lib.* 3. Menoch. *in consil.* 333. *n.* 24. *lib.* 4. facit *consil.* Carel. Ruin. 117. *n.* 7. Cephal. *consil.* 40. *n.* 14. Ossasci *consil.* 15. *n.* 5. quæ notanda sunt pro intellectu clausularum maioratus, in quibus verba ponuntur pro executione vltimarum voluntatum.

Animaduertendum tamen est, quòd licet clausulæ executiuæ, non amplient dispositionem, † declarant ta- 59
men intentionem disponentis, vt ex Bal. *in l. eam quam, vers. pone, quidam: C. de fideicommis.* Bart. *in l. Centurio, vers. quid enim si dicit. ff. de vulg.* Iasone *in l. qui Roma, d. §. duo fratres, q.* 8. probat Alciatus *respon.* 259. *num.* 3. Rebuffus *in concord. in forma mandati Apostol. pag.* 646. Carol. Ruin. *cons.* 84. *n.* 11. *lib.* 1. qui id scribit in clausula, *non obstante*. Et in quadam successione primogenituræ hoc tradit & declarat Cephalus *cons.* 312. *n.* 45. *& numero* 144. *lib.* 3. *& in cons* 343. *num.* 30. *eodem libro*, idem Cephal. *in consil.* 55. *numer.* 10. *lib.* 1. Quintilian. Mandos. *de signatura gratiæ, in p.* 3. *de rogationes regu-*

larum,fol.52.col.1.& tradit Simon de Prætis *de interpretanda defuncti.voluntа.lib.2.interpretat.3.dubitat.2. solut.3.num.12.*& *13.fol.* 156. Menochius *consil.197. num.15.* Quando autem clausulæ censeantur scriptæ in
60 executiuis, † traditur *in dicta decisione Pedemontana 173.num.3.* Et quod verba executiua licet declarent intentionem, non tamen amplient, tradit Iacob. Puteus *decis.153.num.7.pag.*184 Et quod clausula prohibitionis alienationis sit † accessoria ad principalem dispositionem, & sequatur eius naturam, tradunt Alexand. *in consil.59.colu.vltim.lib.3.* Menochius *in consil.376. num.49.lib.4.* & *in tractat. de præsumption. lib.4.præsumpt.* 18. *num.* 20. *fol.* 20. Et quòd tacita conditio ex
62 dispositione legis, quando respicit executionem, † impediat transmissionem, secus si respiciat essentiam & substantiam dispositionis, volunt Aretinus *in l.qui liberis,in principio,col.final. ff.de vulgar.* Iaso *in l. nemo potest,lect.1.num.*80.*&* in *2.lectur.num.*93. Zanchus *in l.hæredes mei,§.cum ita,ff.ad Trebellianum.p.4.nu.*346.
63 *pag.* 109. Et qualiter *hæreditatis* appellatione † fideicommissum contineatur, vbicunque verba posita sunt in executione, & ad ampliandum: tradunt Decius *in consil.*597.*num.*7. Zanchus *in d.§.cum ita,p.5.nu.*183. *pag.* 147. Et quid operetur coniectura apposita in substitutione in verbis executiuis, tradunt Sforcia Oddo *in tractat.de compendios.part.5.pag.*164.*versu.secunda coniectura,*Menoch.*in tractat.præsumpt.lib.4.præsumpt.* 54.*num.*21.*fol.*73.

Fundamenta autem *Peraltæ* (vt ad rem redeamus) nihil vrgent, quia *ad l.vbi ita donatur,*ex proximè dictis, responsum est; & ita opinio quod donatio causa mortis non possit reuocari, quando interuenit promis-
64 sio de non reuocando, † non est ita indubitabilis, vt pro veritate habeatur. imo quod donatio causa mortis etiamsi habeat prædictam clausulam, possit reuocari, tenet Baldus *in l.cum quis, in fine,in vers.sed quid si.ff.*
65 *de condict.ob causam.* Quia secundum eum † non dicitur contrauenire, qui sequitur naturam contractus,per *l.quæro,§.inter locatorem,ff.locati:*& idem tenet Roman. *in cons.*229.pro declaratione Alexand.*in cons.*71.*lib.*1. Corne.*consil.*124.*&* 259.*&* 286.*lib.*4. Ripa *in tractatu,de peste.fol.*31.*in versic.sextodecimo.* Crotus *in l.stipulatio hoc modo concepta,num.*78.*ff. de verbor. obligation.*& alios citat Rolandus *in consil.*61. *num.*24. *lib.*1. qui post Oldradum *in cons.*238.*Cum mulier.*& Roman. *in cons.*266. Decium *in d.l.non omnis,* & alios, quos citant prædicti, tenet, quod ista conclusio procedit etiamsi in tali donatione adsit iuramentum; quia intelligitur
66 secundum naturam actus, † super quo interponitur: *l. vltima, C. de non numera.pecunia,*de qua in aliis locis ago: & tradit latè Antonius Gabr. *lib.2.communium opinionum,tit.de iureiurand.conclus.*10.*nu.*1.*pag.*121. Ioseph. Mascard. *dicto lib.3. conclus.*1282. *num.*13. Et de vtroque dicto vide scripta per Episcop. Couarruu. *in dict.rubric.numi*10.*&* 11.*& in sequentibus,* Anton. Gabr. *loco citato,concl.9. num.2.* & de materia vide Franciscum Manticam *in tractatu de coniecturata mente defuncti,lib.*1.*tit.*13.*num.*1.*cum sequentibus:* & quæ scribo *supra,q.22.à num.* 31. *cum sequentibus.* Et quælibet
67 generalis dispositio est † limitanda secundum naturam rei, de qua disponitio loquitur. *l.1.§.1.ff.de offic. Procurator. Cæsar.* Aym. *cons.*186.*num.*5.

Præterea est considerandum, quod *d.l.vbi ita donatur;*ideo procedit, † quia de donatione causa mortis
68 per promissionem de non reuocando fit transitus ad aliam speciem, scilicet, ad donationem inter viuos, qua ratione sequitur effectum donationis inter viuos: in nostro verò casu, licet pater promittat se non reuocaturum donationem, non fit transitus ad aliam speciem contractus, sed remanet adhuc donatio, quæ debet stare in finibus donationis cum quatitate *d.l.*17. permittentis reuocationem, nisi in illis tribus casibus. Et quamvis pa-
69 ter promittat se non reuocaturum, adhuc est ei † libera potestas reuocandi, quæ non est restringenda propter illa verba, absque renuntiatione magis speciali. Ad quod facit notabilis doctrina Oldradi *in consil. 95. ex forma istius,nu.*15.*&* 16. vbi tenet, quòd licet Rex iuret, & promittat non alienare bona Regni, nec donare, potest tamen vxori donare, quia iuramentum non addit ad contractum, nisi religionis vinculum. Et in his, in quibus præstans iuramentum non consensit, nec cogitauit; non obligat, quia intelligitur secundum materiam actus † super quo interponitur, per *d.l.vlt.mat... non num.pecunia,*& alia similia. 70

¶ Et si lector scire cupit quando dicatur donati... sa mortis, quando donatio inter viuos, † le... 71
dans *consilium* Rolandi 61.*lib.*2. & plenissimè f... sum qui materiam plenius omnium tradit, & dis... *in l.alienatum* 67.*§.donationis,pag.*461.*ff. de verb. significat.*Iulium Clar.*lib.*4.*receptarum sententiar.* ... *natio.q.*4.*pag.*99. Matienç.*in l.*7.*tit.*10.*lib.*5.*Recopilat. glos.* 2. *num.* 1. *cum sequentibus,fol.* 301. latissimè Menoch. *in tract.præsumptionum,d.præsumpt.*85.*num.*1.*cum pluribus sequentibus pag.*314. Petrus Barbosa *in l.quæ dotis,num.*84.*cum pluribus sequentibus, pag.*698 *ff.solut. matrim.*& idem Menoch.*lib.*3.*præsumpt.*36. Iulius Clarus *lib.*4.*sententiarum,§.donatio,q.*4.5.*&* 6. ... 8.9. Parladorius 2.*part.c.*4. *num.*40. *pag.*73.*&* c.8.*per totum,* & punctum resoluit Felicianus *in tractatu de censibus,lib.* 1.*c.*10. *num.*24. *fol.*122. Et quod vbi in donatione apponuntur hæc verba. *Inter viuos,*alia verba † non præ- 72
iudicent, vt donatio iudicetur causa mortis, voluit Bartolus *in l.final.col.vlt.C.de pactis,*& confirmat Alexan. *cons.*78.*num.*1.*lib.*4.

Minus obstat secundum fundamentum *Peraltæ,* dum affirmat, quòd ex tali promissione, videtur pater renuntiare facultati, quæ ei competit ex illa *l.* 17. quia
74 taciti & expressi † idem est iudicium, *l.cum quid, ff. si certum petatur,* vbicunque tacitum procedit secundùm regulas iuris, secus † si contra regulas iuris, secùndùm Alexand. *in l.ex facto,§.si quis rogatus.num.*12.*ff.ad Senatusconsul.Trebell.*Iaf.& Purpurat. expressius *in d.l.cum quid,*cui adde Iasonem *in l.Marcellus,num.*47. *fol.*18. *ff.ad Trebellianum,*Bartholomæum Socin. *in l.cum auus, num.*62.*ff.de condit.& demonstratio.* vbi intelligit regulam quando tacitum & expressum procedunt ab eadem potentia causæ. Et tacita conditio si est adiecta excussioni, † non suspendit. *l. ita demum, in fine.ff.de arbitr.* 75
tradunt Iaso *in l.item quia, num.*21.*ff. de pact.* Alciatus *in l.cedere dicm,ff. de verborum obligationibus,* Anton. Peregrin. *in tractatu de fideicommissis,art.*43.*numer.*19. *fol.* 394. Cum igitur in nostro casu tacita renoeatio fit contra regulas iuris, scilicet, contra *d.l.*17. & contra *l.* 44. quæ liberè permittunt patri renocationem maioratus & meliorationis, nisi in casibus in *alis legibus* contentis: per illa verba, tacita † non est censenda renun- 76
tiatio prædictarum legum, quæ tam fauorabiles parentibus sunt. Et verba generaliter loquentia restrictionem non recipiunt præter casus in iure expressos, vt tradit Aym. Cranet. *in cons.*135.*n.*23.

Tandem cum hæc tacita renuntiatio præsupponat renuntiationem *d.l.*17. non sufficit quòd quis generaliter renuntiet omnibus legibus in sui fauorem facientibus, sed requiritur † quod specialiter renuntiet legi, 77
quæ loquitur in casu de quo tractatur, vt plenè traditur *in l.1.ff.si quis in ius vocatus non ierit,* vbi latè Ias. *num.* 14. Qua ratione, & aliis huc pertinentibus, dicunt Doctores quòd ad hoc vt quis excludatur à beneficio *l. si vnquam,C.de reuocand.donation.* requiritur specialis renuntiatio illius legis, secundùm Oldrad. *d.cons.95. Ex forma istius,num.*39. Roman. *in cons.*379. *Non est dubium,* Baldum *in l.1.q.final.C.de inoffic. donat.* & alios plures, quos refert Tiraquellus *in d.l.si vnquam,in præfatione,num.*122. cui adde, quæ scribit Paulus de Castro *in cons.*278.*lib.*1. Cardinal. *in consil.*136. Felin. *in c.accedentes, de præscript.* sed hoc non est ab omnibus concessum, vt latius digestum est per Tiraquellum *vbi suprà.*

¶ Et

78 ¶ Et vbi tractatur de graui præiudicio, † nulla generalitas quantumcunque expressa, satis est, nisi reipsa esset omnino, & specialiter expressa, *l.si quis mihi bona, §.iussum,*vbi Doctores, *ff. de acquirend.hæredit.* Bart. *in l.filiusfamilias,ff.de donat.* & alij, quos etiam refert Tiraquellus *in legibus connubialibus,glos.*7.*in verb.* contracter, *num.*111.*fol.*313. Et hoc mihi videtur in hac quæstione (salua pace tanti viri) nam & contra illum facit alia propria sententia eiusdem Peraltæ *in l.legatum, num.*9.*pag.*505.*ff. de legatis* 2. vbi constituens differentiam inter legatum, & donationem causa mortis dicit, quòd donatio causa mortis est irreuocabilis, quando fuit facta cum pacto de non reuocando illam, iuxta *l. vbi ita donatur,*cum *concordan,*Et alias decem differen-
79 tias † inter legata & donationes causa mortis curiosè & per ordinem scribit Tiraquellus *in l.si vnquam,C.de reuocand.donation,in verb.libertis, nu.*122. *pagin.*136.*& sequenti.* ¶ Sed si legatum relinquatur cum tali clausula de non reuocando, non ideo minus est reuocabile; quia peculiaris & ingenita natura vltimæ voluntatis est, vt sit reuocabilis vsque ad mortem: Cum igitur peculiaris & ingenita natura meliorationis sit, vt possit reuocari vsque ad mortem, non interueniente traditione;
80 † sequitur quòd melioratio nequaquam mutat naturam suam, quamvis fiat cum clausula & promissione de non reuocando. Et pro istis etiam est doctrina Ioan. Lop. *in rubr. de donat. inter vir.& vxor.§.*6. *numer.* 11. *pag.*256. *col.*2. vbi vult, quòd si mulier faciat filio donationem, & promittat non reuocare, potest nihilominus eam reuocare.

Item, hæc nostra opinio validissimè corroboratur, quia vt scimus, *l.*17.*&* 122.*&* 144. *Taur.* quæ loquuntur de adimplenda, & non reuocanda melioratione, aut
81 maioratus confectione, † sunt correctoriæ iuris communis, præcipuè text. *in d.l. vltima, C. de pact.* vbi quamvis pactum valeat factum de hæreditate viuentis, cum illius tamen consensu de cuius successione agitur; permittitur reuocatio vsque ad vltimum vitæ spiritum (vt vtar verbis *prædictæ legis*) & cum dictæ leges sint correctoriæ, & contra *prædictam legem*; & *l. stipulatio hoc modo concepta,ff. de verborum obligation.* cum ibi la-
82 tissimè notatis, etiam ex maioritate rationis † extendi non debet; *authent.quas actiones,* vbi plenè Iaso, *C.de sacrosanct.Eccles.*& cum etiam appareat illas esse exorbitantes, & impedientes liberam testandi libertatem, & prohibentes patres reuocare donationes factas in filios; quod etiam est correctorium & exorbitans à iure communi, vt latiùs apparet ex scriptis per Tellium *in d.l.* 17. *in princip.* sequitur, quod prædictæ leges tanquam
83 correctoriæ & exorbitantes non sunt trahendæ; † nec extendendæ vltra casus in quibus loquuntur: *l.ius singulare.l.quod vero contra.ff.de legibus.Si vero,de viro,ff.solut.matrim.*etiam vbi est eadem ratio, secundùm Glossam *in cap.in fidei,in verbo,inquisitionis, de hæretic. in 6.*& probatur *in c.constitutionem,* vbi Gloss. *in verb. proregamus, de regular. in 6.* Notatur latius per Tiraquellum *in d.l.si vnquam,in verbo,libertis, num.* 27. *C. de reuocand.donat.* Alciat. *lib.*2. *de verbor.significat.pag.* 9. (quod est animaduersione dignum) quia non solum est necessarium pro intellectu huius quæstionis, sed aliarum, quas *suprà* scripsi, & alias. quæ sese offerre possunt circa intellectum *dictarum legum* 17.*&* 22.*&* 44. Et hanc meam opinionem tenet Angulo *in l.* 1. *tit.* 5. *lib.*5.*Recopilationis,glos.*11. *num.*6. *cum sequentibus,fol.* 46. qui hoc latè prosequitur. Quod verius iudico; licet nouissimè contrarium teneat Ioannes Guttierrez *lib.* 22.*practicarum quæstionum,q.*77.*per totam.* Sed nostram opinionem sequitur nouissimè Petrus Barbosa *in l. quæ dotis,num.*116.*pag.*718 *ff. soluto matrimonio,* qui scribit multa notabilia in materia *dictæ l.vbi ita donatur.* Et fa-
84 cultas testandi & disponendi de re propria † non est restringenda: *l.cum duobus,§.idem respondit.ff. pro socio: l. pactum quod dotali, C. de collation.* Notat Decius *in cons.*475. Aymo. *in cons.*288.*num.*3.

¶ Et ex prædicta regula, quòd leges exorbitantes non extenduntur extra casus in quibus loquuntur, alias inferebam (vt hoc ex transcursu dicam) quòd *Pragmatica Madriti anni* 1534. hodie *l.*7.*tit.*7. *lib.*5. *ordinamen.* quæ decidit, quòd vbi duo maioratus coniunguntur per matrimonium, & ex matrimonio nati sunt duo, vel plures filij, quòd non possit filius maior duos maioratus habere, sed quòd sit in sua potestate vnum illo- 85
rum eligere, vt latius *in d.l.* cauetur; † non procedit extra casum matrimonij, in quo loquitur; & cæteri casus sunt iudicandi, veluti omissi, per ius commune, & iuxta testatorum dispositiones. De quo vide quæ scribo *in* 2. *par.q.*4.*illatione* 8. & *in initio secundæ partis, & in quæst.*6.

Et in ista materia & quæstione animaduerto ad quandam singularem conclusionem, & quæ dabit commodum & honorem, scilicet, quod licet in meliora-
tione Tertij sint variæ opiniones, de quibus supra; an pactum de non reuocando simul cum iuramento, vel sine eo, faciat meliorationem irreuocabilem absque traditione possessionis, vel aliis similibus actibus, de quibus *in l.*17. *Tauri,*in maioratu facto cum facultate Regali cum clausula, quod post factum maioratum possit reuocari quoties fundatores voluerint, quæ clausula est ordinaria; aliud est dicendum, † licèt sit factum cum pro- 86
missione de non reuocando cum iuramento: quia cùm ex *l.*44. *Tauri,*hodie *l.*4.*tit.*7.*lib.*7.*Recopilationis,*maioratus factus cum facultate Regali, possit reuocari etiam tradita possessione, quando in facultate Regia expressum fuit, quod possit reuocari; eadem, imo maiori cum ratione potest reuocari, si factus sit cum pacto de non reuocando; quod non potest esse, nec magis debet operari ad irreuocabilitatem, quàm traditio possessionis. Et satis est, quod tantùm operetur cum (vt iam dixi) *dict.* 87
*l.*44 solummodo excipiat & ponat illos casus ad irreuocabilitatem maioratus, quod tanquam notum & videri meo verissimum digito allegandum (vt aiunt) est. Et valet † argumentum à maiori, seu à fortiori, *cap. cum in cunctis,*vbi Glos. *de electione.authen.multo magis, C.de sacrosanct. Eccles.*cum *concordan.* vt per Euerardum *loco* 65. Et valet argumentum à maiori, tex. *in cap. si ergo,*4. *q.*1. cum aliis, vt per Euerardum *loco* 66 Et non potest 88
† plus operari tacitum quàm expressum: *l.qui ad certa, ff.locat.*tradit Socinus Iunior *in l.Filiusfamilias,§.diui, num.*103.*fol.*188.*ff. de legat.*1. Tiraquellus *in tractatu de præscript.* §. 1. *glos.*4. *pag.*70. & non est fingendus nouus modus fingendi possessionem præter alios, quam in iure expressos, secundum Innocentium *in cap. in literis,num.*7.*de restitution. spoliat.* Speculator *in titu. de locato.*§. *nunc aliqua,versic.*52. *ad finem,* Sylvanum *in cons.*55. *num.* 9. Et quòd tacita acceptatio † non possit 89
operari plus, quàm expressa, tradit Felin. *in cap. capitulum,num.*11. *de rescript.* Et hoc vltimum confert etiam ad ea, quæ tractantur *infra,q.*36.

Et circa præsentem quæstionem etiam semper † du- 90
bitaui de quadam distinctione tradita à Molina *lib.*4. *de primogen.c.*2.*n.*46. *fol.*128. vbi distinguit inter pactum factum de non reuocando maioratum, vel meliorationem, & pactum factum de non contraueniendo: nam priori casu dicit fore maioratum irreuocabilem; in secundo casu dicit posse reuocari; cùm ista verba (videri meo) sint † eiusdem effectus & substantiæ, & sit diffe- 91
rentia magis nominis, quàm effectus, quæ non est considerabilis, iuxta regulam *l.in fulam,ff. de præscript.verbis, l.si vno, ff.locati;*& Bart. *in l.cotem,§.qui maximos, ff. de public.& vectiga.* de quo latè Tiraquel. *lib.*1. *de retractu,* §.1.*gl.*14.*n.*87.*pag.*322.*&* §.30.*n.*11.*gl.*1.*p.*642.*&* §.32. *gl.*1.*n.*34. Et pactum de non reuocando, & de non contraueniendo idem sunt, vt tradit in propria materia Nicolaus Boerius *dec.*353.*num.*11. & ista notabis, quia semper videbis in practica; licet Molinam referat etiam & sequatur nouissimè Aluarus Valascus *consilio* 102. *num.* 22.

Et in ista materia donationis causa mortis lectores animaduerto,

animaduerto , de quodam peregrino dicto Pauli Castrensis *in cons.75.num.2.lib.2.* vbi vult, quod quando donans asserit se donare causa mortis , ita demum per pactum de non reuocando etiam iuramento firmatum, † viderur recedere à proposito donandi causa mortis,si tale pactum se compatitur cum donatione inter vinos, aliàs secus ; quod tradunt Bartholo.Socin. *in cons.*235. *col.3.vers.adduco etiam, num.3. lib.2.* Andr.ab Exea *in*
92 *lib.pactorum,num.*504.*pag.*300.ad quos addo Aymonem *in cons.*52.*num.*4. Socinum Iuniorem *in cons.*21.*n.*15. *lib.* 2. ¶ Et istis addenda sunt quæ de donatione facta in testamento cum pacto de non reuocando, maximè si iuramentum interueniat,scribit in propria materia Tellius *in d.l.*17.*Taurinæ,num.*94.*cum seqq.*vbi concludit, † meliorationem & donationem in isto casu esse irreuocabilem; ad quem addo Gregorium Lopez *in l.*4. *tit.*4. *par.5.in glos.*in verb.*No la pueda hazer*:Ioan.Guttier. *in cap.quamuis pactum,de pactis in 6.in principio,n.*55.
93 *pag.*394. & Ioan. Guttierrez, *de iuramento confirmatorio,cap.*12.*num.*12. *cum sequentibus folio* 51. concludit contra Tellium , nisi in tali donatione interueniat traditio simul cum iuramento,& similiter de pacto non reuocando.

Et ex omnibus,quæ supra scripta sunt,apparet † falsum esse quod inaduertenter & contra omnia iuris principia & regulas scripsit Barbatius *in cons.*54. *Clementissimi,lib.*2. vbi ait,quod donatio causa mortis, vel
94 legatum acceptatum non potest reuocari.De quo dicto, meritò dubitat Rebuffus *in Concord. rubr. de Regia acceptatione & publicat. Concord. pag.*779. Et in materia est omnino aduertendum ad Doctrinam Bartoli *in l. si quis in principio testamenti , ff. de legatis* 3. quam cito Iaso *in consilio* 122.*numero* 2.*libro* 4. quam cito *supra, quæst.* 23.

QVÆSTIO XXXI.

Si pater facto maioratu , vel melioratione per vltimam voluntatem tradat filio possessionem , an maioratus & melioratio sit irreuocabilis.

SVMMARIVM.

1 *Refertur opinio* Antonij Gomez *circa præsentem quæstionem.*
2 *Legatum an transeat in donationem inter vinos,traditione facta simpliciter,absque eius expressione,vbi contra Antonium Gomez argumentatur.*
3 *Testamentum reuocabile an sit,clausula existente,quòd si non valeat vt testamentum, valeat iure codicillorum, vel donationis causa mortis.*
4 *Maioratus factus in testamento , facta rerum illius traditione, reuocabile an sit ? refertur sententia affirmans,* num.4. *Negans tamen & vera,* n.7.15.& 16. *Respondetur obiectioni,*n.18.
5 *Quid de donatione facta absenti, nemine pro eo stipulante.*
6 *Dos relicta in testamento reuocari an possit.*
8 *Donatio inter vinos facta in testamento, & per Notarium acceptata,est irreuocabilis,*& num.11. & 12.
9 *An assumat naturam vltimæ voluntatis.*
10 *Testator si constituat se possidere nomine legatarij transfert in illum possessionem.*
13 *Nuda traditio non transfert dominium.*
14 *Vnus & idem actus potest valere vt contractus & vltima voluntas.*
17 *Argumentum à contrario sensu , fortissimum est in iure.*
19 *Verba apposita gratia frequentioris vsus non mutant iuris dispositionem.*
20 *Contractum inter vinos vocat lex traditionem ipsam.*
21 *Melioratio facta per contractum, & vltimam voluntatem,æquiparantur.*
22 *Conditione pendente contractus perfectus non dicitur.*
23 *Per traditionem tamen dominium transfertur.*
24 *Donatio inter vinos ex testamento fieri potest.*
25 *Donans in testamento si se pro donatarij possessore constituat , & alteri possessionem tradat, præfertur institutus in testamento,*& n.28.*Quid si donatio sit conditionalis,*n.27.
26 *Testamentum faciens si dicat se donare inter vinos, donatio reuocari non potest.*
29 *Si in testamento donetur quod per viam vltimæ voluntatis relinquebatur , sit ne irreuocabilis dispositio ? remissiue.*
30 *Donatione causa mortis facta , si res donatario tradatur,in eum dominium transfertur.*
31 *Possessio magis occupari potest ex licentia in testamento concessa, quàm ex contractu.*
32 *Dominium ex vltima voluntate transfertur.*
33 *Donatio causa mortis,traditione intercedente , habet vim contractus.*
34 *Per traditionem nepotibus factam in vita testatoris cum fructuum reseruatione,sit legatum irreuocabile.*
35 *Traditio facta per Constitutum in vltima voluntate factum, facit maioratum,vel meliorationem irreuocabilem.*
36 *Reuocatio facta per patrem in vltimis codicillis non trahitur ad bona donata in primis cum iuramento.*
37 *Relegata in testamento,possessione secuta,legatum an assumat naturam donationis causa mortis.*
38 *Distinctio quadam* Nattæ *circa legati dispositionem commendatur.*
39 *Donatarius an teneatur fructus restituere , reuocata donatione , quæ fuit facta tradita possessione per viam vltimæ voluntatis.*
40 *Ex duobus actibus contrariis , quorum vnus possessionem transfert, alius non præualet per quem possessio non transfertur.*

IN præcedenti Quæstione 30.argumentatum fuit contra opinionem *Peraltæ*, nunc *in hac* 31. restat insurgere , & proram conuertere contra aliam opinionem *Antonij Gomez*,qui ambo fuerunt in Academia Salmanticensi contemporanei, & Cathedras proprietatis regebant. Quæro igitur , si pater faciat maioratum vel meliorationem Tertij in filium in testamento, vel in alia vltima voluntate , & post factam meliorationem illi possessionem tradat , an possit reuocare prædictam meliorationem , aut maioratum ? In quo puncto † Anton.
1 Gomez *in d.l.*17.*num.*24. palam affirmat, quòd quando hoc contigerit , est patri licitum reuocare meliorationem : quod probare nititur ex textu *in l.*1.& *per totum titulum,ff.de adimen.lega.*vbi probatur, quod legatum relictum in vltima voluntate potest reuocari, etiamsi traditio interueniat : & per distinctionem communem Dyni,Rainer.Bart. & aliorum *in l. legatum,ff. de legatis* 2. vbi dicunt , quòd quando † traditio facta
2 fuit simpliciter,nulla facta mentione de legato , transit in vim donationis inter vinos. Secus tamen quando fit ex causa expressa legati : quia tunc habet vim legati, & reuocari potest. Quorum sententiam ex nostris Hispanis etiam refert Gregorius Lopez *in l.*1 *tit.*9.*part.*6.in verb.*De donacion.* Episcopus Couarruu.*in 2.part.rubr. de testament.versus finem,versic.hi vero omnes,* cuius resolutio cautè est legenda,secundùm ea quæ scribo *infra*. Et pro Anton.Gomez melius facit doctrina Bart.*in l.si quis, in principio testamenti, ff.de legatis* 3. vbi tenet, quòd si in primo testamento adfit clausula,quòd si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, vel donationis causa mortis irreuocabilis,† potest tamen tale
3 testa

testamentum reuocari. Et idem tenet Bart. *in l. cum duobus , §.idem respondet , ff.pro socio : & in l.stipulatio hoc modo concepta* , vbi Angelus & alij , *ff.de verborum obligationib.* & est communis secundùm Alexandrum *ibi,* & Iasonem *in consilio* 122.*num.*2.*lib.*4. vbi hoc dicit etiam procedere Notario stipulante : & idem voluit Angelus *in cons.*66. *Comes Robertus, colum.vltim.* & probat latè Carolus Ruinus ad ista legendus *in consil.*30. *num.*4. *cum sequentibus lib.*1.& *in cons.*178. *eodem libro, per totum,* & *in cons.*182.*num.*9. *cum sequentibus, eodem libro.*Vide tamen eundem Iasonem *in consil.*169. *lib.*4.*num.*4.& 5. vbi dicit,istud non procedere quando testamentum primum fuit factum in fauorem Ecclesiæ & piæ causæ.

Et pro ista sententia Antonij Gomez facit etiam textus *in l.*1. §. *si parenti,* & *in l.cum quis, ff.de cond.caus.data;* & *in l.videamus, §.item si : ff.de vsur.* quæ iura ad hoc ponderat Episcopus Sarmiento *in l.Lucius,§.idem Celsus, num.*6. *fol.*75. *ff. de legatis* 2. vbi istum punctum *num.*8. tangit, & tradit in hoc esse considerandum , an legatum transeat ex traditione in contractum. Et Anton.Gomez sequitur hodie latè Matienç. *in l.*1. *tit.* 6. *glos.*4. *num.*15. *cum sequentibus,folio* 140: *lib.*5. *Recopilationis* , Ioan Guttierrez *de iuramento confirmatorio, p.*1.*cap.*12. *num.*13. *fol.*52. ante eum Molina licet dubius *lib.*4.*de primogeniis, cap.*2. *num.*20 *fol.*122. idem Ioan.Guttierrez *in l.nemo potest , ff.de legatis* 1. *n.*257. & eleganter Natta qui ex pluribus confirmat *in cons.*73.*num.*2. præcipuè ex sententia Fabri *in l. haredes palam , §.*1.*ff. de testam.* & ante istos hoc etiam tenet Gregorius Lopez *in l.*2. *tit.*15. *p.*2. *in glos. in verb.* Maioria, *vers.& nota,quòd si quis faciat maioriam* , vbi expresè tenet , quòd si quis faciat maioratum per testamentum , vel donationem causa mortis,& tradat res
4 maioratus,† reuocare potest maioratum : quem refert & sequitur Burgos de Paz *cons.*2. *num.*14. quos retuli *supra, in quæst.*23.

Et quod donatio facta in testamento cum promissione de non reuocando , nihilominus reuocari possit, volunt Guillelmus Benedictus *in cap. Raimundus , in verb.testamentum,* 4. *num.*29. *vers. quarta & vltima est limitatio,de testament.* Anton.Gabriel *lib.*2.*communium opinionum, tit.de iureiurand.conclus.*9. *num.*9. quos citat Menochius *in tract.de præsumptionibus,præsumpt.*35. *num.*30. *pag.*317. qui etiam refert Iasonem , Carolum Ruinum,& Socinum Iuniorem. Et quòd donatio facta
5 absenti in testamento , nemine pro eo stipulante, † reuocari possit, probatur *in l.cum pater, §.donationis,* & *in l.miles ad sororem : ff. de legat.*2. vbi *Bart.* idem Bartol. *in l.si donatio C.de donation.*Roman.*consil.*513. *num.*2. Nicolaus Boerius *decis.*353.*n.*3. Quibus etiam consenit doctrina Baldi *in l.Sancimus,in fine, C.de testament.* & *in cap.*2. *vers.item nota,de consuet.* vbi vult, quod donatio facta alicui præsenti & acceptanti per testatorem in casu reuocationis legati non valet , quia pactum est nullum tanquam factum contra substantiam legati : & idem volunt Paulus de Castro *in l.stipulatio hoc modo concepta, ff.de verborum obligat.* Aretin.*in d.l. hæredes palam,§.final.*& alij,quos citat Natta *cons.*474. *num.*6. Curtius Iun. qui dicit istam esse communem opinionem & veram *in cons.*56. *num.*5. vbi plura ad propositum scribit.

Ex quibus omnibus infero confirmationem Doctorum tenentium,quòd dos † relicta alicui in testamento,
6 potest reuocari,limitari,& moderari,secundùm Baldum *in l.qui vxori, ff. de aur.& argen.lega.* Aret. *in l.si non designata,C.de falsi.caus.adiect.legat.* & alios,quos citat Bæza *de non meliorandis filiabus,cap.*20.*num.*19. & in confirmationem doctrinæ Baldi *in d.l.sancimus* , plures citat Anton.Peregr. *in tract. de fideicommis. artic.*51. *num.*31. *fol.*485.

Quibus rationibus non obstantibus, contraria opinio verior mihi videtur ; imò quòd si pater faciat maioratum , vel meliorationem Tertij in filium in testamento , vel in alia qualibet voluntate vltima , & illi possessionem postea tradat , efficitur talis maioratus † 9
irreuocabilis: quod probatur rationibus sequentibus.

Primò contra Anton.Gomez facit *l.*44.*Tauri,* hodie *l.*4.*tit.*7.*lib.*5.*Recopil.* quæ apertè dicit , quòd pater potest reuocare maioratum , quem fecit in qualibet vltima voluntate,*nisi filio tradiderit possessionem :* quæ lex non solum loquitur in maioratu facto authoritate Regia , sed etiam in maioratu & melioratione facta per quemlibet priuatum authoritate propria , vt patet ex illis verbis, & implicatiua , *Atmque* , provt latiùs exposui *in q.*28. *supra , eodem.*

Secundò , contra Anton.Gomez facit expressa doctrina Baldi *in l.ex testamento,num.*1. *C.de fideicommiss.* vbi dicit, quòd si testator instituit hæredem ; & dixit, *si non valet iure testamenti , valeat iure donationis inter vinos* , quam fecit Notario præsente & acceptante, tanquam publica persona, constituens se precario nomine possidere : postea autem condidit nouum testa-
mentum, ac reuocauit primum : quòd hac ratione , 8
reuocatione non obstante , donatio † fuit irreuocabilis : refert notata *in dict. l. hæredes palam , §.final.* Quam doctrinam refert & sequitur Barthol.Socinus *in cons.*72. *Difficultatem faciebat , num.*1. *lib.*3. quem ad hoc corruptè citat Gregor.Lopez *in l.*3.*tit.*1.*p.*6. vbi aliqua in proposito nostro refert. Et pro Baldo ex doctrina Angeli *in cons.*179.*num.*6.& idem quod Bald. *in dict.authen.ex testamento*; tenet latè Roman. ad hoc legendus, licèt *Bald.* non referat *cons.*271. *num.*2. adjiciens , quòd in isto casu donatio † non assumit naturam vltimæ voluntatis , cui principaliter admiscetur. 9
Et idem tradit ipse Romanus *cons.*295 *n.*2. in quibus locis est legendum qualiter ista donatio fieri debet , vt sit irreuocabilis , & confirmatur ex scriptis per Alex. *cons.*45.*n.*5.*lib.*1. Cephal. *cons.*61.*n.*31.*lib.*1. qui plures refert concludentes,quod donatio potest fieri in testamento.Et huic est consimilis sententia Baldi *in cap.*1. *col.final.vers.sed ecce Imperator : n.*13.*de confirma.vtili; vel inutili,*vbi dicit, quòd si testator constituit se possidere nomine hæredis,vel legatarij, † transfert in illum 10
possessionem, per *l.Lucius Titius testamentum : ff.de legat.*2. quem ad hoc notant *ibi* Angel.Bald.& Paul. & Bartol.& Bald.*in l.legatum, ff.de legat.*2.Ad quam conclusionem ne diutius vos detineam plures & confirmationes scribit Tiraquellus *in tract de Constit. p.*2. *ampliat.*23.*n.*1.*cum seqq. fol.*49. & voluit Chassan.*in consuetud.Burgund.rubr.*7 §.1. *pag* 898. & *eadem rubr.§.*5. *pag.*940. Natta *cons.*382. *n.*2. Ioan. Guttierrez *in d.l. nemo potest, ff.de legat.*1.*n.*364 & alia doctrina eiusdem Baldi & Iasonis,*num.*4.*in l.cum antiquitas,C.de testam.* vbi dicunt,quod donatio purè facta in testamento † re- 11
uocari non potest : quam doctrinam ex aliis confirmat Ripa *in l.nemo potest,n.*35.*fol.*120.*ff.de legat.*1. Quod est moderandum , modo interueniat acceptatio donatarij,vt tradit Barthol.Socinus *cons.*112. *n.*5. *lib.*1. ex Glos. *in l.*2.*C.de iure dotium;*& aliis,& ita intelligenda sunt ea quæ sequuntur.

Et quòd donatio facta in testamento sit † irreuoca- 12
bilis , probatur *in §.alia, Instit. de donation.* quem ad hoc citat Dynus *in l.stipulatio hoc modo concepta , ff. de verborum obligat.*vbi hoc tractat latè Socinus Iun.*n.*32. *fol.*135.vbi tamen concludit sequendo *Bart.*& communem opinionem,quòd testamentum non potest fieri tali modo,quod non possit reuocari,etiamsi quis dicat,quod *donat inter vinos:*quod secundùm *Socinum* adeo procedit, quòd non procederet, si quis se constituat precario nomine possidere,nec etiamsi verè rem tradit,quia nuda traditio † non transfert dominium, *ex l.nunquam, ff. de* 13
acquir.rer.domi. Et vnus & idem actus potest valere vt contractus † & vltima voluntas : *l.si avia,* vbi Salicetus 14
*num.*2.*C.de iure deliberan.*tradunt Natta *cons.*645.*n.*12. Mantica *de coniectu.mente & vltim.volunt. lib.*3.*tit.*18. *num.*12.Petr.Surdus *decis.*149.*n.*14.

Tertiò facit in simili, textus *in l.filia legatorum, C.de*

legat. vbi Doctores, & quæ scribit Iaso *in l.huiusmodi, §.cum pater, num.*18. *ff.de legat.*1. & in *eadem l. §.si Titio, num.*7.

Quartò contra *Anton. Gom.* hanc opinionem in terminis nostris, licèt illum non referat, nec (vt credo vidit) tenet Peralta *in d.l.Lucius Titius, in principio, ff.de legat.*2. *num.*20. *pag.*244. vbi dicit, quòd si pater meliorauit filium in testamento vel codicillo in Tertio bonorum, designata certa re, & eam tradidit filio ex interuallo, siue simpliciter sub commemoratione legati,
15 talis melioratio † dicitur irreuocabilis: & hoc modo extendit *dict.l.*17. non tamen refert ad hoc *d.l.*44. nec alia suprascripta. Et Peraltam sequitur Sarmiento, *in loco suprà citato*, contra Molinam: imò si benè inspiciantur verba *dict.l.*17. ea sentit clarè cum hac opinione; nam dicit lex, *Quando el padre o la madre mejorare alguno de sus hijos o descendientes en testamento, o en otra postrimera voluntad, o por algun contrato entre vivos, ora el hijo esté en poder del padre que hizo la mejoria o no, fasta la hora de su muerte, la puede revocar, quando quisiere; salvo si hecha la dicha mejoria por contrato entre vivos, oviere en regado la posseſſion.* Quia hæc
16 lex vna determinatione, quæ respicit plura determinabilia, & ideò pariformiter d.bet omnia determinare, *l.iam hoc iure, ff. de vulg.* dicit, quod pater vel mater possint reuocare donationem Tertij, siue sit facta in vltima voluntate, siue in contractu, nisi † tradiderint possessionem: vnde illa verba, *Oviere entregado la posseſsion*, ad omnia superiora referuntur, quia lex pariformiter voluit omnia determinare; & exceptio illa, *Si oviere entregado la posseſsion*, est de regula quæ prius & supra tradita fuit: & ideo non in omnibus casibus regula procedere debet: exceptio etenim est de regula, vt declarat Bartol. *in l.si quis eum, ff.si quis caution.* Iaſ. *in l.si Titia textores, num.*21. *ff. de legat.*1. & in *l.rem quæ nobis.n.*11. *ff.de acquir. posſeſ.* & *in l.immunis.n.*11. *ff.de in litem iuran.* & *in l.cunctos populos, lect.*2. *n.*75. *C.de summa Trinitate.* Et illa verba vltima debent referri ad omnia superiora: *l.talis scriptura, ff.de leg.*1. cum *concord. quæ scribo, p.*2.*q.*12.

Sed contra hanc inductionem argui potest, quòd illa verba, *Saluo si hecha la dicha mejoria por contrato entre vivos, oviere en regado la posseſsion*, possunt referri & intelligi, quòd solum melioratio sit irreuocabilis, vbicunque melioratio sit facta per contractum inter vivos, & in illius executionem tradatur possessio: &
17 per argumentum à contrario, quòd † fortissimum est in iure, iuxta *l.*1.*§.huius rei argumentum, ff.de offic.eius, cui mand. est iurisdict.* cum *concord.* vt per Euerardum *loco* 4. *à contrario sensu*, vbi declarat Glos. Parisiens: *in consuetud. Paris. part.*1.*§.*2. *num* 3. *fol.*54. Franciscus Mantica *in tractatu de coniecturat a mente defuncti, lib.*3. *tit.*15.*num.*1 *cum sequentibus, pag.*85, lex *dicta* 17. probare videtur, quòd melioratio facta in vltima voluntate, etiam tradita possessione est reuocabilis.

18 ¶ Sed hic intellectus sustineri non potest, † quia ex eo sequeretur, quòd in duobus casibus sequentibus quos dicta lex ponit, scilicet, vbi traditio scripturæ facta, sit ante Tabellionem, vel contractus factus fuit cum Tertio, ob causam onerosam reuocari possit melioratio si esset facta in vltima voluntate; quod est contra intentionem *prædictæ legis*, & contra omnia superius scripta, præcipuè contra illud quod adduco infrà, scilicet, contractum posse fieri in testamento; &
19 illa verba, *Por contrato entre vivos*, videntur frequentioris vsus, & ideo † non mutant iuris dispositionem, nec excludunt alios casus, iuxta Glos. *in l.vnica, in verb. sponſam, C de rapt.virg.* & *in Clemen. in verb. Præsidentes*, vbi Anton. & Imol. *de rescript. & in l.*1. *in glos.*1. *C.de his, qui ad Ecclesias confugiunt*; & hoc est vulgare brocardicum. de quo per Rebuffum *in tractatu de Nomination. q.*5. *num.*3. *cum sequentibus, pag.*125. Glos. Parisiens. *in consuetudinib. Parisiens. part.*3. *tit.*8. *num.*3. *fol.*125. Decium *in authen.* Cassa, *num.*8. *C.de sacrosanct. Eccles.* qui plures refert Peralta *in l.Lucius*, 1. *n.*22. *pag.*245. *ff. de legat.*2. de quo vide quæ scribo *in* 3. *part. quæst.*9. *à num.*7. & contractum inter vivos 20
† vocat lex traditionem ipsam, & actum tradendi.

Quintò pro ista sententia facit *l.*23. *Taur.* vbi lex
† æquiparat meliorationem factam per contractum, & 21
vltimam voluntatem, ibi; *Quando el padre o la madre por contrato entre vivos, o en otra postrimera voluntad.* Quam legem ad propositum induco *infrà, q.*48. & faciunt etiam *l.*26. *&* 27. *in dictis legibus Taurinis.*

Sextò hæc coadiuuantur, quia licèt conditione pendente, † non dicatur perfecta venditio, nec alij contractus, *l.hæc venditio, in principio, ff. de contrahen. empt. l.bonem, §.si sub conditione, ff.de ædili.edict. l.hoc iure, ff. de verborum obligation.* de quo multa scribit Tiraquellus *in tract. de utroque retractu, §.*1. *glos.*2. *n.*21. *cum sequentibus, pag.*43. Hoc fallit, nisi processum fuerit ad traditionem: nam hoc casu etiam conditione pendente, propter traditionem † transfertur dominium, 23
l.dotis fructum, §.vltimo, cum *l.sequenti, ibi*. Sed nisi hoc: quæ confestim sequitur, *ff.de iure dotium*, quam legem ad hoc ponderat Bart. Alexan. & Aret. *in l.*1. *§.si vir uxori, ff.de acquirenda possessione*, & probatur *in l.sub conditione, ff.de solution.* & in aliis iuribus relatis per Tiraquellum *in loco prædicto, nu.*28. qui etiam alios Authores citat pro hac conclusione: cui addo bonum textum *in l.*2. *ff.de pericul. & commod. rei venditæ*, Deci. *in cons.*179. *&* in *l.traditionibus, num.*6. *C.de pactis, fol.*36. Et ex hac doctrina deduxi *in q.*2. *suprà, hac* 1. *part.* quòd si pater faciat maioratum vel meliorationem in filium sub aliqua conditione, & ei possessionem tradat, non potest reuocare maioratum, vel meliorationem, donec constet, an conditio fuerit impleta.

Septimò, ista opinio corroboratur ex doctrina Alberici *in rubrica, C. de donation. col. vlt. num.*1. *vers. quid si faciens*, vbi dicit, quòd cum † donatio inter 24
vnos in testamento fieri possit, per *l.assignare, §.vltimo, ff.de assign. liber.* Si testator donatione inter vivos facta in testamento donat aliquam rem, & se constituit possidere nomine donatarij & postea inter vivos alteri eam rem donet, & actualem possessionem tradat, † erit 25
potior ille, cui in testamento facta fuit donatio cum clausula Constituti; quod commendat Iaſ. *in l.quoties, num.*16. *vers. imo fortius inuenio: C.de rei vend.* notat Tiraquellus *in tract. de Constitut. p.*1. *num.*22. *fol.*10. Quod confirmo, quia si testator constituat se pro possessore rei legatæ nomine legatarij, videtur concedere licentiam occupandi rem legatam propria authoritate, secundùm Baldum *in cap.*1.*num.*13. *de confirmat. vtili, vel inutili*: Ioan. Guttierr. *in l.nemo potest, ff.de legat.*1. *n.*364. *pag.*99. Et idem quod Alberic. voluit Oldradus expressè, quem prædicti non referunt *in cons.*114. *Factum tale*, vbi addit, quòd testamentum faciens, si dicat se donare inter vivos, † donatio reuocari non potest: 26
quod consilium sufficit ad decisionem huius quæstionis, & ibi respondet ad omnia obiecta.

Quòd autem contractus fieri possit in testamento, latè docet Tiraquellus *in tract. de legibus connubialibus, glos.*5. *in verb.* contracter, *num.*49. *fol.*278. vbi sunt aliqua in confirmationem eorum, quæ hic tractantur, & est communis opinio secundùm Nicolaum Boerium *in decis.*353. tradit Menchaca *lib.*3. *controuers. cap.*51. *num.*1. *cum aliis*, & Tellius *in l.*3. *Taurina, part.*2.*n.*12. quod latiùs trado *suprà quæst.*23. Quæ conclusio est in-
telligenda vbi donatio fuit pura, † secus si conditiona- 27
lis: nam si ante euentum conditionis res alij donata, & tradita sit, secundus præfertur, vt latiùs docet Decius *consilio* 247. *num.*3. quod confirmat & limitat Tiraquellus *in tractatu de Constitu.* 2. *part. ampliat.*17. *num.*4.

Octauò istam sententiam etiam in terminis † te- 28
net *Tellius*, quem legi postquam superiora scripseram *in d.l.*17. *num.*83. *cum sequentibus*, vbi loquendo in meliora

melioratione, dicit, istam quæstionem contigisse de facto; & ibi respondet ad omnia, quæ in contrarium faciunt, licèt non referat *prædictam leg.*44. quæ nullum locum contradictioni, aut disputationi relinquit: nec refert alia plura, quæ suprà scripsi; quem refert & commendat Aluarus Valascus *cons.*61.*num.*12. & Ioan. Guttierrez *in d.l.nemo potest, num.*259. *pag.*82. *ff.de legat.*1. qui paucis verbis in hoc se expedit, cùm quæstio sit tam disputabilis. Et conducunt quæ ad propositum quæstionis scribit Chassan. *in consuetud. Burgundiæ, rubric.*4.*§.*4.*num.*12. *pag.*555. qui ista confirmat. Et idem Tellius *in d.l.*3. *Tauri*, tradit, an si in testamento donetur id, quod per viam vltimæ voluntatis relinquebatur, † sit ne valida, & irreuocabilis talis dispositio; & 29
*in l.*29.*num.* 17. vbi ex hoc infert, quod melioratio in tali re in vita tradita, debentur fructus à die traditionis, quod est singulariter notandum. Et an donatio omnium bonorum facta in testamento possit reuocari, & valeat, latè distinguit Cephalus *in cons.*738. *num.*1. *cum sequentibus, lib.*5.

Nonò induco *l.Senatus, ff.de donat.caus.mort.* vbi si fit facta donatio causa mortis, & res donata à donante
30 donatario tradatur, transfert † dominium in donatarium: quam legem explicant Bart. & Paul. *in l.si mortis causa res donata, ff.eodem tit.* Ripa *in l.*2.*ff.de legat.*1. Episcop. Couarr. *in* 3. *part. rubr. de testament. num.*16. *fol.*24. Matienç. *in l.*7.*tit.*10.*lib.*5. *Recopil. glos.*2. *n.*41. *fol.*304. De quo tamen lege quæ scribit Ioseph. Mascard. *in tract. de probationibus lib.*3. *conclus.*1282. *n.*10. *fol.*231. vbi *num.*13. tractat, quid in donatione iurata. De quo dictum fuit *in quæstione præcedenti*, & legenda sunt quæ scribit Valdes *in addition.* ad Suarez *allegat.*19. *num.*23. *pag.*94.

Decimò, si per licentiam datam in contractu accipiendi possessionem, possessio potest propria authori-
31 tate occupari, † fortius per vltimam voluntatem talis licentia concedi potest, authore *Bart.* qui hoc modo arguit *in l.creditores, nu.*9. *C.de pign.* per *l.seruum filij, §.cum qui, ff.de legat.*1. & quia ex vltima voluntate
32 † transfertur dominium recta via, *l.à Titio, ff.de furt.* cum qua concordat egregia *l.*34. *tit.*9. *p.*6. de quo per Tellium *in l.*4. *Taurin. n.*19. Ex qua doctrina colligitur, quòd maioris efficaciæ est vltima voluntas ad transferendam possessionem, quàm contractus.

Vndecimò vrget doctrina Baldi *in l.executor, n.*11. *C.de execut.rei iudic.* vbi vult, quòd donatio causa mor-
33 tis, traditione interueniente, † habet vim contractus: Notat Laurent. Calcan. *in cons.*12.*n.*4.

Duodecimò est ad hoc insignis *decisio* Matthæi de Afflictis 275.*num.*7. vbi resoluit, quòd per traditionem fundi factam per testatorem in vita nepotibus, & reser-
34 uationem vsusfructus, præcedente legato, † efficitur legatum irreuocabile, provt inibi latiùs traditur.

Tandem, si rectè consideratur *Anton. Gomez* ipse non decidit quæstionem per eum propositam, cum ipse proponat quæstionem generalem quærendo, an si pater tradat filio possessionem rei, in qua, in vltima voluntate eum meliorauit, possit, si eum facti pœniteat, reuocare? nec tractat, nec distinguit, vtrùm traditio sit facta in mentione legati. Postea autem cùm decidit quæstionem, ad eiusdem decisionem, trahit communem opinionem Bart. & aliorum *in d.l.legatum.* Itaque non determinat quæstionem, quam proposuit.

Est igitur, attentis superioribus, opinio *Peraltæ*, & *Tellij*, & sequacium verior; quæ propter eadem rationes est seruanda in Maioratu: quamvis non me lateat, quòd etiam Gregor. Lopez *in l.*2. *tit.*15. *part.*2. *fol.*44. *col.*1. *in principio. in vers. an si pater*, teneat sententiam *Anton. Gomez.* Quorum opinione reiecta, ex dicta veriori sententia infertur, quòd non solum traditio vera,
35 facta in executionem vltimæ voluntatis † facit maioratum irreuocabilem, & meliorationem, sed etiam traditio ficta, quæ fit per Constitutum, vel per reseruationem vsusfructus, vel alios similes actus, de quibus latè per Scribentes *in d.l.*17. & Gomez *in l.*45. *Taur.* & hoc clarè probatur ex doctrina Baldi *in d.l. ex testamento*, & aliis suprà scriptis. Et ista fulciuntur ex notabili doctrina Cornei *in cons.*306.*num.*7.*lib.*3. vbi ait, quòd reuocatio facta per patrem in vltimis codicillis, † non 36
trahitur ad bona donata in primis codicillis cum iuramento; quod refert Aym. Crauet. *cons.*25. *num.*5. & alia, Angel. *in d.cons.*179. *num.*6. vbi tradit, quòd donatio in qua fit mentio mortis, est inter viuos, vbi adfuit stipulatio: sed & Bald *in l.*1. *ff.de vsu & vsufructu legat.* & *in l.*1.*col.*3. *vers. vnum facit, num.*8. *C. si omiſ. sit causa testa.* per *l.Lucius* 1. & *l.legatum* 2. *ff.de legat.*2. scribit, quòd si quis primò in suo testamento rem le-
gauit, deinde eandem legatario tradidit, † legatum ob 37
traditionem assumit naturam donationis causa mortis. Quod confirmat Tiraquellus *lib.*2. *de retractu, in fin. num.*78. *pag.*994. de qua materia legenda sunt, quæ scribo in quæstione præcedenti. Et ista seruiunt pro decisione quæstionis disputatæ per Auend. *responſ.*25. vbi tractat, si pater assignauit filiis legitimam, & traditione facta, an possit reuocare talem assignationem? vbi meminit doctrinæ Bart. *in dict. l. legatum, ff. de legat.*2.

Et in hac etiam materia, est ad memoriam repetenda notabilis distinctio † Nattæ *in cons.*645.*num.*3. *& seq.* 38
*lib.*3 vbi distinguit, quòd si adhibiti sint quinque testes ad dispositionem testatoris, & verba deseruiant legato, & testator vsumfructum sibi reseruauit, si traditio, vel reseruatio vsusfructus sit facta in continenti, illa dispositio habet vim legati. Quòd si fiat traditio vel reseruatio vsusfructus ex interuallo, tunc subdistinguendum est, quòd si facta fuerit absolutè, & sine commemoratione legati, testator videtur recessisse ab specie legati, & transisse in contractum donationis inter vivos: quòd si facta fuerit sub commemoratione legati, sortitur naturam vltimæ voluntatis, quod placuit Manticæ *lib.*8. *de coniecturata mente defuncti, tit.*1.*num.*40.*pag.*308. Et de hac nostra quæstione lege nouissimè Guttierrez *lib.*3. *practicarum quæstionum, quæst.*63. Et an reuocata donatione, quæ fuit facta, tradita possessione, per viam vltimæ voluntatis, donatarius teneatur fructus restituere? 39
tradit Gregor. Lopez *in d.l.*2. *tit.*15.*p.*2.*glos.*11. *versus finem*, post Baldum quem citat *in l.si vxor in fine, C.de legatis.* Ioan. Guttierrez *d.cap.*12.*n.*13. Matienç. *in l.*7. *tit.*10.*lib.*5. *Recopil. glos.*2.*n.*10. *fol.*306. & tradit Molina *lib.*4. *de primogeniis, cap.*2.*n.*84. *fol.*140.

Et ex omnibus istis, quæ tractata sunt, & postea dicentur, quando & in quibus casibus licitum sit reuocare maioratus, vel meliorationes, tradita possessione, singulariter est notandum; quòd quando reperiuntur duo actus contrarij, quorum vnus non transfert possessionem, alius transfert, † prævalet ille actus, per quem 40
possessio non transfertur: *l.non solum.*§.*fin. ff.de vsucapion.* tradunt Bart. *in l.interdum. in principio*, & *in l.si quis ante, ff.de acquir.posſeſ.* Alexand. *in cons.*121. *lib.*5. quos citat Natta *in d.cons.*382.*num.*17.

QVÆSTIO XXXII.

Intra quantum tempus liceat reuocare maioratum, aut meliorationem.

SVMMARIVM.

1 *Ius omne annis triginta excluditur.*
2 *Melioratio Tertij, vsque ad mortem, est irreuocabilis.*
3 *Idem est in maioratu.*

TRigesimosecundò quæro, intra quantum temporis liceat patri reuocare maioratum, aut meliorationem Tertij & Quinti? In quo puncto paucis agendo

dico, quòd quamvis de iure communi in hoc possent esse aliquæ dubitationes, quia omne ius † excluditur annis triginta, vt probatur *in l. omnes, C. de præscrit. xxx. triginta annorum*, & dixi suprà *in 6. quæst.* vbi tractatum fuit intra quantum tempus agi possit de subreptione contra facultatem Regiam; de iure tamen Regio, melioratio Tertij † est reuocabilis vsque ad mortem, vt probatur *in l. 17. Taurina*, ibi, *Fasta la hora de su muerte*: & propter eandem rationem † idem dicendum in Maioratu; & faciunt verba *dict. l. 44. Puedalo reuocar a su voluntad.*

QVÆSTIO XXXIII.

Si pater consensit filium esse in possessione bonorum maioratus, an ex hoc efficiatur maioratus irreuocabilis.

SVMMARIVM.

1 *Pater consentiens filium esse in possessione rei donatæ in maioratum, vel melioratam, reuocare non potest donationem vel maioratum.*
2 *Tacitus consensus an habeatur pro titulo.*
3 *Investitura probatur per longissimam possessionem rerum feudalium. Et an corporalis præsumatur, si domino sciente & non contradicente vassallus annum continuum feudum retinuerit, num. 4.*
5 *Consensus expressus vbi requiritur, an sufficiat introductus ex taciturnitate longi temporis.*
6 *Patientia cum scientia efficit vt consensus præsumatur. Quod tempus ad hoc sufficiat, num. 10.*
7 *Venditor si patiatur, quod emptor custodes in re vendita apponat, videtur possessionem tradere. Quid si titulus sit inualidus, n. 22.*
8 *Animus donandi an præsumatur, cùm filius sciente & consentiente patre percipit fructus alicuius rei quam possidet.*
9 *Quid in bonis aduentitiis.*
11 *Minor, aut mulier, an possint contrahere sine propinquorum licentia.*
12 *Diuturnitas temporis aliis concurrentibus præsumptionem donationis inducit.*
13 *Per quantum temporis præsumitur inter eos facta diuisio.*
14 *Cùm pater emit aliquam rem nomine filij, an censeatur ei donare.*
15 *Vbicunque in instrumento emptionis fuit data licentia apprehendendi possessionem.*
16 *Ex titulo subsequenti mutatur causa possessionis.*
17 *Conclusio de qua à num. 1. procedit, dummodo possessio non sit iure familiaritatis.*
18 *Per mortem viri an confirmetur donatio vxori facta sine traditione.*
19 *Facultas & vsus fistulandi, quando titulus non præcessit, an præsumatur iure familiaritatis*
20 *Ex actibus voluntarijs non acquiritur possessio, nisi constet de animo acquirentis.*
21 *Quando cognoscatur possessio iure familiaritatis, & num. 56.*
23 *Pertinentia rei donatæ in scriptura priuilegij non declaratæ an declarentur per possessionem continuatam, & n. 32.*
24 *Verba antiquæ contractuum declarantur ex consuetudine & modo vtendi.*
25 *Talis præsumitur dispositio præcedens, qualis est executio & possessio præsens, & n. 26.*
27 *Titulum inualidum producens nullum habere præsumitur.*
28 *Qui fideicommissum agnouit, eius bona possidet, ex causa fideicommissi possidere videtur.*
29 *Solutio præsumitur facta vigore instrumenti apparentis.*
30 *Pater si habet bona in feudum, filius eodem iure feudi an succedat.*
31 *Habens duos titulos, inualidum vnum, validum alterum, ex valido possidere præsumitur.*
33 *Quis non præsumitur possidere ex titulo præambulo iniusto.*
34 *Possessio secundum titulum continuata præsumitur.*
35 *Ex titulo præcedenti præsumitur quòd quis possedit bona ex titulo eidem vitiori.*
36 *Quis potius nomine proprio, quàm alieno possidere præsumitur.*
37 *Cum quis ex duplici causa possideat, in dubio dicto illius standum est.*
38 *An sufficiat probare possessionem & titulum, etiamsi traditio non probetur. Quid si quis ignorauit titulum in possessionis initio, n. 43.*
39 *Si quis alleget se præscripsisse, titulum dedisse videtur.*
40 *An præsumatur quis possidere ex titulo substitutionis præcedentis.*
42 *Conclusio de qua in* num. 1. *procedit, quando præcessit titulus & donatio.*
44 *Duos titulos habens, ex causa vetustiori possidere præsumitur.*
45 *Protocollum per Tabellionem assumptum an faciat fidem concurrente possessione.*
46 *Si filius possideat aliquam rem, quam eidem possessa pater in maioratum concessit, non potest pater talem maioratum reuocare.*
47 *Titulus transactionis an sit sufficiens ad præscribendum, vbi res dimittitur apud possessorem, remissiuè.*
48 *Animus retinendi possessionem inducit illius acquisitionem de nouo.*
49 *Si res heredis per testatorem legata tempore mortis penes legatarium absque eius culpa reperiatur, an in eum ipso iure transferatur dominium.*
50 *Possessionis retentio an det iustum titulum ad præscribendum.*
51 *Sententia, qua pronuntiatur iurisdictionem loci ad aliquem pertinere, quando secum executionem trahat.*
52 *Ad hoc vt procedat dispositio text.* in §. interdum, *quæ requirantur.*
53 *Donatio ab vxore facta confirmatur, si maritus sit in possessione tempore donationis.*
54 *Donatio vsusfructus facta filio à patre irreuocabilis manet.*
55 *Casus in quibus possessio transfertur, remissiuè: & quando dicatur pater vel mater filio donare, licèt verbum,* dono, *in donatione deficiat*, ibid.

TRigesimotertiò quæro, posito quòd pater vel mater non tradunt filio possessionem expressè rei melioratæ, vel datæ in maioratum, sed patiuntur filium esse in possessione bonorum maioratus, vel melioratio-
nis: an ex hoc remaneat maioratus vel melioratio irreuocabilis? In quo etiam puncto breuitati studendo dico, quòd ex hoc censetur filio tradita possessio, & maioratus † est irreuocabilis, cum modificationibus, de quibus *infrà* agetur. 1

Ad quam conclusionem est textus apertus *in l. si emancipatis, C. si quis alteri, vel sibi*: ibi, *Si emancipatis vobis fundos, quos nomine vestro, cum in potestate ageretis pater emerat, tradidit, vel in possessione eorum voluntate patris fuistis: dominium acquisistis*, vbi latè Doctores notant; Bart. & alij *in l. filiæ, C. famil. ercisc.* Salicet. & Decius *num. 39. in l. si donatione, C. de collation.* idem Decius *in l. si certis annis, num. 19.* vbi Iaso *num. 14. C. de pactis*, & alij, quos citat Menoch. *in tract. præsumption. lib. 3. præsumpt. 30. num. 33. pag. 309.* & facit *l. 2. C. de acquirend. possess.* & *l. 11. tit. 30. part. 3.* ibi, *Vendida o enagenada siendo alguna cosa a algun one, si aquel a quien la enagenasse, fuesse metido en la tenencia de la cosa, sabiendo el señor, y no lo contradiziendo, ganaria entonces el otro la tenencia, tan bien como si el señor le la oviesse entregado por si mesmo.* Ad quod faciunt scripta per Rebuffum *in præfatione, ad titulum de causa proprietatis, pag. 244. col. 2.* Et est bonus casus *in l. non idcirco, C. de contraben. emption.* ibi, *Secundum consensum authoris in possessionem ingressus est.* Et adduco singularem doctrinam Baldi *in cons. 245. Villa, vel castrum, num. 2. lib. 3.* vbi vult, quòd tacitus consen-
sus quandoque † habetur pro titulo, allegat Innocentium *in cap. cura, de iurepatronatus.* Et est ad propositum Cornei *cons. 4. Dubia satis, col. 5. in vers. concurrit etiam, lib. 3. num. 6.* vbi dicit, quòd pater diu tacendo, & permittendo donatarium post natiuitatem filiorum vti re donata, præstat vrgentem coniecturam, quòd non voluit recedere à donatione: refert Glos. *in l. Athletæ, §. diæ remissionem, in verb. nisi prius, quam, ff. de excusat. tutor.* quæ dicit, quòd si tutor datus in testamento postea contrahat inimicitias capitales aduersus testatorem, ita vt ob id censeatur tutelam renocare: per illum textum tamen, si diu post eas inimicitias fecit, & potuit reuocare testamentum, & non reuocauit, satis censetur remisisse. 2

Sic inuestitura † probatur & præsumitur si quis probauerit se fecisse longissimo tempore in possessione bonorum feudalium, secundùm Aymonem *in tract. de Antiquit. tempor. p. 3. ibi, vidimus in genere, num. 36.* Felin. *in cons. 26. num. 12.* & alios quos citat Mascard. *in tract. de probationib. lib. 2. conclus. 941. nu. 1. fol. 225.* Tiberius Decianus *respons. 23. num. 74. lib. 1.* Et inquit ad propositum notabiliter Bald. *in l. executorem, n. 36. C. de execut. rei iudicat.* quòd † præsumitur inuestitura corporalis solemniter præcessisse, si per annum continuum vassallus feudum tenuerit, domino sciente, & non contradicente. Et facit doctrina Baldi *in consil. 45 Quandoque contractus*, & *in cons. 282. Proponitur quod minor: lib. 2.* vbi vult, quòd si minor post diuisionem nulliter factam longo tempore maior factus possideat bona secundùm formam & tenorem diuisionis, ex tali possessione & taciturnitate censetur ipsam diuisionem de nouo facere; quod refert & confirmat Aymo *cons. 19. num. 4. ff.* Et vbi requiritur consensus expressus, † sufficit consensus introductus ex taciturnitate longi temporis, vt ex Baldo & Alexandro *in l. filius, C. de pe. it. hæred.* & aliis, probat Gama *decis. 168 num. 3.* Et quod patientia iuncta cum scientia faciat, quòd præsumatur † consensus, probatur *in l. quam Tuberonis, §. quidam, ff. de peculio*: & *in l. item quia, §. fina. ff. de pact.* & tradit latissimè Ioseph. Mascardus *in tract. de probationib. lib. 3. concl. 1153. fol. 48.* vbi materiam rectissimè explicat, quod etiam scribo *in 4. p. q. 19 in fine.* 3 4 5 6

¶ Et vbi venditor passus est, quòd emptor in re empta custodes apponat, † videtur possessionem tradere, vt per *l. quemadmodum, ff. de acquirenda possessione*, & *l. minus instructus, C. de acquirenda possessione*, & *l. quædam mulier, ff. de rei vendicatione*, tenet Bartholomæus Socinus *in consilio 55. num. 2. lib. 4.* Et dicit Salicetus *in dict. l. filiæ*, quòd si filius longo tempore tenet, & possidet aliquam rem, & fructus percipit, sciente & consentiente patre, præsumitur † animus donandi, quamvis traditio non interueniat. Et idem affirmat *in l. si donatione, C. de collation.* & Corneus *in consilio 235. num. 12. lib. 1.* Ad quod plures Authores citat Menochius *in tractatu præsumptionum, lib. 3. præsumpt. 30. num. 53. pag. 309.* qui plura alia ad propositum scribit, & inter illa, *l. cum oportet, §. sin autem, C. de bonis quæ liberis*: vbi probatur, quòd quando filius percipit fructus bonorum aduentitiorum, quorum proprietas est ipsius filij, vsusfructus verò est patris, † censetur pater donare illi fructus bonorum; vbi hoc volunt Bart. Bald. Angel. Salicet. & Corneus & reliqui, Bald *in l. 2. C. de inofficios. donat.* & alij plures, quos citat *ibidem* Menochius. 7 8 9

Et facit in simili, quòd diutina scientia & patientia decem annorum, † operatur etiam expressum consensum & authoritatem eius, qui eam præstare debebat, vt in *statuto*. Quòd minor, aut mulier, non possint contrahere sine licentia propinquorum; † voluerunt Angelus, Baldus, Imola, Aretinus, & Iaso, *in l. qui in aliena, in principio, ff. de acquirend. hæredit.* Angel. & imol. *in l. sciendum, ff. de verbor. obligation.* & est communis opinio secundum Alexandrum *in l. 2. § voluntatem, ff. solu. matrimon.* ad quos alios Doctores refert Tiraq. *in legibus connubialibus, glos. 7. num. 39. folio 305.* argumento textus *in l. in confirmando, ff. de constr. tuto.* & est bona doctrina Baldi *in l. 1. col. fin. in vers. sed vlterius quæro, C. de inoffic. dona.* & alia Salicet. *in l. si totas, C. eodem titu.* Paul. de Castr. *in l. 2. ad fin. C. de postul.* Et conducit *l. Proculus, ff. de probat.* vbi probatur, quod diuturnitas temporis, aliis concurrentibus, † inducit præsumptionem donationis; quem textum latè exornat Bart. & alij *in l. quæ dotis, ff. solut. matrim.* & Tiraq. *in tract. de præscrip. §. 1. glos. 4. pag. 51.* & facit etiam *l. Titia, ff. de solution.* & Glossa celebris *in l. penult. C. commun. divid.* quæ dicit, quòd si fratres plures separatim atque diuisim possederunt bona communia spatio decem annorum, & onera pro se separatim quisque subierunt, † præsumitur inter eos facta diuisio, per *l. cum de in rem verso, ff. de v. u.* quam Glossam sequuntur Doctores *ibi*, & alij, quos referunt Deci. *in cons. 79.* & Tiraq. *in d. tract. §. 1. glos. 4. pag. 36.* quam Glossam iam habui in facto: & hoc alijs penè infinitis rationibus confirmare poteram; & de hac materia tractabitur in *alia quæstione*, dum agemus de possessione bonorum maioratus, *q. 6 n. 62.* 10 11 12

Et cum pater emit aliquam rem nomine filij, † censetur ei donare, & habet talem rem præcipuam: *d. l. filia cuius*, vbi Bart. & *in l. quæ dotis, ff. soluto matrimonio*, & alij, quos refert Tiraquel. *lib. 1. de retract. §. 1. glos. 9. numero 62. pagin. 148.* & adduco notabilem textum *in l. Censualis, C. de donation.* ibi, *Sed si in censum velut sua mancipia deferenti priuigno tuo consensisti, donationem in eum contuliisse videris*; quæ maxime procedunt, † vbicunque in instrumento emptionis fuit data licentia apprehendendi possessionem, secundùm Bald. *in l. indicia, C. de rei vendi.* Et ista conclusio ampliatur, etiamsi filius antea possidebat & tenebat rem nomine patris, quia ex titulo subsequenti † mutatur causa possessionis, secundum Bald. *in l. cum solus, ff. de usucap.* Thom. Grammat. *cons. 120. numer. 10. p. 2.* Procedit tamen hæc conclusio, dummodo possessio, quam filius habet, sit seorsum à patre, & † non iure familiaritatis, vt probatur *in l. qui iure familiaritatis, ff. de acquirend. possess.* vbi Paul. de Castr. *num. 22.* hanc sententiam expressè tenet, de quo consuluit idem Paul. de Castro *in consil. 179. In causa quam magnificus, lib. 1.* tradit Rebuff. *in cap. cum Ecclesia Surina, de causa possession. & proprie. in glos. in verb. nouæ, vers. primo requiritur, pag. 297. col. 1.* Augustin. Beroi. *in cons. 69. num. 15. lib. 3.* & de hoc etiam latius agemus *in 3. p. huius operis*, in materia possessionis rerum maioratus, *q. 6. num. 62.* 13 14 15

Ex quibus confirmatur quòd notanter scribit Ioan. Lop. *in rubr. de donation. inter virum & vxorem, §. 77. numero primo*, vbi concludit, quòd si maritus donauit vxori domum, in qua viuentes communiter habitabant, nec interuenit traditio vera, vel ficta; per mortem viri † non confirmatur talis donatio, quia viuente marito vxor non possidebat domum. Et idem scribit Alciatus *in tractatu præsumption. regul. 2. præsumpt. 23. num. 10.* Ioseph. Ludouic. *decis. 69. numero 20.* vbi tradit, quòd possidens iure familiaritatis, non potest agere remedio attentatorum, si prætendat spoliatum fuisse appellatione non obstante; & est notabile consilium Bartholomæi Socini 131. *n. 7. lib. 1.* Et consilium sanum est mulieribus volentibus recuperare dotes à maritis, declarare, quod intendunt esse in possessione bonorũ mariti, 18

donec dos soluta sit, vt per Roland. *cons.*77. *num.*27. *lib.*1. & alios, quos citat Ioseph. Ludouic. *decis.*109. *num.*4. Et hoc confirmatur ex scriptis per Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.*2. *casu.*160. *num.*21. *vsque ad finem:* & *de retinend. possess. remed.*3. *num.*556. *pag.*223. Roland. *cons.*77. *num.*26. *lib.*1. ¶ Et facultas & vsus fistulandi,
19 seu aquam ducendi, quando non præcessit titulus & causa de nouo, † præsumitur potius iure vicinitatis, & familiaritatis, quàm iure proprio permissus: & ideo non prodest, vt tradunt Corneus *cons.*292. *col.*3. *vers. non obstat, lib.*3. & *cons.*63. *col.*3. *vers. adeo quod vsus lib.*4. quem citat Paris. *cons.*27. *num.*112. *lib.*1. Et ad ista etiam omnino lege Roderic. Suarez *in l.*8. *fori, tit.* De *las herencias, num.*8. *pag.*446. quem citat, & doctissimum appellat Borgninus Caualcan. *in lib. de tutor. & curator. num.*245. *pag.*231. Et ex actibus voluntariis, &
20 iure facultatis, non † acquiritur possessio, nisi constet de animo acquirentis, secundùm Abbatem & alios *in cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa possessio. & proprieta.* & *in cap. suam, de simonia*, Felin. *in cap. cum M. de constitut.* Ripam *responsa.*187. *num.*5.

Cognoscitur autem quòd possessio est iure familia-
21 ritatis, † quando possidens nullum ius possidendi habet, sed ratio consanguinitatis & amicitiæ hoc suadet, secundùm Rebuffum *in tom.*3. *ad constitutiones Regias, tit. de mater. possess. in præfat. num.*29. *pag.*228. Barthol. Socinum *in cons.*13. *num.*17. *lib.*4. ¶ Et prædicta conclusio, scilicet, quòd patientia operetur translationem
22 possessionis, procedit † etiamsi titulus sit inualidus, secundùm Barthol. Socinum *in d. cons.*13. *colum.*3. *post medium, lib.*4. Aymo. Sauillia. *in cons.*61. *num.*2. Burgos de Paz *cons.*15. *num.*31. Pro quibus facit regula *l. quadam mulier, §. de rei vendica. l.*1. *C. de imponen. lucra. descript. lib.*10. de quo per Aymonem *in tract. de Antiquit. tempor. part.*4. *num.*221. *fol.*338. & *cons.*319. *n.*13. Menoch. *de adipiscend. possession. remed.*4. *n.*170. *pag.*150. Mascardum *in tract. de probationib. lib.*3. *concl.*1239. *n.*4. *fol.*178. & Curt. & Alciat. Petr. Surd. *decis.*134 *num.*10. *cum sequentibus*, Curt. Iun. *in cons.*68. *num.*33. Alciat. *reg.*2. *præsumpt.*23. *in fine*, qui extendunt istam conclusionem etiamsi titulus præcedens esset nullus, & à iure reprobatus, Ioan. Garcia *in tract. de Nobilitate, §.*1. *glos.*1. *num.*79. *fol.*58. qui refert Aymonem *in cons.*62. *num.*2. Quod est in praxi notabile, & volunt Bartholom. Socinus & Aymo *in locis suprà citatis.*

¶ Quibus est addenda singularis doctrina Parisij, & quæ in practica est attendenda *in cons.*3. *num.*10. vbi vult, quòd vbi in scriptura priuilegij non sunt declara-
23 tæ pertinentiæ rei donatæ, sufficit † quòd declarentur per possessionem continuatam, pro quo est singularis *l.*1. *tit.*10. *lib.*5. *Recopil.* Et plura ad propositum tradit idem Mascard. *d. lib.*3. *de probation. conclus.*1197. *num.*1. *cum seqq. fol.*118. & tradit Ioan. Garcia *in tract. de nobilitate, §.*1. *glos.*1. *num.*79. *fol.*58. Roland. *in consil.*9. *num.*39. & *in consil.*46. *num.*44. *lib.*3. Cephal. *in cons.*325. *n.*40 *lib.*3. Et verba antiqua stipulationum
24 vel contractuum † declarantur ex consuetudine & modo vtendi, secundùm Bart. *in cons.*59. *num.*6. Barthol. Socinum *consil.*111. *num.*5. *lib.*1. & *cons.*84. *in fine, lib.*4. Aymonem *cons.*174. *num.*7. vbi tradit, quòd defectus scripturæ suppletur per obseruantiam subsequtam. ¶ Et talis † præsumitur dispositio præcedens, qua-
25 lis est executio & possessio præsens, secundùm Baldum *cons.*130. *lib.*1. & faciunt quæ scribo *in* 4. *part. huius operis, quæst.*20. & doctrina singularis Baldi *in cap. licet causam, num.*30. *de probation.* vbi vult, quòd si priuilegiatus repetatur in possessione iurium contentorum in priuilegio, præsumitur retrò possedisse, quem citat Ioan. Garcia *in tractatu, de nobilitate, §.*1. *glos.*1. *num.*79. *fol.*58.

26 Et quòd possessio † præsumatur iuxta titulum præcedentem & continuatam in hæredem virtute Statuti, quo cautum est, quòd possessio continuetur in hæredem, tradit in bono casu Menoch. *in cons.*313. *num.*10. *lib.*4. quod est notandum pro intellectu *l.*45. *Taurinæ:* faciunt quæ scribunt Ripa *responsa.*1. *num.*19. Ossascus *in decis. Pedemontana* 101. *num.*31. vbi tractat de regul. *d. l. quadam mulier*, quòd quis præsumitur possidere ex titulo in actis producto, & non ex alio. Et quòd si quis produxit titulum inualidum, † præsumptio est, quòd 27
nullum habet titulum, Bellamera *cons.*10. Thom. Treuisan. *decis.*69. *num.*55. *lib.*2. Decisio *Pedemont.*101. *num.*18. post Innocentium *in cap. dudum, de decim.* Ex quibus etiam venit, quòd qui agnouit fideicommissum, & tenet & possidet bona fideicommissi, † videtur possi- 28
dere ex causa fideicommissi, secundùm Augustt. Beroium *in cons.*110. *Materia, n.*4. *lib.*2. Mascard. *in tractatu de probation. lib.*1. *concl.*197. *n.*30. *fol.*119. & idem vult Aymo *in cons.*226. *n.*5.

Et solutio præsumitur facta vigore instrumenti † 29
apparentis, & non ex causa, quæ non apparet: quia pluralitas debitorum aut causarum non præsumitur, secundùm Paulum de Castro *in cons.*128. *Viso dicto instrumento, ad finem, & cons.*360. *Circa primum videtur, quòd tenor: col.*2. *lib.*2. Et per prædicta inquit Baldus *in l. si cuius, ff. de vsufruct.* quòd si pater habuit bona in feudum, † censetur filius hæres succedere eodem 30
iure feudi, sicut pater habebat: quod tradunt Barba. *cons.*18. *lib.*2. Alciat. *regul.*2. *præsumpt.*3. *num.*5. Et si quis habet duos titulos Regales, vnum validum, alium inualidum, † possidere videtur ex titulo valido, vt ex 31
Curtio Iuniore *in consilio* 82. *per totum:* tradit notanter Parisius *in consil.*23. *num.*205. *lib.*1 quod reputo notabile ad multa. Pro qua conclusione facit textus *in l. si quis intentione ambigua, in fine, ff. de iudiciis*; & tradit notanter Aymo *in cons.*322. qui ad hoc allegat Bald. *in cons.*34. *In causa ista colliguntur plura, lib.*2. Alex. *in cons.*8. *lib.*3.

Et ista seruiunt pro decisione singulari, quæ ex facto contigit: Quidam vinculauit quendam locum cum omnibus iuribus & rebus ad illum locum spectantibus, non declarando res particulares; postea primus vocatus & cæteri successores possederunt plures res ex præcedente illo titulo: decisum fuit per illam scripturam † iunctam cum possessione subsequuta, probatum suf- 32
ficienter, bona illa fuisse vinculata, & in scriptura comprehensa. Pro qua conclusione est etiam textus singularis *in cap. cum dilectus*, vbi Doctores *de consuetud. l.*5. *tit.*33. *part.*7. *tit.*11. *part.*2. *l.*16. *tit.*10. *lib.*5. *Recopil.* tradunt notanter Barthol. Socinus *in cons.*84. *num* 15. *lib.*3. Capicius *decis.*189. Paris. *cons* 75. *num.*20. *lib.*1. Burgos de Paz *cons.*15. *n.*22. & *cons.*23. *num.*5. Licèt contrarium, imo quod quando causa præcedens est inualida ad translationem possessionis, non præsumatur quis possidere ex titulo præambulo, teneat Augustinus Beroius *in consil.*69. *num.*7. *lib.*3. per regulam *l. traditio, ff. de acquiren. rerum domi.* Et quòd quis non præsumatur possidere † ex titulo præambulo iniusto, tradit 33
Menochius *in tract. de præsumpt. lib.*6. *præsumpt.*67. *num.*14. *fol.*134. Et possessio præsumitur semper continuata † secundùm titulum, Glos. Parisiens. *in consuetud. Parisiens. p.*1. *§.*46. *num.*23. *fol.*211. & præsumitur capta ex causa potentiori, vt per Romanum post 34
Bart. *in l. Aristo, ff. de donation.* & Abbat. *in cap. ad quæstiones, de rerum permutation.* Parisium *in cons.*75. *num.*6. *lib.*4.

Per quam doctrinam, & alia superiora confirmo, quod in nostra materia scribit Burgos de Paz *in consil.*14 *num.*54. vbi resoluit, quòd ex titulo præcedenti colligitur, † quòd quis possedit bona ex titulo eidem 35
vtiliori, & vt bona libera & restitutioni non subiecta; allegat Bart. *in l. gerit, ff. de acquir. hæredit.* Alexand. *in l.*2. *C. quod met. causs.* melius faciunt, quæ scribo *suprà, à num.*26. Istorum est vicinum, quod quis præsumitur † possidere potius proprio nomine, quàm alieno *l. filius-* 36
*familias. §. diui. vers. idem Principes. ff. de leg.*1. quem ad hoc ibi notat Angel. quem citat Roland. *in cons.*46.

*n.*44.

*n.*44. *lib.*3. & idem Natta *in cons.*634. *num.*17. *lib.*3. Cephalus *in consil.*369. *n.*44. *lib.*3. Menoch. qui alios citat, *dicta præsumpt.*67. *num.*13. & inter alios Bart. & Salicet. *in l.*2. *C. de acquirend. possession.* Quod reputo singulare.

Nec omitto; quòd si quis potest possidere duplici ex causa, veluti vt hæres, & quia res sibi esset obligata,
37 † statur dicto illius, si dubitatur ex qua causa possideat, si viuit; & si est mortuus, dicto hæredis; secundùm Alexan. *in cons.*126 *num.*2 *lib.*7. Rubeum *in l. non solùm §. morte, tit. de nou. oper.* Rolandum *in consil.*66. *num.*22. *lib.*4. Istorum vicinum est, quod eleganter in ista materia scribit Aymo *cons.*255. *num.*3. vbi per prædicta resoluit, quòd possidens bona fideicommissi, videtur possidere ex titulo fideicommissi, & quod eius præsumitur habere notitiam. ¶ Et sufficit probare pos-
38 sessionem & titulum, † etiamsi traditio non probetur, secundùm Barthol. Socinum *in cons.*89. *num.*17. *lib.*1. Hieronym. Gabriel *cons.*32. *num.*2. Et qui duos habet titulos, ex quo possidere videatur? tradit notanter *decisio* Iacobi Putei 332. *lib.*3. quæ loquitur in Duce de Alba, qui habebat duo priuilegia ad habendum Decimas in ciuitate de Huescar. Quinimò, si quis alleget se
39 præscripsisse, † videtur deduxisse titulum, licèt non expressérit, secundùm Innocentium *in cap. fraternitatis, de testibus:* Abbat. *in cap. vltim. n* 34. *de præscription.* Bart. *in authentic. qui semel, C. de probat. num.*24. & alios, citat Balbus *in l. Celsus, part.*3. *num.*6. *pag.*691. *ff. de vsucapion.* quod profuit mihi multum in succes-
40 sione cuiusdam status. Et quis præsumitur † possidere ex titulo substitutionis præcedentis, secundùm Cephalum *in consil.*98. *n.*29. *lib.*1. ex Baldo *in l. cum solus, ff. de vsucapion.* Alexandrum *in cons.*126. *num.*32. *lib.*6. Decio & Iaf. quos citat.

42 Secundò, hæc conclusio procedit, dummodo † antecedat donatio bonorum maioratus, vel meliorationis, quia si absque donatione pater tradat filio aliquas res, bona sic tradita imputantur in legitimam, secundùm Bart. *in l.*1. *§. si parens, ff. si quis à parent. fuer. manumiss.* Iasonem *in l. si quando, §. & generaliter, C. de inoffic. testament.* quorum conclusio dubitabilis hodie, apud nos videtur, attenta *l.*26. *Taurina*, vbi vide Tellium *num.*1. & Episcop. Couarru. *in cap. Raynaldus, §.*2. *n.*6. *fol.*139. *de testam.* Sed adhuc limitatio vera est, ad quod est expressa doctrina Baldi *in l. executorem, dict. n.*36. ¶ Et in hac materia etiam est scitu dignum, quod adeo est vera regula *d. l. quadam mulier*, quod sufficit si appa-
43 reat me habuisse titulum, & possedisse, † etiamsi non appareat me scisse de titulo in initio possessionis, secundùm Bart. *in l.*2. *§. si sub conditione, in fin. ff. de vsucap. pro empt.* quem citat Baldus *in consil.*10. *num.*7. *lib.*5 vbi hoc confirmat. ¶ Et est etiam sciendum, quòd
44 si quis habeat duos titulos, præsumitur possidere † ex causa vetustiori, secundùm Paulum de Castro *in l.*3. *§. ex pluribus. num.*3. *vers. notandum etiam. ff. de acquirend. possession.* tradit Menochius *in cons.*381. *num.*20. *lib.*4. Et quòd regula *d. l.*2. *C. de acquir. possession.* data prius possessione, quia præsumitur ex causa præambula, tradunt Barthol. Socinus *in cons.*15. *num.*7. *lib.*4. Ossascus *decisione Pedemont.*51. *n.*17. Et quod protocollum assum-
45 ptum per Tabellionem † faciat fidem concurrente possessione, resoluit Matth. ab Afflictis *decis.*48. *num.*4. per regulam *d. l. quadam mulier.*

Item circa hanc materiam & quæstionem est notandum, quòd si filius erat in possessione alicuius rei, de qua postea in eum facit pater maioratum, aut meliorationem, quamvis de nouo non tradat ei possessionem, nec verè, nec fictè nec contractus sit factus cum aliquo
46 Tertio, actus est † irreuocabilis, quod probatur *ex l. qua ratione* 9. *§. interdum, ff. de acquir. rerum domin.* cum quibus concordat *l.*47. *tit.*2. *p.*3. quæ leges procedunt, etiamsi res vendita, vel donata sit in absentia, secundùm Angel. post Fabrum *in d. §. interdum*, notatur per Anton. Gomez *in l.*45. *Taur. num.*69. & Anton. Gomez citat Angulo *in l.*1. *tit.*5. *lib.*5. *Recopil. glos.* 8. *num.*14. *fol.*26. vbi ad hoc citat Cifuent. *ibi, num.*2. & Castellum *num.*44. & tradit Mascardus *in tractatu de probationibus, lib.*2. *conclus.*613. *num.*1. *folio* 18. Et ad illarum legum intellectum vide Alexand. *in cons.*86. *lib.*6. & pro hac sententia facit textus notabilis *in d. l. quadam mulier, in vers. Proponebatur. ff. de rei vend c.* tradit Socinus Iun. *in l.*1. *in principio, num.*490. *ff. de acquir. possess.* & faciunt quæ scribo *in* 4. *part. huius operis, q.*2. *n.* & quod scribit D. Anton. de Padilla, *in l. si pro fundo, num.*10. *pag.*150. *C. de transact.* vbi ex hoc disputat, † an titulus transactionis sit sufficiens ad præscri- 47
bendum, vbicunque res dimittitur apud possessorem? Cuius resolutio vtilissima est, vt sciamus, an transactiones, quæ quotidie fiunt super bonis maioratus, præbeant iustum titulum ad præscribendum, vbicunque res dimittuntur apud possessores: Et notanda est ad ea, quæ scribo *infrà in* 4. *part. quæst.*21. & 22. ad quod etiam legenda sunt quæ scribit Anton. Gom. *in d. l.*45. *Tauri, num.*72. *in vers. Quinto infero*, & confirmo, quia animus
48 retinendi possessionem, † inducit illius acquisitionem de nouo, vt contra Glos. ibi vult Bart. *in l.*3. *in principio, num.*3. *ff. de acquirend. possess.* vt asserunt Socinus *num.*25. Iaso *num.*26. Vincen *num.*33. Anton. *in dict. l.*45. *num.*41. quos citat Petr. Barbosa *in l. si alienam, num.*101. *ff. de acquir. possess. pag.*209.

Et pro istis etiam facit doctrina Baldi *in l.*1. *col.*5. *num.*21. *C. commun. de legat.* vbi vult, quòd si res hæ-
49 redis per testatorem legata reperitur tempore mortis penes legatarium absque ipsius culpa, † transfertur ipso iure dominium talis rei in legatarium, & idem voluit Iaf. *in l. hæredis seruus, num.*11. *ff. de legat.*1. Peralta qui ex aliquibus confirmat *in l. siquis seruum, nu.*4. *pag.*95. *ff. de legat.*2. Sic scribit eleganter Baldus *in l. si inter vos. C. commun. vtrusque iud.* quòd possessionis retentio, ita facit rem desinere esse integram, sicut eius tra-
50 ditio, & † dat titulum iustum ad præscribendum; quem citat Iaso *in l. si profundo, num.*91. *C. de transact.* quod est notandum ad transactiones, quæ fiunt super rebus maioratus, in quibus res dimittuntur apud possessores: & istis sunt addenda quæ scribo *in* 4. *part. huius operis, quæst.*2. Ex quibus confirmo notabilem sententiam Ripæ *in l. miles, §. qui iudicati, num.*9. *fol.*220. *ff. de re iudicat.* vbi vult, quòd sententia, qua pronuntiatur, iu-
51 risdictionem alicuius loci ad aliquem spectare, † trahit secum exequutionem, quando dominus ante sententiam erat in possessione tribunalis, subditi tamen negabant obedientiam; & intelligit Bart. *ibi.*

Aduertant tamen lectores, quod ad hoc vt procedat dispositio textus *in d. l.*9. *§. interdum, ff. de adquir. rerum domin.* † requiritur *primò*, quod ille qui præstat
52 mihi titulum & causam, sciat me possessorem. *Secundò*, quòd causam habuerit à vero domino. *Tertiò* requiritur, quòd ex parte meâ adimpleam necessaria ad contractum, vt hæc omnia posuit eleganter Rebuffus *in rubrica de caus. possess. & propriet. pag.*244. *col.*2. *vers. Vndecimus actus.* Et hæc etiam intelligenda sunt, vt scripsi *suprà in hac quæstione*, ex doctrina Ioannis Lopij & aliorum: & quemadmodum donatio facta per maritum vxori, vel è contra, traditione interueniente, marito mortuo firmatur, *l. Papinianus, ff. de donation. inter virum & vxorem*, ita † confirmatur si maritus sit in pos- 53
sessione tempore factæ donationis, vt per Decium *consilio* 202. *colum.*3. Albens. *cons.*4. *num.*14. licèt contrarium teneat Paulus de Castro *in consilio* 138. *lib.*1. quem citat Matienç. *in l.*7. *glos.*2. *num.*3. *folio* 301. *tit.*10. *lib.*5. *Recopilat.* Et facit, quia vbicunque pater remittit vel donat filio vsumfructum, † talis donatio 54
vel remissio est irreuocabilis, vt probat Tellius *in l.*17. *Tauri: num.* 63. per doctrinam Bart. *in l. frater à fratre, num.*57. *ff. de condict. indebit.* quem sequitur Matien. *in l.*1. *titul.*6. *glos.*1. *num.*19. *folio* 140. *libro* 5. *Recopilation.* Alios autem casus, in quibus transfertur possessio, faciliter lector colligere poterit

† ex

55 † ex Chassan. qui hoc latè tradit *in consuetud. Burgund. rubr. 7. §. 1. folio 227. col. 2. & fol. sequenti*, qui hoc melius omnibus cumulat, cui adde Angel. *cons. 221. Viso puncto, col. vltim. in principio*, notat Decius *in consil. 583. num. 6.* Et qualiter intelligatur, quòd possessio sit iure proprio, vel iure familiaritatis, vltra ea, quæ
56 supra scripta sunt, † legendi Roderic. Suarez *in l. 8. tit. 9.* De las herencias, *lib. 3. for. num. 27. pag. 450.* Carol. Ruin. *in cons. 51. num. 4. cum sequentibus, lib. 4. & in cons. 34. num. 13. lib. 1.* Menoch. *lib. 6. præsumption. 67. num. 13. fol. 134. & præsumpt. 68. lib. 6. num. 3. fol. 134.* Quibus autem modis dicatur pater vel mater filio donare, licèt in donatione non apponatur verbum *(dono)* constat ex cumulatis eleganter per Menochium *in tract. præsumpt. lib. 3. conclus. 30. num. 40. cum seqq. pag. 308.* quæ notanda sunt pro intellectu *l. 26. Tauri*, hodie *l. 10 tit. 6. lib. 5. Recopil.* iunctis aliis, quæ scribunt Bartholom. Socinus *in cons. 93. num. 21. lib. 1.* Ioan. Guttierrez *libro practicarum quæstionum, quæst. 63. 64. & 65.*

QVÆSTIO XXXIV.

Pater tradendo vnam de pluribus rebus, an quoad alias maioratum renocare possit.

SVMMARIVM.

1 *Soluens partem pecuniæ, quàm prætendebat sibi numeratam non fuisse, non potest postea opponere exceptionem non numeratæ.*
2 *Habens ius plura respiciens, si vtatur illo in vno, vel pluribus, ius totum quoad alia conseruat.*
3 *Pater tradens vnam rem ex pluribus, in quibus filium meliorauit, vel maioratum instituit, possessionem caterarum denegat. Dummodo res sit ab aliis diuisa, num. 10.*
4 *Apprehensa possessione vnius rei hæreditariæ, caterarum apprehensa non videtur, & n. 8. & 24. Contraria opinio, n. 20. 21.*
5 *Vniuscuiusque rei à defuncto possessæ apprehendi debet possessio.*
6 *Possessio vnius ex fratribus an prosit aliis.*
7 *Accipiens possessionem villæ, vel castri, an accipiat possessionem rerum, quæ ab illis separatæ sunt.*
9 *Ex Constituto an transferatur possessio respectu futurorum bonorum.*
11 *Rerum indiuisibilium vnius partis sufficit apprehensio.*
12 *Præscriptio partis indiuisibilis ratione indiuidui ad totum extenditur.*
13 *Acquisita vna parte indiuidui totum censetur acquisitum.*
14 *In iuribus incorporalibus, vtens in parte, in cæteris retinere videtur.*
15 *Testes deponentes de possessione fundi, de totius possessione deponere videntur.*
16 *Qualiter in hoc casu cognoscatur quod res sit indiuidua.*
17 *Per exercitium vnius articuli comprehensi sub vniuerso, infertur possessio vniuersi, quando non constat alium possidere.*
18 *Pertinentia cum suo principali vnum integrale constituent.*
19 *Acquirens possessionem ciuitatis, loci subiecti acquirere videtur, & n. 22.*
23 *Per vnum actum an acquiratur possessio vniuersalis iurisdictionis in omnibus.*
25 *Qualiter possessio vnius actus extendatur ad alterum, si non sit alius in possessione, remissiuè.*
26 *Possidens partem rei, totam possidere videtur.*
27 *Res simpliciter prolata de tota intelligitur.*

TRigesimoquartò quæro, an tradente patre filio possessionem de pluribus rebus, de quibus fecit in eum maioratum, quoad omnia remaneat maioratus irreuocabilis; vel in ea solùm, in qua facta fuit traditio? & casus etiam constitui potest, vbicunque pater consentit filium esse in possessione alicuius rei ex his, in quibus maioratum constituerat? In qua quæstione primò sese offert text. *in l. cùm fidem, C. de non numerat. pecun.* vbi si debitor soluit partem pecuniæ, vel vsuras pecuniæ, quam prætendebat minimè sibi numeratam fuisse, † non potest postea opponere exceptionem non 1
numeratæ pecuniæ, vbi Glos. & DD. hoc notant & Ioan. Fab. *in §. 1. num. 2. Inst. de liter. oblig.* & alij, vt per Iasonem *in l. qui pecuniam, num. 5. ff. si cert. pet.* Episcop. Couar. *resolut. lib. 1. cap. 7. num. 6.* cui adde *l. 6. tit. 1. part. 5.* ibi: *O gelo embia a dezir por carta, o de otra guisa, o le oio ga, o si paga despues alguna partida de la deuda, dezimos que tenudos son de pagar el prestamo.* Et habens ius plura respiciens, si vtatur illo iure in
vno, vel in pluribus, † conseruat ius in totum quoad 2
alia, *l. si is qui vsumfructum, ff. de vsufruct. l. vt pomum, ff. de seruitut. l. vna est via, ff. de seruit. rust. l. si stillicidij, §. sin ff. quemadmodum seruit. amitt. n.* notant Paul. de Castro *in cons. 179. In causa quam magnificus, col. 4. ad fin. lib. 1.* Corneus *in cons. 268. col. 1. ad fin. lib.* Aymo *cons. 27. num. 2.*

Licèt autem hæc vera sint, in casu nostræ quæstionis ego contrarium existimo, quia potius videtur, quòd pater tradendo vnam rem ex pluribus, in quibus eum meliorauit, vel maioratum fecit, possessionem cæterarum rerum † denegat, *l. cum Frater, ff. de iud.* & pro hac 3
sententia est Glos. *in l. 1. §. veteres, in verb. per vnum reliquorum, ff. de acquir. possess.* & *l. prædia, eodem tit.* Glos. *in l. 3. in princ. in verb. quamlibet, eodem tit.* cum *concordant.* vt per Paris. *in cons. 37. n. 17. lib. 3.* Quod procedit non solum, quando res sunt omnino distinctæ & separatæ, sed etiam cum omnes continentur sub vniuersitate vnius cuiuspiam iuris.

Quod probatur, quia apprehensa possessione vnius rei hæreditariæ, cæterarum rerum eiusdem hæreditatis † non est apprehensa, secundùm Innocentium *in cap.* 4
in præsentia, col. 1. de probat. Bartol. *in d. l. 3. in principio*, & alios plures, quos refert Tiraquellus *lib. 1. de retract. §. 36. glos. 3. n. 3. pag. 749.* & confirmant Zasius *lib. 2. singula. respons. cap. 31.* Aymo *in cons. 258. num. 16.* Menoch. *de retinend. possess. remed. 3. num. 282. pag. 200.* & idem *de adipiscend. possess. remed. 4. n. 799. pag. 119.* vbi tradit, quòd vniuscuiusque rei à defuncto possessæ † 5
apprehendi possessio debet, ex Alexan. *cons. 70. lib. 6.* Neuiz. *cons. 80. n. 31.* & aliis, quæ citat: & pro ista opinione faciunt plura, quæ scribit Natta *in cons. 429. n. 2. cum seqq.* ad hæc legenda; & eleganter *in cons. 446. n. 1. cum seqq. lib. 2.* & nouissimè & notanter Anton. Peregr. *in tract. de fideicom. art. 48. num. 72. fol. 446.* & Ferrara *in practic. in forma libelli in actione reali, in vers. Iure dominy, vel quasi, num. 29. pag. 19.* vbi resoluit, si aliquis vendit castrum cum territorio, si accipiat possessionem castri, an videatur accipere de territorio? & quod pos-
sessio vnius ex fratribus, † non prosit aliis, tradit Me- 6
noch. *de arbitrar. casu 160.* & *de adipiscenda possessione, remedio 2. num. 237.* quem citat Valdes *in tit.* De las herencias, *in addit. ad Suarez, pag. 151.* & ad hæc facit sententia Baldi *in l. si certa forma, per text. ibi, C. de iure fisc.* vbi vult, quòd si quis accipiat possessionem villæ vel castri, † non videtur accipere possessionem fundo- 7
rum, vel rerum, quæ sunt separatæ à castro, & vniuersitate, vt molendina, vel alia similia, quem citat Gregor. Lopez *in l. 7. tit. 30. part. 3. in glos. vltim. in fin.* & accipiens possessionem vnius fundi nomine prædendæ, vel decimæ, non quærit generalem possessionem; secundùm Baldum *in l. 2. num. 62. C. de seruitut. & aqua*, Fulu. Pacian. *in tract. de probation. lib. 2. cap. 28. nu. 73. fol. 111.* in qua materia est magni facienda doctrina Innocentij *in cap. tua, in 1. de decimis*, vbi vult quod licèt quis probauerit,

probauerit, quod per totam alienam parochiam decimas habet, debet probare præcisè de singulis fundis; ad quam doctrinam plures citat Tiraquel. *in tractatu de primogenitura, quæst. 39. numer. 1. pagin. 264.* quod vidi in grandi negotio; & quod vbicunque quis accipit possessionem vnius rei de pluribus, quæ illi com-
8 petebant, † non videatur possessionem omnium apprehendisse, tradit Ferrara *in praxi, in forma libelli, posita actori, in vers. Item quod præfatus, num. 3. pag. 121.* & ad hoc faciunt verba *l. 17. Laurinæ*, hodie *l. 1. tit. 6. De las meioras, lib. 5. Recopilation.* ibi: *Saluo si hecha la dicha mejora por contrato entre viuos ouiere entregado la possession de la cosa, o cosas en el dicho Tercio contenidas.* Et faciunt scripta per Tellium *in dict. l. 17. numer. 21.* vbi resoluit contra Anton. Gomez,
9 quòd ex Constituto † non transfertur possessio respe- 1
ctu bonorum futurorum, nisi à die acquisitionis talium bonorum; de quo per Molin. *lib. 4. de primog. cap. 2. nu. 7. fol. 120.* & eadem verba, quæ habentur *in d. l. 17.* sunt *in l. 44. Taurinæ*, hodiè *l. 4. tit. 7. li. 5. Recop.* quæ non debent esse sine effectu aliquid operandi, nec credendum est frustra scripta fuisse.

Sed hæc procedunt, modo res, quæ per patrem tra-
10 dita fuit, † sit diuisa ab aliis, secus si sit indiuisibilis, 2
& cum alia coniuncta: quia tunc possessio totius vniuersi tradita videtur. Nam in hoc casu vna, & non plures res dicuntur; & ideo sufficit apprehendere posses-
11 sionem † vnius partis, *dict. l. 3. in principio, l. si stillicidij, §. vltim.* cum *l. sequenti, ff. quemadmodum seruit. amittan.* de quo textu meminit Rebuf. *in tractat. de decimis, quæst. 14. num. 20. pag. 57.* vbi ponit regulam, quòd
12 præscriptio partis indiuisibilis ratione indiuidui, † ad 3
totum extenditur; & *tom. 3. ad constitutiones Regias, tit. de mater. possess. in præfatione, num. 156. pag. 241. & nu. 196. pag. 245.* & est notabilis *decis.* Rotæ *in nouiss. ti. de restit. spol. decis. 14. olim 277. fol. 169.* & facit textus *in l. quod in rerum, §. si quid post testamentum, ff. de legatis 1.* & *l. prædia, §. qui domum, ff. de legat. 3.* & conducunt alia quæ scribit Tiraquel. *vbi supra, num. 4. cum sequentibus.* Quibus conuenit doctrina Innocentij *in ca. ex parte, de restitut. spoliat.* qui contra Hostiens. concludit, quòd acquisita vna parte indiuidui † totum cense-
13 tur acquisitum; quem citat Mascard. *in tractat. de proba- 4
tion. lib. 3. conclus. 1184. num. 7.* qui in *numeris præcedentibus* alia scribit ad propositum eorum, quæ hic tractantur, & idem *eodem lib. 3. conclus. 1200. num. 40. fol. 125:* vbi refert Alexand. & Ias. *in dict. l. 3. in princip. ff. de acquirend. possess.* Nattam *in cons. 429 lib. 2.* Hieron. de Monte *in tractat. de finibus, cap. 78.* & tractat quid in incorporalibus, veluti iurisdictione, & in aliis rebus, qualiter possessionis apprehensio de vna re in aliis prosit? ad quem addo Nicol. Boer. *in tract. de custod. clauium, n. 77.* vbi per text. *in d. l. si stillicidij, §. vltim.* resoluit, quòd
14 in iuribus incorporalibus † vtens in parte, in cæteris 5
retinere videtur, qui ad hoc citat Innocen. *in cap. cum dilecti. de simonia.* ¶ Et istis est simile, quod testes de-
15 ponentes de possessione fundi, † videntur deponere de
possessione totius fundi, vt per *l. si quis cum totum, ff. de exception. rei indic.* & per doctrinam Rebuf. *in l. locus, ff. de verborum significat.* & alia plura ostendit *in tractat. de probationibus, lib. 3. conclus. 1120. num. 1. fol. 123.*

Quomodo autem cognoscatur in hoc qualiter res sit
16 indiuidua, vel diuidua? † lector videre poterit *in quæst. 10. supra, eod.* sed hic iunge text. *in l. is qui vsumfructum, ff. quibus modis vsufruct. amitt.* vbi per vsum partis ius in totum conseruatur, & doctrinam Abbat. *in cap. 1.* per illum textum, *in vers. Vltimo nota: de relig. domib.* vbi dicit, quòd per exercitium vnius articuli comprehensi
17 sub vniuerso, † infertur possessio vniuersi: & idem vo- 6
luit Abbas *in cons. 54. col. 2. vers. Secundo ad idem, lib. 1.* vbi dicit, hoc procedere, quando non constat alium possidere; tradit notanter Decius *in cons. 271. num. 17.* Menchaca *lib. 1. controuersiar. cap. 2. num. 7.* facit notabilis doctrina Bartol. *in l. hæc distinctio, §. vltimo. ff. locati:* & Aretin. *in l. duo fratres, ff. de acquirend. hæreditat.* & aliorum, vt per Decium *in cons. 282.* & quod tradit Bart. *in l. si communis, ff. de negot. gest.* Abbas *in cons. 71. num. 3. lib. 1.* quem in notabili casu citat Felin. *in c. causam quæ, nu. 15. de præscrip.* & Ioan. Guttier. *in cons. 21. num. 14.* qui ex hoc infert intellectum *ad l. 22. titul. 7. lib. 7. Recopilat.* & *ad l. 24 eod. tit.* quæ loquuntur de prohibitione, quòd defensæ rumpi non possint, ad quos addo Cephalum *in cons. 169. num. 8. lib. 2.* Rebuf. *in tractat. nominat. quæstion. 9. num. 22. pag. 152.* Balb. *in tract. de præsc. 2. p. q. 2. n. 19. pag. 135.*

Et feudo apprehenso, veniunt in consequentiam omnes eius pertinentiæ, etiam si nihil dictum sit: quia
18 † non separantur à suo principali, sed cum eo vnum in- 18
tegrale constituunt, *l. si venditor, §. fin. l. Iulianus, §. fin. eodem tit. l. qui fundum, §. in lege, ff. de contrahend. emption.* cum *concordantibus*, vt per Andr. Gail. *in tractat. de arrestis Imperij, cap. 6. num. 5. pag. 377.*

Quibus congruit, quod si Ciuitas habet castrum subiectum, vel Ecclesia capellam, & quis assequatur possessionem Ciuitatis, vel Ecclesiæ, † acquirit possessionem 19
loci subiectæ, seu capellæ absque particulari apprehensione, secundùm Petrum Perticens. *in l. seruitutes, ff. de seruitut. vrban.* quem sequuntur Anton. *in c. vltimo, num. 20. de caus. possess. & proprietat.* qui eleganter loquitur in toto illo capitulo, præcipuè *num. 46. fol. 117.* & alij, quos citat Menoch. *de retinend. possess. remed. 3. nu. 827. pag. 249.* Capicius *decis. 1. num. 10. & 11.* ad quem tamen addo Iacob. Put. *decis. 343. lib. 2.* dicentem, quod possessio quoad castrum continuata præsumitur, non quoad merum imperium; & pro hac sententia facit quod scribit Molin. *lib. 1. de primogen. cap. 26. numero 2. fol. 186.*

In materia autem præsentis quæstionis, lege eundem Molin. qui contrariam opinionem tenet *lib. 4. de primog. c. 2. num. 21. fol. 122.* Et hanc opinionem Molinæ, licet eum non referat, tenet hodie latè Matienç. *in d. l. 1. glos. 4. num. 5. cum sequentib.* vbi ex pluribus concludit, quòd si pater facta melioratione iuris vniuersi, tradat possessionem vnius rei, † melioratio remanet quoad 20
alia omnia bona irreuocabilis. Pro quo facit, quia partem possessionis apprehendens, totam † capere videtur, 21
l. 3. in principio, ff. de acquirend. possess. cum *concordantib.* vt per Mascard. *in tract. de probation. lib. 3. concl. 1184. nu. 5 fol. 94.* & melius Anton. Peregrin. *in tractat. de fideicommiss. art. 48. nu. 72. fol. 446.* Pro quibus etiam facit sententia Bartol. *in l. 1. §. si quis hoc interdicto, ff. de itiner. actuque priuat.* vbi vult, quòd siquis habeat concessionem iurisdictionis, si vtitur iurisdictione in vno actu, retinet possessionem in omnibus, alio non possidente, & idem Bart. *in l. si publicanus, §. fin. ff. de publican.* Ad quod est etiam doctrina singularis Innocen. *in cap. dilectus col. 2. in verbo, possessorium, de capel. Monachor.* & tradit Bald. *in d. q. 2. nu. 22. & n. 26.* & Rebuf. *in dict. tit. de mater. possess.* qui ad hoc citat Purpurat. *in l. Imperium nu. 46. ff. de iurisdict. omnium iudic.* & alios Authores, Mascard. *in tractat. de probat. lib. 1. conclus. 271. numero 12. folio 171.* vbi refert Oldrad. Roman. Bald. Aretin. & Alexand. Mascard. idem *lib. 3. conclus. 1215. numero 7.* Bernard. Diaz. *regul. 575.* Guid. Pap. *quæst. 631. numero 12. vers. Et si reperiatur*, Tiraquel. *in tractat. de utroque retractu, lib. 1. d. §. 36. glos. 3. numero 12.* & *in tractat. de primogen. q. 39. numero 1. cum sequentib. pag. 265.* Natta *cons. 98. numero 25. lib. 1.* idem *in cons. 446. numero 2. & 3. libro 2.* vbi post Imol. *in l. 3. in princip. ff. de acquirend. possess.* & Iacob. de Bellouis. tenet, quòd si quis emit Castrum cum suis pertinentiis, † satis est quòd ingrediatur possessionem Castri, vt videatur habere possessionem fundorum, & aliarum rerum connexarum: quia habentur pro vna re; & ibi tradit *Natta*, quòd hoc non procedit in iurisdictione, quia apprehensa possessione Castri, nō videtur apprehensa quasi possessio iurisdictionis, & quòd per apprehensionem castri, videatur apprehensa possessio Territorij, tradit Ferrar. *in pract. in forma*

libelli in actione reali, numero 29. pagin. 19. per *l. Caius, ff. de legat. 2.* & alia iura, & in eo qui apprehendit partem castri, tradit Siluan. *in cons.* 88. *numero* 15. Et materiam explicat melius idem Rebuf. *in rubr. de caus. pos. & proprietat. pagin.* 248. *col.* 2. *vers. Primo quando:* & faciunt scripta per eundem Rebuf. *in tractat. de decim. d. quæst.* 14. *numer.* 20. Balb. *de præscrip. par.* 2. *quæst.* 2. *numer.* 26. *pagin.* 139. Anto. Gabr. *lib.* 2. *receptar. sentent. tit. de præscrip. conclus.* 2. *numer.* 18. *pagin.* 301. Felin. *in cap. cum aliquibus, nmer.* 6. *de re iudic.* ad quos addo Bursat. *cons.* 50. *numer.* 36. *lib.* 1. *l. si in patrem, ff. quemadmodum seruitut. amittan.* Menchaca *libr.* 2. *controuers. cap.* 2. *numer.* 7. Andr. Gail. *lib. singula. observation. quæst.* 24. *numer.* 4. *pag.* 369. vbi addit, quòd per vnum actum
23 possessio vniuersalis iurisdictionis † acquiritur in omnibus, ex Dec. *cons.* 171. & aliis. Et pro Molina etiam est singularis sententia Andr. de Isern. *in cap.* 1. *nume.* 6. *fol.* 31. *Quid sit inuestitura*, vbi vult, quòd in hæreditate & cæteris vniuersalibus, si apprehendatur possessio vnius rei cum animo omnia habendi, censetur apprehensa possessio omnium, per *l. restituta, in principio, ff. ad Trebel.* & per alia iura; & Molinam sequi videtur etiam hoc referendo cum quadam distinctione, Ioan. Guttier. *lib.* 3. *practicarum quæstionum, q* 64. *num.* 7. *cum sequentib. pagin.* 560. ad quos addo Nattam *in cons.* 283. *num.* 1. Balbum *in tractat. præscript p.* 2. *quæst.* 2. *nu.* 21. *pag.* 136. & pro Andr. de Isern. facit regula, *l. inpari, §. qui in vniuersum, ff. de regul. iur.* Maioratus autem successio est per titulum vniuersalem, vt tradit idem Molin. *lib.* 1. *de primog. c.* 8. *n.* 15. *fol.* 56. & eod. *lib. cap.* 26. *num.* 18. *fol.* 56. & lege etiam Tellium *in l.* 17. *Tauri numer.* 15.

Quibus non obstantibus, quæ verè non obstant,
24 † teneo primam opinionem ex legibus & authoritatibus *supra* citatis; & an probata acquisitione vnius prædij; & apprehensione cæterorum prædiorum, vel rerum censeatur probata, & quid in iuribus incorporalibus? tradunt Albanus *cons.* 78. *n.* 12. Hieron. de Monte *in tractat. de finibus. cap.* 78. Natta *in cons.* 429. Ioseph. Mascard. *in tractat. de probationib. lib.* 3 *conclus.* 1200. *num.* 40. *fol.* 124. & in *numeris antecedentibus* alia ad propositum scribit; & qualiter possessio vnius actus
25 † extendatur ad alterum, si non sit alius in possessione, notat Dec. *in cons.* 149. *& in cons.* 124. quem citat Iacob. Puteus *decis.* 310. *li.* 2. ¶ Et quod possidens partem rei
26 præsumatur † possidere totam, tradunt eleganter Matth. de Afflict. *in cap.* 1. *num.* 18. *de controuers. inter. domin. & empt. feud.* post Bal. *ibi*, per *l. vna est via, ff. de seruitut. rusticor. prædior.* & *l. possidere, ff. de acquirend. possess.* quos citat Menoch. *in tractat. de præsumption. lib.* 6. *præsumption.* 69. *num.* 26. *fol.* 136. cui conuenit, quod res simpliciter prolata, † de tota intelligitur, *l. si defensor,*
27 *§. qui interrogatus, ff. de interrog. actio.* Glos. & Bart. *in l. si in rem, ff. de rei vendic.* cum *concord.* vt per Zasium *cons.* 12. *num.* 55. *lib.* 1. & quòd possessio loci censeatur capta, vbicunque capitur possessio domus Capitalis, tradit Auendan. *de exequend. mandat. cap.* 20. *num.* 2. ex Bald. *in l.* 1. *ff. de offic. Præfect.* August. quem citat Azeued. *in l.* 15. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recopilat. numer.* 5. *pag.* 254. & quod capta possessione domus, capta videatur rerum mobilium in illa contentarum, tradit Barthol. Socin. *in cons.* 131. *num.* 2. *lib.* 1. & quod possessio beneficij transeat in beneficiatum, & institutum per solam adeptionem possessionis, absque apprehensione particulari rerum, tradunt Firmian. *in tractat. de Episcop. lib.* 3. *par.* 1. *quæst.* 56. Lambertin. *in tractat. de iure patronat. lib.* 2. *par.* 3. 9. *art.* 21. *quæstion. numero* 1. 2. *&* 3. *fol.* 252. Et præscriptio interrupta in parte, an in toto sit interrupta? docet Bald. *in cap.* 1. *§.* 2. *num.* 5. *fol.* 35.

QVÆSTIO XXXV.

Detentationis translatio, an faciat maioratum irreuocabilem.

SVMMARIVM.

1 *Refertur sententia* Peraltæ *circa præsentem quæstionem*, Authoris sententia, *n.* 9.
2 *Detentator an faciat fructus suos.*
3 *Possessio an differat à Tenuta? &* tenere, *à* possidere, *num.* 8.
4 *Detentio dicitur nuda facti insistentia.*
5 *Solet appellari Occupatio, Pro possessione habetur, nu.* 13. 14. *& 15. Ea probata, probatur possessio, num.* 20. *Quid vbi agitur de Tertij præiudicio, numer.* 21. *Qualiter distet à vera & actuali possessione, nu.* 23. *remissiuè.*
6 *Verbum*, tenere, *ad factum, & non ad ius possessionis refertur.*
7 *Ciuiliter possidens an dicatur tenere & possidere.*
10 *Rem detinens ex remedio summario an defendatur, & n.* 18.
11 *Bonis alicuius confiscatis, ius detentationis an transeat in fiscum.*
12 *Detinens dicitur habere dominium.*
16 *Detentori competit interdictum Recuperandæ.*
17 *Quid de remedio possessorio.*
19 *Detentor quis dicatur, remissiuè.*
22 *Doctrina quædam* Couar. *circa possessionem quæ transfertur per* l. 45. Tauri *examinatur.*
24 *Verba genitiui casu possessionem simplicem, vsum & detentationem an significent.*
25 *Sententia lata super missione certæ partis bonorum vno loco existentium, an præiudicium adferat bonis in alio existentibus, remissiuè.*

TRigesimoquintò quæro, si pater detineat aliquam rem, de qua fecit maioratum, & transtulit in filium eam detentionem: an ex hac traditione detentionis maioratus remaneat irreuocabilis? Quæ quæstio non est noua, sed eam tetigit Peralta *in l. vnum ex familia, in princip. ff. de legat. 2. num.* 22. *pagin.* 561. vbi dicit, † quòd si quis simpliciter detineat aliquam rem, & eam detentionem transferat in filium melioratum, non sufficit, nisi eum faciat verum possessorem; ponderat ad hoc *d. l.* 17. in verb. *Possession*, coniuncta doctrina Aretin. *in rub. ff. de acquirend. posses. col.* 3. *in principio, in vers. Vbi autem*, pro qua sententia etiam faciunt quæ scribit Petrus de Ferrara *in tit. de forma libelli, quo. peti. hæreditas ex testam.* & Glossa *in l. vltima, in verb. fuerunt.* Alberic. Bartol. Ioan. Faber, Salicet, Alexan. Corn. & Paul. *C. de edicto Diui Adriani tollen.* & quæ scribit Ias. *in l. naturaliter, §. nihil commune, n.* 33. *ff. de acquirend. posses.* & faciunt alia plura, quæ refert Tiraq. *le mort saisit le vif. par.* 3. *declaration.* 4. *n.* 3. *pag.* 174 Nec detentatio operatur plenum effectum possessionis,
cum † non faciat fructus suos detentator, vt tradit Me- 2
noch. *de retinend. posses. remed.* 3. *pag.* 192. & quod possessio † aliud sit quàm tenuta, tradit Natta *in cons.* 273. 3
n. 16. *lib.* 2. quod probant *l.* 9. *&* 10. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopil.* & qualiter detentatio facti sit possessio naturalis, tradit Greg. Lop. Madera *in libro animaduersionum, c.* 27. *n.* 12. circa intellectum textus *in l.* 8. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopilat.* quæ est *l.* 45. *Taurina.* & quòd aliud sit *tenere*, aliud *possidere*, tradit Bal. *in l.* 1. *n.* 22. *C. de seruis fugit.* & possessio habet ius, detentatio autem consistit in facto, vt probat Dec. *in l. filiusfamiliæ* 93. *ff. de regul. iur.* & detentatio dicitur, † quæ nuda facti insistentia est, *l.* 3. *§. ex cõtrario*, vbi 4
Gl. *ff. de acquir. posses.* Ripa *in l.* 1. *n.* 44. *ff. eod. tit.* & *in rubr. de caus. posses. & propriet. n.* 26. & detentatio † solet appellari occupatio, *l. possessionem, C. de acquirend. posses.* 5
Connanus

Connanus *lib.* 3. *commentariorum iuris ciuilis, cap.* 10. *n.* 8. Menoch. *de recuperand. posses. remed.* 1. *num.* 64. *pagin.* 316. *& remed.* 10. *num.* 28. *pag.* 432. & verbum *tenere,*
6 † ad factum, & non ad ius possessionis refertur, *l. possessio. ff. de acquir. posses.* notat Rebuffus *tom.* 2. *ad constitutiones Regias, tit. de registris baptism. & sepultur. art.* 2. *glos.* 1. *pag.* 316. maximè si de possessione ab homine sit facta mentio, quia intelligitur prout est facti non iuris, Glos. *in §. hic quoque l. stipulatio. ff. de verbor. obligation.* notant Barthol. Socin. *in l.* 1. *num.* 9. *ff. si cert. petat.* Cephal. *in cons.* 80. *num.* 20. *lib.* 1. ad quem addo, quòd ci-
7 uiliter possidens, dicitur † tenere & possidere, secundùm Imol. Alexand. & alios *in l.* 3. *§. ex contrario, ff. de acquirend. posses.* Carol. Ruin. *in cons.* 19. *num.* 9. *lib.* 5. & quòd ex detentatione rei præsumatur possessio, volunt Innocen. *in cap. cum olim. glos.* 2. *de priuilegiis*, Anton. de Butr. latius *in cap. cum ad sedem, num.* 29. *de restit. spoliat.* & quod naturalis possessio non sit vera, sed detentatio tantum, probat Parlador. *de rebus quotidian. cap.* 9. *num.*
8 8. *pag.* 168. & quòd sit † differentia inter *tenere*, & *possidere*, tradit Matth. de Afflict. *decis. Neapol.* 404. *numer.* 13. per notata *in dict. l. stipulatio ista §. hæc quoque.* & quod ex detentatione præsumatur possessio, volunt Innocen. *in cap. cum olim, in.* 2. *de priuileg.* Archidia. *in cap. Pontifices, 7. quæst.* 1. & alij, quos citat Ioseph. Mascard. *in tractat. de probationibus, lib.* 4. *conclus.* 1179. *numer.* 5. *fol.* 89. & quod detentatio transeat in fiscum, & multo magis in priuatum, tradit Bossius *in practic. crimin. tit. de proclamat. numer.* 1. *pag.* 536. Et inter *tenere, & possidere*, est differentia, secundùm Quintil. Mandos. *in præmio, glos. facultatum, fol.* 8. *col.* 1. per *l. penes te, ff. de verborum signification.* ad quem addo notanter Gomez. *in regula de annali possessore, q.* 57. *per totam, pagin.* 617. ad ista legendus, quem nouissimè citat Aluar. Valasc. *consultat* 78. & eundem Mandos. *in forma commission. executor. fol.* 76. *vers. Decimo octauo.*

Quibus non obstantibus, hæc doctrina *Peraltæ* periculosa † videtur, ex textu *in l. Aquilius, ff. de donation.* à quo colligitur, quòd detinenti rem ex causa
9 iusta, datur remedium possessorium, si turbetur, vel spolietur iniustè, & notatur per Paulum *ibi*; & eundem Paulum *in l. rem quæ nobis, numer.* 1. *ff. de acquirend. posses.* cum *concordan.* vt per Anton. Gom. *in l.* 45. *Tauri, numer.* 12. & Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *numer.* 40. *ad fin. folio* 97. *col.* 1. *de bonis mater.* Episcop. Couar. *resolution. lib.* 2. *cap.* 19. *nume.* 8. & *in practic. quæst. cap.* 23. *numer.* 5. *vers. Sic sabè*, vbi resoluit, defendendum † esse
10 rem detinentem ex remedio summario, quod *Interim* vocatur, Menoch. *de recuperand. posses. remed.* 17. *quæst.* 3. *numer.* 21. *pag.* 543. *col.* 1. & egregiam *l.* 11. *tit.* 10. *par.* 7. ibi: *Ecomo quier que ayan la tenencia della, pero el que ge la comasse, dene de tornar lo que tomò.* Quæ lex est expressa pro hac opinione, licet nullus ad hoc eam ponderet, præter Gregorium Lopez, *ibi*, & faciunt scripta per Ægidium Bos. *in practic. crimin. in tit. de proclamat. quæ fit in bon. public. numer.* 1. *pagin.* 537. vbi ex Bart. & Doctoribus, *in l. si quis vi, §. differentia, ff. de acquirend. posses.* & aliis probat, quòd si bona alicuius confiscentur, ius detentationis † transit ad fiscum
11 quemadmodum & alia bona; licet Auendan. *in tractat. de primo & secundo decreto, numer.* 3 *pag.* 126. reneat, quòd *tenencia*, est idem quòd *tenuta*; quod videtur probare *l.* 9. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopilat.* & conducunt scripta per Ludou. Gom. *in regul. de annali posses. quæst.* 57. *pag.* 619. & quæ tradit Bald. *in l.* 1. *C. communi. de vsucapion.* vbi distinguit quando fit mentio de possessione, an intelligatur de possidente naturaliter, vel detinente? Explicat latius Felin. *in cap. causam, numer.* 10. *de præscription.* ex cuius dictis possunt sumi aliqua, quæ ad nostram rem conducunt, & dicit Bar. *in l. si quis sui, §. dif-*
12 *ferentia, ff. de acquirend. posses.* quod detinens † dicitur habere dominium, refert & confirmat Ægid. Bos. *in practic. crimin. tit. de furt. num.* 44. *pag.* 297.

Et hoc confirmatur, quia detentatio pro possessio- 13
ne † habetur *dict. l. si stipulatio ista, §. hæc quoque, ff. de verb. oblig.* notat Decius *cons.* 302. *numer.* 17. Menoch. *de adipiscen. posses. remed.* 4. *numer.* 369. *pagin.* 85. pro quibus est *l.* 1. *tit.* 30. *part.* 3. ibi: *Possession es tenencia derecha*; & l. 3. eod. tit. ibi: *Tenencia e possession de las cosas.* Et l. 1. tit. 14. par. 6. ibi: *La possession la tenencia de los bienes.* Expressior l. 27. tit. 2. part. 3. ibi: † *E possession tanto quiere dezir como tenencia.* Et tradit idem 14
Menoch. *de adipiscend. posses. remed.* 4. *numero* 368. *pag.* 85. *ad* idem est l. 108. *Que demande por suya, o la tenencia della.* Et l. 109. tit. 18. par. 3. ibi: *Demandasse la tenencia tan solamente de la casa que le demandana, dezir dezir salno el derecho de la vna parte, e de la otra en razon de la propiedad.* Et l. 7. tit. 10. eod. part. in vers. *E porque todas estas cosas.* Et l. 3. tit. 3. eod. par. egregia l. 11. tit. 10. par. 7. & l. 10. tit. 33. eod. par. & l. 22. tit. 26. par. 1. ibi: *El señorio y la tenencia dellos*; L. 32. tit. 28. par. 3. ibi: *Pierdan la tenencia*, L. 7. tit. 10. eadem par. par. in vers. † *Mas si el demandador esta en tenencia*, L. 15
13. tit. 13. par. ibi: *Magner que no ayan la tenencia.* Et l. 18. eod. tit. licet in contrarium faciat, *l. 36. tit. 5. par. 5.* in vers. *El tercero es, si por su culpa se perdiesse la tenencia*: nisi saluetur & intelligatur, prout eam intelligit Gregor. Lop. *ibi*, in verb. *La tenencia*, & alia peregrina *l.* 11. *ti.* 15. *par.* 1. in vers. *Assi como en tenencia del derecho del patronazgo*: iunctis verbis præcedentibus, & *l. 22. tit. 20. part.* 1. ibi: *El señorio e la tenencia dellos*, Et aliter accipitur hoc verbum, *Tenencia*, in l. 1. tit. 18. par. 2. in vers. *Que la otra*, Facit etiam l. 18. tit. 5. par. 5. ibi: *En su poder, o en su tenencia.* Et l. 11. ti. 10. par. 7. & l. 4. ti. 6. par. 1. ibi: *Deuenlos meter en tenencia*, & l. 10. tit. 28. par. 3. quæ vocat *tenentiam*, quam nos vocamus, *Alcaydia*, alicuius castri vel ciuitatis.

¶ Et detentori † competit interdictum Recuperandæ, 16
secundùm Innocen. & alios in *cap. literas, de restitut. spoliat.* Alex. *in l.* 1. *in principio, num.* 66. *ff. de acquirend. posses.* cum *concordan.* vt per Gomez. *in regul. de annali posses. quæst.* 57. *pag.* 617. & plura tradit Aluar. Valasc. *cons.* 79. *n.* 11. & pro sola detentatione † competit 17
remedium possessorium Recuperandæ, vt tradit idem Menoch. *de recuperand. posses. remed.* 1. *num.* 66. & quòd possidens beneficium retinuatum per annum, dicatur detinere ad hoc, quòd de tali detentione debeat fieri mentio in impetratione, aliàs gratia cessat nulla: tenet decis. *Rotæ* 783. incipiens: *Dic quod ordinatio Papalis*, relata per Gomez. *in regul. de annali possessore, quæst.* 23. *pag.* 541. Et remedium, quod *Interim* vocatur, † datur deten- 18
tori, secundùm Episcop. Couar. *in pract.* 9 *c.* 17. *n.* 5. *vers. Sic sanè*, Neuizan. *cons.* 80. *n.* 3. Siluan. *cons.* 27. *n.* 3. quos citat idem Menoch. *tit. de retinend. posses. remed. vltimo, n.* 18. *pag.* 289. & faciunt scripta per eundem Menoch. *de recuperan. posses. remed.* 9. *num.* 34. *pag.* 432. vbi tradit, 19
quis † dicatur detentor? & declarat idem *remed.* 1. *de recuperan. nu.* 64. *pag.* 316. & plura de detentatione scitu digna scribit Rebuf. *in rubr. de caus. posses. & propriet. pag.* 249. *Circa primum.*

¶ Et quòd probata detentatione, † censeatur probata 20
possessio, alio non ostenso, secundùm Glossam notabilem *lib.* 2. *Pontifices, 7. qu.* 2. Alex. *in cons.* 51. *lib.* 1. Bald. *in l. Celsus, in* 1. *qu. ad Barb. n.* 4. *pag.* 709. *ff. de vsucapion.* Innocen. *in cap. vt lite pender.* Cin. *in l. cum alienam, C. de legat.* Bald. *in l. vnica, C. si de momento possessione agatur*, Ias. *in §. sic itaque discretis, n.* 30. *de actio.* Et quòd appel- 21
latione *detentationis* † non comprehendatur possessio, vbi agitur de præiudicio Tertij, tradit Augustin. Beroius *in cons.* 148. *n.* 8. *lib.* 3.

Ex superioribus antè, nõ semel dubitaui de doctrina Episcop. Cõu. *in pract. qua. c.* 23. *n.* 8. *vers. Pari ratione*, vbi opinatur, quòd possessio, † quæ transfertur in successore 22
maioratus per *l.* 45. *Tauri*, est magis detẽtatio, quàm possessio. & contra eum faciunt etiã verba *prædict. legis*, ibi: *Se trasmisse la possession ciuil y natural en el siguiẽte en grado, que segun la disposicion del mayorazgo deuiere suceder en el.* Quæ verba (vt in aliis locis animaduerto)

non solum respiciunt veram possessionem, sed habent etiam admixtam causam proprietatis. Et detentatio qualiter † distet à vera & actuali possessione, in termi- 23
nis *l.* 45. *Taurin.* tradit Ias. *in consil.* 85. *vers. Secundo etiam, lib.* 3. post Bart. & scribentes, quos citat *in l.* 1. *in princip. ff. de acquirend. posses.* & legenda sunt quæ ad hoc scribit Molina circa intellectum *dict. l.* 45. *lib.* 3. *de primogen. c.* 12. *num.* 18. *fol.* 88. & quòd verba genitiui casus, possessionem simplicem, & vsum, & detentatio- 24
nem † significent, probatur *in l.* 2. *in princip. ff. vi bono. raptor. & in l.* 1. §. *potestates ff. de pecul.* & in aliis locis, vt per Ioseph. Mascard. *in tractat. de probation. lib.* 3. *conclus.* 1190. *num.* 27. *fol.* 100. Et an sententia lata su- 25
per missione certæ partis bonorum existentium in vno loco, præindicium adferat bonis in alio existentibus, † tradunt Bald. & Zach. *num.* 309. *in l. vltima, C. de edicto Diui Adriani*, vbi Menoch. *remed.* 4. *num.* 798. *pag.* 179. qui refert Alexand. *in consil.* 70. *lib.* 6. Neuizan. *consil.* 80. *n.* 31. *& alios.*

QVÆSTIO XXXVI.

An ad hoc quod maioratus sit irreuocabilis, sit necessaria acceptatio.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio regulariter requiritur in qualibet donatione, & num.* 8. *Contraria sententia, nu.* 9. *Nec præsumitur in donatione, nisi appareat, n.* 3.
2 *Dominium remanet apud donatorem rei donatæ ante acceptationem.*
4 Lex 2. tit. 16. lib. 5. Ordinam. *qualiter intelligatur.*
5 *In donatione causa mortis præsentia donatarij an requiratur.*
6 *Leges correctoriæ non sunt extendendæ.*
7 *In obligationibus aliquid ex parte obligati pro redimenda obligatione promittitur.*
10 *Ante acceptationem Maioratus licita est patri reuocatio.*
11 *Donatio, etiam piæ causæ facta, acceptationem requirit.*
12 *Secundogenito non acceptante ius primogenituræ, an possit primogenitus reuocare renuntiationem à se factam & n.* 13.
14 *Donatio facta Ecclesiæ, acceptatione non interueniente, an sit irreuocabilis.*
15 *Pater ante filij acceptationem potest reuocare maioratum, vel melioriationem, & n.* 23. *Quid si melioratio sit iurata.*
16 *Acceptatio donatoris à procuratore speciale mandatum non habente facta, effectum an sortiatur.*
18 *Iuramento intercueniente, acceptatio & præsentia melioratis, an requiratur, vt melioratio valida sit.*
19 *Iuramentum habet vim iudicij. An operetur idem quod præsentia & acceptatio Tabellionis, n.* 21.
20 *Ex stipulatione iudiciali acquiritur actio sine cessione.*
22 *Tertius ob clausulam Constituti non potest impedire executionem si tempore debito non acceptauit.*
23 *Idem operatur acceptatio tacita, quod expressa.*
24 *Donatio tacita inducta per legem an requirat acceptationem.*
25 *Possessione translata, acquisitio filij ratificata censetur.*
26 *Nec post eam potest pater maioratum reuocare.*
27 *Dominium rei donatæ in absentem donatarium per possessionem transfertur, donationis notificatione intercueniente.*
28 *Ius ex testamento competens ad eligendum maioratum vel melioriationem, an sortiatur naturam contractus, vel vltimæ voluntatis.*
29 *Qui de hæreditate relicta testatur, eam adire an videatur, Quid si se mitti in possessionem petat, nu.* 33. *Quid si cessit bona, num.* 38. *& 68. Quid si donauit, n.* 39. *Quid si simpliciter renuntiauit, n.* 65. *Quid si per viam additionis renunciet, n.* 70.
30 *Qui in executionem concessionis feudi filias relinquit hæredes, dominium transferre videtur.*
31 *Filius vtens re data in maioratum, acceptare videtur.*
32 *Scripturam acceptat, qui aliquid ex contentis in ea adimplet.*
33 *Ex diuisione hæreditatis, hæreditas acceptata videtur.*
34 *Ex actione ex contractu consensus arguitur.*
36 *Habens alienandi & disponendi facultatem, si hæredem instituat, disponere & alienare videtur.*
37 *Verba an debeant impropriari, cùm de intentione transferendi constat.*
40 *Ex tacita acceptatione, quæ ex renuntiatione nascitur, maioratus sit irreuocabilis. Quid si institutus consentiat, vt aliquis de certa quantitate disponat.*
41 *Voluntas plenius ex factis quàm ex verbis colligitur.*
42 *Per factum quis loqui videtur.*
43 *Filius eligens legatum à patre sibi relictum pro sua legitima, illius dispositionem approbat.*
44 *Filius an dicatur melioratus in portione maiori sibi quam aliis filiis relicta, dummodo Tertium non excedat, quamvis desit verbum, Dono.*
45 *Vis verborum attendi debet.*
46 *Magis attenditur intellectus quàm vocabulum.*
47 *In requirentibus formam an sufficiat adimplere per æquipollens.*
48 *Mulier pro dote capiens possessionem bonorum, quæ maritus pro aliis permutauit, permutationem an ratificet.*
49 *Successor in maioratu recipiens pretium à locatore, cui per prædecessorem locatio facta fuit, eam ratificare videtur.*
50 *Executio donationis demonstrat, qualis fuerit mens donantis. Si dubitatur aliquid in donatione comprehendi.*
51 *Regiam facultatem habens, ea in institutione maioratus vti videtur, quamvis non exprimat.*
53 *Quid in alienatione vel donatione.*
54 *Quid ad dandum arrhas mulieri vltra decimam bonorum partem, vel dotem filiæ constituendam, cum derogatione* prag. de Madrid.
55 *Actus sic debet interpretari, vt prouisum censeatur causa magis necessaria.*
56 *Actus ex duplici capite factus, in dubio, an pro verisimiliori interpretandus, licet alterum exprimatur.*
57 *Hæreditatem delatam renuncians, videtur prius adire, & successiuè renunciare.*
58 Repudiare, & Renuntiare, *an differant, & nu.* 61. *& repudiatio à donatione. an discrepet n.* 63. *& an Repudiatio dicatur declaratio acquisitionis non factæ, num.* 64. *& an renuntiatio ante acquisitam hæreditatem dicatur Repudiatio, n.* 66.
59 *Qui renuntiat, ius quæsitum præsupponit.*
60 *Hæreditas delata propriè repudiari dicitur.*
62 *Illius repudiatio qualiter fieri debeat.*
67 *Ex cessione expressa, aut tacita, ius acquiritur.*
69 *Abdicatio, & remissio in fauorem, an differant.*
71 *Maritus & mulier an possint cedere in fauorem personæ, quæ aliàs sine cessione non poterat succedere.*
72 *Filius promittens exequi in scriptura maioratus contenta, maioratum an acceptet.*
73 *Res non iudicantur à verbis, sed ab effectu & substantia.*
74 *Hæreditas legitimè an apprehendatur, cùm pupillus maior infante vnà cum tutore illius possessionem ingreditur.*

Post num. 74. inuenies alia summaria.

Trigesimosextò

TRigesimosextò quæro, an ad hoc quod maioratus sit irreuocabilis, vel melioratio in casibus, qui continentur *in l.* 17. *&* 44. *Taurinis*, requiratur acceptatio filij, in quem melioratio, vel maioratus fuit factus? Et sanè vera est conclusio; quòd regulariter in qualibet donatione † est necessaria acceptatio donatarij, & ante
1 acceptationem est reuocabilis, & non habet effectum, *l. si ego, ff. de iur. dot. l. si ego ff. de negot. gest.* notat Oldrad. *in consil.* 229. *in* 3. *dubio*, Dec. *in consil.* 226. *&* 247. *&* 432. *& in l. contractus, ff. de regul. iur. n.* 22. Anton. Rub. *in consil.* 117. cum *concordan.* vt per Tiraq. *in tractat. de Constit. p.* 3. *limit.* 30. *fol.* 148. Menoch. *in consil.* 374. *n.* 53. *li.* 4. *& consil.* 331. *n.* 99. Anton. Gam. *decis.* 258. vbi additio Mennæ refert Matiencium, Anton. Gomez, Couarr. & notat Aufrer. *in Capel. Tholosan. decis.* 383. *item fuit quæstum.* Et probatur ista conclusio *in l.* 67. *tit.* 18. *part.* 3. ibi: *Recibiente por si*, Et eam tenent plures, quos citat Burgos de Paz *quæst.* 10. *ciuili, num.* 3. *&* 4. Aluarus Valasc. *con.* 55. *num.* 2. Tiraquel. *de legibus connubial. glos.* 5. *nu.* 14. quibus iunge Capic. *decis.* 180. *nu.* 8. vbi etiam latè disputat. an donatio facta absenti, sit irreuocabilis,
2 & quòd dominium † remanet apud donatorem rei donatæ ante acceptationem, *l. si ego*, & tradunt Ceph. *in consil.* 34. *n.* 4. *li.* 1. *& in consil.* 492. *n.* 18. *li.* 4. *& consil.* 440. *n.* 37. *&* 38. *li.* 4. Curt. Iun. *in consil.* 120. *lib.* 1. *num.* 1. Socin. Iun. *in l. ex hac scriptura, num.* 58. *fol.* 25. *ff. de donat.* latè Petrus Barbos. qui loquitur in donatione facta Ecclesiæ, quod requirat acceptationem, *in* 2. *p. rub. ff. solut. matr. num.* 94. *pag.* 78. ¶ Et acceptatio † non præsumitur
3 in donatione nisi appareat, vt per Carol. Rui. *in consil.* 154. *num.* 12. *li.* 5. Ceph. *in consil.* 163. *num.* 26. *lib.* 2. Menoch. *in tractat. præsumption. lib.* 6. *præsump.* 14. *num.* 3. *fol.* 69. Et quòd oporteat donatarium probare scientiam & traditionem per nuntium, vel epistolam factam, & quòd non sufficiat accipere possessionem, & saisinam à domino, volunt Rebuf. *in l. subsignatum* 39. *ff. de verb. signific. pag.* 300. *vers. Et sic oportet*, per *l. nec ambigi, C. de donation.* vbi Glos. & *ibi* plura notabilia scribit.

4 Quæ conclusio etiam apud nos procedit † stante *l.* 2. *ti.* 16. *li.* 5. *Ordin.* quæ dicit, quòd in contractibus non est necessaria stipulatio, vt latius *in d. l.* cauetur, quia *ex hac l.* non tollitur vis acceptationis, quæ est necessaria ex parte donatarij, ad hoc vt donatio reuocari non possit, vt ex Alex. *consil.* 126. *in fin.* 5. & aliis sustentat Greg. Lop. *in l.* 4. *tit.* 4. *p.* 5. in gl. *No lo pueda fazer*, cuius opinio est in praxi recepta? quamvis contrarium videatur tenere Epis. Couar. *resolut. li.* 1. *c* 14. *n.* 2. *in fi. & in* 3. *p. rubr. de testa. n.* 14. *versus finem*, vbi dicit, quòd hodie ex *dict. l. Ordinamenti*, nec in donatione simplici, nec in
5 donatione causa mortis, præsentia donatarij † requiratur; & per verbum *forte*, hoc repetit *in cap. quamvis pactum, de pact. in* 6. *in initio* 3. *par.* 14. & idem tenet Anto. Gom. *in tractat. de contractibus, et. de donation. c.* 4. *col.* 2. Menchaca *de succes. creand. li.* 3. *c.* 21. *nu.* 43. Parlado. *li.* 2. *rerum quotid. c.* 3. *n.* 36 *p.* 42. Matien. *in l.* 17. *tit.* 11. *li.* 5. *Recop. glo.* 2. *num.* 21. *fol.* 303. Ioan. Guttier. *in dict. cap. quamvis, in verb. quamvis pactum, num.* 53. *pag.* 393. vbi hoc refert Angulo *in l. tit.* 6. *lib.* 5. *Recop. glos. n.* 17. *fol.* 27. Ioan. Guttierrez *consil.* 20. *num.* 1. latè Rolandi *in consil.* 19. *num.* 2. *cum pluribus sequentibus, lib.* 1. & Glossator *in dict. l. ordinam.* (quos Authores aliud agens refero *in* 3. *part. huius operis, q.* 13.) & idem Gregor. Lopez sibi contrarius, *in l.* 1. *tit.* 11. *par.* 5. *in glossa magna, post medium.* Sed prima opinio *Gregor. Lopez* verior videtur, quia cum *dicta lex* sit correctoria iuris communis,
6 & solummodo loquatur in obligatione, non est extendenda ad donationem; & leges correctoriæ † non sunt extendendæ, etiam ex maiori tate rationis, secundùm communem, *in authen. quas actiones, C. de sacrosanct. Eccl. & in l. si const ante, ff. solut. matrimo.* notat latius Bernard. Diaz de Lugo *regul.* 178. ¶ Imo si rectè consideretur, maior est ratio tollendi scrupulosam stipulationum solemnitatem, quam iura antiquà cum tot ambagibus requirebant, quàm solemnitates simplicis donationis: quia in obligationibus præsupponitur † aliquid ex parte obligati, qui pro redimenda tali obligatione promittit: diuersum autem est in donatione, quæ nullam præsupponit obligationem ex parte donantis, voluntas non est ita refrænanda vel liganda, sicut illius, qui se obligare vult. Ad cuius rationem differentiæ induco notabilem casum *in l. Et exhæredatum* 49. *ff. de re indicat.* ibi: *Fortius enim donatori succurrere debemus, quam ei, qui verum debitum soluere compellitur.* 7

Et hanc sententiam fulcit, quod in terminis *dict. l. Ordinamenti* scribit Auendan. *lib.* 2. *de exequend. mandat. Regiis, cap.* 29. *n.* 11. & primam sententiam *Gregor. Lopez*, quod etiam stante *dict. l. Ordinamenti*, acceptatio sit necessaria, † tenet Molin. *lib.* 4. *de primog. cap.* 2 *n.* 58. 8
cum sequentibus, fol. 131. Olan. *in Antinom. litera D. nu.* 46. *fol.* 86. Ioan. Guttier. *lib.* 3. *practicarum quæst. quæst.* 96. *nu.* 6. *pag.* 709. qui refert Azeued. *in l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopilation*, nouissimè autem D. Ferdinand. de Mendoça, *lib.* 3. *disputationum iuris ciuilis, quæst.* 5. *n.* 34. *cum sequentib. pag.* 704. latè sustentat, donationem absenti factam validam esse, & acquiri ius donatario † absque 9
acceptatione, vbi audacter reprobat Episcop. Couarru. Greg. Lopez, Gomez Arias, Nauarrum, Didacum Perez, & Menchacam, ponentes varias conclusiones, & in hoc contrarium tenentes.

Et quòd ad validitatem donationis non requiratur hodie stipulatio, probatur *in l. si quis argentum, C. de donation.* quam ad hoc notat Abbas *in consil.* 63. *n.* 4. *li.* 2. ¶ Item pro prædicta opinione, quòd ante acceptationem filij † sit patri licita reuocatio, facit vulgata Gl. *in* 10
l. illud, C. de sacrosanct. Eccl. quæ tenet, quod etiam in 11
donatione facta in piam causam, † requiritur acceptatio, tradunt inter alios, Faber. *in* §. 1. *n.* 5. *Instit. de oblig. ex consen.* Socin. *in l. Paulus, ff. de excep.* Ias. *in l.* 1. *n.* 5. *C. de pact.* Dec. *in consil.* 163. & est communis secundùm Dec. *in consil.* 391. notat latè Tiraq. *in tract. de pia Causa, privileg.* 115. *pag.* 150. De quo legendus est Episc. Coua. *d. c.* 14. *n.* 11. Ioseph. Ludouic. *decis.* 29. *n.* 12. *cum seqq.* & Barbos. *in l.* 1. *ff. soluto matrimonio, p.* 3. *n.* 18. *pag.* 276. latè Burtat. qui plura refert *in consil.* 205. *n.* 11. *cum sequentib. lib.* 2. & prius *in notabili cons.* 124. *Traditione*, & latè tradit de donatione facta per Constantinum Imperatorem, tradit Dec. *in consil.* 164. *n.* 5. Peregrin. *in tractat. de iure fisci, lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 4. *pag.* 224. Ex quibus scribit idem Tiraq. *in tractat. de primog. q.* 28. *n.* 3. *pag.* 223 quòd si secundogenitus non acceptauit ius primogenituræ fac- 12
tæ per primogenitum, † potest primogenitus re integra reuocare renuntiationem. Sed hoc pendet ab illa quæstione, an per renuntiationem factam in fauorem ablentis, q æratur ius absque acceptatione? de qua per DD. *in l.* 1. *&* 2. *C. de pact.* Curt. Sen. *consil.* 77. *col.* 1. Carol. Ruin. *consil.* 164. *col.* 5. *vers. Non obstat, lib.* 5. Roland. *in dict. consil.* 19. *n.* 20 *li.* 1. de quo etiam est tex. *in l. si ed. si socios* 3. §. *si absenti, ff. pro socio*, & quod tradit Cephal. *in consil.* 172. *n.* 99. *li.* 2. Aimo *consil.* 288. *n.* 3. Dec. *in l. post- quam iuit, num.* 7. *de pactis*, Menoch. *consil.* 61. *n.* 5. *lib.* 1. qui post Episcop. Conarruu. quem citat & alios, concludit necessariam esse in renuntiatione acceptationem; & 13
idem voluit Rebuf. *in Concord. rubric. de Regiaccept. & publicat. Concord. pag.* 779. post Bald. quem citat *in cap. cum venisset, de eo qui mittitur in possessionem*, sic scribit Alciat. *respons.* 133. *n.* 7. quòd si quis accipiat inuestituram pro se, & nepotibus masculis nascituris, † potest re- 14
uocare talem inuestituram ante acceptationem: quia nullum ius quæsitum fuit, per regul. *dict. si ego*, & doctrinam Paul. Castrens. *consil.* 195. *lib.* 2. de quo lege Guid. Pap. *in consil.* 12. *num.* 7.

¶ Sed quod donatio facta Ecclesiæ † sit irreuocabilis, quamvis non interueniat acceptatio, est verior & communior opinio, secundùm Ioseph. Ludo, *d. decis.* 29. *num.* 18. vt dicit posse videri in Tiraquel. *in dict. loco:* De quo legi debet Barbos. *vbi supra*, & Marcus Brunus ab Angùil. *consil.* 30. *nu.* 186 vbi *num.* 184. concludit cum Romano *consil.* 86. quòd non sufficit, quòd si perueniat

notitia per quemcumque modum ad donatarium, ille acceptet, contra eundem Roman. *in conſ.*295.& Felin. *in cap. cum contingat. concluſ. 5. de reſcript. numero 5. folio* 126.

Ex quibus infertur noſtræ quæſtionis reſolutio, quòd ſi pater faciat in filium maioratum, & conſtituat ſe poſſidere nomine eiuſdem filij res, quas in maioratum
15 dedit, ſi filius non acceptet hunc maioratum, † licitum eſt patri reuocare, & filio nullum ius remanet poſt reuocationem. Vnde licèt ſecundum Communem *in d.l.* 17.ad irreuocabilitatem melioris, aut maioratus, ſufficiat clauſula Conſtituti, quæ operatur perinde, ac ſi vera traditio facta eſſet: procedit, vbi melioratus meliorationem acceptauit: quia ſi non acceptauerit, eſt licita reuocatio, non obſtante clauſula Conſtituti: & idem eſt in caſu *d.l.*44.& idem voluit Molina *lib.* 4. *de primogen. cap.*2. *num.*64.*folio* 132. & faciunt quæ ſcribit Iul.Clar. *lib.*4.*ſent.*§.*donatio: quæſt.*13. *num.*3.*pag.*110. Aluar.Valaſc. *conſult.*55.*num.*2. vbi inter alia reſoluit, quòd eſt neceſſaria ratificatio clauſulæ Conſtituti appoſitæ in contractu donationis factæ in abſentia. Quod vltra prædicta patet ex pluribus fundamentis traditis per Tiraquellum *d.limit.*30. vbi plenè probat, Conſtitutum factum in fauorem abſentis, nullius eſſe momenti ante ratificationem.

16 Et quod acceptatio donationis † non habeat effectum, ſi eſt facta a procuratore, qui non habet mandatum ſpeciale, probat Rebuf. *tom.*2. *ad conſtitut. Regias, tit. vt contractus & teſtamenta, art.*3.*gloſ.*5.*pag.*388.per *deciſ. Neapol.*316. Galiotus *num.*3. idem Rebuf. *art.*2. *gloſ.*1.*num.*7.*pag.*384.*tit. de donat. inſinuand.* & tradit Epiſcop. Couar. *reſolut. lib.*3.*cap.*16.*num.*1. & iſta opinio procedit etiam † ſi ſit melioratio iurata, ex doctrina
17 Alciat. *in cap. cum contingat, num.*241.& 242. *de iureiurand.* & aliis, probat Burgos de Paz *conſ.*14.*n.* 20. & Burg.Iun. *quæſt.*10.*num.*46. qui *in eadem quæſt. num.* 10. ex *lib.*3. *tit.*18.*par.*3. tenet, quod ſit neceſſaria acceptatio primi donatarij non ſolum pro ſe ipſo, ſed etiam pro nominatis poſt eum; quod nouum & durum mihi videtur, & contra ea, quæ ſcripſi *ſupra, in quæſt.* 24. & idem quod Alciat. reſoluit Bertazol. *in tract. de clauſulis, clauſul.*18.*gloſ.*7.*num.*8.*folio* 89. qui alios citat.

Sed quòd vbicunque in melioratione, vel maioratu
18 interuenit iuramentum, † non ſit neceſſaria acceptatio, nec præſentia meliorati, & talis melioratio vel maioratus ſit irreuocabilis, probatur ex doctrina Alex. *in l. ſtipulatio iſta,* §. *alteri,* vbi Iaſ. *num.*9.*ff. de verbor. obligat.* & eiuſdem Iaſ. *in* §. *ſi ſtipuler, num.*18.& *num.*20. *in eadem lege,* vbi volunt, quòd iuramentum eſt tantæ potentiæ, quòd ex ſtipulatione alteri facta acquiritur ius abſenti, etiamſi nullus ſit, qui pro eo ſtipulationem recipiat, per Gloſ. *in cap. quoties cordis oculus* 7. *quæſt.*1. & ſecundum eos in tali caſu non requiritur alia præſentia donatarij, vt donatio ſit irreuocabilis, & idem Alex. *in conſ.*31. *num.*16.*lib.*6. & voluit etiam hoc Roman. *in conſ.* 76. vbi ſecundùm eum, iuramentum operatur tranſlationem actionis ſine ceſſione, quia iuramentum
19 † habet vim iudicij, *l. nam & poſtea,* §. *ſi is qui temporali,*
20 *ff. de iureiurand.* ſed ex ſtipulatione iudiciali † acquiritur actio ſine ceſſione, *l. in cauſa,* §. *fin. ff. de Procurat.* ergo idem in ſtipulatione iurata; & idem quod Alex. & alij voluerunt Imola *num.*10.& ibi Butricar. *in cap. cum contingat, de iureiurand.* Felin. *in proœmio Decretalium, in gloſ. in verb. ſeruus.* Bertrand. *in conſ.*95. *colum.*2. *lib.*2. Carol. Ruin. *in conſ.*132. *num.*15.*lib.*4. & *in conſ.*49. *num.*7.*lib.*1.& ex noſtris hoc tenet Greg. Lopez *in l.*4. *tit.*4.*p.*5. *in gloſ. in verbo, No lo puede fazer, verſ. Si tamen ex verbis donationis.*

Et quòd iuramentum operetur idem quod præſentia
21 † & acceptatio. Tabellionis, voluerunt Pariſ. *in conſ.*82. *num.*1.*lib.*1.& *in conſ.*12. *num.*14.*lib.*2. Ripa *reſponſ.*11. *num.*3. Carol. Ruin. *in conſ.*144. *num.*8. & *in conſ.*209. *num.*10. *lib.*1. & *in conſ.*41. *num.*5. *lib.*5. Caccialupus *in tract. de pactis, quæſt.*11. Matienç. *in l.*7.*gloſ.*2.*nu.*21. *folio* 303. *tit.*10. *lib.*5. in terminis prædictæ legis Rubeus *in conſ.*73.*num.*8.& *in conſ.*117.*num.*9. idem Pariſius *in conſ.*107. *num.*50. *lib.*3. Roland. *in conſ.*119. *num.*33.*lib.*1. qui plures citat & plures refert Antonius Theſaur. *deciſ. Pedemontan.*70. *num.*8. & iſta eſt communis opinio; licet contrarium teneant Alciat. *in dicto cap. cum contingat, num.* 336. *de iureiurand.* Burgos de Paz *in d.conſ.*14.*num.*21. per regul. *l. certum,* §. *ſi quis abſente, ff. de conſeſ.* ad quod alios citat Antonius Theſaurus *dict. deciſ.*70.*num.*8.*verſ. Ampliatur tertio:* & tango infra *q.*68.*à n.*4.& faciunt quæ refert Burg. de Paz, *d.q.*10.*ciuili, n.*12.

Ex quibus infertur, verum eſſe quod ſcribit Aluarus Valaſc. *conſ.*56. vbi reſoluit, quòd Tertius, qui ob clauſulam Conſtituti prætendit impedire executionem, non eſt audiendus, † nec poteſt impedire executionem, ſi non acceptauit ſcripturam, & conſtitutum in tempore debito, & habili. ¶ Et ex prædictis in caſu occurrenti aliàs inferebam, quòd licet ſecundum aliquorum opinionem, promiſſio de non reuocando maioratum, vel meliorationem, faciat maioratum, aut meliorationem irreuocabilem; de quo tractatur latè *ſupra, q.*30. poſito ſine veritatis præiudicio, quòd per prædicta verba maioratus ſit irreuocabilis, requiritur præcisè acceptatio, & ante acceptationem † poteſt reuocari: quod tanquam nouum & ſingulare, eſt aduertendum. Et in iſta quæſtione legenda ſunt quæ ſcribo *in hac p.q.*68.

Notandum tamen eſt, quod in iſto caſu eundem acceptationis effectum operatur acceptatio tacita, quem expreſſa; quod fundatur ex regul. text. *in locum quid ff. ſi cert. pet.* vbi latè DD. præcipuè Iaſ. Purpurat. & Dec. & in donatione quòd ſufficiat tacita acceptatio, tenent Dec. *in conſ.*586.*col.fin.num.*3. Hieron. Grat. *in conſ.*12. Gozadin. *in conſ.*42. quorum ſententia plenius confirmat Tiraquellus *in dict. limit.*39.*num.*11.*folio* 132. Antonius Theſaurus *d.deciſ.*70.*num.*12. ¶ Et quòd tacita donatio inducta per legem, † non requirat acceptationem, probatur *in l.*2.*C. de pact.* & *in l.*3.§.*fin. cum lege ſequenti. ff. de negotiis geſt.* vbi Bald. *num.*2. Dec. *in d.l. cum quia: lect.*2.*num.*52. *ff. ſi certum pet.* & *in d.l. ſi ego, num.* 4. *eodem tit.* quos citat Petrus Barbof. *in l. ſi cum dotem, in principio, num.*20.*pag.*404. *ff. ſoluto matrimon. tom.*2.& eſt communis opinio, ſecundùm Cagnol. *in l. ſemper qui non prohibet, ff. de regul. iur.* & alios quos citat Iul.Clar. §. *donatio, quæſt.*14.*num.*5 *pag.*113. vnde ſi filius poſtquam pater fecit in eundem meliorationem, & ſe conſtituit nomine eiuſdem filij, vel alio modo facto tranſtulit poſſeſſionem in alium, vel fructus ex rebus datis in maioratum percepit: † videtur acquiſitionem ratificare, vt conſtat ex doctrina Alexan. *in conſ.* 88.*num.* 32. *lib.*5. per *l. litibus, C. de agricol. & cenſit. lib.*11.& ex *deciſ. Rotæ,* incipiente, *Licet amicus,* & Alexan. ſequitur Gloſ. Pariſ. *in d.conſ.*& Dec. *in d.l. ſemper qui non prohibet, num.*9.*ff. de regul. iur.* Ioſeph. Ludou. *deciſ.*29.*num.*13. & poſt hanc acquiſitionem & ratificationem, pater † non poteſt maioratum reuocare. Ad quod faciunt ſcripta per Alexand. *in conſ.*127. *num.*2. *lib.*5.& plura ad iſtud propoſitum tradit Tiraq. *in dict. limitat.*30. *num.*12. notat Aymo Cranet. *in conſ.* 204. *num.*11 Sic probat Matth. de Afflict. *deciſ.*275. *Teſtator quidam,* quòd licet donatio facta abſenti non valet: tamen ſi illi abſenti ſit notificata, & ceperit poſſeſſionem rei donatæ, † tranſit dominium in ipſum donatarium, refert Bald. *in l. ſancimus, C. de teſtam.* & alia; & hoc extendit Matth. de Afflict. etiamſi donatio facta fuit in teſtamento: & pro hac ſententia eſt etiam text. *in l. ſi auia, C. de iure deliberand.* vbi probatur, quòd qui de hæreditate ſibi relicta teſtatur, eo ipſo illam adire videtur; quem textum vidi ponderatum ad negotium maximi momenti, ad probandum, quòd ille, cui competit ius eligendi ad maioratum vel meliorationem, etiamſi eligat in teſtamento, † talis electio ſortitur naturam contractus, & non vltimæ voluntatis; quæ fuit ſententia

Epiſcopi

Epiſcopi Sarmiento *in l. vnum ex familia, in principio, num.*6.*folio* 170. *ff. de legatis* 2. qui loquitur in eo, cui competit ius eligendi ad fideicommiſſum vnum ex familia; pro quo facit quod per illum textum *in dict. l. ſi auia,* volunt Bauerius *in princip. Inſtitut. de teſtam. num.* 50. Cephal. *in conſ.*736. *num.*6. volentes, quod vnus & idem actus ſortitur naturam contractus, & vltimæ voluntatis, & Franciſc. Mantic. *de coniectur. ment. defunct. lib.*12.*tit*12.*num.*11.*pag.*610. plura ſcribit ad probandum; quòd qui teſtantur de hæreditate ſibi relicta, †
29 eam adire videntur; & tradit Maſcar. *in tract. de probat. lib.*1. *concl.*42.*n.*4. vbi refert *d.l. ſi auia,* & *conſilium* Aretin. 136. *in principio,* Alciat. *in conſ.*574.*num.*17. Corbul. *in tractat. emphyteutico, in part.*8. *cauſa priuationis, n.*39. *folio* 37. Et qui in executionem conceſſionis feudi, fi-
30 lias relinquit hæredes, † videtur transferre dominium, vt in notabili caſu tradit Menoch. *in conſilio* 331. *numero* 86. *libro* 1. vbi refert quod ſcribo *ſupra, hac part. quæſt.*26.

Et vt ad rem redeam, facit *l. pro hærede, ff. de acquir. hæredi.*& eſt caſus expreſſus *in l. Pantonius,* §. *pro hærede, ff. eod. tit.* tradit Dec. *in conſ.*278.*num.*6. Cephal. *conſ.* 98.*num.*28.*lib.*1 Ripa *conſ.*170 quem citat Iacob. Put. *deciſ.*419.*num.*3.*part.*2.*l.*11.*tit.*6.*par.*6. quæ eſt ſingularis in hac materia, ibi: *E aun ſe puede fazer por fuero, maguer no lo diga, eſto ſeria como ſi el hombre vſaſſe de los bienes de la herencia, aſſi como heredero e ſeñor, labrando la heredad, o arrendandola, o desfrutandola, o vſando della en otra manera qualquiera ſemejante deſta.* Vnde ſi filius quomodolibet vtatur re data in maiora-
31 tum, † acceptare videtur, & ad hoc conducunt aliqua quæ ſcribit Gregorius Lopez *in d.l.*12. Franc. Mantica, *in tract. de coniecturis mente defunct. lib.*12.*tit.*12.*numero*
32 11.*pag.*620. Imo approbare quis † videtur ſcripturam eo ipſo quod adimplet aliquid ex contentis in ea, vt per *l. ſi proponas,* §.1. *ff. de inoffic. teſtam.* & doctrinam Decij *in conſ.*449.*col.penult.& fin.* & tradit Burgos de Paz *in conſ.*26.*num.*31. & ex diuiſione hæreditatis vi-
33 detur quis † acceptare hæreditatem, *l. gerit,* vbi Doctores *ff. de acquir. hæred.* Bartol. *in conſ.*207. *in quæſt.*1. inter Franciſc. Corn. *conſ.*338.*lib.*1. Siluan. latè *conſ.* 23.
34 *num.*8. & ex actione ex aliquo contractu intentata, † ratificatio & conſenſus arguitur, vt volunt Alexander *in d.conſ.*127.& 175. *ad finem, lib.*5. Decius *in conſ.*58. 272.419.486.586.& *in l. non vult eſſe hæres ff. de regul. iur.* quos citat Cagnolus *in l. ſemper qui non prohibet,* 60.*num.*19. *ff. eod. tit. folio* 140. quod nota: quia multum proderit, & ad hoc citat Bald. & alios, Tiraquel. *in tract. de Conſtit. part.*3. *limit.*30. *num.*12. Et petens ſe mitti in
35 poſſeſſionem, † videtur adire hæreditatem, vt per *d.l. ſi auia,* tradit Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſſis, art.*48.*num.*9.*folio* 440. allegat Menochium *de adipiſc. poſſeſſ. remed.*4. *num.* 676. per quam legem tradit Bald. *in conſ.* 168. *num.* 6. *lib.* 3. quod quis legando videtur adire; & ille, qui habet alienandi & diſponendi facul-
36 tatem, ſi ſimpliciter inſtituat hæredem, videtur † alienare & diſponere, *l. ſiquis priore,* §. *certum, C. de ſecund. nuptiis,* & volunt Bald. *in authent. contra rogatus, num.*9. *C. ad Trebellian.* Bart. & alij, *in l. ſi ita quis,* §. *ea lege, ff. de verb. oblig.* Carol. Ruin. *conſ.*112.*num.*10.*lib.*2. Alexand. *conſ.*189.*num.*8.*lib.*2. & alij, quos citat Hieron. Gabr. *conſ.*143.*num.*5.& faciunt quæ ſcribo *infra, quæſt.*48.*ad finem.*

Et ad iſtam opinionem eſt celebris doctrina Gloſſæ Pariſienſ. *in conſuetud. Pariſienſ. part.*1.§.9. *gloſ.*4. *num.* 7. *folio* 121. vbi in terminis inquit, quòd ſi primogenitus abſtinens à primogenitura, cedit portionem ſuam, vel iura & actiones ſucceſſionis ſecundogenito; tunc etiam ſi non exprimat, *abſtineo, renuntio,* verba neceſſariò † debent impropriari, ex quo conſtat de intentione transferendi iura in ſecundogenitũ, & eum ſubrogandi in locum renuntiantis: mouetur per doctrinam Baldi *in l. pactum quod dotali, quæſt.*8. *C. de collat.* Paul. Alex. Iaſ. & Dec. *in l. ſi actionem. C. de pactis.* & Barthol. Socin. *in conſ.*34. *Viſa renuntiat. num.*3. *lib.*4. Carolus Ruin. *in dict. conſ.*170. *d. num.*10.& 11. Et Hoſpitale cedendo iura ſua, videtur hæreditatem adire, ſecundùm Rip. *in d.conſ.*170. quem citat Iacob. Put. *deciſ.*519.*n.*3. *part.*2.& faciunt ſcripta per Zanchum *in l. hæredes mei,* §. *cumitaſſ. ad Trebell. part.*4.*nu.*489. *pag.*224. Et notatur per eandem Gloſ. Pariſienſ. *in* 2. *par. conſuetud.* §. 55. *gloſ.*4. *folio* 117. *num.*38.& ad Gloſſam Pariſienſem addo Dec. *in dict. l. non vult eſſe hæres, n.*9.10.& 11. *de reg. iur.* vbi ponit regulam, quòd transferendo quis in alium hæreditatem, videtur velle eſſe hæres, notabiliter etiam Ripa *in l. ſi vnquam, num.*21. *folio* 311. *C. de reuocand. donation.* & quando hæres inſtitutus, vel abinteſtato vocatus ceſſit bona hæreditaria, videtur agnouiſſe † hærditatem, & adiuiſſe, vt per Aymon. *in conſ.* 38
200.*num.*10. Socin. Iuniorem *in conſ.*107. *num.*1. *lib.*2. & alios, vt per Maſcardum *in tract. de probat. lib.*1. *concl.* 44. *num.*1.& 12. Menoch. *in tract. præſumpt. lib.*4. *præſumpt.*150. *num.*98. *folio* 195. faciunt ſcripta per Carol. Ruin. *in conſ.*37. *num.*9. *lit.*1. & per eundem Maſcard. *in dict. tract. lib.*1. *concl.*45. *num.*41. qui allegat Bald. *in l. penult. C. unde legitimi,* Cagnol. *in rubr. C. qui admitti:*
*num.*102.& quòd donando bona hæreditaria, † videa- 39
tur quis adire, probatur *in l. illud ff. de acquir. hæred.* & tradit Menoch. *in tractat. præſumpt. lib.*4. *præſump.*101. *num.*15. & per illum textum *in d.l. ſi auia,* obtinui in facto, quòd cum pater feciſſet in filium maioratum Regali facultate, & factum maioratum filius renunciauiſſet in fauorem proprij nepotis illius, qui fecit maioratum, nec feciſſet mentionem de aliqua acceptatione, hoc ſolo maioratus fuit † irreuocabilis, & ex hoc ob- 40
tentum fuit, quanquam ille, qui maioratum fecit, poſt ceſſionem à filio factam, reuocauerat maioratum, & fecerat in fauorem alterius filij; quia illa renunciatio habuit vim tacitæ acceptationis.

Et iſta iuſtificantur, quia generaliter plus eſt facere, quàm pronuntiare, & voluntas plenius † colligitur ex 41
factis, quàm ex verbis, *l. Paulus reſpondit, ff. rem ratam haberi, l. ſi tamen,* §. *ei qui, ff. de ædili, edict. cap. dilecto, in principio.* vbi Dec. & alij *de appellat.* idem Dec. *in dict. l. ſemper qui non prohibet* 60.*num.*8. *ff. de regul. iur.* & notat Gloſ. quæ multa iura refert *in l. recuſari ff. ad Trebel.* & Gloſ. *in cap. cum ſuper, de offic. Delegat.* cum *concord.* vt per Peraltam *in l. cum fundus, in princip. num.*5. *pag.* 138.& *in l. Lucius, in princip. num.*5. *pag.*240. & *l. cum ita legatur,* §. *ſpecies, num.*4. *pag.*348. *ff. de legatis* 2. cui addo Barthol. Socin. *in conſ.*125.*n.*1. *lib.*1. Menoch. *in conſ.*341.*num.*4. *lib.*4.& *in conſ.*381. *num.*20. *eod. libro,* Maſcard. *in tract. de probat. lib.*1. *concl.*43. *num.*1.& 2. *folio* 58. Seraphin. *de priuilegiis iuramenti, priuilegio* 25. *num.*5. *pag.*548. Oſaſc. *conſ.*1. *num.*72. Tiber. Decian. *reſponſ.*161. *num.*11. *lib.*1. Et quòd ratificatio non tantum verbis, ſed facto fieri poſſit, etiamſi actus à principio nullus fuerit, reſoluit Anton. Gama *deciſ.* 264.*n.* 4. Qui id tradit in renuntiatione ſpei fideicommiſſi. Et per factum quis loqui † videtur, ſecundùm Felin. *in* 42
*conſ.*1.*num.*17.& multa tradit idem Menoch. *in conſ.*5. *num.* 16. Tiberius Decian. *reſponſ.* 22. tradit latiſſimè Maſcard. qui plura notabilia in iſta materia ſcribit *in tract. de probat. lib.*3. *concl.*1256. *cum ſeqq. folio* 200.& plus eſt fideicommiſſum approbare facto, quam verbis, vt ex pluribus probat Tiber. Decian. *reſponſ.*59.*num.*14. *cum ſeqq. lib.*2. ¶ Et filius eligens legatum ſibi à patre factum pro ſua legitima, dicitur declaraſſe voluntatem ſuam, quòd approbat † teſtamentum & diſpoſitionem 43
patris, ſecundùm Socin. Iun. *in conſ.*122.*num.*14. *lib.*1. *&* in *conſ.*42.*num.*12.*lib.*2. Menoch. *in conſ.*513.*num.*4. *lib.*4.

Et per iſtam regulam voluit in materia noſtra Suar. *in l. quoniam in prioribus, in* 5.*quæſt. ad l. Regiam, num.* 3.*pag.*202. *C. de inofficioſ. teſtam.* quòd ſi pater reliquit in teſtamento filio ſuo, ſine iure inſtitutionis, ſiue alio quolibet iure portionem, quæ excedit portiones aliorum filiorum, ita tamen quòd non excedit Tertium,

licet

64 licet non dicat, *melioro filium*, † eſt melioratus: quia declaratio voluntatis melius ſit facto, quam verbo; pro quo hodie facit *l.26. Tauri*, quæ lex ſecundum doctrinam Suarez ampliari poteſt, etiam ſi teſtator non vtatur hoc verbo, *Dono*, ſed alio quolibet: quia lex illa tantummodò loquitur, vbi pater vtitur hoc verbo, *Dono*, quod tenendum eſt; licet Tellius *in l.26. Tauri*, hodie, *t.10. tit.11. lib.5. Recopil.* & Matienç. *in eadem lege* 10. *gloſ.*1. contrarium teneat: ſed Ioan. Guttier. *lib.2. pract. quæſt. q.63.* ſequitur Suarez cum quadam diſtinctione, & Angulo *in eadem leg.*10. *gloſ.2. num.7. cum ſeqq. folio* 198. ¶ Et ſemper exiſtimaui, & adhuc exiſtimo ſequendam eſſe opinionem doctiſſimi Roderic. Suar. ex rationibus & fundamentis per illum adductis; & ex his, quæ ſcribo *ſupra, in hac quæſt.*

65 Et confirmo: quia vis † verborum eſt attendenda, & non verba, *l. ſcire leges, ff. de legibus*, cum *concord.* & magis † attenditur intellectus, quàm vocabulum, ſecundùm Bald. *in l. ſi quis ſerno, C. de furtis*, & *in tract. ſtatut. verſic. Ratio*, & alios, vt per Rebuf. *in l. vnica, C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt, notabili* 11. *num.*3. *pag.*148. & etiam in requirentibus formam † ſufficit adimplere per æquipollens, ſecundùm Albertum Brunum *in tract. de forma & ſolemnit. actus, in rubr. ex quibus conſtat forma & ſolemnitas*, Rebuf. *in l. quod iuſſit, in præfat. n.*20. *pag.*48. *ff. de re iudic.* & contractus ab effectu indicantur, *l. inſulam, ff. de præſcript. verbis, l. ſi olei, C. locat. l. ſi vno, ff. eod. tit. l. vbi ita donatur, C. de donat. cauſ. mort.* cum *concord.* vt per Tiraquell. *lib.1. de retract. §.30. gloſ.1. n.11. pag.*644. Dec. *in rubr. de priuil. n.*9. & facit ad hoc notabilis. *l. cenſualis, C. de donat.* quæ eſt expreſſa, & *l. quæ pater, ff. familiæ erciſc.* & *l. ſi emancipatis, C. ſi quis alteri, vel ſibi*: & pondero etiam notabiles leges, *in l.2. C. commun. de legat. per totam*, & *in l.3. C. de libris præteritis*, & *l.1. ff. de Latin. libert. tollend.* & *in l.3. §. condit. ff. de adimend. legat.* & *in l. fin. C. quæ res pignori obligari poſſunt.*

Et mulier, quæ ſoluto matrimonio cepit pro ſua dote poſſeſſionem bonorum, quæ maritus permutauit pro
48 aliis bonis dotalibus, † videtur ratificare permutationem, vt probat Matth. de Affict. *deciſ.*336. *n.5.* per regulam *l. penult. ff. de inofficioſ. teſtam.* faciunt ſcripta per Pariſ. *in conſ.*14. *n.*35. *lib.*1. Alex. *in conſ.*117. *v.* 2. *lib*5. Brun. *in conſ.* 5. *num.*4. Dec. *in conſ.*232. *n.*4. Beroi. *quæſt.* 43. *n.*4. Aymon. *conſ.*159. *n.5. & conſ.*226. *n.*6. Menoch. *de recuper. poſſeſ. remed.*1. *n.*118. Caualcanum *de tutor. & curator.*8. *vol. tractatuum n.*147. *folio* 342. *col.*1. Soc. Iun. *in conſ.*107. *n.*1. *lib.*2. Et ſi ſucceſſor in maioratu recipiat pretium à locatore, cui per prædeceſſorem facta fuit locatio, videtur † ratificare locationem, vt tradit Molin. *lib.*1. *de primogenio c.*21. *n.*7. *fol.*158. ad quem addo plures Authores, quos citat Maſcar. *d. concl.*1256. *n.*38. *folio* 199. ¶ Et noto etiam ſingulariter, quòd executio donationis demonſtrat † qualis fuerit mens do-
50 nantis, ſi dubitetur de quibuſdam rebus, an in donatione fuerint comprehenſæ? Vt notabiliter reſoluit Paul. de Caſtr. *in conſ.*347. *Quia circa donationem, n.*4. *lib.*1. per *l. ſicut. §. ſi ſuper nacuum, ff. quibus modis pign. vel hypothec. ſoluitur*, & alia iura.

Ex quibus confirmatur, quod eleganter ſcribunt Menchaca *in l. quoniam in prioribus, n.*294. *C. de iuoffic. teſtam.* Molin. *lib.*2. *de primog. c.*7. *n.*70. *folio* 279. vbi per regul. *l.*3. *ff. de milit. teſtam.* volunt, quòd ſi quis habeat facultatem ad faciendum maioratum, quem realiter fecit, ſed non expreſſit, quòd vtebatur Regia facul-
51 tate, † maioratus valet, & viſus fuit vti Regia facultate, licèt non expreſſerit, & ante eos hoc voluit Rodericus *in d. q.5. n.*4. licet Menchaca & Mol. eum non referant, & idem quod Suarez & alij, voluit Epiſc. Sarmien. licet non referat eum *in li. de reditib. Eccl.*4. *par. cap.*4. *n.*1. *folio* 56.

Et ex ſuperioribus in grandi negotio determinatum fuit, quòd ſi filius facto maioratu vel melioratione, dedit facultatem patri vel matri, vel alij extraneo, quod poſſit diſponere in certa quantitate de bonis datis in maioratum, vel melioratione, quod ex hoc videtur acceptare, & † erit irreuocabilis maioratus. In quo maxi- 52
mè animaduerto, quòd talis acceptatio non operabitur eoſdem effectus, quos operatur acceptatio expreſſa, vt colligitur ex his, quæ in terminis primogenituræ ſcribit Cephal. *in conſ.*337. *num.*28. *lib.*3. ¶ Iſtis conuenit, quòd ſi maritus agit ex contractu per vxorem celebrato ſine illius licentia, videtur contractum ratificare, vt tradit Cifuentes *in l.*55. *Taur. verſ. Vigeſimo tertio*, per *l. ſi ſeruus alienus, ff. de fideiuſ.*

Ex quibus etiam ſingulariter infertur, quòd ſiquis habeat facultatem † ad alienandum bona maioratus, vel 53
ad ea hypothecanda pro dote, & alienet, vel hypothecet talia bona, non exprimendo, quod facit ex facultate Regia, videtur ea vti, & ad executionem deducere facultatem.

Infertur etiam, quod idem erit in eo, qui habet facultatem & licentiam ad dandum mulieri arrhas vltra † 54
decimam partem bonorum, vel ad conſtituendam dotem filiæ, cum derogatione *Pragmat. de Madrid*, & ad alia ſimilia poteſt deduci intellectus.

Et pro iſtis illationibus facit regul. Bart. *in l. triticum, ff. de verb. oblig.* vbi vult, quòd actus ſic debet interpretari, † vt cenſeatur prouiſum cauſæ magis neceſſariæ, & 55
idem *in l. vltima, C. de alimen. pupil. præſtan.* Bald. *conſ.* 35. *pater filio, col.*2. *lib.*2. Menoch. *in conſ.*56. *num.*29. & *conſ.*81. *n.*35. *lib.*1. Aymon. *conſ.*106. *n.*8. & *conſ.*149. *n.* 12. & inquit Roman. *in conſ.*343. *Ex propoſito themate, col.*2. *n.*9. quòd cùm vnus & idem actus fieri poteſt ex duplici capite, † cenſetur factus in dubio ex verisimi- 56
liori, licet alterum caput ſit expreſſum: & idem Curtius Iun. *conſ.*20. *col.*3. *n.*7. & alij, quos citat Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in princip. n.*59. *pag.*37. *C. de reuocand. donat.* & legendum eſt etiam, quod ſcribit Molina *lib.*2. *de primog. c.*2. *n.*15. *folio* 212. & facit doctrina Baldi *in l. vltima, n.*16. *verſ. Sed incidenter quæritur, C. de pact.* vbi vult, quòd quando filia vnius contemplatione renuntiat hæreditatem iam delatam, † videtur prius adire, & 57
ſucceſſiuè illam hæreditatem renuntiare: & idem Bald. *in l. duobus*, per illum textum, *ff. de legat.*1. & ibi Paul. & ſequuntur plures, authores Bartol. Socin. *in conſ.*147. *n.* 8. *lib.*1. Menoch. *conſ.*1. *n.*488. *lib.*1. Roland. *conſ.*11. *n.* 25. *lib.*1. Carol. Ruin. *conſ.*205. *n.5. lib.*1. Simo. de Præt. *de interpret. defunct. volunt. lib.5. dubit.3. n.*58. *fol.*495. Petr. Surd. *deciſ.*128. *n.*24. Aretin. *in conſ.*91. *Viſo themate, n.*1. cum aliis, quem Socin. *in d. conſ. n.*14. in alio propoſito (quia in hoc illum non refert) vocat præceptorem ſuum, & lumen iuris. Et facit quod ſcribit Marian. Socin. *in conſ.*34. *Viſa repudiat. paternæ hæreditatis, lib.*4. & *in conſ.*183. vbi dicit, aliud eſſe *repudiare* † hæ- 58
reditatem, aliud *renuntiare*; ille enim qui renuntiat, † præſupponit ius quæſitum, vt probatur *in l. fuit. ff. de* 59
acquir. hæred. tradit Baëza *de non meliorandis filiabus, c.*10. *n.*108. quem citat Guttier. *in c. quamuis pactum, de pactis in* 6. *n.*29. *pag.*330. Et hæreditas delata † propriè 60
repudiari dicitur, ſecus ſi non ſit acquiſita, vt *in tit. de repud. hæred.* & Gloſ. *in l.*1. *ff. de pact.* confirmat Rebuf. *in l. inter diuortium* 191. *pag.*849. *ff. de verb. ſignif.* & *in l. inteſtatus* 64. *pag.*446. *eodem tit.* & repudiatio à renuntiatione † differt, vt per Carol. Ruin. *in conſ.*207. *n.* 61
3. *lib.*1. licèt contrarium probet *l.*18. *tit.*6. *part.*6. quæ docet, quòd *renuntiatio* eſt idem quod *repudiatio*, & quod ſiquis acceptet pecuniam pro repudiatione, non videatur adire hæreditatem, probatur *in l. fuit. ff. de acquirend. hæredit.* tradit Socinus Iunior *in conſ.*129. *num.* 26. *lib.*1. & qualiter fieri debeat hæreditatis † repudia- 62
tio, docet *l.*101. *tit.*18. *par.*3. de quo tracto latius 4. *par. quæſt.* 16. & quod magna † ſit differentia, quod quis 63
repudiet per verbum hoc, *Repudio*, vel ſiquis dicat, quòd *Donat*, tradit eleganter Paul. de Caſtr. *in conſ.*135. *num.*2. *lib.*1. & hoc eſt tenendum, licèt Socin. Iunior *in conſ.*129. *n.*25. *lib.*1. tradat, quod renuntiatio in dubio non includit additionem, ex Din. *in conſ.*3. *incipiente. In*

quæſtione

quæſtione domini Albert. & Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de teſtam. §. in primis, in magna additione incipiente in fin. Ubert. de Bobio num.*5. *folio* 143. *in* 3. *part. Specul.* ſed hoc à Ioan. Andr. difficiliter colligi poteſt.

64 Et quòd repudiatio † videatur declaratio acquiſitionis non factæ, tradunt Dec. *in l.*1. *n.*22. *C. de pact.* Cephal. *in conſ.*440. *n.*40. *lib.*3.

Sed quòd ex ſimplici renuntiatione hæreditatis aliter non donando, nec cedendo, † non inducatur addi-
65 tio, tenet Barthol. Socin. *in conſ.*183. *col.*2. *poſt medium, verſ. Sed tamen præmiſſis, num.*1. *lib.*2. Aymon. Cranet. *conſ.*200. *n.*1. quorum reſolutio vera eſt; ad quod conducit doctrina Pauli *in l. pactum quod dotali, C. de collat.* vbi dicit, quòd *renuntiatio* ante acquiſitam hæredi-
66 tatem, † dicitur *repudiatio*, notat Afflict. *deciſ.*350. *num.*13. & legendus omnino eſt Barthol. Socin. *in conſ.* 91. *num.*1. & *n.*6. *lib.*1. Leges tamen *partitæ* 18. & 19. *tit.*6. *par.*6. probant, quòd *renuntiatio hæreditatis*, dicitur etiam ante acquiſitam hæreditatem; & qualiter aliud ſit repudiare hæreditatem, aliud impugnare, tradunt Bald. *in l. quidam elogio, num.*12. *C. de iure deliberand.* Simon de Prætis *lib.5. de interpret. defunct. volunt. interpret.*1. *dubit.*1. *n.*32. *folio* 479. qui addit ad Bald. text. *in l. filio pater, ff. de legatis* 1. ¶ Ex quibus etiam conſtat, præcipuè ex *Gloſ. Pariſ.* quòd non ſolùm quando adeſt ceſſio expreſſa, ſed etiam tacita; puta facta renuntiatione per primogenitum in fauorem ſecundoge-
67 niti acceptantis, † ius acquiritur, & ibi alia ſingularia ad hæc ſpectantia inuenies.

Ex quibus & aliis ſuperioribus, cauendum eſt ab Auendan. *in l.*44. *Taurin. gloſ.*9. *num.*18. *folio* 167. vbi dicit, quòd ſi maioratus eſt factus cum clauſula Conſtituti, vel alio actu ficto, requiritur expreſſa acceptatio nec ſufficit tacita; & quòd cedens hæreditatem ſibi ob-
68 uentam, eam † adire videatur, tradit Corn. *conſ.*221. *n.*2. *lib.*2. Pariſ. *conſ.*19. *n.*18. & *n.*117. *lib.*1. & alij quos citat Menoch. *conſ.*1. *n.*489. *lib.*1. ad quem addo Iacobum Portium *in conſ.*19. *n.*35. Baëzam *in pragmat. dot. c.*10. *n.*108. Ioan. Guttierr. *in cap. quamuis pactum, de pact. in* 6. *n.*29. *pag.*39. Petrus Surd. *deciſ.*138. *n.*25. Menoch. *conſ.*1. *n.*488. De quo vide etiam Tellium *in l.*4. *Tauri, num.*54. Decium *in dict. l. non vult* 6. *n.*11. *pag.*76. *ff. de regul. iur.* vbi ex regula *dictæ legis ſi auia, C. ae iure deliberan.* tradit, quòd transferendo quis in alium hæreditatem, videtur eſſe hæres: de cuius legis intellectu agit Menoch. *in tract. præſumpt. lib.*4. *præſumpt.*99. *num.*20. *folio* 186. Sed idem Gloſ. Pariſienſ. 2. *part. conſuet. Pariſ. §.*55. *num.*38. *folio* 117. dicit, quòd aliud eſt repudiatio
69 vel abdicatio, † aliud remiſſio in fauorem, quæ acceptationem implicat, per regulam *l. ſi actionem, C. de pactis*, & tradit idem Gloſ. Pariſienſ. *in annot. ad Alexan. conſ.* 149. *num.*5. *lib.*7. Et renuntiatio per viam donationis
70 † præſupponit additionem, ſecundùm Bald. *in d. l. pact. q.*8. *C. de colla.* Paul. *in l. ſi actionem C. de pact.* & *in conſ.* 252. *Viſo puncto ſupraſcripto, lib.*1. Aymo *in conſ.*288. *num.*2. & quòd ſi filius in poteſtate conſtitutus, fuerit rogatus reſtituere hæreditatem, ſi ſe non immiſceat, ex ſola reſtitutione non videatur ſe immiſcere, probatur *in l. ita tamen, §. ſi pater*, vbi Gloſ. & Alexand. *num.*4. quam legit ſub *l. omnibus, ff. ad Trebellian.* tradit Mantic. *de coniecturata mente defunct. lib.*12. *tit.*10. *numero* 8. *pag.*614. & iſta ſeruiunt pro deciſione quæſtionis diſputatæ per Thomam Sanchez *in tract. de matrim. lib.*6. *diſput.*4. *num.*16. *pag.*913. vbi reſoluit, an maritus † vel
71 mulier poſſint cedere hæreditatem in fauorem perſonæ, quæ aliàs ſine ceſſione non poterat ſuccedere, Carol. Ruin. *in d. conſ.*205. *n.5. lib.*1. Franc. Mant. *de coniectur. mente defunct. lib.*12. *tit.*11. *n.*17. *pag.*621. & filius etiam acceptare videtur maioratum, vbicunque promiſit ſeruare † & exequi ea, quæ in ſcriptura maioratus, vel me-
72 liorationis facta ſunt; nam in iſto caſu, licet non dicat expreſsè quod *acceptat*, approbare tamen, & acceptare videtur, quia res non indicantur à verbis, † ſed ab effe-
73 ctu & ſubſtantia, *l. aſſumptio, ff. ad municipa. l. inſulam, ff.* 74 *de præſcript. verbis*, cum *concord.* quæ ſcribo *in principio huius quartæ partis, num.*78. Et ex prædictis ſatis deducitur, & pro horum confirmatione facit text. ſingular. *in d. l. Pantonius, §. vlt ff. de acquir. hæredit.* & quod notabiliter voluit Bald. *in l. potuit, num.*23. *C. de iure deliber.* vbi vult, quòd ſi pupillus maior infante, vna cum tutore poſſeſſionem hæreditatis fuit ingreſſus, per hoc † vide-
tur hæreditas legitimè apprehenſa, per plura iura, quæ ibi refert; & volunt Barthol. Socin. *in conſ.*153. *col.*1. *lib.*2. Carol. Ruin. *conſ.*170. *num.*10. *lib.*1. & alij, vt per Tiraquel. *in lib. de legibus connubial. gloſ.*7. *exprez, num.* 22. *folio* 303. Maſcard. *in tract. de probat. lib.*2. *concluſ.* 804. *num.*20. & 21. *folio* 124. qui alia ad propoſitum ſcribit.

SVMMARIVM.

75 *Filius accipiens à Tabellione ſcripturam maioratus, quamuis in indiuiduo non dicat quòd acceptat, acceptare videtur. Quid ſi apud legitimum ſucceſſorem ſcriptura inueniatur*, n.78.

76 *Scriptura priuata ex eius retentione, & non reprobatione, acceptari videtur.*

77 *Per oſtenſionem tituli eiuſdem acceptatio probatur.*

79 *Hæres factum defuncti ratificare videtur.*

80 *Aſſertio fideicommiſſi parte præſente an acceptata intelligatur.*

81 *Acceptatio præſumitur, ſi donatarius reperitur poſſeſſor aliquarum rerum contentarum in donatione*, & n.82.

83 *Ex ſola ſcientia an acceptetur donatio*, & num.97. *Quid ſi poſt talem ſcientiam fiat donationis renouatio*, n.98.

84 *In donatione magni momenti, an præſumatur ſcientia & acceptatio.*

85 *Repudiatio an probetur per non factum.*

86 *Mandatum ſpeciale requiritur ad poſſeſſionem acquirendam.*

87 *An ſufficiat generale, ratificatione ſequuta.*

88 *Filius præſens, & non contradicens, maioratum tacitè acceptare videtur. Et maioratus ſit irreuocabilis ibi*, & n.6.

89 *Actus cum reſpicit acceptationem, quæ debet fieri, non improbare, eſt approbare.*

90 *Vxor ſciens maritum pro ſe & vxore emphyteuſim recipere, ſi non contradicat, ratificare videtur, vt ſibi acquiratur.*

91 *Donatio facta præſenti & tacenti acceptari dicitur, etiam ſi donatarius non dicat.*

92 *Promiſſio facta præſenti & tacenti, an pactum, vel policitatio dicatur.*

93 *Pactum, & conſenſum lex præſumit, vbi de alicuius agitur vtilitate. Et an acceptatio confeſſionis inducatur, quando in præſentia partis ſit? ibid.*

94 *Confeſſio cum non acceptatur, præſentia partis an ſufficiat, ad acceptationem inducendam.*

95 *Præſentia eius, in cuius fauorem ſit renuntiatio, vim habet tacitæ acceptationis.*

99 *Qui de certo tempore probat, præfertur ei qui de incerto.*

100 *Teſtes de tempore debent deponere, quando eſt de ſubſtantia actus.*

101 *Ratione vnius horæ dicitur quid prius, vel poſterius.*

102 *Prioritas temporis debet attendi.*

103 *Temporis momentum eſt conſiderabile, vt vnum alteri præferatur.*

104 *In dubio an præſumatur acceptatio in tempore facta*, & num.107.

105 *Quomodo de eius prioritate conſtet.*

106 *Agens an debeat probare ratificationem præceſſiſſe, vt poſſeſſor à poſſeſſione remoueatur.*

108 *Actus in dubio præſumitur legitimo tempore expeditus.*

109 *Dicta in maioratu, in melioratione Tertij & Quinti intelliguntur.*

110 *Qui primus acquirit possessionem, an præsumatur primus donationem habuisse.*
111 *Tabellionis stipulatio quando sufficiat ad acceptationem maioratus, vel meliorationis, vt renocari nequeant, remissiué.*
112 *Ius acceptandi donationem an transeat ad hæredes.*
113 *Hæredes an possint donationes renocare.*
114 *An possint insinuare donationem à defuncto factam.*
115 *Authoris sententia.*
116 *Consensus vbi requiritur, expressus debet esse.*
117 *Donatio tacita inducta per legem non requirit acceptationem.*
118 *Præsentia donatarij in dubio an præsumatur ? Sententia affirmans refertur.*
119 *Negans tamen, quod non præsumatur nisi probetur, verior videtur.*
120 *Vtra præsentiam an requiratur quòd præsens actum intelligat.*
121 *Donatarij & rerum donatarum præsentia qualiter probetur,* & n. 122.
123 *Notarius deponens de præsentia testium, de intelligentia deponere videtur.*
124 *Per verbum* dedit, *aut*, donauit *in instrumento appositum, an ce sseatur translata possessio. Et ibi de verbo* tradidit, *aut* vendidit. *Quid per verba*, cessit, *atque*, concessit, *inducta clausula*, ponens eum in locum suum tanquam procuratorem & dominum, *num.* 126.
125 *Ex donatione Principis an acquiratur ius donatario in absentia.*
127 *An res præsumatur præsens, vt acquiratur possessio; & maioratus, vel melioratio renocari non possit.*
128 *Quid requiratur ad probandam acceptationem maioratus, vel meliorationis.*
129 *Clausula*, dedit & transtulit, *in qua donans usumfructum reseruat, quando operetur.*
130 *Producens in indicio scripturam maioratus, aut meliorationis, eam acceptare videtur.*
131 *Ex actu tacito, quem expressè impugnat, non videtur quis approbare contractum.*
132 *Facta donatione duobus, an præferatur secundus, cui data fuit possessio, illi qui prius acceptauit.*
133 *Petens executionem scripturæ, videtur eam approbare.*

EX prædictis etiam dici potest, quòd si quis tradat filio scripturam maioratus ante Tabellionem, iuxta formam *dictarum legum* 17. & 44. *Taurinarum*, & filius eam scripturam simpliciter accipiat, licet expressè & specialiter non dicat, quòd eum *acceptat*, eo ipso quòd recipit scripturam; & in eiusdem potestate reperitur,
75 † videtur maioratum acceptare, & maioratus ipse est irreuocabilis, secundùm Bart. *in l. cum tabernam, §. idem quæsiit, numero 4. ff. de pignor.* vbi dicit: Nota ex hac lege, quòd sufficit quòd quis ostendat literam sibi destinatam, nec requiritur quòd probet se tunc acceptasse; videtur enim acceptare literam, cum ipsam recipit: refert text. *in Clement. 1. de procurat.* & *in l. si filius, ff. ad Macedonian.* facit, *l. 6. tit. 1. part. 5.* notat Paris. *cons. 5. numero 205. lib. 4.* Et conducit text. vbi Glos. & Doctores *in cap. coram. de offic. Delegat.* & quæ scribit Carolus Ruinus *in cons. 44. num. 9. lib. 1.* ¶ Pro quibus etiam facit dictum Paul. de Castr. *in cons. 314. Omisso*
76 *primo, col. 2. lib. 2.* vbi vult, quòd scriptura priuata † censetur approbata ex eo, quòd quis eam semper in manibus habuit, & non reprobauit, per *l. Labeo, ff. de aqua pluuia arcend.* quod disputat Aymo *de antiquit. tempor. par. 1. num. 109. folio 59.* & tradit Mascard. *in tractat. de probationibus lib. 3. conclus. 1256. numero 62. folio 200.* Et per ostensionem tituli probatur eiusdem † acceptatio,
77 secundùm Baldum *in cons. 380. lib. 2.* Ex quibus quandoque definitum fuit, quòd vassalli, qui cum domino contraxerunt, conseruando scripturam contractus in archiuio, visi fuerunt acceptare scripturam.

Et idem (videri meo) erit si post factum maioratum, vel meliorationem, vel aliam donationem † reperiatur scriptura maioratus & meliorationis apud hæredem, vel alium legitimum successorem eus, cui fuit factus maioratus, vel melioratio; argumento *l. quo enim, §. si procuratori, ff. rem ratam haber.* notat Bart. *in l. bonorum, num. 5. ff. eodem titulo*: & *in l. 1. §. 1. ff. soluto matrimonio* cum *similibus*, vt per Alexand. *in l. si eius, ff. si certum petatur*, Decium & Glos. Parisiens. *in l. hæredem eiusdem 59. numero 3. ff. de regul. iur.* qui concludunt, quòd hæres † videtur ratificare ipso iure factum defuncti. Et adduco casum singularem & paucis notum, qui loquitur in fortioribus terminis *in l. quidam decedens, §. final. ff. de administrat. tutor.* ibi: *Num etsi citra testationem, scilicet, vndecunque cognouerit, nulla dubitatio est quin debeat periculum subire.* Et quòd assertio fideicommissi facta parte præsente, † intelligatur acceptata, tradit Carolus Ruinus *in cons. 128. num. 4. lib. 2.* quem citat Peregrin. *in tractatu de fideicommiss. art. 63. num. 6. folio 395.* Et circa successorem concluso probatur *in l. Pomponius, §. cum quis ff. de acquirend. posses.* & *in l. forma, §. quanquam ff. de censibus*, & *in l. si aquæ ductus, ff. de contrahen. empt.* & *in l. qui in ius 137. ff. de regul. iur.* cum *vulg.*

Et acceptatio priuilegiorum & donationum, in dubio inducitur eo ipso, quòd in aliqua parte contentorum in priuilegio & donatione † reperitur possessor donatarius. Nam ex hoc apparet voluntas vtendi in totum: *l. qui vsumfructum*, vbi Alberic. *ff. quemadmodum vsusfruct. amitta.* Et beneficium quis dicitur acceptare petendo sibi conferri, vel collationem factam approbando, *Clement. si plures*, vbi Bonifacius, *de præbend.* notat Rebuf. *in l. aliud est capere 71. pag. 482. ff. de verborum significat.* Et quòd acceptatio † inducatur ex possessione subsecuta rerum donatarum, volunt Bald. *in l. Nec ambigi, C. de donatio.* Matth. de Afflict. *decis. 275. num. 10.* Paris. *in cons. 88. num. 97.* & *in cons. 90. nn. 24. lib. 3.* & in notabili casu, Anton. Gama *decis. 264. num. 4.* Et alios modos acceptandi donationem, priuilegium, & similia tradit Auenda. *in tractatu de exequend. mandat. 2. part. c. 1. num. 2. cum aliis*, vbi multa bona adducit ad nostram materiam conducibilia; vbi scribit, quòd de iure præsumitur scientia in donatario, ex Imola *in cons. 8.*

¶ Et quod ex sola scientia donatio † acceptata dicatur, tradunt Aretinus *in l. qui absenti, num. 4. ff. de acquirend. posses.* Socin. Iun. *cons. 67. num. 15. lib. 1.* Aymo *in cons. 261. num. 5.* Guido Papæ *cons. 23. num. 18.* Cephalus *cons. 33. num. 19. lib. 1.* & *in cons. 492. num. 31. libr. 4.* Ioseph. Ludouic. *in d. decis. 29. num. 19.* Roman. *consil. 295. num. 2.* & 3. Aym. *cons. 26. num. 5.* & *cons. 261. num. 5.* Iacobus Portius *in consil. 176. num. 27.* Socin. Iun. *cons. 67. num. 11. lib. 3.* Paris. *cons. 12. num. 23. lib. 2.* Menoch. *cons. 92. num. 66.* Cephalus *in d. consil. 440. num. 26. lib. 3.* & *cons. 492. num. 10.* & *30. lib. 4.* Bursatus *cons. 33. n. 5. lib. 1.* & ibi *num. 17. cum sequentibus*, resoluit, quando per testes singulares probetur acceptatio donationis; vbi tradit, quòd ex sanguinis coniunctione, & sermonibus habitis cum donante, præsumitur scientia & ratificatio. Et in donatione rerum magni momenti, † præsumendam
84 esse acceptationem & scientiam, ex Felino *in capite in nostra, corollar. 5. de rescript.* Capicio *decis. 69. numero 14.* Corn. *cons. 268. column. 2. lib. 4.* Aymon. *consilio 168. num. 5.* tradit elegantèr Roland. *in cons. 19. num. 43. lib. 2.* Prosperus *cons. 147. num. 2.* Quorum sententia confirmatur, quia in facto arduo scientia præsumitur; adeo quòd operatur malam fidem, secundùm Abbatem, *in cons. 3. vers. 16. num. 7. lib. 2.* Felin. *in cap. si diligenti, col. 2. de præscript.* quos citat Balbus *in l. Celsus, part. 3. num. 22. pag. 74. ff. de vsucap.* De quo legenda sunt quæ scribo *in 4. p. q. 20. n. 264.* & Par. *in cons. 23. n. 208. lib. 3.*

Et quòd repudiatio probetur † per non factum, probatur *in l. recusare, ff. de acquirend. hared.* tradit Castillio

in l. 6. Taur. folio 49. colum. 2. vers. item repudiatio. Et huic est proxima doctrina Pauli Castrens. *in cons. 347. lib. 1. num. 4.* vbi vult, quòd executio donationis arguit, quæ fuerit mens donantis in donando. Et quòd sufficiat mandatum generale filij ad acceptandum quamlibet donationem; licet in specie non exprimatur donatio, probatur ex doctrina Abbatis, Imol. & aliorum *in cap. accedens, de præbend.* cum *concordan.* vt per Felinum *in cap. nonnulli, vers. sunt & alij, num. 46. folio 145. de*
86 *rescript.* Sed quòd † requiratur mandatum ad acquirendam possessionem, probatur *in l. communis seruus*, vbi Glos. *ff. de acquirend. posses.* tradit Augustinus Beroius *cons. 11. num. 11. lib. 1.* vbi concludit, sufficere mandatum generale, † sequuta ratificatione re integra, per *l. bonorum, ff. rem ratam haber.* & doctrinam Bald. *in l. fin. C. ad Maced.* quod sæpe videbis in maioratibus, meliorationibus, & in aliis donationibus.

88 Et sufficit † etiam ad hoc quòd maioratus sit irreuocabilis, quòd filius sit præsens, & non contradicat tempore quo pater ipsi facit maioratum, quia tacitè filius maioratum acceptare videtur: *l. qui patitur, ff. mandat.* quod ex aliis confirmat Petrus Barbosa *in l. 2. §. fin. num. 9 pag. 752. ff. solut. matrim. tom. 1.* Et quando actus respicit acceptationem, quæ debet fieri non improbare,
89 † est approbare: Bart. *in l. quo enim ff. rem ratam haber.* qui refert Glossam & ibi notata *in l. qui absentis, C. si cert. petat.* tradit latè & nouissimè Mascardus *in tractatu de probationibus, lib. 1. conclus. 417. num. 17. folio 255.* latiùs *lib. 3. conclus. 1219. num. 1. cum sequentibus*, vbi varia scribit ad probandum, quòd præsentia operatur consensum. Ex quo inquit Decius *in cons. 58. num. 2.* quòd si mulier scit recepisse emphyteusim pro se &
90 vxore, & non contradicit, † dicitur ratificare, vt sibi acquiratur. ¶ Et in specie in donatione, quòd si sit facta præsenti & tacenti, eam præsens donatarius acceptare
91 † videatur, etiamsi hoc expressè non dixerit, tenent Angel. *in cons. 183. col. 2.* Curtius Iunior *in rubr. C. de pact. col. 1.* vbi Purpurat. & *in l. rogasti, §. si tibi, num. 64. ff. si certum petatur*, & alij, vt per Episcop. Couarru. *in 3. part. rubr. de testament. num. 13. folio 23.* & *num. 14. in fine.* Hieronym. Gabr. *cons. 16. num. 10. cum sequentibus*, qui citat Couarru. *in dicto loco*, & plures citat Molina *lib. 4. de primogen. cap. 2. num. 76. folio 135.* Et tradit nouissimè Ioan. Guttierrez *in cap. quamuis pactum, de pact. in 6. in princip. n. 58.* & facit notabilis doctrina Gregor. Lopez *in l. 2. titul. 13. part. 3. glos.* in verbo, *Capor clla.*

Pro quibus facit etiam doctrina Bart. *in l. 1. ff. de pact.*
92 vbi dicit, quòd si promitto tibi præsenti, & tacenti; † est pactum, & non pollicitatio, quia lex præsumit tacitum consensum, † ex quo agitur de vtilitate tua, per
93 *d. l. qui patitur*, refert & confirmat Alciat. *in tractatu præsumptionum, reg. 3. præsumpt. 21. pag. 328.* vbi ex hoc dicit, quòd acceptatio confessionis inducitur quando est facta in alicuius vtilitatem, qui est præsens, & non contradicit; de quo tamen vide, quæ scribit Ioan. Lopez *in repetit. cap. per vestras, de donat. inter virum & vxorem: §. 68. num. 23. cum sequentibus, pag. 248.* & Emanuel Costa *in l. si ex cautione, 4. fallen. numero 2. pag. 49. C. de non numera. pecun.* vbi ex Cyno *in l. vnica, quæst. 6. C. de confess.* & Ripa *in rubr. ff. de verbor. obligat. num. 22.* & Felin. *in cap. si cautio, num. 23. de fide instrument.* dicit, communem esse opinionem, quod in confessione non sufficit præsentia partis, nisi confessio acceptetur, †
94 quamuis contrariam opinionem dicat probabiliorem ex Alexandro *in l. suus hæres, num. 3. ff. de repud. hæredit.* & aliis, quæ refert; & doctrina Bartoli *in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verbor. obligat.* de qua actum fuit *supra, quæst. 24. à num. 40.* non procedit vbi reperitur tacita acceptatio, vt constat ex doctrina Decij *in dict. cons. 58.* & confirmat Burgos de Paz *in dict. cons. 26. numero 33.* Sed & præsentia eius, in cuius fauorem fit renuntiatio,
95 habet † vim tacitæ acceptationis, secundùm Alexand. *in l. 2. notab. 3. C. de repud. hæredit.* & Decium *in l. post-*

quam liti, n. 8. C. de pact. vbi Purpuratus *n. 80.* Andr. ab Exea *de pact. num. 81. pag. 83.* Et præsentia simul cum taciturnitate habet vim taciti pacti, secundùm Cynum, Bart. & alios *in l. 1. C. de pact.* per *l. tale pactum, in principio, ff. de pact.* notat Alexander *cons. 113. num. 12. lib. 6.* Et quatuor modos acceptandi donationem tacitè scribit Alciat. *respon. 132. n. 11.* & pro hac sententia plura etiam scribit Tiraq. *in tract. de vtroque retract. §. 1. gl. 9. n. 115. cum seqq. pag. 167.*

Ex quibus constat certam esse opinionem, quòd præ- 96
sentia filij, quando pater in eum constituit maioratum, facit eum irreuocabilem, † licet acceptatio expressa non probetur; & hoc est tenendum, quicquid tenere videantur Aretin. *in l. 2. ff. de legat. 1.* Corne. *in rubr. C. de testament. vers. tertio quæro:* & Stephan. Bertrand. latiùs *in cons. 173. num. 9. lib. 1.* Imò ex eo solo quòd quis scit
97 bona sibi donata, & non contradicit, † inducitur acceptatio donationis, secundùm Bart. *in d. l. quo enim, ff. rem rat. hab.* & alios, quos citat Aymo. *cons. 261. num. 5.* Roland. *in cons. 19. num. 34. lib. 1.* Socin. Iun. *in cons. 67. num. 11. lib. 3.* Menoch. *in cons. 178. n. 20. lib. 2.* Ioseph. Ludouic. *d. decis. 29. num. 19.* maximè si possideat bona donata, & exerceat aliquos actus tanquam donatarius, *l. sed si de sua, cum l. sequenti. ff. de acquirend. hared.* vbi Bart. & alij: idem Bart. *in l. tres fratres, ff. de pactis*, cum *concordan.* vt per Mascardum *in tractatu de probationibus lib. 3. concl. 1294. n. 7. folio 237.* Et si renocata sit donatio post talem scientiam, & tacitam acceptationem, & ratificationem, † donatio suum sortitur effectum, nec 98
tollitur ius ex tali acceptatione quæsitum, vt ex pluribus probat Roland. *d. cons. 4. n. 28. lib. 2.*

Sed licèt sufficiat quòd scriptura reperiatur apud filium (vt supradictum fuit, quia ex hoc inducitur tacita acceptatio) rectius tamen erit filio expressè acceptare apud Tabellionem: nam licet scriptura apud eum reperiatur, si non constat de die ipso; quo ad illum pernenit, facilè fraus filio fieri potest, si pater renocauerit maioratum, & constet de die certò renocationis, non etiam de die, in qua filius scripturam recepit. Nam is, qui de certo tempore probat, etiamsi aliter non probet de prioritate, † præfertur ei, qui de incerto tempore 99
probat, secundùm Martin. Silan. Cynum & Bald. *in l. de rebus, C. de donation. ante nupt.* eundem Bald. *in l. creditor, ff. qui potior. in pignor. habean.* ad quod plures concordantes refert Tiraquellus *lib. 1. de retractu, §. 11. glos. 1. num. 10. pag. 501.* Mascard. *in tractatu de probationibus, lib. 1. conclus. 310. num. 26. folio 250.* Et ille, qui probat de die certo, certius probat quàm alius, qui nihil probat, secundùm Cynum & Bald. *in l. de rebus, C. de donation. ante nupt.* & alios, quos citat Anton. de Fano *in tractatu de pignoribus par. 5. memb. 2. num. 46. folio 101.* Thom. Grammat. oblitus de Alexan. qui plura refert *in cons. 112. n. 4.*

Sed quòd testes debeant de tempore deponere, quando est de substantia actus, † tradunt Riminaldus Se- 100
nior *in cons. 219. num. 28. lib. 2.* & *in cons. 99. num. 55. lib. 2.* & *538. num. 8. folio 308. lib. 3.* & alij, quos citat Mascardus *in tractatu de probationibus, lib. 3. conclus. 1362. num. 8. folio 308.* quod nota, quia vidi in grandi negotio. Et quòd prioritas temporis possit probari per testes, etiamsi discordent in tempore, quod non est de substantia, tradit eleganter Alexander *in cons. 236. lib.*
6. Et ratione vnius horæ † dicitur quid altero prius, 101
vel posterius: *l. si quis eum, §. si suo testamento. ff. de vulg. l. si mulier*, vbi notat Socin. *ff. de rebus dubiis*, cum *concordantibus*, vt per Tiraquellum *lib. de primog. quæst. 2. num. 2.* idem Tiraq. *in tract. de rebus in indicio exigend. pag. 81. vers. septimo commendatur*, Menoch. *de adipisc. possess. remed. 4. n. 792. pag. 118.* Anton. Peregr. *in tract. de iure fisci lib. 6. tit. 6. n. 36. pag. 368.* Petr. Barbos. *in 2. p. l. 1. ff. solut. matrim. n. 7.* & *8. pag. 251.* Quinimo ratione minoris temporis quàm horæ prioritas attenditur, secundùm Bart. *in l. 2. §. creditum, ff. si certum petatur*, vbi late Purpurat. *num. 49.*

102 Et prioritas puncti attenditur,† ſecundum Baldum *in l.de rebus, C.de donat.ante nuptias*, & alios,vt per Dec. *in cap.Paſtoralis,n.5.de reſcript.* Et de prioritate horæ tradit Stracha *de mercatura , tit. de Decoctoribus,verſ. poſtquam,num.*13.*pag.*452. Et probatio horæ multum prodeſt, ſecundùm Cynum & Baldum *in d.l. de rebus, C.de donat.ante nuptias*, & alios,quos citat Petrus Gambara *de offic. Legati lib.*3.*n.*669.*pag.*98.Imò momentum
103 temporis † eſt maximè conſiderabile , vt vnum alteri præferatur : *l.Arethuſa,& ſequenti,ff. de ſtatu hominum l.ter enixa,ff.de verb.ſignific.* cum *concord.* vt per Menoch.*de arbitr.iudic.centur.*48.*n.*3.qui plura in propoſito ſcribit. Et quòd acceptatio † in dubio præſumatur
104 in tempore facta, probatur ex *deciſ.* Iacobi Putei 161. *p.*1.*& deciſ.*262.*ead.part.*1. vbi probat, quòd acceptatio præſumitur contra reum poſſeſſorem in tempore facta. Et quòd ex aliquibus coniecturis poſſit conſtare
105 de prioritate,conſtat ex aliquibus; quæ Fanus ſcribit *in tract.de pignor.par.*2.*memb.*4.*n.*109. Et quòd vt poſſeſſor à poſſeſſione remoueatur,† debet agens probare clarè ſuam ratificationem , & alterius poſſeſſionem præceſſiſſe,tradit idem Iacobus Puteus *deciſ.*157.*n.*2.*par.*1.
106 per notata per Bartolum,& alios,*in l.res ſolum.§.ſed vt probari,ff.de nou.oper.* latè Ioſeph.Maſcard. *in tract.de probat.lib.*1.*concl.*16.*per totam,folio* 38. qui *n.*1.*&* 4.
107 tradit † acceptationom eſſe præſumendam factam in
108 tempore. Nam & actus in dubio † præſumitur legitimo tempore expeditus,vt ex doctrina Bart.*in d.§.ſed vt probari,* Bald.*in l.cum in teſtam.§.hæc verba,ff.de hæred.inſtit.*& aliis,tradit Quintilian. Mandoſ. *in regul.Cancell. reg.*30.*q.*6.*n.*8.*folio* 78.*& reg.*31.*q.*14. *n.*10.*folio* 98. De quo etiam legenda ſunt quæ ſcribit Maſcardus *in tract.de probationibus, lib.*3.*concluſ.*1352. *num.* 1.*cum ſeqq.*

109 Et ex iſtis apparet,quæ dicta ſunt in maioratu, † locum habere in melioratione Tertij & Quinti. Quibus eſt addenda concluſio ſingularis, quod is,qui priùs ac-
110 quirit poſſeſſionem, † præſumitur priùs habuiſſe donationem,ſecundùm Baldum *in cap.Capitulum,n.*4.*de reſcript.* Barba.*in rubr. C.qui admitti : col.*2. Catelianum Cotta *in* 2.*par.memorabilium,in verb.hora,in fin.* Rebuf. *in tract.de pacifico poſſeſſore,n.*274. ¶ Et quando ſtipu-
111 latio Tabellionis † ſufficiat ad acceptationem maioratus,vel meliorationis,ad hoc vt reuocari nequeat,reſolui poteſt ex ſcriptis per Tiraquell.*in d.tract.de Conſtituto:d.limit.*30. *per totam* , & alios plures, quos refert Epiſcop.Couarr.*in d.rubr.& in d.cap.*14.*n.*11. in quibus locis agendo de donatione hoc diligenter examinat:latiſſimè Cephalus *in d.conſ.*440.*n.*31.*lib.*3. Anto. Theſaur.*d.deciſ.Pedemont.*70.*n.*3.qui refert inter alios Molinam *lib.*4.*de primogen.c.*2. *n.*67. quod copioſiſſimè ſcribit Anton.*ibid.*Et an hæredes poſſint acceptare maioratum, vel meliorationem, ſi defunctus non acceptauit, reſoluere licet ex *d.l.Si ego, §.ſi res, & l.*3.*ff.de ſeruis exportand.*& doctrina Pauli Caſtrenſis *conſ.*195. *lib.*2.& aliorum,quæ ſcribit Alciat.*reſpon.*594. *nu.*10. vbi concludit communem eſſe opinionem , quòd ius
112 acceptandi donationem non † tranſit ad hæredes:quod volunt Tiraquell. *in tract. de Conſtit. limit.*30.*n.*73.*&* 74.Anton.Rubeus *in l.non ſolum,§.morte,num.*95.*ff.de noui operis*:Marcus Brun. ab Anguil. *conſ.*30.*num.*198. Gregorius Lopez *in l.*4.*tit.*4.*part.*3.*in gloſ.in verb.No la puede,ad fin.*Epiſcop.Couarr.*in* 3.*p.rubr. de teſtam. n.*13.*fol.*24.quem & alios plures citat Bartazol.*in tract. Clauſularum, clauſ.*18.*gloſ.*18.*n.*3.*folio* 88 Molina *lib.* 4.*de primog.c.*2.*n.*76.Azeued.*in l.*2.*tit.*6.*lib.*5.*Recopil. num.*11. Burgos de Paz iuni.*quæſt.ciuil.*11.*n.*37. Ioan. Guttier.*in cap.quamuis pactum,de pactis in* 6.*in princip. n.*57.*pag.*395. & tradit Anton.Theſaur. *d.deciſ.Pedemont.*70.*n.*9.Cephal.*in d.conſ.*440.*n.*36. vbi etiam tradit, quòd ratificatio donationis non præſumitur , nec acceptatio ; ex Carolo Ruino *in conſ.* 180. *in princip. libro* 1.*& in conſ.* 154. *num.*12. *lib.*5. & ſupra ſcripſi *num.*3.

Et quod hæredes † non poſſint donationes reuocare,tradit Anton.Theſaurus *deciſ.*124.*num.*2. & faciunt ſcripta *in quæſt.*24.*in hac prima part.& quæſt.*17.*n.*13. 113
Pro quibus facit,quod hæres donantis non poteſt inſinuare † donationem à defuncto factam , ſecundùm 114
Aretinum *in conſ.*123.*col.*1. per textum *in l.ſi ego,§.*1. *ff. de iure dotium* , quem ſequitur Epiſcop. Sarmiento *lib.*6.*ſelect.interpret.cap.*17.*num.*4.licet contrarium teneat Bald.*in l.ſi emancipat.C.de donat.* Guid.Papæ, *q.* 49.incip.*In proceſſu,*& *q.*222.incip. *In donatione* Bart. Socin.*in conſ.*90.*&* 125.*lib.*3.idem Alciat.*reſpon.*112. *n.* 5. Quod verius † mihi videtur, & in iudicio practi- 115
candum ; & quid ſi pater facit maioratum in filium de aliquibus nominibus debitorum,vel aliis iuribus,vtrum requiratur acceptatio & præſentia filij ? reſolui poteſt ex aliquibus, quæ ſcribo *in q.* 40. *in hac prima parte, num.* 5.

In iſta etiam materia animadnerto,quòd voluntas colligitur ex actibus tacitis , vt ſupra latè probatum eſt; conſenſus autem vbi requiritur, † debet eſſe expreſſus, 116
vt probatur *in c.fin.§.final.de iudic.in* 6.volunt Bald.& Aret.*n.*16.*in l.*2.*§.voluntate.ff. ſolut.matrim.* Dominic. *in d.§.final.*notatur *in authen.quod locum,C.de collat.*vt voluerunt expreſsè Decius *in conſ.*409.*n.*4. Iaſ.*in d. §. volunt.n.*6.*notab.*3. Quintil.Mandoſ.*in gloſ.facultatem, §.habita,folio* 54.*col.*3.*in princip.*

Et eſt etiam ſciendum , quòd donatio tacita inducta per legem,† non requirit acceptationem,*l.*2.*C.de pact.* 117
l. 3.*§. final.*cum *lege ſequenti,ff.de negotiis geſtis* , vbi Bald.*n.*2.notant Decius *in l.cum quid,lectura* 2.*n.*52.& *in l. ſi ego, n.*4.*ff. ſi certum petat.* Claudius *in l.ſi cum dotem,ff.ſoluto matrim.*vbi Barboſa *num.*20. *pagin.*404. *tomo* 2.

Eſt autem ſciendum circa prædicta , quòd præſentia donatarij † in dubio præſumitur, iuxta Gloſ. *in l.* 1. *in* 118
verb.inter præſentes,& in l.optimam; vbi Bart.*C.de contrahend. & committen.ſtipul.* notat Iaſ. *conſ.*7. Boërius *deciſ.*353.*n.*3. quem citat Ioan.Guttier. *in d.c.quamuis pactum, n.* 58.

Sed contrarium in noſtra materia eſt dicendum, imò quòd præſentia donatarij † non præſumitur niſi pro- 119
betur,vt volunt Paulus de Caſtro *in l.Titia,§.idem reſpondit,in* 2.*ad finem.ff.de verb.oblig. & in l.illud, C.de ſacroſanct.Eccleſ.*Ioſeph.Maſcard.*in tract. de probation. lib.*1. *concl.*564.*folio* 334. qui alios citat, & confirmat alios citando Balbum *in tract.præſcript.*1.*p.quartæ partis principal. quæſt.*3.*folio* 53. Gregor. Lopez *in l.*67. *tit.*18.*part.*3.& *in l.*4.*tit.*4.*par.*5.*gloſ.*1, Carol. Ruin. *in conſ.*154.*lib.*5. Simon de Prætis *conſ.*53.*num.*3.*lib.*1. Ioſephus Gundiſaluus *variar.quæſt.cap.*54.*n.*38. omnes concludentes , quòd quamuis in inſtrumento dicatur Didacum donaſſe Alphonſo,ſi non dicat præſenti , donatio non eſt efficax. Et quòd videatur neceſſarium, quòd probetur,quòd vltra præſentiam † conſtet, quòd 120
præſens actum intellexit;facit doctrina Bart.*in l.*1.*C.de erro.Aduocator.*de qua per Rebuf. *in l.coram* 209.*pag.* 922.*ff.de verbor.ſignific.*qui ad iſta legi debet : & plures citat Maſcardus *in tractatu de probationibus , lib.*3. *concl.*1219.*num.*37.*&* 38.*folio* 147.Si tamen in verbis inſtrumenti dicatur, *talis nomine donationis donatarium inueſtiuit*,† probatur donatarium fuiſſe præſentem, ſe- 121
cundùm Cldrad.*conſ.*217.Bald.(qui tacet Oldtad.) *in rubr.C.de contrahend.empt.n.*19. quos ſequitur id confirmando,Roman. *conſ.*509.*n.*24. vbi reſoluit, quando præſumatur præſentia rerum donatarum,quando de hoc non conſtat,Abb.*n.*11.Felin.*n.*3.*in c.tenor, de re indic.* Et qualiter præſumatur præſentia, ſi dicatur , *inueſtitus per noſtrum anulum.*tradit Matth. ab Afflict. *deciſ.*299. *n.* 28. Præſumitur etiam præſentia vbi Tabellio dicit, *que preſente eſtais* , vt probatur *in d.l.optimam, in verſ. & ſi inter præſentes:*& *in l.*32.*tit.*11.*p.*5. *& in l.*68.*tit.* 18.*p.*3.& in aliis iurib.citatis à Bur.de Paz,*conſ.*2.*n.*12. Et ſi dicatur , *Titius pollicitus fuit Sempronio* , † quia 122
præſumitur præſentia Sempronij,vt tradit Bald.Nouel

*in tractatu de dote,par.*6.*priuil.*1.*n.* 4.*fol.* 8.*per legem,* iuncta Gloſ. *C. de contrahend. ſtipulation.* Bertazol.*in tractatu clauſularum,clauſ.*17.*gloſ.*3.*num.* 5. *fol.*83. Et
123 Notarius deponens præſentia teſtium , † videtur deponere de intelligentia,ſecundùm Carol.Ruin. *conſil.*12. *num.*2.*lib.*3.Antonium Petram *de fideicommiſ.quæſt.*12. *num.*1150.

124 Et an † per inſtrumentum,in quo eſt verbum *dedit*, & *donauit*,cenſeatur tranſlata poſſeſſio, tradunt Angelus & Iaſ.*in §. ſit itaque diſcretus* , *Inſtit.de actionibus.* NicolausBoerius *conſ.*11.*num.*10.de quo vide *l.*66.*tit.* 18.*part.*3.*&* d.*l.*67.Et ex verbis inſtrumenti, *vendidit*, & *tradidit*,non cenſetur poſſeſſio tradita , niſi res ſit in præſentia,ſecundùm Bartolum *in l.*2.*num.*4 *C.de acquirend.poſſeſſ.*& *in l.prædia* ,per illum textum,*ff.de acquirend.poſſeſſ.*& aliis,vt per Iaſonem *conſil.*149. *numer.*7. *lib.*4.& Bart.*in d. l. prædia.* ſequitur Rebuf.*in rubr. de cauſ.poſſeſſ.& proprietat.pag.*246.*col.*2.*verſ.ſimiliter quamvis,*Aym.*conſ.*157.*num.*13.Menoch. *de ret inend.poſſeſſione , remed.*3. *num.*274.*pag.*199 idem Rebuf.*in cap. cum ſuper,de cauſ.poſſeſſ.& proprietat.pag.*327.*verſ.ſecundo limitatur*;& ſcripſi *ſupra,q.*29. licet contrarium teneat expreſsè Gloſ.*in d.l.*2.*in verb.tradita ſit :* & communem ſequitur Syluan.*conſ.*55.*num.*22.Natta *in conſ.* 398. *num.*19. *cum ſequentibus* , *lib.*2.vbi hoc extendit, etiamſi dicatur , quòd cedit proprietatem & poſſeſſionem:& plura notabilia ſcribit Felin.*in conſ.*50. *num.*1. poſt Baldum , quem citat *in d. rubric.C. de contrahend. empt.q.*19. quem citat Laſarte *in additio. ad tractatum Gabellarum,cap.*4.*num.*26.*fol.*13. Et plura de iſtis ſcribit Ioſeph.Maſcardus *in tractatu de probationibus , lib.* 3.*concluſ.*1185.*num.*1.*cum ſequentibus, fol.*96 Et quòd
125 ex donatione Principis † acquiratur ius donatario in abſentia,tradit notanter Carolus Ruinus *in conſil.*126. *num.*15.*lib.*1.De quo legenda ſunt quæ ſcribo *ſupra,q.* 26.*¶*.Et quod per verba, *ceſſit*, atque *conceſſit omne ius, omnemque actionem & petitionem* , iuncta clauſula, *Ponens eum in locum ſuum tanquam procuratorem & domi-*
126 *num*,† cenſeatur tranſlatum dominium, tradit Ioſephus Ludouicus *deciſ.*68.*num.*6.ex doctrina Bart.*in l. ſi culpa*;& *in l.Si ager.ff.de rei vendication.*Doctor.*in l.final. C.de hæredit.vendit.*

Et an res præſumatur eſſe præſens ad hoc , vt acquiratur poſſeſſio,& maioratus vel melioratio reuocari
127 non poſſit,† conſtat ex *l.Si quis argentum, §. & ſi quidem,C.de donat.*& doctrina Antonini *in cap. cum veniſſet. num.*15. *de reſtitut. ſpoliatorum*, Aretin.*in l.* 3.*in principio,num.*15.*ff.de acquirend.poſſeſſ.*cum aliis,vt per Antonium Gomez *in l.*45.*Tauri,num.*65.*verſ.*item adde ſingulariter : & faciunt ſcripta *ſupra , numer.* 132.
128 ¶ Quid autem requiratur ad probandam † acceptationem maioratus,vel meliorationis,tradunt Paulus de Caſtro *in conſil.*109.*&* 79.*lib.*2.Apoſtilla ad Bartolum *in l.admonendi,num.*47.*de iureiurand.*Grammaticus *deciſ.* 28.*num* 3.Cephalus *in conſ.*163.*num.*28.*lib.*2.Burſatus *in conſ.*33.*num.*18.*& ſequentibus,lib.*1. ¶ Et quòd clauſula , *Dedit & tranſtulit* , licèt in vita nihil operetur, quando appoſita eſt in maioratu vel melioratione ; in
129 qua donans reſeruauit vſumfructum , operatur tamen in morte vt reſoluit Iacobus Puteus *deciſ.*216.*numer.*8. *lib.*3.vbi tradit aliud notabile in iſta materia neceſſarium,quòd donans prohibens donatarium , ne vita ſua durante intret in poſſeſſionem , reſeruat ſibi poſſeſſionem ciuilem. ¶ Et quòd producens in iudicio ſcriptu-
130 ram maioratus,vel meliorationis,illam acceptare † & ratificare videatur , volunt inter alios Thom. Grammat. *deciſ.*103.*num.*3.citatus à Burgos de Paz *in conſ.*14.*nu.* 43.ad quem addo Dec.*in conſ.*598.*nu.*9.Gozad. *in conſ.* 43.*num.*9.Aym.*de antiquit.tempor.*4.*p.*1.*partis,num.*50. Menochium *in tractatu de præſumptionibus, lib.*2. *præſumpt.*39.*num.*8.*pag.*114.latiùs *eodem libro præſumptione* 45.*num.*1.*cum ſequentibus* , ad quod plures Doctores refert Quintilianus Mandoſius *in commiſſionibus compulſoriarum , folio* 63. *col.* 3. Quod nota , quia vidi in grandi negotio.

Nota tamen , quòd ex actu tacito, puta,recipiendo pecuniam : † non videtur quis approbare contractum, 131
quem expreſsè impugnauerat , ſecundùm Bartolum *in l.procurator.* 2. *§.*1.*ff. rem ratam haber.* Nattam *conſilio* 101. quos citat Petrus Surdus *deciſione* 292. *numero* 9. ¶ Et notandum omnino eſt , quod ſi quis facit donationem duobus diuerſis temporibus.& ab vno acceptetur donatio prius illi facta , & ſecundo detur poſſeſſio rerum donatarum , † præfertur ſecundus , cui data fuit 132
poſſeſſio , vt ex Communi reſoluit Iulius Clarus,*§.donatio,quæſt.*13.*num.*3.*pag.*111.per regulam *l. quoties,C. de rei vendication.* Et quod petens executionem ſcripturæ ,† videatur eam approbare , probatur *in l.inde-* 133
bitum , C.de condict.indebit.& *in l.cum fidem, C. de non numerata pecunia* , quas ad hoc citat in bono caſu *in conſil.*38. *num.*26. Et an quando maritus conſtituit dotarium vxori , requiratur illius præſentia , diſputat latè Matth.ab Afflict.*in §.donare, qualiter feudum alienari, num.*21.*fol.*137.

QVÆSTIO XXXVII.

Vtrùm ſi Princeps maioratum inſtitutum confirmet , & ex conſenſu inſtituentis prohibeat reuocationem , non obſtante dicta confirmatione poſſit reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Agitur de intellectu tex.in* l.omnium,C.de teſtament.
2 *Sententia* Couarru.*circa* hunc text.*examinatur.*
3 *Statutum à ſuperiore confirmatum non poteſt ab inferiore reuocari. Quid quando ad illud condendum ſuperioris authoritas neceſſaria non erat,num.*11.*& quid in teſtatoris voluntate à ſuperiore confirmata, num.*4.
5 *Quæſtionis definitio , & num.ſeqq.*
6 Lex 44.Taurina *ponderetur.*
7 *Idem operatur propoſitum in propoſito,quod oppoſitum in oppoſito.*
8 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
9 *Efficax non eſt argumentum , cùm ratio eſt diuerſa.*
10 Dicta l.omnium, *procedit, niſi agatur de præiudicio Terij,&* nu.12.
11 *Qualiter differat maioratus à Principe ſimpliciter confirmatus, ab eo , in quo cum confirmatione adeſt prohibitio reuocandi.*
14 *Duplex vinculum fortius operatur quàm vnum.*
15 *Primogenitura facta cum conſenſu Principis,an poſſit per contrahentes reuocari.*
16 *Tranſactio facta ſuper bonis maioratus valet Principis authoritate.*
17 *Maioratus ſicut in totum reuocari non poteſt,ita nec in parte.*
18 *Qui rem non poteſt tollere , nec poterit reformare & nu.*19.*Sententia* Gregor.Lop.*examinatur.*
20 *Principis authoritas lex animata eſt in terris.*
21 *Feudum cum aſſenſu Regio de nouo acquiſitum,in quo primogenitus debet ſuccedere,non poteſt reuocari, vt reliqui filij in feudalibus ſuccedant.*
22 *Quid in primogenitura à marito & vxore inſtituta.*
23 *Princeps ſi prohibeat alienationem bonorum maioratus , eiuſdem reuocationem videtur prohibere.*

TRigeſimoſeptimò quæro , ſi Princeps concedit licentiam ad faciendum maioratum , cuius virtute maioratus fuit factus, quem Princeps confirmauit , prohibendo eiuſdem reuocationem ex expreſſo conſenſu conſtituentis , an nihilominus reuocari poſſit ? Difficultas & reſolutio huius quæſtionis maxima ex

1 parte conſiſtit † in intellectu text. *in l. omnium, C. de teſtam.* vbi ſecundum communem opinionem probatur, quòd teſtamentum etiam à Principe confirmatum reuocari poteſt; qui intellectus ad illum textum verior eſt, quicquid dicant ibi Alex. & Ias. *num. 6.* contra quos apertè faciunt verba illius legis, ibi, *Cùm hoc ipſum per ſupplicationem noſtris auribus intimatum, ita demum firmum ſit, ſi vltimum comprobetur, nec contra iudicium ſuum defunctus poſt ea veniſſe detegatur.* Et ita illum textum inter alios intellexit *Bald.* quem noſtri non referunt *in rubr. de confirma. vtili, vel inutil. num. 6.* vbi expreſsè in noſtro propoſito dicit, quòd ſi Imperator confirmauit teſtamentum, in quo erat clauſula irreuocabilitatis, non plus operatur quàm ſi Princeps non confirmaſſet; & ita etiam intellexit *d. l. omnium*, Epiſcop. Sarmiento *lib. 6. ſelectar. interpretat. cap. 14. fol. 23.*

2 Ex quo apparet, † perperam Epiſcop. Couarru. *in 2. p. rubr. de teſtament. num. 7. fol. 4.* cam *l. omnium*, retuliſſe ad deciſionem noſtræ propriæ quæſtionis, ex ea deducendo, quòd ſi Princeps ex conſenſu maioratum conſtituentis, prohibeat eius reuocationem, eſt maioratus irreuocabilis, licet non interueniant quæ habentur *in l. 4. Taurina*; quia potius illa *l. omnium*, ſecundum communem, & veriorem intellectum, contrarium probat. ¶ Pro quo facit, quia ſtatutum à ſuperiore confirmatum, ob ipſam confirmationem cenſetur ſtatutum ſuperioris, adeo
3 quod inferior † non poteſt illum reuocare: *l. 1. §. quæ omnia, C. de veter. iur. enucleand.* tradunt Abb. *in c. cum acceſſiſſet, notabil. 4. de conſtit.* Alexand. *in conſ. 123. num. 17. lib. 4.* & prius *in conſ. 38. num. 11.* Hippolyt. de Marſil. *ſingul. 567.* Cephal. *conſ. 571. num. 68. lib. 4.* de quo legi debet Tiraquel. *in tractat. de primogenitura, quæſt. 24. num. 15. pag. 214.* Et teſtatoris voluntas à ſuperiore
4 confirmata, † non poteſt commutari, nec alterari per inferiorem, vt ex pluribus probat Aymo *conſilio 296. num. 1.*

5 Vtcunque tamen ſit, Epiſcop. Couarru. tenet eam † ſententiam, quam prædixi. Qui ad hoc etiam mouetur ex doctrina Archidiaco. *in cap. vltima voluntas, 13. q. 2.* vbi dicit, quòd ex Principis priuilegio fieri poteſt, vt teſtamentum ſemel ab aliquo conditum non reuocetur, quem ſequitur Barthol. Abelenzinis *in cap. cum Martha, notab. 6. de celebra. Miſſar.* licet contrarium teneat D. Anton. de Padilla *in l. clari, C. de fideicommiſſ.* 18 Maſcardus *in tractatu de probation. lib. 3. concluſione 1284. num. 24. fol. 253.* qui refert Epiſcopum Couarru. *in dicto loco:* & illum etiam citat nouiſſimè Seraphin. *in tract. de priuileg. iurament. priuil. 75. num. 30. pag. 440.* Et an Princeps inhibere poſſit, ne quis mutet teſtamentum, notanter explicat Quintil. Mandoſius *in tract. de inhibition. q. 60. num. 1. &* 2. vbi inter alia allegat Archidiaconum *in cap. vltima voluntas, 15. q. 4.* Belenzinum *in addition. ad Abbat. in cap. cum Martha, in 6. notab. de celebrat. Miſſar.* Decium *in c. cum acceſſiſſet, de conſtitut.* & tradit notanter Cephalus *in conſ. 91. lib. 1.*

Hæc ſententia *Epiſcopi* mihi vera videtur non per rationes ab eo adductas, quæ (vt ego iudico) parum vr-
6 gent, ſed per ſequentia fundamenta. *Primo* † ad hoc adduco *l. 44. Tauri*, nam in illis verbis: *Saluo ſi en el poder de la licencia que el Rey le diere, eſtuuiere clauſula, para que deſpues de hecho lo pueda reuocar.* Quia ſicut maioratus conſtitutus Regia facultate poteſt reuocari, licet ſit tradita poſſeſſio, vel ſcriptura; vel vbi factus fuerit cum aliquo Tertio, cuius iam vertitur præiudicium ex reuocatione, vbi in ipſa facultate hoc exprimitur, vt latiùs *in d. l.* declarat, maiori quidem ratione effici debet irreuocabilis, etiam extra caſus in *illa lege* contentos. Vbicunque Princeps prohibuerit maioratus reuocationem ex conſenſu conſtituentis, qui Principis authoritate, à quo omnes leges procedunt, ſibi manus ligauit.
7 Nam quod operatur † propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito: *l. vltima, §. vltimo, ff. de legat.*
8 3. & contrariorum † eadem eſt diſciplina: *l. & ſi contra, ff. de vulga. l. 1.* vbi Bald. *ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur.* licet ad iſtud fundamentum replicari poſſit, quod reuocatio tanquam fauens libertati teſtandi, & diſponendi de rebus propriis ſit fauorabilior, quàm prohibitio reuocandi, quippe quæ impediat liberam teſtandi facultatem (prout plenius dico *in q. 30 ſupra, cod. an. 84.* & *in q. 39. infra, a num. 4.*) † vnde non eſt efficax præ- 9
dicta argumentatio, quia eſt ratio diuerſa, vt tradunt Doctores in *prædictis locis.*

Secundo, pro iſta opinione facit doctrina Angeli *in d. l. omnibus*, vbi dicit, quòd ille textus † procedit, niſi 10
agatur de præiudicio alterius à volente reuocare: & idem tenet Abbas *in cap. cum acceſſiſſet, num. 6 2. de conſtitut.* Lappus *allegat. 86. in quæſtione vertente*; & alij quos referunt Felinus & Decius *num. 3. in d. c. Cum acceſſiſſet.* Quare cùm in iſto caſu Principis confirmauerit maioratum, quem quis fecerat, prohibendo reuocationem, iam agitur de præiudicio eius, in cuius fauorem conſtituit maioratum, & omnium vocatorum, non debet eſſe licita pœnitentia.

Et ex hoc vltimo videtur nihil prædictæ ſententiæ obeſſe quædam doctrina Bart. *in l. omnes populi, num. 35. ff. de iuſtitia & iure*, vbi dicit, quòd ſtatutum per Superiorem confirmatum, poteſt reuocari, † quando ad tale 11
ſtatutum condendum non erat neceſſaria Superioris authoritas; quem ſequuntur communiter Doctores ibi *in d. l. omnium*; & *in d. c. cum acceſſiſſet*: & eſt notabilis doctrina Bald. *in l. ex placito, num. 7. C. de rerum permut.* de qua per Decium *in conſ. 262. num. 12.* ex quo aliquis arguere poſſet, quòd ſicut ad faciendum maioratum irreuocabilem, vel reuocabilem, non eſt neceſſaria Principis licentia, ita poſt Principis confirmationem, quæ non erat neceſſaria, debet eſſe licita pœnitentia. Quia † (vt apparet ex ſuperioribus) doctrina *Bartoli* 12
procedit, niſi in tali reuocatione agatur de præiudicio Tertij.

Tertio, pro hac opinione bene facit text. *in c. 1. de confirmat. vtili vel inutil.* & *l. 15. tit. 18. part. 3.* & *cap. 1. de tranſaction. c. 2. de pact.* cum his quæ ſcribunt Felin. *in c. qualiter & quando, in 1. num. 17.* & 18. *de accuſat.* Carol. Ruin. *in conſ. 187. num. 7. lib. 2.* Cephal. *in conſ. 369. num. 135. lib. 3.* vbi tractant, quantæ conſiderationis & effectus ſit confirmatio Principis, etiam in actibus aliàs de iure validis: & faciunt ſcripta per Rolandum *conſil. 54. num. 13. cum ſeqq. lib. 2.*

Quarto, longè inter ſe diſtant, † quòd Princeps maioratum ſimpliciter confirmauerit, prout cauetur *in d. l.* 13
omnium, vel ſimul cum confirmatione prohibuerit maioratus reuocationem; quia vbi in confirmatione adeſt prohibitio reuocandi, eſt duplex vinculum, quod fortius operatur, † quàm vnum; *authen. itaque C. commu. de* 14
ſucceſſion.

Quinto, *d. l. omnium*, loquitur in teſtamento, cuius reuocatio nullo ferè fræno cohiberi poteſt, vt ſatis conſtat ex ſcriptis in prædictis locis: & *in l. ſi quis in principio teſtamenti, ff. de legat. 3.* & in aliis locis, vt per Epiſcopum Couarru. *vbi ſupra*. Maioratus autem eſt irreuocabilis in caſibus contentis *in d. l. 44.* ergo non eſt mirandum, quòd ex Principis priuilegio etiam ſit irreuocabilis accedente conſenſu conſtituentis. Et quòd primogenitura facta cum conſenſu Principis † non 15
poſſit per contrahentes reuocari, volunt Decius *in conſ. 468.* & alij quos citant Tiraquellus *in tractatu de primogenitura, q. 8. n. 7.* Anton. Peregrinus *in tract. de fideicom. art. 51. n. 47. fol. 487.*

Sextò, ad hoc eſt in ſimili, ſententia Pinelli *in l. 1. C. de bon. mater. p. 3. num. 50. fol. 106.* *in verſ. octaua limitatio*, vbi dicit, quòd tranſactio ſuper bonis maioratus non valeat, id fallit, † ſi fuerit à Principe confirmata 16
pro bono pacis, de quo latiùs tracto *in 4. p. huius operis, q. 22. n. 5.*

¶ Septimo ad hoc adduco *l. ſi quos, C. de Decurionib. lib. 10.* de qua agit Pinellus *in l. 2. part. 2. nu. 23. fol. 86. C. de reſcindend. vendi.*

¶ Octauo, hanc opinionem ſentit in terminis etiam Greg.

Greg. Lop. *in l. 10. tit. 26. fol. 69. col. 2. in fine, in verſ. item aduerte, part. 4.* vbi dicit, quòd ſi in Regia facultate data ad faciendum maioratum caueatur, quod non poſſit reuocari per facientem, hoc non obſtante, conſtituens poteſt alienare vnam ex rebus vinculatis: quod vltimum, verum mihi non videtur. Quia ſi verum eſt,
17 quod totum maioratum non poteſt reuocare, † ita neque partem aliquam ipſius: *l. quæ de tota, ff. de rei vendicat. l. 1. §. ego Oſſilio aſſentio, ff. de aqua quotidian. & æſtiua.* ibi, *Non poteſt ita in parte eius vis fieri, quin in tota aqua vis fiat: l. ſi quis cum totum, ff. de excep. rei indic.* & traditur per Euerardum *in tentum locis, loco 80.*
18 *pag. 506.* Et qui rem non poteſt tollere, † nec poteſt reformare, *l. iuris gentium, §. adeo, ff. de pact.* & dictum fuit *ſupra q. 26. num. 3.* Et non licet à capite membra diſcedere, *c. non decet, 12. diſtinctio. Authen. de Eccleſiaſt. tit. in principio.*

In dicta autem allegatione Gregor. Lopez *in d. l. 10.*
19 animaduerto, quòd eam allegaui † pro noſtra opinione in primis verbis ſuæ concluſionis, dum præſupponit, ex facultate Principis poſſe fieri maioratum irreuocabilem. Et ideo iſtam allegationem iniuſtè reprehendit Auendanus *in l. 44. Tauri, gloſſ. 2. num. 4. fol. 179.* & in ſecunda concluſione reprobo Gregorium Lopez. Et vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri: *l. cum qui ædes. ff. de vſucapion.*

Nonò, ſi authoritate *legum 17.* & *44. Taur.* melioratio, vel maioratus non poteſt reuocari, vbi traditio interuenit, etiamſi iſta fiant in vltima voluntate Princi-
20 pis authoritate, † quæ eſt lex animata in terris: *l. 1. ff. de conſtit. Princ.* iuſtum eſt quod fiat irreuocabilis.

¶ Decimò, inquit ſingulariter ad propoſitum Matth. de Affli&. *in conſtit. Neapo. lib. 3. rubr. 5. de reuocand. aliena. num. 75. fol. 265.* quòd ſi pater habuit feudum acquiſitum de nouo, cum aſſenſu Regio diſpoſuit, vt ſo-
21 lus primogenitus ſuccedat, † non poteſt poſtea facere ſecundum teſtamentum, in quo omnes filios inſtituat hæredes in feudalibus, caſſando primum, per Gloſſam *in cap. frater, 17. q. 4. & c. 2. de confirma. vtil. vel. inutili.*

¶ Vndecimo, ſcribit Cephalus *in conſ. 337. nu. 18. lib. 3.* ex Bolognin. *in conſ. 62.* Paulo de Caſtr. *in conſ. 164. lib. 2.* quòd ſi maritus & vxor fecerunt maioratum cum
22 authoritate Regia, † non poſſunt reuocare talem primogenituram abſque Principis licentia. ¶ Quod vltimum moderandum & intelligendum eſt, ſecundum ea, quæ ſcribo *ſupra, hac parte, 1. q. 23.* & iſta concluſio eſt magis certa vbicunque in facultate Regia fuerunt derogatæ leges Regni, quia tunc cum cenſeatur derogata *d. l. 44. Taur.* difficilius reuocatio maioratus permittitur.

Ex quibus tandem apparet veritas & reſolutio huius quæſtionis. Et veram eſſe aliam ſententiam Peraltæ *in l. 3. §. qui fideicommiſſam, n. 119. pag. 238. ff. de hæred. inſti.* vbi vult, quòd maioratus † non poteſt reuocari, vbi
23 licentia fuit conceſſa per Principem, adempta ipſi impetranti facultate reuocandi; vel expreſsè, vel tacitè; putà, prohibendo ipſi impetranti alienationem rerum maioratus ſub pœna priuationis: quam ſententiam aliquibus iuribus & rationibus confirmat.

QVÆSTIO XXXVIII.

Faciens maioratum virtute Regiæ facultatis, ſi renuntiauerit facultati Regiæ, & priuilegio, an videatur renuntiare l. 44. Tauri? & de aliis ſimilibus quæſtionibus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio proprio quilibet poteſt renuntiare.*
2 *Nobilis an poſſit propriis priuilegiis renuntiare.*
3 *Deciſio præſentis quæſtionis.*
4 *Qui renuntiat priuilegio, non cenſetur renuntiare iuri communi.*
5 *Ius priuilegij facilius tollitur quàm ius commune.*
6 *Per prouiſionem hominis non ceſſat diſpoſitio legis, & n. 8. Quid quoad obligationem naſcituram. n. 31. & quando dicatur lex, vel hominis diſpoſitio. n. 7.*
9 *Prouiſio legis in beneficio dato à lege non ceſſat, & quid in pœnalibus? ibid.*
10 *Renuntiationes ſunt ſtricti iuris.*
11 *Nec extenduntur de caſu ad caſum.*
12 *Renuntians vni facultati, aliis renunciare non videtur.*
13 *Diſpoſitio Principis apta interpretari in derogationem iuris communis, & etiam ad præſeruationem; pro præſeruatione interpretanda.*
14 *Cum quis prætendit aliquid de iure communi, & etiam de ſpeciali, ius commune an aliquid addat.*
15 *Princeps videtur vti iure communi, non ſpeciali.*
16 *Actus quando videatur factus iure ſpeciali, ex priuilegio, aut iure communi? remiſſiuè.*
17 *Ex duabus cauſis, quæ iuri communi inhærent, præfertur alteri, quæ iuri ſpeciali.*
18 *Fortior eſt diſpoſitio legis quam hominis.*
19 *Vbi ceſſat priuilegium, ius commune remanet.*
20 *Diſpoſitio generaliter facta ad omnia refertur.*
21 *In facultate Regia ſi adeſt idem priuilegium conceſſum per l. 44. Tauri, illo renunciato, an dicta legi renuncietur. Et an renuncians priuilegio dicta legis renunciet priuilegio reuocandi maioratum. num. 25. & 34.*
22 *Fruſtra fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora.*
23 *Vno ex pluribus iuribus renunciato, alterum remanet & num. 28.*
24 *Sublato iure communi, an cenſeatur ſublatum ius ſpeciale idem continens, refertur ſententia affirmans; Negans tamen, n. 35.*
26 *Vbi poteſt cadere alia præſumptio quàm renunciationis priuilegij, illud non cenſetur renunciatum.*
27 *Non præſumitur quis ſuo iuri renunciare, ſi alia coniectura capi poſſit.*
29 *Per prouiſionem ſtatuti non intelligitur in dubio derogatum prouiſioni iuris communis.*
30 *Per ſpecialem partium conuentionem non cenſetur recedi à beneficio ſtatuti generaliter inducti.*
32 *Expreſſa prouiſio teſtatoris facit ceſſare tacitam prouiſionem legis.*
33 *Renunciatio iurium competentium reſtringitur ad cauſam ſpecificatam.*
36 *Renunciationes generales, iura, actiones, & remedia comprehendunt.*
37 *Renuncians cuique priuilegio, omnibus renunciare videtur.*
38 *Habens Regiam facultatem ad primogenij inſtitutionem, an primo inſtituto, poſſit aliud ex Tertio & Quinto inſtituere, remiſſiuè.*
39 *Priuilegiatus viam iuris communis eligens, priuilegium an renunciet.*
40 *Licentia reuocandi, vel non, ſecundum l. 44. interpretanda.*

TRigeſimooctauò quæro, ſi quis impetrauit à Rege facultatem ad condendum maioratum cum facultate, quòd eum poſſit reuocare quando voluerit, vtendo tali facultate fecit maioratum in filium, & renunciauit facultati Regiæ, quæ ei conceſſa fuit ad reuocandum maioratum, an videatur etiam renunciare beneficio *l. 44. Taurinæ*, quæ reuocationem maioratus regulariter permittit? Ad cuius quæſtionis reſolutionem ſuppono, quòd valet renuntiacio facultatis, quæ conceſſa fuit ad reuocandum maioratum, & patri ligantur manus ad hoc, vt non poſſit quantum ad reuocandum vti licentia Regia: quia cùm ea clauſula ſit appoſita in merum fauorem illius, qui licentiam impetrauit, huic renuntiare
1 iure permittente † poteſt, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de*
Epiſcop.

Episcop. & Cleric. cum *concordan.* vt per Ias. *in l.1.nu.4. cum aliis ff. de feriis,* & *in l. ius publicum, ff. de pactis,* & alios *in cap. si diligenti, de foro competenti.* latius Angel. Aretin. vbi multa bona cumulat *in § idem iuris, nu.41. cum sequentibus. Institut. de excep.* & Rebuff. *in praxi beneficia. in tit. de differen. inter manda. & rescrip. pag. 99. n.38.* Tiraquell. *in tract. de primogen. q.24.* Episcop. Conarr. *in c. quamvis pactum, de pact. in 6. in initio secundæ relectionis, n.5. fol.61.* vbi tractat illam notabilem quæstionem, in qua auditores huius Regalis Cancellariæ varias proferunt sententias : vtrum nobilis (quem nos *Hidalgo* vocamus) possit renuntiare priuilegiis illis per leges tam Regales, quàm ciuiles competentibus, vt pro debitis non debeant, nec valeant incarcerari, & aliis similibus priuilegiis ? In quo tandem concludit,
2 eam renuntiationem † validam esse, sicut Greg. Lop. *in l.34. tit. vltim. par.7.* quod latius disputat Bæza *lib. de inope debitore, c.16. n.37. & 38. fol.112.* & est optimum consilium pro eo, qui prætendit facere maioratum irrevocabilem, quòd promittat non reuocare maioratum, renuntiando facultati Regiæ, quæ hoc concedebat, vt animaduertit Molin. *lib.4. de primogen. c.2. n.79. fol.137.*

Hoc autem suppositio in nostra quæstione, omissa disputatione, prima facie videtur dicendum, † quòd licet
3 quis renuntiauerit facultati Regiæ, quam habebat ad reuocandum maioratum semel factum, non tamen excluditur à beneficio *l.44.* nisi ei specialiter & generaliter renuntiauerit. Quæ conclusio deducitur ex textu notabili *in l. miles, §.60. in fine ff. de aduiter.* vbi probatur, quòd ille, qui renuntiauit priuilegio, † non censetur renuntiare iuri communi : & tenet Bald. per illum textum *in l. sed & si quis, §. quæsitum, in fine ff. si quis caution.* Anton. de Butrio *in c.1. nota.2. de transaction.*
4 notat & explicat Decius *in c.1. lect.1. n.23. fol.34. col.4. in vers. 5. & vlt. de iudi.* Alcia. *lib.5. Paradoxorum, c.15.* eleganter Rebuf. *in Concord. in rubr. de Regia ad prælatur. nom. §. vlt. in verb. priuilegia, p.215.* ¶ Et ius priuilegij facilius † tollitur quam ius commune : *l.1. C. de*
5 *thesaur. lib.10. l.1. in fin. ff. de iure immuni. l. eius militis, § militia missus ff. de testam. militis:* notat Ias. *in l.1. § veteres. ff. de acquirend. possess. & in l. si quis extraneus, n.15. fol.78. ff. de acquir. hæred.* Decius *in cons.638. n.13.* Alciat. *in tract. præsumption. regul.3. præsump.36. n.13. pag.378.* Tiraq. *lib.1. de retract. §.35. glos.4. n.41. & regula, Cessante, limita.1. n.4.* & materiam declarat Anton. Gabriel *lib.6. commun. opinionum, tit. de regul. iur. concl.9. n.1. cum aliis, pag.332.* ¶ Et per prouisionem hominis † non cessat dispositio legis Glos. *in l. vltima, C. de*
6 *pact. conuen.* de qua per Fanum *de pignor. membr. 4. part. 2. nu.87.* & declarat Bart. *in l. si dotem, ff. soluto matrim.* Bald. *in l.1. C. communi. de legat.* Decius *in l. creditor. ff. si certum petatur :* & melius omnibus Anton. Gabriel *d. tit. de regul. iuris, conclus.8. n.1. cum aliis, pag.331.* Alexand. *in consil.126. n.6. lib.5.* Lambertin. *de iure patronat. lib.1. part.2. 2. quæst. principal. art.5. nu.4. fol.132.* qui loquitur in quadam vocatione masculorum ad ius patronatus. Simon de Prætis *de interpretand. defunct. voluntat. lib.2. interpretat.1. dubitat.2. solut.5. nu.72. & 73. fol.94.* Oldradus *decis. Pedemontana 162. n.9.* Ias. *in l.2. n.176. C. de iure emphyteu. & in consil.18. n.8. lib.1.* Decius *in consil.386. n.6.* Bald. Nouel. *in tractatu, de dote, part.6. priuileg.68. n.1. fol.24.* Curti. Senior *in consil.50. n.31.* idem Iaso *in l.3. n.14. ff. de legatis 1. & in l.4. § si ex conuentione, n.14. ff. de re iudicat. & in l. si extraneum, n.4. ff. de condict. ob causam,* Curt. Senior *consil.50. n.31.* Rebuff. *tom.1. ad constitut. & gras. titul. de sententiis pro-*
uisionalibus, in præfa. n.8. pag.224. qui materiam explicant, quarum declaratio confert ad quæstionem singularem in ista materia. cùm aliquis ad successionem maioratus vocauit certas personas, an excluſæ censeantur
7 illæ personæ, quas lex vocat. Et quando † dicatur legis dispositio, vel hominis, legenda sunt quæ notabiliter scribit Petr. Barbosa *in l. si constante, n.134. & 135. pag.580. ff. solut. matrim. tom.2.*

Et per prouisionem hominis † non censetur recessum à prouisione legis, quando tendunt ad idem, & se 8
compatiuntur, secundùm Bart. & Paul. de Castr. *in l. si cum dotem, in princip. ff. solut. matrim.* Bald. *in cons.329. numero 1. lib.1.* Cephal. *in consil. 153. numero 43. lib.2.* Anton. Petram *in tractatu de fideicommiss. quæst. 1. num. 97. pag. 18.* faciunt scripta per Carolum Ruinum *in consil.34. num.2. lib.1.* Cephal. *in consil.121. num.4. lib. 1.* Rolandum *in cons.70. numero 72. lib.3.* Et vbicunque prouisio legis est specialiter inducta, talis prouisio facit cessare prouisionem legis, vt tradunt Glossa, Bartolus, & alij *in l. 2. C. de iure emphyteu.* Ias. *in l. item quia : ff. de pact. & in Institut. §. item Seruiana, numer.67. de actionibus,* Curtius Senior *in cons.50. numer.31.* Gomez *in regula, de infirmis resignantibus, quæst.35. pag. 223.* Ancharran. *in cons.412. numero 3.* tradit Vincentius Carrocius *in tractatu de locato, tit. de statutis, numero 51. fol.241.* ex Bart. & aliis. Et quòd prouisio legis
9 in beneficio dato à lege non † cessat, secus in pœnalibus, probatur *in l.4. §. si quis condemnatus, ff. de re iudicat.* notant Bald. *in l. quid ergo : § pœna grauior, ff. de his, qui notantur infamia,* Matthæus ab Afflictis *in constitut. Neapol. lib.4. rubr.27. numero 73. fol. 303.* Et renuntiationes sunt stricti † iuris, & in eis non veniunt 10
nisi quæ sunt expressa, secundùm Calderinum *in cons. 8. An habens, titul. de præbend.* quem vbicunque sequitur Decius, præcipuè *in consil.452. num.21. & sequenti, & 460. numero 6. & 379. numero 2. & in consil.495. numero 20.* Cephal. *consil.25. numero 47. lib.1.* Rolandus *consil. 95. num.44. lib.1.* Bursat. *consilio 32. numero 40. & numero 48. lib.1.* & idem tenet Barthol. Socin. *in cons. 96. in fine, lib.1. per l. si ex pluribus, ff. de solution. & l. emptor, §. Lucius, ff. de pact.* Seraphin. *de priuilegiis iuramenti, priuil.23. numero 29. & priuil.83. numero 12. pag.487.* ad quod plures Authores refert Tiraquel. *in l. si vnquam, in princip. numero 128. pag.65. C. de reuocand. donat.* vbi *in numero sequenti* tradit, quòd vbi capi potest alia coniectura, non est præsumenda renuntiatio; quod latiùs tracto *in q.69. infra, eodem nu.4.* faciunt scripta per Mascard. *in tractatu de probation. lib.3. concl. 1263. n.20. & concl.1264. n.9. 10. & 11.* qui *n.7.* tradit quod renuntiationes sunt stricti iuris.

Et renuntiationes † non extenduntur de casu ad ca- 11
sum, nec de persona ad personam secundùm Decium *in l. post quam liti, n.16. C. de pact.* Bald. *cons.281. lib.3.* Aym. *cons.251. col.3. vers. rursus Ecclesiæ,* Menoch. *in cons.1. n.217. lib.1.* & conclusionem latissimè ornat Mascard. *in tract. de probation. concl.1264. nu.1. cum sequentibus, fol.205.* vbi tamen *n.25.* ex Guillelmo Benedicto *in cap. Raimundus, in verb. in eodem testamento relinquens, in 1. n.146.* tradit, quòd si primogenitus passus est feudum à domino recognoscere, & iura debita feudorum domino soluere, & cætera onera subire, iuri primogenituræ renũtiasse videtur; & conducũt scripta per eundẽ Ioseph. Mascard. *d. l.3. concl.1267. n.1. fol.210.* ¶ Et renuntians
vni facultati, † aliis renuntiare nõ videtur. *l. si domus. ff.* 12
de seruit. vrbanor. præd. Et facit doctrina Decij *in cõs.610. n.4. & 5.* vbi dicit, quòd si dispẽsetur circa vnam solẽnitatem testamenti, in cæteris dispensatum non videtur.

Et dispositio Principis, quæ potest interpretari in derogationem iuris communis, & etiam ad præseruationẽ iuris communis; potius † interpretatur secundo modo; 13
secundum Innoc. *in c. dudum, in fine, de præbend.* & alibi non inuenitur secundùm Butr. *ibi,* & de eo meminerunt Bald. *in l. bonorũ, C. qui admitti:* Cæsar Lamberti. *de iure patrona. 2. l.6. art.9. q. princip.3. part. fol.239. n.4.* Quod confirmo per notabilem doctrinam Abbatis per illum text. *in c. cum olim, de præscript.* in quo textu probatur, quòd si aliquis prætẽdit aliquod ius ad aliquã rẽ, de iure communi, & etiam de iure speciali causato ex cõsensu, aut ex cõuentione partiũ, ius † cõmune nihil plus iu- 14
ris tribuit; quẽ textũ valde commendat Abbas: & id etiã tractat Glossa *ibi,* & hoc celebrat Rodericus Suarez *allegat. 28. versic. concludo ergo.* ad quem addo scripta per Francum

Francum *in cap.2. de præbend. in 6. num.6.* vbi latè disputat, quando consuetudo disponit idem quod ius commune, an aliquid addat ? vbi Dominic. *num.2.*

Ex quibus infertur argumentum ad quæstionem, quam disputat Molina *lib.2. de Hispan. primogen. cap.2. num.13. fol.212.* vbi tractat, an maioratus simpliciter constitutus ab eo, qui iurè communi, atque ex Regia facultate facere potest; censeatur factus ex iure communi, an ex Regia facultate ? ad quem addo regulam *l. in testamento,* vbi Alexan. *C. de testament. milit.* & quæ scribit Iosephus Mascardus *in tract. de probationibus, lib.3. conclus.1152. num.4. fol.47.* Menoch. *in tract. præsumptionum, lib.2. præsumpt.16. num.18. pag.129.* po-
15 nentes regulam, quòd † Princeps præsumitur vti iure communi, non speciali, & legenda sunt quæ scribo *supra hac parte q.15. à num.61.* & idem Menochius *in tractatu præsumptionum, lib.6. præsumpt.6. num.1. cum*
16 *seqq. fol.641.* vci latè tractat, quando † actus præsumatur factus iure speciali, & ex priuilegio, vel iure communi. Eleganter Ripa *in l. Centurio, num.23. & 24. ff. de vulgar. fol.73.* quia Molina non refertur, neque ille textus, qui multum facit.

Rursus, vbicunque concurrunt duæ causæ, quarum vna innititur iuri communi, altera speciali; illa, quæ
17 iuri communi inhæret † præfertur, secundùm Baldum *in l. si quis Decurio, n.5. C. de falsis :* Alciatum *in l.2. in principio, num.33. ff. de verborum obligationibus.* Aymonem *in cons.258. num.21.* & alios, vt per Menochium *casu 472. num.11. & 12.* Et fortior est dispositio legis,
18 † quam hominis; *l. si libertus minori, ff. de iure patronatus,* cum *concordantibus,* scriptis per Barbosam *in l. si constante, num.26. pag.319. & num.136. pag.581. ff. soluto matrimonio.* Et est alia regula iuris, quòd vbi cessat
19 priuilegium, † remanet ius commune, *l. sed & milites, in principio, ff. de excusat. tutor. l. si post missionem, ff. ad legem Falcidiam :* notat Baldus *in cons.352. lib.3.*

Adhuc tamen replicari potest, quòd dispositio generaliter facta, † ad omnia refertur : *l. pluribus, ff. de ac-*
20 *ceptila. l. vltima, C. de dotis promissione,* cum *concordan.* vt per Alex. *in cons.68. num.6. lib.5.* vbi Glos. Parisiens. Tiraquel. *in l. si vnquam, in principio, num.113. C. de reuocand. donation. & lib.1. de retract. §.1. glos.14. n.101.* Vnde dici potest, quòd si in facultate Regia adest idem priuilegium, quod conceditur per *d. l.44. Taurinam,* nec aliud speciale habet, si renuntiatum fuit priuilegio,
21 † renuntiatum videtur *legi 44.* Et frustra † fit per
22 plura, quod fieri potest per pauciora : *l. cum fundus, § seruum tuum imprudens, ff. si certum petatur : l. dominus testamento, ff. de condict. indeb. Clementina, auditor, de rescript.* Et ad hoc facit, quod notat Decius *in dict. cap.1. de iudic.* vbi dicit, quòd regula *d. l. miles, § sexaginta,* procedit, si vltra ius commune, aliquod com-
23 petat priuilegium : nam ex pluribus iuribus, † si alij renuntiat, alterum remanet : *l. si domus, ff. de seruit. vrban. prad.* Secus si vnum ius tantum competit, quia illud tollitur per renuntiationem : *l. stillicidiis, ff. quemadmodum seruit amitt.* Et sublato iure communi, † cen-
24 setur sublatum ius speciale idem continens, vt tradit Felinus *in cap.1. n.10. de rescriptis.*

Sed si quis habens facultatem Regiam ad faciendum maioratum cum clausula, quòd eum reuocare possit, augere, vel minuere; constituit maioratum in filium, & renuntiat facultati sibi competenti ad reuocandum maioratum ex *d. l.44.* quæro, an videatur etiam priuilegio ei concesso ex Regia licentia ad reuocandum maioratum quoties voluerit renuntiare ? In quo tenen-
25 dum videtur, quod ex tali renuntiatione † non censetur renuntiatum priuilegio & facultati Regali : imo oportet ei etiam renuntiare, quod patet ex dictis *in num. precedenti.* Et quia vbi potest cadere alia præsumptio quàm renuntiationis priuilegij, † ei non præsu-
26 mitur renuntiatum, secundùm Hostiens. Ioan. Andr. & Anton. *in cap. accedentibus, de priuileg.* notant Alexand. *in cons.33. num.10. lib.5.* Decius *in cons.374. num.5.* Ludouic. Gozadin. *in cons.23. num.3.* facit *l. voluntaria, C. de excusat. tutor.* notant Felinus Decius, & alij *in cap. cum accessisset, de constitut.* & conducunt quæ scribit Gregor. Lopez *in l.42. tit.18. part.3. in glos.1.* De quo puncto legenda sunt quæ nouissimè scribit Menochius *in tract. præsumption. lib.6. præsumpt.41. fol.99.* Et nun-
quam præsumitur quis iuri suo renuntiare, † si alia con- 27
iectura capi possit : *l. sicut, § non videtur, ff. quibus modis pign. vel hypotheca : l. cum de indebito, ff. de probation.* per quæ iura inquit Paulus de Castro *cons.179. In causa quam magnificus, cons.4. versic. item non obstat, quod postea, l.1.* quòd si primogenitus passus est cæteros fratres secum habitare, administrare, componere Officiales, & alia huius generis facere, sibi non præiudicat; quem citat hoc declarando Tiraquel. *in tract. de primogen. q.25. n.1. cum aliis, pag.219.*

Et repudiato vno iure ex duobus competentibus, 28
† alterum renuntiatum non præsumitur, secundùm Bart. *in l. is potest, § hæres institutus,* vbi Cardi. Alban. *ff. de acquir. hæred.* & *in l. consentaneum, C. quomodo & quando iudex :* Bald. *in l. ignorare, in fin. C. de testam. milit.* & alios, quos citat Mascard. *d. tit. concl.1267. num.5.* Et facit simile quod per prouisionem statuti, 29
† non intelligitur in dubio derogatum prouisioni iuris communis, vt est doctrina Bart. *in l. quoties, ff. de action. & obligat. & in l.1. ff. de vi bonorum raptorum;* & alio-rum, quos refert Alex. *in cons 107. num.2. lib.5.* Quod confirmo, quia per specialem partium conuentionem 30
† non censetur recessum à beneficio statuti generaliter inducti; secundùm Baldum *in l. vltima, C. de reuid. hæred.* Roman. *in cons.121. num.2.* Menoch. *de præsumpt. lib.4. præsumpt.109. num.45. fol.211.* vbi *num. præcedenti* tradit, quòd prouisio hominis tollit prouisionem
legis † quoad obligationem nasciturum, non quoad na- 31
tam, secundùm Baldum *in l. vltim. C. de pact. conuent.* De qua materia legenda sunt quæ scribit idem Menochius *in dict. tract. præsumpt. lib.4. præsumpt 190. n.39. cum seqq. fol.345.* & eodem *lib.4. præsumpt.41. num.13. fol.60.* & alibi tracto, & resoluit Socinus Iunior *in l.2. ff. de legat.1. num.17. fol.154.* ¶ Et expressa prouisio
restatoris facit † cessare tacitam prouisionem legis : *l.* 32
ex filio, §.1. ff. de vulga tradit Menoch. *in tract. de præsumpt. lib.4. præsumpt.41. num.12. folio 61.* Ad quod etiam facit doctrina Pauli de Castro *in cons.15. num.2. lib.1* vbi vult, quòd mulier pro restitutione dotis, omissis fideiussoribus, potest innadere bona fideicommissi, cum prouisio ista sit subsidiaria, & mulier aliter sibi prospexerit, per textum *in l. causam, §. puellam, ff. de manumiss.* & confirmat Anton. Peregrinus *in tract. de fideicommissis, artic.42. num.74. fol.386.* Et licèt quis
generaliter renuntiet omnibus iuribus, ac quibuscunque 33
sibi competentibus, restringuuntur † ad causam speci-
ficatam, vt per *l. in agris, ff. de acquir. rerum dominio :* & alia iura tradit Socinus Iun. *in cons.23. n.12. & 13. libro 2.*

Hoc tamen procedit (provt in præcedenti conclusione dictum fuit) nisi priuilegium contineat idem, quod 34
d. l.44. Taurina : † nam tunc qui renuntiat dictæ legi, renuntiare etiam videtur priuilegio. Ad quod etiam induco textum *in l. si duo patroni, § idem Iulianus, ff. de iureiurand. & in l. vltim. in fin. C. de nupt.* quæ iura & alia consimilia ad propositum inducit Aym. Crauet. *in cons.290. num.1.* cum aliis : licèt contra hoc faciat textus, coniuncta Glos. *in cap. cum olim, de præscriptis,* vbi probatur, quòd quando aliquis prætendit ius ad aliquam rem de iure communi, & etiam prætendit de iure speciali causato ex consensu, vel ex conuentione partium, quòd sibi tribuit idem, quod ius commune, & non plus; si per aliquod priuilegium est sibi derogatum ius commune, † non tamen intelligitur 35
sublatum ius speciale : quem textum extollit, & latiùs ponderat Rodericus Suarez *allegat. 28. vers. concludo ergo.* Et facit etiam simile in ista materia, quòd potius quis videtur in actu, quem facit, vti iure communi,

quàm iure speciali ; iuxta regulam *l.3.in principio, ff.de testament. milit.* quam notanter explicat Sfortia Oddo *in tract.de compendiosa substitutione, part.5. vers. quoad quintum, num.1. cum sequentibus, pag.82.* Quintilianus Mandos. *in regula 20.Cancellariæ, quæst.7.n.9.fol.151.*

Cauendum tamen est à renuntiationibus generalibus, quia omnia iura, & actiones, & remedia † comprehendunt : *l.pluribus , ff. de acceptil. l.emptor, §. Lucius , ff.de pact.* latè Doctores *in l. age cum Geminiano; & in l.si de certa , C. de transaction.* cum *concordantib.* vt per Tiraquellum *in d.l.si vnquam, C.de reuocand.donation.in præfat.n.125.* Iosephum Mascardum *in tract. de probation. concl.1265. num.1. cum seqq.fol.206.* qui *num.47.* tradit, quòd renuntians † cuique priuilegio, omnibus renuntiare videtur ex Bart. *in l.1. ff.si quis in ius vocatus non ierit:* Roland. *consil.2.n.31.lib.4.* Decian. *cons.39.n.93.lib.2.* Et hæc seruiunt pro decisione quæstionis disputatæ à Molina *lib. 2. de primogen. cap 10. num.74.fol.33.* vbi resoluit, vtrum habens Regiam facultatem ad instituendum primogenium, † possit, primo maioratu instituto, aliud primogenium ex Tertio & Quinto instituere : & vide eundem *lib.2.cap.2.n.17. fol.213.& lib.2.cap.4.n.47. fol.231.* ¶ Et quòd priuilegiatus eligendo viam iuris communis, † censeatur renuntiare priuilegio, tradit Seraphinus *in tract. de priuilegiis priuileg.18. pag.85. ex l.final.C.de pact. l.2. C.de iure dotium : cap. priuilegium , 11. quæst.3.* Oldradus *consil.101.*

Noto etiam in materia nostra, & circa præsentem quæstionem aliud singulare, quòd licentia reuocandi, vel non reuocandi maioratum, † est interpretanda secundùm legem 44. *Taurinam*, vt colligitur ex Glos. *in proœmio Clementinarum, in verb.de cætero,* Dominico *in cap. ignorantia, 8. distinct.* & tradit Felinus *in cap. cùm ordinem, de rescript. & in cap. causam quæ , num.7. de præscript.*

QVÆSTIO XXXIX.

An ad hoc vt maioratus factus cum Tertio, ob causam matrimonij, sit irreuocabilis ; requiratur quòd matrimonium fuerit copulæ consummatum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium est maris atque fœminæ coniunctio individuam vitæ consuetudinem retinens. Etiam ante copulam dicitur perfectum , num. 3. 7. 9. 11. 17. & 39. Illud non coitus facit, sed maritalis affectio: num.5. Verum fuit inter B.Mariam & Ioseph , licèt copula non consummatum num.11. Dicitur copulatum sine copula , num.26.*

2 *Ex contractu matrimonij etiam ante copulam, maioratus & melioratio fiunt irreuocabiles.*

4 *Legatum factum mulieri , cùm nupserit, an ex contractu matrimonij debeatur, & num.27. Quid cum grauamen apponitur , vt cum aliquo de familia nubat. num.59. Authoris sententia refertur, n.60.*

6 *Grauatus non contrahere matrimonium cum aliqua, incurrit pœnam contrahendo per verba de præsenti, etiam ante copulam.*

8 *Mulier desponsata per verba de præsenti an possit facere contractum absque licentia mariti. Et resoluitur, n.30. 32. 38. . . & 53. opinio* Ioannis Lupij *circa præsentem quæstionem refellitur, & n.54. Alia sententia* Auend. *examinatur.*

10 *Consuetudo quòd mobilia & conquesta inter virum & vxorem diuidantur , an habeat locum in sponsa de præsenti.*

12 Lex 1. C. vnde vir & vxor, *procedit etiam in sponsa de præsenti ad domum nondum traducta.*

13 *Sponsalia de præsenti magis dicuntur matrimonium, quàm sponsalia.*

14 *A pari potentia par effectus procedit.*

15 *De similibus & connexis idem est iudicium.*

16 *Differentia inter matrimonia de præsenti , & ea quæ copula consummantur , remissiuè.*

18 *Mulier dicitur etiam ante velationem. Quid de viro, num.25. & 33.*

19 *Matrimonium dicitur quod fit per verba de futuro.*

20 *In legibus, testamentis, & aliis dispositionibus, nullum verbum censetur adiectum sine effectu aliquid operandi.*

21 *Verba legum diligenter inspicienda.*

22 *Desponsata per verba de præsenti , nupta dicitur. Et vxor, n.35.& 45. Et est in mariti potestate etiam ante consummationem , n.46.*

23 *Vir qui matrimonium consummauit, sponsus appellatur, & vxor sponsa , n.57.& 71.*

24 *Adulterium committitur cum desponsata per verba de præsenti, nondum cognita , nec ad domum traducta.*

28 *Priuilegia quæ vxoribus dantur pro dotibus, in sponsa per verba de præsenti , & per verba de futuro locum habent.*

29 *Beneficiatus perdit beneficium contracto matrimonio per verba de præsenti sine copula.*

31 *Mulieris appellatione , virgo viripotens continetur.*

34 *Secundùm communem vsum loquendi nupta dicitur velata, postquam est carnaliter cognita, & num.75. & 76.*

36 *Mulieres propter virorum præiudicium, absque eorum licentia contrahere prohibentur.*

37 *Nec earum contractus iuramento firmatur.*

40 *Magis dignum trahit ad se minus dignum.*

41 *Quæ adhærent , sequuntur naturam rei magis æstimatæ.*

42 *Vbi eadem est ratio , veniunt non solum ea, quæ ex stricta significatione vocabuli procedunt , sed etiam quæ ex lata.*

43 *Vbi eadem militat ratio, extensio non est.*

44 *Iura exorbitantia à paritate rationis excluduntur.*

45 *Leges prohibentes mulierem vxoratam sine viri licentia contrahere non possè , fauorabiles sunt.*

47 *Filia coniugata , vt sit libera à patria potestate , an debeat prius velari.*

48 *Sententia Authoris.*

49 *Duæ qualitates contrariæ non debent concurrere in eodem subiecto.*

50 *Conditio nuptiarum , per verba de præsenti impletur, & num.61.*

51 *Coniunctio animorum per verba de præsenti absque copula contrahitur.*

55 *Dispositio de muliere nupta copulam non requirit.*

56 *Sponsalia de præsenti, verè sunt matrimonia.*

58 *Vxoris appellatione, etiam in statutis, venit sponsa de præsenti , & num.63.*

62 *Sponsa habet priuilegia dotis.*

64 *Sponsalia per vxorem contracta an faciant deficere conditionem viduitatis.*

65 *Quid si per verba de præsenti contrahantur.*

66 *Vidua virgo an incidat in pœnam legis , si nubat intra annum luctus.*

67 *Pœna statuta aduersus mulieres secundò nubentes an incurrantur propter sponsalia, & n.74.& 77.*

68 *Quid de pœna apposita contrahenti cum consanguineo.*

69 *Sententia quædam* Neuizani *circa sponsalia examinatur.*

70 *Sponsalia quando nomine* Matrimonij *contineantur, aut secus.*

72 *Si quis contrahens sponsalia per verba de præsenti, ante copulam , suscipiat filios ex alia muliere , an sint naturales vel adulterini , remissiuè.*

73 *Lucra*

73 *Lucra habita per sponsum de præsenti ante traditionem ad domum , an communicentur sponsæ.*

78 Lex 25.Taur. *an procedat in dote promissa, vbi mulier tantum est desponsata per verba de præsenti, remissiuè.*

79 *Pater & mater, si meliorauerunt filiam, vt contrahat matrimonium cum aliquo , illo mortuo antequam contrahat, melioratio an reuocari queat.*

Post num.79. inuenies Summaria quæ desiderantur.

TRigesimononò scimus , quòd ex dispositione *legum 17. & 44. Taurin.* patri permittitur reuocare donationem Tertij, & maioratum , nisi melioratio aut maioratus factus fuerit cum alio Tertio ob causam onerosam matrimonij. Quæritur igitur, an ad hoc quòd maioratus vel melioratio sit irreuocabilis , oporteat quòd matrimonium sit factum , & carnali copula consummatum ; vel an sufficiat, quòd sit factum secundùm dogmata & constitutiones Ecclesiæ , licèt copula non
1 adfuerit ? Nam matrimonium † est maris atque fœminæ coniunctio , individuam vitæ consuetudinem continens : *l.1.ff.de ritu nupt. l 1. §.hinc fit, ff.de iust.& iur. §.1.27. quæst.7.§.1.Instit.de patr.potest.* cum *concordant.* Nihilominus tamen contrarium verum est , quod mai-
2 oratus † vel melioratio est irreuocabilis ex solo contractu matrimonij, licèt copula non interuenerit. Quia
3 matrimonium etiam ante copulam † dicitur perfectum: *cap. beata , cap. coniux* , vbi Archidiaco. *fol.331. cap. omne, 27.quæst.1.cap.1.& 2. de matrim.contract. contra Interd.Eccles. l.nuptias, ff.de reg.iur.* quod plenius fundatur ex scriptis per Tiraquellum *in l.si vnquam , C.de reuocan. donat. in verbo, donatione largitus : n.224.* & Episcop. Couar. *in epitome de sponsal. p.2. cap.1. n.1. cum aliis* , Greg.Lopez *in l.18. in glos. in verb.* Ante, *tit.11. part.3.* facit text. *in l. cum fuerit , ff.de condition.& demonstration.* vbi Glos. per quem dicit Alex. *in cons.20.lib.2. num.1.* quod legatum factum mulieri cum
4 nupserit, † debetur per solum contractum matrimonij: de qua *l.cum fuerit,* & de ornatu istius materiæ & quæstionis, latè agit Menochius *in tract.præsumption.lib.4. præsumpt.147.nu.1. cum seqq. fol.266.* & est *l.13.tit.7.*
5 *part.1. l.cum hic status, §.si diuortium,* ibi , † *Non enim coitus matrimonium facit , sed maritalis affectio , ff. de donat. inter vir. & vxor.* faciunt quæ in isto proposito scribit Barbosa *in l.2. in principio, p.1.n.53. pag.666. ff.soluto matrim. p.1.* Et facit quod habetur in Euangelio *Matthæi, cap.1.* ibi, *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam :* & ibi , *Et accepit coniugem suam.* De quo legendi sunt *§.ecce impossibilitas, vers. item si coniuges, 27. quæst.2.* & Magist. Sententiarum *distinct.30.* Tiraquel. *de legibus connubialibus, glos.2.* de son marit, *num.20.fol.251.* ¶ Et graduatus non contrahere matri-
6 monium cum aliqua persona , dicitur contra fecisse , & pœnam † incurrit , contrahendo matrimonium absque copula per verba de præsenti, secundùm Aretinum, *in cons.67.col.2.vers.venio ad primum* , quem citat Simon de Prætis *lib.4. de interpretanda defuncti voluntate. dubit.1. num.2.fol.442.* quod etiam tracto *infrà, in q.51. num.37.* facit etiam *l.tutor, in 2. ff.de sponsal. l.si vxor, §.diuus, ff.de adulter.* & quæ scribit Rebuffus *in cap. postulastis, de Clerico excommuni. in princip. num.3. & 9. pag.472.* Et conducunt quæ scribit Menchaca *libro controuersiarum, cap.3. num.21.*

¶ Et quod matrimonium sit perfectum etiam ante
7 copulam , ex pluribus † probat Ioan.Guttierez *in Canonicis quæst. q.17. num.21. cum seqq.pag.174.* vbi magnis viribus probare nititur opinionem tenentium, Papam dispensare non posse super matrimonio etiam per copulam non consummato : de quo per Menochium *cons.15. num.2.* Neuizanum *in sylua nuptiarum , lib.1. num.152. pag.76.* Ad quos addo eundem Menochium *in tractatu de præsumptionibus, lib.2. præsumpt.10. n.37.* Matienç. *in rubr. tit.1. lib.5. Recopilationis , num.74. fol.11.* Portium *in consilio 174.* Conradum *in templo Iudicum, lib.2.cap.1.n.28. pag.130.* Nauarrum *cons.1. de frigidis & maleficiatis , lib.4. pag.414.* Curtium Iuniorem *in cons.170.num.1.* Barbosam *in 2. part.rubricæ. ff.soluto matrim.num.102.pag.82.* Menochium *de arbitrariis iudicum, lib.2. casu 455.n.10.* Quod in istis temporibus, proh dolor, inter Magnates contigit.

Ex quibus omnibus & aliis quæ infra dicentur, infertur decisio cuiusdam quæstionis , quæ in hac Regali Cancellaria de facto contigit, & ad tertiam Aulam remissa fuit. An mulier desponsata per verba de præsenti , possit facere contractum absque licentia mariti ? nam contigit , quòd parentes filiam nuptui tradiderunt cuidam Nobili , promissa magna quantitatis dote , & antea quam matrimonium carnali copula consummarent , & ad domum mulier traducta fuisset , & facerent vitam coniugalem ; mulier illa desponsata dotem promissam vinculauit in fauorem fratrum, cum quibusdam clausulis, & conditionibus : vnde fuit dubitatum, & inter Iudices & Aduocatos magna contentione disputatum , & ad tertiam Aulam remissa contentio de validitate dicti vinculi ? in qua quæstione semper mihi placuit, & adhuc non displicet opinio, quòd talis contractus non valuit † absque licentia sponsi per verba de 8
præsenti. Ad quod me mouent sequentia iura & rationes, præter eas, quæ dicta sunt, quæ magno cum labore inueni.

Prima ratio est , quia hoc docet lex Euangelica , de qua supra facta est mentio. ¶ Secundò, hoc probant iura Canonica *suprà* relata ; ad quæ addo textum *in cap. cum initiatur , 27. q.2.* ibi, † *Cum initiatur coniugium , Coniugij nomen nanciscitur.* ¶ Tertiò, hoc voluerunt Iurisconsulti , sola ratione naturali moti , & carentes lumine Euangelij *in locis suprà citatis , & in l. Seia 67.ff.de donation.inter vir. & vxor.* ibi , *Etiam antequam mulier ad domum deducatur , tabulæ dotis signatæ sunt,* quem textum ad propositum aduocat, & latè confirmat Barthol. Socinus *cons.123. num.12. lib.1. & in l.hoc legatum, ff. de legat.3.* ibi , *Nec interesse visum est ante ductam vxorem id pater paranisset, an postea :* quam conclusionem ex aliquibus confirmat Matthæus de Afflictis *in constitut. Neapolit. lib.1. rubr.37. num.31. fol.100.* post Andr.de Isernia *ibi.* Et consuetudo disponens , quod mobilia & conquesta inter virum & vxorem diuidantur , † habet locum in sponsa de præsenti : 10
vt latè fundat Nicol.Boërius *decis.22.num.33.* faciunt scripta per Iasonem *in l.maritus , C. de procuratoribus,* Tiraquellus *lib.1.de retractu : §.10. glos.unica, num.8. pag.493.* Et matrimonium inter S.Ioseph & Dominam nostram Mariam fuit verum matrimonium , † licèt co- 11
pula non fuerit consummatum, vt per Chassan. *in consuetud Burgund. rubr.4. §.6. num.17. fol. mihi 148.* quid alia ad propositum adducit. ¶ Et *l.1. C. vnde vir &* 12
vxor, procedit † etiam in sponsa de præsenti , quæ non fuit ad domum traducta , secundùm Bald. Salicet. Alexand. Iasonem, & Decium , *ibi* , cum *concordan.* vt per Anton.Gomez *in l.8.Tauri, num.22.* Et adeò hæc conclusio de iure ciuili vera est , quòd inquit Glos. *in l. si ante, C.de donat.ante nupt.* quòd fatui dicuntur, qui tenent , quod de iure Ciuili sit copula necessaria in matrimonio ad hoc vt perfectum dicatur.

Quartò, hoc volunt plures leges Regni , scilicet *l.2. tit.1. part.4.* vbi sponsalia de præsenti magis dicuntur Matrimonium † quam sponsalia, & *l.4.tit.1. ead. part.* 13
ibi, *Diferencia ni partimiento ninguno a para ser el matrimonio valedero entre aquel que se faze por palabras de presente, e el otro que es acabado ajuntadose carnalmente el marido con la muger.* Igitur æquiparatorum eadem est vis, potestas, ac natura, & à pari potentia par effectus
† procedit : *l.si socer à genero, in principio,* vbi Glos. *ff.so-* 14
luto matrim. l.de quibus, vbi Angel. *notab.6. ff.de legibus.* Notat Euerardus *in centum locis, loco 43.* Et de similibus & connexis † idem est iudicium : *cap. inter cætera, de rescript. cap. translato , de constitut.* De quo legenda sunt quæ scribo *suprà, hac parte, q.10.*

Et eſt animaduertendum, quòd *in d.l.4.* enumerantur † omnes differentiæ quæ ſunt inter matrimonia, 16
quæ ſunt facta per verba de præſenti ſine copula, & ea quæ ſunt copula perfectè conſummata; vnde in aliis omnibus caſibus ſunt æquiparata, iuxta regulam *l.cum Prator, ff.de iud.* cum *concord. & l.5. tit.1. eadem part.* ibi, *Verdadero es el caſamiento que ſe haze por palabras* 17
de preſente. Igitur † in omnibus debet eſſe verum matrimonium, nec vna & eadem res debet diuerſo iure cenſeri: *l.eum qui ades, ff.de vſucap. & l.1.tit.2.part.4.* ibi, *Matrimonio es ayuntamiento de marido y muger:* & non intelligas, quod hæc lex loquitur in illis verbis de copula carnali, vt patet ex tota illa *lege*, ſed de coniugio matrimoniali abſque copula: Item *l.3. tit.10. eadem part.* quæ hoc clarè probat, loquendo de ſponſalibus impuberum: & *l.13.tit.7.part.1.* ibi, *Otorgandoſe alguno por marido y muger por palabras de preſente:* iunctis verbis ſequentibus, & *l.5. tit.10. part.4.* ibi, *Han comiençoa los caſamientos en los deſpoſorios que ſon fechos por palabras de futuro, o de preſente:* & ibi, *Pero en el deſpoſorio que es fecho por palabras de preſente a tal firmeza.* Faciunt ſcripta per Maſcardum *in tract.de probation.lib.3. concluſ.1332.* Item *l.2.tit.11.part.4.* ibi, *Que quiere tanto dezir como donadio de eſpoſo ante que el matrimonioſea acabado por palabras de preſente.* Item l.1.tit.11. part.4. ibi, *El algo que dà la muger al marido por razon de caſamiento, es llamado* dote, *y es como manera de donacion fecha con entendimiento de ſe mantener, e ayuntar al matrimonio:* & ibi, *Mas las dotes, e las donaciones que faze el marido a la muger, e la muger al marido, aſſi como de ſuſo diximos, ſe pueden fazer antes que el matrimonio ſea acabado, o deſpues:* & ibi l.3. tit.11.eadem part. ibi, *Sponſalitia largitas, tanto quiere dezir en Romance, como don que dà el eſpoſo a la eſpoſa, o ella a el francamente ſin condicion, ante que el matrimonio ſea cumplido por palabras de preſente.* Item l.87. tit 18.part.3. ibi, *Arras e donacion fazen los maridos a ſus mugeres:* & ibi, *Como Ioan Garcia dio en donacion a doña Tereſa ſu muger:* & l.4.tit.11.part.5.ibi, *El matrimonio es acabado.* Item facit *l.1.titul.11.part.7.* ibi, *Que ſea muger velada.* Quæ verba docent, quòd mulier 18
† dicitur etiam ante velationem. Item facit *ſingul.l.52. Tauri*, quæ eſt hodie *l.4. titul.2.lib.5.Ordinament.noui*, ibi, *Qualquier eſpoſo ora ſea de preſente, ora ſea de futuro, ſuelto el matrimonio, gane, ſi el eſpoſo la ouiere beſado, la mitad de todo lo que el eſpoſo le ouiere dado antes de conſumido el matrimonio.* Ecce ergo legem apertiſſimè probantem matrimonium dici, non ſolum quod 19
fuit contractum per verba de præſenti, ſed etiam per verba de futuro. Nec credendum eſt verba dictæ legis, *Suelto el matrimonio*, adiecta eſſe fruſtra, & ſine effectu aliquid operandi: Nam *Maxima* eſt in iure, quod in legibus, teſtamentis, & contractibus, & in aliis diſpoſitionibus, verbum nullum cenſetur eſſe adiectum † ſine 20
effectu aliquid operandi, *l.ait Prætor, la primera*, vbi Paul. Alexand. & Iaſo. *ff.de iureiurand. l.ſi quando, ff.de legat.1.* vbi latè Iaſo *cum concordant.* Et verba legum 21
† diligenter ſunt inſpicienda, *l. quod conſtitutum, ff. de teſtament.milit.* cum *mille concordan.* vt per Tiraquellum *in l.ſi vnquam, in verb.libertis, num.4. cum ſequentibus, pag.84 C.de reuocand.donation.* Et quòd deſponſata per 22
verba de præſenti dicatur † nupta, reſoluit ex pluribus Carolus Ruinus *in rubr.ff.ſoluto matrimonio, num.357. pag.52.* Item *d.l.52.* probat iſtam concluſionem in illis verbis: *Pero ſi qualquiera dellos muriere deſpues de conſumido el matrimonio:* per quæ verba docet *lex*, quod 23
dictum eſt; & etiam quod appellatione *ſponſi*, † venit vir, qui matrimonium conſummauit, quod probatur in prædictis verbis: *Qualquier eſpoſo, ora ſea de preſente, ora ſea de futuro:* iunctis verbis, *Pero ſi qualquier dellos muriere deſpues de conſumido el matrimonio:* & lex iſta vocat Matrimonium, ſiue ſit conſummatum, ſiue non.

Rurſus iſta concluſio procedit etiam in materia pœ- 24
nali, quia adulterium † committitur cum muliere tantum deſponſata per verba de præſenti, licet nondum cognita, nec ad domum traducta, vt docet *l.3. tit.20. lib.8.Ordinament.noui*, & *l.81.Tauri*, quæ eſt hodie *l.4. dicto tit.20.* quarum legum diſpoſitio ornatur ex pluribus quæ ſcribit ad propoſitum Lucas de Penna author grauiſſimus *in l. mulieres, C.de incolis: §.& vbi quis, lib.10. fol.73.* per quas leges, & ea, quæ adducit Lucas de Penna, confirmatur quod ſcribit Auendañus, *part.1. de exequend. manda. cap.15. num.5. & cap.26. part.2.num.12.* vbi dicit, quòd appellatione *vxorati*, venit ille, qui duxit vxorem per verba de præſenti, † etiam ſi non ſit velatus in facie Eccleſiæ. Et ex hoc infert *dict.cap.26.* quod quamvis quis non ſit velatus, nec ſeorſum habitet cum propria vxore, appellatur vxoratus ad hoc vt puniri poſſit pœnis ſtatutis per *l.5. titul.19. lib.8.Ordinamenti.noui.* contra vxoratos habentes concubinas: citat Decanum Segouiæ *in tractatu de matrimonio, col.3.* Et pro confirmatione textus *in d. l.81.Tauri*, facit textus *in l.apud Labeonem, §.ſponſus, ff.de iniur. l.propter violatam, C. de adulteriis*, & alia quæ adducit in propoſito, Quintilianus Mandoſius *in tractatu.de ingrati udine, quæſt.88.fol.36.& l.1.tit.17. part.7.* ibi, *Adulterio que ome faze a ſabiendaa y aziendo con muger caſada, o deſpoſada con otro.* Ad hæc facit, quia matrimonium dicitur † copulatum ſine copula, *cap.vltim.de frigidis & maleſic. cap.1.& 2.de matrimonio contract. contra interd.Eccleſ. cap. per tuas, qui filij ſint legit.* Pro quibus facit *d. l.7.tit.2. part.4. & l.3. tit.20.part.7.* ibi, *Que ſi alguno lleuaſſe, o robaſſe ſu eſpoſa por fuerça, con quien no fueſſe caſado por palabras de preſente*, per argumentum à contrario ſenſu. Et conducunt quæ ſcribit Matienç. *in l.1.tit.1. lib.5. Recopil. n.131. cum ſequentibus, fol.17. & in l.4. gloſ.6. num.1. tit.2. eodem libro, fol.50.* & Alexand. *in conſ.42.num.3. lib.7.* fundat, quod legatum relictum pro dote, eius conditio 27
† verificatur eo ipſo quod contractum fuit matrimonium per verba de præſenti, licèt mulier non ſit ad domum traducta, vbi Gloſ. Pariſienſ. *in addition.* quæ incipit, *de præſenti*; & alia plura citat, quem refert & ſequitur Simon de Prætis *lib.3. de interpretand. defuncti voluntа. interpret.1.dubitat.5. ſolut.4. num.32. fol.213. colum.4.* & idem voluit Abb. *in rubric. de ſponſal. n.4.* quem & alios citat Franc. Mantic. *lib.11. de coniecturis mente defuncti, tit.18. num.18. pag.559.* de quo etiam ſcripſi ſuprà, *in verſ. Facit text. in l. cum fuerit.* Et priuilegia quæ dantur vxoribus pro dotibus, † habet lo- 28
cum in ſponſa per verba de præſenti, & in ſponſa per verba de futuro, *l.debimus, ff. de priuile. iis creditorum*, notat Angel. *in l.ſcilet, ff. de his qui notantur infamia*, Matth. de Afflictis *deciſ.61. num.5.* Carol. Ruin. *in rubr. ff.ſoluto matrim. n.357. pag.52.*

Et beneficiatus perdit beneficium per matrimonium 29
contractum etiam per verba † de præſenti, etſi per copulam non conſummauerit, ſecundùm *deciſ.* Rotæ *in antiquis.104 incipientem Nota quod.* Staphil. qui hoc latè tractat, *de literis gratiæ & iuſtitiæ, tit.de variis modis vacationis, num.4. pag.132.* Rebuf. *in praxi benefic. in tit. requiſita ad collationem bonam, num.55. pag.38.* qui ad hoc refert Gloſ. & Doctores *in cap. vnico, de Cler.coniugat. lib.6.* Abbas *in cap.1. eodem tit.* Aufrer. *deciſ.239.* Tiber. Decian. *in practica criminali, tom.2. lib.6.cap.22.num.8.fol.54.* idem Rebuffus *in Concordat. in verbo, aut §.Monaſteriis, rubr. de Regia ad præſaturas Nomin. pag.200. verſ. d.Nemo per contractum matrimonij:* faciunt quæ circa intellectum textus *in authen. præterea, C.vnde vir & vxor.* an procedat in ſponſa de præſenti, diſputant Doctores, quos citat Caſtillo *in l.6. Tauri, in gloſ.in verbo*, En todos ſus bienes, *folio 47. col.3.* de qua *authen.* pleniùs tracto *in 4.part.quæſt.27. num.2.* & verbum (*deſponſare*) non ſolum conuenit ſponſalibus, ſed etiam matrimonio, *cap.veniens, in 2.* vbi Præpoſitus *num.3. fol.14. de ſponſal.* & confirmo ex doctrina Antonij Gomez *in d.l.8.*

Quæ omnia manifeſtè docent deciſionem noſtræ quæſtionis,

30 quæſtionis, & non † poſſe mulierem deſponſatam per verba de præſenti, etiam nondum cognitam, nec ad domum traductam, facere contractum abſque mariti licentia; & ſic eſſe intelligendam legem *Taurinam 55.* quæ hodie eſt *l.2. tit.3. lib.5. Ordinam.* in illis verbis: *La muger durante el matrimonio*, & mulieris appella-
31 tione, virgo viripotens † continetur, *l.mulieris appellatione, ff.de verborum ſignificatione, l.argento, §.mulieri, ff.de auro & argento legato*, probat *l.2. §.1. ff.de priuileg.creditor.* quam ad hoc notat Ripa *num.19.* & verbum illud *continere)* quod eſt *in d.l.mulieris*, proprietatem ſignificat, *l.inter ſtuprum, §.vltimo, ff. de verborum ſignificatione*, tenet Bart. *in l.cui eorum, §.affinitatis, ff.de poſtulan.* cum *mille ſimilibus*, quæ refert Tiraquellus *lib.1. de retract. §.1. gloſ.9 n.227. pag.203.*

Et ex relatis per illum apparet, quòd hæc eſt communis opinio, & prædictæ omnes leges Regni probant manifeſtè, quòd apud Hiſpanos ſecundùm communem
32 vſum loquendi, † *vxor* vocatur nondum cognita, nec ad domum traducta, & communiter vocatur mulier etiam ea, quæ tantum deſponſata eſt per verba de præſenti, vt certiſſimum eſt. Vnde cùm in omni materia communis vſus loquendi ante omnia eſt inſpiciendus, & præfertur etiam propriæ ſignificationi, *l. liberorum, §.quòd tamen Caſſius, ff.de legat.3.* cum *concordan.* quæ ſcribo *ſuprà, in initio huius partis*, neceſſe eſt, quòd verba *dictæ legis Taurinæ*, ſecundùm iſtum communem vſum loquendi, quod in Hiſpania vſitatum fuit, & adhuc in vſu eſt, interpretanda ſit dicta *lex Taurina*, quæ etiam in illis verbis: *De ſu marido*, hanc concluſionem oſtendit. Nam maritus vocatur ſecundùm communem vſum loquendi ille, qui contraxit matrimo-
33 nium † per verba de præſenti, etiam non ſequuta copula, quod eleganter tradit *Felin.* ad iſta legendus *in conſ.39.num.11.* & quòd ſecundùm communem vſum
34 loquendi mulier nupta dicatur, poſtquam fuit † carnaliter cognita, tradunt Barthol. Socinus *in dict.l.cum fœneris*, Menoch. *dict.præſumption.147.num.8.* Et quando in Hiſpania aliquis deſponſatur, dicit Clericus mulieri, ſi vult accipere illum, qui matrimonium contrahere vult, in maritum? Et hoc etiam docet illa lex in illis verbis: *Durante el matrimonio.* Nam matrimonium incipit, & durare dicitur ab ipſo momento, in quo contrahitur per verba de præſenti. Item cum *dicta lex* dicat: *La muger*, ſcimus quòd mulier dicitur *à mollitie*, vt explicant Alciat. *in d.l.mulieres*, Tiraquellus *in l.11. connubial. num.35.* & quod de iure, *vxoris* appellatione contineatur ſponſa de præſenti, † tradunt Alberic. & Iaſ. *num.6.*
35 *in l.martius, C.de procuratoribus*, per *l.non ſine, C.de bon. quæ liber.* & *dict.l.ſi vxor, §.2. ff.de adulteriis*, idem Iaſo *in l.Gallus, §.inſtituens, num.12. fol.192. ff.de liber. & poſthumis*, Gregor. Lopez *in l.20. tit.5. part.3. gloſ.2.* Et eſt in materia & magnificienda *l.11. tit.11. part.4.* ibi: *Las dotes y donaciones que faze el marido a la muger, e la muger al marido, aſſi como de ſuſo diximos, ſe pueden hazer antes que el matrimonio ſea acabado, e deſpues*, & l 8. tit. 18. p.3. ibi: *Iuan Garcia dio en donacion por caſamiento a ſu muger*, de quibus legibus ad propoſitum meminit Thom. Sanchez *in tract. de matrimon.lib.6.diſputat.28. num.2. pagina 1005.* & quod ſponſæ differant ab vxoribus, tradit Guillelm. Benedict. *in cap. Raynuntius, de teſtament. in verbo, & vxorem, num.780. fol.122.*

Quintò principaliter, noſtra opinio oſtenditur ratione viua & concludenti; nam nemini dubium eſſe poteſt, quòd mulieres nuptæ principaliter prohibentur
36 contrahere, ſine licentia virorum, † propter præiudicium ipſorum maritorum, & non propter aliam rationem: quod patet ex omnibus legibus Regni, quæ in hac materia loquuntur, quæ ſolis mulieribus vxoratis prohibent contrahere ſine permiſſu maritorum; & non aliis ſiue virginibus, ſiue viduis. Ex quo euidenter colligitur, prædictas leges eſſe ſtatutas in merum fauorem maritorum: & hoc, præter quod clariſſimum eſt, docent Tiraquel. *in lib. de legib. connub. gloſ.6. in verbo*, Conſentement, *num.40. fol.300. & gloſ.8. num.48.* & Bald. *in dict. l.1. C.vnde vir, & vxor*: Gom. Arias *in l.54.Tauri, num.32.* & Anton. Gomez *col.1.* Ioan. Lopez *in dict.l.55. num.2.* Idem *in rubric. de donation. inter virum & vxorem, §.68. num.3. verſ. Ne igitur*, Epiſcop. Couarr. *in epitome de ſponſal. part.2. cap.7. §.1. num.3. fol.90.* vbi reſpondet ad ea, quæ in contrarium adduci poſſunt, Suarez *in l.3. tit.* De las deudas, *lib.3. fori. fol.48. & fol.50. col.2.* Simancas Epiſcop. *in lib. de inſtitut. catholic. cap.9. fol.48. num.160.* qui omnes ex hac ratione concludunt, quòd contractus factus per mulierem ſine licentia mariti, † non firmatur iuramento, 37
Menchaca *lib.3. controuerſiarum, cap.104.* Caſtellus *in dict.l.55. in gloſ.* in verbo, *No vala*, de quo etiam ago *in 4.part.quæſt.15. num.16.* & cum hæc ſit ratio *dictarum legum*, quæ licèt expreſſa non ſit, habetur ac ſi expreſſa fuiſſet, ex quo nulla alia reddi poteſt, iuxta Gloſſam famoſam, *in l.quamvis, C.de fideicommiſ.* quam innumeri ibi, & vbique ſequuntur: infertur, quod propter 38
eandem rationem † prohibetur mulieri deſponſatæ per verba de præſenti, contrahere abſque licentia mariti: cum ex tali contractu, marito poſſit præiudicari, quod leges abhorrent: nulla etenim differentia inter vnum & alium caſum conſtitui poteſt: & Bald. *in l.cum teſtator, C.de teſtamenti. manumiſ.* reſoluit, quòd ſi teſtator reliquit alicui mulieri legatum, *cùm erit nubilis ætatis*, non requiritur quod proceſſerit ad actum matrimonij; de quo lector videat quæ ſcribit Simon de Pretis *lib 4. de interpretand. defuncti voluntate, dubitat.12. num.36. cum ſeqq. fol.439.*

Sextò principaliter hanc opinionem confirmant verba *prædictæ legis 55. ibi. La muger durante el matrimonio.* Nam aut eſt negandum, quòd matrimonium non eſt perfectum abſque copula, quod falſiſſimum eſt, & velut hæreticum, (vt ſuprà docuimus) vnde Eraſmus *1.Corinth.7. in annota.* reprobat vulgatam illam differentiam Canoniſtarum de matrimonio conſummato, vel non conſummato, de qua per Doctores *in cap. ex publico, de conuerſi.coniuga.* quæ materia, in infinitis locis tractatur: aut ſi fatendum (provt eſt neceſſe) quod matrimonium ante copulam † eſt perfectiſſimum, ver- 39
ba *dictæ legis*, & *concordantium*; dum generaliter faciunt mentionem de matrimonio, debent intelligi de matrimonio etiam abſque copula & traductione ad modum. Nam regula eſt in iure, quòd lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, etiam ſi ſit maior vel diuerſa ratio in vno caſu, quàm in alio; *l.in fraudem, §.vltim.* vbi Bald. *ff.de teſtam.milit.* notat Decius *in l.2. col.2. in verſ. Et ampliatur, ff.de regul.iur.* & in aliis locis, vt per Tiraquellum *in tractat.de præſcript. gloſ.11 pag.109.* idque adeo procedit: Burgos de Paz *in l.3.Tauri, part.1. num.14. fol.173.* Et ſi *dicta leges* aliud voluiſſent, id expreſſiſſent; quod cùm non fecerunt, omnes caſus comprehenderunt, *l.vnica, §.ad deficientis, C. de caducis tollend.* & cum copula ſit matrimonij ſequela, de ea tanquam acceſſoria eſt iudicandum, *l. cum principalis, ff. de regul. iur.* & verba illa: *Durante el matrimonio*, ſunt accipienda in potiori ſignificatu; & ſic de matrimonio etiam non conſummato cum copula: quia dignius eſt quam ipſa copula. Et eſt regula iuris, quòd † magis dignum trahit ad ſe minus dignum; & genus à digniori ſui parte no- 40
men ſumit, Gloſ. *in l.1: in principio, ff. de verborum obligationibus*, & denominatio fit à potentiori, Iaſ. vbi Pariſ. *in addit. ad Bart. in l.2. in principio, ff. de acquirend. poſſeſſ.* Et quæ adhærent, † ſequuntur natu- 41
ram rei magis æſtimatæ, *l. id quod, §.vltimo, de acquir. rer. domin.*

Et licèt ſecundùm opinionem Caſtelli *in dict. l.52. fol.151. verſ.Poteſt*, ſponſi de præſenti dicantur largo modo *vir & vxor*; & magis propriè, qui benedictiones acceperunt in Eccleſia; adhuc vera erit noſtra concluſio, quia (vt ſupra fundatum fuit) eadem ratio viget

in muliere, quæ nupta eſt per verba de præſenti, vt prohibita ſit contrahere ſine licentia mariti, quæ viget & concurrit, vbi matrimonium copula conſummatum eſt; & ſic *dictæ leges* procedunt in vtroque caſu. Nam *Maxima* eſt in iure, quòd vbi eſt eadem ratio, † veniunt non ſolum ea, quæ procedunt ex ſtricta ſignificatione vocabuli, ſed etiam ea, quæ ex lata: Gloſ. *in Clement. 1. verbo, eligantur, de election. & in Clement. vt hi qui, de etat. & qualitat.* cum *concordan.* vt per Alexand. *conſ. 216. num. 33. lib. 2.* vbi Gloſ. Pariſienſ. & tradit in hac noſtra materia Caſtel. *in dict. l. 55. in gloſ.* in verb. *Caſi contracto*. Et vbi eſt eadem ratio, † non eſt proprièextenſio, quia ineſt tacitè, Gloſ. *in Clement. ſæpe, in verb. Italiæ, de tempor. ordin. lib. 6.* cum *concordan.* vt per Tiraquellum *in tractatu, de ceſſante cauſa, part. 1. num. 152 & 153.* & rectiſſimè faciunt ſcripta per eundem, *num. 136.* & quæ latiſſimè ſcribo *in 2. part. quæſt. 6.* Et iura etiam exorbitantia à paritate † rationis extenduntur, ſecundùm Bart. *in l. ſi conſtante, in principio. ff. ſoluto matrim.* cum aliis, vt per Iaſon. *in authent. quas actiones, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* præſertim ad caſum, qui poteſt comprehendi ſublata ſignificatione vocabuli, *l. filium, ff. ad Macedonian. l. iuſta, ff. de verborum ſignificat.* cum *concordan.* vt per Tiraquellum *in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus, num. 178. C. de revocand. donat.* & in hac ipſa materia *lib. de legib. connubial gloſ. 5. in verbo*, contracter, *num. 62.* Et iſta confirmantur, quia *dictæ leges* prohibentes, mulieres vxoratas non poſſe contrahere ſine licentia maritorum, ſunt fauorabiles, † & non odioſæ, volunt Bart. *in l. qui exceptionem, ff. de condict. indeb.* & *in l. tranſactionem*, vbi Paul. Alexand. & Iaſ. *C. de tranſaction.* & eſt verior & communior opinio, vt conſtat ex relatis per Tiraquellum *in dict. lib. gloſ. 8. num. 214. fol. 439.* & apud Hiſpanos iſta opinio nullum dubium patitur, attentis noſtris legibus Regalibus.

Et ex iſtis fundamentis confirmatur ſententia Abbatis *in rubric. de ſponſal. & in cap. ſi inter virum, n. 5. eodem tit.* vbi vult, quòd in materia fauorabili, vxoris maritatæ appellatione, venit ſponſa de præſenti: quod ex pluribus confirmat Gullielm. Benedictus *in cap. Raynutius, de teſtam. in verb. duas habens filias, n. 161. fol. 30.*

Septimò hanc opinionem tenent in terminis Gloſ. Pariſienſ. quem nullus refert *in part. 1. conſuetud. Pariſienſ. §. 25. num. 9. fol. 121.* vbi magna authoritate probat, quod mulier ſtatim contracto matrimonio, licet nondum conſummato, † eſt in poteſtate mariti, & dicuntur propriè vir & vxor, & habet poteſtatem in ea, & conſequenter in eius bona: & idem Nicol. Boërius *in conſuetudin. Bituricenſ. tit. 1. §. 4. col. 2.* & *tit. de conſuetud. §. 1. col. 5.* Gloſ. *in Pragm. ſanction. tit. de connub. §. & cum omne, verbo, & vxor.* Ioan. Lop. Segou. *in tractatu de matrimonio, §. 2. num. 2. & 5. fol. 140. volum. 9. Tract. at.* Anton. Gomez *in l. 47. Tauri, num. 2.* vbi probat caſum principalem eſſe in illa *lege*, quod ad hoc vt filia ſit libera à patria poteſtate, requiritur quòd non ſolum ſit coniugata, † ſed velata.

Sed ſi benè inſpiciatur illa *lex*, magis facit † pro noſtra opinione, quàm pro contraria: cùm conditores *illarum legum Tauri* ſcirent, quòd de iure Diuino, Canonico, Regio, & Ciuili, & ſecundùm communem vſum loquendi, matrimonium dicitur, ſi contractum ſit per verba de præſenti abſque copula, volentes, quod in illo caſu illud non ſufficeret, hoc expreſſerunt; nec aliter voluerunt, quòd filius exiret à patria poteſtate; imò *dict. l.* in caſu, in quo loquitur, non voluit eſſe neceſſariam copulam, nec traductionem ad domum; & credo quòd in fauorem Religionis & fidei, facta fuit, vt coniugati ducti fauore illius legis, citiùs ſuſciperent benedictiones velationis. Et cùm ex iure Diuino, Canonico, Ciuili, & Regio, matrimonium ante copulam ſit perfectiſſimum, vnum & idem matrimonium non debet diuerſo iure cenſeri, *l. eum, qui duas, ff. de vſucapion.* cum *concordan.* & duæ qualitates contrariæ † non debent concurrere in eodem ſubiecto, textus eſt notabilis *in l. ſi tibi, ff. de adoption.* vbi communiter DD. & tenet Bartol. *in l. ſi mariti*, La ſegunda, *§. legis Iuliæ, ff. de adulter.* & ibi Doctores. Et quod conditio nuptiarum † impleatur ex eo quòd ſponſalia de præſenti contracta ſint, tradit latiſſimè Phanucius de Phanuciis *in tract. de lucro dotis, gloſ. 21. num. 57. pag. 730.* vbi pulchra ad propoſitum tractantur; & effectus matrimonij non dependet à velationibus, nec à copula, vt tradit Angulo *in l. 1. gloſ. 10. nu. 5. fol. 41.* Et coniunctio animorum contrahitur, vbi matrimonium trahitur † per verba de præſenti, licèt copula non interueniat, vt reſoluit Carol. Ruinus *in rubr. ff. ſoluto matrim. num. 355.* quem citat ibi Barboſa *in ſecunda part. illius rubric. num. 75. pag. 68.* & tradit Chaſſan. *in conſuetudin. Burgund. rubr. 7. §. 12. num. 4. pag. 1063.* & qualiter ſponſa de præſenti gaudeat priuilegiis vxoris, tradit Chaſſan. *in dictis conſuetudinibus, rubr. 4. §. 5. num. 15. pag. 560.* & quando debeat conſiderari tempus matrimonij, an tempore contractus, vel quando fuerit mulier nubilis ætatis, tradit Ioan. Franc. *in tract. de Baronibus, Fragmat. 1. n. 77. pag. 37.*

Et cum iſta opinio tot iuribus & Authoribus ſit vallata, faciliter perſuaderi poſſumus à veritate deuiaſſe † Ioan. Lop. *in rubr. de donation. inter vir. §. 55. in principio*, vbi vult, quòd ſponſa de præſenti ante traductionem ad domum poteſt contrahere ſine licentia mariti, quem ſequitur dict. Epiſcop. Couar. *in dict. pi. ome. part. 2. cap. 7. num. 4. fol. 90.* qui hanc opinionem probare videtur, ea tantum ratione, quia *Ioan. Lopius* fuit vnus eorum, qui conſilium præſtitit in condendis *legibus Taurinis*: quæ ratio non eſt ſufficiens ad ſequendam eam opinionem; & potius eſt veriſimile, quod ſi *Ioan. Lopius* ad mentem reduxiſſet, quæ ſcripſerat *in dicto §. 55.* nullatenus tenuiſſet dictam opinionem: & pro doctrina Ioan. Lopij aliqua ſingularia refert *ibi* Baraona *in addition.* & idem vult ipſe Ioan. Lopius *in §. 62. num. 2. pag. 187. in editione noua*, vbi ponit regulam, quòd non dicitur vxor ante traductionem; & *ibi* idem Baraona *in verbo, nam nunquam*, refert alios Doctores idem tenentes, & Ioan. Lopius, & Epiſcop. Couar. citat etiam & ſequitur Meſſia *in l. Toleti, part. 7. fundamen. 2. num. 27. fol. 71.* Pro quibus faciunt ſcripta per Decium *in conſ. 540. num. 4. cum ſequentibus*, & doctrinam Saliceti *in l. cum te, C. de donation. ante nupt.* eiuſdem Decij *in conſ. 577. num. 5.* volentis, quòd ſi mulier deſponſata per verba de præſenti acceſſit ad domum mariti, ita quod fuerit in eius poteſtate illam cognoſcere, habetur pro cognita, & maritus lucratur dotem.

Sed ſi lector videre vult rationes, per quas *Ioan. Lopius* mouetur ad iſtam opinionem, faciliter † eam euertet: quia ipſe ſolummodo refert doctrinam Baldi *in cap. iuranti, n. 12. de probation.* vbi tantum inquit, quòd ſponſa non eſt in plena viri poteſtate, donec ad domum ſit traducta: Vnde inferre ad ſucceſſionem noſtræ quæſtionis, eſt multum à remotis: Et licèt *Baldus* affirmet, quod vbi mulier eſt in domo viri, eſt in eiuſdem plena poteſtate, nec *Baldus* negat, nec negare poterat, quod contracto matrimonio per verba de præſenti, ſtatim eſt mulier ſubdita viro, & eſt in illius poteſtate, licèt pleniorem habeat dum illam ad domum traduxit, & ſecundùm *Euangelium*, & alia *ſuprà* relata, ſtatim quod mulier contrahit matrimonium de præſenti, eſt ſubdita viro vt capiti illius, *cap. fœmina, 30. q. 5. l. 12. tit. 23. part. 1.* & ſic Palac. Rubeus alioquin vir doctiſſimus, loquitur ſine lege, & authoritate, & ideo ei non eſt credendum; & qui eum ſequuntur, inaduertenter hoc fecerunt: & eſt etiam ponderatione dignum, quod cùm *Ioan. Lopius* multas ſcripſerit in hac materia quæſtiones, *in dictis legibus Taurinis* hoc non tradidit, & fallitur etiam Auend. *in dictionario, in verbo*, Otorgamiento, *fol. 197. col. 2. verſ. Et amplia*, vbi vult, quod ſponſa dummodo

dummodo ſit cognita à viro, non poteſt facere contractum ſine licentia mariti.

Et minùs noſtræ opinioni obſunt, quæ ſcribit Tiraquellus *in l. 2. connubial. num. 19.* vbi ex pluribus probat *ſponſam* non venire appellatione *vxoris*. Quia ſi rectè quæ refert & cumulat conſiderantur, loquuntur & procedunt in ſponſa de futuro, † non in ſponſa de præſenti: & eodem modo intelligenda ſunt quæ ſcribit Marc. Anton. Cucch. *in inſtitut. cathol. lib. 5. titul. de ſponſalib. tit. 10. num. 1. cum ſequentibus, pag. 550. col. 2.* Et quomodocunque ſit, nobis eſt neceſſe ſeruare leges Regni ſuprà relatas; quibus (videri meo) difficiliter reſponderi poteſt.

Vltimò, cùm noſtra ſententia pertineat ad Reipublicæ vtilitatem, quia mulieres ſæpius contra propria commoda laborant, & fragiles & imbecilles ſunt, & facilè ſit eas decipere, ad quod effugiendum, ſunt inuenta ſtatuta Italiæ prohibentia contractus mulierum, abſque præſentia conſanguineorum, vt omnes Doctores Itali, & Galli, qui loquuntur in iſta materia profitentur: in dubio hæc noſtra opinio eſt ſequenda: *authen. res quæ, C. commun. de legat. l potioris, C. de offic. Rector. prouin.* cum *ſimilibus*.

Prædicta confirmantur, quia diſpoſitio loquens de matrimonio, & muliere nupta, vel copulata viro, † non requirit copulam, ſecundùm Baldum *in conſ. 228. ad euidentiam, lib. 3.* Et hæc concluſio patet ex pluribus, quæ notabiliter cumulat Ioan. Lopius *in rubr. de donat. inter vir. & vxor. col. 266. in verſ. Ad idem*, hodie *§. 55. num. 3. cum ſeqq. pag. 169.* vbi citat text. *in l. 3. ff. de donationib. inter vir. & vxorem*, & alia plura iura. Et quod etiam appellatione *ſponſæ* vxor contineatur, latè tradit Tiraquellus *de legib connubial. in gloſ. 2.* en pouuoir de ſon marit: *fol. 247. col. 2.* Et quòd ſponſalia de præſenti, † verè ſint matrimonia, reſoluit Matienç. *in l. 4. gloſ. 11. num. 2. fol. 47. lib. 5. Recopil.* qui ad hoc allegat *cap. vltimum, de ſponſ. duor. c. 1. c. cum locum, c. tua, c. tua, ſi inter vir: de ſponſal. l. 2. in fine, tit. 1. part. 4.* & addo *l. 7. eodem tit. 1.* quæ lex vocat ſponſalia *Matrimonium*.

Nec eſt omittenda egregia, *l. 85. tit. 18. p. 3.* in tota lege, præcipuè in illis verbis: *Acoſtumbran en algunas tierras de tomar por la mano a ſu muger, e meterle en los dedos los anillos, en ſeñal que es fecho el matrimonio.* Et ſponſa † vocatur vxor poſt copulam, vt tradit Matienç. *in l. 4. tit. 2. gloſ. 6. num. 3. fol. 50.* Maſcard. *in tract. de probat. l. 2. concluſ. 130. n. 1. cum ſeqq. fol. 285.* qui refert Epiſcop. Couarr. *in epitome de ſponſal. p. ... c. 4. §. 11. num. 13. fol. 10.* Tiraquel. *lib. 2. de retract. in fin. n. 76. pag. 993.* & etiam in ſtatutis appellatione *vxoris*, † venit ſponſa de præſenti, etiam nondum tradita viro, ſecundùm Bart. *in l. nihil, ff. rer. amotar.* Paulum *in dict. l. ſi fuerit, ff. de condition. & demonſtration.* & eſt receptior opinio ſecundùm Gloſ. Pariſienſ. *in 1. part. conſuetud. Pariſienſ. §. 3. gloſ. 1. num. 4. fol. 66.* & conducunt etiam ſcripta per Tiraquellum *lib. 1. de retract. §. 10. gloſ. 1. & vnica, num. 7. pagina 495.* & per Bartholom. Socinum *in dict. l. ſi fuerit, num. 4. fol. 144.* & Burſatus *in conſ. 164. num. 12. lib. 2.* refert Pariſium, Rolandum, & alios, & hoc adiuuant quæ latè ſcribit Campegius *in tractatu de dote, part. 5. quæſt. 13. num. 2. cum ſeqq. fol. 116.* vbi ex Gloſ. Bart. & Bald. *in dict. l. nihil, ff. rer. amotar.* latè ſuſtentat, quòd ſtatutum de dote lucranda, vxore prædecedente, habet locum in ea, quæ nondum eſt traducta; dummodo ſit deſponſata per verba de præſenti, & Chaſſan *in conſuetudin. Burgund. rubrica 4. §. 2. fol. 133. colum. 1. num. 16. in verſ. Sed an hæc noſtra conſuetudo*, tradunt Decius *in conſ. 240. & in conſ. 353.* quem citat Iacob. Portius *in conſ. 21. num. 96.* & conducunt ſcripta per eum, *à num. 92. cum ſequentibus*, & per Andr. Gail. *obſeruat. lib. 2. obſeruat. 80. n. 1. cum ſequentibus, pag. 195* eundem Chaſſanæum *in rubric. 4. § 6. num. 15. pag. 486.* qui plura ſcribit, & *pagina 588. num. 1. & 2.* refert Lancellotum, Dec. *in l. ſi ante nuptias, ff. ſoluto matrimonio*, dicentem, quòd ſi factum fuerit legatum Titiæ, ſi nupſerit in aliqua familia, † conſequitur legatum, ſi contrahat cum aliquo de familia per verba de futuro: de quo † tamen dubito, & ad doctrinam Bartoli & Baldi *in d. l. nihil*, quia contrarium tenet Salicetus *in dict. l. ſi antea, C. de donation. ante nuptias*, legendus eſt omnino Ripa *in rubric. ff. ſoluto matrim. num. 68.* & *in l. quæſtum, §. 1. num. 2. & 11. ff. de priuileg. credit.* Felin. *in rubr. de ſponſalibus*, & alij, quos citat Ripa, de quo legenda ſunt quæ ſcribit Tiraquellus *in dict. l. ſi vnquam, C. de revocand. donation. in dict. verbo, donatione largitus, num. 222. pag. 260.* & iterum *num. 230 pag. 263.* & faciunt etiam ſcripta per Luc. de Penna *in l. mulieres, C. de incol. & in quo loco, fol. 73. in principio*, quibus addo textum expreſſum, qui à prædictis Doctoribus non refertur, *in l. ſancimus, C. de nupt.* vbi ſi factum ſit pactum aliquid dandi, vel faciendi, cum nuptiæ ſequutæ fuerint, † conditio tantùm impletur, cùm ipſa nuptiarum accedit feſtiuitas. De quo text. agit Menoch. *in tract. de præſumption. lib. 4. præſumpt. 147. num. 5. fol. 26.* vbi alia ad propoſitum ſcribit.

Quod procedet, niſi ex mente illius, qui maioratum fecit colligitur, quòd voluit ad hoc, vt ſcriptura maioratus haberet effectum, quòd filius realiter, & verè copularetur vxori copula carnali; hoc enim ſeruandum eſt: & pro hac limitatione eſt doctrina Baldi *in l. non ſine, C. de bonis quæ liberis*, de qua per Iaſ. *in conſ. 135. col. 3. verſ. Secundo iſtud idem, lib. 1.* & conducunt quæ refert Tiraquel. *in dicto loco, num. 222. in verbo, donatione largitus*, quæ referunt Doctores facientes differentiam inter verba ſtatutorum, quæ faciunt ſimpliciter mentionem de matrimonio, & quæ faciunt de matrimonio copulato: ad quos addo Dec. *in conſ. 540.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr. 4. §. 6. num. 4. cum ſequentibus, pag 585.* vbi plura videre licet de materia Gregor. Lopez *in l. 4. tit. 1. part. 4 in gloſ. in verbo, La tercera.* Quod etiam conſtat ex doctrina Baldi *in conſil. 200. num. 3. lib. 3.* vbi dicit, quod ſi teſtator legauit ſub conditione, *ſi Seio per matrimonium copulabitur*, per ſola ſponſalia non debet habere legatum, niſi copula ſubſequuta; vbi ex ratione & mente teſtantis id colligi poſſit; quod latè fundat: Et ſponſa habet priuilegia † dotis, *l. ſi ſponſa dotem*, iuxta Gloſ. *ff. de iure dot.* tradunt Angel. *in Authent. de æqualita. dot. §. his conſequentia*, Alexand. *in l. 1. ff. ſoluto matrim.* Fanus *in tract. de pignoribus, 2. part. membro 4. n. 72. fol. 32.*

Et ex omnibus quæ dicta ſunt, infertur determinatio alterius quæſtionis à me traditæ *in hac 1. part. quæſt. 51. à num. 22.* & eius, quod tradit Anton. Gama *deciſ. 124.* vbi diſputat, an mulier, quæ non fuit traducta ad domum, lucretur bona? & traditur per eundem *deciſ. 176. & deciſ. 187.* vbi Menna *in addition.* latè Roland. *in tract. de lucro, quæſt. 12. per totam*, & iſtis conuenit reſolutio Grati *conſ. 131. num. 1. lib. 2.* vbi probat, quod ſtatutum de lucranda dote, † procedit etiamſi vxor non fuerit traducta ad domum, ſed tantum deſponſata per verba de præſenti.

Infertur etiam ad quæſtionem, quam tradit Matth. de Afflictis *in conſtitution. Neapolitan. lib. 3. rubr. 13. num. 32. fol. 277.* vbi tradit, ſi in capitulis matrimonialibus fuit actum, quòd vir conſtituat ante fatum, & fuit contractum matrimonium per verba de præſenti, ſi maritus non conſummauit matrimonium, & antea mortuus fuit, vtrum virgo lucretur ante fatum? Et ad quæſtionem, quam tractat Laſarte *in tractat. de gabellis, cap. 19. in additionibus, num. 93. fol. 59.* vbi tangit, an ſponſæ deſcendentes ab Antonia Garcia gaudeant priuilegiis illis conceſſis.

Infertur etiam ad id, quod ſcribit Beroius *in conſ. 11. per totum, lib. 2.* vbi vult quòd ſponſalia per vxorem contracta, † non faciunt deficere conditionem viduitatis, per *l. ſolet, ff. de his qui notantur infamia. & l. 1. C. de ſecund. nupt.* quem citat Simon de Prætis *lib. 4. de interpretanda defuncti voluntate, dubitation. 19. num. 116.*

*fol.*420. Anton. Gabriel *lib.*3. *communium opinionum, tit.de secundis nuptiis,conclus.*5.*num.*9. Nam istud moderandum
65 videtur, nisi sponsalia sint contracta per verba de præsenti: cùm in tali casu mulier cogi possit ad consummandam copulam.

Infertur etiam intellectus ad id, quod tradit idem Beroius *in cons.*40. *num.*25.*lib.*1. vbi resoluit, quòd si statutum det dotem lucrandam marito, si mulier decesserit sine filiis: intelligitur quòd matrimonium debet esse copula consummatum. Et subinfertur ad quæstionem, quam tractat Ripa *in rubr. de secundis nuptiis,*
66 *num.*17. † an virgo vidua incidat in pœnam, si nubat intra annum luctus? Infertur etiam intellectus *ad l.vltimam, tit.*12.*part.*4. decidentem, quòd pœnæ statutæ
67 aduersus mulieres secundò nubentes, † non habent locum si contrahant tantum sponsalia, & non matrimonium, *l solet, ff.de his qui notantur infamia*, tradit Episcopus Couar. *in epitome sponsal. part.*2. *cap.*3. §.9. *num.*6.*fol.*48. qui citat Alberic. & alios. Quod confirmo, quia pœna imposita contrahenti matrimonium
68 cum consanguineo, † non habet locum quando solum contraxit sponsalia, secundùm Glos. *in Clement.*1. *verbo,contrahere,de consanguinit.& affini.* Bald.*in l.penult. §.penult. ff. nequis eum*: & alios plures, quos citat Menochius *in tract.præsumpt.lib.*6.*præsumption.*93.*num.*6. *fo.*151. & faciunt scripta per Petrum Barbosam *in l. si cum dotem,§.fin n.*29.*pag.*496.*ff.soluto matrim.*

69 Ex quibus infero, periculosam esse sententiam † Neuizan. *in sylua nuptiali, lib.*2. *num.*50. vbi vult, quòd pœna *legis, omnem, C.ad Tertullianum*, cum qua concordat *l.*12. *tit.*16. *part.*6. habet locum, statim quòd mulier habet animum nubendi; quem citat Anton. Gabriel *lib.*3. *communium opinionum, tit.de secundis nupt.conclus.*9.*num.*13. quia aut dictæ leges sunt intelligendæ,quia materia est pœnalis; & ideò sunt restringendæ, *regul.odia, de regul. iur. in* 6. cum *concordantibus*, & ita tradunt Syluester *in summa, in verb.sponsalia,quæst.*1.*in fin.* Marcus Antonius *dict.tit.*10.*num.*9. vbi ponit regulam,quòd si fit mentio matrimonij,sponsalia non continentur in odiosis,nec in mixtis; † secus
70 in fauorabilibus: vel sunt interpretandæ in sponsalibus de futuro, non in sponsalibus de præsenti, secundùm ea, quæ superius scripta sunt; de quo lector omnino legat Menochium *de arbitrar.iudic.lib.*2.*centur.*2. *casu* 151.*num.*6.*pagina* 315. Episcop.Couar. *in epitome de sponsal.* 2.*part.cap.*1.*num.*3. & per totam, *folio* 18. Thom.Sanchez *in tract.de matrimonio,lib.*1.*disputat.*1. qui de pluribus fuit oblitus. Quæ omnia confirmantur ex pluribus,quæ in proposito scribit Caldas Pereira *in l.si curatorem habens, C.de in integr.restitut.minorum,in verbo, læsis, num.*127.*cum sequentibus, fol.*354. hodie *pag.*1361. Et ista etiam confirmantur ex aliquibus,quæ scribit Matienç.*in l.*4. *glos.*1.*num.*1.*fol.*47.*tit.*2. *lib.*5. *Recopil.* vbi tradit, quòd sponsus & sponsa verè sunt
71 † vir & vxor.

Infertur etiam ad id,quòd scribit Tiberius Decianus *in practic.crimin.lib.*4.*cap.*8.*num.*7. *& cap.*9.*num.*54. *fol.*158. vbi ex *l.ea quæ, ff.de sponsal.* & aliis resoluit, quòd sponsa non mutat domicilium.

Infertur etiam ad insignem quæstionem, & magni ponderis, siquis contraxit sponsalia per verba de præsenti, & ante copulam cum sponsa, suscepit filios ex
72 alia muliere, † an tales filij sint naturales, vel adulterini? quam disputant egregiè Episcop.Couar.*in epitome de sponsalibus, part.*1.*cap.*1.*num.*6. *cum sequentibus*, Sarmient. *lib.*1 *selectarum,cap.*5.*fol.*23. Thom.Sanchez *in suo tractatu de matrimonio, lib.*1. *disputat.*2. *pag.*8. Et istis addo, quòd lucra habita per sponsum de præ-
73 senti, ante traductionem ad domum, † non communicantur cum sponsa, vt voluit Ioan. Lopius *in rubr. de donation.inter vir.& vxorem,* §.64.*num.*17.*fol.*40. tradit latiùs Matienç.*in l.*2. *tit.*9. *lib.*5. *Recopil.glos.*1. *n.*41.*fol.*252. & Baraona *in addition.ad Ioan.Lopium*, Barbosa *in rubr.ff.soluto matrim.part.*2.*num.*58.Simon de Prætis *lib.*4. *de coniecturata mente defuncti, dubitation.*10.*num.*116.*fol.*420. faciunt tradita per Nicolaum Bocrium *in consuetud.Bituricens.tit.de succession.cap.*25. *pag.*176. *& sequent.& in tit.* que la femme mariée,§.4. *pag.*6 *col.*1.*versic.Sed de sponsa de futuro.* Et quòd sponsalia de præsenti non sufficiant ad † castigandam mu- 74
lierem contrahentem secundas nuptias, tradunt Ripa *in rubr.de secundis nuptiis,num.*8.*fol.*55. vbi *num.*9.scribit, quid si fuerit ad domum traducta? & suprà dixi *num.*71. propriè autem mulier dicitur ea, † quæ fuit 75
velata,vt constat ex *l.*:. *tit.*18. *part.*3. ibi: *O de otra que aya auido que fuesse velada*, quæ facit pro sententia Episcopi Couar. *in epitom. de matrimon. cap.* 1. *num.*4. vbi concludit, quòd vxor dicitur per nuptialem benedictionem, & solennitatem, & carnis copulam; antè verò, *sponsa* vocatur, per *cap.ex publico,de coniugator.* & alia,quæ refert: & faciunt scripta per eundem, *part.*2.*cap.*§.2. *num.*1.*fol.*12. Et quòd *nuptiarum* 76
appellatione veniat tantùm carnalis copula, † ex communi vsu loquendi, tradit Menoch. *in tractat. præsumption.lib.*4 *præsumpt.*148. *num.*13. *folio* 267. & nuptæ appellatione non venit sponsa, nec iure, nec ex consuetudine, nisi eadem ratio in eodem consisteret,vt notat Rebuffus *in l. pronuntiatum* 43. §.*matremfamilias, pag.*340. *ff.de verborum significatione*, per *l.non sine,C.de bonis quæ liber.* & *dict. authen. præterea, C.unde vir & vxor.* Et an mater contrahens tantum sponsalia, tutelam amittat, † tradunt Bart. *in l. si quis sub conditione,* 77
*num.*26.*ff.de leg.tutoribus*: Salicet. *in authen.sacramentum, Cod.quando mulier tutel. officio fungi poss.* Matth. ab Afflictis *decis.*357. *num.*4. Roman. *in singul.*229. Tiraquel. *de cessante causa,limitat.*12 *num.*10.Menoch. *lib.*2.*de arbitrar.iudic. dicto casu* 151.*num.*7. latiùs *Nicol.Boerius* quem Menochius omisit allegare,*decis.*366. *num.*4. Et quòd sponsalia non sint matrimonia,sed promissio matrimonij, resoluit Nauar. *in summa, cap.*22. *num.*25.*pag.*620. Et an *lex* 25.*Taurina*, quæ prohibet meliorationem non esse deducendam de dotibus, aut
donationibus propter nuptias; † procedat in dote pro- 78
missa, & vbicunque mulier est tantum desponsata per verba de præsenti: & non fuit traducta ad domum,disputat *ibi* Auend.*num.*13.*fol.*51. Et de materia qualiter *sponsa* dicatur ante consummatum matrimonium, lege Petr. Barbosam *in rubr. ff.soluto matrimonio, part.*2. *num.*112. *pagina* 89. & licèt in Iure,magna constituatur differentia inter Sponsam & Vxorem, aliquando tamen hæc confunduntur, vt tradit Quintil.Mandos. *in proœmio, gloss. facultatem, fol.*8. *col.*1. *versic. Si & in iure.*

Iungo hic Cifuentes *in l.*17.*Tauri.* vbi tradit notabilem quæstionem, si pater & mater meliorauerunt filiam, vt contrahat matrimonium cum Titio, quam meliorationem faciunt ad sustentanda onera matrimonij; & Titius moriatur, antea quam sustineat onera matrimonij; an † censeatur talis melioratio reuocata? 79
Quæ quæstio erit hodie necessaria, cùm pater meliorat filiam authoritate & consensu Regis, & cum derogatione *Capituli Curiarum Madritij* 101.*anni* 1534. per quod prohibentur parentes filias meliorare in Tertio & Quinto bonorum: & vtrùm quæstio Cifuentis possit habere locum in filio? Cui iungo Dec. *in consilio* 659. vbi tradit, quod donatio facta per patrem filiæ, habet tacitam conditionem, *si filia patri sit superstes.*

Et de materia prædictorum legendi sunt Phanucius *de lucro dotis, glos.*2. *per totam*, Cotras. *in l. qui liberos, ff.de ritu nuptiarum, num.*17. Brun. *de sponsalibus, conclus.*2.*num.*21.*&* 22.Dueñas *regul.* 221. & Rebuffus *in l.nurus appellatio*, 50. *pag.*368. *ff. de verborum significatione*, vbi tradit, quòd sponsa filij, non est nurus, §.*si vxor.Instit.de nuptiis*, nisi materia illi conueniat, *l.Labeo, ff. de gradibus affinit. & l. Seruius, eodem tit. dict. l. non sine, C.de bonis quæ liber.* Et ad materiam etiam legenda sunt, quæ scribit Bursatus

in

*in d.l.si ante, num.*1.*cum sequentib.ff.soluto matrimonio, tom.*1.*pag.*854. & Glos. *in Clement.* 1. *de consanguinit.* qui tractat, an pœna apposita contrahenti matrimonium, habeat locum in sponsalibus? quam citat Falcon. *regula* 79.*n.*12.

SVMMARIVM.

80 *Pater si faciat maioratum in filium vt contrahat matrimonium,& ille post contractum obiit, an reuocare possit maioratum:proponitur & resoluitur, nu.*116. *&* 118.
81 *Cessante causa dispositionis,cessat dispositio.*
82 *Reuocationis causa cessante cessat reuocatio.*
83 *Et irreuocabilitas,cessante causa irreuocabilitatis.Et promissio,cessante causa dispositionis,*n.86.
84 *Contrariorum par est potentia.*
85 *Causa,cùm reducitur ad non causam, perinde est ac si à principio non adfuisset.*
87 *Ratio finalis dicitur regere dispositionem.*
88 *Datum post dotem constitutam, an censeatur donatum ob causam matrimonij.*
89 *Paria sunt non esse,& statim desinere.*
90 *Masculus qui subitò moritur, non censetur extitisse.*
91 *Quæ momento temporis durant, non sunt in consideratione.*
92 *Sponsa nondum cognita an habeat restitutionem aduersus matrimonium.*
93 *Effectus causæ quando est consummatus, non cessat actus,quamvis cesset causa.*
94 *Matrimonium contrahitur non solùm causa prolis, sed fornicationis euitandæ, & fidei coniugalis.*
95 *Causa matrimonij cessante, non cessat amor paternus:*
96 *Quod pater donat filio,donasse p æsumitur vt filio,&* nu. 105. *&* 113. *Quid cum ob causam matrimonij donat.*n.98.
97 *Donatio facta filiæ ob dotem an valeat, si matrimonium non sequatur:*
99 *Omnia quæ nostra sunt,ex voto filiis paramus.*
100 *Vbi sunt plures causæ dispositionis; vna cessante, remanet alia:*
101 *In donatione vbi dua causa concurrunt, causa finalis præsumitur dilectio:*
102 *Legatum factum nepotibus pauperibus censetur relictum ob causam magis piam, quàm consanguinitatis:*
103 *Quid in legato filiabus facto.*
104 *Hæres siquis instituatur, vt cum tali muliere contrahat; an talis quantitas sit illius dos:*
106 *Legatum relictum sub conditione non impleta, debetur,si nihilominus relinqueretur: Quid in legato pro dote.*n.139.
107 *Testamentarius executor testatori coniunctus, an amittat legatum, quando ex eius nominatione executor esse non vult? refertur quædam sententia.*
108 *Et quod legatum relinquatur ratione officij.*
109 *Quid vbi consanguinitas mouit testatorem ad legandum &* n.110.
111 *In legatis amicitia & consanguinitas inspicienda. In illis causa finalis est affectio & coniunctio.*num. 128.*Et mera liberalitas,*n.129.
112 *Priuilegia quæ matrimonio dantur, an habeant locum,cum illud momento durat.*
114 *Donatio in dubio ob affectionem sanguinis facta præsumitur.*
115 *Discordia inter executores testamenti orta, determinationi facta per coniunctos testatori an standum sit.*
117 *Donatio facta filio ob causam matrimonij est reuocabilis,si illud non sequatur.*
119 *Maioratus ob causam onerosam, vel ob aliam factus, si non renocetur, valet, quamvis causa cesset.*
120 *Maioratu instituto cum declaratione quòd pater filium ob affectionem, & ob causam matrimonij instituit, an præferatur filius secundæ vxoris, filiæex prima natæ.*
121 *Pater si faciat maioratum in filium ob causam onerosam matrimonij, non declarando personam certam, cum qua debeat contrahere, an possit illum reuocare?* & num.122.& 123.
124 *Maioratum si pater faciat in filium impuberem, vt contrahat matrimonium, si adueniente legitima ætate non contrahat, an reuocari possit? Resolutur à* num.131. cum aliis seqq.
125 *Affectio paterna propria & naturalis est circa filios.*
126 *Donatio propter nuptias non potest reuocari matrimonio non sequuto.*
127 *Dos an imputetur in legitimam.*
130 *Affectio naturalis præferenda accidentali.*
132 *Verba* legum 17.& 44.Por via de casamiento, *de matrimonio de præsenti secundum communem vsum loquendi, intelligenda.*
133 *In potiori significatu. Verè & non fictè,*num. 137. *Vt minus ladant ius commune interpretanda,* num. 134.
135 *Statutum in vxore non habet locum in sponsa de futuro.*
136 *Lucrum dotis ex pacto,vel statuto, an habeat locum in sponsa ante nubiles annos.*
138 *In promissione dotis inest tacita conditio*, si matrimonium sequatur.
140 *Donatio facta ob matrimonium non acquiritur nisi sequatur.*
141 *Intellectus ad textum in* l. si donaturus, ff. de condict.ob caus.
142 *Causa principali extincta, cætera accessoria resoluuntur.*
143 *Pactum in contractu matrimonij quod primogeniti perpetuò succedant; ob successionem primogenituræ fit.*
144 *Facta conuentione de matrimonio contrahendo ad tempus legitimæ ætatis, interpellatus nondum legitimæ ætatis an constituatur in mora:*
145 *Intra quod tempus legitimam ætatem adeptus teneatur implere, ad hoc vt per contrauentionem legatum amittat.*
146 *Dominium meliorationis quando transferatur in filium grauatum vt nubat. Quid in puella adulta, vel non nubilis ætatis.*n.148.
147 *Dominum non transfertur ex contractu, vel actu conditionali,nisi conditione existente.*
149 *Donatio Tertij ad sustinenda onera matrimonij à filio contracti,si traditio possessionis, vel scriptura non interueniat.*

HOc autem in loco tractare oportet de quæstione non vulgari, & hactenus non solum non disputata; sed nec etiam tacta. Ad cuius decisionem rationes adducam non remotas; sed velut natiuas,& viuas, ex quibus veritas breuius & lucidius, velut oculis exposita apparebit, † si pater faciat maioratum in filium 80
ob causam tantum onerosam matrimonij, non facturus, nisi adesset illa causa matrimonij, & contracto matrimonio defuncta fuit mulier absque filiis, vel propter aliam causam matrimonium non habuit effectum, possit ne pater reuocare maioratum? Et videtur permissa reuocatio,quasi cessante causa, ex qua maioratus fuit constitutus,ex qua erat irreuocabilis, quæ fuit causa finalis,qua iam cessante, effectus cessat. Nam illud perspicuum est,quòd cessante causa in quibuslibet dispositionibus,† cessant dispositiones,*l.*2.§.*vltimo,ff.de donation.* quæ in nostro proposito loquitur, vbi latè Bart.& 81
alij;notatur per Oldrad.*in cons.*238.*&* 278.Dec.*in cons.* 351.*l.omni*,vbi Bart.*ff.de adoption.l.licèt*, §.*ea obligatio, ff.de procurator.*cum *concord.*quæ scribo *par.*2.*q.*6.*n.*31.

82 Vnde fit,quòd reuocationis cauſa ceſſante, † ceſſat reuocatio, ſecundùm Baldum loquentem de reuocatione donationis inofficioſæ, vt ea ſcilicèt ceſſet, ſi pater poſt donationem tantum quæſiuit, quantum ſufficit ad legitimam,*in l.1.col.2.in verſic.Tertio ſic*,poſt Gloſ. *ibi, quæſt.6.num.10.C.de inofficioſ.donation.*per *l.1. §. ſiquis in fraudem,ff.ſiquid in fraud.patron.*& idem tenet Angel.*in Authentic.de immenſis donatio. colum. vltim.* & alij, quos refert Tiraquel.*in tractat.de ceſſante cauſa, par.1.num.229.fol.86.*& *in l.ſi vnquam,in verb.ſuſceperit liberos,num.166.pag.280. C. de reuocand. donation.* quorum doctrina notanda eſt ad intellectum textus *in l.8.tit.4.*De las donaciones,*part.5.*in illis verbis:*Quanto a la ſu parte legitima.*Cùm agitur cauſa reuocationis
83 ceſſante,ceſſet reuocatio, eadem ratione † cauſa irreuocabilitatis maioratus ceſſante,debet irreuocabilitas ceſſare;& priuilegium quod conceditur per *leges* 17. 22. 44. cauſis oneroſis matrimonij, aliqua intereueniente, melioratio aut promiſſio de meliorando, aut maioratus poterit reuocari:quia quod operatur propoſitum in propoſito,operatur oppoſitum in oppoſito,*l.vltimæ, §. vltim.ff.de legatis* 2.quo argumento ſæpè vtitur Bartholom.Socin.& facit doctrina Bald.*in l.cum mulier,colum.* 2 1.*ff.ſoluto matrimon.*vbi dicit,quod ſicut ſe habet cauſa ad effectum in productione, ſic ſe habet deſtructio
84 cauſæ ad deſtructionem effectus, quia par † eſt potentia contrariorum,*l.ab emptione ff.de pactis*, cum *concordan.*vt per Euerardum *in cenum locis,loco* 75.*à contrariis,pag.*476.Et eſt etiam generale, quod ceſſante cauſa priuilegij,ceſſat priuilegium,*l.Titia Seio. §.vſuræ,ff.de legatis* 2.*l.athletæ§.1.l.geometræ,l.idem Vlpianus*, *ff. de excuſat.tutor.*Item,quando cauſa reducitur ad non cauſam,
85 † perinde eſt,ac ſi cauſa à principio non adfuiſſet, *l.1.in fin.ff.de conditione ſine cauſa.* Andr. de Iſern. *in rubrica,Quæ ſint Regalia,column.3.in verſic.Hæc pedagia.num.*11.*fol.*107.& cum promiſſionis cauſa ceſſet, †
86 promiſſio etiam ceſſare debet,*cap.*2.vbi Anton.1.*notab. de cuſtod.Euchariſt.*cum *concordan.* vt per Tiraquel. *in dict.tractat.par.1.num.*217.*fol.*84. & his ſunt plura ſimilia,quæ curioſus lector legere poteſt in *Tiraquel.* ad quem addo Menoch.*in tract.de præſump. lib.4.præſumption.24.num.3.fol.*26.ponentem regulam, quod ratio
87 finalis dicitur regere & gubernare † diſpoſitionem ipſam, cùm ſit ſubſtantia ipſius diſpoſitionis & actus,& eſt forma, per Gloſ. *in l. iuriſgenti .m, §. quod fere,ff.de pact.& in §.item ſiquis poſtulante.Inſtit. de action.* quod eleganter in noſtra materia declarat Tiberius Decian. *reſponſ.7.numer.14.cum ſequentibus.lib.1.*qui *numer.*12. prius tractat,quod datum poſt dotem conſtitutam † non
88 cenſetur donatum ob cauſam matrimonij, ex Oldrado *conſilio 5.Titius,*Bartholom.Socin.*conſ.33.num.1.libr.1.* Dec.*conſilio 216. num.5.* quod tradit Tiberius in quodam maioratu Hiſpaniæ. Et hoc maiori ratione procedere videtur, vbi licet matrimonium fuerit contractum per verba de præſenti, non tamen fuit conſummatum, quia vxor deceſſit : nam tunc omnia ſunt in-
89 tegra, maximè ſi mulier ſtatim decedat: quia † paria ſunt non eſſe,& ſtatim deſinere eſſe, *c. nam & ego, de verborum ſignificatione.*

Hinc eſt, quòd maſculus, qui ſubito poſt mortem
90 patris deceſſit, non cenſetur extitiſſe, † & non impedit quin fœmina ſuccedat, etiam in feudo, in quo ex lege conceſſionis, ſi maſculus ſemel extiterit, fœminæ ſuccedere non poſſunt, ſecundùm Gloſ. *in cap. 1. §. quin etiam : Epiſcop.vel Abba.lib. 1. tit. 6. in feud.* & alios, quos refert Gloſ.Pariſienſ. *in conſuetudin. Pariſienſ.§.27.quæſt.1.num.8.fol.*221.& Tiraq.*in tractat.de rebus exiguis in iudicio exigendis, verſ. Quadrageſimo ſecundo, pag.*89.qui aliqua ſimilia adducit; quod dictum in alio loco refero. Et ea, quæ momento tempo-
91 ris tantum durant, † non ſunt in conſideratione, *l.ſi conſentiente, C.de donation.ante nupt.l.vltima, in fi.C. de bonis quæ liber.*& alia adducit Gl.Pariſien.*vbi ſupra, num.*9.de quo lector videat Burg.de Paz *conſ.25. num.* 24.& faciunt quæ *infra* ſcribo. Et an ſponſa nondum cognita, † habeat reſtitutionem aduerſus matrimonium ? conſtat per ea quæ ſcribunt Dec. *in conſ.* 112. Socin.Iun.*in conſ.55.nu.5.lib.3.* Sforcia Oddo *in tract. de reſtit.in integrum,p.2.quæſt.60.art.2.num.1.pag.*723. 92

In contrarium tamen aliqua faciunt fundamenta, & in primis principium iuris, quo cautum eſt, quòd ſi effectus cauſæ iam eſt conſummatus, † non ceſſat actus 93 quamvis ceſſet cauſa, *l.vltima,in principio,ff. vnde liber,l.inter ſtipulantem*, §.*ſacram,ff. de verbor. obligat. l.8.ti.21.p.4.*cum *concordan.*quæ ſcribo *in ſecunda parte huius operis, quæſt.6.* tradit latè Menoch. *in tract. de præſumpt.li.4.præſump.189.num.196.& 197. fol.*342. Aluarus Valaſc.*conſultation.57.per totam*, vbi illud referendo reſoluit, quod lite cepta in iudicio priuilegiato, non debet remitti ceſſante cauſa primordialis privilegij; & facit ſimile quod dicimus, matrimonium non diſſolui propter ſterilitatem, quia non ſola cauſa prolis eſt in matrimonio, † ſed enitatio fornicationis, 94 & fides, *c.tantum*, 32.*quæſt.7.* ¶ Item quamvis contractus matrimonij fuerit cauſa, vt maioratus perficeretur in filium, veriſimile tamen eſt, quòd pater ductus amore paterno, & deſiderio conſeruandi, & perpetuandi memoriam ſuam, nihilominus maioratum feciſſet, & quòd non fuit ſola cauſa matrimonij, quæ patrem induxit ad confectionem maioratus. Vnde, licet ceſſet illa cauſa matrimonij, † non ceſſat amor pa- 95 ternus : quia omnes vincit, & ſuperabundat coniecturas,*l.iſti quidem,ff.quod met.cauſ.*cum *ſimilibus.*

Et quando pater donauit filio, præſumitur donaſſe 96 vt filio, † non vt hæredi, ſecundùm Bald. *l.filia cuius, num.7.C.familiæ erciſcun.*Menoch.*in tractat.de præſumption.lib.3.præſumption.48.num.15.pag.*334.& maritus præſumitur præſtitiſſe alimenta vxori propter affectionem maritalem, magis quam propter dotem receptam, ſecundum Barth.Soci.*in l.1.num. 95.ff. ſoluto matrimonio,*eundem Menoch.*in d.lib.3. præſumptione 13. num.* 20.*pag.*280. ¶ Et donatio facta filiæ ob dotem, † valet 97 etiam ſi non ſequatur matrimonium, vt tradunt Alexand.*in l.ſi cum dotem, notab.5.ff.ſoluto matrimonio,*Iaſ. *in l.ſi extraneus, num.16.ff.de condict. cauſ.dat.* Menochium *in dict.tractat.lib.3.præſumption.29.num.79.pag.* 303. ¶ Et quando pater donat filio ob cauſam matri- 98 monij,† videtur donare vt filio,& vt illi acquiratur, vt reſoluit Ioan.Franciſcus de Ponte *in conſ.79.n.11.* quia matrimonium dicitur cauſa impulſiua, ſecundùm Oldrad.*in conſ.5.*Aymonem *in conſ.*85.114.136. Decium *in dict.conſ.*216. Et omnia,quæ noſtra ſunt, † ex voto 99 filiis paramus,*l.nihil,ff. de bonis libert.l. de emancipatis, C.de legit.hæred.*& ad hoc vrget etiam text.*in l.ſi donaturus,in principio,ff.de condict.ob cauſ.* ibi : *Si donaturus mulieri, iuſſu eius, ſponſo numeraui, nec nuptiæ ſequutæ ſunt,id mulier condicet.* Vbi DD. ad propoſitum aliqua ſcribunt,& Dec.*in conſ.35. n.6. cum ſeqq.* & eſt bonus text.in ratione ſui,*in auth. ſed quamvis, C. de rei vxor. action.& in l.ex morte,C.de pact.conuentis,* ibi:*Ex mortis cuiuſcunque perſonæ,ſiue mariti,ſiue mulieris,eandem partem,non pecuniæ quantitatem,tam virum ex dote, quàm mulierem ex ante nuptias donatione lucrari decernimus.* ¶ Et vbi ſunt plures cauſæ diſpoſitionis,vna ceſſante,† 100 remanet alia,& diſpoſitio durat,*l.ſi non Ælia Sentia,ff. de hæred.inſtit.l.tutor petitus,*§.*quæ tutoribus,ff.de excuſat.tutor.*cum aliis,quæ refert Tiraquel.*in dict. tract.de ceſſant.cauſ.limitat.22.n.1.cum ſequentibus.fol.*186.cui addo bonam theoricam Gloſ. Pariſienſ. *in conſuetudin. Pariſienſ.p.1.§.3.gloſ.9.n.38.fol.*52.

Et vbi concurrunt duæ cauſæ factæ donationis,præ- 101 ſumitur quòd cauſa finalis donationis † fuit dilectio: *dict.§.quæ tutoribus,l.penult. ff. quod falſ. tutor. autho.l. quamvis,§.vltimo,ff.de annuis legat.*facit *l.Quintus,ff.de auro & argento legato*; & quod per hæc iura decidit Thom.Grammat.*deciſ.*73.*Venerabilis Antonius,numer.* 15.Maſcard.*in tractat.de probationibus,libro primo concluſ.*474.*num.*4.*fol.*294.quod latè & notanter explicat Menochius *in tractat. præſumption. lib.*4. *præſumption.* 124.*num.*1.*cum ſequentibus,fol.*231.ſ ciunt ſcripta per Bldum Nouellum *in tractat.de dote,par.6.priuileg.*77. *fol.*26. Guttierrez *lib* 2.*practicarum quæſtionum, quæſt.* 62.*num.*5.*pag.* 142. & faciunt ſcripta per Maſcard. *in dict.tractat.& lib.*1.*concluſ.*559.*num.*1.*cum ſequentibus,* Mantic.*de coniecturat.ment.lib.6.ti.*14.*num.*15.*fol.*133. Curt.*in tractat.de feud.par.*2.*num.*5.*pag.* 129. & lega-
102 tum factum nepotibus pauperibus † cenſetur relictum ob cuſam magis pium, quàm ob cuſum conſanguinitatis,vt ex Al. x.*in conſ.*122.*li.*4.& aliis pluribus reſoluit Iaſ.*in conſ.*183.*col.*2.*lib.*2.quod refero *in 4.p.q.*27. & quod per text. *in d. §. quæ tutoribus*, dicunt Bald. Imol. & Iaſ. *num.*20. *fol.*47. & alij,*in l.qui filiabus,in principio,ff.de legat.*1.vbi dicunt,quòd legatum factum
103 filiabus † cenſetur factum propter affectionem,& non propter benemerita, quod valde viget pro iſta concluſione. De quo etiam legenda ſunt quæ ſcribit Caldas Pereira *in l.ſi curatorem habens, C. de in integrum reſtit.minor.in verb.læſis,n.*92.*fol.*333.Menoch.*in tractat. de præſump.li.4.præſumption.*215.*num.*9.*fol.*221. notanter Petr.Surd.*deciſ.*322.*num.*14.*&num.*52. & qualiter quis poſſit præſentari per patronum, ob carnalitatem, non conſiderando idoneitatem, tradit notanter Roch. de Curt.*in tractat.iuriſpatronatus, in verb. honorificum. num.*15.*fol.*13. & qualiter donatio facta Regi cenſeatur data intuitu perſonæ,vel dignitatis ? notanter tradit Ripa *reſponſ.*80. *num.*2. ¶ Et ſiquis aliquem hæredem inſtituat, ſi cum aliqua muliere contrahat matrimo-
104 nium,in dubio,† quantis legata, cenſetur dos mulieris,& illi acquiritur,vt volunt Bal.*in l.vnica, C.de his, quæ pœna nomine:*Paul de Caſtro *in l.Titio,§.1. de condit.& demonſtra.*Barthol.Soci.*in l.2.ff. de his quæ pœna nomine:*Ioan.Lop.*in rubr.de donation.inter virum.* §. 44.& 45.quos citat Epiſcop.Couar.*in epitome de ſponſalibus.p.2.c.3.§.3.n.9.fol.*33.quod ad multa refert ſcires ſ ciunt ſcript. per Menoc.*in conſ.*176.*n.3.cum ſeqq. li.2.*

Nec legatum ſ ctum filio per patrem, præſumitur
105 factum alio reſpectu,† quàm filiationis,ſecundùm Bald. *in authen.ex teſtamento,C.de collat.*Alexan.*in l.ſi donatione cod.tit.*Alciat.*regul.1.præſumption.6* & alios iures,quos cit t Baëza *de decima tutor.c.5. numer.*36.*fol.* 62.&,plura ſcribit Ioſeph.Maſcard.*in tractat. de probation. concluſ.*559. *num.*3. Menoch. *in tractatu præſumptionum, lib.3. præſumptione 26. pag.* 292. Et legatum relictum ab extraneo valde amico Epiſcopo,videtur relictum ipſi Epiſcopo, & illius occaſione, ſecundùm Gloſſam communiter ibi receptam *in cap. requiſiſti, de teſtam.* & eſt communis ſecundùm Socin. & Ludouicum Luſitan. *in l. 2. ff. de rebus dubiis,*notat Alciat.*in tractatu præſumptionum,regul.1.præſumptione* 28.*pagin.* 80.Latius Epiſcop.Couar.*in dict.cap.requiſiſti.* ¶ Et vbicunque aliquid relinquitur ſub aliqua conditione, quæ
106 non fuit impleta,† debetur relictum, ſi nihilominus ea ceſſante daretur,ſecundùm Gloſ.& Angel. Iaſ. & Dec. *in l.1.C.de inſtitution.& ſubſtitution.*Socin.*in l.in teſtamento nu.5.ff. de conditionib.& demonſtrationib.* & alios, vt per Antonium Peregrin.*in tractat.de fideicommiſ.art.* 16.*n.*122.*fol.*158.

Et ad propoſitum quoddam *ſingulare Romani* 646.& conducunt ſcripta per Abb.Felin.& Dec.*n.*16.*in c.quoniam Abbas de offic. Delegat.*eundem Dec. *in cap. ex literis,n.*16.*de conſtit.*& Epiſcop.Couar. *in cap. Ioannes, n.*3.*fol.*149.*de teſtamen.*vbi concordat cum Romano *in d.ſingulari* 646.dicente, quod quamvis executor teſtamentarius amittat legatum, quando non vult eſſe executor ex teſtatoris nominatione,ſi tamen ſit coniunctus
107 teſtatori,† non amittit legatum;pro quibus facit *l. vltima,ti.*10.*p.*6.Communis tamen eſt opinio, quòd lega-
108 tum præſumitur relictum † contemplatione officij, ſecundùm Peraltam *in l.1.num.*63. *pag.*43. *ff.de legat.*2. Hinc eſt, quòd vbicunque ſanguinis ratio mouit teſta-
109 torem ad legatum faciendum,tali cauſa † ceſſante,ceſſat legatum,*l.ſi pater,C.de hæred.inſtituend.*notat Bart.*in l. demonſtratio,in principio num.7.ff.de condit. & demonſtrat.* & alij plures, quos citat Franciſcus Mantica *in tractat.de coniecturata mente defuncti,lib.6.ti.*14.*n.*17. *pag.* 246. & plura ſpecialia in iure,quæ operatur ſanguinis † coniunctio, ſcribit notanter Zanchus *in l, hæredes mei,§.cum ita,part.1.num.*114.*cum ſequentibus, ff. ad Trebellianum.*Et Henricus Bohic.*in cap. nos quidem, in fine,de teſtamen.* ſcribit, quòd in quæſtione an legatum relictum Canonicis,debeatur ipſis,aut collegio Canonicorum,eſt inſpicienda amicitia † & conſanguinitas Canonicorum, quem citat Mantic.*li.8.de coniectu. ment. defunct. ti.7. n.*24. *pag.*328.vbi reprehendit doctiſſimum Couar.*in dict.cap.requiſiſti,num* 30.*de teſtamen.* quam quæſtionem nouiſſimè, & eleganter more ſolito diſputat & diſtinguit Menoch. *in tractu. præſumptionum,lib.4.præſumptione* 113.*num.*1.*cum ſequentibus fol.*219.quam vidi de facto in Eccleſia hac Granatenſi. Quod etiam tangit Simon de Præt.*de interpretanda defuncti voluntate,lib.2.interpretation.4.dub.2.ſolution.2. num.*39.*fol.*167.& ad hanc ſententiam eſt bonus text. *in l.cum vxori, C. quando dies legati cedat*, in ratione ſui,quam latè ornat Iaſ.*in l.ſiquis,C.de inſti.& ſubſti.* & de ea latiùs ago *in 2.p.huius operis, quæſt.*12. Et de iſtis legenda ſunt quæ ſcribo *infra,quæſt.*51.*num.*138. & facit etiam ad noſtrum propoſitum, *l. ſi Pontianilla, C. quando dies leg.ced.*& notabilis caſus *in l.cum alienam, C.de lega.* in illis verbis:*Quod ſi ſuam eſſe putauit, non aliter valet relictum,niſi proximæ perſonæ,vel vxori, vel alij tali perſonæ datum ſit,cui legaturus eſſet,& ſi ſciſſet rem alienam eſſe.*Facit *l.*10.*ti.*9.*p.*6.*l.prædia obligata,C. de fideicommiſ.l.Quintus,§.vltimo ff. de auro & argento legato,*& iſtis etiam iungo Iaſ.*in l.ſi donationem,nu.*1.*C. de collat.*& quæ ſcribit Tiraquel.*in præfat.retract.n.*55. *pag.*23.

¶ Et pro iſtis etiam facit doctrina Baldi *in l.*1.*colum.* 2.*n.*2.*C.de priuileg.dot.* vbi dicit,quòd priuilegia,quæ matrimonio dantur,† habent locum, etiam ſi momento 112 matrimonium durauerit, & ſi ex forma ſtatuti vxore prædecedente in matrimonio, maritus debeat lucrari dotem, ſatis eſt, quod matrimonium momento durauerit,ſecundùm Bald.per illum textum,*in l.non tantum,C. de lega.*& *in l.vxoris abortu,C.de poſthum.hæred.inſti.*ad quod alia ſimilia adducit Dec.*in l.ſi tibi pecuniam, n.*7. & 8 *ff.ſi certum petat.fol.*71.De quo legendi ſunt Ripa *in rubric.ff.ſoluto matrimonio, nu.*68. & *in l.quæſitum.*§. *ſponſa,n.*11.*de priuileg.creditor.*Anton.Gam.*deciſ.*124. & ibi Additio:Caldas Pereira *in tractat.de nomination. ad emphyteuſim,q.*16.*n.*10.*fol.*176. ad quos addo Gloſ. Pariſienſ.*in conſuetudin.Pariſien.var.*1.§.25. *num.*8.*fol.* 221.& *dict.*§. 3. *gloſ.*1. *n.*4.*fol.*66. Et conducunt quæ ſupra ſcribo,& facit ſimile quod ſcribit Nicol. de Neapol.*in dict.* §. *quæ tutoribus,* vbi inquit,quòd in dubio donatio facta per patrem filio, potius præſumitur facta † ex paterno affectu,quàm ob merita, notat Barth. So- 113 cin.*in conſ.*91.*n.*9.*li.*1. & plura in propoſito refert Petr.Surd.*deciſ.*118.*n.*9.Et pro hoc facit quod ſcribit Bald. *in conſ.* 406. *li.* 3. vbi dicit, quod filius ſpurius potius præſumitur inſtitutus vt filius,quàm vt extraneus,& faciunt quæ ſcribo *p.*4.*q.*21. Et in dubio donatio facta † 114 præſumitur ob affectionem ſanguinis, ſecundum Roman. *ſingulari* 648. *incipienti, Donatum conſanguineo:* Paul.de Caſtr.*in conſ.*335.*Circa bona,col.*2.*verſ.Secundo videtur obſtare:*1.& alios,quos refert Tiraq.*in l.ſi vnquam,in verbo,donatione largitus,n.*71.*pag.*207.*C.de reuocand.donat.* vbi ſcribit plura ad noſtrum propoſitum facientia;& inter alia refert notabilem text.*in l. Aurelius,*§.*Titius teſtamento,ff. de liber. lega.* & tradit idem Tiraq.*de priuilegiis pia cauſa,in præfatione,n.*9. Simon de Præt.*li.*4.*de interpretand.defuncti volùtat.interpret.* 1.*Circa legata,n.*2.*fol.*375.& *eodẽ libro interpret.*12.*n.* 70.& 71.*fol.*441.Ioſeph.Maſcard.*in tract.de probat.l.*1. *concluſ.*559.*n.*3.*fol.*340.qui plura refert Cephal.*in conſ.* 81.*n.*3.*cum ſeqq.lib.*1.& eleganter & melius omnibus,

materiam explicat & diſtinguit Menoch. *in tractat. de præſumption.lib.4.præſumption.24.num. 1. cum ſequentibus,fol.26.& præſumption.115.lib.4.num.2. fol.221.* & notanter *lib.3.præſum.29. num. 55.& 56.pag.301.* ¶ Hinc fit, quòd vbicunque eſt diſcordia inter executores teſtamentorum, † ſtatur determinationi factæ per executores coniunctos teſtatori, ſecundum Bald. *in l. Imperator,ff. de pact.*& alios,quos citant Tiraquell. *in præfatione Retractus;n.* 40.*pag.* 20. Simon de Præt.*de interpretand.defunct.voluntat.li.5.dubitat.2.numer.*84. *fol.*489.Et huc etiam conducit notabile *conſ.*Barth.Socin.81.*n.*15.*lib.*3. vbi tractat de caſu notabili huic rei congruenti. 115

116 Hæc ſecunda opinio tenenda † videtur propter has rationes vrgentes. Et ex contraria ſequerentur multa inconuenientia,vt clare apparet. Et ad ea, quæ in contrarium adduxi, ex ſuperioribus eſt clara reſponſio; quamvis Stephanus Bertrand.*in conſilio 1.num.3.& 4. lib.*1.teneat,quòd donatio facta fauore matrimonij non habet effectum,ſi conſtat,quòd matrimonium fuit cauſa finalis donandi, aliàs ſecùs;quod altiùs ipſe in caſu, quo conſultus fuit fundat. Et cautè legenda ſunt quæ late in quadam ſucceſſione primogenituræ tradit Burſatus *in conſ.*148.*num.*20.*cum ſequentibus,*& poſtea *nu.* 44.*lib.*2 vbi fundat,quod qualitas accidentalis præfertur qualitati ſanguinis, & ideo qualitas hæreditaria præfertur;& prius Burſat.*num.*1. Et addo eundem Stephan.Bertran.*in conſ.*140.*n.*11.*lib.*3. vbi reſoluit,quòd iſta pacta matrimonialia fiunt in fauorem filiorum talis matrimonij,in quo pactum ſit.

Sed ex dictis in principio iſtius quæſtionis confirmatur,quod ad propoſitum noſtrum ſcribit Tellius *in l.* 17.*Tauri,num.*76.& 77. vbi vult, quòd donatio facta 117 filio in cauſam matrimonij, eſt reuocabilis, † ſi matrimonium non ſequatur, quem citat Baëza *in Pragmatica dotium,cap.*21.*num.*28.*fol.* 131. vbi tamen reſoluit, meliorationem dotis, vel matrimonij nomine factam, nullam eſſe,ſi matrimonium non ſequatur,& idem tenet Matienç.*in l.*1.*tit.*6. *ib.Recopilation.glo ſ.*8.*nu.*9.& 10. *fol.*143.contra Cifuentem,Gomez.Arias, & Segurам, quos citat ad quod faciunt ſcripta per Simonem de Prætis *lib.*4.*de interpretand.defunct.voluntat.dubitatione* 12.*num.*43.*fol.*439.iſtis addo aureum dictum Abbatis *in cap.verum,num.*2.*de conditionappoſit.* vbi probat, quòd modus in donatione appoſitus non eſt cauſa finalis contractus.

Et iſta ſecunda opinio, ſcilicet,maioratum eſſe irreuocabilem,maximè locum ſibi vendicabit, † ſi non ſtet 118 per filium, in quem pater vel mater fecerunt maioratum,vel meliorationem, quo minus contraheret matrimonium; ob cuius contemplationem factus fuit maioratus,vel melioratio;iuxta regulam *l.in iure ciuili, ff.de condition.& demonſtra.l.in iure ciuili,*161.*ff.de reg. iur.* cum *concordan.*quæ ſcribo infra *hac parte,q.*50.*nu.*13. quod in facto contigit in quodam Magnate iſtius Regni.Et ex omnibus ſuperioribus conſtat, quod ſi maioratus fuit factus ab extraneo,& non à parentibus, maius dubium erit ſi matrimonium non ſequatur, ob quod factus fuit maioratus, vtrùm poſſit ille, qui maioratum fecit,reuocare maioratum?cùm ex ſuperioribus rationibus & iuribus conſtet, longum eſſe differentiam inter vnum & alium caſum,quod conſtat ex ſcriptis per Simon.de Præt.& Baëzam.

Et ex iam dictis,& regul.tex.*in l.ſancimus, C. de teſtam.*& *l.cum hic ſtatus,§.pœnitentiam,ff.de donation.inter vir.& vxor.*& ex pluribus quæ ſcribo *infrà,hac p.q.* 43.*n.*2.*cum ſeqq.* conſtat, quòd ſi ille,qui fecit maioratum ob cauſam onerolam matrimonij,vel propter aliam conſimilem cauſam,non reuocabit maioratum,quamvis cauſa ceſſauerit,† ſed maioratus valet & ſuſtinetur, & 119 in eo ſuccedunt omnes à fundatore vocati; quæ omnia ſunt noua & notabilia.

Ex omnibus ſuperioribus poteſt ſumi fundamentum ad determinationem egregiæ quæſtionis, quæ iam in practica contigit ſuper quodam opulento maioratu.Pater fecit maioratum in filium, declarando, quòd illum faciebat ob amorem & affectionem,quam ad filium habebat, & ob cauſam matrimonij cuiuſdam perſonæ quam nominauit, ex quo matrimonio filius melioratus habuit filiam fœminam,& defuncta illa muliere,nupſit cum alia ex qua procreauit filium maſculum: an iſte, vel fœmina concepta ex priori matrimonio præferri debeat in ſucceſſione maioratus? nam ſi attendamus ad pacta matrimonialia, debet præferri fœmina filio maſculo ſuſcepta ex ſecundo matrimonio, ſecundum ea quæ ſcribo *infra,hac* 1.*p.q.*31.*à nu.* 133.*cum ſeqq.* ſi ad amorem & affectionem paternum,maſculus,cum ſit in eodem gradu, fœminæ eſt præferendus † iuxta ius com- 120 mune,& leges Regni,& vniuerſalem Hiſpaniæ,& aliarum gentium conſuetudinem,prout latius ſcribo 2.*p.q.* 6. In qua materia animaduerto ad vnum & ſingulare, quod ex verbis,& intentione *legum* 17.& 44.*Taurinarum,*prohibentium reuocationem maioratus,vel meliorationis, quando præceſſit contractus oneroſus matrimonij,vel alterius qualitatis,clarè colligitur,quòd ſola affectio paterna & ſanguinis, non facit meliorationem vel maioratum irreuocabilem, ſed cauſa oneroſa; quod reputo notandum ad propoſitam quæſtionem,& ad alia multa.

Huic eſt ſuffraganea alia etiam non leuis quæſtio. Pater (prout plerumque contingit) vt filius honoratiùs atque ſplendidiùs vxorem ducat, facit in eum maioratum declarando, quòd illum facit ad hoc, vt filius melius matrimonium contrahat,nec declarat perſonam cum qua matrimonium perfici debet (ſolent etenim parentes ſimiles contractus facere, vt ſub hac imagine, colore,& cupiditate meliùs filius ſubhaſtetur, atque in foro publico venundetur) quem contractum, licet pater fecerit, non tamen tradidit filio poſſeſſionem actu vero,nec ficto, nec per aliquem modum de contentis *in d. l.*44.& 17. Quæro,an iſto caſu pater poſſit reuocare maioratum,aut meliorationem?In quo etiam quod mihi videtur breuiter,& palam exponendo dico, quòd 121 ſi pater in iſto caſu per aliquem verum aut fictum actum non tradat poſſeſſionem, poteſt liberè reuocare maioratum,aut meliorationem:quia in iſto caſu contractus non fuit oneroſus,nec factus cum Tertio, quod requirunt *dicta leges* 17.22.& 44.ad hoc, vt melioratio & promiſſio de meliorando, aut maioratus ſit irreuocabilis:& totam vim irreuocabilitatis ponunt in eo,quod intercueniat tertia perſona, quæ ex contractu commodum ſentiat. Vnde ſi pater poſt factam meliorationem, vel maioratum,non ratificat contractum antea factum, 122 † habet poteſtatem reuocandi, niſi euidenter probaretur, quòd mulier præmiſſo maioratu,vel melioratione commota, aut promiſſione de meliorando (quæ eidem, aut eiuſdem parentibus,vel conſanguineis, qui de matrimonio tractabant, oſtenſa fuit per patrem ducentis, aut filij eam alium quemlibet,) ſub hoc colore, & perſuaſione nupſit: ad quod facit *l. ſi ſine voluntate, C. ad Vellei.* Pro qua concluſione faciunt quæ ſcribunt Baëza *de non meliorandis filiabus,cap.*21.*num.*5.qui ex hoc & aliis probat, quòd non valet melioratio dotis facta filiæ,etiam ſi facta fuit ante matrimonium, qui *num.*26. hoc dicit indubitatum, ſi modo conſtitutio dotis fiat poſtquàm tacitè,vel expreſsè,directè, vel obliquè, fuit tractatum de locando filiam certo homini; & ita tenet Telli.*in l.*17.*Taurina,n.*71.& 72.Matienç.*in l.*1.*tit.*6. *li.*4.*Recop.glo ſ.*8.*num.*4.*fol.*143 & Molina *lib.*4.*cap.*2. *num.*16.*fol.* 121. & ad hoc faciunt quæ ſcribo *in queſt.* 22. *ſupra, in verſ. Item dubitari poteſt.* Et in terminis quòd melioratio facta ob cauſam matrimonij † debeat 123 eſſe cum certa perſona ad hoc,vt reuocari non poſſit,tenet nouiſſimè Angulo *in l.*6.*tit.*6.*glo ſ.*8.*lib.*5.*Recopilation. n.* 1. *fol.*150. vbi tradit talem promiſſionem nihil operari,matrimonio iam contracto.

Hoc etiam in loco oportet in medium adducere quæſtionem

ſtionem neceſſariam,& quam habui de facto.Pater deſponſauit filium impuberem,& vt melius ſponſalia perficerentur, & cum maiori honore filij, conſtituit in eo maioratum, vel meliorationem Tertij ob cauſam oneroſam deſponſationis, & filius in effectu contraxit ſponſalia,& poſt factam deſponſationem, & poſtquam factus fuit contractus maioratus, defuncta fuit ſponſa, cum qua filius matrimonium erat contracturus, ætate legitima adueniente, aut aliàs matrimonium non habuit effectum: quæro, an pater poſſit reuocare talem maioratum,vel meliorationem?Quæſtio eſt etiam à nemine noſtrum tacta (niſi memoria me fallit) eiuſdem tamen veritatem pro viribus meis explicare curabo.

Et videtur, quòd ſi ſcriptura maioratus facta ſit ſimpliciter abſque aliqua conditione,videlicet, quod non dicitur, quòd ſi nuptiæ ſequutæ non ſint, non habeat 124 effectum:talis ſcriptura,& contractus † eſt irreuocabilis,per text.*in d. l. ſi donaturus,*relatum *in num.*99. vbi ſiquis donat ſimpliciter ſponſæ dotem, cuius nomine ſponſo numeratur,licèt nuptiæ non ſequantur, dos mulieri acquiritur;ſecus autem quando mulieri dos detur, nam ſi ſequutæ non eſſent, dotanti dos redderetur, & hoc confirmatur ex *d. l. tutor*, §. *quæ tutoribus,*& aliis quæ ſupra ſcripſi.Et in iſto caſu licèt matrimonium ad 125 perfectionem non fuerit deductum, remanet affectio paterna,quæ eſt propria † & naturalis circa filios, *d.l. iſti quidem.ff. quod metus cauſ.* cum mille ſimilibus; & 126 donatio propter nuptias † non poteſt reuocari matrimonio non ſequuto,*l.ſi extraneus,ff.de condict.ob cauſ.* vbi Roman.Alexand.Iaſ.quos citat Augulo *in l.*9.*ti.*6. *li.*5.*Recopil.glo ſ.*4.*num.*15.*fol.*184.Et facit in argumentum,quod ſcribit Paulus de Montepico *in l.in quartam, num.*196.*ff.ad legem falcidiam,* vbi probat, quòd licet mater non teneatur dotare filiam,quando aliunde habet 127 vnde ſe dotet,dos illa † imputatur in legitimam:quia ad illam donationem mater dicitur moueri ex quadam naturali affectione,vt facilius maritum reperiat,& melius ab eo tractetur,refert & confirmat Rolandus *conſil.*70. *num.*14.*lib.*4 & *conſilio* 44.*num.*31. *eodem libro.* Et in legato relicto deſcendentibus,vel aliis coniunctis,cau- 128 ſa finalis † legati eſt affectio & coniunctio ſanguinis; *l.qui filiabus,*§.1.vbi *Glo ſ.*1.*ff.de legatis* 1. notat Baldus *in l.final.in fin.C.de ſenten.quæ ſine cert.quanti.* Fulgoſ. *conſilio* 40.*column.*2.Thom.Grammatic.*conſilio* 57.*num.* 4.& 8.ad quem addo Beroium *in conſilio* 28.*num.* 40. *lib.*2. decidentem, quod cauſa finalis in legato in du- 129 bio,præſumitur † mera teſtatoris liberalitas, accedente legatarij meritorum præſumptione, quem citat Simon de Prætis *de interpretand.defunct.voluntat. dubitatione* 2. *num.* 4. *fol.* 377. Et in materia facit etiam tex.*in l. apud Labeonem*, §.*ſponſus, ff.de iniuriis,l.propter violatam,C.de adulteriis,* & quæ ſcribit Thom. Gram. *conſ.* 57.*num.*3.& *conſ.*146.*num.*4.*li.*2. & iſta affectio naturalis eſt præferenda † accidentali, *l. qui habebat. ff. de leg.*3.*l.ultima,C.de his,qui veniam ætat.impetra.*& maiori ratione *d.l.ſi donaturus,ff.de condict.ob cauſ.*procedere debet in noſtro caſu,quia lex loquitur in extraneo dotante;nos ſumus in filio donatario. 130

131 Sed iſtis & aliis ſimilibus non obſtantibus,† contraria opinio verior videtur. Primò ex verbis *dictarum legum* 17.& 44.in quibus ſunt illa verba:*Por via de caſamiento*, quæ ſecundum communem vſum loquendi 132 interpretantur de matrimonio † de præſenti, & non de futuro,& quod perfectum non fuit; & iſte intellectus omnibus eſt præferendus,*l.librorum,*§.*quod tamen Caſſius,ff.de legat.*3.cum *concordan.* Item ea verba ſunt in- 133 telligenda in potiori ſignificatu, † ſcilicet in matrimonio contracto per verba de præſenti,quamvis non conſummato,non etiam in ſponſalibus,nec in debiliori ſignificatu,*l.*1.§.*qui in perpetuum.ff. ſi ager vectiga. vel emphyt.* Item eum dictæ leges ſint exorbitantes, & parentibus valdè oneroſæ, quippe quæ quodammodo auferunt liberam diſponendi de rebus propriis facultatem,contra *l.*1.*C.de Sacroſanct.Eccleſ.in re mandata,C. mandat.*& ſint contra *l.vltim. C. de pact.* & alia iura ſimilia; interpretanda ſunt † vt minus lædant ius com- 134 mune,in quantum fuerit poſſibile,*l.*2. *C. de noxal. cap. cum dilectus de conſuet.*Nec debent extendi etiam ex ſimili ratione, ſecundùm Gloſſam *in cap. in fidei fauorem,de hæret.in* 6.nec ex maioritate rationis, ſecundum Gloſſam, quam omnes ſequuntur *in authen. quas actiones,*vbi DD. & de hoc latius ago circa intellectum dictarum legum,*in aliis locis,* præcipuè *in q.*30.*ſupra, hac* 1.*p.n.*81.

Præterea, pro iſta ſecunda opinione eſt elegans doctrina Bald.*in l.ſolet,§.qua virtute, ff.de his qui notantur infamia,*vbi dicit,quòd etiam in fauorabilibus ſtatutum in vxore, † non habet locum in ſponſa de futuro: fa- 135 ciunt ſcripta per Auiles *in capitulis correctorum,cap.*47. *fol.*294.& facit *l.ſi quæ,*§.1.*ff.de ritu nup.ti.*& §. *vxor, Inſtitut.de nuptiis,*de quibus meminit Quintilian.Mandoſ.*in tract.de ingratitudine,cap.*88.*fol.*26 & plura notabilia ſcribit Carol.Ruin.*in rubr.ff.ſoluto matrimo. nu.* 133.*pag.*24.& inquit Bald.ſingulariter *in l.penultim.*§. *fin.ff.quod falſi tutor.autho.*quod lucrum dotis ex pacto, vel ſtatuto, † non habet locum in ſponſa ante nubiles 136 annos decedente;quamvis ſponſa decedat in domo viri,& ſupportauerit onera matrimonij,refert & confirmat Nicol.Boer.*deciſ.*22.*n.*7.*fol.* 41. ¶ Et verba dictarum legum † ſunt intelligenda verè,& non fictè, vt in 137 alio propoſito animaduertit *Tiraquel.* circa intellectum *legum* 54.& 55.*Taurinarum,in legibus connubialibus,in glo ſ.*2.en pouuoir,*n.*22.*fol.*251: qui *in num. præcedenti* citat Bald.*in dict.loco.*

Secundò,ad iſtam opinionem adducto *l.ſi extraneus, ff.de condict.cauſa dat.*in illis verbis: *Nam quaſi cauſa non ſequuta,habere poteſt conditionem, qui ob matrimonium dedit, matrimonio non copulato.* Ex qua *lege* deducit *ibi* regulam Alexand.quòd in promiſſione doris, in- 138 eſt tacita conditio,*ſi* † *matrimonium ſequatur.* Ad quam regulam eſt melior text.ſecundùm Iaſ.ibi,*n.*12.*fol.*156. *in liſtipulationeff.de iur.dot.*facit regula text. *in l. Publius Mœnius,in principio,ff.de condit.& demonſtration.* vbi legatum pro dote,aut cauſa dotis factum alicui puellæ, cenſetur conditionale, & non purum; & ideo non debetur,† ſi matrimonium non ſequatur: & idem 139 probatur *in l.ſi ego,l.tale,l.promittendo,ff.de iure dot.*explicat latè Bartol.*in l.Titio centum,*§.*Titio genero, ff. de cond.& demonſtr.*& eleganter Epiſcop.Couar.qui hanc regulam melius omnibus,latiuſque reſoluit *in cap.*3.*nu.* 11.*de teſtam.*quem lector omnino legat, cui adde *l.*11. & 12.*tit.*1.*part.*4.quæ concordant cum prædictis iuribus,& Coſta *li.*2.*electar.interpretat.*21.*n.*3.Mencha.*in l.ſi quando,*§.*illud,n.*77.*C.de inoffic.teſtam.* Aymo.Crauet.*conſ.*15.*n.*3.Baldin.*conſ.*249. *An legatum dotis, li.* 4.Celſi.*conſ.*69.*n.*1.& *conſ.*118.*n.*6. Grammat. *conſ.*57. *per totum.& conſ.*135.*n.*5.Meno.*conſ.*60.*n.*37.*lib.*1.Rolland.*conſ.*29.*lib.*4.Simon de Prætis *in loco infra citato,* notanter Alexand. *in l. ſi pecuniam,n.*6.*ff.de conditcauſ. dat.fol.*177.vbi ex Salicet.& aliis reſoluit, quòd donatione facta ob matrimonium † non acquiritur ius, nec 140 dominium,niſi ſequatur matrimonium;& conditio habetur pro impleta, quando aliàs eſſet relicturus, etiam conditione deficiente,ſecundùm gloſ.Angelum,& Fulgoſ.Alexandrum,Iaſ.& Dec.*in l.*1.*C.de inſtit.& ſubſtitution.*quos; & Bartho. Socinum,citat Antonius Peregrinus *in tractat.de fideicommiſſis,artic.*16.*n.*122.*fol.* 157.Et iſta concluſio procedit etiam ſiquis dotem promittat ſolucre d omnem voluntatem creditoris,ſecundùm Bald.*in l.qui ſe debere,ff.de condict.ob cauſ.* & confirmat Alexand.*in conſ.*145.*viſo proceſſu,n.*2.*lib.*5.notat Tiraq.*lib.*2.*de retract.*§.1.*glo.*2.*n.*55.*pag.*888.

Non obſtat text. *in dict.l.ſi donaturus,ff.de condict.ob cauſ.*ſupra dicta;& quia procedit in ſponſo † de præſenti,& non de futuro,inter quos eſt longa differentia,vt 141 patet ex dict.doctrina *Baldi:*& qui in caſu illius textus interuenit traditio,& verba illa,*ſponſo,* debent intelligi in ſponſo de præſenti,& in potiori ſignificatu,non

in ſponſo de futuro. Et forſan dici pnteſt illum *textum* in prædictis verbis, *ſponſo numerauit*: quod in noſtra quæſtione ſi interueniat traditio in executionem contractus, & filio impuberi bona ſint tradita, eſt irreuocabilis conſtitutio maioratus, quia extincta cauſa onerosa matrimonij, remanet traditio poſſeſſionis. Pro quo faciunt quæ ſcribo *in quæſt.* 2. *in hac* 1. *part. num.* 107. niſi traditio fiat in exequutionem eius, quod actum fuit: quia remota & extincta cauſa principali, cætera
142 velut acceſſoria, & dependentia, & connexa † reſoluuntur, *l. cum principalis, ff. de regul. iuris, l. dotem dedit. ff. de iure dotium, l. manumiſſiones. ff. de inſtitia & iure, l. quominus, ff. de fluminibus*, & cauſa perempta, perimit ſuum cauſatum, ſecundùm Gloſ. *in c. ita quorundam, in verbo, ferrum, de Iudæis.*

Tertio adduco, *l. plerunque, §. ſi ante, ff. de iure dotium, l.* 18. *tit.* 11. *part.* 4. ibi: *Eſto es porque tal donacion como eſta es fecha ſo condicion, que es tal ſi el caſamiento ſe cumple.* ¶ Et quod pactum factum in contractu matrimonij, quòd primogeniti perpetuò ſuccedant, ſit
143 principaliter † factum ob ſucceſſionem primogenituræ; & quod primogenitura ſit cauſa finalis, reſoluit Tiberius Decianus *in reſponſ.* 31. *num.* 68. *lib.* 1. conſultus in quodam negotio Comitis de Tendilla Hiſpaniæ, qui ad hoc refert Oldradum *in conſ.* 5. Barthol. Socin. *in conſ.* 53. *lib.* 1. *num.* 2. Decium *in conſ.* 216. *num.* 5. & iſtud reſponſum quod retuli *Decian.* refero ad aliud *ſupra, hac part. quæſt.* 22. Nec eſt in iſta materia prætermittenda *l.* 11. *tit.* 4. *part.* 4. ibi. *E con condicion ſe haze quando dize la muger al marido, o otro por ella, que promete e fize pleyto de darle alguna coſa pro dote ſi le cumpliere el matrimonio, e tal condicion como eſta ſiempre ſe entiende, quier ſea nombrada o non*, vbi legi debet Greg. Lop. *in gloſ. fin.*

Et facta conuentione de matrimonio contrahendo
144 inter duos impotentes, cum fuerint legitimæ ætatis, † an interpellatus, qui nondum eſt ætatis legitimæ, conſtituatur in mora, explicat Angel. *in conſ.* 251. *Domina Maſſina*: *per totum.* Animaduertant etiam Scribentes in iſta materia ad peregrinam doctrinam Bartoli, & Ioan. de Platea *in l.* 2. *ad filiorum, C. quando, & quibus pars quart. debeatur, lib.* 10. vbi volunt, quòd conditio nubendi eſt adimplenda per grauatum intra triennium, poſt quam fuerit ligitimæ & nubilis ætatis, & per tale
145 tempus expectatur; quòd ſi nubere non vult, † amittit legatum; & idem tradit Guillelm. Benedict. *in cap. Raynuntius, in verbo, cuidam Petro tradiderunt, num.* 4. *folio* 44. Simon de Pratis, *lib.* 4. *de interpret. defunct. volunt. dubit.* 12. *n.* 65. *folio* 441. qui ponit exemplum in puella granata, vt nubat alicui de patria, vel agnatione, indicans dictam concluſionem duram eſſe contra puellas, & periculoſam.

In hac etiam quæſtione eſt notabilis *l.* 21. *in verſ. Eſto es, tit.* 9. *part.* 6. quæ ſingulariter vult quòd ſiquis leget mulieri aliquid, vt nubat cum aliquo, legatum ſta-
146 tim eſt ei tradendum, † præſtita cautione, quòd procurabit exequi quod teſtator mandauit; nec antea transfertur mulieri dominium, quàm exequatur, quod teſtator iuſſit; quam legem ad alium finem refero *in* 3. *part. q.* 12. *ad fin.* Ex qua lege inferri poteſt, quòd ſi pater melioret filium in aliquibus rebus, vt aliquam mulierem vxorem ducat, eſt filio tradenda poſſeſſio bonorum, donec ducat; non tamen in illum transfertur dominium abſolutè, dum nuptiæ ſequutæ non ſunt, vel filius fecerit, quicquid potuerit, vt ſtatim cauetur *in illa lege* ſingulari, & *in lege ſequenti, in principio.* Pro qua ſententia faciunt iura, quæ dicunt, dominium non trans-
147 ferri ex contractu, vel alio actu conditionali, † niſi conditione exiſtente, *l. ei qui ita hæreditatem, ff. de condit. inſtit. l. qui hæredi, §. mult, ff. de cond. & demonſtr.* cum *concord.* relatis per Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, num.* 225. *C. de reuocand. donat. & lib.* 1. *de retract. §.* 1. *gloſ.* 10. *num.* 46. *pag.* 236. de quo legenda ſunt quæ ſcribo *infra, part.* 2. *quæſt.* 4. *ibat.* 8. *num.* 7. *cum ſeqq.*

De eo autem quod tradit *dict. l. par.* 21. legenda ſunt ſcripta per Bart. *in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonſtr.* Baldum *in l. ſancimus, C. de nupt.* Epiſc. Couar. *in dict. cap.* 3. *de teſtam. num.* 11. qui tamen oblitus eſt de *d. l. partita*; Simon de Præt. *lib.* 4. *de interpret. defunct. volunt. dubit.* 12. *num.* 49. & 50. *folio* 440. Tradit etiam Epiſcop. Couar. *in dict. loco, in verſic. Poſtremo in hac quæſtione*, circa propoſitum præmiſſorum, legatum relictum pro dote puellæ adultæ, deberi ipſo die, † quo 148
matrimonium contrahitur per verba de præſenti. Si autem relinquitur puellæ impuberi, non debetur, donec ſit nubilis ætatis, & matrimonium de præſenti contraxerit, ex Bart. *in d. §. Titio genero*, Lauren. de Rodulph. *in tract. de ſtatu. excluden. fœm. colum.* 39. & omnino legi debent quæ latiſſimè ſcribit Menoc. *in tract. de præſump. lib.* 4. *præſum.* 146. 147. 148.

Iſtis etiam addendum eſt, quòd ſi pater, vel mater, poſt contractum à filio matrimonium faciant donationem Tertij dicentes, quod faciunt talem donationem ad ſuſtinenda onera matrimonij contracti à filio cum cum aliqua muliere, † poſſunt reuocare talem donatio- 149
nem, ſi traditio poſſeſſionis vel ſcripturæ non interueniat ad quod faciunt verba prædictæ *legis* 17. ibi: *O el dicho contrato ſe huuiere hecho por cauſa oneroſa con otro Tercero, aſſi como por via de caſamiento.* Nam illa verba docent, quod donatio debet fieri, vt matrimonium habeat effectum, aliter non fiendum: quam concluſionem docet clarè Guid. Pap. *deciſ.* 145. *n.* 2. ibi: *Fuitque & eſt pars dicti contractus*, iunctis verbis præcedentibus & ſequentibus.

QVÆSTIO XL.

Si pater faciat maioratum de aliquibus annuis reditibus, & de aliis iuribus incorporalibus, & cedat actiones in filium, an maioratus fiat irreuocabilis.

SVMMARIVM.

1 *Definitio quæſtionis.*
2 *Ceſſio in iuribus incorporalibus pro traditione habetur,* & n. 5. *Contraria opinio,* n. 4. *Et an locatio pro ceſſione habeatur,* n. 3.
6 *Donatarius in cuius fauorem donatio fuit facta, & ceſſio nominis creditorum, alteri præfertur.*
7 *In iuribus incorporalibus ex ſolo Regis priuilegio an transferatur poſſeſſio.*
8 *Quid in illis operetur ſententia,* & n. 11.
9 *An illis acquiratur ius, non apprehenſa poſſeſſione corporali.*
10 *Conceſſiones iurium ſpiritualium ex titulo habili vires & effectum aſſumunt.*
12 *Donatio facta per patrem filio in poteſtate, confirmatur traditione corporali in re tradibili.*
13 *Iuriſdictio eſt ius incorporale.*
14 *Donatio nominis debitoris abſque ceſſione an faciat donationem irreuocabilem, cùm donans ſe pro poſſeſſore conſtituit. Sententia negans refertur. Affirmans, & tenenda,* n. 16.
15 *Iura incorporalia non poſſidentur.*
17 *Tranſlatio iurium in nominibus ſolo conſenſu & potentia fit.*
18 *Qui actiones cedit, ceſſionarium in locum ſuum reponere dicitur.*
19 *Quaſi poſſeſſio exigendi gabellas animo an retineatur.*
20 *Promiſſio de cedendo aliqua iura incorporalia, non operatur irreuocabilitatem donationis.*
21 *Ex promiſſione de vendendo non transfertur dominium, ſed actio perſonalis contra promiſſorem.*

22 Lex

22 Lex 25. Tauri, *hodie* l. 9. tit. 6. lib. 5. Recopil. *an procedat in dote, vel donatione propter nuptias promiſſa, licet non tradita.*
23 *Promiſſio ſe obligandi habetur pro obligatione.*
24 *Promiſſio renunciandi cum iuramento facta, habet vim renuntiationis.*
25 *Pactum de donando an contineat donationem. Facta donatione primogenito cum pacto expreſſo de ſoluendo certam ſummam creditoribus, an illi poſſint primogenitum, ad euitandum circuitum, conuenire.* ibid.
26 *Commiſſio de diſpenſando, an ſit diſpenſatio.*
27 *Per ceſſionem iurium regulariter non transfertur poſſeſſio.*
28 *Traditio inſtrumenti tunc operatur traditionem poſſeſſionis, & irreuocabilitatem maioratus, quando ſit de rebus corporalibus.*
29 Rerum *appellatione quæ veniant*, & n. 30. & 32.
31 *Donatione bonorum mobilium & immobilium, an comprehendantur nomina debitorum, vbi adſunt verba,* Vbicunque exiſtentium.
33 Dono res, *vel* Dono res meas, *in quo differant.*
34 *Et quid in appellatione* rei, *quando profertur ab homine, vel lege.*
35 *Maioratus nominum debitorum, quamuis tradita poſſeſſione ſcripturæ reuocari nequeat, non tamen actio comperit ſine patris ceſſione.*
36 *Quid ſi talis ceſſio fiat in abſentia.*
37 *Notabilis quæſtio, an in maioratu facto de bonis immobilibus comprehendantur annui reditus? proponitur & reſoluitur,* n. 80.
38 *Annui reditus inter immobilia computantur.*
39 *An pro illis poſſeſſorium poſſit intentari,* & n. 41. *Pro illis an in Gabellis contribuatur,* n. 44. *An illos poſſit minor ſuper bonis ſuis conſtituere,* n. 45. *An in illis habeat locum retractus,* num. 46. 57. & 70. *Quid de actionibus in rem, vbi ſunt annuæ penſiones,* num. 42.
40 *Annui reditus ciuitatum an poſſint vendi ſine ſolemnitate requiſita in venditione rerum immobilium.*
43 *Cenſuum gabella vbi ſolui debeat? remiſſiuè.*
47 *Pro annua præſtatione an debeat fieri executio contra debitorem, ſicut pro re immobili.*
48 *Annui reditus an debeant eſſe perpetui, vt bona immobilia iudicentur? refertur ſententia affirmans,* & n. 64. & 65.
49 *Et quod cenſus etiam redimibiles videntur bona immobilia,* & n. 51. 52. 58. & 60. *Et an vt liciti ſint, ſuper rebus immobilibus debeant conſtitui,* n. 53. *An ſufficiat impoſitio generalis ſuper omnibus bonis,* num. 54.
50 *Pecunia deſtinata ad emptionem cenſus perpetui, an dicatur immobilis.*
55 *Qui emunt cenſus redimibiles, emunt vtile dominium, quod venditor habebat in bonis.*
56 *Qui habet vtile dominium, non minus dominus eſt quàm ille qui directum habet.*
59 *Incerta & dubia in dubio potius ſunt iudicanda perpetua quàm temporalia.*
61 *Emphyteuſis, cuius origo non apparet, perpetua an præſumenda.*
62 *Diſpoſitio quæ ex futuro euentu reſolui poteſt, an pura dicatur.*
63 *Cenſus an iudicandi potius redimibiles, quàm perpetui.*
66 *Referuntur Authores, qui tenent, quòd hi cenſus ſunt bona mobilia, & quod leges Retractus in eis locum non habent,* & n. 80.
67 *Et an ſine cauſa diuidi poſſint.*
71 *Opinio Authoris quòd iſti cenſus non ſunt bona mobilia, nec immobilia,* & n. 72. 73. 76. *Quid cùm ex re paruo tempore duratura præſtantur,* n. 78.
74 *Finis in omnibus rebus eſt inſpiciendus.*
76 *Proprietas vocabuli ſeruanda eſt.*
77 *Opinio* Ioan. Lop. *circa cenſum examinatur.*
79 *Maritus ſoluto matrimonio an teneatur reſtituere annuos redditus tanquam bona mobilia, vel immobilia, aut tanquam iura & actiones.*
81 *Infertur intellectus ad* l. 6. Tauri.
82 *Salaria Regis qualiter immobilia dicantur. Et iterum deducitur intellectus ad illam; & ad forum* de Sepulueda, *n.* 84.
83 *Molendina, & alia ſimilia an ſint bona mobilia, vel immobilia?* & n. 85. & 88.
86 *Traditio ad dominij tranſlationem an requiratur in rebus incorporalibus, corporalibus adhærentibus.*
87 *In legato iurium & actionum reditus vectigalium an contineantur.*
89 *Bona feudalia an veniant in vſufructu legato. An in generali obligatione bonorum,* n. 100.
90 *Bona emphyteutica an comprehendantur in reſtitutione fideicommiſſi,* & n. 97. *Quid in inſtitutione hæredis extranei,* n. 101. *An veniant donationes* n. 92. *Et quid de bonis fideicommiſſi in fideicommiſſo vniuerſali,* n. 91.
93 *Maritus virtute pacti quòd dotem lucretur, an lucretur bona feudalia.*
94 *Infertur intellectus ad* leges 14. & 31. titul. 11. part. 5.
95 *Pater ſi abſque Domini conſenſu rem emphyteuticam donet, & eius nomine ſe poſſeſſorem conſtituat, ſi ſecundo filio donet poſtea eandem rem cum Domini conſenſu, & poſſeſſionis traditione, quis eorum præferatur? remiſſiuè.*
96 *Prohibitus alienare bona immobilia, an prohibeatur alienare bona incorporalia.*
98 *Officia Decurionum & Tabellionum, an ſint bona immobilia, refertur quædam ſententia.*
99 *Authoris opinio.*
102 *Res retracta à proximiore, qualiter iudicetur mobilis, vel immobilis? remiſſiuè.*

QVadrageſimò quæro, quid ſi pater in fauorem filij fecit maioratum de aliquibus annuis reditibus, vel de aliis iuribus incorporalibus, vel de nominibus debitorum cedendo iura, quæ habet, in filium: an ex hoc cenſeatur maioratus irreuocabilis; quamuis alia traditio non interueniat? Quam quæſtionem abſoluendo dico, quod in his caſibus, & iuribus incorporalibus, † ceſſio 1
ſola habetur pro traditione, & in conſequentiam maioratus efficitur irreuocabilis; quia ceſſio in iuribus incorporalibus habet eundem effectum, † quem tradi- 2
tio in rebus corporalibus, ſecundùm Gloſſam *in l. vlt. in verb. ſcio, C. quando fiſc. vel prina.* quam ſequuntur Bart. Bald. & alij *ibi*: & eſt notabilis ſecundùm Iaſonem *in l.* 1. *§. ſi vir vxori, num.* 5. *ff. de acquir. poſſeſſ.* & *in l. ſi ſic, §. vlt. ff. de leg.* 1. Carol. Ruin. *in conſ.* 197. *num.* 4. *lib.* 1. Bal. Nouell. quem lector videat, *in tract. de dote, priuileg.* 14. *num.* 3. *in fine*: & illam ſequitur Bart. *in l. is cui, §. vltimo, num.* 2. *ff. vt in poſſeſſ. legat. ſeu fideicommiſſ.* Dec. *in conſ.* 446. *Viſo eleganti, num.* 5. *& alios concord.* citat Tiraqu. qui tamen Iaſonem Decium, nec Bart. refert *in tract. de vtroque retractu, §.* 1. *gloſ.* 7. *num.* 17. *pag.* 75. Natta *in conſ.* 398. *num.* 24. *lib.* 2. Iulius Ferretus *in tract. de Gabellis, num.* 301. Oſaſcus *deciſ. Pedemont.* 51. *numero* 4. Ioan. Garcia *in tract. de Nobil. gloſ.* 8. §. 1. *nu.* 4. *fol.* 204. Menoch. *de retinend. poſſeſſ. remed.* 3. *num.* 260. *pag.* 198. qui notanter hoc tractat Cephal. *conſ.* 658. *n.* 11. *lib.* 5. & idem Tiraq. *in tract. de Conſtit. part.* 2. *ampliat.* 20. *n.* 22. *folio* 65. & 3. *part. limit.* 1. *num.* 10. *folio* 76. Iaſo *in l. quæ acta, n.* 5. *fol.* 45. *ff. de offic. Procur. Cæſar.* Auend. *in l.* 44. Tauri, *gloſ.* 10. *n.* 3. *fol.* 167. & *gloſ.* 14. *n.* 17. *folio* 175. vbi hoc refert: & facit reſolutio Felici. *in tract. de cenſib. lib.* 2. *c.* 6. *num.* 5. *folio* 194. Ferra. *in pract. in parte, forma libelli in vendit. num.* 1. *pag.* 319. Quod confirmo per notabilem doctrinam Bald. *in l. ſi ea lege, num.* 4. *C. de vſur.* vbi tradit quòd in incorporalibus donatio habetur † pro 3
ceſſione

ceſſione iurium. Nec eſt curandum de *Saliceto*, qui
4 contrarium malè tenere † videtur *in l. 3. num.6. C. de nonat.folio* 142. & de aliis,de quibus Iaſo *in conſ.* 111. *lib.*4.

Et ideo dicit Tellius *in l.*17. *Taurina,num.*50.quòd melioratio Tertij efficitur irreuocabilis, quando in do-
5 natione rerum incorporalium ceſſio † intercuenit. Pro cuius opinione vltra ea,quæ ipſe ſcribit faciunt per me *ſupra* relata: & quæ ſcribit Aluarado, qui hoc tenet, *de interpretand. volunt. defunct. lib.*2.*cap.*4.*num.*10. *folio* 109.Molina *lib.*4.*de primogen.cap.*2.*num.*15.*folio* 121. & iterum *num.*38.& 39.Matien *in l.*1.*tit.*6.*glos.*4.*n.*7. *folio* 139.*& glos.*6.*num.*6 *folio* 142.*lib.*5. *Recopilat.* & hoc tenendum eſt tam in conſtitutione maioratus,quàm in melioratione Tertij & Quinti: & cauendum ab his quæ generaliter ſcribit Natta *in conſ.*399.*num.*4.*lib.*2. Et hoc tenet nouiſſimè, iſtis non relatis,Angulo *in l.*1. *tit.*5.*lib.*5. *Recopilat. glos.*8. *num.* 10 *folio* 25. & Petra *in tractatu de fideicommiſ.quæſt.*12.*num.*196.qui id tradit in iuriſdictione,& in *numeris antecedentibus, & ſequentibus* varia & ſingularia ſcribit de probatione iuriſdictionis , & qualiter acquiratur: ex quibus conſtat cautè legenda eſſe quæ latè ſcribit Cephalus *in conſ.* 658.*lib.*5.& ex regula dictæ *legis finalis, C. quando fiſcus vel priuatus*:diſputat notanter Bart.*in cap.*1.*de conſuet.rect.feudi,n.*4.*fol.*49.an decimæ & iuriſdictio poſſint dari in feudum.

Et quòd donatarius , in cuius fauorem fuit facta do-
6 natio, & ceſſio nominis debitoris , † alteri præferatur, quia ex ceſſione cenſetur nomen traditum ; tradit in terminis Decius,quem prædicti non citant *in conſ.*251. *num.*4.per doctrinam Bart.*in l.ad eum ff. de donat.* & *in l.Seia,in fine ff. de donat.cauſ.mort.* & vult Alciatus *reſponſ.*111.*num.*7.& Thom.Grammatic. *deciſ.*59.*n.*44. vbi per doctrinam Innocentij *in cap.cum noſtris,de conceſ.præbend.* quem ſequitur Bald. *in margarita,in verb. poſſeſſio*: Inquit , quòd in iuribus incorporalibus , ex
7 ſolo priuilegio Regis † transfertur poſſeſſio ; quæ doctrina notanda eſt ad donationes Regias factas de ciuitatibus,villis, aut locis, in quibus eſt iuriſdictio. De quo legenda ſunt quæ ſcribo *ſupra, hac part. quæſt.*26. *num.*12.*cum ſequentibus*, vbi *num.*18. refertur doctrina Innocent. & idem quod Grammat. ſcribit Capic. *deciſ.* 121.*num.*9.*&* 26.& facit, quòd in corporalibus operatur † ſententia. quòd transferatur quaſi dominium , &
8 quaſi poſſeſſio,ſecundùm Innocent. *in cap.cum noſtris, de conceſ.præbend.*Capicium *deciſ.*20. *num.* 27. ad quæ iungo quæ late ſcribit Meno.*de recuper.poſſeſ. remed.*9. *n.*268.vbi latè tractat,quòd remedium competat contra occupantem iura incorporalia.

9 Et quod in iuribus incorporalibus † acquiratur ius, non apprehenſa poſſeſſione corporali,probatur *in c.fin. de præbend.in* 6.tradit deciſio Rotæ *in antiquis*, 24. *tit. de præbend.pag.*482.*in noua editione.* Et quod nuda traditio in incorporalibus non transferat dominium , volunt Bart.*in l. in cauſa,§.ex parte.ff. de procurat.* Rebuf. *tom.*2.*ad conſtitut.Regias,tit.de ceſſione actionum,art.*1. *glos.*6.*pag.*438.Et quòd per relaxationem.& conceſſionem poſſeſſionis acquiratur poſſeſſio Canonicatus, vel alterius beneficij, ſicut poſſeſſio rei corporalis immobilis,tradit Auguſtinus Beroius *in conſ.*11. *num.* 9. *lib.*1. Quinimo conceſſiones iurium ſpiritualium aſſumunt vim & effectum nõ ex traditione poſſeſſionis,ſeu quaſi,
10 † ſed ex titulo habili:*cap.ſuggeſtum,de iure patronatus*, notatur *in cap.ſi tibi abſenti,de præbend.*in 6.& per Cæſarem Lambertinum *in tract. iuris patron. lib.*1.*part.*2. *art.*19.*prima quæſt. principal.n.*5.*folio* 121.ad quod facit egregium dictum Bald.*in l.tradit.num.*15.*C.de pact.*vbi dicit,quòd in incorporalibus,quæ nulli inſunt corpori, vt in iure eligendi, tranſit poſſeſſio ex ſolo verbo Indi-
11 cis † pronuntiantis:quod notanter explicat Angelus *in §.final.n.*2.*de offic.indic.folio* 3 4. & melius Grammat. *deciſ.*59. *n.*44. vbi ponit regulam ſingularem,quòd in iuribus incorporalibus per ſolam Iudicis ſententiam transfertur ciuilis & naturalis poſſeſſio.¶ Et iſta noſtra ſententia rectè probatur per textum *in l. promittendo, §.acceptilatione;*& *l.licet* 1.*reſponſo ff. de iure dotium,*& *l.*13.*tit.*11.*in verſ.En otra manera,par.*4. Et ad hoc eſt expreſſa doctrina Baldi *in l. executorem, num.* 36. *C.de execut.rei iudica.* vbi dicit, quòd donatio facta per patrem filio in poteſtate,confirmatur traditione corpora- 12
li in re tradibili;ſed ſi nomina debitorum filio in peculium aſſignet , ipſa aſſignatio & experiundi licentia pro traditione habetur : & idem eſt in ſimplici donatione.

Et ex iſtis infertur , quòd ſi pater faciat maioratum in filium de aliqua villa cum iuriſdictione , & eidem cedat ius iuriſdictionis,hoc ſufficit pro traditione,quia
13 † iuriſdictio eſt ius incorporale , ſecundum Speculatorem, *tit.de cauſ.poſſeſ.& propriet.§.ſequitur*, facit *l. 6. tit.*10.*par.*5.vbi Gregor.Lopez *in glos.*3. & idem ſi dacium,pedagium , vel gabellæ donentur. Et ex ſcriptis per Decium *in d. conſ.*251. conſtat, quòd ſola donatio nominis debitoris abſque † ceſſione,non facit donatio-
14 nem irreuocabilem, etiamſi donans conſtituat ſe poſſidere nomine donatarij ; quia iura incorporalia † non
15 poſſidentur, *l.ſeruos, §.incorporales , ff. de acquir.rerum dominio*;contra quem iure optimo ex variis iuris principiis tenet Tiraquel. *in tract.de Conſtit.par.*3. *limit.*1. *n.* 10. *fol.* 76. qui omnino legi debet;quem nouiſſimè ſequitur in noſtra materia doctiſſimus Molina *lib.* 4. *de primogeniis , capite* 2. *numero* 38. *cum ſequentibus, folio* 126.

Ex quorum reſolutione infertur, quòd ſi pater donet filio aliqua nomina debitorum abſque ceſſione , & ſe conſtituat pro poſſeſſore nomine filij , † erit donatio 16
vel melioratio irreuocabilis. Pro quo facit, quia translatio iurium in nominibus,quæ ſunt incorporalia, † fit 17
ſolo conſenſu & patientia:*l.ſeruitutes,& l.quoties,ff. de uſufruct.*notat Barthol.Socin.*in conſ.*37.*n.*20.*lib.*4. vbi plura ſcribit de ceſſione actionum. Et is, qui actiones cedit , reponere dicitur † ceſſionarium in locum ſuum, 18
& conſequenter transferre in eum dominium bonorum; ſecundum Alexandrum *in l. Prouinciali, §. ſi ego, n.*9.*ff. de noui oper.nuntiat.* tradit Menoch. *in conſ.*201. *num.*13.*lib.*3. & *in tractat. præſumpt. lib.*3. *præſump.*6. *num.*92 *pag.*298. ad quæ adde de materia, *l.*64. *tit.*18. *part.*3. quæ eſt ſingularis:& hoc mihi tenendum videtur,licet Syluanus *conſ.*55.*d.n.*21.ſcribat,quòd Conſtitutum appoſitum in ceſſione iurium,nihil operatur,qui ad hoc citat Corneum *conſ.*106.*col.*1.*circa princ.lib.*1. legendus autem eſt Sylvanus , qui alia ad propoſitum ſcribit *n.*21.non contemnenda : Maſcard.*in tractat. de probat.lib.*3.*concl.*1212. *n.*40.*folio* 130. Et quòd quaſi poſſeſſio exigendi gabellas,† retineatur animo, tradunt 19
Bart.*in l.iuſta,§.non mutat.ff. de uſucap.*quem citat Iul. Ferret.*in tract. de Gabellis,n.*152. & ad Syluanum addo notabile *conſilium* Nattæ 398.*n.*45. *cum ſeqq.lib.*2. Ex quibus cautè legenda ſunt quæ ſcribit Bertazol.*in tract. de clauſulis.claus.*29.*glos.*3.*n.*3.*fol.*147.vbi tractat, an ex ceſſione transferatur dominium;& alia plura tractat in materia Ceſſionum.

Diuerſum autem erit vbicunque pater promiſit filio ceſſurum ſe ei in titulum maioratus,aut meliorationis, aliqua iura incorporalia , de quibus ſupra mentio fuit facta: quia tunc cum talis promiſſio de cedendo non habeat effectum ceſſionis, † non inducit irreuocabilita- 20
tem maioratus. Quòd autem promiſſio de cedendo non habeat effectum ceſſionis,tenet in ſpecie Romanus *, in conſ.*86.*Viſo quæſtionis themate:n.*11. Facit ſimile quod dicimus, diuerſam eſſe venditionem à promiſſione de vendendo,quia ex promiſſione de vendendo non transfertur dominium, † ſed actio perſonalis contra promiſ- 21
ſionem,*l.ſi ſterilis,§.ſi tibi fundum ff. de actio.empt.l.qui fundum,ff. de contrahend.empt.* cum *aliis*:vt latè per Socinum & Iaſonem *in l.ſi ante nuptias,ff. ſolut.matrimon.* & Tiraq.*lib.*2.*de retract.in fine,num.*4 & 41.*&* 64.qui refert concordantes dicto Romani , *in d. conſ.* cui adde

Decium

Decium *in conſ.*502.*Ex duobus conſiliis, num.*11. Emmanuel Coſta *in l. obligationum ferè, §.conditio, ff. de actior.& obligatio. num.*2.*pag.*246. latè Gloſ. Pariſ. 2. *par. conſuetudin. Pariſien.*§ 55.*glos.*1. *numero* 79. *folio* 83. & traditur per eundem Tiraquel. *libro* 1. *de retractu*, §. 1. *glos.* 10. *num.* 88. & 89. vbi diſputat , an promittens ratificare, videatur ratificare. Nicol.Boër. *deciſ.*58.

Et ex iſtis, aliàs inferebatur ad deciſionem quæſtionis,quæ de facto contigit ; Num *l.*25.*Taurina*, hodie, *l.*9.*tit.*6.*lib.*5. *Recopilation.* quæ mandat,vt ex dotibus & donationibus propter nuptias , quas filij tenentur conferre , vel diuidere , non extrahatur Tertium & 22
Quintum ; † procedat in dote vel donatione propter nuptias promiſſa , licet non data,nec tradita ? In qua quæſtione ſolus Cifuentes *ibi, num.*2 in ea eſt ſententia,quòd dicta *lex* procedit in dote,vel donatione propter nuptias promiſſa,licet non tradita;per textum *in l. cum poſt mortem,* §.1. *verſ.ſed ſi is de quo*,cum Gloſ. *in verb.promiſerit,ff. de admin.tutor.*& doctrinam Salicet. *in l.ſuam te, C. de donation. ante nupt.* & per alia iura quæ refert ; pro quo ſunt meliora iura *in l. vltima, C. de dotis promiſſione*;ibi: *Dederit,vel promiſerit,*& *in lex morte,in verſic.ſimilique modo,C.de pact.contentis*, & *in Læt liberis, C.de collation.* & *in l.filiæ dotem,eodem tit.* ibi: *Dotem à patre datam,vel conſtitutam*; & alia, quæ citat Tiraquel.*lib.*2.*de retract.conuention.num.*31. *cum ſequentibus, pag.*977. vbi plura ad propoſitum ſcribit, quem refert & ſequitur Amedeus de ponte *in tract. laudemiorum,quæſt.*35.qui etiam refert bonam remiſſionem Gloſ.Pariſ.*in conſuetud. Pariſ.*§ 55.*glos.*1.*num.*78. *cum ſequentibus , folio* 83. Et pro iſtis eſt notabilis doctrina Bart. *in conſ.*132.*lib.*1. Et idem quod Cifuentes tenet nouiſſimè Azeued.*in d.l.*9.*glos.*3.*num.*6.*fol.*180. pro quibus etiam facit regula *l.*1.*ff. qui potior.in pignor. habeam.* quam legem latè explicat Nicol. Boër. *deciſ.* 331.*per totam.*

23 Et facit regula iuris,quòd promiſſio ſe obligandi, † habetur pro obligatione,*l. cum fundus, §. ſeruum , ff. ſi certum petatur.l. dominus teſtamento, ff. de condition. indebit. l.ſi inter a, ff. de pact.*cum *concordan.* vt per Doctores *ibi*;& Nicol.Boër.*deciſ.*183.*num.*13.& per eundem *deciſ.* 3. *per totam*, vbi poſt Baldum *in l. pactum quod dotali,C.de collat.* & alios quos citat,tradit, quòd
24 promiſſio renuntiandi cum iuramento facta , † habet vim renuntiationis;de quo per Epiſcop. Couarr. *in cap. quamuis pact. de pact.in* 6. *in initio* 3.*par.n.*3.*fol.*18. Auendan.*in conſ.*27.*num.*2.Matth.de Afflictis *deciſ.*61. *num.* 1. qui loquitur in promiſſione de conſtituenda dote,Angulo.*in l.*6.*tit.*6.*glos.*11.*num.*1.*folio* 152.*libro* 5.*Recopilat.*latiſſimè Seraphin. *in tractat.de priuilegiis iuramenti , priuileg.* 23. *numero* 12. *cum ſequentibus, pag.* 140.

25 Et quod pactum de donando † contineat donationem, volunt Azo,Odofredus, Ioan.Faber,Fortunius,Garcia, quos ſequitur,vt dicit,Ripa *lib.*3.*reſponſ.cap.*12.*n.*2.ad quem addo Bartholomæum Socinum *in conſ.*102.*col.*3. *lib.*3. Alciat.*reſponſ.*117.*n.*100. Menoch. *in conſ.*92.*n.* 27. *lib.* 1. Et facit quod ſcribit notanter Nicol. Boër. *deciſ.*204.*num.*43. vbi tradit, quòd ſi quis faciat donationem primogenito , cum pacto expreſſo de ſoluendo certam ſummam creditoribus , † poſſunt creditores ad
26 euitandum circuitum,qui euitari debet,iuxta *d.l.dominus teſtamento*, conuenire primogenitum pro ſuis debitis : quod eſt notandum pro parentibus facientibus maioratus,vel meliorationes cum conditione,& grauamine ſoluendi aliqua debita ¶ Sed quod commiſſio de
27 diſpenſando † non ſit diſpenſatio , tradit Pariſius *conſ.* 57.*n.*53.*lib.*4.Iacobus Puteus *deciſ.*256.*par.* 1.quod eſt notandum pro legitimationibus , quæ impertantur, ex quibus plures prætendunt ſucceſſiones in maioratibus. Et legi debet Theſaur.*deciſ.*33.*per totam*,Thom.Grammaticus *deciſ.*103. *n.*19. Et de materia legenda eſt lata quæſtio,quam tradit Tellius *in d.l.*17.*Taur.n.*50.

Quis autem præferatur ex duobus , quibus eſt facta ceſſio diuerſis temporibus ? vide per Bald. *in l.*3.*verſus finem,C.de nonation.*& Doctores *in l.non quocunque, ff. de legat.*1.Iaſ.*in l.quoties,num.*38.*C. de rei vendication.* Quod autem per ceſſionem iurium regulariter † non 28
transferatur poſſeſſio ? probatur *in l.penultima.ff. de diſtraction.pignor.*& volunt Bart.*in l.ſi ager.ff. de rei vend.* Bald.*in l.*1.*quæſt.*5.*C.de action. & obligation.*Iaſ.*in conſ.* 111. *Aduertendum eſt, col.*2. *lib.*4. Natta *in conſ.*399. *num.*5. *lib.*2.

Et eſt omnino notandum in iſta materia,quod quamuis per traditionem inſtrumenti maioratus & melioratio renocari non poſſint,iuxta diſpoſitionem *legum* 17. *&* 44.*Taurinarum*;id procedit, quando traditio inſtrumenti † fit de rebus corporalibus , quæ in inſtrumento 29
continentur ; ſecus ſi contineret nomina debitorum, quia tunc actionum non cenſetur facta eſſe traditio, nec poſſeſſio debiti, ſecundùm Ioannem de Imola *in l. vltima,ff. de donat.* quem ſequitur Vincentius Herculanus *in l.*3.*in princip.col.*7.*num.*18 *ff. de acquir.poſſeſſ.*& ideo abſque ceſſione non cenſetur tranſlata poſſeſſio.

Ex quo infert Rebuff.*tom.*3.*ad conſtitut.Regias,tit.de materia poſſeſſ.in præfatione, num.*84.*pag.*234. quòd ſi quis deferat inſtrumentum Caſtri empti a Titio , quo valet cogere centuales ad recognoſcendum , non tenentur recognoſcere , niſi oſtendat ceſſionem factam per Dominum:hoc tamen dictum non eſt ſine difficultate in propoſito noſtræ materiæ,quia *d.leg.*17.*&* 44. ad irreuocabilitatem meliorationis Tertij & Quinti, vel maioratus dicunt ſufficere traditionem ſcripturæ eſſe factam rei, vel rerum , de quibus fuit facta melioratio, aut maioratus,vt latiùs *aliæ leges*, clarè docent.

Igitur qualiſcunque qualitatis fuerint res,quæ continentur in ſcriptura maioratus, inducunt irreuocabilitatem maioratus, vel meliorationis. Quia *rerum* appella- 30
tione,† veniunt iura,& actiones,& alia conſimilia:*l. rei appellatio 5.& l. rei appellatione,cauſæ,& iura continentur,*23 *ff. de verborum ſignific.* vbi latè Rebuff. *pag.*53. *l.*1.*in fine , ff. ſi certum petatur* ; vbi latiùs Doctores de hoc tractant,præcipuè Iaſ. *n.*43. idem Iaſ.*in §.omnium, num.*25.*Inſtit.de act.* & *in l.ſicci inter priuatos, n.*13.*C. de pact.*vbi dicit,quòd appellatione *rei*, venit hæreditas,ex text.*in l.nam quod,§.vltimum l.ſequenti.ff. ad Trebellianum*:& hoc rectè declarat Gloſſ.Pariſien.*in* 1.*par. conſuet. Pariſ.*§ 1.*glos.*5.*num.*14.*fol.*29.*col.*3. Quintil. Mandoſ. *in gloſ.facultatem, §.actam, folio* 75. *col.*1. Et appellatione *rerum*, veniunt † ſerui, vt ſi teſtator leget 31
Titio talem fundum cum omnibus rebus,quæ ibi ſunt, veniunt ſerui:*l.omnia,§. vlt.ff. de legatis* 2.notat Iaſ. *in l.ſerui electione,§. Labeo,n.*8.*fol.*16.*ff. de legat.*1. & de hoc vltimo agit Tiraquel.*in l.ſi unquam,in verbo donar. largitus,n.*323.*cum ſeqq.pag.*293.*C. de reuoc.donation.*

Et quòd donatio bonorum mobilium,& immobilium, 32
† non comprehendat nomina debitorum; quando adiecta ſunt illa verba,*vbicunque exiſtentium*,quia non circumſcribuntur loco , & illa adiectio localis reſtringit diſpoſitionem,tradunt Iaſo *in l.à Divo Pio,§. in venditione,num.*7.*ff. de re indicata*, & *in l.ſtipulatio hoc modo concepta,n.*21.*ff. de verbor.obligat.* & *in conſ.*5.*n.*11.*lib.* 3.Aretin.*in conſ.*54. & alij plures: & legendus eſt Nicol.Boër.*in conſuet.Bituric.tit.*des Coûtumes de Tours, *pag.*163.*col.*2.vbi reſoluit,quando bonorum mobilium appellatione veniant iura & actiones. De quo legi debet Bertazol.*in tract.de clauſulis,claus.*27.*n.*2.*fol.*138. Rebuff.*in l.nouellum,*93.*pag.*582.*ff. de verb. ſignific.* Et quòd ſi quis donet res ſuas,†intelligatur donare iura 35
& actiones,explicant Guillel.de Cuneo, Bart. & alij *in l.*1.*ff. de ſtatu homin.* vbi diſtinguunt , † an quis dicat, 34
dono res,vel *dono res meas*:nam priori caſu veniunt iura & actiones;in ſecundo autem caſu, nomina : & de hoc puncto tractat etiam Purpurat.*in d.l.*1.*ff. ſi certum petatur,num.*32.Tiraquel. *in legibus connubialibus,in gloſ.* 2.*de ſon marit,n.*87.*fol.*254.*col.*2. & *in d.l.ſi unquam, in verb.bona : num.*11.*pag.*155. vbi latiùs de hoc agit:

Rebuff. *in l. meorum* 91. *pag.* 555. *ff. de verborum ſignific.* Petrus Barboſa *in l. ſi conſtante, num.* 2. *cum ſequentibus pag.* 598. *ff. ſolut. matrimon.* quos citat Petrus Surdus *deciſ.* 241. *num.* 2. Alexand. vbi Gloſ. Pariſien. plures citat *in conſ.* 45. *num.* 8. *lib.* 1. Acoſta *in cap. ſi pater, de teſtament. in* 6. *in verb. bonis ſuis, num.* 1. *cum ſequentibus pag.* 49. & Gloſ. Pariſ. *in dictis conſuetudin. part.* 1. *gloſ.* 4. §. 2. *num.* 26. *folio* 60. vbi diſtinguit: quòd appellatione *rei*, quando profertur ab homine, ſiue in diſpoſitione
34 hominis, † venit tota, & non pars: *l. de pupillo, §. qui nuntiat, ff. de noui oper.* ſecus quando profertur à lege, quia tunc poteſt venire etiam ſola pars: *l. ait Prator*, la 2. *in principi.* & ibi Salicet. Alexand. & Iaſ. *ff. de iureiur.* ad quam diſtinctionem alios concordantes refert Gloſ. Pariſ. & omnium latiſſimè legendus eſt, Rebuffus *in l. 6 appellatione rei pars continetur*, 72. *pag.* 487. *ff. de verborum ſignificatione*, & materiam tractat eleganter Rebuffus *in l. mouentium*, 92. *pag.* 561. *verſ. ſed dubitari poteſt, cum ſequentibus, ff. de verborum ſignificat.* Nec doctrina Imolæ *in dicto loco* caret contradictore; quia contrarium tenet Alexand. *in d. l.* 3. *in principi.* fatendum tamen eſt, quòd ſi pater faciat in fauorem filij maioratum, aut meliorationem, & illi tradat ſcripturam maioratus, vel meliorationis, quòd ex hoc quamuis maioratus non poſſit reuocari: tamen ſi talis ſcriptura continet donationem nominum debitorum & actionum abſ-
35 que ceſſione, † non competit filio meliorato ius aduerſus debitores, quod ex prædictis clarè apparet. Et plura de ceſſione actionum tradit Peralta *in l. qui duos, num.* 7. *pag.* 163. *ff. de legatis* 2. Et quòd poſt donationem factam cum titulo ceſſionis, non poſſit donans aliquid donare, tradit Decius *in conſ.* 135. Bertazolus *in tractatu de clauſulis, clauſ.* 27. *gloſ.* 3. *num.* 2. *folio* 136. Et an talis ceſſio habeat effectum vbicunque eſt facta in abſentia,
36 † conſtat ex ſententia Ioannis Andr. *in additio.* ad Speculator. *tit. de ceſſion. action.* §. *conſequenter, in addition. ſuper parte recipien.* & Gloſ. *in l. in cauſa,* §. *ultimo ff. de procurator.* & aliis, quæ refert Gregor. Lopez *in l.* 64. *tit.* 18. *part.* 3. *gloſ.* 1. Et quòd in nominibus debitorum non repetiatur acquiſitio per patientiam, ſed per præſtationem, tradit Cæſar Lambertin. *in tractatu de iure patronatus, lib.* 2. *part.* 1. 24. *ar.* 3. *quæſt. principal. fol.* 29. *num.* 4.

Sed circa ſupra dicta offert ſe ſe explicatio cuiuſdam dubij, cuius declaratio & reſolutio non ſolum eſt neceſſaria ad noſtram materiam, ſed ad alia plura. Pone caſum quòd pater facit maioratum in filium de omnibus bonis immobilibus dicendo, *Hago mayo razgo a*
37 *mi hijo de todos mis bienes raizes.* † An ſub hac generalitate comprehendantur reditus redimibiles, quos nos lingua materna vocamus, *Cenſos al quitar.* Cui quidem dubio prima facie reſpondet textus *in Clement.* 1. *exiui de paradiſo* §. *cum annui redditus, de verborum ſignifica-*
38 *tione*, ibi: *Cumque annui redditus inter immobilia* † *computentur à iure*: & probatur eadem concluſio *in Auth. vt hi qui obligatas,* §. *ſi vero plus ſit quam ſufficiat, col.* 6. vbi Gloſ. *in verb. redditus*: & idem probatur *in l. ſi quis inquilinos, ff. de legat.* 1. & *in l. iubemus nulli, in Gloſ. in verb. annonæ*: & *ibi* Bart. Paul. & alij, *C. de ſacroſan. Eccl.* tradit Pariſius *in conſ.* 100. *num.* 28. *lib.* 1. & hoc ſequuntur plures alij Doctores, quos refert Tiraquellus *lib.* 1. *de retractu* §. 1. *gloſ.* 6. *num.* 4. *pag.* 63. vbi multa hac in re congerit: & regulam *dicta Clementinæ* aliquibus modis coarctat, & intelligit Anton. Gabr. *lib.* 6. *communium opinionum, tit. de verborum ſignificatione, concl.* 8. *num.* 1. *pag.* 347. & plures citat Petrus Surdus *deciſ.* 204. *num.* 1. *cum ſequentibus*, qui punctum latè tractat, & reſoluit Alexand. *in conſ.* 15. *num.* 3. *lib.* 7. vbi *Gloſſ. Pariſ.* Pariſius *conſ.* 31. *num.* 8. *lib.* 4. & plures citat Matiencius *in l.* 1. *tit.* 9 *gloſ.* 1. *num.* 83. *lib.* 5. *Recopilationis, folio* 256. poſt quem vide Rodericum Suarez *in l.* 2. *fori, titul. De los emplaçamientos, lib.* 2. *in principio, num.* 28. Petrum Rebuffum *in tom.* 3. *ad conſtitutiones Regias, tit. de cauſa benefic. poſſeſſ. pag.* 289. *num.* 3. vbi ex eo quòd annui redditus inter mobilia computantur, vult *num.* 2. quòd quando quis ceſſat ſoluere cenſum, † habet locum in- 39
dicium poſſeſſorium, poſt Fabrum *in* §. *intendæ, num.* 20. *Inſtit. de Interd.* Deci. *conſ.* 136. & alios quos ipſe citat, inquiens quòd hoc ſeruatur in Francia, Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr.* 5. *fol.* 203. §. 1. *col.* 1. *verſ. quantum ad quæſtionem.*

Et pro ſententia, quòd annui redditus ſint bona immobilia, plures refert, & communem vocat Anar. Gail. *lib.* 2. *obſervationum, obſerua.* 10. *num.* 5. *pag.* 129. qui limitat *num.* 3. in annuis redditibus iam ceſſi, quia computantur inter bona mobilia, ex Bald. *in cap.* 1. *num.* 2. vbi Afflictis *num.* 13. *de pace tenenda,* §. *ſi vero*, Tiraquel. *lib.* 1. *de retractu,* §. 1. *gloſ.* 7. *num.* 37. & 4. & tradit Felicianus *in tractatu de cenſibus, lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 34. *fol.* 163. vbi diſputat, an cenſus poſſint conſtitui ſuper annuis redditibus. Sic annui redditus ciuitatum † non 40
poſſunt vendi ſine ſolemnitate, quæ requiritur in venditione rerum immobilium, ſecundum Plateam *in l. vltima, C. de rebus ciuitat. lib.* 11. confirmat Rolandus qui ſimilia addu. it *conſ.* 54. *num.* 10. *lib.* 2. Et pro annuis redditibus datur † iudicium poſſeſſorium, quia repe- 41
ritur quid immobile, ſecundùm Bald. *in conſ.* 425. *Viſis actis, col.* 2. *verſ. neque etiam opinio Petri, lib* 3. Angelum *in l. final. C. de annal. except.* & alios quos citat *Deciſio Pedemont.* 99. *num.* 49. cui addo Matth. ab Afflictis *decis.* 395. *& in conſtitut. Neapolitan. lib.* 1. *rubr.* 25. *Contra quem de reſtitutione, num.* 50. *folio* 80. Ripam *in l.* 2. *num.* 3. *ff. quorum bonorum*, Vincentium de Franchis *deciſ. Neapolitan.* 90. Iacobum Vincentium *in tractatu de annuis præſtationibus quæſt.* 3. Otaloram *de Nobilitate, part.* 3. *cap.* 5. *num.* 3. Felicianum *in tractatu de cenſibus, libro* 3. *cap.* 1. *num.* 8. *folio* 200. Syluanum *conſ.* 105. *& vltim.* Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. remed.* 2. *num.* 86. *pag.* 10. & *de recuperand. poſſeſſion. remed.* 1. *num.* 83. *cum ſequentib. pag.* 318.

Et actiones in rem eius loci † eſſe cenſentur, vbi ſunt 42
annuæ penſiones, vt per text. *in dicto* §. *cumque annui redditus*, tradit Simancas *in inſtitut. catholic. cap.* 9. *num.* 130. *folio* 29. Quod confert ad quæſtionem, quam latè diſputat Parladorius *lib. quotidian. quæſt. cap.* 3. §. 8. *num.* 49. vbi tractat, Gabella cenſuum vbi ſolui debet, † an in loco vbi ſolui debeat, vel in loco vbi bona 43
ſunt ſita, ſuper quibus cenſus fuit impoſitus; qui caſus iſtis diebus contigit in negotio maximæ quantitatis: & addenda ſunt quæ ſcribo *infra, quæſt.* 58. *à num.* 68. & de reſolutione *Parladori* legendi ſunt Laſarte *de Gabellis, cap.* 4. *num.* 31. *& cap.* 10. *num.* 20. & Didacus Perez *in rubr. tit.* 2. *lib.* 8. *Ordinament. pag.* 37. *col.* 1. Auendañus *reſpon.* 23. Felicianus *de cenſibus lib.* 2. *cap. final. num.* 2. quos citat Petr. Auguſtin. Morla *in emporio iuris, par.* 1. *tit.* 9. *de empt. & vendit. in princip. num.* 56. *folio* 379. & legi debet additio Feliciani, *dict. cap. fin. num.* 6. *pag.* 133. & notanter Aluarus Valaſc. *in tract. de iure emphyteut. quæſt.* 12. *n.* 5. *folio* 75. Et pro annuis redditibus † con- 44
tribuitur in collectis, ſecundum Lucam de Penna *in l. agros, col.* 4. *verſ. quintò quæritur, fol.* 189. *C. de fund. limitrophis, lib.* 11. Et ſicut minor ſine decreto non poteſt vendere bona immobilia, ita nec annuos redditus † con- 45
ſtituere ſuper bonis ſuis, ſecundum Baldum *in cap. ad audientiam, in* 2. *col.* 2. *verſ. in gloſ.* 1. *de reſcript.* & idem tenet expreſſius *Gloſ. Pariſ.* non relato Baldo *in tract. de vſuris, quæſt.* 37. *num.* 273. *pag.* 325. vbi ponit regulam, quòd iſti redditus, niſi ſint ad modicum tempus limitati, computantur inter immobilia: & lege quæ nouiter ſcribit Matienç. *in l.* 7. *gloſ.* 1. *num.* 18. *cum ſequentibus libro* 5. *Recopilation. folio* 349. vbi inter alia reſoluit, an retractus locum † habeat in annuis redditi- 46
bus: & *in dd. 2. tit.* 9. *lib.* 5. *Recopilat. gloſ.* 1. *num.* 83. *fol.* 256. ad quem adde Tiraqu. *lib.* 1. *de retract.* §. 36. *gloſ.* 3. *num.* 14 *pag.* 752. & faciunt quæ ſcribo *infra, n.* 58. & tradit in quæſtione dicta retractus, Ioann. Lopius *in l.* 70. *Tauri, num.* 30. *& 31. folio* 135. & quod volunt Bal. *in l. etiam, numero* 13. *verſ. modo reſtat: C. de executio. rei indic.*

indic. Alexa. & Iaſo *in l. à diuo Pio,* §. *ſic quoque: ff. de re indic.* volentes, quòd pro annua præſtatione debet fieri
47 executio † contra debitorem, poſt pro re immobili; quos citat Quintilian. Mandoſ. *in lib. de annalibus caſtellæ, num.* 177. *verſic. trecenteſimus ſeptuageſimus ſextus*, & legendus eſt Roland. *in conſ.* 1. *num.* 127. *lib.* 3. eleganter *Bald.* qui non refertur, *in cap.* 1. §. 1. *num.* 4. *de feud. cognition.* & quæ refert additionator Petri Ferrarien. *in præxi, in verb. verùs ac legitimis titulis, in additione*, quæ incipit, *Immobilia, pag.* 38. Et ſi omnibus Eccleſiis habentibus bona immobilia Papa imponat certum ſubſidium, Religioſi habentes bona immobilia vel cenſus, contribuere tenentur pro illis annuis redditibus, ſecundùm Anchar. *in conſ.* 104. quod incipit, *Contra Fratres*: Felin. *in c. in præſentia, n.* 52. *de probat.*

Sed hæc iura & authoritates, tum quia ex eiſdem apparet, tum quia tempore, quo condita fuerunt prædicta iura, nondum erant cogniti hi annui cenſus redimibiles (ſed & ante *extrauagantes Martini & Quinti, & Callixti Tertij*, maximum dubium, & anceps erat, an liciti forent) nihil vrgent ad propoſitum noſtræ quæſtionis, & ſine dubio dicta iura loquuntur in annuis redditibus perpetuis, qui immobiles ſunt, vt probat Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. tit. de confiſcat. rubr.* 2. *pag.* 374. *col.* 2. vbi ex hoc inquit, quòd confiſcatis bonis alicuius annui redditus pertinet ad Dominum loci, vbi confiſcatio facta fuit, non ad Dominum loci, vbi
48 res eſt ſita, quod tradò *infra, quæſt.* 58. Et quod annui redditus ſint bona immobilia, cum ſint perpetui † & non aliàs, volunt Geminian. *in conſ.* 40. *col.* 1. *& per totum*: & ita intelligi debet textus *in dicta Clementina, exiui de paradiſo*: §. *cumque annui redditus*, vbi hoc volunt Zabarel. *col.* 1. *quæſt.* 11. & Ancharan. *col.* 7. *verſ. nunc quæritur, num.* 21. quos citat Pariſius *in conſ.* 56. *num.* 15. *lib.* 3. ſed Gloſ. Pariſ. *par.* 2. *conſuetud Pariſien.* §. 57. *per totum*, præcipuè *num.* 20. *cum ſequentibus folio* 134. latè
49 concludit, quod cenſus etiam redimibiles † iudicantur tanquam bona mobilia: & idem Cellus *conſ.* 92. *num.* 4: Ioan. Cirier *in tract. de primogen. lib.* 2. *q.* 9. *in fin. fol.* 74. *volum.* 4.

Nec iſti opinioni contradicunt quæ ſcribunt Cardinalis & Ancharranus *in loco ſupra citato*, quia loquuntur in cenſibus conſtitutis ad longum tempus, & nõ in iſtis caſibus quorum redemptio eſt incerta. Sed & Rebuff. *in l. mouentium* 93. *ff. de verbor. ſignification. pagina* 560. *verſ. idem; ſi pecunia fuerit deſtinata ad emptionem*
50 *redditus perpetui,* † *dicitur immobilis*; & idem *pag.* 361. tradit, quòd redditus perpetui, vel ad longum tempus, computantur inter immobilia, per textum *in d.* §. *cumque annui redditus*, & Gloſ. *in l. iubemus nulli: C. de ſacroſan. Eccleſ.* Et redditus beneficiorum ſæcularium, nec regularium, non poſſunt poſſidere Monachi; qui non habent proprium, quia inter immobilia computantur, ſecundum Federicum de Senis *conſ.* 21. Quintilianus Mandoſius *in tractatu de ſignatura gratia, folio* 63. *col.* 2. *verſ. & non ſolum redditus.* Sed quod hi annui redditus redimibiles
51 aſſimilentur potius † immobilibus bonis, quàm mobilibus; facit, quia licet poſſeſſorium intentari non poſſit ratione vectigalis perſonalis, poteſt intentari ratione vectigalis conſtituti ſuper re, æquè ac ratione ipſius rei, tanquam vectigal ipſum ſit eiuſdem naturæ, ac res ſuper qua debetur, quæ fuit ſententia Alber. *in l.* 2. *n.* 8. *C. de pactis*, Bald. *in l.* 2. *col.* 7. *in verſ. ſciendum eſt, num.* 41. *C. de ſeruit. & aqua*, & aliorum, vt per Ripam *in l. rem quæ nobis, num.* 16. *ff. de acquirend. poſſeſſ.* Decium *in conſ.* 136. Tiraquellum *lib.* 1. *de retractu*: §. 22. *gloſ. vnic. num.* 79. *pag.* 684. vbi plura notabilia ad hoc propoſitum reperies, Celſus *conſ.* 84. *num.* 1. *&* 2. Et quod procedi poſſit ad executionem pro annuis penſionibus, quia iudicantur res immobiles, volunt Alexan. & Iaſo *in l. à diuo Pio,* §. *ſic quoque, ff. de re indic.*

Igitur cùm hi annui redditus redimibiles conſtituantur ſuper rebus immobilibus, ſunt cenſendi † eiuſdem
52 naturæ cuius ſunt bona, ſuper quibus conſtituuntur. Quod ſuppoſito proprio Motu moderno Pij Quinti, reſolnit Petrus Surdus *deciſ.* 204. *num.* 9. ex Gabriele *conſ.* 47. *num.* 6. *& conſ.* 140. *num.* 4. Ruin. *in conſ.* 82. *num.* 3. & aliis, quæ refert; vbi ex hoc deducit, quòd poteſt intentari pro tali cenſu poſſeſſorium, & petitorium. Imò, hi cenſus tunc liciti ſunt, quando conſtituuntur † ſuper bonis immobilibus, non aliàs; ſecundum Ioan. 53
de Ligna *in cap. in ciuitate, de vſur.* & alios plures, quos refert Epiſcop. Couarru. *reſolution. lib.* 3. *cap.* 7. *folio* 196. cui adde Bartholom. Socinum *in conſ.* 261. *num.* 4. *lib.* 2. Et plures citat Aluar. Valaſc. *de iure emphyteut. quæſt.* 32. *num.* 10. *folio* 194. Non tamen requiritur quòd conſtituantur ſuper certo & ſpeciali prædio, ſed ſufficit † impoſitio generalis ſuper omnibus bonis, ſe- 54
cundùm Ioannem de Ligna, *in cap. vltim. quæſt. fin. de vſur.* Gloſſ. Pariſien. *in tract. de vſur. n.* 21. *pag.* 21. quod eſt notandum; licet contrarium ex Motu proprio Pij V. deducat Manuel Rodrig. *in illius lect. condit.* 2. *dubio* 2. *folio* 11.

Et hoc fortificatur, quia hi, qui emunt hos cenſus redimibiles, † emunt vtile dominium, quod venditor ha- 55
bebat in bonis, ſuper quibus cenſus fuit conſtitutus, & ideo quemadmodum dominium directum, quod remanſit apud venditorem eſt immobile (vt aperte patet) ita dominium vtile, quod tranſlatum fuit ad emptorem, pro bonis immobilibus eſt iudicandum, quia vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri: *cap. cum in tua, de decim.* cum *concordan.* Et ille, qui habet vtile dominium, non minus † dominus eſt, quàm ille qui directum 56
habet: *l.* 1. §. 1. *ff. ſi ager vectigal. vel emphyteut. l.* 1. *tit.* 18. *part.* 3. in verſic. *La tercera manera.* Notatur per Baldum *in l.* 3. *col. penult. C. ſi a non competen. iudi.* de quo vide quæ latè ſcribo *in* 3. *parte huius operis, quæſt.* 9. *num.* 9. Et ad hoc etiam facit doctrina Alberici, Bartoli, Alexandri, & aliorum *in l. ſciendum ff. qui ſatisdar. cogan.* dum dicunt, annuos iſtos redditus eſſe bona immobilia, dum debentur ſuper re immobili; quæ illis præſtandis eſt obligata: & idem tenent alij Doctores relati per Tiraquellum *in dict. gloſ.* 6. *num.* 10. cui adde Rebuffum qui idem tenet *in tomo* 2. *ad conſtitut. Regias, tit. de conſtitutione redditnum, pag* 410. Anton. Gomez *in l.* 66. *Tau. num.* 1. latè Roderic. Suar. *in tit. De los emplaçamientos, in princip. num.* 128. *pag.* 372. vbi Vald. *pag.* 141. Caſtillo *in l.* 74. *Tau. folio* 212. *col.* 1. *&* 2. Et ex iſtis infertur intellectus ad ea, quæ in propoſito ſcribit Auendañus *reſpon.* 23. *num.* 1. *cum ſequentibus*; vbi diſputat, an in cenſu redimibili venditio habeat locum ius † retractus? De quo per Gloſ. Pariſ. *part.* 2. 57
conſuetud. §. 57. *num.* 29. *folio* 136. & facit, quod ſcribo *ſupra, num.* 45. Et quod nouiſſimè iſtis relatis ſcribit Ioan. Guttierrez *lib.* 3. *practicarum quæſtionum, in quæſt.* 83. Et confirmatur ſcribit Tiraquellus *lib.* 1. *de primogenitura, quæſt.* 49. *num.* 9. *pag.* 334. vbi reſoluit, quòd ſi nomen debitoris eſt cenſus vectigal, aut penſio emphyteutica, vel alius redditus, quos (vt ipſe dicit) vulgus vocat *fonciales*; ſequuntur locum rei ob quam debentur, quod eſt notandum.

Cum igitur hi annui redditus redimibiles conſtituantur (vt ſupra dixi) ſuper re immobili hypothecata ad principale debitum, & ad cenſus decurſos, ſequitur quòd ſunt bona immobilia, & pro talibus † ſunt iudicandi & 58
habendi. Et actiones iudicantur mobiles, aut immobiles ſecundum quod competunt ad res immobiles, vel mobiles, vt volunt Gloſſa *in Authen. de non alienand.* §. *illo*, vbi clarius Angel. Gloſ. *in l.* 1. vbi notat Bart. *cap. ſi aduerſus tranſact.* Decius & Bar. *in l. poteſt ff. de authorit.* & alij, quos citat Alex. vbi Gloſ. Pariſ. *in conſ.* 16. *n.* 4. & *in conſ.* 31. *n.* 6. *lib.* 1. latè Tiraq. *lib.* 1. *de retract.* §. 1. *gloſ.* 7. *n.* 1. *cum ſeqq. pag.* 70. qui plures in contrarium citat. Et debitum eſt mixtum quando cenſus debetur, hypothecatis certis fundis, ſecundùm Bald. *in cap.* 1. §. *ſcienaum. col. vlt. de feud. cogn.* confirmat Purpurat. qui etiam de hac materia tractat *in l. ex conuentione, n.* 73. *C. de pactis.*

Item ista opinio comprobatur, quia cum incertum sit, quando hi census redimantur, & soluatur quantitas principalis, pro qua quotannis hi census soluuntur, in
59 dubio hi census perpetui sunt iudicandi. Quia in dubio, † dubia & incerta potiùs sunt iudicanda perpetua, quam temporalia: *l. sufficit*, vbi Doctores, præcipuè Iaso. *ff. de condict. indebit.* facit text. *in cap. si gratiosè, de rescript.* in 6. Glos. *in cap. vlt. in verb. perpetuus, in fin. eod. titulo*, vbi Ioan. Andr. & Dominic. notant Iaso *in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquirend. possess.* Decius *in cons. 472.* & alij plures quos refert Tiraquel. *lib. 2. de retractu, in Glos. 1. & unica, num. 39. pag. 885.* quibus addo Bartolum *in l. iuris peritos, ff. de exonerator.* Decium *in cons. 204. in fin.* Alciat. *in tractat. de præsumption. reg. 2. præsumpt. 36.* & textum *in dict. l. sufficit*: citat Osascus *decis. Pedemontan. 34. num. 29.* & istum refert Seraphin. *in tract. de priuilegiis iuramenti, priuil. 73. n. 7. pag. 381.* Menoc. *in tractat. de præsumptionibus, lib. 3. præsumpt. 109. n. 6. pag. 401.*

Qua tandem ratione ductus Glos. Parisiens. *in consuetud. Parisien. part. 2. tit. 2. de censibus, numero 21. folio*
60 *134.* tenet expresè, quòd hi census redimibiles sunt potius bona † immobilia, quàm bona mobilia, refert text. *in dict. l. sufficit*: & quod notat Bart. *in l. de pupillo §. si quis ipsi prætori, column. 1. & 2. ff. de noui oper.* vbi etiam Iaso. & *ibi* Glos. Parisiens. latè tractat qualiter, & quomodo hi census sunt bona immobilia, vel mobilia.

Ex quibus doctrinis, & ex *d. l. sufficit*, obiter confirmari possunt quæ scribit Episcop. Couarru. *resolut. lib. 3. cap. 10. num. 4.* vbi latè tractat, qualiter emphyteusis, vel census, cuius origo non apparet, nec inueniri potest,
61 † præsumatur temporalis, vel perpetuus. Et confirmo per aliam regulam iuris, quæ habet, quòd dispositio, quæ ex aliquo futuro euentu resolui potest, non minus
62 † dicitur pura, quam si nullo casu resolui possit, secundùm Glos. *in l. 2. ff. de in diem addict.* Bald. *in l. cum mota, C. de transact.* Paul. & Socin. *in l. quibus diebus, §. quidam Titio. ff. de condition & demonstrat.* & alios, vt per Petrum Surdum *decis. 18. num. 19.* Maritus tamen lucratur fendum datum in dotem, quando erat alienabile, secundùm Decium *in l. 1. num. 13. C. vnde vir & vxor*, Roland. *in tractat. de lucro dotis, quæst. 54.* & alios, vt per Petrum Surdum *decis. 220. numero 45.* Et quod census præsumantur potius redimibiles, † quàm perpetui, resoluit hodie nouissimè Felicianus *in tract. de censibus, lib. 2. cap. 5. folio 192. col. 2. versic. non minus solet*
63 *dubitari.*

Porro pro hac sententia facit doctrina Zenzelini *in Extrauag. 22. incipienti, Ad conditarum, col. 1. in vers. mobilium*, vbi dicit, quòd annui redditus † computantur
64 inter immobilia, cum sunt perpetui, aut ad longum tempus: idem tenet Bald. *in l. Hac edictali, §. hìs illud, C. de secund. nupt.* Ias. *in d. l. sciendum, num. 23.* Guillelm. Benedict. *in cap. Raynuntius, in verb. cætera bona, num. 8. folio 255. de testamentis*, & alij plures, quos refert Tiraquel. *vbi supra, num. 7. pag. 69.* cui iunge Purpurat. *in l. ex conuent. n. 73. C. de pact.* vbi addit, quòd quando est eadem ratio loquens in bonis immobilibus, quæ est in
65 annuis redditibus, pro immobilibus † sunt iudicandi, aliàs secùs; & eiusdem sententiæ est Tiraquel. *in d. glos.* quamuis non referat Purpuratum: & *Baldi* sententiam sequuntur plures, quos refert Glos. Parisiens. *vbi supra num. 22.* quod etiam tractat Rebuf. *in d. l. mouentium*, quamuis prædicta non citet: nouissimè frater Emmanuel Rodriguez *super Motu proprio Pij Quinti, de censibus condit. 1. folio 8.* & iterum *dub. 2. folio 10.* qui hoc refert, sed & Arotin. *in cons. 10. num. 1.* tenet, quòd præstatio census, si est ad magnum tempus, vel perpetuum, dicitur esse quoddam ius immobile, abstractum, & consideratum de per se, ex doctrina *Baldi* per illum textum *in l. iubemus, C. de sacrosanct. Eccles.* & *in d. l. Clem. exiui de paradiso*: *§. sed cum malum.* Et quòd sub legato bonorum immobilium, comprehendantur annuæ præstationes, si sunt perpetuæ, vel diuturnæ durationis, voluerunt Bald. *in c. cum M. n. 12. de constit.* Mantic. *lib. 9. de coniectur. mente defunct. tit. 2. n. 3. pag. 384.*

Contrariam autem sententiam, quod hi census, quibus hodie vtimur, sint propriè bona mobilia, contra omnia prædicta tenere † videtur eadem Glos. Paris. *in d.* 66
loco, fol. 136. n. 29. vbi ex hoc dicit, quòd consuetudo, quæ dat ius Retractus in Gallia cognatis constituentis census, non habet locum in huiusmodi redditibus, quia sunt bona mobilia, Nico. Boër. *cons. 3. n. 7. & 15.* & addit Paris. *cons. 56. n. 15. lib. 3.* & idem Glos. Paris. *in tract. de vsuris, q. 37. n. 272. pag. 325.* Et eiusdem etiam sententiæ fuit Cifuentes *in l. 70. Tauri, q. 25.* dicens, quòd leges Retractus non habent locum in annuo redditu redimibili, quamuis locum habeant in annuo redditu perpetuo, refert Matth. de Afflict. *in tract. prooemiales, 9. vota hæc lex, col. 3.* & Bald. *in prælud. feudorum, col. 6.* Et quod redditus constitutus ad rationem bessis, vel semissis vsuræ tantum, vel circa, puta ad rationem vnius pro duodecim, vel quindecim, aut sexdecim, non sunt bona immobilia, nec habent causam perpetuam, tenet eadem Glos. Paris. *in d. 1. p. consuet. §. 41. n. 96. fol. 296.* & Chassan. *in consuet. Burgundiæ tit. de confiscat. rubr. 2. §. 1. pag.*
67 *375. vers. sed quid dicendum.* Et quòd annui redditus † diuidi possint per minorem sine causa, quia sunt bona mobilia, volunt Bald. *in l. vlt. C. commun. diuid.* Socin. *in tract. fallentiar. reg. 329.* Barba. *in cons. 67. inter consilia Curtij*, quos citat Menoc. *lib. 2. de arbitr. casu 171. n. 34.* qui tamen refert Socin. Iunior. contrarium tenentem *cons. 79. n. 7. lib. 1.* Ad quos addo elegantem quæstionem, & in practica quotidie contingentem, quam disputat Sforcia Oddi *in tract. de in integrum restit. p. 2. q. 56 art. 6. pag. 706. n. 45.* vbi tractat, an minor restituatur aduersus impositionem censuum modernorum?

Adeo autem existimat Nicolaus Boër. *d. cons. 3. n. 22.* 68
quòd isti census redimibiles † sunt bona mobilia, quod si ex consuetudine pater & mater habeant ius succedendi in bonis mobilibus, quòd debent succedere in istis annuis redditibus redimibilibus, quòd est notandum in ista materia; ad quæ addo eundem Nicol. Boër. *decis. 227. n. 18. ad fin.* referentem Barbat. *in cons. 22. lib. 3.* dicentem, quòd redditus assignatus super re veri similiter duraturæ, seu perpetuæ, † habetur pro re immobili; quæ
69 reputo notabilia. Et an si quis det rem propriam in census pro certo redditu redimibili, coniunctus possit retrahere, disputat Castel. *in l. 74. Tauri*, vbi concludit, licitum esse; † quod verum est, cum isti contractus assi-
70 milentur contractibus venditionum, imò sunt propriè contractus venditionis. quod clarè docent *Extrauag. Martini, & Calixti*, & tradit Episc. Sarmient. *lib. 1. select. c. 7.* Michaël de Palacios *in praxi Theolog. lib. 4. c. 6. pag. 311. col. 2.* Felician. *in tract. de censib. lib. 1. c. 4. n. 9. folio 51.* Et materiam tractat nouissimè Castillo *de vsufruct. c. 41. n. 9. cum aliis, fol. 194.* Valdes *in addit. ad Suar. in l. 2. tit. de los emplaçamientos, pag. 140.*

Quid dicendum in hac quæstione? Ego quidem in ea fui sententia, & adhuc sum, quòd hi census propriè loquendo, † non sunt bona mobilia, nec immobilia, sed
71 constituunt quandam diuersam speciem, sicut nomina debitorum, quæ faciunt tertiam speciem, quia non sunt bona mobilia, nec immobilia: *l. quam Tuberonis, §. vlt. ff. de peculio*, ad quam conclusionem plures retuli DD. & concordantes *in q. 59. infra hac 1. p. n. 1.* Et pro hac conclusione induco de iure Regio egregium casum *in l. 1. tit. 17. par. 2.* ibi: *E las muebles se entienden por aquellas que viuen e se mueuen por si naturalmente: e otrosi, por las otras que maguer no son viuas, e se non pueden por si mouer, pero mueuen las. E las raizes son las heredades, y las labores que se non pueden mouer en ninguna manera*, vbi Greg. Lop. in verb. *raizes*, quod annui redditus computantur inter bona immobilia, facit *l. 10. tit. 33. par. 7.* in versic: *Otrosi de ximos, que cosa mueble.* Ex quibus apparet, quod cum annui redditus non moueantur, nec sint radices, ad hoc vt sint immobilia, constituunt † 72
præcisè

præcisè quandam speciem de per se, quæ eos facit non esse bona mobilia, nec immobilia, ad idem facit *l. 4. tit. 29. par. 3.* & verè (vt prædixi) hęc bona sūt veluti quoddam nomen debitoris, quod quotannis competit creditori contra personam, & bona debitoris ad recuperandum census decursos, & pecuniam, quæ fuit in censum data; quòd non obscurè voluerunt Abb. *in c. nulli, num. 9. de rebus Eccles.* Alexand. *in addition. ad Bart. in l. mouentium, ff. de verbor. signific.* Marian. *in tract. oblatio. libel. 8. quæst. 6. versic. sed iuxta prædicta*, quos citat Tiraq. *lib. 1. de retractu, §. 1. glos. 6. num. 3. pag. 63.* Et quod isti annui redditus non sint bona mobilia, nec immobi-
73 lia, sed constituant quandam † speciem, tradit Auend. *in d. respon. 24. num. 3.* & Abbatem etiam citat Anton. Gabr. *lib. 6. communium opinionum, tit. de verbor. significat. conclus. 8. num. 5. pag. 347* & idem vult Quintilian. Mandos. *in lib. commissionum, tit. de commissione in causa profana, in verb. stabilia, fol. 14. col. 3.*

74 Et cum finis in omnibus rebus sit potius † inspiciendus, ad quem quodlibet negotium tendit, quàm quod præsens est; *l. si idem, §. vlt. ff. de turisdict. omnium iudicum: l. si domum, ff. locati: l. qui bona, §. qui inter, ff. de damn. infect.* Et finis ipse declarat, qualis res sit censenda, *l. sed & si quid, §. 1. ff. de vsufruct. c. fraternitatis, §. vltimo, de frigid. & malefic.* Quod latiùs confirmat Tiraquell. *in tractatu de vtroque retractu, § 1. glos. 7. numer. 45. pag. 56.* facit text. *in l. si Titius, in principio, ibi, Ex eventu solutionis, ff. de legatis 2.* Cum igitur finis sit inspiciendus, & data per debitorem pecunia census redi-
75 mitur, & remanet liber, † debent census iudicari sicut alia quælibet debita, quæ non sunt bona mobilia, nec immobilia.

Et si proprietas vocabuli in omnibus rebus seruanda est, *l. officium, ff. de re militari. l. vlt. ff. de ædili. edict.* explicat latè Alciat. *lib. 1. de verbor. significat. in princ.* se-
76 quitur, quòd ex proprio significatu, hi census † non sunt bona mobilia nec immobilia, quod patet ad sensum; cum nec moueantur, nec se moueant, nec sint stabiles. Ad quod etiam facit *l. 15. tit. 9. part. 6.* vbi Gregor. Lop. *in glos. in verb. contra*, vult maioratum posse constitui ex annuis redditibus, vel *iuros*, quod quotidie fit. Item, si communis vsus loquendi tantæ est virtutis, quòd præferatur propriæ significationi, *l. librorum, §. quod tamen Cassius, ff. de legat. 3.* certum est, quòd in Hispania diuerso nomine nuncupantur census redimibiles, & alia bona mobilia & immobilia; quod communis vsus loquendi apertissimè docet.

Nec obstant in contrarium adducta, quia impropriè benè venire possunt census appellatione *bonorum*, siue appellatione *bonorum immobilium*: propriè autem nequaquam mihi persuaderi potest: & hæc confirmantur ex scriptis per Celsum *cons. 66. num. 6. & cons. 67. num. 5.* Tandem in hoc puncto superest, quòd caueamus à Ioan. Lop. *in d. l. 70. Tauri, fol. 134. col. 4. in vers. non obstat*, vbi generaliter dicit, quod census † non sunt bona
77 mobilia, nec immobilia, sed quòd constituunt quandam speciem de per se: & clarè Ioann. Lopius loquitur in annuis redditibus perpetuis, cuius opinio est contra text. *in d. Clement. 1. exiui de paradiso*, cui est nulla congrua responsio, & illius sententiam amplector in annuis redditibus redimibilibus.

Ex quibus dubium redditur quod scribit doctissimus Molina *lib. 2. de primogen. c. 10. num. 6. fol. 300.* vbi indistinctè tradit, quòd annui redditus redimibiles inter immobilia computantur, & ex illis potest fieri maioratus, quod ex prædictis difficile redditur. Et istis est ad-
78 dendum, quòd quando annuus redditus præstatur ex re, modico tempore duratura, † non est inter immobilia referendus; vt fundat Barba. *cons. 22. col. 2. lib. 3.* quem refert & sequitur Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 2. Centur. 3. casu 233. num. 2. pag. 444.*

Et ex istis etiam infero obiter ad quæstionem quotidie contingibilem, an maritus soluto matrimonio teneatur restituere annuos redditus tanquam bona mobi-
lia, vel immobilia, aut tanquam iura & actiones? † qua 79
in re eleganter distinguit Quintilia. Mandos. *in tract. Annales casus, num. 34.* annales redditus ad tempus debere maritum restituere post annum; si verò sint perpetui, statim restitui debent; prout latius ipse distinguit ex Carol. Ruin. *in consil. 82. col. 1. lib. 2.* Parisio *cons. 56. num. 15. lib. 3.* & aliis quos citat.

¶ Ex prædictis etiam omnibus infertur ad quæstionem, quotidie contingibilem de parentibus, vel aliis personis facientibus maioratus *de iuros*, quos nos lingua materna vocamus, quam vim habere debeant ad hoc, vt reuocari non possint; & an sufficiat tota cessio? cui conueniunt quæ scribit Simon de Prætis *de interpr. defunct. volun. lib. 4. vers. ad quartum, nu. 15. fol. 474.* Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 4. præsump. 168. fol. 298.*

Hæc omnia supponere oportuit, vt rectius & radicitus sciamus, quid in nostra quæstione respondendum sit, cuius occasione omnia superiora scripsimus, dum propositum fuit. An si quis faciat maioratum de omni- 80
bus bonis suis immobilibus, comprehendantur annui redditus redimibiles? In cuius quæstionis solutione, si communior opinio sequenda est (prout *suprà* retuli) videtur, † quòd comprehendantur in maioratu hi annui redditus tanquam potius assimilentur bonis immobilibus, quàm bonis mobilibus. Sed suspicor, quòd Doctores nostri, qui dicunt, hos annuos redditus esse bona immobilia, non loquuntur in his censibus *al quitar*, sed in aliis annuis redditibus. Vnde, quia Glos. Paris. & Cifuen. loqui videntur magis propriè in his casibus, non multum erraret; qui teneret, quòd hi census non venirent in dicto maioratu. Et ista corroborantur, quia licet aliquando ex his annuis redditibus redimibilibus fiant maioratus, non tamen possunt esse tam perpetui & sta-
biles, sicut quando facti sunt de bonis immobilibus, 81
cum possint ad voluntatem debitorum quotidie redimi, quæ est facilis via ad hoc, vt amitti, & extingui possint, vt experientia docet.

Et ex his obiter † inferri potest intellectus *ad l. 6. Taurinam*, an virtute fori, cuius *in d. l.* fit mentio, hi annui redditus tanquam bona mobilia pertineant ad parentes, vel tanquam bona immobilia pertineant ad consanguineos? In qua illatione, quæ quotidie contingit, decisiuè procedendo concludo, quòd si isti census sint Maiorum, ita quòd sint de stipite, vel trunco filij pertinebunt ad consanguineos, parentibus exclusis: si autem non sint Maiorum, applicabuntur parentibus. Nec enim *d. l. 6.* in quantum dicit, *El tronco al tronco, o la raiz a la raiz*, loquitur de trunco, vel radice Arborum, sed de trunco vel radice Maiorum. Quod patet ex doctrina Paul. *in l. vltima, num. 7. C. de verbor. significatione.* vbi Angel. & Curtius Iunior *in cons. 177. num. 5. lib. 2. & l. 1. tit. 6. part. 4.* quam legem Gregor. Lop. ibi *in l. 9. Eaquel.* dicit notabilem pro intellectu *d. l. 6.* Ad idem facit *l. 2. & 3. eodem titulo*, & doctrina Bald. *in cap. 1. ad finem*, vbi Martin. Laudens. *col. 2. de eo qui sibi, aut hæredibus suis*, eiusdem Baldi *in c. 1. col. 2. de successione fratr. vel gra.* & Deci. *in cons. 445. num. 19.* Præpositi. *in c. & quia, nu. 16. 70. & 71. qui feud. dar. possunt*, Alexand. *in cons. 125. nu. 7. lib. 5.* Ex quibus remissionibus, quas lector in dictis locis videre poterit: ista opinio tenenda videtur, seclusa cuiusque loci consuetudine, quæ erit seruanda. Et qualiter annui redditus & salaria † Regis 82
dicantur bona immobilia, & excusent à satisdatione tradunt Matienç. *in l. 3. tit. 16. lib. 5. Recopilat.* dominus Valdes *in l. 2. tit. De los emplaçamientos, in addition. ad Roderic. Suarez, pag. 540.*

Sed an molendina, seruitutes, naues, & alia plura huiusmodi sint bona mobilia, vel immobilia? Vide quæ latè scribit Tiraq. *lib. 1. de retractu, §. 1. glos. 7. nu. 88. cum pluribus sequentibus*: cui adde Rebuff. *to. 2. ad constitut. Regias, tit. de rescis. contractus, art. vnico, glos. 15. nu. 36.* & vide etiam eundem Tiraq. *eodem lib. 1. §. 1. glos. 5. nu. 1. cum aliis pag. 71.* 83

Et an pecunia redacta ex venditione prædiorum sit immobilis, vide Tiraquel. *in d. glos. 7. num. 112. pag. 108.* & latiùs §. 32. *glos. 1. & unica, n. 10. cum seqq. pag. 663.* vbi tractat, si quis vendidit fundum patrimonialem, & ex pecunia ipsius alium emit fundum, an censeatur patrimonialis, & retrahi possit per consanguineos si vendatur? ad quem addo Manticam *de coniectur. mente defunct. lib. 9. tit. 6. n. 2. pag. 386.* Et quæ scribo *hac p. q. 11.* Quæ omnia conferunt ad intellectum textus *in d. l. 6.*
84 *Taur.* & fori † *de Sepulueda*, & aliorum locorum.

Et est addendum quod pedagia & dacia inter immobilia computantur, licèt sint incorporalia, *c. 1.* vbi Bald. *de cognit. feud. n. 1.* Geminia. *cons. 40.* Alex. *cons. 103. lib. 5. vers. tertio respondeo.* Et quod dacia & pedagia sint iura incorporalia, & tertia bonorum species inter mobilia, & immobilia, tradit Ripa *in cons. 171. n. 5.* ex Bart. *in d. l. monetarium. ff. de verb. signif.* Et generaliter iura incorporalia, de quibus non reperitur separata decisio,
85 inter immobilia † computantur, secundùm Alexand. & modernos *in l. à Diuo Pio, §. in vendit. ff. de re iudic.* eundem Alex. *in cons. 31. lib. 1.* confirmat vtrumque Ripa *cons. 171. n. 12.* ad quos addo Bald. *in l. traditi, ad fin. C. de pact.* & *in l. 1. ad fin. C. commun. vtrinque iudicij*, Alex. *in cons. 184. In causa & lite, lib. 6.* quos citat Tiraq. *lib. 1. de retractu, §. 6. n. 9. pag 428.* concludentes, quòd quèad modum in rebus corporalibus requiritur traditio ad
86 dominij translationè, † ita in rebus incorporalibus corporalibus inhærentibus, licet secus in merè incorporalibus. Ad quos addo notabilem text. *in l. 15. tit. 9. part. 6.* ibi: *Assi como los derechos que home ha contra sus deudores.* Et quod ibi tradit Greg. Lop. *in glos. in verbo, Contra sus deudores, de maioratu facto de annuis redditibus.* ¶
87 Et quòd in legato iurium, & actionum contineantur † redditus vectigalium, volunt Bald. & Paul. de Castr. *in l. 1. C. de usufruct.* Paul. *in l. Titia, §. Titia, n. 122. de legat. 2.* Matth. ab Afflict. *in c. 1. §. vectigalia, n. 50. quæ sint Regalia.* De quo lege egregium *cons.* Ripæ *170. n. 12.* & legendus est Roland. *in cons. 1. n. 130. cum seqq. lib. 3.* Et quod venditio pascui, gabellarum, & pedagiorum, &
88 guidagiorum † sint bona immobilia, scribit Matth. de Afflict. *in tract. de iure protomiseos, in princ. col. 3. in 3. notab. vers. item quæro, quid si vendatur*, post Bald. quem citat *in d. cap. 1. de feud. cogni.* & *in c. 1. quæ sint Regalia*, Paris. *in cons. 84. n. 5. cum seqq. lib. 3.* Et si Princeps concedat facultatem alienandi bona immobilia ad aliquam necessitatem, an liceat alienare census, declarat Alciat. *lib. 3. de verbor. signif. pag. 58. vers. qua ratione.*

Et an *bonorum* appellatione veniat feudum, vel emphyteusis, vide quæ latè scribit idem Tiraq. *in l. si quando, in verb. bona, num. 14. pag. 156.* vbi aliqua reperies pro intellectu eorum, quæ hic tractantur, Cephal. *cons. 523. n 32. lib. 4.* Qua ratione, si testator reliquit vsumfructum bonorum suorum, non † veniunt bona feuda-
89 lia, secundùm Alex. *in cons. 11. n. 3. lib. 4.* Ias. *in l. Gallus, §. rectè, num. 42. ff. de liber. & posthum.* & alios, quos citat Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 142. n. 8. fol. 258.* vbi *n. 11.* & *12.* tradit, quid in bonis emphyteuticis? & idem resoluit Francis. Mantic. *lib. 9. de coniectu. mente defunct. tit. 6. pag. 399.* & ibi *n. 8.* tradit quid in bonis fideicommissi? Tradit etiam Guillel. Bened. *in c. Raynuntius, de testam. in verb. cætera bona, n. 8. fol. 255.* Et quid de rogationibus Tabellionis, de pedagio, mulctis, & Decimis? Et quod *bonorum* appellatione, non veniant bona feudalia, nec emphyteutica, plures citat Simon de Præt. *lib. 3. de interpret. defunct. volunt. interpr. 1. dub. 1. solut. 1. n. 55. fol. 183.* & lege illum *in solut. seq.* & Molinam *lib. 2. de primog. cap. 10. nu. 72. folio 312.* Et
90 qualiter bona emphyteutica † veniant in restitutione fideicommissi, constat ex text. *in l. ius emphyteuticum, C. de fundis patrimon. lib. 11.* & ex Bart. & aliis *in l. si patroni, in princip. ff. ad Trebel.* & aliis quæ tradit D. Anto. de Padilla *in l. cum virum, n. 56. C. de fideicommiss.* Marzarius *de fideicommiss. p. 2. q. 4.* Aluarus Velasc. *in tract. de iure emphyt. q. 1. n. 22.* & legenda sunt quæ scribo *par. 3. quæst. 9. à num. 90.* Carol. Ruin. *in cons. 38. num. 13. lib. 1.* Rebuf. *in l. bonorum 49. pag. 365. ff. de verborum signific.* notanter Menoch. *cons. 129. num. 12. lib. 2.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 280. pag. 133.* de quo legi debet Caldas Pereira *in tractatu de nomination. ad emphyteusim, quæst. 23. num. 18. folio 267.* notanter Aymo. *in cons. 256. num. 5.* qui loquitur in bonis feudalibus, Thesaurus *decis. Pedemont. 193. num. 2.* Idem *decis. 63. num. 7.* qui refert Pinellum *in rubric. de bonis matern.* dicentem, quod bona subiecta fideicommisso, & feudalia non comprehenduntur sub nomine *hæreditatis*, licèt veniant appellatione *bonorum*, Bertazol. *in tractat. clausularum, claus. 12. glos. 2. num. 4. folio 74.* Et quòd bona fideicommisso † subiecta non veniant in fideicommisso 91
vniuersali, tradunt Alexan. *in l. si patronus, ff. ad Trebell.* & *in cons. 11. lib. 3.* & alij, quos citat Burlat. *in cons. 44. num. 11.* Petrus Surdus *decis. 11. num. 1. cum sequentibus*, qui loquitur de bonis emphyteuticis. Et quod licet in aliquibus casibus donationes habeant vim fideicommissi, non tamen veniant in † restitutione fideicommis- 92
si, nisi sint in testamento nominati, probatur *in l. sequens quæstio, ff. de legatis*, vbi Bart. dicit singularem, & voluit Ioan. Andr. Dinus, Angel. Barbacius, quos citat Tiraquel. *in l. si vnquam, C. de reuocand. donation. in ver. libertis, num. 121. pag. 136.* quod reputo pro singulari in ista materia: & quod in generali obligatione non veniant bona feudalia, tradit Paris. *in cons. 120. num. 47. lib. 1.* per *cap. 1 si de feud. fuerit controuersia*, latè trad t Tiraquel. *in tract. le mort: part. 4. declarat. 5. num. 11.* qui 15. declarationes refert *in casu authentic. res quæ, C. commun. de legat.* Et quid sit in bonis emphyteusis, resoluit Tiraquel. *in tract. le mort: p. 4. declarat. 6. num. 1.* Et maritus virtute pacti, quòd dotem lucretur, † non lucra- 93
tur bona feudalia, *l. 1. §. final. de inuestitura de re aliena facta*: notant Bald. & Ias. *in authent. res quæ, C. commun. de legatis*, & alij. quos citat Ripa *in l. 2. num. 19. ff. soluto matrimon. folio 45.* Et an beneficium retrahendi rem venditam, habeat locum in pedagiis, annuis redditibus, & in aliis similibus iuribus, resoluit Cifuen. *in l. 70. Tau. quæst. 24. & 25.*

Ex iam dictis etiam deducitur † intellectus *ad leges* 94
14. & 31. tit. 11. part. 5. in quibus fit mentio de bonis radicibus. Sed est quæstio, pater donauit filio rem emphyteuticam absque consensu domini, qui eo casu requirebatur, & constituit se possessorem nomine filij; postea autem donauit eandem rem alteri filio cum consensu domini, & tradidit isti secundo filio possessionem realem, aut per Constitutum? † quis istorum filiorum 95
præferatur? Quæ quæstio decidi potest ex *decis.* Guid. Papæ *46.* & scriptis per Guillelm. Bened. *in cap. Raynuntius, in verb. vxorem, num. 294. & 555. de testam.* & aliis quæ scribit Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst. 14. n. 1. folio 90.*

Et quod prohibitus alienare bona immobilia † non 96
censeatur prohibitus alienare incorporalia bona, volunt Oldrad. *in cons. 219. Factum tale est, Dominus Rex Franciæ*, Dec. *in cons. 639. n. 7.* Ioseph. Mascar. *in tract. de probat. lib. 3. concl. 1237. n. 63. folio 175.* Et an ex venditione annuorum reddituum debeantur laudemia, tradũt Alber. *1. p. statutorum, q. 110.* Tiraq. *d. §. 9. n. 11. pag. 428.* & prius *n. 1.* ¶ Et an hæres fideicommisso granatus teneatur restituere emphyteusim, † tradunt Doctores *in* 97
l. si patroni, ff. ad Trebell. & distinguunt Bald. & alij, præcipuè D. Anton. de Padilla *in l. cum virum, n. 56. C. de fideicommiss.* quem & alia plura citat Menoch. *in tractat. præsumpt. lib. 4. præsump. 197. n. 12. fol. 358.* ad quos addo quod scribit Greg. Lop. *in l. 1. tit. 2. in glos. in verb. natura, tit. 13. par. 5.* Et an in donatione vniuersali comprehendantur bona emphyteutica? tradit latè Petrus Surd. *decis. 93. num. 4.*

Et an officia Decurionum, & Tabellionum sint bona 98
mobilia, vel immobilia? legenda sunt quæ nouissimè scribit Castellus Bobadilla *in politica, lib. 3. c. 8. n. 292. cum seqq. pag. 353.* vbi resoluit ex pluribus, quòd sunt bona

99 bona immobilia: quod non † credo verum, quia est contra *dictam legem Partitæ primam, tit. 17. part. 2.* & contra communem vsum loquendi, & contra proprietatem verborum, & contra supra scripta: & contra illum facit *l. plebs. §. manus publicum*, quæ est *lex 239.* vbi Rebuff. *pag. 1048. de verb. sign.* ad quem addo quæ de istis officiis scribit Anton. Gam. *decis. 42.* Et an pecuniæ, bona mobilia pretiosa, nomina debitorum, veniant in restitutione fideicommissi? lector videat notabile *consilium* Parisij *25. n. 69. cum seqq. lib. 2.* ¶ Et quòd bona feuda-
100 lia non † videantur obligata in obligatione generali, probatur *in cap. 1. le Capitaneo qui curiam vendidit: & in c. 1. in generali, si de feud. fuerit controuersia inter domin. & agnat.* cum *cordan.* vt per Alex. *in cons. 41. num. 1. lib. 6.* vbi ex Angel. *in Auth. de restit. & ea quæ in princ.* tradit, quòd in generali obligatione non veniunt bona libellaria, seu emphyteutica. De quo lege Petrum Surd. *decis. 93. n. 15. cum seqq.* Et quòd in institutione fidei-
101 commissi, vel institutione † hæredis extranei, non veniant bona emphyteutica, ne resindicat in commissum, tradunt Fulg. *in cons. 230. post princ.* Socin. Iun. *in cons. 72. n. 45. lib. 2.* Et circa nostram materiam cessionum actionum, plura notabilia scribit Men. *in tract. de præsu. lib. 3. præsum. 129. n. 1. cum seqq. pag. 442.* Et qualiter res retracta à proximiore consanguineo iudicetur res mo-
102 bilis, vel immobilis? † tradunt Alberi. & Dec. *in l. ea demum, C. de collat.* & Ant. Gabr. *lib. 1. communium, tit. de probat. concl. 12. num. 24. pag. 29.* Et qualiter mouentia, mobilia, se mouentia, pecuniæ, merus fructus, & granum vinum, lanæ, & alij fructus veniant in restitutione fideicommissi, tradit latè Marzar. *in tract. de fideicommiss. p. 2. q. 5.* & *in seq. quæst.* tractat quæstionem egregiam, an in restitutione fideicommissi veniant quæ testator vendidit cum pacto de retrouendendo; si grauatus hæres post mortem redemit, & an hæres possit bona retinere pro se, restituendo pretium fideicommissario? & tenentur restituere sine retentione, ex Bart. *in l. diem, ff. de aqua pluuia arcenda*, & Cagnolo *in l. 2. q. 94. C. de pact. inter emptorem.*

QVÆSTIO XLI.

Pater si faciat maioratum in filium infantem, & tradat illi possessionem, an reuocari possit.

SVMMARIVM.

1 *Quæstionis definitio.*
2 *Infans non potest incipere possidere.*
3 *Quid in filiationis quasi possessione*, & n. 21.
4 *Possessio sine animo acquiri, nec amitti potest.*
5 *Possessio qua ex consuetudine Franciæ ipso iure in hæredem transfertur, non habet locum in infante.*
6 *Quid in iocaliuum possessione.*
7 *Donatio facta infanti, cum de illius commodo tractatur, an acquiratur absque ratificatione. An eius acceptatio requiratur*, n. 11. *Quid cum Tabellio acceptat*, n. 15.
8 *Pupillus an possit eligere aliquem ad emphyteusim. Et an possit acceptare donationem, & vinculum primogenituræ*, n. 14.
9 *Maior decem annorum cum dimidio an possit absque tutore possessionem acquirere*, & n. 12.
10 *Pater, & alij Ascendentes adire possunt hæreditatem infanti delatam.*
13 *Maioratus factus in pupilli fauorem, si possessionem apprehendat, aut scriptura tradatur, irreuocabilis est.*
16 *Posthumus melioratus, pro iam nato habetur.*
17 *An debeat dari curator qui nomine eius acceptet.*
18 *Curator an possit acceptare donationem pro adulto.*
19 *An mater pro filio.*
20 *Quid si tutrix effecta hæreditatem pupilli adiuit.*

QVadragesimoprimò quæro, si pater facit maioratum in filium infantem, & tradidit ei possessionem vel scripturam, aut constituit se nomine illius possidere, vel maioratus fuit factus cum aliquo Tertio, an possit illum reuocare? In qua quæstione relinquo posteriorem casum, videlicet, vbicumque maioratus fuit factus non solum in fauorem infantis, sed etiam in fauorem alterius propter aliquam causam onerosam; & tunc ex dispositione l. 44. *Taurinæ*, maioratus est irreuocabilis; quia in hoc, non solum inspicitur persona infantis, sed illius etiam in cuius fauorem maioratus fuit factus, qui totum vinculum actui dat.

In aliis autem casibus dico † resolutiuè quod nisi aliquis, puta seruus, tutor, vel curator, aut Tabellio nomine infantis possessionem apprehenderit realiter, vel scripturam acceperit, vel constitutum acceptauerit, maioratus est reuocabilis; non obstante *dict. l. 44. Taurin.* quia infans solus non potest incipere † possidere, quia 2
intellectu caret, & affectionem tenendi non habet: *l. 1. §. adipiscimur*, ibi, *Quia affectionem tenendi non habent: ff. de acquiren. possession. l. Quamuis, §. infans, ff. eodem tit.* facit *l. pupillus, ff. de acquirend. hæreditat.* & quòd per illam dixit Ioannes Paglio, quem refert Bartholom. Socin. *in cons. 116. col. 4. vers. ad quartum nil.* 1. Natta *cons. 448. n. n. 8. lib. 2.* Per quæ iura tradit notanter Paris. *in cons. 11. num. 21. lib. 2.* quòd infans non potest acquirere filiationis † quasi possessionem; quod 3
est notandum ad ea quæ scribo *in 3. part. quæst. 15.* dum tractatur de quasi possessione filiationis: & possessio sine animo acquiri, † nec amitti potest: *l. 3. & l. quemadmodum, ff. de acquiren. possession. licet, C. eodem tit.* & 4
faciunt, quæ scribit Baldus *in tract. de præscription. 1. par. 3. partu, quæst. 9. num. 3. folio 19.* quibus adde bonum textum *in l. si quis emancipatum, C. de donation.* Et ideo Tiraquel. *in tract. le mort: part. 2. declarat. 16. pag. 166.* affirmat, quòd possessio, quæ ex generali Franciæ consuetudine, transfertur ipso iure in hæredem absque apprehensione, † non habet locum quando hæres est in- 5
fans, vel furiosus; quamuis dicat quod vsus antiquissimus, & practica obtinuit contrarium: quod verius puto, & in casu *l. 45. Taurinæ* tenendum: (prout dico *in 3. par. huius operis in materia possessoria, quæst. 2. post princ.*) & tradit Angulo *in l. 1. tit. 5. lib. 5. Recopil. glos. 8. n. 29. folio 29.* Sed pro hac sententia faciunt quæ scribit idem Tiraquell. *in tract. de Constit. par. 3. limit. 30. n. n. 53. folio* 168. & doctrina Alexand. *in l. restituta, §. pupillus, n. 6. folio 138. ff. ad l. Falcidiam*, vbi dicit, quòd infans solus † non potest acquirere nisi possessionem iocalium, in 6
quibus præsumitur affectionem habere. Notant Doctores per illum textum *in l. donatarum, C. de acquirend. possess.* præcipuè Bart. & Salicet. Ias. *in d. l. 1. §. adipiscimur, num. 27.* in cuius legis intellectu Doctores *ibi*, & *in aliis pluribus locis*, valde laborant, sed (videri meo) nullus rectè satisfacit verbis *illius legis, in princip.* quæ generalia sunt, & clarè docent, quòd si tradatur infanti possessio aliquarum rerum, licet ei soli tradatur possessio, ei quæritur: & Doctores diuinant intellectu *illius textus* dicendo, quod loquitur in iocalibus; & alias similes diuinationes tradunt.

Et quòd res donata infanti acquiratur absque alia † 7
ratificatione: cum de ipsius commodo tractetur, etiam absenti, tradit Albensis *cons. 36. num. 3.* per *l. iubemus, C. de emancip.* ibi, *Nisi infantes sint, qui & sine consensu etiam hoc modo sui iuris efficiuntur*: quod tradit Ioann. Guttierr. *cons. 20. num. 7.* non relato Albense. Quibus conuenit notabilis *decisio* Anton. Gamæ *14.* vbi resoluit, quòd pupillus † potest eligere aliquem ad emphy- 8
teusim, per Glos. *in cap. ex eo*, vbi Ioan. Andr. Dominic. & Francus, *de elect. in 6.* & notata *in d. §. adipiscimur*: Guillel. Benedict. *in cap. Raynuntius, in verb. adiecta impuberi, n. 61.* & per alia, quæ citat.

Et quòd maior decem annorum cum dimidio possit absque tutore adipisci possessionem, † tenent Roman. 9
Cuman. Alexan. & Ias. *in d. §. adipiscimur*, contra B. tt.

quos

quos sequitur Quintil. Mandos. *in tract. de ætate minor. quæst. 35. num. 2. folio* 28. Facit regula *l. si infanti, C. de*
10 *iure deliberand.* vbi probatur, † patrem anum, vel proauum infantis adire posse hæreditatem infanti delatam: & quòd si parens neglexerit hæreditatem acquirere infanti, & is decesserit, tunc parens superstes potest omnia, quæ ex quacunque successione ad eundem infantem deuoluta sunt, iure proprio, quasi iam infanti deuoluta capere, & *l. 13. tit. 6. part. 6.* ibi: *Esto es por razon del hijo que la auia y a como ganado.* Et quòd in
11 donatione facta infanti † non sit necessaria acceptatio, tradit Decius *in d. cons. 245. n. 3.* qui loquitur in donatione facta posthumo primogenito, quem citat Molina, *lib. 2. de primog. cap. 2. num. 75. folio* 136. per *d. l. iubemus.* Et Rota diffininit, quòd maior decem annorum
12 cum dimidio, † potest absque tutoris authoritate acquirere possessionem; cum Romano, Alexand. & Iason. 18; *in d. §. adipiscimur*: vt testatur Quintil. Mandos. *in tract. de minore: quæst. 35. num. 2. folio vlt.* Pupillus vero ipse solus de per se potest incipere possidere, *d. l. 1. §. Ossilius l. quamuis, §. infans ff. de acquir. poss.*

Vnde si maioratus fuit factus in fauorem pupilli, & apprehenderit corporalem possessionem, aut per Constitutum, vel traditionem scripturæ, vel alio simili mo-
13 do, † maioratus est irreuocabilis. Et ista illatio sumitur ex doctrina Ioan. Cephal. *in cons. 312. num. 54. lib. 3.* vbi
14 probat, quòd pupillus potest † acceptare donationem & vinculum primogenituræ ei factum, cum suam conditionem faciat meliorem, per *§. 1. Instit. de auctoritat. tuto. & §. pupillus, Inst. tut. ac inuit. libus:* & alia quæ citat. Quod confirmatur ex scriptis per Rebuf. *tom. 3. ad constit. Regias, tit. de mator. poss. in præfat. n. 32. pag. 228.* Et de ratificatione & approbatione infantis de donatione eidem facta, vel priuilegio concesso, scribit Burgos de Paz *cons. 38. n. 23.* Et quòd si Tabellio acceptet
15 donationem infanti factam, † requiratur acceptatio expressa, vel saltem tacita infantis, resoluit Paris. *in consil. 77. n. 33. lib. 1.* quem citat Burgos de Paz *quæst. simil: num.* 18. Thesaurus *decis. 70. n. 15.* vbi allegat Burgos de Paz.

Est etiam sciendum, quòd si melioratio fiat post humo, cùm de commodo eius tractetur, habetur † pro iam
16 nato: *l. qui in vtero, ff. de statu homin.* Et valet donatio teste Guidone Papæ *q. 267.* & ius quæritur sine alia acceptatione, vt consuluerunt Decius *in d. cons. 245.* & Bertrand. *cons. 240. n. 7. lib. 3. secundum nouam impressionem*; sed quod in isto casu debeat dari curator ventri,
17 † qui nomine eius acceptet, resolvit Rebuffus *in l. subsignatum 39. §. attestatori, pag. 502. ff. de verbor. signific.* & *in l. quod dicimus 231. pag. 1004. eodem tit.* & lege eundem Rebuff. *tom 2. ad constit. Regi. tit. de donat. instituan. art. 11. glossa 2. n. 11. pag. 502.* vbi ex Guido. *decis. 267. Pactum*, Decij *d. cons. 245.* tradit, quòd quis potest stipulari filiis etiam nascituris, post Bart. *in l. quod dici-*
18 *tur, ff. de verb. oblig. n. 8.* ¶ Et quòd curator possit † acceptare donationem pro adulto; imo etiam extraneus, si sequatur ratificatio, tradit notanter Aymo *cons. 261. nu. 1. cum seqq.* Ad quod lector videat omnino in quadam donatione facta primogenito infanti, *in cons. 203. n. 6.*
19 *lib. 3.* Et quòd mater † possit acceptare donationem pro filio, per doctrinam Bart. *in dict. l. quod dicitur: & in l. pacta, C. de pact. conuent.* tradit Cephal. *in cons. 302. n. 16. lib. 3.* maximè si sit tutrix, vt per eundem *n. 94.* quibus etiam conuenit *l. sequitur, §. pupillus ff. de vsucap. l. 2. tit.*
20 *29. pa. 3.* quinimo si mater † tutrix adiuit hæreditatem nomine filij pupilli, dicitur continuare possessionem paternam, & filio spoliato competit remedium redintegrandi, secundùm Beroium *in cons. 58. n. 3. & 4. lib. 3.* Hieronym. Gabriel. *cons. 36. n. 33.* Menoch. *in cons. 314. n. 11. lib. 4.* Quod est notandum ad filios habentes scripturas maioratuum, vel meliorationum. Et quòd infans
21 † non possit nanciscei quasi possessionem filiationis, tradit in notabili casu Parisius *in cons. 12. num. 21. lib. 2.* per notata *in l. 1. §. adipiscimur, & in l. quamuis, §. infans, ff. de acquir. posse.* Quod confert ad ea, quæ scribo *in 3. Part. quæst. 2.*

QVÆSTIO XLII.

Quis dicatur titulus onerosus, ad hoc vt maioratus fiat irreuocabilis.

SVMMARIVM.

1 *Decisio quæstionis, remissiuè.*
2 *Stante consuetudine, quod bona superlucrata communicentur; si consolidentur aliqua cum proprietate, an communicentur? remissiuè.*

QVadragesimosecundò quæro pro intellectu huius materiæ, quis dicatur titulus onerosus, ad hoc, vt maioratus vel melioratio sit irreuocabilis? quando scilicet maioratus est factus cum Tertio, titulo oneroso. In quo, remissionibus ero contentus, quia hoc in aliis locis reperitur, † præcipuè *in l. vnica §. Iuratianus, de*
1 *imponend. lucrati descript. lib. 10.* & *in l. fin. §. si à socero, ff. de his, quæ in fraud. credi.* & *in l. ex promissione, ff. de action. & obligation.* & *in l. apud Celsum, §. authoris autem dolus, vers. cæterum ff. de exception. dol.* & Glos. *in l. Mœuia, §. 1. in verbo, nocere*, vbi Bart. & Doctores, *ff. soluto matrimonio*: & *in l. donatarius, §. 1. ff. de condict. caus. data*; notat Ioan. Faber *in proœmio Instit. §. Iustinianus*, Bald. *in l. 1. C. si rector prouin.* Andr. ab Exea *in cap. 1. num. 11. de constitut. pag. 263.* Iaso *in §. item si quis in fraudem, num. 3. de action.* Tiraquellus *in l. si vnquam, verb. donatione largitus, num. 187. C. de reuocand. donat.* Decius *in l. in eo quod, ff. de regul. iuris*, Peralta *in l. Mœuius §. duobus, num. 10. pa. 542. & 545. & pag. 551. num. 29. ff. de legatis 2.* vbi inter alia dicit, quod illud, quod obuenit per consolidationem, dicitur obuenire titulo lucrativo, vtputa, quando vsusfructus proprietatis consolidatur. Et refert Ioan. Fabr. *in §. si cui fundus, Instit. de legat.* dicentis, quòd † stante consuetudine, quòd acquisita per viros communicentur vxoribus, & contra; vir anteaquam vxorem duceret erat dominus directus quarundam rerum feudalium, & constante matrimonio, aliquæ ex his rebus consolidantur, quia censentur haberi alio titulo, & sic lucrativo distincto ab ipsa rei proprietate, & idcirco velut aliæ res ipsius viri censendæ sunt de per se. Cuius quæstionis resolutionem vide per *Peraltam* post alios, quos ipse refert, quia non est materia nostra; & quæ scribo *in 10. quæst. suprà eodem, n. 167.* vbi hoc resoluitur.

QVÆSTIO XLIII.

Quæ solemnitas sit necessaria in reuocatione maioratus.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio voluntatis semel data in dubio non præsumitur.*
2 *Nec donatio facta vxori per virum.*
3 *Nec legatum.*
4 *Maritus in eadem voluntate durare & mori præsumitur, in qua fuit in vita.*
5 *Derogatio priuilegij non præsumitur.*
6 *Concessio facta de quibusdam bonis non derogat priori conuentioni.*
7 *Partes non censentur primæ conuentioni derogare, nisi exprimatur,* & n. 9.
8 *Legatorum reuocatio odiosa dicitur.*
10 *Testator non videtur recedere à priori testamento, nisi posterius sit validum.*
11 *Donatio non præsumitur reuocata etiam in fauorem piæ Causæ. Quid ob causam ingratitudinis, n. 31.*
12 *Legatum videtur translatum cum prioribus conditionibus, nisi noua conditio apponatur.*
13 *Ex actu indifferenti non resultat probatio tacitæ voluntatis.*
15 *Ademptio legati & fideicommissi fauorabilis est, & quando? n. 15. Latè est interpretanda, n. 37. An inducatur per donationem inutilem, num. 61. Et quando legatum præsumatur ademptum, num. 35. remissiuè.*
16 *Per tacitam voluntatem non mutatur expressa.*
17 *Voluntas testatoris an iudicanda secundùm tempus testamenti; aut tempus mortis.*
18 *Certo existente fideicommisso, interpretatio sumitur, ne recedatur à propria verborum significatione.*
19 *Voluntatis continuatio in eo præsumitur, qui mutare potuit testamentum, & non mutauit.*
20 *Maioratus vt reuocatus censeatur, de reuocatione appareat necesse est.*
21 *Potius præsumitur error, quàm voluntatis mutatio. Et an sufficiat ostendere præsumptiuè voluntatem fuisse mutatam, n. 32.*
22 *Onus probandi mutatam esse voluntatem, an pertineat ad eum qui fideicommissum recusat.*
23 *Doctrina quadam Castelli circà meliorationem Tertij bonorum cum grauamine, examinatur, & num. 25.*
24 *Translatio legati facti de vno in eundem, an videatur cum onere facta.*
26 *Donatio difficilius reuocatur, quàm legatum.*
27 *Instituto hærede vniuersali secundogenito, an donatio primogenito facta reuocetur.*
28 *Mater virtute mandati generalis an possit reuocare mandatum & meliorationem sine speciali mandato.*
29 *Eadem solennitas quæ requiritur in actus constructione, requiritur in illius destructione, & maioratus reuocatione, & n. 38.*
30 *Exhæredatio nominatim debet fieri.*
31 *Prima inuestitura cum masculos vocat, an censeatur reuocata per secundam.*
33 *Testamentum perfectum an reuocetur, si testator dicat velle vt non valeat? refertur quædam sententia.*
34 *Contraria & tenenda.*
36 *In vltimis voluntatibus facilius præsumitur ademptio, quàm concessio.*
39 *Quot testes requiruntur in probando testamento, totidem requiruntur in probanda reuocatione.*
40 *Reuocatio testamenti per testes idoneos debet probari.*
41 *Quæ tendunt ad obseruationem contractus, per testes an probentur. Et quid in eis, quæ illius resolutionem respiciunt? ibid.*
42 *In expressa ademptione legati facta in codicillis quot testes requirantur.*
43 *Quid quando illius substantia mutatur.*
44 *Ad reuocandum testamentum militis solemne, aliud solemne testamentum requiritur.*
45 *Legata in testamento solemni, an per minus solemne reuocentur? refertur sententia affirmans.*
46 *Negans & tenenda.*
47 *Error Notarij in testamento qualiter probetur.*
48 *Qualiter in Codicillis.*
49 *Testamentum solenne quando per minus solenne tollatur? remissiuè. Quid de testamento in scriptis per aliud nuncupatiuum solenne, n. 53.*
50 *Ad declarandam dubiam testatoris voluntatem quot testes sufficiant.*
51 *Quid ad probandam testamenti reuocationem.*
52 *Maioratus non requirit in illius reuocatione solennitatem, quæ ex abundanti adfuit.*
54 *Dispositiones vltimæ qualiter derogent prioribus.*
55 *Inimicitiæ inter patrem & filium probantur per duos testes.*
56 *Ille, cui est data facultas statuendi, reuocando & cancellando, dicitur etiam statuere.*

Post num. 56. inuenies alia Summaria.

QVadragesimotertiò pro perfectioni intellectu huius materiæ, quæro, quæ solennitas requiratur in reuocatione maioratus, ad hoc; vt sit legitima, & secundùm ius, & reuocet maioratum priùs factum? In qua quæstione præmittendum est, quòd reuocatio & mutatio voluntatis semel datæ † non præsumitur in dubio, textus est notabilis *in l. cum hic status, §. pœnitentiam, ff. de donation. inter virum & vxorem*, vbi probatur; quod donatio facta per virum ad vxorem, † non præsumitur reuocata; per quem textum Ioan. Andr. *in addition. ad Speculator. in rubr. de donation. inter virum & vxorem*, decidit pulchram quæstionem: & probatur *in l. si inter virum*, vbi hoc notat Socinus *num. 3. notab. 3. ff. de rebus dubiis*, & hanc doctrinam Ioan. Andr. citat Roman. quem Socinus non refert *in singul. 593. Scis quòd donatio.* Et in dubio iudicandum est, nec donationem, † nec legatum esse reuocatum, vt reassumitur *in decisione Pedemontana 122. in respons. Aymon. num. 14.* tradit latè Franciscus Mantica *lib. 12. de coniecturata mente defuncti, tit. 1. num. 1. cum sequentibus, pag. 580.* Petrus Surdus *decis. 38. num. 24.* Parisius *in consilio 107. num. 107. lib. 3.* Burgos de Paz *consilio 21. num. 8.* Simon de Prætis *lib. 3. de interpretanda defuncti voluntate, dubitat. 6. solut. 5. num. 19. folio* 374. Ioan. Botta *consilio 104. num. 24.* latissimè Ioseph. Mascardus *in tractatu de probation. lib. 3. conclus. 1281. num. 1. cum sequentibus, folio 224.* & *eodem libro 3. conclusione 1418. num. 1. cum sequentibus, folio* 364. & tradit Ioannes Lopius *in rubrica de donation. inter virum & vxorem: §. 69 num. 11. pag. 256. col. 1.* quem citat Menochius *lib. 3. de præsumption. præsumpt. 23. num. 3. pag. 289.* Et maritus † præsumitur in eadem voluntate durare & mori, in qua fuit in vita, vt tradit Matthæus ab Afflictis *decis. 111. num. 6.* Et derogatio priuilegij, nec alterius rei non † præsumitur, vt per Paris. *in consilio 141. num. 8. cum sequentibus, lib. 4.* & si concessio facta fuit de quibusdam bonis, † non derogat priori conuentioni, vt tradit ex Paulo de Castro *in l. quoties vtriusque 98. ff. de regul. iur. pag. 319.* qui allegat etiam Alexand. *in consilio 3. & 23. lib. 5.* Et qui prætendit derogatam & reuocatam fuisse primogenituram, efficaciori & duriori probatione grauatur, vt in terminis probat Cephalus *consilio 337. num. 14.* & iterum *num. 21. lib. 3.* & idem *in consilio 338. num. 41. eodem libro 3.* per notata per Speculator. *tit. de probation. §. final.* Deci. *in l. 2. num. 14. C. qui testam. facere possunt, & in cons. 175. num. 5. & cons. 177. col. 2. & 438. in princ. & 596. num. 8.* Aymon. *cons. 129. in fine.*

Et † nunquam partes censentur primæ conuentioni derogare, nisi sit expressum, secundùm Decium *in consilio 195. num. 3.* Aymon. *consilio 26. num. 7.* Ioan. Gutierrez *consilio 18. num. 60.* faciunt scripta per Iasonem *in authen. ex causa, num. 25. C. de liber. præteritis*, Rubeum *in consilio 25.* & alios, quos citat Menochius *in consilio 176. num. 8. lib. 2.* Et legatorum reuocatio † dicitur odiosa, vt per Aymonem *in consilio posito post decisionem Pedemontanam 122. num. 15.* Nattam *consilio 476. num. 16.* Zanchum *in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 1. num. 107. pagina 18. ff. ad Trebellianum.*

Et pro fundamento huius opinionis sufficit textus *in dict. l. cum hic status, §. pœnitentiam*, vbi Iurisconsultus dicit, † *Sed vbi donatorem semel pœnituit, etiam hæredi reuocandi potestatem tribuimus, si appareret defunctum euidenter reuocasse voluntatem: quòd si in obscuro sit, procliuior debet esse index ad comprobandam*

donationem ff. de donat. inter vir. Faciunt tradita per Aymonem *in tractatu de antiqui. part. 5. num. 35. fol. 17.* Et eſt textus *in l. fideicommiſſum, C. de fideicommiſ.* facit *l. eum qui, ff. de probat.* & *l. cum tacitum, ff. eodem titulo*; & *in l. confirmando, ff. de confirm. tutor. l. Lucius Titius, §. Lucius Titius, ff. de legat. 2.* & rectiſſimè congruunt ſcripta per Bartholom. Socinum *in conſil. 163. non fuiſſet, num. 10. lib. 2.* & Alexand. *in conſ. 169. Viſo teſtamento, num. 4. lib. 5. & in conſ. 171. Accurate, eodem lib. & in conſ. 168. Stantibus: num. 5. lib. 6.* vbi vide Gloſ. Pariſ. & eundem Alex. *in conſ. 169. Inſpecto, num. 3. eodem volumine, & in conſ. 157. Viſo teſtamento, lib. 7.* vbi etiam Gloſ. Pariſienſ. *in addition.* quæ incipit, *Revocatio.*

10 ¶ Et teſtator † nunquam videtur velle recedere à priori teſtamento, niſi poſterius ſit validum, vt reſoluit Pariſius *in conſil. 35. num. 12. lib. 2. per l. 2. ff. de inuſt. rupt. & l. ſancimus, C. de teſtament.* & alia iura: ad quod legi debet Menochius *in tractatu de præſumption. lib. 4. præſumpt. 173. num. 24. fol. 303.* Et donatio non
11 præſumitur reuocata etiam † in fauorem piæ Cauſæ, vt volunt Federicus *in conſ. 233. col. vltim.* Paul. de Caſtro *in conſil. 278. lib. 2. num. 7.* Aymon & Burſatus, quos citat Menochius *in conſ. 388. num. 45. lib. 4.* ¶ Et
12 legatum videtur † tranſlatum cum prioribus conditionibus, niſi noua conditio apponatur: *l. legatum, ff. de adimend. legatis, l. Gaio, in principio, ff. de alimen. legat.* Notant Bartolus *in l. alumnæ, ff. de adimend. legat.* & alij vt per Decium *in conſil. 190. num. 3.* qui loquitur in donationibus.

13 Hinc venit, quòd ex actu indifferenti † nunquam reſultat probatio tacitæ voluntatis, *l. pro hærede, §. Papinianus, ff. de acquir. hæredit. l. non hoc, C. unde legit.* & ibi per Bart. *cap. illud, de præſumpt.* cum ſimilibus citatis à Bartholomæo Socino *conſ. 24. num. 46. lib. 1.* Et licèt
14 ademptio legati, & fideicommiſſi † ſit fauorabilis, *l. ſi fuerit*, vbi Paul. & Socin. Iun. *num. 5. ff. de rebus dubiis*, Mantica *de coniecturata mente defuncti, lib. 7. titul. 1.*
15 *num. 6. pag. 252.* Illud procedit anteaquam † fideicommiſſum ſit inductum: nam poſteaquam fuit inductum, debet fieri interpretatio, vt non cenſeatur reuocatum: *l. 3. §. ſi quis duobus, ff. de adimend. legat.* Notat Mantica *d. lib. 7. titul. 1. num. 37. pag. 257. & lib. 12. tit. 1. n. 10. pag. 581.*

Ex prædictis venit, quòd per tacitam voluntatem
16 † non mutatur expreſſa, vt reſoluunt Rodericus Suarez *allegat. 2. num. 7.* vbi Dominus Valdes *pag. 76.* citat Gregor. Lopez, Mantic. & Cald. Pereira. Venit etiam,
17 quòd voluntas teſtatoris † eſt iudicanda ſecundùm tempus teſtamenti, & non tempus mortis, vt ex pluribus reſoluit Mantica *de interpretand. defunct. voluntat. lib. 3. tit. 11. num. 1. cum ſequentibus, fol. 39.* & tracto *p. 2. q. 5.* ¶ Et quando fideicommiſſum eſt certum, ſemper
18 † ſumitur interpretatio ne intercidat; & recedatur à propria verborum ſignificatione, *l. cogi*, maximè *in verſ. Sed & ſiquis*, vbi colligit Bartol. *notabil. 1. & 2. ff. ad Trebellianum, l. ex facto, ff. eodem tit.* Et præſumi-
19 tur continuatio † voluntatis in eo qui potuit mutare teſtamentum, & non mutauit; vt probatur *in l. tractabatur, ff. de teſtament.* & in aliis iuribus, quæ citat Hieron. Gabriel *conſ. 113. num. 13.* Expedit igitur, vt ma-
20 niféſtè de reuocatione † appareat, ad hoc vt maioratus cenſeatur reuocatus; & ideò dicit Alciat. *in l. moribus, num. 66. pag. 125. ff. de vulgar. & pupillar.* quòd ſiquis certa demonſtratione, & nominatim ſubſtitutus ſit; propter inimicitias non reuocatur ſubſtitutio: quia tunc tacita voluntas non ſufficit, per text. *in l. ex parte,*
21 *ff. de adimen. legat.* ¶ Et potius † præſumitur error, quàm mutatio voluntatis, ſecundùm Iaſ. *in l. ſi quis in fundi vocabulo, in principio, col. 5. verſ. Nota: n. 25. fol. 14. ff. de legatis 1.* Cephal. *conſ. 272. num. 95.* Roland. *conſ. 31. num. 9. lib. 4.* vbi etiam tradit, quòd onus
22 probandi mutatam eſſe voluntatem defuncti, † pertinet ad eum, qui fideicommiſſum recuſat, *l. Lucius 22. La-*

primera, *in fin. ff. de legat. 2.* tradit Natta *in dict. conſil. 476. num. 7.* Curtius *conſ. 103. num. 4.* & facit quod ſcribo *in initio ſecundæ partis, in verſ. Et quod reuocatio & ademptio fideicommiſſi, num. 373.* & plura ſingularia ſcribit Ioſeph. Maſcardus *in tractatu de probationibus, libro 3. concluſ. 1418. num. 1. cum ſequentibus.*

Et ex iſtis infertur periculoſum eſſe quod ſcribit † Caſtellus *in l. 27. Taurina, num. 11. verſ. Sed quæro,* 23
pater: vbi inquit, quod ſi pater meliorauit filium in Tertio bonorum, appoſito grauamine, quòd illud reſtitueret alteri filio, vel nepoti: ſed poſtea pater in mortis articulo aliud prælegatum fecit de Tertio & Quinto, tale prælegatum ſecundo factum remouet grauamen de reſtituendo, per *l. Titia teſtamento*, vbi Bart. *ff. ad l. Falcidiam*, & idem tenet ibi Ioan. Lopius *num. 6.* pro quibus facit regula *l. ſi tibi, ff. de adimend. legat.* vbi Scribentes, quæ probat, quòd tranſlatio legati facti
24 de vno in eundem, † non videtur facta cum onere, quod eſt notandum: quia ſæpè videbis.

Concluſio autem difficilis mihi videtur; licèt pro Caſtello, & Ioan. Lopez faciat doctrina Dini, & Bart. *in l. Statius Florus, in principio, ff. de iure fiſci*, volentium, quòd ſi legatum relictum ſit, vt extra familiam res legata alienari non poſſit; in poſteriori autem teſtamento relictum fit ſimpliciter eidem, cui priùs res legata fuerat, cenſetur remiſſum fideicommiſſum. Quod dictum referunt & ſequuntur Carolus Ruinus *in conſil. 93. num. 13. lib. 2.* Natta *conſ. 484. nu. 3.* Franc. Mantica *de coniecturata mente defunct. lib. 12. tit. 1. num. 38. pagina 586.* De quo legenda ſunt quæ ſcribo *infrà, quæſt. 74.*

Sed videri meo † longè differt caſus *Caſtelli* à do- 25
ctrina *Bart.* & aliorum, quia *Caſtellus* loquitur in do- 26
natione; Bart. & ſequaces in legato; & donatio † difficiliùs reuocatur, quàm legatum, *l. ſi mihi, & tibi, §. in legatis, ff. de legatis 1. l. 1. ff. de pactis*, tradunt Bart. Paul. & Angel. *in authen. ex cauſa, C. de liberis præteritis*, idem Bart. *in l. 1. quæſt. 6. ff. de iure codicill.* & *in l. filio præterito, ff. de iniuſto, rupto, & in l. tale pactum, §. vltimo, ff. de pact.* & alij, quos citat Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in verbo, libertis, num. 66. pag. 115.* & *in verb. ſuſceperit liberos, num. 161. pag. 378. C. de reuocan. donat.* ad quem addo Peraltam *in l. legatum. n. 2. pag. 502. ff. de legat. 2* quæ notanda ſunt: quia ſuper iſtis vidi dubitari in ſucceſſione plurium villarum, quæ vt vinculatæ, & iure maioratus petebantur. Ad quos iungo latiſſimam remiſſionem Chaſſan. *in Catalogo gloriæ mundi, part. 12. conſideratione 100. fol. 103.* ¶ Et ex iſtis notanter Guido Pupæ *in conſ. 60. Ad dubia elicita, n. 13.* quòd ex eo quòd patet ſibi inſtituit hæredem vniuerſalem ſecundogenitum, † non cenſetur reuocare dona- 27
tionem factam primogenito, maximè in Nobilibus, & Baronibus, in quibus circa ſucceſſionem attenditur ius primogenituræ: & iſto caſu ſecundùm eum expreſſa reuocatio requiritur, nec ſufficit tacita; refert *l. genero, ff. ſoluto matrim.* & text. *in authen. vnde ſi parens, C. de inofficioſ. teſtament.* & Cinum *in authentic. ex teſtamento, C. de collation.*

Per quam doctrinam aliàs inferebam in quæſtione de facto. Pater & mater fecerunt maioratum in filium in teſtamento: poſtea pater dedit mulieri mandatum generale ad reuocandum; mater virtute mandati reuocauit maioratum: Dubium fuit, an mater virtute mandati generalis † potuerit reuocare maioratum, & me- 28
liorationem ſine ſpeciali mandato? Ratio dubitationis oritur ex *l. 31. Tauri*, hodie *l. 5. tit. 4. lib. 5. Recopilationis*, quæ requirit mandatum ſpeciale ad hoc, vt commiſſarius poſſit meliorare, & ſecundùm ea, quæ ſupra ſcripſi, & poſtea dicentur, eadem ſolennitas, quæ requiritur in actus conſtructione, † requiritur in 29
illius deſtructione & reuocatione, iuxta *l. nihil tam naturale, ff. de regul. iur.* cum *concordantibus.* Pro qua illatione inter alia plura facit regula *in l. 1. ff. de liber. & poſthum.*

poſthum. & *in principio, Inſtit. de exhæredatione liberorum, & §. noſtra*: in quibus iuribus probatur, quòd exhæ-
30 redatio, quia eſt odioſa, † debet nominatim fieri; ſecus inſtitutio, quia eſt fauorabilis; notat Aymo *in conſ. 162. num. 5.* & ideo reuocatio donationis non præſumitur.
31 Quòd hoc procedit etiam † intereueniente ingratitudine, vt eſt notabilis doctrina Baldi, qui in cunctis adeſt, *in l. 1. C. de reuocand. donation.* quem ſequitur Gloſ. Pariſienſ. *in conſuetud. Pariſienſ. §. 30. n. 106. fol. 242.* quod eſt notandum ad ea, quæ trado *quæſtione 22. ſuprà, hac parte, de reuocatione maioratus propter ingratitudinem.* Et pro hac ſententia *Guidonis* eſt bonus textus, & illius ratio, *in l. hac conſultiſſima, §. ſi quis autem ad finem. C. de teſtament. l. 22. in verſ.* Otro ſi, *tit. 1. part. 6.* Et eſt memorabilis doctrina Burſati *in conſ. 150. num. 6. cum ſequentibus, libro 2.* vbi tradit, quod quando prima inueſtitura vocat maſculos, per ſecundam non præſumitur derogata prima, & origo debet attendi, & ſequentes veniunt ad confirmationem, non ad derogationem præcedentium; allegat Mantuan. *conſ. 1. nu. 51.* Simon de Prætis *in conſilio 54. num. 53.* & Pariſium: & inueſtitura ſecunda non derogat primæ, vt tradit Rodericus Suarez *allegat. 8. n. 6. & 7. & allegat. 9. n. 8. & allegat. 28. n. 9. & 10. 13.* citat Burſat. *in conſ. 160. num. 26. lib. 2.* qui etiam allegat Menoch. & Anton. Gabriel & hoc extendit, etiam ſi intereuniat in ſecunda, Motus proprius.

Ex quibus periculoſa videtur doctrina Cornei *in conſ. 92. lib. 1.* vbi vult, ſatis eſſe docere præſumptiuè
32 † voluntatem mutatam fuiſſe, quod refert Socin. Iun. *in conſ. 48. num. 12. lib. 2.* Quorum doctrina fortè procedere poteſt in fœminis, quæ variæ & mutabiles ſunt, *l. filia, C. de inoffic. teſtament.* vt notat Dec. *in conſ. 163. num. 11.* per *cap. forus, §. vltimo, de verborum ſignificatione*, tradit Tiraquel. *in 9. l. connubia, num. 133. fol. 150.* & ſcripſi *ſupra, quæſt. 23.* ¶ Et quæ dicta ſunt adeo procedunt, quòd ſi teſtator poſt conditum aliquod
33 teſtamentum dicat nolle teſtamentum valere, † non cenſetur reuocatum; niſi vltra procedat; vt probatur *in l. militis codicillos, §. veteranus, ff. de teſtament. militis*, & *in l. ſancimus, C. de teſtamentis*, & voluit Gloſ. *in l. proximè, ff. de his quæ in teſtament. delentur*, & *in l. hæredes palam, §. ſi quid poſt, in gloſ. 1.* iuncto textu, *ff. de teſtament.* & ibi ponderat Imola, & iſtam opinionem latè probat Alexand. *conſ. 159. num. 5. cum ſequentibus, lib. 7.* vbi Gloſ. Pariſienſ. *in addition.* quæ incipit, *Revocatum.* Et eſt communis ſecundùm Alexan. *ibi*, Carol. Ruinus *conſ. 6. num. 1. lib. 2.* & alios quos refert Iul. Clarus *lib. 3. ſententiarum, §. teſtamentum, quæſt. 91.*
34 *num. 2. pag. 87.* ¶ Sed contrarium in Hiſpania † ſeruandum eſt propter *l. 1. tit. 4. lib. 3. Recopilat.* vt ſunt Authores Anton. Gomez *in l. 3. Tauri. num. 103.* D. Anton. de Padilla *in l. eam quæ, C. de fideicommiſ. n. 110. num. 110. fol. 88.* & Burgos de Paz *in eadem l. 3. part. 1. num. 842. fol. 280.* Matienç. *in d. l. 1. gloſ. 10. n. 6. fol. 75.* & legenda ſunt quæ nouiſſimè ſcribit Menna *libro variar. cap. 1. n. 34. cum ſequenti.*

De materia autem quando legatum ademptum præ-
35 ſumatur, † plura ſcribit nouiſſimè Menoch. *in tract. præſumption. lib. 4. præſumption. 169. fol. 298.* & prius & latiſſimè *præſumption. 167. fol. 295. num. 1. cum ſequentibus, & præſumption. 171.* tradit, quando legatum dicatur ademptum deſtructione, vel refectione rei legatæ, *fol. 300. & præſumptione 172.* reſoluit, quando legatum reuocatum præſumatur, vel mutatâ, vel ceſſante cauſa, ob quam teſtator legauit. Ad quæ addo, quòd in vltimis voluntatibus faciliùs præſumitur ad-
36 emptio, † quam conceſſio, *l. ſi fuerit, ff. de rebus dubiis*, & volunt Alexand. & Iaſ. *in l. ſancimus, C. de teſtam.* quos citat Cephalus *in conſ. 519. num. 12. lib. 4.* Et quod
37 ademptio legati ſit † latè interpretanda, *l. ſi ita ſcriptum*, vbi Iaſ. *num. 36. ff. de legat. 1.* & volunt Barthol. Socinus *in l. ſi ita fuerit, num. 5. ff. de rebus dubiis*, Natta *in conſ. 442. ad finem, lib. 2.* Zuchardus *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellianum, part. 1. n. 59. pagina 11.*

Duo autem ſunt genera reuocationis, vnum expreſſum, per quod faciens maioratum, poſtea declarat in aliqua ſcriptura expreſsè quod eum reuocat. Alterum autem eſt tacitum; cùm rem, de qua in filium fecerat maioratum, alij donat, vel de ea aliter diſponit. De primo genere reuocationis agendum erit, & poſtea de ſecundo.

Circa primum ſciendum eſt, quòd ſi pater per ſcripturam, vel inter viuos, vel teſtamentariam, fecit ma-
38 ioratum in filium, tenetur adhibere eandemmet ſolemnitatem, † vbi illum vult reuocare, quæ intereuenit quando eum fecit: quia id eſt regulare de iure, quod in cuiuſlibet actus reuocatione, † eſt neceſſaria eadem ſolemnitas, quæ intereuenit in actus confectione, *l. nihil tam naturale, ff. de regul. iur. l. omnia, eodem tit. regul. omnis res, in Decretalibus, l. provt quidque, ff. de ſolution. l. 11. tit. 1. part. 6. & l. 23. eodem tit. l. ſi quis eum, §. 1. ff. de vulgar. l. 10. tit. 5. part. 6 in fine leg. l. 39. tit. 9. eadem part.* facit *l. ab emptione, ff. de pactis, l. 4. §. ſi fortè, ff. de damn. infect. l. iubere cauere, ff. de iurisdict. omn. iud.* & quæ ſcribit Anton. Gomez *in l. 34. Tauri*: Vantius *in tractatu de nullitat. tit. ex defectu mandati, num. 160. pag. 499.* Alciat. *lib. 2. de verborum ſignificatione, pag. 34.* Tiraquel. *in tract. de legibus connubial. gloſ. 5. n. 13. fol. 166.* & quot teſtes requiruntur in probando teſtamento, † totidem requiruntur in pro- 39
banda reuocatione teſtamenti; Gloſ. *in l. cum proponeretur, ff. de legat. 1.* notantur per Dec. *in dict. l. nihil, nu. 9.* Gratum *in conſ. 125. nu. 11. lib. 2.* notanter Burſatus *in conſ. 96. num. 7.* vbi *num. 7.* tradit, quòd reuocatio teſtamenti debet probari † per teſtes idoneos, 40
Hippolyt. *in rubr. de probation. num. 345.* & *in pract. crimin. §. reſtat, num. 6. & 7.* Segura *in l. filios dum in ciuitate, num. 45. ff. de verborum obligat.* Tiraquel. *de legibus connubial. in gloſ. 5. in verbo*, contracter, *n. 12. cum aliis, folio 226.* cui adde Alexand. *in conſ. 104. lib. 2.* vbi Gloſſ. Pariſienſ. *in addition.* & Peralta *in l. ſiquis in principio teſtamenti, num. 197. pag. 484. ff. de legatis 2.* Euerard. *in centum locis, loco 75. A contrario ſenſu, pag. 475.* facit *auth. Hoc inter libertos, C. de teſtament.* cum qua concordat *l. 8. tit. 1. p. 6.* tradit elegan-
ter Socin. Iun. *in rubrica, ff. de acquirend. poſſeſſ. nu. 124. cum ſequentibus, fo'. 31.* Rebuf. *in l. quod iuſſit, notab. 4. nu. 1. cum ſequentibus, pag. 110. ff. de re indic.* Menoch. *in tract. de præſumption. lib. 1. quæſt. 51. n. 6. & 7.* Maſcard. *in tract. de probation. lib. 3. concluſ. 1283. num. 1. cum ſequentibus, fol. 232.* In qua materia addo peregrinam doctrinam *Baldi* paucis notam *in conſil. 415. lib. 2.* vbi
41 vult, quod ea quæ tendunt † ad obſeruationem contractus, poſſunt teſtibus probari; ſecus ea quæ tendunt ad illius reſolutionem: quem citat Oſaſc. *deciſ. Pedemont. 33. n. 16.*

Et quòd in expreſſa ademptione legati facta in co-
42 dicillis requirantur quinque teſtes, † qui ſunt neceſſarij ad illius confectionem, tenet expreſsè Paul. Caſtr. *in dict. l. hæredes palam, §. ſiquid poſt, ff. de teſtament.* & *in dict. l. fideicommiſſum*, poſt Bart. *ibi. C. de fideicommiſſ.* & *in l. datum, C. de legat.* & tradit Iaſ. *in l. iuriſgentium, §. quod ferè, num. 17. fol. 172. ff. de pact.* & *in l. nemo poteſt. num. 20 fol. 96. ff. de legat. 1.* & notat latius Epiſcop. Couar. qui hac de re plenè egit *in 2. part. rubrica, de teſtament. nu. 2. in verſ. Quod ſi codicilli, folio 18. colum. 2.* vbi hanc dicit eſſe communem opinionem. Et vbicunque † mutatur ſubſtantia legati, vel 43
additur qualitas, quæ alterat legatum, requiruntur quinque teſtes, ſecundùm Bart. & alios poſt Gloſ. *in dict. l. cum proponeretur*, Bald. Angel. & Imol. *in l. quoties, §. 1. ff. de hæredibus inſtituend.* & alios, vt per Nattam *in conſ. 362. num. 16. lib. 2.* faciunt ſcripta per Petrum Surdum *deciſ. 128. per totam*, præcipuè *n. 4. & 8.* ¶ Et ad reuocandum, teſtamentum militis ſolemne, † aliud teſtamentum ſolemne requiritur, *l. 2. ff. de* 44

iniuſt.rupt. irritóque facto, tradit Hieronym.Gabriel *in conſ.*102.*num.*1.*cum ſequentibus*; licèt Ioan.Crot.nimis animosè, *in l.re coniuncti,num.*57.*ff.de legat.*3. teneat, quòd licèt teſtamentum ſolenne non reuocetur per teſtamentum minus ſolenne, tamen legata in eo † relicta reuocantur ; contra quem recta ratione tenet Franc.Mantic. † *libro* 12.*de coniecturata mente: tit.*2. *num.*22. *pag.*389. & tenere videtur Simon de Prætis *lib.*4.*de interpretanda defuncti voluntа. dubitat.*2. *verſic.Ad quartum,num.*3.*fol.*473. & legendus eſt Burſatus *in conſ.*96.*num.*5.*lib.*1. Maſcard. *in tractatu de probation.lib.*3.*concluſ.*1281.*num.*81.*&* 82.*fol.*227. & Menoch. *in tract. de præſumption.lib.*3.*præſumpt.*37.*n.*11. *pag.*319. Epiſcop.Couarr.*in* 2.*part.rubric.de teſtament. num.*21.*in allegation.* Couar. qui refert Salicet. *in l.fideicommiſſum, C.de fideicommiſſ.* tenentem poſt Gloſ. *ibi*, idem quod *Crot.* Sed contra Salicet.Gloſ. & Crot. tenent *ibi* Paul. & alij, & magis communiter DD.Bartol. Paul.de Caſtro, & Imol. *in dict. l. hæredes palam, §.ſi quid poſt : ff. de teſtament.* & idem Paul. de Caſtro *in l.iuriſcentium, §.quod ferè, ff. de pactis*, Corn. *in conſ.*39. *col.*2. *libro* 3. & eſt communis opinio ſecundùm Socinum Iuniorem *in rubr. ff. de acquirend. poſſeſſ. num.*158. *fol.*320. Idem tamen quod Gloſ. *in dict. l. fideicommiſſum*, voluit alia Gloſ. *in l.*3. *§.fin. ff.de adimend.legat.* & *in dict.l.hæredes palam, §.fin.* Bellamera *deciſ.*746.*licèt obſeruetur*, Simon de Prætis *lib.*1.*de interpretand. defunct. voluntа. interpretat.*1. *dubitat.*3. *ſolut.*5. *num.*30. *fol.*17. faciunt ſcripta per Hippolyt. *in ſingula.*669.Pariſ.*in conſ.*35.*n.*21.*lib.*2.

Et ideo quando agitur de probando errore Notarij, qui adfuit in teſtamento, † requiruntur ſeptem teſtes. Error autem in codicillis † probatur quinque teſtibus, ſecundùm Bart. *in d. l. cum proponeretur*, Bald. Angel. & Imol. *in l.quoties, ff. de hæred. inſtituen.* notat Guid. Pap. *deciſ.*504. *Fuit in hac Curia*, Dec. *in l.ſi librarius, num.*8. *ff.de regul.iur.*& eſt vera & communis ſententia, ſecundùm Iaſonem, *in l.errore, num.*7. *C.de teſtam.* de qua materia legenda ſunt quæ ſcribit Franc. Mantic. *de coniecturata mente defunct. lib* 3. *tit.*13. *num.*4. *&* 5. *pag.*82. *& lib.*12. *i.*1. *num.*4 *pag.*58. & egregia *deciſ.* Guid.Pap.200.*Aymardus*, vbi eleganter explicat *num.*4. quando teſtamentum ſolenne tollitur † per minus ſolennem voluntatem : ad quem addo textum notabilem, *in l. hac conſultiſſima, §.ſiquis autem, C.de teſtam.* Iul. Clar. *in lib.ſentent. §.teſtamentum quæſt.*97. *pag.*90. & ad doctrinam Pauli de Caſtro *in d.l.hæredes palam, §.ſi quid poſt*, & ad Epiſcop. Couarr. adde egregiam *l.*39. *tit.*9.*part.*6 *ſupra allegatam*, vbi Gregor.Lopez *in verb. Codicillus.* Et quòd duo teſtes ſufficiant † ad declarandam dubiam teſtatoris voluntatem, volunt Alexan. *in conſ.*54. *num.*3 *lib.*3.*& in conſ.*10.*nu.*12.*lib.*4.Pariſ. *in conſ.*94.*num.*46.*lib.*2. Aymo *conſ.*63.*num.*33.& alij quos citat Simon de Prætis *lib.*2. *de interpretanda defunct. volunta. interpretat.*1. *dubitat.*2. *ſolut.*3. *num.*32. *f.*121. Et ſicut ad validitatem legati ad pias Cauſas ſufficiunt duo teſtes, ita † ad probandum illius reuocationem, ſecundùm Cardin.& Imol.*in cap.relatum, de teſtament.* Euerard. *in centum locis, loco* 75. *colum.*3. *pagina* 475.

Sed notandum eſt, quòd ſi in confectione maioratus aliqua adfuit ſolennitas, quæ non erat neceſſaria, quamvis in reuocatione illa non adſit, non vitiatur reuocatio. Quia regula *d.l.nihil tam naturale*, procedit, quando in confectione actus de neceſſitate certa ſolennitas eſt neceſſaria ; ſed ſi ex abundanti vltra neceſſitatem alia ſolennitas adeſt, ea non † eſt neceſſaria in reuocatione & ita declarat Bart. *in l. hæredes palam, §.ſiquid poſt.ff.de teſtament* & alij,vt per Dec. *in dict.l. nihil tam naturale,num.*5. Gloſ. Pariſienſ. *in conſuetud. Pariſienſ.* 16. *gloſ.* 7 *num.*7. *fol.*95. *&* §.45. *num.*16. *fol.*307. Matienç. *in l* 2.*tit.*4. *lib.*5. *Recop. gloſ.*9.*n.*27. *fol.*110. facit *l. teſtamentum, C. de teſtam. l.*12. *tit.*1. *part.*6. & tradit Maſcard.*d.concluſ.*1283.*num.*6. Quod autem teſtamentum in ſcriptis reuocetur † per aliud teſtamentum nuncupatiuum ſolenne, tradit Matienç.*in l.*3.*tit.*4. *lib.*5.*Recopilat.gloſ.*1.*num.*2.*fol.*125.*colum.*1. per regulam generalem, quòd teſtamentum etiam ante vigintiquinque teſtes conditum reuocatur per aliud poſterius ſolenniter confectum, ex Bart. *in d.l.hæredes palam,§.ſiquid poſt, num.*3. *ff.de teſtam.* & aliis, quæ citat. *¶* Et qualiter diſpoſitiones vltimæ † derogent prioribus, copiosè reſoluit Chaſſan. *in conſuetud.Burgund. part.*12. *conſideratione* 100. *& vltim. per totam*, vltra ea, quæ tradunt DD. *in l.pacta noviſſima, C. de pactis*, & in aliis locis ordinariis.

Quando autem tacitè adimitur res data, vel legata, purè, interuenientibus poſtea inimicitiis, vel alio quopiam ſimili modo (de quo *infrà* dicetur) † ſufficiunt duo teſtes, vt tenent Paul. *in locis ſuprà citatis*, poſt Bart. *in d.l.fideicommiſſum*, & Bald. *in dict.l.errore :* & idem tenet Aretin.*in dict.§.ſi quid poſt*, & hæc eſt communis,quicquid teneat Salicet.*in dict.l.fideicommiſſum*, quam communem opinionem etiam ſequitur Alciatus *in l.moribus, num.*66. *pag.*125. *ff.de vulga. & pupillar.* & hoc hodie citat Falcon. *regul.*239. *num.*7. Et cui eſt data facultas ſtatuendi,reuocando & cancellando,† dicitur etiam ſtatuere, *l.*1. *& l.cancellauerat, ff.de his quæ in teſtament. delentur ; auth. nauigia, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* tradunt Angel. *in l.omnium.C.de teſtam.* Tiber. Decianus *tom.*2. *libro* 2.*cap.*39.*n.*17. *fol.*76.

SVMMARIVM.

57 *Maioratus reuocatur tacitè, quando pater de eiuſdem bonis facit maioratum in filium alium, & num.*58. *Quid ſi ſecundus maioratus in filium incapacem fiat,num.*60. *Et quid in melioratione,num.*64. *Arguitur contra* Gregor.Lopez, *& contra notata in* num.57. *num.*66.*&* 67. *Et definitur,n.*68.*&* 69.
59 *Reuocatio donationis ab animo donantis pendet.*
62 *An inducatur per alienationem nullam.*
63 *Acceptatio fideicommiſſi nulli, non nocet.*
65 *Melioratio facta in re certa filio in poteſtate, qualiter reuocetur, ſi rem illam teſtator poſtea vxori donauit.*
69 *Vnus debet eſſe primogenitus, non plures.*
70 *Maioratus reuocatur etiam tacitè per alienationem rei, de qua fuit factus maioratus, & n.*74. *Quid per obligationem rei data in maioratu, vel melioratione, num.*75.
71 *Quid de donatione.*
73 *Nomen cùm eſt donatum, poteſt donans extinguere donationem, recipiendo ſolutionem, non obſtante prima donatione.*
76 *Per venditionem voluntariam an reuocetur legatum ante factum, & n.*77.
78 *Voluntaria alienatio rei legatæ adimit legatum tacitum, non expreſſum.*
79 *Alienatio in dubio facta videtur ex cauſa non inducente reuocationem legati.*
80 *Res alienata cùm redimitur, legatum non cenſetur reuocatum.*
81 *Alienatio habens initium voluntarium, non dicitur neceſſaria.*
82 *Melioratio facta per viam quotæ, an differat ab ea quæ in re certa ſit, ad hoc vt reuocata cenſeatur per alienationem.*
83 *Iura ſtatuentia, quòd per alienationem maioratus vel melioratio poſſint reuocari, procedunt vbi reuocabiles ſunt ; ſecus ſi irreuocabiles.*
84 *Tacitum non dibet operari magis quàm expreſſum.*
85 *Conſenſus tacitus facilius tollitur quàm expreſſus.*
86 *Pater ſi fecerit maioratum in filiam de pluribus rebus, & quando illam nuptui tradidit, fecit de parte ipſarum rerum, an transfundatur primus maioratus in ſecundum.*
87 *Quid ſi maioratum in duobus teſtamentis faciat.*

88 *Quid ſi filium in Tertio & Quinto melioret, & poſtea docet filiam, & bona meliorationis, vel partem tradat.*
89 *Teſtator quamvis redimat rem, quam alienauit, non conualeſcit legatum.*
90 *Cenſus ſi redimatur, non cenſetur reuocatus maioratus.*
91 *Maioratus reuocatur etiam tacitè per inimicitias ſuperuenientes inter patrem & filium. Etiamſi patris culpâ ſuperueniant,num.*96. *Debent eſſe capitales,vt per eas maioratus reuocetur, n.*105.
92 *Ratio, quare donatio inter viuos non poſſit reuocari propter ingratitudinem hæredis, niſi teſtator reuocauerit; legatum verò ſic.*
93 *Feudum an ſit auferendum filio propter feloniam, ſi patre viuente querimonia expoſita non fuit.*
94 *Appellatione donationis ſimpliciter non venit donatio reuocabilis.*
95 *Hæredes poſſunt reuocare maioratum vel meliorationem Terij propter ingratitudinem meliorati, quando eſt reuocabilis vſque ad mortem.*
97 *Voluntatis mutatio præſumitur cùm noua cauſa interuenit. Probatur per coniecturas,etiamſi in priori diſpoſitione adſit clauſula derogatoria ad ſequentes, num.*108.
98 *Reconualeſcit maioratus, ſi pater reconcilietur cum filio. Quid ſi poſt inimicitias cum filio contractas maioratum faciat ? num.*102.
99 *Filius ſi viuo teſtatore ante inſtitutionem teſtamenti pœniteat,exhæredari non poteſt.*
100 *Et idem ſi cum eo reconcilietur.*
101 *Remittens iniuriam præſumitur in perpetuum remittere.*
103 *Filius graiuatus,quòd ſi matrimonium abſque matris conſenſu contrahat,ſecundus illi ſuccedat ; ſi contrahat,& reconcilietur,an amittat meliorationem.*
104 *Inimicitiæ durare præſumuntur.*
106 *Maioratu de pluribus fundis inſtituto,quid ſi poſtea teſtator alteri vnum eorum donet.*
107 *Ex commutatione bonorum primus contractus donationis dicitur renouatus & reformatus.*
109 *Aliud eſt voluntatem ceſſare, aliud reuocare.*
110 *Confirmatio plurium capitulorum inducit reuocationem aliorum.*
111 *Reuocatur etiam maioratus per hypothecam ſpecialem factam, poſtquam maioratus fuit inſtitutus.*
112 *Legato nomine debitoris, ſi teſtator poſtea illud conſumpſit ; an reuocetur maioratus.*
113 *Vno ex duobus correlatiuis reuocato,alterum quoque reuocatum intelligitur.*
114 *Quoad reuocationem, tam facilè admittur hæreditas quàm legatum.*
115 *Maioratus qualiter reuocetur per delictum conditoris ? remiſſiuè.*
116 *Maioratui an ſufficiat derogare generaliter.*
117 *Speciale an ſumatur pro expreſſo.*
118 *Specialis mentio vbi requiritur, non ſufficit generalis.*
119 *Qui reuocat in parte, reliqua omnia confirmare cenſetur, & num.*121.
120 *Legatum in primo teſtamento qualiter cenſeatur reuocatum per confectionem ſecundi, cum in hoc expreſsè non ſit repetitum ; remiſſiuè.*
122 *Sententia* Molinæ *circa quæſt. An ſi res in qua Tertium & Quintum legata fuere, pereat, an debeat ſuppleri ex aliis bonis, examinatur.*
123 *Inutilis & inualida reuocatio maioratus an operetur reuocationem eius qui validus fuit.*
124 *Et quòd in vltimis voluntatibus per actum inutilem, validus reuocatus cenſetur.*
125 *Quid in contractibus inter viuos.*
126 *Maioratus taliter inſtitutus, quòd inualida reuocatione non poſſit reuocari, valida reuocari non poteſt.*
127 *Quæ non poſſunt niſi ſimul induci, non poſſunt niſi ſimul reuocari.*
128 *Verba altercatoria an inducant fideicommiſſi reuocationem.*
129 *Duo contraria vbi in eadem diſpoſitione reperiuntur, ſtandum eſt ei,quod vltimo diſpoſitum eſt.*
130 *In vno teſtamento poſteriores coniecturæ prævalent.*

REuocatur autem tacitè † maioratus variis modis: 57
Primò, ſi pater faciat in filium maioratum, & poſtea in alium filium facit maioratum de eiſdem propriis bonis, quamvis non faciat mentionem alterius maioratus, quem primitùs fecerat, ſecundùm Gregor. Lopez *in l.*39. *tit.*9. *part.*6. *in gloſ. verb. Reuocar*, per Gloſ. quam *ibi* ſequitur Din. *in l.Seia, ff. de donation. cauſ.mort.* quamvis Paul. de Caſtro *ibi*, teneat contra Gloſ. *in finalibus verbis*, & pro iſta ſententia eſt bonus textus *in l. ſi tibi certam, ff. de adimend. legat.* & *in l. Caio, ff.de fundo inſtructo*, quæ iura ad hoc allegat Oldrad. *in conſ.*28 *num.*1. & faciunt ſcripta per Socinum Iun.*in conſ.*118.*n.*16.*lib.*2. Iul.Clar. *§.donatio : num.*3. Petr. Surd. *deciſ.*306. *num.*5. Sed pro Gloſ.& Din faciunt plura quæ ſcripſi *ſupra,in* 36.*quæſt.* dum ex *l.Paulus, ff. rem ratam haberi*, & *l.unica, C.de iure deliberan.* & *l.*11. *tit.*6.*part.*6. & aliis pluribus probaui,facta eſſe maioris efficaciæ ad manifeſtandam alicuius voluntatem, quàm verba, *l.cancellauerat, in fin. ff.de his quæ in teſtament. delentur, l.*1. *ibi :* O de fecho, *l.*18. *ibi :* Por palabra o fecho, *dict tit.*6.*part.*6.*&* 29. *tit.*14.*part.*5. Et quæ de reuocatione tacita ex facto reſultante ſcribit Dec.*in cap.in præſentia,nu.*61.*de probation.* in illa quæſtione, vtrùm teſtamentum prius factum per ingreſſum Monaſterij reuocetur ? Et notat Iaſo *in dict.l.pacta nouiſſima,nu.*12.*C de pact.* & dicit Romanus *in conſ.*284. *in fin.* quòd ſatis dicitur donatorem donationem reuocare ob ingratitudinem, vel alimenta non præſtita, quando bona donata † alij relinquit, tradunt Ripa *in* 58
*l.fin. num.*208. *C. de reuocand. donation. & num.*151. *quæſt.*45. Petrus Surdus *in tract. de alimentis ; titul.*1. *quæſt.*48. *num.*49: *fol:*57. qui confirmat per doctrinam Bart. *in l.certum,§.ſiquis abſenti, num.*3.*ff.de confeſſ.* vbi vult, quòd ſufficit quòd quis dicat ſe hæredem in abſentia partis, & etiam extraiudicialiter ; quod latiùs trado infra *hac parte, quæſt.*68. & inibi Petrus Surdus tradit, quòd reuocatio donationis † pendet ab animo 59
donantis, & ideò poteſt fieri abſente parte, per doctrinam Abbatis *in cap. final. de confeſſ.* Alexandri *conſilio* 130. *libro* 1. Decij *in conſilio* 35. *colum.*2. Aymonis *conſilio* 148. *num.*11. Roland. *conſilio* 2. *num.*173. *libro* 1.

Ex qua, & ex aliis rationibus exiſtimo,quod *Gregor. Lopez* ſententia vera eſt ; & pro ea adduco bonum textum *in dict.l.*4.*tit.*11.*p.*5. ibi : *O ſi callaſſe no diziendo nada, è la dieſſe deſpues a otro, o la vendieſſe.* Imo hæc concluſio adeò vera videtur, quòd etiam ſi ſecundus † maioratus factus fuerit in filium inhabilem & incapacem, adhuc pater viſus eſt adimere à primo ; & primus maioratus erit reuocatus, vt expreſsè probatur *in l.Etſi transferam* aliàs, *licèt* 20. *ff.de adimend.legat.*ibi; *Et ſi transferam legatum in eum, cum quo nobis teſtamenti factio non eſt, ſiue in ſeruum proprium, cui ſine libertate legauero : licèt eis non debeatur ; nec illi tamen debetur,cui fuerit ademptum.* Ad idem eſt text.*l.legatum, §.pater hortos, ff.eod. tit.* & *in l.cum quidam. ff.de his quib. vt indign.* & dicit expreſsè Dynus *in regul. non præſtat.ff.de regul.iuris in* 6. quòd per donationem etiã inutilem † inducitur ademptio legati : & eſt regula 61
quòd reuocatio donationis inducitur etiam † per alie- 62
nationem nullam ; vt probatur *in l.legatum, §.vltimo, ff.de adimend. legat.* notat Gloſſ. *in §.ſi rem, Inſtitut.de legat.* cum *concordant.* vt per Benedictum Capram *tom.*1. *communium opinionum,litera R. in fine, pag.*516. quod etiam explicat Simon de Prætis *libro* 4. *de interpretanda defunct. voluntate, dubitatione* 2. *verſiculo,*

Ad quartum,num.3.folio 473. quod infra latius tracta-
63 tur. Et quod acceptatio fideicommiſſi nulli, † non no-
ceat,reſoluit Aymo.*in conſ.*33. *num.*7. per regulam *leg.*
*inutiliter,ff.de legat.*1. Et per hæc & alia iura expreſsè
ſuſtentat Peralta *in l.qui teſtam. num.*5. *pag.*477. *ff. de*
legatis 2. quòd vbicunque pater prius meliorauerat fi-
lium, & poſtea ſecundo facit aliam melioriationem in
alterum filium forte incapacem,aut inhabilem ad ſucce-
dendum in illa, etiamſi hæc ſecunda melioratio nulla
64 ſit, † prima ſublata cenſetur. Quo in loco *Peralta* rem
hanc latiſſimè tractat, & ab ipſis primis fundamentis
interpretatur:cui adde Romanum *ſingular.* 137. & Iaſ.
*in l.certi condictio,§.quoniam, num.*8.*ff.de legatis* 1. &
Suarez, qui idem quod Peralta tenet *in l. quoniam in*
*prioribus,quæſt.*9.*num.*2.*pag.*223.*C.de inofficioſ.teſtam.*
65 ¶ Et in dicto loco *Peralta* tractat, † quemadmodum
melioratio in re certa facta per patrem filio exiſtenti in
poteſtate,circa aliquam traditionem veram, vel fictam,
cenſeatur reuocata per aliam donationem de eadem re
vxori propriæ factam : & faciunt ſcripta per Couar.
vbi ſupra, in verſ. Tertio principaliter, & legenda ſunt
quæ ſcribo *infra.*

66 Contra doctrinam tamen *Gregor. Lopez.*, † eſt fortis
textus *in l.ſi pluribus, ff. de legatis* 1.ibi : *Si pluribus*
eadem res legata fuerit,ſiquidem coniunctim,etiam ſi al-
ter vendicet,alter ex teſtamento agat,non ampliùs quàm
partem habebit is,qui ex teſtamento aget. Quod ſi ſepa-
ratim, ſiquidem euidentiſſimè apparuerit, ademptione à
priore legatario facta, ad ſecundum legatarium teſtato-
rem conuolaſſe ; ſolum poſteriorem ad legatum peruenire
placet : ſin autem hoc minimè apparere poteſt,pro virili
portione ad legatum omnes venire. Ex quo *textu* vide-
tur, quòd ſi pater fecit maioratum in vnum filium de
aliqua re,& poſtea fecit alium in alterum filium de ea-
demmet re, quòd cenſetur in ambos facere maioratum.
67 Et pro hoc dicto faciunt † quæ latè ſcribit Alexand.*in*
*conſ.*169.*num.*1.*cum aliis,lib.*5.vbi tradit,qualiter ſi te-
ſtator vni legauit fundum Cornelianum, & poſtea al-
teri ſimiliter legauit eundem fundum,non fit in dubio
interpretatio,quòd voluerit adimere legatum primo,ſed
quod voluerit ambos eſſe collegatarios, quo in loco vi-
de Gloſ.Pariſienſ.*in addit.*quæ incipit,*ſi Fortidianum,*
& faciunt notata per eundem Alexandr, *in conſ.*168.
*Scantibus veris,lib.*6.& melius *in conſ.*204. *Perſpectis,*
*n.*15. *eodem volumine.*

68 Ego quidem in melioratione Tertij & Quinti † ve-
ram puto hanc opinionem ; quòd ſi pater faciat primo
meliorationem alicuius rei in filium, & poſtea de ea-
dem re facit meliorationem in alium filium, non reuo-
cando expreſsè primam, nec dicendo,*fundus quem dedi*
*Ioanni filio meo,detur Petro filio meo:*quod admittentur
ambo pro virili in Tertio & Quinto bonorum, iuxta
textum *in d.l.ſi pluribus*,ad quod facit *l.*26.*Taurina*,ibi:
Paraque a el ni a otro. Si vero ſit maioratus factus au-
thoritate Regia,qui ad vnum tantum indiuiſum perue-
nire debet,vera eſt ſententia *Gregor.Lopez*, vnus nam-
69 que debet eſſe primogenitus, † & non plures,nec bona
primogenituræ recipiunt diuiſionem,ſecundùm Oldra.
*in conſ.*251. & alios, vt per Tiraquel. *lib. de primogen.*
quæſt. 42. *num.* 3. & in maioratibus Hiſpaniæ tradunt
Roderic.Suar.*in d.l.quoniam in prioribus,limit.*2. *ad le-*
gem Regiam, 2.*dubio princip.num.*2.& 7. latius Molin.
*lib.*1.*de primogen.c.*10.*n.*8.*cum aliis,fol.*84. de quo la-
tius ſcripſi *ſupra,q.*26.

Sed cogitandum eſt ſuper his, quia materia eſt con-
fuſa propter varietatem legum quæ in hac materia lo-
quuntur, & Doctores non ſe bene expediunt. Quibus
addo quod ſcribit Peralta *in l. 3. §. qui fideicommiſſam,*
*num.*11.*pag.*137.*col.ff.de hæred. inſtit.* & dictum Ripæ
*in l.vlt.num.*208 *folio* 327.*C.de reuocand.donat.*vbi tra-
dit ex regula *i.ſi maritus* 2. *ff. de donat. inter virum &*
vxorem, quòd donatio tacitè reuocatur donando alteri
bona : quod dicit procedere, quando conſtat expreſsè
quòd donauit eandem rem ; ſecus ſi alteri donauit ter-
tiam bonorum ſuorum : nam tunc non cenſetur donare
illam tertiam,quam prius donauerat, Citat Corn. *conſ.*
15.*col.vlt.lib.*1. de quo etiam legendus eſt Menoch. *in*
*tractat. de præſumpt.lib.*3.*præſumpt.*23. *num.*13. qui ci-
tat Ioan.Lopez *in rubr.de donat.inter virum & vxorem,*
§.69.Et de materia legendus eſt nouiſſimè Menoch. *in*
*tract.de præſump.lib.*4.*præſumpt.*173.*folio* 301. vbi re-
ſoluit materiam,qualiter legatum ſecundo ſub commé-
moratione primi,videatur ademptum à primo,& tranſ-
latum in ſecundum : & quod ſubſtitutio non poſſit re-
uocari, niſi per voluntatem ſolemnem ; ſecus in legato,
tradit Mantica *de coniecturat.ment.lib.*5.*tit.*12.*num.*42.
folio 97.

Secundo modo reuocatur tacitè maioratus per alie-
nationem † rei,de qua fuit factus maioratus,*l.fideicommiſ.* 70
§.ſi rem, ff. de legatis 3. Et eſt communis opinio, quòd
donatio reuocatur † per alienationem rei donatæ, ſicut 71
legatum,ſecundùm Din.*in l.ſtichum qui meus erit.ff. de*
*legat.*1.& communem profitetur Alciat.*in l.non omnis,*
ff.ſi cert.pet. latè Falcon.*regul.*458. Matienç.*in l.*-.*tit.*
10.*lib.*5.*Recopil.gloſ.*2.*num.*46.*folio* 305. vbi tradit,an
idem ſit dicendum in donatione cauſa mortis, quod
tradit Ioſeph. Maſcard. *in tract.de probat.lib.*3.*concluſ.*
1282.*num.*4 *folio* 231. Hieron.Gabr. *in conſ.*103. *per*
totum,Simon de Prætis *lib.*4.*de interpret.defunct.volunt.*
*dubit.*2.*verſ.Ad quartum quod eſt,num.*1.*cum ſeqq.folio*
473. De hoc tamen puncto, quando per alienationem
rei,de qua fuerat facta melioratio,reuocetur melioratio?
vide quæ latè ſcribit Tellius *in l.*17. *Tauri, n.*117.*cum*
ſequent. Ioſeph.Maſcard. *in tract.de probat.lib.*3. *concl.*
1281.*num.*87.*cum pluribus ſeqq.folio* 227. Dom.Valdes
in addit.ad Roder.Sua. ſuper l.quoniam in prioribus, C.
*de inofficioſ.teſtam. quæſt.*9. *num.*2.*pag.*97. ¶ Et cum no- 72
men eſt donatum, † poteſt donans extinguere donatio-
nem recipiendo ſolutionem,non obſtante prima dona-
tione,*l.nomen, C. quæ res pignor.obligari poſſunt*, notat
Tiraq.*in tract. de Conſtit.par.*3.*limit.*1.*num.*9. *folio* 75.
quibus adde *l.*40.*tit.*9.*par.*6.& *l.*17.*eodem tit.*& vtro-
bique vide Gregor.Lop.Ioan.Lopez, *in rubr.de donat.*
inter virum & vxorem,§.69.*num.*7.*pag.*255.& ibi Ba-
raon.*in addit.* quæ incipit. *Quomodo per alienationem*,
Matiençium, *in l.*7. *tit.*10.*lib.*5.*Recopil.gloſ.*2.*num.*46.
folio 305.nouiſſimè & latiſſimè Menoch. *in tractat. de*
præſumpt.lib. 4.*præſumpt.*167. *num.*1.*cum ſeqq.fol.*395.
Petrus Surdus *in tract.de aliment.par.*8. *priuil.*22. *n.*1.
cum ſeqq.folio 281.vbi extendit regulam *dict.* §. *ſi rem*,
in Cauſa pia, & etiam ſi res à teſtatore recuperetur,
& plures Authores refert Additio Bernardi Diaz
regula 738.

Ex quibus locis rectè intelliges quemadmodum per
alienationem,& donationem,vel venditionem, vel hy-
pothecam rei datæ in meliorationem,cenſeatur reuoca-
ta melioratio ? † & ex Peralta *in l.Lucius*, §.*Lucius te-* 73
*ſtamento,num.*27.*pag.*248.*ff.de legatis* 2. Tiraq. *lib.*1.*de*
*retract.in præfat.num.*36. quòd autem per ſolam obli-
gationem rei datæ in maioratu vel melioratione, † non 74
cenſeatur reuocatus maioratus,vel melioratio;probatur
*in l.*3. *C.de legat.* & *in §.ſi rem,Inſtit. eodem tit.* tradit
Tiraq.*in l.ſi vnquam,C.de reuocand.donat.in verb.liber-*
*tis,num.*122.*pag.*136.licèt in contrarium faciat textus,
in l.ſi maritus, C. de donat. inter virum & vxorem, ad
quos addo *egregium* Alexand.*conſ.*169.*num.*2.*cum aliis,*
*lib.*6.vbi per *textum*,quem vocat expreſſum *in l.ſcribit,*
§.item ſcribit,ff.de auro & argento legato,& ibi Bart.&
per alia iura dicit, quòd ſi venditio fuit facta voluntà-
riè, † cenſetur reuocatum legatum antea factum. Quæ 75
doctrina & reſolutio magni facienda eſt ad ea,quæ ſcri-
bit Tellius *in d.l.*17.diſtinguendo alienationem neceſ-
ſariam,quæ fit titulo oneroſo venditionis ; & alienatio-
nem neceſſariam,quæ non fit titulo oneroſo. Et confer-
runt etiam ſcripta per *Alexandrum* pro intellectu *dict.*
*l.part.*quæ dicit,deberi æſtimationem,quando alienatio
eſt facta titulo oneroſo venditionis ; non tamen reuo-
cari poteſt res alienata.& idem probat *dict.l.*17.*titul.*9.
¶ Et

¶ Et de puncto & materia legenda etiam ſunt quæ
ſcribit Ioan. Lopius *in dict. rubric. de donation. inter*
virum & vxorem, §.64. *num.*10. *pag.*255. vbi Baraona
in additionib. & Valdes *in addition. ad Roderic.Suarez*
in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam. §.nonò
*quæro, pag.*97. & addo eundem Alexandrum *conſ.*76.
*Scantibus veris, lib.*6. vbi vult, quòd ſi quis promittat
vendere aliquam rem, & accipiat partem pretij poſt-
77 quàm eam legauerit, † non videtur reuocare legatum ;
& idem *in conſ.*76.*num.*14.*lib.*5. confirmat Nicolaus
Boërius *deciſ.*48. *n.*13.

Eſt etiam notandum, quod voluntaria alienatio rei
78 legatæ † adimit legatum tacitum, non expreſſum, *l.*
ſeruum filij, §.ſi idem ſeruus, verbo, variauerit, in 1.*op-*
poſitione, per textum *in dict.§.ſi idem ſeruus*, & *in l.*3.
§.vltimo, ff.de fund. inſtruct. quam Gloſ. ſequuntur *ibi*
Angel. & Paul. & Iaſ. licet Imol. Aretin. & Alexand.
reclament, quos citat Tiraquel. *in* 7.*l.connubial. n.*67.
79 *fol.*308. & in dubio alienatio præſumitur facta † ex
cauſa,ex qua non inducitur reuocatio legati, ſecundùm
Gloſ. *in §.ſi rem legauerit,Inſtit.de legat.* Iacob. Butrigar. *in l.*3.*C.de legat.* Alexand. *conſ.*157. *num.*1. *lib.*7.
qui ex hoc dicit, quod ſi mater habens redditum ſuper
aliqua communitate, legauit vni ex filiis, poſtea reuen-
didit illum communitati, & pretium depoſuit,non cen-
ſetur reuocaſſe legatum. Tradit Angulo *in l.*1. *tit.*6.
*lib.*5.*Recopilation.gloſ.*7. *num.*26. *fol.*20. & Tellius *in*
*dict.l.*17. *num.*122. qui ad hoc refert *dict. l.*40. *tit.*9.
*part.*6. *in fin.* & certos Authores ; & tradit Simon de
Prætis *lib.*4.*de interpretand.defunct.voluntat.dubitat.*2.
*verſ.Ad quartum,num.*12. *fol.*474.Menoch. *in tractat.*
*præſumption. lib.*4. *dicta præſumpt.*167. *num.*9. *fol.*295.
80 Item vbicunque res alienata redimitur, † non cenſetur
reuocatum legatum,*l. verum.ff.de manumiſ. teſtamen.* de
quo lege quæ ſcribo *infrà, ex l.cum ſeruus, ff.de adimen.*
*legat.*vel vbicunque alia in eius locum ſubrogatur, *l.fi-*
lio, §.Titia, ff.de condit. & demonſtr. De quo legendus
eſt Socinus *in conſ.*32. *&* 33. *lib.*2.*&* 162. *num.*7.*&* 8.
& faciunt quæ ſcribo *ſuprà, quæſt.*11. & *in hac quæſt.*
*num.*58. ex Petro Surdo tradit Franciſc.Mantic. ad iſta
omnino legendus *de coniecturat. mente defunct. lib.*12.
*tit.*6. *num.*20. *pag.*599. Ioſeph. Maſcard. *in tractat. de*
*probation. lib.*3. *concluſ.*1171. *num.*45. *fol.* 77. *& con-*
*cluſ.*1318.*num.*15.*fol.*76.vbi refert Bartol. *in conſ.*26.
dicentem, quòd ſi teſtator iuſſit in domo ſua fieri Hoſ-
pitale, & illud ſibi in hæredem inſtituit, & poſtea illas
ædes alienauit, & alias comparauit, debet in illis fieri
Hoſpitale. Et quod ſi ibi commodè Hoſpitale fieri non
poteſt, conuocatis his quorum intereſt, alibi conſtrui
debet : & volunt Bartol. & alij *in l. placet, ff. de liberis*
& poſthumis, Socinus Iun. *in conſilio* 162.*num.*14. *cum*
*ſeqq. lib.*2.

Et in iſta materia animaduerto, quòd quando alie-
81 natio habuit initium voluntarium, † non dicitur neceſ-
ſaria, vt tradit Menochius in quadam primogenitura
Hiſpaniæ *conſ.*203. *num.*36. *lib.*3. vbi refert per ipſum
notata *lib.*2. *de arbitrar. caſu* 182. *num.*52. & latè re-
ſoluit *num.*19. *cum ſeqq.* quando per alienationem rei
datæ primogenito ob cauſam matrimonij, cenſeatur
reuocata primogenitura. Pro intellectu tamen cuiuſdam
diſtinctionis, quam facit Tellius *in dict. l.*17.*Tauri,*
*num.*120. vbi tradit magnam eſſe differentiam, quòd
82 melioratio facta ſit per viam quotæ,vel in certa re, † ad
hoc vt reuocata poſtea cenſeatur, & addo Barthol.So-
cinum *in conſ.*93. *num.*14. *lib.*4. vbi ponit regulam ;
quod diſpoſitio facta ſuper quota, trahitur ad rem cer-
tam quando eſt eadem ratio in vtroque per *l.nomen de-*
bitoris, §.ſi filio, vbi Bart. *ff. de legat.*3. & tenet Imola
*in l.*2. *ff.de donation.* nec eſt differentia ſecundùm *So-*
cinum, quòd donetur aliqua quota, aut donetur aliqua
res maioris æſtimationis,quàm ſit illa quota.

Et in hac materia vnum eſt conſideratione dignum,
quòd vidi in practica, quòd diſputatio vtrum per alie-
nationem rei datæ in melioratione, vel maioratu, cen-
ſeatur reuocata melioratio, vel maioratus, † vendicat 83
ſibi locum in maioratu, vel meliorationе irreuocabili,
non etiam in maioratu irreuocabili : quia maioratus,
vel melioratio irreuocabilis per traditionem poſſeſſio-
nis, ſcripturæ,vel in contractu oneroſo, vel alio ſimili
modo, ſicut expreſsè non poteſt reuocari, multò minus
tacitè, nec tacitum † debet operari magis quàm ex- 84
preſſum, iuxta regulam *l.qui ad certum, ff.locati* ; cum
concordan. & faciunt quæ ſcribo *ſuprà, quæſt.*26. & iſta
opinio eſt veriſſima : & confirmo, quia conſenſus taci-
tus † faciliùs tollitur quàm expreſſus, ſecundùm Inno- 85
centium *in cap.*1. *Quod metus cauſa*, Dec.*in cap.cauſam*
*matrimonij, num.*7.*de offic. Delegat.* Menoch. *in tract.*
*præſumption. præſumpt.*127. *n.*18. *pag.*441.*lib.*3.

Et iſtis adde doctrinam Gregor.Lopez *in l.*2. *tit.*15.
*part.*2. *in gloſ in verbo*, Mayoria, *folio* 44.*col.*3.*in fine,*
in verſ.Et an ſi pater qui fecerat maioratum,vbi tractat 86
quæſtionem de patre, † qui fecerat maioratum in filiam
de pluribus rebus, & poſtea cum tradidit eam nuptui,
fecit ei maioratum de parte ipſarum rerum, an videatur
transfudiſſe primum maioratum in ſecundum, & reuo-
caſſe primum ? refert notata per Bald. *in l.filia legato-*
rum,C.de legat. & Bart.*in l.huiuſmodi,§.cum pater,ff.de*
*legat.*1. & hoc extendit idem Gregor. Lopez *in l.*21.
tit. 9. *part.* 6.*gloſ.*1. ad hoc videndus, & dicit idem
Gregor.Lopez *in l.*23. *tit.* 9.*part.*6. *in gloſ. in verbo,*
Eſtraño, quod ſi quis facit per teſtamentum maioratum
in filium ſuum maiorem virtute facultatis Regiæ,poſtea
in alio teſtamento faciat maioratum in alium filium
abſque Regia facultate,quòd ex hoc † videtur reuoca- 87
tus primus maioratus: quia non eſt veriſimile,quòd pa-
ter voluerit filios grauare duplici onere, argumen.*l.hu-*
iuſmodi, §.cum pater, vbi Iaſ. *num.*7.*ff.de legat.*1. cum
concordan. vt per Mantic.*de coniect.ment.lib.*6. *tit.*117.
*num.*28.*fol.*129. & filij debent lædi minus, quàm ſit
poſſibile,argumento *cap.mandatum, de reſcript.* & *in l.*
nauis onuſta, ff.ad l.Rhodiam de iact.

Sed eſt animaduertendum, quod Gregorius Lopez
non rectè ponit caſum *in ſecunda parte*, dum loquitur
de maioratu facto in ſecundo teſtamento abſque facul-
tate Regia, cum ſine facultate Regia non poſſit fieri
niſi melioratio Tertij & Quinti, vide dictas quæſtiones
per *Gregorium Lopez.* Et pro doctrina *Gregorij* facit
quod ſcribit Peralta *in dict.§.Lucius Titius, num.*30. &
vide etiam Tellium *in d.l.*17. quia ſi in ſingulis inſiſte-
rem, eſſet opus hoc immenſum.

Ex prædictis autem, quæ tractata ſunt, incidit prac-
tica quæſtio;pater meliorauit in Tertio & Quinto bo-
norum filium,quæ melioratio fuit reuocabilis,quia non
fuit facta per contractum oneroſum, nec tradita poſ-
ſeſſio ; poſtea dotauit filiam ; & dedit in dotem bona
meliorationis, vel partem ; an talis conſtitutio dotis
dici poſſit alienatio neceſſaria ; aut voluntaria, ad hoc
vt melioratio reuocata cenſeatur, vel non ? In quo de-
ciſum fuit, † meliorationem fuiſſe reuocatam : quia 88
alienatio licet ex cauſa dotis facta, fuit voluntaria, &
non neceſſaria ; vt in terminis volunt Alberic.poſt Ni-
col.de Matarel. *in l.filia legatorum. num.*11. *C.de legat.*
& tradit Peralta *in d.§.Lucius Titius,n.*29.

In quo tamen conſiderandum eſſe exiſtimo, longam
eſſe differentiam inter dotem, quam pater dat filiæ,
quam dotare tenetur, iuxta *l.vltimam ; C. de dotis pro-*
*miſſione.l.*8. *tit.*11. *part.*4. cum *concordan.* & inter do-
tem,quam mater dat,quam dare non tenetur niſi in ca-
ſibus certis ; iuxta *l.nec mater; C.de iur.dot.l.*9.*tit.*11.
*p.*5.*cum ſimilibus.* Ad quod inter alia plura faciunt ver-
ba *dictæ legis* 8. ibi : *Eſtablecidas pueden ſer las dotes en*
maneras muchas, ca tales y que las eſtablecen de ſu volun-
tad, aſſi como la muger que la puede dar por ſi miſma a
ſu marido, o otro qualquier que la de en eſta manera en
nombre della. Otros ay,que ſon tenudos de la dar por pre-
mia,aſſi como el padre quando caſa a ſu hija : cum verbis
ſequentibus;& faciunt quæ de contractibus voluntariis
& neceſſariis ſcribo *in* 4.*p. quæſt.*1. *limitatione* 5. & an

ſolum

solum per conrractum & alienationem rei datæ in maioratum, vel meliorationem, censeatur reuocatus maioratus, si traditio non interuenerit: scribo *in 4.part. quæst.* 8.

Insuper est notandum, quod licèt testator redimat
89 rem, quam semel alienauit, † non conualescit legatum, *l.cum seruus, ff.de adimen.legat.* & ibi Bart. & Bald. *in l.3.num.5.C.de legat.* & ibi Paul. *num.*4. & Imol. *in l. quoties, §.seruus cum libertate, ff.de hæred.instit.* & alij, quos citat Franc. Mantic. *in tractatu de coniecturata mente defunct. lib.*12.*tit.6.n.6.pag.*598. & ibi *num.*21. tradit, an per alienationem partis legatæ, censeatur reuocatum totum legatum? & trado *suprà*; & quod si
90 census redimatur, † non censeatur reuocatus maioratus, constat ex his quæ scribit Angulo *in d. l.*1. *tit.*11. *lib.*5. *Recopil. glos.*7. *num.*15. *fol.*20. Limitatur autem regula *d. l. cum seruus*, in Causa pia, *d.l. verum est, ff.de manumiss.testament.* quem ad hoc commendant Bald.Angel.& Paul.de Castro *in l.qui post testamentum, C. de legatis*, & alij quos citat Tiraquel. *in tract. de priuilegiis pia causæ: priuileg.*40. *pag.*80. & facit quod scripsi *suprà, n.*61.

91 Tertiò reuocatur tacitè † moioratus ipso iure per inimicitias superuenientes inter patrem & filium, in quem fecit maioratum; & idem erit in meliorratione Tertij & Quinti, siue melioratio, aut maioratus factus fuit in testamento, siue in contractu inter viuos, nisi interueniat traditio vera, vel ficta, vel maioratus & melioratio sit factus cum alio Tertio per contractum onerosum. In primo casu quando maioratus factus fuit in vltima voluntate, vel melioratio, non est dubium, vt probatur *in l.*3.§.*non solum, & in l.ex parte*, cum Glos. *ff.de adimen.legat.l.in ipsius, C.famil.ercisc.* notat Faber *in §.ex eo.num.*3. *Instit.quib.modis testam.infirm.* vel melioratio, Roderic. Suarez *allegat.*2. *fol.*128. *col.*1. & faciunt quæ scribit Menochius *dict. præsumpt.*23. *num.*9. *& lib.*4. *præsumptione* 83. Iosephus Mascardus *dicto libro* 3. *& conclusione* 1282. *num.*6. latius idem Menochius *lib.*4 *præsumpt.*170. *folio* 300. & idem Mascardus *dict. lib.*3. *concluf.*1281. *num.*137. qui *in numeris antecedentibus & sequentibus*, varia scribit pro intellectu & ornatu eorum, quæ in hac quæstione tractantur. Sed allegatio facta per Menochium *in dicta præsumpt.*23. debet esse *in* 4. *lib. præsumpt.*170. *num.*3. & idem *præsumpt.*163. *num.*37. *fol.*291. vbi inter alios plures refert Episcop. *in* 2.*p.rubrica. de testament.num.*19. *vers. Quarto ex præmissis*: & idem tradit nouissimè Perez de Lara *in tract. Capellaniarum, lib.*1. *cap.*10. *num.*22. *cum sequentibus, pag.*125. Et idem erit vbicunque maioratus fuit factus in contractu inter viuos non interueniente traditione, quia si inimicitiæ superueniant, erit tacitè reuocatus: quamvis si donatio inter viuos, interueniente ingratitudine & inimicitia, non possit reuocari tacitè, sed tantùm expressè; & ideo si donator
92 in vita non reuocauerit, † non licèt hæredi reuocare, *l.fin. C.de reuocand. donat. l.*10. *in fin. tit.*4. *p.*5. facit *l.omnimodo, C.de inoffic.testam.* de quo latè per Ripam *in d.l.final.* & Tiraquel. *in l.si unquam, in verbo, susceperit liberos, num.*215. *C.de reuocandis donationibus*, & notat Glos. Parisiens. *in consuetud Parisiens.part.*1.§.30. *num.*126. *fol.*245. Molina *lib.*1. *de primogen. cap.*9. *num.*36. *fol.*68. vbi de istis etiam agit: pro quibus facit *l.*10. *tit.*7. *part.*6. & doctrina Angeli, quam in quodam maioratu practicaui *in d.l. vltima, C.de reuocand.*
93 *donation.* vbi inquit, quod feudum † non est auferendum filio propter feloniam, si patre viuente, querimonia non fuit exposita, idem Angel. *in l.cum apertissimè, C.de secund.nupt.* confirmat Matthæus de Afflictis *in cap.*1. §.*porrò, Quæ fuerit prima causa benef.amitten. num.*38. Andr. ab Exea *in lib.pactorum, n.*229. *pag.*105. *in fin.* Ratio prædictorum est, quia à die & momento factæ donationis, habet perfectionem, *l.senatus*, §.*mortis causa, ff. de donation. caus.mort.* & hinc est, quòd
94 appellatione *donationis* simpliciter, non venit † donatio reuocabilis, vt probatur *in l.filiusfamilias*, §.*pario ff.de donation.* sed maioratus vel melioratio absque traditione non habent perfectionem in vita meliorantis, cum reuocari possit. Ex quibus infertur, quod vbicunque pater facit meliorationem in filium, vel maioratum eo modo, quod possit reuocari, quia non fuit tradita possessio, nec contractus fuit factus cum Tertio, quod hic actus potius sortitur naturam vltimæ voluntatis, quàm donationis inter viuos.

Quæ conclusio comprobatur ex his, quæ notanter scribit Peralta *in l.legatum, num.*2. *pag.*502. *ff.de leg.*2. vbi constituit differentiam, & disparationem inter legatum, & donationem, quantum ad reuocationem; & ideo Greg. Lopez *in d.l.*10. *in glos. in verbo, Sus herederos*, dicit, quod licèt per illam legem hæredes donatarij regulariter non possint reuocare donationem à defuncto factam propter ingratitudinem; procedit in donatione perfecta, & irreuocabili. Si enim esset reuocabilis † vsque ad mortem; vt illa, quæ fit per viam
95 maioratus, vel donationis in Tertio bonorum, iuxta leges Regni; tunc ipso iure donatio reuocatur: refert *d.l.*3. §.*fin. ff.de adimen. legat.* & pro doctrina Gregor. Lopez facit singulare in proposito *consilium Roman.* 284. quod incipit *Omnipotentis Dei, num.*5. vbi dicit, quòd hæres donatarij potest reuocare donationem prætextu ingratitudinis, vbicunque donator in vita tacitè reuocasset. Ex quibus dubito de doctrina Alciati *in d.l.moribus*, quàm suprà retuli.

Et adeò prædicta conclusio est vera, quòd hoc procedit etiam, quando inimicitia prouenit ex parte & culpa patris: quia nihilominus donatio & melioratio
96 † reuocatur, secundùm Ias. *in l.si filium, C.de inoffic. testam. num.*2. & *in l.hæredibus, num.*3. *C.de his quib. vt indig.* Francum *in cap.cum speciale, num.*44. *fol.*71. *de appellat.* & Ripam *in d.l.fin. C.de reuocan. donat. q.*45. *n.*151. Ioan. de Amicis *in consil.*4. *num.*8. & alios, quos refert Episcop. Couar. *in d.rubr.de testament. p.*2. *n.*20. *in vers. Quinto ex præmissa apparet, fo.*14. *col.*4. quos ipse sequitur contra Bart. *in l.cum tabulis*, §.1. *ff.de his quib.vt indig.* & hanc sententiam sequitur Franc. Mantic. qui refert Episcop Couar. & alios *in lib.de coniecturat.ment.defunct. lib.*12. *tit.*5. *num.*4. *pag.*594. & legendus est Bernard. Diaz & eius Addit. *regul.*410. *legata reuocantur*: & opinionem *Ias.* & aliorum, approbat Menoch. *in tract.de præsumpt. lib.*3. *præsumpt.*37. *n.*22. *pag.*320. qui plura in materia præsentis quæstionis scribit: Ioseph. Mascard. *d.concluf.*1281. *num.*137. *cum seqq. lib.*3. *fol.*229. Anton. Peregr. *in tract.de iure fisci, lib.*3. *tit.*13. *num.*4. *pag.*148. & addo Dec. *in cap.*1 *de iudiciis*, & *in cap.vt debitus, de appellation.* Et ista confirmantur, quia licèt regulariter mutatio voluntatis non
97 præsumatur, vt supra probatum fuit, fallit, † nisi noua causa interueniat, vt ex doctrina Bart. *in l.in confirmando, ff.de confirma. tut.* & aliis probat Ioseph. Mascardus *d.lib.*3. *& suprà citata concluf.*1318. *n.*21. *cum seqq.* Et quòd inimicitia in ista materia debeat probari per quinque testes, volunt Dynus, Baldus, & Paulus *in l.hæredes palam*, §.*siquid post, ff.de testam.* Petr. Surdus *dict. decis.*128. *n.*5.

Notandum tamen est, quòd licèt maioratus, vel melioratio reuocata censeatur; si tamen probetur, quòd pater tacitè, aut expressè fecit reconciliationem cum filio, † maioratus reconualescit & reuiuiscit. Quæ conclusio probatur clarè *in l.in ipsius, C.famil.ercisc.* vbi egregiè Bald. & facit text. *in d.l.*3. §.*final.* cum *l.sequenti:* ex Glos. *in §.fin. in verbo, dissimulatione. Instit.de iniur.* & notatur per Bart. *in l.non solum*, §.1. *ff.de iniur.* & est notabilis *l.*22. *tit.*9. *part.*7. ibi: *Se acompañasse con el de su grado, y comiesse, y beuiesse, en su casa.* Et est alia *l.*7. *tit.*7. *p.*6. ibi: *Pero si despues se tornassen a la fe, deuen les de dar su parte de la heredad.* Et notat egregiè Alex. *in consil.*119. *Viso testamento: n.*11. vbi Glos. Parisiens. *in addit.* quæ incipit, *Reuocatio: lib.*7. agit eleganter de intellectu text. *in l.filio quem pater, ff.de liber.*

& posthumis, vbi etiam vide *Ias.* & notatur etiam per Hippolyt. *in singular.*220. & alios concordantes refert ad id Segura *in l. vnum ex familia*, §.*sed si fundum, num.*72. *ff.de legat.*2. De quo etiam per Franciscum Manticam *in dicto tractatu, & libro, & titulo. num.*18. *pag.*596. & Peraltam *in l.Lucius Titius*, §.*Lucius Titius, num.*2. *ff.de legatis* 2.

Hinc est, quòd si filius viuo testatore egit pœniten-
99 tiam ante factum testamentum, non † potest exhæredari, secundùm Alexandrum *in l.*1. *num.*53. *ff.soluto matrimonio*, & est noua decisio & communiter approbata, vt ait Cotta *in verbo, filiusfamilias*, quem citat Iul. Clarus *lib.*5. *receptarum sententiarum*, §. *testamentum, quæst.*4. *num.*9. *pag.*42. & idem vult Gualden. *de arte testandi, tit. de liber. instit. vel exhæred. cap.*17. *pag.*71. *num.*2. & legenda sunt plura quæ scribit Episcopus Couarruuias *in cap.Raynuntius, de testament. in principio, num.*17. *&* 18. *fol.*89. facit etiam quod scribit Baldus *in l.id quod pauperibus, num.*34. *C.de Episcop.& Cleric.* vbi vult, quòd si probetur contritio, vel confessio subsequuta post odium, præsumitur iniuria remissa, & reconciliatio facta: & idem voluerunt Alexand. *in consil.*91. *num.*4. *lib.*7. Franciscus Mantica *in dicto tractatu, tit.*20. *lib.*7. *num.*8. *pag.*234. & est etiam ad propositum aliud *consilium* Alexand. 188. *Viso processu, num.*10. *lib.*6. & iunge scripta per Rodericum Suarez *in lectur. l.*2. *tit.* De los casamientos, *folio* 75. *col.*2. *in vers Secundo per legem*, vbi tradit, qualiter filias patri semel ingratus postea reconciliatur, & dictum Bart. *in dict. leg.*1. §.*vltimo, ff. de adimend. legat.* vbi inquit, quòd si pater exhæredauit filium ex iusta causa, & postea secum reconciliationem
100 fecit, videtur adempta † & reuocata exhæredatio; quem sequuntur Ias. *in authentica, non licet, C.de liber. præter.* Hippolyt. *in l.raptores, num.*6. *C. de rapt. virgin.* Alexand. *in dicto consilio* 159. *num.*10. *lib.*7. vbi Glos. Parisiens. defendit hanc opinionem ab aliquibus eam impugnare volentibus; & dicit opinionem *Bart.* esse veram, tam quoad legatum, quàm quoad exhæredationem; & tradit Iul. Ferret. *in tit de feriis, n.*105.
101 *folio* 130. & remittens iniuriam, præsumitur † in perpetuum remittere: Glos. *in dicto §. vltimo, de iniur.* notat Alciat. *reg.*2. *præsumpt.*36. *& vltima, pag.*236. Menoch. *in eodem tractatu, de præsumption. lib.*5. *præsumpt.*32. *num.*1. *cum seqq. fo.*41. Mascard. *in tract. de probationib. lib.*2. *concluf.*902. *n.*26. *fol.*201. Conradus *in templo Iudicum, part.*1. *concl. f.*17. 18. & 104.

Non proderit tamen reconciliatio, vbi pater post inimicitiam cum filio contractam, † fecit maioratum,
102 aut meliorationem in alterum filium: quia tunc virtus reconciliationis non operatur quoad præiudicium alterius filij, argumento *cap.quamvis, de rescript. in* 6. & vide quæ scribo *in* 4.*part. huius operis, quæs.*23. *num.*27. *cum aliis*, facit *l. bonorum, ff. rem ratam haber.* & doctrinam Pauli *in consil.*195. *libro* 2. vbi tradit, quod si donatio est facta absenti, pro quo Notarius stipulatus fuit, & eam recepit, & ante ratificationem absentis, fuit alteri facta donatio de eisdem bonis, ratificatio non potest fieri in præiudicium secundi donatarij, cui medio tempore ius fuit quæsitum per secundam donationem. De quo latiùs per Glos. Paris. *in l.contractu, n.*22. *cum aliis. ff de regul. iur.*

Et ex istis aliàs inferebam ad quæstionem de facto contingentem. Pater meliorauit filium cum grauamine, quòd non contraheret matrimonium absque consensu matris sub pœna perditionis maioratus, in quo alter frater succederet: si ius contraueniendo grauamini, nupsit absque consensu matris, quæ postea remisit iniuriam, & se reconciliauit cum filio & illius vxore: dubitatum fuit, an amiserit meliorationem, & alter frater possit petere bona maioratus, non obstante reconcilia-
103 tione matris? In quo, verba grauaminis diligenter † sunt inspicienda, & an significent priuationem ipso iure, secundùm ea, quæ notaui *p.*2. *q.*4. *illat.*8. & considerandum, an grauamen valuerit iuxta ea, quæ scribo *infrà, hac parte prima, quæst.*50. & faciunt quæ de muliere, quæ non castè vixit: & quæ scribit Ioan. à Garron. *in rubr.de secund.nupt. p.*1. *num.*99. *fol.*32. Inimicitiæ † tamen durare præsumuntur, vt notatur *in d.*§.*vltimo,* 104
Inst.de iniur. & notat Ancharran. *in cons.*246. *In causa agitata, num.*5.

Item animaduertere oportet, quod ad hoc vt legatum, melioratio, & maioratus reuocentur propter inimicitiam, † debent esse inimicitiæ capitales, & non le- 105
ues; secundùm Baldum *in l.id quod pauperibus, quæst.*23. *C.de Episcop.& Cleric.* & resoluit Peralta *in l.cum quidam, in* 2. *num.*7. *pag.*269. *ff.de legat.*2. & ante eum Bartholom. Socinus quem Peralta non refert *in consilio* 163. *num.*9. *libro* 2. licet ad recusandum Iudicem, aliud velint Franc. *in cap.postremo, num.*20. *vers. Trigesimo secundo, de appellation.* Maranta *in speculo aureo, part.*6. *de ordine iudicior. vers. Secundus actus principalis, num.*35. *fol.*255. in quo contrarium tenere videtur Beroius *in cons.*16. *num.*23. *lib.*3. Quod autem inimicitia durare præsumatur, tradit Mascardus *in tract.de probation. concluf.*873. *num.*16. *fol.*179.

Quartò reuocatur, † vel diminuitur melioratio, vbi- 106
cunque pater fecit in filium donationem de pluribus fundis, vel domibus, & postea vnam earum alteri dat: nam etiam si hæc datio secunda, specie sit inutilis, dicitur genus, & melioratio prius data in genere, *l.fundum, ff.de fundo instruct.* quem *Bart.* dicit non esse alibi: cui est similis *in d.l.legatum*, §.*fin. de adimen. legat.* quem ad hoc ponderat Ludouic. Roman. *singula.*137. *Inutilis dispositio*, de quo vide quæ *suprà* scripsi *à num.*57. Ex quo venit, quòd ex commutatione bonorum, primus contractus donationis † dicitur renouatus, & re- 107
formatus, *l.iurisgentium*, §.*adeo, ff.de pactis*, tradit Dec. *in cons.*190. *suprà allegato, num.*3. vbi tradit, quòd contractus dicitur reformatus, quando in totum non tollitur, sed pro parte, vt per Glos. *in cap.statutum, in principio, verbo, renouandum*, vbi DD. *de rescript. in* 6.

Et in ista materia est sciendum, quòd mutatio vo- 108
luntatis testamenti, vel alterius dispositionis, † proba-
tur per coniecturas, etiam si in priori dispositione adsit clausula derogatoria ad sequentes, vt tradunt Bald. Paul. Fulg. & alij, *in l.sancimus, C.de testament.* cum *concord.* vt per Corneum *in cons.*174. *col.*3. *volum.*3. Socin. Iun. *in cons.*143. *num.*2. *lib.*2. ad quos addo quæ citat Falcon. *regul.*455. *per totam.* ¶ Nec omitto, quòd aliud
est voluntatem cessare, † & aliud reuocare, secundùm 109
Carolum Ruinum *in cons.*115. *num.*7. *lib.*1. Menoch. *de arbitrariis Iudicum, lib.*1. *quæst.*69. *num.*14. Et confirmatione vnius capituli ex pluribus, cætera videntur derogata, & confirmatio plurium capitulorum, indu-
cit reprobationem † aliorum, secundùm Dynum, & Bar- 110
tolum *in l.legata inutiliter, ff.de legat.*1. Bald. *in l.vltima, C.de edicto Diui Adriani*, Matth. ab Afflictis *decis.*298. *num.*4.

Quintò, reuocatur maioratus per hypothecam specialem factam post factum maioratum, vt probatur 111
per regulam *l.*3. *C.de legat. l.cum hic status*, §.*si maritus, ff.de donation. inter vir.& vxor. & l.si maritus*, la segunda, *C.de donation. inter virum & vxor.* tradit post alios Rebuf. *tom.*2. *ad constitutiones Regias, tit. de constit. reditum, art.*1. *glos.*14. *n.*6. *pag.*412. Quod tamen intelligendum est, vbicunque testator pro tanto rem obligauit, quantum valet, non aliàs, *l.qui habebat, in principio. ff.de legat.*3. *l.legatum*, §.1. vbi Glos. & Bart. *ff.de supellect.legat.* volunt Ias. *in l.si res obligata, n.*14. *ff.de leg.* & alij, quos citat Mantica *d. tit.*6. *num.*23. *pag.*599. Et ad hoc legenda sunt scripta per Vincent. de Franc. *decis.*283. *n.*3. *&* 5. *p.*2. ad quem addo rursus *l.si maritus*, La segunda, *Cod. de donation. inter virum & vxo.* vbi Azo *colum.*6. Gregor. Lopez *in l.*4. *tit.*11. *part.*4. *in verb. La diesse*: & est aliud memorabile in ista materia, quod nunquam ex testamento solemni sumitur declaratio quæ tendat in alterius voluntatis solenne, se-

cundùm Peraltam *in l. qui teſtamento, ff. de legat. 2. num. 3. pag. 75.* ex Bart. & aliis.

Rurſus in hac materia notandum eſt, quòd ſi teſtator facit maioratum de aliquo nomine debitoris, quod poſtea conſumit expendendo pecuniam nominis, tacitè
112 quantum ad hoc † reuocare cenſetur maioratum. Hæc concluſio fundatur ex *l. 15. tit. 9. p. 6.* ibi: *Pero ſi aquella deuda, o coſa de que hizo la manda el teſtador en ſu vida, la ouieſſe y a mandado, y rebecida de aquel que ſe la deuia, entonce no valdra la tal manda, ni ſera tenudo el heredero de dar la eſtimacion della: porque ſe entiende que la reuocò porque la demandò, e que ge la dieron.* Et vide eam aliis verbis ſequentibus, & hoc hodie nouiſſimè citat Falcon. *regul. 458. num. 1.* quem lege ad iſtam materiam. Animaduerto etiam in præſenti de ſingulari concluſione, quæ in practica quotidie eſt neceſſaria, quòd vbi duo ſunt connexa & correlatiua, ſi vnum re-
113 uocetur, † alterum quoque intelligitur reuocatum, *l. filio. §. matri, ff. de adimend. legat.* & *in l. alteri, eodem tit.* & *in l. Famphilo, §. vltimo, ff. de legat. 3.* notant Roman. *ſingul. 17. Habeo conſulere,* Mantica *lib. 5. de coniecturat. mente defunct. tit. 12. num. 31. pag. 172.* Et quòd ad
114 reuocationem tam facilè adimatur † hæreditas, quàm legatum, probatur *in l. Titius & Seius,* & *in l. ſequenti, ff. de hared. inſtituend.* tradunt Bart. *in l. quod traditum, ff. de cond. & demonſtr.* & *in l. re coniuncti,* vbi Iaſo *n. 27. ff. de legat. 3.* cum *concordan.* vt per Menochium *in tractatu præſumptionum, libro 4. præſumpt. 173. num. 26. fol. 303.* ℊ Et qualiter reuocetur maioratus vel melio-
115 ratio † per delictum illius, qui maioratum vel meliorationem fecerat, quando maioratus eſt reuocabilis, vel melioratio, tractat latè Tellius *in d. l. 17. num. 128. cum ſeqq.*

Sed an ſufficiat derogatio generalis, vel requiratur
116 ſpecialis, decidi poteſt † ex textu *in l. omnes, C. de præſcript. 30. annorum,* & ex doctrina Ioan. Andreæ *in cap. 1. de exceſſibus prælato. in 6.* vbi dicit, quòd in omni materia, ſi per verba derogatoria prolata generaliter apparet voluntas derogantis, quòd generaliter derogare voluit, ſufficit; notat Alexand. *in conſilio 111. num. 13. libro 6.* & confirmat Simon de Prætis *libro 4. de coniecturat. mente defuncti, dubitation. 2. num. 94. folio 467. colum. 4.* & faciunt quæ ſcribit idem Alexand. *in conſ. 7. lib. 4 & in conſilio 126. lib. 2. num. 26. & in conſilio 155. num. 12. libro 6.* Ripa *reſponſo 6. num. 1. & 2.* de quo legenda ſunt quæ ſcribo *ſuprà, quæſt. 3. à num. 87.* Et
117 quòd ſpeciale ſumatur pro expreſſo, † tenent Stephanus & Ancharran. *in Clementina 1. de priuilegiis,* vbi Bonifacius *num. 17.* quos citat Thomas Sanchez *in tractatu de matrimonio, lib. 2. diſput. 35. num. 3.* vbi addit, quòd *ſpecialiter,* ponitur pro expreſsè, iuxta *l. 2. verbo, ſpecialiter, ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio:* quibus eſt addendum quòd magnum genus expreſſi eſt, vbi in aliqua diſpoſitione fuit appoſita clauſula, vt habeatur pro expreſſo, ac ſi ſpecialiter & nominatim eſſet expreſſum, vt probatur per dictum Oldradi *conſilium 117 Bonæ memoriæ, nu. 2.* Federic. de Senis *in conſilio 47.* Bald. & Angel. *in l. Titius, §. licet, ff. de iure codicillorum,* & alios plures, quos citat Tiraquellus *lib. de legibus connubialibus. gloſ. 7.* Exprez, *num. 102. fol. 324. & in num. 203.* refert plures contrarium tenentes. Quæ maximè procedunt, vbi agitur de reducendo filios ad æqualitatem: quia minor derogatio & coniecturalis ſufficiet, vt probatur ex his, quæ ſcribo *in dict. quæſt. 3. à num. 54. cum ſequentibus,* quod maximè notandum eſt, & legenda ſunt quæ ſcribit Rebuffus *in Concordat. pagina 655.* Et quòd vbi requiritur ſpecialis mentio,
118 non ſufficiat generalis, † volunt Matthæus de Afflictis *deciſ. 220. num. 16* Thom. Grammat. *deciſ. 66. num. 18.* Iaſ. *in l. actione, num. 8. C. de tranſaction.* Oſaſc. *deciſione Pedemont. 142. num 12.*

Tandem animaduerto, quòd qui reuocat in parte,
119 † reliqua omnia confirmare cenſetur, *l. Tribunus, §. 1. ff. de milit. teſtament.* quem Bartolus ita ſummat; & dicunt Bart. Bald. Angel. Paul. & Imol. *in l. legata, inutiliter, ff. de legatis 1.* quòd ſi fuit data poteſtas Comiti reuidendi ſtatuta, & ipſe quædam improbat, cætera confirmaſſe videtur; & idem voluit Iacobi. *in l. cum Prætor, num. 4. ff. de iudi.* & alij, quos citat Roland. *conſilio 31. num. 22. libro 4.* facit ſententia Baldi *in cap. 1. in principio, per quos fiat inueſtitura,* vbi vult, quòd ſi Papa in confirmatione excipiat aliqua ſtatuta contra libertatem Eccleſiæ, omnia alia ſtatuta (aliàs iniuſta & inualida) confirmare cenſetur; quem ſequuntur Corneus *in conſilio 9. libro 3.* Iaſ. *in l. final. in fine, ff. quod quiſque iuris:* & alij, quos citat Antonius Gabriel *libro 6. communium opinionum, titul. de ſtatutis, concluſione 10. num. 1. pagina 364. colum. 1.* vbi tamen *num. 4.* refert plures contrarium tenentes, quòd ex facto in opulento maioratu contigit. ℊ Et qualiter legatum in primo teſtamento relictum cenſeatur reuocatum per confectionem ſecundi, cum in ſecundo non eſt expreſsè repetitum, † conſtat ex regula textus *in l.* 120
ſi iuri, ff. de legat. 3. doctrina Bartoli *in l. Statius Florus, ff. de iure fiſci,* Curt. Iun. *conſilio 163. num. 14.* Cephal. *conſilio 74. num. 3. libro 1.* vbi ex Paulo de Caſtro *in l. heredes palam, §. ſiquid, poſt num. 6. ff. de teſtament.* tradit, quòd ſi ex relictis in primo teſtamento vnum tantum reuocetur, † cætera infirmantur, niſi 121
in ſpecie vel genere confirmentur, vbi lege quid ſit reuocare teſtamentum? & an *tollere* & *reformare* ſit idem.

Et an ſi res, in qua Tertium & Quintum legatum fuit, & aſſignatum pereat, † debeat ſuppleri illud Ter- 122
tium & Quintum ex aliis bonis? tradit Molina *in tractatu de iuſtitia & iure, tractatu 2. diſputatione 204. pagina 2250.* concludens eſſe ſupplendum; quæ reſolutio eſt nimis generalis & periculoſa, & limitanda eſt vbicunque pater filio tradidit bona, in quibus illum meliorauit in vita, & filius factus fuit dominus talium bonorum: quia peribunt periculo filij, & non debet ſuppleri ex aliis bonis patris, vel matris, vt probatur ex *l. Pignus, C. de pignorat. action.* & ex ſcriptis per Ioannem *in l. non omnis, §. final. num. 5. ff. ſi certum petatur,* & *in l. 1. num. 1. C. de iure emphyteutico,* & *in l. Titius, num 2. ff. de præſcript. verbis,* Roman. *in ſingula. 335.* Fanum *de pignoribus, parte 2. membro 3. num. 72.*

Et in hoc animaduerte; quòd licèt dictus Molina referat autiorem propriæ opinionis Anton. Gomez. *in l. 19. Tauri.* hoc non tractat *ibi.* Et an inutilis & inualida reuocatio maioratus, operetur reuocationem maioratus, qui validus fuit? † decidi poteſt ex *l. planè,* vbi Bart. Iaſ. & alij, *ff. de legat. 1.* Abb. *in cap.* 123
ſignificaſti, num. 7. de officio Delegat. Felin. *in cap. ex tenore, num. 22. de reſcriptis,* Alexand. *in l. à Iudice, C. de iudiciis,* Tiraquel. *in l. boues, §. hoc ſermone, limitatione 1. ff. de verborum ſignificatione.* De quo lector omnino legat quæ latiſſimè ſcribit Peralta *in dicta leg. qui teſtamento, ff. de legat. 2. pagina 475.* præcipuè *num. 25. verſic. Prima concluſio, & verſic. Secunda concluſio,* vbi ſcribit aliqua ad noſtram materiam pertinentia. In qua quæſtione communis videtur concluſio, quòd in vltimis voluntatibus per actum inu- 124
tilem cenſetur reuocatus actus † validus, per *l. legatum ſub conditione, §. 1. ff. de adimend. legat.* & per alia iura ſimilia. Et in contractibus inter viuos per actum inualidum † non cenſetur facta reuocatio actus 125
validi, *ex l. certi condictio, §. quoniam, ff. ſi certum petatur,* & *§. præterea Inſtitut. quibus modis tollitur obligatio:* cum *concordantibus,* quod poſt alios plures tradunt Alexander *in l. ſi cum dotem, in principio, num. 8. ff. ſoluto matrimonio,* vbi Petrus Barboſa *num. 22. pagina 406.* poſt Campegium *in tractatu de dote, part. 3. quæſt. 125.*

Ex quibus omnibus & aliis, quæ latiſſimè tradit *Peralta* in propria ſpecie meliorationis, poteſt in noſtro puncto & quæſtione ſumi reſolutio, quod

ſi

ſi maioratus fuit factus tali modo, quòd non poterit
126 reuocari per reuocationem inualidam, † non poteſt reuocari valida; ſecus autem ſi poterat reuocari: quia tunc per actum inualidum cenſetur reuocatus maioratus perfectus, ſed talis naturæ quòd poterat reuocari. De quo puncto non ſunt omittenda, quæ ſcribit Epiſcopus Couarruuias *in 2. parte rubricæ de teſtament. nu. 21. verſiculo, Tertio principaliter,* & legenda ſunt quæ ſcribit Carolus Ruinus *in l. ſi filius qui patri, num. 23. pagina 116. ff. de liberis & poſthumis,* Bartholom. Socinus *in conſilio 112. num. 14. lib. 1.* ℊ Quibus etiam iungo concluſionem ſingularem, quòd quæ non poſſunt niſi
127 ſimul induci, † non poſſunt niſi ſimul reuocari, *l. ſi ita ſcripſerit, §. regula, ff. de liberis & poſthumis,* notant & declarant Baldus *in l. vltima, num. 9. C. de inſtit. & ſubſtit.* Mantica *lib. 5. de coniecturat. mente defunct. tit. 6 n. 17.*
128 *pag. 150.* Et quòd verba altercatoria † non inducant fideicommiſſi reuocationem, volunt Barthol. Socinus *in conſilio 163 num. 9. libro 2.* Natta *in conſilio 462. num. 21.* Menochius *in tract. præſumptionum, lib. 3. præſumption. 37. num. 36. pag. 321.* Et Socinus *in dicto loco,* ſcribit aliud ſingulare, quòd primum teſtamentum non cenſetur reuocatum, quando fuit factum in fauorem familiæ.

ℊ Sciendum eſt etiam, quòd ſi in eadem diſpoſi-
129 tione reperiantur duo contraria, † ſtandum eſt ei, quod vltimo diſpoſitum eſt, *l. ſi mihi & tibi, §. fin. ff. de legat. 1.* volunt Cardinalis *in conſilio 29. num. 25.* Decius *in l. pacta nouiſſima, num. 4. C. de pact.* Rebuffus *in l. quod iuſſit, ff. de re iudicata, in præfation. num. 25. pagina 48.* qui refert Iaſonem *in dict. l. pacta nouiſſima,* qui hoc non dicit. Ex quo fit, quòd etiam in vno teſta-
130 mento poſteriores coniecturæ † præualent, vt per Calcaneum *conſ. 99. num. 26.* Aymonem Crauetam *in conſilio 319. num. 17.* Baldum *in l. non ignorat. num. 5. C. qui accuſ. non poſſint,* & alios, quos citat Franciſc. Mantica *lib. 12. tit. 17. num. 19. pag. 643.*

QVÆSTIO XLIV.

Qualiter Princeps poſſit declarare licentiam, quam conceſſit ad faciendum maioratum.

SVMMARIVM.

1 *Eius eſt interpretari, cuius eſt concedere.*
2 *Princeps poteſt interpretari ſuas ſententias & priuilegia, & numero 10. & 11. An poſſit declarare mentem defuncti, num. 19. Quid quando declarat in præiudicium alterius licentiam, quam dedit ad maioratus inſtitutionem, numero 50. 60. & 61. Et an reperta veritate, poſſit mutare ſententiam, numero 63. Non præſumitur velle tollere alicuius quæſitum, numero 66. In literarum eius declaratione an requiratur citatio, num. 67. & 116. Et an eius declaratio per epiſtolam habeat vim legis, num. 68. Nec licet illi reuocare priuilegium, quando ius alicui quæſitum fuit, num. 69. An poſſit fieri per eum declaratio lite pendente, num. 74. & 79.*
3 *Iudex poteſt ſuam ſententiam declarare.*
4 *Decuriones an poſſint declarare ſtatuta lata à ſuis prædeceſſoribus.*
5 *In caſu dubio ſtandum eſt declarationi concedentis, & num. 7.*
6 *Interpretatio declaratoria habet locum in diſpoſitionibus etiam odioſis.*
8 *Inferior non poteſt tollere legem Superioris.*
9 *Poteſt tamen eius voluntatem indicare.*
12 *Actus perfectus recipit formam declaratoriam.*
13 *Probatio dubia an poſſit declarari.*
14 *Reſolutio præſentis quæſtionis.*
15 *Qui declarat, nihil de nouo facit, ſed oſtendit qualis fuerit animus in præterito.*
16 *Quid ſi factum alterius exequatur.*
17 *Declaratio trahitur retrò ad tempus primi actus celebrati. An poſſit fieri ſine noua ſolennitate, n. 20. A diſpenſatione differt, num. 23.*
18 *Prohibitius probare non prohibetur probationes iam factas declarare.*
21 *Donatario competit actio ex donatione valida, non ex declarata.*
22 *Diſpoſitio declarans quo tempore præſcribatur.*
24 *Pendente lite ſuper nullitate non impeditur creditor inſtrumentum ſuæ guarentigium exequi.*
25 *Confirmatio donationis inter virum & vxorem in teſtamento facta, non intelligitur eſſe noua diſpoſitio.*
26 *Teſtis non dicitur vltra articulum deponere, quando aliqua illius declarationem reſpicientia deponit.*
27 *Scripturæ quæ ad priores ſcripturas maioratus declarationem ſunt, vna cum prima indicantur.*
29 *Propter temporis vicinitatem, ſecundus contractus videtur ineſſe primo, & num. 30.*
31 *Conſenſus in eadem ſcriptura præſtitus, ſi in aliquo deficiat, in totum ceſſat.*
32 *Quæ non poſſunt ſimul induci, non poſſunt niſi ſimul reuocari.*
33 *Prius actum videtur quod eſt in continenti ſubſequutum.*
34 *Actus qui poteſt interpretari pro contractu præcedenti, vel eſſe nouus contractus; pro executione præcedentis factus præſumitur.*
35 *Qui non poteſt diſpenſare, poteſt declarare.*
36 *Contractus cum procedit vt cauſatus ab alio, non conſideratur cauſatus, ſed cauſans. Et an vnus contractus cenſeatur vt pars alterius, numero 40. Fieri debet ſecundùm naturam primæ conuentionis, num. 41. Cuius ſupplementum quomodo dicatur fieri, num. 46.*
37 *Actus continuatus & durans à principio uſque ad finem, vnus actus cenſetur.*
38 *Capitula dicuntur connexa, quæ ad inuicem ſunt correſpectiua.*
39 *Actus licèt fiat ex interuallo, non præſumitur voluntas mutata.*
42 *Quando in vno inſtrumento plura pacta apponuntur, non eſt dare prius nec poſterius.*
43 *Redimens rem ex pacto, dicitur habere eam ex primæ cauſa.*
44 *Redemptione facta ex ſequela primæ venditionis, an debeatur domino laudemium.*
45 *Executio veteris feudi non eſt nouum feudum, niſi noua addatur forma.*
48 *Actus præſumitur factus in executionem contractus præcedentis.*
49 *In correſpectiuis ſinguli actus intelliguntur facti contemplatione alterius.*
52 *Pater qui dedit dotem filiæ, an poſſit poſtea declarare, de quibus bonis dedit. & num. 86.*
53 *Papa declaratio ita debet eſſe facta, quòd nihil de nouo diſponat, & num. 56 & 57.*
54 *Cùm verbis non conſonat, an habeatur pro circunuento.*
55 *Subſtantia quando mutatur, eadem ſolemnitas quæ interuenit in actus confectione, eſt neceſſaria.*
58 *In declaratione inductiua de nouo requiritur citatio.*
59 *Et quid in ſententia declaratoria iuris.*
62 *Iudex an poſſit declarare verba ſententiæ clara.*
64 *Vnum priuilegium an per aliud declaretur.*
65 *Leges declaratoriæ non debent extendi in præiudicium Tertij ad præterita, ſed tantum ad futura.*
70 *Regium conſilium non poteſt admittere fœminas in præiudicium maſculorum vocatorum, nec declarare clauſulas eos admittentes, cùm clara ſunt.*
71 *Verba ſententiæ quando declarentur ex verbis libelli.*

72 *Rex si reuocat omnes facultates concessas à tali tempore ad faciendum maioratum, non extenditur reuocatio ad maioratus iam factas, & quarum dominium est translatum in donatarios.*

73 *An standum literis Papæ dicentis, talem fuisse intentionem suam, si non fuit.*

75 *Donatione declarata, non agitur ex declaratione, sed ex donatione.*

76 *Sententia quædam* Alciati, *an possit Princeps declarare priuilegium quod dedit circa successionem primogenituræ inter masculum & fœminam, examinatur.*

77 *Et de alia doctrina* Baldi.

78 *Pater quando possit facere declarationem in præiudicium fœminarum, quæ sub vocatione consanguineorum comprehenduntur.*

80 *An possit fieri declaratio, quæ limitet dispositionem.*

81 *Graiatus an possit declarare voluntatem graiantium.*

Post numerum 81. inuenies alia Summaria.

QVadragesimoquartò quæro, si Ptinceps concessit alicui licentiam ad faciendum maioratum, postea autem dubitatur de viribus, & intellectu verborum licentiæ, ad quem recurri debeat pro interpretatione, & intellectu verborum? Et sanè illud de iure
1 expeditum est, quod eius † est interpretari, cuius est concedere, & condere, *l.fin. C.de legib. l.3.& 4. tit.33. part.7. l.14. titul.1. part.1. l.40. titu.4. lib.1. ordinam. l.1. Tauri. l.2. in versicul.* E quando acaece, *titul.1. part.2. l.27. l.106. titul.18. part.3. l.15. titul.23. ead. part.* quæ est singularis, latè Doctores *in cap. cum venisset, de iudi.* maximè Felin. *& in l.final. C.de pactis*, præcipuè Iaſ. Ripa *in l. ex facto. n.5. cum aliis, fol.85. ff.de vulgar.* Decius *in consilio 262. num.3.* Et Princeps
2 potest † interpretari suas sententias & priuilegia, *dict. cap.cum venisset, de iud.* cum *concord.* vt per Felinum *in cap.qualiter, in 1.num.29. de accusat.* & plura refert in proposito Burgos de Paz *in proœmio legum Tauri, num.307. cum sequentibus*, vbi latè tractat, qualiter Princeps possit declarare priuilegia, & scripturas maioratus, & consimilia; tradit Menoch. *in cons.296.n.39. lib.3.* & an lite pendente possit Princeps declarare rescriptum? Nicol. Miles *in verbo, declaratio fieri potest, fol.85.* Lancellot. *in tract. de Attentat. part.2.cap.6. de attentat.lit.penden. limitat.20.num.9.pag.144.* De quo legi debent scripta per Gabielem *lib.2. communium opinionum, tit.de iudiciis, cons.4. num.1. cum sequentibus*, faciunt scripta per Castaldum *in tractat. de Imperator. quæst.110. versicul. Ducentesimò, fol.218.* & postea *casu 312.* qui allegat Dec. *in cons.262.* & alia, & *casu 241.* qui allegat Matth. ab Afflictis *decis.215.* Iatius Lancellot. *in dict. tractat. de Attentat. lib.2.cap.6. num.1. cum sequentibus, pag.140.* Quinimo quilibet
3 Iudex potest suam sententiam † declarare, licèt reuocare non possit, quia nihil noui facit, *l.ab executore*, vbi Bart. *num.5. ff.de appellation.* idem Bart. *in l.2. n.4. ff.de senten. ex breuilo. recitand.* Felin. *in cap. super quæstionum, num.1. de offic. delegat.* And. Gail *observat. lib.2. observat.1. num.6. pag.120.* Latiùs Anton. Gama *decis.110. num.36.* pro quo facit regul. *l. actorum verba, ff.de re iudicat.* & decutiones possunt declarare statuta † lata à suis prædecessoribus, secundùm Bart. *in l. omnes populi, quæst.2. ff.de iustitia & iure.* Carol. Ruinus *cons.28. n.9. lib.1.* Burgos de Paz *in l.1. Tauri, n.424.* Cald. Pereiram *in tract. de nominat. ad emphyt. quæst.9.*
5 *num.29. fol.93.* Et in casu dubio est standum † declaracionibus concedentis, vt ex prædictis latè tradit Dec. *cons.5 t.colum.ultim. & in cons.262.col.2.* & alij, vt per Aymonem *cons.234. num.4. & in cons.259. num.11.* & Carolum Ruinum *cons.208. num.8. lib.1.* vbi fundat, quod ad Principem spectat declarare, an in priuilegio inuestituræ comprehendantur fœminæ, vel descendentes ex illis? Et prima inuestitura, in qua solum masculi erant vocati, potest declarari vt resoluit Dec. *in consil.193. num.6.* & conducunt scripta per Bertazol. *in l. si quis maior, C.de transaction. n.503.* & iterum *num.550.* & faciunt quæ scribit Iaſ. *in cons.128. num.6. lib.4.* & conferunt quæ scribit Dec. *in cons.114. num.5.* vbi probat, quòd standum est præcisè declarationi Summi Pontificis, dato quòd in illis hæc intentio sua non fuisset, & tradit in bono casu Iaſ. *in cons.128. n.6. lib.4.* ¶ Et
6 interpretatio declaratoria habet † locum in quibuslibet dispositionibus etiam odiosis, *l. vt gradatim, §. etsi lege, ff.de muner. & honor. l.quicquid, ff.de verborum obligationibus*, tradit Tiraquel. *in tract. de primogen. quæst.40. de succes patrui & nepotis, num.169. pag.299.* facit *consilium* Pauli de Castro 350. *dicta emendatio, lib.2.* &
7 priuilegium debet † interpretari secundùm intentionem concedentis, *cap.ex multiplici, de decim. cap.fin. de prabend. cap.mandatum, de rescript.* cum *similibus*, & in ambiguis orationibus in primis spectanda est sententia eius, qui dispositionem fecit, *l.in ambiguis, ff.de regul.iur* de quo scripsi *in principio 2.part. num....* & tradit latè Mantica *de coniectur.mente defunct. lib.3.tit.1. n.1. cum sequentibus, pag.67.*

Et licèt inferior † nòn possit tollere legem Superioris, *cap.inferior, de maioritate & obedientia*, cum *concordantibus.* Nec imponere legem successori; † potest tamen eius voluntatem † indicare, *cap.fin. de rescript. lib.6.* 9
notat Imola *in cap.imotuit, nu.7. fol.96. de election.* vbi dicit sic fore intelligendum textum *in cap. non liceat Papæ, 12. quæst.2.* & speciale est in Principe, vt possit † suam sententiam interpretari, etiam in corrigendo, 10
secundùm Bart. *in dict. l. ab executore, ff de appellation.* Imolam *in l.index postea quam, ff.de indic.* Matthæum de Afflictis *decisione 215 num.3.* Sic si Princeps feudum concessit, potest inuestituram declarare, & sic de nouo concedere, secundùm Socinum Iuniorem *consilio 95. num.76. lib.3.* Menochium *de arbitrariis iudicum, lib.1. quæst.73. num.20. pag.94. & consilio 191. num.48.* qui post Decium *consilio 193. ad finem*, Carol Ruinum *consilio 38. num.9. libro 1.* & Decium *in cap.cum venisset, num.3. de iudic.* scribit, quòd licèt prima inuestitura mutari non possit, † potest tamen declarari; & tradit Me- 11
nochius *in consilio 191. num.48. lib.2.* idem Menochius *libro 1. de arbitrariis iudicum, quæst.73. num.20.* post Socinum Iun. quem citat *in cons.95 num.76. lib.3.* Et actus
quantumcunque perfectus recipit formam † declarato- 12
riam, secundùm Baldum *in l. precibus, num.10. C.de impub. & aliis*: & alios vt per Fanum *in tract. de pignor. 4.part.4. partis, num.29. folio 75.* Franc. Mantic. *de interpretand. defunct. voluntat. lib.5. tit.15. n.3. pag.186.* Et de materia legenda sunt quæ scribit Lancel. Conradus *in templo Iudicum, lib.1. cap. de Imperatore, &c. in vers. vigesimoprimò, num.1. cum sequentibus, fol.60. col.m.3. & §.4. de præstantia & potentia Imperatoris, vers. Octauo, è conuerso, num.1. cum sequentibus, fol.76. col.2. col.4. num.15.* Et probatio dubia † potest declarari, vt tradit 13
Mascardus *in tract. de probation. lib.3. conclus.94. n.41.* per notata *in proœmio Sexti*, & alia plura. Et sententia adiudicatoria in beneficialibus non dat titulum, sed declarat, secundùm Abbatem *in cap.1. de concess. præbend.* Cassador. *decis.11. n.4.*

In hoc tamen puncto (vt paucis rem absoluam) sic distinguendum est; † nam siquidem tempore in quo 14
Princeps vult facere talem declarationem, seu interpretationem, nulli est ius quæsitum, nec Tertio fit præiudicium ex tali declaratione; tunc quidem sicut Princeps de nouo super re, de qua agitur, poterat disponere, & licentiam dare cum modificationibus, quas voluisset, ita potest declarare, licèt dispositio noua sit: per *supra dicta.* ¶ Et quia ille qui declarat, nihil † de nouo 15
facit, sed ostendit qualis fuerit animus in præterito, *l.hæredes palam, §.1.* vbi latè Doctores, *ff.de testament.* de quo plura scribit Tiraquellus *in l.si vnquam, in verbo, liberis, num.13. C.de reuocand. donation.* quibus addo Capellam Tolosanam *qu.465.* Redin. *de maiestate Principis,*

cipis, in verbo, Imperatoriam, num.181. folio 38. Purpuratum *in l.edita, num.91. C.de eden.* Felinum *in dicto cap.qualiter, in 1.num.23. de accusa.* eundem Felinum *in consilio 33.* Abbatem *in cap. Pastoralis, num.31. folio 6. de excepti. & in cap.ex parte, num.5. folio 102. de conjuend. & in cap.super quæstionum, num.2. fol.90. de officio Delegat.* Bellamer. *decis.145.* Decium *in dict. cap. Pastoralis, num.24.* Simon de Prætis *lib.1. de interpretanda defunct. voluntate, interpretat.1. dubitat.5. num.2. fol.39.* Parisium *in consilio 8. num.26. & in consilio 9. num.26. lib.1.* qui loquitur in casu singulari, Quintil. Mandos. *in tractatu de inhibition. q.125. fol.51.* Gomez. *in regula de non tollend. iure quæsito, quæst.13. pag.113.* Gozadin. *in consilio 41. num.17.* Et qui factum alterius exequi-
16 tur, † non dicitur aliquid de nouo facere, vt per Antcharranum eleganter *in cons.329 num.3.* & resoluit ex pluribus in quodam maioratu Hispaniæ Tiberius Decianus *responsa 7. num.101. lib.1.* vbi latè declarat Quintilian. Mandosius *in glos. commissionis præfixi termini, versic. quo elapso, fo.10 66. col.4.* Gomezius *in regul. de non tollend. ius quæsitum, q.13. pag.112.* Auiles *in capitulis correctorum, vers.* Ordenanças, *fol.18. n.18. & 19.* vbi *num.20.* tractat, qualiter successor in officio possit declarare sententiam prædecessoris, latissimè Calcane. *in cons.6. num.34. cum sequentibus*: Auenda. *in lectura secundæ supplicationis, num.9.* Rebuf. *in tract. de nomination. q.11. num.17. pagina 170.* Iacobus Portius *in cons.98. num.7. & 24.* Hippolyt. *in l.1. § fin. num.32. ff.de quæstion.* Peralta *in l.vnum ex familia, §. si de falcidia, num.9. pag.574. ff.de legatis 2.* vbi inter alia tra-
17 dit, quòd declaratio semper † trahitur retro ad tempus primi actus celebrati; per *cap.cum tu*; vbi Glos. & Doctores *de vsuris*, & alia iura, Ægidius Bossius *in pract. crimin. tit.de mandat. ad homicidium, num.56. pag.290.* & plures citat Antonius Gabriel *lib.6. communium opinionum, tit.de regul.iur. conclus.3. n.1. cum sequentibus, pag.323.* qui legendus est pro declaratione præsentis quæstionis, Cephalus notanter *in cons.540 n.81. lib.4.* & Robert. Lancellot. *in lib. de Attentat. 2. p. cap.4. de attent. lit. pendent. 21. limitat. num.1. cum sequentibus, pagina 136.* & prius *limitat.12. num.1. cum sequentibus, pagina 127.* Marcus Anton. Cucchus *in tract. de Legitim. vers. quoquo relicta titulo, fol.89. col.1. num.39.* Mascardus *in tract. de probation. lib.3. conclus.1212. n.79. & 80. fol.167.*

Et actus perfectus semper, & quandocumque recipit declarationem, secundùm Baldum *in l.precibus, C.de impuberum*: Fanum *in tract.de pignoribus, part.4. num.29.*
18 *fol.75.* Et prohibitus probare, † non prohibetur probationes iam factas declarare, etiam post publicationem, secundùm Dominicum *in proœmio Sexti, in fine*; Felinum *in cap. cum dilectus, versic. secundo amplia. de fide instrum.* Mascardus *in tract. de probationibus, lib.3. conclusione 1237. num.6. fol.174.* quod apud nos difficiliter admittitur, nisi ob euidentissimas causas, sed pro Dominico est notabilis *decis.* Bellamer 725. Et in quadam donatione declarata notanter tradit Augustinus Beroius *in consilio 121. num.8. lib.2.* Et quamvis per statutum sit prohibita interpretatio, non excluditur interpretatio declaratiua, vt tradunt Aretin. *in consil.144.* Thesaurus *decisione 269. num.12.* qui loquitur in interpretatione statuti, An masculinum concipiat fœmininum.

Et quòd Princeps possit declarare mentem defuncti,
19 † voluit Bald. *in l.1. num.1.i fin. C.de seruis manumiss.* quem citat hoc confirmando Franciscus Mantica *de coniecturata mente defuncti, lib.13. tit.2. num.31. pag.60.* quod lato sermone traditur etiam per Simonem de Prætis *lib.1. de interpretand. defunct. voluntate, solut.13. num.8. fol.25.* Et tractat etiam Episcop. Redin. *in tract. de maiestate Principis, in verb. non solum armis decoratam, num.181. fol.38.* Et quod magis est, mirandum iudico esse, quod scribit Menoch. *in consilio 331. num.94. lib.4.* vbi tradit, quòd ad Principem spectat declarare, an appellatione *descendentium* veniant fœminæ descendentes ex masculis, & sint vocatæ? ex Bald. *in proœmio feudorum, num.18.* Curtio Seniore *cons.50. Memoriæ recolendæ, col.25. versicul. coadiuuatur*: & Menochius me refert *in libro maioratuum, q.26. p.1.* Et declaratio potest fieri † sine noua solennitate, secundùm Bart. *in* 20
l.Lucius, ff.de vulgar. cum *concordantibus*, vt per Franciscum Manticam *lib.5. de interpretand. defunct. voluntate, tit.12. num.34. pagina 172.* Et pendente dilatione ad faciendum articulos in causa, possunt antiqui declarari, secundùm Oldradum *in consilio 166.* Barbacium *in cons.7. col.3. lib.3.* quos citat Lancellot. *in tractatu de Attentatis, cap.7. de attentatis dilatione pendente, n.21. pagina 162.*

Et donatario † competit actio ex donatione, quæ 21
erat valida, & non ex donatione declarata, vt tradit Nicolaus Boërius *decis.172. num.26.* ex Bald. & Aretin. *in d.l.hæredes palam, §.1.* secus si de eadem donatione non constaret: quia tunc agitur ex donatione declarata, vt per Decium *in cons.184. vers. modo in casu num.* 8.

Et quòd ex dispositione declarata non acquiritur ius nisi quatenus in declarante continetur, tradit Ripa *in cons.131. num.38.* Et vbicunque testator aliquid relinquit ad consilium sapientis, non potest declarari quod omnino fuit à testatore prætermissum, sed illud quod in expresso simpliciter continetur, secundùm Salicetum *in l.captatorias, ff.de hæredib. instituen.* Manticam *lib.3. de coniectura, a mente defunctis, t.1. n.19. pag.39.* Et dispositio declarans † siue interpretans, semper in- 22
telligitur præscripta spatio triginta annorum, cum concordantibus, vt per Augustinum Beroium *in consil.120. num.9. lib.2.* Et vbi agitur de declaranda persona prius indefinitè prolata, non dicitur extensio, sed declaratio, *l.vltima, ff.ad Trebellian.* quam ita intellexit Iaſ. *in consil.220. final. lib. verb. lib.2.* Et declaratio distat † à dis- 23
pensatione, vt rectè declarat Episcop. Couarru. *in epitome de sponsalibus, 2.p.cap.6. §.9. num.2. fol.77.* Et non agitur in isto casu de nouo iure, vel priuilegio impetrando, sed de veteri exequendo; vt in alio proposito inquit Glos. Parisiens. *in consuetud. Parisiens. part.2. §.52. glos.1. num.88. fol.33.* vbi ex hoc *num.87.* inquit, quòd pendente lite super nullitate, vel solutione, vel recisione, vel restitutione in integrum: cessante tamen suspensiua speciali inhibitione causa cognita lata, † non 24
impeditur creditor habens instrumentum guarentigium illud exequi, etiam sine licentia Iudicis, quia vtitur iure suo sibi iam antea acquisito, & competenti, & ita dicit practicari; ad quem addo Rebuffum *tom.1. ad constit. Regias, tit. de literis obligatoriis, art.2. glos.1. num.22. & 23.* Hinc venit, quòd alienare de nouo non dicitur, qui iam factam donationem supplet, secundùm Abbat. antiquum *in cap. per tuas, de donation.* quem refert & sequitur Bald. *in sua Margarita, in verbo, alienatio*, & alij, quos refert Tiraquellus *libro 1. de retractu: §.11. glos.18. num.92. pag.357.*

Pro qua conclusione, & ad omnia superiora & inferiora, & pro intellectu istius materiæ; pondero textum notabilem *in l.ex verbis, C.de donation. inter virum & vxorem*, à quo Baldus notat, quòd confirmatio donationis inter virum & vxorem facta in testamento, † non 25
intelligitur esse noua dispositio, sed veteris corroboratio, & retrotrahitur; quod reputo notabile. Et quando vnus contractus procedit, vt causa ab alio, non consideratur causatus, sed causans, secundùm Alexandrum *in cons.215. num.5. lib.6.* Amedeus de Aponte *in tract. laudemiorum, q.26.* Et iudex potest expensas taxare post appellationem ante inhibitionem; quia talis taxatio est quædam declaratio, vt voluit Lapus *allegatione 82. num.7.* Rotæ *decis. in antiquis 90.* & alij plures, quos citat Quintilianus Mandosius *in tractatu de inhibitione, q.106. num.3. fol.44.* Et testis † non dicitur vltra arti- 26
culum deponere, quando deponit aliqua conferentia ad declarationem articuli, secundùm Bart. *in l.si duo pa-*

troni, §. idem Iulianus, ff. de iureiuran. Felinum in cap. de teſtibus: num. 3. de teſtibus, Maſcardum in tractatu de probationibus, lib. 3. concluſ. 1366. num. 6. fol. 310. De qua materia legenda ſunt quæ ſcribit latiſſimè Antonius Gabriel lib. 7. communium opinionum, concluſ. 28. num. 1. cum ſequentibus.

Ex quibus infertur, quòd ſi pater faciat maioratum in filium per aliquam ſcripturam, ad cuius declarationem, & ſuppletionem, alias poſtea facit ſcripturas,
27 † omnes ſubordinantur à prima, nec ex eo mutatur origo & fundamentum primæ ſcripturæ, & illius vigor, nomen, effectus, & ſubſtantia: quod ad multa expedit ſcire, & non ſunt duo actus de per ſe, ſed vnus vel duo ſubordinati, quorum poſterior eſt exequutio prioris. Et vbi eſt vnum propter alterum, vel duo propter vnum, vtrobique eſt vnum tantum: l. cum ſeruus: & ibi Paul. & Ioan. de Imola, ff. de condition. & demonſtrat. notat Gloſ. Pariſienſ. in 2. part. conſuetud. Pariſienſ. §. 55. num. 10. & n. 128. Aymo. Crauet. conſ. 202 nu. 23. & vide Peraltam in l. ſi idem ſeruus, nu. 2. pag. 163. ff. de legat. 2. vbi reſoluit, quando plures ſcripturæ vna dicantur, eleganter Ripa in l. vltima, nu. 116. & 117 q. 34. C. de
28 reuocand. donation. Et extinctio penſionis † non conſideratur, vbi in eadem ſcriptura ſit extinctio, vt penſio alteri aſſignetur, vt per Quintilianum Mandoſium de ſignatura gratiæ, in tit. extinctiones penſionum, folio 69. col. 3. verſ. dubitatum.

Et ſi in eodem inſtrumento ſint plura pacta diſtincta, & per ordinem poſita, inter ea tamen non eſt dare prius, nec poſterius, ex quo vim & robur ſumunt eodem tempore perfectionis inſtrumenti, ſecundùm Bart. in l. contractus, C. de fide inſtrumentorum, Cagnol. in l. vltima, C. de pactis, num. 266. pag. 55. Et propter vicinita-
29 tem, & vnitatem temporis † ſecundus contractus videtur ineſſe primo, & cenſetur pars illius contractus, ſecundùm Baldum conſ. 105. lib. 1. & alios, vt per Grammaticum conſ. 119. n. 8. Et propter vicinitatem præſumitur vnus actus contemplatione alterius factus, ſecundùm Baldum in l. petens, num. 49. C. de pactis, vbi Decius num. 3. Corne. conſ. 36. col. 2. lib. 2. Thomam Grammaticum deciſ. 103. n. 58. cum concordant. vt per Gloſ. Pariſienſ. in conſuetud. Pariſienſ. part. 1. §. 23. nu. 59. eleganter Aym. conſ. 298. n. 13. & in conſ. 239 nu. 6. Tiraquel. lib. 1. de retractu, §. 1. gloſ. 7. nu. 78. pag. 97. & latè Seraphinus in tractatu de priuilegiis iuramenti, priuileg. 62. nu. 3. pag. 325. idem Tiraquellus lib. 2. de retractu, §. 1. gloſ. 9. nu. 1. pag. 832. Et pacta facta in contractibus matrimonialibus dicuntur correſpectiua, & pars matrimonij, vt ex prædictis in quibuſdam pactis matrimonialibus factis in fauorem primogeniti, tradit Menochius in conſ. 203. num. 3. lib. 5. faciunt ſcripta per eundem Menochium in conſ. 136. nu. 14. lib. 2. Petrum Surdum deciſ. 155 n. 9. & deciſ. 157. n. 6.

30 Et contractus duo eodem tempore facti, † habentur pro vno, ex notatis per Barthol. Socinum in conſ. 273. in præſenti lib. 3. Decium in conſ. 245. Bellon. in conſ. 87. num. 12. Et ideo plures ſcripturæ factæ eodem die reputantur pro vna, ſecundùm Alexand. in l. vltima, C. de codicil. Anton. Gabrielem lib. 2. communium opinionum, tit. de action. concluſ. 3. num. 12. pag. 80. & in pluribus donationibus hoc tradit Seraphinus de priuilegiis iuramenti, priuileg. 107. num. 24. pag. 593. Maſcardus in tractatu de probationibus, lib. 2. concluſ. 924. n. 1. fol. 210. Hinc eſt, quòd in correſpectiuis ſublato vno, ſoluitur reliquum, l. etiam, §. ex cauſa ff. de minor. l. fin. ff. de accepti. l. clemens, §. 1. ff. de hæred. inſtit. cum concordant. vt per Aymonem in conſilio 179. num. 13. Et conſenſus eodem contextu, ac ſub eadem oratione, & ſtructura verborum, vel in eadem ſcriptura præſtitus, ſi in ali-
31 quo deficiat, in totum † ceſſat, vt ex Bald. in dicta l. petens, C. de pact. Aymo. conſ. 153. & aliis probat Quintilianus Mandoſius in regul. Cancellar. regul. 32. q. 31. num. 22. fol. 159. & idem Mandoſius de ſignatura gratiæ, verſ. correſpectiuæ actus dicuntur, fol. 54. col. 4. qui plura ad propoſitum ſcribit, & eleganter Menochius in conſilio 201. num. 169. cum ſeqq. lib. 3. Ioſeph. Maſcardus in tract. de probation. lib. 1. concluſ. 564. num. 5. fol. 344. Menochius in tract. de præſumption. lib. 3. præſumpt. 12. nu. 87. pag. 277. qui dicit latè dixiſſe lib. 6. præſumpt. 12. num. 1. cum ſeqq fol. 67. qui varia ad propoſitum ſcribit, ad quem addo eundem Menochium in eodem tractatu de præſumption. lib. 6. præſumpt. 15. num. 5. fol. 70. vbi ex Bartholom. Socino in conſ. 129. nu. 6. & 7. lib. 4. tradit, quòd quando conſtat de identitate loci & perſonarum, vnitas actus præſumitur.

Et quæ non poſſunt ſimul induci, † non poſſunt 32
niſi ſimul reuocari: l. ſi ita ſcriptum, §. regula, ff. de liberis & poſthumis, notant Baldus in l. vltima, num. 9. C. de inſtitution. & ſubſtitut. Franciſc. Mantica de coniecturat. ment. defunct. lib. 5. tit. 6. num. 17. pag. 150. Quando autem correſpectiuitas inſtrumentorum, licèt eodem tempore & loco fiant, non ſit conſideranda, tradit Iacobus Puteus deciſ. 490 num. 2. part. 2. Et pro confirmatione doctrinæ Baldi in d. l. petens, plura tradit Menochius in conſil. 156. num. 14. lib. 2. Et vno correlatiuorum extincto, alterum cenſetur extinctum, ſecundùm Alexand. in conſ. 111. num. 3. lib 3. Aymonem conſil. 230. num. 2. Federicum de Senis, & Abbatem, quos refert Menochius conſ. 109. num. 36. lib. 2. Et prius actum videtur, † quod 33
eſt in continenti ſubſequutum; & ita quidem ineſt, quòd vnus idemque actus, non diuerſus, eſſe cenſeatur, l. cum antiquitas, C. de teſtam. & in cap. officij, vbi Baldus notat de election. latè Tiraquellus in l. ſi vnquam, C. de reuocan. donation. in verb. donatione largi. us, num. 117. pag. 225. Seraphinus in tract. de priuilegiis iuramenti, priuileg. 94. num. 10. pagina 252. Ad quos omnes addo Antonium Gabrielem lib. 1. communium opinionum, tit. de præſumpt. concl. 13. n. 4. pag. 291.

Et in dubio, vbi actus qui fit, poteſt interpretari ad contractum præcedentem, vel adeſſe nouum contra-
ctum, præſumitur potius fieri † pro executione con- 34
tractus præcedentis, l. ſi procuratorem, vbi Aretinus ff. mandat. latè Nicol. Boërius deciſ. 348. num. 5. quod confirmo per illa quæ ſcribit Decius in l. quamuis, n. 2. C. de impuberum: Cephalus in conſilio 254. nu. 36. lib. 2. qui loquitur in quadam diuiſione ſecunda, qualiter declaret primam: & declaratio facta per Superiorem valet, vt tradit Lancellottus in tract. de Attentat. part. 2. cap. 6. limita. 12. num. 2. pag. 134. Ad hæc facit, quòd qui non poteſt diſpenſare, † poteſt tamen declarare, vt 35
probat eleganter Epiſcopus Couarr. in epitome de ſponſal. cap. 6. §. 9. num. 2. fol. 77. Et quando vnus contractus procedit, vt cauſatus ab alio, † non conſideratur cau- 36
ſatus, ſed cauſans: d. l. ſi procuratorem, in princ. ff. mandat. l. 1. §. idem Pomponius, ff. depoſiti: notant eleganter Alexand. conſ. 215. num. 6. lib. 6. Et in inſtrumento donationis cenſetur repetita conuentio antea facta, licèt in donatione ipſa, & in inſtrumento non dicatur, vt probat Alciatus reſponſ. 104. num. 3. per l. 4. §. vnde queri poterit, ff. de manumiſſ. & alia iura. Et actus continuatus & durans † cenſetur vnus actus à principio vſque ad 37
finem, vt per Iaſonem in l. eum qui, §. in popularibus, n. 9. fol. 94. ff. de iureiurand. Et quod quando ſunt duo contractus, & vnus venit in executionem alterius, non reputetur niſi vnus contractus, tradit Baldus conſ. 240. num. 6. lib. 1. Et capitula dicuntur connexa, † quæ ad 38
inuicem ſunt correſpectiua, ſecundùm Grammaticum deciſ. 103. n. 154. Anton. Gabrielem tit. de reg. iur. concluſ. 1. num. 37. pag. 319.

Et licèt actus fiat ex interuallo, † non præſumitur 39
voluntas mutata, nec videtur receſſum ab illis, quæ prius firmata fuerunt, cap. maiores, de baptiſm. notanter Imola in l. Titia, §. idem reſpondit, el primero, ff. de verborum obligationibus, cum concordant. vt per Decium in l. pacta nouiſſima, num. 10. C. de pact. faciunt tradita per Corneum in conſ. 29. num. 12. lib. 1. Et vnus contractus cenſetur † eſſe pars alterius, ſecundùm Baldum 40
in l. 1. C. de oper. libert. & alios, quos citat Andreas

ab

ab Exea in lib. pactorum, num. 77. pag. 32. Et contractus fieri debet ſecundùm naturam primæ conuentio-
41 nis, † tanquam veniens ad conſequentiam prioris contractus, ſecundùm Abbatem & Barbacium in d. cap. per tuas, de donation. Boerium deciſ. 49. num. 21. Et idem eſt iudicium de his quæ veniunt in conſequentiam, quod de principali, ſecundùm Paulum de Caſtro in l. inſtitor, §. non tamen, ff. de inſtitor. per multa iura, quæ refert Matthæus de Afflictis deciſ. 285. num. 20. Et quando in vno inſtrumento apponuntur plura pacta,
42 † non eſt dare prius, nec poſterius, ſecundùm Iaſonem in l. 2. §. prius, n. 22. ff. de vulgar. Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 133. n. 23. pag. 469.

Inquit etiam Bart. in l. in diem, ff. de aqua pluui. arcend. quòd venditor redimens rem ex pacto, dicitur ha-
43 bere eam ex prima cauſa, † non ex titulo redemptionis ſequutæ, quia redemptio dicitur ſolum executio illius pacti: Pro quo eſt text. in l. ſi hæres, ff. de action. empti: l. vnum ex familia, §. 1. ff. de legat. 2. l. item eorum, §. ſi Decuriones, ff. quod cuiuſque vniuer. nomin. & plura tradunt Decius in cap. conſtitutus, 2. in 3. notab. de appellat. Aym. conſ. 202. num. 34. Ad quod facit doctrina Gloſ. Pariſienſ. part. 2. conſuetudin. Pariſien. §. 55. n. 64. fol. 81. vbi tradit, quòd quando redemptio fuit facta ex ſequela
44 primæ venditionis, † non debetur domino laudemium. Et idem Gloſ. Pariſienſ. eodem §. num. 134. fol. 93. tradit, quòd ſi quis emit rem in vim pacti præcedentis, dominus habet fundatam intentionem ad habendum laudemium, ad quem addo ſcripta per Molinam lib. 1. de primogen. cap. 26. num. 8. fol. 186. & ſcripta ſupra, q. 10. à num. 140. Et faciunt quæ ſcribo infra, q. 46. Et facit quod ſcribit Baldus in cap. 1. §. inſuper, de prohibet. alie-
45 na. feud. vbi vult, quòd executio veteris feudi, † non eſt nouum feudum, niſi ſit addita noua forma. Tradit latè Gurtius Senior in conſ. 49. num. 88. ad quem addo Alexandrum in conſ. 30. num. 6. lib. 1. Et quando duæ ſententiæ ſe habent, quòd vna eſt executio alterius, ſi à prima non poteſt appellari, nec à ſecunda; ſecundùm Baldum in l. ſi cum exceptione, §. hæc autem, ff. quod met. cauſa; Antonium Capicium deciſ. 34. num. 1. Et quando ſupplementum contractus debet fieri ſecundùm natu-
46 ram † primæ conuentionis, non dicitur fieri ex noua cauſa, ſed ex veteri, & initium contractus altendi debet, ſecundùm Abbatem & Barbacium per textum & & Gloſſam in dict. cap. per tuas, de donation. & allegat Barba text. in l. final. in principio ff. de mortu. inferend. tradit Nicolaus Boerius deciſ. 50. num. 21. Burſatus in conſ. 150. & in conſ. 160. num. 26. lib. 2. Et reuocatio
47 inueſtituræ antiquæ, vel executio veteris † non facit nouum feudum, ſecundùm Baldum in, cap. Imperialem, §. inſuper, & alios quos citat Decius Pedemontana 23. num. 8. Amedeus de Aponte in quæſtionibus laudem. q. 10. col. 3. & legenda ſunt quæ ſcribit quæſtion. 37. colum. penult.

Et prædicta confirmo ex alia regula iuris, quòd actus
48 præſumitur † factus in executionem contractus præcedentis, l. 3. §. vtrum, ff. de manumiſſ. Notat Seraphinus in tract. de priuilegiis iuramenti, priuileg. 23. num. 38. pag. 144. Tradit Maſcardus in tract. de probationibus, libro 2. concluſ. 6011. num. 11. & concluſ. 618. num. 2. Menochius de præſumption. præſumpt. 74. num. 3. lib. 2.
49 pag. 204. Et in correſpectiuis ſinguli actus † intelliguntur facti contemplatione alterius, adeò quòd vnus intelligitur factus cauſa finalis alterius: & ideo vno ceſſante ceſſant omnes, ſecundùm Alexandrum conſilio 3. col. 3. lib. 3. Bartholom. Socinum in conſ. 158. col. 18. verſ. ſed contra hanc reſponſionem, lib. 1. & alios, quos citat Tiberius Decianus reſponſ. 32 num. 126. l. b. 2. vbi num. 125. ſcribit, quòd actus cenſentur correſpectiui ſi ſint facti coram diuerſis teſtibus, & tradit notanter Iacobus Puteus deciſ. 214. lib. 3. n. 4.

¶ Si verò Princeps velit declarare licentiam, quam dedit ad faciendum maioratum in præiudicium filij, in cuius fauorem factus fuit maioratus, vel alterius, cui eſt ius quæſitum, † & talis declaratio non conuenit 50
cum illo, quod in licentia continetur; hoc æquum non eſt, quia declaratio debet eſſe tali modo facta, quòd nihil de nouo diſponat, ſed quod aperiat quod latebat, nullam ſpeciem nouam conſtituendo. Et qui addit verbis, addit menti, ſecundùm Baldum in conſ. 452. Duo fratres, lib. 3. quem refert Aymo conſ. 4. num. 21. & plura notabilia ſcribit Menochius in dict. conſ. 131. num. 110. cum ſequentibus, libro 4. Et dicitur noua diſ-
poſitio † quando prima renouatur circa ſubſtantialia, 51
vt per Nattam in conſ. 327. in principio, Aymonem in conſ. 223. num. 6. cum ſequentibus, Seraphinum in tractatu de priuilegiis iuramenti, priui eg. 22. num. 75. pag. 131. Celſum conſilio 93. num. 2. & conſilio 112. num. 3. Et vaſſallus concedere debet feudum eadem lege, & naturâ, quam ipſe tenet, non alterando illam, cap. 1. §. profectò, de lege Conradi, notant Paris de Puteo, Bald. Iſernia, Afflict. Aluarotus. Præpoſitus, quos citat Burſatus in dict. conſ. 150. num. 56. Pro quibus eſt etiam textus in l. ſi ſeruum, §. Prætor, ff. de acquiren. hæredita. & in l. ſtipulatus, in principio, ff. de uſufruct. ſic fundat Iaſo in conſ. 56. col. vltima, lib. . Principi non eſſe licitum, poſt conceſſionem feudi ſemel factam, declarare, an feudum ſit hæreditarium? tradit notanter Menochius conſilio 159. num. 58. lib. 2. Burgos de Paz conſ. 25. num. 61. Et confirmo, quòd ſi pater dedit do-
tem filiæ, † non poteſt poſtea declarare de quibus bo- 52
nis dotem dedit ſecundùm Angelum in conſ. 209. Aretinum & Vincentium in l. 1. ff. ſoluto matrimonio, quos citat Baëza de non meliorandis filiabus: cap. 11. n. 133. fol. 89. Et pro hoc dicto eſt expreſſa doctrina Pauli de Caſtro in dict. l. hæredes palam, §. 1. col. 2. vbi dicit, quod
Papa † multoties facit declarationes circa gratias ab 53
eo factas, & valent, & præiudicant illis, quibus ius quæſitum erat, quaſi illud, quod declaratur, à principio dictum fuiſſet, caſu quo non fuiſſet alteri ius quæſitum. Et hoc dicit ſolum procedere in declaratione, ſecus ſi non agatur de declaratione, quia tunc ſecundùm eum fieri non poteſt, auferendo ius alterius: quam doctrinam Pauli ſequitur Decius in conſ. 114. num. 3. & † 220. 2. & 229 num. 4. facit egregia l. 15. tit. 22. part. 3. ibi: Fueras ende ſi aquel entendimiento que el juzgador hizo ſobre las palabras eſcuras del juyzio, ſi fue derecho, o non. vbi Gregor. Lopez gloſ. 1. refert Baldum in l. 3. C. comminationes, epiſtol. Iaſo in l. quicquid adſtringenda, notabil. 3. ff. de verborum obligationibus.

Et ideò dicit Calderin. in conſilio 7. tit. de reſcript. quòd quando declaratio Papæ non † conſonat verbis, 54
habetur pro circunuento: Notat rectè Aymo in tract. de antiquit. empor. part. 1. num. 5. facit textus in l. qui ex liberis, §. final. & ibi Gloſ. ff. de bonor. poſſeſſ. C. de ſecund. tabul. & notat egegiè Rebuffus in praxi benefic. in tit. de non tollen. iure quæſito, gloſ. 5. pag. 262. vbi addit, quòd quando declaratio fit circa circunſtantiam, vel qualitatem actus, tunc eſt licita, ſecus ſi circa ſubſtantiam: tunc enim in declaratione requiritur eadem ſolemnitas, quæ in actu primo, & præſentia perſonæ, contra quam fit; refert Anani. in conſ. 54. Videndum eſt; faciunt ſcripta per Chaſſan. in conſuet. Burgund. rubr. 1. §. 1. num. 190. pag. 239. Et quod vbi mutatur
ſubſtantia, † ſit neceſſaria eadem ſolemnitas, quæ in- 55
teruenit in actus confectione, volunt Iaſ. in l. Lucius, num. 17. ff. de vulgar. Natta conſ. 363. num. 16. Decius in conſil. 315. num. 7. verſ. ad hoc etiam reſpondeo, quos citat Franciſcus Mantica lib. 12. de coniecturata mente defunct. tit. 16. num. 10. pag. 638. ad hoc legendus; quem citat Ioſephus Maſcardus in tractatu de probationibus, lib. 1. concluſ. 485. num. 11. fol. 299. vbi ex Bart. in d. l. hæredes palam, §. ſi quid poſt factam, & Dyno, Paulo de Caſtro, Pariſio in conſ. 58. nu. 33. lib. 3. tradit, quòd ſi relictum eſſet omnino inutile, & per declarationem confirmaretur, ac vtile redderetur, eadem ſolemnitas erit adhibenda, quæ conſueuit requiri in dando:

quòd

quòd latiùs declarat Simon de Prætis *lib.1. de interpretan. defunct. voluntat. interpretat.1. dubit.3. ſolut.5. num.27.cum ſeqq. fol.17.*

56 Et iſta maximè procedunt, † vbicunque Princeps vel Papa vellent declarare contractum; quia hoc non licet, vt notat Rebuffus *in lib.Concordatorum, in forma Mandati Apoſtolici, pag.554. verſ.nec obeſt*: & idem Rebuffus *dicto tit.de non tollen. iur. quæſito, in gloſ.1. pag.262.* dicit, quòd ſi Papa contulerit duobus beneficium, & poſtea declarat, quòd intendebat dare ſecundo, & non primo, ea declaratione non obſtante, iudicabitur pro primo: & ita dicit iudicatum fuiſſe per Magnum Conſilium ſuper quodam Prioratu: & idem quod Rebuffus *in dictis Concordat.* tradit Menochius *in conſ.331.num.96.& 97. lib.4.* facit *l.derogatio 102. ff.de verb. ſignificat.* & *l.verbis legis 120. eodem tit.* & quod per illas & alias leges conſimiles reſoluit Bartolus *in l.cunctos populos, num.54. ff.de iuſtit. & iur.* Sed eandem opinionem reperit Paulus Caſtrenſis *in conſilio 338. Quia exceptiones, lib.1.* vbi *num.6* tradit, quòd
57 verba Bullæ † declarantis debent intelligi ſecundùm primam Bullam diſponentem: & notatur per Decium *in l.1.col.2. C.de impub.& aliis*: & *in cap.final.col.6.de conſtit.* & *in l.edita, num.44. C.de edendo*: & *in l.ambiguis, num.4. ff.de regul.iur.* vbi reſoluit, quòd talis noua diſpoſitio non tollit alteri ius quæſitum: & tradit ibi Gloſ. Pariſienſ. Rebuf. *in tract. de nomination. q.11. num.17. pag.170.* & Bartholom. Socin. *in conſ.266. In cauſa Nanutenſis, num.10. lib.2.* & per alios quos refert Gomez. *in regul.Cancellar. regula, de non tollendo iure quæſito: q.13. pag.113. cum ſequentibus*, qui notabiliter loquitur in hac materia: vbi poſt Socinum *in dicto*
58 *conſilio* tradit, quòd in tali declaratione inductiua † de nouo requiritur citatio: quod etiam reſoluit Alexand. *conſ.107. num.5. lib.5.* quod declarat Tiraquellus *lib.res inter alios acta, pag.23. verſ.verum hæc*; Menoch. *dicta q.73. num.26.* Ad quos addo Anton *in cap.olim, num.3. de verborum ſignificatione*, qui rectè declarat, quando in declaratione priuilegij ſit neceſſaria citatio, Curtius Iunior *conſ.33 n.10.* Quintil. Mandoſ. *regul.34. Cancellaria, q.75. n 4. fol.190.* Mantica *de coniectur. mente defunct. lib.3. tit.1. num.16. pag.58.*

59 Et quo ſi in ſententia declaratoria iuris, † requiratur citatio, volunt Gloſ. *in Clement. præſenti, in verb. conſiteretur, de cenſibus*, & alij, vt per Tiraquellum *in tract. Res inter alios: pag.29.* & in puncto an ſit neceſſaria citatio in declaratione, plura refert Surdus *deciſ.194. num.19.* Et teſtes publicatis atteſtationibus non poſſunt declarare factum nouum, ſecundùm Oldradum *in conſilio 244.* Roman. *in conſil.479.* Aymonem *in conſ.134. num.46.* Et de quæſtione, quando in declaratione voluntatis defuncti, ſit neceſſaria citatio? legenda ſunt quæ ſcribit Franciſcus Mantica *de coniecturata mente defuncti, lib.3. tit.1. num.16. cum ſequentibus, pag.58.* Carol. Ruinus *in conſ.38. num.10. lib.1.* & vide eundem Gomez. *in reg.de infirm. reſigna. quæſt.32. pag.214.* quæ ſcribo *infra quæſt.48. num.32.* Et ſicut ſtatuentes non poſſunt tollere ſtatuta, non poſſunt declarare, ſecundùm Bart. *in l.omnes populi, ff. de iuſt.& iur.* Decium *in cap. cum acceſſiſſet, num.3. de conſtit.* & dicit Felin. poſt alios *in cap.cum olim, de re iudica.* quòd
60 Princeps præſumitur circumuentus, † quando ſub prætextu declarationis vult Tertio præiudicare, Rebuffus *in Concordat. tit.de forma manda. Apoſtol. pag.155.* notat Alciatus *in tractatu præſumpt. regul.3. præſumpt.11. num.12. pag.282.* & inibi Felinus tradit, Principem non poſſe aliquid declarare ſine citatione: & Ægidius à Bellamera *deciſ.723.* Decius *in conſil.416.* quos citat Burgos de Paz *in conſ.25. num.42.& 43.* vbi refert per ipſum notata *in proœmio legum Tauri, num.354.* & vt tradit Ægidius *vbi ſuprà*, quem citat Felinus *in dicto cap.cum olim, num.12. verſ.addo etiam iſtis*, quòd quando Bonifacius IX. ad inſtantiam Regis Caroli fecit certam declarationem in præiudicium nepotis Regis ſuper ſucceſſione primogenituræ, vt non excluderet patruum, † debuit vocare ipſum nepotem. Quod in ter- 61
minis ſucceſſionis patrui & nepotis, quæ fuit facta per Principem, latè oſtendit Bellamera *deciſ.723. num.1. cum ſequentibus*: & tradit Tiraquellus *in tract. Res inter alios, pag.23.* Et ad iſta addo egregium *conſilium* Tiberij Deciani *7. num.100.& ſequent. lib.1.* qui loquitur in quadam donatione facta cauſa matrimonij, in qua dubitabatur, ſi erant vocati maſculi, vel fœminæ, quòd donatione facta potuit fieri declaratio admittendi fœminas; & tradit latè Mantica *deciſ.29.* Franc. *conſ.3. num.44.*

Et iſtis quadrat elegans reſolutio Caroli Ruini *conſil.32. num.20. lib.1.* vbi probat, quòd Princeps poſt factam donationem, non poteſt in præiudicium donatarij confiteri ſe bona cum aliquo onere & cauſa donaſſe, provt ſcripſi *ſupra q.24.& q.26.* Et in actu facto per viam declarationis admittitur perſona nominata, & non fit extenſio, ſecundùm Aretinum *in l.ſi ita quis, §.ea lege, col fin. poſt princip. ff.de verborum obligat.* Decium *in conſ.502. num.5.* Syluanum *in conſ.2 num.53.* Barboſam *in l.ſi conſtante, num.103. pag.563. ff ſoluto matrimonio: p.2.* qui ex hoc infert ad doctrinam Molinæ *lib.1.de primogen.cap.5. num.19.& 37.* qui loquitur de extenſione fienda in bonis maioratus. Ex quibus etiam fit, quòd Iudex non poteſt declarare † verba ſententiæ, 62
quæ ſunt clara, ſecundùm Bartol. Imol. Angel. & Arein. *in d.l. ab executione*, tradit Cephalus *in conſ.28. num.39.* Et ſecundùm iſta, intelligendum eſt quod ſcribit Iaſo referens Paulum *in d.§ ſi quid poſt, in conſ.128. num.6. lib.4.* vbi dicit, quod declaratio poteſt fieri per Principem de contractu ab eo facto, etiam in præiudicium donatarij, & Carolus Ruinus *in conſ.161. n.12. lib.1.* vbi tradit, quòd ad Principem ſpectat declarare, an in emphiteuſi conceſſa comprehendantur hæredes extranei.

Et quòd Princeps veritate inſpecta poſſit interpre- 63
tando facti veritati reperta † mutare ſententiam, probatur *in l. duo fratres, ff.de iure patronat.* & in aliis iuribus, vt per Antonium Gamam *deciſ.110. num.38.* & quod ſcribit idem Carolus Ruinus *in conſ.208. nu.8. eodem libro*, vbi vult, quòd ad Principem pertinet declarare an in conceſſionibus & donationibus caſtrorum fœminæ comprehendantur? Et hæc etiã ſequitur idem Felin. *in cap.nouit, fallentia 8.de iudic.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr.1. fol.61. col.2. num.190. verſ.nunquid autem hodie, §.5. pag.239* vbi dicunt, non eſſe admittendam declarationem, vbi diminueretur gratiæ effectus in caſu, in quo reuocari non poteſt: notat Decius *in conſ.51. num.2.* Et ita etiam intelligi debet, quod reſoluit Ripa *reſponſ.183. num.21.* vbi tradit, quòd vnum priuilegium declaratur † per aliud, per *cap.inter dilectos, de fide inſtrumentorum*, & *l.vtrum, ff.de petitione hared.* & doctrinam Baldi *in cap.auditis, de præſcriptionibus*, & alia quæ refert. 64

Ex quibus ſingulariter infertur, quòd licèt leges Tauri dicantur eſſe non correctoriæ, ſed declaratoriæ legum antiquarum, vt tradunt Ioan. Lopius *in l.27. Taur. num.17.* Burgos de Paz *in proœmio legum Tauri. num.432.* & *in 1.part. legis tertiæ, num.47.* quod hodie probat *l.6. tit.1. lib.2. noui ordinam.* & tradit Molina *lib.3. de primog. cap.6. n.24. fol.49.* Menthaca *de ſucceſſion. creation. lib.2. §.18. n.28.& lib.3. §.27. n.18. ad finem*, tales leges declaratoriæ non debent extendi, nec trahi in præiudicium Tertij ad præterita, † ſed ſolummodo ad futura negotia. Quod probatur ex reſolutione Decij *in cap.vltimo, n.13. de conſtitution.* vbi concludit, quòd quemadmodum in reſcriptis & priuilegiis non debet fieri declaratio in præiudicium Tertij, ita in legibus fieri debet: quod eſt ſummè notandum pro intellectu multarum legum Taurinarum: & idem Decius *conſilio 114.* poſt Ancharran. *conſilio 399.* 65

Et hoc confirmatur, quia non eſt præſumendum, Principem † velle tollere alteri ius quæſitum, *l.2. §. merito,*

rito, & §.ſi quis à Principe, ff.nequid in loco publico, cum *concordan.* facit quod ſcribit Burgos de Paz *conſil. 14. num.21.* & melius faciunt pro iſta illatione quæ ſcribit Felin. *in d.cap.vltim.de conſtit. num.3.* Et hæc confirmat quod notatur per Gloſſam *in Clement. ſæpè, in verb. defenſiones, de verborum ſignificatione*, vbi dicit, quod in
66 generali arbitrio † non venit, quod alteri ius quæſitum tollatur, quam ſummè notant Doctores *in l. filiusfamilias, ff.de donation.* & Bald. *in l.cum antea, C.de arbitr.* & alij, vt per Alexand. *in conſ.216. Nec arguendi, num.12. lib.2.* & eſt bonus text. *in cap. quamuis, de reſcript. in 6.& l.actorum, ff.de re indic.* & eſt caſus melior omnibus *in l.3. tit.22. part.3.* ibi: *E poner otras mas abueſtas non caimando la fuerça, ni el entendimiento del juyzio que diera.* De quo eſt textus ſingularis, *in l.item veniunt, §.aptanda, ff.de petit. hæredit.* circa quod plura ſingularia ſcribit Rebuff. *in l.quod inſſit, num.166. pag. 95. ff.de re indic.* facit quod notat Ægid. Boſſ. *in pract. crimin. tit.de mand. ad homicid. n.54. pag.290.*

Et eſt alia egregia doctrina Socin. *in conſil. 266. In cauſa quæ vertitur, num.51. lib.2.* vbi dicit, quòd in
7 interpretatione literarum Principis † requiritur citatio, refert Bart. *in l.2. C.de temporibus appell.* vbi dicit, quòd quando Princeps priuilegium interpretatur, non eſt neceſſe quod citetur pars, niſi in his, ex quibus læsi poſſit; quod latiùs explicat Burgos de Paz *in d.proœmio legum Taur. num 353.* quod rectius & plenius explicat Alex. *in conſ.11. n.12. cum ſeqq.* Et in materia vocationũ maſculorum & fœminarum, tradit Celſus *in conſ.128. lib.7. n.77.* vbi rectè loquitur. Et quòd declaratio facta per Principem in ſucceſſione primogenituræ, non valeat; tradit in notabili caſu Ægid. à Bella. *deciſ.723. n.4.*

Et eſt ſummè notandum, quòd quando Princeps declarat aliquid in reſcripto, vel epiſtola, talis declaratio
68 † non habet vim legis, vt probatur *in l.2.* vbi notant Doctores, *C. de legibus*, tradit Alexander *in conſ.160. num.9. lib.7.* Et dicit Ægidius Boſſius *in practic. crimin. in titul. de remediis ex ſolâ clemen. Princip. proceden. num.17. pag.580. totus tractatus*, quòd retractio alicuius actus facti per Principem, quamuis declaret eum nullum, non extenditur in præiudicium Tertij. Et his etiam iunge egregiam *l.27. tit.18. part.3.* quæ tractat de interpretatione priuilegiorum, & eſt ſingularis in hac materia. Quare etiam dicit Ioan. Faber, *§. ſed naturali quidem iure, num.4. Inſtit. de iure natur. gentium,*
69 *& ciuil.* quòd Principi † non licet reuocare priuilegium quando alicui eſt in quæſitum: citat Hoſtienſ. *in ſummma, §.qualiter, verſ. quid ſi illud*; de quo egi *ſupra, in quæſt. 26.* facit text. *in l.ſi partem, §.vlt. ff. quemadmodum ſeruit. amittan.* vbi non poteſt legatarius declarare voluntatem ſuam, & dicere ſe repudiaſſe in præiudicium Tertij, per quem *text.* & alia iura tradit Alciat. *reſp.137. n.2.* quod dominus rei emphyteuticæ, non poteſt atteſtari ſe conceſſiſſe licentiam in præiudicium iuris alteri quæſiti.

70 Et quòd Regium Conſilium † non poſſit declarare clauſulas maioratus quando ſunt claræ, nec admittere fœminas in præiudicium, maſculorum vocatorum, tradit ſpecie Celſ. *in conſ.120. n.78.& 79.* Et quod arbiter in non poſſit declarare ſuam ſententiam, licet in compromiſſo fuerit data poteſtas, quòd quoties vellet poſſet arbitrari, volunt Fulgoſ. *conſ.144.* Cornetus *conſ.82. lib. 1.* quos citat Marc. Brun. *in conſ.14. n.53.* licet in contrarium arguat, per doctrinam Dyni *in l. tritic. ff. de verb. oblig.* Flori. *in l.in hoc iudic. ff. famil. erciſc.* Cyni, Bald. & Corn. *in l.ſi teſtamen. C.de inſtit.& ſubſti.* quod vidi in grandi negotio. Confirmatur ex ſcriptis per Bartho. Soc. *conſ.134. col.2. verſ. præterea, lib.1.* vbi inquit, quòd ita
71 demum verba ſententiæ † declarantur ex verbis libelli quando ſunt obſcura, ſecus ſi ſint clara, refert & confirmat Menoc. *conſ.110. n.46. lib.1.* tradit idem *lib.1. de arbitr. iudic. q.73. n.13.* vbi plura ad propoſitum ſcribit.

Nec ab his extraneum eſt, quod ſcribit Gregor. Lopez, *in l.23. tit.9. part.6. in gloſ.* in verbo, *No valdra*, vbi dicit, quòd ſi Rex reuocet omnes facultates à ſe conceſſas ad faciendos maioratus à tali tempore datas, † non extenditur ad maiorias iam factas, & præſertim 72
quarum eſt tranſlatum dominium in donatarios: refert dictum Bald. *in l.1. col.3. verſ. facit ad q. ff. ſoluto matrim.*

Et ex his patet ſecundum hæc eſſe intelligendam & diſtinguendam quandam ſententiam Angeli *in conſ. 273. Bonifac. Epiſc. col. penult.* vbi dicit, quod ſtatur literis Papæ † interpretantis intentionem ſuam, etiamſi illa 73
nunquam fuit: quia cum atteſtatur de animo ſuo, non admittitur probatio in contrarium, quem refert & ſequitur Felin. *in d.c. cum veniſſet, verſ. quinto dicit, fol. 23. de iudi.* quia non eſt licita declaratio animi in præiudicium, ſi verba Bullæ repugnent, & talem declarationem non patiantur: notat in bono caſu Quintil. Mandoſ. *in reg. Cancellar. 17. q.6. fol.110.* Ad quod etiã facit generalis ratio *l.non aliter, ff.de leg.3.* & *l.4. tit.33. p.7.*

Ex quibus etiam limitatur, quod ſcribit Bar. *in l.omnes populi, n.44. ff.de iuſt.& iur.* vbi inquit, quòd leges declaratoriæ trahuntur ad negotia præterita. Per quam inquit Alciat. *reſp.339.* quod decretum Principis declaratorium trahitur ad negotia pendentia. Et declaratio † 74
poteſt fieri per Principem, etiam lite pendente, vt tradit Nicol. Miles *in verb. declaratio, fol.85.* Lancel. *in tract. de attentatis, p.2. c.6. de attentatis lite pendente, limit. 12. n.2. pag.134.* Nam iſta procedunt dummodo declaretur, quod obſcurum eſt, nec aliquid innouetur in præiudicium Tertij. Quæ notanda ſunt ad ea, quæ ſcribo *in initio 2. p. à n.17.* vbi tractatur, an leges Taurinæ ſint declaratoriæ iuris communis? & ibi refertur iſta doctrina Alciati, & ad ea quæ ſcribo *ſupra, num...*

Et ex iſtis confirmatur, quod traditum eſt per Nicor. Boer. *deciſ.272. pag.1. n.26.* vbi vult, quòd donatione declarata, † non agitur ex declaratione, ſed ex donatione: tradit in notabili caſu in ſucceſſione primogenituræ, 75
Ripa *reſp.131. n.38.* Et reprobatur quod ſcribit Alciatus † *reſp.188. n.4.* inquiens, poſſe Principem declarare priuilegium, quod dedit circa ſucceſſionem primogenituræ, 76
inter maſculum & fœminam; quod durum eſt, & debet intelligi ſecundum ſuperiora. Et Principem poſſe, licet non in totum, auferre dominium, confirmando, & renouando feudum, alterare aliquid, & qualificare addendo perſonas prius non comprehenſas, vt reſoluunt Brunus *conſ.1.* Campegius *inter conſilia* Bruni, *conſ.2.* Paris. *in conſ.17. n.8. lib.1.& in conſ.1. nu.125. lib.2.* & alij, quos citat Cephalus *in conſ.28. n.70. lib.1.* Admittitur tamen declaratio veriſimilis, & conſonans actui iam facto, vt patet ex doctrina Oldradi *in conſ.95. n.6.* vbi loquitur de quadam promiſſione facta per Regem Aragoniæ, in qua promiſit cum iuramento ſe donaturum bona Regni. Et iſto modo intelligi & laluari debet † quædam 77
doctrina Angeli *in §.ius autem ciuile, v.1.0. Inſtit. de iure natur. genti. & ciuil.* vbi dicit, quòd Princeps poteſt ſua antiqua priuilegia declarare & reſtringere. Et Felin. *in c.nouit. n.9. de iudi.* qui ad hoc refert Bald. *in d.§. ius autem*, qui hoc non dicit, ſed colligitur ex dictis *Angel.* Ripa *reſp. 171. n.9.* vbi ex hoc dicit, Principem poſſe declarare verba priuilegij circa agnationem, vt non includant fœminas, etiamſi alias eſſent apta illas comprehendere.

Ex quo, & aliis ſupra traditis diffinitum fuit, patet melioraſſe filium in Tertio bonorum, & vocauit deſcendentes iuxta formam & ordinem *legis 27. Taur.* & in eorum defectum vocauit conſanguineum proximiorem, & tradidit filio poſſeſſionem bonorum meliorationis: & poſt traditam poſſeſſionem, declarauit vocationem proximioris conſanguinei conſentiente filio meliorato, vocando conſanguineos ex linea maſculina tantum, deciſum fuit, † patrem potuiſſe facere talem declarationem 78
in præiudicium fœminarum, quæ comprehendebantur ſub vocatione conſanguineorum. Et ita etiam eſt intelligendum quod ſcribit Carol. Ruin. *in d.conſ.58. n.9. lib.1.* vbi latè probat, quòd Princeps poteſt declarare an fœminæ ſint vocatæ & comprehenſæ in Regali conceſſione: & quod ſcribit Nicol. Milet. *in verb. declaratio fieri poteſt, fol.85.* quẽ citat Robert. Lancel. *in tract. de Attenta. p.2. c.4. de attenta. lite pẽden. limit.20. n.8. p.136.*

79 vbi volunt, quòd per Principem poteſt fieri † declaratio, lite pendente: & quod ſcribit idem Lancel. *in eadem part. & cap. limit. 21. num. 2. pag. 138.* vbi ponit regulam, quòd Princeps quia declarare poteſt, non dicitur attentare. Nam declaratio & reſtrictio tali modo debet eſſe quod conſonet priori diſpoſitioni, alias eſt inefficax, & præiudicare non poteſt: imo nec poteſt
80 fieri declaratio, † quæ limitet diſpoſitionem; vt notat Socinus Iunior *conſil. 74. lib. 1.* Chaſſan. *vbi ſupra folio 65. col. 3.*

Et iſta doctrina iuncta cum aliis, quæ ſupra ſcripta fuerunt, ſeruit ad deciſionem quæſtionis, quæ ex facto contigit. Mulier quædam maritata meliorauit filium, & ipſius deſcendentes in Tertio, & remanente à Quinto bonorum, & marito dedit commiſſionem iniungendi ad libitum conditiones, qui motus tali licentia ordinauit, quòd ſi talis filius primogenitus, aut illius deſcendentes alium haberent maioratum, ad ſecundum filium, non ad primogenitum peruenirent. Et ſecundum prædicta intelligenda ſunt quæ ſcribit Tiberius Deciamus *d. conſ. 7. num. 115. lib. 1.* vbi reſoluit in quodam
81 maioratu Hiſpaniæ, quòd grauatus poteſt † declarare voluntatem paciſcentium & grauantium; & quod tali interpretationi tenentur ſucceſſores ſtare, qui refert Bartholom. Socin. *in conſ. 12. colum. final. lib. 3.* Pariſium *in conſ. 11. num. 39. & 40. lib. 3.* quod confert ad ea quæ ſcribo *part. 2. q. 5.*

SVMMARIVM.

82 *Princeps an poſſit ob publicam vtilitatem priuilegia ab ipſo vel prædeceſſore conceſſa interpretari,* & num. 85. & 110.

83 *An ex coniecturis eius mens poſſit declarari. An poſſit declarare animum prædeceſſoris circa facultatem datam ad maioratus inſtitutionem,* n. 91. *Et an poſſit declarare pluſquam ſemel facultatem ad inſtitutionem maioratus ab eo conceſſam,* n. 112.

84 *Pater facto maioratu non poteſt in præiudicium filij declarationem facere.*

87 *Subſtitutio dubia an contra ſubſtitutum ſit interpretanda.*

88 *Cùm non eſt locus pœnitentiæ totius voluntatis, ita nec declarationi.*

89 *Scriptura maioratus obſcura per inſtituentem poteſt declarari.*

90 *An per vltimum maioratus poſſeſſorem.*

92 *Pactum perſonale an afficiat ſucceſſores.*

93 *Declaratio perſonæ an cohæreat.*

94 *Succeſſor Iudicis voluntatem prædeceſſoris an declaret.*

95 *Quid cum veriſimiles adſunt coniecturæ,* & n. 99.

96 *Res in emphyteuſim pro ſe & duobus conceſſa, ſi primus emphyteuta abſque nominatione decedat, an poſſit hæres nominare, refertur ſententia affirmans,* & n. 100. *Contraria,* n. 97.

98 *Ex clauſulis conceſſionis priuilegij colligitur, an conceſſio ſit realis, vel perſonalis.*

101 *Ius reuocandi donationem non tranſit contra hæredes donatarij, nec ad hæredes donatoris.*

102 *Declaratione non facta, an ſpectet ad Iudicem declarare.*

103 *Reſeruata ſibi facultate declarandi & ordinandi, ſi quis morte præuentus nihil ordinauit, præcedens diſpoſitio an videatur confirmata.*

104 *Facultas eligendi an tranſeat ad hæredes.*

105 *Pater & filius vna perſona cenſentur.*

106 *Dubiæ voluntatis defuncti circa electionem perſonæ declaratio an fieri poſſit per hæredem hæredis.*

107 *An per executorem.*

108 *Facultas ad maioratus inſtitutionem an poſſit à Dominis de Camera declarari, cùm Princeps concedens deceſſit.*

109 *Magiſtratus maiores poſſunt ſuas ſententias declarare.*

111 *Voluntas cùm adiicitur actus executioni, moriendo quis dicitur velle.*

113 *Ex inueſtituris ſequentibus factis per Principem in fauorem primogenitorum declaratur voluntas inueſtiturarum præcedentium.*

114 *Commiſſarius quando poſſit declarare.*

115 *Maioratu reuocabili exiſtente, patri licet pluries declarare.*

OB publicam etiam vtilitatem, & bonum commune Regni, † licet Principi (maximè conſtituendo legem generalem) declarare donationes & priuilegia ab ipſo, vel prædeceſſore conceſſa, vt patet ex *l. 2. tit. 9. De las donaciones, ordinam.* De quo legendum eſt quæ ſcribo *in princip. ſecundæ partis.* Et quòd ex coniecturis colligatur † mens Principis, volunt Bald. *in cap. 1. n. 3. apud quem, vel quos feud. controu.* Mantic. *de coniectura. mente defuncti lib. 1. tit. 2. n. 10.* Alciat. *conſ. 7. nu. 16. lib. 4.* Natta *conſ. 163. n. 3.* & alij, quos citat Ioſeph. Maſcar. *in tract. de probat. lib. 1. q. 14. n. 21. & 22. fol. 24.* 82

Et ex ſuperioribus infertur, quòd ſi pater virtute licentiæ datæ ad faciendum maioratum, illum fecerit ſiue in teſtamento, ſiue in contractu, & filio tradiderit poſſeſſionem, vel factus fuerit cum aliquo Tertio, † quòd non poteſt declarare maioratum iam factum, & perfectum, niſi filio conſentiente: & ſi vult facere aliquam declarationem, debet ſtare in finibus declarationis, nec vltra progredi, & diſponere aliquid de nouo ei non licet, nec circa bona vinculata, nec circa tenorem & conditiones maioratus. 83

Hoc tamen de conſenſu filij cautè eſt intelligendum in maioratu irreuocabili, ſecundum ea quæ ſcribo *ſupra q. 24. à n. 58. & q. 22. n. 231.* Ad hæc facit notabilis ſententia Bart. *in l. inter ſtipulantem, §. 1. n. 12. ff. de verbor. obligat.* vbi inquit, quòd ſucceſſor non poteſt declarare animum prædeceſſoris procedendo voluntariè, ſed tantum per veriſimile. Et ad hoc conducunt plura quæ ſcribit Aymo. *conſ. 234. n. 4.* ad quos addo, quòd Principi † atteſtanti de animo prædeceſſoris, creditur etiam in præiudicium Tertij ſecundùm Claudium Seyſſellium *in authen. ſi quis in aliquo docum. C. de ædend.* Iacob. Puteum *deciſ. 359. n. 5. p. 2.* quos citat Menoch. *in tract. de præſumption. lib. 2. præſumpt. 11. n. 6. pag. 124.* de quo per Imolam *in Clementina 1. de probation.* & alios, quos citat Ioſephus Maſcardus, *in tractatu de probationibus, lib. 3. concluſ. 1238. num. 48.* & pleniùs *num. 70. fol. 160. & 161.* Et inquit Angel. *in conſ. 209.* quòd ſi pater dotem pro filia ſimpliciter promiſit, † non poteſt ex interuallo declarare, quòd promiſerit de bonis maternis; ſed iſta declaratio debebat ab initio fieri: notat idem Aymo *in conſil. 112. num. 12.* ſic inquit idem Aymo. *conſil. 148. num. 9.* quod ſubſtitutio dubia licèt † debeat interpretari contra ſubſtitutum, vt tradit Bartholom. Socinus, *conſilio 113. colum. penultim. ad fin. vnde ex præmiſſis, lib. 1.* procedit quatenus eſt dubia, ſecus ſi ſit clara. Pro quibus etiam faciunt quæ ſingulariter ſcribit Petrus de Ferrara *in forma libelli, pro reſcindend. ſenten. in parte, publico nuntio. num. 12. pag. 217. & pag. 218.* & plura etiam ad propoſitum pro confirmatione prædictorum ſcribit ex profeſſo Simon de Prætis, *de interpretand. voluntat. defunct. lib. 1. dubitat. 3. ſolut. 3. num. 5 folio 25.* Et ad iſta etiam facit ratio *l. perfecta, C. de donation. quæ ſub modo,* & hoc tenendum eſt; licet ex eo quòd voluntates teſtatorum ſint deambulatoriæ vſque ad mortem, ſicut permittitur reuocatio totius voluntatis, ita permittenda videretur declaratio voluntatis, iuxta *d. l. hæres palam, §. ſed ſi notam,* Angel. *in l. quicquid adſtringendæ,* vbi Angel. *col. penult. verſ. ex qua habes, ff de verborum obligat.* Tiraquell. *in l. boues, §. hoc ſermone limitat. 32. pag. 226. ff. de verborum ſignificat.* quia in noſtro caſu † cum non ſit licita pœnitentia totius voluntatis, ita nec declaratio; & *dictus §. ſed ſi notam,* procedit in teſtamento, & in aliis actibus, qui de propria eorum 84 85 86 87 88

natura reuocari poſſunt, & non in contractibus & aliis actibus irreuocabilibus.

Declaratio tamen licita erit vbicunque ſcriptura maioratus, vel melioriationis eſt obſcura, † quia ad faciendum ſpectabit declarare, vt per Bartholom. Socin. *conſilio 126. num. 4. lib. 3* Curtium Iuniorem *conſ. 56. col. vltim. num. 10. lib. 1.* Boërium *deciſ. 172.* & ibi Curtius ex Bartholom. Socin. *in conſ. 116. lib. 3.* reſpondet *ad l. perfecta, C. de donation. quæ ſub modo,* quod in iſto caſu non agitur de addendo, vel detrahendo. Et hoc modo intelligendum eſt quod † ſcribit Molina *lib. 1. de primogen. cap. 8.* 89 90
numero 38. folio 6. vbi reſoluit, quod vltimus maioratus poſſeſſor poteſt dubiam anteceſſoris mentem declarare, deſignando, quem arbitratur maioratus inſtitutorem in eiuſdem ſucceſſione præferre voluiſſe, & quòd talis interpretatio ſi veriſimilis fuerit, ſequenda eſt à Iudicibus, ex doctrina Bart. *in l. Gerit, num. 1. ff. de acquirend. hæredit.* & aliis. De quo legendus eſt Felin. *in cap. qualiter, de accuſat.* quem refero *infra.* Et ſecundum prædicta, moderanda ſunt quæ ſcribit Burgos de Paz *in d. prooemio legum Tauri, d. num. 37. cum ſequentibus:* & Aluarado *de coniectur. ment. defunct. lib. 2. c. 2. n. 12. fol. 31.* quod in ſpecie fideicommiſſi confirmat Cephal. *in conſ. 134. n. 6. lib. 1.* de quo lege quæ ſcribo *in initio ſecundæ partis.*

Eſt etiam animaduertendum, quod etiam in caſibus, in quibus in declaratione Principis nulla ſubſtantia
91 mutatur, † non eſt licita talis declaratio ſucceſſori in Principatu: quia non poteſt atteſtari de animo prædeceſſoris, & declaratio cohæret perſonæ, ſecundùm Gloſſam communiter receptam *in l. idem Pomponius ſcribit ſi frumentum, ff. de rei vendica. in verb. appareat,* & *in l. inter ſtipulantem, §. 1. in verb. actori, ff. de verborum obligationibus,* probatur *in l. vnum ex familia, §. rogo, ff. de legat. 2.* notat Rebuff. *in Concordat. in forma mandati Apoſtolici, pag. 554. verſ. nec obeſt,* cum *concord.* vt per Felin. *in d. cap. cum veniſſet, num. 4.* Doctores *in d. l. inter ſtipulantem,* Anton. Gom. *tom. 1. cap. 9. de tranſmiſſ. hæredi. numero 2. folio 59.* Peraltam *in l. ſtatu liberum, §. Stichum, num. 10 6.* & *7. pag. 156. ff. de legat. 2.* quod elegantèr tradit Purpuratus, *in l. edita, num. 95. C. de edendo,* Menoch. *in conſ. 331. num. 102. lib. 4* qui loquitur in noſtra materia primogenituræ, & plura bona ſcribit, & Menchaca *dicto libro 3. controuerſiarum, cap. 64. num. 9.* Tiraquel. *in tractatu præſcription. ad finem,* qui id etiam tradit in iure arbitrandi, Petr. Surd. *deciſ. 66. numero 19.* Maſcard. *in tractatu de probationibus, lib. 1. concl. 202. num. 10. folio 142.* Matienç. *in l. 1. tit. 4. gloſſ. 16. numero 15. folio 95. lib. 5. Recopilation.* Notanter Natta *in conſil. 163. & 164. lib. 1.* Burſat. *in conſ. 128. numero 17. & 18.*
92 *lib. 2.* Et quod pactum perſonale † non afficiat ſucceſſores, volunt Bald. *in l. digna vox, C. de legib.* Anton. Gabr. *lib. 3. communium opinion. tit. de iure quæſito, concl. 5. num. 13. pag. 187.* Et quod omnis conceſſio quæ ad factum reſpicit, ſit perſonalis, & ad hæredem non tranſeat, tradit Molina *lib. 4 de primogenitura, cap. 5. numero 58. folio 162.* per *leg. apud Iulianum, §. ſi quis alicui. ff. de legat. 2.* & per alia iura, & faciunt ſcripta per illum, *eodem lib. 4. cap. 5. num. 14. folio 158.* qui ex hoc reſolvit, an facultas Regalis ad alienandum bona maioratus ſit perſonalis, & qualiter Decuriones ſi deſierunt eſſe decuriones, an ſucceſſores poſſint interpretari, tradit Azeuedo *in practica Piſana. cap. 2. numero 18. fol. 73.* qui ad hoc refert Ripam *in l. ex facto, num. 7. ff. de vulgari, folio 85.* Et qualiter in iſta materia primogenituræ actus ſit perſonalis, vel extinguatur cùm perſona, tradit Ioannes Cirier, *in tractatu de primogenitura, lib. 1. quæſt. 25. verſic. 2. folio 44. colum. 2.* cui conueniunt quæ ſcribit Menoch. *in tractatu de præſumption. libro 3. præſumpt. 47. numero 16. pagin. 333.* Et ex his ſcribit Rebuf. *in praxi beneficiali, in 3. part. ſignatu. in verb. cum derogatione ſtatutorum numero 15. pagina 183.* quod ſupplicatio ſignata per prædeceſſorem non ſolet corrigi, nec mutari per ſucceſſorem, qui non poteſt mutare, nec declarare prædeceſſoris voluntatem. Et quòd declaratio † perſonæ cohæreat, volunt Bald. *in l. edita, Cod. de edendo, in verſ. quandoque volo:* & *in l. vltima, notab. vltimo, C. de legibus,* Decius *in cap. cum veniſſet, num. 14. de iudiciis,* & alij, quos citat Quintilianus Mandoſius *in tractatu de inhibitionibus, quæſt. 125. numero 8. folio 51.* & addo Iaſonem *in l. quominus, numero 176. ff. de fluminibus,* & eundem Mandoſium *in dict. tractatu de inhibitionibus, quæſt. 128. numero 1. folio 32.* Decium *in cap. ſane, numero 1. de officio Delegati.* Et ſucceſſor iudicis vòluntatem prædeceſſoris † non declarat, ſecundùm Baldum *in l. 2. C. de ſenten. ex libello recitand.* 93 94

Quod ex pluribus confirmat Rebuffus *in l. quod inſſit, notab. 1. num. 164. pag. 95. ff. de re iudicata,* vbi limitat quando ſucceſſor vellet declarare ex veriſimilibus † coniecturis, & declaratio eſſet congrua verbo declarato. De quo legendum eſt, quod ſcribo *infra, à num. 104.* Et ad hoc facit quod ſcribo infra, ex Bart. *in leg. inter ſtipulantem, §. Stichum.* Quæ etiam ſeruiunt pro declaratione ſingularis quæſtionis, & quæ quotidie contingit, quam tradit Burgos de Paz, *in l. 1. Tauri, relect. 1. num. 428. cum aliis, folio 122.* ſi conceditur aliqua res in emphyteuſim pro ſe, duobuſque aliis quibuſcunque nominandis, ſi primus emphyteuta decedat abſque nominatione, an hæres eius † poſſit nomi- 95 96
nare? Quod rectius explicat nouiſſimè doctiſſimus Caldas Pereira *in tractatu de nomina. emphyteu. quæſt. 9. num. 28. folio 93.* vbi etiam tractat de doctrina Glol. *in d. l. idem Pomponius,* id quem addo Bartholom. Socin. *in conſilio 264. num. 9. lib. 2.* Chaſſan. *in notabili quæſtione, in conſuetudinibus Burgund. rubric. 4. §. 19. pag. 746. cum ſequentibus,* Rolandum *in conſilio 52. num. 12. libro 1.* Menoch. *de arbitrar. iudicum lib. 2. caſu 190. numero 9.* reſoluentes, quòd hæredi poteſt deferri iuramentum, quod delatum fuit ſuo anteceſſori, ſi veroſimiliter certior factus fuit de facto defuncti, vel quia cum eo habitaſſet, vel aliàs. Et ſi aliquis fuit inſtitutus hæres, & grauatus de reſtituendo hæreditatem data ſibi licentia diſponendi de libris mille, licet ille non diſpoſuiſſet in vita, hæres illius diſponere poteſt: & detrahere, vt tradunt Curtius Iunior *conſilio 4. num. 4.* Cagnolus *in l. hæredem eiuſdem 59. numero 9. ff. de regulis iuris, folio 136.* Et quòd facultas nominandi in maioratu tranſeat ad hæredem, reſoluit in ſpecie Anton. Gama *deciſione 206. num. 99. cum ſequentibus,* quam refero *infra, q. 48. in princ.*

Sed quòd nominandi facultas non tranſeat ad hæredem, † volunt Bart. *in l. cum quidam, num. 8. ff. de legat. 2.* Riminald. *conſ. 591. per totum,* Petr. Surd. *deciſ. 326. num. 3. & 7.* Et quòd facultas eligendi non tranſeat ad hæredem, tradit etiam Simon de Prætis *de interpretand. defunct. voluntat. lib. 3. interpr. 1. dub. 5. ſolut. 4. num. 59. folio 217.* allegat textum & Gloſ. *in l. 4. ff. locati,* Bart. *in d. l. inter ſtipulantem, §. 1.* Iaſonem *in conſ. 148. libro 2.* In quo puncto placet mihi doctiſſima diſtinctio Petri Barboſæ *in l. quia tale 14. num. 41. pag. 322. tom. 2. ff. ſolut. matrimon.* vbi reſoluit, quòd ex clauſulis conceſſionis priuilegij † colligitur, an conceſſio ſit realis, vel 97 98
perſonalis: & legi debet Simon de Prætis *d. ſolut. 4. nu. 25. folio 213.* & addo notabilem doctrinam Bald. *in c. 1. num. 5. lectura 2. de iudiciis,* & *l. iuriſgentium, §. pactorum ff. de pactis,* Aymon. *conſ. 404 num. 1.* Menoch. *in tractat. præſumptionum, lib. 3. præſumpt. 503. num. 3.* Greg. Lopez *in l. 6. tit. 9. part. 6. gloſ. 4. quæſt. 25.* Menoch. *conſ. 104. num. 10. lib. 1.* & *in conſ. 158. num. 80. lib. 2.* Aymon. *in conſ. 239. num. 4. & 5.* Additio ad Gam. *deciſ. 18.* vbi refertur notabilis doctrina Bart. *in l. ſi quis à filio, §. ſi quis plures. ff. de legat. 2.* quam vocat communem dicta *Additio.* Et in magna memoria eſt tenendum *conſilium* Deci *262. per totum:* & quod in materia renouationis ſcribit Cald. Pereir. *de nominat. ad emphyt. q. 19. num. 9. folio 167.* quod in perſonis proximorum cohæreat perſonis, & ſit perſonale.

99 Et quòd declaratio, quæ fit per verisimile † concedatur successori, tradunt Bart. *in l. inter stipulantem*, §. *Stichum, in fin. ff. de verb. oblig.* Ferrar. *en practica, in verbo, publico nuncio, num.* 11. *vers. post hæc.* Fulvius Pacian. *in tract. de probat. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 71. *folio* 46. ad quod omnes addo Iaſ. *in d. l. quominus, num.* 175. *ff. de fluminib.* qui eleganter punctum tractat. Quibus eſt addendum quod ſcribit Ioan. Andr. *in addit. ad Specular.* 4. *par. tit. de emphyt.* §. *nunc aliqua, num.* 100. *folio* 109. *in addit.* quæ incipit, *In fin.* vbi tenet, quòd ſi pater habebat emphyteuſim cum facultate nominandi vnum ex pluribus
100 filiis, qui deceſſit abſque eo quod nominauit; dominus † directus nominare debet. per *l. legato generaliter*, & *l. ſi quis à filio, in fine ff. de leg.* 1. quod confirmat Carol. Ruinus *conſ.* 36. *num.* 7. *lib.* 2. & text. *in l. Labeo*, §. 1 *ff. de ſtatu liber.* vbi huiuſmodi fideicommiſſum, *cui voles eorum reſtituas*, ſi nullus electus eſt, omnibus debetur. Et idem probatur *in l.* 3. §. *ſi duobus ff. de adimen. legat.* tradit Tiraquell. *in tract. de primog. in* 4. *opin.* 17. *quæſtionis num.* 4. *pag.* 70. & legenda ſunt quæ ſcribo *infra, quæſt.* 48. quibus conuenit, quòd ius reuocandi donationem
101 non tranſit † contra hæredes donatarij, nec ad hæredes donatoris, iuxta *leges primam, & finalem, C. de reuocand. donat.* quod in materia emphyteuſis latè tradit Corbul. *in tractatu de iure emphyteut. in parte, de cauſis priuationis ob non ſolutum canonem, num.* 17. *cum ſequentibus folio* 189.

102 Et quòd declaratione non facta, † ſpectet ad Iudicem declarare, tradit Pariſ. *conſ.* 123. *num.* 20. *lib.* 4. vbi *n.* 17. alia legenda ſunt ad propoſitum iſtorum: & idem quod Pariſ. tradit Beroi. *in conſ.* 23. *in addit. lib.* 2. *num.* 33. & *num.* 39. Simon de Prætis *lib.* 3. *de interpret. defunct. voluntat. ſolut.* 12. *num.* 17. *folio* 295. & tradit idem *lib.* 3. *interpret.* 3. *dubit.* 4. *ſolut.* 1. *num.* 74. *folio* 329. & legendi ſunt Epiſcop. Sarmiento *in l. cum quidam, numero* 14. *folio* 84. & *num.* 32. *folio* 88. *ff. de legatis* 2. & ibi dominus Anton. de Padilla *num.* 24. *folio* 281. vbi ſcribit, quòd ſi teſtator rem prohibitam alienari, dedit poteſtatem, quod eam relinquat cui voluerit, ſi hæres non elegit, admittitur maior. Cui addenda eſt notabilis doctri-
103 na, quòd ſi quis reſeruaret † ſibi facultatem declarandi, & de nouo ordinandi, & morte præuentus nihil ordinauit, viſus eſt confirmare præcedentem diſpoſitionem, vt ex Alexand. *in l. centeſimis* §. *ſi ſtipulatus, num.* 11. & Iaſone *numero* 14. Decio *in l.* 3. *ff. de regulis iuris*, & aliis tradit Menochius *conſilio* 360. *num.* 8. *lib.* 4.

Proſunt etiam ad deciſionem quæſtionis, quam tradit Molina *tib.* 2. *de primogen. cap.* 4. *num.* 63. *folio* 234. vbi tradit, an facultas eligendi aliquem ad maioratum ſit tranſitoria ad hæredes, qui citat text. Bart. & alios *in l. ſi quis arbitratu ff. de verbor. oblig.* & alia quæ inibi legi poſſunt: quod ego latiùs tracto infra *quæſt.* 48. *à num.* 177. *cum ſeqq.* quod vidi in grandi negotio, ad quem addo Caldam Pereiram *de nemination. ad emphyteuſim, quæſt.* 10. *num.* 82. *folio* 115. vbi nimis generaliter tra-
104 dit, quòd facultas eligendi † tranſit ad hæredes debitoris, ſeu creditoris, ex Anton. Gom. *in tract. de contractib. cap.* 11. *num* 41. Confirmatur, quia licet pater & filius
105 cenſeantur † vna perſona, ſecundum *iura vulgata*, hoc fallit in facultate declarandi, cum ſit merum factum, §. *ſed cum factum, Inſtit. de ſtipulat. ſeruor.* notat Iaſo *in l. cum ſeruus*, §. *ſi quis alicui ff. de legat.* 1. Ripa *in l. naturaliter*, §. *nihil commune, num.* 140 *ff. de acquir. poſſeſſ.* Et quod ſi quis ſit feudo priuatus, non poſſit hæres illius petere priuationem, tradunt Roland. *in conſilio* 81. *num.* 16. *lib.* 3. Maſuer. *in addit. ad Ferrariam, in parte libelli, quomodo agitur ad reuocationem feudi, in parte quid dicis. pag.* 293. *col.* 2. Et quòd declaratio dubiæ voluntatis defuncti circa electionem perſonæ commiſſam
106 hæredi, † non poſſit fieri per hæredem hæredis, tradit in caſu contigibili Anton. Gam. *d. deciſ.* 18. vbi legi debet copioſa additio, & faciunt quæ ſcribit *deciſ.* 17. Et in materia magnificio ſingulare *conſilium* Alexandri ad iſta legenda 117. *num.* 1. *cum ſeqq. lib.* 3. Et quòd in indiuiduo ſcribit Iaſo *conſ.* 148. *col.* 7. *vers. ſecundo principaliter, lib.* 2. vbi per multa, quæ refert, reſoluit, quòd ſi pater virtute pacti matrimonialis poterat eligere vnum ex duobus filiis ad aliquod caſtrum, ſi ille moriatur, non poteſt hæres eligere; de quo lector omnino videat, quæ in materia electionis primogeniti ſcribit Gloſ. Pariſ. *par.* 1. *conſuet* §. 10. *num.* 1. Et quòd ſucceſſor in officio poſſit interpretari ſententiam prædeceſſoris, tradunt Bart. *in l. ab executore. ff. de appell.* Ferrara *in practica, in forma libelli pro reſcindenda ſententia, in verbo, publico nuncio, num.* 14. *pag.* 218. vbi poſt Innocen. *in cap. ſuper eo, quod metus cauſa* ſcribit; an à tali interpretatione poſſit appellari? De quo legenda ſunt quæ ſcribit Ant. Gabr. *lib.* 6. *communium opinionum, tit. de regul. iuris, concl.* 3. *num.* 71. 82. 83. 84. *pag.* 326 Antonius Gama *deciſ.* 110. *num.* 36. Iacobus Pureus *deciſ.* 278. *pag.* 1. Et quòd ius eligendi & declarandi tranſmittatur ad hæredes & ſucceſſores, quos inſtituit, cum ſubſtitutionis pupillaris & fideicommiſſariæ dies venit, viuente eo, qui eligere debebat, tradit Pariſius *conſ.* 36. *num.* 42. *lib.* 2. per textum cum ibi notatis per Bart. & alios *in l. illud, ff. de optio. legata*: & notata *in l. Pamphilio, eodem titulo*, & §. *optionis, Inſtit. de legat.* & *l. final.* §. *ſi quis, C. commun. de legat.* vbi Scribẽt. Bart. & alij, *in l. ſtipulatus fuerim, ff. de verborum obligationibus*, & per *deciſionem* Lappi 120. & facit doctrina Bart. *in l. gerit, num.* 17. *ff. de acquirend. hæreditat.* de qua per Menochium *in tract. præſumpt. lib.* 4. *præſump.* 90. *num.* 30. *folio* 188.

Et quòd executor poſſit † declarare mentem defun- 107
cti, tradunt Baldus *in conſ.* 259. *Super in fine, lib.* 4. Fulgoſ. *in conſ.* 47. *Ser. Michaëlis*: Simon de Prætis *de interpretand. defunct. volunt. lib.* 1. *interpre.* 1. *dubit.* 1. *ſolut.* 4. *num.* 16. *folio* 9. Et in hac materia eſt memorabile quod ſcribit idem Simon *lib.* 1. *interpret.* 1. *dubitat.* 3. *ſolut.* 5. *num.* 11. *folio* 16. vbi reſoluit, quòd ſi ex mandato teſtatoris debet ſtari ſuper dubiis, & controuerſiis: illi, qui declarare debent, non poſſunt declarare ſuper ire, vt tradunt Carolus Ruinus *in conſ.* 106. *colum. fin. lib.* 2. Bartholom. Socinus *in conſilio* 100. *num.* 27. *lib.* 1. Curtius Senior *conſilio* 69. *column. penultim. verſic. poſtremo.*

Sed eſt conſiderandum, quòd cum Principes iſtas licentias, quas concedunt ad confectionem maioratuum, dent cum conſilio & examine Dominorum de Camera Regali, † illis competit poteſtas declarandi, licet Rex 108
qui licentiam conceſſit, defunctus ſit. Quod magis procedit, vbicunque ſub nomine Dignitatis fuerint conceſſæ, argumento *l. quod Principi, ff. de legatis* 2. quod comprobatur ex caſu ſingulari *in cap. literas, de reſcript.* vbi Papa qui exequitur diſpoſitionem ſui prædeceſſoris, non dicitur facere, ſed factum prædeceſſori adſcribitur: notat Decius qui alia latiſſimè adducit *in conſ.* 492. *num.* 3. & 4. & legendus eſt Menoch. *de arbitrar. iudic. quæſt.* 68. *num.* 55. Anton. Gabriel. *d. concl.* 3. *de regul. iur. num.* 84. & 85. Et inquit notanter Imola *in l. ab executore, in princip. ff. de appella.* quòd interpretatio, quæ eſt fienda ex veriſimilibus actis & coniecturis, tranſit in ſucceſſorem, notat Felinus qui ſimilia adducit *in d. cap. qualiter, in* 1. *num.* 27. *de accuſat.* Et quod
ſolummodo maiores † magiſtratus poſſint declarare 109
ſuas ſententias, volunt Gloſ. *in l. ſi vt proponis*, vbi Bal. *C. de execut. rei iudicatæ*: & *in l.* 2. *in verbo, corrigendi: C. de ſententiis ex breuiculo recitand.* & *in cap. ſicut* 11. *quæſt.* 1. & alij, quòs citat Quintilian. Mandoſius *in tractatu de inhibitionibus, quæſt.* 72. *num.* 24. *folio* 32. Et quòd ſucceſſor in dignitate poſſit declarare mentem ſui anteceſſoris, volunt Bart. *in d. l. ſtipulantem*, §. 1. *num.* 12. & *in l. ab executore, in principio, C. de appellat.* & *in l. terminatos, C. de fruct. & liti. expenſ.* Barba. *in conſ.* 83. *col. penult. lib.* 3. Mandoſ. *in regul. Cancellariæ, reg.* 32. *quæſt.* 12. *num.* 5. *folio* 111. Et in Principe hoc etiam tradit Menoch. *in tract. præſumptionum, lib.* 2. *præſump.* 11. *num.* 6.

num. 6. *pag.* 124. Cepha. *conſ.* 28. *num.* 12. Burſat. *conſ.* 23. *num.* 24. Carol. Ruin. *in d. conſ.* 38. *num.* 9. *lib.* 1. Menoch.
110 *conſ.* 193. *num.* 10. *lib.* 2. † ſed hoc expreſſius probatur *in l.* 2. 7. *tit.* 18. *par.* 3. ibi, *Onde dezimos, que priuilegio de donadio de Reyno lo deue ninguno juzgar ſino el miſmo, o los otros que reynaren deſpues del.* Et idem probat *l.* 2. *tit.* 1. *part.* 2. & *l.* 4. *tit.* 33. *p.* 7. Et reſoluit Ioan. Guttier. *lib.* 3. *practic. quæſtionum, quæſt.* 27. *num.* 15. *cum ſeqq. pag.* 560. Et faciunt plura quæ ſcribit Simon de Prætis *lib.* 1. *de interpretand. defunct. volunt. ſolutio.* 4. *n.* 1. *cum ſeqq. fol.* 13. & *lib.* 3. *ſolut.* 4. *n.* 59. *fol.* 217. Quibus iungo notabilem concluſionem, quòd vbicunque
111 inferatur intellectus *ad l.* 35. Taurinam, quæ dicit † Commiſſarium poſt confectum teſtamẽtum non habere facultatem reuocandi, addendi, diminuendi, aut declarandi, vt latiùs *in d. l.* cauetur; quæ intelligenda eſt in declaratione diſpoſitiua, non in interpretatione declaratiua quadrante illis, quæ ſemel diſpoſita fuerunt, & in qua nihil de nouo diſponitur, ſed quod actum fuerat exponitur. Ad quod *ibi* Scribentes non animaduertunt. & faciunt ſcripta *infra, q.* 48. Et addo in materia præſentis quæſtionis vnum extraordinarium, quod verbum *obſcurum* refertur ad literam; & verbum *ambiguum* ad mentem, ſecundum Ioann. Andr. Abbatem, & alios, vbi Deci. *n.* 3. *in conſ. final. de conſtit.*

Eſt etiam ſciendum in iſta quæſtione, quòd vbicunque maioratus eſt reuocabilis, permittitur patri non ſe-
115 mel, † ſed pluries declarare, vt conſtat ex doctrina Angeli *in d. l. quicquid adſtringendæ*, vbi Alexand. *col. penul. vers. ex qua habes*: notat Tiraquellus *in d.* §. *hoc ſermone, limit.* 32 *pag.* 261. De quo tamen lege quæ ſcribit Simon de Prætis *lib.* 1. *do interpret. defunct. volunt. interpret.* 1. *dubit.* 5. *ſolut.* 1. *n.* 2. *fol.* 39. & quæ *ſupra* ſcribo.

In his etiam expedit ſcire, quòd ſi Princeps vult declarare priuilegium, & animum, & mentem ſuæ con-
116 ceſſionis, non eſt neceſſe citare aliquem, cum id procedat etiam in alio quolibet particulari; iuxta regulam *l. Pomponius, ff. de negot. geſt.* 1. *l. pro hærede, l. ſi quis mihi bona*, §. *iuſſum: ff. de acquir. hæred. l. ſi auia, C. de iure deliberand.* cum *concord.* vt per Alexandrum *conſ.* 130. *col.* 1. *vers. ſecundo hoc confirmatur, lib.* 1. Tiraquellum *in tract. Res inter alios acta, pag.* 18. *vers. hinc eſt præterea.* Circa quod legenda ſunt quæ *ſupra* ſcripſi *à num.* 67. & quæ ſcribit Socinus Iunior *in conſ.* 100. *num.* 22. *lib.* 1. Petrus Surdus *in tract. de alimentis, tit.* 1. *quæſt.* 48. *num.* 46. *cum ſeqq. fol.* 57. de quo tracto *ſupra, quæſt.* 43. & *infra q.* 6.

QVÆSTIO XLV.

Licentia ad faciendum maioratum an interueniſſe præſumatur ex temporis diuturnitate.

SVMMARIVM.

1 *Licentia non præſumitur niſi de ea conſtet.*
2 *Mandatum ex temporis diuturnitate an præſumatur? Refertur quædam ſententia. Contraria,* n. 5. *Quid de qualitate mandati,* n. 21.
3 *Quod tempus in verbis enuntiatiuis requiratur.*
4 *Ex temporis diuturnitate an cenſeatur data commiſſio Cardinali delegato.*
6 *Deciſio quæſtionis.*
7 *Conſuetudo, cuius initij memoria non eſt in contrarium habet vim priuilegij.*
8 *Propter antiquitatem multa præſumuntur.*
9 *In antiquis leniores probationes ſufficiunt.*
10 *Ad probandam affinitatem ſufficit probatio per indicia & præſumptiones.*
11 *Licentia de marito data vxori quomodo ex temporis diuturnitate præſumatur? remiſſiuè.*
12 *In antiquis an credatur ſcripturæ & priuilegio Regis ſine ſigillo.*
13 *Antiquum tempus quod dicatur,* & n. 14.
15 *Et an ſit in Iudicis arbitrio ad annos quadraginta reducere. Et quod tempus in ſententia dicatur antiquum, declaratur,* n. 17.
16 *Filiatio vltra ſexaginta annos an dicatur antiqua? refertur quædam ſententia. Contraria,* num. 18.
19 *Quando conſtat de iniſtitia poſſeſſoris, contra quem agitur, requiritur plena & concludens probatio.*
20 *Teſtes deponentes ſuper conſanguinitate in antiquis, debent deponere de auditu ante litem motam.*
22 *Quæ fides ſit danda ſcripturis antiquis,* & num. 24.
23 *Conſenſus expreſſus an ex temporis diuturnitate præſumatur.*
25 *Præſumptio reſultans ex antiquitate, probationi contrariæ an perimatur.*

QVadrageſimoquintò quæro pro intellectu iſtius materiæ, an præſumatur licentia Regalis ad maioratum faciendum & mandatum? Et ſiquidem actus & maioratus eſt nouus & recens, expeditum eſt, quod licentia non præſumitur, niſi de ea † conſtet; quia eſt quoddam factum & ſolemnitas, quæ non præſumitur, niſi appareat: *l. quicunque*, §. *vlt. ff. de publican. l. vlt. C. de fideicom.* cum *concord.* 1

Maius dubium eſt, quando factum eſt antiquum, & maioratus, ſuper quo contenditur? in quo (ſi credendum eſt Bald. *in l.* 2. *num.* 2. *C. ſi ex falſ. inſtr.*) videtur, quòd ex nulla temporis diuturnitate maioratus præſumatur: quia *ibi* Bald. dicit, quòd vbi mandatum requiritur, non præſumitur interueniſſe, † etiam ex curſu mille annorum. Et doctrinam Baldi ſequuntur Alexand. *in l. ſciendum, num.* 19. *ff. de verborum obligat.* & *in conſ.* 1. *lib.* 4. *num.* 13. vbi Gloſ. Pariſ. *in addition.* plures refert, cui adde Iaſ. *in conſ.* 140. *incipient. Communitas, lib.* 4. Decium *in conſ.* 36. *num.* 5. & *in conſ.* 215. *In cauſa vertente, num.* 2. Gigantem *de penſionibus, quæſt.* 48. Vantium *in tractatu de nullitate, tit. de nullitate ex defectu mand.* 2

num.59.pag.440 & tit.quibus modis ſententia nulla defendi poſſit,num.92.pag.779. Mandoſium *in conſilio 92. num.11.* Curtium Seniorem *i. conſ.49 num.21:* qui hoc tradit in mandato Principis: & legendus eſt idem Vantius *in tit.ex defectu iurisdictionis ordinariæ, num. 11. pag.226.* Rebuff. *in tractatu de nominatio.quæſt.14.num. 168.* Hippolytus *ſingulari 323.diuturnitas*, vbi alios refert, Boër. *deciſ.281. Præſupponitur, num.15.& 16.* & eſt ſingulare ſecundùm Curtium *in l.1.num.60. C. qui admitti*: Bernard. Diaz de Lugo *in regul.451. Mandatum.* Aymonem *de antiq.tempor.part.2.verſ.ex præmiſſis, num. 59. folio 113.* & eſt communis opinio ſecundum Cagnolum *in l.velle non creditur,num.18.ff. de regul.iuris,* & Bilbum *in tractatu de præſcription.part.13. part.principa.quæſt.10. num.30.* & Sebaſtian. Vantium *in tractatu de nullitate ſententiæ,in rubr.de nullit.ex defect. inhabili, num.59.* & *60.pag.364.* & alios refert etiam Tiraquel. *in tractatu de præſcription. §.1.pag.56. in verſ. contrarium tamen*: & hæc ſententia confirmari poterat ex aliis pluribus,quæ omitto: Gomeſ. *in tractatu vtriuſque ſignatur.* qui eſt in libro Staphilæi *de literis gratiæ,pag.518.* vbi tamen limitat,quando in actu antiquo mandatum enuntiatur,quam limitationem tradunt Hieronym. de Monte *tractatu de finibus,cap.105.num.* 4. Anton. Gabriel *lib.2.commun.opinion. tit. de procurat. concluſ.9. num.9.* Vantius *in d. loc. num. 92.* Natta *in conſ.669.num.1.* & alij, quos citat Burſatus *in conſ.150. num.35.lib.2.* & legendus eſt Ioan. Gratian. Falcon. *regula 144.num.24.* Auguſt. Beroius *in conſ.65.num.148. lib.1.* Maſcardus *in tractatu de probationibus lib.3. concluſ.1181.num.13.* & *concluſ.1297. num.33.* Bernard. Diaz & Salzedo *regul. 451.* Et materiam & punctum tractat nouiſſimè & latè Bertazol. *in tract. de clauſulis, clauſ.5.gloſſ.n.3.fol.43.*

Et quòd tempus octoginta & nouem annorum non
3 dicatur tempus † antiquum in verbis enuntiatiuis, tradit Iacobus Puteus *deciſ.359. num.9.part.2.* per notata à Felin. *in cap.cum cauſam,de teſtibus,* & punctum rectè examinat Proſperus Farinacius *in practica criminal. quæſt.47. num. 113. folio 481.* Ex quibus confirmatur doctrina Auendañ. *in titul. De las exc pciones,num.42. folio 156.* vbi vult, quòd licentia mariti, quæ vxori danda eſt ad contrahendum, non præſumitur ex diuturnitate temporis, niſi ſit immemorialis; oblitus eſt de Roderico Suarez *in tit. De las deudas,verſic.ſed pone quæſtionem quotidianam,* in illis verbis: *eſt verum quod maius dubium folio 57. colum.1.* vbi hoc latè diſputat: & quod ſcribit Auguſtinus Beroius *in conſ. 65. num.142. cum ſequentibus lib.1.* vbi per hoc reſolvit, quòd etiam ex diuturnitate temporis non præſumitur data commiſ-
4 ſio, etiam in delegato † Cardinali, quod eſt notandum ad plures cauſas maioratus, in quibus reperiuntur diſpenſationes legitimando filios conceptos ante conceſſam & executam diſpenſationem, quod etiam tradit Pariſ. *in conſ.112. n.135.lib.2.*

De qua materia quia quotidie verſatur in practica in litibus maximi momenti, qui radicitus ſcire cupit, legat vltra plura quæ citat Falcon. *regul. 290.* Aufrerium *quæſt.463.* Gloſ. Pariſ. *in addition.ad Alexan.conſ. 106.num.17.lib.2.* Grammat. *deciſ.36. num.26.* Ægidium à Bellamera *deciſ.183.* Iaſo *conſ.104.lib.1.* Deci. *in cap.conſtitutus,num.6.folio 313.de appellat.* Rebuff. *in Concordant. §.1.verſic.ſtatuimus. pag.192.* Vantium *de nullita.titu. ex defectu iuriſdictionis, num. 17. pag. 228.* & *tit.quibus modis ſententia nulla defendi poſſit, num.40.pag.744.* Menoch. *conſ.100. num.78. lib.1. & conſ.246.num.78.lib.3.* Burſat. *conſ.29. num.15.* Bellam. *deciſ.627. & 635.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ.104.* Anton. Gabriel *tit.de probat. concluſ.3. per totam*, Maſcardus *in tractatu de probation.libro 1.concluſ.140.num.1. cum ſeqq.fol.109.*

5 Sed hæc ratio non eſt tuta nec firma, † & plerique tenent contra *Bald.* præcipuè ipſemet Bald. contrarium tenet *in conſ.287. In primis videndum eſt,colum.penult. verſ.quoad ſecundum,lib.3.* Purpurat. *in authen.ſi quis in aliquo documento,num. 56. C. de edendo,* & alij plures, quos refert Tiraquell. *in prædicto loco, verſ. 31.* ſed & Aymo *vbi ſupra,* ſequitur hanc ſecundam opinionem, licet primam *Baldi* opinionem fateatur communem eſſe: & plures citat Anton. Gabriel *lib.1. communium opinionum,tit.de Procurator. concl.1.pag.122.tom.2.* & idem Aymon. *in conſ.317. num.1.* & Baldi dictum verum non eſt, vt teſtatur Oſaſcus *deciſione Pedemontana 39.num.22.* Et materiam tractat idem Vantius, qui quaſdam ponit declarationes *in dict. tractatu in tit. quibus modis ſententia nulla d fendi poſſit, num.91.* & *d.num. 92.pag.779.* & punctum etiam reſoluit Ioan. Gratian. *reg.144.num.24.* vbi hoc refert, & Maſcard. *in tractatu de probation. lib.2. concl.1006.num.42.cum ſeqq. folio 272.* & Menoch. *in tractatu præſumption.lib.2.præſump. 33.num.14.16. & 17.pag.149.* & *lib.5.præſumpt.132. num.45.cum ſequentibus*, Hippolyt. *ſingul.323. diuturnitas temporis*, & Curtius *in conſ.76.num.2.3. & 6.* tenet contra Bald. *in d.l.2.C. ſi ex falſ.inſtrumen.* dicens, quod ibi locutus fuit ex capite: & Ioann. Guttierr. *conſil.28. numero 13* opinatur doctrinam Baldi *in d.l.2.* non procedere, quando inſtrumentum narrat aliquem facere mandato alterius: quia tunc concurrente antiquitate mandatum præſumitur, & in limitibus poſitis virtute ſententiæ arbitrariæ præſumitur, quod habuerunt mandatum ob antiquitatem illi, qui terminos mandati poſuerunt, vt ex doctrina *Baldi* & aliorum tradit Meſſia ſuper *l.Toleti,par.3.fundamen.1. num.3.folio 5.* qui alia priuilegia antiquitatis cumulat. De qua materia legi debet Valdes *in addition. ad Suarez in leg. 13. tit. 13. De las deudas, pagina 43.* & Gozadin. *in conſ. 73. num.23.*

Sed quicquid ſit de iſta *Baldi* opinione, in propoſito noſtræ quæſtionis dici poteſt, quod licentia ad faciendum maioratum ex temporis curſu, & diuturnitate † 6
præſumitur. Quod probatur ex diſpoſitione *l.41. Taur.* vbi maioratus *primò* probatur per Regalem licentiam datam ad faciendum maioratum, & *ſecundò* per præſcriptionem immemorialem, ſecundum formam, quam *d.ex* latius tradit. Et faciunt quæ ſcribit Anton. Gama. *deciſ. 83.* Maſcard. *in tract.de probat.lib.3.concluſ.1317.* quomodo ex antiquitate præſumitur ſolemnitas extrinſeca. Præſumit igitur lex maioratum eſſe conſtitutum Regali licentia propter temporis antiquitatem. Sed licet ex ratione *prædicta legis* aliqualiter iſta concluſio colligatur, non admodum conuincit ad deciſionem noſtræ quæſtionis: cum præſcriptio immemorialis in omnibus magnam habeat vim, vt latiùs probo *in 4. part. huius operis,quæſt.20.à num.48.cum aliis.* Et conſuetudo, cuius initij memoria non eſt in contrarium, † habet vim 7
primilegij, & operatur idem quod Principis licentia: *l. 3.§.ductus aquæ, ff. de aqua quotid.& æſtiua. cap. 1. de præſcript.in 6.* cum *concord.* vt per Epiſcop. Couarru. *in cap.cum in officiis,num.9.in medio folio 58. de teſtament.* Cui conuenit, quòd licet conſenſus Regius non præſumatur interueniſſe etiam ex diuturnitate temporis, fallit, niſi ſit tempus immemoriale, vt per Matth. de Affli. *in tit.ſi de feudo fuerit controuerſ. §.ſin autem, num.43.* quem citat Ioſephus Maſcardus *in tractatu de probatio. lib.1.concl.417.num.11. folio 255.* & prius *concl.416.* qui in illis locis plura ſcribit, quando & in quibus caſibus præſumatur conſenſus Papæ, vel Regis, propter antiquitatem? ad quos addo Menoch. *in tract.de præſumpt.lib.1.q.48.n.26.*

Secundò pro iſta ſententia facit, quia generale eſt, quòd authoritas tutoris in alienatione rei minoris; & tractatus Capituli, & conſenſus ſolemnis, & aliæ ſolemnitates Eccleſiaſticæ præſumuntur in alienatione rerum Eccleſiaſticarum † ex diuturnitate temporis, vt 8
docet inter alios Bartholom. Socin. *in conſ.15.col.14. lib.1.* & Decius *conſ.341.num.13.* Rebuf. *in tractatu de alienatione rerum Eccleſiæ,num.38.pag.74. omnium tractatuum*, Doctores *in cap. ſicut de re indica.* & *in cap. Albericus,*

Albericus, *de teſtib.* Riminald. Senior *conſ.16. num.13. lib.1.* & alij plures, quos citat Ioſeph. Maſcard. *in tract. de probat.lib.1.concl.75. & lib.3.concl.1317.n.15.folio 262.* In qua concluſione *n.1.cum ſeqq.* plura ſcribit pro confirmatione eorum, quæ hic tractantur: & *concluſ. 1324.n.5.cum ſeqq.eodem lib.3.& concl.905.lib.2.* Simon de Præt. *lib.2.de interpretand.defunct.voluntate interpret. 1.dubit.2. ſolut.2. num.85. folio 118.* Et hæc fulciuntur ex penè infinitis virtutibus, quibus antiquitas potitur, quæ ad propoſitum huius quæſtionis cumulantur per Tiraquel. *in d.tract.de præſcript.* præcipuè *à pag.24. vſque ad pag.80.* ex quibus cognoſcitur quàm vera ſit hæc ſententia, & aliis, quæ ſcribo *in 4.part.quæſt.20.* Et Tiraquel. *in d.loco,pag.49.* adducit ſingulare conſilium Bart *inter conſilia Bald.in conſilio 400. In Epiſcopo,col. 2. lib.4.* dicens, quòd inſtrumentum defectiuum cum curſu diuturni temporis, facta eorum obſeruatione, plenè probat. Et teſtamentum Cardinalis, in quo licentia Papæ requirebatur, ex diuturnitate præſumitur, vt ex aliquibus ſuperioribus fundat Aretinus *in conſilio 36.* quod confirmat Decius *in conſ. 409. Viſo conſilio,nu.1. cum ſeqq.* Ludouic. Gozadin. *in conſ.41.n.4.& 5.* Et pro iſta ſententia plura ſcribit Lambert. *de iure patronatus, libro 1. artic. 7. 2. quæſt. principal. folio 14. nu-*
9 *mero 3. cum ſequantibus.* Et quòd in antiquis † ſufficiant leuiores probationes, & ſufficiant indicia & præſumptiones, probatur *in l.cenſus*, & *in l.monumenta,ff. de probat.* tradunt Decius *in conſ. 146.n.14.* & alij plures Doctores, quos citant doctiſſimi & diligentiſſimi Menoch. *de arbitrar.iud.lib.2.caſu 115.* Ioſeph. Maſcar. *in tract.de probat.d.lib.3.dict.concl.1224.n.3. cum ſeqq. folio 155.* Simon de Prætis *lib.5.de interpr.defunct.vol. dubit.4.& vltim. n.223.cum ſeqq.folio 548.* Ex quo fit
10 quòd in probanda † affinitate antiqua, ſufficit probatio per indicia & præſumptiones, *cap.licet ex quadam, de teſtibus,* vbi Doctores: Lappuss *allegatione 94. num.3.* Menoch. *in tractatu præſumpt. lib.1. quæſt.48. num.13. pag.61.*

Circa hunc tamen punctum, & quæſtionem, multa dubia contingere poſſunt, quæ decidi debent ex his quæ ſcribunt Tiraquel. & Epiſcop. Couarr. *in practicis quæſtion.q.21.n.7.* quibus adde Roder. Suar. *in l.quoniam in prioribus,limit.11.pag.181. in 1.dub.n.1. C. de inoffic. teſtam.* & *in legib.fori.tit. De las deudas.fol.117.col.2.* vbi latè agit, quemadmodum propter antiquitatem præ-
11 ſumatur licentia mariti † ad vxorem, & Ioan. Lopi. *in l. 57. Taur. fol.117.* Auendañ. *in tit. De las excepciones, n.41.fol.156. col.2.* & *in Dictionario in verb. Otorgamiento,fol.197.col.1.* Didacus Valdes *in addit.ad Roder. Suar. in tit. De las deudas, pag.43.* qui plura refert, Anton. Gabr. *lib.1.commun.opin. tit.de præſumpt.conel.1.num.11. cum aliis,pag.15.* vbi inter alia plura *num.15.* tradit ad propoſitum, quòd ex diuturnitate temporis præſumitur diſpenſatio ex Ancharran. *conſ.117. in fine.* Sarnel. *in regul.de triennq.10.* Abbas *in cap.licet Heli,de ſimonia,* Feli. *in dict.c.ſicut, de re iudic.* & *in cap.illud,de præſumpt.* & aliis, quæ citat. De quo vide quod ſcribo *in 4. parte quæſtione 20.*

Ex quibus remiſſionibus intelliges, quid agendum ſit, vbicunque non reperitur niſi exemplum licentiæ Regiæ: & quid quando in aliqua ſcriptura enuntiatum ſit, & fiat relatio Regalis licentiæ, & aliæ conſimiles quæſtiones decidi poſſunt in practica: quibus iunge Thomam Grammat. *deciſ.79.n.21.pag.381.* & Alexan. *in conſ.11.n.20.lib.4.* vbi Gloſ. Pariſ. & *in conſ.17.nu.8.* vbi eadem Gloſ. Pariſ. *eodem libro,* & notabiliter *in conſ.*
12 *150.n.8.lib.6.* vbi tradit, an in antiquis credatur † ſcripturæ & priuilegio Regis ſine ſigillo? & vide eum, vbi *Gloſ. Pariſ.* notanter *in conſ.219.n.13. eodem libro.* Aymo *conſ.211.col.2.* Pari. *conſ.114.lib.1.* Cephal. *conſ.152. n.5.lib.2.* Menoch. *in tract.de præſumpt.lib.2.præſumpt. 80.num.1.* Ioſeph. Maſcard. *lib.2.de probat.concluſ.711. folio 75.*

Nec his obſtat ſententia Baldi *in d.l.2. C. ſi ex falſ. inſtrum.* (quia vt omnes fatentur *in præallegatis locis*) ſpeciale eſt in mandato: in licentia verò contrarium eſt dicendum, licet Tiberius Decian. *reſpon.4.n.14. lib.1.* dicat, quòd communis eſt opinio, quòd in illis, quæ ſunt maximi præiudicij, licentia non præſumitur ex curſu temporis, per notata *in l.penult.C.commun. diuidun.* & per Gloſ. & Bart. *in l.cum de in rem verſo,ff. de vſur.* & *in diſput.incip. Quadam mulier*: & *in l.1.§.vlt.ff. de aquæ pluuia arcend.* & *in c.peruenit,de cenſib.*

Vnum tamen aduertendum eſt, quòd ad hoc, vt propter antiquitatem temporis præſumatur data licentia ad faciendum maioratum, requiritur quòd ſit factum non minoris temporis, quàm † centum annorum, quia 13
tempus antiquum dicitur quando agitur de facto, quod præceſſit annos ab hinc centum, ſecundùm Innocen. *in cap.veniens,de verb.ſignific.* Speculat. *in tit.de probat.§. 1.verſ.& nota,* Imolam *in c.veniens,in principio de teſtib.* & *in l.2.§.1.ff. de aqua pluuia arcenda,* & eſt communis opinio ſecundum Alexan. Corneum, & Iaſon. *in l. admonendi.ff.de iureiur.in repet.num.246.* & Decium *in conſ.13.n.8.* & Gloſ. Pariſ. *in conſuet. Pariſ.tit.1.de mater.feud.§.5. n.63.folio 81.* & eundem Decium *in c.12. n.18.de appell.fo.274.* Iaſo *conſ.81.lib.1.n.3.* & plures citat Michaël Graſſus *lib.1.commun.opin.c.5.q.35.pag. 66.tom.3.commun.opin.* & eſt communis opinio ſecundum D. Anton. de Padilla *in l.3.C.de diuerſis reſcript.n. 15.pag.84.* Iaſ. *in conſ.148. n.8. & 9. lib.4.* quem citat *deciſio Pedemont.* Oſaſci *174.n.8.* vnde dicit Alexan. *in conſ.139.n.9.cum duob.ſeqq.lib.6.* quòd non ſufficit ei, qui vult venire ad ſucceſſionem aliquorum bonorum ex ſubſtitutione fideicommiſſaria, docere per famam antiquam, quæ ſit minoris temporis, quàm centum annorum, quòd ea bona erant in bonis illius, cui ſuccedere prærendit; quia niſi ſint præteriti † centum anni, 14
non eſt tempus antiquum. Quod eſt notandum ad ea quæ ſcribo *in 4. part. huius operis,quæſt 20. cum ſeqq.* & communem opinionem ſequitur idem Alexan. *in conſ. 218.n.12.lib.6.* & *conſ.94.n.9.lib.7.* & *101.n.17. eodem libro,* tradit Ioan. Guttier. *conſ.1.n.5.* Anton. Gama *deciſ. 31. n.3.* & eſt communis opinio ſecundùm Socin. Iun. *in conſ.56.n.19.& 20.lib.2.* Aymon. *in tract.de antiqui. tempor.par.1.n.2.* vbi iſtum articulum latè & reſolutiuè ſcribit, & Epiſcop. Couar. *in pract.quæſt.c.21.n.7. verſic. Secundus caſus,* & prius *n.5. verſ. Quartus caſus,* Aluar. Valaſc. *de iure emphyteut.part.1.quæſt.19.* Iacobus Put. *deciſ.209.num.6.lib.2.* & tradit Ioan. Garcia *in tract. de nobilitat.gloſ.37.folio 355.* & plures citat Farinac. *in tract.de relictis,c.47.n.112.fol.481.*

Licet aliqui reſoluant, quod cum temporibus noſtris breuior ſit vita hominum, quàm olim, eſt Iudicis, arbitrari debere, † an ſufficiant anni quadraginta, vt 15
ſcribunt Alexand. *conſ.187. num.12. & conſ.4. num.12. lib.2.* & alij, quos citat Pariſius *conſ.104. num.23.lib.1.* Iacob. Albenſ. *conſ.83. num.10.* Syluan *in conſ.57.n.20. lib.1.* qui citat Aretin. & Dec. Iaſ. *conſ.114.col.4.5. & 6. lib.1.* Franc. Viuius *tom.1. commun.opinion.lib.2.opinione 144. pag.454.* Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.2. caſu 3. num.1.* qui tamen ſeptem opiniones refert, quem citat Burſat. *conſ.93. num.4. lib.1.* & tradit Azeued. *in proœmio lib.6.tit.2. Recopilat.num.224. folio 43* Aluar. Valaſc. *in tractat.de iure emphyteut.quæſt.9.num.22.fol. 61.* Portius Imol. *in conſ.39. num.34.* Tiberius Decianus *reſpon.18. numero 210. lib.1.* Maſcard. *in tract.de probationibus lib.1.concluſ.411. num.7. & 8.* in quo loco legenda ſunt plura ad iſtam quæſtionem conuenientia, quæ citat Menoch. *in tract.de præſumpt. lib.2.præſumpt. 80. num.3.* ¶ Et quod filiatio vltra † ſexaginta annos 16
habeatur pro antiqua tradit Iacob. Put. *deciſ.418.num.2. par.2.* quod eſt notandum pro litibus Nobilitatum, & ad ea quæ ſcribo *par.2.q.7.* & addo Ioſeph. Maſcard. *in tract.de probat.lib.3.concl.1373.fol.322.*

Præterea, Iudicis arbitrio relinquitur, quod tempus in ſententia dicatur antiquum, † vt tradunt poſt alios 17
Dec. *in cap.cum ſit,num.19. de appellat.* Beroius *in cap.*

quoniam

quoniam contra, num.252.de probat. Aymo *in tractatu de antiq.tempor.2.princip.n.37.*& alij,vt per Menoch. qui hoc diſputat *de arbitrar.iudic.lib.2. centur.1.caſu 4.num.6.pag.152.* Cephal. *conſ.443.num.14.cum ſeqq. lib.3.*Menoch.*de retinend.poſſeſſ.remed.5.num.599.pag.* 226.Maſcard.*in tractatu de probationibus, lib.1. concl.* 304. *num.* 4. *folio* 240. quod etiam latiſſimè tradit Simon de Prætis *d.lib.5. de interpretand.defunct.volunt. dubit.4.& vltima,num.232.folio* 549. Burſat.*conſ.151. num.31.lib.2.*¶ Et quòd in probanda filiatione tempus
18 ſexaginta annorum † non dicatur antiquum, tradit Iacob.Put.*deciſ.518.n.2.par.2.* & Rota tenuit,quod anni nonaginta & nouem faciunt tempus antiquum ad probationem vnionis,vt per Iacob. de Put. *deciſ.206.num. 6.par.2.*

Lectores etiam animaduerto de quadam ſingulari concluſione,quòd quando conſtat de iuſtitia poſſeſſionis illius, contra quem agitur, non ſufficiunt etiam in antiquis coniecturales probationes, & præſumptiones;
19 ſed requiritur plena & † concludens probatio: ſecundum Innocen.& alios, *in cap.cauſam,quæ de probation.* & confirmat latè Bartholom. Socin. *conſ.194.lib.2.* de quo legenda ſunt quæ ſcribo 4.*part.quæſt.* 20.*num.*56. Et an quando agitur de fide danda alicui ſcripturæ antiquæ,ſit inſpiciendum principium litis,reſoluit Iacob. Puteus *deciſ.359.num.6.lib.2.*quod quotidie contingit. Quod confirmo, quia teſtes deponentes ſuper conſanguinitate in antiquis,debent † deponere de auditu ante
20 litem motam; vt probatur *in cap. licet ex quadam*, vbi Gloſ.& Abb.*de teſtibus,*cum *concordan.*vt per Roman. *ſingular.753.*Maſcard.*in tract.de probat.lib.1.concl.69. num.6.fol.72.concl.410.num.4.folio* 249.Anton.Gabr. *tit. de teſtibus, concl.* 3. *num.*4. *pag.*37. quod extendit Maſcard. *in loco citato,*quòd non ſolùm tales teſtes nihil probant, ſed neque aliquam præſumptionem faciunt, ſecundùm Decium *in conſ.* 82. Aymon. *de antiquit.tempo.part.1.cap Viſo de fama,num.6.* ad quæ addo notabilem *legem vltimam, tit.* 9. *par.* 5. Et quòd licet mandatum non præſumatur ex diuturnitate temporis,
21 † qualitas tamen mandati præſumatur, tradunt Dec. *in conſ.442. num.*1. Natta *in conſ.102.num.*2. Cephal. *in conſ.378. num.* 60. *lib.*3. Et qualiter poſſeſſio antiqua reconualidet priuilegium, tradit Menoch. *in conſ.*112. *num.*52. *&* 65. Pro quibus facit reſolutio à me tradita *in* 4.*par.iſtius ope.is,quæſt.*20.*num.*260.vbi probatur ex Gloſ.*in l.talis ſcriptura.ff. de legat.* 1. & aliis pluribus, quòd facilius probatur qualitas,quàm ſubſtantia.

Et quanta fides ſit danda ſcripturis antiquis,† latiſſimè tradit Additio Matth.de Affli.*in deciſ.* 368.*fol.*89. Et quòd conſenſus etiam expreſſus præſumatur ex diu-
22 turnitate temporis,† eſt communis opinio authore Anton. Gama *deciſ.* 168. De quo legendi ſunt Auendañ. Matienç. Azeued. quos citat Additio Mennæ *in deciſ.* 144.& de ſcripturis repertis & poſitis in locis publicis, legi debet Menoch.*in tract.de præſumpt. lib.*2.*præſump.* 59.*n.*1.*pag.*184.*ibi pag.*184.Oſaſc. *deciſ.Pedemontan.* 69.Conar.*in pract.cap.*22.*n.*9. Maſcard. *in tract.de probat.lib.*1.*concl.*399.*n.*2.Oſaſc.*deciſ.Pedemont.*60. Et de
23 ſcripturis antiquis † legi debent Nicol. Boër. *deciſ.*36. *num.*18. Celſus *in conſ.*108.*n.*6.Ioſeph.Ludouic.*deciſ.* 115.*num.*8. Gregor. Lopez *in l.*115. *tit.*18. *part.*3.*in gloſ.*in verbo.*No deue valer.*Bartholom. Socin. *conſilio* 187.*num.*10.*lib.*2.Viuius *in commun.opin.lib.*2.*pagina* 462.& quod præſumptio quæ reſultat propter antiquitatem † perimatur probatione contraria, tradunt Abb.
24 *in conſ.*61.*col. vlt.lib.*1. Menoch. *in tract.de præſumpt. lib.*1.*q.*31.*n.*3.

QVÆSTIO XLVI.

Si teſtator redimat rem, quam ſemel alienauerat, & prius habeat de ea factum maioratum, an confirmetur iterum maioratus.

SVMMARIVM.

1 *Libertas legata ſeruo,qui poſtea fuit alienatus,per redemptionem à domino factum reuiuiſcit.*
2 *Quæſtionis definitio,* & n.3.
4 *Melioratio facta filio in teſtamento de reſiduo Quinti, an videatur reuocata per aliam meliorationem factam alteri filio per viam donationis inter viuos.*

QVadrageſimoſextò ſcimus, quod ex diſpoſitione *l. fideicommiſſa,*§.*ſi rem.ff.de legat.*3.*&* §.*ſi rem,Inſt. de legat.*& *l.rem legatam,ff. de adimend.legat.* & *l.*17. *tit.*9.*part.*6.cum *concordan.*ſi teſtator alienat voluntariè rem legatam, cenſetur legatum reuocare. De quo egimus *in quæſt.*43.*ſuprà,eodem, num.*50. Pone igitur quod quis fecit maioratum de aliqua re, quam poſtea voluntariè alienauit nulla neceſſitate cogente; & poſt alienationem factam, illam redemit, & tranſtulit in ſuam poteſtatem; quæro,an ex hoc maioria iterum reconualeſcat,& vires ſumat de integro? In qua quæſtione difficultatem facit text.*in l.verum, ff. de manumiſſ. teſtamen.* vbi probatur, quòd ſi legata fuit libertas ſeruo proprio, qui poſtea fuit alienatus, & ſic fuit tacitè reuocata libertas,ſi poſtea teſtator illum redemit, libertatis legatum † reaſſumit vires,& ſeruus remanet liber; & eſt ſimilis text.loquens in inſtitutione, *in l.quoties,* §. *ſeruus cum libertate.ff.de hæredib. inſtit.* Et hæc & alia ſimilia adduci poſſunt pro iſta ſententia.

Quibus non obſtantibus, contrarium in noſtro propoſito † ſuſtentari poteſt: quia ratio quare ex alienatione voluntaria rei legatæ, vel ex donatione legatum reuocetur, illa eſt, quia videtur teſtatorem pœnituiſſe legati,quod fecit in fauorem legatarij: & ideo quando rem legatam alienat ex cauſa neceſſaria, non cenſetur legatum reuocatum, quia teſtator id fecit potius neceſſitate coactus, quàm ob id, quòd eum pœniteat legati: ſecundum mentem iurium, quæ *ſupra* citaui, vbi DD. tradunt. Quare poſtquam teſtator voluntariè alienauit rem, de qua fecit maioratum, videtur tacitè reuocare maioratum, & quòd eum pœniteat legati. Et hæc ratio militat etiamſi teſtator habeat rem, quia ſi illam rem habet,non eſt ad redintegrandum legatum, ſed propter alios fines: & ideo ſi noua voluntas non ſequitur, illa, quæ interfuit in alienando rem,eſt ſeruanda.

Nec obſtat his text.*in d.l.verum;* & *in d.l.quoties,*§. *ſeruus*, † quia ſpeciale eſt in libertate; & pia Cauſa, quòd ſi teſtator redemit rem,quam alienauerat,& prius legauerat, quòd legatum reaſſumit vires ſuas. Et ita illum text.*in d.l.verum,*intelligunt Bald.Angel.Paul. de Caſtr.& Iaſo. *in l.qui poſt teſtam.C.de legat.* Roman.*in authent.ſimiliter, in* 23. *ſpeciali, C. ad l.falcid.* & alij, quos refert Tiraq.*in tract.de pia Cauſa,in* 40.*ſpeciali,& 41.ſpeciali,*vbi citat Bart.*in conſ.*26.*Teſtator in teſtam.* dicentem; quòd ſi teſtator mandat conſtrui Eccleſiam in tali domo,quam poſtea alienat,nec redimit,non extinguitur legatum; ſed eſt conſtruenda Eccleſia in alia domo,ſi fieri poteſt; & ſi non conſtrui poteſt in eo loco, in alio eſt ædificanda: & hanc ſententiam adiuuat text.*in l.cum ſerius,ff.de adimen.legat.* & quod ſcribunt Hier.Gabr.*conſ.*103.*n.*13.*&* 14. Franc.Mantic. *lib.*12. *de coniect.ment.defunct.tit.*6.*n.*6.*pag.*598.& iſtam opinionem,quam ego teneo in hac quæſtione,videtur amplecti Greg.Lop.*in l.*4.*in gl.in ver. Deſataſſe,tit.*9.*p.*6.

Et an hæc procedant in legato dotis, quod eſt pium? &

& an melioratio facta filio in teſtamento de reſiduo
4 Quinti, videatur reuocata † per aliam meliorationem factam alteri filio per viam donationis in contractu inter viuos, ſi prima melioratio ſit facta ex cauſa dotis? latiſſimè diſputat noſter Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus, in* 9. *quæſtion. num.*1. *cum ſequentibus, pagina* 221. vbi tractat de negotio, quod in facto contigit, de quibuſdam donationibus factis per quandam dominam Beatricem de Ribera; vide illum, qui notanter loquitur, & agit de intellectu text. *in dict. l. verum, ff.de manumiſſ.teſtament.* & de *aliis concordan.* cuius quæſtionis diſcuſſio hodie modicæ vtilitatis eſt, attento vulgari *cap.dotium*; in quo prohibitum eſt filias meliorare: & in iſta quæſtione addenda ſunt quæ ſcribo *ſuprà,quæſt.*10.*à num.*129.*& quæſt.*44.*à num.*51. *& quæſt.*43. *à num.*57.

QVÆSTIO XLVII.

In licentia data ad faciendum maioratum an requiratur quòd bona exprimantur vinculata.

SVMMARIVM.

1 *Deciſio quæſtionis.*
2 *Speciale eſt in vendatione bonorum ciuitatis,quòd bona debent in licentia declarari,vt vendi poſſint.*
3 *In generalibus ſpecialia inſunt.*
4 *Tantum valet genus reſpectu ſpeciei, quantum ipſa ſpecies reſpectu eiuſdem ſpeciei.*
5 *Princeps cum concedit facultatem ad maioratus inſtitutionem de bonis quæ quis voluerit, an debeant bona ſpecificari,& n.6.*
7 *Expreſſio facta bonorum maioratus in dubio præſumitur,dubitationis tollendæ cauſa.*
8 *Verba adiecta gratiâ augendi legati, non debent reſtringi.*

QVadrageſimoſeptimò quæro, an in licentia Regali ad faciendum maioratum conceſſa, requiratur quòd ſpecificentur bona,quæ vinculantur? Et ſanè cum hoc in Iure cautum non reperiatur, dici
1 poteſt,† quod hæc ſolennitas non requiritur,& ſufficit, quòd generaliter Princeps dat licentiam, dummodo faciens maioratum obſeruet illa,quæ in facultate continentur. Speciale eſt in alienatione rerum ciuitatis,
2 quòd non ſufficit † licentia generalis ad vendendum bona ciuitatis, ſed requiritur quòd bona debeant ſpecificari, ſecundùm Baldum *in rubr.C.de contrahend.empt.* & ita dicit ſe conſuluiſſe: in quo concordantes refert Dec.*in conſ.*142. *num.*8. facit *l.fin. C.de vendend. rebus ciuitatis, lib.*11. & quod notat Bart. *in l. ambitioſa, ff.de decret. ab ordine faciend.* & Lucas de Penna *in l.*1.*C.de diuerſ.prad.lib.*11. & Corn. *in conſ.*76.*præſens conſultatio.lib.*3. Et generale eſt, quòd ſemper in
3 generalibus † ſpecialia inſunt, *l.ſemper, ff. de regul.iur.* Et tantum valet genus reſpectu ſpeciei, quantum ipſa
4 ſpecies reſpectu † eiuſdem ſpeciei, *l.ſi duo, ff. de adminiſtrat.tutor.* cum *ſimilibus*, facit *l.*56.*Taurina*, hodie *l.*3.*tit.*3. *lib.*5.*Recopilat.* & quod volunt Gloſ.& Bart. *in l.ſi longius,* §.1.*ff.de iud.* Iacob.Aretin.Cin.Rainer. Bald.& Fulgoſ.*in l.vltima,* §.*neceſſitate, C.de. bonis quæ liber.* Speculator. & Ioan.Andr. *in tit.de Actore,* §.*ſi. verſ.Quid ſi pater filio,*cum concordantibus ſcriptis per Tiraquellum *in legibus connubial. gloſ.*7.Exprez.*n.*113. *fol.*313. Quæ lex & authoritates docent, poſſe patrem dare licentiam generalem filio, & maritum vxori. Et ſiquis dedit mandatum ad tranſigendum, licèt non dicatur cum *Caio*, vel *Sempronio*, dicitur ſpeciale; ſecundùm Salicetum *in l.vnica, C.per procuratorem in integ. reſti.ui poſſe*, Alexan. *conſilio* 189. *num.*8. *lib.*7. Vant. *de nullitat. tit de nullitat.ſententia ex defectu mandati, num.*96.Menoch.*conſilio* 260.*num.*9.*lib.*3. Et ideo idem eſt quod Princeps concedat alicui licentiam ad faciendum maioratum de bonis propriis, quæ voluerit, ac ſi bona ſpecificet & nominet, † de quibus maioratus fieri 5
debet, facit text. *in l.regula,* §.*vltimo, ff.de iur. & fact. ignorant.* & *in l.*1.§.*cum vrbem, ff.de offic. Præfect. vrb.* & ſunt alij plerique concordantes,de quibus amplè per Tiraquellum *in l.ſi vnquam,in præfatione.num.*116.*cum ſequentibus, pag.*60.*C.de renocand.donation.* Et mandatum dicitur ſpeciale ad vendendum, licèt non exprimantur bona, quæ vendi debent, ſecundùm Bart. *in l. filiusfamilias,*§.*fin.ff.de donation.*notat Dec.*in conſ.*27. *col.*2.& *conſilio* 36.*col.*6.*verſ. Quarto principaliter non obſtat*, cum *concordant.* vt per Aymonem *conſilio* 116. 6
*num.*6. Ex quibus in facto inferebatur,quòd † maioratus valet, licèt quis non exprimat in ſpecie bona, de quibus facit maioratum: ſed generaliter facit vinculum omnium bonorum, quæ habet. Ad quod faciunt quæ ſcribo *ſupra, quæſt.*3. *num.*15. & infra, *quæſt.*49. *num.*5.

Et notandum etiam eſt, quòd ſi quis faciat maioratum exprimendo aliqua bona,& dubitatur an expreſſio ſit facta cauſâ demonſtrationis, vel tollendæ dubitationis,aut cauſa taxationis? In dubio, expreſſio cenſetur 7
† facta cauſa dubitationis tollendæ, vel ex cauſa demonſtrationis,non taxationis; niſi hoc exprimatur, vt clarè de mente appareat; *l.vltima,* §.*Titia, in fin. ff.de libera.legat.* & tenent Andr. de Iſernia *in cap.*1.*col.*1. *quo tempor.miles:* Bart. *in l.Centurio,num* 31. & expreſſius; *num.*39. *ff. de vulgar.* quem ſequuntur Doctores *ibi* præcipuè Iaſ *num.*50. de quo vide quæ refert Gloſ. Pariſienſ. *in conſuetud.Pariſienſ.p.*1.§.6.*gloſ.*2. *num.*3. *fol.*86. vbi inter alia citat Paul.de Caſtr. *in conſ.*338. *Quia exceptiones,col.*2.*in fin.lib.*1.vbi ponit Theoricam quando verba ſtent demonſtratiuè,& quando taxatiuè; & *part.*2.*q.*12. quod etiam conducit ad ea quæ ſcribo *in q.*10.*ſupra, in hac* 1.*parr.* Et de materia legenda ſunt quæ ſcribo *in* 2. *part. in fin.* quibus addendum quod ſcribit Baldus *in l.de quibus,col.penult. ff.de legibus*, vbi inquit, quòd quando plura habent eandem rationem, licèt de vno fiat mentio, videtur fieri gratiâ exempli, & non reſtrictiuè. Sequuntur Alexand. *conſilio* 75.*n.*4. *lib* 5. Roland. *conſilio* 38. *num.*49. *libro* 4. Ad quod etiam facit, quòd verba, quæ ſunt adiecta gratiâ augendi legati, † non minuendi, non debent reſtringi, *l.ſicut ſeruus, in principio, ff.de legatis* 1. *l.ſi mancipia, ff. de fund. inſtru.* & volunt Angel. *in l. nulla, num.*4.*ff.de legibus,* & alij, quos citat Franciſcus Mantica *lib.*9.*de coniecturata mente defuncti, tit.*3. *num.*18. *pagina* 591.

QVÆSTIO XLVIII.

Mulier ſi dedit facultatem marito, vt pro ea poſſit facere maioratum, vel meliorationem, intra quantum tempus id exequi teneatur? & aliæ ſimiles quæſtiones circa hoc.

SVMMARIVM.

1 *Electio hæredis incerti ex certis non eſt captatoria.*
2 *Executor ſi intra annum non eligat, an ad Epiſcopum electio deuoluatur? refertur quædam ſententia. Contraria, num.*3.*&* 4.
5 *Conditio aliqua ſi eſt verificanda, an currat tempus à lege, aut à teſtatore executoribus datum.*
6 *Quæſtionis deciſio.*

7 *Intellectus ad* leges 31.& 33.Taurinas,& n.10.
8 *Præcedentia declarant sequentia.*
9 *Argumentum à duabus legibus simul iunctis licitum est.*
11 *In casu* legis 33.Taurinæ *non admittitur purgatio moræ.*
12 *Tempus vbi à lege statuitur, non admittitur purgatio moræ, & n.23.*
13 *Consanguineus qui vult rem venditam retrahere, non potest moram purgare.*
14 *Mora an possit aliquando purgari, & nu.16.*
15 *Intellectus ad* l.52.Tauri.
17 *Alia resolutio quæstionis; & an idem procedat in marito qui vxori commissionem dedit: & nu.18. & 19.*
20 *Contractus dicitur perfectus, si habet substantialia requisita.*
21 *Testator an possit prorogare tempora statuta per* l.33. Taurinam.
22 *Contractus factus per mulierem sine licentia viri, est ipso iure nullus.*
24 *Morosi transacto tempore amittunt eligendi facultatem.*
25 *Commissarius virtutè commissionis potest eligere filium dignum ad melioriationem, omisso digniore.*
26 *Omnia nostra facimus illorum, quibus authoritatem nostram impartimur.*
27 *Actus attribuitur non exequenti, sed ordinanti.*
28 *Pater an possit in conscientia facere melioriationem in filium dignum omisso digniore? refertur quædam sententia. Contraria, nu.32.33.& 39. Resoluitur, nu.35: Et an honorare filium sibi magis gratum, nu.29. Et an èligere filium minorem dignum; excluso maiori, nu.32.*
30 *Eligentes indignum peccant.*
31 *Deo magis quàm proximo gratificari debet. Et magis quàm patriæ, nu.40.*
34 *Vir & fœmina si in præsentando discordent, votum masculi præfertur.*
35 *Nulli pater facit iniuriam vtendo facultate ei à lege concessa.*
36 *Qui authoritate legis peccat in iure, peccare non dicitur.*
37 *Sententia secundùm ius, confirmatur.*
38 *Ad Capellæ administrationem dignum eligere sufficit.*
41 *Mater si faciat maioratum in filium, quem pater elegerit, si nullum eligat, ratione consuetudinis maior electus videtur. Authoris sententia, nu.44. & nu.45 Et resoluitur, nu.94.*
42 *Pactum si fiat in contractu matrimonij, quod pater filio primogenito dabit tale castrum, seu alteri ex primo matrimonio; si pater moriatur nulla declaratione facta, pertinet ad primogenitum.*
43 *Nomina Dignitatum secundùm patriæ consuetudinem interpretanda.*
46 *Voluntas testatoris secundùm leges præsumitur.*
47 *Stipulator se cum iure communi conformare videtur.*
48 *Maioratum si quis simpliciter faciat, præfertur filius minor fœminæ maiori.*
49 *Fideicommissum recipit interpretationem à consuetudine patriæ.*
50 *Ad stylum in interpretandis clausulis instrumentorum an recurrendum.*
51 *Consueta apponi in contractibus, habentur pro appositis,& n.52. Et quid in concessione feudi, nu.54. Quid in successione, num.60.*
53 *Tabellio apponere potest clausulam hypothecariam, etiam si nihil dicatur per contrahentes.*
55 *Maioratus præsumitur datus cum natura & conditionibus maioratuum.*
56 *Abbates iurantes non alienare bona Ecclesiæ absque licentia Sedis Apostolicæ, an possint alienare bona dari solita in feudum, vel emphyteusim.*
57 *Non præsumitur de mente concedentis ad insolitum progredi.*
58 *Ex qualitate & natura contractus subintelligitur persona extrinseca.*
59 *Debitor ratione consuetudinis tenetur facere creditoribus instrumentum guarentigium.*
60 *Quod omnibus aut pluribus placet, aliis eiusdem conditionis hominibus placere videtur.*
61 *Valet argumentum ab vsu testatoris.*
62 *Clausulæ primogeniorum Hispaniæ interpretandæ sunt secundum communem Hispaniæ consuetudinem.*
63 *Inuestituræ verba debent intelligi secundùm naturam feudorum, & materiam de qua agitur, n.63.*
64 *Testator an voluerit conseruare agnationem, regionis consuetudo, & mos inspiciendus.*
66 *Vsus & consuetudo succedendi inter transversales attenditur in successione primogenituræ.*
67 *Pater si dixerit, quod omnia bona quæ habeat, essent maioratus; & morte præuentus aliquid non ordinauit; si filius maior decedat, bona veniunt iure maioriæ ad alios fratres.*
68 *Maritus non potest vt commissarius alterare successionem filij maioris, quem dispositio testatricis, iura & consuetudo Hispaniæ vocant.*
69 *Quod fieri consuevit, non est arbitrarium, sed necessarium.*
70 *Maioratum si quis fecerit, & aliud non caueat, habebit in omnibus naturam maioratus, & n.79.*
71 *In omni actu, vbi non apparet determinatio, regulatur à consuetudine, & num.72.74.& 77.*
73 *Emphyteusis intelligitur accepta secundùm consuetudinem, vel statutum repellens fœminas à successione.*
75 *Argumentum à natura actus, validum est.*
76 *In contractibus terminus generalis restringitur ad ea, quæ sunt ex natura contractus.*
78 *Vbi actus est præparatorius, secundùm naturam actus præparati, ex tali actu nascitur actio.*
80 *Prohibitio non alienandi bona ex causa dotis, subintelligitur ex eo quod communiter in maioratibus cauetur.*
81 *Casus commissus an possit suppleri quando est insolitus.*
82 *Maioratu à parentibus instituto, filius primogenitus institutus intelligitur; quamvis non exprimatur, & num.83.*
84 *Inuestitura quomodo intelligitur facta secundùm Regni consuetudinem, remissiuè.*
85 *Res vinculata ad maiorem de familia pertinet.*
86 *Filius melioratus cum grauamine quòd post eius vitam successorem nominet, si ante nominationem decedat, ad quem pertineat melioratio.*
87 *Fundum si constet esse censualem, & quantitas census non appareat, regionis consuetudo inspici debet.*
88 *Arrharum quantitas non designata an secundùm consuetudinem soluenda.*
89 *Maritus an teneatur facere dotis scripturam secundùm consuetudinem, si consuetudo sit contra ius.*
90 *Res titulo maioratus relicta semper manet vinculata.*
91 *Quid si talis res sit restitutioni subiecta.*
92 *Concessa mulieri facultate, vt possit filium ad patronatum eligere, si ante electionem decedat, admittitur filius filij maioris.*
93 *Aliquo nominato, illius hæredes nominati videntur.*
95 *Mater si diligebat aliquem filium minorem plusquam maiorem, maritus virtute commissionis sibi delata an possit eligere filium maiorem. Authoris sententia, num.100.*
96 *Affectio testatoris multum iuuat.*
97 *Legatum factum Monasterio indefinitè, intelligitur de monasterio Monialium.*

98 *Legatum factum pauperibus, qualiter intelligatur, remissiuè.*
99 *Quid quando facit Ecclesia.*
101 *Pater virtute commissionis ei datæ ad eligendum filium ad maioratum, an possit eligere odiosum matri. Authoris sententia, n.130.& 131.*
102 *Filius natus ex sacrilegio, vel monacho, non videtur legitimatus per clausulam,* Non obstantibus.
103 *Statutum quod primogenitus succedat, intelligitur si sit habilis.*
104 *Princeps non præsumitur eligere odiosos & criminosos.*
105 *Facultatem habens faciendi maioratum, non potest eligere odiosum Regi.*
106 *Executor ad distribuendum inter pauperes, non potest indignum eligere, & n.109.*
107 *Habens facultatem ad faciendum maioratum, si legitimos filios non habeat, an possit spurium eligere.*
108 *Quid in emphyteusi, & n.115. Quid quando est Ecclesiastica, num.119. & 124. Quid in emphyteusi accepta pro se & hæredibus, num.118.& 125. Quid in hæreditatis restitutione, num.128. Quid in melioratione, n.116.*
109 *Per verba iniuriosa inimicitia capitalis contrahitur, & n.111.*
112 *Filia grauata contrahere cum vno de domo, an teneatur contrahere in gradu prohibito.*
113 *Concessio facta per Principem alicui, & eius hæredi, non intelligitur de filio naturali.*
114 *Contraria sententia.*
117 *Nominatus per aliquem an debeat esse legitimus.*
120 *In feudo nobili an sit capax ad succedendum ignobilis sine expressa domini voluntate.*
121 *Nominatio hæredi commissa non potest fieri in inimicum testatoris.*
122 *Odiosi testatori an comprehendantur sub generali vocatione.*
123 *An in fideicommisso relicto familiæ.*
126 *Et an possint eligi, si adsit libera facultas eligendi.*
127 *Perfecta donatio per ingratitudinem reuocatur.*
129 *Mandatum inuestiendi in aliquem rem censualem de personis habilibus intelligitur.*
132 *Mulieres magis piæ sunt quàm viri.*
133 *Odium non præsumitur nisi probetur.*
134 *Et an inimicitia durare præsumatur, nisi probetur reconciliatio.*
135 *Filius maior, si matrem offendit, postquam marito committitur vt filium possit ad maioratum eligere; an possit ab eo ad maioratum eligi.*
136 *Iusta causa facit, vt à mandato recedi possit.*
137 *Ciuitas potest reuocare quod semel dedit, propter ingratitudinem eius, cui facta fuit concessio.*
138 *Adulterium committendo mulier soluto matrimonio, amittit medietatem bonorum.*
139 *Legatarius, qui post mortem defuncti, commiscuit se eius vxori, legatum amittit. Quid si verba iniuriosa contra testatorem dicat, num.142 Quid per inimicitias sequentes, num.144.& 148.*
140 *Vxor adulterium committens post mortem mariti, dotem amittit.*
141 *Contraria opinio.*
143 *Mulier si luxuriosè viuat, an reuocetur mandatum, cùm maritus ei reliquit potestatem, vt pro illo testari possit.*
145 *Si illa testatori sit inimica, an excludatur per tacitam pupillarem.*
146 *Quid si secundò contrahat.*
147 *Quibus causis dotem amittat, & n.150.*
149 *Commissio data per maritum vxori, vt possit facere maioratum, reuocata censetur, si ea post mortem mariti fuerit commissum.*
151 *Maritus an possit ex iusta causa superueniente voluntatem vxoris mutare, quando il i vt in aliquem filium maioratum eligat, commisit.*
152 *Ex causa de nouo superueniente à qualibet dispositione recedere licet.*
153 *Inter maioratum perfectum, & qui est in fieri, longè est differentia.*
154 *Authoris sententia.*
155 *Offensa debet esse magna, vt maioratus aut legatum reuocetur.*
156 *Pater si ex commissione elegit filium ad maioratum, non potest iterum eligere semel electione facta, nisi nulliter elegerit, & n.157. Quid cùm per fraudem nulliter eligit.*
158 *Per citationem illegitimè factam non censetur præuenta iurisdictio.*
159 *Collatio beneficij si fuit inualida, potest alia valida fieri.*
160 *Dux non dicitur qui de iure non est.*
161 *Dispensatio ad obtinendum beneficium non consumitur primo beneficio, cuius concessio effectum non habuit.*
162 *Statutum si deferat marito lucrum dotis, non habet locum in matrimonio nullo.*
163 *Defectus conditionis inualidæ non impedit legati præstationem.*
164 *Citatio nulla non impedit legati præscriptionem.*
165 *Nominatio facta in testamento nullo, an valeat.*
166 *Nominatio nulla primi, an impediat nominationem secundi.*
167 *Secundus actus valet, si primus non fuit solemnis.*
168 *Pignus vel hypotheca non accedit obligationi nullæ.*
169 *Resignans beneficium causa permutationis, quando perdat possessionem beneficij resignati.*
170 *Mulier potest iterum eligere, cùm electio per eam facta de arrhis, & joys, effectum non habuit.*
172 *Fraus & dolus cuiquam patrocinari non debent.*
173 *Retractus rei venditæ an habeat locum, quando venditio fuit nulla, remissiuè.*
174 *Commissarius potest mutare maioratum semel factum, cùm hoc testator ei committit.*
175 *Pro lege habetur quod testator ordinat.*
176 *Marito si detur facultas vt eligere possit vsque ad mortem, an semel electione facta variare possit vsque ad mortem.*
177 *Habens à patre facultatem eligendi vnum ex pluribus filiis, semel facta nominatione an possit variare? Refertur quadam sententia. Contraria, nu.178; & 184. Authoris sententia, n.180.181.& 185.*
179 *Nominatio & electio an differant, & n.183.*
182 *Grauatus post mortem restituere, non potest ante compelli; si tamen velit, restituere potest.*
186 *Nominatio qualiter ius in re tribuat.*

Post numerum 186. inuenies Summaria quæ desiderantur.

QVadragesimooctauò quæro de quæstione difficili, & practicabili, & quæ quotidie in practica se se offerre potest, cuius occasione multa ad eandem quæstionem, & nostram materiam pertinentia tractabuntur, quæ (vt reor) lectoribus magnæ voluptatis erunt, & ideo æquo animo quæstionis prolixitatem ferant (non enim paucis verbis multa bona dici possunt) quæ quæstio talis est.

Mulier nupta facit testamentum, vel aliam vltimam voluntatem, & in ea virtute Regiæ licentiæ concessæ ad faciendum maioratum, dedit facultatem marito, vt eligeret ad maioratum vnum ex filiis, qui marito placuerit, vel dat arbitrium marito, quòd possit eligere aut nominare vnum ex filiis ad melioriationem Tertij, & Quinti: solent etenim mariti istas commissiones ab vxoribus extorquere, vt filios post mortem matris, magis in obsequio teneant, vel propter alios fines: & idem si maritus vxori dederit commissionem; & huius tenoris ego vidi aliquas vltimas voluntates: quæritur, intra quantum tempus pater teneatur eligere, & nominare filium ad maioratum, vel melioriationem? Et an

elapsis temporibus contentis *in l.33.Taurina*, hodie *l.7. tit.4.lib.5.Recopil.* excludatur maritus à iure nominandi filium, iuxta vxoris commissionem?

Ad cuius quæstionis resolutionem præmittere oportet, quod vbicunque in alterius voluntatem non confertur principalis testamenti dispositio, sed tantum alteri committitur electio hæredis incerti ex certis, dispositio † non est captatoria, sed iusta, & valet: *l.fideicommissaria, §.vlt. ff.de fideicom.libert. l.vtrum, §.cum quidam*, vbi DD. *ff.de rebus dubiis*, cum *concordantibus*, quæ refert Episcop. Couar. *in cap.cum tibi, n.11.fol.74. de testament.* In quo loco ductus authoritate *l.31.Taurinæ*, hodie *l.5.tit.4.lib.5.Recopilat.* quæ ad hoc est expressa, id exemplificat, quando pater dicit, quòd meliorat vnum ex filiis, quem sua vxor elegerit, quod secundùm eum fit quotidie. Faciunt scripta per Anton. Peregrinum *in tract. de fideicommiss. art.33.nu.52.cum sequentibus, fol.301.* Et quòd talis dispositio non sit captatoria, tradit Molina *lib.2.de primogen. cap.4. n.4. fol.225.* Ripa *in l.hæredes mei, §.ate peto, nu.10. ff. ad Trebellianum*, quod etiam tractat Simon de Prætis *lib.3. de interpretand. defunct. vol. mat. dubit. 4. solution. 1. nu.66. fol.328.* Augustin. Beroius *in consil.13. per totum lib.2.* præcipuè *num.22.* & confirmat Costa *in cap.si pater, de testament. in 6. part.1. in verb. pauperes, nu.6. & 7. pag.174.* Tellius *in l.3 Tauri, nu.1. & 2.* contra quem arguit in notabili casu Matien. *in d. l.5. tit.4. lib.5.Recopil. glos.3. nu.2. folio 116.* & *in l.7. glos. fin. nu.2. fol.121. tit.4.* Auendan. *in dict. l.31.nu.5.* & idem Simon de Prætis *lib.1. interpretat.1. dubitat.3. solut.5. nu.5. fol.16.* Ioan. Guttierr. *lib.2. practicarum quæstionum, quæst.42.nu.2.* vbi hoc refert.

Hoc igitur præmisso, hæc quæstio dubitabilis redditur ex duabus receptis sententiis; & ex quæstione, in qua DD. magnum certamen habent, ex aliis *infra* dicendis. Nam Baldus *in l.cum quidam, in 2. ff.de legatis 2.* tenet, quòd non solum exequutor, sed is, cui à testatore commissa est electio, intra annum, vel aliud
2 tempus eligere debet, † alioqui ius eligendi ad Episcopum spectet; & idem tenet Cardin. Imol. & Barbac. *nu.4. in cap.3. de testament.* Angel. Corn. & Ias. *in l. vltima, in §.1. C.commun. de legat.* & Corn. & Ias. fatentur hanc esse communem opinionem, & eam sequuntur alij, quos refert dictus Episcopus *in dicto loco, num.7.*

Ex aduerso tamen, Bart. *in dict. l.cum quidam, nu.10.*
3 contrariam † sententiam sequitur, asseuerans, quod is, cui testator commisit arbitrium eligendi pauperes, quibus certa bona distribuerentur, etiam post annum eligere potest, excluso Episcopo; ex eo, quòd talis electror non est exequutor, quia declarat arbitrium proprium, & exequitur illud, per *l.exequutorem, C. de execut. rei ind.* vbi Bart. & Paul. idem tenent; & Bald. *num.4.* & Ancharran. *in dict.cap.3.* & alij, quos refert Episcopus *vbi suprà.* Et pro Bart. est text. *in l.vnum ex familia, §.si de falcidia, in vers.Nominatim, ff.de legat.2.* vbi probatur, quòd eligens vnum ex pluribus ex dispositione testatoris, non disponit aliquid, sed declarat voluntatem ipsius, vbi notat Peralta *nu.6.pag.572.* & vult Castel. *in dict. l.33.* vbi tenet illam procedere in executore, non in declaratore, ex quibus nostra quæstio dubitabilis redditur; & quòd alius sit actus exequendi, alius declarandi; & quod talis potestas declarandi
4 † non excludatur anno, volunt Bart. *in consil.142.constitutio Camerensis, col.2.* Bald. *in consil.301. Constitutio: col.fi. lib.2.* Roman. *in consil.227.* Abb. *in consil.11. nu.3. & 4. & in consil.110. In causa hospital. libro 2.* Simon de Prætis *de interpretanda defunct. voluntate, lib.5. dubitat.2. nu.44. & 45. fol.487.* vbi hoc declarat, quem lege circa prædicta, *num.62.63. & 64.* & ibi *num.80.* tradit, quòd quando conditio aliqua est
5 verificanda, vel aliud quidpiam liquidandum, † non currit tempus datum à lege, vel à testatore executoribus vltimarum voluntatum, per *l.talis ff.de iure do-*
tium, doctrinam Aretin. *in consil.93.* & alia, quæ citat. Et qualiter in casu in quo electio seu nominatio pauperum ex statuto debeat fieri, ad Episcopum intra sex menses pertineat executio aut nominatio? resoluit Ancharran. *in consil.412.*

Ego quicquid sit de istarum opinionum veritate (attenta dispositione *dict. l.31. Taurinæ* mihi † persuadeo, quòd ista nominatio Tertij & Quinti, est quædam exequutio, quæ exequutoribus vltimarum voluntatum datur per illam *legem*, vbicunque habent mandatum speciale à testatore, quòd id facere, & exequi possint: & quòd exequutores sint declaratores vltimarum voluntatum, tradunt Capra *in tractatu de execut. vltimarum voluntatum, membro 3.n.14.* Alciat. *consil.62. nu.13. lib.9.* quos citat Simon de Prætis *libro 1. de interpret. vltim. voluntat. dubitat. 3. solutione 7. nn.2. folio 21.* 6

Ex quo infertur, quòd cum maritus in isto casu sit exequutor & commissarius vxoris, teneatur obseruare in hac nominatione tempora præfixa per *l.33. Taurinam*, quibus elapsis, excludi debet à iure eligendi, & nominandi filium ad maioratum, vel meliorationem: quia † cum *dict. l.33.* sit posterior *dict. l.31.* est referenda ad omnes casus comprehensos *in dict.l.31.* argumento *l.talis scriptura, ff.de legat.1. l.3. §.filius inter medios, ff.de liberis & posthumis*, & aliorum concordantium. Et cùm *dictæ leges Taurinæ ad leg.31.* vsque *ad leg.39.* omnes ordinem præscribant, quemadmodum executoribus vltimarum voluntatum liceat exequi commissiones à defunctis datas, quælibet lex illarum debet ampliari, restringi, & declarari per aliam, *l.non est nouum, l.& ideo, l.sed & posteriores. ff.de legibus*; & 8
præcedentia declarant † sequentia, *l.si seruus plurium, §.vltimo, ff.de legat.1.* & illæ *leges 31. & 33.* simul iunctæ hanc conclusionem probant. Licitum † namque est 9
argumentum à duabus legibus simul iunctis, *l.Gallus, §.ille casus difficilis*, vbi Bartol. Bald. & Imol. *ff.de liberis, & posthumis*, notat Glos. *in l.prospexit, ff.qui & à quibus*, & hoc argumento vtuntur Angel. *in l.vltima, ff.de constit.Princip.* Bald. *in l.nec damnosa, C.de precibus Imperat. offer.* & alij, vt per Euerardum *in centum locis, loco 11. pagina 136.* & fortificatur ista conclusio ex dispositione *dict.l.33.* in illis verbis: *E passados los dichos terminos no puedan hazer mas que si el poder no le oujeran dado.* Quæ lex in illis verbis, & pœna † vi- 10
detur excludere purgationem moræ: quia vbicunque à lege, vel Canone terminus assignatur, cum canone latæ sententiæ, non admittitur purgatio moræ, secundùm Glos. *in cap.cupientes, §.quod si per viginti, de elect. in 6. & in reg. mora, de regul.iur. in 6.* Romanum *in consil.352. nu.6.* Vnde licet Bart. *in d.l.cum quidam*, teneat, quòd is, qui fuit in mora eligendi, potest moram purgare vsque ad litem contestatam donec legatum petatur, per *l.amplius, ff.rem ratam haber.* quem refert Tiraquellus *in tract. de pia Causa, priuilegio 96.* vbi id limitat in pia Causa, per *l. penultim.* vbi Bald. *C.de fideicom.libertat.* ad quod est Glos. *in §.ex maleficiis, in fine, in verbo, iudicium, Instit.de action.* de qua meminit Franciscus Mantica *de coniecturata mente defuncti, libro 7.tit.10.nu.35. pagina 288.* quod est notandum ad meliorationes, & maioratus, quæ fundantur cum onere Missarum, vel aliis piis Causis, & notat etiam Glos. Parisiens. *in consuetud Parisien. §.4.nu.17.fol.73. in casu dict. l.33.* non † admittitur purgatio moræ, quia est 11
dies & pœna, secundùm regulam *l.traiectitia, §.de illo, ff.de action. & obligation. l.magnam, C.de contrahend. & committend. stipulat. l.35. tit.11. part.5.* & est expressa & peregrina *l.16.tit.16. part.1.* ibi: *E en tal razon no an de amonestar, ca el plazo es en lugar de amonestamiento.* Quod procedit etiam in die tacita, appositæ per legem, *l.2. ante finem, C.de iure emphyteut. l. quoties in diem*, cum *l.sequenti, l.si ita stipulatus essem abs te, ff.de verborum obligationibus.* Et quòd vbicunque nominatio debet fieri intra aliquod tempus, transacto tempore

non

non possit fieri, tradit Petrus Surdus *decis.325. nu.2.* per regulam *l. si vnus, §.1. ff. de pactis*, vbi Baldus, & *l.epistola, §.final. eodem tit.* & alia, quæ refert, & faciunt scripta per eundem, *dec.226.nu.4. cum seqq.* vbi vsque ad quantum tempus mora purgari possit.

Et postquam cogitaueram quod text. *in dict. l.33.* erat isto modo intelligendus, & ampliandus, inueni quòd Castel. *ibi*, in glos. *No le fuera dado*, & Anton. Gomez *num.3.* ita ampliant & intelligunt illam legem, & Matienzo *in l.7. tit.4. glos.3. nu.2. libro 5. Recopilat. fol.120.* Ioan. Gratian. *regul.397. n.2.* vbi hoc refert & plenius & elegantius, Parisius *in consil.19. nu.197. cum sequentibus, lib.2* vbi latè probat, quòd primogenitus, qui non adimpleuit conditionem à testatore adiectam deferendi nomen & arma intra tempus per testatorem præscriptum, amittit primogenituram, nec potest moram purgare. De quo legendum est quod scribo *in 2. part. quæst.4. illation.8.* Pro quibus facit, quia vbicunque à lege, vel statuto tempus certum statuitur,
12 † post illud tempus non admittitur purgatio moræ, *l.vltima, ff. de decret. ab ordin. faciend. l.ob commissa, C.de adulter.* & est regula, quam tradit Innoc. Abb. & Cardinal. *in cap. cum in tua, qui matrimon. accusar. possint*, Bald. *in l.diffamari, col.2. C.de ingen. manum.* & alij plures, quos refert Tiraquel. *lib.1. de retract. §.3. glos.4. num.2. cum aliis, pagina 409.* vbi inter alia refert doctrinam Baldi & Saliceti *in authent. quæ supplicatio*: vbi etiam Ias. *in 4. notab. C.de precibus Imperator. offeren.* dicentium, quòd qui non obseruat tempus constitutionis, non dicitur formam eius obseruare, & alia plura ad nostrum propositum. Ex hoc tandem concludens, quòd post transactum tempus datum ad re-
13 trahendum rem consanguineam, † non admittitur purgatio moræ propter quædam verba, quæ sunt in consuetudine Galliæ; quæ hoc ius consanguineis tribuit, quæ sunt similia verbis *dict. l.33.* quæ sunt, *Ne sera plus receu*: & ista sententia Tiraquelli apud nos verissima est, attentis *legibus Ordinamenti, & Taurinis*, quæ de retractu consanguineali loquuntur; præcipuè *l.7. tit.7. lib.5. ordin.* pro quibus faciunt scripta per *ducisonem Genuæ, 1.num.44. & decis.2. num.30* & quòd moræ purgatio non admittatur in contractibus & stipulationibus extraiudicialibus, etiam stante iusto impedimento; probatur *in l.continuus, §.illud. ff.de verborum obligationibus*; & *in l.si vehenda, §.idem iuris, ff.ad l. Rhodi: de iactu*: & *in l.37. tit.11. part.5. in vers.Mas en las penas*, quæ ad hoc est singularis.

14 Sed an mora purgari possit, † consistit in arbitrio Iudicis; quæ est communis opinio, vt constat ex Menochio *centur.1. casu 7.* Burgato *consil.26. nu.44.* qui communiorem vocat opinionem, & latissimè de mora tractat Simon de Prætis *lib.5. de interpretand. defunct. voluntat. interpret. 2. dubitat. 2. à nu 139. vsque ad num.249. fol.516.* Matienç. *in d.l.7. glos.3. nu.3.* Falcon. *regul.397. nu.4.* & quòd mora de iure Regio & Canonico purgari possit, tradit Gregorius Lopez *in l.8. titul.14. part.5.* Ioan. Guttierrez *de iuramento confirmatorio, part.3. cap.17. nu.5. & cons.34. nu.5.* Olanus *in Antinomia, litera E, nu.9. fol.97.* & legenda sunt quæ scribo *4. part. quæst.40. nu.292.* Et quòd tempus implendi conditionem non currat contra ignorantes & impeditos, tradunt Bald. *in l.1. q.9. C. de institut. & substitution.* Tiraquel. *lib.1. de retract. §.35. glos.4. nu.15. pag.725.* per legem *2. ff.de condit. & demonstrat.* & ex hac regula text. *in d.l.vltima*, Innocent. & alio-
15 rum obiter etiam intellectum infero † *ad l.52. Taurinam*, permittentem mulieri eligere arrhas, vel joyas intra viginti dies, postquam per hæredes sponsi fuerit requisita: nam transactis illis decem diebus, non est admittenda purgatio moræ: nisi beneficio minoris ætatis, vel ob aliam causam iustissimam; & aduersus moram datur restitutio in casu *d.l.33.* tractat ibi Anton. Gomez. *num.vltimo*, Matien. *in d.l.7. glos.5. nu.8. fol.121.* de quo legenda sunt quæ scribo *part.2. quæstion. dicta 4. illation.8.* & in terminis, quòd si terminus assignatus est executoribus, & post talem terminum non possint se intromittere, vult Bald. per illum textum *in l.statuliberum, §.Stichum, notab.1.* vbi hoc confirmat latè Peralta *nu.1. pag.150. ff.de legat.2.* Et moram non posse purgari, confirmat Ioseph. Ludouic. *decis.90. per totam*, præcipuè *num.33. cum seqq.* Et si executores non seruant formam a testatore datam, seruari iterum possit, resoluit Paul. de Castro *in consil.103. lib.1.* Et de purgatione moræ † addo extraordinarium dictum Glos. Parisiens. *in consuetudinib. Parisiens. part.2. §.54. nu.13. fol.65.* vbi resoluit, quòd ratificatio fieri poterit post tempus datum ad ratificandum, quando ratificans tractat de damno euitando, aduersarius autem de lucro. Et quod anno finiatur arbitrandi tempus, quando quis assumitur ad diffiniendum controuersiam ab vltima voluntate pendentem; probatur *in l.vltima, §.sed & siquis, C.communia de legatis*, quam ad hoc citat Menoch. *de arbitrariis iudicum, lib.1. q.22.n.9.*

Ex quibus etiam resoluitur, † quòd si maritus vir- 17
tute commissionis eidem ab vxore datæ, intra tempora præscripta per *dict.l.33.* non nominet filium ad meliorationem Tertij & Quinti, † non potest vlteriùs nominare, nec etiam ad maioratum. Et si dixeris ex hoc, voluntatem vxoris illusam remanere (quod iura valdè abhorrent) imputet sibi vxor, & queratur de se: quia dum viuebat electionem non fecit, & non elegit personam, quæ cum diligentia suam exequeretur voluntatem. 18
Et hæc opinio in dubio tenenda videtur, † quia ex ea 19
filij ad æqualitatem redu untur. Vnde in ambiguo, est amplectenda *l.4. in vers. Porque se quede igualdad entre ellos, tit.15. part.4.* & est doctrina Pauli *in authentic. hoc inter liberos, collat.1. C.de testament.* de quo plura scribo *in q.3. supra, hac 1. part. à num.36. cum pluribus seqq.* licèt contrarium teneat in terminis Greg. Lopez *in l.25. tit.9. part.6. in glos.* in verb. *el año en adelante*: motus ratione generali, quòd vbicunque datur electio personarum, non finitur facultas eligendi, sed durat perpetuò, donec lis contestetur super tali electione; ex doctrina Bart. *in l.1. §.1. C.commun. de leg.* & aliorum quos citat, quam doctrinam *Bart.* communem profitetur D. Anton. de Padilla *in d.l.cum quidam, nu.23.* quem citat Molina *lib.2. de primogen. cap.4. num.43. fol.231.* vbi plura de hac materia videre licet, & inibi Padilla *num.28.* resoluit in terminis & ad propositum, quòd si maritus dicat in suo testamento, quòd meliorat in Tertio & Quinto bonorum filium, quem vxor nominauerit, quòd statim tenetur nominare, vel forte intra quatuor menses, argumento text. *in d.l.33. Taurina.* Et quòd quando alicui datur electio intra certum tempus ad aliquid faciendum, si id non faciat, transeat ad alium electio, siue detur electio à iure, vel a statuto, ostendit ex pluribus Tiraquel. *in tract. de utroque retractu, §.24. glos.unica, nu.9. & 10. pag.588.* præcipuè per text. *in cap.si pluribus, de prabend. in 6.* & *in l.statuliberum, §.1. ff.de legatis 2.*

Quibus non obstantibus, tenenda est prædicta opinio propter vera rigorosa, & generalia *dictæ l.33.* hodie *l.7. tit.4. lib.5. Recop.* ad quam non rectè respondet Greg. Lopez, & istis iungenda sunt quæ scribit Simon de Prætis *de interpretand. defunct. voluntat. dubit. 3. solut.3. n.24. fol.14.*

Et hæc quæ dicta sunt ex parte vxoris, procedunt per easdem rationes † vbi maritus vxori talem commis- 19
sionem dedit, quod ex facto etiam controuersum & diffinitum fuit authoritate *dict.l.33.* in illa clausula, *Pero lo que el testador le mandò señalada y determinadamente*: iunctis verbis sequentibus. Quidam commisit Iurisconsulto vt ordinaret maioratum in filium, quem nominauit, & illius descendentes, nec designauit tempus, intra quod debebat ordinare maioratum, & lapsa fuerunt tempora præscripta per *dictas leges Taurinas* ante ordinationem maioratus; quòd nihilominus maioratus fuit perfectus, & consummatus absque alia ordinatione,

ex diſpoſitione *dict. l.* 33. quæ ad hoc eſt ſingularis & notanda. Quod confirmo, quia contractus dicitur perfectus ſi habet ſua † ſubſtantialia, & ille qui debet arbitrari ſuper qualitate accidentali, non arbitratur. *l. hac venditio, §. fin. ff. de contrahen. empt.* Gloſ. *in l. in vendentis, C. de contrahen. empt.* vbi declarat Bald. Iaſ. *in l. Stichum qui meus erit, nu.* 20. *fol.* 21. *ff. de legatis* 1. Et qualiter ſi commiſſarius virtute commiſſionis non eligat, nullus filius cenſeatur melioratus; tradit Tellius *in dict. l.* 33. *nu.* 6. *fol.* 238. & Matienço *in dict.* 7. *gloſ.* 7. *fol.* 121. Et de hoc legi debet Bertazol. *in tract. clauſularum, clauſul.* 17. *gloſ.* 5. *fol.* 84. & quando de iure communi commiſſarius vti poſſit commiſſione? lege Pancir. Regienſem *conſ.* 131. *n.* 10. *dubio* 2.

21 Sed an teſtator poſſit prorogare † tempus præſcriptum executoribus à dicta lege, dubitari poterat ex regula *l. nemo poteſt, ff. de legatis* 1. & propter verba illius legis, *No pueda mas hazer*, quæ præciſam neceſſitatem inducunt, & negant potentiam, ſecundùm Gloſ. *in cap.* 1. *in verbo, non poteſt, de regul. iur. in* 6. quam ſequitur Bart. *in l. ultima, col.* 2. *verſ. Quid ſi indèx, ff. de feriis*, vbi Fulgoſ. Roman. Paul. Alexand. & Iaſ. & ſequuntur alij plures, quos refert Tiraquellus *poſt leges connubiales, gloſ.* 4. *nu.* 1. *cum aliis, fol.* 259. Epiſcop. Couar. *in cap. quamvis pactum, de pact. in* 6. 2. *p. relectio.* §. 4. *nu.* 4. *fol.* 89. qui corruptè refert Tiraquellum *in dicto loco*, quibus addo Iaſ. *in l. non dubium, nu.* 60. *C. de legibus*. Et ex hac regula concludit Tiraquellus *in dicto loco*, quòd con-
22 tractus factus per mulierem ſine licentia mariti, † eſt ipſo iure nullus. Sed in iſto puncto contrarium tenet Caſtel. Palac. Rub. Gomez. & Tell. *in d. l.* 33. *nu.* 2. vbi etiam refert Epiſcop. & Couarr. & Gregorium Lopez dicentes, tempora ſtatuta per *dict. l.* 33. poſſe à teſtatoribus prorogari. Quorum concluſio probatur *in cap. quia nos, de teſtament.* vbi Abbas hoc notat, & iſtam ſententiam melius omnibus fundat *Bald.* quem iſti non referunt *in conſ.* 302. *Conſtitutio Patriarchalis, nu.* 6. *lib.* 2. vbi tradit, teſtatorem poſſe prorogare tempus executionis datum à lege, vel conſtitutione ſynodali: & idem vult Epiſcopus Couar. *in cap. tua, num.* 6. *fol.* 130. *de teſtament.*

Ex prædictis etiam quæ tradita ſunt, ſcilicet, moram purgari non poſſe, in practica inferebam, quòd obligatus impetrare Regiam facultatem ad obligandum, vel hypothecandum bona maioratus, vel ad alia ſimilia intra certum aliquod tempus, cum pœna quòd tranſacto
23 tempore illo poſſit executari, † non poteſt tranſacto illo tempore moram purgare. Quod magis procedet, vbicunque quis fuit obligatus per inſtrumentum publicum, ſicut per ſententiam diffinitiuam: quia tunc difficilius eſt admittenda moræ purgatio, vt probatur per regulam *l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in mille, ff. de ſolution.* ibi: *Poſt litem conteſtatam non admittitur purgatio moræ.* De quo textu agit ibi Bart. Iaſ. *in §. item ſi quis in fraudem, nu.* 115. *Inſtit. de action.* Et quod obligatus per inſtrumentum guarentigium non poſſit moram purgare, tradit Paulus de Caſtro, quem poſtea legi *in conſ.* 99. *num.* 16. *lib.* 1. Et pro iſtis facit quod ſcribit Gloſ. *in cap. potuit, de locat.* quæ vult, quòd poſt litem conteſtatam non poteſt mora purgari, de quo per Matth. de Afflictis *deciſ.* 174. *num.* 6. & per totam; & *deciſ. Genuæ*, 204. *num.* 4. & ſupra ſcribo in duobus locis.

24 Et iſta confirmantur, quia † moroſi, tranſacto tempore amittunt eligendi facultatem, *l. mancipiorum, ff. de option. legat.* Gloſ. *in cap. inter cæteras, de reſcript.* vbi Ripa *num.* 72. notat Bartol. *in l. Stichum, in principio, ff. de ſolution.* Deciſ. Genuæ 144 *nu.* 10. Quando autem & intra quod tempus mora purgari poſſit? tradit latiſſimè Menochius *lib.* 1. *de arbitrar. dicto caſu* 7. Et legendus eſt *caſu* 8. *ſequenti*: & legenda ſunt quæ ſcribo *infra, part.* 2. *quæſt.* 4. *illatione* 8. *dictis numeris, & l.* 33. *titul.* 4. *part.* 3. vbi latè Gregor. Lopez. Et noto, quod in iſtis cauſis pius non eſt neceſſaria interpellatio, ad hoc vt quis in mora conſtituatur, vt per textum, *in l. Titia Seio, §. uſuras, ff. de legat.* 2. voluit Baldus *in authent. hoc amplius, C. de fideicommiſſ.* vbi Iaſ. Roman. *in ſing.* 116. *Tu habes quod in minore*, quos citat Tiraquellus *in dicto tract. de pia Cauſ. priuil.* 141.

Nunc expedit, vt ad vlteriora progrediamur, pro intellectu iſtius quæſtionis, & commiſſionum, quæ dantur per teſtatores ad meliorandum filium, vel eligendum ad maioratum. In qua materia eſt memorabilis doctrina Peraltæ *in d. l. cum quidam, nu.* 2. *pag.* 265. vbi dicit, quod ſi in caſu *leg.* 31. (de qua ſupra actum eſt) fuiſſet data facultas ſpecialis alicui ad meliorandum vnum ex filiis teſtatoris, quem ipſe commiſſarius vellet nominare, & virtute eiuſdem commiſſionis elegerit indignum, præferendo eum digniori, culpâ latâ; valet † electio, ſecus ſi doloſè id fecerit: quod dicit eſſe valdè notandum ad *d. l.* 31. refert ad hanc concluſionem *legem ibi*, vbi probatur, quòd quando commiſſio electionis vel declarationis datur alicui per verbum (*voluntatis*) talis commiſſarius virtute commiſſionis poteſt eligere indignum prætermiſſo digno, quem potuiſſet eligere ſi voluiſſet.

Et certè cùm commiſſarius, cui à teſtatore fuit data poteſtas meliorandi vnum ex filiis, habeat quantum ad hoc eamdemmet poteſtatem, quam teſtator habebat faciendi electionem inter filios ad meliorationem Tertij & Quinti, ſicut pater poterat eligere minus dignum, omiſſo digniore, (vt ſtatim probabitur) ita commiſſa-
26 rius hoc facere poteſt: quia omnia noſtra † faciemus illorum, quibus authoritatem noſtram impartimur, *l.* 2. *§. omnia enim, C. de veter. iur. enucle.* notat Bart. *in l. de quibus, nu.* 21. *ff. de legibus*. Hippolyt. *ſingular.* 567. & eſt
27 materia brochardica. Et actus attribuitur † non exequenti, ſed ordinanti, *cap. cum aliquibus, de reſcript. in* 6. *l. item eorum, §. ſi decuriones, ff. quod cuiuſque univerſi. nomi.* cum *concordantib.* per Petrum Surdum *in tract. de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 56. *nu.* 88. *fol.* 311. Ioan. Lop. *in rubrica de donationibus inter virum & vxorem*, §. 30. *n.* 7. *cum ſeqq. pag.* 83. Et ſubrogatus ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *l. unica, §. & ut plenius, C. de rei vxoriæ action.* cum *vulgar.* quæ ſcripſi ſupra *quæſt.* 11. & ad hoc facit *l.* 31. ibi: *Lo que eſpecialmente*, & videtur pater vbicunque ſimilem concedit facultatem, habere æqualem affectionem ad omnes filios. Et veriſimile eſt, quòd ſi vellet, quòd aliquis eorum non nominaretur ad maioratum, vel meliorationem, eundem excipere & excluderet, & ſpecialiter commiſſario iniungeret; cui rationi nulla eſt dabilis reſponſio. Et ad iſtam ſententiam eſt etiam melior text. de iure *in l. cum pater, §. rogo, ff. de legat.* 2. ibi: *Ut quiſque de ea meruerit, videtur omnibus liberis, niſi non æqualiter meruerint fideicommiſſum relictum.* Quod autem pater poſſit meliorare filium non tam dignum, omiſſo digniori, † probare poſ-
28 ſumus ex *l. parentibus, C. de inoffic. teſtament.* ibi: *Parentibus arbitrium dividendæ hæreditatis inter filios, adimendum non eſt, dummodo non minus is, qui pietatis conſcius eſt, partis, quæ inteſtato defuncto potuit ad eum pertinere, quartam ex iudicio parentis obtineat.* facit text. *in authentica, unde ſi parens, eodem titulo, l. ſi totas, C. de inofficioſ. donation.*

Ex quo confirmatur ſententia Epiſcop. Couar. *in regula, peccatum, de regulis iuris in* 6. *in* 2. *part. relection.* §. 7. *nu.* 7. vbi latè ſuſtentat, quòd in foro conſcientiæ pater, qui ex *l. Regia*, habet facultatem meliorandi vnum ex filiis, poteſt illam electionem & nominationem facere in filium minimè digniorem: vbi hanc ſententiam plenè corroborat contra *Ioan. Lopium* qui contrarium tenuit *in cap. per veſtras, notab.* 3. §. 26. *in principio*, hodie *pagina* 489. vbi latè Baraona *in addit.* qui plures refert Authores, & reſpondet Epiſcop. ad textum *in l. fœmina, C. de ſecund. nupt.* Imo iſte textus multum facit pro opinione dicti Epiſcopi *in §. ultimo*, in illis verbis: *Et teſtandi circa quem voluerit, liberam habeat facultatem.* De qua lege agunt Franciſcus Aretin. *in*

in conſilio 142. *colum. penult. verſ. Præterea*, Tiraquellus *lib.* 1. *de retract.* §. 26. *num.* 2. *pagina* 617. Rebuffus *in tract. de nominat. quæſt.* 21. *num.* 38. *pagina* 251. & Ioannem Lopium ſequitur D. Anton. de Queſada *libro practicarum quæſtionum, cap.* 6. *nu.* 32. qui latè punctum diſputat.

29 Et quòd pater poſſit † honorare filium ſibi minùs gratum, quàm magis gratum, ſecundùm Paul. de Caſtro, Iaſ. & Riminald. *in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtament.* Decium *in l. vt liberis, num.* 3. *C. de collation.* Anton. Rubeum *conſilio* 6. *nu.* 3. & alios, quos citat Ioan. Botta, *conſilio* 104. *num.* 6. qui inter alios refert Menchacam *de ſucceſſion. creation. lib.* 3. §. 21. *nu.* 6. qui communem dicunt; & tradit Burſat. *conſilio* 206. *nu.* 2. Aufrer. *in deciſ. Capellæ Tholoſan.* 128. qui allegat Baldum *in l. id quod pauperibus, C. de Epiſcop. & Cleric.* Et
30 quòd peccent eligentes † indignum, tradit nouiſſimè Ioan. Franciſcus *in tract. de Baronibus, pragmatica* 10. *nu.* 81. *pagina* 25. ex Couarru. & Menchaca *in controuerſiis, cap.* 27. Caietano 22. *quæſt.* 18. *art.* 3. & aliis quæ refert, & ibi reſoluit de communi opinione; & quis dicatur dignior. Et omnis dicitur benemeritus, qui non fuit demeritus *d. l. cum pater, §. rogo*, tradunt Bald. & Ripa *nu.* 67. *in dict. l. fœmina*. Quamvis pro *Ioanne Lopio* faciat elegans *conſilium* Oldradi quem ipſe non refert *in conſilio* 94. *incipien. Eleganter, nu.* 16. vbi tradit, quod habetur Geneſis *cap.* 44. & 45. in quo dicitur, quòd Rubem fuit primogenitus, ſed cum aſcendiſſet ad cubile, & violaſſet torum patris, fuit datum primogenium Ioſeph: & 4. Regum *cap.* 1. vbi Dauid prætulit in Regno Salomonem filium ſuum minorem, Adoniæ nato maiori; & facit *cap. licet, de voto*: & quod notat Rebuffus *vbi ſuprà, num.* 60. dicens poſt Sylueſtrum *in ſumma ſua, verb. Reſtitutio.* 3. *quæſt.* 12. *diſtinct.* 2. quòd licèt collator in menſibus Graduatorum poſſit gratificari vni ex pluribus Graduatis, debet tamen gratificari meliori, & Eccleſiæ vtiliori, alioquin eligens pec-
31 cat: quia magis Deo, quàm proximo † gratificari debet, ſecundùm Baldum *in l.* 2. *num.* 40. *C. de ſervi. nt. & aquæ.* Sed hoc non vrget, quia collatori non eſt ita plena facultas diſponendi, ſicut patri, cui leges in hoc concedunt plenam & abſolutam voluntatem.

Sed pro opinione *Ioannis Lopij* plura cumulat Tiraquellus *in tract. de primogen. in* 3. *opinione*, 17. *quæſtionis, pag.* 168. quo in loco ſcribit, quòd de duobus litigantibus pro primogenitura, de quibus ignoratur, quis priùs matris ventre exciderit, præfertur idoneior. Et in ſententiam *Ioan. Lopij* videtur inclinare Anton. Gom. *in l.* 40. *Tauri, num.* 58. vbi tradit, quòd pater cum bona conſcientia poteſt eligere ad maioratum filium minorem, † excluſo maiore, quando filius electus & nomi-
2 natus ſit dignus, & benemeritus, æquè ac primogenitus, & non aliàs: & idem clariùs voluit idem Anton. Gomez *in l.* 17. *Taurina*, vbi concludit, patrem in conſcientia teneri ad eligendum filium digniorem ad meliorationem, & idem tenet D. Antonius de Padilla *in d. l. cum quidam, nu.* 20. *pagina* 280. *ff. de legat.* 2. pro quibus faciunt plura quæ ſcribit Rebuffus *in libro Concordatorum, rubrica de election. derogat in verb. idoneiorem, pagina* 94. *cum ſequentibus, in paruis*, & *in rubrica de Regia ad prælaturam nomin. fa. pagina* 233. & text. *in cap. ſi in plebibus*, 63. *diſtinction.* & *l.* 10. *tit.* 15. *part.* 1. & ſingularis doctrina Abb. *in cap. penult. de election. in* 6. & quod ſcribunt idem Abb. Anton. de Butr. & Federic. *in cap. conſtitutis, el* 2. *de appellat.* vbi Decius *num.* 6. *folio* 314. punctum notanter tractat, & plura ad propoſitum ſcribit Cæſar Lambertinus *in tract. iuris patronatus, libro* 2. *part.* 1. *quæſt.* 10. *art.* 3. *nu.* 1. *cum ſequentibus, fol.* 103. & legenda ſunt quæ ſcribit idem Cæſar Lambertinus *eodem libro* 2. *part.* 2. *articul.* 26. 7. *quæſtione principali, nu.* 3. *cum ſequentibus, folio* 186. Roch. de Curt. *in tract. iuriſpatronatus, in verbo, honorificum, quæſt.* 15. *nu.* 42. *folio* 19. & † ſic fecit Patriarcha
33 Abraham, qui elegit ad primogenituram Iſaac filium tanquam magis ſanctum & digniorem: & legendus eſt Rebuffus *in cap. poſtulaſti, de Clerico excommunica. pagina* 488. *col.* 2. *ad medium num.* 49. Anton. Theſaurus *deciſ. Pedemontana* 170. *num.* 30. Azeuedo *in l.* 31. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilation. pagina* 83. Et ſi maſculus & fœmina diſcordant in præſentando, † votum maſculi præfertur 34
tanquam digniorij, ſecundùm Baldum *in l.* 1. *ff. de Senatoribus*, Rochum de Curte *in tract. de iure patronatus, in verbo. honorificum, nu.* 92. *fol.* 28. quod latè tractat Gregor. Lopez *in l.* 5. *tit.* 15. *part.* 1. in verbo, *digno*, ad quem addo Rochum de Curte, *in tract. de iure patronatus, verbo. honorificum, nu.* 43. *quæſt.* 16 & 17. *fol.* 19. Et quòd in ſucceſſione fideicommiſſi debet admitti filius fœminæ ſi ſit idoneus, & præferatur maſculo, in iſto caſu reſoluit Anton. Gama *deciſione* 194.

Ego ſententiæ *Epiſcopi* potius adhæreo, † quàm 35
Ioannis Lopij, & *Antonij Gomez* ex diſpoſitione *l.* 18. *Taurinæ*, quæ tribuit patri liberam facultatem meliorandi filium, aut nepotem, quem voluerit, & nulli pater facit iniuriam vtendo facultate ei à lege conceſſa, *l. nullus, ff. de regulis iuris*: & qui peccat authoritate legis, in iure ſaltem quoad pœnam † peccare non dici- 36
tur, *l. Gracchus, C. de adulter. cap. qui peccat, 33. quæſt.* 1. & conſcientia † ſecundùm ius conformatur, *cap. qua in-* 37
ter & quando, in 1. *de accuſation.* & conducunt plura quæ ſcribit Peruſinus *in d. cap. conſtitutus, in* 2. *de appellation.* Et pondero quod habetur in Euangelio *Matth. cap.* 20. ibi: *Amice non facio tibi iniuriam, nonne ex denario conueniſti mecum? tolle quod tuum eſt, &c.* Et concludit Gama *deciſ.* 294. *nu.* 3. in ſimili caſu; quòd ſufficit † eligere digniorem, licèt non eligatur dignior ad 38
adminiſtrationem Capellæ: licèt in alio propoſito contrarium tradat *deciſ.* 267. *nu.* 2. Et quod in ſucceſſione primogenituræ dignior præferatur, † reſoluit Anton. 39
Petra *in tract. de fideicommiſſis, quæſt.* 13. *num.* 602. *pagina* 527. Et pro horum opinione eſt notanda doctrina *Baldi* quam prædicti non referunt *in d. l.* 2. *nu.* 46 *C. de ſeruitut. & aqua*, vbi inquit hæc verba: *Nam dicunt Theologi de electione boni, quòd obligatus ad duo, tenetur magis præferre bonum: quia in eo eſt maior ratio præſtationis, vt Deo magis quàm proximo, & patriæ magis quàm* † *ſingulari perſonæ*, l. veluti, ff. de iuſtitia & iure. *Sed* 40
obligatus ad vnum tenetur ad illud ſoluendum, non ad magis bonum eligendum: ſed vbi ſunt duo, ad neutrum obligatur, & poteſt præferre minus bonum meliori: quæ eſt notabilis doctrina in propoſito iſtorum, & etiam bonum dictum Gregorij Lopez *in l.* 8. *in gloſ. in verbo*, El mejor, *tit.* 18. *part.* 2. Et de iſta quæſtione latè agit Molina *lib.* 2. *de primogen. cap.* 5. *fol.* 236. & *nu.* 64. vbi hoc tractat in patre, & in illis, qui eligere poſſunt, & conducunt quæ ſcribit AHumada *in l.* 5. *tit.* 15. *part.* 1. *in gloſ.* 3. *verbo, digno, num.* 1. & 2. *folio* 106. Quintilianus Mandoſius *in regulis Cancellar. regul.* 4. *quæſt.* 10. *nu.* 9. *folio* 32. & punctum tractat notabiliter Petrus Sanchez Portionarius *in hiſtoria morali, folio* 4. & 5. Chaſſan. *in Catalog. glor. mundi, part.* 9. *conſideratione* 21. 22. 27. *fol.* 6. & 7. & in materia eſt magnifaciendus textus *in dict. l. cum quidam, ff. de legatis* 2. vbi hæres grauatus eligere, & reſtituere cui velit ex filiis, poteſt etiam indignum eligere, & quæ ſcribit Ioan. Franc. *in tract. de Baronibus, pragm.* 10. *n.* 81. *pag.* 251. vbi refert Ricard. Scot. Caietan. Menchac. & Couar.

Ad alia autem progrediendo ex his, quæ ſcripſi *à num.* 12. *ad* 21. *ſuprà, eodem*, non abſque magna occaſione dubitare poſſumus de quadam doctrina Gregorij Lopez *in l.* 2. *tit.* 15. *p.* 2. *in gloſ. in verbo*, Eſto vſaron, *fol.* 46. *col.* 2. *in verſ. Sed pone*, vbi dicit, quòd ſi mater fecit maioratum in filium, quem pater elegerit, qui in effectu nullum elegit; bona non remanent libera, ſed 41
ratione conſuetudinis videtur factus † in filium maiorem. Solent etenim parentes maioratum facere in filium maiorem, & valet argumentum à communiter accidentibus, iuxta iura vulgata, de quo latè per Euerardum *loco* 56. & ſecundùm eum iſta eſt conſuetudo Hiſpaniæ,

quæ

quæ semper in successione maioratus honorat primogenitum, refert text *in d.l.si seruus plurium, §.vltimo, ff.de legatis* 1. *l.fideicommissa, §.si seruo, ff.de legatis* 3. vbi Baldus notat, quod illud præsumitur quis velle, quod est consuetum; & adduco elegantem *decisionem* Guid.Pap.505. vbi scribit, quod si factum est pactum in contractu matrimonij, quòd pater filio primogenito dabit tale Castrum, seu alteri ex ipso matrimonio, quem pater melioraverit, ex quo matrimonio nati sunt duo liberi masculi, deinde moritur pater, nulla alia electione facta, seu declaratione suæ voluntatis, quòd primo-
42 genitura † pertinebit ad primogenitum, id est primò natum, *l.2.& l.qui liberos*, eum ibi notatis, *ff.si pars hereditat.petat.* & alia plura iura: & nomina Dignitatum
43 sunt interpretanda secundùm † consuetudinem patriæ, vt tradunt Innocent. *in cap.de multa, de præbend.* Guil. Benedict. *in cap.Raynuntius, de testament. in verb.& vxorem, num.*300. *fol.*75. Et consuetudo patriæ habilitat filios naturales vt succedant æqualiter cum legitimis, secundùm Baldum *in cap.*1. *§.hoc autem notandum: qui feudum dare possunt*, Guillelm.Benedictum *in dict.cap. Raynuntius, dicto verbo, nu.*678. *fol.*114. & idem quod Gregor.Lopez vult in terminis Rebuf. *in l.Boues* 89. *§.hoc sermone, pag.*54c. *ff.de verborum significatione*, & Gregor. Lopez sequitur indistinctè Angulo, qui refert istum locum, scilicet, *in l.3.tit.5.lib.5.Recopilat.glos.7. nu.*13. *fo.*io 117. Molina *libro* 2. *de primogeniis, cap.*4. *nu.*41. nouissimè Caldas Pereira *de nominat.emphyteut. quæst.*13. *num.*39. *fol.*148. & Gregor.Lopez, & Molinam refert nouissimè Flores de Mena *in libro de rebus quotidianis, quæst.*19. *n.*33. *fol.*146.

Quibus non obstantibus, non multum existimo fi-
44 dendum † prædictæ sententiæ *Gregorij Lopez*, cum in effectu dicta electio per mulierem commissa, sit quædam executio, quæ erat declaranda per maritum, quæ cum facta non sit intra tempora à lege præstituta, remanet commissio caduca, ac sine effectu, & bona inter liberos æqualiter diuidi debent: quod patet ex toto tenore *praditæ l.*33. maximè ex illis verbis: *Y passados los dichos terminos, no pueda mas hazer que si el poder no le fuera dado, e vengan los dichos bienes a los que los auian de heredar muriendo el testador abintestato.* Quid enim interest, quod transacta sint tempora exequendi commissionem à testatore datam ad hoc, vt nihil exequi possit exequutor, & bona veniant ad successores ab intestato; & quod morte præuentus exequutor nullam electionem ante exequutionem facere possit: quia in vtroque casu militat eadem ratio, imo maior in hoc casu secundo, quàm in primo: cùm mors omnia soluat, & maritus non possit suam, vel vxoris declarare voluntatem.

45 Et hoc confirmatur ex eo † quod scribunt Lambertus Ramponib. *in sua disputatione incipien. Quidam Mauius*; & post eum Ioan. Andr. *in rubr. de testament. col.3. vers.Item Lambertus*, vbi dicunt, quòd si talis facta fuerit substitutio: Petro filio meo hæredi vniuersali substituo vnum ex filiis Titij alterius filij mei, quem ipse hæredes elegerit, aut nominauerit, si is decedat nullo electo, aut nominato, omnes filij æqualiter admittuntur, per *dict.l.cum quidam ita, in principio*, & *l.vnum ex familia, in principio*, & *l.cum pater, §.hæreditatem filius*; & *§.rogo, ff.de legatis* 2. & *l.Labeo, §.Pacuuius, ff.de statuliber.* notat Tiraquellus *in tractatu de primogen. quæst.*65. *nu.*1. & 2. *pagina* 367. quod etiam tradit in egregio casu doctissimus Augustinus Beroius *in consilio* 84. *num.*79. *libro* 2. vbi resoluit, quòd si donator dedit loca & Castra cum tali conditione & vinculo, quòd donatarius non possit de illis ordinare, nec disponere in vita, nec in morte, nisi in filios suos & descendentes masculos de vno in alium, seruando ordinem primogenituræ: si talis donatarius decessit, & non ordinauit, nec in vita, nec in morte, nec aliquid disposuit; non est obseruandum inter descendentes ius primogenituræ, per rationes quas *ibi* adducit.

Sed ego non practicarem in Hispania opinionem *Tiraquelli*, nec *Augustini Beroij* ex his quæ scribo *infra à num.*72. *cum sequentibus*, Imo filium maiorem admitterem in tali casu ad primogenituram: loquitur autem *Beroius* in quodam maioratu Hispaniæ Comitis de Tendilla. Et vt dico *in initio istius primæ partis*, cautè, & cum magna consideratione legenda sunt quæ in ista materia maioratuum per Doctores exteros scribuntur. Et legenda sunt quæ scribit Aluarus Valascus *consultatione* 71. *num.*4. de illis, scilicet, maritus & vxor nominauit filios ad emphyteusim, qui mortui fuerunt: an sit finita emphyteusis, & an nominatio sit actus iudicialis, & facta per contractum possit reuocari; latissimè in ista materia tractat Flores de Mena *in quæstion. practicabil. quæst.*22.

Sed qui dictam sententiam *Greg.Lopez* tenere velint, non deficient illos plures rationes & fundamenta, ad quæ lector animaduertat: quia non solum proderunt ad istam quæstionem, sed ad alia plu[illegible]ra pro intellectu istius materiæ, & aliarum magnæ vtilitatis (vt reor) erunt. Et iam primùm pro hac opinione *Gregor. Lopez* facit ratio, quia voluntates testatorum † semper 46
in dubio se conformare videntur cùm dispositione iuris communis, *l.hæredes mei, §.cum ita*; vbi Bartol. & omnes, *ff.ad Trebellianum*, & ibi Alexan. *in addition.* alia ad propositum refert, & alia congerit Peralta *in l.Proculo, num.*28. *pagina* 217. *ff.de legatis* 2. cui adde *l.si serui vestri, C.de noxalibus act.* vbi probatur, quòd stipulator † semper videtur se conformare cum iure com- 47
muni, notat Ludouicus Gozadin. *in consilio* 53. *Prima facie, num.*18. & conclusionem *dicto cum ita*, notant etiam Roman. *in consilio* 179. *Amplissime Doctor: n.*5. & melius Alexand. *in consilio* 55. *libro* 4. vbi Glos. Parisiens. plures citat concordantes, & *in consilio* 4. *n.*12. *eodem lib.*1. Anton.Rubeus *in cons.*36. *n.*2. & *cons.*39. *n.*2. & 150. *nu.*4. Ias. *in l.hæc verba, nu.*1. *ff.de legatis* 1. *fol.*27. & *in l.cum filio familias. n.*38. *eodem tit.* Matthæus de Afflictis *in decis.Neapolitan.*44. *nu.*20. & in[illegible] bono casu Decius *in consilio* 155. *num.*7. & plura scribo *in* 2. *part. in initio, à num.*104. *cum sequentibus*, Ioan. Guttier. *in practicis quæstionibus, lib.*2. *quæst.*19. *num.*7. Vincent. Carroz. *in tract.de locat. tit.de causis priuationis ob lineam finitam, num.*11. *fol.*49. Ex qua ratione & præsumptione concludit idem Gregor.Lopez *in l.*3. *tit.*13. *part.*6. *in glos. in verbo*, Mugeres, *fol.*86. *col.*4. *in medio*, quòd si quis faciat simpliciter maiorem, præferri debet † filius minor filiæ maiori natu: quia id est in His- 48
pania consuetum, poterat melius *Greg. Lopez* dicere, quòd hoc est de iure, iuxta *l.2. tit.*15. *p.*2. quæ hoc decidit in Regno. Et concessio iuris patronatus videtur data secundùm naturam iurispatronatus, secundùm Calderin. *in consilio* 16. *titulo de iure patronatus, folio* 48.

Et est regula generalis, quòd fideicommissum † re- 49
cipit interpretationem à consuetudine patriæ, vt per Paris. *in cons.*48. *nu.*7. *lib.*2. & *cons.*7. *nu.*40. & *in consil.*50. *nu.*41. *lib.*3. Gabriel. *in conclus.*1. *nu.*63. *de consuetudin. lib.*6. Francisc. Manticam *de coniecturata mente defuncti, tit.*8. *nu.*11. *pag.*232. qui plura similia scribit ad propositum. Et in maioratibus Hispaniæ hoc tradit Episcopus Sarmiento *in l.cum ita, §.in fideicommisso, ff.de legatis* 2. *num.*17. Et valet consuetudo de disponendo de feudo, secundùm Baldum *in cons.*276. *lib.*2. Cuman. *in cons.*163. & alios quos citat Simon de Prætis *de interpretand. defunct. voluntat. lib.*2. *interpretat.*2. *dubitat.*2. *solut.*2. *num.*28. *fol.*135. Et solitum, & vsus, dat nomen rebus, secundùm Nicolaum Boerium *decis.*125. *fol.*115. Afflictum *in constitut. Dignum. in fine*, Ioannem Franciscum *in tractatu de Baronibus, pragmat.*11. *n.*10. *pag.*257. & filius legitimus præfertur legitimato, si consuetudo regionis hoc suadet, secundùm Ioannem Andream *in cap. sine culpa, de regulis iuris in* 6. Cardinalem, & alios, quos citat Tiraquellus *in tractatu de primogenitura, quæst.*34. *num.*47. *pagina* 249. & faciunt

faciunt scripta per Burgos de Paz *quæst.*4. *ciuili, num.*74. & 75.

Et per regulam *dict.§.cum ita*, aliàs inferebam, quod si Rex donat alicui aliquam rem cum facultate & potestate, vt eam relinquere possit alicui ex filiis titulo maioratus, & talis qui nominandi facultatem accepit, deceßit, non facta electione, aut nominatione, videtur
50 in dubio elegisse filium maiorem, † imo etiam nepotem filium filij maioris.

Quæ illatio corroboratur ex scriptis *infrà, num.*107. *cum sequentibus*. Et pro prædicta sententia Gregorij Lopez *in dict.l.*2. & aliorum, quæ statim dicentur, adduco *l.*10. *tit.*9. *part.*7. ibi: *Eno fuere puesta pena en la fiaduria, e fuere costumbre vsada en aquel lugar do a caecieße, quanto deue pechar el que assi fia a otro por su faz, si no lo aduxere a derecho, aquello deue pechar, que fuesse acostumbrado.* Quæ lex ad hoc, & ad alia plura est satis digna: & idem probat notabilis *l.5. in fine, titulo* 8. *part.*1. quam cito *in* 4. *part. quæstione* 1. *in principio*, & facit notabilis doctrina Baldi *in rubr. ff.de rerum diuisione*, vbi vult, quod si Rex concessit alicui flumen, colligere potest donatarius passagium ibi consuetum: notat Ioan. Lopius *in rubrica de donat. inter virum & vxorem, in præfatione, num.*14. *pagina* 7. & gabella videtur subhastata secundùm consuetudinem præteritam vt resoluit Siluanus *in consilio* 35. *n.*1. & ad
50 stylum † recurri debet in interpretandis clausulis instrumentorum, secundùm Alexandrum *in l.si finita, n.*2. *ff.de damno infecto*: Dec. *in l.semper in stipulationibus, num.*12. *ff.de regulis iuris*, Menochium *in tract. de præsumptionibus, lib.*2. *præsumpt.*8. *nu.*19. *pag.*116. videtur igitur mulier, cum marito concedit facultatem eligendi filium ad maioratum, se tacitè conformare cum iure communi, & legibus & consuetudinibus Hispaniæ, quæ præferunt filium primogenitum cæteris fratribus.

Secundò, pro hac sententia *Gregorij Lopez* facit text. ad plura commendatissimus, *in l.vltima, C.de fi-*
51 *deiussor.* vbi consueta apponi in contractibus † habentur pro appositis, etiam si non apponantur; quem textum celebrant *ibi* DD. Ad idem est casus *in cap.cum M. de constit.* vbi Bald. Anton. Abb. Barba. Felin. Dec. & Ripa, & eadem conclusio probatur *in l.si prius, §.1. ff.de aqua pluuia arcend. l.si quis, ff.de vsufruct. cap.*2. *vers.Etsi non apponatur, de rescript.* & est notabilis textus *in l.circa, C. locat.* de quo plura similia tradunt Anton. *in cap. accepimus, num.*2. *de ætate & qualitate*, Abb. *in cap.quoad translationem, num.*3. *de officio Legat.* Præposit. *in cap. dilectissimis, 12. quæst.*2. Ias. *in l. argentarius, num.*5. *de adend. l.Gallus, §.idem credendum, num.*21. *ff.de liberis & posthumis*, & *in l.errore, num.*32. *C.de testament. l.ex parte, num.*6. *ff.de verborum obligationibus*. Alexand. *in consilio* 27. *num.*2. *lib.*2. vbi Glos. Parisiens. plures refert Episcop. Couar. *in* 2. *parte rubricæ de testament. nu.*14. *folio* 8. & alios citat Tiraquellus *in tractatu de constit. part.*3. *limitatione* 31. *n.*9. *& limitatione* 3. *num.*37. *pag.*166. Nicolaus Boerius *decis.*217. *nu.*6. Zasius *cons.*17. *num.*7. cum aliis *lib.*1. Episcop. Couar. *in* 2. *parte rubricæ de testament. nu.*14. Oldrad. *in consilio* 139. *nu.*12. Menoch. *in consilio* 37. *num.*30. *lib.*1. & *in tractatu de præsumption. libro* 3.
52 *præsump.*43. *nu.*5. *pagina* 328. & in interpretatione † cuiuslibet dispositionis consuetudo sequenda est, etiam quòd subtilitas iuris, vel verba aliud inferant, *l.vnica, C.de nudo iure Quirit.* vbi notat *Bald.* volunt Innocen. *in cap.olim, num.*2. *de verborum significatione*, Abb. *in cap.certificari, de sepultur.* Aretinus *in consilio*11. quos citat Quintilianus Mandosius *in tractatu de inhibitionibus, quæst.*93. *nu.*4. *folio* 39. faciunt scripta per Stracham *de mercat. p.*3. *nu.*30. *pag.*121. Et quàm efficax sit in ista materia, & aliis similibus, ad coniecturandum quid in qualibet dispositione comprehensum sit, consuetudo & vsus, tradunt in variis casibus Barthol. Socinus *in consilio* 44. *colum. penult. lib.*1. Dec. *consilio* 441. *nu.*10. Neuizan. *lib. Sylua nuptialis, nu.*211. *vers. à consuetudine*, Paris. *cons.*47. *nu.*87. *lib.*1. & alij quos citat nouissimè Menochius *in tractatu præsumpt. libro* 1. *q.*17. *pag.*21. & *lib.*3. *præsumpt.*102. *num.*26. & 27. *pagina* 391. & iterum *num.*31. Et quod emphyteusis concessa censeatur secundùm consuetudinem, tradunt Angel. *in l.*2. *C.de iure emphyteut.eo*, vbi Ias. *num.*160. & Menochius qui alia plura ad propositum scribit *dict. lib.*3. *præsumpt.*109. *num.*1. *cum sequentibus, pag.*401. Hippolyt. *in singul.*425. Gregor.Lopez *in l.*29. *titul.*8. *part.*5. *in glos. in verbo, La venda*, & tradit idem Menochius *præsumption.*122. *num.*96. *pag.*429. & *in cons.*111. *num.*14. *lib.*2. ad quos addo elegans consilium Grati 132. *num.*23. *lib.*1. vbi resoluit, quòd si Ecclesia concedit emphyteusim alicui, & vni ex fœminis, quæ domum conseruet, intelligitur pro primogenito, si sunt duæ fœminæ, ex Romano *in consilio* 48. Curt. *in tract.feudorum, p.*3. *q.*17. & quod in subinfeudatione feudi sit consideranda consuetudo domini directi in donatione feudi, traditur per Menochium *in tractatu præsumpt. lib.*1. *q.*18. *nu.*1. & *lib.*3. *præsumpt.* 102. *num.*26. *pag.*391. vbi *num.*27. tradit, quòd in prædicto casu sumitur argumentum à loci & regionis consuetudine: & *num.*31. quòd coniectura sumitur ex eo, quòd res certo modo in feudum dari consueuerat; & idem quod Angel. *in d. l.*2. tradit, plures citando, Caldas Pereira *in tract.de nomination.ad emphyt. q.*23. *nu.*6. *folio* 264. & *q.*7. *nu.*22. *folio* 64. & facit resolutio Aluar. Valasc. *consult.at.*71. *nu.*3. & hoc in primogeniis tradit Ioan. Cirier, *in tract. de primogenitura, lib.*1. *quæst.*6. *ad finem, fol.*70. faciunt scripta per Menochium *in cons.*490. *num.*16. *lib.*4.

Ex istis dixit Baldus *in l.*1. *ff.soluto matrimonio*, li- 53
citum † esse Tabellioni apponere hypothecariam clausulam in contractibus, etiamsi nihil à contrahentibus dictum sit, quod post alios, quos refert Tiraquellus *in d.limitat.*31. *n.*7. *pag.*177. sequitur Anton.de Fano *in tract.de pignor. p.*3. *membro* 1. *nu.*24. licèt ad contrarium referat Bald. Castel. *in l.*50. *Taurina*: & ex his ausus fuit dicere Bartholom. Socin. *in quodam cons.* quod Tiraquellus refert *in l.si vnquam, in verbo, donatione largitus, nu.*306. qui est finalis, *C.de reuocan. donation.* (quod tamen consilium ego non inuenio) quòd vbicunque quis renuntiando, vel donando facit quod solitum est fieri, non procedit *d.l.si vnquam*: ex quo dicit, filiam, quæ dum dotatur, aut matrimonio collocatur, renunciat successioni in fauorem fratrum, vt solet fieri, non reuocare donationem ob filios postea natos: quod dictum ad plura seruire potest. Et in con- 54
cessione feudi attenditur † consuetudo, vt probat Brunus *in tract. vt stantibus masculis, fœmina: artic.*5. *quæst.*11. Lofred. *cons.*1. *nu.*13. Paris. *cons.*15. & *cons.*21. *lib.*1. Anton. Gabr. *lib.*6. *communium opinionum, ti. vl. de consuetudin. conclus.*1. *nu.*11. *pag.*365. In quo lector infinita & singularia legere poterit pro confirmatione eorum, quæ hic tractantur. Et plures citat Fulvius Pacian. *in tract. de probationibus, lib.*2. *cap.*39. *num.*13. *fol.*153. Ex quibus possumus sumere argumentum ad plura necessaria in ista materia maioratuum; quòd
55 maioratus semper præsumitur † datus cum natura & conditionibus maioratuum: faciunt tradita per Curt. Sen. *in cons.*50. *n.*36. & latè August. Beroius *in cons.*77. *nu.*28. *cum sequentibus, lib.*1. Et licèt in illis, quæ competunt Papæ ex speciali reseruatione, Legatus intromittere se non possit, fallit, nisi sint solita concedi, *cap. quoad translationem, de offic.legat. lib.*2. *num.*121. *pagina* 30. & conducunt plura quæ scribit *eodem libro, num.*140. *cum sequentibus*. Et Abbates iurantes non alienare bona Ecclesiæ absque licentia Sedis Apostolicæ, possunt alienare bona, † quæ consueuerunt dari 56
in feudum, vel emphyteusim, secundùm Glossam, *in cap.*1. *in verbo, in hæresim, 24. q.*1. Angel. *in l. non est notium, ff.de legibus*, & alios, quos citat Roland. *in consilio* 1. *num.*82. *lib.*2. ad quem addo Curtium *in tract. de feudis, part.*2. *quæst.*9. *num.*1. *pag.*132. & notabilem

l.3.tit.26.part.4. vbi latè Gregor.Lopez, nouiſſimè Caldas Pereira *in tract. de renouation. emphyt. q.11. num.30. fol.89.* Et clauſula Motus proprij non extenditur ad inſolita, vel inconſueta: quia non præſumitur de mente concedentis progredi ad id, quod eſt in-
57 ſolitum, † nec præſumitur quis illud velle; ſecundùm Baldum per illum textum *in l.ſi deicommiſſa, §.ſi ſeruo, ff.de legat.3.* Iaſ. *in l.vnica,num.4. ff.ſi quis ius dicen. non obtemper.* & alios, vt per Rebuffum *in Concordat. tit.in forma mandati Apoſtolici, pag.618.* & ex qualí-
58 tate & natura actus, † ſubintelligitur perſona extrinſeca, *l.poſt dotem, ff.ſoluto matrimonio, l.ſi ita ſtipulatus, §.Chryſogonus, ff.de verborum obligationibus*, notat Carolus Ruinus *in l.Gallus, §.quidam rectè, num.14. pag.182. ff.de liberis & poſthumis.*

Et hæc etiam confirmantur, quia licèt debitor non teneatur facere creditori inſtrumentum guarentigium habens executionem paratam, ſecundùm Angelum & Alex. *in l.ſi finita, §.eleganter, ff.de damno infecto, & in l.ſichum, §.ſi pupillus*, aliàs incipit lex, *ſi pupillus*, 21. *ff.ad l.Falcidiam*, Aretin. & Iaſ. *in dict.l.ex ea.* Roderic. Suarez *in l.poſt rem iudicatam*, in quibuſdam libris, *fol.168.col.1.* & in aliis, *pag.363.col.1.* Felician. *de cenſibus, lib.4.cap.vltim.n.8.* & Gloſ. Pariſien. *in conſuetud. Pariſienſ. part.2 de cenſibus, fol.60. num.22. & §.fin. gloſ.3.n.10.fol.17.* dicit tamen Tiraquellus *lib.1. de retractu, §.29. gloſ.5. num.2.* quòd in Gallia, in qua nullum inſtrumentum conficitur ex antiquo more Regni, abſque clauſula guarentigia, tenetur debitor facere creditori inſtrumentum guarentigiatum, vel quod habeat executionem paratam. Et licèt Tiraquellus in
59 hoc pedes non firmat, eius opinio in noſtra Hiſpania vera † & tenenda mihi videtur, quia omnia inſtrumenta fiunt cum clauſula guarentigia, & habente executionem paratam; vnde debitor tenetur facere quod omnes faciunt, per prædicta: & hanc etiam ſententiam tenet Benedictus de Barz. *in tract. de inſtrument. guarentig.in quæſt.5. 1.part.* & Petrus Rebuffus *tom.1. ad conſtitutiones Regias, titul.de literis obligat. artic.2. gloſ.1.* vbi ex hoc dicit, quòd debitor tenetur facere creditori inſtrumentum ſigillatum, quod iuxta Galliæ conſuetudinem habet executionem paratam. Et hoc etiam procedit ſi ſit conſuetum, quòd ſigillum Regium apponeretur, & obligatio ad rigorem parui ſigilli Montiſpeſſulani, vt ſcribit idem Rebuffus *tomo 3. ad conſtitutiones Regias, tractatu de conſuetud. artic.2. gloſ.3. num.28. pag.34.* Pro quibus eſt egregia *Bart.* doctrina *in d.l.ex parte, num.2.* vbi dicit, quòd debitor poteſt cogi conficere inſtrumentum creditori, ſecundùm ſtylum & conſuetudinem patriæ: & Guid. Pap. *deciſ.59.* poſt Hoſtienſem, quem citat, ſcribit,
60 quod in ſucceſſione feudi potius attendi debet † conſuetudo regionis, quàm natura feudi; quem citat Menochius *in tractatu de præſumptionibus, libro 3. præſumpt. 95. num.8. pag.381.* Et ſic intelligenda ſunt quæ in iſto puncto & quæſtione de inſtrumento guarentigio ſcribit Felicianus *in tract. de cenſibus, libro 4. cap.6.& ſi. num.8.*

Et pro ſententia *Gregor.Lopez* adduco etiam *text.* apud omnes celebratiſſimum *in l.Titius, §.1. ff.de liberis & poſthumis*, vbi illud quod veriſimiliter teſtator ſi vineret ſtatuiſſet, habetur pro diſpoſito, & ſtatuto. Veriſimile autem eſt, quòd mulier, quæ marito prædictam dedit commiſſionem, ſi interrogaretur in quem filium volebat facere maioratum, diſponeret idem quod leges Regni, & vt communiter per omnes fit: Quia quod omnibus, aut pluribus placet, vel ap-
61 petitur, aliis eiuſdem conditionis † hominibus placere videtur; *l.quoniam deſiderii, C.de natura.liber. l.Domitius, ff.de teſtam. l.6. tit.19. part.3.* notat in bono caſu Gloſ. Pariſien. *in conſ.1. pro Duce de Villahermoſa, num.47.* vbi refert bonum textum *in cap. prudentiam, de officio delegat.* Et † valet argumentum ab vſu teſta-
62 toris, *l.hæredes palam, §.ſed ſi notant, ff.de teſtament. l.ſi ſeruus plurium, §.final. ff.de legat.1.* cum *concordant.* vt per Quintil. Mandoſ. *in regul. Cancellariæ, regul.34.de annali: quæſt.85.n.2.fol.195.*

Sed & hæc omnia corroborantur ex doctrina Decij *in conſ.397. Viſo puncto, & conſideratis, num.6.* vbi dicit, quod clauſulæ † primogeniorum in Hiſpania ſunt 63
interpretandæ iuxta conſuetudinem, quæ eſt in Hiſpania in ſucceſſione primogeniorum: & idem tradit Barba, quem ipſe citat *in conſ.10. Sapienter ſcribitur per totum, lib.2.* ad quos alios refert Molina *lib.1. de primogen. cap.3.num.5.fol.13.* & tradit Burgos de Paz *in proœmio legum Taur.num.88.* & idem Molina *lib.3. cap.6. num.27. fol.50.* Oroſcius *in l.ſi de interpretatione, num.3. ff.de legibus*, & Burgos Iunior, qui plures refert, *q.2. num.72.* Ioan. Guttierrez *conſ.13. num.22.* Caſtillo *lib.2.controuerſiarum, cap.26.num.43.* Quod confirmo, quia inueſtituræ verba † debent intelligi ſe- 64
cundùm naturam feudorum, & materiam de qua agitur, *cap.1. §.filia vero, de ſucceſſion. feud. cap.1. §.quin etiam Epiſcop. vel Abbatem in vſib. feud.* cum *concordantibus*, vt per Socinum Iuniorem *in conſ.103. n.4. cum ſequentibus, lib.2.* Decium *in conſ.185.nnm.4.* Et an teſtator voluerit conſeruare agnationem, & vocare maſculos, & excludere fœminas, † inſpiciendus eſt 65
mos regionis & conſuetudo, vt eleganter tradit Curtius Senior *in conſ.51. num.6.& 7.* Et conceſſio feudi dicitur verificari in maſculis tantum, vt ex pluribus Authoribus reſoluit Zaſius *in conſ.11. num.4. cum ſequentibus, lib.1.* Et feudi natura non mutatur, niſi expreſsè dictum ſit, vt tradit idem Zaſius *in conſ.12.n.42. eodem libro*, allegat Doctores *in cap.1. de feudo non habente propriam naturam feud.* quod dictum aliud agendo refero *p.2.q.6.* Et ſententia † interpretatur ſe- 66
cundùm naturam contractus, cuius occaſione pronuntiatus fuit, etiam verba impropriando, ſecundùm Baldum *in l.final. C.communi diuidund.* & alios, quos citat Aymo *conſ.188. num.2.* Et confirmo, quia ſi in reſcripto, vel alia diſpoſitione fiat mentio Nobilium, intelligitur ſecundùm cuiuſque loci conſuetudinem, ſecundùm Cardinalem, Alexand. & Paulum de Caſtro, quos citat Tiraquellus *in tractatu de Nobilitate, cap.10. num.9. pag.91.* melius *in tract. de primogenit. cap.10. num.10. pag.109.* poſt Baldum, *& in cap. dilecti, de Arbitris.* Et quod vſus & conſuetudo ſuccedendi etiam inter tranſverſales † attendatur in ſucceſſione primo- 67
genituræ, traditur per Cephalum *in conſ.590. num.8. lib.4.* Et ad textum *in d.cap.1. Epiſcopum, vel Abbatem: in vſib.feud.* addo Minadoium in conſtitut. Regni Neapolit. *in textu num.28. pag.45.* Et facit quod ſcribit Molina *lib.1.de primogen.cap.13.nn.100. fol.113.* vbi rectè aduertit, quod in maioratu, de quo conſtat per tempus immemoriale, non cenſetur facta excluſio Monachorum, Militum Sancti Iacobi, furioſorum, & aliorum ſimilium, quia talis clauſula excluſionis non eſt ordinaria; quia quandoque apponitur, quandoque non apponitur; nec eſt ex natura bonorum maioratus, licèt regulariter maioratus debeat iudicari iuxta ſui naturam, & ſuccedendi conſuetudinem. De quo legenda ſunt quæ ſcribo *part.2. q.3. & 4. part.q.1. in principio.*

Ex quibus idem Gregor. Lopez *in d.l.2. tit.15. in gloſ.1.* in verſ. *Item pone*, dicit, quòd ſi quis habens filios facit maioriam dicens, quòd volebat quod omnia bona ſua eſſent maioriæ ex facultate Regia, quam habebat, & fortè morte præuentus non aliter ordinauit circa perpetuam ſucceſſionem maioriæ, ſi filius maior, 67
qui in maioratu ſucceſſit, ſine filiis defunctus eſt, † bona veniunt iure maioriæ ad alios fratres; quia ſic eſt conſuetum ordinari, & fieri in maioratibus, & teſtatores communiter facientes maioratus hoc faciunt; imò hodie de iure eſt, vt ex *l.27.Taurina*, latiùs fundaui *in principio, ſuprà, hac 1.p.a num.92.* Et natura cauſæ declarat dubium contractum, vt per Corneum *in conſilio 19. num.4. lib.1.*

Ex

Ex his etiã quæ ſcribit Decius *in d.conſ.397.* & aliis, quos ſupra retuli, deciſa fuit quæſtio magni momenti.
68 † Mater fecit maioratum in filiam communem, & vt moris eſt, & de iure vocauit poſt mortem filiæ filium maiorem illius filiæ, & ſtatim debet marito commiſſionem, vt in illo maioratu liceret apponere conditiones, vincula, & grauamina; qua commiſſione maritus vtendo ſanxit, quòd ſi filius maior dictæ filiæ primò nominatæ haberet alium maioratum, non poſſet ſuccedere in maioratu vxoris; deciſum fuit per prædicta, & alia iura & authoritates, id marito commiſſario non licuiſſe, nec alterare potuiſſe ſucceſſionem filij maioris, quem diſpoſitio teſtatricis, iura & conſuetudines Hiſpaniæ vocabant. Et quantam vim habeat conſuetudo regionis, ex variis hiſtoriis docet Quintilianus Mandoſ. *in tractatu de inhibitionibus, q.73. num.6. fol.32.* & eſt egregia *l.1. tit.11. part.4.* ibi, *E deuen ſer fechas igualmente, fueras ende ſi fueſſe coſtumbre vſada, e de luengo tiempo en algunos lugares de hazerlas de otra manera.* Et conducunt quæ ſcribit Ioan. Lopius *in rubrica de donationibus inter virum & vxorem: § 6. num.1. cum ſequentibus, pag.18.* vbi inter alia reſoluit, quòd conſuetudo eſt inſpicienda, an maritus voluerit donare veſtes vxori? Et Principis, & regionis conſuetudo eſt inſpicienda ad intelligendum quid ſit comprehenſum in conceſſione inueſtituræ, vt per doctrinam Andr. de Iſernia *in cap.1. num.8. de capitulis Conradi, & l.ſi ſeruus plurium, §.vltimo, ff. de legatis 1.* & alia tradit Menochius *de arbitrariis iudicum, lib.1.q.18.& 28. & in tractatu præſumptionum, lib.3 præſumpt.101. num.26. & 27. pag.390.* ¶ Et illud quod fieri conſueuit, non eſt arbitrarium, ſed neceſſarium, ſecundùm Baldum *in l.quicunque, n.20. C.de ſeruis fugitiuis*, Fuluium Pacianum *in tract.de probationibus, lib.1.cap.54.n.78.*

Et ex ſuperioribus magnum etiam firmamentum
69 † recipit quædam doctrina Epiſcop. Couarr. *reſolut. lib.3.cap.5.num.1.* vbi dicit, quòd ſi quis aliqua bona proprio teſtamento, vel donatione in Titium detulerit, ita quod ea habeat titulo, & iure maioratus, licèt alias
70 conditiones non inſtituerit, † habebit naturam, proprietatem, & alios effectus, quos alij maioratus habent ex legibus & conſuetudinibus Hiſpaniæ, quia verba ſunt interpretanda, & extendenda ſecundùm communem vſum loquendi. Et hoc ſequitur D. Antonius de Padilla *in rubr. de fideicommiſ. num.11.* contra Epiſcopum Ciuitatenſem, & Antonium Gomez. *in l.40. Tauri, num.64.* quos ipſe refert Molina, licèt prædicta non referat *lib.1. de primogen. cap.4. num.14. fol.20.* Auendañ. *in l.41. Taur. gloſ.3. num.9. folio 144.* Burgos de Paz *in conſilio 45. num.11.* latiſſimè Burgos de Paz *quæſt.2. ciuili, num.67. cum pluribus ſequentibus*, ad hoc legendus: & idem Molina *lib.4. cap.3. num.2. fol.113.* Matienç. *in l.1. tit.7. libro 5. Recopilat. gloſ.7. nu.1. fol.167.* vbi poſt Ioannem Lopium, Rodericum Suarez, Antonium Gomez, & alios, quos citat, ponit regulam, quod ſi quis ſimpliciter faciat maioratum, videtur apponere & conſentire omnes clauſulas conſuetas in bonis maioratus. Pro quorum doctrina melius faciunt iura & rationes ſuperiùs relatæ. Et quod ſcribit Gloſ. Pariſien. *in conſuetudin. Pariſien. §.5.num.74.fol.82.* vbi dicit, quod omnis actus, in quo
71 non apparet determinatio certa, debet accipi, † & determinari ſecundùm conſuetudinem loci, quæ eſt ibi ius commune, iuxta doctriam Abbatis *in rubr. de conſuetudin.* per *d.l.quod ſi nolit: quia aſſidua*, pro quo facit dictum Ancharrani *in cap.quia propter, in fin. 4.opoſit. de reſcript. in 6.* vbi dicit, quod conſuetudo in-
72 format omnem † diſpoſitionem etiamſi non ſit dictum; & ſecundùm conſuetudinem interpretantur contractus, venditio gabellarum, locatio, ſocietas, ſtipulatio, donatio, conceſſio in emphyteuſim, conceſſio feudi, matrimonium, reſtitutio dotis, præſtatio fideiuſſoris, mandatum, & alia pleraque, quæ ſcribit latè Antonius Gabriel *lib.6. communium opinionum. tit. de conſuetudin. concluſ.1. num.1. cum aliis, pagina 365. & concluſ.2.* & ante *Gloſ. Pariſien.* regulam ponit Innocent. *in cap.olim, de verborum ſignification.* Abbas *in cap.certificari, de ſepultur.* idem Abbas *in cap.ſi propter tua debita, in 4.oppoſitione, de reſcriptis lib.6.* Carol. Ruinus *in conſ.111. col.3. lib.1.* Bartholom. Socinus *in conſ.111. lib.1.* & alij, quos citat Quintilianus Mandoſius *in tractatu de inhibitionibus, q.80. num.10. & q.93. nu.4.* Deci. *in l.ſemper in ſtipulationibus, num.10. ff.de regulis iuris*, & in conceſſione emphyteuſis tradit Gratus *conſilio 9. num.145. lib.1.* Caldas Pereira *in eleganti & vtili tractatu de nomination. emphyteutica, quæſt.7. nu.11. fol.62.* Et *de renouatione rei emphyteutica, q.18. num.37. folio 162.*

Et pro hoc conducit famoſa doctrina Bartoli *in l. vt iuriſiurandi, §.liberi, ff.de oper. liber.* vbi dicit, quòd conceſſio emphyteuſis facta alicui pro ſe, ſuiſque filiis maſculis, & fœminis, † intelligitur ſecundùm ſtatutum, 73
vel conſuetudinem loci, diſponentem de modo ſuccedendi; ita quòd ſi ſit ſtatutum, quòd fœmina non ſuccedat ſtante maſculo, filia non admittitur ad dictam emphyteuſim, niſi in defectum filiorum: quod dictum omnes Scribentes vbique ſequuntur, ſecundùm Gloſ. Pariſien. *in dictis conſuetudinib.s.22.q.20.nu.86.fol.95.* cui addo Alexandrum *in conſ.124. num.4. lib.5.* Tiraquel. *in l.ſi vnquam, C.de reuocand.donat. nu.102.* Anton. Gabriel. *commun. opinion. lib.1. tit.de verborum ſignificatione, concluſ.6. nu.78.* & alios, quos citat Menochius *conſilio 111. nu.49. lib.1.* & idem tradit Seraphinus *in tractatu de priuilegiis iuramenti priuileg.48. nu.24.pag.261.* vbi refert Gozadinum *conſilio 45.n.11. & conſil.59.nu.6.* Et legenda ſunt quæ ſcribit Gratian. *regul.197. nu.4. & aliis ſequentibus.* Ad quod etiam faeit egregium dictum Cald. Pereir. *de nomination. ad emphyteuſim, q.15. nu.12.* vbi tradit, quòd maſculus coniunctus ex vno latere, excludit fœminam vtrinque coniunctam in conceſſionibus Regalibus, in quibus ex antiqua conſuetudine maſculus excludit fœminam. Et quòd ſi Sapientibus ſit commiſſa aliqua diſpoſitio, teneantur illam facere cum ſubſtitutionibus conſuetis,
74 † reſoluit per plura Cephalus *in conſ.28. num.31. cum ſequentibus, lib.1.* pro quo faciunt ſcripta per Antonium Gabrielem *lib.1. de conſuetudin, concluſ.1.* quem citat Fuluius Pacianus *in tractatu de probationibus, lib.2. cap.35. n.36. fol.136.*

Ex quibus infertur, dubiam eſſe quandam doctrinam Ioannis Lopij *in repetitione cap. per veſtras, de donation. inter virum & vxorem, in text. notab.3. §.26. num.20. ad finem, pag.497.* vbi tentauit dicere, quòd ſi quis relinquat bona maioratus filio maiori titulo maioratus ex facultate Regali, vel ex Tertio & Quinto bonorum; filio maiore mortuo, bona libera remanent: quod etiam reprobaui *in 4.part. iſtius operis, in principio.* Et valet argumentum † à natura actus, ſecundùm Baldum *in l.* 75
cum dotem, C.de iure dotium: quod refert & confirmat Simon de Prætis *lib.1. de interpretand. defunct. voluntat. interpretat.2.dubitat.2.ſolut.2.num.25.fol.56.* Et ex natura actus datur intelligi voluntas, ſecundùm Baldum *in cap.2. de fide inſtrumentorum*, Rebuf. *in tractatu de nomination. quæſt.10. nu.44. pag.166.* Et commiſſarius ſapiens, & executor debent ſequi ea quæ ſunt ex natura contractus, ſecundùm Bart. *in l.illa inſtitutio, nu.5. ff.de hæredib.inſtituend.* Ex quibus infero ad doctrinam Feliciani *in tract.de cenſibus, part.1.cap.8. nu.7. fol.89.* vbi tradit, quòd ex natura cenſuum non venit, quod præcisè debeant imponi ſuper rebus immobilibus. ¶ Et in contractibus, terminus † generalis reſtringitur ad ea quæ 76
ſunt ex natura contractus, ſecundùm Baldum *in l. procurator, C.mandat.* Matth. ab Afflictis *in cap.quæ ſint Regalia, n.35. fol.340.* Et quælibet diſpoſitio recipit interpretationem à conſuetudine, † ſecundùm Innoc. *in cap.* 77
olim, in princ. de verborum ſignificatione, Abb. *in cap.certificari, de ſepulturis*, latè Felin. *in cap.cum M.de conſtitution.* & plura notabilia ſcribit Franciſcus Mantica

de conjecturata mente defuncti, lib.6. tit.8. num.7. cum ſequentibus, pagina 232. & idem *lib.6. tit.12. num.3. pag.241.* vbi refert Epiſcop.Couar.*in practicis,cap.38. num.12.* dicentem, quòd quælibet diſpoſitio eſt interpretanda iuxta naturam rei, & materiam ſubiectam, & regulas iuris.Faciunt ſcripta per Gozadinum *in conſ.90. num.17.* ¶ Et vbi actus eſt præparatorius ſecundùm
78 naturam actus præparati ex tali actu † naſcitur actio, *l.illud. ff.ad leg.Aquiliam*, latè Chaſſan. *in conſuetudin. Burgund. rubr.4. §.6. verſ. Accedat vlterius, pag.583.* Et per prædicta aliàs ſuſtentaui,quòd cum quidam miles ex Primatibus huius Regni, in ſuo teſtamento cauiſſet,quod relinquebat quandam domum principalem, quam habebat valoris viginti mille ducatorum titulo maioratus, & nihil aliud ſtatuiſſet, nec vocaſſet filium maiorem ad maioratum, nec aliud vltra dixiſſet, quàm prædicta verba: quòd ex hoc ſolo domus remanſit vin-
79 culata † in fauorem filij primogeniti cum omnibus qualitatibus & grauaminibus,quæ in maioratibus tradi ſolent,tam ex iure,quàm ex conſuetudine.

Horum etiam authoritate dictus idem Epiſcopus Couar. *reſolut. lib.3. cap.6. num.10. in verſ. Poſtremo*, ſcribit licèt dubitans, quòd ex eo quod frequentiſſimè maioratus facientes, diſponunt in eiſdem, quod nec ob cauſam dotis maioratus alienari poſſint, non obſtante, quod in aliquo maioratu illa verba non ſint apposita,
80 † habentur pro ſcriptis, & dicta clauſula ſubintelligitur & ſuppletur perinde, ac ſi ſcripta fuiſſet per illum, qui maioratum fecit. Quæ doctrina licèt ex prædictis multùm coadiuuetur; tamen cauſa dotis eſt tam fauorabilis, quòd iuſtè ab ea ſententia deuiare poſſumus. Ad quod faciunt ea quæ ſcribo *in 4. part. huius operis, quæſt.1. limitation.2. à num.1. cum ſequentibus.* Et ſi dubitetur vtrum legatum ſit factum Canonicis, vel Eccleſiæ? Et ſi res donata mulieri nuptæ, eius contemplatione ſit facta? & donata legatariis, an eorum contemplatione ſint donata? in omnibus iſtis eſt inſpicienda conſuetudo, vt docet Menochius *in tractatu præſumption. lib.4. præſumption.113. num.2. folio 218. col.4.* & faciunt quæ ſcribit Simon de Prætis *de interpretand.defunct. voluntat. lib.1. interpretat.2. dubitat.1. ſolution.9. num.1. cum ſequentibus, fol.70.* Et emphyteuſis videtur conceſſa ad vitas, ſi hoc eſt conſuetum, ſecundùm Anton.Gamam *deciſ.276 num.3.* Et eſt memoria dignum in hac materia maioratuum, quòd caſus
81 omiſſus poteſt ſuppleri † quando eſt inſolitus,quoniam teſtatori non debet imputari, ſi caſum inſolitum non cogitauerit, vt tradit Mantica *in tractatu de conjecturat. ment. lib.3. tit.19. num.14. pag.100.* per *l. mater, C.de inoffic.teſtam. l.vltima, C.de poſthum.hæredib. l.vlt. C.de inſtitut.& ſubſtitution.*

Ex prædictis etiam originem ducit quod ſcribit Anton.Gomez *in l.40.Tauri, num.59.* vbi dicit, quòd ſi
82 pater † vel mater conſtituerunt maioratum, aut meliorationem, non exprimendo, quòd veniret ad filium maiorem, ſed tantùm dicendo, quòd veniret ad vnum ex filiis; vel fortè cum non haberet filios,vocauit conſanguineos, vel extraneum, & poſt mortem eorum diſpoſuit, quòd veniret ad vnum ex filiis eorum, & quod bona eſſent inalienabilia, & indiuiſibilia; quod talis maioratus valet: & in dubio vocatus cenſetur filius maior primogenitus, & per conſequens ſucceſſiuè debet deuenire ad maiorem: quam concluſionem ipſe latius bonis rationibus fundat.

Ex cuius fundamentis & aliis iam dictis poteſt confirmari alia doctrina Gregorij Lopez *in dict. l.2.* vbi affirmat, quòd ſi quis faciat maioriam in filium, non declarando nomen filij, quòd hoc intelligitur de filio
83 maiore, † cum hoc ſit conſuetum: pro quo faciunt ſcripta per Menochium *in conſ.158. num.42. & 43. lib.2.* vbi refert Epiſcopum Couar & Roderic. Suarez inter alios plures. Et qui concedit Regnum,videtur reſeruare & conſeruare conſuetudinem Regni, ſecundùm Andream de Iſernia *in cap.1. de conſuetud. recti feud. num.3. fol.182.* vbi Nardus additionator. Et an fœmina poſſit ſuccedere in feudo, eſt attendenda conſuetudo, & mos patriæ, vt per Alciatum *in tractatu præſumptionum, regul.3. præſumpt.32.* Ioan. Gratian. Falcon. *regul.323. num.8.* Et quomodo intelligitur † in- 84
ueſtitura facta ſecundùm conſuetudinem Regni, tradit Decius *in conſ.389.num.6.*quem citat Fuluius Pacianus *in tractatu de probationibus.lib.2.cap.39.n.42.fol.154.* Quibus congruit quod ſcribit Roman. *in conſ.408. In propoſita quæſtione*, vbi affirmat, quòd legatum factum pro prima filia nubenda, intelligitur de maiore natu, non de iuniore, quæ prior nupſit; tradit Curtius *iu tract. de feudis, charta 2. verſ.18.* quos citat Tiraquellus *in tract. de primogen. in præfatione, num.140. pagina 47.* & legenda ſunt quæ ſcribo *p.3.q.9.* Nec minus facit ſingularis doctrina D.Anton. de Padilla *in d.l. cum quidam, num.24. pag.281. ff.de legatis 2.* vbi vult, quòd ſi teſtator dedit poteſtatem vt daret rem cui voluerit, ſi res eſt vinculata, & hæres non elegerit, † res remanere debet apud maiorem de familia, per re- 85
gulam *l.vltimæ, ff.de fide inſtrumentorum*, quod eſt maximè aduertendum. Quod ante eum voluit Rebuffus *in l.boues 89. pag.540.in fine,ff.de verborum ſignificatione*, vbi dicit, deciſum fuiſſe per Senatum, quòd ſi reſtitutio bonorum vni ex filiis debeat fieri,intelligitur de primo filio, & ſic de primogenito; & ſi non elegerit, qui eligere debebat, pro primogenito eſt iudicandum; per regulam *d.§. hoc ſermone, & d.l. cum quidam*, & faciunt quæ ſcribo *ſuprà, à num.74.*

Ex quibus confirmatur ſententia Peraltæ *in l.vnum ex familia, §.ſed & ſi fundum, num.19. pag.595. ff. de legat.2.* vbi inquit, quòd ſi pater meliorauit filium, & eum grauauit, vt poſt mortem nominaret ad meliorationem vnum ex filiis, vel deſcendentibus; & talis qui eligere & nominare tenebatur, deceſſit ante nomina- 86
tionem,† melioratio debet peruenire ad maiorem natu, ex aliis ſuperſtitibus ipſi primò nominato, refert Aretin. *conſilio 162.* & Guid. Papæ *deciſ. 46.* & alia, pro quo facit quod trado *infra, q.51. à num.25.* & idem quod Peralta voluerunt Gregor. Lopez *in d.l.2. tit.15. p.2. in verb. En España.* Epiſcop.Sarmiento *lib 8. ſelectarum interpretatio. in l. cum quidam, ff. de legat.2. num.35. in fine, fol.89.* quidquid teneat ibi D.Anton. de Padilla *num.24.fol.281.*quem iuſtè reprehendit Molina *lib.2.de primogen. cap.4. num.42. fol.231.* & idem quod Guido Papæ,Peralta,& alij tenent Simon de Prætis *lib.3.de interpretanda defunct.voluntat. interpretat.3. dubit.4.ſolut.1. num.74.fol.329.* qui ad hoc citat Alexand. *conſilio 4. per totum, libro 4.* & Marcum Vincentium *pro Tribultiis,num.6.& 7.* & legenda ſunt quæ ſcribo *ſuprà, q.44.* & legendum eſt quod iſtis relatis tradit Valdes *in additionibus ad Rodericum Suarez, ampliation.10.num.25.pag.48.* Et ex his dixit Gloſ. Pariſien. *in conſuetudin.Pariſien. §.1. gloſ.6. num.6. fol.65.* quòd ſi conſtet fundum eſſe cenſualem, ſed ſolum dubitabatur, quæ quantitas cenſus ſit ſoluenda? tunc ad
eam verificandam,† ſufficit conſuetudo regionis, & lo- 87
corum circumuicinorum; ſecus ſi de alio onere extraordinario imponendo ageretur: quia etiamſi maximè cæteri omnes circumuicini fundi illud ſoluant, nihil concludit ad onerandum alios, niſi aliàs. de titulo, vel longiſſima præſcriptione particulari docetur.

Et ex prædictis omnibus aliàs inferebam in practica; maritus promiſit dare arrhas vxori, non deſignata quantitate; † quòd talis quantitas eſt taxanda, & ſol- 88
uenda ſecundùm conſuetudinem, quam ſolent dare alij nubentes, qui ſunt eiuſdem qualitatis, & conditionis, & diuitiarum, conſiderata etiam perſona mulieris, & illius nobilitate, & diuitiis, & aliis ſimilibus circuſtantiis. Et illud, quod ſcribit Gloſ. Pariſienſ. tradunt Epiſcop.Couar. *reſolution. lib.3. cap.7. num.3.* Andr.Gail. qui refert Epiſcop. Couar. *obſeruationum, lib.2. obſeruat.8. num.5. pag.128.* ¶ Et quòd maritus teneatur facere ſcripturam dotis ſecundùm conſuetudinem, licèt con

89 conſuetudo † ſit contra ius, tradit Ripa *in l.2. in principio, nu.63. fol.46. ff.ſoluto matrim.* faciunt ſcripta per Ioan.Garciam *in tit.de hypotheca poſt contractum, n.20. folio 24.*

Et hæc etiam faciunt pro deciſione quæſtionis, de qua dubitauit Ioan.Lopius *in repet.cap.per veſtras, §.23. num.20. fol.101.* vbi tractat, ſi quis virtute Regiæ facultatis fecit maioratum dicendo, *Relinquo bona mea*; vel *tertiam*, vel *quintam bonorum meorum filio meo maiori per viam maioratus*, ſi non nominauit alias perſonas poſt filium maiorem, an bona veniant ad filium maiorem filij priùs nominati. Nam vt ex prædictis conſtat, ſi quis dicat, quòd reliquit bona titulo maiora-
90 tus, † in æternum erunt vinculata: quod ex prædictis ſatis conſtat; licèt *Ioan. Lopius* in contrariam partem ſe inclinauerit. Et pro hac opinione faciunt plura quæ ſcribit Molina *lib.1.de primogen.cap.3. n.14. & cap.4. num.13.cum pluribus ſequentibus*, qui tamen de *Ioanne Lopio* non meminit. Et pro hoc faciunt quæ ſcribit Deci.*conſ.23.38.287.*& hanc ſententiam ſequitur Burg. *conſ.2.n.75. & conſ.44.n.11.*

Sed & ex prædictis infertur, quòd ſi quis caueat in aliqua inſtitutione, quòd relinquit aliquam rem,vt perpetuò ſit vinculata,† & reſtitutioni ſubiecta, licèt non
91 dicat expreſsè quòd eam relinquit titulo maioratus, videtur eam reliquiſſe per viam maioratus. Et confirmatur ex regula text. *in l.3. C.de liber. præter. & in l.in conuentionibus, ff.de verborum ſignific. & l.quiſque, eodem tit.* ibi: *Mihi videtur Labeo figuram verborum ſequi: Proculus mentem teſtantis*,l.Pamphilo,in principio, ff.de legat.3.vbi dicitur,*Non videri quidem quantum ad verba teſtatoris pertinet, fidei commiſſum Pamphili, vt centum reſtitueret,ſed cùm ſententiam defuncti, &c.* latè Tiraquellus *in l.ſi vnquam,verb.libertis,nu.52.pag.108. C.de reuocand. donation.* & communis vſus loquendi, cuius tanta eſt virtus,iſtum patitur intellectum;cùm ſit certum quòd communiter bona maioratus vocantur *bona vinculata.*

Et prædicta omnia præſtant notabile argumentum ad quæſtionem de facto contingentem: cuidam mulieri conceſſa fuit facultas, vt poſſit eligere filium ad quendam patronatum, quæ deceſſit abſque electione, relictis filiis, & nepotibus, qui erant filij filij maioris; dubitatum fuit an admitti deberent ad illam ſucceſſionem filij viui mulieris grauatæ? an nepotes filij maio-
92 ris? & per *l.40.Tauri*, † admiſſi fuerunt ad patronatum nepotes filij filij maioris. Et pro iſta concluſione & ſuperioribus facit, quòd nominato aliquo, videntur
93 nominati illius † hæredes, vt tradunt Alexand. *in conſilio 13.lib.5.* Decius *in conſ.164. num.2.* & alij, quos citat Maſcardus *in tractatu de probationibus, lib 3. concluſ.1337.num.2.* Pro quibus eſt regula *l.ſi pactum,ff.de probation. l.1.tit.14. part.3.l.14.tit.11.part.5.& conſilium 18. num.14. lib.5.* & quæ ſcribit Caldas Pereira *in tractatu de nominatione ad emphyteuſim, q.9. nu.28. fol.93.* Ex quibus omnibus facilè quis defendere poteſt prædictam ſententiam *Gregorij Lopez* (de qua *ſuprà, à num.41.*) tenentis vt prædixi,quòd ſi mater faciat maio-
94 riam in filium † quem maritus elegerit,qui in effectu nullum elegit; ratione conſuetudinis videtur facta in filium maiorem: faciunt ſcripta per Bertazol. *in tract. de clauſulis,clauſ.37.gloſ.38. num.1. fol.39.* & hac doctrina *Gregorij Lopez* habita pro vera, eam poſſumus tribus modis limitare; ex quibus fallentiis materia iſta latius declarabitur.

95 Primò vbi apparuerit, quòd mulier, † quæ prædictam facultatem marito dedit, alium filium magis; quàm maiorem natu diligebat,maximè ſi alias diuitias; vel maioratum haberet aliquem; facit *l. capiendas,*
96 *§.quod factum, ff.de regulis iuris*, ibi: † *Quod factum eſt,quod in obſcuro ſit, ex affectione cuiuſque capit interpretationem:* & eſt bonus textus *in d.l.ſi ſeruus plurium, §.vltimo*,ibi: *Charitas aut neceſſitudo: l.cum pater, §.à te peto, ff.de legatis 2.* Gloſ. *in l.Gallus, §.1. in verb. exprimat, ff.de liberis & poſthumis: l.in teſtamento*, vbi Gloſ.& Doctores; *ff.de liberis & poſthumis: l.ſemper in dubiis,ff.de regulis iuris: l.proximè, verſ.ſed in re dubia. ff.de his quæ in teſtament.delen.l.ſi fuerit in fine, ff.de legat.3.l.cum in teſtamento,ff.de rebus dubiis,*& conducunt ſcripta per Romanum *in conſ.62 Florentina conſtitutio:* Decium *in d.l.ſemper*, Oldradum eleganter *in conſ.95. num.6.& 7.* & eſt bonus textus *in l.ea quæ, §.in re dubia,ff.de regulis iuris.* Et ideo ſi legatum ſit factum Monaſterio, non exprimendo ſpecialiter aliquod monaſterium, intelligitur potius † de monaſterio fœminarum 97
& Monialium,quàm virorum,ſecundùm Baldum *in l.in multis, in fin. ff.de ſtatu homi.* Cynum *in l.cum multa, C.de donationibus ante nuptias, quæſt.vltima*, vbi hoc ſequuntur Bald.& Deci. *in l.fœminæ, num.77.ff.de regulis iuris*, quod tradit & tenet Syluanus iſtis non relatis *in conſ.1.n.13.* Neuizan. *in Sylua nuptiali, lib.6. num.47.* & alij, quos citat Menochius *de adipiſcenda poſſeſſione,remed.4.num.788. pag.118.* latius *in tractatu de præſumptionibus,lib.4.præſumpt.114. nu.10. fol.220.* Additio Speculatoris *part.2. particula 2. tit. de inſtrumentorum edit one,§.nunc vero aliqua, num.63. fol.139. in additione*, quæ incipit, *Duæ quæſtiones*, Ripa *in tractatu de peſte, in tit.de remediis ad conſeruandam vbertatem, n.158. fo.122.* & eſt notabilis *l.20.tit.3. part.6.* vbi tradit, qualiter intelligatur † legatum factum pau- 98
peribus; ex qua multæ concluſiones diffiniri poſſunt, vbi *Greg.Lopez* refert prædictam doctrinam Balii.

Pro quo etiam facit, quia vbi teſtator aliquid relinquit Eccleſiæ non ſpecificando Eccleſiam, intelligitur de illa Eccleſia,† quæ ſibi magis coniungitur; vt no- 99
tant Doctores per illum textum *in l.quæ conditio,§.cum ita,ff.de conditionib. & demonſtrationib.* præcipuè Paul. & Socin.& traditur per Alexand *conſ.213. nu.2. lib.6.* vbi Gloſ.Pariſienſ. Sed de his vide quæ notanter ſcribit Tiraquellus *in tract.de Primogen. quæſt.17. num.16. pag.131.* Menochius *dicta præſumpt.114. num.11. cum ſequentibus*; & *eodem lib. præſumpt.125. nu.12. fol.232.* Epiſcop.Couarr.oblitus *de dicta l.partitæ,in cap.indicante,num.2.fol.47.de teſtament.*& pro iſta limitatione eſt etiam textus in ratione ſui *in l.cum alienam*; & *in l.prædia.C.de legat.* & *in l.Quintus, §.vltimo, ff.de aur. & argen.legato*; & *l.10.tit.9. part.6.* & conducunt alia plura quæ ſcribo *in 2. part. huius operis, in principio, à num.32. cum aliis.*

Iſta tamen limitatio quoddam dubium habere videtur; † nam ſi mater tempore illo, in quo fecit prædi- 100
ctam diſpoſitionem; diligebat magis filium minorem qui ei erat chariſſimus,quàm filium maiorem;veriſimile eſt, quòd mater non feciſſet illam diſpoſitionem dubiam,& incertam,committendo marito electionem filij ad maioratum; ſed ſtatim declaraſſet: quod cùm non fecerit, exiſtimandum eſt, quod ea affectione non obſtante, voluit filium maiorem primogenitum facere, & dediſſe marito ad hoc poteſtatem; niſi dicatur, quod multoties mulieres ob reuerentiam maritorum non audent animum ſuum apertè declarare, quod quotidiè contingit. Et in iure iſta reuerentia maritalis multùm operatur,vt per Bart.*in l.quæ dotis,ff.ſoluto matrimonio*; vbi laſo *num.96.* poſt Alexandrum & alios,Decium *in cap.cauſam matrimonij, num.5. de officio Delegati*; & alios,vt per Caldam Pereiram *de nominatio. emphyteut. num.59. q.16. fol.139.* Barboſam *in l.2. §.final. num.6. cum ſequentibus, pag.750. ff.ſoluto matrimonio.*

Secundò, dicta concluſio *Gregorij Lopez* poteſt limitari,niſi filius maior eſſet odioſus matri: † tunc ete- 101
nim ratione odij exiſtimandum eſt, & veriſimile videtur; quòd mater nolebat ei præſtare maioratum, nec quod maritus ad eundem eligeret illum filium indignum,& odioſum, nec cenſeri poteſt ad hoc dediſſe marito poteſtatem; nec commiſſio data per mulierem ad hoc extendi debet ſub illo arbitrio; argumento textus ſingularis, qui ad plura eſt conducibilis *in l. Lucius Titius, §.Lucius Titius Damam,ff.de legat.2.* vbi proba-

tur, quòd in diſpoſitione generali non comprehenduntur odioſi teſtatori diſponenti, niſi manifeſtè probent teſtatorem eo animo fuiſſe, vt his quoque legatum dari vellet, quem textum ad hoc ibi notant Bart. & alij, & Iaſo *in l.ſi ab hoſtibus, §.1.num.2 ff.ſoluto matrim.* & in vocatione cuiuſdam fideicommiſſi, & parentis, tradit in notabili caſu Bartholom. Socin. *in conſ.37.num.5.& 6. lib.3.* Petrus Surdus *deciſ.54.num.13.* & Caldas Pereira *in tract. de nominat. ad emphyteuſim, q.19.num.35. fol.211.* Menochius *in conſ.30.n.15.cum ſeqq.*

Et per illum textum dixit Bald. *in l.eam quam,n.38. C.de fideicommiſſis,* quòd filius, qui eſt plurimum odio-
102 ſus, vt quia natus ex ſacrilegio, vel monachatu, † non eſt legitimatus per verba generalia, *Non obſtantibus,* ſed ſpecialis in hoc eſt impetranda diſpenſatio: & per illum textum dixit idem Baldus *in l.omnes populi, col.9. in verſic.eſt ergo aliud exemplum: ff.de iuſtitia & iure:* Quòd ſtatutum, quo cauetur primogenitum ſuccedere,
103 † intelligitur ſi ſit habilis, quia beneficia legum capacibus data ſunt, non incapacibus; ſequitur Corn. *in conſil.42. Videtur prima facie, num.5. lib.4.* notat latiùs Tiraquellus *in tract. de primogenitura, q.23. pag.209.* Et dixit idem Baldus *in l.Barbarius, col.6. ff. de officio Prætoris, §.dictum: §.Titius Damam;* quòd Princeps non
104 præſumitur † promouere odioſos, & multipliciter criminoſos: notat Alexander *in conſ.195. Aſſumo, nu.10. lib.2.* & idem Alexander *in conſ.59. Viſa inquiſitione, num.6.lib.6.* vbi vide Gloſ. Pariſien. *in addition. quæ incipit, Odioſè,* qui citat Calderinum *in conſ.8.de re iudica.* & alios. Et eundem Alexandr. *in conſ.213. Ponderatis, num.4.eodem libro,* per illum etiam textum *in d. §.Titius Damam,* ſcripſit Gregorius Lopez *in l.32.tit.9. part.6.in gloſ.in verb.* No valdrà, *fol.68.col.4. in verſic. aduerte etiam,* quòd ſi quis habeat licentiam faciendi
105 maioratum, † non videtur Princeps concedere, quòd faciat maioriam in filium, qui ſit inimicus Regi, refert etiam ad hoc *l.finalem, C.de pactis inter emptorem & venditorem;* & doctrinam Baldi *in l.id quod pauperibus, col.8. in verſic. Vigeſimo ſecundo quæritur, C.de Epiſcop. & Cleric. num.34.* vbi expreſsè ad propoſitum noſtrum per illum textum *in d.§.Titius Damam,* tenet, quòd
106 executor datus ad diſtribuendum inter pauperes, † non poteſt eligere indignum. Et iſtam doctrinam Baldi, & alia plura refert Matienço *in l.7.tit.8. gloſ.5. num.2. fol.227. lib.5. Recopil.* nouiſſimè Menochius *in tract. præſumptionum, lib.4.præſumpt.96.num.12.folio 181.* Et quòd collatio facta indigno, non valeat, tenent Innocentius *in cap. interdicto, de exceſſ.bus Prælatorum,* Abb. *in cap. final. de præſumptionibus,* quos citat Syluan. *in tract.de beneficio, p.2.quæſt.18.n.2. fol.117.*

Sed & per illum text. *in d. §.Titius,* repetit idem Gregor. Lopez *in d.l.32. folio 69. in verſ. ſed an ille, col.1. in principio,* quòd habens facultatem ad faciendum maioratum in filium, etiamſi non habeat filios le-
107 gitimos, † non poteſt illum facere in filium ſpurium. Quod confirmatur ex ſententia illorum, qui tenent, quòd ſi emphyteuſis ſit conceſſa alicui pro ſe, & aliquo filio, quem nominauerit (provt plerumque
108 contingit) non licet † ei nominare filium ſpurium, vt colligitur ex his quæ ſcribunt Bald. Salicet. Iaſ. & Decius *in l generaliter, §.cum autem, C.de inſtitut. & ſubſtitut.* & expreſſius idem Decius *conſ.71. num.1. & 2.& vltimo:* quod latiùs *infrà* tractatur, latè Anton. Gama *deciſ.2.* vbi Mena *in additionibus* plura ſcribit: eleganter Auguſtinus Beroius qui loquitur in eo, qui habebat facultatem ad fideicommiſſum eligendi, is inquam *in conſ.23. per totum, lib.2.* quem citat Simon de Prætis *lib.3. de interpretanda defuncti voluntate, interpretat.3. dubit.1. ſolut.12. num.17. fol.295.* qui addit Angelum & Imol. *in l.Lucius, §.in teſtamento. ff.de legat.1.* Et confirmo ex aliquibus, quæ ad propoſitum, per textum *in d. §.Titius Damam,* ſcribit in propria materia maioratuum, Caldas Pereira *in tractatu de nomination.ad emphyteuſim, q.13.num.59.& 60.fol.153. & 154.* & notanter Anton. Gama *deciſ.206. num.15.* idem Caldas *q.9. num.25. fol.92.* & ibi Gama *num.18.* reſoluit in iſta materia, quòd per verba iniurioſa † con- 109
trahitur inimicitia capitalis. Sed & Bart. quem iſti non citant *in l.vltima, num.7.ff.de his quibus vt indign.* vult, quòd ſi data eſt poteſtas per teſtamentum à teſtatore alicui diſtribuendi inter pauperes, † non poteſt eligere 110
illum quem teſtator non poterat eligere; per text. *in l. vnum ex familia, §.ſi de falcidia, ff.de legatis 2.* vbi hoc voluit Paulus de Caſtro *num.2.* & Baldus *in conſ.91. Videtur quod dicta electio:* Ioan. Andr. *in tit. de inſtrumen. editione, §.nunc vero aliqua,* Ioſeph. Maſcardus *in tract.de probation. lib.2.concluſ.593.num.7.fol.7.* Quod vidi in facto † circa quoddam teſtamentum, in quo erat 111
clauſula, quod Prouincialis Fratrum Minorum poſſet eligere Monialem de generatione teſtatoris: quædam autem filia ſpuria ex generatione teſtatoris prætendebat in illam eſſe faciendam electionem, quia erat proximior alia legitima, quæ idem petebat tanquam conſanguinea, & de generatione teſtatoris. Et ad iſtam concluſionem mouetur Maſcardus per textum *in d.§.Lucius Titius Lamam, in l.Lucius Titius, ff.de leg.2.*

Hinc eſt, quòd granata contrahere vni de domo vel familia, † non cenſetur granata, vt contrahat in gradu 112
prohibito, ſecundùm Abbatem *conſ.5. num.3. lib.2.* Simonem de Prætis *lib.4. de interpretanda defuncti voluntate, dubit.1.num.7. fol.443.* quod dictum refero *infra, q.50.* Et cum allegatur, patrem inſtituiſſe filium ſpurium, impeditur remedium *l.vltima, C.de edicto diui Adriani,* vt tradunt Ioan. Igneus *in authen. ex cauſa, num.90.C.de liber.præterit.* Menoch. *de adipiſcenda poſſeſſione, remed.4.num.758. pag.115.* & *in conſ.180.n.34. lib.2.* Anton. Peregrin. *in tractatu de iure fiſci, lib.3. tit.18.num.39.pag.170.* § Et conceſſio facta per Principem alicui, & eius hæredi, † non intelligitur de filio 113
naturali, qui non eſt hæres niſi in duabus vnciis, vt tradit in notabili quæſtione Matthæus de Afflictis *deciſ.392. Rex Ferdinandus, nu.22.* & faciunt quæ ſcribit Menochius *de adipiſcenda poſſeſſione, remed.4.num.388.* quod non ſemel ex facto vidit: & idem Gama *deciſ.377.* licèt in contrarium † faciat doctrina Pauli *in l.ſi is qui,* 114
num.5. ff.de vulgar. vbi vult, quòd ſi quis grauatus fuerit diſtribuere centum in pauperes, poteſt filio ſpurio aliquid diſtribuere, cùm videatur electus, non à parente, ſed ab eo, qui illum fecit executorem: quod volunt ibi Alexand. *num.8.* & Iaſo *num.7.* Domin. Anton. de Padilla *in l.vnum ex familia, §.ſi de falcidia, nu.3.pag.291. ff.de legat.2.* & prius idem Peralta *in d. l. vnum ex familia, in principio, num.28.pag.562.* quos ſequitur Molin. *lib.2.de primogen. cap.4.num.8. fol.226.* quæ cautè legenda ſunt. De quo etiam lector videat Bald. *in d. l. id quod pauperibus, num.34. q.22.* latiùs: quæ refert & ſcribit Matienço *in l.7.tit.8. lib.5.Recopil. gloſ.5.num.2. cum ſequentibus, fol.227.* & quæ ſcribo *infra:* Ancharranus *in Clement.1. de teſtament. num.18. fol.53.* § Et quod filius Sacerdotis † non poſſit in emphyteuſi ſuc- 115
cedere, tradit idem Antonius Gama *in deciſ.72.nu.6.* & idem Gama *deciſ.149.* & melius *in dicta deciſ.2. num.1. cum ſeqq.* & faciunt quæ ſcribo *infrà, p.2. q.2. à nu.98. cum ſeqq.*

Ex quibus infertur, quòd ſi pater fecit vinculum Tertij in fauorem alicuius filij, & deſcendentium, quibus deficientibus, & conſanguineis & aliis, quos neceſſe eſt vocare, ſecundùm ordinem *l.27.Taur.* dedit filio poteſtatem, vt poſſit nominare ad meliorationem vinculatam quem voluerit, † non poteſt ex vi talis 116
commiſſionis nominare filium ſpurium; ad quod faciunt etiam verba *d.l.27.Taur.* hodie *l.11. tit.6. lib.5. Recopil.* ibi: *Entre ſus decendientes illegitimos, que ayan derecho de los poder heredar.* Ad hæc facit, quod nominatus per aliquem, qui habet ius nominandi, debet eſſe legitimus & naturalis, † non legitimatus, vt probat latè 117
Beroius *in conſ.23. lib.2.* quem citat Simon de Prætis *lib.3. de interpretanda defunct. voluntate. dubit.4. ſolut.1. num.68.*

num.68. folio 329. Quibus tamen eſt addenda ſingularis *deciſio* Matthæi de Afflictis *99. Si pater,* vbi re-
118 ſoluitur, quòd ſpurius † poteſt ſuccedere in emphyteuſi accepta pro ſe, & hæredibus, & filio ſpurio, virtute ſti-
119 pulationis. Et quod illegitimè natus † non poſſit ſuccedere in emphyteuſi Eccleſiaſtica, volunt Bald. & Salicet. *in l.generaliter, §.cum autem, C.de inſtitut. & ſubſtitut.* idem Baldus *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitution.* & alij plures, quos citat Carolus Ruinus *in conſilio 158. num.5. lib.1.* vbi *num.6.* hoc extendit ad nepotem legitimè natum ex filio naturali legitimato, ex Hoſtienſ. Ioan. & Antonio *in cap. lator, qui filij ſint legitimi,* & aliis quæ citat: quod eſt notandum; & contra ea quæ ſcribo infra *part.2.* Et quòd renouatio emphyteuſis, non poſſit fieri in filium illegitimum, tradit Cald. Pereir. *in tract. de renonat. emphyt. q.9. nu.12. fol.66. & q.7.nu.39. & q.19.nu.28. fol.209.* ad hoc legendus *in tract. de nomination. q.20. nu.7. fol.225.* & faciunt ſcripta per Thomam Treuiſan. *deciſ.26. p.1.* Aluar. Valaſc. *conſultation.147. per totam.* Quinimo nepos ex filio naturali etiam legitimato, non poteſt ſuccedere auo in emphyteuſi Eccleſiaſtica, vt reſoluit Gozadinus *in conſ.46.num.15.*

Nec eſt etiam omittendum, quod per illum textum *in d.§.Titius,* ſuſtentat Paulus de Caſtro *in conſ.335. Læ.datio & inueſtitura, nu.2.in fin.lib.1.* vbi dicit, quòd
120 in feudo nobili † non eſt capax ad ſuccedendum ignobilis, ſine expreſſa domini voluntate, quam doctrinam refert Tiraquellus *in tractatu de Nobilitate, cap.37. num.28. pag.551.* de qua doctrina latius ſcripſi *ſuprà, in q.1. à num.19.* Et ad hoc facit propriùs doctrina Pauli Caſtrenſis *in l.vnum ex familia, §.ſi de falcidia, ff.de legat.2.* vbi dicit, quod quando committitur hæredi
121 nominatio certæ perſonæ, † non poterit nominare inimicum teſtatoris, & quem teſtator veriſimiliter non nominaret, citat textum *in d. l. Lucius Titius, §.Titius Damam, ff.de legat.2.* quem refert & ſequitur Bartholom. Socinus *in l.vtrum, §.cum quidam, num.10. ff. de rebus dubiis.* Pro quo etiam faciunt ſcripta per eundem Bartholom. Socinum *in conſ.33.col.2.lib.3.* Rubeum *in l.Gallus, §.quidam rectè, num.91. ff.de liberis & poſthumis:* Aymonem Crauetam *conſilio 284. num.1.* Menochium *conſilio 30.nu.15.cum ſequentibus, lib.1.* Epiſcop. Couarru. *in epitome de ſponſalibus, 2.p.cap.8.§.5. nu.3. cum ſequentibus, fol.129.* Burgos de Paz *in conſ.27. num.27.cum ſequentibus.* Et in licentia data ad alienationem feudi, quod non debeat fieri in perſonam odioſam, tradit Andreas de Iſernia *in cap. Imperialem, in principio, num.10. fol.97.de prohibit. feud. alienat.* Natta *in conſ.162. num.12. lib.2.* Anton. Peregrinus *in tract. de fideicommiſſis, artic.22. num.95. folio 207.* Et per textum *in d.§.Titius Damam:* volunt *ibi* Iacobus de
122 Arenis, Bart. & alij, quòd odioſi teſtatori † nunquam comprehenduntur ſub generali vocatione; quos citat Molina *lib.1.de primogen. cap.9. num.13. fol.65.* quem refert Petrus Surdus *deciſ.41. num.5.* qui alia ſimilia adducit. Et ego tracto *lib.2.q.4.* Ex quo fit, quòd promiſſio de aliquem non offendendo ſub pœna, non intelligitur ſi ſuperueniat noua cauſa, culpâ aduerſarij, ſecundùm Romanum *in conſilio 183.* quem citat additio Ferratæ *in practica in forma libelli ad compromiſſum, pag.225.* quod *infrà* latiùs confirmo, *verſ. tertiò prædicta:* & Peralta *in d.§.ſi de falcidia, num 4. pag.568.* motus ex dicta doctrina Pauli *ibi,* & aliis, expreſsè ad noſtrum propoſitum vult, quòd ſi pater dederit alicui commiſſionem, vt vnum ex filiis melioraret, non poteſt eligere ad meliorationem filium patri ingratum. Et dicit idem Bartholomæus Socinus *in conſ.37.n.1.cum ſequentibus, lib.3.* quòd licet in fideicommiſſo familiæ vel parentelæ relicto, cenſeantur vocati illi de familia ordine ſucceſſiuo, ſecundùm graduum proximitatem, quando inter eos adeſt ordo affectionis, *l.cum ita, §.in fideicommiſſo, l.peto, §.fratre, ff.de legat.2.* cum *concordant.* ta-
123 men † remotior admittitur, ſi fuerit probatum, quod teſtator odio habebat proximiorem in gradu: quod eſt notabile conſilium: & refert Alciat. *in l. moribus, nu.66. pag.125. ff. de vulgar.* vbi dicit, quòd in fideicommiſſo, quod generalibus verbis relictum eſt familiæ, ad eius petitionem non admittuntur inimici teſtatoris, quamvis ex familia ſint: tradit alios citans Burſatus *in conſilio 131.nu.48. lib.2.& num.60.* Ex quibus confirmatur id quod ſcribit AHumada *in l.2. tit.15. part.2, gloſ.13. in verb.* En Eſpaña, *nu.22. fol.145.* vbi limitat doctrinam Antonij Gomez *in l.4. Taur. nu.41.* volentis, quòd ſi teſtator diſpoſuit quod in legato, ſiue fideicommiſſo ſuccedat electus per aliquem ex familia teſtatoris, poſſit abſolutè eligere quem velit: quod latiùs tracto *infrà, quæſt.72.* non tamen poteſt eligere indignum.

Et per textum *in d.§.Titius Damam,* & alia iura, diſputat quæſtionem Anton. Gama *deciſ.2. num.1. cum ſequentibus,* quam iam vidi in practica, & quotidie contingit, ſi quis accipiat emphyteuſim cum facultate nominandi filium poſt eius vitam, an poſſit nominare filium naturalem legitimatum, aut ſpurium? & tandem concludit in emphyteuſi † Eccleſiaſtica licitum non 124
eſſe tales filios nominare: & mouetur etiam per doctrinam Baldi *in authent.ſi quas ruinas, C.de ſacroſanct. Eccleſ.* & per alias authoritates; qui id limitat, niſi conceſſio facultatis nominandi habeat omnimodam libertatem, vel facta † ſit à principio, ſpurio; & idem tra- 125
dit *in d.deciſ.377.nu.1.cum ſequentibus,* quod nouiſſimè diſputat & reſoluit Caldas Pereira *in lib.de Emphyteuſi, q.39. num.61. fol.217.* licèt Gamam non citet: & addo eundem Caldam, *q.20.num.12. cum ſequentibus,* vbi tractat, an filij naturales poſſint petere rem emphyteuticam datam ab Eccleſia, ſi illos extare Eccleſia ſciebat; & ad Gamam, & Caldam Pereiram addo Rolandum *in conſ.79.nu.40.cum ſequentibus, lib.3.* vbi plura tradit ad propoſitum de filiis ſpuriis, & incapacitate, & indignitate illorum: quod conſilium refero *in 2.part. quæſt.2.* & tradit Caldas Pereira *in tract. de poteſtate eligendi, part.3. cap.13. nu.1. cum ſequentibus, fol.134.* Et quod infenſum & inimicum teſtatori, † non 126
poſſit quis eligere, etiamſi habeat liberam eligendi facultatem, tenet in terminis Epiſcop. Sarmient. *lib.8. ſelectarum interpretationum, in l.cum quidam, nu.7. fol.83. ff.de legat.2.* contra D. Antonium de Padilla *ibi,* & Molinam *l.b.2. de primogen. cap.5. num.6.7. & 8.* Et iſta confirmantur ex regula iuris, quæ habet, quòd donatio perfecta † reuocatur per ingratitudinem, *l.vltima, C.de* 127
reuocand. donationib l.penult.tit.4.part.5. latè Matienço *in l.7 tit.10. lib.5. Recopil. gloſ.7.num.3. fol.307.* Et pro hac ſententia & limitatione facit etiam textus *in l.vt gradatim, § fin. ff.de munerib. & honorib.* & *in l.ſi quando, C.de inofficioſ. teſtament.*

Et faciunt quæ plenè notantur *in l.1. C.de ſacroſanct. Eccleſ. & in l.1. §.nuntiatio, ff.de noui oper. nuntiat.* & doctrina Bartoli *in l.vltima, nu.7. ff.de his quibus vt indignis,* vbi vult, quòd ſi teſtator rogat expreſsè hæ- 128
redem, vt reſtituat hæreditatem, cui velit, † non poteſt ſpurium eligere, & videtur tunc capere à teſtatore, *ex l.vnum ex familia §.1. ff.de legatis 2.* quem citant Antonius Peregrinus *in tractatu de iure fiſci, lib.3. n.105.* Gregor. Lopez *in l.13. tit.7. part.6. in gloſ.* in verb. *En poridad.* Et idem voluit Bart. *in conſilio 198.* Paleotus, quem refert Burſatus *in conſilio 55. num.19.* de quo legenda ſunt quæ ſcribo *ſuprà à num.107.* & doctrina Bartoli *in tractatu de inſignis & armis, num.11.* Pariſij *in conſilio 29.nu.7. lib.1.* Curtij Iunioris *in conſilio 177. ad finem,* Menochij *in conſilio 30.num.1.* decidentis, nomen & inſignia familiæ non transire ad ſpurios, aut baſtardos. Et inquit Dominicus *in cap.ſi pro debilitate, de officio Delegat. in 6.* quòd ille cui conceditur electio libera, non poteſt eligere non idoneum, quem citat Curtius vbi alia ſimilia ſcribit *in conſ.188. num.20. libro 1.* Et mandatum inueſtiendi in aliquam rem cenſualem, † intelligitur de perſonis iuſtis, & habi- 129
libus,

libus, ſecundùm Gloſ. Pariſienſ. *in conſuetudin. Pariſien. §.41.num.74.fol.294.* ad quod conuenit *lex 2.tit.15. part.2.l.6.tit.15.part.1.* in illis verbis, *Seyndo ome para ello.* Et facit quod voluit Paulus de Caſtro circa materiam *l.ſi vnquam, C.de reuocand.donation.* diſtinguens inter liberos odioſos, & dilectos patri *in l.1. C.de inofficioſ.donation.* & Cardinal. Florenti. *in conſilio 2. Iacobus teſtator.* & per has & alias rationes, quas omitto, hæc ſecunda limitatio perſuaderi poteſt.

Et pro iſtâ ſententia conducunt alia plura quæ ſcribit Burgos de Paz *quæſt.3.ciuili, nu.29. cum aliis*, elegantèr Carolus Ruinus *conſilio 25. nu.9. libro 2.* vbi tradit, quòd ſi maritus det commiſſionem vxori, quòd poſſit eligere ad hæreditatem, & eam diuidere inter conſortes de Tauellis, provt ipſi mulieri placuerit, talis voluntas eſt regulanda ſecundùm arbitrium boni viri, & debet ſequi voluntatem teſtatoris tacitam, vel præſumptam, & tenetur præcisè relinquere hæreditatem inter illos de familia de Tauellis, & non poteſt eligere fœminas, maſculis extantibus. Et faciunt etiam quæ ſcribo *part.2. in initio, & p.2. q.4. in principio, à num.8.* Et quod tradit Bartholom. Socinus *in l.Centurio, ff.de vulgar.* vbi dicit, quòd ſi per ſtatutum maſculi excludant fœminas, intelligitur ſi maſculi tales ſint, qui ſucceſſionem obtineant: & idem volunt Carolus Ruinus *in conſilio 152. num.7. lib.2. & in conſilio 93.nu.11. lib.3.* Cephalus *in conſilio 221. num.13. libro 2.*

Sed nihilominus hæc ſecunda limitatio non proce-
130 dit † ſine difficultate, quia cum mater tempore, in quo dedit poteſtatem patri eligendi filium, quem ipſe vellet ad maioratum, non expoſuerit, quod volebat, vt ille filius maior tanquam ei odioſus non ſuccederet in primogenitura: credendum eſt quod illi remiſit iniuriam, & odium, & quod iam eam pœnituit prioris voluntatis: maximè ſi probatur reconciliatio, & benemerita filij poſt offenſam, & olium: argumento eiuſdemmet textus *in d.§.Titius Damam. in l.Lucius Titius, ff.de legat.2.* ibi, *Si ij, qui pererent, manifeſtè docerent eo animo circa ſe patronum, cum teſtamentum faceret, eſſe cœpiſſe, vt iis quoque legatum dari vellet: alioquin nihil ipſis præſtetur.* facit textus expreſſus *in l.in ipſius, C.familiæ erciſcund.* notat Iaſo *in l. in arenam, nu.8. C.de inofficioſ.teſtament.* & probatur *in l.3.§.final.ff.de adimend. legat.* vbi Bartolus, tradunt Alexander *in conſ.91. n.4. lib.7.* Iaſo *in authent. vnde ſi parens, num.20. C.de inofficioſo teſtamento*, Pariſius *in conſilio 1.nu.149. lib.1.* Menochius *in tractatu præſumptionum, lib.3. præſumpt.37. num.38. pag.321.* ad quos etiam alios concordantes ſcripſi *in quæſt.43: ſuprà, eodem, in verſic. tertio reuocatur, num.73.* Et dicit expreſsè Baldus *in d.l. id quod pauperibus, in verſic. vigeſimo ſecundo quæritur, nu.34.* quòd executores virtute commiſſionis illis à teſtatore datæ, eligere poſſunt illos, qui erant odioſi teſtatori,
131 licèt non indignos, † quia cum teſtator deceſſit confeſſus, & contritus, illud odium remiſiſſe videtur: debet tamen ſecundùm eum fieri articulus, quòd deceſſit in illo ſtatu: refert notata *in §.final. Inſtitut. de iniur.* Nam & ſcimus, quòd ille qui fuit malus, & poſtea ſe de crimine emendauit, præponitur illi, qui ſemper bonus fuit, ſecundùm Gloſſam notabilem *in cap fideliorꝫ diſtinctione 50.* de quo per Romanum *in conſilio 533. Electi ſunt duo Doctores*; & latiùs per Felinum *in cap. cum te, col.4. verſic. limita tertio, de reſcript.* & notat Decius *in cap.conſtitutis, nu.8. fol.214. de appellation.* De qua doctrina dubitat Molina *lib.2. cap.5. num.11. folio 237.* Et iſta concluſio maiori ratione procederet, vbicunque mater vixit aliquo tempore poſtquam marito conceſſit prædictam facultatem, ac potuit declarare illi ſe non velle, quod faceret maioratum in illum filium ei odioſum, nec tale declarauit: quia tunc magis
132 præſumitur † odium remiſiſſe: argumento Gloſſæ *in l. Athleta, §.dat remiſſionem, ff.de excuſat.tutor.* & *in l.* tractabatur, *ff.de teſtament.milit.* & *in l.3.C.de inofficioſ. teſtament.* Et conducunt plura ſingularia quæ ſcribit Iaſo *in authen. ex cauſa, num.25. C.de liberis præterit.* & facit bonum *conſilium* Barthol. Socini *93. num.7. libro 4.*

Sed contra iſta facit textus notabilis *in l.filia, §.Seio*, vbi Bartolus notat, *ff.de adimend. legat.* vbi probatur, quòd ſi teſtator in teſtamento fecit legata alicui, & poſtea ſuperuenerunt inimicitiæ inter legatarium, & teſtatorem, per quas reuocatur tacitè legatum, ſi poſt tale legatum teſtator faciat codicillos, in quibus non reuocauit legata facta illi, provt poterat ſi volebat, per talem præſumptionem non deſinunt eſſe reuocata legata, quem textum vocat ſolennem Iaſo *in dicta authen. ex cauſa, num.5. C.de liberis præterit. folio 137.* & faciunt ſcripta per Antonium Peregrinum *in tractatu de fideicommiſſis, artic.22. num.100. fol.207.* Præſumendum autem eſt, matrem faciliter filio ingratitudinem & offenſam remittere, tam ob dilectionem, quam in filios communiter matres habent (vt experientia docet) & probatur per textum *in l.nam & ſi parentibus, ff.de inofficioſ. teſtament.* ibi: *Propter votum parentum & naturalem erga filios charitatem*: de qua re plura ſcribit Tiraquellus *in l.ſi vnquam, in principio, num.5. cum ſequentibus, C.de reuocand. donation.* quo in loco lector ſtomacho ſatisfaciet; quàm quia facilius ſolent filiis parcere, & miſereri, vt quotidie videtur. Ad quod facit
133 *l.filia, C.de inofficioſ.teſtament.* Et † mulieres ſunt miſericordiores, & piæ magis quàm viri; vt docent Ariſtoteles, & Auicenna, vtrique *libro 9. animalium, cap.1.* & confirmat Tiraquellus *in l.9.connubial. n.197. folio 162.* licèt eadem Gloſſa *num.184.* tradat, mulieres iracundas eſſe, & cum ira furere.

Vnum etiam in præſenti articulo animaduerto, quòd
134 odium non præſumitur, & ideo † requiritur plena probatio odij, vt ex textu *in Authen. de teſtibus, §.ſi quis vero dicat*: tradit Maſcardus *in tractatu de probationibus, libro 2. concluſione 898. & libro 3. concluſione 1127.* qui ad hoc refert etiam Speculatorem *in titul. de teſte §.qualiter autem ſint probandi, num.19.* ad quem addo Nattam *in conſilio 462.num.9. lib.2.* Menochium *in tractatu præſumptionum, libro 3. præſumpt.37. nu.26. cum ſequentibus*, quæ concluſio maximè procedit inter patrem & filium, maritum & vxorem, aut tres vel alias coniunctas perſonas. Et inimicitia præſumitur
135 durare † niſi probetur reconciliatio, ſecundùm Alexandrum *in conſilio 99. num.3. lib.1.* poſt Innocentium *in cap.cum oporteat, de accuſation.* Pariſium *conſilio 2. num.57. libro 4.* Rolandum *in conſilio 24. num.31. libro 1.* Et quòd vbicunque agitur de reuocando legatum propter inimicitias, requirantur quinque teſtes ad probandam inimicitiam, volunt Dynus & Baldus *in l. hæredes palam, §.ſi quid poſt, ff.de teſtament.* Petrus Surdus *deciſ.128.num.5.*

Tertiò, prædicta concluſio Gregorij Lopez, & aliæ ſimiles, quas ad illam fundandam adduximus, poſſunt reſtringi, † niſi poſtquam mulier illam facultatem ma-
136 rito conceſſit, ante confectionem maioratus ſuccedat aliqua noua cauſa in filio maiore, qui matrem grauiter offenderit poſt mortem (provt ſæpè contingere poteſt,) quia tunc veriſimile eſt, quòd ſi mater viueret, nequaquam vellet, quòd filius maior ſuccederet in primogenitura: quod variis iuribus, & rationibus fundari poteſt, ex quibus ea quæ magis vrgent ſcribam.

Et in primis facit textus ad plura laudatiſſimus *in l. ſi hominem, ff.mandat.* arguendo de contractibus ad vltimas voluntates, iuxta *l.quæ de legato, ff.de legatis 1.* vbi latè Iaſo; ex quo colliges qualiter hoc argumentum eſt efficax, vbi militat eadem ratio: latiùs Euerardus *in centum locis, loco 17. pag.170.* Probat igitur *dicta l.ſi hominem*, quòd ſi quis dedit mandatum ad hominem manumittendum, procurator tenetur exequi mandatum, † niſi iuſtam cauſam habeat id non
137 faciendi,

faciendi, veluti ſi poſtea compererit, eum falſas rationes confeciſſe, inſidias vitæ domino ſtruxiſſe; quem textum ſummè commendat, vocando vnicum & ſingularem, Baldus *in cap. 1. col. 8. numer.19. vt litè non conteſta.* Iaſo *in l.omnes populi, lectura 1. numer.34. & lectura 2.numer.12.* cum aliis, vbi plura adducit, *ff.de iuſtitia & iure*: & hoc alij plures ad cœlum vſque extollunt, quos omitto. Et iſtam concluſionem confirmo per textum *in l.Titius, ff.de obſequiis patron. præſtan.* & doctrinam Pauli *in l.digna vox, C.de legibus*; quorum authoritate ſcribit Azeuedo in Curia Pilana *lib.2. cap. 14.numero 14. folio 63.* quòd ciuitas poteſt venire &
137 reuocare quod ſemel dedit, † vel contraxit propter ingratitudinem eius cui facta fuit conceſſio: facit textus notabilis *in l. quod ſemel, ff. de decret. ab ordine faciend.* & *in l.final. ff.qui ſatisdar.cogant. l.cum quis, in principio. l.ſi cum Cornelius, ff. de ſolution.* & *in l.ſtichum, §. vſumfructum*; & *in l.ſi quis ſeruo, ff. eodem titulo*, & *l.libera, ff.de peculio*: de quibus iuribus latè tractat Iaſo *in l. rogaſti, §.ſi fugitiuus, numer.2. ff.ſi certum petatur*: & *in l.non ſolum, §.morte, numer.16. ff.de noui oper.nuntia.* & *in l.ſi pecuniam, §. 1. num.12. ff.de condict. cauſ.dat.* Ioannes Faber *in §.pretium, num. 2. Inſtit. de emptione & venditione.* Et omnis diſpoſitio intelligitur rebus ſic ſtantibus, *l. quod Seruius, ff. de condition. ob cauſ.* cum *concordantib.* quæ ſcribo *infra.*

Hinc eſt, quod ſi mulier ſoluto matrimonio adul-
138 terium committit torum violando, † perdit medietatem lucrorum acquiſitorum conſtante matrimonio, propter præſumptam mariti voluntatem, de quo credendum eſt, quòd ſi viueret, hoc non conſentiret; probatur *in l.4.tit.4.lib.5. ordinamenti*, quæ hodie habetur *in l. 5. titul.9. libro 5. ordinamenti noui*: cui adde *l.3.* quæ eſt *finaltitul.12. part.4.* ibi: *E la pena es eſta, que es deſpues de mala fama, e deue perder las arras, e la donacion que le fizo el marido finado, e las otras coſas que le ouieſſe dexado en ſu teſtamento; e deuenlas de auer los fijos que fincaren del. E ſi fijos no ouiere, los parientes que deuen heredar lo ſuyo: eſſa miſma pena deue auer, ſi antes que paſſaſſe el año fizieſſe maldad de ſu cuerpo.* Et iſtum punctum, & dictam legem Regiam notabiliter explicat Coſta *in cap.ſi pater, de teſtament.in 6. part.1.in verbo, legauit, numer.38. pagina 78.* & materiam latè tractat Oſaſcus *deciſ.87. numer.1. cum ſequentibus*; & facit Gloſſa *in l. ſororem, in verbo, indignam C. de his quibus vt indignis*: quæ dicit, quòd ſi hæres poſt mortem teſtatoris commiſcuit ſe
139 cum illius vxore, † efficitur indignus hæreditatis: quam Gloſſam ſequuntur communiter Doctores *ibi*, & eſt conſimilis *in l.fideicommiſſum, C.de fideicommiſſ.* quæ idem in legatario dicit; vbi Paul. de Caſtro dicit, quòd ſi vxor poſt mortem mariti committit adul-
140 terium, † perdit dotem: quam opinionem pluribus relatis dicit communem eſſe, Petrus de Peralta *in dict. l.cum quidam, num. 8. pagina 269. ff. de legatis 2.* & Bellonus *in rubrica de edendo, numer.83.* Boerius *deciſ.338.* & idem etiam tenet Cifuentes *in l. 14. Tauri*,
141 quamvis † contrarium teneat Alexander *in dict. l. ſororem*, & Iaſo *in dict. l.fideicommiſſum* & alij, quos referunt, & defendunt; & ſequuntur egregij ſcriptores moderni, Epiſcop. Couarruu. *in epitome de ſponſal. 2. part. cap.7. §.6. num.10.11. & 12. fol.106.* arboſa latè *in l.2. in principio, num.64. pag.608. ff. ſoluto matrimonio*, & Anton. Gomez *in l.80. Taurina, num.70.* Arius Pinellus *in l.final. numer.9. C.de bonis maternis*, Molina *lib.1. de primogeniis, cap.9. num.55. fol.71.* vbi etiam alia tractat; apud quos hæc quæſtio latè diſputatur, quibus adde eundem Antonium Gomez *in d. l. 14. Taur. num.17.* & Gloſſ. Pariſienſ. qui illam Gloſſam *in dict. l.fideicommiſſum*, reprehendit, *in conſuetud. Pariſien.p.1.§.30. num.142. fol.247.* Et quod per verba in-
142 iuriosa, quæ dixit legatarius contra teſtatorem, † lega-
tum cenſeatur reuocatum, tradit latè Natta *in conſ.457. n.24. lib.2.* faciunt ſcripta per Menochium *in tractat. de præſumptionibus, lib.4. præſumpt.170.n.3 fol.330.*

Et horum authoritate dixit in hac noſtra materia Ioann. Lopius *in rubrica de donationibus inter virum & vxorem, col.371. verſic. ex iſtis infero, hodie, §.67. num.7. pag.240.* quòd ſi maritus relinquat vxori facultatem, vt pro eo teſtari poſſit, & mortuo marito ipſa luxuriosè viuat, † per hoc videtur reuocare manda- 145
tum: ad quod etiam adducit bonum textum *in d. l. ſi cum Cornelius, ff.de ſolution.* de cuius legis ornatu vide vltra plura, quæ cumulat *Ioan. Lop. ſuper Ioan. Lop. ſingularia, §.ſi certum petatur*, Hippolyt. *in ſingular. 58.* Auiles *in cap.correctorum, in proœmio, n.44. fol.10.*

¶ Et quòd per ſequentem inimicitiam † cenſeatur 144
fideicommiſſum & legatum reuocatum, tradunt vltra prædictos, Carolus Ruinus *in conſ.162. col.1. libr.4.* & alij vt per Tiraquellum *in tractatu de ceſſante cauſa, in princip. num.122.* Menochius *in conſ.30. num.16. & 17. lib.1.* faciunt ſcripta in propria materia per Ioannem Lopium & Additionem *in dicta rubrica, §.83. & vltimo, pag.299.* & facit ſimile in iſta materia, quòd fuit dictum in conceſſione feudi quod non poſſit reuocari propter aliquam cauſam, reuocari poteſt propter ingratitudinem, vt tradunt Speculator *in tit. de nominat. num.5.* Mandoſius *in tractatu de ingratitudine, c.62. col.2. fol.28.* qui citat Afflictum. Ad iſta quadrat, quod ſcribit Bart. *in l.in principio, num.42. ff.de vulgar.* vbi vult, quòd ſi mater erat inimica teſtatoris, quia habuerat rem cum aliquo, † vel propter aliam cauſam, 145
elicitur coniectura, quòd eam voluerit excludere per tacitam pupillarem, per *l.3. in fine, & l.ex parte, ff.de adimend.legat.* & ſequuntur alij Doctores, vt dicit ibi Ripa *num.57.* & Socinus Iunior *num.116.* quos refert Franciſcus Mantica *lib.5. de coniecturata mente defuncti, titul.15.num.18. pagina 189.* De quo legenda ſunt plura quæ pro confirmatione iſtorum ſcribit nouiſſimè Antonius Peregrinus *in tractatu de iure fiſci, libro 2. tit.8.nu.1. cum ſequentibus, pag.96.* & quæ ſcribit idem Mantica *dicto titul. 15. n.27.* Imo ſi vxor teſtatoris ſecundas contraxerit nuptias, † excluditur per tacitam 146
pupillarem, ſecundùm Angelum *in l.2. §.prius, num.2. ff.de vulgar.* & *in l.precibus n.5. C.de impub.* vbi Deci. *n.19.* quod voluit alij relati à Rolando *in conſ.70.n.32. lib.1.* Franciſc. Mantica *lib.5. de coniectur. ment. defunct. tit.15.n.28. pag.191.*

¶ Et non ſolum mulier † amittit dotem, & alia ſimi- 147
lia propter adulterium, ſed etiam propter roſeulum, & tactum mammillarum, & alios actus inhoneſtos, vt per *l.final. C. quando mulier tutela officio fungi poſſit*; & doctrinam Baldi *in capitulo de procurator.* Decij *in rubrica de indiciis*, & *in rubrica de edendo*, tradit Gratus *in conſil.115. num.9. lib.1.* & legenda ſunt quæ ſcribit Ioann. Gratian. Falcon. *regul.496.* Iſtis eſt germana doctrina Baldi *in l.ſancimus, n.6. verſ. vel quia noua ratione, C.de teſtam.* vbi dicit, quòd ſecundum teſtamentum, ſi teſtator fuerit † læſus ab hærede inſtituto, vel alia ratione 148
offenſus, cenſetur reuocatum: ibi idem voluerunt Fulgoſius *n.2.* Paul. *n.5.* Iaſo *n.14.* Barth. Soc. *in l.ſi mihi & tibi, §.in legatis, n.16. ff.de Legat.1.* & alij vt per Manticã *in d.tract. lib.12. tit.8. n.17. pag.606. col.2.* Simonem de Pretis *lib.4. de interpret. defunct. volunta. dub.2. n.110. fol.468. col.4.* ad hoc legendum latius nouiſſimè & elegãter Menoch. *in tract. de præſumpt. lib.4. præſumpt.166. n.1. cum ſeq. fol.288.* poſt Epiſcop. Couar. *in 2. part. Rubricæ de teſtam. nu.19. cum ſeq.* Burſat. *in conſ.47.* Tiraq. *de legibus connubialibus, gloſſ.7. exprez, nu.130. fol.315.* Ioan. Gratian. Falcon. *regul.475.* Iulius Clarus, *§. teſtam. q.99.* idẽ Epiſcop. Couar. *in c. quamvis pactum, de pact. in 6. part.1.§.3. nu.6. fol.22.* Peralta *in l.ſi quis in principio teſtam. pag.508. ff.de legat.3.* vbi Socin. Iunior. *n.25. fol.199.* Barth. Socin. *in conſ.163. n.4. lib.2.* & *in conſ.2. nu.12. lib.3.* & elegans *l.103. titul.18. part.3.* de qua nullus Hiſpanorum meminit.

Ex quorum dictis etiam deducitur, quòd si maritus commisit vxori, vt faceret meliorationem aut maioratum in filium, quem vellet, & ipsa mortuo marito stu-
149 prum faciat, † censetur tacitè reuocasse potestatem, quam ei dedit faciendi meliorationem, aut maioratum; quod voluit Cifuent. *in l. 31. Taur. numer. 4.* Et hæc illatio fulcitur ex pluribus, quæ nouissimè scribit Domin. Antonius de Padilla *in dicta l. fideicommissum, nu. 3. & aliis*, quem lector legat: Ioannes Lop. *in rubrica de donation. inter virum & vxorem. §. 67. num. 9. cum sequentibus*, & faciunt plura quæ scribit Rolandus *consilio 86. num. 1. cum sequentibus, lib. 2.* latiùs Molina *dicto lib. 1. cap. 9. num. 47. fol. 71.* Cephalus *in consil. 500. num. 44. lib. 4.* Et ea quæ dicta sunt in muliere vxorata,
150 † quæ osculum passa fuit, lector decidere potest ex pluribus quæ latissimè scribit Menochius *de arbitrariis iudicum, lib. 2. Centur. 3. casu 287. nu. 7. cum sequentibus pag. 494.* & *in tractatu præsumptionum, lib. 3. præsumpt. 24. num. 9.* post Glossam *in l. 1. ff. de variis & extraordinariis criminibus*. Andr. de Isernia *in cap. 1. quibus modis feudum amittatur*, & alij vt per Matthæum de Afflictis *decis. 276.* Grammaticum *in cons. 48.* Tiberium Decianum *in practica criminal. tom 2. lib. 8. cap. 15. num. 8. fol. 221.* qui plures distinguunt inter osculum voluntarium, & per vim.

Imo, ex superioribus, præcipuè ex text. *in dicta l. si hominem*, & ex aliis pluribus, quæ illius argumento innumeris penè locis scripta sunt, forsan fundari potest, quòd etiamsi mater expressè Patri committat, & dicat, quòd nominet filium ad maioratum, quem ipsa proprio nomine nominauit, nec ipsa ex tunc facit maioratum, sed patri committat; vt illum maioratum faciat, stante
151 noua & vrgentissima causa ante nominationem, † licet patri retrocedere à voluntate defunctæ, quasi voluntas matris si viueret, idem disponeret, si casus contingeret: nec in hoc refragatur voluntati testatricis, quia propter illam causam iam cessat, argumento textus *in dicta l. Lucius, §. Titius Damam*: & aliorum quæ *supra* scripta sunt. In quo tamen cogitandum est, quia voluntas testatoris ad vnguem seruari debet: *l. in conditionibus primum locum, ff. de conditionibus & demonstrationibus, l. 40. Taurina, in fine*, & hoc vbique scriptum est: licet ad hoc etiam replicari potest, quòd hic actus, in quo debet executioni mandari, voluntas testatricis habet retro oculos, & retrotrahitur ad vitam; & tempus, in quo testatrix illud disposuit, de qua credendum est, quòd si tempore, quo fecit illam dispositionem, concurreret, & adesset causa, quæ postea contigit, idem statuisset: quod argumentum est forte, & ex ipsa ratione, & experientia, & medulla legum detractum, & illo ego sæpè vti debeo in huius operis prosequutione, præcipuè *in principio secundæ partis*.

Hoc etiam confirmatur, quia ex causa de nouo su-
152 peruenientè licet † recedere à qualibet dispositione, *dicta l. Quod seruus, ff. de condition. ob caus. cap. quemadmodum, de iureiurand. cap. suggestum, de decim.* de quo vide notabile *consilium* Ancharrani *83. Prima facie*: & alia plura quæ refero *in 4. part. infra eodem, quæstione 1. limitatione 1. à num. 34. cum sequentibus*: & facit quod decidit Cifuent. *in l. Taur. quæstione 39.* quòd consanguineus, qui offendit venditorem, non potest retrahere rem venditam, nisi illi fuerit remissa iniuria, qui ad hoc citat Matthæum de Afflictis. Et ad istam quæstionem vide Molinam *lib. 2. de primogen. cap. 5. num. 9. fol. 237.* ¶ Nec prædictis etiam obest quod scribit Peralta *in l. 3. §. qui fideicommissam, numer. 88. cum aliis, pag. 219. ff. de hæredi. instituend.* vbi tradit, quòd successor in maioratu non debet eo priuari, licèt lacessérit famam, vel honorem illius, qui maioratum fecit. Nam quæ ipse scribit, procedunt in maioratu iam perfecto: nostra vero quæstio in maioratu, qui est in fie-
153 ri, inter quos longa est differentia: *l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris*, cum *concordant.*

Ex dicta autem doctrina Gregorij Lopez, & *decisione* Guidon. Papæ 505. & aliis quæ de natura & proprietate bonorum maioratus scribit Molina *lib. 1. de primogeniis, cap. 6. num. 9.* animaduerto lectores, ne decipiat eos quoddam Iasonis *consilium 215. numer. 2. lib. 2.* vbi scribit, quòd si testator disposuit, quòd si suus hæres vniuersalis decederet sine filiis masculis, quod tunc posset relinquere bona masculis de cognatione de Surreda, quem, vel quos ipse elegerit; si hæres fuit mortuus sine liberis, & neminem elegit, admitti debent ad hæreditatem omnes de agnatione de Surreda existentes in eodem gradu simul & pariter, & non ille solum, qui reperitur maior ætate: † quia hoc in ma- 154
ioratibus Hispaniæ, qui ad vnum tantum deuenire debent, seruandum non est; vt latè scribo *supra, hac parte, quæst. 26.* Quòd autem offensa debeat esse magna, vt procedant quæ dicta sunt, † probatur *in l. licet, §.* 155
vltimo, ff. de adimendis legatis, & in l. lex Cornelia, §. si tamen, versicul. cæterum ad hoc pertinebit, ff. de bonis eorum, qui sibi mortem: & in aliis iuribus relatis per Tiraquellum *in tractatu, de iudiciis in rebus exigendis*: §. 80. *versiculo, sed modus aliquis.* Et ad consilium Iasonis addenda sunt quæ scribo *infra, ex l. vnum ex familia, §. si duos, ff. de legatis 2.* & aliis.

Sed an liceat patri pœnitere, postquam virtute commissionis matris, filium elegit ad maioratum, vel meliorationem? breuiter videtur, quod pater in hoc casu minimè † variare potest, ex ratione & dispositione *l.* 156
35. Taurina, quæ licet generaliter loquatur disponendo, quòd executor non possit mutare testamentum, quod semel fecit virtute commissionis, ad hunc casum propter eandem rationem extendi debet; imò illud decidere videtur. Et ita tenet Cifuentes *in dict. l. 31. Taurina, numer. 6.* pro quo facit decisio Rotæ *in antiquis 35. titul. de facultat. bus & nomination. in decisione*; quæ incipit, *Nota quòd vbi Episcopus, fol. 82.* nisi commissarius nulliter eligeret, & fecerit talem nominationem, vt colligitur ex scriptis per Tellium *in dicta l. 35.* tradit expressè Carolus Ruinus *consilio 24. numer. 11. lib. 2.* & magis in terminis Aluarus Valascus *consultatione 71. num. 5.* pro quo faciunt quæ notanter scribit Tiraquellus *in tractatu de utroque retractu, glossa 7. num. 17. & 18. pagin. 452.* Pro qua etiam
157 sententia † addo scripta per Decium *in l. 2. num. 9. C. de successo. edicto: & in c. 2. de constitu. utili vel inutili; & in cap. in literis, num. 5. de officio Delegat.* Iasonem *in l. 1. §. hac verba, ff. quod quisque iuris; & in l. qui per salutem, num. 2. ff. de iureiurando*, Bartolum *in l. 2. §. 1. num. 4. ff. de option. legat.* Ripam *respons. 8. num. 7.* qui loquitur in executore, qui nulliter executauit, Augustinum Beroium *in consil. 106. num. 29. lib. 1.* Aluar. Valasc. *consultatione 71. num. 5.* qui loquitur in eo, qui habebat ius nominandi ad emphyteusim: & idem tradit Caldas Pereira *in tractatu de nomination. ad emphyteus. in quæstione 12. num. 43. fol. 132.* & *in tractatu de potestate eligendi, part. 3. num. 8. fol. 65.* Felinus *in cap. ex tenore, de rescript.* Purpuratus *in l. edita, num. 103. C. de edendo*, Hippolytus *singulari 274. 291. 340. 386. & 441.* Segura & Additio, *in l. si ex legati causa, numer. 134. ff. de verborum obligationibus*, Decius *in consilio 126.* Bellamera *consil. 10. col. 23.* Antonius Rubeus *consilio vltim. numero 5.* omnium latissimè Vantius *de nullitat. titul. de nullitate sententiæ ex defectu iurisdictionis, numero 27. cum aliis, pagina 196. cum sequentibus*, & plura scribit Tiraquellus *libro 1. de retractu, § 1. glossa. 2. numero 6. pagina 39.* & *in libro de legibus connubialibus, glossa 8.* de socio mariti: *numero 205. cum sequentibus, fol. 349.* & *in l. boues, §. hoc sermone, limitatione 1. per totam*, Tellius *in dict. l. 35. numero 2.* Simon de Pretis *libro 1. de interpretanda defuncti voluntate, solut. 3. numero 3. folio 40.* Iosephus Mascardus *in tractatu de probationibus, lib. 3. conclusione 1227. numer. 17. folio 158.*

Et

158 Et per citationem illegitimè factam † non censetur præuenta iurisdictio, *c. proposuisti*, vbi Doctores, *de foro competen.* cum *concordan.* vt per Tiberium Decianum *in practic. tom. 1. lib. 4. cap. 21. num. 4. fol. 188.* faciunt quæ notanter scribit Seraphinus *de priuilegiis iuramenti priuileg. 73. num. 38. pag. 377.* Et collatio beneficij facta, si
159 fuit nulla, † potest alia fieri valida, vt per Ioannem Guttierrez *lib. 2. practicarum quæstionum, cap. 11. numer. 41. pag.* 240. & plura singularia scribit Quintilianus Mandosius *regul. Cancellari. 29. quæst. 9. fol. 69.* Ioannes Lopius *in cap. per vestras, de donat. inter virum; notabil. 4. num. 28. cum sequentib. pag.* 511. Et executor testamenti non potest esse executor quando fuit datus in testamento nullo, vt tradit Rebuffus *tomo 1. ad constitut. Regias, tit. de senten. pronision. in prafatione, num. 74. pag.*
160 235. Et Dux † non dicitur ille, qui de iure non est, secundùm Bald. *in c. qui feudum dare possunt.* Roland.
161 *cons. 100. num. 22. lib. 4.* Et dispensatio † data ad obtinendum beneficium, non consumitur in primo beneficio dato, cuius concessio non habuit effectum, secundùm Ancharra. *in c. 2. col. 1. de filiis presbyt. lib. 6.* Bald. *in c. olim, col. 2. de rescript.* quos citat Rebuf. *in prax. benefic. tit. de dispensation. ratione ætatis, versic. vel dissimili, pag. 401.* & probatur hæc conclusio *in c. si electio, de election. in 6.* & *in l. hæc conditio, filia mea decem ff. de condit. & demonstr.* & in aliis pluribus iuribus relatis per *Tiraquel.* qui hanc conclusionem latè probat, & declarat *in dicta l. boues, §. hoc sermone, limitat. 1. num. 1. cum sequentib. pag. 116. ff. de verbor. significat.* cui adde Glos. Parisien. *in 1. p. consuetud. Paris. §. 4. num. 14. fol. 73.*

Et si ex statuto defertur marito lucrum dotis, id non
162 † habet locum, si matrimonium sit nullum, secundùm Iasonem *in cons. 58 lib. 1. & in cons. 110. col. 1. & 2. & in cons. 135. lib. 1.* Baëzam *de decima tutor. c. 12. numer. 17. fol. 93.* qui alia similia scribit, & Messia *in l. Toleti, part. 10. fundamento 2. num. 15. fol. 96.* & plenius *vltima parte, num. 2. cum sequentibus, fol. 195.* vbi inter alia tradit in ista materia, quòd defectus conditionis inualidæ † non impedit quòd legatum non præstetur, *ex l.*
163 *Turpia, §. si Titia, ff. de legatis. 1.* & aliis, quæ tradit. Et crimen stellionatus cessat vbicunque contractus est nullus secundùm Baldum *in consil. 14. filiæfamilias, lib. 1.* Dynum *in consil. 38.* Aymonem *in consil. 6. num. 105.* & alios quos citat Menochius *casu 381. num. 6.* Et
164 quòd citatio nulla non interrumpat † præscriptionem, probatur *in lisi pater*, cum Glos. vbi Bald. *C. de statu defunctorum*, cum *concordanti.* vt per Balbum *in tract. de præscriptionib. part. 6. q. 4. num. 27. pag. 61.* tradit Vantius *vbi supra, numer. 27.* & plura extraordinaria scribit Messia *in l. Toleti, part. 10. fundame 12. num. 5. cum pluribus sequentibus, fol. 95. & 96.* Et an nomina-
165 tio facta † in testamento nullo valeat, resoluunt Aluarus Valascus *consulta 6.* Caldas Pereira *in tract. de nominatio. ad emphyteus. quæst. 10. num. 29.* Flores de Mena *in additionibus ad Gamam, decis. 126.* vbi refert notata *in lib. 3. q. 22.* Et dicit Rebuffus *in tractatu de nomination. quæst. 21. num. 32. pag. 253.* quòd nominatio nul-
166 la primi, † non impedit nominationem secundi; refert per ipsum notata *in l. quod iussit. notabili 2. falle. 4. ff. de re iudic.* & faciunt scripta per eundem *num. 32.* Quintilianum Mandosium *regul. Cancellaria 29. quæst. 9. num. 1. cum sequentibus, fol. 69.* Et eximens de manibus familiæ nulliter captum, excusatur, secundùm Socinum *in tractatu de citationibus, art. 34. num. 21. limitat. 10.* Follerium *in constitutione Regni, Item caueant Iustitiarij, de officio præsidis, num. 3.* Bursatum *in consil. 65. num. 8. lib. 1.* Facit textus *in l. cumita, §. 1. vers. secundum quod, ff. de option. lega.*

167 Et secundus actus valet, si primus non † fuit solennis, vt per Thomam Grammaticum *decis. 101. numer. 99.* & transactio nulla non est impedimento: *l. interpositas, C. de transactionib.* vbi Purpurat. *num. 48. 102. & 122.* & conducunt alia plura, quæ scribit ad propositum Messia *in l. Toleti, vltim. part. concluss. num. 5. & in numeris præcedentibus, & sequentibus*, & plura singularia scribit Cephalus *in cons. 359. num. 30. cum sequentib. lib. 3.* & faciunt quæ ego scribo *infra, quæst. 52.* Et
168 pignus, vel hypotheca non accedit obligationi † nullæ, Gloss. notab. vbi Bart. *in l. 2. in glos. final. ff. de condition. ob causam*, notant Ias. *in l. ex his, ff. de condict. indebit.* Anton. de Fano *in tract. de pignoribus, part. 3. membr. 1. num. 8. fol. 56.* & faciunt scripta per Glos. Parisien. *in consuetudin. Paris. §. 55. num 13. fol. 73. & num. 22. sequenti, & num. 37.* Amedeus de Aponte *in tract. tandemiorum, q. 39. fol. 48.* vbi inter alia refert Iulium Clarum, *§. feudum, q. 31.* vbi concludit, quòd si feudum fuit nulliter alienatum, eadit in commissum.

Ex quibus infertur, quòd si possessor bonorum maioratus alienauit bona maioratus, incidit in pœnam statutam aduersus alienantem bona maioratus quam quæstionem ex professo latius tracto *in 4. p. q. 13.* & faciunt scripta per Ripam *resp. 81. num. 22.* Et est singularis *decisio* Rotæ *in antiquis, tit. de rerum permutation. in ordin. 67. fol. 84.* quæ probat, quod renuntians beneficium causa permutationis, † perdit possessionem beneficij 169
resignati, si permutatio habuit effectum; quòd si non habuit, resoluitur ipso iure possessio. Et confirmatur per aliam *decisionem* Rotæ 293. *tit. de rerum permutation.* quæ incipit, *Nota quod vbi beneficia, fol. 94.* Et patronus Clericus potest variare, & iterum præsentare vbicunque collatio ab eo facta, fuit nulla, & non habuit effectum, *c. vlt. de iure patronat.* tradit Cæsar Lambert. *in tract. iuris patronat. 2. p. lib. 2. 3. artic. 7. quæst. principali, fol. 178. n. 1.* ¶ Ex quibus confirmatur quod scribit Matienço *in l. 4. tit. 2. glos. 7. lib. 5. Recopilatio. fol. 7.* vbi vult, quòd si electio facta per mulierem, de arrhis, aut ioiis, non habuit effectum, potest mulier † iterum eligere; & ad ista est expressum & notabile *consilium* Augustini Beroij 23. *n. 27. cum sequentibus, lib. 2.* & ista etiam seruiunt pro decisione quæstionis disputatæ à Tello *in l. 22. Tauri, n. 18.* vbi tractat, an quis teneatur stare promissioni ab eo factæ de meliorando filium ex causa matrimonij vbicunque matrimonium non valuit? Et ista regulariter tenenda sunt, licet Socin. Iunior *in cons. 89. nu. 26. lib. 1.* contrarium videatur tenere, per doctrinam Bart. *in l. serui electione, ff. de legat. 1.*

Ego tamen limito hanc sententiam, † nisi executor 171
fraudem habuerit faciendo executionem & nominationem data opera nullam, propter aliquem finem, sicut contingere potest, quia fraus & dolus † cuiquam patro- 172
cinari non debent, *cap. ad nostram, de emptione & venditione, cap. Pastoralis, §. vltim. de officio Delegat. l. si remunerandi, §. Marius, ff. mandat.* & fraudem in toto penè iure in variis casibus iura abhorrent, vt videre licet apud Iasonem *in l. quidam cum filium, n. 22. ff. de verborum obligationibus*, eundem Alciatum, & alios *in l. actio, C. de transaction.* Hippolytum *singular. 289.* Episcop. Couar. *lib. 2. resolutionum, cap. 14.* Tiraquell. *lib. 1. de retractu: §. 1. glos. 9. n. 67. p. 149.* & vbique hoc reperies. Et ad istam quæstionem faciunt quæ scribit Molina *lib. 2. de primogen. c. 6. nu. 15.* cum aliis, qui legendus est, & quæ scribo *infra, à nu. 244.* Et an habeat locum retractus rei
173 venditæ, † si venditio fuit nulla, resoluit Cifuentes *in l. 70. Taur. quæst. 45.* Et an & quando eligens & nominans teneatur de culpa in eligendo, eleganter explicat, & resoluit Glos. Parisien. *in consuetudinibus Parisien. glos. 7. n. 9. cum sequentibus fol. 95. par. 1. consuetud.* & doctrina Bart. *in l. 2. §. 1. vers. vlt. ff. de option. legat.* vbi vult, quòd ille, qui habet potestatem eligendi, ex mandato alterius eligendo, licet electio sit nulla, dicitur functus officio suo: & idem Bart. *in l. serui electione. ff. de legat. 1.* vbi Alexand. & Ripa, Deci. *in c. in literis, num. 5. de offic. Delegat. fol. 98.* vbi Felin. *numer. 21. fol. 185.* Potest etiam commissarius variare, † & mutare maioratum se- 174
mel factum, si hoc testator ei committat, scilicet quando mutare, & variare possit. Nam pro lege habetur † quod testator ordinat, *Authent. de nuptiis: §. disponat*, cum

concordant. & faciunt quæ scribo *supra*, *hac parte, quæst.* 26. *num.* 136. & alia notabilia circa eos, qui nulliter eligunt, vide *in quæst.* 52. *infra, hac parte, à num.* 11. *cum aliis.*

175 Sed dubitatur, vtrum † si quis commisit executori, quòd possit vsque ad mortem meliorare, vel facere maioratum in filium, an hoc casu liceat executori, semel facta electione, & nominatione, variare intra tempus diffinitum per legem Taurinam? Doctores hoc loco non agunt de dictis legibus Taurinis: quia *l. Taurina* 35. loquitur, vbicunque fuit simpliciter per testatorem data facultas faciendi executionem; non quando per testatorem datur commissio vsque ad mortem, quod regulariter fieri potest; licet etenim testatoribus prorogare tempus datum executoribus ad exequendas vltimas voluntates, vt *suprà* concluſi à *num.* 21. &
176 ideo videtur, quod variare † & eligere potest: cum iam semel elegerit, quando (vt prædixi) commissio fuit data vsque ad tempus mortis; vt expressè probatur *in l. vnum ex familia, in princip. ff. de legat.* 1. vbi granatus restituere, vel eligere vsque ad mortem, potest variare, semel electione facta, vel commissione: & *ibi* ad hoc notant communiter Doctores, præcipuè Peralta *num.* 2. D. Anton. de Padilla *num.* 11. *cum sequentib. pag.* 289. & Episcop. Sarmient. *num.* 3. *folio* 170. ad idem est text. vbi etiam Doctores *in d. l. cum pater, §. à filia, ff. eod. tit.* ad quos addo Parisium *in cons.* 23. *num.* 17. *lib.* 3. & conducit textus *in l. post mortem, C. de fideicom.* vbi larè D. Anton. de Padilla, eleganter Carol. Ruin. *in d. cons.* 24. *num.* 2. *lib.* 2. Anton. Gama *decis.* 173. *num.* 6. vbi additio Menæ. Quæ conducunt pro confirmatione eorum quæ scribit Burgos de Paz *in cons.* 20. *num.* 3. *cum seqq.* vbi resoluit per *dicta iura*, quòd si quis habeat à patre facultatem nominandi ad maioratum ex pluribus filiis,
177 quem voluerit, † licet ei, semel nominatione facta, variare? licèt contra ea quæ scribit Burgos de Paz faciat textus *in l. si cui, ff. de legat.* 2. & doctrina Bart. *in l. quicquid adstringena. num.* 3. *ff. de verboblig.* & alia plura
178 quæ cumulat † Caldas Pereira, *de renouat. emphyteut. quæst.* 19. *num.* 35. *folio* 162. vbi resoluit, quòd habens electionem nominandi vnum ex pluribus filiis ad emphyteusim, si semel nominet vnum, non potest variare; quod ante illum concludit Anton. Gama *decis.* 36. *n.* 1. de quo puncto legèndus est omnino idem Caldas Pereira *in tract. de nominat. ad emphyteut. quæst.* 10. *n.* 83. *fol.* 115. vbi distinguit inter commissionem datam ad elegendum in testamento, & in contractu. Et legenda sunt quæ scribit Molina *in tract. de primogen. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 22.
170 *folio* 229. Et quod distent nominatio † & electio, tradit Bart. *in l.* 2 *ff. de opt. legat.* quem citat Decius *in cons.* 40. *n.* 1. quod reputo notabile in ista materia.

180 Aduertendum tamen est, † quòd hæc conclusio text. *in d. l. vnum ex familia*, & similium procedere potest in extraneis relinquentibus alicui commissionem, & nominationem, iuxta *dicta iura*; quia testator non arctatur relinquere bona illicò illi, cui est facienda restitutio; in filiis vero aliud est, quia bona illicò debent distribui inter filios non expectata morte commissarij, & ideo non licet in tantum tempus & vsque ad mortem. Item cum *d. l.* 35. generaliter est intelligenda, licet in vno casu sit maior, vel diuersa ratio, quàm in alio: *l.* 1. *§. quod autem, ff. de aleator. l.* 1. *§. vxori, ff. de auro & argento legato*, cum *concordant.* & ideo conclusio supra firmata in exemplo supra posito in patre, qui fecit dictam commissionem, non videtur firma, & in aliis habet etiam dubitationem propter *d. l.* 35.

181 Ex quibus non sine ista ratione dubitari potest de resolutione Burgos † de Paz, & de puncto lege Molinam *lib.* 2. *de primog. n. cap.* 4. *num.* 35. *cum sequentibus*, vbi distinguit, oblitus tamen de *dict. l.* 35. hodie *l.* 9. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recopilat.* vbi Matiençio *fol.* 122. *num.* 1. refert certa iura ad probandum non esse licitam variationem; & inter alia, textum *in d. l. vnum ex familia, in prino.* quæ contrarium apertè probat; & non esse licitam in ista materia variationem post ius quæsitum, probatur *in l. huiusmodi* 84. *§. stichum, ff. de legat.* 1. & *in l. statuliberum, §. final. ff. de legatis* 2. & *in l. apud* 20. *ff. de opt. legat. in l. in fideicommisso, §. sic fideicommissum, ff. de legat.* 3. notant Iaso *in l. serui electione, limitat.* 2. *ff. de legat.* 1. Parisius *in consilio* 11. *num.* 39. *lib.* 3. Simon de Prætis *lib.* 1. *de interpretand. defunct. voluntat. interpretat.* 1. *dubitat.* 5. *solut.* 4. *num.* 1. *folio* 40. Tiraquellus *in l. bones, §. hoc sermone, limitat.* 23. *ff. de verborum significatione*, Decisio Rotæ *in antiquis* 1. *titulo de præbend. pag.* 477. *in editione noua*, pro quibus facit *l. apud Anfianum, ff. de option. legat.* vbi est elegans additio *Alexandri*, quæ resolvit, quando dicatur ius quæsitum? ad quam addo Simonem de Prætis *in loco citato, solut.* 6. *fol.* 41. & de materia legenda sunt quæ scribunt Alexand. *in consilio* 81. *num.* 12. *lib.* 6. Gloss. Parisiens. 1. *part. consuetudin. Parisien. §.* 22. *num.* 114. *folio* 199. Episcop. Conarru. *in cap. tua, num* 5. *de testament. folio* 129. ad quos iungo textum notabilem *in l. vxorem, §. Seium maritum, ff. de legat.* 3. *§. Scæuola, ff. eodem titulo*, vbi granatus restituere post mortem, † non 182
compellitur antè restituere; si tamen vult, restituere potest: & Gloss. *in l. cum pater, §. hæreditatum, in verb. existere, ff. de legatis* 2. *l.* 1. *§. assignare, ff. de assignand. liberta.* Tiraquellus *in tractatu de primogeniis, quæst.* 40. *num.* 186. *pagina* 302. *& quæst.* 26. *pagina* 220. *& in l. bones, §. hoc sermone, limitat.* 23. *num.* 2. *pag.* 245. *ff. de verborum significatione*, Burgos de Paz *in proæmio legum Tauri, part.* 1. *num.* 96. *fol.* 16. & text. singular. *in l. potest, ff. ad l. Falcidiam*: De qua materia legi debent quæ scribit Simon de Prætis *lib.* 5. *de interpretand. defunct. voluntat. dicta dubitat.* 2. *num.* 75. *& 76. folio* 489.

Et ad vnum notabile est aduertendum in ista materia, quod ad cognoscendum an quis variare possit, nominatione, vel electione facta, † longè distant, an 183
quis eligat, vel nominet iure proprio, vel iure alieno? vt tradit Bartol. *in dict. l.* 2. *§.* 1. *ff. de option. legat.* vbi notanter explicat, quando quis dicatur nominare, vel eligere iure proprio, vel iure alieno; & declarat rectè Cephalus *in consilio* 359. *num.* 16. *lib.* 3. ¶ Et quod non liceat variare vbicunque pars elegit, & Iudex pronuntiauit, † voluit Bart. *in l. cum qui certarum* 18. 184
§. 1. *ff. de verborum obligationibus*, Capicius *decis.* 35. *num.* 3. Et de illo puncto, an ille, cui data fuit facultas eligendi ad fideicommissum in morte, possit eligere in vita? vltra textum *in dict. l. post mortem, C. de fideicommissis*, vbi latè Doctores, præcipuè Domin. Anton. de Padilla, † legenda sunt quæ scribit idem 185
Dominus Antonius de Padilla *in l. vnum ex familia, in principio, num.* 9. *pag.* 288. *ff. de legat.* 2. qui iustificat electionem factam per inuictissimum Imperatorem Carolum V. in fauorem Domini nostri Philippi Regis Regnorum suorum. Et quomodo post ius quæsitum non liceat variare, legenda sunt quæ scribit Cæsar Lambertinus *in d. artic.* 2. 7. *quæst. principali, num.* 5. *fol.* 178. *&* 8. *artic.* 5. *quæst. principali, lib.* 2. *part.* 2. *num.* 1. *cum sequentibus, fol.* 162. Et quamliter † nomina- 186
tio tribuat ius in re, tradit idem Lambertinus *lib.* 2. *part.* 2. 8. *artic.* 3. *quæst. principali, n.* 3. *fol.* 152.

SVMMARIVM.

187 *Officium executoris ad hæredes an transeat, & num.* 188. *&* 197.
189 *Hæres executoris quæ possit adimplere.*
190 *Facultas concessa à testatore ad eligendum filium ad maioratum vel meliorationem, an possit alteri committi, & num.* 191. 194.
192 *Alia est conscientia alicuius, in qua defunctus confidit; alia illius hæredis.*
193 *Commissariis datur facultas declaranda ea quæ testator specialiter iussit.*
195 *Nec possunt delegare commissionem.*

196 *Ius*

196 *Ius declarandi morte finitur, & num.* 199.
198 *Qualiter ad hæredes transeat.*
200 *Electio an possit fieri per actum inter vivos.*
201 *Testator si relinquat commissionem vxori, vt nominare possit filium ad maioratum; & hæc mortua sit, & postea cum alia matrimonium contraxit; an hæc secunda eligere possit, & num.* 106.
202 *Vxor relicta vsufructuaria intelligitur ea, quæ erat vxor tempore mortis, & nu.* 204.
203 *Facta donatione Titio & liberis, non continentur filij vxoris, quos quis ex alio matrimonio habuit, & num.* 207.
205 *Substitutio à marito facta vxori, si sine liberis ex eius matrimonio decedat, non intelligitur de filiis, quos post eius mortem ex alio marito procreauerit.*
208 *In legato alimentorum, alimenta legata primæ vxori, an secundæ relictæ intelligantur.*
209 *Authoris sententia.*
210 *Commissarius an possit eligere filium ad melioration-em Quinti, sicut potest eligere in Tertio, & num.* 212.
211 *Declaratio facta ab executore videtur facta ab ipso testatore.*
212 *Executori qualiter non currat tempus ad exequendum quod per testatorem fuit ordinatum, nisi à die scientiæ.*
213 *Fideicommissum relictum cui quis voluerit, si is non eligat, omnibus hæredibus debetur.*
214 *Maioratus factus à patre, an valeat sub conditione, si mater eum fecerit in filium communem, & nu.* 216. *Authoris sententia, num.* 217.
215 *Captatoria voluntas dicitur illa, quæ in futurum confertur, & ex alieno dependet arbitrio, & n.* 218.
219 *Maioratus aut melioratio rectè constituitur in filium, quem testator nominauit in quadam schedula, dummodo de eius veritate constet, & nu.* 220. 221. 227. *& 232. Quid si totum testamentum in schedula contineatur, nu.* 225. *Confessio filiorum, quòd talis schedula à patre fuit scripta, multum iuuat, num.* 228.
222 *Institutiones facta secundùm tenorem antiquarum qualiter intelligatur.*
223 *Fratres si consentiant quod bona subiaceant conditionibus & ordinationibus ad exemplum alterius testamenti, an valeat talis dispositio.*
224 *Exhæredatio an valeat facta à patre in scriptura extra testamentum, si in eo comenta in scriptura approbet.*
226 *Pater si se referat in testamento ad scipturam minus solennem, an valeat dispositio.*
229 *Testatoris declaratio quibus testibus probari, possit, & num.* 231.
230 *Hæredi, aut vxori iuranti de persona nominata per testatorem in secreto, an standum.*
233 *Confessio hæredis confitentis testamentum, minus solenniter, an præiudicet.*
234 *Quid quando testator commisit, vt testamentum vel maioratus extenderetur, & fieret ad consilium Sapientis? remissiuè.*
235 *Et quod eius dictamen debet esse circa consolidationem contractus, salua manente substantia.*
236 *Et an eius decretum debeat executioni mandari.*
237 *Commissarius si semel elegerit aliquem ad maioratum, iterum eligere potest, si ex fraude sibi facta prius elegit, & num.* 239. *An eligere possit mortuo eo, cuius consilio electionem facere debebat, nu.* 245. *Si dicat quòd eligere vult aliquem ad maioratum, an statim eligere videatur, nu.* 255. *&* 256
238 *Errore qui semel elegit, an iterum eligere possit.*
240 *Qui habet licentiam faciendi pro alio testamentum, non censetur habere facultatem reuocandi.*
241 *Habens potestatem eligendi & nominandi, si non seruat formam commissionis, dicitur in forma peccare.*
242 *Actus qui peccat in forma, debet valere vt melius potest.*
243 *Eligentes quando priuentur potestate iterum eligendi.*
244 *Habens facultatem eligendi ad primogenituram aliquem de agnatione, an possit eligere filium legitimatum factum de agnatione.*
246 *Res vinculata, si hæres habens facultatem nominandi, non eligat; cui adiudicetur? & inter quos debeant prouentus diuidi.*
247 *Authoris sententia.*
248 *Maioratus an valeat, si pater faciat testamentum manu propria absque testibus.*
249 *Nullum testamentum, etiam à persona priuilegiata factum, valet cum minori numero duorum testium.*
250 *Schedula vt probet inter filios & in fauorem piæ Causæ, quæ requirantur.*
251 *Fideicommissum qualiter per schedulam priuatam probetur.*
252 *Habens facultatem eligendi ad fideicommissum in morte, si in vita nominet, & uret nominationem non reuocaturum, an possit nihilominus reuocare.*
253 *Granamen appositum quod fiat in vita granati, qualiter in morte exequi non possit.*
254 *Granatus eligere, si non eligat, an possit ad Iudicem recurri.*
257 *Filiæ an succedant, si quis coram sufficienti numero testium dicat eas velle succedere, masculis deficientibus, & nu.* 259.
258 *In vltimis voluntatibus verbum*, Volo, *dispositionem inducit. Quid si Institutio iungatur.*
260 *Præparatio ad testamentum non dicitur testamentum.*
261 *Res non dicitur habere nominationem ab eo quod erit, sed ab eo quod est.*
262 *Dicens se velle eligere, in aliud tempus an reseruet.*
264 *Testamentum ad pias Causas an probetur ex eo, quod testes dicant, testatorem piam Causam instituere velle dixisse.*
266 *Aliud est velle facere, aliud facere.*
267 *Ex circunstantiis an possint verba suppleri, vt actum consummatum importent.*
268 *Electio transit secum executionem, quando apparet eam iam factam esse.*
269 *Filius an maneat melioratus ex eo quod pater dicat, quod eum vult meliorare.*
270 *Per verba*, Quia vult, *aut* intendit, *an dicatur quis disponere de præsenti.*
271 *Maioratu instituto, si quis impetret facultatem ad reuocandum, & ea non vtatur, reuocatus non censetur.*
272 *Voluntas habetur pro facta.*
273 *Damnatus ad mortem an possit eligere & nominare ad maioratum.*
274 *Nominati præsentia & acceptatio an requiratur, vt nominatio valida sit.*
275 *Electio in absentia nominati facta, an possit reuocari.*
276 *In declaranda voluntate testatoris an requiratur citatio eius cuius interest.*
277 *An in tali declaratione requiratur iuramentum.*
278 *Pater si reseruauit facultatem instituendi maioratum in nepotem, aut neptem, de bonis filiæ in dotem traditis, an possit eligere masculum, fœmina exclusa.*
279 *Regula* l. cum quidam, ff. de legat. 2. *non procedit in bonis maioratus in quibus vnus tantum debet esse successor.*
280 *Hæres granatus de restituendo, si decedat non declarata voluntate, fideicommissarius an admittatur.*
281 *Qui potest eligere & nominare, an se ipsum eligere possit, remissiuè.*
282 *Successor ita potest nominari per actum inter vivos, sicut per vltimam voluntatem.*

283 *Habens facultatem diſponendi in vitu an poſſit in morte diſponere.*

284 *Electio commiſſa teſtibus an probari poſſit, remiſſiuè.*

285 *Teſtator ſi duobus committat electionem, vno mortuo an ſtetur alteri.*

286 *Pater an poſſit eligere ſecundogenitum prætermiſſo maiore, cum mater inſtituit maioratum in filium; quem ipſe nominauerit.*

287 *Iudex tenetur eligere ſecundùm qualitates requiſitas in illa perſona, cui commiſſa fuit electio.*

288 *Donatio an valeat, ſi quis faciat pactum in matrimonio, quod ſuccedat in tali caſtro filius quem ipſe nominauerit, & ante nominationem decedat.*

289 *Pater habens electionem primogenituræ, inſtituendo hæredem, videtur ad eam eligere.*

290 *Si quis faciat aliquem hæredem vniuerſalem, videtur diſponere de fideicommiſſo in fauorem illius.*

291 *Maritus ſi recipiat pro ſe & vxore emphyteuſim ad voluntatem ſuam, & voluntate non expreſſa decedat; an pertineat ad vxorem.*

292 *Quis dicitur mori cum teſtamentò, quando licet bona non exprimat, inſtituit hæredem vniuerſalem.*

293 *Facultas eligendi durat, donec quis fuerit interpellatus ad eligendum per litem conteſtatam.*

294 *Nominatio facta in teſtamento rupto per præteritionem, aut exhæredationem, in quo quis ad maioratum tanquam commiſſarius nominauit, an valeat.*

295 *Sapientis declaratio ſuper ea quæ conſiſtunt in iure, non in facto, debet fieri.*

296 *Habens facultatem declarandi, ſi morte præuentus ea non vtatur, primam ordinationem confirmare videtur.*

PRætereà circa hanc materiam, quam in hac quæſtione tractamus de executore teſtatoris, qualiter teneatur exequi meliorationem Tertij, vel maioratum à teſtatore commiſſum: quæritur num hæc facultas conceſſa per teſtatorem commiſſario, quòd poſſit facere meliorationem Tertij & Quinti in aliquem filium, ſit tranſitoria ad executoris hæredes? Quam quæſtionem non tangunt ſcribentes *in legibus Taurinis*, quæ de hac materia loquuntur: & tamen eſt valde neceſſaria & difficilis, propter diuerſas opiniones; nam Gloſ. *in cap. Religioſus, de teſtament. in 6. in §. ſanè, in verbo, moriuo*, per textum *ibi*, in ea videtur eſſe ſententia,
187 quod officium executoris † non ſit tranſitorium ad hæredem: quam ibi ſequitur Philip. Franc. *num. 9.* & Domin. us *num. 19.* & idem tenent Speculator, & Ioan. And. *in addition.* quæ incipit, *Nullè in titulo, de inſtrumentor. editione, in 2. part.* Speculator *§. nunc aliqua de vltimarum voluntatum: folio 140. num. 76.* quam ſententiam ſequuntur Dynus, & Alberic. *in l. cum ita legatur. §. quod à legatario, ff. de legatis 2.* & eſt communior opinio, vt conſtat ex relatis per Alexandrum *conſilio 206. lib. 6.* & idem tenet Decius *in cap. ex parte, num. 4. folio 47. de conſtitution.* quia ſecundùm omnes videtur electa per teſtatorem induſtria perſonæ.

Et Bart. *in l. à filio, ff. de aliment. & cibar. legat. nu. 5.* dicit, quòd quando obligatio defuncti continet onus
188 perſonale, & non onus burſale, † non eſt tranſitorium officium executoris ad hæredes: & hanc *Bartoli* opinionem ſequitur, & declarat latè Peralta *in dict. §. quod à legatario. num 3. pag. 343.* ex Bartolo generaliter deducens, quòd ſi is qui in teſtamento electus ſit executor, decedat, † hæres tenetur adimplere officium executionis in omnibus ab eo per teſtatorem relictis, & per eam præſtandis, ſeu ſoluendis ex re, vel propter rem ſibi legatam, vel aliis bonis teſtatoris; non tamen tenetur alia facere, vel exequi, quæ concernunt tantum officium executoris perſonale, & induſtriale, qui latiùs hanc materiam aperit. Et ad hæc facit doctrina Andr. de Iſernia *in cap. 1. an mutus, vel ſurdus: num. 2. fol. 187.* vbi vult, quòd dominus feudi nominans ad feudum, eligere videtur induſtriam perſonæ.

Ex quibus videtur in propoſito noſtræ quæſtionis, quòd ſi aliquis teſtator committit executori, vt poſſit nominare in Tertio & Quinto filium, quem voluerit; quòd ſi vita functus fuit, abſque eo quod faciat talem nominationem, hæres illius etiam intra tempora per leges conceſſa executoribus † non poteſt facere talem 190
electionem, & nominationem. Quæ ſententia fulcitur per doctrinam Bart. *in l. illud, aut illud, nu. 2 ff. de option. legat.* vbi vult, quòd ſi teſtator relinquit centum pauperibus eligendis per ſuos hæredes, illis hæredibus non eligentibus, non tranſmittitur ad hæredes ſuos, ſed pauperes ſimpliciter veniunt, per *l. ſi quis Titio, §. fin. ff. de legat. 2.* & *l. cum quidam, eodem tit.* & *l. vnum ex familia, §. rogo,* & *l. fin. §. ſed ſi quis, C. commun. de legat.* & iſta refert Caldas Pereira *in tract. de nominat. ad emphyteuſ. quæſt. 12. n. 24. fol. 129.*

Et hæc ſententia adiuuatur, † quia pro maiori parte 191
teſtatores, qui huiuſmodi commiſſiones concedunt, eas communicant cum executoribus, & propriam voluntatem illis exponunt; & quod relinquunt in manu executorum, regulariter ſolum eſt ordinatio propriæ voluntatis: quia ipſi morte præuenti, non habent locum ſeriatim, & per ordinem omnia explicandi, & vnico verbo in ſumma, & in ſubſtantia illis propriam declarant voluntatem; & hoc ratio & experientia docent. Si igitur hoc verum eſt, (prout inficiari non poteſt) quomodo expenet hæres executoris illius voluntatem; maximè ſi non conſtet, quòd ipſe hæres communicauit cum executore illam voluntatem? Et hæc maximè procedunt, quando maioratus vel melioratio, quæ fieri debet, eſſet maximæ quantitatis: quia non eſt credendum, quòd teſtator non communicauit cum executore. Et quod multum operetur in executoribus veriſimilitudo, quòd teſtatores communicant cum illis ſecreta ſua, tradit Pariſ. *in conſ. 16. num 29. lib. 4.* ℣ Et alia eſt conſeſentia alicuius, in qua defunctus confidit; † alia 192
illius hæredis, argument. *l. generaliter, in principio, C. de rebus credit. l. huius bonis, ff. de curator. furioſ.* & doctrina Roman. *in l. hoc edictum, §. in eum, num. 8. ff. ne quis eum: & in l. qui bona, §. qui damni. num. 6. ff. de damno infecto*, cum *concordantibus*, vt per Maſcardum *in tract. de probationibus, lib. 1. concluſ. 271. num. 10. fol. 292.* Et pro hac ſententia facit *d. l. 33.* in illis verbis: † *Pero* 193
lo que el teſtador le mandò ſeñaladamente y determinadamente ſeñalando la perſona del heredero, o ſeñalando cierta coſa que el commiſſario auia de hazer, mandamos que en tal caſo el comiſſario ſea obligadò a lo fazer, e ſi paſſado el dicho termino no lo hiziere, que ſea auido, como ſi el tal comiſſario lo hizieſſe y declaraſſe. Ponderanda igitur ſunt verba illius legis, *Cierta coſa*, iunctis præcedentibus & ſequentibus; ex quibus apertè colligitur, quòd ea ſola habet vim exacto tempore, quod datur commiſſariis ad declarandum, quæ teſtator ſpecialiter iuſſit, & non alia. Et facit etiam apertior *l. 36.* in illis verbis: *O porque ſe murio*, quæ clarè docent, quòd mortuo commiſſario etiam ante tempus præfinitum per dictas leges, præcluditur † facultas nominandi, & exe- 194
quendi; & illa lex parificat lapſum temporis, & mortem commiſſarij, nam dicit lex: *Quando el comiſſario no hizo teſtamento, ni diſpuſo de los bienes del teſtador, porque ſe paſsò el tiempo, o porque no quiſo, o porque ſe murio ſin hazerlo, los tales bienes vengan derechamente, &c.* Et regulariter facultas declarandi non eſt tranſitoria ad hæredes, ſecundùm Gloſ. *in l. idem Pomponius, ff. de rei vendicat.* de qua *infrà* ego in alio loco tracto, ſcilicet *in hac 1. p. q. 44.*

Vnde etiam euenit, quòd commiſſionem eidem à teſtatore conceſſam † non poteſt quis in alium ſubdelegare, ſecundùm Balduin *in l. nulli, C. de Epiſcop. & Cleric.* per text. *in cap. 1. §. teſtament. in 6.* & *in cap. tua, eodem titulo, in* [illegible] idem tenet Cifuentes 195
num. 5. & Gomez Arias *num. 16.* & Anton. Gom. *nu. 5.* &

& Tellius *num. 4. in dict. l. 21.* & Bertachin. *in tract. de Epiſcop. in 6. part. circa vltimas voluntates, n. 3. & 4.* licèt Anton. Gomez ſibimet tribuat prædictam ſententiam. Et legi debet idem Anton. Gomez. *tom. 2. cap. 11. nu. 41. fol. 86.* vbi inter alia tractat, an facultas nominandi ad meliorationem, & declarandi, ſit tranſitoria ad hæredes. Imputet igitur ſibi pater, qui pro executore hominem nominauit, qui morte repentina fortè arreptus, vel propter incuriam mortuus fuit antè executionem voluntatis defuncti.

Et ita pro nunc mihi videtur in hoc puncto tenendum: & poſteà reperi quòd idem tenet Molina *lib. 2. de primogen. cap. 4. num. 6. fol. 234.* Pro quibus faciunt quæ ſcribit Mantica *lib. 3. de interpretand. defunct. voluntat. tit. 1. nu. 24. pag. 59.* vbi tractat quando hæres poſſit declarare mentem defuncti. Et confirmatur etiam,
196 quia ius declarandi morte finitur, † & ius eligendi, vt per Iaſ. *in conſ. 148. colum. penult. verſ. Secundò principaliter, libro 2.* Menochius qui plura ſimilia ſcribit, *quæſt. 69. nu. 3. cum ſequentibus.* Ad quod facit text. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, el 2. ff. ad Trebellianum*, & *l. vnum ex familia, in principio, & §. rogo*, per quæ iura tradit Pariſius *in conſ. 23. nu. 12. lib. 1.* quod facultas eligendi non tranſmittitur ad hæredes, ad quod eſt egregium *conſilium Bursati 131. nu. 33 cum ſequentibus, lib. 2.* & concludunt [illegible]pta per Corbulum *in tract. de iure emphyteutico, cap. de lapſis prinationis ob lineam finitam, nu. 36. fol. 54.* qui refert Tiraquel. *lib. 1. de retract. §. 1. glo. 6. nu. 25.* & quòd declarandi facultas ad
197 hæredes non † tranſeat, ex pluribus probat idem Menochius *q. 68. nu. 31. cum ſequentibus*, vbi multa bona ſcribit: licèt contrarium ſcribat Gloſ. Pariſ. *p. 1. conſuetud. Pariſ. §. 10. nu. 2. fol. 123.* vbi vult, quòd facultas, quam habet primogenitus eligendi, quia ei competit iure proprio per modum iuris, & ad ſui commodum, tranſmittitur ad hæredem, & in quemcunque ipſum ius primogenituræ tranſmitti poteſt, per *l. illud, aut illud, ff. de option. legat. & §. optionis, Inſtit. de legat.* quod notandum eſt pro intellectu *l. 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* quæ dat ius eligendi vnum ex maioratibus primogenito, vt latiùs *in d. l. cautum eſt.*

Et prædicta confirmantur per doctrinam Baldi *in l. 1. in fine, ff. de pact.* Dec. *conſ. 578. nu. 10.* Pinel. *in l. 2. nu. 11. C. de bonis matern.* quos citat Matienço *in l. 8. tit. 2. glo. 3. nu. 6. fol. 234. libro 5. Recopilation.* & faciunt quæ ſcribo *4. part. quæſt. 11. & ſupra part. 1. qu. 14. nu. 114.* & idem quod *Gloſ. Pariſienſ.* in facultate eligendi ad maioratum, tradit Antonius Gama *deciſ. 206. num. 9. & 10.* quam refero *ſupra, quæſt. 44.* & qualiter
198 ius declarandi † vel eligendi tranſeat ad hæredes, legenda ſunt quæ refert Tiraquellus *in tract. de præſcription. in fin.* Antonius Gomez *tom. 1. variar. cap. 9. nu. 2. fol. 59. col. 3.* Ioan. Franciſc. *in tract. de Baronibus, pragmat. 7. nu. 22* Et facit notabilis doctrina Bartholom. Socini *in l. 2. in principio, colum. 1. ff. ſoluto matrimonio*, vbi reſoluit, quòd pactum de lucranda dote reuocatum non dicitur quando vxor fuit mortua, & non declarauerit nolle donationem valere, nam hære-
199 des † declarare non poterunt: & idem Baldus *in l. 1. C. de inofficioſis donationibus*, Iul. Clarus, *§. feudum, quæſt. 64. & 65.* Ripa *in l. vltima, col. vltima, C. de reuocan. donationibus.* Menoch. *in tractatu præſumptionum, lib. 4. præſumpt. 89. nu. 85. fol. 166.* Ad quæ addo, quòd laico poteſt concedi poteſtas eligendi certam perſonam, quia tunc eſt nudus miniſter, vt reſoluit Dec. *in cap. 2. de iudicijs, n. 86.* per cap. *ſi Epiſcopus nullis, de prabend. in 6. in cap. is cui, de officio Delegat. in 6.*

200 ℣ Iſtis adde, quòd electio poteſt fieri per actum inter viuos † coram duobus teſtibus, ſecundùm Paulum de Caſtro *in l. vnum ex f*[illegible] *in princ. ff. de legat. 2.* vbi domin. Anton. de P[illegible] *pag. 289.* & doctrinam Peraltæ *in l. c*[illegible] *. 13. pag. 274. ff. de legat. 2.* vbi vult, q[illegible] committat ſpecialiter alicui executori, quod [illegible] meliorare ex filiis teſtatoris, quos voluerit, quod poterit vnum meliorare, & de hoc alij non poterunt conqueri: vel è contra, ſi data fuit commiſſio quòd eligeret vnum ex filiis committentis, poteſt commiſſarius eligere duos, vel plures, quòd dicit eſſe memorabile.

Item, pro continuatione huius materiæ quæro de alia contingibili quæſtione, teſtator credens ſe moriturum, vel quia multoties homines Chriſtiani, & cauti faciunt teſtamenta multis annis ante mortem, (quod eſt conſilium catholicum, & hominis prudentis,) facit teſtamentum in quo dixit, *Relinquo vxori meæ facultatem, vt pro me poſſit meliorare vnum ex filiis meis in Tertio & Quinto bonorum*, non expreſſo nomine proprio vxoris: quo facto, deceſſit illa mulier, cum qua teſtator erat tunc coniugatus, & cum alia poſtea contraxit matrimonium, & tandem deceſſit abſque reuocatione prioris teſtamenti: quæritur an hæc ſecunda vxor poſſit eſſe executrix ſicut prima, & nominare filium qui ſuccedere debet in Tertio & Quinto? In qua quæſtione, licèt articulus erat diſputabilis vt apud Authores, quos *infra* referam, videri poteſt) ego illam ſententiam eligo, quòd hæc ſecunda vxor non cenſetur † habere commiſſionem, & mandatum, quod prima 201
habebat. Mouetor doctrina Baldi *in l. fin. col. 4. in verſic. Et nota quòd ſi talis vxor: num. 7. C. de indict. viduit.* vbi dicit, quod ſi teſtator relinquit vxorem ſuam dominam & vſufructuariam, & viuente teſtatore, vxor, quæ erat tempore teſtamenti, moriatur; vxor quæ erit tempore mortis, ad illud legatum † non admittitur; 202
refert text. *in l. ſi quid earum, §. fin. ff. de legat. 3.* ibi: *Poſteriori debentur, ſi ei aſſignata ſint: quia non eſt ita de poſteriore vxore cogitatum.* Quod dictum *Baldi* refert & ſequitur pro ſingulari, Crem. *in ſingula. §.* & hanc *Baldi* opinionem totis viribus defendit Philip. Dec. *in cap. quoniam Abbas, num. 16. fol. 107. de offic. delegat.* & Iaſ. *in l. diuortio, §. quod in anno, col. penult. ff. ſoluto matrimonio*, & alij, vt per Tiraquellum *in l. ſi quam, in principio, C. de reuocan. donat. num. 104.* cui adde Epiſcop. Couar. *in cap. requiſiti. nu. 3. fol. 83. col. 3. de teſtamen.* & Dec. *in conſ. 516.* Feli. *in cap. 2. de treuga & pace*, Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, in verbo, cætera bona. nu. 19. de teſtam.* & alios, quos citat Gloſ. Pariſ. *in addition. ad Dec. in d. cap. quoniam Abbas: in addit.* quæ incipit, *Bald* quo in loco Baldum ſequitur, & in quodam Alex. *conſ. 171. Viſo proceſſu, lib. 2. in addit.* quæ incipit, *Vera contra Alexan.* qui legi debet in iſta materia.

Et hoc confirmatur ex doctrina Rebuf. *in l. ſciendum 70. §. idem dicitur, pag 453. verſic. Sexus, idem ſi abſurdum, ff. de verborum ſignif.* vbi dicit, deciſum fuiſſe, quod ſi Rex donauerit Titio & eius hæredibus & filiis, 203
† non continebuntur filij vxoris, quos ex alio concepit matrimonio. Mouetur ex text. *in l. ex facto, ff. ad Trebellianum*, & doctrinam Bartoli *in l. Gallus, §. etiam, ff. de liberis & poſthum.* Dec. *in l. qui per ſucceſſionem, ff. de regulis iuris*, & alia quæ citat. Et iſta concluſio probatur *in l. filius à patre, §. ſi quis ex certa, ff. de liberis & poſthumis*, quo in loco reſpondit Iuriſconſultus, quòd ſi quis ex certa vxore natum ſcribat hæredem, non intelligitur inſtituiſſe filium ex alia vxore ortum. Et propriùs facit quod ſcribit Paul. de Montepico *in l. Titia, §. Titia cum nuberet, num. 109. ff. de legat. 3.* vbi inquit, quòd ſi teſtator relinquit vxorem ſuam vſufructuariam, ſi teſtator tunc habebat vxorem, † de ea ſola creditur 204
intellexiſſe: cum fortè benemerita conſiderauerat: refert & ex aliis confirmat Menoch. *conſ. 40. nu. 12. & 13. lib. 3.* Et ſi maritus vxorem hæredem ſcripſerit, & ei ſubſtituerit ſub conditione ſi ſine liberis ex eius legitimo matrimonio procreatis, † non intelligitur ſenſiſſe 205
de illis, quos poſt mortem ex alio ſuſceperit, ſecundùm Nicol. Boerium *in deciſ. 276.* Manticam *de coniecturat. ment. lib. 11. tit. 8. num. 29. fol. 264.* Et certè hæc concluſio maximè in noſtra quæſtione veriſſima videtur: quia (vt in *præcedenti quæſtione* dictum fuit) teſtatores

qui

qui huiusmodi commissiones faciunt, à communiter accidentibus, solent voluntates suas communicare cum executoribus, vt ipsi postea latiùs extendant, & ordinent. Et ideo cùm incertum sit, an testator voluntatem
206 propriam cum secunda vxore communicauerit, † nequaquam hæc secunda vxor, quæ ignorat voluntatem defuncti communicatam cum prima vxore, eam potest executioni mandare. Item fortè testator non tantum confidit secundæ vxori, quantum primæ, cui voluntatem suam declarauerat, aut commiserat. Et etiam contingere potest, quod non habet tantam affectionem ad secundam vxorem, quantam ad primam.

Præterea succedere potest, quòd tam prima vxor, quàm secunda, filios habeant; & si aliter diceretur, daremus casum, quòd hæc secunda vxor faceret sine dubio meliorationem in filios proprios; & non in filios alterius prioris vxoris: & ideò hæc sententia probabilis, & secundùm rationem videtur: maximè cùm ex hoc filij reducantur ad æqualitatem, & ideò in dubio hoc est tenendum, *Authent. de nuptiis §. illud quoque*, & latiùs scripsi *in 3. quæstion.* Et hæc confirmantur ex *decisione* Anton. Gamæ 382. quod si maritus & vxor receperunt emphyteusim pro illis, & filio, quem nomi-
207 nauerint, † non potest nominari filia, quæ ex altero matrimonio nata sit. Et faciunt scripta per eundem Anton. Gamam *decis.* 233. *nu.* 2. cum aliis, vbi resoluit, quòd si maritus & vxor accipiunt emphyteusim pro illis, & filiis, intelligitur de filiis vtriusque, per doctrinam Speculatoris, *tit. de locato, §. nunc aliqua, versic.* 149. *n.* 176. & alia quæ adducit, & ibi *num.* 11. addit, quod pater acceptam emphyteusim sibi & vxori, & filiis, non potest dare in dotem filiæ secundi matrimonij. De quo legenda sunt quæ scribo infrà *quæst.* 51. *à num.* 172. & quæ latè resoluit Caldas Pereira *in tract. de nomination. ad emphyteusim. q.* 19. *nu.* 8 § *cum sequentibus*, de emphyteusi concessa marito & vxori, & qualiter illis acquirat. ¶ Et speciale est in legato alimentorum, vt ali-
208 menta, quæ relicta fuerunt primæ vxori; † & secundæ relicta videantur, vt volunt Bartholom. Socinus *in consilio* 48. *nu.* 5. *lib.* 3. Thom. Grammat. *decis.* 202. *n.* 114. quos citat Francisc. Mantic. *de coniecturaia mente de-*
209 *funct. tit.* 15. *nu.* 2. *pag.* 357. quod indistinctè † verum non credo, nisi ex coniecturis aliud colligatur: cum secunda vxor possit esse dives, & prima pauper, & sic de aliis circunstantiis: quam quæstionem nouissimè examinat, & latè Menochius *in tract. de præsumptionibus, lib.* 4. *præsumptione* 122. *n.* 1. *cum seqq.*

Ad aliud etiam est aduertendum in hac materia, quod quamvis Petr. de Peralta *in l. Mauio, nu.* 13. *pagina* 497. *ff. de legat.* 2. dubitauerit, an commissarius virtute commissionis sibi datæ ad meliorandum, possit meliorare filium in Quinto, sicut in Tertio? Ego
210 existimo, quòd licet † commissario facere meliorationem in Tertio & Quinto: quia cùm commissarius hoc faciat virtute potestatis sibi à testatore concessæ, omnia quæ testator facere poterat exequi potest ille, qui pro eo testatur, & omnia nostra facimus, quibus authoritatem impartimur; & quamvis testator non exprimat in indiuiduo quòd possit meliorare in Tertio & Quinto, id intelligi debet secundùm leges, quibus hic commissarius fungi potest, sicut testator Et declaratio facta ab
211 executore, † facta videtur ab ipso testatore, *l. vnum ex familia in principio, ff. de legatis* 2. confirmat Ancharan. *in cons.* 329. *nu.* 3. Et hæc species, quòd possit meliorare filium quem voluerit, habet in hoc casu vicem generis, & omnia indiuidua comprehendit: & cum testator nihil exceperit, & potuerit excepisse, videtur
212 dare † commissionem tam in Tertio, quàm in Quinto, argument. *l. vnica, §. sin autem, versic. ad deficientis, C. de caduc. tollen.* & facit regula *l. semper in generalibus, ff. de regulis iuris*, & alia regula *l. in toto, ff. eodem titulo*, faciunt tradita per Caldam Pereiram *in tractatu de nomination. ad emphyt. quæst.* 23. *nu.* 37. *fol.* 270. Et ex hoc intelliges quid dicendum sit in alia quæstione, quam explicauit Peralta *in d. l. Mauio*. Et qualiter Commissarius, qui habet facultatem eligendi filium ad maioratum, si elegit in testamento, & postea per actum tacitum, vel expressum nulliter factum inter viuos reuocauit, an censeatur electio siue nominatio reuocata? lege quæ scribo *infra in initio secundæ partis.* ¶ Et qualiter in ista materia non currat tempus ad eligendum, vel exequendum quod per testatorem fuit ordinatum, nisi à die scientiæ, † probatur *in l. statuliberos, §. si quis* 212
haredi, ff. de statuliber. & *in l. final. §. sin autem dubius*, iuncta Glos. *C. de iure deliberand.* & volunt Anchar. & Abb. *in cap. nos quidem, de testament.* & alij, quos citant Roch. de Curt. *in tract. de iure patronatus, in verbo, honorificum, quæst.* 29. Cæsar Lambert. *in eodem tractatu, lib.* 2. *part.* 1. 8. *art.* 1. *quæst. princip. nu.* 4. *fol.* 117. latissimè Tiraquellus *lib.* 1. *de retract. §.* 35. *nu.* 4. *cum pluribus sequentibus, pag.* 712. Et quòd aliud sit nominare, aliud eligere, volunt Bald. *in l. si adscribatur, C. de appellation.* Franch. *decis.* 210. *nu.* 3. Ioan. Francisc. *in tract. de Baronibus, pragmat. nu.* 50. *pag.* 248. Et quod ad fideicommissum relictum cui quis voluerit, si non elegerit, † omnibus debeatur, probatur *in l. Labeo, §.* 1. 213
ff. de statuliber. de quo per Tiraquellum *in tractatu de primogenitura, quæst.* 17. *in* [illegible] *ne, num.* 4. *pagina* 170. & est notabilis ca[illegible] *qui filiabus, §.* 1. *ff. de legat.* 1.

Hoc in loco etiam est notanda Gregorij Lopez doctrina *in l.* 11. *tit.* 3. *part.* 6. *in glos. in verbo*, Aluedrio, *versus finem, in versic. Ex prædictis patet.* Nam cùm hic sit tractatus maioratuum, plurima in aliis locis tacta adducenda sunt, vt hæc lectura sit Reipublicæ magis vtilis: Dicit igitur *Gregor. Lopez.* quod † non valet in- 214
stitutio maioriæ facta à patre sub conditione, *si mater illam fecerit*, in filium communem conferendo verba in futurum, per *l. illa autem institutiones, ff. de haredib. instituend.* vbi probatur, quod voluntas captatoria dicitur illa, quæ in futurum confertur, & dependet † ex 215
alieno arbitrio, facit *l. Clemens patronus, in fin. ff. de haredib. instituend.* & *l. mulier, in fin. ff. de cond. instit. l.* 1. *ff. de iis, quæ pro non script. habent.* & dicit Gregor. Lopez procedere hanc conclusionem, † etiam si faciens illam 216
dispositionem haberet Regiam facultatem, vt possit facere maioratum cum omnibus conditionibus, vinculis, ac submissionibus, quas voluerit: quia intelligitur de non reprobatis à iure; secus tamen est sub conditione de præterito, id est, si testator dicat, *si mater fecit*: quia tunc secundùm eum benè valeret; & hæc opinio mihi vera videtur, † saltem attenta dispositione 217
dict. l. 11. quæ abhorret omnes institutiones, quæ in alienum arbitrium conferuntur. Nam de iure communi poterat de hoc dubitari, cum captatoria voluntas propriè non sit, cùm institutio hoc modo fit, *instituo Ioannem haredem, si Petrus voluerit*: aut *instituo illum haredem, quem Sempronius voluerit*, vt latiùs fundat Anton. Augustin. *lib.* 4. *emendation. cap.* 15. Couar. *in cap. cum tibi, num.* 2. *de testament.* ¶ Et quòd sit captatoria voluntas vbicunque non dependet à voluntate testatoris, sed à voluntate grauati, † probatur *in l. Senatus,* 218
§. legatum, ff. de legat. 1. vbi Glos. & DD. *& in l. captatorias*, & *in l. illa autem*, & *in l. illa institutio, ff. de hæred. instit. & in l. captatoria, ff. de legat.* 1. & *in l. captatorias, C. de testam. milit.* tradunt inter alios Menchaca *de succes. creat. lib.* 2. §. 17. *nu.* 77. quem & alios citat Petr Surd. *decis.* 66. *n.* 22. ad quos addo August. Beroi. *in cons.* 23. *supra allegato. lib.* 2.

Hoc etiam *in cap. & quæstione*, est animaduertendum, quòd si quis dicat in testamento quòd facit maioratum, vel meliorationem in filium, quem ipse nominauit in quadam scrip[illegible] quæ in certo loco adest (provt fecit quidam M[illegible] hoc Regno,) talis dispositio † est valida, [illegible] habebit effectum, nec 219
dispositio est captat[illegible] do non dubitetur de fide, & veritate scr[illegible] fit relatio, & appareat illam esse propri[illegible] quam testator se retulit.

Quod

Quod probatur ex doctrina Bartoli *in l. si ita scripsero, ff. de conditionibus & demonstrationibus*, vbi dicit, quòd si testator dixit, *volo quòd hæres meus det illud quod scriptum est in schedula, quam reliqui apud Guar-*
220 *dianum Fratrum Minorum*: † si appareat ex literarum comparatione, vel ex aliis legitimis indiciis, quòd illa schedula est testatoris, dispositio est valida, & seruari debet? & idem tenet Baldus *in l. asse toto, in fin. ff. de haredib. instituend.* Paul. de Castr. *in l. haredes palam, num.* 2. & 3. *ff. de testament.* Alexan. *in cons.* 76. *num.* 4. *lib.* 3. & *in cons.* 239. *num.* 1. *lib.* 2. & *cons.* 43. *lib.* 7. *num.* 9. & est communis opinio secundùm eundem *in l. ait prætor, §. si iudex. colum.* 1. *ff. de re iudicat.* vbi hoc tradit Ripa *num.* 2. *fol.* 224. Rubeus *in cons.* 14. *nu.* 7. & Bellon. *in consilio* 85. *num.* 11. quos referunt & sequuntur Tellius *in l. Tauri. in* 5. *p. num.* 2. *& in l.* 37. *num.* 2. qui ad confirmationem opinionis *Bartoli* ponderat illam *legem*, & secundum eundem illam explicat Episcop. Couar. *in d. cap. cum tibi, num.* 5. *fol.* 73. & tradit Ioan. Guttierr. *in l. nemo potest, num.* 50. *pag.* 248. Et quod ad fideicommissum relictum cui quis voluerit, si non elegerit, † omnibus debeatur, probatur *in l. Labeo, §.* 1. 213
ff. de statuliber. de quo per Tiraquellum *in tractatu de primogenitura, quæst.* 17. *in* [illegible] *ne, num.* 4. *pagina* 170. & est notabilis ca[illegible] *qui filiabus, §.* 1. *ff. de legat.* 1.

Hoc in loco etiam est notanda Gregorij Lopez doctrina *in l.* 11. *tit.* 3. *part.* 6. *in glos. in verbo*, Aluedrio, *versus finem, in versic. Ex prædictis patet.* Nam cùm hic sit tractatus maioratuum, plurima in aliis locis tacta adducenda sunt, vt hæc lectura sit Reipublicæ magis vtilis: Dicit igitur *Gregor. Lopez.* quod † non valet in- 214
stitutio maioriæ facta à patre sub conditione, *si mater illam fecerit*, in filium communem conferendo verba in futurum, per *l. illa autem institutiones, ff. de haredib. instituend.* vbi probatur, quod voluntas captatoria dicitur illa, quæ in futurum confertur, & dependet † ex 215
alieno arbitrio, facit *l. Clemens patronus, in fin. ff. de haredib. instituend.* & *l. mulier, in fin. ff. de cond. instit. l.* 1. *ff. de iis, quæ pro non script. habent.* & dicit Gregor. Lopez procedere hanc conclusionem, † etiam si faciens illam 216
dispositionem haberet Regiam facultatem, vt possit facere maioratum cum omnibus conditionibus, vinculis, ac submissionibus, quas voluerit: quia intelligitur de non reprobatis à iure; secus tamen est sub conditione de præterito, id est, si testator dicat, *si mater fecit*: quia tunc secundùm eum benè valeret; & hæc opinio mihi vera videtur, † saltem attenta dispositione 217
dict. l. 11. quæ abhorret omnes institutiones, quæ in alienum arbitrium conferuntur. Nam de iure communi poterat de hoc dubitari, cum captatoria voluntas propriè non sit, cùm institutio hoc modo fit, *instituo Ioannem haredem, si Petrus voluerit*: aut *instituo illum haredem, quem Sempronius voluerit*, vt latiùs fundat Anton. Augustin. *lib.* 4. *emendation. cap.* 15. Couar. *in cap. cum tibi, num.* 2. *de testament.* ¶ Et quòd sit captatoria voluntas vbicunque non dependet à voluntate testatoris, sed à voluntate grauati, † probatur *in l. Senatus,* 218
§. legatum, ff. de legat. 1. vbi Glos. & DD. *& in l. captatorias*, & *in l. illa autem*, & *in l. illa institutio, ff. de hæred. instit. & in l. captatoria, ff. de legat.* 1. & *in l. captatorias, C. de testam. milit.* tradunt inter alios Menchaca *de succes. creat. lib.* 2. §. 17. *nu.* 77. quem & alios citat Petr Surd. *decis.* 66. *n.* 22. ad quos addo August. Beroi. *in cons.* 23. *supra allegato. lib.* 2.

Hoc etiam *in cap. & quæstione*, est animaduertendum, quòd si quis dicat in testamento quòd facit maioratum, vel meliorationem in filium, quem ipse nominauit in quadam scrip[illegible] quæ in certo loco adest (provt fecit quidam M[illegible] hoc Regno,) talis dispositio † est valida, [illegible] habebit effectum, nec 219
dispositio est captat[illegible] do non dubitetur de fide, & veritate scr[illegible] fit relatio, & appareat illam esse propri[illegible] quam testator se retulit.

videtur, attenta *in l.* 3. *Tauri*, in illis verbis: *Ora sea entre los hijos descendientes*; faciunt quæ scribit dominus Antonius de Padilla *in l. & in epistola, n.* 8. *fol.* 123. *C. de fideicommiss.* de testamento facto inter liberos, & inquit Paulus de Castro *in cons.* 387. *Ad primum videtur dicendum, dispositionem Hebraicam, lib.* 2. *in* 1. *dubio*, quòd si testator in testamento solenni se refert ad aliquam priuatam scripturam non solennem, omnia
contenta in scriptura priuata † censentur expressè dis- 226
posita, & expressa in ipso testamento referente, notat Aymo. Crauet. *in cons.* 143, *n.* 6.

Sed adhuc dicta opinio verior est, qua habita pro vera, ex ea inferri potest, quòd si pater in quadam schedula, de cuius fide non est dubium, & de qua nec in testamento, nec in codicillo mentionem fecit, nec eam publicauit, filium meliorauit, † valet talis melio- 227
ratio: quæ doctrina fulcitur ex multis quæ scribit Tellius *in d. l.* 3. *p.* 1. *n.* 13. *cum aliis*, Molina *lib.* 2. *de primogen. cap.* 8. *n.* 11. *fol.* 282. vbi hunc articulum tractat, & Iul. Clar. *lib.* 3. *receptarum sententiarum, §. testamentum, q.* 36. *pag.* 35. Padilla *in d. l. cum quidam, n.* 12. *ff. de legat.* 2. *pag.* 877. & *in l. quæstionem, n.* 20. *fol.* 162. *C. de fideicom.* & de fide, & authoritate istarum schedularum, plura scitu digna scribit nouissimè Menoch. *in tract. præsumt. lib.* 4. *præsumpt.* 7. *num.* 2. *cum sequentibus, fol.* 8. ¶ Proderit tamen in istis casibus, & erit sufficiens probatio confessio filiorum confitentium, schedulam esse scriptam vel subscriptam † manu parentis, 228
vt ex doctrina Cornei *in l. hæc consultissima, §. ex imperfecto, col.* 1. *C. de testam.* Carol. Ruin. *in cons.* 7. *n.* 1. & 2. *lib.* 3. qui addit Alexan. *in d. l. ex imperfecto*, Bald. *in l. aliam, C. de his quib. vt indignis*, & talis declaratio testatoris duobus testibus † probari potest, secundùm 229
Bartholom. Socinum *in dict. l. si ita scripsero, col. pen. & vlt.* Gozadin. *in consilio* 3. *nu.* 13. Carolum Ruinum *in cons.* 193. *num.* 10. *libro* 2. *& in consil.* 11. *num.* 11. *lib.* 3. Menochium *in consilio* 176. *num.* 5. & 6. quod est singulare, & in practica notandum. Et qualiter schedula manu testatoris subscripta, si non fuit lecta & publicata, non teneat ex defectu voluntatis, tradit Thomas Grammatic. *decis* 62. *num.* 14. ex Alexandro *in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testament.* & aliis, quæ citat. ¶ Et quòd sit standum † hæredi, vel vxori 230
dicenti de persona nominata per testatorem in secreto, si hoc iurent, tradit Carolus Ruinus *in consilio* 19. *colum.* 3. *& sequentibus, lib.* 1. quem citat Simon de Prætis *lib.* 3. *de interpretanda defunct. voluntat. dubitat.* 4. *solut.* 1. *n.* 67. *fol.* 329.

In qua materia animaduerto ad doctrinam Seraphini *in tract. de priuilegiis, priuileg.* 20. *num.* 34. *pag.* 108. 231
vbi tradit, quod vnus tantum † probat, & facit fidem de consensu partium, ex Alexandro *in l. . . §. fin. ff. de verborum obligationibus*, Ias. *in l. Iusiurandum, quod ex coniunctione. ff. de iureiurando*, Aymon. *cons.* 100. *in fin.* Et est animaduertendum, quòd ad hoc vt maioratus sit efficax, vbi testator se retulit ad aliquam schedulam, debet de tali schedula † apparere; alias maioratus 232
erit nullius effectus, vt constat ex mente prædictorum Doctorum; & ad hoc facit, *§. sed si vxor, versf. Sed siquam acceperit, Instit. de legat. l. si non designata, C. de falsa causa adiect. legato, l. si sic legatum, §.* 1. *ff. de legatis* 1. *l. legati, ff. de libera. legat.* & notatur per Glos. Parisiens. qui alia similia refert *in consuetudin. Parisien. part.* 1. *§.* 5. *num.* 75. *folio* 83. ad quæ addo textum *in l. si quis ita scripserit haredem, & in l. si alterius. & in d. l. asse toto, ff. de haredibus instituendis*, egregia l. 9. *tit.* 3. *part.* 6. vbi Gregor Lopez.

Est autem animaduertendum in ista materia ad quandam communem resolutionem Bartoli & aliorum *in l.* 2. *C. de bonorum possess. secund. tabul.* vbi volunt, quòd confessio hæredis confitentis testamentum, sed minus solenniter factum, † non præiudicat, notat Ripa *in l.* 233
admonendi, n. 186. *ff. de iureiurand.* Aymo. *in tract. de antiquit. tempor. part.* 1. *nu.* 120. *fol.* 64. Matth. de Afflictis

decis. 5. num. 5. & decis. 53. Burgos de Paz *cons. 14. num. 53.* & faciunt quæ scribo *part. 2. quæst. 5.* ¶ Et de quæstione, quando testator commisit, vt testamentum vel maioratus extenderetur, & fieret ad consilium Sa-
234 pientis : † lege Iacobum de Arenis, Bartol. & alios, *in l. illa institutio, ff. de hæredibus instituend.* Speculator. & ibi Ioan. Andr. *in titulo de instrument. editione, §. instrumenta, versicul. Quòd si à contrahentibus*, Bald. & Felin. *in cap. ex literis, de fide instrumen.* Socin. Iunior *in consilio 124. nu. 47. cum sequentibus, & cons. 143. n. 13. lib. 2.* & notabilem doctrinam Oldradi *in cons. 139.*
235 *num. 12.* vbi tradit, quòd dictamen Sapientis † debet esse circa consolidationem contractus, salua manente substantia, per *l. si mandato Titij, §. vltimo, ff. mandat.* Quod autem sapiens possit declarare mentem defuncti, tradit Bartol. *in dict. l illa institutio : num. 6. ff. de hæredib. instit.* Bald. & Salicet. *in l. captatorias, C. de testament. milit.* Cephal. *in consil. 28. num. 66. libro 1.* qui *num. 58.* scribit aliud singulare in ista materia, quod distat dispositio commissa ad dictamen sapientis, à dispositione collata in arbitrium alicuius. Et an illud,
236 quod sapiens decreuit, † debeat executioni mandari, & ab illius decreto possit appellari? scribit latè Cephalus *in cons. 201. & 202. lib. 2.* Et an transeat in rem iudicatam sententia lata de consilio talium Sapientum; latissimè post antiquos resoluit Anton. Thesaur. *decis. Pedemont. 25.*

Tandem circa intellectum eorum, quæ in hoc capite & quæstione sunt discussa, scire oportet, quod licet ex
237 dispositione *l. 36. Taurinæ*, † non liceat commissario reuocare testamentum, quod semel ex commissione sibi data fecit (vt latiùs *in dict. l. cauetur,*) id limitari potest; nisi hæredes, vel aliæ personæ dolum in aliquo commiserint commissario, vel celando illa bona testatoris, vel aliàs; nam ad hoc admittitur variatio. Hæc conclusio fundari potest ex *l. 4.* quæ incipit, *Scyphi, ff. de optione lega. a*, ibi : *Scyphi electione data, si non omnibus scyphis exhibitis legatarius elegisset, integram ei optionem manere placet*, facit *l. si quis affirmauerit, ff. de dolo, l. qui cum tutoribus, §. qui per fallaciam, ff. de transaction. l. quis sit fugitiuus, §. si quis affirmauerit, ff. de euictione.* & *l. vltima, in versic. Planè*, vbi Bartol. & alij, *ff. de eo per quem fact. erit :* de quo qui plura scire cupit, legat Tiraquel. *lib. 1. de retract. §. 24. glos. vnica, nu. 8. pagina 588.* vbi alias authoritates ad hoc refert. Et faciunt quæ scribo suprà, *num. 45. & num. 187.* Et regulariter an qui habent ius eligendi, & nominandi in vita, vel in morte, variare possint, tradunt Molina *lib. 1. de primogen. cap. num. 35. folio 230.* Aluarus Valascus *cons. 102. num. 12. cum sequentibus.* Et ibi etiam tradit, quid agendum vbicunque ille, qui eligere debebat,
238 mero errore elegerit, † an iterum eligere poterit? vbi citat textum & Baldum *in vltimo notab. in l. mater, ff. de inofficios. testament.* facit regula *l. si post diuisionem, C. de iur. & fact. ignoran. l. si soror*, vbi Dec. *num. 6. C. de collation.* & quæ de diuisione erronea scribunt Bald. *consilio 72. lib. 2.* Carolus Ruinus *in cons. 167. num. 13. lib. 2.* Cephalus *consilio 495. num. 30. libro 4.* Pinellus *in l. 2. C. de rescind. vendit. part. 2. cap. 1. nu. 1. folio 75.* Dec. *in consilio 263. num. 2. & in cons. 475. num. 30. & consilio 525. num. 6.* Alexand. *in consil. 168. num. 1. & 2. lib. 5.* Ias. *in dict. l. si post diuisionem, nu. 5.* Matth. de Afflictis *decis. 58. Veritur dubium : num. 1. & 2.* Bartholom. Socinus *in consilio 25. libro 4.* Ias. *in l. iustè possidet, num. 13. ff. de acquirend. possessione*, & *in l. nam & postea, §. si damnetur, num. 3. ff. de iureiurando.* & *in l. si Titius, num. 4. ff. de verborum obligationibus.* & *in §. sequenti, num. 3. Institut. de action.* Angel. *in §. quædam, eodem titulo.* Glos. Parisien. *in consuetud. Parisien. part. 1. §. 16. num. 15. fol. 172.* de quo latiùs ago *in 4. part. quæst. 5.*

Ex quibus infertur, quod si in casu *l. 7. tit. 7. lib. 5. Recopilation.* filius primogenitus per fallaciam, dolum, aut persuasionem, vel errorem, optet & eligat aliquem maioratum, potest iterum eligere & optare. Et ex istis etiam infertur, quòd si commissarius elegit ad maioratum, vel meliorationem filium, dolo quopiam ad id persuasus, † iterum eligere potest; & pro hoc facit 239
text. vbi Bart. *in l. vltima, in principio, C. de iure deliberan.* & quod tradit Peralta *in d. l. cum quidam, n. 9. pag. 271. ff. de legat. 2.*

Animaduerto etiam, quod habens licentiam & facultatem faciendi pro alio testamentum, † non cense- 240
tur habere licentiam reuocandi, vt in quodam maioratu ciuitatis Hispalensis tradit Bologninus *in cons. 62. col. 4. in fine. versicul. Secundo principaliter*, quem citat Tellius *in l. 34. Taurina, num. 1.* Et quod creditor qui habet electionem in pluribus rebus obligatis alternatiuè ex prouisione sua, vel legali, si semel elegerit rem, & litem fuerit contestatus, non possit variare, volunt Capitius *decis. 46. num. 6.* Lofredus *in consil 19. nu. 3.* Ioseph. Ludouic. *in decis. 65. num. 20.* Et quòd patronus non possit compelli ad nominandum aliquem de sanguine, vel agnatione, si ad hoc illi fuit data facultas, resoluit Euerardus *in consilio 37. in fin.* quem citat Caldas Pereira *in tract. de nomination. ad emphyteusim, quæst. 1. num. 7. folio 4.*

Nota etiam aliud singulare, quòd habens potestatem eligendi & nominandi, si non seruat formam & ordinem commissionis, † dicitur peccare in forma, vt 241
tradit Carolus Ruinus *in cons. 142. num. 2. lib. 4.* & doctrina Bartoli *in l. 2. ff. de option. legata.* Quod est notandum ad doctrinam Baldi, Imolæ, & Bartholom. Socini *num. 8. in l. in testamento*, la primera, *ff. de conditionibus & demonstrationibus*, vbi volunt, quòd quando actus non peccat in forma, quia scriptura fuit solennis, & agitur de conseruanda memoria testatoris, si actus non valet vt agitur, † debet valere vt melius po- 242
test. Quod est considerandum ad eos, qui habent commissiones ad eligendum ad maioratus, vel meliorationes, & formam & fines excedunt, & allegatur nullitas contra tales nominationes. Ad quod lector videat *consilium* Augustini Beroij *suprà allegatum ; num. 23. libro 2.*

Qua in re etiam animaduerto, quòd eligentes † pri- 243
uantur potestate eligendi iterum solummodò, quando sunt priuati potestate eligendi ipso iure, secus si per sententiam : *cap. cum in terra, in fine, de election.* quod ad hoc dicit singulare Romanus *cons. 483. Dubitatur primo, col. 3 versic. secundo si quis dixerit :* & concludunt Doctores *in cap. publicato, de election.* & confirmat Tiraquellus *in l. si vnquam, C. de reuocand. donation. in verb. reuertatur, num. 80. pag. 537.* Et quòd si quis habeat facultatem eligendi ad primogenituram aliquem de agnatione, † possit eligere filium legitimatum fa- 244
ctum de agnatione, resoluit Cephalus *in consilio 440. num. 59. lib. 3.* Et qualiter ille, qui habebat facultatem eligendi & disponendi de certa quantitate, si non disponat, disponere videatur in fauorem venientium ab iutestato; tradit notanter Petrus Surdus *decis. 272. per totam.*

Pone etiam quod quis dedit alicui commissionem, vt faceret maioratum in aliquem ex filiis cum consilio alterius Tertij, qui antequam consilium præstaret, defunctus fuit, ita quod consilium iam præstare non potest : an hoc non obstante, commissarius commissionem suam exequi possit? Et videtur quod nihilominus commissarius † possit exequi commissionem, per tex- 245
tum *in cap. vltimo, ne sede vacant. aliquid innouetur. lib. 6.* vbi habens conferre beneficium cum consilio Episcopi, potest conferre si Episcopus mortuus, vel absens. Et inquit Bart. *in l. si quis arbitratu, num. 15. fol. 20. ff. de verborum obligationibus*, quod si factum sit compromissum in Titium, vt arbitretur de consilio Sempronij, illo nolente consulere, vel mortuo, receditur ab eius persona, & arbitrator id potest expedire; de quo latiùs ibi per Iasonem *num. 33.* ¶ Ad istam etiam materiam quadrat quod scribit D. Antonius de Padilla *in*

in d. l. cum quidam, num. 24. pag. 281. ff. de legat. 2. quòd si quis rem vinculauit, deditque potestatem hæredi, vt daret eam cui voluerit, si hæres non elegerit,
246 † vnus tantum debet admitti maior de familia; reditus tamen, & prouentus inter omnes debent diuidi, per *l. communi diuidundo, ff. commun. diuidun.* pro quo
247 dicto † in quantum resoluit, quòd maior admitti debet, facit *decisio* Guidonis Papæ 505. & alia quæ scribo *supra, num. 82. cum sequentibus :* in quantum verò dicit, quòd commoditates & prouentus sunt diuidendi, difficile mihi videtur ex his quæ scribo *supra, in hac parte, quæst. 26. à num. 79.*

Sed singulariter circa prædicta dubitatur; pater fecit testamentum manu propria, in quo apparet, quòd meliorauit vnum ex filiis, vel per viam maioratus, vel meliorationis Tertij & Quinti, an talis constitutio maioratus, vel meliorationis valeat sine testibus & Tabellione? In quo videtur dicendum, quòd si appareat clarè
248 talem scripturam esse scriptam manu patris, † quòd valet, etiamsi careat testibus, vel aliis solennitatibus. Quod probatur *ex authentica, quod sine : C. de testam.* cuius dispositio procedit etiam in fauorem piæ Causæ, secundùm Alexandrum *in cons. 4. lib. 7. num. 6. cum aliis.* Si autem negetur tale testamentum esse manu patris scriptum, & testibus duobus careat, dispositio non va-
249 let, quia nullum testamentum † quantumcunque conditum à persona priuilegiata, vel inter personas priuilegiatas, valet cum minori numero duorum testium, *l. 1. Lucius, ff. de testam. dict. authen. quod sine*, cum *concordant.* vt per Doctores *in dictis locis*, & latè Iaso *in cons. 184. circa legitimationem, nu. 6. lib. 2.* Alexand. *in cons. 76. num. 2. lib. 3.* Socinus Iunior *in consilio 189. num. 64. lib. 2.* & traditur per Glos. Parisiens. *in dict.* Alexand. *cons.* ad quod etiam legenda sunt quæ scribit Simon de Prætis *libro 2. de interpretand. defunct. voluntat. solut. 2. num. 4. folio 115.* licèt ista distinctio etiam dubitabilis videatur; quia priuilegia quæ patribus conceduntur, vbi testantur inter liberos, procedunt vbicunque æqualiter testantur, secundùm Roman. *in cons. 169.* Dec. *in cons. 349. num. 9.* de quo videnda sunt quæ refero *in quæstione 3. suprà, hac prima parte, à num. 34.* vbi cito Tellium *in l. 3. Tauri, part. 1. num. 21.* qui quandam quæstionem huic similem nostræ scribit.

Et pro maiori declaratione huius quæstionis addo Iul. Clarum *lib. 5. receptarum sententiarum, §. testamentum, quæst. 7. num. 2. pag. 8.* Tiberium Decianum *respons. 34. per totum, lib. 1.* vbi tradit, quòd talis schedula
250 † probat inter filios; & in fauorem piæ Causæ, duobus concurrentibus. *Primum*, dummodò testator duobus testibus voluntatem explicauerit, saltem per relationem ad schedulam, putà dicendo, *ego dispono de bonis meis, prout in hac schedula.* Secundùm, quòd testator non exprimat de contentis in schedula fieri scripturam per Notarium, quia tunc potius esset præparatio, quàm dispositio. Et qualiter per schedulam priuatam
251 † probetur fideicommissum, tradit Tiberius Decianus *respons. 33. num. 76. cum sequentibus. libro 1.* Et an sufficiat confessio filiorum confitentium, patrem fecisse maioratum in testamento, vel codicillo, sed minus solenniter; resolui potest ex *l. si veritas, C. de fideicommiss.* vbi latè Doctores; & traditis per Ripam *in dict. l. admonendi, colum. 33. ff. de iureiurand.* Aymo *in dicto tractatu de antiquit. tempor. part. 1. nu. 119. fol. 63.* sed illam lecturam *Ripæ*, quam citat Aymo, ego non inuenio : facit quod *suprà* scripsi ex Corneo, & Alexandro *in l. hac consultissima, §. ex imperfecto.*

Et quod habens facultatem nominandi vel eligendi ad fideicommissum in morte, si in vita nominauerit, & iurauerit non reuocare nominationem, quòd nihilo-
252 minus possit † reuocare, tradit Episcopus Sarmiento *in l. vnum ex familia, in principio, num. 7. ff. de legatis 2. fol. 171.* De quo legenda sunt quæ scribo *part. 2. quæst. 5. à num. 79. cum sequentibus*, vbi alia referuntur loca, in quibus ista conclusio tractatur. ¶ Et qualiter grauamen † & conditio apposita, quòd aliquid fiat in vita 253
grauati, non possit adimpleri, neque exequi in morte; tradit eleganter Aluarus Valascus *consultatione 82. num. 6.* Et quod data licentia alienandi inter viuos, non possit alienari in morte, tradunt Bald. *in cap. 1. de prohibita feud. alienation. per Federic.* & probatur *in l. filius, ff. de donat.* vbi Imola notat, per quam hoc tenent Bartholom. Socinus *in cons. 19. lib. 1.* Curtius *in tractatu feudorum, part. 4. tit. ex quibus causis feudum amittitur. quæst. 9. num. 145. pag. 457.* Et quod si grauatus eligere non eligat, † possit recurri ad Iudicem, vt 254
eligat, tradit Augustinus Beroius *in dicto consilio 23. nu. 33. lib. 2.* Simon de Prætis *libro 3. de interpretanda defuncti voluntate, interpretat. 3. dubitation. 1. solut. 12. n. 17. fol. 295.*

Est etiam notandum, quòd si testator committat alicui, vt pro eo faciat maioratum, vel meliorationem in aliquem filium, quem eligat, & talis commissarius dicat coram testibus, se velle eligere ad maioratum, vel meliorationem aliquem filium, talis dispositio est dispositiua, non enuntiatiua, & eligere † videtur statim. 255
Quod probatur ex doctrina Bartoli, & aliorum *in l. 1. C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica*, vbi concludunt, quòd ista verba : *Volo eligere*, si constiterit quòd deliberatè sunt prolata, inducunt electionem, facit quod scribit Anton. Thesaurus *decisio Pedemontana 233. num. 7.* Istis est germanum quod disputat Iulius Clarus *libro 4. §. donatio, quæst. 14. num. 6. pagina 113.* vbi tractat, an promissio de donando sit donatio? ad quod legi debet *l. 122. Taurina*, hodie *l. 6. tit. 6. lib. 5. Recopilation.* vbi Tellius *num. 24.* Ex quo inquit ad propositum nostrum Bartholom. Socin. *in consilio 86. num. 4. cum aliis, libro 3.* quod si is, qui habebat commissionem eligendi aliquem de pluribus ad fideicommissum, dixit coram personis fide dignis, quòd volebat eligere aliquem ad fideicommissum, ex talibus verbis statim 256
† eligere videtur, quem refert, & multum commendat Marian. Socin. Iunior, *in cons. 179. num. 25. libro 2.* & confirmat Alexand. *consilio 90. num. 31. libro 6.* ex doctrina Baldi *in authen. ei qui, C. de bon. author. iudic. possid.* & aliis. Ad quod etiam est notabile *consilium* Bursati *200. num. 9. libro 1.* Pro quibus etiam est textus *in l. huiusmodi, §. stichum, ff. de legatis 1.* & Bartholom. Socinum refert & sequitur Simon de Prætis *libro 3. de interpretanda defuncti voluntate, interpretatione 3. dubitatione 4. solutione 2. n. 70. fol. 329.*

Ex quo idem Alexander *in consilio 68. num. 3. libro 5.* tradit, quòd si quis coram sufficienti numero testium dicat, † & declaret velle, si careat filiis mas- 257
culis, quòd filiæ succedant in suis bonis, talis dispositio est seruanda : quia in vltimis voluntatibus verbum (*volo*) inducit † dispositionem, per *l. Pamphilo,* 258
§. propositum, ff. de legatis 3. quam legem rectè declarat Socinus Iunior *in consilio 184. num. 16. lib. 2.* Et quod testator videatur facere fideicommissum dicendo, *quod vult*, aut *intendit*, tradunt Augustinus Beroius *in consilio 81. num. 4. libro 2.* Cephalus *in consilio 153. num. 48. libro 2.* Bursatus *in consilio 157. num. 5. lib. 2.* & facit doctrina Alciati *in l. seruii electione, num. 7. versicul. Quæ sententia, ff. de legatis 1.* vbi scribit, quòd si testator relinquat & dicat in codicillis, † *volo relin-* 259
quere talem fundum, intelligitur reliquisse; quem citat Franciscus Mantica *libro 6. de coniecturata mente defuncti, tit. 4. n. 17. pag. 223.* hodie *folio 122.*

Licèt in contrarium faciat, quòd voluntas ab ipso actu separatur, *cap. 1. de eo qui mittitur in possessionem, l. promissor Stichi, §. cum constitutio, ff. de constit. pecunia.* ¶ Et præparatio ad testamentum, † non dicitur 260
testamentum, *l. ex ea, ff. de testament. l. fideicommissa, 2. versicul. 1. ff. de legatis 3.* tradit latè Antonius Gomez *in l. 3. Tauri, num. 18. & num. 105.* Ex quo infert Decius *in consilio 159. num. 4.* quòd si testator coram testibus declarauit voluntatem suam

dicens, *quod vocetur Tabellio*, talis dispositio non dicitur testamentum, quem citat Antonius Gama *decis.* 221. *num.* 1. & *decis.* 348. *num.* 2. de qua quæstione legenda sunt quæ scribunt Iulius Clarus, §. *Testamentum*, *quæstione* 7. & 9. Episcopus Couarruuias *in cap. relatum, de testament. nu.* 11. *folio* 69. idem Gama *decis.* 384. Ias. *consilio* 196. *libro* 2. Anton. Gabriel *libro* 4. *communium opinionum*, *titulo*, *de testament. conclus.* 9. *num.* 1. *cum sequentibus*, *pag.* 239. Cephal. *in cons.* 299. *lib.* 2. Menoch. *in cons.* 42. *num.* 14. *libro* 1. Suarez *in l. quoniam in prioribus*, *C. de inofficios. testament. quæst.* 4. *pagina* 201. Ayora *de partitionibus*, *part.* 3. *quæst.* 24.

261 *num.* 69. *fol.* 141. Et res non † dicitur habere nominationem ab eo quod erit: sed ab eo quod est, secundùm Baldum, per illum textum, *in l. si nondum*, *C. de furtis*, de quo latè per Iasonem *in l.* 1. *ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio: num.* 1. *fol.* 53. facit *l. quid ergo*, §. *quid ergo*, *ff. de contrar. tutel. action.* & plura quæ tradit Rebuffus *in l. mouentium* 93. *pagina* 560. *ff. de verborum significatione*, Mantica *de coniecturata mente*, *libro* 9. *titulo* 3. *num.* 14. & 16. *folio* 206. & notat Staphileus *de literis gratiæ*, *versiculo*, *Secundo principaliter*, *pagina* 229. Vnde dicens, *se velle eligere*, † vi-

262 detur in aliud tempus actum eligendi reseruare, & non statim disponere, Cephal. *in consilio* 549. *nu.* 121. *lib.* 4. qui idem tradit in eo qui dicit *velle testari*, ex Decio *in consilio* 626. Ad quod facit quod in simili tradit Decius *in l. non vultsn* 5. *ff. de regulis iuris*, & magis in terminis *in consilio* 159. *n.* 5.

Et licet Bartol. *in dict. l. serui electione*, *in principio ff. de legatis* 1. scribat, quòd verbum (*volo*) iunctum

263 cum infinitiuo, † inducit dispositionem: contra Bartolum, quem & alios citat Natta *consilio* 250. *num.* 4. *libro* 2. est communis opinio secundùm Iasonem *ibi num.* 33. & *in l. cunctos populos*, *num.* 13. *C. de Summa Trinitate*, *& Fide Catholica*, vbi Bartol. contrarium tenere videtur, & *in l.* 2. *ff. mandat.* quem citat Rebuffus *tomo* 3. *ad constitutiones Regias*, *titulo de appellationi. articulo* 15. *glos.* 3. *num.* 3. *pagina* 521. & lege Mandosium *in glos. facultatum*, §. *ac etiam*, *folio* 68. *col.* 2. *in principio*, & melius Franciscum Manticam *de coniecturata mente defuncti*, *libro* 12. *titulo* 11. *num.* 1. *cum sequentibus*, vbi latè disputat si quis dicat, *volo hæreditatem*, an illam videatur adire? Et non probatur testamentum ad pias Causas ex eo, quòd testes depo-

264 nant testatorem dixisse, † quod volebat instituere piam Causam, secundùm Ioannem de Imola *in consilio* 91. *In causa*, *quæ vertitur*, Decium qui plura citat *in consilio* 488. *num.* 15. & faciunt tradita per eundem *in consilio* 159. *num.* 4. quem citat Gama *decisione* 348. *num.* 4. qui ponit exemplum in muliere, quæ dixit quòd Tertia debebat esse mariti; vbi legi debet Mena *decisione* 350. & notabilis *decisio* eiusdem Gamæ 287. ad quem addo Perez de Lara *in tractatu de Anniuersariis*, *libro* 1. *cap.* 20. *num.* 57. *pagina* 196. Et de materia ista circa ea, quæ tradit Mantica, plura scribit Menochius *in tractatu de præsumptionibus*, *libro* 4. *præsumptione* 188. *num* 10. *cum sequentibus*, *folio* 187. & legenda sunt quæ scribit idem Menochius *libro* 2. *de arbitrariis*, *casu* 496. Vnde dicit eleganter Glossa Parisiensis *in consuetudinibus Parisiens.* §. 10. *num.* 16. *folio* 124. quòd ista verba, aut similia: *Volo*

265 *eligere*, significant † aliquam voluntatem de præsenti actus eliciti, quem disponunt, sed non significant voluntatem præsentis actus imperati, nec aliquid aliud de ipso actu imperato, quæ est ipsa realis electio, disponunt, sed illum annuntiant dumtaxat. Vnde ex vi illorum verborum nullatenus colligitur actualis electio, sed tantum quædam tendentia in futuram ele-

266 ctionem. Et aliud est velle facere, † aliud facere, vt in eo, qui grauatus fuit nomen assumere, probat eleganter per plura exempla Tiberius Decianus *responso* 4. *num.* 21. *lib.* 2.

Ex quo infertur, quòd si testator lecta sibi schedula per Notarium extensa dicat: *Sic volo facere*, non est perfectum testamentum, nisi addat, *& sic facio*: tunc est perfecta voluntas. Vnde si quis dicat, *volo instituere Ecclesiam*, non dicitur disponere, secundùm Paulum de Castro *in cons.* 137. *In causa quæ vertitur Pergami*, *col. lib.* 2. Dec. *in d. cons.* 159. Aymon. *de antiquit. tempor. part.* 1. *num.* 60. *fol.* 38. Et si testator, nullo hærede relicto, iussit fieri ex omnibus bonis suis Monasterium, secundùm Baldum, & Imolam *in l.* 1. *ff. de testament.* Manticam *de coniecturata mente defuncti*, *lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 4. *fol.* 55.

Ex circunstantiis autem possunt illa verba suppleri, & perfici, † vt actum consummatum importent, putà 267
si cum deliberatione ad hoc exquisita, vocatis testibus, vel amicis, vel tractatu super hoc habito, tanquam concluso actus proferuntur: tunc enim intelliguntur dispositiuè, & perfectè proferri, & inducunt actualem electionem inuariabilem, per *d. l. Pamphilo*, §. *propositum*, *ff. de legat.* 3. & alia quæ refert. Et ex resolutione, quam ibi tradit, infert, quòd si primogenitus semel & seriò dixerit, se velle eligere talem mansionem; non potest eligi alia ab eius hærede, imò nec ab ipso primogenito: quia electio † trahit secum executionem, dummodo 268
appareat deliberatè, & à sciente factam esse. Et faciunt quæ scribit Guilliel. Benedict. *in cap. Raynuntius de testament. in verbo*, *in extremis positus*, *num.* 37. *fol.* 150. *circa dictum*, §. *propositum*, quæ notanda sunt ad intellectum *legum* 29. *&* 52. *Tauri*: & eisdem addo quæ scribit Peralta *in l.* 1. *num.* 79. *pagina* 51. *ff. de legat.* 2. vbi latè de hoc loquitur, & quæ ego scribo *suprà*, *quæst.* 10. *à num.* 183. *cum sequentibus*. Menochius *de arbitrariis iudicum*, *libro* 2. *centur.* 5. *casu* 496. *num.* 53. *pag.* 741. qui singulariter materiam prosequitur per totum casum: cui iungo Tiberium Decianum *in responso* 26. *nu.* 30. *lib.* 2. & quæ scribit Cæsar Lambertinus *in tractatu de iure patronatus*, *lib.* 2. *part.* 2. *artic.* 2. 3. *quæst. principali*, *n.* 3. *fol.* 149.

Ex quibus infertur confirmatio doctrinæ Anton. Gom. *in l.* 3. *Tauri*, *num.* 118. vbi resoluit quod si pater coram sufficienti numero testium dixit, quòd volebat talem filium meliorare, † non erit melioratus, nisi vo- 269
catis & rogatis testibus dixerit; vel nisi concurrat aliqua alia coniectura, per quam videatur hoc pater deliberatè dixisse, per doctrinam Petri, & Cyni *in l. in vendendis*, *C. de contrahend. emptione*, & alia quæ citat: & *ibidem*, *num.* 119. resoluit, quod si quis habet facultatem eligendi inter res, vel personas, à lege, vel ab homine, si simpliciter dicat, *volo eligere talem rem*, vel *personam*, non videtur per hoc eligere; ex notatis per Bart. *in l. gerit*, *num.* 13. *ff. de acquir. hæredit.* & aliis, quæ citat: pro quibus est textus notabilis *in l. cum de bonis*, vbi Baldus, *C. de donat.* Et an mandatum de dispensando, operetur idem quod dispensatio, tradit Quintilian. Mandos. *de signatura gratiæ*, *vers. Dispensationes*, *folio* 79. *colum.* 3. *in principio*. Ad quos addo Castillum *in controuersiis*, *cap.* 26. *num.* 88. *folio* 252. qui addit Thom. Sanchez *de matrimonio*, *libro* 6. *disputatione* 22. *num.* 7. *pag.* 973. & quod per illa verba: *Quia vult*, *aut intendit*, dicatur quis disponere † de præsenti, 270
tradunt Augustinus Beroius *in consilio* 81. *num.* 4. *lib.* 2. Cephalus *in consilio* 153. *num.* 48. *libro* 1. Bursatus *in consilio* 157. *num.* 5. *libro* 2. & de intellectu textus *in dict.* §. *propositum*, eleganter agunt Angel. de Perigl. Iaso *num.* 30. Ripa *num.* 23. *in l. serui electione*, *in principio*, *ff. de legatis* 1. Carolus Ruinus *in consilio* 204. *num.* 5. *& 7. lib.* 2. melius Socinus Iunior *in consilio* 179. *num.* 27. *cum sequentibus*, *libro* 2. & notanter more solito Caldas Pereira *in tractatu de nomination. emphyteu. quæst.* 1. *num.* 9. *cum sequentibus*, *folio* 5. Thomas Grammatic. *cons.* 53. *per totum*, Siluan. *cons.* 54. ¶ Et ista seruiunt pro confirmatione doctrinæ Greg. Lopez *in l.* 3. *tit.* 9. *p.* 6. *folio* 70. *colum.* 2. *versic. Nota etiam*, vbi dicit, quòd si habens facultatem fecit maioratum, & postea impetrauit facultatem, quia dixit se velle reuo care

reuocare primum maioratum, si non vtitur tali facul-

271 tate, † non videtur reuocare maioratum, per *l. forma*, §. *fin. ff. de censib.* & textum & Glos. *in cap. ex tenore*, *de rescript.* Et qualiter destinatio habeatur pro facto, notanter declarat Quintilian. Mandosius *in regulis Cancellariæ*, *regula* 16. *reseruationis*, *quæst.* 19. *num.* 13. *fol.* 68. Ex quibus dubito de *decisione* dicti Antonij Gamæ 348.

272 Et quòd voluntas † habeatur pro facto, docet notabilis lex 4. *tit.* 4. *p.* 1. vbi Glos. *in cap. constitutis*, *de eo qui mittitur in possessionem*, & *in cap. magna pietas*, *distinct.* 1. cum concordantibus adductis per Ximenez *in Concord. in Decretalibus*, *in dict. cap. constitutis*, *pagina* 160.

Et an damnatus ad mortem, deportatus, vel damnatus ad metallum efficiatur incapax ad eligendum, vel declarandum, vel nominandum successorem in ma-

273 ioratu, vel melioratione, lector resoluere † potest facile *ex l. cum pater*, §. *hæreditatem*, vbi Glos. & DD. *ff. de legat.* 2. & ex his quæ scribo *supra*, *q.* 1. *à nu.* 205. *cum aliis*, & per *l.* 4. *Taurinam*, & *l. ex facto*, §. *si quis rogatus* 2. *ff. ad Trebellianum*, Bald. *in l. id quod pauperibus*, *num.* 5. *C. de Episcop. & Cleric.*

274 Sed est quæstionis, an sit † necessaria præsentia & acceptatio nominati ad maioratum, vel melioratione, ad hoc vt sit valida? Quod resoluere licet per *d. l. cum quidam*, *ff. de legat.* 2. vbi Bartol. & Doctores, & *l. qui absenti*, *in principio*, *ff. de acquirenda possess.* & per ea quæ scribunt Bart. & DD. præcipuè Peralta *in l. vnum ex familia*, § *si de falcidia. nu.* 8. *pag.* 572. *cum sequentibus*, *ff. de legatis* 2. Bartholom. Socinus *cons.* 25. *nu.* 17. *libro* 1. vbi ex Bart. Bald. & Imol. *in dict. l. qui absenti*, & Angel. *in l. ex eo*, *ff. de testament. milit.* tradit, quòd

275 electio facta in absentia † potest reuocari, nec dicitur ius quæsitum ante acceptationem, Anton. Gam. *dicta decis.* 173. *num.* 9. & Bartol. *in l. Theopompus*, *num.* 9. *ff. de dote prælegat.* scribit an in declaranda voluntate testatoris requiratur citatio eius, cuius interest? quem citat Curtius Iunior, vbi hoc declarat *in cons.* 33. *nu.* 10. quod tradunt Roman. *in l. captatorias*, *nu.* 4. *C. de testament. milit.* Carolus Ruinus *in consilio* 19. *nu.* 4. *& 9. libro* 2.

276 concludentes; † non esse necessariam citationem in declaratione talis voluntatis; quos. & Ias. citat Iosephus Mascardus *in tract. de probationibus*, *lib.* 1. *conclus.* 485. *num.* 8. *fol.* 298 & scribo *supra*, *quæst.* 44. *à nu* 66. ad quæ omnia addo Ancharranum *in consilio* 127. *nu.* 3. vbi tradit, quòd declaratio voluntatis non requirit partis præsentiam, per regulam *l. hæredes palam*, §. *sed si notam*, *ff. de testament.* cum concordantibus quæ scribo *dicta quæst.* 44. qui *num.* 7. rectè declarat textum *in d.* §. *sed si notam*. Quibus addo elegans *consilium* Ias. 45.

277 *num.* 3. *lib.* 1. vbi etiam scribit, an in tali † declaratione requiratur iuramentum? & latè tradit Ioseph. Mascard. *in tractatu de probationibus*, *conclus.* 485. *num.* 7. *libro* 1. *fol.* 298. & lege Antonium Gomez *d. cap.* 12. *nu.* 46. *vers. Item adde quòd talis hæres*: ad quos addo Alexandrum *in cons.* 9. *n.* 21. *lib.* 3.

Vidi etiam in facto circa materiam præsentis quæstionis dubitari: Pater dimisit filiam, & in pactis matrimonialibus reseruatum fuit, quòd posset facere maioratum de illis bonis in nepotem, vel neptem, quem voluerit: an potuerit eligere tantum nepotem masculum, exclusa in totum nepte an ambos nominare præcisè teneatur? In qua quæstione li èt multa pro vtraque

278 parte faciant argumenta; magis iuridicum † mihi visum fuit, in electione patris fuisse, excludere neptem, sicut fecit, & vocare masculos descendentes exclusa nepte, & illius descendentes, per textum *in d. l. cum pater*, §. *à te peto*, *ff. de legat.* 2. iuncto §. *rogo*, *eiusdem l. per totum*, præcipuè in illis verbis: *Eos autem*, *quos mater elegerit*, *fore potiores*, *si soli promeruissent*, *existimari*: latè Petrus Surdus *decis.* 41. *per totum*. Nec obstat *l. cum quidam*, *C. de verborum significat.* & illa latissimè regula. Quia limitatur, quando ordo affectionis aliud dicit: & in tali casu disiuncta non resoluitur in *coniunctam* propter affectionem, & præsumptam mentem disponentis, vt probatur *in dicto* §. *à te peto*, cum *concordantibus*, quæ scribo *in initio secundæ partis*, *num.* 248. Notum autem est, viros magis inclinatos esse, & maiorem affectionem habere ad conseruandam agnationem, vt probaui *in eadem secunda parte*, *q.* 6. & hoc notissimum est.

Præterea est considerationc dignissimum, quod regula *d. l. cum quidam* (videri meo) † non procedit in 279
bonis maioratus, in quibus vnus tantum debet esse successor, & non plures; argumento *l.* 2. *tit.* 15 *p.* 2. *cum vulgaribus*. Quod maximè animaduertendum est pro limitatione textus *in dict. l. cum quidam*, quia nostri non tangunt.

Et in hac quæstione animaduerto lectores de textu singulari *in l. vxorem*, §. *Scauola*, *ff. de legatis* 3. vbi probatur, quòd si instituo hæredem, & *grauo de restituendo cum voluerit*, si hæres decesserit non declarata voluntate, fideicommissarius † admittitur: quem textum 280
dicit singularem Roman. *singulari* 426. de quo meminit Menochius *lib.* 1. *de arbitrariis*, *quæst.* 69. *num.* 28. Et an ille, qui potest eligere † & nominare, posset se 281
ipsum eligere & nominare? & plura scitu digna circa istam materiam, tradit Paris. *in cons.* 26. *num.* 22. *cum sequentibus*, *libro* 4. ad ista legendus, quia quotidie videbis. Et quod facultas eligendi hæredi concessa in casu in quo fuisset locus fideicommissariæ substitutioni, non censeatur concessa, vbi fideicommissum factum fuit in personam filiorum vocatorum, probatur *in l. hæredes mei*, §. *fin. ff. ad Trebellianum*, tradit *decisio Pedemontana* Osasci 81. *num.* 6. ¶ Et successor ita † potest 282
nominari per actum inter viuos; sicut per vltimam voluntatem, vt ex pluribus probat Paris. *in cons.* 46. *n.* 5. *cum sequentibus*, *lib.* 4. Cui conueniunt tradita per Bartolum *in cons.* 7. *Pater filio emancipato*, Dec. *in cons.* 30. *num.* 3. Ripam *in rubric. ff. soluto matrimonio*, *num.* 17. Cagnolum *in l. vltima*, *num.* 145. *C. de pactis*, tractantes, an habens facultatem disponendi in vita, † possit 283
in morte disponere? quòd latè disputat Antonius Thesaurus *decis. Pedemontana* 209. & quotidie contingit. Ad quod legenda sunt quæ scribo *part.* 2. *quæst.* 12. *num.* 91. & notabile consilium Iasonis 148. *num.* 4. *versicul. Quarto accedit*, *libro* 1. Et legi debet de tota ista materia Parisius *in consilio* 46. *libro* 1. Et an electio commissa, testibus † probari possit lege textum & 284
Paulum *in l. vnum ex familia*, *in principio*, *ff. de legatis* 2. Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri*, *part.* 1. *num.* 812. *folio* 275. Anton Gomez *in libro variar. tom.* 1. *cap.* 12. *de legat. num.* 46. *versic. Item quæro quando electio persona.*

Et quòd si testator commiserit duobus electionem, vno mortuo, † non sterur alteri; scribit Cuman. *in* 285
cons. 117. *in fin.* Simon de Prætis *lib. de interpretand. defunct. voluntate*, *solut.* 5. *libro* 1. *num.* 7. *folio* 16. pro quo facit quod subtiliter probat Carolus Ruinus *in cons.* 126. *colum.* 2. *libro* 2. vbi tradit, quod quando hæres vel alius prohibetur alienare sine licentia Titij, mortuo Titio, licentia non concessa habetur pro denegata, quem citat idem Simon de Prætis *lib.* 2. *solut.* 7. *num.* 13. *folio* 96. ¶ Et quod si mater fecerit maioratum in 286
filium, quem pater elegerit, quod possit † nominare filium secundum, prætermisso maiore, nisi filius secundus sit indignus, tradit Gregor. Lopez *in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. *in glos.* in verbo, *En España*, vbi AHumada *nu.* 1. *fol.* 145. Et quòd vbi sunt eligendi de familia vel domo testatoris, debeant esse de agnatione, & masculi, & non fœminæ, scribit Alexan. *consilio* 213. *lib.* 6. Carol. Ruinus *consilio* 24. *libro* 2. Simon de Prætis *dict. lib.* 1. *solut.* 4. *num.* 16. *folio* 14. vbi etiam *num.* 14. scribit, quando possit hæres cogi ad declarandum voluntatem: & qualiter commissa alicui declaratione, si non declauerit, alia persona non possit declarare, tradit Curtius iunior *in cons.* 38. *num.* 16. *lib.* 1. Et quod Iudex, qui eligere debet in defectum illius qui eligere debebat,

287 ſecundùm ea, quæ ſcribo *ſuprà*, † teneatur eligere ſecundùm qualitates & conditiones requiſitas in illa perſona cui commiſſa fuit electio; probatur per doctrinam Imolæ *in cap. cum acceſſiſſet, num.* 4. vbi Felinus *num.* 18. *de conſtitution.* & tradunt alios referendo Roch. de Curt. *in tract. de iure patronatus, in verbo, honorificum, quæſt.* 3. *colum.* 1. Cæſar Lambertin. *in tract. de iure patronatus, lib.* 2. *part.* 3. *artic.* 7. 5. *quæſt. principal. fol.* 236. & quod teſtes ſint neceſſarij in declaratione vel electione, reſoluit Peralta *in dict. §. ſi de falcidia, num.* 8.

Et an ſi quis faciat pactum in matrimonio, quòd ſuccedat in tali caſtro vnus ex filiis, quem ipſe nomi-
288 nauerit, quòd † talis donatio ſit inanis, ſi moriatur antea quam nominet, tradit latè Iaſ. *in conſ.* 148. *num.* 4. *verſ. Primum fundamentum, lib.* 2. ad iſta legendus, & *conſilio ſequenti, colum. vltima, verſ. neque prædictis obſtat*, tradit vnum ſingulare, an habens facultatem eligendi, declarandi, & nominandi, videatur eligere & nominare inſtituendo hæredem aliquem? quod in caſu cuiuſdam ſtatus euenille ſcio, quod magis in terminis ſcribit Nicolaus Boerius *deciſ.* 204. *num.* 32. vbi concludit, quòd ſi pater habet electionem primogenituræ
289 inſtituendo hæredem, † videtur eligere ad primogenituram, per *l. vnum ex familia, dicto §. ſi duos*, vbi Bartol. & Bald. & Imola, *ff. de legatis* 2. vbi hoc animaduertit dominus Antonius de Padilla *num.* 8. quod eſt ſingulare, & quotidie videbis. Pro quibus facit doctrina Baldi *in l. in ementis, C. de contrahend. emption.* & Saliceti *in l.* 4. *eodem titulo*, Hieronym. Gabriel. *conſilio* 103. *num.* 15. & pro iſta ſententia facit *l.* 33. *Tauri*, hodie *l.* 47. *titulo* 4. *libro* 5. *Recopilationis*, & *l.* 36. *Tauri*, hodie *l.* 10. *titu o* 4. *libro* 5. *Recopilationis*. Quod latius probat & ſcribit Caldas Pereira *in dicto libro de nomination. emphyteut. quæſtione* 7. *num.* 15. *folio* 63. & conducunt quæ ſcribo *ſupra, quæſtione* 36. & tradit idem Caldas *quæſtione* 1. *num.* 8. *folio* 4. *in eodem tractatu, & quæſtione* 10. *num.* 1. *folio* 95. & ad hoc facit egregia doctrina Baldi Nouel. *in l. cum filiofamilias, num.* 4. *ff. de legatis* 1. quam citat Menochius *in tractatu præſumptionum, libro* 4. *præſumptione* 27. *num.* 9. *folio* 31. Et melius facit quod poſt alios plures ſcribit Pariſius *in conſilio* 72. *num.* 60. *cum ſequentibus, libro* 3. Zuchardus *in l. hæredes mei, §. cum ita, part.* 10. *nu.* 32. *pagina* 288. *ff. ad Trebellianum*, reſoluentes, quòd ſi
290 quis facit aliquem hæredem vniuerſalem, † videtur diſponere de fideicommiſſo in fauorem hæredis. Ad quod etiam faciunt ſcripta per Pariſium *in conſilio* 123. *num.* 18. *libro* 4. & per Sarmientum *in dict. l. cum quidam, num.* 14. *folio* 84. & *num.* 32. *folio* 88. vbi dominus Antonius de Padilla *num.* 24. *folio* 281. *ff. de legatis* 2. Simon de Prætis *de interpretand. defunct. voluntat. libro* 3. *interpretatione* 1. *dubitatione* 5. *ſolutione* 4. *num.* 25. *folio* 213. & text. notabil. *in l. cum pater, §. rogo, ff. de legatis* 2. & *in l. vnum ex familia, §. ſed ſi vno, ff. de legatis* 2. iuncta Gloſſa *in verbo, hæres extitiſſet*, quæ allegat textum *in §. ſed ſi fundum, eiuſdem legis*, & illam ſequitur ibi Paul. & Cuman. & Bart. *in §. ſi duos, eiuſdem legis*, & facit etiam *l. vnica, §. ſin autem ſub conditione, C. de caduc. tollend.* ad quæ iungo doctrinam Speculatoris *in titulo de location. §. nunc aliqua, verſiculo* 150. *num.* 177. *folio* 112. vbi decidit, quòd ſi maritus recepit emphyteuſim *pro ſe, & vxore ſua ad voluntatem ſuam*, & mortuus eſt: ſuper hoc,
291 voluntate non expreſſa, † pertinet ad vxorem; per *l. fideicommiſſa, §. ſi ſic, & §. ſi rem, ff. de legat.* 3. & alia iura.

Et quis dicitur mori cum teſtamento, licèt expreſsè non diſpoſuerit de bonis à patre relictis, quando in
292 teſtamento † inſtituit aliquem vniuerſalem hæredem, vt per *l.* 1. *ff. de ſuis & legitimis hæredibus*, & alia plura reſoluit Pariſius *in dicto conſilio* 72. *num.* 60. *lib.* 3. ad quem addo Caldam Pereiram *in tractatu de nomination. ad emphyteuſim, quæſt.* 7. *nu.* 43. *folio* 70. notanter Menochius *in tractatu præſumptionum, libro* 4. *præſamption.* 141. & quod facultas eligendi perſonas duret, † donec quis fuerit interpellatus ad eligendum 293
per litem conteſtatam, probatur *in d. l. cum quidam, ff. de legatis* 2. vbi Bartol. & Doctores, tradunt Iaſ. *in l. vltima, §. ſed ſi quis, C. commun. de legat.* Menoch. *de arbitrariis iudicum, lib.* 1. *caſu* 44. *num.* 4. & an nominatio facta, teſtamento rupto per præteritionem, vel exhæredationem, in quo quis nominauit tanquam commiſſarius ad maioratum, † ſit nulla, conſtat ex 294
ſcriptis per Aluarum Valaſcum *conſilio* 6. *per totum*. Et quod quando ſapiens declarat, non poſſit declarare ea quæ conſiſtunt in facto; ſed ſolum illa quæ † conſiſtunt in iure, & tacitè ex natura actus ſub ex- 295
preſſis continentur, volunt Gloſ. *in l. ſi mandato Titij, §. fin. ff. mandat. gloſ. fin.* Bald. *in l. captatorias, C. de teſtament. militis*, & alij, vt per Cephalum *in conſilio* 88. *num.* 16. *libro* 1. & quòd ſi quis reſeruauit ſibi facultatem declarandi, & de nouo concedendi, & morte præuentus non fuit vſus facultate, viſus eſt nolle facere aliam † ordinationem, nec declarationem; ſed iam 296
latam confirmare, tradunt Iaſ. *in l. centeſimis, §. ſi ſtipulatus, num.* 14. & ibi Alexander *num.* 11. *ff. de verborum obligationibus*, Barthol. Socinus *in conſ.* 78. *col.* 1. *libro* 3. Dec. *in l.* 3. *de regulis iuris*, quos citat Menoch. *in conſ.* 310. *num.* 8. *lib.* 4.

QVÆSTIO XLIX.

An & quando bona maioratus, vel meliorationis, ſunt incerta; pater poſſit reuocare maioratum, vel meliorationem.

SVMMARIVM.

1 *In bonis incertis poſſeſſio non transfertur.*
2 *Deciſio quæſtionis, à numero* 2. *vſque ad* 4.
5 *Incertitudo qualiter impediat poſſeſſionem. Et an accipiens poſſeſſionem rei incertæ, illam acquirat, num.* 7.
6 *Animus eſt lapis angularis ad acquirendam vel amittendam poſſeſſionem.*
8 *Donans, vel vendens, vel obligans omnia bona, vel quotam bonorum, ſi conſtituerit ſe poſſidere, transfert poſſeſſionem, licèt bona non exprimantur.*
9 *Maioratus & meliorat io an remaneat irreuocabilis per clauſulam Conſtituti quoad bona futura.*
10 *Maioratus factus in contractu oneroſo non requirit expreſſionem bonorum.*

QVadrageſimononò, pone quòd pater conſtituit maioratum vel meliorationem in filium de omnibus bonis, aut de Tertio bonorum ſuorum, nec exprimit aut ſpecificat alia bona; quod plerumque contingit, & nomine filij, in quem fecit maioratum, aut meliorationem, ſe conſtituit pro poſſeſſore: an ex hoc cenſeatur maioratus irreuocabilis? Dubium facit, quia hoc caſu bona ſunt incerta, & ideo poſſeſſio † non 1
transfertur, *l.* 3. *§. incertam, ff. de acquirend. poſſeſſione*, cum *concordantibus*. Si igitur poſſeſſio non fuit tranſlata, maioratus eſt reuocabilis, & melioratio: qua, & aliis rationibus hæc opinio perſuaſiuà videtur. In contrarium tamen quod in caſibus ſupradictis melioratio, vel maioratus † remaneat irreuocabilis, pondero no- 2
uiter *l.* 27. *Tauri*, iuncta *l.* 23. nam *in dict. l.* 17. dicitur, quòd pater poſſit reuocare meliorationem, niſi tradiderit poſſeſſionem; & quod hoc procedat, etiam ſi traditio fiat per Conſtitutum, tenent Scribentes *ibi*, nemine dempto: & eſt vera concluſio. Superuenit poſtea *dict. l.* 23. dicens, quòd ad meliorationem Tertij habeatur conſideratio ad valorem, quem bona illius, qui

qui meliorauit, habent tempore mortis; & non ad
3 tempus, in quo facta fuit melioratio. Ecce ergo † legem apertè probantem, quòd melioratio Tertij, eſt ius quoddam vniuerſale recipiens augmentum, aut diminutionem ab eo, quod teſtator acquirit, vel minuit in bonis: & quod bona futura in ea comprehenduntur, quamvis non ſint acquiſita, neque in poteſtate illius, qui meliorationem fecit.

Et cum prædictæ leges Taurinæ aliæ declarentur per alias (vt ex illis patet) ſequitur quòd poſſeſſio, de qua loquitur *d. l.* 17. non eget aliqua expreſſione bonorum: nam ſi id foret, daremus caſum quòd pater in bonis, quæ poſt factam meliorationem acquiſiuit, poſſet in alium filium facere aliam donationem, & meliorationem Tertij: quod minimè eſſe poteſt, ſtante *d. l.* 23. cuius ſunt verba: *Quando el padre, o la madre, por contrato entre vinos, o en otra poſtrimera voluntad, hiziere alguno de ſus hijos, decendientes alguna meioria del Tercio de ſus bienes, que la tal meioria aya conſideracion a lo que ſus bienes valieren al tiempo de ſu muerte, y no al tiempo que ſe hizo la dicha majoria.*

Ex quo infertur, quod non ſolum melioratio erit
4 † irreuocabilis tradita poſſeſſione per Conſtitutum reſpectu bonorum præſentium, ſed etiam futurorum: cum per hanc legem acquiſitum ſit ius filio in meliorat ione non ſolum ad bona, quæ pater habebat tempore factæ meliorationis, ſed ad bona, quæ poſtea acquiſita fuerunt; & vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, *l. cum qui ædes, ff. de vſucapion.* Ad iſtam tamen *l.* 23. reſponderi poteſt, quòd loquitur quantum ad hoc, quod Tertium æſtimetur ſecundùm valorem tempore mortis; non quoad irreuocabilitatem.

Item pro hac ſententia facit text. *in l. ſi fur, §. fin. ff. de vſucapion.* vbi probatur, quòd ita demum incertitudo
5 † impedit poſſeſſionem, vbicunque ille, qui illam tradidit, eſt incertus quantum poſſideat; ſed ſi tradens ſit certus quid & quantum poſſideat, incertitudo in accipiente poſſeſſionem non impedit illius tranſlationem: nam dicit Conſultus, *Incertam partem poſſidere nemo poteſt, ideóque ſi plures ſint in fundo, qui ignorent quotam quiſque partem poſſideat, neminem eorum poſſidere mera ſubtilitate Labeo ſcribit.* per quem textum ita determinat Gloſ. *in dicto §. incertum, verbo, Titius*, quam *ibi* ſequuntur Imol. & Atetin. *in principio*, & Alexand. *num.* 2. & Iaſ. *num.* 8: & dicit Alexan. quod DD. ſequuntur communiter Gloſ. & eſt communis opinio ſecundùm Anton. Gomez. *in d. l.* 17. *n.* 17.

Contra quam recta ratione (vt mihi videtur) ipſe tenet per aliqua fundamenta. Cui ego addo, quòd ſi benè conſideretur *dict. §. fin. l. ſi fur*, potius probat contrariam ſententiam: cùm in effectu dicat, quod ſi plures ſint in fundo, & quilibet ignoret quid poſſideat, nullus poſſidet mera ſubtilitate. Ecce ergo qualiter ad acquirendam poſſeſſionem, lex conſiderat animum acquirere volentis, qui cum neſciat quid acquirere debet, animum habere non poteſt ad acquirendam poſſeſſionem: cùm incertus ſit ad quem locum dirigere animum debeat. Scimus autem quod † animus eſt lapis 6
angularis ad acquirendam vel amittendam poſſeſſionem, *l. licet, C. de acquirenda poſſeſſione, l. quemadmodum, ff. eodem titulo*, & totus ferè titulus de hoc agit: & eſt ſingular. *l.* 6. *titulo* 30. *part.* 3. & dicit Iuriſconſult. *in dicto §. final.* quòd non ſufficit, quòd quis ſit corporaliter in fundo, ſed requiritur quòd ſpecificè, non autem in genere ſciat quantum poſſideat. Et cùm ille, qui in fundo eſt, non habeat poſſeſſionem, non cognito quid poſſideat, fortius ille, qui eam de nouo 7
acquirere debet, † requiritur quòd ſit certus quid, & quantum ab eo acquirendum eſt; argumento *l. final. C. de acquirenda poſſeſſione, l.* 13. *dicto titulo* 30. *part.* 3. & hæc vltima ratio aliis pluribus mediis iuſtificari poterat. Ad hæc facit textus ſingularis *in l. locus, ff. de acquirenda poſſeſſione*, vbi probatur, quod incerta pars, nec tradi, nec vſucapi poteſt. Per quem textum in-

quit Iaſo, *in l. ſi ſic legatum, §. ſi mihi, num.* 16. & 17
ff. de legatis 1. quòd ſi Comes conceſſit Eccleſiæ quicquid iuris habet in tali caſtro, vel fundo, talis conceſſio nihil operetur, & nullum titulum tribuit ad præſcribendum, niſi conſtet de iure concedentis, etiamſi Eccleſia illud per multos annos poſſederit: & hoc Iaſo ex aliis Authoribus confirmat, & *ibi, num.* 19. hoc limitat, ſi quis dicat, quòd vendit quicquid iuris habet in fundo, & tradit totum fundum, quia tunc procedit vſucapio, quia credit totum emiſſe; qui refert Bartolum *in l. emptor fundi, ff. de vſucapion.* Sed cum in hoc, & aliis, iudicando & conſulendo ſint communes opiniones ſequendæ, Gloſſæ ſententia eſt amplectenda quantum ad propoſitum noſtræ quæſtionis; & ex illa, opinio prædicta firmior eſt.

Tertio, pro hac ſententia facit, quia ſi ego dono, vendo, vel obligo vniuerſaliter omnia bona mea, vel quotam bonorum, & conſtituo me poſſidere nomine emptoris, vel donatarij, vel creditoris, licèt aliter bona non exprimantur, † transfertur poſſeſſio, ſecundùm 8
Iacobum Butrigarium. *in authentic. hoc ſi debitor, C. de pignor.* & Bartolum *in l. qui pignoris, ff. de acquirend. poſſeſſion.* & *in l. Celſus, colum.* 3. *in verſicul. Pone quòd debitor, ff. de vſucapion.* ad quos alios concordantes refert Tiraquel. id ſequutus *in tractatu de Conſtitut. part.* 2. *ampliation.* 29. *folio* 58. & faciunt ſcripta per Paulum Pariſium *conſilio* 59. *num.* 23. *libro* 1. & per eundem Tiraquellum *in d. tract. part.* 3. *limitat.* 19. *num.* 2. *folio* 135. licèt Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubrica* 7. le mort ſaiſit: §. 1. *folio* 227. *num.* 19. *col.* 2. contrarium tenere videtur.

Ex quibus videtur, quod de in ſtricto iuris rigore, de iure communi hæc opinio eſt tenenda, quòd melioratio Tertij tradita poſſeſſione per Conſtitutum, effi- 9
ciatur † irreuocabilis etiam quoad bona futura? & idem propter eaſdem rationes videretur dicendum in maioratu, cum, quis facit maioratum de omnibus bonis ſuis. Sed cùm habeamus *d. l.* 17. quæ expreſsè dicit quod ita demum melioratio eſt irreuocabilis cùm traditur poſſeſſio *de la coſa, o coſas en el dicho Tercio contenidas*: Et eadem verba repetuntur *in l.* 44. *Tauri*, quæ loquitur de maioratu, ibi: *Saluo ſi el que lo hiziere por contrato entre vinos, oniere entregado la poſſeſſion de la coſa, o coſas contenidas en el dicho mayorazgo*: In hoc maturiùs deliberandum eſt: Et Tellius *in dict. l.* 17. *num.* 23. palam fatetur, quòd libentius in hoc diſceret, quàm doceret; & tandem cogitandum reliquit: & legendus eſt idem *num.* 15. & Matienzo *ibi, num.* 2. *cum ſequentibus, gloſ.* 4. hodie *l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopilation. folio* 138. & Auendanius *in l.* 44. *Tauri, gloſ.* 11. *num* 13. *cum ſequentibus*, vbi hoc refert. Et ex iſtis etiam legibus remanet dubia opinio Peraltæ *in l. vnum ex familia, in principio, num.* 20. & 21. *pagina* 560. *ff. de legat.* 2. vbi ita demum prohibet irreuocabilitatem Tertij, quoad bona futura, vbicunque donans ſe conſtituit poſſidere bona præſentia & futura, & non aliàs.

Lectores etiam certiores facio, quòd in maioratu, vel meliorat ione facta per contractum oneroſum, vel traditionem ſcripturæ, † non eſt neceſſe exprimere 10
bona maioratus, vel meliorationis, vt talis maioratus vel melioratio ſit irreuocabilis; nec procedunt quæ dicta ſunt. Quod clarè probatur *in l.* 17. & *l.* 44. *Tauri*, quod vt nouum & neceſſarium, mente tenendum eſt. Pro qua ſententia faciunt quæ ſcribo *in hac parte, quæſtione* 3. *à num.* 15. & *quæſt.* 47. vbi legendum.

QVÆSTIO L.

An valeat conditio per patrem filio in maioratu, vel melioratione, apposita; quod non ducat vxorem, nisi arbitrio alicuius, consensu, aut consilio.

SVMMARIVM.

1 *In conditionibus primum locum obtinet voluntas testatoris.*
2 *Spe lucri potest quis inuitari ad matrimonium contrahendum. & num.5.6.7.& 10. Contraria sententia, n.8.& 9.*
3 *Aliud est inuitare aliquem, vt contrahat sub spe lucri; aliud si contrahat, quòd aliquid amittat.*
4 *Prohibitio facta, vt bona non veniant in personas certas; valida est.*
11 *Doctrina quædam Caroli Ruini, an possit aliquis grauari ne matrimonium contrahat cum ea, quam virginem corruperat; & an prohibitione non obstante, filij ex hoc matrimonio concepti in fideicommisso succedant? examinatur.*
12 *Ob publicam vtilitatem ex liberorum procreatione prouenientem, an possit quis voluntatem testatoris non seruare, quando impedimentum præstat ad matrimonium contrahendum? Resoluitur, n.74.& 76.*
13 *Grauata cum persona certa familia matrimonium contrahere, an in secundis nuptiis grauamen obseruare teneatur.*
14 *Quid si grauetur vt non contrahat.*
15 *Legatum vxori relictum, si vidualem vitam egerit amittitur si secundò nubat.*
16 *Filio in legitima an possit apponi conditio, si nupserit.*
17 *Filius si non pareat conditioni, qua grauatus fuit vt contrahat matrimonium cum aliqua consanguinea, sub pœna perditionis maioria, non amittit maioratum, si faciliter impetrare dispensationem nequeat, & num.19.*
18 *Conditio nubendi rejicitur, si nuptiæ à iure Pontificio prohibitæ sint.*
20 *Dispensatio ad contrahendum matrimonium inter consanguineos, difficilis reputatur, & num.21.*
22 *Conditione adiecta, quòd quis contrahat matrimonium cum aliqua consanguinea, an persona grauata teneatur impetrare dispensationem.*
23 *Resolutio huius quæstionis, & num.seqq.*
24 *Quod non tenet de iure, non potest vinculo ligari.*
25 *Consilium qui petere tenetur, non tenetur sequi, & num.27. & 40.*
26 *Valet præceptum testatoris, quod filia maritetur cum consilio Terij, sub pœna, & num.61.*
28 *Contraria opinio, & num.35.*
29 *Actus est nullus vbi requiritur consilium, & non adhibetur, & num 31. & 33.*
32 *Qui consilium præstare debet, an necessario sit requirendus. Quid si sit absens, num.38.*
34 *Consilium ante actum peti debet.*
36 *Dicere, cum consilio, aut de consilio, an differant.*
37 *Consilium an accipiatur pro consensu, refertur quædam sententia?*
39 *Contraria etiam adducitur.*
41 *Authoris sententia in hac quæstione, & num.42. 44. 45.& 48.& 51. Resoluitur, numero 64.*
43 *Nihil est vehementius amore.*
46 *Præceptum testatoris non adimplens facit se indignum.*
47 *Filius licet sine consensu patris possit matrimonium contrahere, non potest sine peccato consilium eius spernere.*
49 *Nubere contra parentum voluntatem an sit mortale peccatum.*
50 *Concilium Tridentinum matrimonia clandestina quare annullet.*
52 *Legatum factum virgini, si Titio nupserit, non amittitur filia nubente cum alio ex patris mandato. & num.54.& 57. Quid si ex consilio matris contrahat. num.58. Authoris sententia, n.60.*
53 *Pater præsumitur potius filiam nubere velle ex affectu paterno, quàm ex dolo.*
55 *Et filia in hoc casu videtur ex metu reuerentiali contrahere.*
56 *Mulier contrahens matrimonium intra annum luctus, excusatur ab infamia, si iussu patris contrahat.*
59 *A patre compulsa contrahere an amittat filiorum hæreditatem.*
62 *Filius in contrahendo matrimonio non tenetur arbitrio eius, qui malè arbitratur, obedire.*
63 *Consilium præstiturus ad contrahendum si ex iniusta causa deneget, ad Iudicem recurri debet.*
65 *Tempus arbitrandi aliquid ex commissione vltima voluntatis, quo tempore finiatur.*
66 *Quando præsumatur quis contrahere matrimonium contra voluntatem patris, aut matris, aut eius qui maioratum instituit.*
67 *An ad contrahendum requiratur expressus consensus.*
68 *Et an præsumatur in actu, quem verisimiliter absque eo quis non exercuisset.*
69 *Conditio nubendi quandocunque potest impleri.*
70 *Grauata contrahere cum aliquo de familia, ad hoc vt cum extraneo possit contrahere, non extare consanguineum probare debet.*
71 *Conditio per testatorem adiecta, quòd filius legitimatus per subsequens matrimonium non succedat in maioratu, an valeat? remittitur.*
72 *Fœmina vocata ad fideicommissum sub conditione quod certa persona nubat, an admittatur ad fideicommissum, si alij nubat? refertur quædam sententia.*
73 *Contraria.*
75 *Luxuria non debet operari plusquàm castitas, & num.76.*
77 *Conditio matrimonium impediens, vel viduitatem inducens, rejicitur.*
78 *Quid si pia Causa vocetur.*

Post num.78. inuenies Summaria quæ desiderantur.

QVinquagesimò quæro de quæstione, quæ (vt reor) magnæ vtilitatis erit. Pater in constitutione maioratus, vel melioritionis, siue in testamento, siue in contractu apposuit conditionem, & præceptum, quod filius vxorem ducat cum voluntate, arbitrio, aut consilio alicuius personæ, putà vxoris; quod est communius: vel alterius, sub pœna amissionis maioratus, aut melioritionis; an hæc conditio valeat? & filius illi parere teneatur, ne amittat lucrum à patre delatum? In quo puncto præmittendum est; quòd in conditionibus primum locum † obtinet voluntas testatoris: 1
l.in conditionibus primum locum, l.pater Seuerinam, ff.de conditionibus & demonstrationibus, cum concordant. & dicit text. ad propositum *in l.Titio, §.1. ff.de conditionibus & demonstrationibus*, posse † quem inuitari spe 2
lucri ad matrimonium contrahendum: quem textum dicit singularem Ioan. Lop. *in repetit. cap. per vestras. de donat. inter virum & vxorem, notab.3. §.21.num.1. pag.463. col.2.* vbi Barahona: ad idem est text. *in l.1. C. de instit. & substit.* vbi Doctores omnes, præcipuè Iaso *num.4.l.2.eodem tit.* & probatur *in l.creditor, §.1. ff.manda.* notat Iaso *in l.si ita stipulatus sum te sisti, §.vlt. num.1. ff.de verborum obligation.* & est bonus ad propositum text. *in l.dictam 8. C. de condictio. ob causam*: notat Guillelmus Benedictus *in cap. Raynutius, in verb. cuidam Petro tradiderunt, num.7. cum sequentibus, fol. 414. de testament.* quem citat Menochius *in*

in consil.69.num.29.lib.1. vbi etiam refert Alexandrum & Aymonem. Et in matre relinquente filio aliquid si vxorem duxerit cum licentia & voluntate patris, tradit Antonius Gama *decisione 314.* vbi Mena in additionibus plura refert, facit textus *in l. Titio vsusfructus, in fine ff.de conditionibus & demonstrationibus.* De quo per Cæsarem Lambertinum, *in tract.de iure patronatus, par. 1.quæst.9.principal.lib.1.num.41.folio 80.* Ioan.Cephal. 3
consilio 319.num.25.lib.3. vbi tradit, † aliud esse inuitare aliquem vt contrahat matrimonium sub spe lucri; aliud si contrahat matrimonium, quòd aliquid amittat. Et plura ad propositum scribit Ioann. Gratian. Falconi, qui hæc refert, *regul.83. Conditio de non nubendo:* & tradit etiam Antonius Gomez *lib.variarum.tomo 1.tit. 12.de legat.num.79.versic.adde quod legatum relictum, folio 129.* Et hoc refert Ioan.Guttierrez *cons.18.numer. 4.* & legi debet *in cons.17.num.15.* Et punctum tractat nouissimè Ludouicus de Molina, *in lib. de iustitia & iure, tractatu 2.disp.stat.207.pag.1263.* Valdes *in additionibus ad Suarez tit.2.de los casamientos, §.4. versic. primò quæro, pag.54.* Et pro istis facit egregia *l.111. tit. 6.lib.5.Recopilat.* olim *l.27. Taur.* in illis verbis: *Les puedan poner el grauamen que quisieren assi de restitucion, como de fideicomisso, y fazer en el dicho Tercio los vinculos, y submissiones, y restituciones que quisieren:* vbi legendus est Azeuedo, *num.20. cum sequentibus, folio 166.* & facit *Decisio Genuen.108.* & quæ scribit Fulu. Pacianus, *in tractatu de probationibus, lib.2.cap.3.num. 84.cum sequentibus, folio 10.* & Decius *in consilio 293. n.2.* & Mutienço *in l.3.tit.1.lib.5.Recopil.gloss.2.n.14. & n.17.fol.30.& 31.*

4 Et † valet prohibitio facta, vt bona non veniant in personas certas, *l.codicillis, §. matre, ff. de legatis 2.* ad quod plura citat Syluanus *consilio 1. num.119.* Ex quo fit, quòd si testator præcipiat alicui, quod contrahat matrimonium cum aliqua fœmina, & si non contraxerit, 5
vult eum hæreditate priuare: † talis conditio valet, & ille priuabitur hæreditate, si conditioni non pareat; secundùm Oldrad. *in cons.16.* & Aretin. *in l. si ita stipulatus sum te sisti, §. si tibi nupsero. ff. de verb. obligat.* & idem tenet Ioan. Lopez *vbi supra*, quos refert & defendit Episcop. Couarru. *in epitome de sponsalibus, par.2.cap.3. §.3.num.7.folio 33.* dicens post Ioannem Lopium, quòd hæc conditio potest adiici filio, dummodo non sit in Legitima, Burg. *consilio 20. num.5.* Marcus Brunus ab Anguillis *cons.10.num.10.* Decius *in l.vltima, notab.3. C.de instit.& substit.* Calcanie. *cons.3.* Aymo *consilio 8.num.11.* Sylua nuptialis *lib.2.num.28. pag.142.* vbi dicit vidisse rusticum prohibentem in testamento hæredem, ne duceret mulierem nobilem; Roland. *in tractatu de lucro dotis, quæst.31.num.9.* Franciscus Mantica *de coniecturata mente defuncti, lib.11.tit.18.num.2.& 4.pag.557.* Hodie *folio 290.* qui plures refert; & ex hoc 6
resoluit, † posse testatorem auferre legatum, vel hæreditatem sub conditione, si cum certo genere personarum contraxerit: allegat Oldrad. *in dicto consilio 16. l.vnicam. C.de his quæ pœnæ nomine: l.1. ff. eodem titulo, l.3. §. si emancipatus. ff.de bonorum possessi contra tabul.* Bart. *in l. si rogatus, ff. de manumiss. vindi.* & idem tradit doctissimus Molina, licet prædicta non referat *lib.2. de primogen. cap.13. num.28. folio 339.* & Mantica *vbi supra, num.5.* resoluit, quod conditio *si nupserit Titio*, reiicitur si honestè nubere non possit, per *l. cum ità legatur, ff.de condit.& demonstrat.* & *l.2.* vbi Paul. de Castro. *C. de condit.instit.* & doctrinam Socini *in l. quoties, num. 1. ff.de condit.& demonstr.* & ista confirmat in notabili casu Curtius iunior *in cons.81.n.8.*

Et pro hoc est sententia Bartoli, quam prædicti minimè citant *in l.cum donationis, num.5.folio 73. C.de transact.* & pro ista opinione sunt † duæ leges *Partitæ*, quas 7
nostri Hispani non referunt. Prima est, *l.14.tit.4.p.6.* ibi: *Pero si el testador que faze el testamento, dixesse, mando a tal muger cien miranedis, o fagola mi heredera, si casare con tal ome:* & est alia *l.22.tit.9.par.6.* ibi: *Esto seria como si el testador dixesse assi, Mando a fulano ome mil maranedis, si casare con tal muger.* Et facit etiam *l. 10.in fine.tit.8.p.6.* Et hoc sequitur Ioann. Gratian. *in dicta regul.83.num.8.fol.38.* latissimè Simon de Prætis, *lib.4.de interpretand.voluntat.defunct.dubit.1.n.9.cum seqq.fol.443.* latè Thomas Sanchez *in tract.de matrim. lib.1.disp.33.n.7.cum seqq.pag.145.* facit notabilis casus *in l.Titio vsusfructus ff.de condit.& demonstr.* & *consilium* Ancharr. 198. cum adductis per Felin. *in cap.cum venerabilis, de except.* & latiùs per Lamber. *in tract. de iure patron.lib.1.q.1.num.41.cum seqq.fol.80.* vbi plura scribit de conditione & grauamine nubendi. Et hæc opinio *Oldradi* & aliorum tanquam verior & communior est tenenda, quicquid † contra eum arguat Emmanuel Costa celeberrimus olim in Salmanticensi Academia lector *in l.cum tale, §. rescripr. ampliat.12. n.12. ff. de condit.& demonstr.* Nam & idem Costa (videri meo) ese sibi contrarius *in 2.limit.illius, §.n.5.pag.63.* vbi dicit, se defendisse *Baldi* sententiam; & per eam reprobat doctrinam Stephani Bertrand. *in cons.148. Ex themate n.1.cum seqq.lib.1.* dicentis, quòd si mulieri aliquæ res donatæ sint, & in donatione adiecta fuit conditio, quòd si nuberet sine consensu eius, quæ donabat. & aliorum donatio resolueretur, quòd resolutio non valet, & quòd donataria debet obtinere res legatas. Et quicquid videatur tenere † aliud Lusitan. Anton. Gama *dec.3.14.* vbi 9
legi debet Mena *in addit. decis. 317.* & licet Mencha. *lib.3.controu.c.94.num.16.fol.12.* animosè reprehendat Ioan. Lop. *vbi supra*, & tandem concludat, quòd si filiæ aliquid relinquatur vltra legitimam cum conditione, quòd nubat cum fratrum consensu, non designata certa persona, non amittit filia legatum, quamuis nubat sine fratrum consensu. Quibus addenda sunt quæ in proposito scribit Andr. de Isernia, qui non refertur *in c. Imp. de prohibit.feud. alienat.per Feder. num.19.fol.98.* quæ cautè legenda sunt iuxta ea quæ supra scripsi ex Ceph. *in cons.311.n.62.lib.3.* vbi tradit, quando conditio nubendi intra viginti annos valeat, & legenda sunt quæ scribit Iul. Clar. *in pract.crimi.q.80.versic.circa statutum tertium, de matrim. pag.355.* vbi inter alia tractat *n. 4.& 5.* an valeat statutum prohibens sororem contrahere sine consensu fratris? & statuta laicorum priuantia filiam dote, quo casu nubat sine consensu patris.

Cum ergo pater vtendo facultate Regia, quæ ei data fuit ad faciendum maioratum in filium, quem ei libuerit, voluit filium prædicto modo grauare, & per leges Regias licitum † sit patri melioritionem facere in Tertio & Quinto in vnum ex filiis, cui ipse gratificare voluerit; non est cur filius queri possit ex prædicto grauamine & conditione, per quod pater filij vtilitati prospexit, & pro illius præcepto est præsumendum, & quod filio expedit: *l. nec in ea, ff.de adult.l.7.tit.18.par.4.* & hoc facit *d.l.27. Taur.* in ratione sui. Et quod habetur *Gen.c.24.* vbi Abraham prouectæ ætatis factus seniore seruum suum adiurat, ne de filiabus Chananæorum filio suo Isaac vxorem accipiat; sed ex terra & cognatione sua, & idem præcepit Isaac filio suo, *cap.28. Genesis*; & paulò post legitur, quod Esau ob inuidiam quod eius pater Iacob primogenitura donasset, duxit Chananæam in vxorem, quod non fecisset, si patre consulto facere voluisset, cuius rei meminit Ioseph. *lib.1. antiquitatum Iudaic. c.17.* Et Moyses *n.461.* statuit, quòd omnes viri ducerent vxores ex cognatione sua: & quòd cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipiant, vt hæreditas permaneat in familiis: quod latiùs tradit Card. Paleot. *in tract. de not.& spuriis, cap.6. num.5.folio 48. 8. voluminis tractatuum.*

Ex quibus omnibus maximè dubito de quodam † 10
consilio Caroli Ruini *189.num.7.lib.2.* vbi magnis viribus nititur probare, non posse quem grauare aliquem vt non contrahat matrimonium cum muliere, quam virginem corrupit, & quòd tali prohibitione non obstante, filij ex eo matrimonio concepti succedere possunt in fideicommisso. Nec rationes ab eo adductæ

mihi ſatisfaciunt,& ſunt contra dictam doctrinam *Oldradi*, & alia ſupra citata: licet Ruinum referat Franciſcus Mantica, *de coniecturata mente defuncti, lib.* 11. *titulo* 12. *num.*27. *pag.*553. qui *num.*30. ſcribit,& videri meo veriſſimè, quòd talis conditio valet,ex eodem Carolo Ruino *in conſilio* 80. *numer.*12. *in fine, & num.*13. *lib.*3.& arguit *Mantica*,quod cùm poſſit excludere filios legitimos, qui ex legitimo matrimonio naſcuntur, iuxta *textum*, & quæ ibi habentur *in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtitution. & ſubſtitution.* fortiùs poteſt excludere filios mulieris,quam quis ſtuprauit,cum poſſit aliam vxorem reperire; & hoc retuli 2. *p. quæſt.*1. *num.*32.

12 Et cautè etiam † legendum eſt quod ex Oldrado, *in d. conſ.*16.& aliis probare conatur Simon de Prætis,*lib.* 5. *de interpretand. defunct. volunt. interpret.*1. *dubit.*1. *num.*66. *folio* 481. ob publicam vtilitatem prouenientem ex liberorum procreatione,non eſſe ſeruandam voluntatem teſtatoris,quando impedimentum præſtat ad matrimonium contrahendum: & idem tradit *lib.* 4. *interpret.*12. *dub.*2. *n.*1. *fol.*442. Pro quo faciunt ſcripta per Cephal. *in d. conſ.*319. *lib.*3. *à n.*8. *vſque ad num.*40. qui multa in propoſito ſcribit.

Et non omitto, quòd in noſtra materia maioratuum per dictum *conſilium* Oldradi 16. & ſimilia ſcribit Peralta *in l. vnum ex familia,*8. *ſ. d. etſi fundum, numero* 31. *pag.*601. *ff. de legat.*2. vbi reſoluit,fœminam à patre melioratam in Tertio & Quinto, & grauatam contrahere matrimonium cum perſona certæ familiæ & cognominis, eſſe obligatam ad obſeruandum tale vinculum, & grauamen ſub pœna amiſſionis melioratonis; adeò quod non ſuffieit adimplere grauamen & conditionem
13 in primis nuptiis, ſed in † ſecundis nuptiis hoc exequi tenetur; & ita dicit fuiſſe ſententiatum & diffinitum: quod reputo notabile, & trado *infrà, quæſtione* 51. Et
14 quòd valeat † mandatum quod quis non* contrahat cum perſona de certa familia,tradit Iaſo *in l. Titia, num.* 15. *folio* 211. *ff. de verbor. obligationibus*, quem citat Neuizanus *in Sylua nuptiali, lib.*2. *de qualitate coniugum, pag.*198. *n.*119.

Et ex his fit,quòd legatum à marito vxori factum,ſi
15 vidualem vitam egerit, vel donec ſecundò nupſerit, † amittitur ab vxore ſi ſecundò nupſerit, *authentica, quod locum, C. de ſecund. nupt. l.*2. *C. de indict. viduit. tollend.* explicat latè Epiſc. Couar. *in d. epitome, par.*2. *c.*3. *§.*9. *&*
16 *vlt. n.*11. *fol.*49. *col.*1. Quod autem filio † non poſſit legitima relinqui ſub conditione *ſi nupſerit*, tradit Ioann. Lopius *in c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor. in tex. §.*21. *n.*4. *&* 5. *pag.* hodie 461. quem citat Anton. Gabr. *lib.*1. *commun. opinion. tit. de Legitima, concl.*1. *num.*17. *pag.*370.

Attendendum tamen eſt,quòd ſi pater grauet filium, vt contrahat matrimonium cum aliqua muliere, quæ eſt eiuſdem conſanguinea intra quartum gradum, vel habet aliud impedimentum,per quod filius eam ducere
17 non poteſt abſque Summi Pontificis diſpenſatione, † non amittit maioratum ſi cum illa non contrahat. Ad quod eſt ſingularis, *d. l.*14. *tit.*4. *par.*6. *in fine*, ibi: *Fueras ende ſi aquel con quien le mandaua que caſaſſe, fueſſe pariente della, o tal ome con quien no podia ni deuia caſar ſegun derecho.* Et eſt ad hoc textus notabilis *in l. vlt. ff. de condict. ſine cauſa*: vbi ille, qui dat dotem pro futuro matrimonio contrahendo inter conſanguineos, repetere poteſt quod dedit. Et conditio † reiicitur, ſi nuptiæ à
18 iure Pontificio prohibitæ ſint: *d. l.*2. *C. de inſtit. & ſubſt.* vbi hoc tenent Petr. de Bellapertica, Cynus, Albericus, Bald. Salicet. & alij, quos citat Franc. Mantic. *in tract. de coniect. mente defuncti lib.*11. *tit.*18. *n.*6 *pag.*557. facit *l.*1. *C. de condict. ob cauſam*, quæ eſt notabilis: *l. final. C. de ſponſal. verſic. quæ ita, l.*2. *C. de inutilib. ſtipul.* Quibus congruit quæſtio, quam in iſta materia diſputat Tellius *in l.*22. *Taur. n.*18. vbi tractat, an parentes reuocare poſſint promiſſionem de meliorando filium ob cauſam matrimonij, vbi promiſſio fuit facta, vt conſanguinei matrimonium contraherent, ad quem addo Anton. Gam. *deciſ.*256. *per totam.*

Sed diſpoſitio *dictæ legis Partitæ*, poteſt limitari, niſi diſpenſatio faciliter impetrari poſſit per filium grauatum: nam tunc filius tenetur † procurare & petere diſ- 19
penſationem, maximè ſi ſit in caſu, & in gradu, in quo faciliter diſpenſari poſſit: iuxta notata per textum *in l. apud Iulianum*, aliàs, *idem Iulianus*, in illis verbis: *Cum diſtrahi non ſoleant, ff. de legatis* 1. vbi latè Doctores, præcipuè Aretin. Alex. & Iaſo. facit text. *in l. in iure ciu. ff. de cond. & demonſtr. & in l. in iure ciuili*, vbi Deci. *ff. de reg. iur. l.*2. *tit.*4. *p.*5. & *l.*14. *tit.*4. & *l.*21. *tit.*9. *p.*6. latè Tiraquel. *lib.*1. *de retract. §.*32. *gloſ. vnica, num.*65. *cum aliis, pag.*680. & §. 2. *gloſ.* 1. *num.* 8. *pagina* 388. & §. 15. *gloſ.*2. *num.*17. *pag.*556. Grammat. *deciſ.* 103. *n.*88. Et ad hoc facit ſententia Emmanuelis Coſtæ, quem poſt hæc ſcripta vidi *in l. cum hæres, §.*2. *num.* 14. *pag.*17. *ff. de ſtatuliber.* hodie *in edit. noua, lib.*1. *ſelect. c.*8. *pag.*219. vbi dicit, quòd ſi inſtituero Lucretiam ſub conditione *ſi Franciſco nupſerit*, cui erat coniuncta iñ quarto gradu; hæc conditio potius difficilis quàm impoſſibilis dicitur: maximè ſi dicatur, *ſi Franciſco nupſerit ex diſpenſatione*. Et in iſta materia lectorem animaduerto, vt omnino legat Pariſ. *conſ.*17. *lib.*1. Ioann. Gutt. *conſ.*10. qui hoc refert, & quæ ego ſcribo *infra*, 4. *p.q* 40. & Ioan. Bapt. Plot. *inter conſilia matrimonialia, conſ.*81. *num.*10. vbi vult, quòd † diſpenſatio ad contra- 20
hendum matrimonium inter conſanguineos, cùm dependeat à voluntate Principis, reputatur difficilis, imo impoſſibilis; quem citat Ioſeph Maſcardus *in tract. de probat. lib.*2. *concl.*1034. *folio* 289. Simon de Prætis, *de interpret. defunct. volunt. lib.*4. *dub.*1. *num.*8. *fol.*443. qui allegat numerum *conſilij* Plot. 87. & Dominic. *in c. gratia, n.*9. *de reſcript. in* 6. & egregium *conſilium* Abbatis 65. *n.*3. *lib.*2. vbi vult, quòd grauatus contrahere matrimonium in domo & familia teſtatoris, id exequi tenetur, modò non ſit in gradu prohibito.

Et quòd diſpenſatio in ſecundo gradu ſemper fuerit † difficilis, & ſolita tantùm concedi Regibus, & Prin- 21
cipibus: & quod fuerit caſus ſpecialis in diſpenſatione quæ conceſſa fuit Imperatori noſtro & Regi Carolo V. vt liceret ei, nubere filiam ſuam Principi Maximiliano teſtatur Quintil. Mandoſ. *de ſignat. gratia, tit. diſpenſat. matrim fol.*87. *col.*4. vbi diſputat, an Papa poſſit concedere talem diſpenſationem? & legenda ſunt quæ ſcribit Ioan. Guttierr. *lib.*1. *Canonic. quæſt. c.*22. *n.*11. *&* 12. *pag.* 212. Et ad deciſionem iſtius quæſtionis, *in d. q.*40. refero Molinam, *lib.*2. *de primogen. cap.*13. *n.*6. *fol.*336. & *in annotat. num.*11. & eſt maxima conſideratione dignum Concil. Trid. *ſeſſ.*2. *c.*5. Et an Barones poſſint contrahere matrimonia abſque conſenſu Regis? reſoluit Matth. ab Affli. *in conſtit. Neap. lib.*3. *rubr.*2. *n.*2. *&* 3. *fol.*289.

Sed dubium eſt, ſtante veritate huius limitationis, quis teneatur impetrare diſpenſationem ad hoc, vt non amittat maioratum? Et certè ex vera mente prædictarum *legum* videtur, quòd onus impetrandi diſpenſationem pertineat † ad perſonam quæ grauata fuit, vt alteri nubat: & facit *l. Iulianus, §. offerri, ff. de action. empt.* in r tione ſui: & quod ad illam tradunt Ioann. Faber, *in §. quoties, de inutilibus ſtipula.* Angelus *in §. actionum, col.*5. *de action.* de quo latius agit Tiraqu. *lib.* 1. *de retractu, §.*1. *gloſ.*17. *num.*4. *pag.*339. & ſi non petierit diſpenſationem, illi imputari debet, vt latius trado *in* 4. *part. quæſt.*40. *à num.*20. Et diſpenſatio quando impetratur, quis debeat facere impenſam? tangit Conradus *in Templo Iudicum, lib.*2. *cap.*1. *§.*4. *de poteſtate Pontificis maximi, verſic. tertio collectis, numero* 29. *folio* 131: Et quod illud, quod non poteſt impetrari abſque diſpenſatione, dicatur impoſſibile, tradunt Innocentius, *in cap. Paſtoralis, de cauſa poſſeſ.* Ioan. Andr. *in c. poteſt, de reg. iur. in l.*1. Selua *in tract. de benefic. p.*3. *quæſt.*39. *n.*5. *fol.*241.

Sed vt ad punctum noſtrum reuertamur, licèt prædicta omnia in ſuis caſibus vera ſint, in propoſita quæſtio

23 quæſtione † ego ex mente omnium ſic diſtinguendum iudico: nam ſiquidem pater filio iniunxerit, vt matrimonium contrahat cum conſenſu, arbitrio, & voluntate matris, vel alterius: tunc talis conditio non tenet tanquam impeditiua matrimonij, & maioratus purus remanet conditione reiecta: *l. cum tale, §. reſcriptum, ff. de conditionibus & demonſtrationibus: l. turpia, in verſic. ſi Titia, ff. de legatis* 1. & vtrobique Doctores: quod etiam tradit Simon de Pretis *lib.*2. *de interpretand. defunct. voluntat. interpret.*2. *dubit.*2. *ſolut.* 2. *num.*190. *folio* 139. & prius *num.* 107. Menochius *in tractatu præſumptionum, lib.*4. *præſumpt.*189. *numer.*84. *fol.*335. Guillelm. Benedict. *in c. Rainuntius, de teſtament. in verb. abſque liberis, in* 2. *num.*217. *fol.*354. facit *l. vltim. tit.*10. *part.*4. ibi, *Ca el tal matrimonio deue ſer libre e quito de toda manera de pena.* Si verò pater filium grauauerit, vt contrahat cum conſilio matris ſub pœna priuationis melioretionis, aut maioratus, tenetur omnino petere conſilium à matre, aliàs priuabitur melioratione, aut maioratu. Ad quod faciunt quæ ſcribit Ioann. Gratian. *in tractatu fallentiarum, regul.*10. *nu.* 2. *cum ſequentibus.* & quod in terminis hoc citando tradit Enriquez Societatis Ieſu *lib.*11. *de matrimonio, cap.* 12. *pag.*1002. qui citat Riminaldum *in conſ.*68. & Menochium *in conſil.*69. *n.*16. *& nu.*28. *cum ſequentibus*: & idem vult Menochius *in conſ.*322. *n.*42. *lib.*4. Et quod
24 non tenet de iure, † non poteſt vinculo ligari: *l. non dubium, C. de legatis, l. quod de bonis, §.*1. *ff. ad l. Falcidiam*: notat Lambertinus in loco *ſupra* allegato à Meſſachaca *lib.*1. *controuerſiarum, c.*5. *n.*15. *fol.*26.

Ratio differentiæ inter arbitrium, conſenſum, aut conſilium, eſt, quia licèt quis teneatur petere conſilium,
25 † non tamen illud ſequi tenetur; arbitrio autem, aut conſenſui obſequendum eſt, ſecundùm Petrum de Bellapertica *in d. l. turpia ff. de legat.*1. quem ſequitur Paulus de Caſtro, vbi hoc latè fundat *in conſ.* 300. *Videtur dicendum, quod dicta filia: lib.*1. vbi dicit, quòd valet
26 † præceptum teſtatoris, quòd filia maritetur cum conſilio Tertij ſub pœna amiſſionis hæreditatis: & idem tenet Alexand. *in d. l. turpia, §.*1. & Felin. *in c. ex parte, col.*2. *de conſtitu.* & eſt communis opinio ſecundum Aymonem *conſ.*1. quem refert & ſequitur Peralta *in l.*1. *n.* 1. *pag.*23. *ff. de legat.*2. dicens, quòd cum hoc in facto conſuluiſſet contra Aretinum *in conſil.* 67. reperit Aymonem hoc dicentem: cui tamen (vt vides) ante illum hoc alij affirmauerint. Cui adde Ioan. de Anania *in conſil.*15. vbi Bologni. ſe ſubſcripſit: & volunt alij Authores, quos citat Franciſcus Mantica *in d. tit.*18. *n.*10. Cephal. *in d. conſil.*319. *num.*38. *lib.*5. & tradit Ioann. Gratian. Falcon. vbi hoc citat *in tract. fallentiarum, d. regul.*83. *num.*13. quo in loco iſtam materiam eruditè tractat. Et eſt etiam receptior opinio ſecundùm Emmanuelem à Coſta *in dicta l. cum tale, §. ſi arbitratu ff. de condit. & demonſtr. limita.* 11. *pag.*108. qui ad hoc plures refert; quamvis ipſe magno conatu contrarium teneat. Et idem volunt Guillelm. Benedict. *in c. Rainuntius, in verb. qui cum alia, num.*88. *de teſtament.* Menoch. *d. conſ.* 69. *num.*29. *lib.*1. & plures citat in propoſito Thomas Sanchez *in tractatu de matrimonio, lib.*1. *diſputa.*34. *n.* 24. *pag.*160. Andreas ab Exea *in cap. cum omnes, de conſtitution. n.*284. *p ag.*388.

27 Et quod regulariter quis † non teneatur ſequi conſilium, probatur *in l. cum pater, §. mando, ff. de legat.* 2. per quam Doctores volunt, quòd præceptum factum alicui in eius tantum vtilitatem, eſt potius conſilium, quàm præceptum: quod voluerunt Ioannes Faber *in §. final. de ſingul. rebus per fideicommiſſum relictis*, Paul. de Caſtro *in l. legis virtus ff. de legib.* Epiſcop. Couarru. *in cap. quamvis pactum, de pactis in* 6. *relect.*2. *§.*2. *n.*9. *verſic. tertiò Communis*: quod in facto contigit in ſucceſſione cuiuſdam maioratus magni valoris. Et tradit Tiraquellus *in tractatu, de ceſſante cauſa, limitat.*20. *nu.*32.
28 *fol.*178. Et † non valet ſtatutum, quòd mulier non poſſit matrimonium contrahere ſine conſenſu patris; ſecus in conſilio, ſecundùm Baldum *in cap. ſtatutum, in* 1. *de hæretic. in* 6. quem & Paulum citat Decius *in l. fœminæ, n.*38. *ff. de regul. iuris*, qui dicit ſe dixiſſe latius *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num.*36. *de conſtitution. fol.*41. Et faciunt ſcripta per Valdes *in l.*2. *tit.* De los caſamientos, *pag.*55. *in additionibus ad Suarez*, faciunt ſcripta ſingulariter per Abba. *in c. cum vos, num.*5. *fol.*67. *de his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli*, ad iſta omnino legenda: & notanter per Menoch. *in tract. præſumpt. lib.*6. *præſumpt.*34. *n.*1. *cum ſeqq. fol.*88. quem lege *n.*29. & 30.

Et quòd vbicunque conſilium eſt requiſitum pro forma, ſi non fuit datum,† actus ſit nullus, reſoluit Chaſſan. *in conſuetudin. Burgundiæ, rubr.*4. *§.*7. *n.*29 *pag.*643. ex Baldo *in l.*1. *C. de indict. viduita. tollen.* & *in l. cum ſententiam, C. de ſententiis & interlocution.* & legi debet Chaſſan. & Ioann. Franciſcus *in tractatu de Baronibus, pragmatica* 9. *num.*19. *pag.*233. Vnde ſi ex forma ſtatuti quis tenetur pronuntiare ſecundum conſilium Sapientis; intelligitur quod conſilium † debet eſſe iu- 30
ſtum; quia hoc importat verbum, *conſilium*, ſecundùm Bart. *in l.*1 *§. ſi plures, ff. de exercitor.* de quo per Lucam de Penna *in l. omnes iudices, C. de Decurion. lib.*10. Alexand. *conſil.*19. *lib.*4. & alios, quos refert Gregor. Lopez *in l.*2. *tit.*21. *part.*3. gloſſa, *ſi entendieren que es bueno*: vbi eſt lex expreſſa pro Bartoli ſententia: & eſt alia *l.* 23. *tit.*12. *part.*5. ibi, *Ca ninguno es tenudo por premia de tomar conſejo.* Notat Socin. Iunior *in conſil.*97. *nu.*9. *lib.* 1. vbi tradit, quòd licet filius debeat petere conſilium matris vigore teſtamenti paterni, † ſequi tamen illud 31
non tenetur.

Quæ procedunt, niſi aliud ex coniecturis colligatur, vt probat Cumanus *conſil.*55. & confirmat Alciatus *in l. coram* 209. *pag.*233. *ff. de verborum ſignificatione*, & colligitur ex ſcriptis per Abbatem, vbi latè Deci. *n.*4. *in cap. Nam concupiſcentiam, de conſtitu.* qui notabilem diſtinctionem ſcribit, qualiter conſilium à præcepto diſtinguatur; quibus addo eundem Abba. *in c. non poteſt, n.*21. *fol.*51. *de re iudica.* & *in c.*1. *n.*3. *&* 6. *de Capell. Monacho. fol.*187. *& in c.*2. *n.*2. *&* 4. *fol.*174. *de arbitr.* vbi tradit, an neceſſariò ſit † requirendus ille, qui conſilium 32
præſtare debet: notatur per eundem Abb. *in c. ad Apoſtolicam n.*12. *fol.*161. *de re iudica.* & *in c. quanto, n.*5. *fol.* 67. *de his quæ fiunt a Prælato.* & per Chaſſan. *in conſuetudin. Burgund. rubr.*4. *§.*7. *n.*25. *cum ſeqq. pag.*641. vbi inter alia reſoluit, quod quando conſilium requiritur, ſi quis velit opponere cauſas iuſtas, differtur iudicium, ſecus ſi opponantur ambages. quia habetur pro conſentiente, ſecundùm Baldum *in l. numita Diius, ff. de adoption.* & faciunt notata per Rodericum Suarez, qui eandem ſententiam & diſtinctionem tenet, faciendo differentiam inter conſilium, & arbitrium *in l.*3. *titul.* de los Caſamientos, *fol.*69. *col.*1. & *in l.*3. *tit.* de las deudas, *verſic. ſed pone, fol.*61. *col.*2. faciunt notata per Bartolum *in l.*1. *§. ſi plures, ff. de exercit.* Bald. *in rubr. eodem tit.* quos citat Socin. Iun. *in conſ.*97. *n.*9. *lib.*1. Et hoc latius omnibus tradit Burſat. *conſ.*90. *n.*35. *cum ſequentibus, lib.*1. vbi inter alia diſputat quæſtionem quotidie contingibilem, an Inquiſitores hæreticæ pranitatis teneatur ſequi conſilium Conſultorum? Et actus † eſt nullus, vbi requiri- 33
tur conſilium, & non adhibetur, vt per Abbatem *in dict. cap. ad Apoſtolicam: de re iudic.* & plures citat Matienço *in l.*14. *tit.*4. *lib.*5. *Recopilat. gloſ.*1. *numer.*62. *fol.*132. Et plures citat Valdes *in addit. ad Suarez in l.*2. *tit.* de los caſamientos, *pag.*46. qui plura ſcribit in iſta quæſtione & materia. Et de conſilio plura notabilia ſcribit doctiſſimus Iſernia *in cap.*1. *Hic finitur lex, nu.*9. *fol.*173. vbi Nadus, quæ ſeruiunt pro intellectu famoſæ *l. de Valladolid, 3. tit.*10. *lib.*5. *Recopilao.* ad quos addo *l.*4. *tit.*1. *part.* 2. *in fine*, & *l.*3. *tit.*22. *part.*1. *ad medium*, Matth. ab Affli- 34
ctis *in conſtitut. Neapol. lib.*1. *rubr.*45. *n.*47. *cum ſeqq. fol.* 115. Lancellotum *in tract. de Attentatis, par.*1. *cap.*10. *de attẽta. poſt conſiliũ Sapientis, n.*1. *cum ſeq. p.*177. Et de ſequẽdo, vel nõ ſequẽdo ea quę sũt de cõſilio, plura ſcri-

bit Menochius *lib.2.de arbitrar.iudic.casu* 380.*num.*1. *cum sequentibus*. Et plura notabilia de consilio tradit Rebuf.*in authen.habita, C.ne filius pro patre, in verb. examinatione,pag.*439.

34 ¶Et quando consilium requiritur in aliquo actu, † oportet quòd ante actum interueniat, secundum Abbatem *in cap.in veteri, num.*7.*fol.*174. *de election.* vbi *num.* 8. & 9. tradit, quòd si in aliquo actu requiritur consilium, potest actus sine consilio expediri,nisi consulentes fuerint requisiti in extremitate temporis : & vide eundem Abbatem *in cap.cum vos, num.*5.*fol.*66. *de his quæ fiunt à Prælato*, Cæsarem Lambertinum *in tractatu de iure patronat.lib.*2.*part.*1.*artic.*8. 4. *quæst. principal. num.*1. *cum sequentibus*, *fol.*33. Menochium *in tractatu præsumptionum, lib.*6.*præsumpt.*34.*num.*23. *fol.*88.& Menochius *in dicto loco*, *num.*30.refert Acostam *in d.§.si arbitratu in l. cum tale ff. de condit. & de monstr. in fallen.* dicentem, † non valere conditionem adiectam matrimonio, quòd quis nubat cum consilio alterius. Et ita cum prædicta distinctione intelligenda sunt quæ scribit Natta *cons.* 355. vbi conatur probare, quod, sicut non valet grauamen, quòd quis contrahat cum arbitrio matris, idem est in consilio : ex doctrina Bartoli *in l.*1.*ff. de his quæ pœnæ nomine.*

36 Et † an differat dicere *de consilio*, vel *cum consilio*, tradunt Ioann. Andr.*in regul. nullus ex consilio, col.*3.*de regulis iuris in* 6. Baldus *in l.* 1. *C. de vindict.libertat.* quos citat Quintil.Mandos.*in gloss.facultatum*, §.*habita, versic.de eorum, fol.*53. *col.* 2. Et quod consilium

37 capiatur † pro consensu, tradunt Bartol.*in l.*1.§.*si plures, ff.de exercitor.*Bal.*in cap. ex parte Episcop. in fine, de rescript.*Quintilianus Mandosius *in tract. de inhibitionibus*, q.129.*num.*5.*fol.*53. Quod si verum est, nulla differentia erit in nostra materia grauaminis contrahendi matrimonium cum consensu alterius, vel cum consilio : de quo lege Tiraquellum *lib.* 1. *de retractu, glos.*9.*num.*157.*pag.*178.

Et si ille cuius consilium requiritur sit absens, & sit

38 periculum in mora, † potest actus absque illius consilio expediri, secundùm Bart.*in l.si plures, ff.de exercitor.*notat Tiraquel.qui plura similia adducit *in* 8. *l. connubia, num.*16.*fol.*326. Et consilium qualiter sit præstandum, tradit Exea *in cap.cum omnes, numer.*286.*de constitu.* Et de consilio plura singularia scribit Mandosius *in tract.de ingratitudine, c.*76. *fol.* 41. & *in gloss. facultatem*, §.*habita, fol.*53.*col.*3.Cagnolus *in l. consilij* 47.*num.*10.*cum sequentibus*, *ff.de regulatur.*Et quod

39 inter consilium & consensum sit † magna differentia, tradit Glossa ordinaria *in cap.si prote,de rescript.lib.*6. de quo per Gomezium *in regula, de impetr.benefic.vacant.q.*18.*pag.*465.*in fine, col.ibi, pag.*465. & habetur *in cap.*1.*ne Sede vacante, lib.*6.& *in cap.cum in veteri, de election.*tradit Franeus *in cap.qua fronte, num.*16.*de appellation.fol.*27.Marianus Socinus *in cap. si quis Clericus, num.* 2. *fol.*73.*de foro competenti* : & sequitur Thom.Sanchez *in d.lib.*1.*disput.*34.*d.num* 24. Et granatus contrahere matrimonium cum consilio alterius,

40 licet petere teneatur, † non tamen sequi tenetur, secundùm Iasonem *in l. turpia, notab.* 3.*ff. de legat.* 1. Aymonem *in consil.*1.*col.*2.Menochium *in tractatu de præsumption. lib.*6. *præsumpt.* 34. *num.*29.*fol.*88. Et an mandatum, vel consilium idem importent, tradit Mandosius *in d.glos.facultatum, in proœmio fol.*6.*col.*3.

Sed certè vt ad superiora redeam, licèt quæ dicta sunt de differentia inter consensum, arbitrium,& consilium, magis iure communi † recepta sint, ex tex. *in*

41 *d.l.cum tale, §.rescriptum,*& aliis supra citatis,scilicet, inefficacem esse conditionem, qua quis arctatur ad matrimonium arbitrio alicuius Tertij, tanquam sit causa impediendi matrimonium ; quam etiam tenet Ripa *in l.*2.*§.voluntatem, num.*11.*ff. soluto matrimonio*, vbi ait, quòd conditio nubendi cum consensu propinquorum, reiicitur à iure tanquam impeditiua matrimonij. Eo quibus etiam facit textus *in l. Titia si nupserit, ff. de condition. & demonstrationib.* vbi si testator legauit filiæ centum *si nubat*, ducenta *si non nubat* ; quamvis nubat, consequitur pinguius legatum, ne mulier retrahatur à matrimonio carnali ; quem textum declarat inter alios Decius *in cap.in præsentia,num.*59.*de proba.* de quo tex.& illius intellectu & materia latè agit Episcop.Gonar.*resolution.lib.*1.*cap.*19. *num.*9. Et punctum etiam in specie tractat Molina *lib.*2.*de primogeniis,cap.* 13.*num.*34.*cum sequentibus*, *fol.* 340. qui quandam distinctionem ponit, de qua supra actum fuit : & loquitur expresse in conditione nubendi cum consensu, vel arbitrio ; Cæsar Lambertinus *in tract. de iure patronatus, lib.*1.*q.*9.*n.*41.*fol.*80.& tradit Everardus *in centum locis,loco* 33.*col.*3.*pag.*230.

† Quando in proposito nostræ quæstionis considero, ac perpendo, quantum hodiernis temporibus interfit Reipublicæ, quòd filij non contrahant matrimonia absque consensu parentum ; & si pater deficit, absq; consensu matris;quibus deficientibus cum consensu alicuius proximi,quem pater & mater elegerint,& in quo consisi fuerint ; quia in hoc præsumptio est pro parentibus, quòd filiis maximè prospiciunt (vt supra dixi, ad quod etiam faciunt plures doctrinæ, quas congerit Chassan.*in catalogo gloriæ mundi, p.*12.*consideratur.* 36.*fol.*44. *col.*2) & cum mecum magis, magisque cogito, quàm difficile sit reprimere calores iuuenum, & maximè illorum, quos parentes diuites meliorationibus, aut maioratibus superbos reddunt, & relinquunt sub custodia matris, vel alterius personæ, & quanta mala, & infamiæ, & dedecora generationibus sequantur ex peruersis factionibus filiorum, qui vxores accipiunt suo genere indignas, per quarum coniugium tota familia maculatur, & iurgia, & dissensiones,& alia plura mala ex hoc oriuntur : còm nihil sit vehementius † amore, vt per plura exempla docent Aymo *in cons.* 205.*num.*35.Tiraquell.*in lib.de pœnis temperand. caus.* 4.*& caus.*51.& *in tractatu de præscriptionibus.*§.1.*glos.* 4.*pag.*75.Mascardus *in tract. de probationibus, conclu.* 86.*num.*80.*& conclus.*89.*num.*5.*& conclus.*340. *nu.*15. Simancas *in institution. catholic. tit.*17. *num.*42.*fol.*73. oblitus de quæstione, quam tractat de Oldrado *in cons.* 251.& de aliis quæ refert Tiraquellus, Menochius *lib. de arbitrariis, casu* 328.*num.*5.*& num.* 13. & Quintilian.Mandos.*in proœmio, glos.facultat.fol.*10. *col.*1. & 2.Tiberius Decianus *in practica criminali. tom.*2.*lib.*9. *cap.*2.*num.*10.*&* 11.*fol.*252.& prius *tom.*1.*cap.*37.*num.* 18.*fol.*273.Ioseph.*de antiquitatibus, lib.*1. *c.*28. *quæst.* 10.& iterum Mascard.*lib.*3.*conclus.*1423. quæ est vltima, *num.*7.Tiraquellus *in tractatu præscriptionum,pag.* 75. *& sequenti, vers.sed ad amorem*, Tiberius Decianus *tomo* 1.*causarum criminal.lib.*5.*tit.*36. *num.*18.*fol.* 273.*& tom.*2.*lib.*9.*cap.*2.*num.*10.*fol.*252. Felicianus *de censibus,lib.*2.*c.*2.*num.*15.*fol.*149.Prosperus Farinacius *in tract.de delictis, quæst.*20.*num.*146.*fol.*193.Tiberius Decianus *in practica tom.*2.*lib.*9.*c.*23. *num.*6. *&* 8.*fol.* 280.Antonius Gomez *de delictis, cap.*3. *de homicidio, num.*33.*fol.*44.Chassan.*in catalogo gloriæ mundi, part.* 12.*consideratione* 53.*fol.*58.Et etiam est speciale, quòd testes, qui alias non sufficerent, amoris causa admittantur, secundum Antonium & Imolam *in cap. super eo, de testibus*, & alios quos citat Mascardus *in tractatu de probationibus, lib.*2.*conclu.*103.2.*num.*6.Et legenda sunt plura singularia quæ scribit Villegas *in Flor. Sanctorum, lib.*4.*fol.*179. post vitam Ioseph. Tiberius Decian.*in practica, lib.*5.*c.*37.*num.*18.*fol.*237.Reipublicæ mirum in modum expedire † credo, quòd parentibus liceat iniungere & grauare filios in melioration-

42 ibus, aut maioratibus, ne vxores ducant sine consensu matris, vel alterius amici, aut consanguinei testatoris sub pœna priuationis maioratus, vel meliorationis.

43

44

Quam opinionem etiam fundare possumus ex ipsa naturali iustitia, & ratione, & Reipublicæ vtilitate, cuius occasione multa sunt in iure nostro introducta contra

contra rationem disputandi, prout inquit ille textus mirabilis *in l.ita vulneratus*, §. *multa*,*ff. ad l. Aquil.* ibi, *Multa in iure ciuili contra rationem disputandi pro utilitate communi recepta esse, in innumerabilibus rebus probari potest.* De quo plura tradit Hippolytus *in practic.* §. *aggredior*, *num.*61. Quem textum ego in aliis

45 locis † refero, & coadiuuatur hæc conclusio ex ratione text. *in d.l.*1.*C. de institut. & substitut.* & *dictarum legum Partitæ*, & ex aliis *suprà* citatis ; ex doctrina Laurentij Calcanei *in d. cons.*3.*col.* 6. *num.* 2. *post medium*, vbi dicit, quòd quando testator in dispositione simpliciter reliquit alicui personæ aliquid sub conditione, quòd nubat arbitrio alterius, conditio non valet, & legatum remanet purum : si verò testator transit vlterius disponendo, & priuando hæreditate illum, quem iussit contrahere cum arbitrio alterius, nisi conditioni paruerit, tunc valet conditio, & priuabitur legato, nisi conditioni paruerit ; ex scriptis per Oldradum *in d. cons.* 16. Et certè hoc etiam manifestè ostendit Paulus de Castro *in d.cons.*300.dum respondet ad textum *in d.§.rescriptum : in l. cum tale*, *ff. de condit.& demonstr.*& dicit, quod *in d.§.* fuit legatum per modum conditionis ; & in casu, quem *Paul.* consuluit per modum præcepti : & etiam dicit, quòd *in dicto* §. *rescriptum*, conditio tendebat ad impediendum principium acquisitionis, in casu autem *Pauli* agebatur de resoluenda hæreditate iam acquisita, si præceptum non adimpleatur : licet horum opiniones dubiæ mihi videantur, attenta ratione & dispensatione text. *in d. §. rescriptum.* Ad quæ est addendum, quòd præceptum

46 testatoris non adimplens, † facit se indignum : *l. peto,* §.*final.ff.de legatis*, 2.*l.pater*, §.*Iulia Agrippa*, *l. Lucius*, *ff.de legatis* 3.*l.filiusfamilias*, §. *Dini*, *ff.de legat.* 1.cum *concordan.*vt per Gratum *in cons.*66.*lib.*2.Quintilianum Mandosium *in proœmio glos. facultat. fol.*5. *col.*3.*vers.præcepto*;vbi tradit,secus esse in consilio.

Expedit igitur ad bonum regimen Reipublicæ, vt iuuenes non contrahant matrimonium absque consensu & arbitrio maiorum, & eorum, qui vtilitati illorum credere est quòd prospiciunt ; & qui patrem non habet ; matri obediat ; & qui matre caret, alicui proximo obsequium præstet in accipienda vxore. Et licèt filius sine patris consensu possit contrahere matrimo-

47 nium, non † tamen sine peccato potest patris consilium spernere,secundum Dominic. à Soto *in* 4.*sentent. distinct.*28.*q.*1.*art.*1.*col.*3.& Petrum Soto *de institut.Sacerdot.tit.de Sacramento matrim.lib.*4. & alios quos citat Menoch. *in d.cons.*69.*num.*31.*lib.*1.& faciunt quæ scribit Episcopus Sarmiento *lib.* 1. *selectarum interpret. cap.*11.*num.*8.*fol.*33.nouissimè Ioann Guttierrez *in canonic. quæstion. part.*1. *quæst.*20. *num.*25. *pag.* 198. ad quos addo notabile *consilium* Felini 26.*num.*22. Fului. Pacian.*in dicto tractatu de prohibition.d.cap.*3.*nu.*105. Cephalus *consil.*712.*num.*5.*cum sequentibus*, *lib.*5. Et ideo leges nostræ tam iuris ciuilis, quàm Regiæ con-

48 sensum parentum, & in defectum illorum fratrum † requirebant in copulandis nuptiis : *l.ea quæ patris*, *ff. de sponsalib.l.vidua*, *l.in coniunctione,C.de nuptiis* : §.1. *Institut.eodem titulo*:*l.*4.*titul.*6.*lib.*5. *Ordinamenti*:quæ duæ leges posteriores pœnam priuationis hæreditatis patris & matris iniungunt fœminæ remanenti in potestate fratrum,quæ absque illorum consensu nupsit;quæ lex hodie non reperitur *in noua Recopilatione* ; & credo quod non sine mysterio, & est singularis lex,quam lectorem supplico, vt ad hoc legat, si expedierit, *in l. vltima*, *titul.*3.*part.*4.quæ lex miro ordine ponit plura mala, quæ tam ad animas, quàm ad corpora resultant ex matrimoniis contractis absque consensu & scientia parentum, vel consanguineorum proximorum. De qua materia, quia non est nostri instituti, vide quæ scribit Ioannes Lopius *in cap.per vestras, de donationibus inter virum & vxorem, columna* 337.hodie *in* 3. *notabil.* §.7.*&* 8. *pag.*434. *cum sequentibus*, Gregorius Lopez *in dicta l.vltima*, Episcopus Conarruuius *in epitome de sponsalibus*, *part.*2.*cap.*3.§.8.*num.*1.*fol.*44.qui duo peregrina dicta Corrasij & Chassanæi refert ; latiùs Roderic.Suarez *in lectura fori,sit.*De los casamientos, *fol.* 63. *cum sequentibus*, Menchaca *d. c. controuersiarum, num.*14.& alij vt per Tiraquel.*in* 9.*l.connubia*, *num.*3. *fol.*126.Menoch.*de arbitrar.iudic.lib.*2. *centur.*4. *casu* 443.*num.*6.*pag.*732.

Et quòd sit peccatum mortale nubere filios † contra 49
parentum voluntatem, probat per plura fundamenta nouissimè Michaël Salon *in* 2.2.*tom.quæstione* 5. *artic.* 2. *pag.* 526. vbi varia singularia scribit ad propositum notanda ; ad quod alios plures Authores citat Barbosa *in l.*1.*ff.soluto matrimonio*, *part.*4.*num.*37.*pag.*340.vbi validissimis rationibus defendit leges & statuta exhæredantes filias, quæ contrahunt matrimonium sine consensu parentum : & materiam etiam tractat Paleotus *de noth.& spuri.cap.*8.*num.*1.*cum sequentibus*,*fol.*48.*vol.*8. *Tractatuum.* Et hac ratione iustissima causa Concilium

50 Tridentinum *sub sessione* 24. *cap.* 1. *de reform. matr.* damnat, & annullat omnia matrimonia clandestina † propter mala, quæ ex illis, tam hominum conscientiis, quàm ad Rempublicam bene institutam resultant: ex qua lege remanet confirmata *dicta l.vltima, titulo* 3. *part.*4. quæ hæc matrimonia maximis cum pœnis prohibebat, & *l.* 49. *Taurina*, De qua materia nouissimè plura scribit Marcus Anton.Cucch.*in institution.catholicis*, *lib.*5.*ac Sacramento matrimonij, titul.* 11.*num.*58. *cum sequentibus*, *pag.*577.*column.*2.Et quod matrimonia clandestina sint prohibita, maximè inter Nobiles, latè resoluit Matthæus ab Afflict. *in constitutionibus Neapolitanis*, *lib.*3.*rubric.*19.*n.*1.*cum sequentibus*, *fol.* 287.Et quòd vna ex rationibus Concilij Tridentini fit, ne filij matrimonia contrahant absque consensu parentum, probat Menoch. *dicto consilio* 69 .*num.* 27. Cephalus qui in ista materia eleganter loquitur *in cons.* 421.*n.*61.*cum sequentibus*,*lib.*3.

Et resolutiùe omnibus consideratis, & introò inspectis, † mihi videtur, sequendum esse quod in nostra 51
materia resoluunt Ioannes Lopius, Episcopus Couarruuias, Burgos de Paz, & alij: Et an valeat lex, vel statutum quod prohibet matrimonium inter certas personas, & prohibens dotes dari nisi in certa forma, & prohibens matrimonium contrahere absque consensu parentum, & alia plura scitu digna, nouissimè scrib t Fuluius Pacianus *in tract.de probationib.lib.*2.*d.c.*3.*nu.* 76. *cum seqq.* vbi etiam tractat de Concilio Triden. & Domin.Valdes *in additionibus ad Roder. Suar. in l.* 2. *tit.*De los casamientos,*pag.*56.*& seqq.*vbi refert ista,

Et illud silentio in hac materia prætereundum non est, quod scripsit Stephanus Bertrandus *in consil.* 148. *lib.*1. vbi respondit, legatum virgini factum, *si Titio nupserit* ; † non amitti, si ipsa virgo nubat alteri cum 52
patris consensu : & faciunt quæ scribit Calcane. *in d. cons.*3. *num.*20.quod dictum fulcitur ex dicta doctrina Emmanuelis Costæ, *in §. si arbitratu ; limitat.* 2.*pag.* 167.*in l.cum tale*, *ff.de condit.& demonstr.* pro quibus facit singularis regula, *l.si tantum*, *ff.ad l.Falcid.* cum qua concordat egregia *l.*5.*tit.*11.*part.*6. quod in negotio maximi momenti in practica euenit, in quodam opulento maioratu, in quo fœmina grauata erat contrahere matrimonium in agnatione, & pater eam copulauit matrimonio cum alio extraneo ; & fœmina se defendebat, allegando cum ignorantia contraxisse matrimonium ex mandato patris. Et pater † præsumitur 53
potius filiam nubere ex affectu paterno, quàm ex dolo, vt per Menochium *in tract. præsumptionum*, *lib.*3. *præsumpt.*81.*num.*3.*pag.*365.

Vt autem intelligas quanti nostræ leges & Doctores faciant consensum parentum in copulandis filiabus,attende quandam egregiam *Baldi* doctrinam *in cons.*357. *incipienti*, *Nulla mulier*, *lib.* 1. quem non referunt Bertrandus, nec Episc.Couarr.*in d.*§.8.FranciscusMantica *lib.*11.*titul.*18.*num.*46. Dicit igitur Baldus *in loco supra citato*, magna authoritate, quòd si statuto cauetur,

tur, quod nulla mulier nubat cum hæreditate extra iurisdictionem communem Mediolani, & si nupta fuerit extra iurisdictionem, non succedat alicui de iurisdictione Mediolani, sed illa hæreditas perueniat in agnatos proximiores: si tamen mulier nubat alicui, voluntate, & mandato parentis, † non incidit in pœnam per
54 statutum datam, ex *l.1.§.quæ onerandæ.ff.quarum rerum actio non detur*, & per alia iura, quæ ipse refert. Pro quo facit quod de metu reuerentiali scribit Tiraquellus *de legibus connubia.gloss.5.in verb.*contracter, *num. 36.fol.* 270. & probatur *in l. qui iussu, ff.eod.tit.* ibi: *Qui iussu patris duxit, quamvis liberatus patria potestate eam retinuit, non notatur.* Et est melior textus de iure, quem Doctores nostri non citant *in l. penultima, §. Iulianus, ff. quod falso tutore*: præcipuè in illis verbis; *& magis probat patri ignoscendum esse, si filiam suam maturius in familia Sponsi perducere voluerit; affectu enim propensiore, magis quam dolo id videri fecisse*: vbi Glossa allegat bonos textus *in l. non solum, §. denuo, ff. de ritu nupti.* & *l. nec ei, §. eorum. ff. de adoption. & in Authent. vt sine prohibitione, in principio collat. 7.* Et in isto casu, filia videtur †
55 saltem metu reuerentiali contrahere matrimonium; *argumento l. si patre cogente ff. de ritu nuptia.* & ibi, *Quam non duceret si sui arbitrij esset.* De qua in alio proposito meminit Ioannes Garcia *in tractatu de Nobilitate, glos.* 17. *& exemptio: num.* 13 *fol.* 280. Et quantum obliget mandatum patris, tradit Zasius *in l. vt vim, num. 2. & 5. ff. de institia & iure.* Et pro hac decisione *Baldi* est etiam bonus textus *in l. liberorum, §. vltim. ff. de iis, qui notantur infamia*: vbi mulier quæ contraxit matrimonium
56 intra annum luctus, † excusatur ab infamia, vbicunque iussu patris contraxit matrimonium. Cum qua lege concordat *l.3.tit.6.part.7.* quarum legum dispositio hodie, non procedit, attenta *l. 48. Tauri*, per quam filia per contractum matrimonij liberatur à patria potestate: & *Baldum* etiam citat & confirmat Alciat. *respons. 53. n. 3.* vbi variè excusat nuptam contra statutum: & *respons. 56. n. 12.* & limitat & declarat *respons. 62. n. 1.* Menoch. qui istos non citat *in consil. 82. n. 7. lib. 2.* vbi defendit filium, qui mandato patris non venit ad habitandum in aliquo loco, cui mandatum erat quòd intra terminum veniret ad habitandum in tali loco.

Et ex hac doctrina Baldi & Bertrandi inferri potest, quòd si pater faciat vinculum in fauorem filij, vel filiæ, grauando illum, vel illam ad matrimonium cum aliqua persona contrahendum, si talis persona grauata contrahat matrimonium consensu, vel mandato parentis curti
57 alia diuersa persona, † non amittit vinculum, aut maioratum, vel melioratione. Et maximè si persona grauata sit fœmina, quæ maiorem reuerentiam & obedientiam tenetur patri exhibere in contrahendo matrimonio: argumento *dic. honorantur, authent. sed si post: C. de inoffic. testam.* cum *concordan.* & idem vult Bald. *in l. 1. n. 9. C. de institu. & substitu.* vbi inquit, quòd si filiæ familias aliquid relictum fuerit, *si Titio nubat*, ipsaque parata sit Titio nubere, à parente tamen impediatur, filia debet consequi relictum; ac si conditio veré impleta fuisset, ex eo quod indecens esset sibi absque parentis voluntate nubere; quem citat Mantica *de coniecturata mente, lib. 11. tit. 16. n. 19. pag. 549.* qui ad hoc refert Corn. *in cons. 323. n. 4. lib. 1.* Gozadin. *in cons. 40. num. 8.* Quod citat etiam Molina *lib. 2. de primogen. c. 13. nu. 22. fo'. 338.* Et quòd minor, & mulier, cui hæreditas fuit relicta cum grauamine, quòd alicui nubat, † excusetur si
58 alij nubat cum consilio matris, tradit notanter Aretinus *in cons. 67. n. 8. cum sequentibus*, per multa iura & authoritates. Quod ex aliis confirmat Mauritius *in tract. de in integr. restitut. cap. 287. pag. 189.* qui vtiosè refert Aretinum qui citat Curtium: & rectè quadrant scripta per Tiraquel. *de pœn. temper. caus. 34. n. 1.* Simancam *de institt. cathol. tit. 17. n. 26. fol. 71.* faciunt scripta per Chassan. *in consuet. Burgund. rubr. 6. §. 6. in verb.* des enfans. *pag. 880. n. 12.* facit egregia *d. l. 3. tit. 6. part. 7.* ibi, *Fueras onde si lo fiziere por mandado de su padre, o de su abuelo, so cuyo poderio estuuiesse.* iunctis verbis præcedentibus, *Et si mulier nubat compulsa à patre,* † *non amittit filiorum hæreditatem*, secundùm Bald. *in l. omnem, C. ad Tertul.* Antoni. Gabr. *de secundis nuptiis, conclus. 9. n. 28. pag. 225.* 59

Sed quamvis hæc illatio, & *Stephan. Bertrandi* doctrina colorata videatur, magis æqua, quam tuta videtur, † Durum enim est sic facere illusionem voluntatibus testatorum, quibus leges in vniuersum fauent, & cum his cauillationibus supremas defunctorum voluntates irridere, & infringere. Et est dare occasionem, vt sub hoc colore passim vltima defunctorum iudicia irritentur, & vt bona transeant contra voluntatem testatorum, & conditiones ab illis adiectas. Et prædictis consimile est, quod cum tractatur de nuptiis liberorum furiosi, & dementis, sunt in eam rem conuocandi, qui ex eo genere nobiliores sunt: *l. tam dementis*: vbi hoc notant Alberic. & Fulgos. *de Episc. audien.* & idem probatur *in l. si furiosi, C. de nupti.* & traditur per Tiraquel. *in tractatu de Nobilita. c. 20. n. 25. pag. 139.* quia secundum eos iura præsumunt honestius se in ea re habituros, magisque consulturos commodo & honori eorum, de quorum nuptiis tractatur: & in nuptiis ponderandi sunt mores & natales, *l. 3. c. de nuptiis*; latè Syluan. *in consil. 2. n. 64.* 60

Tandem pro ista conclusione; quòd filius & filia, in cuius fauorem pater fecit maioratum, aut melioratione, grauando illum ad matrimonium cum consensu matris, aut alterius consanguinei, † teneatur huic conditioni, & grauamini parere; facit quod in simili scribit dictus Episcop. Couarr. *in d. epitome de Sponsalib. d. c. 3. §. 9. n. 3. fol. 147.* vbi agens *de pragmatica dotium, data Madritij anno 1534.* illam dicit esse æquam, & iuri Canonico non aduersari, nec impeditiuam matrimonij, sed ad Reipublicæ vtilitatem, parentibus occurrere, qui studio tradendi filias nuptui; maria & montes promittunt. Nec his obstant quæ notantur *in d. §. si arbitratu*, per ea, quæ supra scripta sunt: & quia non multum præiudicium filio fit ex prædicto onere, quia si iniquè arbitretur persona, quæ in tali matrimonio arbitrium præstare debet, huic arbitrio filius parere † non tene- 62
tur: *Iunde si Nerua. ff. pro socio: l. si libertus ita iurauerit, ff. de oper. libert.* & est singularis *l. 24. tit. 4. par. 3.* ibi: *E si cosa desmesurada mandasse, de nose endereçar por aluedrio de hombres buenos, e no seria tenudo el otro de fincar por ello, maguer el pleito ouiesse metido en su mano, e jurado de fazer lo que el por bien tuuiesse.* Et est materia amplissima, quam latè tradit Iaso *in l. quidam cum filium, ff. de verborum obligationibus*, & alij plures, quos omitto, contentus cum his quæ scribit Menochius *lib. 1. de arbitra. iudic. q. 13. 14. & 15. cum seqq.* ad quem addo notabilem *l. 9. tit. 5. par. 5.* in verf. 1. *E si ese en cuya mano.*

¶ Et si talis persona quæ præstare debet consensum ad matrimonium contrahendum, putà mater, vel alia, ex causa iniusta deneget consensum, † ad Iudicem re- 63
curri debet; qui in hoc medelam adhibebit: *l. 1. C. de nupt.* quæ ad hoc est expressa; & facit doctrina Baldi *in l. in coniunctione. C. de nuptiis*, & de hoc plura scribit Roder. Suar. *in l. 3. fori, tit.* De las deudas, *vers. octauo limita: fol. 54. col. 1.* & est *l. 57. Taur.* in ratione sui, hodie, *l. 4. tit. 3. lib. 5. Recopil.* vbi latè Matienço, & latius de hoc puncto, & de materia textus *in d. l. 57.* agit Tiraquel. *in tract. de legibus connubialib. gloss. 8. numero 127. folio 339.* vbi plura ad propositum nostrum inueniuntur. Et ista opinio fulcitur ex doctrina *Bart.* vbi latiùs Peralta *in l. 1. num. 59. pag. 40. ff. de lega. 2.* & aliis, quæ ad aliud propositum scribo *in 4. p. q. 1. illatione 1.*

Concludo igitur in hac quæstione (saluo meliori iudicio) filium † amittere maioratum, vel meliora- 64
tionem, si contra præceptum parentis matrimonium contraxerit absque consensu personæ, cuius testator accipere consensum iussit. Et ista seruiunt pro confirmatione

tione eorum quæ scribit Burgos de Paz *cons. 20. numero 20. cum sequentibus*, vbi per plures rationes probat, quòd si quis habet facultatem nominandi ex aliquibus quem voluerit ad maioratum, potest nominatum grauare, vt non contrahat matrimonium nisi certo modo, de quo dicto, & de eius veritate, tracto *infrà hac parte, q. 71. à num. 1.* ¶ Et quod tempus arbi-
65 trandi aliquid ex commissione vltimæ voluntatis † finiatur anno, probatur *in l. vltima, §. sed si quis, C. communia de legat.* tradit Menoch. *de arbitrariis iudicum, lib. 1. q. 22. n. 9.*

Sed an si filius contrahat matrimonium contra voluntatem patris, vel matris, vel alterius, qui fecit maioratum, vel melioriationem cum vxore indigna, vel non indigna, filius eius admittatur ad successionem
66 maioratus, vel melioriationis, † pendet ab intellectu tex. notabilis *in d. l. 3. §. si emancipatus, ff. de bonor. possess. contra tabul.* & ab illis, quæ scribit nouissimè Ioan. Francisc. *in tract. de Baronibus, d. pragmatica 9. num. 15. pag. 233. & num. 29.* & eorum quæ scribo infra *p. 2. q. 4. illation. 8.* & *in princip. 4. quæstionis dictæ 2. part. & in 4. part. q. 19* de quo legendum est quod scribo *infra, part. 2. q. 4 illatione 2.* An autem in ista materia sit necessarius † consensus expressus, vel sufficiat tacitus, colli-
67 gere licet ex scriptis per Tiraquellum *in l. 7. connubial. num. 14. cum sequentibus*, Mascardum *in tractatu de probationibus, lib. 1. conclus. 2. num. 10.* & *part. 3. conclus. 1219. num. 30.* Suarez *in titulo*, De las deudas, *num. 30.* & alia plura quæ notabiliter tradit Petrus Barbosa *in l. 2. §. final. num. 28. cum sequentibus, pag. 764. ff. soluto matrimonio*: quod vidi in causa maioratus. Et Mascardus *in d. loco, num. 7. fol. 29.* post Socinum Iuniorem *in consil. 101. num. 28. lib. 2.* tradit conclusionem in ista materia multum necessariam, quis teneatur probare consensum, & quod in dubio non præsumitur; ad quos addo eundem Mascardum *lib. 1. conclus. 417. num. 3.* vbi
68 resolvit, quòd † consensus præsumitur in actu, quem verisimiliter absque eo quis non exercuisset, & Gozadin. *in cons. 11. num. 14.* Hieronym. de Monte *in tractatu, de finibus regund. c. 105. num. 13.* & aliis adductis per Tiraquellum *in tractatu, de præscription. in verb. per decem annos. §. 1. glos. 4. versicul. tertio non hinc longe.* Ex quibus inferri potest in nostra materia, quòd verisimiliter filius, vel filia præsumitur quòd contrahunt matrimonium cum consensu & consilio patris, vel matris; quod reputo pro notabili, & noua conclusione, pro qua possunt induci *l. 2. & l. si vt proponis, C. de nuptiis.*

Sed vt ad alia ad hanc quæstionem spectantia procedamus; sciendum etiam est, quod conditio nubendi †
69 potest quandocunque impleri, *l. conditionum 90. ff. de conditionibus & demonstrationibus*: facit textus *in l. si quis instituatur, §. 2. ff. de hæredib. instituend.* tradunt Bart. & alij *in l. hac conditio*, la segunda, *ff. de condition. & demonstration.* præcipuè Paul. & Socin. Bald. *in l. si plures, num. 33. ff. de condit. insert.* Greg. Lop. *in l. 7. in glos. in verb.* Si cumpliere, *tit. 4. part. 6.* latè Ioan. Guttierr. *consil. 17. num. 9. cum sequentibus*, vbi legendum aliud memorabile, & quod in praxi in negotio cuiusdam status iam contigit.

¶ Animaduerto etiam, quòd filius vel filia grauati in maioratu, vel melioratione contrahere matrimo-
70 nium cum aliquo consanguineo, vel consanguinea; † & si non reperiantur, cum extraneo, vel extranea; si fortè contraxerint matrimonium cum aliquo extraneo, tenentur docere non repertum fuisse consanguineum ad contrahendum matrimonium, & ei incumbit probatio: nam qui asserit euenisse conditionem, illud probare debet: *l. in fideicommissi, §. cum Pollidius, ff. de vsuris: l. ex his, C. quando dies legat. cedat*: facit doctrina Baldi *in consil. 145. In causa vertente inter Dominam, vers. sicut ille qui dicit: & in consil. 19. Factum tale est, lib. 5.* Bartholom. Socin. *in l. qui duos, §. cum in bello, col. vltim. ff. de reb. dub.* Ripæ *in l. ex facto, §. penult. 10. ff. ad Trebellianum*: & quod etiam ad propositum tradit Menochius *in tractatu de præsumptionibus lib. 2. præsumpt. 50. n. 33. pag. 168.* & quod scribo *part. 2. q. 4. illatione 8. a n. 5.* & *infra, hac quæstione.*

Vlteriùs quæro, an valeat conditio per testatorem adiecta, & grauamen in maioratu, quod filij legitimati per subsequens matrimonium non succedant in maioratu, vel melioratione? & an talis conditio sit impeditiua matrimonij? Quam quæstionem latiùs † scribo 71
in p. 2. huius operis, q. 1. à num. 2. vbi videnda est si lectori hoc placuerit. Et quòd fœmina vocata ad aliquod fideicommissum cum conditione, quod nubat cum certa persona, † non admittatur ad fideicommissum, si eo 72
tempore, quo cessit dies fideicommissi, nupta reperitur cum persona diuersa ab ea, quam testator ordinauit; quia hoc prospicere: & præuenire tenebatur docet latè Parisius *in cons. 17. lib. 1. per totum*; præcipuè *num. 29.* pro quo est sententia Petri & Iasonis *notabil. 3. in l. turpia legata, ff. de legatis 1.* Carol. Ruin. *in cons. 126. lib. 2.* volentium, quòd si centum fuerunt relicta Titiæ, *si consilio talis nupserit*; si nupsit sine illo consilio, quia tempore mortis testatoris nupta fuerit, nihilominus ob conditionem non impletam legatum non debetur. Sed in principali quæstione † contra *Parisium* 73
per plura fundamenta tenet Cephal. *in cons. 133. per totum*, præcipuè *num. 30. cum sequentibus, lib. 1.* vbi contra eum latè arguit, & ad hoc legenda sunt quæ scribo *infrà, q. 51.*

In hac etiam materia est memorabilis doctrina Franciscæ. Manticæ *in tract. de coniecturata mente defuncti, lib. 11. d. tit. 12. num. 30. pag. 533.* vbi tradit *in dicto nu.* & *in num. 27. cum sequentibus*, valere conditionem & grauamen oppositum per testatorem in fideicommisso, quòd quis non contrahat matrimonium cum muliere, quam virginem corrupit, ex qua filios illegitimos insce- 74
pit, † & potest testator tales filios excludere, cum
non possit excludere etiam filios legitimos. Cùm † non 75
debeat operari plus luxuria, quam castitas; ex Carolo Ruino *consil. 80. num. 12. lib. 3.* & aliis rationibus: vbi addit, quod filij concepti post tale matrimonium † ad- 76
mittuntur ad fideicommissum excluso substituto, quod in facto contigit in isto Regali auditorio in negotio opulento. Et legenda sunt quæ scribo *infra, q. 51. a num. 2.* Et est summè notandum, quòd licet conditio matrimonium impediens, vel inducens viduitatem † reij- 77
ciatur, iuxta *l. quoties, l. sed si hoc, §. vltim. & l. sequent. & dict. cum tale, §. si arbitratu, ff. de condit. & demonstr.* fallit, nisi in defectum talis conditionis vocetur pia Causa: quia tunc non † reiicitur; quin si de- 78
ficiat, vocatur pia Causa: *l. Titio vsufructus, §. vlt.* vbi Guillelm. Bart. Paul. *ff. eod. tit.* quam reputant singulariter Romanus *in auth. similiter, C. ad l. Falcid.* Socin. *regul. 210. priuileg. 25.* quos citat Tiraquellus *in tractatu de priuileg. piæ Causæ, priuileg. 18. pag. 50.*

SVMMARIVM.

79 *Conditio adiecta filio primogenito, quòd ducat aliquam mulierem indignam sub pœna, an sit adimplenda?* & n. 83. & 86. *Quid si testator inbeat in Armis aliquid inhonestum deferri*, n. 81.

80 *Mulier dicitur indignè nubere, quando secundum mores ciuitatis matrimonium non est condignum*, & n. 89.

82 *Conditio inhonesta non dicitur potestatiua?*

84 *Filia si viro ignominioso nubat, exheredari potest.*

85 *Filius naturalis an efficiatur legitimus, si mulier est vilis, & cum qua matrimonium honestè contrahi non potest.*

87 *Indignus quis dicatur.*

88 *In contractibus non solum quod licet, sed quod honestum sit, considerandum.*

90 *Nuptiæ ad hoc vt condignæ dicantur, natalium progenies est inspicienda.*

91 *Conditio quod quis ducat vxorem, quæ forsan trahit originem à Iudæis, vel Mauris, reiicitur.*

92 *Stirps corrupta corrumpit fructum in paterna linea.*
93 *Vnumquodque simile suum generat simile.*
94 *Grauamen, quòd nepos ex filia nobili viro nupta debeat nominari de vili testatoris familia, an valeat.*
95 *Filius grauatus vt talem vxorem ducat sub pœna perditionis maioriæ, si semel renuit, an si pœniteat, admittatur? & nu.97. Authoris sententia, nu.100. & 101. & 103. Et quid si erat minor qui exequi noluit, num.105.*
96 *Conditio sufficit quod semel impleatur.*
98 *Fœmina grauata ad nubendum intra quod tempus teneatur implere conditionem. Et vsque ad quam ætatem adimpleri possit, num.119.*
99 *Vsufructu legato vxori donec honestè & vidualiter viuat; & si nubere velit, centum tantum relictis; si inhonestè viuat, an acquirat centum legata.*
102 *Post ius alteri quæsitum variare non licet.*
104 *Iustis decretis res est temperanda.*
106 *Verba à testatore in vinculo adiecta si sint modalia, etsi semel quis neguit modum implere, postea implere potest.*
107 *Verba exhortationis an inducant grauamen.*
108 *Grauatus vt contrahat matrimonium, si fecit quod potuit, an habebit melioritionem.*
109 *Quid si donataria decessit antequam esset nubilis.*
110 *Legatum sub conditione factum debetur legatario, si conditio defecit ob mortem eius, in cuius persona debet impleri.*
111 *In matrimonio mulieris vbi consensus fratrum est necessarius, omnium consensus copulatiuè an requiratur.*
112 *Testator si priuet aliquem si fecerit, vel non fecerit contra eius voluntatem, quid operetur talis priuatio. Et si priuet contrauenientem prohibitioni alienationis, & nulli rem applicet, an valeat talis prohibitio, num.116.*
113 *Fideicommissum vniuersale iniunctum hæredi grauato, non expressa persona onerati, censetur inductum in fauorem venientium ab intestato.*
114 *Doctrina quadam* Oldradi *circa grauamen nubendi non impletum, examinatur.*
115 *Fideicommissum, si quis alienet contra præceptum testatoris, quis debeat admitti.*
117 *Infertur intellectus* ad l.27. Taur. *hodie*, l.11. tit.6. lib.5. Recopil.
118 *Donatio cum reseruatione pecuniæ protestando facta, si donator non disponat, ad quem spectet, remissiue.*
120 *Conditio*, si nubere voluerit, *ab ea*, si nubere non potuerit, *valdè differt.*
121 *In legitima, quam pater filio debet, non potest apponere grauamen, si nupserit.*
122 *Onus probandi testatoris voluntatem circa matrimonium contrahendum seruatam non fuisse, testatori asserenti incumbit.*
123 *Qui primogenituram à testatore relictam consequi vult, debet probare se esse talem qualem testator voluit.*
124 *Promissio dotis mulieri facta, si filio alicuius nubat an valeat, si promissionis tempore nupta erat.*
125 *Conditio apposita in fideicommisso filio in ordine subdiaconatus constituto, si Papa intra annum ad contrahendum dispensauerit, an valeat.*
126 *Legatum factum mulieri vt nubat, qualiter transmittatur ad hæredes, si illa decedat, remissiue.*

ITem pro perfectiori huius quæstionis intellectu quæro, quid si pater aliquo insano errore, vel affectione, aut ignorantia ductus, præcipit filium sub pœna priuationis maioratus, vel melioritionis, quòd ducat aliquam vxorem indignam se, dignitate, familia, & genere filij, an filius amittat maioratum, vel melioritionem, si hoc præceptum non obseruet? quod in facto euenisse scio, & fortè in hac Regali Cancellaria lis super hoc pendet. Et certè mihi † videtur, quòd filius in hoc casu, quamvis non pareat voluntati parentis, non amittit maioratum aut melioritionem, per textum *in l.cum ita legatum, in versic. tertio nupserit: ff.de conditionibus & demonstrationibus*, vbi si quis faciat legatum mulieri, *si Titio nupserit*, non amittit mulier legatum, quamvis conditioni non pareat, quando condignè mulier Titio nubere non potest. Dicitur autem mulier indignè & inhonestè † nubere, quando secundùm mores ciuitatis matrimonium non est cœquale, nec condignum: *l.at si quis, §.hac actio, versic.aquum autem: ff.de religios. & sumpt. fun.* notat Bart. *in d.l. cum ita legatum.* Emmanuel Costa *in d.l. cum tale, §.si arbitratu*; & alij, quos refert Tellius aliud agens *in l.30. Taurina, num.9.* & pro hac sententia est expressa lex, quàm ipse non refert *in l.3. tit.4. part.6.* ibi: *E generalmente son llamadas imposibles segun derecho todas las condiciones, que son contra honestad de aquel a quien son puestas, o contra buenas costumbres, o contra obras de piedad, o contra derecho natural.* Per quam legem dicit ibi Gregor.Lopez *in gloss.* in verbo, *honestad*, quòd si testator condens maioratum, in armis, aut insigniis deferendis aliquid inhonestum relinquit, & iubeat deferri sub pœna perditionis maioriæ, quòd † non tenet talis dispositio; & aliæ similes quæstiones in nostra materia deduci possunt ex *illa l.3.* pro intellectu diuersarum conditionum, quas facientes maioratus, aut melioritiones in illis ponunt: & tradunt Franciscus Mantica *in tractatu de coniecturata mente defuncti, lib.11. tit.18. num.2. cum sequentibus, pag.557.* & hanc nostram sententiam videtur tenere Alciatus *in responsis, 53. num.17.* quem citat Ioach.Mynsing. *in singul.observat. centur.6. observatione 31. num.7. pag.554.* Et pro istis est textus melior de iure, quem prædicti non referunt *in l.filius, ff.de condi.instit.* vbi conditio, quæ non est honesta, † non dicitur potestatiua, ibi, *Nam quæ facta lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram: & (vt generaliter dixerim) quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est.* Nec minus vrget *l.32. tit.9. part.6.* ibi, *O contra su fama, o deshonra de los parientes del, no deue ser guardado tal mandamiento:* † & facit *l.nepos Proculo, ff.de verborum significatione*, & est bonus textus & expressus in ista materia, qui in conditione nubendi loquitur *in l.reprehendenda, C.de institut. & substitut.* vbi Doctores aliqua ad propositum adducunt: & vult etiam hoc in terminis Oldradus *dicto consilio 16. num.2.*

Et ad prædictam conclusionem facit simile, quod dicimus de filia, quæ quamvis sit maior viginti quinque annorum, si tamen nubat viro ignominioso, & genere indigno, † potest à patre exhæredari, Glos. *in cap.de raptoribus, 36.q.1.* vbi Archidia. Ioan. Andr. Cardinal. & Antoni. *in cap.accedens, de procurator.* Iaso *in d.authen.sed si post.C.de inofficios.testam.* & alij, quos refert Episcop.Couar. *in dict.epitome de sponsal. part.2.cap.3. §.8.num.7. fol.46.* & dispositio text. *in authen. item si quis la 2. C. de natura. liberis:* & *in Authent.* vnde sumitur, cum quibus concordat *l.7. tit.15. part.4.* quæ volunt quòd filius naturalis efficitur legitimus, si pater hoc in instrumento confitetur; † non procedunt prædictæ leges vbi mater est vilis, & cum qua matrimonium non potest honestè contrahi, secundùm Bartolum *in disputatione incipienti, Habeo filium*, Baldum & Angelum *in dicto §.item si quis*, cum *concordantibus*, vt per Gregorium Lopez *in dict.l.7. in gloss. in verb.* legitimos, *post medium.* ¶ Rursus grauata contrahere matrimonium in certa familia, vel patria, non incurrit † in pœnam, si commodè, licitè, & honestè nubere non possit: quia tunc non dicitur per eam stare, secundùm Baptistam Plotum *consilio 87.num.8.& 18.* quod refert & confirmat Simon de Prætis *libro 4. de coniecturata mente, dubitatione 13. num.69. folio 441.* & tradit latiùs Guillelmus Benedictus *in cap. Raynutius, de testamento.*

ment. in verb. quidam Petro, num.5. folio 114. vbi etiam tradit intra quantum tempus exequi debet grauamen nubendi.

Et ad ista etiam est notabilis doctrina Bartholom. Socin. *in l.quoties, num.1. folio 149. ff.de conditionibus & demonstrationibus*, vbi dicit, quod conditio, *si nubat*
87 *mulier indigno*, reiicitur. Indignus autem dicitur † cum quo (salua honestate) matrimonium contrahere non licet, imo durior est conditio, quòd nubat indigno, quàm quod nulli nubat: & refert etiam bonum textum, *in l.semper in contractibus, ff. de regulis iuris*, ibi: *Semper in contractibus non solum quod licet considerandum est,*
88 † *sed quod honestum sit.* De qua *lege* agit Bertazolus *in tractatu de clausulis, claus.27. glos.19. num.19. folio 144.* & *in l.qui liberos, ff.eodem tit. in fin.* ibi: *Prohibere autem videtur, & qui conditionem non quærit:* & sunt aliæ leges illius tituli ad rem spectantes: & bene quadrant quæ scribit Ioann. Lopius *in cap.per vestras, colum.357.* Aymo *de Antiquit.tempor.4.pa.t.num.120. folio 261.* ad quod etiam facit doctrina Baldi *in authen. si quis, C.de natural.liber.* vbi dicit, quòd cùm lex requirit, quod mulier potuerit viro matrimonio coniungi,
89 debet intelligi non solum de iure, † sed etiam secundum bonos mores ciuitatis. Notat Cardinal. *in cap.tanta, quæst.16. qui filij sint legitimi*, Socinus Iunior, *in cons. 52. num.2. lib.1.* Et est etiam ad hæc bonus textus, *in l. in eadem, ff.ex quibus caus.maior.* vbi dicitur, non posse fieri: quod sine dedecore fieri non potest: de qua re plura scribit Tiraquell. *in tractatu de nobilitate, cap.20. num.164. pag.148.* Menoch. *in cons.302. num.1. cum sequentibus lib.4.* & rectè faciunt scripta per Aymon. *in tractatu de antiquitate tempor. part.1. numer.26. folio 10.* facit etiam textus *in l.vltima, §.quæ ita custodire, C. de sponsal.* & quod scribit Alexand. *in l. cum dotem, §. transgrediamur, num.6. ff. soluto matrimonio*: quòd ad hoc vt nuptiæ condignæ esse dicantur, natalium progenies
90 † est inspicienda. Notat *decisio* Pedemontana *154. num.2.* & aliqua notabilia ad propositum tradit Celsus *cons. 73. num.12.* Syluan. *cons.2. num.33.* quod in practica contigit in quodam maioratu, in quo cautum erat, quod si successor contra natalium dignitatem contraheret matrimonium, priuaretur successione maioratus. Ad quod est egregia doctrina Bartoli *in l. si rogatus, ff. de manumis. vindict.* vbi dicit, quòd mulier indigna dicitur, considerata qualitate viri, & suorum natalium, per *leg.3. §. si emancipatus, ff. de bonorum possessione contra tabul.*

Et ex istis apparet, quòd si quis reliquit filio maioratum, vel melioritionem, grauamine adiecto, quod matrimonium contrahat cum aliqua muliere, quæ forsan trahit originem à Sarracenis, vel Iudæis; quòd si non fecerit, priuat illum maioratu, vel melioritione; filius non tenetur huic præcepto & conditioni parere, & ea
91 reiecta † habebit maioratum, quia est contra bonos mores, & filij dignitatem, & honestatem. Quod maximè procedet, quando iste, cui vinculum & grauamen adiicitur, est mundus à tali macula & morbo, nec enim de-
92 bet genus suum maculare: Nam stirps † corrupta corrumpit fructum in paterna linea, *l.vltim. ff.de statu libe.*
93 & vnumquodque simile † suum generat simile, Glos. *in l.quid si nolit, §.qui mancipia, ff.de ædilitio edict.* Glos. *in cap. vltimo, de filiis presbyter.* Tiraquell. Bonus de Curt. & Zasius, quos citat Rebuf. *in l.vnica, C.de sententiis quæ pro eo, quod interest, in præfat. num.20. pag.347.* & hoc confirmatur ex doctrina Simonis de Prætis *lib.4. de interpretand. defunct. volunt. dubitatione 4. num.7. folio 472.* vbi per plura probat, præceptum testatoris † abiiciendum esse vti inhonestum, & contra ius,
94 institutio nepote ex filia hærede nupta iam nobili viro: cum hoc, quod debeat se nominari facere de familia ipsius testatoris ex vili prole orti, & ex vili artificio: & ibi plura ad propositum scribit. Quibus etiam addenda sunt scripta per Ioannem Gratian. Falcon. *regul.223.* & quæ scribo *in quæst. sequenti*, & *l.conditiones, La primera*, & *l.conditiones, La segunda, ff. de conditionibus & demonstrationibus*, & *l.reprehendenda, C.de institution. & substitution.* & tradita per Menochium *in cons.145. n.6. lib.3.* Et quòd valeat consuetudo quod eligatur de certis personis, tradit Abb. *in c.cum terra, de elect.* quem citat Marcus *decis.1024. n.50.*

Præterea quæro, testator grauauit illum, in quem fecit maioratum, quod contraheret matrimonium cum aliqua muliere sub pœna amissionis maioratus; & bonorum in maioratu comprehensorum, in quibus iussit, talem fœminam succedere; illa ob aliquas causas mota, renuit tale facere matrimonium, postea autem pœ-
95 nitentia ducta, contrahere vult matrimonium, † an admittatur ad maioratum? In quo puncto animaduertenda est doctrina Bald. *in d.l.1. C. de instit. & substit. quæst.12. & vltima*, vbi supposito casu illius *legis*, in quo probatur, quòd si instituta fuit mulier, si Anthilli filio nupsisset, quòd non aliter admittenda est mulier ad hæreditatem, quàm si conditioni paruerit, aut Anthilli filius eam ducere vxorem recusauerit: quòd si mulier hæreditatem consequuta fuit; quia Anthilli filius cum illa renuit contrahere matrimonium, postea autem pœnitentia ductus vult eam ducere, ipsa autem non vult, nihil prodest pœnitentia ad hæreditatem consequendam de nouo: quia sufficit † quòd conditio se-
96 mel impleta fuerit; vt probatur *in l.si quis hæredem, C. de instit. & substitut.* & hanc sententiam *Baldi* contra Petrum, & Cynum, *ibi* sequuntur Salicet. Paulus, Alex. Corn. & Dec. Ias. *n.8.* qui communem dicit, & alij, quos refert Tiraq. *in l.bones, §.hoc sermone, in regul.n.101. &*
97 *102. pag.73. ff.de verb.signif.* & horum sententia † receptior est, & in iudiciis amplectenda: quicquid contra illam more solito arguat Emmanuel Costa *in d.l. cum tale, §.si arbitratu, limit.6. num.4. pag.77. ff. de condit. & dem.* qui non refert Tiraq. & materiam declarat Franc. Mantic. *d.tit.18. n.38. cum seqq. pag.564.* & eam eleganter tractat Barth. Socin. *in l.in testam. La segunda, n.11. ff.de condit. & demonstr. folio 154.* ¶ Et quod fœmina grauata ad nubendum, † teneatur implere grauamen &
98 conditionem intra triennium, tradit Guillel. Bened. *in c. Raynut. de testam. in verbo, cuidam Petro, n.4. fol.414.* Istis quadrat quæstio notabilis examinata à Simone de Prætis *lib.4. de coniectur. mente defuncti, dubi.10. n.121. versic. Quæstio notabilis. fol.120.* vbi concludit, quod si
99 † maritus reliquit vxori vsumfructum omnium bonorum, donec honestam, castam, & vidualem vitam seruauerit; & casu quo voluerit nubere, relinquit ei centum aureos; si fuit accusata ab hæredibus mariti de vita inhonesta vt priuetur vsufructu, si lite super hoc pendente nubat, debet habere centum ei relicta.

Ego in hac quæstione, quam in præsenti disputo, prius inspiciendum esse † existimo tenorem vinculi,
100 qui pro lege seruari debet; & ab illo non est recedendum. Vnde si faciens maioratum priuat ipso iure vocatum, si eo momento, quo requisitus fuerit matrimonium contrahere, id renuerit, non proderit postea pœnitentia. Et cum semel testatoris præceptum neglexerit, † non
101 est licita pœnitentia, cum iam alteri ius quæsitum fuerit, quo priuari non debet; *c.quamuis, de rescript. in 6.* ad quod faciunt scripta per Alex. *in cons.23. lib.1.* Anton. Gomez *in l.40. Taur. n.91.* & aliorum quæ scribo *in 4. p. huius operis, q.23.* Et est manifestum, quòd quamuis in aliquibus casibus sit licita variatio, post ius alteri quæsitum † variari non licet, secundùm Glossam, *in c.*
102 *nostri, de elect.* Archidia. *in cap. certè 12. q.2.* & alios, quos refert Tiraq. *in d. §. hoc sermone, n.5. limi.23. pag.247.* & Peralta *in l.3. num.1. pag.77. ff. de legatis 2.* Si verò testator illud non adiiciat, & omnia integra
103 sunt, † sufficit voluntatem testatoris exequi eo tempore, quo ad executionem deduci potest, & testator si viueret, hoc idem sanxisset; qua ratione haberi debet pro expresso: *l.Titius, §.1. & vlt ff.de liber. & posthum.* Et credendum est quòd testator non respexit solum ad lenitatem illius, cui vinculum iniunxit, sed ad alia

104 plura & iustis decretis † res temperanda est : *l. non est nouum, §. quoties, ff. de reg. iur.*

Quod maiori ratione procederet, vbicunque esset minor viginti quinque annorum ille, qui vinculum
105 exequi noluit : nam tunc † potest restitutionem petere aduersus conditionem non impletam in tempore debito ; imo & in casu præcedenti licebit etiam restitutionem petere, vt probatur *in l. 3. §. si hæres instituatus, ff. de minor.* quod ego latiùs ad alium finem confirmo *in 2. par. huius operis, quæst. 4. illatione 8. in vers. notandum etiam est.* Debent tamen omnia esse integra, & quod alteri non sit ius quæsitum ad hoc, vt talis restitutio concedatur : ex regula *l. Scæuola, ff. de minoribus*, cum *concordant.* quod trado latiùs *dicta illatione 8.* ¶ Si autem verba à testatore adiecta in vinculo sunt modalia, & non conditionalia, si postea grauatus petat modum
106 impleri, † audiendus est, vt latè fundat Alexander *in cons. 102. Visis & ponderatis, num. 6. lib. 1.* quem sequitur ibi *Gloss. Paris.* ad hoc citans textum *in l. cum ab eo, ff. de contrahen. emption.* & *l. quoniam asseueras, C. de rerum permut.* Glos. *in l. 2. ff. de in diem adict.* Et ita intelligenda & temperanda sunt, quæ in isto puncto scribit Molina, *lib. 2. de primog. cap. 13. num. 16. cum seqq. folio* 338.

Et est etiam in hac materia sciendum, quòd verbà exhortationis inducta per patrem, matrem, vel aliam personam, ei, cui faciunt maioratum, vel melioritionem
107 Tertij & Quinti, non inducunt † grauamen, vel conditionem : quod probatur ex ratione textus, *in cap. quod præcipitur, 14. quæst. 1.* aliàs *in cap. vltimo, §. quod præcipitur*; facit *text.* & quod in eo scribunt Antonin. Abb. Præposit. & Felin. *in c. 1. de despons. impub.* tradit latiùs Episcop. Conarr. *in cap. 1. num. 12. folio* 34. *de testament.* quem lector legat : quod notandum est, quia sæpè contingit.

Sed quid si testator meliorauit filium, vel alius extraneus vinculauit rem in fauorem alicuius, vt contraheret matrimonium cum aliqua fœmina, an gaudebit melioratione, vel re vinculata, si fecit grauatus quicquid potuit vt exequeretur præceptum testatoris ? lector fa-
108 ciliter determinabit † per *d. l. 11. de instit. & substit. l.* Titius, vbi Glos. *ff. de condit. & demonstr. l. si fundum per fideicom. §. 1.* alias *si Titio, ff. legatis 1. l. 21. in fine, tit. 9. par. 6.* quæ est singularis, & *l. 22. in princi. eodem tit.* Ex quibus iuribus colligitur, quòd excusabitur à pœna. Et
109 idem est dicendum † quando donataria decessit anteaquàm esset nubilis, *l. pater Seuerinam, ff. de condit. & demonstr.* de qua ago *par. 2. q. 4. illat. 8.* notat & confirmat Ripa *in l. vlt. num. 108. q. 31. C. de reuocand. donat.* & idem scribit Iaso *in l. cum proponas, n. 7. versi. tertiò, C. de hæred. instit.* Franc. Mantic. *de coniecturamente defuncti, lib. 12. tit. 3. n. 2. pag. 591.* vbi ponit regulam, quòd si testator ordinauit, quòd si filia nolit nubere Seio, legatum eidem relictum auferatur, & ad Seium transferatur, si illa ante pubertatem decesserit, & sic nubere non potuerit, non intelligitur legatum ad Seium translatum : & lege meliùs eundem Manticam *lib. 11. tit. 18. num. 37. pag. 564.*

Istis quadrat, quod legatum sub conditione factum
110 † debetur legatario, si conditio defecit ob mortem eius, in cuius persona debet impleri, *l. quæ sub conditione, §. quoties, ff. de cond. inst.* & probat Glos. *in l. penul. in glos. final. C. de condict. ob caus.* & tradit *Decisio Pedemontana 98. num. 3. & 4.* quam citat Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, par. 4. num. 87. pag. 75. ff. ad Trebellianum* : & pro hac conclusione facit regula *l. qui filium ff. vbi pupil. educar. debeat* : & *l. iure ciuili, ff. de conditionibus & demonstrationibus*, cum his quæ scribit Campegius, *in tractatu de dote, par. 5. quæst. 51. folio* 122. latissimè Tiraquel. *lib. 1. de retractu, §. 15. gloss. 2. num. 7. pag. 556.* & magis in terminis faciunt quæ scribit Cephal. *in cons. 429. num. 90. cum sequentibus, lib. 3.* vbi inter alia refert textum *in l. pater filium, §. Tusculanus, ff. de legatis 3. l. in testamento 2. ad finem, ff. de conditionibus & demonstrat.* ad quem addo notabilem textum, *in l. si coita sit societas, ff. pro socio* : vbi, *Si coita sit societas ex his partibus, quas Titius arbitratus fuerit, si Titius antequam arbitraretur decesserit, nihil agitur.* Ad hæc facit dictum Baldi *in cons. 276. incipien. Consuetudo vallata est, lib. 2.* vbi scribit, quòd si statuto cauetur, quòd maritus lucretur partem dotis, si per mulierem stet, quod non voluit nubere, lucratur dotem : notat Nicolaus Boërius *decis. 22. n. 39.*

Item vbi in matrimonio mulieris est necessarius consensus fratrum & parentum, omnium consensus † copu- 111
latiuè requiritur, vt resoluit Aymo *cons. 80. num. 13.* vbi *num. 14.* tradit, quòd vbi consensus requiritur in aliquo actu, agens ex eo, quòd consensus non interuenit, tenetur probare, quod extarent personæ, quarum consensus requirebatur.

Summè etiam notandum est, quòd si testator priuet aliquem hæreditate, si fecerit, vel non fecerit aliquid contra eius voluntatem, talis priuatio operatur, non vt
112 desinat esse hæres, † sed vt valeat priuatio in vim fideicommissi, vt scilicet, si contra fecerit, teneatur restituere hæreditatem in vim fideicommissi, vt volunt Paulus de Castro *cons. 300. num. 1. lib. 1.* & est communis opinio secundum Bertrandum *cons. 591. num 5.* Aymonem Crauettam *cons. 1. num. 6.* tradit Iulius Clarus *libro 3. receptarum sententiarum, §. testamentum, quæst. 69. num. 2. pag. 68.* vbi *num. 3.* tradit, quòd si testator non ordinauit, cui hæreditas restitui debet, si hæres contra fecerit, si adsunt cohæredes, vel substituti, illis restitui debet ; si verò non adsint, hæredibus ab inteſtato, secundùm Bartolum *in l. paterfamilias, num. 7. ff. de hæredibus instituendis*, Iasonem *in l. vltima, §. vltimo, num. 3. ff. si certum petatur* : & plures citat Antonius Peregrinus, *in tractatu de fideicommissis, art. 11. num. 134. folio* 103. Bartholom. Socin. *in rubr. ff. de his quæ pœnæ nomine* : & ibi Iulius Clarus ponit exemplum in eo, qui grauatus fuit ne nubat sine consilio alicuius ; quod confert ad materiam præsentis quæstionis. Et faciunt scripta ad propositum per Antonium Peregrinum, *in tractatu de iure fisci, lib. 2. tit. 10. num. 19. pagin. 103.* vbi *numer. 20.* addit, quòd
113 † fideicommissum vniuersale iniunctum hæredi grauato, non expressa persona onerati, censetur inductum fauore ventientium ab inteſtato, per *l. petro, in princip. ff. de legat. 2.* vbi Bartol. Bald. Paul. de Castro, & alij, Curtius Senior *in cons. 75.* Alciat. *in cons. 169. lib. 9.* & lege eundem Peregr. *lib. 3. num. 98. pag. 181.* vbi hoc limitat & declarat. Et ad hoc est textus expressus, quem isti non citant *in l. hac edictali, §. sin vero, C. de secundis nuptiis* : & tradit Ioannes Garronibus, *in l. 1. eodem tit. num. 43. folio* 44. Iaso *in §. superest, num. 18. Instit. de action.* Feli. *in cap. qualiter, in 2. §. ad corrigendos, num. 24. fol. 161. de accusat.* facit tex. *in l. post legatum, §. amittere, ff. de his, quibus vt indig.* & quæ ad illum scribunt Iaso *in princ. Inst. de act. num. 4.* & *in l. final. § final. num. 3. ff. si certum petatur*, Felin. *in d. cap. qualiter, §. ad corrigendos, de accusat.* Gregorius Lopez *in l. 9. tit. 13. par. 6.* & faciunt scripta per Petrum Surdum *in tract. de alim. tit. 9. q. 25. num. 12. folio* 372. quod etiam resolvit Anton. Peregri. *in tractatu de fideicommissis, art. 40. num. 59. folio* 367. tradit Iaso *in l. final. num. 2. folio* 67. *ff. si certum petatur, & in l. si quis maior, num. 29. C. de transaction.* & *in l. seruo legato, §. 1. si testator, num. 5. ff. de legatis 1.* & *in l. 1. num. 6. C. de his, quibus vt indign.* Deci. *in l. illam, num. 10. C. de collation.* & addo textum *in cap. si Canonici, de officio Ordinarij, in 6.* Gregor. Lopez *in l. 9. tit. 13. part. 6.* Bart. *in l. 2. §. videndum, ff. ad Tertullian.* Abani. *in cap. statuimus, de pœnis*, Bartholom. Socin. *in cons. 5. lib. 1.* Felin. *in cap. qualiter & quando, §. ad corrigendos, de accusation.* Iason. *in princip. Institut. de actio. numero 18.* Ripa *in l. final. Cod. de reuocand. donation. numero 220. quæst. 65.* & per Antonium Thesaurum *decis. 266. n. 2.* vbi post alios resolvit, quod pœna iniuriæ est applicanda domino. Ad quæ adde Franc. Mantic. *lib. 11. de coniecturata mente defuncti, lib. 11. tit. 2. n. 2. pag. 469.*

pag. 469. & *lib. 8. tit. 17. n. 8. folio* 190. vbi refert Paul. *in cons. 241. ad fin. lib. 2.* De quo etiam legendum est, quod *infra, quæst. 57.* & Hieronym. Gabriel *consil. 15. num. 5. cum pluribus sequentibus*, & Carol. Ruin. *in cons. 68. num. 4. lib. 5.* Acosta *selectar. interpreta. lib. 1. cap. 13. pag. 228.* eleganter Aymo *cons. 311.* & idem Carol. Rui. *in l. si quis, §. si filius familias, n. 236. pag. 164. ff. de liber. & posthum.*

114 Ex quibus maximè † dubito de eo, quod scribit Oldr. *in d. cons. 16. num. 5.* qui loquitur in grauamine nubendi non impleto. Et concludit, quòd hæreditas debet fisco applicari, quod difficillimum mihi ex superioribus videtur. Ex quo scribit Bursatus *in cons. 13. num. 57. lib. 1.* quòd si quis alienet fideicommissum contra præce-
115 ptum testatoris, † debent admitti ad tale fideicommissum filij alienantis, & non substituti, quod latius tracto *in 2. part. quæst. 4. illatione 8. & 4. part. quæst. 19.* Curtius Iunior *cons. 42. num. 23.* faciunt scripta per Antonium Gabrielem *in lib. commun. opinion. tit. de criminal. conc. 8. num. 1. cum sequentibus, pag. 428.* Simonem de Prætis, *lib. 5. de interpretand. defunct. volunt. interpret. 1. dub. 1. num. 39. folio* 480. & legendus est omnino *num. 56.* & est ad idem egregium *consilium* Angeli 154. vbi resoluit, quòd si testator priuet contrauenientem prohibitio-
116 ni alienationis, † an valeat talis prohibitio, ex quo testator nulli rem applicauit, de quo per Socinum Iuniorem *in l. filius familias, §. Diui, num. 114. ff. de legatis 1. folio* 188. Et facit doctrina Bartol. *in l. 2. §. si duo, ff. de collat. bonor. & in l. 2. §. videndum, ff. ad Tertul.* vbi voluit, quòd quando filia non succedit stantibus agnatis, licet agnati non sint vocati, habent actionem ad filiæ portionem ; quia cùm eorum contemplatione filia sit exclusa, tacitè ex legis, vel statuti dispositione sunt agnati vocati & inclusi : quod pluribus mediis confirmant Barthol. Socinus, *in cons. 5. lib. 1.* Gregor. Lopez *in l. 9. tit. 13. part. 6. in glos.* in verbo, *No la ganaria ella*, & idem Socinus *in cons. 34. num. 9. lib. 1.* tradit, quòd si ex statuto prohibetur, ne quis vltra quartam bonorum partem in præiudicium filiorum relinquat, censetur vocasse filios ad tres Quartas.

117 Ex quibus infero singularem † & nouum intellectum *ad l. 27. Taurinam* hodie *l. 11. tit. 6. lib. 5. Recopilation* ; nam si quis faciat maioratum de Tertio bonorum contra formam & ordinationem illius legis, licèt lex non declaret quis debeat succedere in bonis maioratus, non seruata illa forma, debet succedere in tali maioratu ille, qui vocari debebat, secundum ordinem & formam per illam legem limitatam & præscriptam. Et donatio cum
118 reseruatione pecuniæ protestando facta, si donator non disponit, ad quem spectet, † resoluit Thesaurus *decis. Pedemont. 99.* Ioan. Guttierrez, *lib. 2. practicarum quæstionum, quæst. 115. num. 8.* & vsque ad quam ætatem
119 impleri debeat conditio nubendi ? † resoluit Antonius Gabriel *in cons. 131. num. 16.* ad ista legendus. Rursus
120 est sciendum, plùrimùm differre † conditionem, *si nubere voluerit*, ab ea conditione, *si nubere non potuerit*, dixit *l. pater Seuerinam, §. sin. ff. de condit. & demonstrat.* de quo per Alciatum *lib. 3. de verborum significatione, pagina 61. versiculo Rursus instari poterit*, quod ad plura refert scire.

Insuper obiter est sciendum, quod in legitima, quam
121 pater filio debet, † non potest apponere grauamen, *si nupserit*, vt probat Ioan. Lopius *in rubrica, de donationibus inter virum & vxorem, §. 21. num. 5.* quem citat Antonius Gabriel *lib. 6. communium opinionum, titulo de Legitim. conclus. 1. num. 17. pag.* 370. Rursus est sciendum, quod fideicommissario asserenti non esse seruatam per hæredem voluntatem defuncti circa matrimonium
122 contrahendum, † incumbit onus probandi voluntatem non fuisse seruatam, vt probant Corn. *consilio 11. num. 8.* & *cons. 105. num. 20. lib. 1.* Aymo *consilio 1. num. 7.* & alij, quos citat Antonius Gabriel *lib. 6. communium opinionum, tit. de probat. concl. 6. num. 30. & 31.* & faciunt quæ scribo *supra, à n. 70.* & egregium *consilium* Menoc. *cons. 322. num. 43. & 44. lib. 4.* vbi in specie disputat, quis teneatur probare quòd alius nupsit, vel non nupsit cum consilio & consensu alterius ? vbi *num. 45.* tradit quòd si quis vult consequi primogenituram relictam à testa-
123 tore, debet † probare se esse talem, qualem eum voluit esse testator, secundùm Bartholomæum Socinum *in consilio 12. num. 17. lib. 1.* Decium *in cons. 32. num. 2.* & *in cons. 475. num. 5* Rubeum *in consilio 6. num. 14.* Parisium *in consilio 10. num. 28. 51. 95. lib. 2.* Socin. Iunior *in cons. 86. numer. 33. lib. 2.* Et istis addo *decis.* Antonij Gamæ 125. vbi tradit, quòd promissio dotis alicui facta,
124 si filio alicuius nubat, † valet si iam tempore promissionis nupta erat ; & quod eleganter disputat Bald. Nouel. *in tractatu de dote, part. 6 priuilegio 77. num. 1. cum sequentibus, folio 26.* vbi tractat quæstionem, si puellæ cui factum fuit legatum, vt nubat Titio, si Titius præmoriatur, an debeatur tale legatum. Et quòd conditio apposita filio in fideicommisso, qui erat in ordine Subdiaconatus, si Papa infra annum cum eo dispensaret, vt
125 posset contrahere matrimonium, sit reiicienda, † & institutio valeat, tenet Iacobus Puteus *in decis. 87. lib. 2.* per doctrinam Bartol. *in l. 1. ff. de condition. institu. colum. penult.* Alexand. & Iaso. *in l. apud Iulianum, §. constat ff. de legat. 1.* & alia quæ refert. Et qualiter legatum fa-
126 ctum mulieri vt nubat, † transmittatur ad illius hæredes, si illa decedat, tradit nouissimè Molina, *in libro, de iustitia & iure, disputat. 208. tract. 2. pagin. 1277.* & iterum *disputatione 249. pagin. 1531.* quod est memoriæ mandandum. Et de legato facto quod matrimonium non contrahatur, nisi cum aliquo de familia, vel extra ciuitatem, & grauamine arbitrio alicuius, tradit Ioann. Francis. *in tractatu de Baronibus, pragma. 9. numero 29. pag. 235.*

QVÆSTIO LI.

An valeat conditio, per quam pater filium grauat, vt non contrahat matrimonium cum muliere descendente à Iudæis, vel Sarracenis : & alia plura scitu digna explicantur.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia debent esse libera, & ab omni grauamine secura.*
2 *Decisio quæstionis,* & n. 4.
3 *An valeat institutio facta sub conditione nubendi certæ personæ, vel non nubendi.*
5 *Expedit Reipublicæ quòd in ea sint Nobiles homines, & secundùm dignitatem nobiliter mutant.*
6 *Nobilitas & origo natalium inspicienda. Illi iura fauent,* n. 31.
7 *Vxor ignominiosa dicitur, quæ dedecori sit tam ducenti, quam patri, & consanguineis.*
8 *Metus honoris iustus est.*
9 *Pœna infamiæ grauissima.*
10 *Maiorum nobilitas confert ad minuendam pœnam delicti.*
11 *Ad ludos Olympicos non admittebantur nisi qui erant de sanguine mundi.*
12 *Fama est multum pretiosa.*
13 *Et thesaurus inæstimabilis.*
14 *Filius præsumitur habere eandem affectionem quam pater.*
15 *Mores paterni filij mores arguunt.*
16 *Felix radix suam virtutem in palmites extendit.*
17 *Pater potest exhæredare filium qui inhoneste matrimonium contrahit.*
18 *Maioratum an amittat, qui cum concubina nubit, si cautum sit per institutorem, nequis cum concubina nubat.*

19 *Honor vitæ æquiparatur.*
20 *Maiorum nobilitas poſteros ad virtutes ſuo exemplo excitat. Mores arguit*, n. 22.
21 *Non valet diſpenſatio facta per Papam cum nato ex coniugato nobili & ſoluta nobili, niſi de nobilitate fiat mentio.*
22 *Statuta Eccleſiæ Toletanæ & aliarum, quibus excluduntur ad prabendas & dignitates homines infectæ nationis, laudabilia ſunt*, & n. 23. & 25. *Et etiam Collegiorum ſtatuta*, n. 28.
24 *Nullus præſumitur natus ex infecta radice.*
26 *Nemo ad Iudæos tranſit, niſi qui ex Iudæis parentibus deſcendit.*
27 *Deſcendentes à Iudæis officia publica an habere poſſint.*
29 *Reipublicæ intereſt cognoſcere Nationes, ne claræ & honeſtæ familiæ infectorum commiſtione pereant.*
30 *Ex commiſtione infectorum, vltra damnum ſobolis, confuſionem ſanguinis Reſpublica patitur. Eius vtilitatem amare debemus*; n. 41.
32 *Statutum quod inter homines terrarum diuerſarum matrimonium ſub certa pœna contrahi non poſſit, an valeat quoad pœnam?*
33 *Et an impediat effectum ſucceſſionis.*
34 *Papa an poſſit permittere Monacho, vt vxorem ad tempus ducat; ne ſtirps nobilis ſine prole deficiat.*
35 *An diſpenſare poſſit cum R ge qui habet vxorem ſterilem, vt aliam ducat? remiſſiuè*, & n. 37.
36 *An cum moniali.*
38 *An poſſit facere de monacho non monachum.*
39 *Data paritate, Nobilis ignobili præfertur.*
40 *Magnus theſaurus eſt, aliquem eſſe ortum ex parentibus bonis.*
42 *Valet pactum, vt certæres non deueniant in certum genus perſonarum.*
43 *Pacta, & conditiones, quas quis ponit in re ſua, ſeruanda ſunt.*
44 *Voluntates defunctorum nihil illicitum habentes ſeruari debent.*
45 *Valet fideicommiſſum grauamine appoſito, ne ſuccedant filij ſecundi matrimonij.*
47 *Lex poteſt facere filium incapacem ad ſuccedendum in legitima.*
48 *Mens teſtatoris prohibentis contrahere cum infectis, eſt, conſeruare ſuam nobilitatem immaculatam.*
49 *Doctrina quadam* Anguli *circa prohibitionem contrahendi cum infectis, examinatur*, & n. 54.
50 *Grauatus non contrahere cum deſcendentibus à Iudæis, vel Sarracenis, non ſolum in primis nuptiis, ſed in reliquis, grauamen obſeruare tenetur.*
51 *Et ſit inhabilis ſi contra faciat.*
52 *Fortior eſt prohibitio in cauſa, quàm in cauſato.*
53 *Pro conſeruando honore an quis poſſit aliquem occidere.*
55 *Non excuſatur à grauamine qui non inueſtigat diligenter qualitatem perſonæ, cum qua contrahit.*
56 *Alia doctrina* Menochij *circa grauamen contrahendi cum certa perſona examinatur.*

Poſt num. 56. inuenies alia ſummaria.

VIſum fuit latè *in quæſtione præcedenti*, qualiter, & quomodo licitum ſit patri iniungere grauamen filio, quòd non contrahat niſi cum conſilio, conſenſu, aut arbitrio matris; nunc *in hac quæſt.* 51. agendum eſt de alia ſuffragantea quæſtione; An valeat conditio per patrem adiecta in maioratu, vel melioratione, quòd non contrahat cum muliere deſcendente à Iudæis, vel Sarracenis, ſub pœna amiſſionis maioratus, vel meliorationis? Quod ſæpiſſimè ordinant illi qui faciunt maioratus, vel meliorationes, provt videri poterit in inſtitutione aliquorum maioratuum, maximè Nobilium difficultatem facit, quia matrimonia debent † eſſe libera, & ab omni grauamine ſecura, *l. cum tale, §. ſi arbitratu, ff. de condit. & demonſtr.* facit *l. Titia*, vbi DD. *ff. de verb. oblig. cap. Gemma, de ſponſal.* vbi DD. Gloſ. *in l. ſtipuler, ff. de verbor. obligat. l. hæres meus, §. vlt. ff. de condit. & demonſtr.* vbi Bartol. *& in cap. accedens*, iuncta Gloſſa, *de procurat. l. 39. tit. 11. par. 5.* & quæ de iſta libertate matrimonij ſcribunt Ioan. Lopins *in repet. rubric. de donation. inter virum & vxorem*, §. 2. *num. 3. pag. 14.* vbi Baraona Epiſcop. Couarr. *in epitome de ſponſal. par. 2. c. 3. §. 7. num 4.* & *in cap. quamuis pactum, par. 2. in initio, num. 3. folio 59.* Rebuf. *tom. 1. ad conſtitut. Regias, tit. de liter. obligator. art. 1. gloſ. 2. num. 62. pag. 279. & reſponſ. 137. per totum*, idem Epiſcop. Couar. *in 2. par. rubricæ, de teſtam. num. 16. folio 10.* & plures allegando hoc citat Dominus Valdes *in additio. ad Roderic. Suarez in l. 2. tit.* De los caſamientos, *§. quæro primo, pag. 54.* Tiraq. *de pœnis temperand. cauſ. 51. num. 77.* & quæ ſcribo *in quæſtione præcedenti*, & pro hoc alia ſimilia adduci poterant, quæ libenter omitto, vt veritatem breuiter reſoluamus.

Tenendum igitur eſt, talem conditionem validam eſſe; & quòd ſi filius contra hanc conditionem veniat, & contrahat matrimonium cum aliqua muliere † deſcendente à Iudæis, vel Sarracenis, amittit maioratum vel meliorationem. Hæc enim eſt conditio honeſtiſſima, & ſecundùm bonos mores, & iuſtiſſima, vt rectè probatur *in l. cum ita, & in l. ſeq. ff. de condit. & demonſt.* ibi: *Cum ita legatum ſit, ſi Titia non nupſerit, vel ita ſi nec Titio, nec Seio, nec Mœuio nupſerit; & denique ſi plures perſonæ comprehenſæ fuerint*; *magis placuit, cuilibet eorum ſi nupſerit, amiſſuram legatum, nec videri tali conditione viduitatem iniunctam*; *cùm alij cuilibet ſatis commodè poſſit nubere.* Notat Decian *conſ. 475. num. 24.* Barthol. Socin. *in conſ. 35. num. 1. lib. 1.* Et pro iſta ſententia rectè facit *l. 27.* Taur. hodie *l. 11. tit. 6. lib. 5. Recopil.* in illis verbis: *Que le puedan poner el grauamen que quiſieren, aſſi de reſtitucion, como de fideicommiſſo, y hazer en el dicho Tercio los vinculos y reſtituciones que quiſieren.* Et pondero, quòd lex geminatè ponit illa verba, quod eſt conſiderandum iuxta ea, quæ ſcribo *ſupra, quæſt. 22. n. 85. cum ſeqq.* & faciunt quæ latè ſcribo *infra 2. p. q. 3. in princip.*

Et quòd valeat inſtitutio facta † ſub conditione nubendi certæ perſonæ, tradit nouiſſimè Mynſing. *obſerv. ſingul. cent. 6. obſervat. 31. per totam, pag. 555.* qui ad hoc refert Alciat. Dec. & alios, Anton. Peregr. *in tract. de fideicommiſ. art. 27. num. 75. folio 264.* vbi allegat Felin. *in cap. præſentia, num. 68.* & Decium *num. 58. de probat.* & tradit Petrus Surdus *deciſ. 30. num. 28.* & latiùs Tho. Sanchez *in tract. de matrim. lib. 1. diſput. 34. nu. 41. pag. 164.* Et valet conditio alicui iniuncta, ſi Aretiæ non nupſerit, vt probatur *in l. hoc modo*, quæ eſt *lex ſequens ad l. cum ita*: Et valet legatum filiæ factum, ſi in familia nubat, *l. qui filium, ff. vbi pupill. educar. debeat.* Cum ergo filius poſſit contrahere cum muliere, quæ non ſit deſcendens à Iudæis vel Sarracenis, (cum multæ reperiantur, quæ liberæ ſunt ab iſtis maculis) tenetur filius prædictæ conditioni † parêre: maximè cum hæc conditio ſit honeſta, & tendat ad conſeruandam generationem; & familiam teſtatoris, & bonum genus. Nam expedit Reipublicæ, quòd in ea ſint homines Nobiles, & quòd honorate, & † ſecundùm dignitatem nobiliter nubant, *l. 1. 4. 8. 11. & 12. tit. 7. par. 2. ſingul. l. 3. tit. 5. l. 1. & 2. tit. 6. l. 2. 4. 6. 9. 11. 12. 18. & 23. tit. 9. l. 5. 6. 7. & 9. tit. 18. l. 2.* & ſingularis eſt ad propoſitum, *l. 3. & 23. tit. 21. l. 4. tit. 23. & l. 3. tit. 5. l. 3. tit. 24. par. 2. l. 11. tit. 13. par. 6. & l. vltima, tit. 14. par. 4. & proœmium tit. 13. eadem par. & l. 3. tit. 6. par. 7.* & *proœmium Partitarum*, in verſic. *Otroſi*, vbi Gregor. Lopez in verbo, *Del linage*, facit ratio *l. ſi qua illuſtris, C. ad Orphitiam*, cum qua concordat *dict. l. 11. tit. 13.* ¶ Et intereſt Reipublicæ ſcire ſpurios, & alios defectus hominum, ſecundùm Bartolum, & Angel. *in l. cum qui nocentem, ff. de iniuriis, & in l. quæ omnia, ff. de procurator.* Thom. Grammatic. *deciſ. 37. n. 1.* & nobilitas & bona origo natalium † ſæpiſſimè

piſſimè in iure commendantur, *Authentic. de defenſor. ciuitat. §. 1. l. honor. §. de honorib. in verbo, origo natalium, ff. de muneribus & honoribus*, & conducunt quæ latè ſcribit Tiraq. *in tract. de Nobilit. cap. 20.* & in aliis pleriſque locis illius tractatus, facit *l. viduæ, C. de nuptiis, l. humilem, C. de inceſt. nuptiis, l. ſed ea, ff. de ſponſal.* & quæ notant Alexand. *in conſ. 209. colum. 2. lib. 6.* Syluanus *in conſ. 14. num. 71.* Et de militibus eligendis quæ ſcribit Redin. *de Maieſtate Principis, verſiculo, Maieſtatem, num. 42. cum ſeqq. folio 16.* & ignominioſa dicitur † quæ dedecori ſit tam deſcendenti, quàm patri, & conſanguineis, *l. filius 2. ſi quis, l. 3. §. ſi emancipatus ff. de bonorum poſſeſſion. contra tabul.* notat Rebuffus, *in l. iuſta interpret. 201. pag. 288. ff. de verb. ſig.* & nobilitas tranſit ad omnes deſcendentes, vt ex Bartol. & aliis pluribus docet Matth. ab Afflict. *in conſtit. Siciliæ, lib. 7. rubr. 9. n. 30. folio 42.*

Ex prædictis venit, quòd metus honoris eſt † iuſtus, ſecundùm Gloſ. *in cap. dilectus*, vbi Anton. de Butr. *num. 14. quod met. cauſ.* Cephal. *in conſ. 295. num. 14. lib. 2.* Iulius Ferretus *conſ. 3.* facit quod ſcribit Surdus *deciſ. 59. n. 2.* faciunt tradita per Menoch. *in conſ. 94. numer. 1.* Cephalum *conſ. 305. n. 11. lib. 3.* In quo articulo de commendatione honoris legenda ſunt plura ſingularia & extraordinaria, quæ cumulat magnus & doctiſſimus vir D. Doctor Valdes *in proœm. de dign. reg. Hiſp. n. 8. cum ſeqq.* ad quem tamen iungo Laram *in l. ſi quis a liberis, ff. de liber. agnoſcend. in principio, n. 34. fol. 7.* vbi plura refert Menoch. *conſ. 302. lib. 4.* Socin. Iunior. *in conſ. 39. n. 39. cum ſeqq. lib. 2.* eundem Menoch. *caſu 377. n. 19. & caſu 396. n. 7.* Auend. *in tract. de iniuria, n. 21. fol. 111.* Domin. Anton. de Padilla, *in l. tranſigere, num. 35. C. de tranſact.* Cephal. *in conſ. 50. n. 7. lib. 4.* Sfortia Oddi *in tract. de in integrum reſtit. q. 23. art. 2. n. 8. pag. 812.* Farinac. *in tract. de delictis, c. 15. n. 6. fol. 138.* Chaſſan. *in Catalogo gloriæ mundi, in princip. fol. 1. col. 2.* ¶ Et pœna infamiæ † eſt graniſſima, *l. quid ergo, ff. de his qui notant infam.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. caſu 493. numero 4.* Tiraquel. *in tract. de rebus exiguis, verſ. Septuageſimò, pag. 74.* Rebuf. *in l. unica, C. de ſententi. quæ pro eo quod intereſt; gloſ. 1. n. 17.* Auendan. *lib. 1. de exequendis mandat. cgiis, c. 19. n. 17.* & faciunt quæ ſcribo ſupra *quæſt. 1. illat. 1.* Ad quæ addo notabilem *legem 5. titul. 15. par. 2. q. 1.* ibi: *Eyendo contra palabra que el dixo por Ejaias Profeta, no enagenaras tu honra, ni la daras a otro.* Et eſt notabilis *lex 4. tit. 13. & lex 6. tit. 21. par. 2.* Et tradit Iulius Clarus *in pract. capitulo, de homicid. num. 26. pag. 44.* & Maiorum † nobilitas confert ad minuendam pœnam delicti, vt latè tradit Tiraq. *in tract. de pœnis temperand. cauſa 31. n. 1. 9. & 17.* Et qui debent habere præbendas in Eccleſiis Cathedralibus, requiritur quòd ſint ex bonis natalibus, vt cauetur in Conc. Trid. *ſeſſ. 22. c. 2. pag. mihi 225.* & filij rebellium præſumuntur rebelles, vt per Grammat. *conſ. 13. n. 4.* Tiber. Decian. *in pract. crim. lib. 7. c. 45. num. 33. folio 182.* & facit quod idem ſcribit *n. 36.* poſt Boſ. *in tit de crimine læſæ maieſtatis, n. 116.* & lege prius Boſſium *n. 35.* Et ad ludos Olympicos † non admittebantur niſi qui erant de ſanguine mundo, vt ex Cælio *lib. 29. cap. 8.* animaduertit Monarchia Eccleſiaſtica *lib. 4. §. 5. pag. 234.* ¶ Et fama eſt multum † pretioſa, vt docet egregia *l. 55. tit. 5. part. 1. in fin.* Et fama bona eſt Theſaurus † inæſtimabilis, ſecundùm Bald. *in l. 1. cap. de confeſſis*, quem citat Neuizan. *in ſylua nupt. verſ. non eſt nubendum, n. 22. pag. 29.* & plura ſingularia de nobilitate ſcribit Ioan. Cirier, *in tract. de primogen. lib. 2. quæſt. 4. folio 59.* & ignobilibus non licet accipere Arma conceſſa Nobilibus, vt tradit Chaſſan. *in conſuetud. Burg. rubr. 46. §. 4. n. 11. pag. 850.* & filij conſueuerunt imitari facta parentum, ſecundùm Speculatorem *in proœmio, verſic. Caterum*, & præſumitur filius habere eandem † affectionem, quam pater, ſecundùm Bald. *in l. liberti, col. 2. de oper. libert.* facit *cap. ſi gens Anglorum, 56. diſtinct.* & quæ ſcribit Rebuf. *in praxi benef. tit. de diſpenſ. ſuper defectu natalium, pag. 407. n. 5.* & mores paterni, † filij mores arguunt, vt ſcribit Ariſtoteles, *de generat. animalium, lib. 1. cap. 19.* tradunt Alciatus *in tract. præſumpt. regul. 1. præſumption. 24.* Ioſeph. Maſcard. *in tract. de probat. lib. 2. concl. 1072. num 12. folio 519.* Simancas *de inſtit. Catholicis, tit. 50. n. 7. & 8. fol. 247.* & plura ſingularia more ſolito ſcribit Tiraquel. *in l. 7. connubia. n. 1. cum ſeqq. fol. 104.* & tradit etiam Chaſſan. *in Catalogo gloriæ mundi, par. 11. conſider. 25. folio 15.* & Sylua nuptialis *dict. lib. 2. n. 114. & 115. pag. 195.* & faciunt quæ ſcribo *ſupra, hac par. quæſt. 1. a numero 32. cum ſeqq. & par. 2. in initio, a num 316.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ. 66. num. 13.* & felix radix † extendit ſuam virtutem in palmites, ſecundùm Angelum *in conſilio 110. Sanctiſſimè, col. 2.* quæ confirmat Ioan. de Neuizan. *in ſylua nuptiali, lib. 4. n. 132. pag. 371.* & alia conſimilia ſcribuntur *in deciſ. 18.* Antonij Capitij, *numero 1. cum ſeqq.*

Et pater † poteſt exhæredare filium; qui inhoneſtè contraxit matrimonium, vt putà cum meretrice, ne viliſſima proles, quæ inde naſcitur, habeat ſucceſſorem: quia ex hoc totum genus maculatur, ſecundùm Baldum *in l. nec filium, C. de nuptiis*, Bartol. *in l. ſi rogatus, ff. de manumiſſ. vindict.* quos citat Ioannes Lopius *in repetit. cap. per veſtras, de donat. inter virum & vxorem, §. 7. n. 2. pag. 434.* † quod vidi in cauſa maioratus, in qua cautum erat, quòd ſucceſſores non contraherent matrimonium cum concubinis, ſub pœna amiſſionis maioratus; tradit Thomas Grammat. *conſ. 71. nu. 20. lib. 7.* & cuiuſcunque intereſt ne hæreditas ſua vadat ad infamatam prolem, vt dignitas & fama eius conſeruetur illæſa; vt notanter tradit Alexand. *in conſ. 25. num. 4. lib. 1.* & facit quod ſcribo *ſupra, quæſt. 50. a num. 66.* & honor † vitæ æquiparatur, *l. iuſta, ff. de manumiſſ. vindict.* tradit Menoch. *in tract. præſumptionum, lib. 5. præſumption. 49. nu. 5. fol. 57.* latè Cephal. *in conſ. 57. num. 5. lib. 1.* faciunt ſcripta per Burſat. *in conſ. 191. n. 13. lib. 2.* Ioan. Franciſc. *de author. Baronum, prag. 19.*

Et ex iſtis diſputat Antonius Gomez, *in tract. de delictis, cap. 3. de homicid. num. 66. folio 55.* an filij ſpurij admittantur ad accuſandum? Et Iulius Clarus *in pract. quæſt. 14. num. 26. cum ſeqq. pag. 124. & quæſt. 58. num. 26. pag. 274.* Et Maiorum † nobilitas poſteros ad virtutes ſuo exemplo excitat, ſecundùm Abbatem *in cap. venerabilis, col. 2. num. 4. de præbend.* de quo plura ſcribit Tiraquel. *in tract. de nobilit. cap. 20. num. 22. cum ſeqq. pagin. 138.* & non eſt omittendus Ariſtoteles *lib. 3. Politicor. cap. 8.* ibi: *Conſentaneum eſt ex melioribus ortos eſſe meliores*, & rurſus *lib. 2. Rhetoricorum*, ibi: *Nemini eſt obſcurum, qui ex bonis, clariſque parentibus nati ſunt, eos conſentaneè fieri ſuis maioribus non diſſimiles.* Qua de re plura ſcitu digna ſcribit Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 15. num. 24.* vbi inter alia tradit quod habetur in Euangelio *Matth. cap. 7.* ibi: *Non poteſt arbor mala bonos fructus facere, nec arbor bona malos fructus facere*: & Ariſtoteles *lib. 5. Rhetoricorum*, ſcribit, veriſimile eſſe probum ex probis, & bene educatum euaſiſſe, tradunt Matth. ab Afflict. *in conſtit. Neapol. in præludio, in parte poſt mundi machinam, num. 17. folio 16.* Ioan. de Amicis *in conſ. 86. num. 23.* & *in conſ. 134. n. 10.* Ioſeph. Maſcard. *in tract. de probat. lib. 3. concl. 1249. numero 110. folio 191.* & † non valet diſpenſatio facta per Papam, cum nato ex coniugato nobili & ſoluta nobili, niſi de nobilitate fiat mentio, ſecundùm Ioan. And. *in cap. final. de filiis preſbyterorum*, per illum textum; Felin. *in cap. poſtulaſti, de reſcript. n. 2.* Chaſſan. *in Catal. glor. mundi, p. 5. conſider. 11. fol. 6.*

Et † nobilitas, dignitiæ, potentia, & horum contraria, mores arguunt; vt ex Ariſtotel. *Rhetoric. ad Theodectem lib. 2. cap. 12.* arguit idem Maſcard. *lib. 2. concluſ. 1072. num. 17. fol. 319.* Et propterea Epiſcop. Redin. *de Maieſtate Principis, cap. de Maieſt. Princip. nu. 201. fol. 95.* laudat ſtatuta Eccleſiæ Toletanæ, † & Eccleſiæ Gienenſis, quibus cauetur, quòd non admittantur ad Dignitates, vel Canonicatus, homines infectæ

nationis : quibus simile Statutum est in hac Ecclesia Granatensi, & Capella Regia Regum Catholicorum; faciunt scripta per Ioan. Gratian. Falcon. *reg.* 223. † ost Otaloram *de nobilitat.* 2. *par.* 3. *par. cap.* 7. *n.* 23. ad quod omnino legi debent Roman. *in singular.* 387. Felin. *in cap. super eo, num.* 5. *de testibus*, Decius *in cap. cum adeo, num.* 4. *de rescriptis*, vbi Glos. Parisiensi. *laudat dicta statuta*: & *in cap. at si clericus. §. de adulteriis, num.* 25. *de iudiciis*, Selua *in tract. de benefic. par.* 3. *quæst.* 7. Tiraq. *in tractat. de nobilitat. cap.* 20. *num.* 17. Et faciunt quæ contra Iudæos, & prolem eorum, tradit Ioann. Cirier. *in tractat. de primogenitura, lib.* 1. *quæstion.* 16. & 17. *fol.* 28. & conducunt quæ scribo *infra, hac par. quæst.* 51. & 58. & quæ contra Iudæos scribit Andr. ab Exea, *in cap.* 1. *de constitut. num.* 251. *cum sequentibus*, quem cito *infra, quæstione* 58. frater Alphonsus de Spina *in fortalitio Fidei*, Lud. Viues, & flagellum Iudæorum, & Perez de Lara *in tractat. de Annuersariis, lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 132. *pag.* 332. Valdes *de dignitate Regum, cap.* 19. *numer.* 67. *fol.* 171. Falcon. *regul.* 247. 248. Et laudat etiam prædicta
23 statuta † contra quendam Maurum, Francis. Bernardo Diaz de Lugo *in practic. crimin. cap.* 23. *num.* 29. *pag.* 76. vbi ex Auendan. *in dictionario*, in verbo, *Iudio*, addit, quòd macula in ista materia probatur per indicia, & famam, sicut in cæteris rebus antiquis.

Et plura in odium, & execrationem Iudæorum scribit Iul. Ferrer. *in tractat. de Gabellis, num.* 268. *cum sequentibus*, Tiber. Decian. *in pract. crimin. tom.* 1. *tit. de pœnis Iudæorum, lib.* 5. *num.* 4. *fol.* 228. & illam doctrinam Auendan. refert Azeuedo *in l.* 22. *tit.* 7. *libro* 1. *Recopilation.* & *in titul.* 2. *lib.* 6. De los hidalgos, *n.* 162. *fol.* 35. & alia similia adducit: & ibi *num.* 162. tradit, quòd
24 nullus natus † præsumitur ex infecta radice, & pro de-
25 fensione dictorum statutorum Ecclesiæ † Toletanæ, & Gienensis, Cordubæ, & Granatæ, & aliarum Ecclesiarum Hispaniæ plura scribit doctissimè Didacus Velazquez *in sua apologia per totam*; & faciunt scripta per Otaloram *in tractat. de Nobilitat.* 2. *par.* 3. *princip. cap.* 7. *num.* 16. *cum sequentibus, pag.* 198. & per fratrem Siguençam in historia Dini Hieronymi, *par.* 3. *cap.* 7. & per Fulgentium de Sandoual fratrem *in secunda par. historiæ Caroli Quinti, lib.* 29. §. 36. *fol.* 97. qui refert Statutum factum per Archiepiscopum Toletanum: sic Gulielm. Benedict. *in cap. Raimuntius, de testamentis, in verbo, adiecta, num.* 55. *fol.* 243. refert quod Philippus Rex Galliæ expulit omnes Iudæos à suo Regno; & idem ordinauerunt nostri Reges Catholici, vt patet ex *l.* 2. *tit.* 2. *lib.* 2. *Recopilation.* Et an Hebræi & Iudæi, teneãtur dare aliquid Imperatori in coronatione, tradunt Martinus Laudensis *in tractat. de Principibus, notab.* 4. Resturus *in tractat. de Imperatore, quæst.* 58. *fol.* 108. & *quæst.* 112. *fol.* 230. *versicul.* 305. & *quæst.* 46. *fol.* 62. & conducunt scripta per Quintilianum Mandosium, *in verbo, facultatem, versicul. Tribuere, fol.* 13. *column.* 2. & est bonus textus ad ista, *in l. omnes* 49. *C. de Decurionibus, lib.* 10. vbi Rebuf. *fol.* 42. Auiles *in cap.* 26. *correctorum, fol.* 223. Andr. ab Exea, *in titulo de constitutionibus, num.* 257. *cum sequentibus, pag.* 172. & prius *pag.* 166. *num.* 252. Tiberius Decianus *in practica criminali, lib.* 3. *cap.* 8. *fol.* 105. & *lib.* 5. *cap.* 12. *fol.* 224. & *cap.* 10. *fol.* 220.

26 Et nemo ad Iudæos ritus transit, † nisi qui ex Iudæis parentibus descendit, & ab eis Iudaicam superstitionem didicit, vt tradit Simancas *in lib. de institut. Catholic. tit.* 35. *num.* 15. *fol.* 165. & legenda sunt quæ de Martanis scribit Stracha *in tract. de mercatoribus par.* 2. *num.* 37. *pag.* 77. Castro *de iusta hæreticorum punitione, lib.* 1. *cap.* 7. *folio mihi* 44. *column.* 1. & sunt duæ singulares leges, scilicet, *l. nemo*, & *l. iubemus. C. de Episcopal. Audientia*; & quod descendentes † ex Iudæis de
27 iure communi non possint habere officia publica, volunt Bar. *in l. omnes, de Decurion. lib.* 10. Romanus *in singular.* 107. relatus per Azeuedum *in pract. Pisan par.* 2. *cap.* 12. *num.* 23. *fol.* 21.

Ex quibus omnibus cautè legenda sunt quæ in fauorem illorum, qui descendunt à Iudæis scribunt Montaluus *in l.* 2. *tit.* 3. De los de nuestos iniurias, *lib.* 4. *for. in glos. in verbo*, Tornadizo, *fol.* 209. per multas columnas Auend. *lib.* 1. *de exeq. mandat. c.* 19. *n.* 20. *fol.* 121.

Et animaduerto, quod *Bart.* non dicit quod refert Azeuedo, nec Romanus, *in sing.* 107. vel verius Hippol. *sing.* 107. & pro istis etiam facit *l.* 22. *tit.* 7. *l.* 1. *Recopilat.* vbi mandatur quòd obseruentur statuta † Collegiorum, 28
quòd non admittantur Christiani noui ad Collegiaturas: & facit bonus textus *in cap. constituit Sanctum Concilium*, 17. *quæstion.* 4. & quæ tradit Ioan. Garcia *in tractat. de nobilitat. glos.* 7. *& exemptio. num.* 19. *fol.* 195. & ad hoc est notabilis *l.* 22. *titul.* 7. *lib.* 1. *Recopilation.* & videndus est omnino Didacus Velazquez *in duobus tractatibus de defensione statuti Ecclesiæ Toletan.* circa admissionem descendentium à Iudæis, Tiraquel. *in tractat. de primogenitura, quæst.* 66. Roland. *in consil.* 30. *lib.* 2. Paris. *in cons. li.* 4. & alij plures quos citat Menoc. *de recuperand. posses. remed.* 9. *num.* 284. *cum sequentibus, pag.* 418.

Et interest † Reipublicæ cognoscere Nationes, ne 29
claræ & honestæ familiæ pereant, & confundantur commixtione, & suppositione infectorum, *l.* 1. §. *penult. ff. de ventr. inspi.* per quam inquit Guillel. Benedict. *in cap. Raymuntius, in principio, num.* 57. *fol.* 9. *de testamen.* vbi addit, quòd infecti & maculati, & sanguine turbulenti, & eorundem descendentes sub vmbra & clypeo claræ prosapiæ, & nominis assumpti, matrimonij medio plures alios faciliter decipiunt, & illaqueant, ac communionis assuefactione inficiunt sanos, credentes eos in puro & claro sanguine boni & approbati hominis, & generationis, & familiæ ortos, taliter, quòd Respublica vltra damnum sobolis, † con- 30
fusionem sanguinis patitur, quod probat clarè, *l.* 3. *tit.* 5. *par.* 2. & facit bona *l.* 3. *tit.* 21. *eadem part. & l. vltima, tit.* 14. *part.* 4. ibi: *Cano seria guisada cosa que la sangre de los nobles fuesse embargada ni ayuntada a tan viles mugeres.*

Et nobilitati, & claro generi adeo iura † fauent, quod 31
Principes possunt dotare, & donare filiabus, secundum Bald. *in cons* 232. *Sequens quæstio: lib.* ... Boerium *decis.* 128. *n.* 17. & plura in fauorem nobilitatis scribit Chassan. *in Catalog. glor. mundi par.* 8. *per totam fol.* 2. Et laudantur mulieres, si fuerint ortæ ex bonis parentibus & progeniis, vt latè tradit Chassan. *in Catalog. glor. mundi, par.* 2. *consideration.* 24. *fol.* 16. Ex quibus dubito de opinione Cardinalis Paleoti *in tractat. de not. & spur. quæstion.* 64. *num.* 7. *fol.* 73. vbi tractat, an cognosci spurios Reipublicæ expediat? & est *in* 8. *volumine tractatuum*: facit egregia *l.* 3. *tit.* 4. *par.* 2. ibi: *Dañando e enuileciendo su linage.* Et pro istis etiam est bonus textus *in l. dicimus, C. de murileg. lib.* 11. vbi Bart. vult, quòd si statuto caueretur quòd inter homines diuersarum terrarum matrimonium contrahi non possit sub certa pœna, † validum est statutum, non quoad inualidandum 32
matrimonium, sed ad hoc, quòd contra facientes pœnam incurrant. Pro qua conclusione faciunt quæ eleganter scribit Nenizan. *in sylua nuptiali, lib.* 2. *num.* 102. *pag.* 188. vbi tractat de prohibitione matrimonij inter homines diuersæ nationis, & legis: ad quem addo plura notabilia, quæ ex *sacra scriptura* traduntur per Osascum *in disputatione notabili, post decisiones Pedemontanas, num.* 12. & de hospitali fundato per Comitem Petrum Anzures, quòd non admittantur nisi Nobiles, tradit Burgos de Paz *cons.* 47. *num.* 1. *cum sequentibus*, quod consilium refero ad aliud 4. *part. in principio.* Et inquit Angel. *in l.* 1. §. *ius naturale, n.* 5. *ff. de iustitia & iure*, quòd statutum non potest facere, quod impediatur matrimonium: quia istud est de iure diuino, sed benè potest impedire ius patriæ potestatis, † & 33
effectus successionis: & idem voluerunt Bald. *ibi*, & *in rubrica, num.* 35. *&* 36. & alij, quos citat Roderic. Suarez *in l.* 2. *titulo*, De los casamientos, *num.* 12. *vsque ad numerum* 17. & faciunt scripta per Burg. de Paz *cons.* 6. *num.* 12. vbi plura notabilia tradit, & Anton. Gomez *in l.* 14. *Tauri, num.* 8. vbi probat, validam esse conditionem & grauamen, quòd quis non contrahat matrimonium cum certis personis; quam si non seruauerit, amittit relictum. Et pacta primogenituræ, quæ fiunt inter Nobiles, fundantur, quia per ea Nobiles fiunt nobiliores, vt per Ripam *in consil.* 131. *num.* 25. quod tradit nouissimè Alexand. Trentacinq. *in tractat. substitutionum, lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 23. *ad finem. fol.* 145. faciunt scripta per Matth. ab Afflict. *in constitutionibus Neapolitan. lib.* 3. *rubrica* 19. & 20. qui latè tractat de matrimoniis Ducum, & aliorum, Guttierrez *lib.* 2. *practicarum Canonicarum, cap.* 25. *per totum. pag.* 467.

Adeo etiam antiqui nobiles nationes æstimauerunt, quòd inquit Bald. *in l. si tibi filius. ff. de adoption.* quòd Papa potest permittere Monacho vxorem ad tempus
34 ducere vsque ad procreationem filiorum, † ne stirps nobilis sine prole deficiat: de cuius dicti veritate tractat Tiraq. *in tractat. de Nobilitat. cap.* 20. *num.* 186. *pag.* 178. Pro quo faciunt scripta per doctissimum Caldam Pereiram *de nomination. ad emphyteusim, quæst.* 20. *num.* 2. *fol.* 230. Portium *in cons.* 154. *num.* 15. ad quos addo Abbatem *in cap. ex publico, num.* 15. *de conuersione coniugatorum, fol.* 167. Episc. Couar. *in* 2. *par. rubricæ de testamen. num.* 10. & 11. *fol.* 40. & idem tradunt Dec. *in cons.* 112. *num.* 4. Nicol. Boer. *decis.* 20. *num.* 30. Ioan. de Selua *in tract de benefic. par.* 2. *quæstion.* 2. *n.* 35. *fol.* 87.
35 qui *part.* 3. *quæst.* 8. *num.* 6 *fol.* 160. tradit, an Papa † dispensare possit cum Rege, qui habet vxorem sterilem, vt aliam ducat? Et tradit Nauarrus *consil.* 1. *lib.* 1. *fol.* 3. *num.* 6. *pag.* 90. Rebuffus *in practica beneficiali, in regula de dispensation. in gradu prohibito, glos. fol.* 5. *nu.* 10. *pag.* 567. Osasc. *decis. Pedemontan.* 119. *num.* 16.

Hoc autem visum fuit in Hispania in Rege Aragoniæ Ramiro, sed fuit propter bonum publicum illius Regni, de quo nouissime illud approbando meminit post Nauarrum, quem citat, & aliis exemplis comprobat Marc. Anton. Cucch. *in libro de instit. maiorum, lib.* 5. *titul.* 12. *nu.* 283. *pag.* 636. Et in confirmationem illius conclusionis refert Bald. & alios Auendan. *in l.* 40. *Taurigl. fol.* 4. *num.* 49. *fol.* 95. & plures Authores citat. Quintilianus Mandos. *de signatura gratiæ, titul. dispensationes matrimoniales, fol.* 89. *colum.* 4. *vers. Dispensatum alias*, Menoch. *in tractat. præsumptionum, lib.* 2. *præsumption.* 10. *num.* 35. *pag.* 121. Et de Regina Siciliæ † Con-
36 stantia meminit Matt. de Afflict. *in rubr. de pace Constan. num.* 1. *fol.* 206. quæ fuit prius Monialis, Chassan. *in consuetud. Burgund. rubric.* 3. §. 5. *num.* 17. *pag.* 454. Petrus Gambara *de officio & potestate legati, lib.* 2. *n.* 254. *pag.* 40. & tradit, licet breuiter & sine fundamentis Tiberius Decianus *in practic. lib.* 6. *cap.* 22. *num.* 14. *fol.* 54. Natta *in cons.* 33. *n.* 4. Mandos. *in constitut. in aliquibus, notab.* 3. *num.* 69. *pag.* 111. & latius de hac historia meminit Menoch. vbi plura in materia scribit notanda *in tractat. de præsumptionibus, lib.* 2. *præsumption.* 10. *nu.* 35. *pag.* 121. & idem *de arbitrar. iudic. lib.* 2. *casu* 421. *n.* 13. *pag.* 698. Petrus Gambara *de offic. Legat. lib.* 7. *num.* 87.
37 *pag.* 273. Et historiam dicti Regis † Ramiri citat etiam Lancellot. Conrad. *in templo Iudicum, lib.* 2. *cap.* 1. *de Pontifice maximo.* §. 2. *de præstantia, n.* 18. *fol.* 130. qui ad hoc refert Felin. *in cap. si quando, de rescript.* faciunt tradita per fratrem Emmanuel. Rodriguez *tom.* 3. *quæst.* 1. *art.* 5. *pag.* 5. Decium *in cons.* 112. *n.* 4 & tradit Ancharran. *in cons.* 339. *Pro maiori, num.* 5. Guillelm. Benedict. *in cap. Raymuntius, de testament. in verbo, duas habens filias, num.* 138. sed & idem Bald. *in cap.* 1. §. *filij nati, nu.* 1. *si de feud. fuerit controuers. inter domin. & agnat. nu.* 1. *fol.* 48. & tradit Matienzo *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopilat. glos.* 1. *num.* 20. *fol.* 165. vbi inquit, valere pacta matrimonialia, per quæ paciscitur, quòd filij succedant in aliqua re: quia per ea nobiles inueniunt nobiliores, per quos nobilitas crescit: & plura citat Iacob. Portius *in cons.* 154. *num.* 15. & faciunt scripta per Sforciam Oddi *in tract. de in integrum restitutione, par.* 1. *quæst.* 37. *art.* 4. *num.* 38. *pag.* 572. de Imperatrice Constantia, & vxore Imperatoris Henrici. Et quòd Papa † possit facere de 38
monacho non monachum, volunt Gl. & Abb. *in cap. cum ad monasterium, de statu monach.* idem Abb. *in cap.* 1. *de voto, & in cap. proposuit, de concess. prabend.* quem citat Ioan. de Selua *in tractat. de benefic. par.* 3. *quæst.* 8. *nu.* 26. *fol.* 162. faciunt scripta per Episcop. Couar. *in cap.* 2. *de testamen. num.* 18. *fol.* 41. ¶ Hinc fit, quòd data paritate, Nobilis ignobili † præfertur, secundùm Baldum *in l.* 39
neminem, C. de Aduocat. diuer. iud. Abb. *in dict. cap. venerabilis, de prabend.* Rebuf. *in tract. de nomination. quæst.* 21. *num.* 11. *pag.* 252. Staphil. *de lector. gratiæ & iustit. tit. de prærogat. Expectant. vers. Videndum est nunc. pag.* 249. Et nobiles oderunt rusticos, vt voluerunt Selua *in tractat. de benefic. par.* 4. *q.* 1. *n.* 2. Neuizanus *in sylua nuptiali, li.* 2. *n.* 25. *pag.* 141.

Ex quibus omnibus constat, cautè esse legenda quæ in defensam conuersorum scribit Auendan. *in l* 8. *de exequend. mandat. Regius, par.* 1. *cap.* 19. *num.* 20. *fol.* 121. & plura in fauorem Nobilitatis, scribit Menoch. *in tractatu præsumption. lib.* 6. *præsumption.* 59. *num.* 1. *cum sequentibus, fol.* 125. ¶ Et est magnus thesaurus, aliquem esse † 40
ortum ex parentibus bonis, vt ex *Ecclesiastic. cap.* 16. Aristot. Stobæo, Fabio, Alciato, Castro, Tiraquello, & aliis tradit notanter Simancas *de institutionibus Catholicis, tit.* 50. *num.* 8. *cum sequentibus. fol.* 247. Et cum ponitur clausula, quod non admittantur, nisi sint noti & puri sanguinis, tradit nouissimè Perez de Lara *in tract. de Capellaniis, lib.* 2. *c.* 4. *n.* 41. *pag.* 308. Et cum ista opinio ad Reipublicæ vtilitatem tantum spectet, etiamsi de iure probatissima non esset, eandem amplecti tenentur, qui Reipublicæ vtilitati, (quam semper amare, † & colere 41
debemus) prospiciunt, etiamsi summum & strictum ius aliud dictaret; *l. ita vulneratus*, §. *multa. ff. ad l. Aquil.* quod in aliis locis animaduerto: & est text. valde mihi singularis *in l. locatio*, §. *quòd illicitè. ff. de public.* ibi. *Alterum enim vtilitas priuatorum, alterum vigor publicæ disciplinæ postulat.* Et est bonus textus *in l. quod si no ir*, §. *qui mancipia. ff. de ædilit. edict.* Glos. *in l. final. C. de municipiis & origin.* quæ iura citat Pinellus *in l.* 2. *C. de rescinden. vendition. par.* 3. *cap. vltimo, n.* 38. *fol.* 151. de quo textu tracto *part.* 2. *in initio, num.* 320.

¶ Et valet pactum, † vt quædam res non deueniant 42
in certum genus personarum, *l. si ita quis*, §. *ea lege. ff. de verborum obligationibus, l. codicillis*, §. *matre. ff. de legatis*, 2. notat Campegius *in tractatu, de dote, par.* 5. *quæst.* 79. *n.* 1. *fol.* 124. qua ratione scribit Parisius *in consil.* 1. *num.* 114. *lib.* 3. quòd valet conuentio facta inter fratres, quòd stantibus masculis fœminæ non succedant, Siluan. *in consil.* 1. *num.* 19. qui refert Bartol. *in l. final. ff. ad Trebellianum.* Bald. & Salicetum *in l. final. C. de liberis præterit.* ¶ Et pacta & conditiones quas quis ponit in traditione
rei suæ, † seruandæ ad vnguem sunt, *l. in traditionibus*, 43
ff. de pactis. l. legem. C. eodem titulo, cum *concordantib.* quæ scribo *in* 2. *par. quæst.* 2. *num.* 1. *cum sequentibus.* Et voluntates defunctorum nihil illicitum habentes, † frustrari
non debent, prout dicit textus *in Authentic. de nuptiis*, 44
§. *quæ vero, colla.* 4. & conducunt quæ ad hoc propositum scribit Emmanuel Costa *in l. cum tale*, §. *si arbitratu, limitat.* 5. *num.* 1. *fol.* 71. *ff. de conditionibus & demonstrationibus.*

¶ Et valet fideicommissum † relictum alicui, in quo 45
grauetur ne in eo succedant filij secundi matrimonij, vt per Decium *in cons.* 366. *n.* 1. & 2. Cuius sententia fulcitur, quia nuptiæ secundæ † odiosæ sunt, vt patet ex *Authentico, de non eligendo secundo nubentes*; & §. *certo, in Authen. de nuptiis*, & ex *toto titul. C. de secundis nuptiis*: quod longè & eruditè docet Tiraq. *in l. boues*, §. *hoc sermone, in regul. n.* 141. *pag.* 97. *ff. de verborum significatione*; & de statuto seu consuetudine, quòd nulla monialis recipiatur in Monasterio, si non fuerit de genere militari, tractat latè Celsus *in cons.* 43. *per totum.* Et facit simile, quòd licèt regulariter legitima, quæ de iure naturæ 46
debetur,

47 debetur,tolli non poſſit lege vel ſtatuto,lex tamen † poteſt facere filium inhabilem & incapacem ad ſuccedendum in legitima *Authen.vt cum de appellatione cognoſcitur,§.cauſas.l.1.§.filium,ff.de bon.poſſ. contra tabul.* latè Alexand.*in conſil.75.n.11.lib.1.* vbi loquitur de ſtatuto auferente filio bannito legitimam. ¶ Et iſta opinio valde iuſtificatur ex pluribus quæ ſcribo *in d.quæſt.1.in hac prima par.tractatus,num.50.cum ſeqq.vſque ad num.75.*& facit regula *l.patre furioſo, ff.de his quæ ſunt ſui vel alieni iuris,* & Glo. notabilis,quam lector legat *in cap.ſic quidam,* 10.q.1.& hoc hodie ſequitur Ioan. Gratian.*in reg.*83.*num.*12.qui aliqua in hoc propoſito tradit. ¶ Et quòd mens & intentio teſtatoris facientis
48 dictam prohibitionem, ſit † conſeruare ſuam nobilitatem, & bonum genus & immaculatum, conſiderant Bald.*in l.nec filium,verſic.Iſtud vltimum, C.de ſecundis nuptiis,*Socinus Iunior *in conſil.*39.*num.*42.*lib.*3. Hippolyt. Riminaldus *in conſ.*222. *num.*6. *lib.*2.poſt Alexand.*in conſ.*2.*num.*4.*verſ.Vadecimò probatur,lib.*1.

In qua materia lectores admoneo de quadam doctri-
49 na † Anguli *in d.l.*11.*tit.*5.*gloſ.*7.*lib.*5. *Recopilat. fol.* 219. vbi ſcribit, quòd ſicut expreſsè non poteſt pater excludere eos, quos vocare tenetur ſecundùm ordinem *illius legis*; ita nec tacitè: veluti ſi à ſucceſſione excludantur ignobiles, vel qui deſcenderent à genere non claro:idem ſi apposita eſſet conditio de non contrahendo matrimonio cum muliere, aliqua generis macula aſperſa: nam qui ſic contraxerit, non poteſt excludi per collaterales, vel extraneos, & niſi per eum, qui ſecundùm ordinem prædictæ legis potuit à teſtatore præferri expreſsè. Vnde nec fœmina proximior per tranſuerſalem excludi poterit,neque Clericus,aut Monachus,qui ad hæc duo vltima dicta refert Tellium & Molinam.

Et grauatus onere non contrahendi matrimonium cum deſcendente à Iudæis, vel Sarracenis, non ſolum
50 hoc † obſeruare tenetur in primis nuptiis,ſed in ſecundis,vel vlterioribus,vt probat Alciatus *in l.boues,§. hoc ſermone,ff.de verborum ſignificatione,*& confirmat Epiſcopus Couarruuias *lib.*1.*reſolution.cap.*13.*nu.*7.& quod in iſta materia ſi grauatus non contrahere matrimonium cum deſcendente à Iudæis, vel Sarracenis contra faciat, non ſolum filij illius efficiuntur inhabiles, ſed
51 multo magis † ille, qui contrahit matrimonium: quia
52 fortior eſt prohibitio in cauſa, † quam in cauſato;probatur per regulam *auth.multo magis,C.de ſacroſanct.Eccleſ.*& per ea,quæ ſcribunt Bartholom.Socin.*in conſilio* 268.*column.*3.*lib.*2.Euerardus *in centum locis, loco* 65. facit *l.dedit dotem ff.de collat.bonorum.* ¶ Et quòd licitum ſit defendere ſtatum, vel honorem; & quòd alicui
53 fiat iniuria, an quis poſſit † occidere pro conſeruando honore? tradunt Bald.*in l.obſeruare, §.antea quam,ad finem, ff.de officio Proconſulis,* & *in l.vnica, C. de raptu virginum,* & alij, quos citant Felinus *in rubrica,de maioritate & obedientia, num.* 12.Natta *in conſilio* 62. *num.*77.Azeuedo *in Curia Piſana lib.*2.*cap.*2.Auendan. *part.*2.*de exequend.mandat.cap.*19.*numero* 13.*fol.*129. Chaſſan.*in conſuetudinibus Burgund.rubric.*6.§.1.*gloſ.* 1.*pag.*850.Ægidius Boſſius *in practica criminal.titulo de homicidio, num.*83.Iulius Clarus *in §.homicidium,num.* 26.*pag.*44.Boſſius *in practica, §.homicidium, num.*83. *pag.*273.Lara *de alimentis, in principio, num.*34.*fol.* 7.Farinacius *in practica criminal.quæſt.*15. *numer.*6.*fol.* 138. Iulius Ferret.*conſilio* 3.*num.*2.*& in conſil.*9. *num.* 6.*& in conſ.*11.*num.*3.*& in conſ.*19.*num.*3. *& in tract. de duello, num.*41.Grammat.*voto* 17.*num.*6.Tiber Decianus *in pract.cum.*2.*li.*9.*cap.*24.*num.*14.*fol.*282.Mascard.*in tract.de probat.lib.*1.*concluſ.*489. *num.*8. *&* 11. *fol.*301.Carrerius Reginus *in practica criminali, §. homicidium,num.*38.*&* 39.*pag.*373.Ex quibus † fit,quòd,
54 cum iuſta ratione,non eſt tenendum, quod in terminis circa intellectum *legis* 26. *Taurinæ,*hodie *l.*11.*tit.*6.tenet ibi Angulo *gloſ.*7.*n.*3.*fol.*219.

Qua in re lectores etiam animaduerto, non eſſe excludendum poſſeſſorem maioratus grauatum prædicto modo, † ſi non adhibeat exactam diligentiam ad in- 55
ueſtigandum qualitatem & conditionem perſonæ, cum qua contrahit matrimonium; vt probatur ex regula text. *in l. qui cum alio, ff. de regul. iur.* & eorum quæ ſcribunt Bald.& Salicet. poſt Cin.*in l.qui contra, C.de inceſt.nupt.*& Cephal.*conſ.*444.*numero* 9.*lib.*3. Et qualiter origo Iudæorum ſit in iſta materia conſideranda, lector ſcire poterit ex his quæ ſcribit Conradus *in Templo Iudicum, libro* 1.*cap.*1.*de Imperatore, quæſt.*5. *numero* 20.*folio* 16. quod eſt notatu dignum. ¶ Et ſecun- 56
dùm ſuperiora, cauendum eſt ab eo, quod veluti incidenter ſcribit † Menochius *in tractatu præſumptionum, libro* 4. *præſumption.* 146. *numero* 24. *folio* 264. vbi multum generaliter dicit, quod quando legatum fit pro matrimonio contrahendo cum certa perſona, illa conditio non eſt honeſta, ex quo reſtringit liberam nubendi facultatem; ſecus ſi legetur pro matrimonio contrahendo cum perſona incerta: Et de matrimonio contracto cum illa, cum qua ſecundùm patris mores & honeſtatem familiæ, matrimonium contrahi non poſſet, tractat Iacobus Puteus *deciſione* 8. *par.*2.

SVMMARIVM.

57 *Primogenitus grauatus vt contrahat matrimonium cum filia nobilis, an ſatisfaciat contrahendo cum filia* Hijadalgo, *& quid ſi ex communi vſu loquendi filij hidalgorum nobiles dicantur,* numero 61. *Et an adimpleat, contrahendo cum filia nobilis ex priuilegio,* num.62. *Et reſoluitur à* num.102. 105.122.167.& 181.

58 *Nobilis dicitur ille qui ex vtroque parente nobilis eſt,* & num.60.

59 *Omne compoſitum dicitur de forma & materia.*

63 *Paria an ſint ineſſe alicui qualitatem per naturam,ac ineſſe per priuilegium.*

64 *Ex nomine bono, vel malo, mores arguuntur.*

65 *Ex priuilegio poteſt quis fieri agnatus, & de domo aliorum.*

66 *Priuilegium Naturæ æquiparatur.*

67 *Caſus verus & fictus vbi æquiparantur, diſpoſitio in caſu vero habet locum in caſu ficto.*

68 *Fictio in caſu ficto idem operatur quod veritas in caſu vero,*& num.70.82.& 83,*& quando,*num.180. *Et quid in exorbitantibus,*n.121.

69 *Schedula pro recognita habetur, ſi quis per contumaciam eam recognoſcere nolit.*

71 *Priuilegiatus vt talis gaudet priuilegio eorum qui propriè tales ſunt.*

72 *Dummodo non ſit in præiudicium Tertij.*

73 *Paria ſunt quòd quis de iure communi, vel ſpeciali priuilegio admittatur.*

74 *In his quæ tempore habilitationis excogitari potuerunt,habilitatus ex priuilegio eſt verè talis.*

75 *Nobilis legitimatus debet gaudere nobilitate Nobilium.*

76 *Ciuis appellatione comprehenditur ciuis ex priuilegio.*

77 *Contraria opinio. Et an receptus ad ciuilitatem dicatur verè ciuis,* numero 87. *Et quid in ſtricta appellatione,* numero 94. *Et quando originarius ex priuilegio ſit verè originarius,* numero 88.*remiſſiuè. Et ad quæ admittatur,* n.90.*Et an gaudeat Paſcuis,* n.90. *Non ſemper æquiparatur originario,*n.152.

78 *Poteſt quis ex priuilegio portare nomen & arma alterius familiæ.*

79 *Per legitimatos an conſeruetur agnatio.*

80 *Præſens ex priuilegio quoad ea quæ de iure communi præſentibus conceduntur, pro præſenti habetur,* & n.146.

81 *Princeps aliquem nobilitans, dicitur eum ad natales reſtituere.*

84 *Nobilitas omnis à Principe procedit. Quæ ex natura & eſſentia venit, præferenda eſt nobilitati ex accidenti, num.*95. *Quanto antiquior, tanto clarior, num.*108. *Recentiori præfertur, n.*109. *A virtute diſtinguitur, num.*164.

85 *Et quot modi ſint nobilitatis? remiſſiuè.*

86 *Filius legitimatus an ſit verè legitimus, num.*86. *An dicatur legitimatus naturaliter, an ciuiliter, num.*124.

89 *Populares ſi ex ſtatuto Nobilibus æquiparentur, eorum priuilegio gaudent.*

92 *Donationem factam à Rege, cuius poſſeſſio abſque apprehenſione transferatur, an poſſit donatarius alteri donans renocare, eoquod poſſeſſio per Regem tranſlata ſit.*

93 *Plebeius nobilis effectus, vel externus originarius, an poſſit habere dignitates, vbi extat conſtitutio, aut conſuetudo in contrarium.*

96 *Grauamine appoſito, ſi quis deficiat ſine filiis legitimis & naturalibus, an faciat legitimatus deficere conditionem, & num.*97.

98 *Verbum,* Habeatur, *& ſimilia, poſita in Principis diſpoſitione, an cenſeantur veritatis expreſſiua, & num.*99.

100 *Princeps circa ea quæ ſunt iuris, non videtur inducere fictionem.*

101 *Graduati per reſcriptum an gaudeant priuilegiis conceſſis Graduatis per Vniuerſitatem.*

103 *Ius ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poteſt.*

104 *Iuſta cauſa diſpenſandi in matrimonio eſt, ne ſanguis nobilis cum vili miſceatur.*

106 *Priuilegium generoſitatis quomodo valeat.*

107 *Appellatione* hidalguiæ *an comprehendatur nobilitas naturalis: Et ibi an appellatione Nobilitatis comprehendatur* Hidalguia.

110 *Magis conſideratur aptitudo naturalis, quàm impedimentum accidentale.*

111 *Proximior ſtipiti, à quo nobilitas emanat, nobilior dicitur.*

112 *Princeps ſicut poteſt facere exemptum; an poſſit facere verè & realiter nobilem.*

113 *Stante diſpoſitione, quod patronatus non exeat extrà domum, exhæredatus, vel adoptatus non poteſt eſſe Patronus.*

114 *Ex duobus præſentatis ad ius patronatus præfertur habilitatus de iure communi ei, qui ex diſpenſatione habilitatur.*

115 *Statutum loquens de conſenſu à proximiori præſtando, intelligitur de eo, qui in gradu verè præcedit: non fictè.*

116 *Verba propriè, non per fictionem intelligenda. Et in dubio potius naturaliter quàm ciuiliter, num.*123. *&* 159. *Authoris ſententia, n.*160. *Debentque intelligi ſimpliciter, & non ſecundùm quid, n.*166.

117 *Quæ ſunt de iure ſpeciali, in conſideratione non ſunt.*

118 *Diſpoſitio hominis an ad caſum fictum extendatur.*

119 *Conſtitutio in materia iuris, ſi contra ius commune ſit, in caſu ficto non verificatur.*

120 *Illud in quo requiritur diſpenſatio, dicitur non poſſe fieri.*

125 *Inſtitutus cum grauamine,* Si decedat ſine filiis, *ſi Monaſterium ingrediatur; an illud admittatur.*

126 *Relictum fratri Abbatis intelligitur de fratre ſanguinis, non Religionis.*

127 *Filius adoptiuus an ſuccedat in primogenitura.*

128 *In iure fictio nunquam inducitur, niſi æquitas exigat.*

129 *Verba teſtatoris debent intelligi in caſu vero, & num.*152. *Et de caſu qui venit ex iure communi, num.*136. *&* 174.

130 *Quid quando offenditur voluntas teſtatoris.*

131 *Nouem dies dati proximiori ad retrahendum, currunt à die traditionis veræ, non per Conſtitutum.*

133 *Proximior ad ſuccedendum in fideicommiſſo indicatur ex veritate.*

134 *Subſtitutio, ſi inſtitutus ſine liberis decedat, de veris filiis intelligitur facta.*

135 *Teſtator non præſumitur cogitare de his quæ extrà ordinem veniunt.*

137 *Statutum loquens in primogenito, non habet locum in caſu ficto,& num.*140.*&* 173.

138 *Qui nomen & arma alterius familiæ aſſumit, imaginarius, non verus agnatus dicitur.*

139 *Teſtator cum proximiorem vocat, de vera proximitate,non repræſentata intelligitur, & n.*148.

141 *Fœmina cum propter maſculum excluditur, de legitimo, aut per ſubſequens matrimonium legitimato, non per reſcriptum intelligitur,& n.*161.

142 *Doctrina quædam Ioan.Bot. circa iura agnationis & cognationis examinatur,& n.*143.

145 *Origo non præſcribitur, ſed originis commoda.*

147 *Patria naturalis attenditur, non accidentalis.*

149 *Qui intentat remedium* l.diffamari, C. de ingen. manumiſ & l.ſi contendat, ff. de fideiuſ. *an reus vel actor dicatur? refertur quædam ſententia.*

150 *Contraria.*

151 *In dubio, an quis ſit nobilis iure ſanguinis, aut priuilegij, an præſumatur cauſa naturalis, vel accidentalis.*

153 *Doctores an admittantur ad confraternitates, ad quas ex ſtatuto nobiles, vulgo;* Hijosdalgo, *admittuntur, & n.*155.

154 *Et an ſint de iure Nobiles.*

156 *Aliud eſt nobilitas, aliud nobilitatis priuilegia.*

157 *Exteri impetrantes literas naturalitatis, an poſſint habere beneficia.*

162 *Cauſa naturalis præfertur accidentali.*

163 *Nobilis ex genere præfertur illi, qui propria virtute nobilitatem fuit aſſequutus.*

165 *Præſumiturque nobilis & ſtudioſus.*

168 *Sanguinis qualitas tanquam naturalis,præfertur hæreditariæ.*

169 *Legatum ſi fiat in tempus legitimæ ætatis, an debeatur ei qui ætatis veniam impetrauit.*

170 *Aliud eſt eſſe exemptum, aliud habere priuilegia exemptionis.*

171 *Nobilis ex priuilegio an poſſit nobilitatem renunciare.*

172 *Verba,* de hærede in hæredem maſculum, *intelligi debent de vero hærede per ſanguinem, non per additionem hæreditatis.*

175 *Conditio,* Si nupſerit alicui de familia, *debet intelligi in gradu permiſſo à iure Canonico, non per diſpenſationem.*

176 *Habens facultatem nominandi vnam perſonam ad bona vinculata, an poſſit nominare Rectorem alterius Eccleſiæ.*

177 *Clauſula,* Quorum ordinariæ collationi, *quomodo intelligenda.*

178 *Exteri priuilegia nobilitatis cum derogatione legum Regni habentes, quando nobilitatem in petitorio obtineant.*

182 *Nobiles ſunt immodici honoris appetentiores.*

Poſt numerum 182. inuenies alia Summaria.

SEd in iſta materia animaduertendum eſt, quòd ſi fundator maioratus caueat in maioratu, quòd filius contrahat matrimonium cum muliere *Fijadalgo*, vel filiabus, vel ſucceſſoribus præcipiat, quòd nubat cum hominibus, *Hyosdalgo*, ſatisfacit filius ſi nubat cum muliere *Hyadalgo*, & ita, ſi filia contrahat matrimonium cum homine *Hyodalgo*. Si vero dicat teſtator quòd nubant cum Nobilibus (provt ego vidi in aliquibus maioratibus) non † paretur conditioni à teſta- 57
tore adiectæ contrahendo cum muliere, quæ ſolum eſt *Fiadalgo*, nec mulier nubendo cum eo, qui tantum eſt *Hijodalgo*, quia ad hoc vt quis ſit *Hijodalgo*, ſufficit quod ex parte patris qualitas ei inſit *De hijodalgo*. Ad

hoc autem quòd sit Nobilis, oportet quòd ex parte
58 patris & ex parte matris, & sic ex vtroque parente † sit nobilis, ex *l.3.tit.21.p.2.* ibi: *Ca maguer la madre sea villana, el padre fijodalgo, fijodalgo es el fijo que dellos naciere, e por hijo dalgo se puede contar, mas por nobie:* facit text. in cap. venerabilibus, ibi: *Ab vtroque parente illustrem*, de præbend. & *Osee cap.9.* ibi: *Gloria eorum à partu, ab vtero, & à conceptu*, & ex prædicta *l. Partita*, cessat disputatio Baldi *in l. vltima, C. de seruis fugitiuis*, vbi dicit, quòd loquendo simpliciter & præcisè, non
59 dicitur quis Nobilis respectu matris, sed benè secundùm quid. Quia omne compositum † dicitur de forma & materia.

Et hanc sententiam quòd magis nobilis dicatur
60 † qui ex parte matris etiam est nobilis, sustentat Petrus Rebuffus *in tract. de nomination. quæst. 14. num. 3. cum sequentibus, pagina* 174. de quo puncto vide latissimè Tiraquellum *in tractatu de Nobilitate, cap.18. num.26. cum sequentibus, pagina* 118. vbi inter alia elegantia refert illud Virgilianum *lib.12.* Æneidos: *Genus huic materna superbum Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.* Ad quem addo eleganter Rebuffum *in libro Concordat. rubrica de collation. §. cùm verò, pag.* 388. *cum sequentibus*, Marcum Antonium Cucch. *in libro de institution. maiorum, libro 5. titulo 3. de gradib. cognation. num.15. pag.* 639. & tradit idem Rebuffus *in tractatu de nomination. quæst.12. num.5. cum sequentibus, pag.*174. vbi plura notabilia scribit, ad quos addo Cephalum *in consilio* 605. *num.*63. *libro 5.* & istam meam doctrinam refert nouissimè Fuluius Pacianus *in tractatu de probationibus, libro 2. cap.26. n.*147. *fol.*101. Et quòd filij illegitimi non possint vti insignibus paterni, aut materni generis, tradit Couarruuias *in epitome de sponsalibus, part.2. cap.8. §.6. ad finem, fol.*138. qui refert Chassan. *in Catalog. glor. mundi, part.1. consideration.*15.

Sed est considerandum, quòd ista conclusio, quæ
61 fundata est *in isto num.*57. non † procederet, quando ex consuetudine regionis constaret, quòd homines, communiter eos, qui sunt *Hijosdalgo*, vocant Nobiles. Nam in isto casu, quamvis testator dicat, quòd filius vel nepos contrahat matrimonium cum muliere nobili, censetur conditioni esse satisfactum, si contrahat cum *Fijadalgo*, licèt non sit nobilis, *Lanniculus, ff. de verborum significatione*; *l. librorum* 52. *§. quod tamen Cassius, ff. de legatis, tertio*, cum *concordantib.* & ad hoc facit quod tradit Paulus Castrensis *in consilio* 126. *Dubitatur primo, colum.3. num.4. libro 2.* vbi inquit, quòd si in rescripto, vel alia dispositione fiat mentio Nobilium, intelligendum est de Nobilibus, secundùm cuiusque loci consuetudinem; notat Tiraquellus *in tract. de Nobilitate, cap.*10. *n.*9. *pag.*91.

Sed dubitatur, an filius, cùm prædicta conditio fuit
62 iuncta, quòd contrahat cum filia nobili, sub pœna amissionis maioratus, satisfaciat, & censeatur conditioni paruisse, ducendo eam, quæ nobilis est ex Principis priuilegio aut filia etiam prædicto modo grauata conditionem adimpleuerit, contrahendo cum aliquo, qui ex Principis facultate sit nobilis? Cui dubio † respondet Gregorius Lopez *in dict.l.3. titulo 21. part.2. in gloss.* in verbo, *Con villana*, affirmando, quòd si quis disponat in maioratu, quòd succedens in eo, non contrahat matrimonium cum plebeia, sed cum generosa, aut *Hijadalgo*, satisfacit dispositioni maioratus, si contrahat matrimonium cum muliere, quæ ex Principis priuilegio facta est, *Hijadalgo*; citat ad hoc Gregor. Lopez egregiam doctrinam *Baldi* per textum ibi, *in l. cum ex oratione, ff. de excusat. tutor.* vbi dicit, quod
63 † paria sunt inesse alicui qualitatem per naturam, ac inesse per priuilegium: cui addo eundem Baldum *in l. si filius, ff. si certum petatur*; & *in l. siue possideris, num.3. C. de probation.* Quintilian. Mandos. *in regula 3. reseruationis, quæstione* 18. *num.* 7. *folio* 24. Tiraquel. *in tractatu de primogenitura, quæstione* 34. *numero* 42. *pagina* 249. vbi refert Ioan. Andream, Ioan. Garcia *in tractatu, de nobilitate, glossa 1. §.1. num.42. fol.*49. vbi hoc refert: & alia ad propositum scribit Paris. *in consilio* 141. *num.* 18. *libro* 4. Padilla *in l. clara, num.*10. *in fine, C. de fideicommiss.* & *in l. transigere, num.*85. *pagina* 120. *C. de transaction.* Zasius *in consil.1. num.8 & 9. libro 2.* vbi etiam refert Socinum *in consilio* 1. dicentem, quod frater vterinus pro agnato habetur, postquam Imperator ei tribuit ius agnationis; per *l. si filius, C. de legitim. hæredib.* & *in l. si filius, ff. si quis omiss. caus. testament.* & doctrinam Bartoli *in l. Gallus, §. quid si is, ff. de liberis & posthumis.* Quinimo ex nomine bono, vel malo, arguuntur † mo-
64 res, vt tradit Dominus Valdes *in tractat. de dignitate Regum, cap.3. num.7. folio* 113. ex Probo *in epitome Valerij libro* 10. & loquendo in primogenitura, referendo Baldum *in d.l. cum ex oratione*, tradit & in isto casu successionis primogenitura factæ per priuilegium, Ioan. Cirier, *in tractatu de primogenitura, lib.2. q.5. fol.69. col.4.*

Hinc est, quòd ex priuilegio Principis † quis potest
65 fieri agnatus, & de domo aliorum, licèt sit illegitimus; vt tradit & declarat Bursatus *in cons.*129. *num.*81. *libro 2.* faciunt tradita per Dec. *in cons.*258. *num.*5. Abbatem *in cap. ad audientiam, num.2. folio* 22. *de Cleric. non residen.* Thomam Trinium *decis.59. part.1.* & priuilegium æquiparatur † naturæ, vt per Iasonem *in*
66 *l. si is qui pro emptore, ff. de vsucapion. num.*30. *fol.*127. & Bartholom. Socinum *in consilio 1. num.*10. *libro 1.* & optimè declarat idem Socinus *in consilio* 260. *nu.9. libro 2.* vbi ponit regulam, quòd vbi casus verus & fictus æquiparantur, † dispositio in casu vero, locum
67 habet in casu ficto, per *cap. ad audientiam*, & *cap. cum dilectus, de Cleric. non residen.* & *dict. l. cum ex oratione*; de qua etiam latè agit Roland. *cons.*79. *num.*6. *libro 3.* Socinus Iunior *in l.1. in principio, num.*445. *ff. de acquirenda possession.* vbi tradit illud brochardicum, quod idem operatur † fictio in casu ficto, quòd
68 veritas in casu vero; Tibetius Decianus *respons.*11. *num.*150. *libro 1.* Ioan. Oroscius *in l. ab emptione, num.*73. *ff. de pact.* & alij, quos citat Gratian. *regul.*11. *num.*11. Quintilianus Mandosius *in regul.*16. *r. seruationis, num.*10. *folio* 91. *& regula* 32. *quæst.6. num.2. fol.*105.

Et per hanc regulam tradit Rebuffus *tom.1. ad constitutiones Regias, titulo, de schedularum recognitione, in præfatione, num.*08. *pagina* 195. quòd si quis per contumaciam nolit recognoscere schedulam, † habe-
69 retur verè pro recognita, ac si expressè recognita fuisset; quod volunt Nicolaus Boerius, Episcop. Couar. Auendan. Didacus Perez, quos citat Azeuedo *in l.5. titulo 21. num.14. folio* 38. *libro 4. Recopilationis.*

Et de dicta doctrina Baldi *in dict. l. cum ex oratione*, agit etiam nouissimè Petrus Barbosa *in l. quia tale 14. tomo 2. num.29. pagina* 315. *ff. soluto matrimonio*, & vbi aliquid dependet ex lege, siue ex potestate ipsius, lex ipsa fingendo, vel verbis fictionem denotantibus
70 vtendo, id verè facit, † & non fictè; secundùm Bartolum *in l. si is qui pro emptore, ff. de vsucapion. & in consilio* 62. Antonium *in consilio* 20. & alios, quos citat Tiraquellus *in tractat.* le mort: *part.2. declaratione 6. num.*8. *pag.*87. vbi ex hoc & aliis tradit, an statutum continuans in hæredem possessionem, habeat locum in filio legitimato? De quo tracto *part.3. quæst.*15.

¶ Et priuilegiatus, vt talis, † gaudet priuilegio & 71
beneficio eorum, qui propriè tales sunt, secundùm Baldum *in l. siue possideris, C. de probation.* latè Dec. *in cons.*543. *in replicatione, num.* 6. tradit Aluarus Valascus *consilio* 12. *nu.2.* vbi hoc restringit, † dummodo 72
non sit in præiudicium Tertij. Et pro hoc facit *l. liberos, C. de collationibus*, vbi paria sunt, quòd quis † de 73
iure communi, vel ex speciali priuilegio admittatur, vbi Dec. *num.6. folio* 101. dicit, quòd in his, quæ tempore habilitationis vel restitutionis excogitari potuerunt, ille qui habilitatur ex priuilegio, † est verè talis, 74
secus in his, quæ postea statuuntur: quia saltem in materia stricta, non comprehenderentur illi, qui sunt tales ex priuilegio. Et notat Rebuf. *in praxi beneficial. titulo de dispensatione ad plura beneficia, num.*61. *pagina* 375. & *dict. l. liberos*, citat ad idem Dec. *in consilio* 609. *num.2. & consilio* 695. *num.9.* & idem Dec. *in consilio* 169. *num.1.* Augustinus Beroius *consilio 5. num.*26. *libro 1.* Rebuffus *in Concordat. rubrica, de collation. §. præfati Ordinarij: pagina* 330. *versic. Nam paria sunt*; licèt dicat, quod illa consilia non sunt *Decij*; tamen idem Rebuffus *in tractatu Nomination. quæst.10. num.4. pagina* 160. Resoluit, an Graduatus cum Bulla & priuilegio, possit obtinere nominationes, & beneficia? allegat *l. nemo, C. de Aduocat. diuersor. iudicum*, & alia plura, & legem Hispaniæ, quæ *lex* est hodie 8. *titulo 7. libro 1. Recopilationis*, de qua tractat Ioan. Guttierrez *in practic. quæstion. q.21.22.23.* & conclusionem, de qua per Rebuffum, latè tradit Quintilianus Mandosius *in regulis Cancellariæ, regul.16. quæst.20. per totam, folio* 88.

Facit singularis doctrina Baldi *in consilio* 182. *Statuto ciuitatis Veronæ, libro 2.* vbi tradit, quòd statuta disponentia de non admittendis in Collegium Doctorum, nisi sint ciues originarij, vel habeant certas qualitates, sunt benignè, & non rigidè interpretanda; notant Ægidius Bossius *in practic. criminal. titulo, de vnionibus, num.7. pag.* 401. Ioan. Guttierrez *consilio 7. num.*9. ad quem adde quæ scribit Ioan. de Neuizanis *in sylua nuptiali, lib.4. num.*88. *pag.*335. & quando fictio approbata, veritati prævalet, secundùm Ioan. Igneum *in l.1. §. domini*, el tercero, *num.24. ff. ad Silanianum*, Menochium *in cons.*124. *num.*105. *libro 2.*

Et nobilis legitimatus, † debet gaudere nobilitate 75
Nobilium, ac si verè esset legitimus, vt per plura docet Rebuffus *respons.*123. *per totum.* Et dicit Romanus *in cons.*62. *col.2.* quod appellatione *Ciuis*, comprehen-
76 ditur † ciuis ex priuilegio. Quod latiùs fundat Nicol. Boerius *decis.*260. *num.*23. notat Burgos de Paz *in l.3. Tauri, num.*448. *folio* 226. & melius facit doctrina Bartoli *in l. murileguli, C. de murileg. lib.11.* Ias. *in l.2. num.*147. *C. de iure emphyt.* licèt Thomas Triuius *de-*
77 *cis.*23. *part.2. num.3.* dicat, quòd † distant, esse ciuem, vel haberi pro ciue, per doctrinam Bartoli *in l.3. §. lege Iulia, ff. de adulteriis*: quod latiùs tradit Antonius Gama *decisione* 322. *num.6.* quod infra latiùs tractabitur.

Quod confirmatur ex resolutione Parisij *consilio* 29.
78 *num.1. cum aliis, libro 1.* vbi probat, posse † quem ex priuilegio portare nomen & arma, & insignia alterius familiæ, *ex toto titulo, vt nemini liceat sine ind. authoritat.* & per *titulum. C. vt nemo priuat.* Glos. *in Authentic. de mandat. Princip. §. penult.* & alia plura. Et per le-
79 gitimatos conseruatur † agnatio, & tales dicuntur de familia, & linea testatoris, vt probant Decius *in consilio* 365. *num.5. & 316. num.7. & 8. & in consilio* 433. *num.*19. & alij, quos citant Tiraquellus *in l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, num.*63. *C. de reuocandis donation.* Glos. Parisiens. *in consuetud. Parisiens. part.1. §. octauo, glossa 1. num.*42. Molina *libro 1. de primogen. cap.4. num.*44. *folio* 28. pro quibus est *l.12. Tauri*, hodie *l.10. tit.8. libro 5. Recopilationis*, in versiculo, *Pero en todas las otras cosas.* ¶ Et præsens ex priuilegio
80 quoad omnia, † habetur pro præsenti in his quæ sunt de iure communi præsentibus concessa, secundùm Ioan. Andr. Dominicum, *num.6.* Ancharranum *colum. final.* Franc. *num.8. in cap. final. de consuetud. in 6.* Quintilianum Mandosium *regul.32. de impetrantibus beneficia viuen. quæst.23. n.3. fol.*122.

Et cùm Princeps nobilitat aliquem, dicitur † ad na- 81
tales restituere, vt tradit Tiraquellus *in tractatu de Nobilitate, cap.6. num.3. pagina* 63. & quòd dispositum
82 in casu vero, † habeat locum in casu ficto, vbi eadem est ratio, probatur *in cap. ad audientiam, de Cleric. non residentibus*, cum *concordantibus*, vt per Gregorium Lopez *in l.3. titulo 25. part.3. glossa 1.* & facit resolutio Osasci *decisione Pedemontana 31. num.* 24. vbi tradit, quod priuilegia, quæ competunt viduis, sunt vera priuilegia. Et tantum operatur fictio † in casu quem finxit 83
quantum veritas in casu vero, vt dixi supra *num.*68. & 70. & probat Glos. *in l.1. §. accedat, C. de rei vxoriæ actione*, & Glossa *in Authentic. de sanctissimis Episcopis, §. si vero*, cum *concordantibus*, vt per Bartholomæum Socinum *in consilio 22. nu.16. libro 1.* maximè quando est ratio & causa fauoris, *cap. ad audientiam, de Cleric. non residen. l. Gallus, §. si eius*, vbi Imola. *ff. de liberis & posthumis*, notat Gregor. Lopez *in l.3. titulo 25. part.3.* 84
in glos. *Del Adelantado.* Et omnis † nobilitas procedit à Principe, secundùm Albericum *in l. Imperatores, ff. de Decurion.* per textum *ibi*, Bartol. *in l.1. num.61. C. de dignitat. libro 12.* & alios, quos citat Fuluius Pacianus *in tractat. de probationibus, libro 2. cap.26. num.31. folio 96.* & Paulum de Castro *in l. quoties, C. vbi Senator. vel Clarissimi.* & *in consilio 22. Visis omnibus, colum.2. libro 2.* Glos. Parisiens. *in consuetudin. Parisiensib. part.1. §.9. glos.3. num.4. folio* 120. ad quod alios plures Doctores refert Tiraquellus *in tractatu de Nobilitate, cap.6. pagina 63. num.1. cum aliis*, facit *l.4.5.7.& 8. titulo 1. libro 1. Ordinament.* & *l.7.& 8. titulo 2. lib 6. Recopilat.* & *l.5 cum sequentibus, tit.21. p.2.* & quod tradit Ripa *responsi.*183. *num.7.* & Pragmatica, *in volumine pragmaticarum Domini Regis Ioannis, folio mihi* 173.

Sed hoc Nobilibus Hispaniæ difficillimè persuaderi potest, qui ex egregiis factis Antecessorum Nobiles se esse prætendunt, nec à veritate deuiant; quod istius propositi non est, & remitto ad Azeuedum *in tit. 6.* De los hidalgos, *libro 6. Recopilation. num.*48. *cum sequentibus, fol.*24. ad quem addo notabilissimam remissionem doctissimi Matthæi ab Afflictis *in cap.1. quis dicatur Dux vel Marchio*, vbi ponit † nouem modos 85
nobilitatis, *à num.*8. *vsque ad num.*21. *fol.*139. Ioan. Guttierrez *in practicis quæstionibus, quæstione 17. n.*132. *pagina* 267. & facit *l.6. tit.27. part.2.* quæ probat opinionem Alberici, & quod scribit Otalora *in tractat. de Nobilitat. part.4. cap.1. num.*8. *pagina* 277. Cardinalis Paleotus *de noth. & spur. cap* 62. *num.4. folio* 73. *volumine* 8. *tractatuum*, Chassan. *in Catalog. gloriæ mundi, part.* 8. *consideratione* 17. *folio* 7. *colum.4.* Nicolaus Boerius *in consuetudin. Bituricens. titulo*, Des coustumes entre les Nobles, *artic.7. pag.* 47. Et ista seruiunt pro declaratione quæstionis, quam tractat Otalora *de Nobilitat. part.4. cap.1. n.1. cum sequentibus*, vbi resoluit materiam priuilegiorum nobilitatis.

Item filius legitimatus, † est verè legitimus, secun- 86
dùm Bartolum *in l. si is qui pro emptore, num.29. ff. de vsucapion.* cuius opinio communior est, secundùm Iasonem *ibi, num.*127. & Decium *in consilio* 258. latè Andreas Tiraquellus *in l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, num.*52. *C. de reuocand. donation.* ex quo dixit Rebuffus *tomo 3. ad constitutiones Regias, titulo de matern. possess. artic.9. glos. vnica, pag.*278. *num.*19. quòd cum filius legitimatus nihil differat à filio legitimo & naturali, iuxta textum *in Authentic. quibus modis natural. effician. legitimi, §. si igitur, collat.6.* quod filius legitimatus erit saisitus in possessione ex consuetudine generali Regni Franciæ, ex qua mortuus saisit viuum, tradit Menochius *in consilio 266. num.45. libro 3.* pro quibus est expressa *dict. l.12. Taurina*, ibi: *Pero en todas las otras cosas*, sic etiam scribit Burgos de Paz *in l.3. Tauri: num.*517. *folio* 235. quòd ciuis ex priuilegio, potest esse testis in testamento nuncupatiuo, ex Bartolo *in consilio* 62. & Boerio *decis.*260. *num.*33. & aliis, quæ citat. Et receptus † ad ciuitatem dicitur verè 87
ciuis, secundùm Bartolum *vbi suprà, num.*295. *in dict. l. si is qui pro emptore*; vbi etiam Crotus *num.*96. Bursatus *in consilio* 198. *num.*52. *libro 2.* Lancellot. *in*

Templo Iudicum, libro 1. §. 4. *de præstantia Imperator.* §.21. *num.*3. *cum sequentibus, folio* 89. notanter Abb. *in cap. ex parte, num.*5. *folio* 21. *de Cleric. non residen.* latè Paris. *in consilio* 71. *num.*9. *cum sequentibus, lib.*1. Matienç. *in l.*1. *glos.*5. *tit.*4. *lib.*5. *Recopilationis, fol.*70.
*num.*7. latiùs *in l.*1. *tit.*10. *glos.*5. *num.*1. *cum sequen-*
88 *tibus, folio* 275. vbi etiam tractat, † quando originarius ex priuilegio, sit verè originarius; Gregor. Lopez *in l.*2. *tit.*24. *in glossa in verbo.* maguer, *part.*4. Burgos de Paz *in dict. l.*3. *Tauri, conclusione* 3. *nu.*366. *fol.*217. & vide Cœpolam *in l.*2. *num.*21. *ff. de verborum significatione*, Carolum Ruinum *consilio* 227. *num.*2. *lib.*2. *& consilio* 202. *num.*7. *lib.*1. Rolandum *in consilio* 79. *num.*2. *lib.*3. Nicolaum Boerium *decis.*260. *num.*23. Ruinum *cons.* 227. *num.*2. *lib.*1. Iulium Ferret. *in tract. de Gabellis, num.*208. Cephalum *in consilio* 451. *n.*13. *cum sequentibus, libro* 4. *& in consilio* 171. *num.*34. *lib.*2. quod latiùs tradit Ioseph. Mascardus *in tractatu de probationibus, lib.*3. *conclusione* 1141. *nu.*20. *fol.*35. Quintilian. Mandos. *in regul.*3. *reseruationis, quæst.*19. *num.*6. *folio* 24. Ioan. Guttierrez *consilio* 7. *num.*7. Et si ex statuto populares æquiparentur Nobilibus, po-
89 pulares † gaudent priuilegio Nobilium; vt tradit Tiraquellus *in tractatu de Nobilitate, dict. cap.*6. *num.*55. *pag.*78. per *l.*2. *C. commun. de legat. & in authen. in successione. C. de suis & legitim. heredib.* & alia iura quæ refert.

90 Sed animaduerto singulariter, quòd ciues † ex priuilegio admittuntur ad ea, quæ competunt ciuibus iure ordinario; & non de his, quæ competunt ciuibus ex priuilegio iure extraordinario, vt tradit Carolus Ruinus *in consilio* 200. *num.*19. *libro* 2. & confirmo ex eo quod scribo *infrà, à num.*76. & qualiter ciues effecti
91 etiam incolatu, sint ciues, & † gaudeant pascuis, tradunt Bartolus *in Extrau. Ad reprimend. in* 1. *quæstion.* 5. *quæstion. principal.* & alij plures, quos citat Menochius *in consilio* 390. *num.*1. *cum sequentibus, libro* 4. ad ista legendus. De quo etiam legenda sunt quæ scribit Carolus Ruinus *in rubr. ff. soluto matrimonio, num.*290. *pagina* 43.

Ex quibus confirmo opinionem Tellij *in l.*17. *Tauri, num.*43. *cum sequentibus*, vbi probat, quod si Rex facit donationem, & in ea ordinauit, & statuit, quòd transferretur possessio absque apprehensione, si donatarius
92 faciat alteri donationem cum clausula Constituti, † non potest talem donationem reuocare eo prætextu, quòd possessio per Regem transiata, esset ficta. Et quòd licèt ex forma statuti, vel consuetudinis in ciuitate, vel prouincia, plebeius, vel externus non possit esse Decutio, Prior, vel Consul, Doctor, vel Commendatarius, vel Defensor ciuitatis, aut Legatus, Collegialis, vel Præsens; quòd si per Principem factus sit nobilis,
93 vel de externo originarius, † possit dicta officia, vel dignitates habere, ex pluribus probat Menchaca *de successionum creat. lib.*3. §.30. *num.*291. quem citat Matienç. *in l.*1 *tit.*10. *lib.*5. *Recopilation. glos.*5. *nu.*4. *fol.*275. Et quòd in materia stricta, appellatione *ciuis,*
94 † non veniat nisi natus in ciuitate, volunt Glos. *in l.*1. *in glos. fin. ff. de tutor. & curator. datis ab his*: Bald. *in authen. sed omino. C. ne uxor pro marito*, Ioan. Guttierez *dict. cons.*7. *num.*2.

95 Et nobilitas ex natura & essentia, † præferenda est nobilitati ex accidenti, vt per Iacobum Portium, qui ad hoc legi debet *in cons.*167. *num.*98. Et communis est opinio, quòd si quis grauatur, *si decesserit sine filiis le-*
96 *gitimis & naturalibus*, † legitimatus faciat deficere illam conditionem; vt volunt Ioan. Andr. *in tit. de succes. ab intestato, §. fin.* Angel. *in disputation. Quidam nobilis genere*, Anton. *in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi*; & alij infiniti, quos citant Roland. *in cons.*85. *num.*19. *lib.*3. & tracto *infrà, à num.*140.

Ad quæ omnia addo elegantem conclusionem, quam tradit Curtius Senior *in cons.* 49. *num.*41. inquiens,
97 † quòd licèt verbum, *Habetur*, & similia, denotent fictionem, si ponantur in dispositione Principis iuxta illud, quod potest esse verum secundùm veritatem & proprietatem; tunc censentur magis verba proprietatis † & veritatis expressiua, quàm improprietatis vel 98
fictionis significatiua; allegat Bart. *in l. si is qui pro empore, in* 3. *quæst. principal. circa finem, ff. de vsucapion.* † qui etiam ex Bart. *in l. sed si hac, §. patronum, ff. de in* 99
ius vocand. addit, quòd Princeps circa ea, quæ sunt iuris, non censetur inducere fictionem, † sed veritatem: 100
cum in his quæ iuris sunt, habeat plenissimam potestatem; & faciunt *leges* 5. 6. 8. *tit.*7. *lib.*1. *Recopilation.* in quibus fuit necessaria prohibitio & dispositio specialis, ad hoc vt Graduati per reseriptum, † non pos- 101
sint gaudere priuilegiis concessis Graduatis per Vniuersitates, & per examen; vt latius in illis legibus continetur; quasi quòd si illud non fuisset expressè prohibitum, poterant de iure gaudere virtute priuilegiorum & rescriptorum, omnibus priuilegiis concessis Graduatis per examen in Vniuersitatibus. Ad quod est legendum quod scribit *in tract. de creditore adducendo, cap.*16. *num.*146. *fol.*131. oblitus *de illa lege* 5. Auiles *in proœmio correctorum, num.*21. *fol.*6.

Et licèt ex his, & aliis similibus rationibus dictum *Gregorij Lopez* prima facie coloratum videatur, † ego 102
vero minimè puto: cum considero, quòd testatores, qui prædicta præcepta, grauamina, & vincula faciunt, grauando filios, vel filias, vel nepotes, aut alios descendentes, ne matrimonium contrahant, nisi cum mulieribus nobilibus; maximè exoptant propriæ familiæ, & generationis augmentum, & conseruationem, & quòd in dies crescat tam in nobilitate, quàm in diuitiis, & in aliis qualitatibus, quando dictum grauamen, & alia similia iniungunt, non solum tractant & respiciunt, quòd descendentes grauati fruantur priuilegiis, & præeminentiis, Nobilibus competentibus de iure communi & Regio, sed & illud mirum in modum anxij & solliciti curant, vt posteritas eorum & descendentes in infinitum ius sanguinis, quod nullo iure ciuili † dirimi 103
potest (provt alias inquit Consultus *in l. iura sanguinis, ff. de regul. iur.*) habeant ex omnibus latcribus perfectum, & incommutabile, & absque aliqua labe & macula, & quod quotidie magis illustretur: nam *Exaltat virtus, nobilitatque genus*, vt tradit Lucas de Penna *in l. mulieres, C. de Dignitatibus, lib.*12. quem citat Matthæus ab Afflictis *in cap. si vero, de controuersia inuestituræ; num.*8. *fol.*22. & est iusta causa † disponendi 104
in matrimonio, vbicunque agitur, quòd sanguis nobilis non misceatur cum vili, vt ex doctrina *Decij* & aliorum, tradit Sforcia Oddi *in tract. de in integrum restitution. part.*2. *quæst.*60. *art.*2. *num.*17. *pag.*723. Et est notabile exemplum Abraham; quem citat Tiraquellus *in septima lege connubial. num.*68. *fol.*119. Et contra † doctrinam Gregorij Lopez inter alia plura inducit 105
etiam potest, *l.*12. *tit.*21. *part.*2. in illis verbis: *El linage no se puede comprar*, per quam *legem* dicit *ibi* Gregor. Lopez *in glos.* in verbo, *La honra*, quod priuilegium generositatis concessum per pecuniam, non valet, † nisi derogetur illi *legi* 12. & *dict. l.*33. *tit.*21. *part.*2. 106
ibi: *Hidalguia, segun diximos en las leyes antes desta, es nobleza que viene a los hombres por linage.* Et ad *dict. l.*12. addo Tiraquel. *in tract. de nobilitat. cap.*8. *nu.*14. *fol.*82. & Auendan. *in dictionario*, in verbo, *Milites*, vbi per illam *legem* inquit in ista materia, quòd appellatione *Hidalguia* comprehenditur nobilitas † natura- 107
lis; sed appellatione *nobilitatis*, non comprehenditur *Hidalguia*: quæ conclusio dubitabilis mihi videtur.

Item licèt nobilitas proueniat à Principe (vt supra dictum est) quanto quis antiquitus ex progenitoribus 108
est nobilis, † est etiam maior & clarior, *l.*2. §. *quæ omnia, versic. Sed Anatolium, in verbo, vir antiqua stirpe, C. de veteri iure enucleand.* quem textum notat ad hoc *ibi* Alberic. Ad idem est text. *in l. prouidendum, C. de postuland.* & *in l.*1. *C. de iure aureo. annulor.* vbi dicitur, *natales antiquos*; de quo vide Tiraquellum *in dict. tract. de*

*de Nobilitat. cap.*19. *num.*1. *cum aliis, pag.*124. cui adde Rebuf. *in tract. de nominat. q.*14. *num.*4. Cephal. *in dict. cons.*615. *num.*33. *lib.*5. Iacob. Portium *in eadem causa*, Consultum, *in tit. Duces Ferrariæ, & Florentiæ, in cons.*167. *num.*37. Lancellot. Conrad. *in Templo Iudicum, §.*1. *de ornatu corpor. Imperator. quæst.*12. *num.*2. *fol.*5. *libro* 1. *cap.*1. Ioan. Guttierrez *lib.*3. *quæstionum practicarum, quæst.*17. *&* 18. *num.*158. *pag.*264. Ex quibus resoluit Tiberius Decianus *respons.*21. *nu.*44. *lib.*1.
109 quòd familia antiquior † præfertur recentiori: & ma-
110 gis † consideratur aptitudo naturalis, quàm impedimentum accidentale. *l.*2. *ff. de adoption.* tradunt Lapus *allegatione* 101. *num.*12. Quintilian. Mandos. *in tract. de signatura gratiæ, vers. Adoptandi indultum, fol.*87. & *l.*2. *tit.*21. *part.*2. ibi: *E como quier que estos que la ganan por su sabiduria, y por su bondad, son por derecho llamados Nobles e Gentiles: mayormente lo son aquellos que lo son por linage antiguamente, e fazen buena vida, porque les viene de luenge como heredad.* per quam *legem*, dubia redditur dispositio textus *in l. stigmata, ff. de gradibus*: in quo probatur, quòd in nobilitate requiritur antiquitas; quia non nascitur in ictu oculi, secundùm Baldum *in præludio feudor. in vltima diuisione*, & Glos. Parisiens. *in consuetudin. Parisiens. tit. de materia feudal.* §.9. *glos.*3. *fol.*120. *num.*2. *ad finem.* ad quam *legem Partitæ* vide etiam Otaloram *de Nobilitat. part.*2. *cap.*3. *num.*8. *folio* 14. ¶ Et dicitur quis magis nobilis;
111 dum est proximus † stipiti, à quo causatur nobilitas. Et sic filius Comitis est magis nobilis, quàm nepos, secundùm Staphil. *de literis gratiæ, & iustitiæ: de prærogatiuis Expectantium, vers. videndum est nunc de sexta parte principali, pag.*249. ¶ Et licèt Princeps possit aliquem
112 facere † *Exemptum*; non tamen potest verè & realiter facere eum *Nobilem*; vt per Otaloram *de Nobilitate, part.*3. *cap.*6. *num.*4. *pag.*107. & Scholaris de aliquo loco, non sufficit esse ex accidenti, vt putà; quia ibi morabatur, sed debet esse verè naturalis, vt tradit Rebuf. *in tract. de priuilegiis scholasticorum; priuileg.*92. Burgos de Paz *in l.*3. *conclus.*3. *num.*425. *fol.*224. & Cephal. *in cons.*246. *num.*28. *lib.*2. Et contra Otaloram faciunt quæ scribit Fuluius Pacian. *in d. tract. cap.*26. *num.*33.

Rursus stante dispositione, quòd ius patronatus non exeat extra domum, vel parentelam, exhæredatus; vel
113 adoptatus † non potest esse patronus, vt pluribus probat Lambertin. *de iure patronatus, lib.*1. *artic* 9. *fol.*134. Cui consentit egregia doctrina Decij *in consilio* 609. num.11. vbi scribit, quòd ex duobus præsentatis ad ius
114 patronatus † præfertur ille, qui est habilitatus de iure communi, ei, qui ex dispensatione, est habilitatus, per *l. cius militis, §. militia missus; ff. de testament. milit.* ¶ Et statutum loquens de consensu à proximiore præ-
115 stando, est intelligendum de proximiore † qui in gradu præcedit verè, & non fictè, secundùm Baldum *in l. vltima, C. de verborum significatione*, Salicet. & Alexand. *in l. vltima, C. de testament. milit.* Tibet. Decian. *in cons.*1. *num.*377. *lib.*1. Et assensus præsumptus non comprehenditur in statuto faciente mentionem de assensu, & requirente assensum secundùm Ioan. Andr. *in cap. sciant cuncti. de election. in* 6. & alios, quos citat Thom Grammaticus *decis.*103. *num.*197. Et habens facultatem nominandi certam personam idoneam ad Capellaniam, non potest nominare Vniuersitatem beneficiatorum, quia est persona ficta, vt per Aluarum Valasceum *consult.*27. *num.*7.

Sed & idem Decius *in cons.*695. *num.*18. *cum sequentibus* scribit, quòd si sit dispositum, quòd præsentetur persona idonea ad beneficium non sufficit præsentare eum, qui idoneus sit per dispensationem: quia verba
116 † debent intelligi propriè, & verè, & non per fictionem; vbi ad hoc citat Nicolaum Miles *in repertorio, in verbo, faciendas, & l.*1. §. *hoc interdictum, ff. de fonte*: & *in l. si ita quis, §. is cui, ff. de legat.*2. & tradit regulam,
117 quòd ea, quæ sunt de iure speciali, † non sunt in con-
fideratione, *l.*4. §.1. *ff. de fideicommiss. libertat.* & dispo- 118
sitio hominis non † extenditur ad casum fictum, vt
explicant Bartholom. Socinus *in l.*3. *in principio, n.*14. *ff. de acquirend. possess.* Cephal. *in cons.*364. *num.*67. *lib.*3. & prius *num.*55. & 56. alia ad propositum scribit. ¶ Et constitutio loquens in materia iuris, si est
contra, vel præter ius commune, † non verificatur in 119
casu ficto, secundùm Abbatem *in cap. cum dilectus, num.*5. *fol.*22. *de Cleric. non residentibus*: & statutum de præferendo Canonicum receptum primò, non intelligitur de fictè recepto, vt tradit Berous *in cons.*7. *n.*11. *lib.*1. Et adduco aliam regulam, quòd illud † in quo 120
requiritur dispensatio, dicitur non posse fieri, secundùm Glos. *in cap. gratia, in verbo, non potest. de rescript. in* 6. & *in cap. ventum, verbo, non possum, 1. quæst.*1. tradit Alexand. *in cons.*75. *num.*14. *lib.*1. & notat Abbas *in cap. quoad Dei timorem, de statu Monachor.*

Et ista maximè procedunt in exorbitantibus, in quibus disposita in casu vero, † non habent locum in casu 121
ficto, *l.*3. §. *hæc verba, ff de negot. gest.* vbi Bart. & alij allegati per Riminald. *in l.*1. *in fin. C. de in ius vocand.* Osasc. *decis. Pedemontana* 31. *num.*15. Quod etiam confirmo per textum *in l. si ita quis in testamento, §. fin. ff. de legat.*2. vbi Glos. concordantes refert, vbi Bart. & alij, quos refert Simon de Prætis *lib.*4. *de interpretand. defunct. voluntat. dubitat.*1. *nu.*7. *fol.*44. & idem quod scribit Decius *in dict. cons.*695. tradit *in cons.*5. *num.*13. *&* 14. ex Bart. *in l.* 1. §. *hæc verba, ff. de negotiis gestis, & in l.*1. §. *hoc interdictum, ff. de fonte*: facit text. *in l. si ita quis, §. is cui, ff. de legatis* 2. & *l. fideicommissum, ff. de conditionibus & demonstrationibus, l. cum pater, §. hæreditatem, ff. de legatis* 2.

Item contra Gregorium Lopez facit, † quia licèt 122
ille sit nobilis, quem priuilegium nobilitat, negari tamen non potest, quin in Republica magis æstimetur ille, quem Princeps nobilitauit: & testator cùm posuit dictum grauamen, potiùs respexit ad nobilitatem generis, quàm ad nobilitatem acquisitam ex priuilegio. Quia verba in dubio naturaliter, † & non ciuiliter de- 123
bent intelligi: *l. ex ea parte, §. insulam, ff. de verborum obligationibus; l. vltima, C. de his qui veniam ætatis impetrar.* de quo agit Gomezius *in regul. de idiomate, q.*9. *pag.*255. Menochius *in consil.*266. *num.*1. *lib.*3. facit *cap. susceptum, de rescript. lib.*6 *l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iure fisci: l.*1. §. *qui in perpetuum, ff. si ager vectigal. vel emphy. l. filio quem pater, ff. de inoffic. testam.* ibi: *Ne imagine naturæ veritas obumbretur.* De quo per Iasonem *in rubr. ff. de nou. oper. nuntia.* Hinc fit, quòd filius legitimatus, non dicitur naturaliter, † sed 124
ciuiliter legitimus, secundùm Ancharanum *in cons* 225. *num.*2.

Et ex hoc decidunt Bald. *in l.*1. *C. de condition. inseri.* Salicet. *in authen. nisi rogati, C. ad Trebellianum*, Ioan. Andr. & Hostiens. *in cap. Raynaldus, de testam.* quòd si quis instituat filium suum, & grauauit quòd si decederet sine filiis ex sua carne vel corpore procreatis, si institutus ingrediatur monasterium habeatur loco filij, propter illa verba naturalitatem importantia, non † admittitur 125
monasterium, tradit Nicolaus Boerius *in consuetud. Bituricens. tit.* les coustumes: *pag.*159. de quo legenda sunt quæ scribo *part.*2. *q.*3. *per totam*: & faciunt quæ scribit Caldas Pereira *in tractatu de nomination. ad emphyteusim, q.*22. *num.*32. *folio* 258. Et relictum fratri talis Abbatis, † intelligitur de fratre sanguinis, non 126
Religionis, secundùm Baldum & Abbatem *in cap. licèt, de officio Delegat.* & alios, quos citat Mantica *de coniecturata mente defuncti, lib.*8. *tit.*17. *num* 6. *folio* 119. Quibus addo multa notabilia, quæ ad propositum huius regulæ scribit Lucas de Penna *in l. vnica, C. de impon. lucrati. descript. lib.*10. *fol.*70. *col.*1. *in principio, in versic. verbum enim potissimè*: Nicol. Boerius *decis.*114. *num.*6. Cephal. *in cons.*88. *nu.*27. *lib.*1. & Tiraquel. *in d. l. si vnquam, in verb. suscepcrit liberos, num.*17. *& in tract. de primogen. q.*1. *num.*10. *pagina* 70. *& q.*40.

n.134. *pag.*295. vbi ex hoc infert, an patruus præferatur nepoti in successione primogenituræ ; & statim *num.*136. *& in quæst.*84. *num.*6. *pag.*397. vbi ex aliis post Glos. Parisiens. quam ipse refert, tenet, quòd filius
127 adoptiuus non succedit † in primogenitura : tradit Quintilianus Mandosius *in regul.*22. *de vnione, num.*8. *fol.*20. Et quòd differant nobiles ex priuilegio à nobilibus ex genere, tradit Baëza *in tractatu de inope debitore, cap.*16. *num.*43. Et an Milites Ordinum possint vti insignibus militaribus & sint nobiles, tradit Perez de Lara *in tract. Capellaniarum, lib.*2. *cap.*4. *num.*104. *pagina* 326.

Quæ maximè procedunt in pœnalibus, in quibus statuta loquentia de personis, non intelliguntur de personis fictis, secundùm Antoninum *in cap. graui notab.*4. *de præbend.* & alios plures, quos citat idem Mandosius *regul.*34. *de annali, q.*22. *num.*3. *fol.*156. *& eadem regula, q.*52. *num.*7. *fol.*174. Et fecit, quia in lure
128 † nunquam fictio inducitur, nisi æquitas exigat, *l. postliminium. ff. de captiuis* : volunt Bart. *in l. si is qui pro emptore, num.*23. 26. *&* 67. *ff. de vsucapion.* Baldus *in l. si ea quæ, C. qui accusar. non poss. Episcop.* Sarmiento *libro selectarum, p.*1. *defens. moniторio* 23. *num.*5. *fol.*16.
129 Et verba testatoris † debent intelligi in casu vero, & non in ficto, *l. fideicommissum, ff. de conditionibus & demonstrationibus* ; tradunt Alexand. *in consilio* 21. *num.*1. *lib.*1. Menoch. *in cons.* 97. *num.*86. *lib.*1. & *in tract. de præsumption. præsumpt.*83. *num.*29. *fol.*142. Ad quod etiam faciunt scripta per Manticam *lib.*11. *de coniecturata mente defuncti, tit.*8. *num.*2. *pag.*498. Curtium Iuniorem *in cons.*247. *num.*38. *lib.*2. & eadem regula traditur à Tiraquello *libro* 1. *de retractu, §.*1. *glos.*11. *num.*7. *pag.* 261. *&* 262. *§.*4. *glos.*6. *num.*918. & *in tractatu de primogen. q.*34. *num.*17. *pagina* 244. & plura scribit Additionator Seguræ *in l. coheredi, §. cum filio, num.*54. *ff. de vulgar.* Cephal. *in cons.*395. *num.*29. *lib.*3. Et scribit Decius *in cap. in præsentia, num.*58. *in*
130 *fine, de probation.* quod † quando offenditur voluntas disponentis testatoris, dispositio est intelligenda verè, & non fictè. ¶ Et nouem dies quæ dantur proximiori
131 ad retrahendum rem venditam, † currunt à die traditionis factæ verè, & non per Constitutum, vt resoluit Anton. Gomez *in l.*70. *Taur. n.*17.
132 Et fictio † non attenditur, quando agitur de interpretanda voluntate testatoris, vt probat Menoch. *in cons.*82. *num.*71. *cum sequentibus* ; & *in consilio* 111. *num.*13. *lib.*1. & alia ad propositum scribit Mantica *de coniecturata mente defuncti, lib.*3. *tit.*4. *num.*15. *pag.*69.
133 Et proximior ad succedendum in fideicommisso, † iudicatur ex veritate, & non ex iuris fictione ; & ideo patruus nepoti præfertur, secundùm Baldum *in l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de legatis* 2. & est magis communis opinio, secundùm Capram, Parisium, Michaelem Graf. quos citat nouissimè Antonius Thesaurus *decision. Pedemontana* 61. *num.*12. qui ad hoc citat cum magna laude Episcopum Couarru. *in pract. quæst. cap.*38. *num.*4. Sed quæstio est maioris examinarione digna, & non est istius loci. Et substitutio facta si institutus de-
134 cesserit sine filiis, intelligitur † de veris filiis, non de fictis, secundùm Paulum de Castro *in cons.*30. *lib.*1. per *dictam legem vltimam*, & alios, quos citat Ioan. Gutierrez *in quæstionibus Canonic. q.*32. *n.*49.

Ex hoc venit alia conclusio in ista materia singula-
135 ris, quòd testator † non præsumitur cogitare de his, quæ extra ordinem veniunt, vt per regulam *d. l. vltima, C. de his, qui veniam ætatis impetr.* volunt Carol. Ruinus *in l. Gallus, §. & quid si tantum, num.*36. *ff. de liberis & posthumis*, idem Mantica *de coniecturata mente defuncti, lib.*6. *tit.*6. *num.*17. *pag.*226. qui ex Curtio Iun. *in consilio* 54. *num.*13. maximè *in fine*, addit, quòd verba
136 testatoris † debent intelligi de casu, qui venit ex iure communi non speciali per dispensationem ; quod etiam scripsi 4. *part. q.*40. *à num.*26. Et statutum loquens de
137 primogenito † non habet locum in casu ficto, secundùm Iacob. & Baldum *in l. quoties, C. de rei vend.* Gratum *in cons.*25. Tiraquellum *in libro de primogen. q.*40. *num.*34. *pag.*293. *& in numeris sequentibus.* ¶ Et ille, qui assumit nomen & arma alterius familiæ, † dicitur 138
imaginarius, & non verus agnatus, vt probat Cephalus *in cons.*251. *num.*58. *lib.*2. vbi consuluit in statu de Albuquerque, qui ad hoc citat Decium *in consilio* 258. *num.*6. Socinum Iuniorem *in consilio* 36. *num.*55. *&* 57. *lib.*3. quod confert ad ea quæ scribo *infrà, part.*2. *q.*4. *illat.*8. Pro quibus facit notabilis doctrina Alexandri *in consilio* 55. *num.*1. *lib.*6. vbi tradit, quòd translati in ius agnationis non sunt propriè agnati, nec comprehenduntur sub statuto faciente mentionem de Agnatis, ex Bald. *in l. lege, in fine, & in l. meminimus, C. de legitimis hæredib.* Et quando testator vocat proximiorem, intelligitur † de vera proximitate, non de repræ- 139
sentata, vt per Petram *de fideicommiss. q.*11. *num.*55. *pag.*248. *& num.*100. Hinc etiam est, quòd constitutio faciens mentionem de primogenito, intelligitur de vero & † proprio primogenito, secundùm Socinum Seniorem *in cons.*252. *col.*4. Menochium *cons.*211. *num.*28. 140
*lib.*3. *& in cons.*97. *nu.*117. *& in aliis numeris, ib.*1. & *in tractatu de præsumption. lib.*4. *præsumpt.*81. *num.*14. *fol.*136. *& præsumpt.*83. *num.*19. *fol.*142. Glos. Paris. *in consuetud. Paris. p.*1. *§.*8. *glos.*1. *n.*49. *&* 54. *fol.*109. *&* 110. qui tradit quòd ad consequendam primogenituram oportet, quod quis sit naturaliter & verè legitimus. Ex quo venit, quòd quando fœmina propter masculum excluditur, intelligitur de masculo legitimo, aut
141 legitimato per subsequens matrimonium, † non de legitimato per rescriptum, secundùm Baldum *in cap. per tuas, num.*8. *de maioritat. & obedien.* Iasonem *in l.*1. *n.*31. *C. quando non petentium partes* : & alios, quos citat Molina *in hac materia maioratuum, lib*3. *cap.*5. *nu.*75. *folio* 44.

Et circa tradita per Cephalum *in dicto consilio* 251. 142
† animaduerto ; quod Ioan. Botta *in consilio* 7. *num.*30. *cum sequentibus*, tradit, quòd ius agnationis, quia mutabile potest tolli ; non etiam ius cognationis, quia hoc est naturale & immutabile : & ius agnationis est de iure ciuili : qui ad hoc citat Angelum *in §. quod autem, Instit. de capit. diminution.* Socinum *in l. si cognatis, num.*1. *ff. de rebus dubiis*, Cagnolus *in l. iura sanguinis, num.*1. *ff. de regulis iuris*, † quæ resolutio mihi difficilis videtur propter textum expressum *in l. ius agnationis pacto tolli non potest, ff. de pact.* & faciunt quæ scribit 143
Menochius *consilio* 220. *num.*117. *cum sequentibus*, circa id, quod scribit Ancharranus *in dicto loco.* ¶ Et graduatus nubere in familia, † intelligitur secundùm ius 144
commune, & non per dispensationem secundùm Curtium Iuniorem *in cons.*54. *num.*13. *&* 14. Manticam *de coniecturata mente defuncti, lib.*11. *tit.*18. *num.*7. *pag.*358. per regulam *d. l. vltim. C. de his qui veniam ætatis impetr.* Et origo non potest præscribi, † sed com- 145
moda originis, secundùm Baldum *in rubric. de præscript. ad finem*, Boerium *decis.*123. *num.*35. ¶ Item ille, qui pro præsente ex priuilegio habetur, intelligitur in illis, quæ sunt de iure communi concessa, † non autem in 146
illis, quæ competunt præsentibus ex statuto, vel consuetudine, secundùm Ioannem Andream *in cap. final. de consuetudin. lib.*6. Petrum de Ancharran. *in fines* Dominicum *num.*6. Franc. *num.*8. & facit quod scribo *supra, num.*50. quod latiùs tradit Quintilianus Mandosius *in regul. Cancellar. regul.*32. *q.*23. *num* 3. *fol.*122. ¶ Et patria naturalis alicuius † attenditur, & non acciden- 147
talis, provt in notabili casu tradit Menochius *in consilio* 112. *num.*61. *lib.*2. quod confert ad alia quæ notantur *infrà, q.*57. Et proximitas † est attendenda vera 148
& naturalis, & non ficta, vt tradunt Cephal. *in cons.*489. *n.*8. *&* 9. *lib.*4. Thesaurus *decis.*65. *n.*2.

Ex quibus infero confirmationem ad opinionem existimantium, quòd si quis intentet remedium *l. diffamari, C. de ingenuis & manumiss.* & *l. si contendat, ff. de fideiuss.* quia causa naturalis est magis attendenda,

† dicitur

149 † dicitur reus, & non actor ; inter quos sunt Abbas *in cap. ex parte, num.*5. *de restitut. spoliator.* & *in cap. si quis contra Clericum, de foro competent.* Capitius *decisione* 18. & alij, quos citat Episcop. Couarr. *resolution. lib*1. *cap.*18. *num.*5. qui communiorem vocat opinionem : & idem dicit Gregor. Lopez *in l.*46. *tit.*2. *part.*3. & plures citat Osascus *decis. Pedemont.*151. *num.*4. & Menochius *de arbitr. casu* 98. *num.*7. licèt
150 plerique è contra † sentiant, inter quos sunt Paulus de Castro *in l. in criminali, num.*3. *C. de iurisdict. omn. iudic.* Matthæus ab Afflictis *decis.*68. Decius *in consilio* 686. *num.*23. Menochius qui plures citat *de retinend. possess. remed.*1. *num.*95. Pro quibus pondero egregiam *l.*1. *tit.*2. *part.*3. à nullo ex nostris Hispanis ponderatam : & punctum examinant Felin. *in cap. si quis contra Clericum, de foro competent.* Nicolaus Boerius *decis.*114. *num.*8.

Et per prædicta etiam inferri potest ad decisionem
151 quæstionis quotidie contingentis : † Nobilis qui super nobilitate litigat, probat exemptionem per plures testes deponentes esse nobilem iure sanguinis ; fiscalis & Concilium probant quod fuit exemptus non iure sanguinis, sed ob aliam causam extrinsecam ; an in isto casu præsumatur causa naturalis, scilicet, sanguinis, vel causa accidentalis ? qua in re arbitrium Iudicis erit maximi momenti, sicut in cæteris probationibus : & ad confirmationem dictæ regulæ addo Gregorium Lopez *in l.*1. *tit.*20. *part.*2. *glos.*2. & quæ scribit Burgos de Paz *in l.*3. *Taur. part.*1. *num.*480. *cum sequentibus, fol.*229. vbi ex hoc disputat, an Domini Regni possint dici vicini in locis, in quibus dominium
152 habent licèt inibi non habitent. ¶ Et † non semper cuius ex priuilegio, æquiparatur ciui originario, vt latè, & eleganter probat Alciatus ad hoc legendus *responso* 65. *n.*1. *&* 2. & Thomas Grammaticus *cons.*5. *n.*1. cum aliis, & *cons.*105. *n.*11. *lib.*2.

Ex quibus disputatum vidi in hac Regali Cancellaria : statuto quodam cautum est, quòd Nobiles tantum (quos nos vocamus *hijosdalgo*) admittantur ad
153 quandam Confraternitatem, an Doctor † admitti possit ad talem confraternitatem ? Nam Doctores nobiles
154 sunt de iure, † secundùm Cynum *in l. prouidendum. C. de postuland.* Bartol. Lucam de Penna, & Ioan. de Platea *in l. Indices, C. de dignitat. libro* 12. Bald. *in l. nemini, C. de Aduocat. diuersor. iudic.* Angelum *in l. sed si susceperit, §.*1. *ff. de iudiciis*, Guido Papæ *decis.*88. & alios, quos citat Tiraquellus *in tractatu de nobilit. cap.*1. *n.*3. *pagina* 60. ad quem addo Rebuffum *in tract. de nomination. q.*15. *num.*40. *pag.*219. Ioan. Garcia *in tract. de nobilitat. glos.*35. *num.*4. *cum sequentibus, folio* 341. & inibi *num.*3. hoc refert, & prius 9.1 *num.*5 *fol.*50. De quo legendus est Felin. *in cap. super eo, num.*5. *de testibus*, Chassan. *in suo Catalogo : p.*8. *considerat.*17. Tiraquel. *in tract. de nobilit. cap.* . *num.*55. *pag.*789. *& num.*56. Auiles *in proœmio capitulorum, num.*21. *folio* 7. ¶ Et
155 quod Doctor ex priuilegio † non admittatur ad ista, vel alia similia, tradit Guido *dicta decis* 88. *num.*3. *& decis.*388. *Quod verò ad Doctores, num.*11. Quintilian. Mandosius *in regul.*16. *reseruationis q.*10. *num.*1. *fol.*88.
156 Et aliud est nobilitas, aliud nobilitatis priuilegia, vt tradit Baeza *in tract. de inope debitore cap.*16. *num.*43. *fol.*113. Et distat probatio adulterij ficta, à vera probatione, vt declarat Barbosa *in l.*2. *in principio, ff. soluto matrimonio, num.*74. *pag.*615. & faciunt *l.*8. *&* 9. *tit.*7. *lib.*1. *ordinam. noui.* Ad hæc facit, quòd exteri in
157 Regno † possunt habere beneficia vbicunque impetrant literas naturalitatis, vt tradit Rebuffus *in tractatu de Nominat. q.*9. *nu.*55. *pag.*157. *& q.*22. *nu.*16. *pag.*262. de quo legendæ sunt *l.*14. 15. 16. 17. 19. *&* 20. *tit.*3. *lib.*1. *Recopil.*

Ad hæc etiam facit, quod scribit Rebuffus *in l. pronuntiatio, §. iure proprio, l.*195. *pag.*857. *versic. interdum, ff. de verborum significatione*, vbi post Iacob. *in l.*1. *n.*8. *C. ne liceat potentior.* tradit, quòd si quis disponat, quòd bona sua vadant ad aliquem *maiorem de domo,* † intelligitur de maiore ratione ætatis, quia verba 158
† naturaliter, & non ciuiliter sunt intelligenda ; & tra- 159
dit Bald. quem citat Ancharran. *in cap.*1. *col.*4. *vers. consuluit Bald. de constitution.* quos refert & sequitur Tiraquellus *in tractatu de primogen. quæst.*1. *num.*10. *pagina* 70. Caldas Pereira (licèt breuiter se expediat) in quæstione ista arduissima, *de renouation. emphyt. q.*19. *num.*4. *folio* 144. quod latius tradit Franciscus Mantica *in tractatu de coniecturata mente defuncti. lib.*8. *tit.*10. *num.*1. *pagina* 341. eleganter Parisius *in consilio* 19. *num.*124. *cum sequentibus, libro* 2. Alexand. *in consilio* 123. *num.*2. *libro* 1. Petrus Surdus *decis.*303. *num.*2. † quod in praxi cautè obseruandum est ad ex- 160
clusionem filij primogeniti, qui cum patruo litigat, cum pro filio contra patruum assistat *l.*40. *Tauri*, cum *concordantibus* ; & de dicto puncto quem tractamus, præter Rebuffam & Manticam, legendus est Rolandus *in cons.*70. *num.*31. *lib.*3. Simon de Pratis *lib.*3. *de coniecturata mente defuncti, interpret.*3. *d. b.t* 4. *solut.*2. *num.*18. *fol.*3 ; 4. quod ante istos tradit Felin. qui alios refert *in rubr. de maioritat. & obedient. num.* 2. & est egregia resolutio Molinæ *lib.*3. *de primogen. cap.*5. *n.*75. Iaso *in l.*1 *n.*31. *C. quando non petent. part.* . Decius *in l. vt liberis, num.*8. *C. de collation.* Tiraq. & alij, qui resoluunt, quòd quoties fœmina propter masculum excluditur, ea dispositio de masculo legitimo, aut per se-
quens matrimonium † intelligitur : non autem de legi- 161
timato per rescriptum Et natura potius, quàm aduentitij casus consideratur, Glos. *in l. vendicatio, ff. de rei vendic.* cum *concordant.* vt per Zasium *in cons.*4. *n.*25. *lib.*1. Sic opinatur Matth. de Afflict. *in constitut. Neapolit. rubr.*36. *num.*35. quòd pupillus potest vocare ad Curiam Regis, viduam, pauperem, & aliam personam priuilegiatam, quia † causa naturalis præfertur acciden- 162
tali. De quo legendus est Episcopus Couarruuias *in practicis quæstionibus, cap.*7. *n.*4. *vers. primus etenim.*

Item nobilis ex genere † præfertur illi, qui ex pro- 163
pria virtute consequutus fuit nobilitatem, secundùm Bartolum *in l* 1. *C. de dignit. lib.*12. contra Cynum *in l. prouidendum, C. de postuland.* vbi Bartolus dicit, quod Nobilitas propriè loquendo est separata à ir- 164
tute : & pro *Bart.* contra *Cynum* est expressa *d. l.*2. *Partitæ*, quam supra retuli. De quo puncto legenda sunt quæ scribit Azeuedo *in l.*3. *Taur. lib.*6. *recopil. n.m.*12. *fol.*12. Et nobilis † ex genere præsumitur vir nobilis 165
& studiosus, & è conuerso : *l. quòd si nolit, §. si mancipia, ff. de ædili. edict. & l.*6. *&* 7. quæ sunt singulares, *tit.*18. *part.*2. cum *aliis*, vt per Alciatum *regul.*1. *præsumpt.*48. *num.*1. *pagina* 127. De quo lege Rebuffum *in tract. de Nominat. n. q.*12. *n.*1. *&* 2.

Item verba sunt intelligenda simpliciter, & non 166
secundùm quid, *cap. statutum*, iuncto *cap. licèt canon, de elect. in* 6. *l. hoc legatum*, vbi Bart. *ff. de legat.*3. notat Decius *in cons.*52. *num.*3. Ergo cum testator grauauit filium ad matrimonium contrahendum cum filia Nobilis, intellexisse videtur de Nobili simpliciter, & non 167
secundùm quid ; & per priuilegium : & notat etiam Bartholom. Socin. *in cons.*9. *num.*22. *lib.*1. Et sanguinis qualitas † tanquam naturalis, præfertur hæredita- 168
riæ, *l. cum allegas. C. de castrens. peculio* : notant Alciatus *in l.*2. *num.*38. *ff. de verborum obligationibus*, Burgatus *in consil.*148. *num.*44. *lib.*2. ¶ Et si alicui fiat legatum in tempus legitimæ ætatis, vel promittatur aliquid, † non 169
debetur ei, qui veniam ætatis impetrauerit, nec anteaquam naturaliter compleat ætatem legitimam, vt tradit Quintilianus Mandosius *de state minoris, num.*86. De quo dubito, nisi dispositio dicat, cùm erit ætatis viginti quinque annorum. Et aliud est esse exemptum, & aliud 170
habere priuilegia exemptionis : *cap. si Papa. cap. volentes, de priuileg. in* 6. Et aliud est, esse Religiosum, & aliud habere priuilegia Religionis : *cap. si religioso, de sententia excommunicat. in* 6. notatur per Barthol. Socinum *in cons.*288. *n.*8. *lib.*2. Sic familiares Cardinalium, qui ex

priuilegio

priuilegio sunt familiares, non gaudent priuilegiis familiaribus concessis, vt probat Gomez. *in regul. impetran. ben. f. vacan. per obitum famil. quæst.* 13. *pag.* 437. Et
171 nobilis ex priuilegio † potest renuntiare nobilitati, vt resoluit Ioan. Guttier. *de iuram. confirm. p.* 1. *c.* 16. *n.* 74. *folio* 66. ¶ Et verba, *De hærede in hæredem masculum*,
172 † intelligi debent de vero hærede per sanguinem, non per additionem hæreditatis, secundùm Augustinum Beroium *cons.* 81. *n.* 13. *lib.* 2. Simonem de Prætis. *de interpret. defunct. volunt. lib.* 3. *interpret.* 5. *dubit.* 1. *n.* 20. *fol.* 284. *solut.* 10. & confirmo per duo consilia Pauli de Castro, & Baldi, quæ refert idem Simon de Prætis, *dict. lib.* 3. *interpret. & dubit. solut.* 1. *n.* 60. *fol.* 328. Et primo-
173 genitus † non dicitur qui per fictionem est primogenitus, secundùm Bald. *in authent. cessante, C. de suis & legitim. hæredib.* Aret. *in cons.* 162. *n.* 2. ¶ Et verba testa-
174 menti intelliguntur † secundum ius commune, non speciale, vt per *d. l. vltimam, C. de his qui veniam ætatis impetra.* tradit Curtius Iunior *in cons.* 54. *n.* 13. & 14. ex hoc concludens, quòd conditio *si nupserit alicui de familia*,
175 † debet intelligi in gradu permisso à iure Canonico, & non per dispensationem: quod refert Francisc. Mantica, *lib.* 11. *de coniectur. mente defunct. tit.* 18. *n.* 7. *pag.* 558. quod dictum scribo *in* 4. *par. quæst.* 40. Et nouissimè scribit Aluarus Valascus, *in cons.* 27. *num.* 4. quod habens facultatem nominandi vnam personam ad bona vincu-
176 lata, † non potest nominare Rectorem & beneficiatum alicuius Ecclesiæ, quia appellatione *personæ*, intelligitur de vera, & non ficta. Et clausula, *Quorum ordinaria col-*
177 *lationi*, de vera, † propria, ac naturali collatione est intelligenda, vt per Iacobum Puteum *decis.* 164. *n.* 2. *lib.* 3. *pag.* 357. Et ista seruiunt pro declaratione eorum, quæ scribit Otalora *in tract. de nobilit. p.* 2. *c.* 5. *n.* 29. *pag.* 73.
178 vbi concludit, † quòd exteri ab hoc Regno, si habeant priuilegia naturalitatis cum derogatione expressa legum Regni, & probauerint nobilitatem in propria Prouincia cum qualitatibus requisitis in illa Prouincia, obtinebunt nobilitatem in petitorio.

Tandem de materia quando dispositio quæ loquitur
180 in casu vero, † habeat locum in casu ficto, legenda sunt quæ notanter scribit Carolus Ruinus *in l. Gallus, §. & quid si tantum, n.* 79. *ff. de liber. & posthum.* Et qualiter præscriptio immemorialis æquiparetur ficto priuilegio, examinat Aymon. *in tract. de antiq. p.* 4. *n.* 128. *folio*
181 268. ¶ Et hæc maiori ratione procederent, † vbicunque testator qui maioratum vel meliorationem fecit, esset Miles, valdè nobilis, vel illustris: tunc enim credendum est, quod odio habebat illos, qui non sunt eiusdem generis, & similis qualitatis, etiamsi ex Principis priuile-
182 gio essent nobiles. † nam Nobiles sunt honoris immodici appetentiores, vt quotidie videtur, & tradit Ægidius *lib.* 1. *de regimine Principum, p.* 3. Guillelm. Benedict. *in cap. Rainuntius, gloss.* 1. *n.* 26. latè Tiraq. *in tract. de nobilit. c.* 23. *n.* 1. *pag.* 196. quod hodie tenet, sed vocat suam opinionem istud referendo Azeuedo, *in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 6. *Recopil. num.* 56. *folio* 8. quod etiam multis aliis probabo; & attende ad ea quæ habentur, curiose lector, quia multa peregrina, & in variis locis sparsa, quæ ad plura negotia prodesse possunt, hoc in loco colligemus.

SVMMARIVM.

183 *Verba debent intelligi secundum qualitatem disponentis & recipientis.* & n. 186.
184 *Priuilegium immunitatis non transit ad descendentes ex fœminis. Nisi fœmina sit concessum.* & n. 185.
187 *Ad personarum qualitatem origo patriæ est attendenda.*
188 *Masculorum alicuius filiæ institutæ si facta sit mentio, an præsumatur habita ratio conseruandæ agnationis,* & n. 189.
190 *Arbiter iuris, aut arbitrator, quando quis censeatur.* & num. 191. & 192.
193 *Neptis excludit auunculum, quando instituens erat fœmina.*
194 *Si masculus & fœmina discordent in præsentando, vox masculi præfertur.*
195 *Statutum loquens in primogenito non procedit in primogenita, nisi fœmina primogenituram instituerit.*
196 *Fœmina maioratum instituens, non videtur fœminam sibi similem excludere.*
197 *Nec masculinitatis qualitatem repetere.*
198 *Filij spurij & naturales quando admittantur ad emphyteusim Ecclesiasticam,* & n. 199.
200 *Fœmina non est feudi incapax, quando prima concessio fuit facta fœminæ, & masculi non adsint,* & n. 201.
202 *Filius naturalis non excludit substitutum, quando testator erat homo in dignitate constitutus,* & num. 242.
203 *Quid si post confectum testamentum instituens dignitatem assequatur.*
204 *Qualitas personarum intellectum variis responsionibus præstat.*
205 *Testator qua ratione existimatur vocare filios legitimatos filiorum, eadem ratione filios legitimatos nepotum vocare videtur.*
206 *Legitimitatis qualitas in primogenitis censetur repetita.*
207 *Verba hæc*, Deficientibus filiis ex legitimo matrimonio succedant legitimati, *an habeant tractum successiuum.*
208 *Pater nobilis an possit relinquere bona maioratus filio spurio, aut naturali.*
209 *Et ibi an filius naturalis sit de familia: & in hoc casu an qualitas instituentis, aut instituti, sit inspicienda.*
210 *Legatum factum vxori, aut consanguineæ de vestibus, intelligitur secundum personæ qualitatem,* & num. 213. & 215. *Et quando debeant tales vestes renouari* n. 214.
211 *Substitutio compendiosa quando sit pupillaris, quando fideicommissaria.*
212 *Ex dignitate legatarij legatum augetur.*
215 *Donationes secundum instituentium & recipientium qualitatem intelligendæ.*
216 *Contractus præsumitur factus secundum conditionem personæ.*
219 *Verbum*, Parentela, *appositum à testatore, secundum qualitatem personæ disponentis est intelligendum.*
220 *Ex qualitate rei legatæ, præsumitur legatum relictum pietatis causa.*
221 *Ex natura oneris appositi constat, an videantur masculi tantum vocati, & fœminæ exclusa.*
222 *Consanguinei mulieris si de eius nuptiis dissentiant, Nobilioris arbitrium est præferendum.*
223 *Legatum, attenta qualitate legatarij, perpetuum præsumitur.*
224 *Quoties aliquid ad ætatem vel qualitatem personæ refertur, secundum ætatem, vel qualitatem debet intelligi.*
225 *Melioratio facta filio sine signatione Tertij & Quinti, intelligitur secundum personæ qualitatem.*
226 *Qualitas personarum, de quibus dispositio loquitur, debet inspici ad cognoscendum an causa sit impulsiua, vel finalis.*
227 *Habitatio relicta vxori in aliqua domo ex pluribus mariti, secundum personæ qualitatem intelligitur.*
228 *Ex dignitate concedentis colligitur, an concessio fuerit personalis, aut realis.*
229 *Donatio præsumitur in Nobilibus, & quare,* num. 255.
230 *Legatum personarum particularium strictè debet interpretari.*
231 *Secus tamen à Principe factum.*

232 *Conditio*

232 *Conditio licita, vel illicita, dicitur ex qualitate personæ, cui fuit imposita.*
233 *Ecclesia si substituta fuit, an excludatur à filiis naturalibus in conditione positis.*
234 *Alimenta censentur legata secundum qualitatem personæ.*
235 *Substitutio extenditur de persona ad personam ratione qualitatis expressæ.*
236 *Legatum factum coniuncto, vel testatori prædilecto, de re meliori factum præsumitur.*
237 *Pupillaris substitutio an excludat matrem: colligitur ex qualitate substituti.*
238 *Pactum in retractu censetur factum secundum naturam materiæ subiectæ.*
239 *Qualitas personæ arguit, an sit commissa falsitas, vel non.*
240 *Secundum priuilegium, ex qualitate concessionis primi, an illud deroget.*
241 *Filius legitimatus quando excludat substitutum* & nu. 243. *Et an in hac materia sit inspicienda nobilitas grauantis, aut grauati,* n. 246.
245 *Alienationis prohibitio, & fideicommissum perpetua ex qualitate personæ censentur.*
347 *Ex qualitate rei legatæ præsumitur, quod testator voluit in agnatione manere* & nu. 257.
248 *Conditio loquentis debet considerari ad cognoscendum an verbum,* volo, *stet dispositiuè.*
249 *Fœminæ quando* posterorum *appellatione non veniant.*
250 *Castra & iurisdictiones quando testator censeatur in agnatione velle conseruare.*
251 *Fideicommissi onus quando censeatur repetitum & perpetuum.*
252 *Ex qualitate rei legatæ colligitur, an legatum sit perpetuum, vel temporale.*
253 *Filia quando in castri possessionem non sit mittenda.*
254 *Pater nobilis si concedat filio liberam peculij administrationem, videtur ei donare.*
256 *Qualitas quod castrum seu fortalitia sint defensio illorum de familia, an debeat à testatore exprimi,*
258 *Nobiles ex consuetudine solent masculis & non fœminis facere donationes: vbi vide casum notabilem.*
259 *Vidua, cui debetur lectus quotidianus, non debet habere lectum sericum.* & nu. 263.
260 *Qualitas personæ potest operari, vt cum aliquo dispensetur, vt duo habeat beneficia.*
261 *Qualitas quando persuadet, conditio potest impleri per æquipollens.*
262 *Pater videtur filio donare expensas, quas in studio Grammaticæ fecit, sine quibus filius secundum personæ qualitatem viuere non potest.*
264 *Testator nobilis non videtur velle quod filius contrahat cum muliere nobili ex priuilegio.*
265 *Quod testator vellet, si viueret, habendum est pro expresso.*
266 *Verba statuti loquentia de successione masculorum, qualiter intelligenda.*
267 *In spuriis legitimatis an conseruetur memoria, familia, & domus honestæ.*
268 *Quod absque dispensatione obtineri non potest, in considerationem non est.*
269 *Conditiones in forma specifica debent exequi,* & nu. 270.
271 *Ad priuilegiū cōsequendū certa qualitas requiritur.*
272 *In delegato Papæ requiritur dignitas naturalis.*
273 *Relictum quod capit vires ex dispensatione, non recipit ius accrescendi.*
274 *Filius arrogatus non est verè filius.*
275 *Institutor maioratus si dissonat, quod in eo tantum succedant qui sint de nomine suo, non potest succedere qui sub aliquo colore nomen assumit.*
276 *Ius patronatus non pertinet ad eos qui sunt adoptiui de parentela,* & nu. 281.
277 *Grauamen nominis non intelligitur de nomine Baptismali,* & nu. 283.
278 *Argumentum*, secundum quid, *quando valeat.*
279 *Patrueles non sunt simpliciter fratres, sed secundum quid.*
280 *Grauata contrahere cum homine sui generis; qui nomen & arma conjunct, non adimplet conditionem nubendo extraneo, qui nomen & arma testatoris accepit,* & nu. 284.
282 *Ciuilitas concessa per priuilegium, non comprehenditur in vocatione agnatorum.*
285 *Nominati in generali cognatione non admittuntur in exclusionem descendentium a fundatore.*
286 *Legatum fratri factum, de naturali intelligitur.*
287 *Ad fideicommissum relictum familiæ aliquatus Tertij admittuntur qui ex ea familia descendunt.*
288 *Officia ciuibus naturalibus danda, an possint habere ciues adoptiui.*
289 *Oppositores ad beneficia huius Regni Granatensis, & prioratus Gienensis, debent esse naturales harum diœcesū. Et quæ qualitates requirantur vt quis dici possit naturalis ad talia beneficia obtinenda,* & n. 301.
290 *Forensis impetrans beneficium si locum originis non exprimat, an faciat gratiam subreptitiam.*
291 *Vnusquisque præsumitur patriam, ex qua ortus est, diligere.*
292 *In electione officiorum, ciues originarij debent forensibus præferri.*
293 *Naturalis in præsentatione beneficij extraneo est præferendus.*
294 *Ciues in emptione frumenti exteris debent præferri.*
295 *Originarius ciuis quando quis dicatur.*
296 *Aliud est quòd quis sit ciuis, aliud, quod pro ciue habeatur.*
298 *Origo qualiter probetur.*
299 *Dispositio, quòd Ecclesia Cathedrali vacante, quæ obueniunt, debeant reseruari successori, quando non habeat locum.*
300 *Doctores per priuilegium, vel bullam, an gaudeant priuilegiis Doctorum,* & n. 310.
302 *Nobilitas propria virtute acquisita an sit sufficiens ad exequendam conditionem à testatore iniunctam, quòd quis ducat filiam Nobilis? refertur quædam sententia,* & nu. 303. *Authoris opinio.* num. 304.
305 *Ius sanguinis est incommutabile.*
306 *Nobiles ex priuilegio, si tamen descendunt à Iudæis, non admittuntur ad Collegia, & Confraternas, & alia similia. Et an sint vere Nobiles.* n. 309.
307 *Sanguinis macula an per indicium & famam probetur.*
308 *Ad nobilitatis verificationem vulgi opinio inspicienda.*
311 *Expenditur doctrina quadam Curtij Iunioris quando filia non censeatur vocata ad fideicommissum de certa agnatione.*
312 *In substitutionibus verba non debent intelligi, vt verificentur in regula dispensatiua.*
313 *Qualiter probetur quod quis descendit de aliquo genere.*
314 *Filij sequuntur originem paternam & auitam.*

Post n. 314. inuenies summaria quæ desiderantur.

183 FET ad supradicta primò facit, quia † verba sunt interpretanda secundum qualitatem personæ disponentis, & recipientis: & ideo licet priuilegium immunitatis † non transeat ad eos, qui ex fœminis sunt des- 184
cendentes, *l.* 1. *in fine, ff. de iure immunitat. §.* 1. *Institut. de excusation. tutor.* de quo per Bart. & alios *in d. l.* 1. eundem Bartolum *in l.* 1. *ff. de consti. Princip.* Alexandrum *in l. quia tale, ff. soluto matrimonio:* Decium *in l. fœmina, numero* 57. *cum aliis, ff. de regulis iuris:* & *in consil.* 223. & *in consil.* 448. & Tiraquel. *lib.* 1. *de retractu, §.* 1. *gloss.* 9. *num.* 240. & Episcop. Couarru. *in cap. Rainaldus, num.* 13. *in princip. de testamen.* & Arium Pinellum *in l.* 3. *C. de bon. mater. num.* 30. *cum aliis.*

185 tamen fallit,† cum fœminæ fuerit priuilegium conces-
sum: quia tunc priuilegium immunitatis portigitur ad
descendentes ex fœminis, secundum Ancharranum *in*
cons. 339. quod incipit, *Pro maiori intelligentia*: citat
textum *in l.penult.§.equitij, ff.de vsu & habitat.* in quo
186 probatur, quòd verba testatoris sunt intelligenda † se-
cundùm qualitatem personæ, in cuius fauorem est dis-
positio facta: quem textum ornat Iaso *in authent. in-*
*gressi, num.*25.*fol.*19.*C.de sacrosanct.Ecclesiis*: & *in l.*
3. *num.*17. *ff. soluto matrimon.* & consilium Anchar. ci-
tant Ias. *in l.Stipulatio ista habere licere, §.hi qui sunt,*
*col.*2.*ff.de verbor.oblig.* Bossi. *in pract.crimin.tit.de Prin-*
*cip.num.*145.*pag.*621: Ripa *in l.ex facto, §.si quis ro-*
*gatus, num.*7.*ff.ad Trebellianum, fol.* 163. Quintilian.
Mandos. *in regul.Cancellar.*34.*q.*52. *num* 5. *fol.*174. &
tradit Cæpola *in rubr.ff.de verborum significatione, num.*
129.*pag.*468. Simon de Prætis *lib.* 1. *de interpretand.*
*defunct.volunt.solut.*8.*num.*13.*fol.*69. Et in maioratu &
emphyteusi dictum consilium *Ancharrani* citat Caldas
Pereira *in tractatu de nomination.ad emphyteusim quæst.*
20. *num.* 2. vbi punctum egregiè more solito tractat in
nostra etiam materia, Ioann. Garcia *in tractatu, de no-*
*bilitate, glos.*1. *§.*11. *num.*43. *fol.*49. vbi hoc citat. Et si
conceditur dispensatio illegitimo seculari, vt possit ha-
bere beneficium, intelligitur de seculari pro qualitate
personæ, vt notat Rebuff. *in praxi beneficia. tit.de dis-*
pensation.super defectu natalium, num. 56. *pag.* 413. &
de qualitate personæ plura scribit Ioseph. Mascard. *in*
*tract.de probationib.lib.*3. *conclus.* 1249. *num.*102. *cum*
sequentibus, fol. 191. ¶ Et ad qualitatem personarum
187 † est attendenda origo patriæ, *l. quod si nolit, §. qui*
mancipia, ff. de adil.edict. cum *concordantibus*, vt per
Tiraquellum *de legibus connubial. l.* 7. *num.*8. Seraphi-
num *de priuilegiis iuramenti, priuilegio* 4. *num.*87. *pag.*
30. Et verbum, *Istud beneficium*, intelligitur secun-
dum qualitatem personarum, secundùm Rebuffum *in*
*tractatu de nominat.q.*21. *num.*67. *pag.*259. per *dict. l.*
plenum, §.equitij. Et ex qualitate terminorum & confi-
nium, potest perpendi qualiter sit iudicandum, secun-
dum Bartol. *in tract. Tiberiadis, figura* 19. Calcan. *in*
*cons.*90.*n.*11.

Et per prædicta dixit Iaso *in l.*2.*§.liberos, numero* 2.
*fol.*102.*ff.de in ius vocando,* quòd licet masculinum ge-
nus in contractibus non comprehendat fœmininum
(vt plenè traditur per eundem Iasonem *ibi*, & Decium
in d. l. fœminæ; & Tiraquellum *vbi supra*) id procedit
nisi concessio à principio fuisset facta fœminæ Et po-
nit exemplum in emphyteusi fœminæ data: Quod aliis
etiam mediis fundat Iaso, & dictam doctrinam *An-*
charrani etiam sequitur Bartholomæus Socinus *in l.*
*Gallus, §.nunc de lege, num.*5. *in vers. potest etiam se-*
*cundo loco limitari, fol.*37.*ff.de liber.& posthum.* Et per
illam *num.*8. dicit: quòd aliàs per solennes Aduocatos
188 fuit consultum, & ipse subscripsit, † quòd si facta est
mentio masculorum alicuius filiæ institutæ, vel alte-
rius mulieris; ex quo tunc liberi illius mulieris non
sunt agnati testatoris, nec mulieris, iuxta *l.quoties, C.*
de suis & legitim. haered. non potest præsumi ratio
conseruandæ agnationis, & consequenter veniunt in
tali dispositione masculi ex fœminis, licet regulariter
contra. Pro quo facit, quod scribit Paulus de Castro *in*
*l.final.num.*2. *in vers.nota quod non distinguit.C.de ver-*
borum significatione, vbi dicit, quòd in casu illius *tex-*
189 *tus* † cognati veniunt potiùs quàm agnati ex præsump-
ta mente disponentis, & dicuntur propinquiores: &
de his vide quæ scribo *in* 2.*part.huius operis*: *q.*6.& ad
textum *in d.§.equitij*: plura scribit Franciscus Mantica
*in tractatu de coniecturata mente defuncti, lib.*6. *tit.*11.
*num.*1. *cum sequentibus, pag.*236. Et qualitas personæ
quæ ensem euaginauit excusat, vt tradit Burgatus *in*
*cons.*216. *num.*79. *lib.*2. ¶ Et per illum textum *in dicto*
§.equitij, determinari quandoque, quòd quidam Iu-
dices compromissarij dari a partibus super quadam cau-
maioratus, qui erant Doctores, & literati, diffinie-
runt causam & litem tanquam Arbitri † iuris, & 190
non tanquam Arbitri compromissarij. Quæ sententia
confirmatur ex doctrina Speculator. *tit.de Arbitris, §.*
final.versic.quid si simpliciter, Abb. *in cap. Quintauallis,*
*num.*42.*de iureiurando*, qui volunt, quod vbicunque
quis procedere potest vt arbiter & arbitrator, † vide- 191
tur iudicare vt arbiter: confirmat Felin. *in cap. cum ex*
*officij, num.*32.*de præscript.* Ioann. Baptista *in tractatu,*
*de Arbitr.cap.*4. *cum pluribus sequentibus.* Vanti. *de nul-*
lita.tit.de nullitat.sentiæ ex defectu iurisdict.ordina.nu.
173.*pag.*351. licet contrarium teneat Bart. *in l.si seruus*
plurium: & *in l.final.ff.de legat.*1. Bald. *in l.non codicil-*
lum, C.de testament. Aretin. *in l.nemo potest, ff.de legat.*
1. Natta *consil.* 7. *in fine*, & alij quos citat Mascard. *in*
*tractatu de probation.lib.*1. *concl.*125. *n.*5. *fol.*129. & re-
soluendo matetiam melius tractat Menochius *in tracta-*
*tu de præsumptionib. lib.*2. *præsumpt.* 77. *per totam, pag.*
211. *& lib.*6. *præsumpt.*4. *n.*26. *fol.*63. *& præsumpt.*5. *n.*2.
*fol.*64. & lege Gregor. Lopez *in l.*23. *tit.*4. *part.*3. *in gl.*
in verb. *Que lo ayan*. Et Speculator *in tit. de Arbitr. §.*
sequitur, versic. quid si compromissum. & Bartolum *in l.*
dominium.ff.de furtis; & *in l.similes*, 3. *ff. de militar. te-*
stament. Et quando † quis videatur à partibus electus, vt 192
arbiter vel Arbitrator? eleganter explicat Andr. Gaill.
*observationum practicarum lib.*1. *observat.*150. *n.*5. & 6.
*pag.*114. & notabiliter Alexand. *in consil.*22. *n.*15. *cum*
*sequentibus, lib.*5.

Et per prædictum etiam *Ancharra*, consilium dixit ele-
ganter idem Socinus *in l.cum auus, n.*83. *in vers.tertius*
casus.ff.de condit. & demonstr. quòd si fœmina testatrix
habens filios masculos, & filiam, instituit filios, & filiæ
reliquit certum pro dote, & grauauit filios de restituen-
do hæreditatem ad inuicem, si quis eorum decederet sine
filiis; & moriatur alter filius masculus relictis filia-
bus; tunc etiam neptis † excludit auunculum substitu- 193
tum, quia non est censendum, quòd fœmina proprium
sexum odio habuerit; quia vt ipse dicit, verba sunt intel-
ligenda secundum qualitatem personæ, *dd. penultima, §.*
equitij: notat Rolandus qui plura ad propositum scribit
*cons.*76. *num.*5. *cum aliis, lib.*3. Sed hoc non procedit in
maioratu constituto à fœmina, & à masculo simul; quia
iudicari debet sicut maioratus à masculo constitutus cir-
ca vocationem masculorum. Ad quod induco *l. queritur,*
ff.de statu hominum: & *in l.in multis, ff.eodem titulo*, & fa-
cit doctrina Bald. *in l.* 1. *ff. de Senator.* vbi dicit, quòd si
masculus & fœmina patroni discordant in præsentando
ad ius patronatus, † vox masculi præfertur. Notant De- 194
cius & Glos. Paris. *in l.fœminæ, num.*4. *ff.ae regul.iur.* de
quo tamen videndum est quod scribo *infra* 2.*part.quæ-*
*stion.*6.

Et ex hoc ausus fuit dicere Tiraquellus *in dicto tra-*
*ctatu de primogen.quæst.*10. *num.*27. *pag.*113. quòd licet
statutum vel consuetudo præferens primogenitum in
successione, non intelligatur de primogenita, secundum
Baldum *in l.multis, ff. de statu hominum*; & alia plura
quæ ipse refert (quod *in* 2 *part. huius operis* tractabi-
tur) id procedit † si non sit fœmina, quæ constituit pri- 195
mogenituram. Nec enim est † credendum fœminam 196
excluisse fœminam sibi similem: refert notata per So-
cinum *in d.l.cum auus*, & idem tenet Peralta *in l.cum*
*pater, §.à filia, num.*64. *pag.*335. *ff. de legat.*1. & fa-
ciunt adducta per eundem Tiraquellum *in dicta l. con-*
*nubiali, in gloss.*1. *part.* 5. *num.*26. *fol.*91. *col.*2. sed &
idem Peralta *in l. si quis in principio testamenti, num.*
169. *pag.* 470. *ff. de legatis* 3. postquam suam exposuit
sententiam in illa tenebrosa quæstione, vtrum quali-
tas masculinitatis repetita censeatur? inquit, quòd si fœ-
mina maioratum instituit, est coniectura, † quod no- 197
luit repetere qualitatem masculinitatis. Et per hæc scri-
bit Anton. Gama *decis.*2. *num.*8. quòd licet filij spurij
& naturales non possint nominari ad emphyteusim Ec-
clesiasticam virtute facultatis ad hoc datæ; fallit, † 198
vbi à principio emphyteusis fuit concessa spurio, aut
naturali. Ad hæc facit, quòd ad emphyteusim con-
cessam

cessam alicui *pro se & hæredibus*, admittuntur hæredes
extranei; vbicunque emphyteusis fuit data seni & va-
letudinario, quia verisimiliter filios habere non pote-
rat, secundum Deci. *in cons.*294. quem citat Zanchus
*in l.hæredes mei, §.cum ita, par.*4. *num.*172. *pag.*87. *ff. ad*
Trebellianum. Et si testator instituat Clericum eum gra-
uando, vt si sine liberis decedat, restituat hæreditatem; si
199 habet filios illegitimos & naturales, † sunt capaces suc-
cessionis, vt per doctrinam Bartoli *in l.hæredibus, §. vlti-*
*mo, n.*4 *ff.ad Trebellianum*: & alia tradit Menochius *in*
*tractatu de præsumptionib.lib.*4. *præsumpt.*78. *nu.*39. *fol.*
128. qui latè punctum resolvit. Et ista, & quæ sequun-
tur præstant ingens argumentum pro confirmatione cu-
iusdam illationis, quam trado *par.*2. *quæst.*6. vbi tracta-
tur, quòd si quis vocet cognatos ad maioratum, non vi-
detur habuisse animum ad conseruandam agnationem,
licèt vocet agnatos masculos.

Hinc etiam dixit Glossa *in cap.*1. *§.quia videmus, qui*
feud. dar. possunt, in verb.frater, quod licet regulariter
200 fœmina sit incapax successionis feudi, † hoc non pro-
cedit quando feudum à principio habuit originem à
fœmina: per textum *in cap.* 1. *de natura succes.feudi*;
& hoc sequitur & declarat Curtius *in tractatu de feu-*
*dis, part.*3. *in versic.circa primum, fol.*23. *col.*1. & idem
tenet clarius *in* 4. *libro feudorum, quæst.*73. Et est com-
munis secundùm eundem Curtium *in dicto tractatu,*
*part.*8. *part.*2. *versic. supradicta conclusio*; licèt contra-
rium teneat Andr. de Isernia *in §. vidimus, col.*2. per tex-
tum *in cap.*1. *de feudo fœmineo.* Quorum doctrina pro-
cedere potest vbicunque non adiunt masculi; quia si il-
201 li adsint, † fœmina excluditur, secundùm Iacob. de Ar-
dizon. Iacob. de Bellouisu, Nicola. de Neapol. Baldum,
Aluarot. & Afflictum *in cap.*1. *de beneficio fœmin.* Cur-
tium Iunior. *in tract.feudor.par.*3. *q.*1. *limit.*2. ad quod
facit elegans *consilium* Carol. Ruin. 49. *n.*5. & 6. *lib.*1.
Quod intelligit procedere Roland. *in consil.*67. *nu.*21.
lib. 2. in feudo, vbi admittuntur agnati, quamvis non
sint hæredes; secus in feudo hæreditario, quod ille la-
tius fundat.

Quare etiam licèt regulariter filij naturales exclu-
202 dant substitutum, † fallit cum persona sit in dignitate
constituta: similis enim similem amat: *l. ex facto, §. si*
quis rogatus, ff. ad Trebellianum: & idem dicit *ibi* Bart.
quando erat homo honestæ vitæ, & venerabilis obser-
nationis, ita quòd ei esset verecundia, si sua cognatio
vel domus deuenirent ad bastardos: argumento *l.*1. *ver-*
sic. publicè, ff. de ventre in possession. mitten. Dynus *in*
consilio 6. *num.*9. & 10. & idem in Nobili dixit Bald. *in*
disputatione, quæ incipit, *Quidam nobilis*: quem & alia
refert Alexand. *in consil.*94. *Consideratis, nu.*1. *lib.*1. qui
circa hunc punctum notabiliter loquitur, Deci. *consil.*
425. *num.*12. Ripa *in dicto §. si quis rogatus, nu.*44. Pari-
sius *consil.*11. *num.*47. *lib.*2. Gozadin. *consil.*29. *num.*33.
Socin. Iun. *consil.*57. *n.*29. *lib.*4. Cephal. *consil.*111. *n.*20.
& *consil.*23. *num.*42. *lib.*1. Tiberius Decian. *respons.*5. *nu.*
55. *lib.*1. Simon de Pretis *lib.*2. *de interpretan. defunct.*
*volunta. solut.*2. *num.*301. *fol.*155. & tradit idem *lib.*3.
*dubit.*4. *solutio.*1. *num.*35. *fol.*325. Menoch. *in tractatu*
*de præsumptionibus, lib.*4. *dicta præsumpt.*78. *numero* 34.
folio 128. Molina *lib.de iustitia & iure, tract.*2. *disputat.*
174. *pag.*1013. idem Menochius *in consil.*318. *num.*16.
*lib.*4.

In qua materia noto vnum singulare, quòd si testa-
tor post factum testamentum aliquam dignitatem fue-
203 rit assequutus: † tunc inspecto tempore testamenti, si-
cut inspici debet, cùm agitur de interpretatione volun-
tatis defuncti, potest intelligi de naturalibus sensisse;
& similiter de legitimatis, secundùm Carolum Rui-
num *in consil.*76. *num.*15. *& num.*1. *lib.*3. Manticam *lib.*
3. *de interpretand.defunct.voluntate, tit.*11. *num.*10. *pag.*
204 79. ¶ Et qualitas personarum † dat intellectum variis
responsionibus, vt per eundem Simonem *lib.* 1. *solut.*
7. *num.*15. *folio* 68. & notatur per Bartholom. Socinum
in consilio 86. *num.*13. *lib.*3. *& consil.*63. *num.*18. *versic.*
tamen, eodem lib. vbi ex hoc & aliis dicit, quòd qua ra-
tione voluit testator vocare filios legitimatos filiorum,
eadem † ratione existimandum est voluisse vocare fi- 205
lios legitimatos nepotum, vel aliorum vlteriorum: de
quo vltimo tracto *in* 2.*part.huius operis, quæst.*6. quo-
rum sententia videtur expressa pro hac doctrina, quam
hic fundo; de qua etiam per Rolandum *in dicto consil.*
67. *num.*11. *& num.*34. vbi declarat *lib.* 3. Tiraquel. *in*
*tract.de nobilitate, cap.*24. *num.*15. Parisi. *in cons.*1. *nu.*
41. *lib.*2. & alios quos citat Menoch. *in consil.*117. *nu.*
60. *lib.*2. vbi ex hoc probat, quòd qualitas † legitimi- 206
tatis censeatur repetita in primogenitis; quod confert
ad ea quæ scribo *infra quæst.*1. *a nu.*1. *in* 2. *part. & ead.*
*par.quæst.*6. *a num.*79. *cum sequentibus*, & doctrina Me-
nochij: eleganter etiam tractat Barthol. Socin. *in consil.*
63. *num.*19. *cum sequentibus, lib.*3. quem citat Anton.
Peregrinus *in tract.de fideicommiss.artic.*16. *num.*90. *fol.*
154. qui refert Pancirolum *in cons.* 169. *num.*10. & 11.
qui tenent contra *Menochium*; & vidi istum casum in
grandi negotio super successione statuum, & est men-
te tenendum: de quo legenda sunt quæ de qualitatibus
repetendis scribit Mascard. *in tract.de probationibus, lib.*
3. *conclusione* 1266. *num.*1. *cum sequentibus*; *fol.* 206. &
ista verba, quòd *deficientibus filiis ex legitimo matri-*
monio succedant legitimati, † habent tractum succes- 207
siuum; secundùm Chassanæum *in consil.*62. *numero* 11.
Curtium Iuniorem *in consil.* 48. *num.*4. Alciatum *in l.*
*Gallus, §.quidam rectè, num.*35. & 36. *ff. de liberis &*
posthum. Menoch. *in cons.*376. *num.*18. *lib.*4. & ad sen-
tentiam Bartholom. Socin. addo Socin. Iun. *in cons.*77. *in*
*fi. lib.*3. quem citat Zanchus *in l.hæredes mei, §.cum ita,*
*ff.ad Trebel. p.*4. *num.*316. *pag.*104. & *part.*7. *numer.*49.
pag. 201. Et legenda sunt quæ scribo *infra quæst.* 1.
*part.*2. Et quod vbicunque quis vocauit ad maioratum
filium, non addendo *legitimum*, sit capax successio-
nis filius naturalis, tradit Caldas Pereira *respons.*1. *Pro*
*Sebastiano Limpo: n.*5. *fol.*201.

Horum authoritate scribit Carolus Ruin. *in cons.*17.
*num.*5. & 6. *lib.*1. quod bona maioratus non possunt re-
linqui filio spurio, † sed nec etiam naturali, si pater est 208
nobilis: quod decidit in quodam maioratu Hispaniæ
Marchionis de Tarifa. Quod confirmo, quia filius na-
turalis non est de familia, secundùm Dynum *in l.cum*
*pater, §.mater.ff.de legat.*3. Bart. *in l.tutelæ, ff.de capit.*
diminut. cum *concordantibus*, vt per Tiraquellum *in*
*tractatu de nobilitate, c.*15. *num.*12. Cephalum *in con-*
*sil.*440. *num.*82. *lib.*4. de quo lege quæ scribo *in* 2. *part.*
*quæst.*2. *a num.*96. & traditur *in templo Iudicum, part.*3.
*concluf.*74. *num.*12. *fol.*42. Et est inspicienda in ista ma-
teria persona & qualitas testantis, † non instituti; vt 209
volunt Doctores *in dicto §. si quis rogatus*; quos citat
Hieronymus Gabriel *in cons.*121. *num.*51. quod durum
est. & contra *supra citata.* Et qualitas viri, & eius con-
ditio est attendenda, vt præsumatur bona vxoris non
esse paraphernalia, *l.quæro, l.sive generalis, ff. de iure*
dotium, notat Bartholin *l.si constante* 4. *quæst.*3. *quæst.*
principal. ff. soluto matrim. & alij, vt per Ioseph. Mas-
card. *in tract.de probationib.lib.*1. *conclus.*311. *nu.*8. *fol.*
145. Et generaliter in qualibet dispositione non solum
verba sunt intelligenda secundum personam, ad quam
referuntur, sed etiam secundum qualitatem personæ,
quæ verba profert: vt tradit Antonius Gama *decision.*
386. *num.*4. per *l.si vno, ff.locati*, & per *dictum §.equi-*
tij in l.plenum.ff.de vsu & habitat. & *l.sed & quæsitum,*
vbi Aretin. *ff.de liberis & posthumis.*

Et per hanc regulam, & per *d. §.equitij*, dixit Ra-
phaël Fulgos. *in cons.* 27. quod incipit, *In proposita*
quæstione: quòd legatum factum † consanguineæ de 210
vestibus, intelligitur secundum qualitatem personæ
legatariæ: ad quod propositum multa alia refert Iaso
*in l.stipulatio ista, habere licere: §.hi qui sunt, num.*7.
*fol.*68. *ff.de verbor.obligationib.* & *in l.Stichum aut Pam-*
philum.§ stipulatio, & *in l.liber homo, numer.*3. *fol.*361.
ff.eodem titulo; & *idem* post Angelum *in l.cum hi, §.si*

Prætor, num. 5. ff. de transact. & *in authe. ingressi, num. 35. C. de sacrosanct. Eccles.* & *in l. non solum, num. 17. ff. de nou. oper. nuntiat.* & *in l. si domus, in princip.* post Baldum & Raphaëlem. *ff. de legatis 1.* Hippolyt. *in rubricæ C. de probationibus*, Deci. *in l. quoties idem scribo, nu. 3. ff. de regulis iuris*: Alciat. *lib. 1. de verbor. significa. pag. 45.* Ludouic. Gozadin. *in cons. 24. Quæritur an Dauid: n. 11.* Domin. Antoni. de Quesada *libro quæstionum, c. 22. num. 6. fol. 80.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 6. §. 4. vers.* vestir, *pag. 863.* Quibus in locis varia reperies argumenta pro fundamento nostræ sententiæ. Et per textum *in d. §. equitij*, probat Cynus *in l. præcibus: C. de impuber.* quòd quando substitutio compendiosa est facta per verbum commune filio impuberi intra tempora pu-
211 bertatis,† est pupillaris, postea fideicommissaria; quem citat *Bart.* licet eum reprobet, *in l. Centurio, §. 3. num. 26. ff. de vulgar.* vbi Doctores quæstionem latissimè tractant.

212 Et semper ex dignitate legatarij † augetur legatum, *l. si seruus plurium, §. ultimo ff. de legatis 1.* & *in l. sed & si susceperit, §. sed & si proponat*, vbi Glos. notat, *ff. de indic.* notat Tiraquel. *in tract. de nobilit. cap. 20. num. 153. pag. 171.* Et in legato facto per Regem nostrum Catholicum sorori suæ Reginæ Neapolitanæ, hoc tradit notabiliter Decius *in cons. 289. n. 2. vers. 8 & 9.* Et dicit Felin. *in cap. 2. col. 2. vers. fallit secundo, de treuga & pace* post Baldum *in l. 1. n. 5. col. 2. vers. pone quòd testator: C. de fideicommiss. fol. 134.* quòd si testator iussit vestiri vxorem viduam, intelligitur dum in viduitate per-
213 manserit ex qualitate † personæ, iuxta *d. §. equitij*; nec sufficit quòd det ei vnum vestimentum pro tota ipsius viduæ vita, sed quolibet anno: quia de more est, vt ves-
214 tes quolibet † anno renouentur: notat & declarat Tiraquel. *in l. boues, §. hoc sermone, limit. 2. pag. 160. ff. de verbor. significat.* & ad hoc propositum de vidua, cui testator reliquit vestes, vide bonum *consilium* Baldi 30. *Viso testamento, lib. 5.* quem refert Glos. Parisien. ad Alexand. *consil. 70. lib. 4.* & scribit notanter in nostra materia Gratus *in cons. 1327. n. 16. lib. 1.* quòd ista verba (*conseruet domum*) relata ad fœminam, intelliguntur † se-
215 cundum qualitatem personæ, per *d. §. equitij.*

Et donationes sunt interpretandæ secundum qualitatem personarum, quæ donationes faciunt; & secundùm qualitatem personarum, illas recipientium; secundùm Innocentium, Ioann. Andr. Abbatem, & Imolam *in cap. Pastoralis, de donatio.* quos citat Gregor. Lopez. *in l. 27. tit. 7. in glos. in verb.* viuiessen, *part. 1.* Et contractus præ-
216 sumitur † factus secundum conditionem personæ, secundùm Bartolum *in l. Semo ff. de duobus reis*: Ioannem Lopium *in rubrica de donat. inter virum & vxorem: §. 9. n. 12. pag. 27.* vnde resoluit Hieronymus de Zanetin. *inter consilia Hippolyti, cons. 35.* quòd licet emphyteusis Ecclesiastica concessa filiis, non possit transire ad filias; si tamen homini habenti tantum filiam concedatur eo tempore constituto in ætate quòd nullam habebat spem
217 procreandi sobolem, † censetur emphyteusis concessa filiæ; tradit Hippolytus *in l. 1. §. si seruus, n. 10. ff. de quæst.* Pereira *de nomination. ad emphyteusim: q. 20. n. 38. fol. 232.* Et scribit eleganter Paulus de Castro *cons. 5. Quicquid dicatur: col. 2. vers. videndum est, lib. 2.* quòd cum pater non possit donare filio spurio nisi in causam alimentorum, vt notatur *in c. cum haberet, de eo, qui duxit in matrimon.* & per Bar. *in l. vltima, ff. de his quib. vt indig.* & in aliis similibus locis, certè si pater donauerit filio spurio egenti alimentis, nec adiecerit causam ali-
218 mentorum censetur in eam causam donasse, † inspecta qualitate personæ cui donatur: refert & confirmat Tiraquel. *in l. si vnquam, in verb. donatione largitus, nu. 75. pag. 208. C. de reuoc. donatio.* & eleganter Bartholom. Socin. *in cons. 87. n. 8. & 12. lib. 3.* scribit quòd verbum,
219 *Parentelæ*, appositum à testatore, † est intelligendum secundum qualitatem personæ disponentis: & an voluerit masculos, vel fœminas vocare. ¶ Et ex qualitate rei le-
220 gatæ præsumitur legatum relictum † pietatis, vel non pietatis causa, secundùm Baldum *in authentic. similiter, C. ad l. Falcidiam*: Barbacium *in cap. ad hæc, n. 9. de testamen.* cum *concordantibus*, vt per Iosephum Mascard. *in tract. de probationibus, lib. 3. conclus. 1172. n. 17. fol. 78.*

Ex quibus confirmo doctrinam Gregorij Lopez *in l. 3. tit. 13. in glos. in verb.* Mugeres, *part. 6. in princip.* vbi resolvit, quod ex natura oneris appositi † constat, an vi- 221
deantur masculi tantum vocati, & exclusæ fœminæ; vt si Rex concesserit alicui castrum, & ipse, & filius maior, & illius descendentes seruirent Regi in aliquo officio virili, cuius fœmina non est capax, nec ei conueniens. Et in feudatio Marchionatus potest fieri in fauorem illius, qui secundum qualitatem & conditionem idoneus esse censetur, vt tradit Roland. *in cons. 1. nu. 97. lib. 1.* ex Baldo *in c. sanè, col. 1. de renuntiat.*

Cæterùm ad hanc rem conuenit quod scribit Lucas de Penna *in l. omnes, col. 6. vers. 16. C. de dignita.* vbi inquit, quòd si consanguinei mulieris dissentiant de eius nuptiis, † est nobilioris arbitrium anteponendum, 222
quia attenta illius nobilitate, censetur melius prospicere & consulere honori & vtilitati puellæ. Et legatum præsumitur † perpetuum attenta qualitate personæ legata- 223
riæ, secundùm Bart. *in l. cum quidam ff. de annuis legat.* & Bartholom. Socin. qui rectè confirmat *in cons. 48. n. 2. & 3. lib. 3.* & Bald. *in l. precibus n. 39. C. de impuber. & aliis*: ponit regulam generalem, quòd quoties † aliquid 224
refertur ad aliquam ætatem, vel personam, debet intelligi secundum illam ætatem, & personæ qualitatem, per *d. l. plenum, §. equitij 1. ff. de vsu & habit. l. cum vnus, §. in alimentis, ff. de aliment. & cibar legat.*

Præterea facit, quod in materia nostra scribit Peralta *in l. Manio, n. 10. ff. de lega. 2. pag. 497.* vbi dicit, quòd melioratio facta filio sine designatione certæ partis, id est, Tertij vel Quinti, & sic quæ potest diuerso modo intelligi, † interpretatur secundum qualitatem & per- 225
sonam meliorati. Ex his etiam fit, quòd ad cognoscendum an causa sit impulsiua, vel finalis? † est inspicien- 226
da qualitas personarum de quibus dispositio loquitur, secundùm *Baldum* per illum textum *in l. cum veteranj, in 1. notab. & in vltim. notab. C. de donation. ante nupt.* & sequitur Matth. de Afflictis *in c. 1. n. 103. ex quibus caus. feud. amittatur*, quos citat Tiraquel. *in libro, de cessante causa, limitat. 1. n. 51. fol. 110.* Et per regulam *d. l. plenum, §. equitij, ff. de vsu & habita.* scribit Guillelm. Benedict. *in cap. Raimundus, de testament. in verb. domum, num. 34. fol. 139.* quòd licet quando testator reliquit vxori suæ domum, & habitationem in vna domo ipsius testatoris, qui plures habebat, videtur relinquere habitationem in domo illa, in qua solitus erat cum illa habitare; iuxta textum, & ibi Bald. *in l. si quis argentum, §. 1. C. de donation.* † censetur tamen relicta habitatio in domo, 227
quæ magis congruit qualitati suæ personæ. ¶ Et ex dignitate concedentis † colligitur, an concessio fuerit per- 228
sonalis, aut realis; *cap. de cætero, de translation.* Butrig. & Abb. *in c. final. ne Prælati vices suas*: Bartholom. Socin. *in consil. 34. n. 5. lib. 3.* Bursat. *in consil. 30. n. 7. lib. 1. & in cons. 131. n. 22. lib. 2.* & circa illud quod tradit Guillel. Benedicti, legi debet Menoch. *in cons. 331. n. 3. lib. 4.*

Item facit, quia licet donatio in dubio non præsumatur, *l. cum de indebito, ff. de probat.* cum *similib.* quam legem amplè exornauit Tiraquellus *in l. si vnquam. C. de reuocand. donat. in verb. donatione largitus, num. 168.* cum aliis: fallit tamen † in Nobilibus, secundùm Glossam *in* 229
l. vxor, §. vlt. & ibi Bart. *ff. de legat. 3.* notant Bald. *in l. si paterno, C. de negot. gest.* & *in l. 2. colum. 2 de iure dot.* & alij, vt per Tiraquel. *in tr. Et. de nobilit. cap. 37. num. 47. pag. 532.* notant Matth. ab Afflict. *in c. 1. quib. mod. feud. amittatur*: & *decis. 13. n. 19.* Menoch. *de arbitr. iud. casu 88. numero 22.* Pinel. *in l. 1. part. 1. num. 57. folio 97. C. de bonis mater.* Ioseph. Mascard. *in tractatu de probation. lib. 1. conclus. 554. numero 58.* & est notabile *consilium* Oldradi 121. *numero 13.* facit Glos. *in l. si voluntate, in gloss. 2. C. de dotis promissione*: & quod notat Iaso *in leg. si non sortem, §. libertus, num. 8. ff. de condition. indeb.* &

& in l. vltima, num. 18. C. de verborum significatione, & idem Tiraquel. *in proximè citato loco, num. 18.* & additio Seguræ *in l. coheredi, §. cum filia, num. 162. ff. de vulgar.* & ista seruiunt pro confirmatione doctrinæ Francisc. Mantica, *lib. 7. de coniectur. mente defunct. tit. 10. nu. 12. pag. 235.* vbi scribit, quòd licet legatum personarum
230 particularium debeat † strictè interpretari, *l. numis, ff. de legat. 3. cum similibus*, id fallit in legato à Principe facto, quia latissimè, sicut aliud quodlibet priuilegium
231 seu beneficium Principis, † est interpretandum: & ibi hoc fundat contra Nattam *in cons. 402. num. 59.* latè Tiraquel. *in tract. de nobilit. cap. 37. num. 42. & num. 50.* Roland. *cons. 16 num. 35. lib. 3.* Et conditio honesta vel licita dicitur, aut inhonesta vel illicita, ex qualitate per-
232 sonæ cius, cui fuit imposita, † vt tradit Menoch. *in cons. 245. n. 15. lib. 3.*

Et ex qualitate rei relictæ probatur, cuius contemplatione aliquid relictum fuit, secundum Bartholom. Socinum, *in l. 2. num. 7. vers. quarto & vltimò limita: ff. de rebus dubijs*, Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 112. num. 12. folio 216.* Et si substituta fuit Ec-
233 clesia, ex ista qualitate colligitur, † quòd non excludi-tur a filiis naturalibus in conditione positis, secundùm Bald. *in cap. in præsentia, num. 35. de probat.* vbi Felin. *fallent. 1.* & Deci. *num. 42.* & alij, quos citant Tiraquel. *de priuilegiis piæ Causæ, privil. 94.* Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 78. num. 66. fol. 130.* Et si ille, cui alimenta legata sunt, tempore legati habet vxorem,
234 debentur ei, quia legata censentur † secundum qualitatem personæ, vt tradit Menoch. *in eodem tractatu de præsumptionibus, lib. 4 præsumpt. 157. num. 40. folio 276.*
235 ¶ Et substitutio † extenditur de persona ad personam ratione qualitatis expressæ, secundum Curtium Senior. *in cons. 75. col. 10.* Aymon. *in cons. 155. num. 7.* Paris. *in cons. 66. num. 67. lib. 3.* & Menoch. *d. lib. 4. de præsumpt. præsumpt. 71. num. 21. folio 107.* Et legatum con-
236 iuncto, vel ei, quem testator valde diligebat, † præsumitur factum de re meliori, secundùm Bart. *in l. si cognatis num. 7. ff. de rebus dubijs*, Socin. *in l. 1. col. 3. vers. secundus casus. ff. eodem tit.* Decium *in cons. 289. n. 12.* & alios plures, quos citat Menoch. *d. tract. lib. 4. præsumpt. 107. num. 27. folio 202.* ¶ Et an tacita substitutio pupillaris
237 excludat matrem, † colligitur ex qualitate substituti, & ex qualitate matris, secundùm Bald. *in l. precibus, C. de impuber. & aliis, num. 9.* Francisc. Manticam *de coniect. mente defunct. lib. 5. tit. 15. num. 9. pag. 177.* Et pactum
238 in retractu: censetur factum secundum naturam materiæ subiectæ, & qualitatem personæ, vt tradit Glos. Paris. *in consuetud. Paris. part. 2. §. 55. num. 152. folio 95.*
239 Et qualitas personæ arguit, † an sit commissa falsitas, vel non, secundùm Bald. *in l. 2. C. de falsis*, & alios quos citat Menoch. *in d. tract. de præsumptionibus. lib. 5. præsumpt. 20. num. 5. folio 25.* ¶ Et secundum priuilegium
240 † non derogat primo, ex qualitate concessionis primi priuilegij, vt puta, quia concessum fuit piæ causæ, secundum Romanum *in l. si vero, §. de viro, ff. voluntatis*, & alios quos citat Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 40. n. 6. fol. 96.*
241 Et his etiam patrocinatur, † qui licet inter nostrates sit antiqua & magna controuersia, an filij legitimati excludant substitutum? de quo per Bald. *in l. Lucius Titius*, la secunda, *ff. de hæredibus instit.* & *in l. generaliter, §. cum autem, C. de institut. & substitut.* Decium post communem *in cap. in præsentia, de probat.* Tiraq. *in d. l. vnquam, in verb. susceperit liberos, num. 84. pag. 350. & num. 99. pag. 356.* Gozadin. *in cons. 25. num. 3. & in cons. 48. In causa Florentina*, qui *cons. 29. Videtur prima facie, num. 19.* dicit communem esse opinionem, quòd non excludatur, pro qua facit hodie *l. 12. Taur.* Tamen vbicunque persona, de cuius successione tractatur, est no-
242 bilis, seu in dignitate constituta, † nunquam filius legitimatus excludit substitutum, secundum Angel. *in dict. disput. Quidam nobilis, in dubio 2.* quem referunt Alexa. *in cons. 67. Consideratis, lib. 1. num. 5.* & Gozadin. *in d. cons. 29. num. 33.* quæ doctrina videtur expressa pro nostra sententia: pro qua plures citat Molina *lib. 3. de primogen. cap. 3. num. 3. folio 17.* Vnde etiam oritur, quòd si fœmina sit rogata hæreditatem restituere sub condi-
tione, *si sine liberis decesserit*, filius naturalis † non ex- 243
cludit substitutum; quia propter mulieris honestatem non est credendum testatorem sensisse de filiis inhonestis, secundùm Bartolum *in l. hæredibus, §. 1. ff. ad Trebellianum*: quam sententiam latè defendit Costa *in cap. si pater, de testamen. in 6. par. 1. verb. si absque liberis, num. 38. pag. 150.* cui addo Bartholom. Socin. *in cons. 51. num. 22. lib. 4.* Et huius officinæ est etiam communis opinio, quam refert Glos. Paris. *in cons. 1. pro Duce de Villahermosa, num. 44.* vbi dicit, quòd ex qualitate alicuius, puta, quia erat Nobilis, prohibitio † alienationis & fidei- 244
commissum censetur esse perpetuum, & in rem; quod est notabile ad ea quæ notantur, *in l. filius familias, §. Diui, ff. de legatis 1.* & *in l. 27. Taur.*

Et quòd in ista materia sit † inspicienda nobilitas 245
grauantis, & non grauati; tradunt Zuchardus *in l. vlt. num. 7. vers. go credo, C. de edict. Diui Adriani*: Cephal. *in cons. 333. n. 4. lib. 3.* & ad doctrinam Angeli & aliorum addo Andr. Gail. *observat. lib. 2. observ. 136. n. 5. pag. 250.* Et ex qualitate rei relictæ præsumitur, † quòd te- 246
stator voluit in agnatione permanere; & præsumitur tacitum fideicommissum, secundùm Baldum, *in l. quoniam*, la primera, *num. 8. C. de fideicommiss.* quod dictum etiam refero *in 2. parte huius operis, quæst. 5. a num. 20.* ad quæ addo Paulum de Castro *cons. 179.* incipiente. *In causa, quam magnificus, nu. 3. in fine, lib. 1.* vbi dicit hæc verba: *Propter consuetudinem, quæ solet esse in Dominis terrarum, vt primogenitus succedat.* Et conditio loquen-
tis † est considerandæ ad cognoscendum, an verbum, 247
volo, stet dispositiuè, secundùm Socin. Iunior. *in cons. 179. num. 37. vers. primo, lib. 2.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 496. num. 44.* quod est notandum ad ea quæ scribo *supra, hac parte, quæst. 48. a num. 262. cum seqq.* Sed & Carol. Ruin. eleganter *in cons. 208. num 6. lib. 1.* probat per plura fundamenta, quod licet *posterorum* appellatione regulariter veniant fœminæ hoc falsit, † 248
nisi ex conditione personæ aliud coniecturetur, vel vbi agitur de dignitatibus, vel honoribus; & in materia, quæ non conuenit fœminis, puta in iurisdictione. Et ad hoc etiam est notabile *consilium* Pauli Castrensis, *375. num. 3. lib. 1.* vbi tradit, quod Castrum videtur deputatum ad conseruandas agnationes: & idem Augustin. Beroi. *in cons. 84. n. 10. lib. 2.*

Et si castra, vel iurisdictiones fuerint relictæ, colligi- 249
tur intentio testatoris, † quòd voluit illa in familia conseruare, & fideicommissum relinquere; secundum Gratum *in cons. 5. num. 19. & 20. lib. 2.* Manticam *de coniect. mente defunct. lib. 6. tit. 12. num. 8. pag. 241.* Et onus fi-
deicommissi † censetur esse repetitum & perpetuum ex 250
bonis illustribus, & dignis relictis; vt puta Turris, domus nobilissima, vel aliud simile, secundùm Iaf. *in d. l. quoties, num. 1.* Decium *cons. 23.* Ripam *in a. §. Diui, n. 4.* Aymonem *in cons. 878. col. penult. vers. his satis*, Capic. *decis. 108 num. 4.* & alios, quos citat Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 69. num. 18. folio 101.* qui tradit, talia esse solita relinqui primogenito pro conser-
uatione familiæ. Et ex qualitate rei legatæ † colligitur 251
an sit legatum perpetuum vel temporale: *l. defuncta, in fin. ff. de vsufruct.* notat Crem. *in singul. 75.* explicat latiùs Menoch. *in d. tract. de præsumption. lib. 4 præsumpt. 132. num. 9. folio 240. & eodem libro præsumpt. 132. nu. 9. folio 240.* ¶ Et filia † non est mittenda in posses- 252
sionem bonorum feudalium, vbi Castrum esset munitum, ita quòd agnati si vincerent & obtinerent in proprietate, esset difficilis recuperationis, secundùm Paul. de Castr. *in l. 2. C. de edict. Diu. Adrian. tol.* vbi Iaf. Gozad. *in cons. 7. n. 11.* qui declarat *num. 22.* Menoch. *de adipisc. possess. remed. 4. n. 383. pag. 86.* latiùs *de recuperand. possess. remed. 1. num. 314. pag. 346.* Et si pater nobilis concedat filio liberam peculij administrationem, † videtur 253

ei permittere donare : *l.filius, ff.de donat.* quam ad hoc notat *ibi* Romanus & *in singular.* 346. *Nobilitas*: notat Iaso *in l.contra,* §. *si filius,ff.de paction.colum.*1. & alij,quos citat Tiraquel.*in d.tract.de nobilitate,c.*37. *num.* 41.

Hinc etiam est,quòd donatio præsumitur in Nobili-
255 bus † propter qualitatem nobilitatis : vt post multos tradit Tiraquel. *d.cap.*37. *num.*47. Pinel.*in l.*1.*part.*1 *num.*57.*C.de bon.matern.* & faciunt scripta per Mascar. *in tract.de probat.lib.*2.*concl.*981. *num.*3.*folio* 255. pro opinione *Pinelli* & aliorum : sed quod Gratus tradit *in d.cons.*5.restringitur per Augustinum Beroium *in cons.* 74.*num.*72. *lib.* 2. vbicunque Castra & fortalitia, quæ
256 prohibentur alienari,sunt propugnaculum & defensio illorum de familia : † & requiritur quòd hæc qualitas probetur,ex Iasone *cons.*96.*lib.*4.*col.vlt.*& etiam requiritur quòd illa qualitas,quòd sit propugnaculum & defensio à testatore exprimatur : & loquitur Beroius in quodam maioratu Hispaniæ Comitis de Tendilla. Sed
257 & Carol.Ruin.*in cons.*17. *num.*1.*lib.*1. scribit, † quòd ex qualitate rei relictæ colligitur , quod feudum ad masculos tantum debeat prouenire. Cui tamen dicto contradicere videtur singularis *l.*44.*tit.*5.*par.*5. ibi: *En su testamento defendiendo algun ome que su castillo , o torre*:quam legem lector videat:& ibi Gregor. Lopez, *in glos.*2.& vide Philonem Iudæum *in lib.de nobilitate pag.*753.

Et est etiam ad propositum egregia *decisio* Guidon. Papæ 506.quæ incipit,*In contractu matrimonij*; vbi in-
258 ter alia dicit; Quòd Nobiles † ex consuetudine masculis , & non fœminis solent facere donationes : & ideo concludit; Quòd si pater in contractu matrimonij donauit primò nato ex ipso matrimonio vltra portionem suam , & in auantagium vnam domum fortem cum decem libris auri , ex quo matrimonio primò nata fuit vna *Peroneta* nuncupata,secundo natus fuit vnus filius *Peronetus* nuncupatus,talis donatio & auantagium censetur factum filio,licet secundònatus fuerit; & non filiæ,quamuis esset primò nata: quia Nobiles ex consuetudine maribus , & non fœminis solent similes donationes facere:citat in argumentum, *l.si seruus plurium,* §.*final.* ibi, *& legatarij dignitas, ff.de legat.* 1. pro qua sententia faciunt plura quæ scribo *supra , hac parte, quæst.*48.*à num.*41.cum aliis,præcipuè *à num.*140. *cum seqq.* vbi refero bonum ad propositum dictum *Peraltæ*, quod est notabile ad plures contractus matrimonij, qui fiunt,quando filij vxores accipiunt,& filiæ maritantur & ad ea,quæ habentur *in l.* 17. *&* 44. *Taurin.* & addo *decisionem* Guidonis Papæ 467. quam citat Episcopus Sarmiento , *in leg. cum ita , §. in fideicommisso , numero* 18.*folio* 115.*ff.de legatis* 2.& Aretin.*in cons.*162. *col.* 3.

Ex quibus omnibus confirmo quod latè disputat Ioan. Guttier. *lib.*2. *practicarum quæstionum, quæst.*93.
259 *per totam*;vbi resoluit,quòd † vidua,cui debetur lectus quotidianus,non debet habere lectum sericum,per *d.§. equitij,in l.plenum.ff. de vsu & habitat.* & alia quæ citat,quod tradunt Montaluus *in l.*6.*tit.*6.*lib.*3.*for.*Ioan. Lopius, & Barahona *in rubric.de donat.inter virum & vxorem,*§.11.*num* 9.*pag.*34 & dico *infra* : & post alios plures,quos citat,resolvit Enerardus *in centum locis,loco* 78.*ab impossibili,pag.*490. vbi tradit,quòd donatio facta Ambasiatoribus , debet intelligi cuius contemplatione facta fuit secundum qualitatem rei donatæ : & tradit Menochius, *in tractatu de præsumptionibus, lib.*4. *præsumpt.*112.*num.*9.*folio* 218.Et de hoc legenda sunt quæ scribo *supra,quæst.*39. *à numero* 96.*cum sequentibus* : & idem quod Ioan.Guttierez volunt Bald.August.Felin. Corsetus,& Afflictis,quos citat Menochius,*in tractatu de præsumptionibus lib.*4.*præsumpt.*134. *num.*4.*fol.*242. ad quem addo Iasonem *in d.l. stipulatio ista , habere licere, num.*8.*ff. de verborum obligation.* Et qualitas per-
260 sonæ,vt scientia,& nobilitas,facit vt † cum aliquo dispensari possit vt habeat duo beneficia,vt per Rebuff.*in praxi benefic.tit.de dispensation.ad plura beneficia,num.* 45.*pag.*372.Quintilianum Mandosium *de signatur.gratia, tit.de dispensatione ad plura beneficia, fol.*82.*col.*1. *&* 2.Et secundum qualitatem personarum coniecturatur cuius effectus sint clausulæ derogatoriæ,vt ex Mantica *lib.*12.*de coniectur.mente defunct. tit.* 4. docet Ioseph. Mascardus *in tract. de probationibus lib.*3.*conclus.* 1281. *num.*47. *folio* 226. Et quando qualitas personæ
261 suadet, † conditio potest impleri per æquipollens , secundum Carol.Ruin.*in l.Gallus,*§.*& quid si tantum,lectur.* 1. *num.* 60. *vers. tertio fallit,de liber. & posthum.* Menochium *in tractatu præsumpt. lib.* 4. *præsump.* 185. *num.*28.*folio* 320.¶ Et pater videtur filio † donare ex-
262 pensas,quas cum eo fecit in studio literarum Grammaticarum,sine quibus filius secundum qualitatem personæ honestè viuere non potest : secundum Bart. *in l. de bonis,*§.*non solum ff.de Carbonian.* Alexand. *in l.si donatione,C.de collation.* Ripam *in l.quartam,num.*174.*folio* 149.*ff.ad l.Falcidiam.* Et dicunt Bald.& Angel.*in d.§.*
263 *equitij*:quòd si testator legat vxori lectum,† non censetur legare de serico , quia repugnat viduis honestis: etiamsi testator mandet, quòd vxor tractetur, sicut ipse eam tractauit : quod latiùs tradit Petrus Surdus, *decision.* 150. *numero* 1. qui disputat , si Iurisperito legentur libri, an comprehendantur libri humanitatis, & similes.

Tandem pro prædicta sententia facit , quia credendum est quòd si testator viueret , † & de hoc interro-
264 gatus fuisset, non permitteret , quòd filius contraheret matrimonium cum muliere, quæ esset Nobilis per priuilegium,quia magna est differentia inter Nobilem ex genere,vel ex priuilegio,(vt plusquam notissimum est)
265 illud igitur † quod testator vellet,si viueret,habendum est pro expresso:*l.Titius,*§.*final.ff.de liberis & posthumis: l.quoniam desideria,in primis verbis , C. de naturalibus liberis.* Et verba statuti loquentis de successione filij
266 masculi , † sunt intelligenda in potiori significatu , & sic de illo , qui est legitimus, & naturalis ex origine, non ex accidenti,secundum Paulum de Castro *in l.cum acutissimi,C.de fideicommiss.* Baldum *in cons.*102. *in fine, lib.*4. Bartholomæum Socinum *in cons.*246.*col.penult. vers. sed posito, lib.*2. & alios, quos citat Rolandus, *in cons.*83.*num.*10. *lib.*3. qui hoc latè confirmat. ¶ Et in
267 spuriis licet legitimatis, vix memoria, familia, † & domus honestas conseruatur, præcipuè in Nobilibus , vt per Menoch.*cons.*173. *num.*73. *lib.*2. vbi refert plures, qui Anglum sequuntur *in d.disputatione,Quidam nobilis* ; *de qua in nu.* 53. Et vbi aliquis de iure communi non admittitur ad aliquod officium vel beneficiū, quod
268 venit ex accidenti , † & id quod non potest obtineri absque dispensatione,non est considerandum: vt eleganter probat Romanus *in cons.*499.*num.*4. per *l. si vinum legauerit ff.de vino legato;*& *decisionem* 20. Rotæ *in antiquis.*

Et hæc magis locum haberent , quando testator in vim conditionis expressæ, successores in maioratu gra-
269 uaret ad contrahendum cum filia Nobilis : quia conditiones non debent adimpleri per æquipollens , sed in forma specifica,† & individua : *l.per fideicommissum, l. qui hæredi,ff.de condition.& demonstration.* cum *concor.* quæ omitto,contentus bona remissione Peraltæ,*in lege neminem,n.*8.*pag.*81.*ff.de legat.*2.& Campeg.*in tract. de dote,p.*5.*q.*13.*fol.* 116. cuius regulæ authoritate scribit Ludouic. Gozadin. *in cons.*53.*n.*11. quod si concedatur emphyteusis masculis ; & illis deficientibus, fœminis: conditio debet impleri in forma specifica,& donec masculi extent , fœminæ non admittuntur. Et pro declaratione prædictæ regulæ,plura scribit Ioan.Grat.*in regul.* 82.*n.*1.*cum seqq.*vbi inter alia *n.*3.tradit, quod quando conditio est appositа,non admittitur purgatio moræ, ex regul.*l.Thais,*§.*intra,ff.de fideicommiss.libert.* & per alia quæ refert, de quo legenda sunt quæ scribo *infra,* 2.*p. q.*4.*illat.*8.& Franc.Mant.*in tract.de coniectl.ment.def. lib.*11.*tit.*16.*n.*7.*&* 8.*pag.*547.

Et

270 Et ex istis dixit ad propositum nostrum † Raphael Fulgos. quem post hæc scripta legi *in cons.*61. *Domina Catharina suo testamento* ; quòd si Catharina , instituit Ioannam nepotem vniuersalem hæredem , grauamine iniuncto, quòd non possit nubere alicui, qui non esset oriundus ex terra Ripæ Tridentini, cuius erat ipsa testatrix,& qui non habitet in ipsa terra,& si dicta Ioãna secus faceret, ipsa Ioanna in tertia parte dumtaxat succederet, quòd si Ioanna nubat alicui, qui ex priuilegio Principis impetrauit,vt sit,habitator Castri Ripæ,Tridentinæ diœcesis,& quòd pro tali habeatur, & reputetur quoad omnes honores,& vtilitates, quas habent ciues originarij & natiui,& habitatores terræ prædictæ, non sufficit,& incidit in pœnam à testatrice adiectam; quod latissimè *Fulgos.*fundat,respondendo ad argumenta contraria,& sustentando,quòd valuit dicta conditio: quod dictum etiam refero *in* 2. *parte huius operis , in principio.* Et Canonicus verè creatus , præfertur Canonico *perinde valere creato* ; quia vnus est verè Canonicus , alter fictè , secundùm Rebuffum , *in praxi beneficiali, titul.de rescript. Etiam ac perinde, num.*29. *pag.*313.

Tandem vbicunque ad priuilegium quodpiam consequendum requiritur certa qualitas , si ea ineat fictè
271 tantum,& non verè, † non comprehenditur sub verbis legis : *l.cum hic status,*§.*si sponsus, ff. de donation. inter virum & vxorem* : quam dicit singularem Aretin. *in l. diuortio, colum.vlti.ff.de verborum obligationibus,* notat Tiraquel. *in tractatu de primoge.quæst.*40.*num.*142. *pag.* 294.

Vnde etiam Imola *in Clement. & si principalis, de re-*
272 *script.*scribit, quòd in Delegato Papæ † requiritur dignitas naturalis , & non sufficit accidentalis : de quo legendi sunt Ancharranus *in cons.*94. Decius *in cons.*128. *&* *in cons.*149. per totum , Parisius *in cons.*17. *num.*4. *cum sequentibus , lib.*4. Quintilianus Mandosius *regul.* 13.*reseruationis,num.*4.Gundisal.*in tractatu de potestate Legati de latere,quæst.*9.Gambara *de officio legati,lib.*1. *num.*27 *cum sequentibus,pag.*4.Et familiaris beneficium non dicitur de reseruatis , quando fuit familiaris per priuilegium, secundùm Gomezium *in commentariis ad regulam de impetrantibus beneficia,quæst.*13.*in principio,* Menochium *lib.*2.*de arbitrariis, casu* 201. *numero* 126. *pag.*397. Et Baldus *in l.senium, in fin. C.qui testamenta*
273 *facere possunt* , scribit, quod relictum, quod capit vires ex dispensatione,non † recipit ius accrescendi. Ex quo Gregor. Lopez *in l.*33. *tit.*9. *part.*6. *in glos. in verbo, Acrescer,vers.& potest aduci,*tractat quæstionem,vt si ex priuilegio Principis quis faciat maioratum in duos filios ; vel nepotes spurios, an in defectum vnius, alius habere possit totum per ius accrescendi. Et hoc etiam confirmatur ex his quæ scribit notanter Carolus Ruin. *cons.*24.*num.*12.*&* 13.*lib.*2.vbi probat,quod si maritus vxorem suam hæredem relinquat, cum facultate, quòd post eius mortem possit liberè relinquere , & diuidere hæreditatem & bona inter agnatos de Tauellis . non potest eligere,nec nominare ad hæreditatem fœminam nuptam,quamuis natam de familia illa de Tauellis;quia non simpliciter , sed secundùm quid est de illa familia. Et de fœmina grauata quod nubat alicui de familia,tradit Parisius *in cons.*1.*num.*58.*lib.*1. Et in illa quæstione an filius legitimatus sit per subsequens matrimonium, quam tractat Menochius , *in tractatu de præsumptionibus,lib.*4.*præsumpt.*81.*folio* 136. tractat ex dicta regula iuris , quòd verba sunt intelligenda naturaliter , & non ciuiliter;is inquam,*num.*14. *&* 19. Et filius arro-
274 gatus † non est vere filius, vt tradit idem Menochius, *præsumptione* 82.*num.*5.*folio* 137.Sed & Decius *consil.* 433.*num.*13.scribit,quòd verba testatoris propriè accipi debent : ex quo infert ,quod *bastardi* appellatione, non venit filius spurius, sed tantum naturalis. Et idem Decius *cons.*443.*num.*17. tradit, quòd constitutio quæ loquitur de primogenito,solum intelligitur in filio,quia nepos impropriè est filius. Et generaliter ille, cum quo dispensatum fuit , non intelligitur in dispensatione faciente mentionem de aliquo , vt tradit idem Decius *cons.*695. *n.*19.

Ex prædictis omnibus etiam in practica sustentaui, quòd si testator in fundatione maioratus ordinauit, quòd in eo succederent hi , qui essent de nomine suo,
275 non † possunt succedere illi,qui sub aliquo colore nomen assumunt: pro qua sententia facit *l.*3. *in princip.ff. de tutel.* Glos.*in l.*1. *C.de cura.furios.*& *in l.* 1.*in verb. curatorem,ff.eodem tit.*& quæ scribo 2.*par.quæst.*4.*illat.* 8.ex Menochio *cons.* 97. & quæ scribit Decius *in cons.* 120.*col.*3. Cephal. *cons.*251.*n.*58. *lib.*2. qui hanc illationem decidit in terminis in Ducatu Castellæ de Albuquerque. Quod confirmo per dictum Cæsaris Lambertini,*in tractatu de iure patronatus,part.*2.*lib.*1.*art.*9. 2.*quæst.principal.num.*11 *folio* 134.vbi tradit, quòd ius
276 patronatus † non pertinet ad eos, qui sunt adoptiui ex parentela: citat Baldum *in l.cives,C.de appellat.*& idem vult Rochus de Curte,*in tractatu de iure patronatus,in verb.ipse, vel is à quo, num.*74. *folio* 84.*in parvis.* ¶ Et
277 grauamen nominis non est intelligendum † de nomine baptismali, secundùm Alciatum, *lib.* 4. *disjunctionum, cap.*1.Viglium *in §.nominatim,num.*22. *Instit. de exhæredat.liberor.* quos refert & sequitur Petrus Barbosa, *in rubr.ff.soluto matrimonio , tom.*1.*part.*2.*rubric. num.*22. *pag.* 15.

Prædicta confirmantur , quia verba debent intelligi simpliciter & absolutè , non secundum quid , vt supra dixi à *num.*123.quæ regula etiam probatur , *in l.*1 §.1. *ff.de donat;l.si ita quis,* §.*vltimo,ff.de legat.*2. cum *concordantibus*,vt per Tiraq.*in tractatu le mort,part.*2.*declaration.*6.*num.*12.*pag.*112.& quando valeat istud ar-
278 gumentum † secundùm quid,constat ex *l.quæ pœnæ,ff.de manumiss.*& per Ripam *in l.Prætor,num.*8.*ff. de re iudic.* & alios, quos citat Rebuf.*in l.quod in ius,ff. de re iudic.* & ex regul.*d.l.*1.§.1.*ff.de donat.*venit quod fratres pa-
279 trueles † non tunt simpliciter fratres , sed secundùm quid,vt latè probat Ias.*in cons.*206.*col.*5. *vers. Non obstat ergo primum statutum , lib.*2. Cephal. *in cons.*616. *num.*74.*cum seqq.lib.*5. Et hæc confirmatur,quia regulariter Nobilitatis priuilegia impetrant plebeï & descendentes ex genere Indæorum ex diuitiis,quas possident : & voluntas testatoris non debet hoc modo fraudari,quia id esset iniquissimum;& in dubio à verbis testatori non debet hoc modo fraudari,quia id esset iniquissimum , & in dubio à verbis testatoris & mente non est recedendum.

Et ex his etiam infertur , dubiam valde esse aliam sententiam Gregor. Lopez *in l.*3.*tit.*13.*p.*6.*in glos.in verbo, Mugeres, col.*2.*in fin. & col.*3. *in principio,* vbi dicit , quòd si conditor maioratus in defectum masculi voluit succedere fœminam , hac conditione, quòd nuberet homini sui generis, qui nomen suum haberet & insignia , & nomen , & memoriam suam conseruaret, quòd mulier censetur paruisse conditioni nubendo extraneo,qui nomen & insignia testatoris accepit : Quia
280 hoc est contra apertam testatoris voluntatem;& † nullo iure fundari potest,nec rationes quas refert,aliquid vrgent.Contra quem etiam facit notabilis ad propositum doctrina Rochi de Curte *in tract. de iure patronatus, in verbo,ipse,vel is a quo.num.*74. *cum aliis,fol.*84. vbi vult,quòd stante dispositione, quòd ius patronatus non exeat extra domum, vel parentelam, quòd si quis creetur vel adoptetur de illa parentela,† non potest fieri pa-
281 tronus,per plures rationes,quas *ibi* adducit:& Rochum de Curte refert & sequitur Lambertin. *in tract. de iure patron.lib.*1.*par.*2.*quæst.*2.*art* 9.*n.*1. *cum seqq. fol.*134. qui hoc latè confirmat, & Fulgos.*in d.cons.*61. refert & sequitur Simon de Pretis*de interpretand.defunct.volun. dub.*1.*n.*6.*fol.*443. & facit notabile *consilium* Menoch. 30.*n.*1.2.*&* 3.*&* *cons.*233.*n.*32.*lib.*3.

Et quod ciuitas concessa per priuilegium † non com-
282 prehenditur in vocatione Agnatorum, secundùm Cynum,Baldum,& Angel. *in l.filius,C.de bonis damnator.*

Carol.

Carol.Ruin.*in conſ.*200.*num.*19.*lib.*2.Alciat.*reſp.*200. *per totum*,Buriat.*in conſ.*8.*n.*29.¶ Et fortior coniectu-
283 ra colligitur ex † nomine appellatiuo *familiæ*,quàm ex proprio nomine baptiſmali,ſecundùm Bartol. *in l.1.n.* 19.*ff.ad municipalem*, Felin. *in proœmio Gregor.n.*29. Dec.*in l.2.§.appellata,n.*5.*ff.ſi cert.petat.*eundem Bart. *in l.matrimonio, n.*4. vbi Barboſa *in prima part.rubricæ, num.*23.*pag.*15.*tomo* 1. Quod ego ſequutus fui in negotio maximi momenti:cum quædam fœmina fuit grauata,
284 † vt contraheret matrimonium cum aliquo de certa familia : & plura in comprobationem iſtius ſententiæ ſcribit Ripa *reſponſ.*3.*n.*24.*cum ſeqq.* Et facit quod in hac propria materia primogenituræ ſcribit Cephal. *in conſ.*440. *num.*82.*lib.*3. quem cito *ſupra, quæſt.*48. quòd agnatio non conſeruetur ex eo quod quis grauet filium aſſumere nomen & arma, niſi ipſe de agnatione ſit;tradit notanter Auguſt.Beroi. *in conſ.*77.*n.*22.*lib.*2. Et eſt memorabilis doctrina Aymon. *in conſ.* 830. de teſtatore qui hæredem inſtituit, ea tamen lege,ne bona teſtatoris poſſint transferri in eum , qui non ſit ex nobili ſtirpe,& nomen,& arma familiæ ipſius portet:quem citat Mantic. *de coniect.ment. lib.*8.*tit.*17.*n.*9. *fol.*190. Et ſic intelligenda ſunt quæ ſcribo *ſupra,à n.*41.

285 Et quòd nominati in generali cognatione † non admittantur , maximè in excluſionem deſcendentium à fundatore,tradit elegantèr Pariſ.*in conſ.*51.*n.*18.*&* 19. *lib.*2.Et ex virtute & effectu caulæ naturalis,quæ præferenda eſt accidentali,quod fratri factum legatum in-
286 telligitur † de fratre naturali,non ex Religione,ſecundùm Cæſar.Lambertin. *in tract.de iure patronat.lib.*1. *par.*2.12.*mar.primæ quæſt.principal.n.*4.*folio* 114. facit ſingularis doctrina Decij *in conſ.*273. de hoſpitali qui non poteſt conſeruare & ſumere nomen familiæ teſtatoris,& eius memoriam conſeruare,quem citat Cephal *in dict.conſ.*196. *n.*27.*lib* 2. qui ad hoc pluribus ratio-nibus mouetur:cuius doctrina periculoſa ſemper mihi viſa fuit,& in practica cautè cuſtodienda, propter ſententiam Bartol.*in l.ſi cognatis,n.*5.*ff.de rebus dubiis*,vbi notanter vult , quòd ſi quis relinquat fideicommiſſum
287 familiæ alicuius Tertij , † admittuntur ad illud fideicommiſſum omnes qui ex illa familia proceſſerunt,ac ſi propriæ teſtantis familiæ factum fuiſſet: & idem volunt Salicet.*in l.quoties ab omnibus,C.de fideicommiſ.*Alciat. *in l.pronuntiatio, §.familiæ,ff.de verb.ſignific.* quos citat Molina *lib.*1.*de primogen.c.*4.*n.*43.*fol.*28.vbi dicit hoc magis procedere, vbi in fideicommiſſo familiæ relicto alienæ , eſt grauamen nominis proprij, vel arma deferendi : & pro reſolutione Molinæ faciunt quæ in propria ſpecie & materia reſoluunt Paril. *in conſ.*15.*n.*77. *&* 78.*&in conſ.*18.*&*42.*& in conſ.*19.*n.*34.35.36.37. *lib.*2. Cephal.*in conſ.*196.*n.*21.*lib.*2. Menoch. *in conſ.* 117.*n.*23.*lib.*2.*& in conſ.*220.*n.*33.*lib.*3. qui allegant Dec.*in conſ.*228.*num.*6.idem Cephal.*in conſ.*664.*n.*50. *lib.*5.Socin.Iun.*in conſ.*39.*n.*55.*&* 57.*lib.*3.Marzarium *in conſ.*4.*col.*4.*verſ.De voluntate vero teſtantis*, Rimin. Iun.*in conſ.*21.*num.*27.*&* 49.*vol.*1. quod reputo notabile.

Ad doctrinam autem Baldi *in d.l.cum ex oratione,ff. de excuſat.*facilis eſt reſponſio ex ſupra dictis,& contra illum facit alia ſententia eiuſdem Baldi *in l. in vrbe.ff. de ſtatu homin.*vbi dicit:quòd quando ex conſuetudine
288 officia ſunt danda naturalibus ciuibus, † non poterunt illa habere ciues adoptiui , ideſt recepti ad ciuilitatem: quę inter alios citat Auend.*p.*1.*de exequęnd.mand.c.*19. *n.*16.*in fine*,& hos citat Azeuedo *in l.*1.*tit.*3.*lib.*7. *Recopil.n.*5.*folio* 124.quod eſt notabile ad eos, qui ſe opponunt ad beneficia huius Regni Granatenſis , & ad Prioratus Giennenſis diœceſis , quorum oppoſitores iuxta ſtatuta harum diœceſum, quæ ad vnguem obſer-
289 uantur , † debent eſſe naturales harum diœceſum , vt poſſint obtinere beneficia & Prioratus. Quæ conſtitutiones ortum habent à tex.*in l.Eccleſiis, C.de Epiſc.& Cler.*vbi probatur, quòd extranei in Eccleſiis non ſunt ordinandi:& idem patet ex *cap.neminem,*70.*diſtinction.* & ideo dicit Gloſ.*in cap.ſi proponens,de reſcrip.*vbi DD: quòd ſi forenſis impetrat beneficium,& non facit mentionem de loco ſuæ originis , gratia † eſt ſubreptitia: quia in dubio Papa intendit cuique in ſua patria prouidere : de quibus vide quæ notat Gregor. Lopez *in l.* 290
13.*in glo.in verbo,Los hijos de la Igleſia,tit.*15.*part.*1.*&* *l.*18.*&* 19.*tit.*3.*lib.*1.*ordinam.*Roch.de Curte *in tract. de iure patronat.folio* 8.*col.*3.& eundem Gregor.*in l.*1. *tit.*11.*part.*2. Rolandum *in conſ.*47.*num.*67.*libro* 1.& Rebuff. *in tractatu de pacifico poſſeſſore , numero* 276. *pag.*313.

Ratio autem prædictarum conſtitutionum (vt obiter hoc agam) eſt, quia † præiumitur quis patriam di- 291
ligere,ex qua ortus eſt,*l.velut*,& ibi notatur,*ff.de iuſtitia & iure.* Et in electione officiorum ſemper † ſunt 292
præferendi ciues originarij forenſibus,ſecundùm Lucam de Penna *in l. quiquis, C.de omni agro deſert. lib.* 11. vbi hoc ampliat etiam ſi ciuis nouus eſſet magis dignus originario,& ita in terminis notat *Alciat.*aduertendo prædictam rationem, *in tractatu præſump. reg.* 1. *præſumpt.*37.*num.*3.*pag.*107. ad quod eſt expreſſa *l.* 8. *tit.*2.*&* 123.*eodem tit.lib.*7.*ordinam.*quæ ſunt ſingulares,hodie *l.*12.*tit.*3.*lib.Recopil.*ad quas vide Greg.Lop. *in l.*2.*tit.*19.*p.*3.

Hinc eſt , quod naturalis de aliquo loco debet præ- 293
ferri extraneo in præſentatione † beneficij , ſecundùm Abbatem *in cap.ad decorem,in fin.de inſtit.* per textum *in cap.nullus,& in cap.ne mireris,*61.*diſtinctione*,confirmat Dec.*in conſ.*542.*num.*13.facit in ſimili lex 1.C *.de metal.lib.*11.vbi Bart. Angel.Paul. & Lucas de Penna vbi conſtat , quòd ciues ſunt † præferendi exteris in 294
emptione frumenti,notat Roman.*in conſ.*2.*num.*7.*ff.ſoluto matrimonio*, Iaſo.*in l.vltima,num.*12.*C.de iure emphyt.* & alij,vt per Tiraquel.*lib.*1.*de retractu, §.*1.*gloſ.* 18.*num.*2.& Epiſcop.Couar.qui hoc rectè explicat *lib.* 3.*reſolut.cap.*14.*num.*6.*folio* 221.Et quando quis dicatur ciuis originarius , † vide latè Boër. *deciſ.* 13. qui 295
multa ſcribit pro intellectu,*l.*18. *& ſeqq.tit.*3.*lib.ordinament.*hodie *l.*14.*tit.*3.*lib.*1.*Recopil.*& aliarum legum Regalium ſtatuentium beneficia non eſſe concedenda exteris à Regno Caſtellæ : & faciunt quæ ſcribit idem Loërius *deciſ.*260.*num.*21.cum aliis. Et aliud eſt quòd 296
quis ſit ciuis,† aliud quòd pro ciue habeatur,ſecundùm Bartol.*in l* 3. *§. ſi emancipatus, ff.de bonorum poſſeſſione contra tabul.& in l.*1.*§.ſufficit, ff. de bonorum poſſeſ.ſecundum tabul.*notat Iaſ.*in l.cum quid,ff.de iureiur.*Gama *deciſ.*322.*n.*7.

Qua in re eſt ſingularis,& mente tenenda *lib.*19.*tit.* 3.*lib.*1.*Recopil.*quæ ponit qualitates , quæ requiruntur, vt quis dici poſſit naturalis iſtius Regni ad obtinenda beneficia † & præbendas : quæ lex tollit multa,quæ de 297
iure communi erant dubia,de quibus per Felin.*in cap. dilectus,in* 2.*de reſcrip.* Ioan.Gutt. *in conſ.*7.*per totum*, Ioan.Gratian.Falcon *in regula* 245.Azeued. *in eadem l.* 16.& in ſuo corrigit *l.*1.*tit.*20.*par.*2.*l.*32.*tit.*2.*par.*3. *l.*2.*tit.*24.*l.*11.*tit.*26.*par.*4.& in aliis etiam caſibus videtur quod *dict.l.*19.ponit regulam,& ideo eſt multum conſideranda. Et plura de materia qualiter probetur † 298
origo ? ſcribit nouiſſimè Maſcardus,*in tract.de probat. lib.*3.*dict.concl.*1141.*num.*1. *cum ſeqq.folio* 32. vbi tradit inter alia plura, originem probari ex natiuitate propria,ex priuilegio Principis, ex ſepulchris, ex capellis, ex inſtrumentis antiquis,& aliis pluribus rebus, & demonſtrationibus ; & priùs *concl.* 409. *&* 410.*lib.*1. ad quos addo Iacob. Rebuff. *l.*2.*C.de annonis ciuilibus,lib.* 11. *num.*4.*folio* 108. vbi tradit de imaginibus Regum poſitis in palatiis , & in aliis locis publicis & in parietibus,& aliis ſimilibus rebus:ad quod faciunt plura quæ ſcribit Maſcard. *in tract. de probat.lib.*3. *concluſ.*1141. *num.*16 & contra Bald.etiam facit quod notat Iacobin, de ſancto Georgio,& Domin. *in cap. ſi Epiſcopus , de ſupplend.negligen.prælator. lib.*6. vbi dicunt, quod diſpoſitio illius textus volentis,quod vbi Eccleſia Cathedralis vacat,vel quaſi vacat, ea quę obueniunt, debent

reſeruari

299 reſeruari futuro ſucceſſori ; † non habet locum quando ex conſuetudine præſcripta , vel priuilegio , vacante Sede Epiſcopali ſpectaret ad Archidiaconum , vel Capitulum,vel ad vnum de Capitulo exercere iuriſdictionem Epiſcopalem ; quia talis conſuetudo & priuilegium cùm ſit ſtricti iuris , non debet extendi ad alium caſum, per id quod habetur *in cap.vltimo,de officio Archidiacon.* notat Alexand. *in conſ.*102.*num.*4. *lib.* 6. Iſtis conuenit doctrina Guid. Pap. *quæſt.*78.*num.*3. vbi probat , quod Doctores per priuilegium , vel bullam,
300 † non gaudent priuilegiis Doctorum:& idem *deciſ.*388. *num.*11. latè Quintilian.Mandoſ. *in regul.*16. *Cancellar. quæſt.*20. *num.*1.*fol.*88. ad quod facit *l.*5. *&* 6.*tit.*7. *lib.*1.*Recopilation.* & faciunt *l.*7.8. *&* 9.*tit.*2. *lib.*6.*Recopilation.* quæ loquuntur de priuilegiis datis ad exemptionem tributorum : *deciſ.* Iacob. Put. 61.*lib.*2. vbi tractat de Doctore facto per priuilegium.Quibus etiam eſt iungenda quæſtio diſputata per Quintil.Mandoſ. *in dict.regul.Cancellariæ* 16. *quæſt.*44. *fol.*103. vbi tractat; ſi exterus Regni obtinuit literas & beneficium naturalitatis , vt poſſit habere beneficia & præbendas in iſto
301 Regno , † an eidem præferatur in obtinendo beneficio naturalis iſtius Regni ? quod etiam confert pro intellectu *legum* 14.15.16.17.18.19.*&* 20.*tit.*3.*lib.*1.*Recopil.* & legendus eſt idem Mandoſ. *quæſt.* 45. *in dict. regul.& regul.*16.*q.*41.*num.*8. *fol.*101. Et quòd ſtatuta, quòd nullus recipiatur in Collegio , niſi ipſe,vel pater eius ſit inde oriundus,iuſta ſint ; tradit Iaſ. *in conſ.*77. *col.*1. *lib.*3. per regulam *l.*2. *§.item Varius , ff. de aqua pluu.arcend.*

In vno tamen caſu (vt ad ſuperiora redeam) poteſt habere locum doctrina *Gregorij Lopez* , vbicunque filius , cui à patre iniungitur prædicta conditio , quòd non contrahat cum illa,quæ deſcendit à genere Iudæorum , vel Sarracenorum , acquiſierit nobilitatem propria virtute, & egregiis factis (quod non ſemel contigit) vel propter merita Maiorum ſuorum : imo vera Nobilitas ab his ortum habuit : tunc etenim videtur
302 † quod ſatisfacit contrahendo cum perſona talis conditionis. Quod ſuaderi poteſt ex diſpoſitione *l.*6.*tit.* 27. *part.*2. ibi : *A los que lo honraſſen de ſus enemigos, matando el caudillo de la otra parte, o prendiendolo , puedenles dar honra de hijosdalgo e los que no lo fueren por linage.* & l.2.tit.21.& l.21. eadem parte,& l.4.tit.23. part.2. ibi : *Mas el Tercero que viene por ſabiduria a mayor fuerça que eſtos otros dos que diximos :* & facit text. *in l.ſi quid bello , ff.de capti.* & ſcripta per Alexandrum *in conſ.*209. *Ponderatis : lib.* 6. *num.*8. vbi pro-
303 bat , † quòd Nobilis ex virtute præfertur illi , qui eſt ex genere Nobilis , quod tradit & latius diſputat Staphil. *de literis gratiæ & iuſtitiæ , tit. de prærogatiuis, verſ.Vnde facio ſeptimam concluſionem, num.*1.*cum ſequentibus , pagina* 255. qui citat inter alium textum *in dict.l.ſi quid in bello ;* & conducit *l* 1.*tit.*1. De los caualleros , *lib.*4.*Ordinam.* nihilominus tamen quamvis in caſu poſito per *Greg. Lopez* hoc vltimum verum
304 ſit, † in quæſtione noſtra nequaquam pro edere poteſt; quia quamvis aliquis propter egregia facta , vel aliàs nobilitatur per Principem , ſi tamen originem trahit à Iudæis,vel Sarracenis , non purgatur vitium , & ſemen malum , quod in poſteros deriuatur in omne æuum ; & ſic non obſtante quòd per Principem nobilitentur, adhuc macula & vitium oſſibus adhæret, quod deleri per Principem non poteſt , cùm ſit quid naturale , & ideo incommutabile ; *§. ſed naturalia quidem iura,*
305 *Inſtit.de iure natur. gentium, & ciuil.* & ius † ſanguinis, quod eſt incommutabile, *l.iura ſanguinis, ff.de regul.iur. & l.*34.*tit.fin.part.*7. Et ſicut Princeps non poteſt derogare clauſulas maioratus in præiudicium vocatorum,vt plenè probatur *in principio.*4.*part.à nu.*24. *cum ſeqq.* ita nec in hoc diſpenſare poteſt non ſolum tacitè, ſed nec etiam expreſsè : & manifeſtè contrauenitur voluntati teſtatoris.qui illud ſemen abhorruit.

Pone etenim , quòd quis ſit Nobilis ex priuilegio Principis , cum quibuſlibet clauſulis , ſi tamen ſit deſcendens à genere Iudæorum , admitteturnè ad Collegia , quæ non conceduntur niſi mundis ab hac macula ? vel ad dignitates , & præbendas Eccleſiaſticas, quæ in hoc Regno, & in Eccleſia Giennenſi, & in Eccleſia Toletana , & in aliis Eccleſiis non conceduntur, niſi ſint liberi à prædicto ſemine. Certè † ex prædicto 306
priuilegio non remaneret habilis ad prædicta, vel ad alias congregationes & confradias , in quibus non admittuntur, qui prædictam habent inhabilitatem : quod hodie refert Azeued.*lib.*1.*Recopil. tit.*7. *l.*22.*& vltim. num.*4. *pag.*118. vbi etiam tractat , quòd macula probatur † per indicia & famam : & quod conſiſtit in ar- 307
bitrio Iudicis quis dicatur Chriſtianus antiquus ? quod ante eum tractant Alphonſus de Caſtro *in lib de iuſta hæretic.punit. lib.*1.*cap.*7.*fol.*44. Auendan. *in dictionario,in verbo, Deſcendentes, fol.*192. *col.*1. idem Azeuedo *in l.*1.*num.*162.*fol.*135.*tit.*2.*lib.*6.*Recopilat* Ioan.Gutt. *lib.*3. *practic. quæſtion.q.*1. *num.*17. *pag.*131. qui citat *Auendan.* Qua in re animaduerto ad ſtatutum Ordinis Diui Iacobi *lib.*3.*cap.*27. *in addition. fol.*110. ibi : *En ningun grado, por remoto que ſea.* ¶ Et ſi inſpicienda eſt vulgi opinio , qua fere nulla eſt maior † probatio ad 308
verificationem nobilitatis , vt probatur *in l.*6.*tit.*2. *libro* 4.*Ordinament.*in verſic. *Pero ſi* ; & in *pragmatica Regis Henrici* 1543. hodie *l.*9.*tit.*11.*lib.*2. *Recopil.* & notatur per Bartolum *in l.*1.*C.de dignit.at.lib.*12. & per alios plures,quos omitto, quos citat Azeuedo *in d. l.* 1. *num.*164. Certum eſt, quòd iſtius conditionis homines non ſunt , † nèc reputantur Nobiles. De quo legenda 309
ſunt quæ ſcribit Otalora *in tract. de Nobi itat.* 2.*part.* 3.*partis, cap.*7.*per totum, pag.*195. Permitti igitur non debet,quòd ſucceſſor in maioratu contraueniat voluntati teſtatoris, & tot beneficia amittat, quæ conceduntur illis,qui ab omni macula ſunt liberi, & denegantur illis, qui veniunt ex genere Iudæorum.

Et ad prædicta facit quod ſcribit Angel *in l.vltima, C.de his qui veniam ætatis impetrau.* vbi vult , quòd ſi legatum fuerit relictum alicui, *cum erit Doctor*, intelli- 310
gitur mediante † examine Doctorum : non ſi doctoretur à Papa , vel Imperatore ſolo verbo. Quod refert & confirmat Iaſ. *in l.ſi quis maior, n.*32. *C.de tranſaction.* Et in hac materia eſt magnificiendа doctrina Curtij Iun. *in conſ.*54.*num.*12.13.& 14. vbi reſoluit , quòd ſi quis relinquit bona per fideicommiſſum maſculis de certa agnatione , & illis non extantibus , marito propriæ filiæ ; ſi talis filia nupta reperiatur cum aliquo conſanguineo,cum quo non potuit contrahere filia matrimonium, quia erat conſanguinea intra quartum gradum , † non comprehenditur , nec vocata cenſetur ad 311
fideicommiſſum. Mouetur pluribus notabilibus ratio- 312
nibus, præcipuè, quia in ſubſtitutionibus † verba non
debent intelligi, vt verificentur in materia diſpenſatiua, per regulam *dictæ legis vltimæ, C.de his qui veniam ætatis impetrauerunt*, quam dicit eſſe expreſſam ; quod in praxi in multis negotiis videbis. Et per regulam *dictæ legis* , reſoluit Ioan.Cirier *in tract. de primogenitura, lib.*1. *quæſt.*2.*fol.*3. *col.*4. quod in Hiſpania primogenium,vocatur *maioricas*, & plura ad propoſitum. Et animaduerto,quod Curtius refert *conſilium* Decij 542. Et qualiter probetur quòd quis deſcendit de aliquo 313
genere, † notanter explicat Aretin. *in conſ.*37. *num.*1. *cum ſequentibus* , quem & alia ad propoſitum refert Maſcardus *in tract. de probationibus, lib.*2.*concluſ.*411. *num.*1.cum aliis,de quo legenda etiam ſunt quæ ſcribo *part.*2. *quæſt.*7. & ibi reſoluit Maſcardus *num.*6. quid in antiquis ? & filij † ſequuntur originem patris , & 314
aiitam,non vlteriorum ; aliter neceſſe eſſet nobis quærere Agrum Damaſcenum , vt ex pluribus docet Siluanus *in conſ.*1.*num.*691.*cum ſequentibus*, ex *l.aſſumptio, §.*1. *ff.ad municipalem :* & aliis, quæ citat Maſcardus *in tract. de probationibus , lib.*3. *concluſ.*1141. *num.*9. *folio* 33.

SVMMARIVM.

315 *Regi an liceat, extraneo huius Regni facere donationem affectu naturali per priuilegium.*
316 *Astutis interpretationibus legum mentem fraudare non licet.*
317 *Priuilegia naturalitatis sunt odiosa.*
318 *Princeps omnia potest.*
319 Alcaldes de los hijosdalgo *an sufficiat esse Nobiles ex priuilegio.*
320 *Officia quæ vocamus,* Alcaldes de la hermandad, *an sint concedenda Nobilibus ex priuilegio.*
321 *Vnus non debet esse nobilis in vno, & in alio non.*
322 *Vidua alicuius Nobilis ex priuilegio, an gaudeat priuilegiis mariti, cum duobus seqq.*
325 *Iuripatronatus ex priuilegio Illustrium an derogari possit, & num.327.*
326 *Illegitimus an sit capax iurispatronatus ex dotatione, aut priuilegio.*
328 *Ius patronatus, ad quod est vocatus antiquior de familia, an competat filio legitimato per Principem secularem, aut Papam.*
329 *Infertur intellectus ad quæstionem, an filius legitimatus per subsequens matrimonium, natus ante matrimonium, præferatur in successione primogenituræ filio nato post illud contractum.*
330 *Consuetudo, quòd in Ecclesia non admittatur nisi Nobilis ex vtroque parente illustris, ac scientia eminens, an valeat, & præscribi possit.*
331 *Patronatus ex priuilegio an possit variari.*
332 *Filius grauatus ne contrahat matrimonium cum descendente à Iudæis, si in secundis nuptiis hoc impleuit, licèt in primis contrauenerit, an euitet pœnam, latè discutitur, & num.333.335.& 336. Quid si in secundis nuptiis contraueniat, num.340.*
334 *Infertur intellectus ad* l. 49. Taurinam.
337 *Quod semel factum est, retractari non debet, ex eò quòd postea superuenit.*
338 *Mater secundò nubens an possit recuperare tutelam filiorum*
339 *Legato relicto mulieri,* si Titio nupserit, *& illa nubat* Sempronio, *conditio statim extinguitur, quamvis post mortem Sempronij Titio nubat.*
341 *Fœmina grauata contrahere cum aliquo de agnatione, vt bona in testatoris familia conseruentur, mortuo primo matrimonio, an teneatur contrahere inter suos de familia.*
342 *Vidua an recuperet per castitatem sequentem legatum, quòd per præcedentem impudicitiam amisit.*
343 *Filius grauatus si contrahat matrimonium cum ea, cum qua factus fuit contractus matrimonij, & ex tali matrimonio filia nascatur, mortuáque vxore ex alia filium suscipiat, quis succedat in maioratu, disputatur; & num.344.345. Resoluitur, n.347. 354.355.357.359.360.361.& 362.*
346 *Vocatio primogenitorum dicitur substitutio fideicommissaria.*
348 *Aliena successiones propriis non censentur præponi, num.349.& 350.*
351 *Institutio facta de filiis non comprehendit filios ex alia vxore legitimatos, & num.352.*
353 *Lucra nuptialia quis debeat habere, remissiuè.*
356 *Mulier tempore contracti matrimonij potest pacisci, quòd succedant tantùm filij ex primo matrimonio.*
358 *In conuentionibus mens magis quàm verba debet spectari.*
363 *Interpretatio taliter fieri debet, quòd altera pars decepta non remaneat.*
364 *Testator instituens ventrem, non videtur instituere ventrem ex alia vxore, & num.366.*
365 *Pactum in contractu matrimonij adiectum, quod mortua vxore superstes maritus lucretur dotem, an valeat.*
367 Lex, si vnquam, C. de reuocand. donat. *an procedat in filiis primi & secundi matrimonij.*
368 *Filius grauatus (prout cauetur in* num.143.*) si matrimonium copula non consummauit, an euitet pœnam per testatorem adiectam? refertur sententia affirmans. Negans & verior, à numero 374.376. 377.378. Quid si matrimonium sit ex aliqua causa nullum, n.380.*
369 *Contrahens sponsalia in casibus à iure prohibitis, si matrimonium tamen non consummet, pœna ordinaria non debet puniri.*
370 *Bigamus non est qui primas nuptias non consummauit.*
371 *Nec dicitur contraxisse secundas.*
372 *Mulier an possit repetere dotem, quam dedit pro contrahendo cum aliquo consanguineo, vbi sponsalia tantum contracta fuere.*
373 *Pœnæ quæ imponuntur ipso facto per legem, requirunt turpitudinem consummatam, non inchoatam.*
375 *Matrimonium dicitur perfectum ante copulam.*
379 *Sponsa de præsenti etiam in materia pœnali venit appellatione* vxoris.
381 *Lex cum animum facientis tantum considerat, faciens actum nullum, pœnam incurrit.*
382 *Testator si prohibeat ne minor alienet bona causâ agnationis conseruandæ, per talem alienationem, etiam nullam, an incurrat pœnam fideicommissi præstandi alij in casu alienationis secutæ.*
383 *Contraria opinio, quòd actus nulli censentur ac si facti non fuissent, & num.386.*
384 *Contrahens matrimonium nullum, an amittat beneficium? discutitur, & num.388.*
385 *Matrimonium inualidum aliud non impedit.*
387 *Mulier an incurrat pœnam infamiæ per secundum matrimonium per verba de præsenti contractum, etiam sine copula.*
389 *Quando excusetur mulier quam, ea ignorante, pater, frater, aut consanguinei matrimonio copularunt remissiuè: & ibi de minorum excusatione.*
390 *Qui cum alio contrahit matrimonium, illius qualitatem & conditionem scire præsumitur.*
391 *Maximè si cum consanguineo contrahat.*
392 *Ignorantia quomodo probetur, & nu.384.*
393 *Non excusat vbi quis tractat de lucro captando.*
395 *Et qualiter excuset, aut noceat, & num. 397. & 398.*
396 *Dolus & malitia præsumitur contra eos, qui clam matrimonium contrahunt, contraueniendo voluntati testatoris circa nuptias contrahendas.*
399 *Error quando excuset.*
400 *Qui ignorans rem esse de suo maiòratu illam alienat, non incidit in pœnam contra alienantes statutam.*
401 *Mulier abiecta & vilis quæ dicatur ad hoc vt filij non possint succedere, remissiuè. Et qualiter contrahens matrimonium, & non adimplens conditiones & grauamina, ad amissionem fructuum debeat condemnari,* ibid.
402 *Incapax successionis non potest recuperare locum, quem nunquam habuit.*
403 *Qui non obseruat grauamina fingitur ac si nunquam successisset.*
404 *An excusetur qui peritiores consuluit.*
405 *Fœmina grauata contrahere cum consensu & voluntate alicuius, vt possit succedere, an excusetur, si tempore quo contraxit, alius erat legitimus successor? remissiuè.*
406 *Grauatus contrahere matrimonium cum Nobili, non descendente à Iudæis vel Sarracenis, an excusetur contrahendo cum muliere, quæ vt nobilis & ab omni macula munda reputabatur: remissiuè.*

407 *Grauato sub amissionis pœna, quòd non contrahat matrimonium sine patris & matris consensu, si alter decedat, sufficit consensus vnius.*
408 *Stipulatio pœnalis super matrimoniis contrahendis inter ipsos contrahentes an valeat.*

HOc autem in loco, licèt quodammodo sit extrà materiam, quia supra est facta mentio de doctrina *text.* vbi Bald. *in dict. l. cum ex oratione, ff. de excusat. & in dict. l. liberos, C. de collation.* lectores admoneo, quòd ex prædicta doctrina, per quam dixi quòd pariá sunt inesse alicui qualitatem per naturam, aut per priuilegium; potest inferri intellectus *ad l.10. tit.9. lib.6.*
315 *Ordinamen.* statuentem, Regem † non debere concedere aut donare extraneis Regni villam, ciuitatem, aut locum, aut terram Regni. Nam si Princeps ex priuilegio faciat aliquem originarium & naturalem huius Regni, cum ex Principis priuilegio insit iam illa qualitas naturalitatis, potest in talem effectum prædicto modo naturalem, propter magna seruitia facere donationem, ac si esset naturalis. Sed hic intellectus ad *dictam legem* periculosus videtur, quia dicta lex fuit facta propter bonum publicum Regni, & ne exteri fruantur bonis, quæ propriè sunt naturalium Regni, & ne secreta Regni pandant, & paulatim fiant domini bonorum Regni, & propter alios bonos fines. Vnde non licet
316 astutis interpretationibus † legum mentem fraudare, *l. non dubium, C. de legibus, l. contra legem. ff. eodem tit.*
317 & hæc † priuilegia naturalitatis sunt odiosa, vt patet ex *pragmatica data Pintiæ, anno 1525. l.24.* & ex alia *Toleti anno 1525. l.4.* quæ leges sunt hodie *in l.16. tit.3.*
318 *lib.1. in nona Recopil.* † sed Princeps omnia potest, *l. disputare, C. de crimin. sacrileg. l.2. C. de falsis*; cum *concordantibus.*
319 Secundò deducitur † intellectus ad *l.30. tit.4. lib.2. Ordinament.* quæ dicit, quod Iudices, quos vocamus, *Alcaldes delos hijosdalgo*, debent esse Nobiles, provt plenius *in dict. leg.* continetur: nam attenta doctrina *Baldi*, sufficit, quòd sint nobiles ex priuilegio, *dicta* autem *lex* est hodie *1. tit.11. lib.2. Recopilat.*

Tertiò infertur, quòd in locis in quibus officia, quæ nos vocamus *Alcaldes de la hermandad*, vel *Alcaldes ordinarios*, concedentur Nobilibus; ad hoc vt gaudere
320 possint prædictis officiis; sufficit, † quòd sint Nobiles ex priuilegio: de quo legendum est quod scribit nouissimè Ioan. Garcia *in tractat. de Nobilitate, glos.1. §.1. num.50. fol.56.* & iterum, *§.35. nu.3. fol.34.* qui hoc refert; & idem tenere videtur. Quod vidi in practica in quodam Aduocato certi loci, cui datum fuit officium tanquam Nobili, eo quia erat Aduocatus & Graduatus per Vniuersitatem Complutensem. Et non debet esse
321 quis nobilis in vno, † & in alio non: & vna & eadem res non debet diuerso iure censeri, iuxta *iura vulgata.*

Quartò infertur intellectus ad *l.6. titulo 2.* de los hijosdalgo, *lib.4. Ordinamenti*, hodie *l.9. tit.11. lib.2. Ordinam. noui*: statuentem, vxorem Nobilis viduam gaudere debere priuilegiis mariti, qui Nobilis erat ex sanguine; nam ea lex procedere videtur in viduis, quæ nuptæ fuerunt, *Con Caualleros armados*, quos nos vocamus; gaudere etenim debent maritorum priuilegiis
322 durante viduitate † cum paria sint inesse alicui qualitatem per naturam, aut per priuilegium. Quæ illatio fortificatur ex *l.13. tit.4. lib.4. Ordinam.* quæ est hodie *l.18. tit.14. lib.6. ordinam. noui*, vbi licèt Officialium filij domus Regiæ non gaudeant priuilegio parentum, mulieres tamen illorum viduæ remanentes gaudent illorum priuilegio: quæ lex est singularis ad hoc propositum; & conducit *l.7. tit.2. part.4.* in vers. *E aun otra fuerça*; & *l.3. tit.15. part.2. l. fœmina, ff. de Senator. l. cum te, & l. vltima*, ibi: *Sentiat eius fulgorem: C. de nupt. l. vltima, C. de incol. libro 10.* ibi: *Mulieres honore maritorum erigimus.* Quod procedit etiam in exorbitantibus, *l. vltima*, vbi DD. notant, *C. de priuilegiis schol. lib.12.* notatur post alios plures per Ioannem Lopium *in rubric. de donation. inter virum & vxorem: §.31. col. vltima.* & per alios, quos refert *Tiraq.* qui de hoc latissimè agit, & multos concordantes adducit, *in tractatu de Nobilitat. cap.18. num.1. cum seqq. pag.112.* vbi hoc tradunt in reuelatione tributorum, & in aliis similibus rebus: & idem Tiraquellus *in tract. de cessante causa, part.1. num.107. pag.42.* quod maximè procederet,
323 † quando priuilegium fuit concessum marito mortuo propter seruitia: quia vbi agitur de remuneratione, lata debet fieri interpretatio, secundùm Guillelm. de Cuneo, quem sequitur ibi Alexan. *in l.3. in principio, ff. quod quisque iuris*; & Dec. *in cap. vltimo, col.2. de constit.* & alios plures, quos refert Tiraq. *in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num.85. pag.2011. C. de reuocan. donat.* & facit quoddam egregium *cons.* Baldi 303. *lib.2.* quem refert Tiraquellus *in verbo, donatione largitus, num.53.* quem ego latius refero *in quæst.15. suprà, à num.115.* & hanc sententiam in propriis terminis, postquam hæc scripsi, reperi tenere Oraloram, licèt non se muniat prædictis omnibus fundamentis *in tract. de Nobilitate, cap.7. fol.123. part.4.* Quamvis hæc illatio difficultatem habere videatur ex eo, quod *prædicta lex 6.* hoc non dicit, nec *leges 4. & 5. tit.1. lib.4. ordinam.* hodie *l.1. & sequent. tit.1. lib.6.* quæ loquuntur de priuilegiis militum, ex priuilegio Principis, quæ requirunt ad hoc, vt ipsimet milites ex priuilegio gaudeant immunitatibus, quòd habeant arma, & seruiant in bello, & alia faciant, de quibus *in prædictis legibus.* Sed adhuc illatio æquitatem habet, † cùm ad hoc seruiat priuile-
324 gium maritorum, quòd licèt viduæ sint, præsumantur in eodem matrimonio durare. Et quamvis senatoria dignitas, de qua fit mentio *in dict. l. fœmina*, & officium, de quo *in dict. l. ordinamenti 13. tit.4. lib.4.* sint personalia, & non veniant priuilegia ex genere, adhuc mulieres viduæ gaudent maritorum priuilegiis; & hoc constat ex aliis pluribus *legibus*, quæ de hac materia loquuntur; quas *Tiraq.* & alij referunt, & hanc sententiam tam veram, quàm æquam iudico.

Quintò inferri potest, quòd est supplicandum Summo Pontifici, si derogetur † iuri patronatus laicorum, præ-
325 cipuè illustrium personarum, etiamsi sit quæsitum ex priuilegio, in quo caueatur, quod habeatur tale ius patronatus, ac si esset ex dotatione & fundatione; cuius generis iura patronatus habent multi Domini huius Regni; de qua illatione vide latiùs Episcopum Segouiensem *in pract. quæst. cap.36. num.6.* cui adde Rebuf. *in praxi beneficial. in 3. part. signatura, in verbo, necnon iure patronatus, pag.168. num.23.* & Concilium Tridentinum sub *sess.25. cap.9. fol.108. & sess.14. cap.12. & 13. pag.163.* Iacob. Put. *in 3. lib. decis.308. num.1. cum sequentibus, pagin.406. & lib.5. decis.322. pag.105.* & prius *decis.309.* Hieron. Gabr. *cons.195. num.2.* vbi *num.6.* tradit vnum singulare in materia præsentis quæ-
326 stionis, quòd filij illegitimi † sunt capaces iurispatronatus ex dotatione & fundatione; non eius, quod conceditur ex priuilegio, Quintilian. Mandos. *in tract. de Monitoriis, quæst.68. fol.34.* vbi post alios quos citat, tradit, quod iuripatronatus laicorum rarò Papa in totum derogat; ad quem iungo Menoch. *in cons.99. n.84. lib.1.* citantem Episcopum Couar. *in dicto loco*, vbi tradit, quòd Papa non derogat iuri patronatus laicorum præscriptione acquisito: latè & eleganter Cæsar Lambertin. *in tract. de iure patronatus, lib.2. part.3. art.3. 8. quæstion. principal. num.1. & 2. fol.237.* Et quòd in Hispania detur expectatiua ad beneficia iurispatronatus laicorum, testatur Staphil. *de literis gratiæ & iustitiæ, de forma expectatiuarum, vers. Quinta forma, nu.5. pagina 17.*

Sed quòd Papa facilius deroget iuripatronatus acquisito per præscriptionem aut priuilegium, † tradit ex
327 pluribus Authoribus Paris. *in cons.46. num.27 lib.4.* & tradit Mandos. *in regul.1. reseruationis, quæst.10. nu.3. fol.8.* Menoch. *cons. dict.90. nu.87.* quamvis his omnibus contradicere videatur *l. cum hic status, §. si sponsus,*

ff. de donation. inter virum & vxorem : per quam dicit Aretinus *in l. diuortio, col. vltima, ff. de verborum obligationibus*, quòd vbicunque ad priuilegium conſequendum requiritur certa qualitas, ſi ea ineſt fictè tantùm, & non verè, non comprehenditur ſub verbis legis. Et ad hoc etiam illum textum ponderat Aretinus *in l. 1. col. 14. in fin. ff. ſoluto matrimonio :* cui conuenit elegans in propoſito reſolutio Hieron. Gabr. *conſ. 195. num. 6.* vbi tradit, quòd ius patronatus, ad quod eſt
328 vocatus antiquior de familia, † non competit filio legitimato per Principem ſæcularem, nec per Papam, ex notatis per Rochum *in tract. de iure patronat. in verbo.* ipſe, *quæſt. 34.* & Lambertin. *de iure patronat. lib. 1. part. 2. art. 30.* quamvis ſit capax iuriſpatronatus ex fundatione & dotatione.

Sextò ex prædictis infertur intellectus ad illam altam & difficilem quæſtionem, & in practica maximè
329 neceſſariam : † an filius legitimatus per ſubſequens matrimonium, natus ante matrimonium, præferatur in ſucceſſione primogenituræ filio nato poſt factum matrimonium ? De qua quæſtione tractaui *part. 2. quæſt. 2.* vbi legendum. Quibus addenda ſunt ſcripta in propoſito iſtius præſentis quæſtionis per Tiraquellum *in l. ſi vnquam, C. de reuocand. donation. in verb. ſuſceperit liberos, num. 79.* Portium *in conſ 106. num. 94.* Molinam *lib. 3. de primogen. cap. 3. num. 5. fol. 14.* & Cephal. quem ibi retuli *conſ. 82. num. 68. & conſ. 111. num. 10.* Antonium Theſaurum *deciſione Pedemontana 196.*

Septimò infertur intellectus ad declarationem textus *in cap. venerabilis, de præbend.* vbi Abbas notat,
330 † quòd conſuetudo, quòd in Eccleſia non admittatur niſi Nobilis ex vtroque parente illuſtris, ac ſcientiæ eminentis eſt inualida, & impræſcriptibilis ; de qua latè agit Celſus *in conſil. 54. num. 2.*

Octauò infero ad id quod tractat Cæſar Lambertinus
331 † *in tractatu de iure patronatus, part. 2. lib. 2. art. 18. ſeptimæ quæſtionis principalis, folio 182.* vbi tractat, an patronatus ex priuilegio poſſit variari ? His tamen omiſſis (vt ad noſtram materiam reuertamur) vlterius
332 quæro, caſu † quò filius quem pater grauauit, vt non contraheret matrimonium cum muliere trahente originem à Iudæis, vel Sarracenis, primas contraxit nuptias contra præceptum parentis ; in ſecundis tamen nuptiis, quas prima vxore mortua celebrauit, paruit voluntati teſtatoris, an maioratum amittat ? Et prima facie dicendum videtur quòd filius in hoc caſu, quamvis in primis nuptiis teſtatoris voluntati non obedierit, nec conditionem impleuerit, poteſt tamen poſteà illum adimplere, per textum *l. hæc conditio filiæ meæ, in principio, ff. de conditionibus & demonſtrationibus*, in quo probatur, quòd ſi legatum relictum eſt filiæ, *ſi nupſerit*, ſi ea nondum nubilis ætatis nupſerit, vel etiam coniuncta ſit illi, cuius nuptiis interdicta ſit, non cenſetur paruiſſe conditioni ; ſed ſi poſteà alteri vtiliter nupſerit, conditioni paruiſſe cenſetur : & facit quod per illum textum notat Baldus *in l. inuitus, C. de procurat.* de quo puncto plura ſcribit Tiraquellus *lib. 1. de retractus §. 8. gloſ. 7. num. 7. pagina 44.* quod confirmatur ex aliquibus, quæ ſcribit Pontius *ſuper l. Toleti, vltim. partis, concluſione, num. 26. folio 197.* Roland. *in conſilio 68. num. 21. cum ſequentibus, lib. 4.* Iſtis eſt ſimile, quòd ſi pater accipiat emphyteuſim ſibi & vxori, eorumque filiis, debet intelligi de filiis vtriuſque, & ſic primi matrimonij, non ſecundi ; vt tradunt Speculator *titulo de locato : §. nunc aliqua, verſic. 149. num. 176. folio 112.* per textum *in d. l. cum vir vxori* ; & Gama *deciſ. 233. num. 2.*

333 Sed his non obſtantibus, † contrarium perſuaderi poteſt ex ſententia Oldradi *conſilio 16. num. 3.* vbi dicit, quòd ſi teſtator in legato, quod fecit in fauorem filiæ extra legitimam, grauauit illam ne nuberet niſi mercatori, aut filio mercatoris, aliàs perderet relictum, & illa nupſit mercatori ; & illo defuncto, ſecundò nupſit non mercatori, decidit Oldrad. quod ex quo illa prohibitio erat perpetua, talis mulier ſecundariò nubens non mercatori, incidit in pœnam : & hanc deciſionem ſequitur Paulus Caſtrenſis *in l. hoc genus, ff. de conditionibus & demonſtrationibus* : & de iſto conſilio Oldradi meminit Neuizanus *in Sylua nuptiali, libro 2. num. 28. pagina 142.* vbi alios citat : & iſta eſt communis opinio, & in vniuerſum ab omnibus recepta, ſecundùm Peraltam, qui plures citat *in l. vnum ex familia, §. ſed etſi fundum, num. 31. pagina 604. ff. de legatis 2.* Vbi ex hoc † infert intellectum ad *l. 49. Tauri*, quæ 334
prohibet filiam contrahere matrimonium clandeſtinum ſub pœna exhæredationis, quod dictam pœnam ſuſtinere debet, etiam ſi primò contraxit matrimonium in facie Eccleſiæ, & poſteà facta vidua contraxit matrimonium clandeſtinum : Et ibi infert etiam ad quendam caſum de melioratione Tertij, & Quinti, in quo (vt ipſe affirmat) conſuluit & obtinuit : quam doctrinam refero *ſupra, quæſtione 50. nu. 95.* & hæc opinio Oldradi tenenda eſt, quamvis contra Oldradum teneat Coſta *in l. cum tale, §. ſi arbitratu, ampliat. 3. num. 10. ff. de conditionibus & demonſtrationibus.* Et ad hoc facit doctrina Alciati *in l. bones, §. hoc ſermone, ff. de verborum ſignificatione* : vbi inquit, quòd ſi teſtator in teſtamento dixit, *lego Titiæ centum ſi Sempronio non nupſerit*, hoc voluiſſe videtur, vt nec primis nuptiis, nec ſecundis, nec vlterioribus Titia nubat Sempronio : quem refert & ſequitur Epiſcopus Couarruuias *reſolut. lib. 1. capit. 13. num. 7.* hoc confirmans : quia ea eſt vis negationis, vt totum quod ſequitur neget, & ſua virtute æquè in diſtantia, ac in propinqua agat ; ſecundùm Gloſſam *in cap. cum dilectus, in verbo, ſuſpenſis, de conſuetud.* quam valdè commendat Port. Cardinal. *ibi* : cui ſimilis *in d. l. hoc genus, ff. de conditionibus & demonſtrationibus*, & pro opinione Oldradi plura refert Tiraquellus *in d. l. bones, §. hoc ſermone, limit. 7. num. 1. cum ſequentibus, pag. 190.* & ſcribo *infrà, part. 2. quæſt. 6.* nam poſtquam filius contra conditionem fecit, eo ipſo teſtatorem grauiter offendit, maximè in hoc caſu.

Nec quicquam refert, † quod hoc ſit in primo, vel 335
in ſecundo matrimonio : cum eadem ratio in vtroque ſit, ſi reſpiciatur ad offenſam, quæ teſtatori facta fuit. Quod fortius habet locum vbicumque teſtator iuſſit, quod ipſo facto & momento, quo filius, vel alius deſcendens in maioratu matrimonium prædictum copularet contra voluntarem, & præceptum teſtatoris, bona deuenirent ad ſucceſſorem in gradu : quia tunc iſte iure ſibi iam quæſito ex facto prædeceſſoris, qui mandatum non ſeruauit ; per actum, quem poſteà ipſe facit legitimè contrahendo, & iuxta voluntatem teſtatoris ; † priuari non debet, *l. vltima.* vbi latè laſo, *ff. de pactis;* 336
cap. quamvis, de reſcriptis in 6. & faciunt notata per Baldum, Angelum, Imolam, & alios *in l. in inſulam, §. vltimo, ff. ſoluto matrimonio*, & eundem Baldum *in l. 2. C. de ſeru. exportan.* & *in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verborum obligationibus.* ¶ Et quod ſemel factum fuit, 337
retractari † non debet ex eo, quod poſteà ſuperuenit : *regula, factum legitimè, de regul. iur. in 6. l. ſi Gaudentius, C. de contrahend. emptione*, cum *concordantibus.* Et ſufficit, quòd contra conditionem fuerit ſemel factum, *l. ſi quis hæredem, C. de inſtitut. & ſubſtitut. l. in ſubſtitutione, ff. de vulgar.* latè Anton. Gabriel *tomo 2. communium opinionum, lib. 4. de fideicommiſ. concluſione 8. num. 1. pagina 254.* de quo legenda ſunt quæ ſcribo *parte 2. quæſtione 4. illatio. 8.*

Iſtis conuenit, quod ſcribunt Petrus, Cynus, & Salicetus *in authentic. Sacramentum, C. quando mulier tutor. officio fungi poſſit*, vbi volunt, quòd mater, quæ ſecundò nubit, † non poteſt recuperare tuteſam filiorum, 338
quam amiſit per ſecundum matrimonium, etſi denuò vidua efficiatur : & idem volunt Ioan. à Garonibus *in rubric. C. de ſecundis nuptiis, num. 106. verſic. bene facit*, Menochius *in conſilio 278. num. 15. lib. 3.* qui plura ſingularia ad propoſitum ſcribit : & ad hæc facit quod ſcribit Coſta *in l. cum tale, §. ſi arbitratu, fallentia 3. num. 3.*

num. 3. pagina 169. ff. de conditionibus & demonſtrationibus, vbi per *l. hæc conditio, filiæ meæ, l. cum ita, §. 1. l. hoc genus, eodem titulo : l. matrimonij*, vbi Benedict. de Plumbin. *ff. qui & à quib. manumiſſi* : ſcribit, quòd ſi mulieri legatum ſit, *ſi Titio nupſerit*, & illa nubat Sem-
339 pronio, † conditio ſtatim extinguitur, licèt poſteà mortuo Sempronio, Titio nupſerit. Et iſta maiori ratione procederent, vbicumque iſte qui matrimonium contraxit, ex primo matrimonio filios habuit, & ſemen teſtatori odioſum ; qui caſus indubitabilis eſt, vt ad ſenſum patet : & pro iſtis retorqueri poteſt textus clarus *in d. l. hæc conditio*, in illis verbis : *Et ſi teſtator de primo nuptiali iugo ſenſerit, puto defectam conditionem.*

Et ex iſtis etiam clarè patet, quòd ſi filius, vel alius ſucceſſor in maioratu in primis nuptiis conditioni pa-
340 ruit, ſed in ſecundis, vel vlterioribus contra præceptum à teſtatore iniunctum fecit, † incidit in pœnam à teſtatore adiectam : nam mens teſtatoris & ratio prohibitionis in omnibus nuptiis militat, & hæc confirmat Iaſo *in l. ſic ſtipulatus, num. 4. folio 208. ff. de verborum obligationibus.* Et pro iſta ſententia facit, quod notanter ſcribit Simon de Prætis *libro 4. de interpretanda defunct. voluntate, dubitatione 12. num. 66. & 67. folio 441.* vbi reſoluit, quòd ſi fœmina grauata nubere alicui de agnatione, ſemel nupſerit, & remanſerit vidua ; ſi ſecundò nubere vult, & retinere patrimonium, ſi teſtator poſuit rationem, quòd vult vt bona in ſua familia, vel agnatione conſeruentur, quia iſta
341 ratio facit conditionem ſucceſſiuam, † tenetur fœmina grauata contrahere ſecundas nuptias inter ſuos de familia, quos teſtator vocauit : mouetur per textum *in l. ſi quis ita legauerit dum vxor : & l. pater Seuerianam, §. ſocrus, §. de condition. & demonſtrat.* & doctrinam Baldi *in l. humanitatis, num. 28. C. de impuber. & aliis* : & doctrinam Angeli *in l. ſi poſſeſſor, §. ait Senatus, ff. de petitione hæreditatis*, & per alias authoritates, quas refert. Ad iſta etiam facit notabile dictum Baldi *in l. Titius*, quæ eſt *penultima, ff. de excuſat. tutor.* vbi ſcribit, quòd ſi teſtator reliquit vxorem ſuam vſufructuariam bonorum ſuorum, *donec caſtè vixerit*, ea autem primo anno pudicè vixerit, ſecundo autem impudicè, ob quod legatum ſuum amiſerit, deinde verò ad caſtitatem re-
342 dierit, † non per hoc recuperat legatum, quod iam per impudicitiam amiſit : notat Tiraquellus *in tractatu de ceſſan. cauſ. limitation. 11. num. 4. folio 137.* & ibi *num. 8. cum ſeqq.* alia ad propoſitum ſcribit.

In materia etiam præſentis quæſtionis libuit inſerere quæſtionem non leuem de facto etiam contingentem.
343 Pater in † contractu matrimonij promiſit facere maioratum in fauorem filij, & deſcendentium, quem in effectu fecit ; & filius contraxit matrimonium cum illa muliere, cum qua factus fuit contractus matrimonij cum maioratu, ex quo matrimonio ſuſcepit fœminam, & mortua fuit illa vxor, cum qua factum fuit pactum matrimoniale ; & illius maritus, in cuius fauorem fuit factus maioratus, defuncta illa vxore, contraxit matrimonium cum alia vxore, ex qua ſuſcepit filium maſculum ; dubitatur, an talis filius maſculus ſuccedat in tali maioratu, vel fœmina ex priori matrimonio ſuſcepta ?
344 In maſculi fauorem † ſunt leges Regni, & vniuerſalis conſuetudo Hiſpaniæ, quod maſculus in eodem gradu eſt præferendus fœminæ, etiam maiori ætate, vt latius probo *in 2. part. quæſt. 6.* Et doctrina Baldi *in auth. qui rem, num. 5. C. de Sacroſanctis Eccleſiis*, vbi vult, quòd ſi maritus & vxor ſunt ſimul inueſtiti de emphyteuſi pro illis & eorum filiis, intelligitur tam de filiis procreandis ex prima vxore, quàm ex ſecunda, per *l. placet, ff. de liber & poſthum.* quam ſententiam ſequuntur Paulus de Caſtro, Socin. Boerius, Parpel. Aleiat. & Beroius, quos citat Menochius *in conſilio 40. nu. 25. lib. 1.* prout refert idem Menochius *in tract. de præſumpt. lib. 4. præſumptione 21. num. 28. folio 24.* & legenda eſt doctrina Baldi *in d. auth. qui rem*, citat in egregio caſu in materia maioratuum Gregorius Lopez *in l. 2. tit. 15. part. 2. in gloſ.* Sino el hijo mayor, *colum. 2.* & conducunt notata per Manticam, *lib. 4. de coniecturata mente defuncti, titulo 8. num. 5. & 6. pagina 123.* Menochium *in conſ. 97. num. 84. lib. 1.* vbi de vocatione primogeniti multa ad propoſitum ſcribit per *d. l. placet*, & alia conſimilia. Quare inquit ad propoſitum Iacob. de Aren. *in l. Lucius, §. quæſitum, ff. de legat. 3.* quòd ſi in contractu matrimonij quis donauerit primogenito naſcituro ex ſuo matrimonio quidquam præcipuum, ex quo matrimonio naſcatur prius fœmina, deinde maſculus, † non habebit 345
fœmina, ſed maſculus ; quem ſequuntur Guid. Papæ *deciſ. 506. in contractu matrimonij*, Tiraquel. *in tract. de primogen. q. 10. num. 18.* Nicol. Boërius *deciſ. 204. n. 32.* ex doctrina Bartoli *in l. Lucius, ff. de vulgar.* vbi reſoluit, quòd ſi teſtator habuit filios ex diuerſis vxoribus, omnes admittuntur ad fideicommiſſum ; prout latius tracto *in 2. part. quæſt. 7.* quæ concluſio Bart. ad propoſitum limitatur, vbi agitur de ſubſtitutione fideicommiſſaria, vt volunt Carolus Ruinus *in conſil. 120. n. 11. libro 1. & in conſil. 166. num. 5. libro 2.* Curtius Iunior *in conſil. 125. num. 6. lib. 1.* Socinus Iunior *in conſil. 126. num. 4. 5. 47. 48. libro 1.* Franciſcus Mantica *de coniectur. mente defuncti, lib. 8. tit. 7. num. 3. pagina 330.* & ad intellectum doctrinæ Bartoli *in dict. l. Lucius*, eſt legendus Pariſius *in conſil. 59. num. 49. lib. 3.*

In quo puncto obiter animaduerto ad vnum, quod 346
dabit commodum & honorem, ſcilicet, quòd vocatio primogenitorum, † dicitur ſubſtitutio fideicommiſſaria, vt tradit Rebuffus *in l. proximus 92. pagina 558. ff. de verborum ſignificatione* ; ex Decio *conſilio 578. num. 13.* & Curtio Iuniore *in conſilio 48. num. 5.* ad quem addo Auguſtinum Beroium *in conſilio 86. num. 18. libro 2.* Decium *in conſ. 431. n. 3. & 4.*

Nihilominus contrarium de iure exiſtimaui verum eſſe, † ob veriſimilem, & præſumptam mentem pacif- 347
centium in primo matrimonio, quæ ea fuit, vt filij ex eo matrimonio ſuccederent in maioratu, ſiue maſculi, ſiue fœminæ eſſent, & fortaſſis mulier prima aliter non contraheret matrimonium, niſi præmiſſo pacto illo matrimoniali, quòd filij illius cuiuſcunque ſexus deberent ſuccedere in tali maioratu ; nec eſt exiſtimandum, quenquam † alienas ſucceſſiones propriis præponere ; 348
argumento *l. cum auus, ff. de conditionibus & demonſtrationibus* ; *l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſ.* cum notatis *ibi* per Doctores, & in aliis infinitis locis concordantibus ; & *l. 10. tit. 4. part. 6.* quam aliis in locis refero : & illud quod veriſimiliter contrahentes diſponerent, ſi de hoc interrogati fuiſſent, habetur pro diſpoſito ; iuxta famoſam Gloſſam *in l. tale pactum, §. final. ff. de pactis* ; *l. Lucius Titius, §. 1. ff. de liberis & poſthumis*, cum *concord.* quæ ſcribo *in initio ſecundæ partis, num. 98.* & ad hanc concluſionem pondero caſum notabilem *in l. cum vir vxori, ff. de conditionibus & demonſtrationibus* ; in *tota lege*, præcipuè † in illis ver- 349
bis : *Quòd teſtatorem veriſimile non eſt de his liberis ſenſiſſe, qui ſe viuo ex alio ſuſcepti fuiſſent*, & in l. matrimonij cauſa, ff. qui & à quibus, ibi : *Quaſi de iis nuptiis Senatus ſenſerit, quæ poſt manumiſſionem nullis aliis interpoſitis ſequutæ fuerint*, & l. ſi inter, ff. de pact. dotalib. ibi : *Nam ſufficit eos ex eo matrimonio naſci, in quo dos data eſt, & l. cum pater, §. pater certam, ff. de legatis 2.* de qua per Iaſonem *in l. duobus, §. ſi ei qui, nu. 8. fol. 90. ff. de iureiurand. l. dotis promiſſio, ff. de iure dotium* ; *l. Stipulatio de dote, eodem titulo* ; *l. ſtipulationem quoque, cum l. & licet*, quæ ſtatim ſequitur, *l. inter ſocerum, §. vltimo, ff. de pactis dotalibus*, cum *concordan.* vt per Tiraquellum *in dict. §. hoc ſermone in principio, num. 2. cum ſequentibus*, oblitus (quod eſt miraculum) de *dict. l. cum vir*, quam in ſimili quæſtione huic noſtræ, ponderant Carolus Ruinus *in conſilio 59. num. 16. verſicul. præterea, lib. 3.* Nicolaus Boerius *deciſione 276. num. 2.* ad hoc legendus, & facit ad hoc doctrina Guidonis Papæ *deciſione 267. Poſt factum pactum*, de qua per Purpuratum

in l. vltima, num. 221. C. de pactis, Ripam *reſponſo 95. num. 2. cum ſequentibus*, Tiraquellum *in tractatu de primogeni. quæſt. 6. num. 11.* & eſt textus notabilis *in l. liberorum. ff. de verborum ſignificatione*, ibi: *Toties enim leges neceſſarium ducunt in cognatione ſingulorum nominibus vti, veluti filij, nepotis, pronepotis: cæterorumve qui ex his deſcendunt, quoties non omnibus, qui poſt eos ſunt, præſtitum voluerint: ſed ſolis his ſuccurrerent, quos nominatim enumerarent.* Et idem probatur † *in l. commodiſſimè, 2. reſponſo, ff. de liberis & poſthumis*, & conducunt ſcripta per Bartolum *in l. placet, ff. eodem titulo*, vbi Paul. Aretin. & Iaſ. & Sarmient. *in ſelectis, num. 16. & 17.* Menochius *in dict. conſil. 40. num. 1. vſque ad num. 11.*

Nec minus facit egregia ſententia Baldi *in cap. 1. §. filij nati, num. 1. folio 48. ſi de feud. fuerit controverſ. inter domin. & agnat.* vbi inquit, quòd valet pactum factum in contractu matrimonij, per quod paſciscitur quòd filij talis matrimonij † ſuccedant in tali re: & ponit exempla, quòd ſi Marchio, qui tenet feudum ab Imperatore, accepit in vxorem filiam Regis, quæ ei non nuberet niſi hoc pacto, quòd filij ſuccederent in Marchionatu, & non alij de alio matrimonio: & tradit aliud exemplum, accepi in vxorem quandam nobilem, quæ dedit mihi decem millia florenorum in dotem, ſperans filios ſucceſſuros mihi, & aliter mihi non fuiſſet nuptura: ſuſcepi ex ea vnum filium, & ex quadam meretrice habui plures filios ſputios, quos feci legit. mare ab Imperatore, ita quòd ſuccedant pro virili, talis legitimatio eſt magna iniquitas, & magna circunuentio nubentium. ¶ Et quòd inſtitutio facta de filiis, non † comprehendat filios ex alia vxore legitimatos, tradit Carol. Ruinus *in conſilio 76. num. 1. libro 3.* per regulam *l. filius à patre. §. ſi quis ex certa: ff. de liberis & poſthumis*, & doctrina *Iacobi de Arenis* potius iſtam opinionem, quàm contrariam probat: cùm loquatur in filiis eiuſdem matrimonij, quòd ſi alterius eſſent matrimonij, diuerſum iudicaret.

Nec obſtat † etiam quod ſcribit Molina *libro 2. de primogen. cap. 13. num. 28. folio 339.* vbi tradit, quòd ſi grauatus contrahere matrimonium cum aliqua muliere, matrimonium contraxit, & poſtea deceſſit mulier, non amittit maioratum: id enim in illo caſu veriſſimum eſt, vt ad oculum patet, noſtræ opinioni non contradicit. Et pro iſta opinione & ſententia faciunt etiam quæ de lucris nuptialibus, quòd ea debent habere præcipua filij prioris matrimonij, † ſcribunt Angel. *in authen. de non eligend. ſecund. nuben. §. hac*: notat Decius *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 35. de conſtitut.* Ioan. à Garronibus *in l. 1. C. de ſecundis nuptiis, num. 72.* Ripa *in l. fœmina, num. 52. eodem titulo*, latè Michael Graſſus *in libro de ſucceſſion. ab inteſtato, quæſt. 7. nu. 3. pag. 373.* & idem quod Bald. *in d. cap. 1. §. filij nati*, vult *ibi* Præpoſitus *num. 1. folio 78.* Nicolaus Boerius *deciſione 200. 201. 202. & 203.* in quibus locis plura bona ad propoſitum reperiuntur; & Iacob. Aluarot. *num. 2. & 3. fol. 84.* & Bald. *in d. §. filij*, refert Additio Capellæ Tholoſan. *quæſt. 453.* Dec. *conſil. 216. num. 2.* & faciunt, quæ ſcribo *ſuprà quæſt. 48. num. 205 cum ſeqq.*

Pro quibus etiam videntur † duo textus: Primus, *in cap. 1. §. mulier, ſi de feud. fuerit controverſ.* ibi: *Mulier habens feudum, relictis filiis ex duobus matrimoniis, deceſſit; inter quos feudi quæſtio, & aliarum rerum maternarum vertebatur; obtinuit, filios prioris matrimonij tam in feudo, quàm in cæteris potiores eſſe.* Secundus *in cap. 1. de filiis natis ex matrimonio ad morganaticam contract.* & textum *in d. §. mulier*, vocat mirabilem Curtium *in tractatu de feud. part. 3. verſ. circa primam, num. 27. pagina 251.* licèt dicat, quod communiter Doctores intelligunt illum textum de conſuetudine locali, non autem de generali. De quo textu meminit Euerardus *in centum locis, loco 12. de feudo ad emphyteuſim, verſiculo, ſexto iſtud*, & faciunt quæ ſcribit in iſta materia Andr. de Iſernia *in cap. mulier, ſi de feud. fuerit controverſ. num. 1. folio 149.* & *in cap. filij nati, eodem titulo, folio 155.* & Matth. ab Afflictis *in d. cap. mulier, num. 1. folio 190.* & *in cap. filij nati, fol. 198.* & Afflictum & Curtium citat nouiſſimè Caldas Pereira *de renouat. emphyteuſ. quæſt. 13. num. 13. folio 101.* vbi ex hoc reſoluit, quòd vbi ad renouationem emphyteuſis concurrunt filij prioris matrimonij, & filij ſecundi matrimonij, per mortem patris vltimi poſſeſſoris, † filij prioris matrimonij ſunt præferendi: & idem Caldas Pereira *de nominatione ad emphyteuſim, quæſt. 14. num. 4. folio 163.* tradit mirè ad propoſitum, quòd maſculo ex ſecundo matrimonio eſt deneganda emphyteuſis, & dari debet filiæ fœminæ natæ ex priori matrimonio, quo tempore fuit data res emphyteutica, ex Alexandr. *in conſil. 119. num. 5. libro 5.* & aliis quæ citat, & faciunt ſcripta per eundem Pereiram *in tract. quæſt. 15. num. 29. fol. 172. & quæſt. 14. num. 37. fol. 162.* vbi plura ad propoſitum conuenientia ſcribit, & quadrat multum ſingularis doctrina *Rebuffi*, quam refero *ſupra, hac parte, quæſt. 48.* Sed Præpoſ. *in d. cap. 1. de filiis natis de matrimon.* intelligit illum textum generaliter procedere in bonis quæſitis cauſa matrimonij: quòd multum confert ad noſtrum propoſitum.

Et mulier tempore contracti matrimonij † poteſt paciſci, quòd ſuccedant tantùm filij ex primo matrimonio, vt per *l. ſed ſi plures, §. in arrogato, ff. de vulgar. & l. 1. §. id quod, ff. de collat. bonorum*, ſcribit Matthæus de Afflictis *in d. §. mulier, num. 4. folio 190.* & ibi Iacobus Aluarotus *num. 2. folio 80.* qui adducit ſimile de lucris nuptialibus, vel aliis bonis prouenientibus ex primo matrimonio, provt *ſuprà* ſcripſi: & idem tradit Andreas de Iſernia *in d. §. mulier, fol. 156.* hodie *fol. 147.* vbi Liparulus, qui omnes verè & realiter † præſupponunt, quòd in tali primogenitura non debent ſuccedere niſi filij talis matrimonij, & Guido Papæ *in dict. deciſione 506.* expreſsè fatetur, quod in iſtis donationibus ſcrutari debet voluntas donantis, & paciſcentis, & in qua præſumptione ſint hi, qui faciunt tales donationes, & talia pacta facta videntur contemplatione illius matrimonij, in quo promiſſio fuit facta, & in conſequentiam in fauorem filiorum talis matrimonij; argumento *l. pactum, C. de collation.* Et pro hac ſententia faciunt etiam quæ ſcribo *part. 2. quæſt. 6. à num. 276. cum ſequentibus, & 4. part. in principio à num. 64.* & quæ ſcribo *ſuprà, parte iſta, quæſt. 24. à num. 16. cum ſequentibus.* & facit quòd ſcribit Bertrandus *in conſilio 175. Inſtrumentum: libro 2.* quòd ſi fiat pactum in contractu matrimonij, quod ſuperſtes habeat mille de bonis eius, quem præmori contingeret, tale lucrum erit præcipuum, nec filiis eſt conferendum. Notat Ripa *in dicta l. fœmina, num. 30. C. de ſecundis nuptiis.* Item, cum in conuentionibus magis mens, † quàm verba, ſit ſpectanda, *l. in conuentionibus, 219. ff. de verborum ſignificatione*, negari non poteſt, quòd ſi cum patre contractum fuit, vt faceret maioratum in filium ob cauſam oneroſam matrimonij, quòd finis principalis fuit, non quod in vita filius gauderet bonis maioratus, nam multoties moritur ante patrem; ſed quòd filij & deſcendentes ex tali matrimonio ſuccedant in tali maioratu, & habeant maiorem authoritatem & diuitias. Qua ratione licèt hoc expreſſum non fuit, † habetur pro expreſſo; iuxta famoſam Gloſſam *in d. l. pactum, §. final. ff. de pact. d. l. Lucius Titius, §. 1. ff. de liberis & poſthum. l. cum in teſtamento, ff. de rebus dubiis.* Et ratio, quare facta fuit *l. 22. Taurina*, hodie *l. 6. titulo 6. libro 5. Recopilationis*, eſt, vt filij prioris matrimonij non defraudentur per filios ſecundi matrimonij, vt teſtatur Ioan. Lopius *in rubrica de donation. inter virum & vxorem, §. 54. num. 7. pagina 167.* cuius legis ipſe author fuit cùm aliis de Conſilio: & per hoc dicit dubiam eſſe ſententiam Aluaroti *in cap. ſi filij, titul. ſi de feud. fuerit controverſia.* Iſta confirmantur, quia vbicunque ſit donatio non ſolum in commodum donatarij, ſed alterius Tertij, tunc illa dicitur cauſa finalis, & debet impleri, ſecundùm

ſecundùm Cynum *in l. generaliter, circa fin. C. de Epiſcop. & Cleric.* Bart. & Paul. *in l. 2. §. final. ff. de donation.* Roland. *in conſil. 44. num. 22. lib. 4.* qui ponit exemplum in donatione facta Ioanni, quia contrahere debet matrimonium cum Iulia, cuius intererat habere virum diuitem: & addo etiam Franciſcum Manticam *de coniectur. mente defuncti, libro 11. titulo 8. num. 29. pagina 504.*

Et pro iſta ſententia etiam facit quod notanter ſcribit Barthol. Socinus *in d. l. cum vir, ff. de conditionibus & demonſtrationibus*, vbi dixit, ſe conſuluiſſe, quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd filia dotata non ſuccedat patri, nec matri, extantibus maſculis; ſi pater habuit vnicam filiam ex vxore, & moritur ea dotata, demum vxor ex ſecundo matrimonio filios ſuſcepit maſculos, per 360 iſtos maſculos † non excluditur filia dotata: quia abſurdum & inconueniens videbatur, quòd dotatio patris excluderet proprias filias propter maſculos ſibi patri extraneos: & ita dicit ſe conſuluiſſe, & verè conſuluit *in conſil. 84. num. 2. cum ſeq. libro 1.* & faciunt etiam ſcripta per Pariſium *conſilio 91. num. 1. cum ſequentibus, libro 3.* Et pro iſtis etiam omninò lege *conſilium* Stephani Bertrandi 138. *num. 12. libro 2.* & faciunt etiam per me ſcripta *ſuprà, quæſt. 48. poſt numerum 110.* & ad hoc eſt etiam elegans *conſilium* Bartholomæi Socini 241. *num. 9. libro 2.* vbi per octo fundamenta concludit, quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd exiſtentibus filiis maſculis, fœminæ non ſuccedant, † intelligitur ſi extent filij maſculi ex eodem matrimonio, non ex alio: & idem quod Bartholom. Socinus tenet Iaſo *in l. ſi ſeruo legato, §. ſi teſtator, num. 6. ff. de legat. 1.* Brunus qui refert alios ita tenere *in tract. de ſtatuto excludente fœminas ob maſculos, artic. 13. quæſt. 3. col. 6. & 7.* Paulus de Caſtro *in l. illam, num. 9. C. de collation.* Rubeus *in l. pater filium, num. 74. & 176. ff. de inofficioſo teſtamento*; de quo legenda ſunt quæ ſcribo *part. 2. quæſt. 7. num. 19. cum ſequentibus*, & ſcribit ad propoſitum Tiraquellus *in tract. de primogen. quæſt. 34. num. 11. pagina 243.* quòd filius ſecundo genitus præfertur filio primogenito legitimato: qui alias ex contractu reſultaret magna iniquitas mulieri, quæ non nuberet marito, ſi is habuiſſet primogenitum, qui cæteris ſuis liberis excluſis obtineret primogenituram, per *l. vltimam, C. de pactis inter emptorem & venditorem*; & *cap. filij: ſi de feud. fuerit controverſia inter dominum & agna.* & legendus eſt etiam pro iſtis Signorol. de Homodeis *conſilio 28.* incipienti, *In quæſtione Blandalaſia*, quem citat Iaſo *in conſilio 115. num. 4. libro 1.* & Tiraquellus *in l. ſi vnquam, C. de reuocan. donation. in prafatione, num. 103. cum ſequentibus*, & text. *in l. filius à patre, §. ſi quis ex certa, ff. de liberis & poſthumis*, quem refert Menochius *conſilio 106. num. 50. libro 2.* & notabile conſilium Hieronymi Gabrielis *15. num. 13. & 14.*

362 ¶ Et filij primi matrimonij † non debent fruſtrari propter filios ſecundi matrimonij, vt in propria ſpecie animaduertit Guido Papæ *deciſione 145. num. 2.* pro cuius ſententia faciunt rationes, verba, & regula *l. fœmina & l. generaliter, C. de ſecund. nupt.* de quibus agit Caldas Pereira *de nominat. emphyteu. quæſt. 14. num. 38. folio 162.* & quæ ſcribit notanter Antonius Theſaurus *deciſ. Pedemont. 170. num. 1. cum aliis*, qui tractat illam difficilem & vtilem quæſtionem, an mater poſſit inæqualiter inſtituere filios primi & ſecundi matrimonij? & in quadam grauiſſima cauſa in pacto matrimoniali Menoch. *in conſilio 92. num. 30. cum ſequentibus, lib. 1.* & in alio pacto matrimoniali, vt primogenitus ſuccedere deberet in quibuſdam bonis, animaduertit, & ponderat idem Menochius *in conſilio 203. num. 18.* 363 *libro 3.* & ſumi debet interpretatio, † ne altera pars decepta remaneat, vt per Aymonem *conſilio 245. num. 9. & in conſilio 269. num. 5.* ſic Antonius Gama *deciſione 338. num. 2. folio 392.* hodie 339. determinat, quòd pater non poteſt reuocare in teſtamento contractum ab eo geſtum cum vxore, ex quo commodum filio primi matrimonij proueniebat, argumento *l. prout quidque 80. ff. de ſolution.* quod refert ad ea quæ ſcribo *ſupra, quæſt. 25. num. 24. cum ſequentibus.* Et Cumanus, Paulus, & Areinus *in dict. l. placet, ff. de liberis & poſthumis*, volunt, quòd ſi teſtator inſtituat ventrem, non † videtur inſtituere ventrem ex alia vxore. Sed in 364 hac doctrina contrarium tenent Alexander, & Socinus *in dict. l. placet*, Angelus *in conſilio 51.* quod latius diſputat Menochius *in tractatu de præſumption. libro 4. dict. præſumpt. 21. num. 13. cum ſequentibus, folio 24.*

Iſtis eſt germanum, quòd ſi in contractu matrimonij fiat pactum, vt ſi vxor moriatur ſuperſtite marito, ipſe maritus lucretur dotem, aut partem dotis, † non reuo- 365 catur tale pactum ex natiuitate filiorum; ſecundùm Alexandrum *in conſilio 162. Viſis his, quæ copiosè: num. 4. lib. 6.* quam doctrinam variis rationibus & authoritatibus confirmat Tiraquellus *in d. l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, nu. 216. pag. 217.* Iſtis finitimæ ſunt rationes *legis 17.* hodie *l. 1. tit. 6. lib. 5. & l. 44.* hodie *l. 4. tit. 7. eodem libro 5.* quæ prohibent reuocare meliorationem, & maioratum conſtitutum per contractum oneroſum filiis: quæ leges etiam conducunt pro confirmatione nouæ opinionis Ioan. Guttierrez *de iuramento confirmatorio, part. 1. cap. 59. num. 13. folio 166.* vbi vult, quòd ſi pater ob contractum matrimonij promiſit filium meliorare, talis filius melioratus, ſed nec illius vxor non poſſunt remittere meliorationem in præiudicium filiorum, ſi ad talem maioratum & meliorationem fuerunt filij etiam vocati; provt etiam ſcribo *ſupra, hac prima part. quæſt. 22.* ¶ Et quòd ad ſubſtitutionem & vocationem factam filiis alicuius mulieris, filij alterius mulieris † non admittantur; tra- 366 dit in notabili caſu Pariſius *in conſilio 86. num. 32. libro 2.* Et quòd diſpoſitio *dict. l. cum auus, ff. de condit. & demonſtrat.* habeat locum in parentibus inſtitutis à filiis, ſi liberi ſint ex eodem matrimonio, & non ſint liberi ex alio matrimonio, volunt Cynus, Iacob. de Rauenna, & Alberic. *in l. ex facto, §. cum autem*, & Angel. *in §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebellianum*, & alij, quos citat Bartholom. Socinus *in d. l. cum auus, num. 14.*

¶ Et quòd famoſa *l. ſi vnquam, C. de reuocand. donation.* procedat † tùm in filiis primi matrimonij, tùm 367 in filiis ſecundi matrimonij, tradunt *ibi* Baldus & Tiraquellus *in verbo, ſuſceperit liberos, num. 267. pag. 421.* qui citat Cardinal. Florentinum, Alexand. *conſilio 20.* & facit etiam ad prædicta doctrina *Speculatoris*, quam cito *ſuprà, num. 193.* & iſta etiam ſeruiunt ad deciſionem ſingularis quæſtionis, quam ſcribo *ſupra, hac prima parte, quæſt. 39. à num. 120. cum ſequentibus.* Quibus non obſtat *dict. l. placet*, cum *leg. ſequent. ff. de liber. & poſthum.* quia vt fatetur ibi Gloſ. *in verbo, qui ex quacumquè*, illud procedit fauore teſtamenti: & regula eſt in contrarium. Quibus eſt addenda doctrina Baldi, Angeli, & Saliceti *in l. ſi quis prioris, §. 1. C. de ſecund. nupt.* de qua per Gregorium Lopez *in l. 2. tit. 12. part. 2. in gloſ. in verbo*, Sino el hijo major, *fol. 45. colum. 1. verſic. ſed pone*, quod cauetur in maioria, qui loquuntur in noſtra materia.

Item quæri poteſt pro intellectu iſtius materiæ, teſtator prohibuit ne ſucceſſor in maioratu contraheret matrimonium cum deſcendente à Iudæis, vel Sarracenis, ſub pœna amiſſionis maioratus; ſucceſſor in maioratu matrimonium contraxit per verba de præſenti contra voluntatem teſtatoris cum aliqua muliere, quæ maculam patiebatur originis Iudæorum, vel Sarracenorum, non tamen copula conſummauit matrimonium, quia mulier deceſſit, vel ob aliam ſimilem cauſam; an nihilominus incidat in pœnam à teſtatore diſpoſitam? Ratio dubitandi eſt, quia teſtator qui dictam prohibitionem fecit, & pœnam apposuit, ad illud primæuam conſiderationem habuit, ne proprium genus iungeretur,

aut

aut misereretur cum generatione Iudæorum, vel Sarracenorum, ex quo posteri testatoris grauari macula in infinitum aspergerentur; quod est quam notissimum.
368 † Cum igitur hæc ratio cesset, vbicunque quis quamuis contraxerit matrimonium per verba de præsenti, non tamen copula consummatum fuit, quia ante consumationem ipse contrahens, vel vxor mortua fuit; sequitur à ratione cessante, quod ex verisimili mente testantis in pœnam lapsus non fuit; & cùm ratio cesset, & dispositio sit pœnalis, & præceptum à testatore iniunctum sit odiosum, potiùs debet restringi, quàm ampliari: *regul. odia, de regulis iuris in 6. l. cum quidam: ff. de liberis & posthum.* cum *concordantibus*: & conditio, *si nupserit*, intelligitur validè, & effectualiter, *l. hac conditio magna, ff. de conditionibus & demonstrationibus*, confirmat ex aliquibus Ioan. Cephal. *in cons.* 312. *num.* 62. *lib.* 3. Et contrahens sponsalia in casibus à iure prohibitis, si non contraxit matrimonium, solummodo
369 † punitur pœna extraordinaria arbitrio Iudicis, secundùm Gloss. *in Clementina vnica, in verbo, contrahere, de consanguinit. & affinit.* quod dicit esse tenendum mente Euerardus *in centum locis, loco* 97. *à destructione consequentis, vers. hoc tamen scias, pag.* 568. Et bigamus †
370 non est qui primas nuptias non consummauit, *cap. debitum, de bigam. cap. ex publico, de conuersione coniugat.* Ex quo & aliis scribit Ripa *in rubrica, Ci. de secundis*
371 *nuptiis, num.* 10. quòd † mulier dicitur contraxisse secundas nuptias, qui primas non consummauit; & habetur respectus ad turbationem sanguinis, vt post *Dec.* tradit Ripa *in d. rubric. num.* 9. Et ad hoc facit notabilis doctrina Bartoli *in l. vltim. ff. de condict. sine causa*, vbi di-
372 cit, quòd † mulier repetere potest dotem, quam dedit pro contrahendo matrimonio cùm aliquo consanguineo, vbicunque matrimonium non fuit de facto copulatum; sed tantummodo fuerunt sponsalia contracta: quam sententiam sequuntur *ibi* Angel. Paul. & Iaso, qui pluribus rationibus confirmat: præcipuè ex doctrina Baldi *in rubrica, ff. soluto matrimonio*, vbi quærit, quare minus puniatur mulier dans dotem pro matrimonio illicitè contrahendo, quàm pro contracto de facto? quia primo casu repetit, secundo non? Et dicit, quòd ratio diuersitatis est, quia in matrimonio contrahendo non fuit turpitudo consummata, & pœnæ
373 quæ imponuntur ipso facto per legem, † requirunt turpitudinem consummatam, & non tantùm inchoatam, *l. 3. §. hæc verba, ff. quod cuiusque iur.* & istam *Bartoli* opinionem refert, sequitur, & confirmat Gregorius Lopez, *in l. 51. tit. 14. par. 5.* in glossa, *Casando*; & hac pro sententia induci possunt plura quæ scribit Tiraquellus *in tractatu de legibus connubialibus, in glossa.* en pouuoir, *folio* 250. *num.* 18. in quo tamen loco pro maiori parte loquitur in sponsa de futuro. Et conducunt, quæ scribit Lucas de Penna *in l. mulieres, C. de incol. & in quo loco, folio* 73. *in principio.* Et quòd sponsa non traducta non mutet domicilium; notat Tiberius Decianus *in practica criminal. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 7. *folio* 153. & plenius *eodem lib.* 4. *c.* 9. *n.* 54. *fol.* 159. per *l. ea quæ, la* 2. *ff. ad municipal.* & alia quæ citat.

Quibus tamen minimè obstantibus, contraria opinio
374 sustentari potest, † & verior videtur *ex l. nuptias, ff. de regul. iur.* & ex *l. cum fuerit. ff. de conditionibus & demonstrationibus*; & aliis pluribus, quæ scribo *in quæst.* 39. *su-*
375 *pra, eodem*: & matrimonium dicitur perfectum † ante copulam, *cap. beata, cap. conuix. cap. omne*, 27. *quæst.* 1. & dicit Chrysostom. *in Matth.* 19. *homilia* 33. verum esse matrimonium, verasque nuptias ex solo coniugali consensu absque copula. Et cum iam possidens maioratum, qui grauatus erat, contrauenerit testatoris voluntati, &
376 per illum non steterit, quin matrimonium copula consummaretur, sed ex facto fortunæ; † excusari à pœna non debet: *l. qui ea mente, ff. de furt.* & conducunt aliqua, quæ scribo *in 4. parte huius operis, quæst.* 12. & aliquid *in quæstione* 17. quibus congruit quod scribit Aretinus *in cons.* 67. *col.* 2. *vers. venio ad primum*; vbi resolvit, quod grauatus de non contrahendo matrimonio cum aliqua persona, dicitur contra facere contrahendo matrimonium per verba de præsenti, licet copulâ non consummauerit: quem refert Simon de Prætis, *lib.* 4. *de interpretand. defunct. voluntate, dubitatione* 1. *numero* 2. *folio* 442. quod confert ad ea quæ scribo *supra, quæst.* 39.

Nec obstat, quod dictum fuit de verisimili mente testatoris facientis maioratum: quia testatorem verisimile est respexisse, quod filius vel aliàs descendens non contraheret sponsalia per verba de præsenti, licèt matrimonium copula non perficeretur: Quia quamuis non tam grauiter testatorem offenderit, sicut si matrimonium copula consummaret, & filios haberet, † nihilominus 377
tamen iniuriam testatori fecit: & si contrarium teneremus, sequeretur maximum absurdum; quòd licet successor in maioratu, qui renuit iustam testatoris voluntatem seruare, matrimonium copula consummauerit: & filios haberet; qui postea mortui fuerunt, vel nunquam filios habuisset, tametsi matrimonium aliquo tempore durauerit, non incideret in pœnam à testatore adiectam; quod absurdissimum est, & à doctis hominibus alienum: testator itaque habuit etiam respectum ad ipsum contractum matrimonij, & hoc considerauit, sicut liberorum procreationem: facit regula *l. in iure ciuili, ff. de conditionibus & demonstrationibus, l. in iure ciuili, ff. de regulis iuris*, vbi si non stat per eum qui conditionem exequi tenebatur quominus impleatur, habetur pro impleta. Sic in proposito, cum non stet per grauatum, qui contraxit, quòd filios procreet, sed ex facto, & voluntate Dei, à pœna † non est excusandus. 378
Nam idem operatur propositum in proposito, quod oppositum in opposito; *l. vltima, §. vltimo. ff. de legatis* 3. Et ex hoc etiam infertur, quod si sponsa de præsenti ante copulam subsequutam (quod non semel contigit) defuncta sit, pœnam pati debet.

Et ista sententia confirmatur, quia etiam in materia pœnali † sponsa de præsenti, venit appellatione *vxoris*, 379
vt patet ex *l. 2. tit. 15. lib. 8. Ordinam.* & *ex l. 81. Tauri*, quæ est hodie *l. 4. tit. 20. lib. 8. Ordinam.* Ex qua *lege*, etiam fundari potest in illis verbis: *Aunque se diga y alegue que el dicho matrimonio fue ninguno*; quod successor in maioratu, cui prædicta pœna apposita fuit, incurrit pœnam à testatore adiectam, etiam † si matrimo- 380
nium quod contraxit, fuerit ex aliqua causa nullum: facit *l. cum qui duas, C. de adulteriis, cap. nuper, de bigam. l. quod ergo, §. quod autem; ff. de his qui notantur infamia.*

Ex quibus legibus patet, quòd quando lex considerat solum animum † facientis, & non iuris effectum, tunc 381
etiam faciens actum nullum, incidit in pœnam; & facit doctrina Bartoli *in l. non dubium, C. de legibus, num.* 20. vbi Fulgos. qui tenent, quòd quamuis actus factus contra legem sit nullus, intelligitur quoad commodum illorum, qui contrahunt; non quantum ad illorum damnum & odium. ¶ Et ista confirmantur per *l. hæredibus*, §. *final. ff. ad Trebellianum*, vbi Paulus: per quem *textum*: inquit Aretinus *in cons.* 18. quod si testator prohibuit minorem alienare bona, causa conseruandæ agnationis,
† per alienationem factam per minorem etiam nullam, 382
incurrit pœnam fideicommissi præstandi alij in casu alienationis sequutæ. Et idem probat Corneus *in cons.* 243. *lib.* 3. latè Simon de Prætis, *tib.* 2. *de interpretanda defunct. voluntate, in solutione dubitationis secundæ, num.* 52 *cum sequentibus, folio* 132. quem etiam refero *in* 4. *part. quæst.* 13. vbi legenda sunt alia huic rei conuenientia.

Quamuis hæc controuerti possunt per *textum* cum *ibi* notatis *in l.* 4. §. *condemnatum. ff. de re iudicat.* quem ampliant & ornant Felinus *in cap. ex tenore, de rescrip. num.* 4. *folio* 45. Tiraquel. *lib.* 1. *de retractu. §.* 1. *glossa* 2. *num.* 6. *pag.* 39. Ex quibus Authoribus latissimè apparet, quòd actus nulli censentur tanquàm † si facti non 383
fuissent; de quo latissimè tractaui *supra, quæst.* 48. *n.* 164.

cum

cum sequentibus, & conducunt notata per eundem Tiraquellum *in tractatu de legibus connubialibus, in glossa* de son mari, *quæst.* 33. *num.* 34. *folio* 352. quod confirmo ex dicto Rebuffi, *in tractatu de Nominationi quæst. vltima, num.* 14. *pag.* 266. vbi tradit, quòd contrahens
384 matrimonium nullum, † non amittit beneficia, quæ habet: ex Cardin. *in Clementina, gratias, de rescrip.* & *regul. non præstat impedimentum, de regul. iuris in* 6. Et matri-
385 monium non legitimum, † nec validum, non impedit aliud, nec de eo est curandum; *cap. significasti, de eo, qui duxit in matrimonium quam pollut. per adulterium*, notat, Marc. Anton. de Cucchi, *de instit. maior. lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 84. *pag.* 612. & faciunt quæ scribo *supra, q. quæst.* 48. Et licèt possessor maioratus contrahens matrimonium contra prohibitionem testatoris iniquè fecerit; negari
386 tamen non potest, † quod non ita testatorem offendit, sicut si matrimonium validum contraxisset, ex quo liberos poterat procreare indignos genere testatoris. ¶ Nec obstat *dicta l.* 81. *Taurina*, quia ibi est casus specialis propter offensam, quam mulier sponso fecit in adulterio, quamuis sponsalia, aut matrimonium nullum esset; de qua *lege* tractaui *supra, q.* 39.

Sed pro prima opinione facit *l.* 3. *tit.* 6. *par.* 7. vbi
387 mulier † est infamis per secundum matrimonium per verba de præsenti contractum, nec est necessaria copula, vt constat ex *ista lege*: & faciunt tradita per Rebuffum *in tractatu de pacifico possessore, num.* 223. *pag.* 305. vbi confirmat opinionem Gloss. *in cap.* 1. *de Cleric. coniuga. lib.* 6. quæ tenet, quòd per contractum matri-
388 monij absque copula per verba de præsenti, † amittitur beneficium: & ibi etiam tradit, an amittatur beneficium si matrimonium sit nullum, de quo *supra* dixi. Et ista sententia etiam corroboratur ex aliquibus quæ tradit Ripa *in rubrica, Ci. de secundis nuptiis, num.* 16. & 17. ¶ Et de excusatione mulieris, quam pater, vel frater, aut consanguinei, ea ignorante, matrimonio copulauerunt, quia ad eum non spectabat inquirere mariti conditio-
389 nem, † lege Menochium *de arbitrar. iudic. lib.* 2. *centur.* 2. *casu* 182. *num.* 72. Ex qua doctrina confirmari potest quod scribit Molina *lib.* 2. *de primogen. cap.* 13. *num.* 53. *folio* 340. vbi ex *l. vltim. ff. qui petantutor.* & scriptis per Cagnolum *in l. qui cum alio ff. de regul. iur. num.* 20. scribit, excusandam esse mulierem, & minorem, qui contra præceptum testatoris, & conditionem ab eo adiectam matrimonium contrahant. Ad quos etiam addo Fulvium Pacianum, *in tractatu de probationibus, lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 220. *folio* 16. Carolum Ruinum *cons.* 100. *lib.* 3. & *cons.* 51. *lib.* 5. Cephalum *in consil.* 312. *n.* 120. *lib.* 3. & *cons.* 133. *num.* 40. *lib.* 1. vbi hoc notanter tractat: & Abb. *in cap. final. num.* 6. *qui matrimon. accusar. possint*, vbi vult, quòd excusatur minor si ignorauit prohibitiones iuris in aliquo gradu, in quo consistens imprudenter contraxit; quem citat Sforcia Oddi, *in tractatu de in integrum restitutione, part.* 2. *quæst.* 81. *art.* 1. *num.* 15. *pag.* 865. & ad conclusionem & materiam, lector videat egregiam *l.* 51. *tit.* 14. *par.* 5. & facit *l.* 50. præcedens, & quod scribit Decius *in cons.* 535. de filia minore, quæ iussu matris abortum fecit, quem citat Menochius *lib.* 3. *de arbitrar. casu* 357. *num.* 20. Gloss. Paris. *in consuetudin. Parisiensibus part.* 1. *§.* 13. *num.* 16 *fol.* 151. & lege quæ scribit in proposito Antonius Gabriel, *lib.* 6. *communium opinionum, tit. de legitimat. conclus.* 4. *n.* 1. *cum sequentibus pag.* 37. Petrus Surdus *decis.* 62. *numero* 38. *cum sequentibus*, & omnino legatur *consilium* Parisij 57. *per totum lib.* 4. & ad omnes addo textum, de quo illi non meminerunt, *in l. miles, §. quærebatur. ff. de adulteriis.*

Qua in re maximi momenti erit arbitrium Iudicis, qui hoc melius quàm alius percipere potest, curamque magnam habebit, ne sub isto colore frustretur voluntas defuncti in re tam periculosa, maximè vbi tractatur, vt genus non maculetur: tunc enim cautius est agendum,
390 & cum magna difficultate dispensandum: † nam qui cum alio contrahit matrimonium, præsumitur scire illius conditionem, & qualitatem, & ignorasse non præsumitur, & debet diligenter inuestigare; vti tradit Parisius *consilio* 57. *num.* 24. *lib.* 4. ex Alexandro *cons.* 129. *colum. penult. lib.* 3. Bartholomæus Socinus *consil.* 117. *colum.* 3. *lib.* 1. Bald. *in l. incunct. C. de furtis*, & ex aliis, quæ citat, ad quos adde scripta per Cephalum *in cons.* 444. *num.* 9. *lib.* 3. ad quos addo textum *in l.* 1. *§. final.* & *in l. sterilis, §. quamuis. ff. de action. empti*: vbi Alber. Alexand. *cons.* 14. *libro* 5. Rebuff. *in l. vnica, C. de sententia quæ pro eo quod interest*: in Glos. *in verbo, prom. num.* 24. *pagina* 382. maximè si contrahit cum consanguineo, † 391
vel consanguinea, quia magis scientia præsumitur; *l. octauus. ff. vnde cognati. de tutela, C. de in integrum restitutione*, cum *concordan.* vt per Socinum *in tractatu fallentiarum, regula* 177. Duennas *regula* 125. Ripam *in l.* 1. *num.* 46. *ff. si certum petatur*; & *in l. qui Roma, §. duo fratres, num.* 51. *ff. de verborum obligationibus*, Menoch. *de recuperand. possessione remedio* 16. *num.* 38. *cum sequentibus, pagina* 537. vbi eleganter declarat, facit regula, *l. qui contra, C. de inoffic. nupt.* ibi: *Errore accerimo, non affectato*: & inquirere quis tenetur, *cap. ad falsarium, de crimin. falsi*: Gloss. *in l. locus. ff. de acquirend. possessione* tradunt Calcane. *cons.* 24. Ripa *respons.* 12. *tit.* 2. *hodie respons.* 32. *num.* 3. vbi tradit, quòd ignorantia † proba- 392
tur si quis habebat bonam reputationem, & si adhibuit exactam diligentiam ad se informandum: & pro concordan. text. *in d. cap. ad falsarium* alia citat Quintilianus Mandosius, *in tractatu de minore, q.* 26. *n.* 6. *folio* 25. & conducunt quæ scribo *p.* 2. *q.* 4. *illat.* 8. *n.* 280. & 4. *p. quæst.* 32.

Et ignorantia non excusat † vbicunque quis tra- 393
ctat de lucro captando, *l. final.* vbi Doctores, *C. de iur. & fact. ignoran. l. error.* §. 1. *l. iuris ignorantia, ff. de iur. & fact. ignoran.* tradit Ioan. Nicolaus *cons.* 2. *numero* 5. qui est *in Recopilat. tractatuum, de secundis nuptiis*: & faciunt quæ scribit Ioan. Gratian. Falcon. *regula* 270. *num.* 4. & 5. Et de ignorantia, vel scientia præiimenda in ista materia, legenda † sunt quæ latissimè tradit 394
Ioseph. Mascard. *in tractatu, de probationibus, libro* 2. *conclusione* 879. *num.* 1. *cum sequentibus, folio* 182. nouissimè Seraphinus *in tractatu de priuileg. inuentor. priuilegio* 4. *num.* 1. *cum sequentibus, pagina* 22. Menochius *de recuperand. possessione remedio* 16. *numero* 27. *cum sequentibus, pagina* 536. & *casu* 39. *numero* 13. & *quæst.* 72. *num.* 3. & *casu* 186. *num.* 2. Et qualiter ignorantia excuset, † tradit nouissimè Ioannes Gratian. Falcon. 395
regula 226. & *regula* 303. Tiraquel. *de pœnis temperand. causa* 11. *pagina* 37. *num.* 1. *cum sequentibus*; & *causa* 13. *num.* 24. *pagina* 55. & *causa* 43. *num.* 4 *pagina* 167. ¶ Et dolus & malitia arguitur & præsumitur † contra illos, 396
qui clam contrahunt matrimonium; contraueniendo voluntati & præcepto testatoris circa nuptias contrahendas; vt voluerunt Glos. *in d. l. qui contra, in verbo, errore*, & *in l.* 1. *C. de interdicto matrimon.* & tex. *in l. vltim. ff. de ritu nuptiarum*: & tenent plures, quos citat Tiraquellus *in tractatu, de pœn. temperand. causa* 11. *num.* 11. vbi alia ad propositum scribit, & notat Gregor. Lopez *in d. l.* 51. *tit.* 14. *part.* 5. *in glossa* in verbo, *Sopeando sabidores.*

Et prædicta etiam seruiunt, & conducunt ad excu- 397
sandum; † vel condemnandum illum, qui allegat se ignorasse vincula, conditiones, & grauamina pœnalia. Qua in re, oportet videre regulam, *l. non est ferendum. ff. de transaction.* tradunt Ancharan. *in consil.* 170. Paulus de Castro *in consil.* 19. & 90. *libro* 2. Aretinus *in consil.* 15. *ad finem*, & alij, quos omitto, & quæ scribit Mascard. *in tractatu de probation. lib.* 1. *conclusione* 45. *numero* 49. & plura singularia & necessaria in ista materia, quæ scribit Menochius *in tractatu præsumption. lib.* 6. *præsumptione* 23. *num.* 1. *cum sequentibus, folio* 76. quæ etiam sunt necessaria pro intellectu eorum quæ scribo *parte* 2. *quæst.* 4. *illatione* 8. circa præsumptionem scientiæ, vel ignorantiæ. Et multa bona circa istam materiam scientiæ, vel ignorantiæ, circa successionem

398 ſtatus de Puñoenroſtro, † traduntur per Iacobum Puteum *deciſionum lib.2. deciſione* 118.& in materia circa iſtos, qui contrahunt nuptias prohibitas per errorem, aut ignorantiam, magni faciendi ſunt textus *in l. final. ff. de legatis 1. l.2. in fine, ff. de his, quibus vt indign. leg. præfectus ff. de rit. nuptiarum*; & quæ ſcribit Petrus Barboſa *in l. ſi cum dotem, §. fin. al. num.* 22.23.24.25 *pagina* 492 *ff. ſoluto matrimonio*, poſt Ioan. Lopium, quem citat *in rubric. de donat. inter virum & vxor. §.* 36. *n.* 7. *ad fin.* Bald. Nouch. *in tract. de dote, p.* 11. *in princ. n.* 9. Coſta *in c. ſi pater, p.* 1. *verbo, vxorem, n.* 7. *ad fin. & n.* 9. *de teſtam.*

399 Et de errore quando excuſet, † multa bona ſcribit idem Petrus Barboſa, *in l. ſi mora, num.* 11. *cum ſequentib. pag.* 9. *ff. ſoluto matrimonio.* Ad quæ addo, quòd ſi quis ignorans aliquam rem eſſe de ſuo maioratu illam alie-

400 net, † non incidat in pœnam ſtatutam per teſtatorem contra alienantem bona maioratus; probatur per doctrinam Bald. *in cap.* 1. *§. ſi vaſſallus, ſi de feud. fuerit controverſia inter domin. & agnatos*, vbi Matth. ab Afflictis, *in fine.* Roland. *in conſ.* 66. *num.* 19. *lib.* 3. ad quem addo notabile *conſ.* Dec. 164. *num.* 3. qui ad hoc legi debet.

¶ Et quæ dicatur vilis, vel abiecta mulier, vt non poſ-

401 ſint ſuccedere illius filij ad fideicommiſſum, † tractat eleganter Menoch. *in conſ.* 225. *per totum, lib.* 3. ad iſta legendus. Et qualiter ille, qui non contraxit matrimonium ſuxta grauamen à teſtatore iniunctum, amittendo maioratum, & non adimplendo conditiones & grauamina, condemnari debeat ad amiſſionem fructuum; tradunt Pariſius *in conſ.* 19. *num.* 55. *cum ſequentibus, lib.* 2. Bald. & Iaſo *num.* 6. *in authen. cui relictum, num.* 6. *C. de ſecund. nuptiis*, idem Pariſius *in conſ.* 95. *num.* 44. *lib.* 2. Caualcanus, *in tractatu de vſufructu à marito vxori relicto, num.* 117. Cagnolus *in l. quod à quoquam* 46. *num.* 10. *pag.* 120. *ff. de regul. iur.* Bartholom. Socin. *in l. Mutiane, num.* 17. *ff. de conditionibus & demonſtrationibus*, Antonius Peregrinus *in tractatu, de fideicommiſſis, art.* 11. *num.* 127. *folio* 102. Carolus Ruinus *in conſil.* 170. *num.* 11. *& lib.* 3. facit doctrina Menoch. *in conſ.* 218.

402 *num.* 20. *lib.* 3. vbi vult, quòd incapax ſucceſſionis † non poteſt recuperare locum, quem nunquam habuit: vnde in noſtro caſu, qui non obſeruat conditiones, & gra-

403 uamina à teſtatore adiecta, † fingitur ac ſi nunquam ſucceſſiſſet, ſecundum ea quæ ſcribo *part.* 2. *q.* 4. *illatione* 8. & tanquam indignus debet reſtituere rem cum fru-

404 ctibus. Et de eo, qui ſe excuſare vult, † quia conſuluit peritiores; legenda ſunt quæ ſcribunt Baldus, Fulgoſ. Roman. Alexand. & alij, *in l. iuris ignorantia. C. qui admitt.* latè Ioannes Nicolaus *in reſponſo* quod eſt *in lectura, de ſecundis nuptiis, n.* 7. & 8.

Et an fœmina grauata contrahere matrimonium cum conſenſu & voluntate alicuius, vt poſſit ſuccedere in

405 aliquo maioratu, aut melioratione, † excuſetur, ſi forſan tempore, quo matrimonium contraxit, alius erat legitimus ſucceſſor bonorum maioratus, vel ſpe, vel actuali poſſeſſione? conſtat ex reſolutione Pariſij *in conſ.* 17. *num.* 29. *lib.* 1. cuius reſolutio proderit ad maſculum ſimili conditione grauatum; vbi reſoluit, non eſſe excuſandam talem fœminam. De quo legenda ſunt quæ ſcribo *ſuprà, quæſt.* 50. *verſ. & quòd fœmina, num.* 71. & *part.* 2. *quæſt.* 4. *dictuillat.* 8. ¶ Et an grauatus contrahere

406 matrimonium cum nobili, vel non contrahere matrimonium cum deſcendente à Iudæis, vel Sarracenis, † excuſetur contrahendo matrimonium cum muliere, quæ erat in reputatione nobilitatis, & ab omni macula munda, vel è converſo? ſumi poteſt reſolutio vltra Ripam *in dicto conſ.* 32. ex ſcriptis per Curtium Seniorem, *in conſ.* 17. *num.* 10. vbi refert notata per Scribentes *in l.* 1. *C. de teſtament.* & *in l. arbiter, C. de ſentent.* & Angel. *in l. generaliter, C. de fabular.* Anton. *in cap. nihil de elect.*

Circa iſtam quæſtionem notabis etiam, quòd ſi fundator maioratus grauauit ſucceſſorem quòd non contrahat matrimonium ſine conſenſu patris & matris, ſub pœna perditionis maioratus; ſi tempore contrahendi

407 matrimonij ſit defunctus pater, vel mater, † ſufficit conſenſus & voluntas vnius. Quod probo per doctrinam Baldi *in l. in coniunctione, num.* 2. *C. de nupt.* vbi vult, quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd minor non poſſit contrahere ſine conſenſu matris & conſanguineorum, ſi mater mortua ſit, ſatisfacit ſi contrahat cum conſenſu conſanguineorum, nec requiritur conſenſus Iudicis. Et quod non valeat † ſtipulatio pœnalis ſuper contrahen- 408
dis matrimoniis, nedum inter ipſos contrahentes, ſed neque inter conſanguineos; reſoluit latè Calcaneus *in conſ.* 7. *n.* 23.

QVÆSTIO LII.

Valor bonorum quo tempore ſit conſiderandus in melioratione Tertij, & in Legitima; & aliæ ſimiles quæſtiones.

SVMMARIVM.

1 *Definitio quæſtionis*, & n. 2. 4. 6. & 7.
3 *Intellectus ad* leges 23. & 29. Taur.
5 *Grauatus rem aliquam reſtituere, an poſſit petere melioramenta & vtilitates, quæ tempus fecit.*
8 *Augmentum extrinſecum, & intrinſecum, eſt filiorum.*
9 *Augmentum proueniens à natura in dote marito data eſt mariti, & eius hæredis.*
10 *Valor bonorum parentum quo tempore ſit conſiderandus ad ſolutionem legitimæ*, & nu. 11. *Quid ſi pater dedit aliquid filiis, & poſt eius mortem diuiſionem faciant*, n. 13. *Quid ſi filius rem vendiderit*, n. 14.
12 *In collatione bonorum veniunt ea quæ reperiuntur tempore mortis; & non ea, quæ ſine dolo & culpa conſumpta ſunt.*
15 *Fructus percepti tempore mortis teſtatoris, in eius patrimonio computantur.*
16 *Et fructus, quos poſt patris mortem percepit, an imputentur in legitimam.*
17 *Bonorum valor ſi diminuatur, damnum debet eſſe commune inter alios filios; niſi culpa filij poſſeſſoris ſupereueniat.*
18 *Fructus hæreditatem augent. Et ibi an ſint computandi ad deducendum ex illis Tertium & Quintum.*
19 *Valor militiæ, ſeu decurionatus debet conſiderari ſecundum tẽpus mortis illius, de cuius ſucceſſione tractatur.*
20 *Valor fundi dati in dotem mariti ſecundum tempus in quo dos fuit conſtituta, conſiderandus.*
21 *Sententia quædam Baëçæ circa tempus dotis datæ filiæ, ad hoc vt dicatur meliorata, examinatur.*
22 *Maritus eligens virtute* legis 29. Tauri, *& nulliter, an iterum poſſit eligere.*
23 *Legatum ſi relinquatur filiæ, ſi nupſerit, & ea nupſerit ei, cuius nuptiæ ſunt interdictæ, non cenſetur paruiſſe conditioni, & an poſſit vtiliter nubere*, ibid.
24 *Commiſſarius voluntatem teſtatoris nulliter exequens, non prohibetur iterum eligere.*
25 *Primogenitus in electione præcipui variare poteſt, quando nulliter elegit*, & n. 27.
26 *Et idem in caſu* Pragm. datæ Madriti anno 1534. *& num.* 32.
28 *Mulier quæ ex* lege 51. Tauri, *nulliter elegit, an variare poſſit. Et ibi limitatur ſententia* Matien. *an ſit permittenda in muliere variatio, electione ſemel facta. Et quid ſi prima electio valida ſit*, num. 30. *Et quando variare non liceat*, n. 31.
29 *Electus nulliter à commiſſario ad maioratum, ſi fratres contradicant maioratui vel meliorationi, an ſit manutenendus in poſſeſſione, lite ſuper tali maioratu pendente.*
33 *Frater melioratus an teneatur probare, quòd res data in titulum meliorationis non excedit Tertium Quintum, & legitimam, fratribus de exceſſu opponentibus.*
34 *Melior eſt conditio poſſidentis.*

35 Hæres

35 Hæres quomodo probet habere locum legem falcidiam, & n. 46.
36 *Cum quis partes Rei tenet, an ſufficiat allegare, quòd alia bona non ſupersunt.*
37 *Vxor an teneatur probare, quod arrhæ datæ non excedunt decimam bonorum partem, an hæredes mariti.*
38 *Quis teneatur probare bona eſſe libera, vt ad exactionem bonorum maioratus poſſit perueniri? remiſſiuè.*
39 *Negatione dicitur hæres probare, quòd bona ſufficientia non ſunt, nec hæreditas ſoluendo.*
40 *Melioratio eſt quota bonorum, non hæreditatis*, num. 40.
41 *Mulier dicens non eſſe alia bona, in quibus ſibi dos reſtituatur, intentionem habet fundatam.*
42 *Nominatus ad aliquod beneficium an teneatur probare verum valorem illius, ſi ab alio opponatur verum non eſſe.*
43 *Alleganti eſſe plura bona maioratus onus probandi incumbit.*
44 *Dicenti non eſſe alia bona ſibi relicta an credatur*, & num. 78.
45 *Allegans non fuiſſe in hæreditate bona vltra in inuentario poſita, habet præſumptionem pro ſe.*
47 *Hypothecaria qui agit, an debeat eam probare.*
48 *Et quid in fiſco contra primum creditorem.*
49 *Remedium legis* de Soria, *an habeat locum in bonis, quæ pater dedit filio in meliorationem Tertij & Quinti.*
50 *Pendente quæſtione ſuper teſtamento, per modum proniſionis debent legatarijs ſolui legata.*
51 *Confeſſioni patris affirmantis, quòd bona quæ filio donauit, non excedunt Tertium, Quintum, & legitimam filij, non ſtatur*, & n. 56.
52 *Deducitur quòd ad verificationem, quòd arrhæ non excedunt decimam partem bonorum, non ſufficit confeſſio mariti, licet multum proſit.*
53 *Infertur, quòd non ſtatur confeſſioni parentis, quando filiam dotat in caſu* capituli Curiarum dotium.
54 *Deducitur, quòd non ſtatur confeſſioni mariti dicentis, quod potas, quas mulieri dat, non excedunt octauam partem dotis.*
55 *Aduerſus inſtrumentum liquidum dotis an poſſit opponi exceptio.*
57 *Onus probandi, quòd bona fideicommiſſi venditæ fuerunt ad dotandam filiam, quia alia non extabant, ad alienantem pertinet.*
58 *Mandatum executionis an ſit concedendum legatarijs, filijs teſtatoris opponentibus, quòd legata quintam bonorum partem excedant, proponitur. Et refertur ſententia negans*, n. 73. *& 79. Affirmans tamen*, n. 81. & 86.
59 *Legatarij rerum petere poſſint executionem pro legatis, eiſdem in teſtamento relictis? Varia ſententia referuntur*, & num. 64. 71. & 72. *Authoris ſententia*, n. 73. & 74.
60 *Nulla ſcriptura de iure habet paratam executionem.*
61 *Res dicitur eſſe certa pro eo, qui habet regulam pro ſe.*
62 *Pro conſecutione legatorum quæ actiones legatarijs competant.*
63 *Noſtrum non eſt remedia & actiones multiplicare.*
65 *Intellectus qui cum iure communi concordat, in dubio ſumendus.*
66 *In dubijs quod minimum eſt, ſequitur.*
67 *Iudicium potius ordinarium quàm executiuum iudicandum.*
68 *Inſtrumentum offuſcatum executari non debet*, & num. 81.
69 *Executio poteſt peti pro legatis, in locis, in quibus adeſt ſtatutum, quòd teſtamenta executioni mandentur.*
70 *Teſtamentum aut codicilli an habeant executionem paratam, cùm hæres de plano illa non confitetur.*
77 *Pro non liquidis executio fieri non poteſt.*
78 *Executio non poteſt fieri contra hæredem pro debito defuncti, antequam liqueat, an hæres ſit ſub beneficio Inuentarij, & bona ſufficiant.*
80 *Probatio legatarijs incumbit, cum filius allegat patrem legatum facere non potuiſſe.*
83 *Teſtatores legibus ſe conformare videntur, & ſecundum eas actus facere.*
84 *Et vires ſui patrimonij ſcire.*
85 *Qui prætendunt aliquem non potuiſſe facere actum quem fecit, docere debent.*
87 *Cum ſola facti veritate inſpecta proceditur, an poſſit legatarius mitti in rei legatæ poſſeſſionem.*
88 *Executio qualiter pro meliorationepoſſit peti? remiſſiuè.*

QVinquageſimo ſecundò quæro pro intellectu noſtræ materiæ, caſu quòd pater fecit in filium meliorationem Tertij & Quinti, & tradidit ei res aliquas cui meliorationi filij alij, mortuo patre, contrauenire volunt, dicendo, quòd ea excedit Tertium & Quintum, & legitimam ipſius filij, & quòd tanquam inofficioſa reſcindi debet: quæritur, cuius temporis æſtimationem ſequi debemus ad probandum, quòd excedit, vel non excedit à Tertio, & Quinto, & legitima; an illius temporis, in quo pater tradidit illi res, in quibus ipſum meliorauit, & meliorationem fecit, an illius temporis, in quo pater deceſſit? Quæſtio eſt, quæ ſæpè euenit in practica in diuiſione bonorum, quæ inter filios diuiduntur.

In qua quæſtione ſicut in aliis breuitati innixus dico, † quòd debet haberi reſpectus ad valorem, quem habent illa bona data per patrem tempore mortis, ſiue pretium bonorum auctum ſit, ſiue diminutum. Ad quam opinionem fundandam, facit doctrina Pauli Caſtrenſis *in illud, num.* 4. *C. de collat.* vbi dicit, quòd ſi pater emit militiam pro vno filio, putà fundum pro centum, iſte fundus non confertur cum fratribus, quia non eſt propriè patrimonialis. Potius enim videtur eſſe in bonis domini directi, quàm in bonis feudatarij, & non debent communicari cum alio, inuito domino, quia non cogitur alium vaſſallum accipere; ſed confertur pecunia, quam pater expendit, non tota, ſed quatenus valet feudum tempore mortis patris, conſideratis oneribus ipſius feudi: vnde ſi non reperiantur tunc niſi quinquaginta, illa ſola, conferuntur. Quam ſententiam aliis relatis, ſequitur Bartholom. Socin. *in conſil.* 64. *Conſiliis noſtris, num.* 1. *lib.* 1. *in verſ. ſeptima concluſio*: & doctrinam Pauli de Caſtro refert, & ſequitur Gregor. Lopez, *in l. in verb. Contar, in princip. tit.* 15. *part.* 6. & ad hoc facit *l. cum quæritur, C. de inoff. teſtam.* de qua per Ægid. Boſſium *in pract. crim. tit. de bonorum publicatione, num.* 6. *pag.* 503. pleniſſimè per Simonem de Pretis *lib.* 3. *de interpretand. defunct. voluntat. dubit.* 5. *ſolut.* 6. *num.* 11. *folio* 364. qui plures concordantes refert *ad dict. legem, cum quæritur*: & quæ ſcribit Chaſſan. *in conſuet. Burg. rubr.* 7. § 2. *fol.* 230. *colum.* 1. *verſic. nota ergo.* Vnde fit, † quòd ſi res datæ in meliorationem Tertij & Quinti, ſunt augmentatæ, ex ſola mutatione temporis in valore eſt conſiderandus valor, qui aderat tempore mortis illius, de cuius ſucceſſione agitur, & non valor illius temporis, in quo res donatæ fuerunt: quia tunc ſucceditur teſtatori, & non ante; ad quod eſt bona, *l.* 23. *tit.* 5. *part.* 5. ibi: *E deſpues de eſſo por mudamiento de la condicion del tiempo.*

Et hæc concluſio corroboratur † ex diſpoſitione *l.* 23. *Tauri*, quam explicimus *in quæſt.* 48. *ſupra eodem*, hodie *l.* 7. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recop.* & *l.* 29. *in fine in eiſdem legib.* hodie *l.* 3. *tit.* 8 *lib.* 5. *Recop.* quæ hoc modo ſunt intelligendæ & declarandæ; quod eſt animaduertendum, quia Scribentes hoc non tangunt *in prædictis legibus.* Ratio *ad dicta l.* 7. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recop.* dicentem, quòd Tertium bonorum non debet extrahi à dotibus, vel donationibus

propter nuptias, est, quia illa bona non dicuntur iam bona parentum, qui meliorationem fecerunt, vt tradit Antonius Gama *decis.*33. & est melior *decisio* eiusdem Gamæ 308. *num.*10. qui resoluit materiam *dictæ legis, cum quæritur*, & ex eisdem rationibus idem dicendum est in bonis, quæ pater dat filio ante mortem in computationem legitimæ: quia augmentum intrinsecum † est
4 considerandum secundum tempus mortis patris, vel matris; quod est ponderandum, quia sæpè euenit, quòd postquam parentes dant aliquid filiis, vel in computationem legitimæ, vel in titulum meliorationis, viuunt viginti, aut triginta annos, vel plus, vel minus. Ad quod facit conclusio singularis, quòd grauatus aliquam rem
5 restituere, † non potest petere melioramenta, & vtilitates, quas tempus fecit, vt volunt Bertrand. *cons.*21. *nu.*15. *lib.*1. Syluan. *cons.*65. Capic. *decis*593. *num.*9. Natta *cons.*256. *n.*4. Marzarius *de fideicom.q.*65. & *cons.*10. Burs. *cons.*71. *n.*23.

Et dixi, quòd augmentum intrinsecum & valor, qui
6 adest ex mutatione temporis, † est considerandum secundum tempus mortis patris, vel matris; quia si res augmentatæ sunt non solum ex cursu temporis, sed propter plantationem, vel ædificationem factam per filium: ad ista augmenta non est habenda consideratio; sed res æstimanda est secundum tempus, in quo fuit concessa per parentes, secundùm Raphaelem Fulgos. Romanum, Paulum, & alios *in d.l.illud*, Socin. *in dicto cons.vers.octaua conclusio.* Ex quibus etiam infero, quòd capitale adductum per aliquem ex coniugibus, si fuerit auctum pretium illius ex cursu temporis, non debet tale pretium communicari tanquam multiplicatum, sed est proprium illius, qui ad matrimonium adduxit.

Et est etiam omnino notandum, quòd valor bonorum
7 parentum † adeo est considerandus tempore mortis illorum, quòd si aliquod augmentum postea in illis adfit,
8 quamuis intrinsecum, & ex cursu temporis, † cedit filiis; & etiam damnum, quod in illis superuenit patienter sustinere debent. Ad quod facit doctrina Matth. de Afflictis *in decis.*270. *Domina Clarella, nu.*1. *cum seqq.*
9 vbi inquit, quòd † augmentatum proueniens à natura in dote marito data, est mariti, & eius hæredis; allegat Baldum *in l.si inter virum, C. de iure dotium.* ¶ Quæ conclusio etiam probatur *in l.si patronum, ff. de bonis libert.* per quem dicit Paul. de Castr. *in l.in ratione, in princip.* la segunda, *n.*4. *fol.*130. *ff. ad l. Falcid.* quòd si legitima iure naturæ debita, post patris mortem augeatur ex rebus hæreditariis, vtputa, si valebant tercentum, legitima erat centum, & post mortem patris bona valent sex-
10 centum, † non debet attendi augmentum, etiam si augeatur ex causa, quæ retrofingitur ad tempus mortis; si autem diminuatur, dicit, quòd hoc nocet filio, quia res periit periculo illius. *l.pignus, C. de pignor. action.* de qua doctrina agit nouissimè Marcus Cucchi. *in tract. de Legitima, versic. ex substantia, n.*3. *fol.*68. post Aymonem Crauet. *cons.*202. *num.*25. & dictus Marcus tenet contra Paulum de Castro in eo, quòd decidit per *d.l.pignus*: & idem quod Paulus resoluit Curt. Senior *in cons.vltimo*, Curtius Iunior *in cons.*21. *n.*14. Et pro hac conclusione
11 † est notanda *l.*3. *tit.*11. *part.*6. quam nullus nostrum refert, ibi; *La quarta de los bienes del defunto deue ser catada y asmada en el tiempo que el finò; porque segun lo que estonce era, deue el heredero sacarla su parte: è si despues se menguo, o se crecio el dinero, o el pro della, pertenece al heredero.* Quæ lex iunctis verbis sequentibus, tollit plures difficultates, quas tradunt Alex. *in dict.l.in ratione, num.*6. *fol.*71. Ias. *in authen. nouissima, nu.*5. *C. de inof. testam.* vbi non satis se explicat, agendo de intellectu textus *in l.serui, ff. ad l. Falcid.* Anton. Gom. *in l.*29. *Taur. n.*35. Ioan. Lop. *in l.*27. *Taur. n.*25. & *n.*38. Ioan. Guttier. *in cap. quamuis pactum, de pact. in* 6. *in verb. à filia, n.*8. Gregor. Lop. *in l.*17. *in glos. penult. tit.*1. *part.*6. & tradit etiam Angulo *in l.*7. *tit.*5. *lib.*5. *Recopil. glos.*3. *numer.*1. *cum seqq. fol.*158. Gama *decis.*308. *n.*10. Falcon. *regul.*452. Molina *lib.*4. *de primogen. cap.*2. *num.*83. *fol.*139. & materiam omnium abuntissimè & subtiliter more solito resoluit Curt Senior *in d.cons.*83. & *vltim.* Cagnolus *in l.Papinian.* §. *quarta autem, n.*8. *ff. de inof. testam, pag.*229. qui refert Curt. Senior. *in d.cons.vlt.* Afflict. *d. dec.*382. Dec. *in cons.*231. Aret. *in l.debitori, C. de pact.* & alios plures. Pro quibus facit, quia in collatione veniunt † bona, provt reperiuntur tempore mortis; & non ea, quæ sunt consumpta sine dolo & culpa: secundùm Baldum & Angelum *in l.ea domum, C. de collat.* Bald. *in authen. ex testam. vers.*15. & 17. *eodem tit.* quos citat Matth. de Afflict. *decis.*247. *Habemus, n.*3. Et ad hæc etiam facit *l.item si fundi, §.*1. & 2. *ff. de vsufruct.* & quod tradit Gregor. Lopez *in l.*18. *in glos. in verb.* estimada; *tit.*11. *part.*4. Et quando augmentum sit intrinsecum, vel extrinsecum, lege notanter Cephal. *in cons.*273. *n.*11. *lib.*2.

Et ex his sequitur maximus effectus, quòd si pater aut mater moriuntur, & ante mortem dederant aliquid filiis, vel in titulum legitimæ, † aut meliorationis, & post aliquos annos faciant filij bonorum diuisionem (quod sæpissimè euenit, quia hæ diuisiones sunt immortales) est considerandus valor bonorum, quæ filij possidebant, siue sit extrinsecus, siue intrinsecus, secundum tempus mortis parentum; & si diminuuntur, damnum erit suum. Et idem est, vbicunque filij virtute testamenti parentum illicò accipiunt possessionem aliquarum rerum, quas parentes illis reliquerunt, siue in partem legitimæ, siue in titulo meliorationis; quia tempore mortis est valor considerandus, & non tempore quo fit diuisio aliquorum bonorum. Et ista profunt ad decisionem doctrinæ Tellij Fernandez *in l.*20. *Taurina num.*20. *fol.*173. vbi resoluit notanter, quòd in casu illius *legis* soluenda est æstimatio meliorato, secundum quod res valet tempore solutionis: & de materia, alia scribit Marcus Cucchi *in loco citato*, eleganter Seraph. ad ista legendus *in tractatu de fideicommiss. quæst.*36. *num.*26. *folio* 330. *& numeris sequentibus.*

Et ex istis etiam deducitur, quòd si filius post datam sibi à patre rem, aut in legitimæ partem, vel pro melio-
12 ratione, illam vendidit ante mortem patris, quamuis talis res sit in potestate alterius, † adhuc debet fieri
14 computatio valoris secundum tempus mortis patris, vel matris. Infertur etiam, quòd fructus † percepti tempore
15 mortis testatoris, computantur in patrimonio testatoris, secundùm Angel. Alexan. & Galiaulam *in l.centurio, ff. de vulgar.* eundem Alex. *in l.in fideicom. n.*2. & 4. *ff. ad Trebel.* cum *concord.* vt per Anton. Peregr. *in tract. de fideicom. art.*36. *n.*121. *fol*341. qui *num.*120. etiam tradit, quòd fructus † quos filius percepit post mortem patris,
16 non imputantur in legitimam, ex Alex. *in l.quod de bonis, §. quod autem ff. ad l. Falcid.* Ruin. *cons.*57. *n.*9. *lib.*2. & tradit Peregr. *art.*49. *n.*40.

Deducitur deinde per easdem rationes, quòd si † bo-
17 norum valor diminutus sit, damnum debet esse commune inter alios filios, nisi superuenerit culpa filij possessoris; ad quod iciunt *supra* citata. Vnde etiam euenit,
18 quod licet † fructus augeant hæreditatem, *l.non dubium, C. famil. erciscund.* cum *concord.* fructus tamen non sunt computandi addeducendum ex illis Terrium & Quintum, sed prolata sunt diuidendi. Pro quo etiam facit *l.hæreditas, ff. de regul. iur.* Gloss. *in l.*1. §. *veteres ff. de acquir. possessum concord.* quæ refero *in* 4. *p. huius operis, q.*19. *ân.*12. quæ omnia (videri meo) in practica sunt necessaria & ad intellectum *dictarum legum* 23. & 29. conducibilia: in qua *l.*29. *n.*15. tradit *Tellius*, quòd valor militiæ, sui decurionatus, † debet considerari secundum
19 tempus sortis illius, de cuius successione tractatur quod ex prædictis verum est: & idem quod Tell. tradit Anto. Gama *decis.*29. *n.*6. Ioan. Garcia *de expensis, cap.*4. *n.*14. *fol.*27. Matienço *in l.*3. *tit.*8. *gloss.*2. & *in l.*5. *gloss.*4. *n.*6. *tit. lib.*5. *Recopilationis*, Ioann. Guttierrez *lib.*2. *practicarum quæstionum, cap.*64. *num.*6. *pag.*145. Ad quæ etiam

etiam faciunt scripta per Fulgos. & Alexand. *in l.illud, C. de collation.* Anton. Gomez *in l.*29. *Tauri, n.*22. Ioann. Garcia *de expens. c.*4. *num.*14. *vers. quod vero, & cap.*22. *num.*19. In qua etiam *l.*29. Anton. Gomez *num.*13. singulariter scribit, quòd si est datus fundus marito æstimatus in dotem, valor fundi est æstimandus † secun-
20 dum tempus in quo dos fuit constituta, per regulam *l. quoties, C. de iure dotium:* & lege eundem Antonium Gamam *decis.*103. ¶ Et ex regula textus *in d. l.*3. *tit.*
21 11. & aliis *supra* citatis, alias inferebam, difficilem † esse sententiam Baëçæ *in pragmatica dotium, cap.*31. existimantis inspiciendum esse tempus dotis datæ, & non tempus mortis, ad hoc, vt filia dicatur meliorata in casu *illius legis*, vel non meliorata. Pro quo tamen facit Glossa *in l.*1. *q.*9. *C. de inofficios. donat.* quæ vult, quod donatio inofficiosa iudicatur secundum tempus, in quo data est: quam citat, & ex pluribus confirmat Menochius *de arbitrar. iudic. lib.*2. *Centur.*2. *casu* 149. *num.*20. & latè Gregorius Lopez *in d. l.*4. quod vidi in practica in grandi negotio; & secundum prædicta intelligenda & moderanda sunt quæ scribit compatrius noster Ayora *in libro de partitionibus, par.*1. *cap.*3. *n.*8. & 9. *fol.*12. & 13. & 24. *cap.*8. *n.*16.

Et est notandum, quia cum ex *d. l.*29. concedatur facultas illi, qui dotem accepit, eligendi valorem bonorum patris & matris, qui adest, vel tempore mortis, vel tempore in quo dos fuit constituta, aut promissa: nam si
22 quidem maritus semel elegerit, † & nulliter, ex facultate illi per *dictam legem* concessa, non præcluditur illi via vlteriùs eligendi, ex tex. *in l.hæc conditio filiæ meæ, ff. de conditionibus & demonstrationibus*; vbi probatur, quòd si legatum relictum sit filiæ si nupserit, si ea nondum ætatis nubilis nupserit, vel etiam nupserit ei, cuius
23 nuptiæ interdictæ sunt, † non censetur paruisse conditioni, & potest postea alteri viriliter nubere: & per illum textum dicit *ibi* Paul. de Castro, quòd dispositio hominis consumitur in primo actu valido, non etiam inualido; & *ibi* Socin. *num.*5. & dicit Romanus *in l. si is qui hæres, num.*4. *ff. de acquirend. hæredit.* quòd actus nullos non impedit fieri illius reiterationem etiam in oppositum. Et ad propositum alia refert Tellius *in l.*35. *Taurina, num.*3. ex hoc post alios *ibi* concludens, quòd si commissarius virtute commissionis illi à testatore
24 datæ nulliter exequitur voluntatem testatoris, † non prohibetur iterum eligere; cui adde textum expressum pro hac conclusione *in l.*2. *ff. de option. legat.* & alia quæ refert Tiraquellus *lib.*1. *de retractu, §.*8. *glos.*7. *nu.*4. *pag.*449. vbi plures rationes ad propositum huius dicti videre poteris: & ideo dixit Gloss. Parisien. *in consuetudin. Parisien. part.*1. *§.*10. *num.*10. *fol.*124. *in vltimis*
25 *verbis numeri*, † quòd primogenitus in electione præcipui & mansionis, variare potest vbi semel nulliter elegerit.
26 ¶ Ex qua doctrina & superioribus infertur † intellectus *ad pragmaticam datam Madruti anno* 1534. hodie *l.*7. *tit.*7. *lib.*5. *Recopilation.* statuentem, quòd si duo maioratus vniti fuerint per matrimonium valoris in *illa lege* designati, filius maior habeat electionem, qui si nulliter elegerit, electio illi non præiudicabit, & idem si ductus fraude eligat. Pro quo vltimo faciunt quæ scribo *in q.*48. *supra, hac* 1. *parte.*

Ex quibus etiam deducitur quòd si pater concessit filio facultatem eligendi Tertium & Quintum in bonis suis, & filius nulliter eligat res, in quibus debet habere
27 prælegatum, aut meliorationem, † potest iterum eligere: & idem dici potest in casu *l.*52. *Tauri*, vbi conceditur mulieri facultas eligendi arrhas, vel donationem *jocalium* intra viginti dies postquam ab hæredibus mariti
28 fuerit requisita, quia si nulliter eligat mulier, † non prohibetur iterum eligere, & permittitur variatio. Et isto modo est limitandum quod scribit Matienç. *in l.*4. *tit.*2. *lib.*5. *Recopilation. gloss.*7. *num.*2. *fol.*51. vbi generaliter tradit, non esse permittendam in muliere variationem, semel electione facta. Ad quod facit regula *l. ex pretio, C. si certum petatur. l. si id quod*, §. 1. *ff. de rescindend. vendit.* & hoc pluribus iuribus & exemplis probat Vantius *de nullita. tit. de nullita. sentent. quoties & intra quæ tempor. num.*16. *cum aliis, pag.*194. *cum sequentibus*: & faciunt etiam quæ scribo *in dicta quæst.*48 *à n.*41. & quæ notabiliter scribit Augustinus Beroi. *in consil.*23. *num.*20. *cum sequentibus, lib.*2. ad ista legenda: & *consilium* Pauli de Castro 271. *Viso tenore supra scriptæ bullæ. lib.*1. *col.*2. vbi tradit, quòd per renuntiationem nullam, beneficium non vacat; tradit Aymo *cons.*92. *n.*2. Quibus addere libet conclusionem singularem, quòd si commissarius nulliter eligat ad maioratum vel meliorationem, & electione facta, tradat electo possessionem bonorum maioratus vel meliorationis, & fratres vel alij contradicant maioratum, vel meliorationem, & super ea litem moueant, tali nullitate & lite pendente, electus & melioratus est manutenendus, † & conser- 29
uandus in possessione bonorum; ex regul. *l.*1. §. *si vir vxori, ff. de acquirenda possessione*, & per ea quæ scribit latissimè Lancellot. *in tract. de Attentat. 2. p.c.*17. *de attenta. nullita. pendent. num.*45. *cum sequentibus, pag.*330. *& cap. laudabilem, vt lite pendent.* & alia quæ scribo *in* 3. *part. q.*24. & est videri meo veritima conclusio, & quæ sæpissimè contingit, & multis aliis iuribus & authoritatibus confirmari poterat; quas lector legere potest *in part.*3. *istius tractatus, q.*15. Et hæc maximè procederent vbicunque eligentibus in prædictis casibus nulla potest imputari culpa in nulliter eligendo, vt resoluit Baldus *in cons.*227. *Per sanctissimum: lib.*4. per *l. quæsitum. ff. de sepulch. violat.* notat Tiraquellus *in loco citato, n.*19. *pag.*453.

Sed quia in memoriam venit *d. l.*52. *Taurina*, obiter circa illius intellectum lectores animaduertere decreui, quòd Peralta *in l. Stichum, num.*5. *pag.*155. *ff. de legatis* 2. dixit circa declarationem illius legis, quòd mulier in casu *prædictæ legis*, facta semel electione quamvis valida, † iterum eligere potest; motus doctrina Aretini *in l.* 38
*seruo electione, ff. de legat.*1. vbi dicit, quòd quando à lege conceditur electio, est locus variationi vsque ad actualem solutionem, per textum *in l. eum qui certarum, §.*1. *ff. de verborum obligationibus*, & alias plures rationes. De qua sententia *Peraltæ* non sine iustis rationibus dubitari potest; quia dispositio *d. l. serui electione*, quæ dicit, quòd serui electione legata, amplius optare non licet, est generalis: & *l.*25. *tit.*9. *part.*6. quæ cum illa concordat: & contra Aretinum latè tenet Iaso *in d. l. Serui electione, num.*17. & 18. vbi hunc articulum plenè disputat. Pro qua sententia addo textum *in l.si fundus, §. eleganter, ff. de lege commiss.* vbi Consultus dicit: *Eleganter Papinianus lib.*3. *responsorum scribit, statim, atque commissa lex est, statuere venditorem debere, verum commissoriam velit exercere, an potius pretium petere? nec posse, si commissoriam elegerit, postea variare.* Et facit etiam *l.si qui stipulatus sit Stichum, aut Pamphilum*, quæ est *l.*112. *ff. de verborum obligationibus.* Item cùm *joiæ* donatæ, vel arrhæ statim fiant mulieris, cum ipsa vnum eorum optauerit (quod aperte patet) electio hoc casu trahit secum executionem, † & non est licita variatio: 31
l. apud Anfidium ff. de option. legat. per quam dixit Gl. Paris. *in d. §.*10. *n.*10. quòd si primogenitus semel mansionem elegerit, non potest iterum variare; nec optare. Et ex hac doctrina, & iam dictis infertur, quòd si primogenitus eligat maioratum iuxta dispositionem *dictæ pragmaticæ*, non potest variare, & iterum eligere; † imo 32
si aliquo casu permittatur variatio, intelligitur semel, & non pluries; & scribo *in q.*26. *supra, hac parte.*

Ad rem igitur deueniendo, iis quæ in hac quæstione disputata sunt, succedit propriissimè alia consentanea quæstio, pone, quòd pater dat filio aliquam rem, in qua illum meliorat in Tertio & Quinto, & tradidit illi possessionem, & postea ab hac luce migrauit, & fratres istius filij meliorati prætendunt, quòd illa res data in meliorationem excedit Tertium, Quintum, & legitimam meliorati; ex aduerso autem filius id negat; quæri-

tur, quis tenetur hoc casu probare, vtrum excedat, necne? In quo puncto † mihi videtur, quòd fratres istius
33 meliorati tenentur probare & liquidare illum excessum, & non filius melioratus.

Primo, quia cum filius possideat, † eius est melior conditio: §. *commodum*, *Instit. de interdict.* l. 28. *tit.* 2. *part.* 3. *l.* 1. *tit.* 14. *part.* 6. de quo plura refero, & scribo *in* 3. *par. huius operis, in præfatione*; quod confirmo ex opinione Bartol. *in l. inter, in fine, ff. de rebus dubiis*, vbi vult, quòd si dubitatur, donans, vel donatarius, qui priùs decesserit? vel maritus, vel vxor? melior est conditio possidentis: & idem volunt Cumanus & Alexand. *in l. ex facto*, §. *si quis autem, ff. ad Trebellianum*; & alij, vt per Ioan. Lopium *in rubr. de donation. inter virum & vxorem*: §. 75. Episcopum Couarru. *lib.* 2. *resolut. c.* 7. *n.* 5. *versic. primo tamen*, Menochium *in tractatu de præsumptionibus, lib.* 6. *præsumpt.* 50. *num.* 16. *fol.* 109.

Secundo, per *l. cum de lege, ff. de probation.* vbi est Glossa famosa, in plerisque locis commendata, quæ af-
35 firmat, † quòd hæres probat habere locum legem Falcidiam, probando tot legata, & asserendo tantum esse in bonis, & non vltra. Si enim legatarij dicunt tantum remanere apud hæredem, quod sufficit ad legem Falcidiam, id probare debent: & illam Glossi sequitur *ibi* Angel. & Bart. *in l.* 1. §. *si vsusfructus, ff. ad l. Falcid.* & *in l. si constante*, *q.* 1. *ff. soluto matrimonio*: in quo loco id dicit esse verum, etiam si de maximo præiudicio tractetur: cuius Glossæ opinio communis est, secundum Corneum *in l. vltim.* §. *licentiam, C. de iure deliber.* vbi latè Iaso *num.* 1. *fol.* 150. multa adducit in confirmationem sententiæ, quam in hoc loco scribo: & ponit notabilem intellectum & distinctionem: & prædicta Glossa est etiam communis, secundùm Carolum Ruinum *in cons.* 91. *col.* 2. *lib.* 5. & notatur per Iasonem *in* §. *item si quis in fraudem, num.* 70. *de actio.* & *in d. l. si constante, num.* 130. & *in l. decem, num.* 34. & *in l. qui Romæ, in princip. num.* 20. *ff. de verborum obligationibus*: Messiam *in pragmatica frumenti, p.* 1. *conclus.* 1. *n.* 44. *fol.* 18. & confirmat Mascardus *in tractatu de probationi-*
36 *bus, lib.* 1. *conclus.* 205. *num.* 22. *fol.* 143 vbi resoluit, † quòd quando quis sustinet partes Rei, sufficit dicere, quòd non sunt alia bona: & copiosissimis allegationibus ornat Glossam *in d. l. cum de lege ff. de probat.* Fulvius Pacianus *in tractatu de probationibus, lib.* 1. *c.* 46. *num.* 23. *fol.* 129. ad ista legendus: & materiam etiam eleganter tractat more solito Menoch. *in tract. de præsumptionibus lib.* 6. *præsumpt.* 26. *num.* 1. *cum sequentibus, fol.* 83. & alios concordantes refert Episcop. Couar. *lib.* 2. *resolution. cap.* 6. *num.* 3. vbi materiam illius Glossæ
37 plenissimè tractat, & refert doctrinam Roderici Suarez *in l.* 1. *titu.* 2. *lib.* 3. *fori*, qui dicit, quòd vxor † tenetur probare, quòd maritus tot bona habebat tempore promissionis arrharum, quod potuit facere promissionem, de qua agitur, & quòd eo tempore non excedebat decimam partem bonorum promittentis. Quod dictum procedit secundùm Episcop. *in loco relato*, quando ipsa vxor agit ad arrhas, secus si conueniatur & bona possideat, quia tunc onus probandi transfertur ad hæredes mariti, quia etiam vxore nihil probante debet absolui; & idem tenet Suarez *vbi supra*, & dictos Authores citat Matienç. *in l.* 2. *tit.* 2. *lib.* 5. *Recopilation. glos.* 2. *num.* 7 *fol.* 46. & melius dominus Valdes *in addition. ad Rodric. Suar. d. l.* 1. *tit.* de las arras, *in additione.* quæ incipit, *n.* 15. *pag.* 29.

Et de dicta Glossa etiam tractat eam explicando Molina *lib.* 4. *de primogen. cap.* 7. *num.* 33. *fol.* 175. vbi ex
38 hoc disputat, † quis teneatur probare bona esse libera, vt rectè perueniri possit ad exactionem bonorum maioratus? ad quem addo Rolandum *consil.* 19. *num.* 9. *lib.* 4. Hieronymum Gabriel. *cons.* 118. *num.* 6. qui *num.* 7. citat Episcop. Couarru. *in d. cap.* 6. latè Mascard. *in tract. de probationibus, lib.* 2. *conclusione* 737. *num.* 1. *cum sequentibus fol.* 84. Ioseph. Ludouic. *decis.* 71. *num.* 4. Bursatum *in consil.* 180. *n.* 22. *lib.* 2. Addit Ferrariæ *in form. libelli, quo vxor agit ad exigendam dotem, pag.* 262. Et confirmo, quia præsumitur pro actu, qui prima facie apparet, quòd fuit legitimè factus, vt ex doctrina Innocen. & Felin. *in cap. in præsentia, de probationibus*, & aliis pluribus probo *in hac* 1. *p. q.* 1. *à num.* 377. Licet in contrarium retorqueri possit d. Glossa communiter approbata *in d. l. cum de lege, ff. de probat.* Quia in nostro casu contentio est inter hæredem & melioratum. Vnde
39 negatione dicitur † hæres probare, quòd bona non sunt sufficientia, nec hæreditas soluendo. Argumentum confirmatur, quia melioratio † est quota bonorum, & non
40 quota hæreditatis, iuxta *lib.* 9. *tit.* 5. *lib.* 3. *fori*: quod latiùs tracto *p.* 3. *q.* 17. & ideo incumbit onus probandi ei, qui in eo se fundat, nec præsumitur testatorem tot bona reliquisse, in quibus melioratio locum habeat; & de doctrina Roderici Suarez *in d. l.* 1. *tit.* 3. hodie acutè agit compatronus Ayora *in lib. de partitione. c.* 7. *n.* 28. *fol.* 53.

Et mulier dicens non esse alia bona, in quibus sibi
41 dos restitui possit, † habet intentionem fundatam, & asserenti contrarium incumbit onus probandi, secundùm Bartolum *in l. decem. in princip. ff. de verborum obligationibus*, & *in d. l. vltim.* §. *licentiam, in* 1. *notabil. C. de iur. deliberan.* & alios, vt per Decium *in consil.* 519. *num.* 7. Rebuffum *in cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa possess. & propriet. pag.* 302. *ver. tertio limit.* De quo legendus est Barbosa *in l. si constante ff. soluto matrimonio. num.* 70. *pag.* 544. *part.* 2. post Bart. *ibi, num.* 7. & alios quos citat. De quo lector videat quæ scribit Ioan. Guttierrez *de iuramento confirmatorio, cap.* 1. *num.* 20. *fol.* 5. & Fulvius Pacian. *in tract. de probation. lib.* 1. *cap.* 46. *num.* 16. *fol.* 129. qui hoc eleganter tractat, tradit Rebuffus *in tract. de*
42 *nomination. q.* 9. *n.* 47. *pag.* 156. quòd nominatus ad aliquod beneficium, † non tenetur probare verum valorem beneficij, si ab alio opponatur non esse verum valorem; quod aliis pluribus rationibus fundat. De quo legendus est Ioseph. Mascard. *in tractatu de probationibus, lib.* 1. *conclus.* 205. *num.* 5. *fol.* 143. Quibus addenda sunt quæ pro intellectu & confirmatione prædictæ Glossæ tradit Antonius Gabr. *tom.* 2. *communium opinionum, lib.* 1. *conclus.* 7. *de probationib. num.* 1. *cum aliis, pag.*
43 10. & quod scribit Alexander *in consil.* 16. *n. n.* 32. *lib.* 5. vbi concludit, quòd asserenti esse plura † castra vinculata incumbit onus probandi per regulam Glossæ *in d. l. cum de lege*: & alia quæ refert, quod est notandum pro illis, qui allegant rem aliquam esse maioratus, & ab aduersa parte negatur, de quo *in* 4. *part. quæst.* 20. & pro Alexandro facit textus notabilis *in l. prædia*, §. *Titio, ff. de legat.* 3. De qua materia etiam legenda sunt quæ scribit Simon de Pretis *lib.* 5. *de interpretanda defunct. voluntate. dubit.* 4. *& vlt. n.* 273. vbi *nu.* 279. refert Paul. de Castro *in consil.* 177. *Viso supra scripto puncto, n.* 2. *versic. ex his sequitur, lib.* 1. dicentem, quòd hæredibus filiis conuentis à legatariis, & dicentibus bona hæreditaria etiam pluris per testatorem æstimata, non sufficere
44 pro eorum legitima, onus probandi incumbit legatariis, quòd bona extant pro tanta legitima: & ibi etiam refert Bursatum *consil.* 98. *n. final.* contra Episcop. Couar. *in c. filius, n.* 9. *de testamen.*

Et dicenti non esse † alia bona sibi relicta creditur, vt per Glossam *in d. l. cum de lege*, tradunt Monticulus *in tractatu de inuentario, c.* 9. *principal. n.* 198. & 199. Bursatus *consil.* 5. *nu.* 17. *lib.* 1. Et de intellectu Glossæ *in d. l. cum de lege*, notanter agit nouissimè Petrus Barbosa *in l. maritum, n.* 23. *cum sequentibus, pag.* 238. *ff. soluto matrimonio, par.* 2. sic allegans non fuisse in hæreditate
45 bona vltra posita in inuentario, † habet præsumptionem pro se; & qui aliud prætendit ptobare debet, secundùm Baldum & alios *in l. final.* §. *licentia, C. de iure deliberand.* Romanum *in consil.* 376. *in fin.* Ripam *in l. si constante, n. m.* 18. *ff. soluto matrimonio*, Carolum Ruinum *in cons.* 67. *n.* 14. *lib.* 5. & alios, quos citat Roland. *in tract. de Inuentario. vers. hæres cum inuentario*, 8. *volum. tractat. n.* 1. & 2. Et per Glossam *in d. l. cum de lege*, scribit

scribit Carol. Ruinus *in cons.* 139. *num.* 5. *lib.* 1. quòd dicenti, aliqua bona peruenisse ad aliquem iure fideicommissi, incumbit onus probandi. Et quod affirmans non extare alia bona, de quibus legitima solui possit, hoc probare teneatur resoluit Petrus Surdus *decis.* 316. *num.* 6. Antonius Peregrinus *in tractatu de fideicommiss. art.* 42. *n.* 73. *fol.* 384.

Ex quorum dictis ad nostrum propositum infertur
46 veritas prædictæ conclusionis, † quòd fratres meliorati tenentur probare, quòd res, quas possidet frater melioratus, excedunt Tertium, Quintum, & legitimam melioratis; & quòd si talis filius melioratus non possidet bona meliorationis, tenetur probare, quòd illæ res, in quibus fuit facta melioratio, non excedunt Tertium, Quintum, & legitimam; quia est fundamentum propriæ intentionis, vt patet ex prædictis, & ex *l. ei qui, ff. de probation.* & *in l.* 2. *tit.* 14. *part.* 3. Et ex hac vltima ratione etiam deducitur, quòd quamvis filius non possideat, si tamen à fratribus ipse conueniatur, & non agat, adhuc fratribus probatio incumbit: *l. qui accusare, C. de edend.* cum *similib.* Et hæc sententia confirmatur ex resolutione Bart. *in l. si is qui, ff. de iure, fisci*, vbi vult, quòd qui agit hypothecaria, siue di-
47 cat prioritatem, siue posterioritatem, † debet eam probare. Vnde si prior agit contra fiscum secundùm creditorem, † debet probare acquisitionem factam, priusquam fuisset contractum cum fisco; sed si fiscus ageret contra primum creditorem, debet probare acquisitionem bonorum facta post suam obligationem. Notat & confirmat Anton. de Fano *in tractatu de pignor. par.* 5. *membr.* 2. *num.* 43. *fol.* 100. Et istam quæstionem decidit in terminis Burgos de Paz *in consil.* 39. *num.* 16. vbi
49 tradit, quod remedium legis *de Soria* † impeditur in bonis, quæ pater dedit filio in meliorationem Tertij & Quinti, & quòd non præsumitur excessus. De quo legenda sunt quæ scribo *in* 3. *p. quæst.* 17. & addenda notabilis sententia Rebuffi *in tom.* 1. *ad constitutiones Regias, tit. de sententiis prouisionalibus, in præfat. num.*
50 112. *pag.* 243. vbi resoluit; quòd pendente † quæstione super testimento debet fieri prouisio legatariis; & illis per modum prouisionis legata solui, per *l. si in fraudem, C. de legat.* & *l. si testamentum, ff. de petition. hæred.* & ibi limitat & declarat. Et ad istam quæstio em addenda sunt quæ scribit Rodericus Suarez *in l. quoniam in prioribus, C. de inofficios. testamen. in declaratione q.* 7. *num.* 9. 10. & 11. *vag.* 112.

Nec sufficeret † confessio parentis confitentis in do-
51 natione, aut meliotatione, si forsan affirmauerit, quod res donatæ non excedunt Tertium, & Quintum, & legitimam: quia cum per leges Regales hic actus prohibitus sit, vltra Tertium, Quintum, & legitimam, nihil iuuat confessio parentum: *l. cum quis decedens*, §. *Titia honestissima, ff. de legat.* 3. *l. qui testamentum, ff. de proba.* facit, quod notat Bart. per textum ibi, *in l. si forte, numero* 5. *ff. de castrens. pecul.* Decius *in consil.* 20. *numero* 3. Iason, Alexander & alij *in l. si donatione, C. de collat.* & est notabilis *l.* 3. quæ incipit, *Tan grande es el amor que ha el padre con su fijo, d. tit.* 14. *part.* 3. Et per istas leges etiam in facto dixi pro intellectu *l.* 5. *Taurinæ*, quæ prohibet maritum donare mulieri in arrhis vltra
52 decimam bonorum partem, † quòd licet maritus fateatur tempore factæ donationis, vel postea, quòd donatio non excedit decimam partem bonorum (prout communiter fit in huiusmodi donationibus) hoc non releuat mulierem arrhas non possidentem à probatione, quod non excedit decimam bonorum partem, multum tamen proderit hæc confessio mariti, iuxta sententiam Saliceti *in l. mater, C. de contrahend. empt.* & aliorum, quos refert Tiraquellus *in l. si vnquam, in verb. donatione largitus, numero* 100. *C. de reuocand. donation. pagina* 218. De quibus legenda sunt quæ scribo 4. *part. quæstion.* 1. *limitat.* 3. & Matienç. *in l. secunda, titul. secundo, libro quinto Recopilation. numero septimo & numero* 9. *folio* 46.

Et ex his etiam infertur intellectus ad vulgatam *pragmaticam dotium*, quæ est hodie *l.* 1. *titul. secundo libro quinto ordinamenti*; statuentem metam, formam, & quantitatem, quam parentibus licet dare pro filiarum dotibus: † nam si mulier dotem iam pos- 53
sideat, excessum prætendentes id Iudicem docere debent, quòd si non probauerint, mulier absolui debet: si autem ipsa non possideat & petat, & non conueniatur, nec rea sit, probare ipsa & liquidare debet. Et hanc sententiam probat Baëza etiam in fortioribus terminis *in lectur. d. legis, cap.* 36. *numero* 21. *cum sequentibus, folio* 169. vbi vult, quòd siue agatur via ordinaria, siue executiua, petens dotem ex instrumento publico, nihil tenetur probare: & ista refert & sequitur Ioannes Gratian. *regul.* 88. *numero* 8. Ioannes Guttierrez *libro* 2. *practicarum quæstionum, quæst.* 15. *per totam*: & Baëzam in dicto loco refert & sequitur idem Ioannes Guttierrez *de iuramento confirmatorio, pag.* 1. *cap.* 1. *numero* 28. *folio* 6. licet contra hæc nouissimè idem arguat *libro* 3. *quæstionum practicarum, quæst.* 40. & legendus est Angulo *in l.* 7. *tit.* 6. *libro* 5. *Recopilationis num.* 11. *fol.* 18.

Et idem procedit in *ioiis*, quas maritus per aliam *legem* 101. *Madriti datam anno* 1534. hodie *d. l.* 1. *titul.* 2. *libro* 5. *ordinamenti noui*, non potest dare mulieri vltra octauam partem dotis. Ad quod etiam facit *consilium* Bartholomæi Socini 294. *libro* 2. vbi tractat, † an confessio facta per maritum in eius te- 54
stamento, scilicet, se habuisse à Titio centum pro vxore vestienda, an sibi præiudicet? & conducunt quæ scribit idem Socinus *in consil. sequenti.* Et pro ista distinctione facit sententia Cyni, & Saliceti *in l. actor, C. de probation.* vbi volunt, quòd si ad vnum actum oportet, quòd adsit certus numerus facultatum, & opponatur, actum non esse validum, quia faciens non habuit tot facultates, is qui hoc opponit, tenetur illud probare si possideat is; cui hoc opponitur.

Et quæ dicta sunt conducunt etiam ad probationem
conclusionis, quæ sæpissimè in facto agitatur, † 55
vtrum aduersus instrumentum liquidum dotis possit opponi exceptio ex *d. l.* 1. *tit.* 2. *libro* 5. *ordinamenti noui*: nam plerique tenent, nullatenus talem exceptionem admittendam, cùm non sit de contentis *in l.* 1. *titul.* 21. de las entregas, *libro* 4. *ordinamenti noui*. Et è conuerso si pater postquam filium meliorauit, confiteatur, quòd res donata excedit Tertium & Quintum, † talis confessio filio non præiudicat, *l.* 56
Seia mancipij, ff. ad Velleia. & probatur ex doctrina Cumani *cons.* 30. *in vltimo dubio*, & *in cons.* 155. *col.* 3. *vers. ad id autem*, Alexand. *cons.* 46. *col.* 2. *libro* 5. & aliis, quæ scribit Roland. *cons.* 58. *num.* 10. *cum aliis, lib.* 2. Ex quibus sumitur regula generalis, quòd donator post donationem perfectam non potest aliquid confiteri in præiudicium donatarij. Et in his etiam est notatu dignum, quod etiam in allegationibus iuris potest allegari remedium & praxis dictæ famosæ Glossæ *in d. l. cum de lege, ff. de probation.* vt tradit singulariter Carolus Ruinus *consil.* 116. *num.... lib.* 2. ex Alexand. *in l.* 1. *C. vt ea quæ desunt Aduocatis*: Et quòd in casu *authentices quæ, C. communia de legatis*, onus probandi, quòd bona fideicommissi vendita fue-
runt ad dotandam filiam, quia non erant alia bona, † 57
pertinet ad eum, qui bona alienauit, concludit Vincentius de Franchis *decis.* 241. *part.* 2. ex Croto *in* §. *Dini, ff. de legatis.* 1. *limitat.* 3. *num.* 6. Loazes *num.* 142. *versic. ex quo infero, fol.* 222. *ff. de legatis.* 1. Couarruu. *dict. cap.* 6. *lib.* 3. *n.* 10. *versic. primum.*

Ex his etiam diffiniri potest quæstio, † quæ sæpè in 58
practica se offert, quidam filios habens fecit legata, pro quibus more solito per legatarios petitur executio, ex aduersò filij & hæredes dicunt, executionem pro talibus
legatis

legatis fieri non posse, quia excedunt Quintam bonorum partem; an tali exceptione non obstante mandatum executionis legatariis concedendum sit? Ad cuius quæstionis decisionem libuit prius diffinire quæstionem aliam antecedentem, & etiam læpissimè contingentem, & necessariam, quæ nec ab antiquis, nec à modernis est d gesta, ideo lectores de nostro labore gratias
59 agant: † vtrum legatarij possint petere executionem pro legatis eisdem in testamento relictis. In qua quæstione quid Doctores nostri, & leges Regni sentiant referam, & postea quid mihi videatur, & in praxi seruandum sit, tractabitur. Pro ea parte quod executio non possit peti pro legatis, faciunt sequentia fundamenta.
60 ¶ Primò regula iuris, quæ dictat, quòd † nulla scriptura habet de iure executionem paratam, vt est vulgata regula *l. minor viginti quinque annis, ff. de minor.* quam Doctores vbique ad hoc referunt, & isti regulæ standum est tanquam firmamento, & fundatam habet in-
61 tentionem, & res dicitur † esse certa pro eo, qui habet regulam pro se, iuxta Glossam *in l. omnis diffinitio, ff. de regul. iuris*; cum *concord. mult.* quæ refero *in hac 1. p. q. 30. à n. 9.* & cum iure cautum non reperiatur quod pro legatis competat executio, tali iuri in dubio adhærendum est.

Secundò, pro consequutione legatorum competunt
62 legatariis † tres tantum actiones, & iudicia ordinaria, scilicet, actio ex testamento, personalis, & hypothecaria, iuxta regulam *l. 1. C. commun. de legat.* † nec est nos-
63 trum multiplicare remedia, & actiones; per quem textum dixit ad propositum Guido Papæ *decis.* 483. quòd
64 legatarius virtute testamenti non potest petere † se mitti in possessionem rei legatæ, ad quod secundum pauci animaduertunt, quod in alio proposito animaduertit Rebuff. *tom. 1. ad constitutiones Regias, tit. de liter. obligator. art. 6. glos. 3. num. 20. pag. 140.* vbi tamen *num. 23.* ex Benedicto *in cap. Raimundus, verb. si absque liberis, in 2. num. 134. de testam.* concludere videtur, quòd dentur dictæ tres actiones quando agitur via ordinaria; secus si executiua. ¶ Tertiò, cum executio sit odiosa, & contra regulam iuris, via autem ordinaria sit secundum ius, & fauorabilis, iuxta *dict. l. minor viginti quinque annis,*
65 in dubio est sumendus intellectus, † qui cum iure communi concordat, quia est fauorabilior: *l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact.* cum *concordan.* vt per Tiraquel. *in tract. de primog. q. 24. num. 6. pag. 215.* Et semper
66 in dubiis, quod minimum est sequimur, *l. semper in dubiis, l. semper in obscuris, ff. de regulis iuris.* Et ideo iu-
67 dicium est iudicandum potius † ordinarium, quam executiuum, & quia benignius est: *l. ea quæ, la 3. §. in re dubia, ff. de regul. iuris*, ibi; *In re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus iustius est, quam tutius*, facit regula *l. benignius, ff. de legibus*; & doctrina Baldi *in l. 2. C. de execution. rei iudicat.* & in *l. 1. ff. de legat. 2.*
68 vbi vult, quòd instrumentum offuscatum † non debet executari, tradunt Lancellotus *in tract. de attentatis, 2. part. l. 12. de attentat. appellat. pendent. limit. 9. num. 7. pag. 238.* Menochius *de recuperand. possession. remed. 1. num. 225. pag. 238.* ¶ Quartò, istam sententiam tenent plures Doctores antiqui, & moderni, & est magis communis, secundùm Bartolum *num. 1.* & Salicetum *nu. 22. in authent. ex causa, C. de liber. præterit. vel exhæred.* quos nec Doctores exteri, nec Hispani citant: & ibi etiam Paul. de Castro *num. 13.* vbi dicit, quòd executio
69 † non potest peti pro legatis, nisi in locis, in quibus est statutum, quòd testamenta mandentur executioni, & in hoc puncto notabiliter loquitur. Idem etiam vult Angel. quem nullus citat *in licum antea, num. 4. C. de a bitr. & in l. ait prætor, §. si iudex*, per text. *ibi*, qui ad hoc videtur expressus, *ff. de re iudica.* Alexand. *in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. soluto matrimonio*, quo in loco reprobat Angel. qui contrarium tenet in loco *infra* citando; Philipp. Deci. *in l. vltima, num. 16. C. de edict. Diui Adrian.* Roderic. Suarez *in l. post rem indicatam, in versic. sextus casus, pag. 260. num. 4. in impressione noua*; & *in antiqua, fol. 116. col. 3. ff. de re iudicata.* Anton. Gomez *in l. 45. Tauri, num. 137.* & ne authoritate insignis viri deficiamur, hoc idem tenet Peralta *in l. 1. numero 85. pag. 56. ff. de legat. 2.* Menoch. *de adipiscend. possessio. remed. 4. numero 696. pag. 111. col. 1.* D. Anton. de Padilla, qui alios citat, & sic dicit sæpius pronunciatum *in authent. hoc amplius, numero 25. C. de fideicommiss.* ¶ Quintò facit *l. 38. titul. 9. part. 6.* ibi, *Conociendo el heredero en juizio que deue dar la manda que fue fecha a alguno, si por auentura no la pudiesse luego entregar, el juez ante quien es fecha la demanda en esta razon, deue dar plaço quisudo a que la den.* Quæ lex est contra Roderic. Suarez, & Peralt, *vbi supra*, qui tenent, quòd si hæres non confitetur de plano testamentum, vel codicillem, fit iussus vt soluat legatum, siue fideicommissum: & tunc † habebit executionem paratam; & fit præceptum secundum dispositionem *legis, si debitor, ff. de iudiciis*; & cum Roderico Suarez & aliis tenet Quemada *in quæstionibus suis, quæst. 9. folio 30.* Azeued. *in l. 1 tit. 21. lib. 4. Recopilation. numero 28. fol. 303.* & plures citat nouissimè dominus Valdes *in additionibus ad Rodericum Suarez, in l. post rem indicatam, notabil. 6. pagina 107.* Et duas opiniones refert Felicianus *in tract. de consib. lib. 2. cap. 1. numero 6. fol. 200.*

Contrariam opinionem quòd testamentum habet executionem paratam pro legatis, † videtur probare tex *in Authen. de hæred. & falcid. §. si quis vero non implens*: & ibi Glos. *in verbic. ex decreto*, vbi Angel. sibi contrarius; secundum quod aliqui referunt, quem ad hoc citat Iaso *in l. pactum inter hæredem, numero 8. ff. de pact.* & *in l. quæ de legato, numero 5. ff. de legat. 1.* & *in l. vltima, numero 6. C. de edicto Diui Adriani*, Bartholom. Socin. *consil. 103. lib. 3.* Segura *in l. si ex legati causa, numero 8. ff. de verborum obligat.* Campegius *in tractatu de dote, part. 5. quæst. 111. numero 6. fol. 126.* Decius sibi contrarius *in l. in testamentis, numero 6. ff. de regul. iuris, pag. 98.* vbi tamen Glos. Paris. Decium reprobat dicens, quòd decerni potest pro eo à Iudice causa cognita: & hanc secundam opinionem etiam probat Rebuffus *in loco citato, tit. de literis obligator. num. 24.* & conducunt quæ scribit idem Rebuffus *dicto tom. tit. de sentent. prouisional. pag. 234. num. 69.* Et istam sententiam secundam tenet Boerius *decis. 295. num. 12.* Cephalus *consil. 645. numero 18. libro 5.* Et in practica hoc est receptum, vt testatur Parladorius, qui punctum tractat *lib. 2. rerum quotidianarum, part. 1. cap. final. §. 9. num. 1. cum sequentibus, pag. 190.* quem legi post hæc scripta: & ista est communior opinio secundum Simon. de Pretis *lib. 5. de interpretat. defunct. volunt. dubit. 3. num. 145. fol. 533.* qui plures citat, & inter alios Dueñam & Rodericum Suarez: & ista est verior opinio secundum Ioseph. Ludouicum qui alios citat *decis. 23. numero 9.* qui quæstionem latè examinat, quem citat Michael Grassus *de success. ab intestato: §. legatum, quæstion. 77. pagina 39.* & eam tenet Natta *cons. 206. numero 4.* Anton. Gom. *in l. 45. Taur. numero 137.* Orosius *in l. tale pactum, §. qui pronocauit, col. 905. ff. de pact.* Dueñas *regul. 15. limitat. 2.* quos tres Authores citat Azeuedo *vbi supra.* ¶ Et quòd legatarij possint † petere executionem, tradunt Archidiaconus *in c. Episcopus, 88. distinct.* Rebuff. *d. tit. de sententiis prouisional. numero 39. pagina 236.* sed vt ex Angelo patet, hoc non dicit, nec Glos. *ibi*, quam ad hoc ponderant, imo potius contrarium Glos. sensit in illis verbis, in quantum dicit, quòd in Nouellis continetur, quòd debeat in diffinitiua dari: & text. *in d. authent.* loquitur de quodam præcepto admonitorio, non executiuo, vt tradit Angel. *in d. §. iudex, nu. 1. fol. 224.*

Et quia ista secunda opinio nullo iure concludenti probatur; prima opinio mihi † semper verior fuit, & magis communis: quod practica autem obseruat, est, quòd Iudex viso testamento, vel codicillo, in quo legatum

legatum continetur, præcipit hæredi, vt intra certum tempus soluat legatum; & tali tempore transacto, si hæres legatum non soluit, datur mandatum executionis: quod de iure fieri posse animaduertunt Guillelm. Benedict. *in cap. Raimundus, in verb. si absque liberis 2. num. 192. fol. 352. col. 4. versic. præterea non habent*, Nicolaus Boerius *dict. decis. 295. num. 12.* quibus addo *l. vlt. tit. 9. part. 6.* ibi, *E los pleitos de las demandas deuen los juzgadores ante quien vinieren librallos derechamente, y sin alongamiento, e sin escusa ninguna.* Per
70 quam legem etiam probatur: testamentum † non habere executionem pro legatis, licèt summariè talia iudicia tractari debeant, & *ibi Gregor. Lopez* refert Roderic. Suarez circa nostram quæstionem, nihil tamen decidit; facit *l. nulli, §. sin autem, ibi*, sine vlla commutatione, *C. de Episcop. & Cleric.*

Hoc acto testat soluere, quid in nostra illatione di-
75 cendum sit, & pro ea parte quòd si filij proponant † executionem non fieri posse pro legato, quia excedit de Quinto, iure permittente id faciant; conducunt sequentia fundamenta. Primum, quia cum non liqueat, nec constet quantum sit Quintum bonorum testatoris, vltra quod leges Regni prohibent parentes disponere, executio non rectè fieri potest: nam *Maxima* est in
76 iure, quòd pro non liquidis † executio fieri non potest, *l. hoc iure ita stipulatus sum te sisti, ff. de verborum obligationibus*, notat Bart. *in l. 1. unde, §. notandum, ff. ad leg. Aquiliam*; quod latius resoluunt Suarez *in l. post rem, ff. de re iudicata, limitat. 5. nu. 1.* cum aliis, Rebuffus *tomo 1 ad constitut. Regias, art. 11. glos. 9. num. 7. pag. 67.* Peralta *in l. 1. n. 83. ff. de legat. 2.* Episcopus Couarruuias *lib. 2. resolution cap. 11.* ad quod facit doctrina Baldi *in l. per diuersas, q. 10. C. manda.* vbi inquit, quòd executio
77 non potest fieri contra hæredem pro debito defuncti, † anteaquam certum sit an sit hæres sub beneficio inuentarij, & an bona sufficiant: & idem vult Corneus *cons. 221. lib. 4.* Rebuffus *in d. tom. pag. 109. num. 50.* ¶ Secundò ad hoc facit Glos. *in d. l. cum de lege*, quæ (vt prædixi) probat, quod præsumptio est pro hærede
78 dicente esse in hæreditate † tot bona, & non vltra: igitur iniquum videtur contra talem præsumptionem decernere mandatum executorium. ¶ Tertiò, durum videtur filios executare, & in iudicio executiuo compel-
79 lere ad solutionem, ipsis forsan non valentibus † probare in diebus executionis valorem bonorum parentum, quia æstimatio bonorum & diuisio non est facta, quæ soler post multos dies differri. Quartò, quia cùm filij asserant, patrem tale legatum facere non potuisse,
80 † probatio incumbit legatariis, & iniquum videtur executionem decernere, *l. verius, ff. de probation.* Quintò conducunt quæ scribit Bacza *in d. cap. 36. num. 13.* quæ hic transplantare non oportet. Sextò, vt instrumentum
81 exequi possit, debet esse clarum, † & non offuscatum, secundùm Baldum *in l. 2. C. de execution. rei iudic.* & *in l. 1. ff. de legat. 1.* Lancellotum *de attentat. p. 2. cap. 12. de attentat. appellation. pendent. limitat. 9. nu. 7. pag. 238.* faciunt scripta per Menoch. *de recuperanda possessione, remed. 1. n. 225. pag. 334.*

Pro contraria parte sunt aliqua fundamenta. Pri-
82 mum, † quia pater legando legatum, & sciens non posse disponere ex legibus Regni vltra Quintum bonorum, si nihilominus leget, præsumitur facere legatum secundùm leges: nam semper testatores se conformare
83 † videntur cum legibus, & actus facere secundùm eas-dem, *l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellianum*; *l. Gallus, §. 1. ff. de liber. & posthum.* cum *concordantib.* quæ scribo *part. 2. in initio.* Fundamentum fulcitur, quia testa-
84 tor præsumitur † scire vires sui patrimonij, *l. quisquis, C. de rescinden. vendit.* notat Bart. *in authen. sed cum testator, nu. 5. C. ad l. Falcid.* Angel. *in authen. quib. ex caus. manumitter. non licet*; Iaso. *in §. item si quis in fraudem, nu. 48. Institut. de action.* Imò ex communi habitatione scire quis præsumitur valorem bonorum illius, cum quo habitauit, & versatus fuit: vt notat Ancharran. *in consil. 170. col. vlt.* & alij, vt per Aymon. Crauet. *cons. 51. n. 24. cum seqq.* ¶ Secundum, illi qui prætendunt ali-
quem non potuisse facere actum, quem fecit, docere 85
debent: & interim est præsumendum pro actu: *l. ab ea parte, ff. de probation.* notat Innocent. *in cap. præterea, de dilation.* Decius *in l. 1. nu. 7. C. de edendo.* Tertium, quia vbicunque reperitur aliquis actus perfectè factus, præsumptio est pro tali actu, qui rectè & secundùm ius factus dicitur; *l. si post diuisionem. C. de iur. & fact. ignorant.* Notat Decius *in consil. 111. num. 8.* quod plenius trado *supra, quæst. 1.* ¶ Quartum, cum filij prætendant
legata quintam bonorum partem excedere, † probatio 86
à filiis exigenda est, & non legatariis, qui id negant; & interim executio facienda est, iuxta regulam *l. 2. ff. de probation.* Istis addere libet egregium dictum Guidonis Papæ *decisione 383. Legatario* vbi scribit, quod quando proceditur † sola veritate inspecta, potest legatarius 87
mitti in possessionem rei legatæ, sequuntur Alciat. *consil. 68. Gubernatorem, in princip. lib. 6.* Simon de Prætis *lib. 5. de interpretand. defunct. voluntat. dubitat. 3. nu. 101. fol. 512.* & de isto puncto & quæstione legenda sunt
quæ scribo *p. 3. quæst. 15.* & qualiter executio † petipotest 88
pro melioratione, tradit nouissimè Parladorius *lib. 2. rerum quotidianarum, part. 1. dict. cap. final. §. 9. nu. 12. pagina 194.*

QVÆSTIO LIII.

An de fructibus liceat patri donare vltra Tertium & Quintum.

SVMMARIVM.

1 *Pater nec in vita, nec in morte, potest donare aut relinquere filio vltra Tertium & Quintum, & Legitimam.*
2 *Quæstionis resolutio, & num. 3. & 7.*
4 *Mens & ratio legum per cautelas, & argumenta frustrari non debent.*
5 *Malitiis hominum est obuiandum.*
6 *Quod vna via prohibetur, alia concedi non debet.*
8 *Pater vsumfructum filio remittens, an donare videatur.*
9 *Et quando talis donatio efficiatur irreuocabilis. Quid si consentiat, vt filius bona administret, nu. 13.*
10 *Fructus de patris substantia dicuntur.*
11 *De fructibus Ecclesiæ idem quod de rebus illius est indicandum.*
12 *Qui remittit, donare dicitur.*
14 *Pater an possit in fructibus meliorare filiam vltra summam à lege taxatam.*
15 *Filius an teneatur conferre fructus bonorum aduentitiorum, quæ pater illi donauit. & n. 24.*
16 *An quod illi dedit ad alimenta.*
17 *Deducitur intellectus ad l. 6. Taur.*
18 *Pater an possit in morte disponere de fructibus, quos reseruauit vt in vita disponeret; facta filio donatione titulo melioration is, aut maioratus, & n. 21. Et an possit donare filiis inter viuos & irreuocabiliter vsumfructum ex bonis aduentitiis, n. 23.*
19 *Pactum in matrimonio adiectum, vt primogenitus succedat, non impedit, quominus promittens de bonis postea sua industria acquisitis possit disponere.*
20 *Donatis omnibus bonis, an possit donans de fructibus perceptis ex vsufructu quem reseruauit disponere.*
22 *Maioratu instituto à patre & matre in filium de pluribus bonis, virum liceat illis vsumfructum, quem ex illis reseruarunt, in filium donatarium renuntiare.*
25 *Filij an possint querelare, & allegare donationem inofficiosam esse, cùm pater vsumfructum, quem in filij bonis habet, donat.*
26 *Filius donatarius an teneatur restituere vsumfructum,*

quem percepit de excessu bonorum, quæ pater inofficiosè donauit, donatione à filiis reuocata.

27 *Usufructus etiam à bona fidei possessore consumpti, qualiter veniant in legi. 1ma.*

28 *Ecclesia patronata an possit subuenire patrono de fructibus bonorum Ecclesiæ absque Episcopi licentia.*

QVinquagesimotertiò scimus, quòd per leges nostras Regias pater † non potest donare, nec relinquere filio in vita, nec in morte vltra Tertium, & Quintum, & legitimam, vt latius cauetur *in l.26.& 28.Taur.*cum *concordantibus.* Quæstio nunc est, an de fructibus, quos parentes percipiunt de bonis suis possint facere filiis donationes vltra Tertium & Quintum, cum de ipsa substantia & bonorum proprietate hoc illis interdictum sit per dictas leges? In qua
2 quæstione (vt paucis agam) ego † sequor Bartholom. Socin. *in cons.93. Circa primum consideratio, lib.1.* vbi agens de quodam statuto, per quod aucta fuerat legitima filiorum, & parenti licebat disponere de quarta parte bonorum, concludit, quòd sicut pater non potest disponere de proprietate vltra quartam partem in præiudicium filiorum, ita nec de fructibus: quam sententiam ibi latè fundat, vbi facilè est videre: & ideo ego in hoc non immoror. Et istam opinionem plenè disputando elegit noster Gregor. Lopez *in l.8. tit.4. p.5. in glos.* En vida, *ad medium*, cum duabus limitationibus, videlicet, nisi pater donet vsumfructum, quem habet in bonis filij; quia ista donatio non reuocabitur per querelam inofficiosæ donationis, etsi fructus percipiantur per filium ex re alteri donata & tradita, quia non augent donationem.

3 Et istam sententiam Bartholom. Socini † ego veram esse iudico; cùm aliàs, mens legum Regalium prohibentium ne pater possit donare filio vltrà Tertium, Quintum, & legitimam, facilè fraudaretur, si patri permitteretur donare fructus bonorum, cùm tantò minus alij fratres haberent, quantum ipse dederit de fructibus, quibus non donatis, ex illis posset pater alia bona emere, vel nummos seruare: & mens & ratio legum non
4 † debet frustrari per argumenta & cautelas. Qualitercunque enim mens legum lædatur, permitti non debet: *l.non dubium, C.de legibus: l.contra legem, ff.eodem titulo.* Et est lex quæ nullis quantumcunque amplissimis verbis satis commendari potest, quam Iudices ante oculos semper habere debent, *in l.15. tit.7. part.* ibi, *Una de las cosas del mundo, de que mas se deuen trabajar los Reyes, e los otros señores que tienen lugar de nuestro Señor Dios en la tierra, para mantener justicia, es de contrastar*
5 *a la malicia de los omes,* † *de manera que el derecho no pueda ser embargado por ellos.* Quæ lex ad plura negotia est singularis. Item, † cum quid vna via prohibetur,
6 aliâ concedi non debet, iuxta *regulam iuris:* & ad istam conclusionem est textus notab. *in l. de fructibus, ff. de donat. inter virum & vxorem:* & *in l si fructus, C.eodem tit.* notant Baldus *in l eam quam, col. penult. vers. dicet aliquis, num.48. C.de fideicommiss.* cum *concordant.* vt per Aymonem *cons.25.num.16.* sed Baldus nihil de hoc dicit, licèt Aymo eum citet. ¶ Et doctrinam *Barthol.*
7 *Socini* † & nostram refert & sequitur Ioan. Guttierrez *lib.2 practicarum quæstionum, q.69.num.3. pagina 160.* Et facit quod tradit idem Baldus *in consilio* 204. & *in cons.230.lib.1.* vbi disputat, stante statuto, quòd mulieri non possit legari nisi quindecim annuatim, & testator legauit quædam bona vni, & vsumfructum eorum bonorum vxori, grauando hæredem ne vxorem molestaret; si legatum excedit quindecim, an valeat? & legenda etiam omnino sunt; quæ circa dictam *l.de fructibus,* scribunt Connanus *lib.8.commentariorum iuris ciuilis, cap.11.* Pinellus *in l.2. part.2 cap.4.num.50. C.de rescinden. vendit.* Ioannes Garcia *de expens. cap.28. num.21. fol.220.*

¶ Et ad hæc faciunt scripta per Tellium *in l.17. Tauri, num.57. cum sequentibus:* vbi probat, quòd si pater remittit filio † vsumfructum, censetur contulisse in 8
cum donationem, quod latè tradit *ibi* Matienço *glos.4. num.18.& 19. fol.140.* hodie *l.1. tit.5. lib.5. Recopil.* & Angulo *in d. l.1. tit.5. lib.5 Recopil. glos.8. num.12. fol.26.* vbi probat, † quòd si pater expresè remisit filio 9
vsumfructum, donatio est irreuocabilis; secùs si tacitè remisit. Et fructus † dicuntur de substantia patris, *l.in bonis, C.ad Trebellianum*, Doctores *in l.scimus, §.repetitionem. C.de inofficios. testament.* latè Marcus Cucch. *in tractatu de Legitima, vers. prima quòd legitima, fol.26. col.1. num.4.* Quibus simile est, quòd de fructi-
bus Ecclesiæ † idem est iudicandum quòd de rebus 11
Ecclesiæ, *cap.expedit, cap.res Ecclesiæ, 12.q.1.cap.Episcopus, 14. quæst.1.* cum *concordantib.* vt per Osascum *decisione Pedemontana 32. num.2.* Et est regula, quòd qui remittit † donare dicitur, *l.si mulier, ff.de condition. ob*
causam; latè Tiraquellus *in l.si vnquam, C.de reuocan. donation. in verbo, donatione largitus, num.171. cum sequentibus, pag.241.* tradit Molina *libro 2. de primogen. cap.3. num.49. fol.223.* ¶ Et qualiter si patiatur pater filium bona administrare, † censeatur in eum contulisse 13
vsumfructum, quem habebat, tradunt Bald. *in l.si vxorem, C.de condition. insert.* Baldus Nouellus *in tractatu de dote, part.6. priuileg.36.* Corneus *in consil 275. lib.1.* Aymo. *in cons.l.39.* & alij, quos citat Caldas Pereira, vbi punctum latè tractat *in l.si curatorem habens, C.de in integrum restitut. minor. in verb. lasis. nu.148. fol.375. cum sequentibus*, hodie *pag.1378.* Et ad ista faciunt quæ disputat Baeza *in lib. de non meliorand. filiabus, cap.26. num.9. fol.141.* & Idem *cap.33. nu.10. fol.158.* vbi tradit quæstionem isti nostræ germanam, † an possit 14
pater de fructibus meliorare filiam vltra summam per illam *legem* taxatam? In quo per prædicta concludendum est hoc patri licitum non esse. Pro quo facit quod scribit Tellius *in l.26. Tauri. num.17. ad finem*, ibi; quia fructus & res donat alienas; cum ex lege cæteris filiis applicentur. Et conducunt multa singularia omnino legenda scripta per Chassanæum *in consuetudinibus Burgundiæ, rubr.7. de successions. §.4. num.4.5.6.7.8.9. & 10. pag.938.* ¶ Et quòd filius † non sit obligatus 15
conferre fructus bonorum aduentitiorum, quæ illi pater donauit, probatur *in l.final. §.sin autem, C.de bonis quæ liber.* notant Iaso *in auth. ex testamento, C.de collationibus*, Anton. Gama *decis.164. num.4.* vbi etiam resoluit quæstionem quotidie necessariam, quòd filius † non tenetur conferre quod pater dedit ei ad alimenta, 16
nec vestes quotidianas datas illi, & nutui. De quo etiam legi debet Additio *ad decisionem Gamæ 140.* Et cùm hæc sententia sit filiis fauorabilior, cum reducantur ad æqualitatem possibilem, in dubio est amplectenda: *l.vt liberis, C.de collationibus*, cum *similibus*, quæ ego in aliis locis refero, præcipuè *hac parte, quæst.3.* & hæc etiam notanda † sunt pro intellectu *l.6. Taur.* ad quam 17
est valde necessarium dictum consilium *Socini.*

Sed an pater, qui fecit donationem in filium titulo meliorationis, aut per viam maioratus, reseruando fructus ad disponendum in vita sua, † possit in morte de 18
talibus fructibus disponere? videndus est Bartol. *in consil.76. incipien. Pater filio suo emancipato.* Alexander *in consil.13. num.17. lib.3.* quod est aduertendum, quia sæpè contingit. ¶ Nec omitto ad propositum quæstionis, & materiæ, quod tradit Nicolaus Bocrius *decis.204. num.36. pag.357.* vbi vult, quod pactum factum in matrimonio, vt primogenitus succedat, non impedit quin de bonis futuris promittens eius industria, vel ex vsufructu retento post pactum acquisitis, possit dis-
ponere; quia tale pactum † non extenditur ad postea 19
quæsita, per *l.si ita, ff.de auro & argento legato*; & alia quæ refert: qua in re, verba promissionis sunt inspicienda: & ad leges nostras Regales est animaduertendum, quia iam de hoc vidi dubitari: & pro Nicolao Boerio facit notabilis doctrina Alexandri *in l.stipulatio hoc modo concepta, nu.18. ff. de verborum obligationibus,*

vbi

vbi resoluit, quòd si quis donauit omnia bona sua re-
20 seruato vsufructu, † poterit de fructibus perceptis ex vsufructu quem reseruauit, disponere, & non comprehenduntur in donatione omnium bonorum. Pro quo facit doctrina Episcopi Couarr. *resolution. lib.3. cap.12. nu.2.* de quo legenda sunt quæ scribunt Decius *in consil.30. dubio 1.* Celsus qui latè tractat *in cons.37. nu.4. cum sequentibus.*

Et in hac quæstione est addendum, quòd si pater donat filio suo emancipato omnia bona præsentia & futura, saluis & reseruatis omnibus fructibus & redditibus dictorum bonorum in vita dicti patris, de quibus liceat in vita sua disponere pro libito suæ voluntatis,
21 † non videtur sibi reseruasse facultatem disponendi in vltima voluntate, sed solùm inter viuos, vt fundat Alexander *in dicto consilio 13. num.17. libro 3.* qui sequitur Bartol. *in dicto consilio 76.* quos citat Simon de Prætis *libro 2. de interpretanda defunct. voluntat. interpretat.1. dubitat.1. folut.8. nu.2. fol.95.* quod etiam tradit Baeza *de non meliorandis filiabus, cap.20. num.8. folio 127.*

Ex prædictis autem potest diffiniri quæstio, quæ in praxi sæpè contingit: Pater & mater fecerunt maioratum in filium de pluribus bonis, reseruato vsufructu, vtrum liceat eisdem renuntiare vsumfructum in filium
22 donatarium? † Et magis videtur hoc licitum esse, & valere similem renuntiationem: nam cum pater faciendo donationem bonorum, poterat statim tradere proprietatem simul cum vsufructu, non est curilli prohibeatur tradere postea vsumfructum. Ad quod facit etiam doctrina Azonis *in Summ. C. de bonis quæ liber. col.1. vers. Aduertendum*; vbi vult, quòd pater potest donare
23 filiis † inter viuos & irreuocabiliter vsumfructum, quem habebat in bonis aduentitiis, per textum *in l. cum oportet, §.non autem, vers. sin autem res: C. de bonis quæ liber.* & idem voluerunt *ibi* Bartol. Bald. Salicet. & Paulus de Castro, & idem Bald. *in l.2. C.de inofficios. donationib.* quos citat Tiraquellus; vbi tamen alios in contrarium allegat *in dict.l. si vnquam, C.de reuocand. donation. in verb.donatione largitus, num.211. pag.255.* Parisius *in consilio 130.num.10. cum sequentibus, libro 2.* & idem voluit Antonius Gomez *in l.29. Tauri, nu.29. & in l.48. num.9.* Tellius qui tamen distinguit *in dict.17. Taurina, num.57. cum sequentibus*, Ioan. Guttierrez *in cap. quamvis pactum, nu.1. de pact. in 6.* Aymo *in dicto consilio 39. num.2.* Cæpola *caut.52.* Dueñas *regul.223. num.3. fallen.3.* Cephalus *in consilio 467. num.83. lib.4.* & per textum *in l.final. §.sin autem, C. de bonis quæ liberis:* & doctrinam Iasonis *in auth. ex testamento. C de collation.* tradit Antonius Gama
24 *decis.164. num.4.* quòd filius † non obligatur conferre fructus bonorum aduentitiorum, quos illi pater donauerat. Et talis remissio, quamvis sit donatio, non indiget confirmatione, vt per Beccium *consil. vltim. nu.8. libro 1.* Cephalum *vbi suprà.* Et pro intellectu istius puncti legenda sunt quæ scribo *in 4. part. quæst.23. num.145. cum sequentibus.* Et quòd si pater, qui habet vsumfructum in bonis filij, donet illum vsumfructum,
25 non † possint filij querelare, nec allegare donationem esse inofficiosam, voluit Gregorius Lopez post *Baldum* quem citat *in dicto §.non autem*; is inquam *in l.8. tit.4. part.5. in glos. in verb.* en vida, *folio 13. col.3. ad finem, versicul. sed si deberet superesse*: vbi etiam refert Segu-
ram *in l.1. §.si vir, cap.26. ff. de acquirend. possess. on.* dicentem, quòd si pater habens plures filios, donauit bona inofficiosè, ità quòd filij reuocauerunt donatio-
26 nem, non tenetur filius donatarius † restituere fructus, quos percepit de excessu bonorum donatorum. De quo legenda sunt quæ scribo *in 3. part huius operis, quæst.25.* & idem quod Gregorius Lopez tradit Petrus Surdus *in tractatu de alimentis, titul.2. quæst.1. num.45. folio 99.* & resoluit Antonius Gama *decisione 117.* contra Antonium Gom. *in dict. l.29. num.29.* & faciunt scripta per eundem Gamam *decisione 164.* ¶ Et qualiter in legitima † veniant fructus consumpti etiam à bonæ 27
fidei possessore, lege Baldum *in l. non est ambiguum, C.famil.erciscund.* Rodericum Suarez *in l.8. fori, titul.* de las herencias, *num.40. pagina 452.* Et an Ecclesia patronata † possit subuenire patrono de fructibus bo- 28
norum Ecclesiæ absque licentia Episcopi, tractant Rochus de Curte *in tractatu iuris patronatus, in verb. & vtile, num.1. folio 31.* Cæsar Lambertinus *in tractatu iuris patronatus, libro 3. 2. artic. 3. quæstionis principalis, num.6. folio 14.* Quod istis diebus contigit in Capella Regia istius ciuitatis, in subsidio charitatiue dato Regi nostro Philippo.

QVÆSTIO LIV.

An de bonis, quæ pater vel mater tenentur reseruare filiis primi matrimonij, possint meliorationem facere.

SVMMARIVM.

1 *Mulier an possit ex arrhis, quas sibi maritus dedit, vnum ex filiis meliorare, aut facere maioriam? refertur quædam sententia: Authoris sententia, num.7. & 8.*

2 *Quæstionis definitio, num.2. & n.6.*

3 *Ius gratificandi non competit nisi in casibus à iure expressis.*

4 *Feudatarius, etiam cum domini consensu, non potest alienare feudum in remotiores agnatos.*

5 *Damnati ad mortem an possint meliorationem facere, remissiuè.*

9 *Mater si ex successione filij ab intestato mariti bona possideat, an possit de talibus bonis filium quem voluerit meliorare*

10 *Pater an possit meliorare filium secundi matrimonij ex bonis quæ filius prioris ob aliquam causam renunciauit.*

11 *Donatione facta matri à filio ex bonis, quæ illi ex paterna hæreditate obuenerunt, an ea, talia bona reseruare teneatur.*

QVinquagesimoquartò quæro, an pater vel mater de bonis, quæ secundùm leges ciuiles & Regias reseruare tenentur filiis primi matrimonij, iuxta *l.fœminæ, C.de secund. nupt. & l.5. Taurinam*, & alia, quæ ad propositum dictarum legum scribunt Tiraquellus *lib.1. de retractu: §.11. glos.6. num.6. cum sequentibus.* Matienç. *in l.7. tit.11. glos.5. num.11. lib.5. Recopilation. folio* 61. possint vnum ex filiis, quos de priori matrimonio habuerunt, meliorare? Quam quæstionem latè disputat Rodericus Suarez *in legibus fori, titul.* de las arras, *notab.2. fol.44. colum.1. & sequent.* vbi post longam disputationem tandem concludit, quòd † non licet mulieri ex arrhis, quas sibi maritus 1
dedit, meliorare vnum ex filiis, nec facere maioriam; per textum *in authen. de nuptiis, §.venient, col.4. & in auth. de non eligen. secund. nuben. §.prospeximus, colla.1. & in auth. lucrum hoc: C.de secundis nuptiis:* & idem tenet ipse Suarez *in l.quoniam in prioribus, limitat.10. num.1. pagina 170. C.de inofficios. testament.* cui adde Decium, qui in simili casu consuluit *consilio 236. num.16.*

Et quòd pater vel mater secundò nubentes non possint † meliorare ex his, quæ habuerunt ex primo 2
matrimonio, vel ex filiis prioris matrimonij, tradit vnico verbo Matienç. *in l.3. tit.1. lib.5. Recopilationis, glos.2. num.42. fol.33.* Et pro hac sententia facit quod scribit Baldus *in cap.1. tit. de aliena. feud. n.12.* vbi dicit, quòd † ius gratificandi non competit nisi in casibus 3
à iure expressis, per *l.cum Hermes, C.locati*; & *l.dudum:*

C. de contrahen. emptione. Et ibi Baldus ex hoc dicit, quòd fendatarius, etiam cum conſenſu domini, † non
4 poteſt alienare feudum in remotiores agnatos, qui in feudo non eſſent ſucceſſuri, nec poſtea ſucceſſerunt ex prima feudi conſiſtentia, nec agnatus habet ius eligendi, nec præferendi quem ex filiis velit. Notatur per Aretinum *in conſilio 42. ex facto:* & Tiraquellum *in tract. de primogen. in 2. opinion. 17. quæſt. num. 23. pag. 168. & lib. de retractu, §. 26. gloſ. 2. nu. 2.* & facit etiam textus *in authentic. bona damnatorum, C. de bon. damnatorum.* Et quod per illam *legem* determinat Rodericus Suarez *in dict. l. quoniam in prioribus, limitat. 10.* & Epiſcopus Couarruuias *in 3. part. rubr. de teſtament. nu. 37.* vbi dicunt, quòd ex bonis, quæ hodie reſeruantur damnatis † non poſſunt facere meliorationem, ſed illa reſeruare filiis æqualiter tenentur. De quo puncto videnda ſunt quæ ſcribo *in quæſt. 1. ſuprà eodem, in 5. illatione. nu. 203.* Et iſtam ſententiam etiam adiuuant quæ ſcribit Ancharranus *in conſil. 112.* latiùs Socinus Iunior *in conſil. 103. nu. 21. cum ſequentibus, lib. 2.* & eſt bonus textus pro hac opinione *in l. 31. Tauri*, vbi commiſſarius non poteſt meliorare filium, niſi id à teſtatore expreſsè committatur: & iſta refert nouiſſimè Ioannes Guttierrez *lib. 2. practicarum quæſtionum, quæſt. 17.* vbi punctum & quæſtionem tractat.

Et hac concluſione habita pro vera, quòd ex bonis reſeruatis ad filios primi matrimonij non poteſt fieri melioratio per mulierem; notandum eſt, quòd cùm hæc pœna ſit ſtatuta in odium ſecundi matrimonij,
6 quod mulier contraxit, ſi mulier non nubat, † poterit liberè ex talibus bonis meliorare filium, quem voluerit; quia ceſſant rationes, quæ habentur *in authent. lucrum hoc, C. de ſecundis nuptiis:* & ideo ius ceſſare deber. Et idem eſt in patre dicendum, & multo maiori ratione.
7 In arrhis autem, † minimè verum puto dictum *Suarez*, licèt idem teneat Ioan. Lopez *in rubric. de donation. inter virum & vxorem:* §. 27. *nu. 1.* Molina *lib. 2. de primogen. cap. 10 nu. 62. fol. 309.* Antonius Gomez *in l. 14. Tauri, nu. 4* quos iuſtè reprehendit Tellius Fernandez *in l. 19. Tauri, nu. 12.* Cuius ſententia fulcitur, quia cum regula iuris Regij ſit, cum qua ſe conformat huius Regni conſuetudo, quod parentes ex omnibus bonis filios poſſint meliorare: iſti regulæ adhærendum eſt, nec ab ea recedendum; nec eſt noſtrum diſtinguere leges, vt iuris principia paſſim dictant. Ex qua ratione dubitabilis etiam redditur concluſio ſuprà tradita de bonis, quæ mater tenetur reſeruare filiis primi matrimonij; cùm noſtræ leges & conſuetudo poſtea conditæ ſint, nec talem faciant diſtinctionem; vnde in dubio eas
8 ſeruare debemus: & iſtam ſententiam † noſtram nouiſſimè, iſtis relatis, ſequitur Aluarus Valaſcus *conſil. 16. nu. 5. cum ſequen. ibus:* quibus addenda ſunt, quæ per textum *in d. authent. lucrum hoc,* & *l. generaliter, C. de ſecundis nuptiis*; & Authores quos citat, tradit Antonius Gabriel *lib. 3. tit. de ſecundis nuptiis, concluſ. 2. num. 3. pagina 219.*

Diſputat etiam Molina *in loco ſuprà citato, num. 59.* vtrum ex bonis, quæ maritus vel vxor tranſeuntes ad ſecundas nuptias acquiſierunt ex donatione, vel legato à priori marito, vel vxore, facto, poſſint primogenium inſtituere, ſi eis liberi ex primo matrimonio ſuperſint? Iſtis omnibus eſt addendum, quod diffinit, & rectè iudicio meo Epiſcop. Sarmiento *lib. 7. ſelectar. interpretat. cap 11. nu. 1. & 2. folio 54.* vbi concludit, quòd ſi mulier ex ſucceſſione filij ab inteſtato bona mariti poſſideat,
9 † poteſt de talibus bonis filium, quem voluerit meliorare, quia iam patrimonium filij effectum fuit; per regulam *l. final. C. de inofficioſ. eſtam.* quod iam in practica vidi.

Iſti quæſtioni accedit alia incidens, & quæ etiam de facto contigit: Quidam contraxit matrimonium, ex quo liberos ſuſcepit, defuncta muliere contraxit ſecundum matrimonium, & aliquis ex filiis prioris matrimonij, quia intrauit in religionem, vel ob aliam conſimilem cauſam, renuntiauit, accepta certa quantitate, legitimam in parentem; an poſſit de talibus bonis filium ſecundi matrimonij meliorare? facit regula *dict. l. fœmina, C. de ſecundis nuptiis*; & *l. 15. Tauri*, hodie *l. 4. tit. 1. lib. 5. Recopilationis*, cum adductis per Scribentes *in prædictis locis*, latiſſimè Anton. Gabriel. *lib. 6. communium opinionum, dicto titulo. de ſecundis nuptiis, concluſ. 1. nu. 1. cum ſequentibus:* nihilominus tamen exiſtimo, † parentibus licitum eſſe meliorare filios ſecundi 10
matrimonij; per regulam *l. ex teſtamento, C. de ſecundis nuptiis*: & in corpore vnde ſumitur *in authent. de nuptiis: §. hic nos, collat. 4.* & communiter Doctores *in l. mater. C. ad Tertullianum.* Quod maximè ſibi locum vendicabit, quando renuntiatio fuit facta poſt tranſitum ad ſecundas nuptias, vt tradunt Decius *in rubr. C. de ſecund. nupt.* & *in conſ. 106, in fine*, Ripa *in d. l. fœminæ. q. 9. nu. 20.* & vbi aliquid acquiritur titulo oneroſo, non habet locum regula *d. l. fœmina*, ſecundùm Baldum ibi *in 2. lectura, in principio, verſ. Item nota quòd iſtæ pœnæ;* & *in l. donatione, in fine, C. de ſecund. nupt.* Romanum, & alios quos citat Anton. Gabr. *in dicto loco, nu. 40.* & facit quod ex Baldo reſoluit Ioan. à Garronibus *in dict. authen. ex teſtamento, nu. 9.* vbi tradit, quòd ſi filius donet matri omnia bona, quæ ei obuenerunt ex paterna ſubſtantia, mater non tenetur reſeruare talia bona. 11
Et pro iſtis faciunt quæ ſcribit Matienç. *in dict. l. 3. titul. 1. lib. 5. Recopilation. gloſ. 2. num. 10. folio 30.* Gulielm. Benedict. *in cap. Raynuntius, in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, in 2. nu. 645. folio 110. de teſtament.* Anton. Gabriel *dicto titulo de ſecundis nuptiis, concluſione 2. num. 19. cum ſequentibus, pagina 220.* Et in iſta quæſtione addenda ſunt quæ ſcribit Valdes *in additionibus ad Rodericum Suarez, titulo*, de las arras, *litera A, num. 67. pag. 37.* Barboſa *in l. ſi ab hoſtibus, §. final. ff. ſolut. matrim. n. 62. pag. 133. tom. 2.*

QVÆSTIO LV.

Succeſſio in duobus maioratibus quando alicui competit, quorum vnus ſine aliquo grauamine eſt inſtitutus, an poſſit vnum repudiare, & alterum acceptare.

SVMMARIVM.

1 *Deciſio quæſtionis ſub diſtinctione traditur, & num. 6. & 18.*
2 *Legatarius in aliquibus rebus legatis grauatus, in aliquibus non, non poteſt legatum acceptare, & pro parte repudiare, & num. 9.*
3 *Connexitas inſeparabilitatem inducit.*
4 *Teſtator non poteſt diſponere, quòd hæreditas pro parte adeatur, & pro parte repudietur.*
5 *Hæres an poſſit partem hæreditatis adire, & partem repudiare.*
7 *Diuerſa loco tanquam eiuſdem habentur, ratione connexitatis, & num. 8.*
10 *Facultatem datam ad faciendum maioratum, vendendum, hypothecandum, & bona eius alienandum, an poſſit quis in parte approbare, & in parte rejicere.*
11 *Agnitio partis arguit agnitionem totius. Et qui partem agnouit, totum agnoſcere debet, n. 42.*
12 *Filius hæres inſtitutus & hæreditatem acceptans, an videatur renuntiare donationem bonorum, quæ pater prius ei donauerat.*
13 *Teſtamenti partem repudiare, & alteram approbare non poteſt quis. Et quando poſſit, n. 52.*
14 *Cum quis ex contrahentibus a contractu in parte recedit, an poſſit alter in totum recedere.*

15 *Hæ-*

15 *Hæreditatis petitionem adjiciens, an videatur adire.*
16 *Patris teſtamentum approbans prohibitionem alienationis in illo factam approbare videtur.*
17 *Conſenſus ad omnia ad actum conſecutiua, illique connexa, trahitur.*
18 *Teſtatoris voluntas attentè debet inſpici.*
20 *Melioratio facta ſeparatim in pluribus rebus, ſiue in pluribus partibus eiuſdem rei, an poſſit per filium in partibus acceptari, & in partibus repudiari, remiſſiuè.*
21 *Ex pluribus legatis an poſſit quis vnum acceptare, & alterum recuſare.*
22 *Res plures quando in eadem oratione legantur, an plura cenſeantur legata.*
23 *Partem rei donatæ an poſſit donatarius acceptare, altera repudiata.*
24 *Inſtrumentum quando poſſit pro parte acceptari, & pro parte repudiari? remiſſiuè.*
25 *Filius acceptans fideicommiſſum, videtur conſentire grauamini in legitima adiecto, & ſuprà, n. 16.*
26 *Et quando videatur legitimæ renunciare.*
27 *Minor an poſſit in parte approbare contractum, & in parte repudiare.*
28 *Teſtamentum imperfectum ſi ab hæredibus obſeruetur, an debeat obſeruari etiam in fideicommiſſo.*
29 *Mater acceptans legatum uſusfructus, an videatur renunciare Legitimam & Trebellianicam.*
30 *Contractum acceptans, cum omnibus ſuis qualitatibus acceptare videtur.*
31 *Accipiens emolumentum, ad onus iniunctum obligari videtur.*
32 *Legatarius deficiens in parte oneris, an amittat totum legatum.*
33 *Agnoſcens iudicium defuncti cum onere plus non appetendi, an ſibi præiudicet, & num. 34.*
35 *Agnoſcens legatum tenetur exequi teſtatoris voluntatem in eo quod appare. ſeruare voluiſſe.*
36 *Qui aliquid acceptat, cum ſua cauſa, onere, & natura, acceptare tenetur.*
37 *Qualiter iurans teſtamento patris non contrauenire, non poſſit aliquid vltra petere, remiſſiuè.*
38 *Qui agere vult ex teſtamento, totum illud approbare an teneatur.*
39 *Teſtator ſi diſpoſuit in teſtamento de aliqua re, hæres qui hæreditatem adiuit, an poſſit dicere teſtatorem fuiſſe mentitum.*
40 *Vtens aliquo iure, cum ſuis qualitatibus vti debet.*
41 *Contractus qualificatus & acceptatus, cum ſuis qualitatibus approbatus videtur.*
43 *Fundans ſe in aliqua ſcriptura, totam videtur approbare.*
44 *Non poteſt quis impugnare id, ex quo fructum conſequitur.*
45 *Filius adimplens relicta per patrem, qualiter illius præcepta videatur agnoſcere; remiſſiuè.*
46 *Per contrauentionem factam in parte, an quis cadat à toto.*
47 *Contractum approbans, debet totum approbare, vel reprobare.*
48 *Contractus connexitas quid indiuiduum indicatur.*
49 *Contractus claudicare non debet.*
50 *Nec valere in parte, & in parte non.*
51 *Subſtantiam diſpoſitionis poteſt quis approbare, & improbare ipſius qualitatem.*
52 *Pupillus maior factus quando poſſit partem rationum acceptare & partem repudiare.*
54 *Subſtitutus impugnans teſtamentum reſpectu inſtitutionis, an poſſit ſe fundare in illo reſpectu ſubſtitutionis.*
55 *Filius approbans patris teſtamentum, totum approbare videtur. Sed ſi illi relinquatur aliquid cum clauſula quòd amplius petere non poſſit, an renuncier iuri agendi ad ſupplementum, num. 58. Quid ſi priuet legato, cùm plus petit, num. 60. Quid ſi filius approbet patris teſtamentum, quia nullam poteſt petere legitimam, num. 62. Quid ſi pater conditionem expreſſam adjiciat, quod ſi filius vult conſequi legatum, non deducat legitimam ex fideicommiſſo, ſed ea cum aliis bonis reſtituat, num. 63. Quid quando pater rogauit filium reſtituere legitimam ſubſtituto, nu. 64. Et quod acceptans legatum non videatur repudiare fideicommiſſum, nu. 65. Et an dicta habeant locum in ſpurio legitimato ad ſuccedendum, num. 64.*
56 *Teſtamenti approbatio an extendatur ad codicillos, & num. 73.*
57 *Soluens partem debiti, an totum agnoſcat.*
59 *Filia acceptans legatum ſibi à patre in teſtamento factum, non præiudicat iuri ſuo, quin poſſit legitimam, ſeu eius ſupplementum petere.*
61 *Nec excluditur à dotis petitione.*
66 *Filius an in Quinto poſſit grauari conditione caſuali, vel mixta? remiſſiuè.*
67 *Ex acceptatione generali fideicommiſſorum, non cenſetur quis acceptare fideicommiſſum damnoſum.*
68 *Teſtatori licèt permittatur renocare legatum, ſi aliquis acceptet, an poſſit renocare conſenſum, cum aliquod onus iniungitur.*
69 *Per acceptationem legati non videtur quis conſentire diſpoſitioni contra ius.*
70 *Melioratio an valeat, rupto teſtamento per præteritionem, vel exhæredationem, ſi filius contradicat teſtamento.*
71 *Non poteſt quis grauari vltra quantitatem relictam vltra quæ ſcripta ſunt de iure communi.*
72 *Petens remoueri grauamen de Legitima an dicatur venire contra teſtamentum.*
74 *Teſtamentum inualidum, viuo vel mortuo patre, qualiter cenſeatur approbatum per agnitionem aut ſolutionem legatorum, ſeu fideicommiſſorum: & qualiter conualidetur per approbationem tacitam, vel expreſſam? & n. 74. remiſſiuè.*
76 *Generalis approbatio facta per additionem hæreditatis, intelligitur facta in his quæ de iure fieri poſſunt.*
77 *Teſtator debitor quantitatis ſi leget ei mo compenſandi, cum clauſula quòd legatarius nihil plus petat, ſi legatarius accepet, an plus petere poſſit.*
78 *Legatum ſi plus valet quàm debitum, id quod excedit legatum, ad quem perineat.*
79 *Recipiens caſtrum in compenſationem aliorum quæ pater reliquit, illius teſtamentum approbat.*
80 *Agens ex contractu, illum ratificare videtur.*
81 *Maritus agens ex contractu per vxorem ſine illius licentia celebrato, illum ratificat.*
82 *Approbans vnum capitulum de contentis in teſtamento, an cenſeantur approbaſſe capitula ſubſtitutiones continentia.*
83 *Hæres non poteſt quis pro parte fieri.*

QVinquageſimoquinto pone, quòd alicui competit ſucceſſio in duobus maioratibus, quorum vnus eſt ſine aliquo grauamine & conditione; alter verò eſt cum aliquibus grauaminibus, aut conditionibus; quæro, an poterit ſucceſſor in maioratu repudiare vnum, & acceptare alium? In quo articulo omiſſo multiloquio, ſic diſtinguendum eſſe † exiſtimo: nam ſi- 1
quidem hi duo maioratus relicti ſunt ab vno & eodem teſtatore, ita vt qui habet vnum maioratum, teneatur alterum poſſidere, & non poſſit poſſidere vnum ſine alio; tunc quidem non poterit ſucceſſor in maioratu vnum repudiare, & alterum acceptare. Quæ concluſio probatur per textum *in l. ſed duobus 5 ff. de legat. 2.* vbi probatur, quòd ſi teſtator legat alicui plures res, & in aliquibus grauat legatarium, & in aliis non, † non poteſt legatarius vnam rem acceptare, & alias 2
repudiare, ſed vel omnes repudiare, vel acceptare tenetur. Eandem concluſionem probat *l. 36. tit. 9. part. 6.* in verſic. *E ſi la manda fueſſe de muchas coſas.* Et

3 † connexitas inducit inseparabiliratem, *l.cum actum. ff.de negotiis gestis*; *l.pariter, l.usumfructum, l.si mater, ff. de liberal. caus.* facit notabilis decisio Barthol. Socini *in l.quod Senatus, in fine, ff.de rebus dubiis*; de quo per Rebuffum *in cap.1.de caus.poss.& proprietat.pag.265. colum.1.* facit regula *l.1. ff. de acquirend. hæredit.* vbi probatur, quòd etiam testator si vellet non posset dis-
4 ponere, † quod hæreditas pro parte adeatur, & pro parte repudietur: *l.ius nostrum non patitur, ff.de regulis iuris*; faciunt scripta per Molinam *lib.1. de primogenitura, cap.8.num.14. fol.56.* Menochius *casu 93.num.20.* Et sicut legatarius non potest partem vnius legati agnoscere, & repudiare partem, † ita nec hæres eius; vt no-
5 tat Iason post alios *in d.l.1. nu.20.fol.50.*& faciunt scripta per Corneum *consil.249.col.vltima,versic.nam quod, lib.4.* Angelum Aretin. *in tractatu de testament. glos.63.* Simonem de Prætis *lib.4. de interpretanda defunct. voluntate, dubitatione 7. nu.36. fol.389.* Guillelm. Benedict. *in cap.Raimundus, de testament.in verbo,& uxorem: num.111. fol.58.*

6 Quod maximè † procederet, si in eodem contractu, vel testamento, ambo maioratus facti essent; ex scriptis per Bartholom.Socinum *in consil.125. Insistendo, nu.4. lib.3.* vbi tradit, quod si sunt in eodem contractu factæ plures donationes causa mortis, quarum altera habet onus annexum, non potest donatarius alteram acceptare, & aliam repudiare cum onere factam. Pro quo fa-
7 cit, quia ratione connexitatis, † diuersa loco eiusdem habentur: *l.cum quæritur, ff.de administrat. tutor. l.tutor, ff. de procurator. l. nam absurdum, ff.de bonis libert.* & plura bona scribit Bursatus *in consil.176.num.3. cum*
8 *sequentibus, lib.2.* tradit in notabili † quæstione huic nostræ simili, Albericus *in l.omnia priuilegia, nu.2.C.de Episcop.& Cleric.fol.31.* in quodam legato facto certo Hospitali, Anton. Gomez *lib.1.variarum, cap.12.nu.33. fol.117. & cap.10.nu.42. fol.89.* & faciunt quæ scribo *infra 2.part. quæst.4. illat.8.* facit *l.legatarius, ff.de le-*
9 *gatis 1.* ibi: *Legatarius pro parte † acquirere, pro parte repudiare legatum non potest.* Quibus congruit notabilis doctrina Rebuffi *tomo 2.ad constitut. Regias, & de rescript. in præfatione. nu.176. pagina 37.* vbi resoluit, quòd quis non potest approbare partem rescripti, & partem reprobare.

¶ Ex qua doctrina inferri potest, quòd non potest
10 quis in parte approbare facultatem † datam ad faciendum maioratum, vel ad vendendum, aut hypothecandum, vel alienandum bona maioratus, & in parte rejicere: & istam doctrinam Rebuffi retuli *supra, hac*
11 *parte, quæst.6.ad finem.* Et agnitio partis † arguit agnitionem totius, secundùm Bartolum *in l.sed duobus, ff.de legat.2.* & *in l.si is cui, eodem titulo.* Matthæum ab Afflictis *decis.13. num.21.*

Nec omitto egregiam doctrinam & in praxi notabilem Curtij Iunioris *in cons.54. num.1.* vbi resoluit, quòd si pater donauit filio aliqua bona, quorum dominium illi acquisitum fuit, si postea illum instituit hære-
12 dem, & acceptauit hæreditatem, † videtur renuntiare donationem: & idem tradit *in consil.120.nu.10.lib.1.* & etiam Simon de Prætis *in tractatu de interpretanda defunct.voluntate, lib.5. dubitatione 2.num.18. fol.486.* Et facit pro hac opinione textus notabilis *in l.quoniam elogio, finalibus verbis*, quem ibi ampliat Iason quatuor modis; *C.de iure deliberand.& l.2.in fine, titul.9.part.6.* ibi: *Fueras ende si le fuesse defendido en el testamento que no oniesse la manda, si dexasse la herencia:* licèt ista lex in contrarium retorqueri possit, cum fuerit necessaria in casu illius prohibitio specialis; facit textus *in l.Aurelius, §. idem quæsit, ff. de libera. legat.* vbi non
13 † potest quis partem testamenti approbare, & partem reprobare, vbi *Bart.* & declarat Menochius *libro 2. de arbitrar. iudic. centuria 1. casu 93. num.20.* & priùs *num.13.* vbi de eo, qui approbat substitutiones, an teneatur approbare legata in testamento facta? & legenda sunt quæ scribit dominus Antonius de Padilla *in l.2. C.de fideicommiss. num.1. cum sequentibus.* Facit simile, quod cum alter ex contrahentibus à contractu in parte recedit, † potest altera pars in totum recedere, 14
l.tutor. §.1. ff.de minoribus, cum *concordantibus*, vt per Glos. Parisiens. *in consuetudinibus Parisiens. part.1. §.22.quæst.9. num.44.* Pinellum *in l.2.C.de rescindend. vendit. part.1.cap.4.num.1. folio 67.* facit notabilis *l.si pars, §.final. ff.de inofficios.testament.* & Bartoli doctrina *in l.qvrit, ff. de acquirend. hæreditat.* vbi vult, quòd
15 † ponens petitionem hæreditatis, videtur adire; & tradit Mantica *de coniecturata mente defuncti, lib.12.tit.9. num.14. pagina 611. & tit.15. num.12. pagina 635.* Maranta *in l. is potest, num.43. cum sequentibus, ff. de acquirenda hæreditate*, Menochius *in tractatu præsumptionum, libro 4. præsumptione 101. num.8. folio 190.* Et filius approbando patris testamentum, † videtur 16
approbare prohibitionem alienationis in illo factam, vt tradit Cephalus *in consilio 670.num.21.* ex Ancharrano *consilio 151.* Parisio *in consilio 26.num.32.lib.2.* Cagnolo *in l.Papinianus, §. meminisse, num.17. ff. de inofficios. testament.* Et consensus † trahitur ad om- 17
nia consecutiua ad actum, illique annexa, secundùm Bartolum *in l.3. §. sufficit, ff. de contrario iudicio tutel.* & alios vt per Petrum Surdum *decisione 61. num.15.*

Si autem maioratus relicti sint à duabus personis, siquidem testator præcisè iussit, quòd qui vnum maioratum haberet, & alterum teneatur possidere; idem seruandum est, quod in præcedenti casu. Si verò hoc non cautum sit, & tales maioratus recipiant diuisionem, † potest successor vnum repudiare, & alterum 18
acceptare: quamvis vnus sit sine onere, & alter sit cum aliquo grauamine: quod deducitur ex textu *in d. l. legatarius, ff. de legat.1.* & *in l.neminem, ff. de legatis 2.* vbi vide Peraltam, & *in l.2. eodem titulo, num.4. versi. vndecima desumitur: pagina 72.* facit *l. Lucio, eodem titulo, l.2. 4.5. & 6. dict. titul. 9.* & ex *dict. l.36. in versic.* En escogencia, *vsque ad versiculum, Mas si aquel;* & in summa est inspicienda † voluntas fundatoris ma- 19
ioratus. Et his adde Peraltam *in d.l.sed duobus, ff.de le-*
gat.2. num.3. pagina 86. vbi tractat, † si filius per pa- 20
trem melioretur in Tertio & Quinto, & assignetur sibi melioratio separatim in pluribus rebus, siue in pluribus partibus eiusdem rei: an possit per illum vna pars acceptari, & altera repudiari? & addo Cornetum *in consilio 305. colum.3. libro 3.* dicentem, quòd vnum legatum non potest pro parte acceptari, & pro parte repudiari, sed ex pluribus legatis † vnum potest accep- 21
tare, & alterum recusare. Et censentur † plura legata 22
quando plures res nominatim in eadem oratione legantur, notat Seraphinus *in tractatu de priuilegiis iuramenti, priuilegio 107. num.11. pagina 590.* Petrus Surdus *decisione 88. num.22.* Ad illud autem quod scribit Peralta *in d.l.sed duobus*, addo, quòd si donata fuerit aliqua res, poterit donatarius vnam † partem 23
acceptare, & alteram repudiare, secundùm Bartolum & Baldum qui dicit singulare *in l.2. ff. de acquirenda hæreditate*; Guillelmum Benedictum *in cap. Raynuntius, de testament. in verbo, & uxorem nomine Adelasiam, num.111. folio 58.* Et quando † instrumentum 24
possit pro parte acceptari, & pro parte repudiari, lege Gratianum Falcon. *regula 186. num.14. & regula 390.*

Et in ista materia est notabilis doctrina Socini Iunioris *in consilio 122.num.9. libro 1.* vbi tradit vnum, quod sæpè reperitur in testamentis, & in vinculis factis à parentibus per viam meliorationis Tertij & Quinti; vbi dicit, quòd filius, cui certa bona relicta sunt cum onere fideicommissi, & si de illis non sit contentus, quòd in eo habeat tantum suam legitimam; si acceptat bona legata, † dicitur fideicommisso consensisse, & 25
legitimæ renuntiasse, ex quo erat in eius arbitrio, quid ex prædictis vellet: per *l.si cui, in princ. ff.de condition. & demonstr.* & *in l.Imperator, §. si centum, versi. enim vero: ff. de*

ff.de legat.2. quem citat Antonius Gabriel *libro 6. communium opinionum, titul. de legitima: conclusione 1. num.56. pagina 372.* quem omnino vide in ista materia; & Curtium Iuniorem *consil.266. num.11. lib.2.* & Socinum Iuniorem citat Menochius *in consilio 313. nu.4. lib.4.* & faciunt scripta per eundem *in consil.346. num.8. eodem libro*, facit *l.si post mortem, §. liberi, ff.de bonorum possessione contra tabul.*& quod scribit Pinellus *in l.1. part.1. num.27. folio 31.* C. *de bon. matern.* eleganter Petrus Surdus *decisione 21. num.20.* qui ad hoc omnino legi debet, & Additionator Roderici Suarez *in l.quoniam in prioribus, ampliatione 10.nu.50. pag.50.* & lege eundem Curtium Iuniorem *in consilio 136.*
26 *nu.16. libro 1.* vbi tradit, † quòd filius approbando, & confirmando, volens adimplere legata facta per patrem, videtur legitimæ renuntiare. Imò etiam si quis sit mi-
27 nor, non potest † in parte ratificare contractum, & in parte reprobare, *d.l.cum quæritur, ff. de administr.tutor.* tradit Curtius Iunior *in consil.147. num.10.l.b.1.* facit regula iuris, quòd testamentum est quid indiuiduum, *l.si is qui legem*, vbi Baldus *ff.de testament. l.fideicommissa, §.1.* & quod ibi Bart. *ff. de leg.3.* notat: Decius *in d.l. ius nostrum 6. nu.1. ff.de regulis iuris*; & quod singulariter scribit Parisius *in consilio 68.num.23. libro 3.* vbi
28 vult, quòd si testamentum imperfectum fuit ab hæredibus obseruatum, † debet seruari etiam in fideicommisso: quod refert & declarat nisi fuerit per errorem ob seruatum, Franciscus Mantica *lib.3.de interpretand. defunct. voluntat. titul.20 nu.9. pagina 164.* Et quòd mater ac-
29 ceptando legatum vsusfructus, videatur † renuntiare legitimam, & Trebellianicam, tradit notanter Curtius Iunior *in consilio 72. num.13.* quod vidi de facto, pro quibus est expressa & elegans *l.5. titul.8. part.6.* vbi Gregor.Lopez, in verbo, *Ca si la recibiesse*, & *l.6 eodem titulo.*

Pro quibus etiam facit, quia acceptans contractum,
30 † videtur illum acceptare cum omnibus suis qualitatibus, *l.contra, §. vltim.* cum *l.sequenti, ff.de pact.* vbi Doctores, de quo plura scribit Tiraquellus *lib.2. de retractu, in fin.nu.1. cum sequentibus.* quem lector legat: & confirmat Iason *in l.cum fundus, §. seruum vnum, num.7. fol.51. ff.si certum petatur*; & *in l.Pomponius, §. cum quis, nu.12.* post Alexandrum, ibi, *ff.de acquirend. possess. one*; & *in consilio 148. nu.4.* & *in consilio sequen. 1. in fine, lib.2.* Bertrand. *consil.148. nu.5. lib.3.* Et accipiens emo-
31 lumentum, † videtur ad onus iniunctum obligari: *l.decem l.si debitor, §. ff. de fideicommiss. liberta.* cum *concordantibus*, vt per Decium *consilio 389. nu.10.* & Tiberium Decianum *responso 26. nu.107. lib.1.* Gratum *consilio 81. nu.24. lib.2.* & *in consil.82. nu.1. eodem libro*, vbi ponit regulam *d.l.neminem, ff.de legat.2.* quòd legata-
32 rius deficiendo in parte oneris, † amittit totum legatum, tradit Peralta *in l.hæredem, nu.13. pagina 272. ff.de legat.2.*

Et agnoscens iudicium defuncti cum onere plus non
33 appetendi, † sibi præiudicat, etiamsi de situm excedat legatum, secundùm Paulum & Alexand. *in l.si compensandi, C.de hæredib. instituend.* refert & confirmat Ca-
34 rolus Ruinus *in consil.117. num.10. lib.2.* † licèt contrà hoc dictum faciat expressa *l.6 in fine, titul.9. part.6.* & *l.3. eodem titulo*, ad quod lector videat scripta per Petrum Barbosam *in l.si cum dotem 23. si pater, nu.20. pagina 437. tomo 2. ff. soluto matrimonio*, & faciunt quæ scribit Albert. Brun. *in tractatu de reb. dub. fol.14. col.4.* Cephal. *in consil.312. nu.150. lib.3.* Et quod agnoscens
35 legatum † teneatur parêre, & exequi voluntatem testatoris in eo quod apparet voluisse seruari, etiamsi onus sit maius; volunt latè Decius *in consilio 38.* Aymo. *consil.174. nu.70.* quod latè explicat & tradit Simon de Prætis *libro 5. dubitatione 3. nu.106 folio 497.* ad ista
36 legendus. Et qui aliquid acceptat, cum sua † causa, onere, & natura acceptare tenetur, & debet *l.si duo, ff. de acquirend. hæredit.* quam ita declarant Bartholom Socinus *in consilio vltimo. libro 4.* Carolus Ruinus *in consilio 111. nu.2. & 3. libro 5.* Menochius *in tractatu præsumptionum. lib.4. præsumpoione 101. nu.5. fol.192.* qui etiam refert Tiraquellum hoc latè tractantem *libro 1. de retractu, §.1. glossa 10. nu.1.* & probatur *in l.2. in fine, ff.de suis & legitimis hæredib.*

Et qualiter † iurans non contrauenire testamento 37
patris, non possit aliquid vltra petere, tradit Alexander *in consil.181. lib.5. per totum*: Seraphinus *in tractatu de priuileg. iuramenti, priuilegio 71. nu.52.* & tradit Glos. Paris. *in dicto consilio*, & *in consil.180. præcedenti.* Et qui
agere vult ex testamento, † cogitur totum testamentum 38
approbare, & illi in omnibus obedire; vt volunt Alexander *in consil.125. col.5. lib.1.* Corneus *consilio 180. libro 4.* & alij quos citat Thomas Grammaticus *in consilio 145. nu.2.* sed in *Alexandro* hoc non inuenio, nec in *Corneo.* Et si testator disposuit in testamento de ali-
qua re, † hæres qui adiuit hæreditatem, non potest di- 39
cere testatorem esse mentitum, secundùm Baldum *in consilio 75. Dominus Thomas, lib.3.* Marzar. *in epitome de fideicommiss. quæst.53. in fine*, Menoch. *in consil.202. nu.106.* qui variat à Marzario *in allegatione consilij Baldi*, quia refert *consilium 98. libro 1.* & nullum inuenio. Et vtens aliquo iure, † debet vti cum suis qualita- 40
tibus & circumstantijs, *l.vltima, §. Etsi præfatam*; & *§. sin autem. C.de iure deliberan.* notat Ripa *in cap. sapè, in finalib. verbis, de restitut. spoliat.* & Parisius *consilio 26. nu.30. lib.2.* Burgos de Paz *consilio 14. nu.33.* Et con-
tractus qualificatus & acceptatus, † videtur approba- 41
tus cum suis qualitatibus, *d.l.1 omponius, §. cum quis. ff.de acquirend. possess. l.pro hæreditariis, C.de hæreditar. action.* tradant Decius *in l.1. nu.12. ff.de iurisdiction. omnium Iudicum*; Cephalus *in consil.666. nu.10. lib.5.* facit *decisio* Iacobi Putei 357. *nu.7. part.2.* & quod notanter scribit Cephalus *in consil.491. nu.32. lib.4.* Et qui ag-
nouit partem, † debet totum agnoscere, *l.si cum rem.* vbi 42
Bart. *ff.de leg.2.* notat Decius *in consil.618. nu.2.* Et fundans se in aliqua scriptura, † videtur totum approbare, 43
cap. cum olim, de priuileg. notat Philippus Francus *in cap. cum persona, §. quod si tales. nu.3. de priuilegiis.* Et † 44
non potest quis impugnare id, ex quo fructum consequitur; *cap. cum olim in fin. de censib. l.cum. in fundo, de iur. dot.* cum *concord.* † per Glos. *in regula, ex eo, de regul iur. in 6.* Et qualiter filius adimplendo relicta
per patrem, videatur agnoscere illius præcepta, tradit 45
Parisius *in consil.4. nu.30. lib.3.* Imò per contrauentionem factam in parte quis cadit à toto, secundùm An- 46
gelum *consilio 68.* quod tradit Antonius Gabriel *tit. de regul. iuris, concius. 1. n. 3. pag. 19.*

Et ista confirmantur ex regula, quòd approbans † 47
contractum, debet totum approbare, vel reprobare; *d.l. cum quæritur, ff. de administra. tutor. d.l.nam absurdum; ff.de bonis libert. l.si ita stipulatio, in fine. ff.de oper. libert.* cum *concordantib.* vt per Tiraquellum *in d.loco, in lib.2. de retract. nu.4.* & *lib.1. de retract. §.23. glos.1. nu.1. cum sequentibus, pagina 57.* Cephal. *in consilio 461. nu.41. libro 4.* Et contractus connexitas, † quid indiuiduum 48
iudicatur secundùm Angelum *consilio 326. quario dubio, nu.4.* Menochium *casu 95. nu.9.* Et hanc nostram sententiam tenere videtur Peralta *in l.cum patronus, nu.9. pagina 291. ff.de legat.3.* Molina *libro 2. de primogen. cap.11. nu.8. fol.317.* Et contractus non debent claudicare, *l.si id quod, in fin. ff.de rescind. vendition. l.penult. C. commun. diuidund.* notat Aymo. *in consil.290. nu.5. versic. decimotertio.* Et contractus † non potest valere in 50
parte, & in parte non valere; vt per Abbatem *in cap. quoniam frequenter, vt lite non contestat.* quem citat Bursatus *in consilio 40. n.61. lib.1.*

Circa quæ tamen sciendum est, quòd quis potest approbare † substantiam dispositionis, & improbare ipsius 51
qualitatem, vt per *l.1. §. final. ff.rem ratam haber.* & *l. Scæuola*, vbi Bart. *colum.1.* tradit Peralta *in l.cum pater, §. à filia, nu.61. pagina 334. ff.de legatis 2.* Quod etiam scribo *in 2. part. quæst.4. illatione 8.* vbi hoc declaratur *num.64.* & aliqua in materia tractantur, *num.60. cum sequentibus.*

52 *ſequentibus.* Quibus addo, quòd pupillus † factus maior poteſt partem rationum acceptare, & partem repudiare, ſi res non ſint connexæ, ſecundùm Cynum, & Baldum *in l.1. C. de confeſſ.* Bald. *in conſ.156. Cum duæ ſocietates, libro* 3. & alios, vt per Baëçam *de decima tutorum, cap.*21. *nu.*30 *folio* 190. & facit textus notabilis, vbi Bartol. *in d.l. Aurelius, §. idem quæſit., ff. de liberation. legat.* vbi probatur, quòd poteſt quis partem
53 teſtamenti approbare, † & partem reprobare, ſi ſit paratus probare illam partem, quam reprobat: notat Menochius *dicto caſu* 93. *n* 20.

Et animaduerto etiam de alia ſingulari concluſione, & in materia maioratuum neceſſaria, quod ſubſtitutus
54 in teſtamento, licèt impugnauerit, † teſtamentum reſpectu inſtitutionis, poteſt ſe fundare in teſtamento reſpectu ſubſtitutionis, ſecundùm Baldum *in l. ſi filius*, per illum textum, *ff. de haredib. inſtituend.* Alexan. *in l. Ex facto, §. Lucius, ff. de vulgar. & in limine caſtr., in fine, ff. de liberis & poſthumis*; Decium *in l.1. num.*16. *ff. ſi certum petatur*; & *in conſil.*317. *in fine.* Et quod teſtamentum poſſit in parte approbari circa inſtitutionem, & non circa ſubſtitutionem, probat per plura Alexander *in conſil.*123. *num.*8. *lib.*1. omnino legendus.
55 Et quòd filij † approbantes teſtamentum patris, totum approbare videantur, tradit Aymo. *in conſil.*257. *num.*1.
56 vbi etiam reſoluit, † an approbatio teſtamenti extendatur ad codicillos, Thomas Grammaticus *in conſil.*145. *nu.*2. & materiam reſoluit eleganter Curtius Iunior ad hoc legendus *in conſil.*288. *nu.*10. *cum ſequentibus, lib.*2. Et qualiter acceptans bona addita ad maioratum, videatur onus acceptare; & ſi non acceptat onus, videatur bona repudiare, notanter tradit Gama *deciſ.*262. *num.*2. qui loquitur in Capellania. Et quòd ſoluendo quis partem debiti, † videatur totum agnoſcere, volunt
57 Speculator *in tit. de locato: §. nunc aliqua. num.*133. per *l. cum notiſſimi, §. penult. C. de præſcript. triginta annorum*; Balbus *in l.1. C. de ſententiis & interlocutionibus, n.*3. & alij, quos citat Auiles *in capitul. corrector. cap.*11. *nu.*3. *fol.*163. vbi allegat. *l. cum fidem, C. de non numerata pecunia*; & tradit Auendañus *de exequend. mandat. part.*1. *cap.*18. *nu.*3. *folio* 19. qui ſolummodo refert *l.5. C. de re iudica.* faciunt tradita per Hyppolyt. *ſingular.*186.

Qua in re etiam animaduerto, quòd Bald. *in l. ſi quando, §. & generaliter*, & poſt eum Paulus de Caſtro *nu.*4. *C. de inofficioſ. teſtament.* volunt ſingulariter, quòd
58 filius approbando teſtamentum patris, † in quo ſibi aliquid reliquit cum clauſula, *quod amplius petere non poſſit*, ſi filius accipiat approbando teſtamentum, non videtur renuntiare iuri agendi ad ſupplementum, nec cenſetur approbaſſe illud, quod à iure erat improbatum, & quod apponi non potuit: quod confirmat eleganter Bartholom. Socinus *conſil.*225. *nu.*2. *verſic. præterea teſtator: lib.*2. Decius *conſil.*45. & 505. *num.*3. tradit Baëça *in dicto tractatu de decima tutor. cap.*5. *nu.*46. *folio* 64. Ad quod eſt etiam multum ſingulare *conſilium* Pauli de Caſtro 73. *Licet iſta Domina Liſa. libro* 1. *per totum*, Cephal. *conſil.*95. *nu.*11. *cum ſequent.* Iaſo *conſil.*221. *col.*8. *verſic. vnde aduertendum. libro* 2. Carolus Ruinus *conſil.*60. *num.*4. *libro* 2. Cephalus *conſilio* 174. *num.*14. *lib.*2. qui id tradit in primogenito, qui legatum acceptauit: eleganter Menochius qui plures citat
59 *conſil.*71. *nu.*4. *lib.*1. vbi ponit concluſionem generalem, quòd ſi filia acceptat † legatum à patre ſibi factum in teſtamento non præiudicat iuri ſuo, quin valeat petere legitimam, ſeu eius ſupplementum: quod ante illum voluit Paulus de Caſtro *in d. conſil.*73. *nu.*1. *lib.*1. & *in conſil.*390. *nu.*2. *libro* 1. Quod procedit etiam ſi pater prohibuiſſet plus petere, quia talis clauſula tanquam continens onus, rejicitur de Legitima. *Auth. vt cum de appellatione cognoſcitur, §. caterum*; tradit & confirmat Cephalus *conſil.*617. *nu.*190. *libro* 5. vbi *num.*194. hoc
60 extendit, etiam ſi pater in teſtamento † filium priuaret legato ſi plus petat, ex Paulo, Alexandro, & Iaſone *in d. §. & generaliter*, Guillelmo Benedicto *in cap. Raynutius, de teſtament. in verbo, relinquit, nu.*29. *in fine.* Et quòd per tale legatum filia † non excludatur à dotis petitione, voluit idem Paulus *conſil.*131. *col.*2. *verſic. his non obſtantibus, lib.*1. Iaſo *in dicto §. & generaliter, nu.*5. Carolus Ruinus *conſilio* 140. *n.*7. & 8. *lib.*4. Stephanus Bertrandus *in l. hac edictali., in verbo, ſi vero plus, nu.*6. & 7. *C. de ſecund. nuptiis*; Alexand. *in conſil.*8. *nu.*22. *lib.*3. vbi Gloſ. Pariſ. confirmat & declarat Menochius *conſilio* 81. *num.*6. *lib.*1. & *conſil.*250. *nu.*72. *libro* 3. Decius *in conſilio* 228. *nn.*3. Michael Graſſius *lib.*1. *communium opinionum, cap.*10. *quæſt.*3. *pagina* 82. Cephalus *conſilio* 617. *num.*195. *libro* 5. & Paulum & alios ſequitur Andr. Gaill. licèt prædicta non referat, *obſervation. lib.*2. *obſeruatione* 119. *nu.*8. *pagina* 235. & *obſeruatione* 120. *nu.*11. Carol. Ruin. *in conſilio* 41. *num.*7. *lib.*5. & eſt notabile conſilium Cephali, vbi loquitur in primogenitura, & rectè diſtinguit *in conſil.*337. *num.*4. & *num.*28. *lib.*3.

Diuerſum autem eſt cum filius approbat teſtamentum patris, † quia nullam poteſt petere legitimam, vt ſcribunt Carolus Ruinus *in conſil.*56. *nu.*9. & 10. *lib.*2. Pariſius *in conſ.*1. *nu.*104. *lib.*3. Rubeus *conſ.*73. *n.*5. Socinus Iunior *conſ.*122. *nu.*9. *in fine*, & *nu.*21. & 22. *lib.*1. Curtius Iunior *conſ.*159. *nu.*6. & 7. *lib.*1. Menoch. *in dicto conſ.*71. *nu.* 21. & 22. Tiberius Decianus *reſponſo* 32. *nu.*97. & 101. *lib.*2. Baëça *cap.*5. *nu.*46. Ad hoc legendus. Et idem erit vbicumque pater prælegauit filio adiecta conditione expreſſa, † quod ſi vellet conſequi prælegatum non deducat aliquam legitimam ex fideicommiſſo, ſed eam cum aliis bonis reſtituet, ſecundùm Corneum *in conſ.*303. *n.*1. *lib.*1. Carolum Ruinum *conſ.*136. *nu.*13. & 17. *lib* 2. Decium *in conſ.*187. *nu.*2. eundem cum Socino Iuniore *in conſ.*122. *nu.*9. *lib.*1. & alios, quos citat Menochius *in tractatu præſumptionum, lib.*4. *præſumptione* 196. *nu.*23. *fol.*357. qui egregiè materiam tractat. Et legenda ſunt quæ ſcribit Antonius Peregrinus *in tractatu de fideicommiſſis, artic.*48. *n.*23. *fol.*483. Secus autem eſſe in filio ſpurio † habilitato
64 ad ſuccedendum, tradit idem Paul. de Caſtro *conſ.*415. *nu.*1. *lib.*1. Et quòd concluſio Bartholom. Socini non
65 procedat; † vbicumque pater rogauit filium reſtituere legitimam ſubſtituto, tradit Gualdenſ. *de arte teſtandi, tit.*5. *ſubſtitutio: cautel.*31. Et quòd filius acceptando legatum non videatur repudiare fideicommiſſum, quod eſt illi magis lucroſum, probat per plura Decius *in conſ.*525. *nu.*19. & de materia lege Petram *de fideicommiſ. q.*15. *nu.*56.

Et quando grauamen conditionis caſualis, vel mixtæ, apponitur coniunctim in Tertio & Quinto, † in quibus filius melioratur, an valeat conditio caſualis, vel
66 mixta in Tertio, ſicut in Quinto? & alia plura circa intellectum textus *in l.11. tit.*4. *part.*6. tradit Peralta *in l.1. nu.*10. *pagina* 13. *ff. de legatis* 2. vbi eleganter loquitur. Ex cuius lectura reſoluere lector poteſt, an pater poſſit in confectione maioratus, apponere filios aliquas conditiones mixtas, vel caſuales? latiùs Molina *lib.*2. *cap.*1. *nu.*31. *fol.*207. Antonius Gabriel *lib.*6. *communium opinionum. tit. de Legitima: concluſione* 1. *n.*35. *pagina* 371. ad quos iungo Guillelmum Benedictum *in cap. Raynutius. de teſtamentis, in verbo, relinquit, nu.*27. *folio* 252.

Notandum eſt etiam ad limitationem eorum, quæ ſcripta fuerunt *num.*25. quod ſingulariter ſcribit Aymo. *in conſilio* 33. *nu.*7. *cum ſequentibus*, vbi pluribus argumentis, iuribus, & rationibus probat, † quod ex acceptatione generali fideicommiſſorum, non eſt præſumendum quòd quis voluerit acceptare fideicommiſſum
67 damnoſum, & in quo ſunt plura onera; quod iam vidi in practica. Et quòd licèt teſtatori permittatur reuocare legatum, vel fideicommiſſum; ſi aliquis acceptauit, † non poſſit reuocare conſenſum, ſi aliquod onus
68 erat iniunctum; tradunt Alexander *in l. non omnis, num.*6. *ff. ſi certum petatur*: Simon de Prætis *lib.*2. *de inter*

interpretanda defunct. voluntate, interpretatione 1. *dubitatione* 1. *ſolutione* 11. *n.*36. *fol.*107.

69 Quòd autem per acceptationem legati † non videatur quis conſentire diſpoſitioni contra ius, præter Paulum & alios, quos ſupra retuli, probatur *in l. vxorem, §. hæres*, vbi Gloſ. *ff. de legatis* 3. & *in l. dotale, §. final. ff. de fund. dotal.* & in aliis locis, vt per Aymonem *in conſ.*200. *numero* 5. Burgos de Paz *in conſ.*2. *numero* 33. *cum ſequentibus.* Et quòd rupto teſtamento per præteritionem, vel exhæredationem, ſi filius contradicat
70 teſtamentum, † non valeat melioratio, tradit Ioann. Lopius *in l.*24. *Tauri, numero* 21. ¶ Et quòd quis non
71 poſſit grauari † vltra quantitatem relictam, vltra quæ ſcripta ſunt de iure communi, vide *leges* 3. & 6. *titul.* 9. *part.*6. & vtrobique Gregor. Lopez Et quòd petens
72 remoueri grauamen, de legitima, † non dicatur venire contra teſtamentum, volunt eleganter Baldus *in l. cum lege, C. de Epiſcop. & Cleric.* Bartholom. Socin. *in conſ.*230. *libro* 2. Et an approbans teſtamentum videatur
73 approbare † codicillos, diſtinguit Franciſcus Mantica *libro* 6. *de coniecturatamente ueſuncti, titul.*4. *numero* 12. *pag.* 223. inter ſcientiam & ignorantiam hæredis, addens, ignorantiam eſſe præſumendam; ad quem addo Aymonem *in d. conſ.*257. *numero* 1. & 2. tractantem, an primogenitus approbans teſtamentum, in quo pinguius diſponitur in illius fauorem, cenſeatur approbare codicillum? ¶ Et qualiter teſtamentum
74 † inualidur, viuo vel mortuo teſtatore, cenſeatur approbatum per agnitionem & ſolutionem legatorum, ſeu fideicommiſſorum, videre licet in textu, Gloſ. & Doctor. *in l. non dubium, C. de teſtament.* & per Iaſonem *in conſ.*82. *libro* 3. Decium *in conſil.*475. & per alios, quos citat Simon de Pretis *libro* 1. *de interpretand. defunct. voluntate; interpretatione* 1. *dubitatione* 3. *ſolutione*
75 6. *numero* 2. *folio* 21: Et qualiter teſtamentum † conualidetur per approbationem tacitam, vel expreſſam; lege Nicolaum Boetium *deciſione* 96. poſt Alexandrum *in l. poſthumo, ff. de bonorum poſſeſſion. contra tabul.* & alios, quos citat.

76 Et quòd generalis approbatio † facta per additionem hæreditatis, ſemper intelligatur facta in his, quæ de iure fieri poterant, tradunt Aymo. *in conſ.*200. *numero* 8. Cephalus *in conſ.*563. *numero* 14. *libro* 4. pro quo faciunt quæ ſcribo *ſupra, hac parte, quæſt.*1. *numero* 150. *cum ſequentibus.* Et quòd ſi teſtator debitor quantitatis leget animo compenſandi, cum clauſula, quòd nihil plus petere poſſit, & quantitas legata ſit minor debito,
77 quòd ſi legatarius acceptauit legatum † nihil plus petere poſſit: quia tanti videtur æſtimare liberationem, tradit Carolus Ruinus *in conſ.*79. *numero* 6. *libro* 2 licet contrarium velit Paulus de Canio *in conſ.*73. *numero* 3. *libro* 2. quos citat Petrus Baſa *in d. ſi cum dotem, §. ſi pater numero* 22. *pag.*438. *ff. ſoluto matrimonio*; qui notat vnum ſingulare, quòd ſi plus valet legatum,
78 pertinet ad legatarium, per *l. Titia cum teſtamento* 55. *§. qui in vita, ff. de legatis* 2. & volunt Cumanus *in dict. §. ſi pater*; Cuiacius *libro* 3. *obſervationum, cap.*16. *ad finem.* Et quòd recipiens caſtrum in recompenſationem aliorum caſtrorum, quæ illi pater reliquit, † approbare videatur teſtamentum patris, tradit in notabili caſu Decius *in conſ.*149. *numero* 1. Et quod agens ex
80 contractu, † videatur ratificare contractum, probare *in l. ſi ſeruus alterius, ff. de fideiuſſoribus*; per quam inquit Cifuentes *in l.*55. *Tauri, quæſt.*23. quòd maritus
81 † agens ex contractu per vxorem celebrato ſine illius licentia, videtur ratificare contractum.

Eſt etiam ſingulariter animaducrtendum, quòd ap-
82 probans vnum † capitulum de contentis in teſtamento, non cenſetur approbaſſe alia capitula continentia ſubſtitutiones, ſecundum Alexandrum *in conſ.*123, *numero* 8. *libro* 1. Curtium Iuniorem *in conſ.* 166. *numero* 11. qui hoc ex pluribus confirmat. Et non poteſt quis
83 pro parte † hæres fieri, *l. ſi quis hæres inſtitutus fuerit, excepto fundo: ff. de hæredibus inſtituendis: l. cum quidam. ff. de liberis & poſthum* tradit Molin. *lib.*1. *de primoge. cap.*9. *num.*20. *fol.*66.

QVÆSTIO LVI.

Quando teſtator in maioratu appoſuit conditionem, quæ tempore teſtamenti iam extabat, an cenſeatur purus, vel conditionalis maioratus.

SVMMARIVM.

1 *Solutio quæſtionis ſub diſtinctione traditur.*
2 *Succeſſor, ad quem deuolutus fuit maioratus, an grauamina adimplere teneatur.*
3 *Pœna ſucceſſori impoſita quomodo extendatur contra ſequentes.*
4 *Conditiones in dubio cauſam finalem diſpoſitionum important*; & num. 5.

QVinquageſimoſextò, teſtator in tenore maioratus aliquam appoſuit conditionem, quæ tempore quo illam appoſuit iam extabat: quæro an maioratus cenſeatur purus, vel conditionalis? In qua quæſtione breuiter etiam diſtinguo, † nam ſiquidem teſtator quando illam appoſuit conditionem, ignorabat illius implementum, maioratus cenſetur purus; ſi autem ſciebat impletam fuiſſe, & eſt talis conditio, quæ iterari poteſt, tunc etiam videtur quòd nihilominus conditioni parendum eſt: quod probatur *in l. hac conditio filiæ meæ*, cum *lege ſequenti, ff. de conditionibus & demonſtrationibus*; & *in l. ſi ita ſcriptum, §. vltimo, ff. de legat.*2. & *in liquidam relegatus, in principio, ff. de rebus dubijs.* Et hic iunge doctrinam Gregorij Lop. *in l. vltim. in verbo*, Aquella parte, *titul.*10. *part.*6. vbi tradit, † quod ſi conditor maioriæ grauauit illum, quem primo vocauit nominatim, vt impleret ſuum teſtamentum ſub pœna perditionis maioriæ; & ex conſtitutione maioriæ in odium non implentis, deuoluta eſt ad alium maioria, ſi iſte non adimpleat, qui ſecundo loco vocatus fuit, amittat maioriam. 2

Ex quibus dictis colliges, quomodo pœna impoſita primo † ſucceſſori extendatur contra ſequentes ſucceſ- 3
ſores. De quo lectores videant quæ ſcripta ſunt *in* 2. *parte iſtius operis, quæſt.*4. *illatione* 8. *à num.*11. *cum ſequentibus*, & *quæſt.*6. *in eadem* 2. *par.* Scientes ad hanc quæſtionem, & ad alias, quæ ad iſtud propoſitum in hoc opere tractantur, quod conditiones in dubio important cauſam finalem diſpoſitionum, quibus adiiciuntur: Gloſſ. & Bart. *in l.*2. *§. vltimo, ff. de donation.* quod reſoluit latius Peralta *in l. ſi quis in principio teſtamenti, numero* 206. *pagina* 489. *ff. de legat.*3. & faciunt quæ ſcribit idem Peralta *in l. neminem, numero* 8. *pagina* 81. *ff. de legatis* 2. Et quòd conditiones importent, † & operentur cauſam finalem, voluerunt etiam 4
Bartol. *in l. demonſtratio falſa, §. quod autem, col.*3. *verſi. tertio modo, numero* 13. per eum textum *ff. de conditionibus & demonſtrationibus*, Salicetus & Ludouicus Bologni. *in l. damus, ff. de condictione indeb.* Raphaël Cuman. & Paulus *in d. l.*2. *§. vltim.* & alij, quos citat Tiraquell. inquiens, quòd nemo repugnat *in tractatu, de ceſſante cauſa, limitatione* 1. *numero* 60. *folio* 113. & legenda ſunt quæ ſcribo *part.*2. *dict. quæſtion.*4. *illatione* 8. 5

QVÆSTIO LVII.

An valeat conditio apposita in maioratu, quòd successor teneatur habitare in certo loco, vel domo.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur quæstio.*
2 *Refertur quædam sententia, affirmans non teneri successorem in tali loco habitare.*
3 *Resolutio quæstionis, quòd teneatur habitare, & nu. 20. & 38. Quid si successorem habitationi contrauenientem pœniteat.*
4 *Patri licet filiis apponere grauamina licita & honesta.*
5 *Grauamina & conditiones potest quis in traditione rei propriæ iniungere*
6 *Legatum factum vxori sub conditione, quòd cum filiis habitet, valet.*
7 *Vxor qualiter teneatur seruare vitam vidualem & conditionem, vt consequi possit legatũ ei à marito factũ.*
8 *An valeat pactum, vt vir cum vxore in certo loco habitet, & n. 9. & 12. Et an liberetur à tali pacto, præstando interesse, nu. 13.*
10 *Liberi homines & coloni possunt obligari ad habitandum perpetuò in certo loco.*
11 *Intellectus ad text.* in l. Titio centum ; §. Titio centum, ff. de condit. & demonstr. *& sup. nu. 2.*
14 *Talis quis præsumitur esse, qualis est patria sua. & n. 27.*
15 *Originarij nunquam perdunt originem.*
16 *Legatum fiat alicui, si in certo loco habitet; conditione non impleta, dispositio non habet effectum. Nec transfertur possessio, si conditio habitandi non impleatur, nu. 18.*
17 *Ad conseruandum honorem, memoriam, & gloriam familiæ, interest, vt successores habitent in loco, vbi est domus & familia testatoris.*
21 *Patriam quis præsumitur diligere, & n. 24. & 39. Et in ea velle habitare, n. 35.*
22 *Testatoris interest, quod patria pluribus ciuibus sit decorata.*
23 *Taciturnitas nationis subreptionem inducit, & nu. 24. & 35.*
26 *Testari quis videtur secundum quod disponit patria sua.*
28 *Index conterraneus alicuius partis an possit accusari vt suspectus.*
30 *Amicitia secundum naturam contrahitur inter eos qui eiusdem patriæ sunt.*
31 *Vnicuique patria sua præstantior est alia.*
32 *Ex duobus præsentatis præfertur qui ex patria naturalis est, & nu. 34. & 36. Et qualiter nu. 33.*
37 *Eleemosynæ ciuibus pauperibus magis quam alienigenis faciendæ.*
40 *Pauperes incertos qui hæredes instituit, de domicilio instituere videtur.*
41 *Limitantur dicta de obligatione habitandi, si maioratus veniat ad fœminam, quæ nupsit viro habenti alibi domicilium, an debeant habitare in loco, in quo testator iussit. Authoris sententia, numero 46. Limitatur secundò, quia ex causa noua & iusta, licet successori in maioratu non habitare in loco, in quo testator præcipit, numero 48. Quod si se ex iniusta causa absentet, & postea iusta superueniat, num. 93. Tertio cum locus est insalubris, numero 55. & 57. Et aër malus & corruptus, numero 59. Quartò, si iudex iustis de causis decernat, posse maioratus possessorem alibi habitare, num. 60. Et an hoc Iudicis arbitrio relinquatur, n. 61. Quid si habeat à Iudice licentiam, vt se absentet ad certum tempus, & eo elapso non redeat, nu. 94.*
42 *Mulier tenetur sequi virum suum quocumque ierit.*
43 *Et est illi subdita. Et vir est illius caput.*
44 *Et an teneatur eum sequi, si est vagabundus.*
45 *Quid si in contractu matrimoniali adiciatur pactum, quod vxor maritum non teneatur sequi, num. 50.*
47 *Patria, non ex qua quis sit ortus, sed qua sit dignus, an debeat attendi.*
49 *Legatum relictum alicui sub grauamine quòd cum alio habitet, non amittitur, si commodè & honestè non possit cum illo viuere. Nec cum relinquitur sub simplici conditione habitandi in tali loco, si ex iusta causa non habitet, nu. 51.*
50 *Puella grauata, vt nubat in certa familia, vel patria, poterit alij nubere, si commodè & honestè grauamen implere non possit.*
52 *Ex causa de nouo superueniente à testatoris voluntate recedere licet, & nu. 54.*
56 *Salus hominis æstimari non potest.*
58 *Vbi bonum, ibi patria.*
62 *Obligatus ad habitandum in ali quo loco, an debeat interpellari, vt constituatur in mora, & in pœnã incidat contrauenies remissiuè.*
63 *Qualiter quis dicatur habitare in aliquo loco, ciuis, incola, vel forensis. Et quando. nu. 75. & 80.*
64 *Appellatione patriæ an veniat tota prouincia. & n. 96.*
65 *An valeat priuilegium, quòd non possint constitui Officiales de aliqua terra.*
66 *Conditio habitandi habens causam permanentem requirit perseuerantiam. An sufficiat quòd aliquo tempore quis habitet, & postea ad alium locum ad habitandum se conferat. nu. 77.*
67 *Grauatus viuere in aliquo loco, an teneatur habitare in eadem domo.*
68 *Terra quæ dicatur.*
69 *Omnes de domo, agnatione, cassàla, vel parentela, etiamsi in diuersis prouinciis habitent, vocati censentur.*
70 *Testator vocare videtur ad maioratum ortum ex patria.*
71 *Naturalis litigans cum extraneo priuilegium naturalitatis habentes, si iura sint obscura, in dubio præfertur.*
72 *Oriundus, ortus, vel originarius, qualiter quis dicatur.*
73 *Stante idoneo de collegio, vel loco, non potest præsentari forensis.*
74 *Habens mandatum ad pacem faciendam, an possit obligare dominum quòd non veniat in patriam.*
75 *Naturales alicuius loci, conuertuntur in naturam illius, in quem se transferunt.*
78 *Legatum relictum alicui, si ingrediatur monasterium, si habitum religionis suscipiat, & post dimittat, an habere debeat legatum.*
79 *Habitare quis dicitur in loco, vbi habet vxorem, filios, & familiam, quamvis ipse ibi non resideat. & nu. 98. Quid si grauetur habitare in tali loco semper cum muliere, n. 99. & 100.*
81 *Testator non implentem suam voluntatem hæreditate priuare volens, personam tamen, ad quam hæreditas peruenit, non exprimens, si substituti deficiant, de legitimis hæredibus ab intestato disposuisse videtur, & nu. 83. & 85. An in hoc casu sit locus fisco, nu. 89.*
82 *Alienatio si contra prohibitionem fiat, prima causa substitutis, secunda cohæredibus, tertia legatariis, ad bona petenda competit.*
84 *Ius patronatus si vendatur, pretium eius Ecclesiæ, vbi venditum fuit, an applicetur.*
86 *Dispositio si alicuius contemplatione fiat, licet expressè verba ad illum non dirigantur, illi competit actio.*
87 *Stante statuto, quòd extantibus masculis fœminæ non succedant, si statutum ad portionem eos vocando expresse non disponit, ipsi succedunt.*

88 *Bona*

88 *Bona maioratus cui debeant applicari, cum instituens successorem grauat, vt matrimonium cum certo personarum genere contrahat, non tamen apposuit pœnam grauamen non seruanti remissiuè.*
90 *Hæreditas non defertur vxori, sed substituto, coniuncto, aut venienti ab intestato, cum testator sub pœna amissionis grauat hæredes, ne vxorem molestent.*
91 *Infertur intellectus ad l. 27. Tauri, in meliorationeTertij & Quinti, & de excessu dotis, n. 92.*
95 *Qui tenetur residere in aliquo loco, iniustè non residere præsumitur.*
96 *Grauatus habitare, maiori anni parte debet residere.*
97 *Quia si ex partis habitatione resultet, idem effectus ac si totum tempus habitasset.*
100 *Locus in quo quis fuit expositus, patria eius præsumitur.*
101 *In loco originis quis habitare an præsumatur.*
102 *Ob causam habitationis antiquæ an quis aliis præferatur.*
103 *Grauatus habitare in patria, de naturali; non accidentali intelligitur.*

QVinquagesimoseptimò quæro, an sit valida conditio iniuncta per testatorem, vt successores in maioratu habitare † teneantur in certa ciuitate, villa, vel alio loco, sub pœna amissionis bonorum maioratus? Quam conditionem sæpè testatores in maioratibus iniungunt; & iam vidi super hoc quandam litem in hac Regali Cancellaria. Dubium facit textus *in l. Titio centum, ff. de conditionibus & demonstrationibus, §. 2.* ibi: *Titio centum relicta sunt vt à monumento meo non recedat, vel vt in illa ciuitate domicilium habeat; potest dici non esse locum cautioni, per quam ius libertatis infringitur.* notatur *in l. 2. ff. de lib. homin. exhiben.* & *in l. aniiquitas, C. de vsufruct.* & *in l. necnon, §. 1. ff. ex quib. caus. maior.* & *in l. qui neque, §. solutum, ff. de verborum significatione*, & per Roman. *singular. 629.* Anton. Gomez *in lib. variarum, tom. 1. tit. 12. de legatis, num. 79. vers. item adde quod conditio, modus, fol. 129.* vnde dicunt DD. *in locis supra citatis*, præcipuè Salice. *in d. l. antiquitas*, quòd licèt valeat pactum, quo quis se adstrinxit habitare in certo loco, † non tenetur præcisè habitare, sed ad id quod interest, remanet obligatus: quod vltimum tradit Couarr. *in epitome de sponsalib. 2. p. in principio. c. 7. num. 5. fol. 88. Nec...de contractu coniugali*, quem citat Burfat. vitiosè, vbi alia plura scribit in materia, *cons. 204. num. 18. lib. 2.* & tradit idem Burfat. *cons. 207. num. 5.* post Bart. *in l. Titio centum §. Titio centum, in 2. ff. de conditionib. & demonstratio.* Bald. *in l. sicut certi, C. de liberal. causa*; Salic. *in l. antiquitas, C. de vsufruct.* Et conducunt plura quæ ad istum propositum scribit Matth. de Afflict. *in constitu. Neapol. lib. 3. rubr. 9. fol. 271.* vbi inter alia refert notabilem doctrinam Bald. *in l. si quam, C. de oper. liber.* & Grat. *respons. 35. num. 1. cum seqq. lib. 2.* tradit, quòd non valet præceptum testatoris, vt non possit hæres habitare cum matre pauperrima, ac fratribus mendicis: & faciunt scripta per Sim. de Pret. *lib. 2. de interpretan. defunct. voluntat. interpret. 2. dubit. 2 solut. 2. num. 190. fol. 139.* Et quòd non valeat pactum tempore, quo contrahit matrimonium, quòd quis teneatur habitare in aliquo loco, & non alibi, tenaciter resoluit Anton. Gom. *in tract. de contractib. c. 10. de indiuiduis, n. 24. fol. 62. col. 3.* contra Anton. & Abbat. *in c. 1. qui matrimonium accusare possunt*: Ioan. Lop. & Roman.

Quibus non obstantibus, verior videtur conclusio, † quòd successores in maioratu eam conditionem & grauamen seruare teneantur sub pœna amissionis maioratus. Quod primò probatur ex tex. *in l. 27. Taur.* vbi patri licitum est filiis apponere grauamina, † quæ eidem libuerit tam restitutionis, quàm aliorum & cum *d. l.* generaliter loquatur, generaliter est intelligenda in omnibus grauaminibus & conditionibus licitis & honestis: *l. 1. §. & generaliter, ff. de leg. præstan.* cum *vulga. Secundò*, quia in traditione † rei propriæ potest quis iniungere grauamina & conditiones, quæ ei grata fuerint, *l. traditionibus, ff. de pact. l. legem, C. eod. tit. l. codicillis, §. matre, ff. de lega. 2.* De quo latius ago, *2. p. q. 3.* Tertiò, valet legatum factum vxori sub conditione † quòd habitet cum filiis, *l. libertis, in fin. ff. de condition. & demonstr. l. Seio, in princ. ff. de annuis legat.* notatur *in l. 1. C. de legat.* & per Deci. *in consil. 601. Visto eleganti consilio*: & Bartholom. Socin. *in cons. 31. & 69. lib. 1.* vbi hoc notabiliter explicat: & vide eundem *in cons. 70. sequenti, & cons. 21. lib. 3. per totum.* Et qualiter † vxor teneatur seruare vitam vidualem, & conditionem, vt consequi possit, & non amittat legatum ei à marito factum, scribunt Oldrad. *in cons. 213.* Capra *cons. 139.* Carol. Ruin. *in consil. 24. n. 10. & cons. 49. col. 2. & cons. 46. col. 3. & cons. 43. col. 2. lib. 2.* Socin. Iun. *cons. 100. n. 3. lib. 1.* & alij plures, quos citat Sim. de Pret. *lib. 4. de interpr. defunct. voluntat. dub. 10. n. 112. fol. 420.* ad quem addo Tiraq. *de legibus connub. l. 1. num. 37.* Menoch. *casu 469. per totum.* Quartò, valet pactum, † vt vir cum vxore in certo loco habitet, secundum Hostien. *in summ. de coniugio seruor.* & Abb. qui hoc dicit communiter receptum *in c. 1. qui matrimon. accusar. possunt.* Sylueſt. *in verb. vxor, q. 8.* & ista est communis opinio, vt ex multis probat Bernar. Diaz. & eius Additionator *in reg. vlt.* licèt ipse contrarium teneat: & valet pactum de morando in domicilio vxoris, & non discedendo, vt tradit Ioan. Francisc. *in tract. de Baronibus, pragmati. 9. n. 32. pag. 236.* ex Capella Tholosa. *quæst. 87. n. 61. & qu. 307.* Capicio *decis. 135.* & recte quadrat *l. 1. cap. si Curialis, lib. 10.* vbi Rebuf. *fol. 51.* Aules *in capitulu correctorum, in initio, verb.* Tierra, *fol. 45.* & de legato, si habitauerit, vel moretur cum filiis, vel hæredibus, cuius gratia fuerit factum, tatione loci: & alia multa tradit Simon de Præt. *de interpretand. defunct. volunt. lib. 4. dubitat. 4. nu. 47. fol. 396.* Quinto facit tex. *in l. 2. C. de agricol. & censit. li. 11.* vbi homines liberi & coloni, † possunt obligari ad habitandum perpetuo in certo loco, & idem patet ex *l. originarios, & l. seruos, eod. tit.* & *in l. 89.* ibi: *Otro si prometio por si, è por sus hyos de morar en tal su heredamiento para siempre jamas, tit. 18. par. 3.* quem tex. dicit *ibi* Gregor. Lopez notabilem contra ea quæ notantur *in d. §. Titio centum in l. Titio centum ff. de condit. & demonstr.* Sextò etiam opinionem clarè sentit Barthol. Socin. *in cons. 52. lib. 1. nu. 1.* cum aliis, vbi tractat de eo, qui grauatus fuit, & eius filij, quòd in certa domo habitarent.

Nec obstat tex. *in d. §. Titio centum*, & aliæ quæ *suprà* adducta sunt: † quia *d.* procedit, quando conditio non est adiecta in alicuius fauorem, & nullius interest, secund. Paul. & Imol. *ibi*: post Bart. & Carol. Ruin. *in cons. 203. n. 5. lib. 1.* Matthæ. Felician. *inter cons. Paul. cons. 259. col. penult. lib. 1.* quem citat Sim. de Præt. *lib. 4 de interpretand. defunct. voluntat. dubitat. 8. n. 54. fol. 396.* vbi adducit Capici. *decis. 135.* Carol. Ruin. *in cons. 43. nu. 6. lib. 2.* Anton. Gom. *lib. 2. variarum c. 10. de indiuiduis. n. 24.* dicentes, valere pactum mariti factum in contractu matrimonij, † vt habitet in domicilio vxoris. Et quòd valeat pactum factum in contractu matrimonij, vel in alio contractu, quòd aliquis habitet in aliquo domicilio, vel mansione, resoluit per plura iura Iacob. Rebuf. *in l. per vniuersam, C. de colonis Illyricianis, lib. 11. n. 7. fol. 137.* vbi tamen dicit, quòd liberatur quis † præstando interesse: de quo etiam tractat Auenda. *respons. 8. nu. 11.* Episcop. Couarr. *in epitome de sponsalib. 2. p. c. 7. nu. 5. fol. 88.* Anton. Gom. *tom. 1. c. 12. n. 78. & 79. & lib. 2. variar. c. 10. n. 24.* Azeued. *in l. 11. tit. 6. lib. 5. Recopil. n. 21. fol. 166.* Gregor. Lop. *in l. 2. tit. 5. p. 4. in glo. vlt. circa fin.* Et quilibet præsumitur esse † qualis est patria sua, secund. Bart. *in tract. de Guelphis & Gibelinis*, quem citat Nicol. Boër. *in tract. de custodia clausum, num. 31.* tradit Tiraquel. *in lib. de legib. connubialib. in l. 7. num. 17. fol. 107.* & faciunt quæ scribo infra. Et originarij † nunquam perdunt originem, vt resoluit Iul. Ferret. *in tract. de gabel. num. 515. fol. 213.* Et ista confirmantur per

quæ in propoſito ſcribit Coſta *in l. qui concubinam, §. vxori, cap. 19. ſelectar. interpretation. num. 5. pagina 291. col. 1. ff. de legat. 3.* & idem tradit Carolus Ruinus *conſ. 202. numero 5. libro 1.* vbi vult, quòd ſi fuerit factum legatum alicui ſi habitauerit in certo loco, conditione non impleta, diſpoſitio † non habet effectum, per *d. §. vxori*, vbi *Bart.* pro quo faciunt quæ ſcribo *infra, p. 2. q. 4. illatione 8. in princip.*

Si igitur teſtator faciens maioratum iuſtis rationibus motus, quas ipſum melius aliis veriſimile eſt percepiſſe; intelligens, quòd illud grauamen expediebat ſuis ſucceſſoribus propter varios fines, quos homines habent, illam conditionem adiecit, cur ſeruari non debet? Et ſua intereſt ad conſeruandum † proprium honorem, memoriam & gloriam, quòd ſucceſſores habitent in loco, vbi eſt domus & familia teſtatoris; amittitur namque facilius memoria & nomen teſtatoris, vbicumque ſucceſſores ad alia loca ſe conferunt ad habitandum (quod experientiâ notiſſimum eſt) iuſtitia ergo petit, vt in hoc & in aliis ſimilibus rebus, teſtatorum voluntatibus obſequatur. Et hoc elegantèr tradit & fundat Ferrara *in forma libelli, quo agitur ad repetendam dotem, in §. ſi habitaculum, num. 1. & vnico, pag. 278.* vbi dicit iſtam conditionem validam eſſe, quia non transfertur † dominium niſi impleta conditione habitandi in loco, & eſt in poteſtate legatarij implere conditionem, † vel non implere, ex *l. 1. C. de his quæ ſub modo; & l. 1. §. ſin autem ſub conditione, C. de caduc. tollend.* & idem Ferrar. *in forma libelli, pro legato rei ſingularis, in verſ. coram vobis num. 16. pag. 410.* Quod maximè † procederet, vbi quis grauaret ſucceſſores, vt in propria teſtatoris patria habitarent, quæ eſt dulciſſima, ad eam teſtator magnam præſumitur † habere affectionem, *l. qui habebat, ff. de leg. 3.*

Et de affectione patriæ qnoddam ſingulare dictum circa Ducisſam Mantuæ, tradit Roland. *in conſ. 1. num. 99. lib. 1.* Et quòd patria præferatur paternæ pietati, tradit Ancharr. *in conſ. 75. num. 3. & in conſ. 169. num. 1.* & Genuenſes deſiderant redire ad propriam patriam, vt in notabili caſu tradit Pariſ. *in conſ. 12. num. 17. lib. 3.* Et plura ſingularia de obligatione erga propriam patriam, tradit Quintil. Mandoſ. *in tract. de ingratitudine, cap. 37. num. 9.* ad quos addo Anil. *in capitulis correctorum, cap. 1. in verb.* Tierra, *num. 12. fol. 45.* Meſſiam *in prag. panis, concl. 5. num. 106. fol. 87.* Et intereſt † teſtatoris quòd propria patria pluribus ciuibus ſit decorata: *l. ſi quis ſeruo, in fi. C. commun. de manumiſſ.* ibi: *Vt ſint omnes ciues Romani conſtituti; ampliandam enim ciuitatem noſtram magis, quam minuendam eſſe cenſemus*; & l. 2. C. de indict. viduit. ibi: *Augeri enim magis noſtram Rempublicam, & multis hominibus legitimè progenitis frequentari.* Facit textus *in l. vltima, §. per vltimo, ff. de bon. damna.* notat benè Marianus Socinus *inter conſilia Bartholi. Socin. conſ. 35.* quod incipit, *Circa prædictam conſultationem, num. 3. 6. & 12. libro 1.* vbi adducit notabile dictum Homeri. Et taciturnitas nationis † inducit ſubreptionem, ſecundum Abba. *in c. ſi proponente, de reſcript.* Dec *in conſ. 542. in replicatione, num. 2.* Er † conducit, quod ſcribit Ouidius, *Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui*: & eſt notabilis *l. part. 1. titul. 20. p. 2.* ibi: *Ca eſta les es como madre*, & ibi: *Mayormente que el linage que dellos viniere que nazca en ella.* & l. 4. tit. 24. p. 4. ibi: *E la tierra han gran deudo de amarla, e acrecentarla, e morir por ella, ſi meneſter fuere.* & *l. 8. tit. 2. p. 1.* & *l. veluti, ff. de iuſtitia & iure*, cum ibi notatis, & *minime, ff. de religio & ſumpt. funer. l. 18. & generaliter ff. de ventre in poſſeſſ. mittend.* cum adductis per Menoch. *lib. 2. de arbitrar. iudicum, centur. 2. caſu 106. num. 7.* Ancharran. qui notanter loquitur *in conſ. 75. num. 1. cum ſeq. & in conſ. 66. num. 5. & in conſ. 251. numero 1. & in conſ. 287. num. 1.* Rebuf. *in tract. de primleg. Scholaſticorum; in auth. habita, pag. 510. verſ. quis eorum*, Ioſeph. Maſcard. *in tract. de probat. lib. 3. concluſ. 1170. num. 24. fol. 74.* & Tiraquel. *in l. 7. connubial. num. 66 fol. 119.* Alciat. *in tract. præſumpt. regu. 1. præſump. 37. per totam, pag. 779.* Et ad iſtam opinionem eſt tex. notabilis *in l. ſi pater, C. de inſtitut. & ſubſtitut.* ibi: *Si in patriam quæ in prouincia Mauritaniæ erat, regreſſus fuiſſet.* vbi Bald. notat *numero 5. verſ. exemplum*, dicens, quòd patria cuiquè gratiſſima eſt. Et habitare quis præſumitur † velle in patria ſua: *l. prædia, §. affini., ff. de fundo inſtruct.* volunt Bartol. *in l. is poteſt, num. 17.* vbi Iaſ. *num. 68. ff. de acquirend. hæred.* & alij, quos citat Quintilian. Mandoſi. *in regul. 5. Cancell. q. 4. & in conſ. 94. num. 8.* & *in tract. de ingratitudine, cap. 29. fol. 111. col. 3. num. 5. fol. 351.* Et de obligatione in patriam, plura alia ſcribit Anton. Peregri. *in tract. de iure fiſci, libro 4. titul. 3. numero 20. pagina 197.*

Et teſtari quis † videtur ſecundum quod diſponit patria ſua, vt tradit Nicol. Boer. *conſ. 10. num. 12.* ad quod plures refert Curt. Sen. *in conſ. 75. num. 6.* Facit, quia ad probationem morum, † eſt ſpectanda qualitas regionis & patriæ, in qua quis natus eſt; vt ex Nicol. Boer. *deciſ. 170.* Marco Tullio *lib. 1. officiorum*, & aliis pluribus tradit Maſcard. *in tract. de probat. lib. 2. concluſ. 1072. num. 14. fol. 319.* ad quem addo eundem Nicol. Boer. *conſ. 10. num. 14.* qui refert Bartol. *in d. tract. de Guelphis & Gibelinis*: Chaſſan. *in Catalog. gloriæ mundi, p. 11. conſideratione 24. fol. 14. col. 4.*

Et ex iſtis comprobatur doctrina Abb. *in c. Accedens, el 2. tit lite non conteſta.* vbi dicit, quòd ſi Iudex eſt conterraneus † alterius partis, quia eſt oriundus ab eadem ciuitate, de qua eſt altera pars, poteſt recuſari vt ſuſpectus; vbi hoc declarat *Abb.* & ibi *Felin.* Dominicus *in c. legitima, de appella. in 6. num. 5.* Abb. *in c. poſtremo, num. 4. de appella. fol. 106.* vbi Philip. Franc. *nu. 6. fol. 33.* & Dec. *num. 5. fol. 306.* Robert à Maranta *de ordine iudiciorum, p. 6. art. 2. num. 39. fol. 256.* Ludou. Gomez *de gratiis ſpectatuis, col. 3 pag. 432. in vol. Stuphil.* & adduco *l. 10. tit. 25. p. 4.* ibi: *Pueae auervida de aquella tierra donae es natural.* Et plura † ſimilia de obligatione & affectione patriæ, tradunt Iaſ. & Fortun. *in l. veluti, ff. de inſtit. & iur.* Dec. *in c. quæ in Eccleſiarum, num. 14. de conſti.* Hippoly. *in l. 1. §. præterea, n. m. 33. ff. de quæſt.* notantur Epiſcop. Couar. *in c. Rainuntius, in princip. num. 9. fol. 88. de teſtamen.* Lara *in l. ſi quis a liberis, §. idem reſcripſit, num. 99. fol. 58. ff. de liberis agnoſcend.* Magiſter Petr. Sanchez portionarius, *in vita Philoſophorum. p. 1. de dulcedine patriæ, fol. 93.* Ioan. Lop. *in c. per veſtras, de donat. inter virum: in text. §. 21. nu. 23. pag. 468.* qui refert Cicer. & plura ſcribit Chaſſan. *in Catalog. gloriæ mundi, p. 11. conſideran. 24. fol. 14.* Vincent. Carroci. *in tract. de locato, p. 1. q. 4. num. 6. fol. 16.* Licenciatus Bermundez *in tract. vrbu Granatæ, lib. 3. c. 39. fol. 145.* Et de materia legenda etiam ſunt quæ nouiſſimè ſcribit Menoch. *in tract. de præſumptionib. lib. 5. præſumpt. 12. n. 1. cum ſeqq. fol. 20. & lib. 6. præſumpt. 56. nu. 19. fol. 124.* Robert. Marant. *in ſpeculo aureo. par. nu. 43. fol. 22.* poſt Caſſiodor. quem citat *lib. 1. epiſtol. 20.* Et amicitia ſecundum naturam contrahitur inter eos, † qui ſunt naturales alicuius patriæ, vt docet ſingularis & peregrina *l. 4. tit. 27. part. 4.* & faciunt ſcripta per Ioſeph. Ludouic. *deciſ. 21. n. 13.* Auiles *in capitulis correctorum, c. 1. verſ.* Tierra, *n. 12. cum ſeq. fol. 45.* Et facit doctrina Archidia. *in c. 1. 14. q. 2.* quam explicat idem Epiſcop. Couar. *in c. 18. practicarum quæſt. n. 4.* Et vnicuique propria patria † eſt præſtantior alia, *l. vlt.* vbi *Glo. vlt. C. ſi ſeru. exportan. ven.* & vide plura quæ ſcribo *in q. 51. ſupra, eod. n. 28.*

Et de duobus præſentatis † ad ius patronatus præfertur ille, qui ex patria eſt naturalis, vt probat Decius *in conſ. 409. num. 11.* & confirmat Ioannes Guttierez licet non referat *iſtud conſi.* Dec. *conſ. 2. numer. 23. & 24.* vbi refert *num. 25.* notabile *conſil.* Roland. 47. *num. 68. lib. 1.* dicentis, quòd præſentatio eſt nulla, & ſubreptitia,

ſubreptitia, non facta mentione, quòd præſentatus eſt forenſis. Pro quibus facit *regul. Cancellar. 16.* vbi latè Quintil. Mandoſ. *queſt. 31. folio 100.* materiam tractat, †qualiter ſint cõcedenda beneficia oriũdis ex patria, potius quàm extraneis; & *in quæſt. ſequenti 42. & 43.* tradit idem eſſe in diœceſanis, qui præferri debent extraneis, & *in quæſt. 44. ſequenti*, etiam diſputat, an habens literas naturalitatis ad obtinenda beneficia, præferatur alij, qui in effectu eſt naturalis Regni? ad quem addo ſcripta per Rebuff. *in cap. nulla, de conceſſione præbend. pag. 444. col. 1. verſ. tertia qualitas.* Seluam *in tract. de benef. p. 2. q. 23. n. 32. fol. 132.* Dec. *in cap. decernimus, num. 24. de iudicijs*, & eundem Mandoſ. *in tract. de ſignatur. gratiæ, in princip. verſ. nunquam debet, fol. 46. col. 1. & 2.* & Abb. *in c. ad decorem, n. 4 fol. 53. de inſtit.* & quæ ſcribo circa hæc *ſupr. q. 51.* Roch. de Curt. *in tract. de iure patronat. in verbo, honorificum, numer. 45. quæſt. 18. folio 19.* qui in terminis materiam tractat: Marcum *deciſ. 636.*

Et vbicunque patronus habet ius præſentandi Moniales in monaſterio, tenetur præſentare idoneas, &† de propria patria, vt docet Felin. *in conſ. 95. per cap. hortamur, 71. diſtinct. & c. vlt. de Clericis peregrin.* quem citat Cæſar Lambert. *in tract. de iure patron. lib. 2. p. 1. art. 5. quintæ quæſtionis principal. n. 5. fol. 41.* & faciunt ſcripta per Rip. *in tract. de peſte, in parte, de remediis contra peſtem, n. 153. fol. 21.* Quintil. Mandoſ. *conſ. 55. nu. 12.* vbi quid de priuilegiis conceſſis Regibus Franciæ. Et pro *Decio* eſt etiam expreſſè *l. 13. tit. 15. p. 1.* vbi legendus Gregor. Lopez. Et ad hoc etiam facit tex. *in l. cum tale, in princip. ff. de condit. & demonſtr. & l. qui concubinam, §. vxori. ff. de leg. 3.* & quæ ſcribit Emmanuel Coſta *ibi, pag. 90.* & *l. 2. tit. 3. lib. 7. Recop.* vbi Azeued. facit *l. 14. tit. 3. lib. 1. Recop.* vbi idem Azeued. *n. 19. 20. 26. 31.* & ad omnes addo Quintil. Mandoſ. *in regul. 19. reſeruat. n. 19. q. 15.* vbi *n. 20.* tradit, quòd taciturnitas † nationis inducit ſubreptionem. In qua quæſtione plura ſcribit ſuper beneficiis patrimonialibus Hiſpaniæ; & licèt multùm laborauerit ſuper origine & intellectu dictorum beneficiorum patrimonialium, non rectè percepit naturam iſtorum beneficiorum. Et conducunt quæ ſcribit Lud u. Gomez *ad reg. de idiomate, in gratia expectativa pag. 434.* quæ lectura reperitur *in volumine, & lectura Staphil. de literis gratiæ*, & Greg. Lop. *in l. 2. tit. 18. p. 2. in glo.* in verbo, *Conocido por mano*; poſt tex. & Gloſſ. Abba. *in c. bona, col. 2. de poſtulat. Prælat.* faciunt ſcripta per Rebuf. *tum. 2. ad conſtit. Regias, tract. de literis naturalitatis, pag. 91.* Mandoſ. *in conſ. 27. n. 19.* Marcum *deciſ. 1368. & ſequentes.* Et quòd in beneficiis † præferatur oriundus non oriundo, ſecundùm Gloſ. *in regul. Cancell. 15. & 35.* Rebuf. *in tract. de nominat. q. 21. n. 55. pagina 257.* Et † eleemoſyna eſt faciendi magis ciuibus pauperibus quàm alienigenis, *l. 2. C. de anno. ciuil. lib. 11.* cum *concordant.* vt per Sylnan. *in conſ. 1. n. 123.* Et in loco vbi reperiuntur idonei, non debet præferri extraneus, vt per Abba. *in cap. poſtulationem, de poſtul. Prælator.*

Nec dici poteſt, quòd ſi in iſto caſu ſucceſſor in maioratu non ſequatur voluntatem teſtatoris, tenetur † ſolum ad intereſſe: quia voluntas & intentio teſtatoris, & propoſitum quod habuit propriæ memoriæ conſeruandæ, nulli intereſſe æquiparari poteſt; quod veriùs reputo: contra Greg. Lop. *in l. 2. tit. 5. par. 4.* Gloſ. *Porque.* Quibus ſingulariter eſt addendum, quòd non ex eo quòd quis non habitauit in certo loco, ſpreta voluntate teſtatoris, amittet maioratum ſi pœnitentia ductus † velit habitare in loco per teſtatorem deſignato, vt perſuaderi poteſt ex tex. *in d. l. qui concubinam §. vxori, ff. de leg. 3. l. ſi quis ita legauerit ff. de condit. & demonſtr. l. ſi pro parte, §. verſum. ff. de in rem verſo:* & ex plurib. aliis quæ ſcribit Auguſt. Beroi. *in conſ. 27. n. 14. cum ſeq. lib. 2.* quod ad plura eſt neceſſarium, pro intellectu conditionum, quæ apponuntur per Authores maioratuum. Quæ autem in iſta materia dicatur propria patria, legendus eſt Aluar. Valaſc. *conſult. 60. n. 2.* Et ſi quis inſtituit incertos pauperes † hæredes, videtur inſtituere pauperes de domicilio, ſecundùm Gloſſ. *in cap. ſi pater, de teſtam. in 6. in verb. pauperes,* & alios quos citat Epiſcop. Couar. *in cap. cum tibi, n. 14. de teſtam.* quem citat Mantic. *de coniectur. mente, lib. 4. tit. 7. n. 7. fol. 69.* & ſic in dubio eligi debet qui eſt ex propria patria, vt tradit Chaſſan. *in Catal. glor. mund. part. 9. conſideration. 23. folio 7.* & idem *par. 12. conſiderat. 17. verſ. alia eſt Gallia folio 17. colum. 3.* Iſta tamen concluſio duobus modis limitari poteſt.

Primo limitatur, vbicunque maioratus † peruenit ad aliquam fœminam, quæ nupſit viro habenti domicilium extra locum, vbi mulier habitat, & domicilium habet, & in quo teſtator iuſſit reſidere. Quod probatur quia vnaquæque mulier ſequi tenetur virum ſuum, † quocunque vir voluerit, *cap. vnaquæque 13. quæſt. 2.* notat Abb. *in cap. de illis, de ſponſal.* & mulier eſt ſubdita† virol. *ſicut, ff. de oper. liber.* & vir eſt caput † mulieris, ſecundùm *Paul. ad Epheſ. c. 5. & 1. ad Corinth. c. 11.* qua de re plura ſcribit Epiſc. Couar. *in epitome de ſponſal. cap. 7. in princ. n. 5. fol. 88.* cui adde plura quæ tradit Tiraq. *in l. 1. connub. n. 3. cum ſeqq.* & iterum *n. 39.* vbi latè notat, † qualiter mulier ſequi virum teneatur, etiam vagabundum; & quocumque vadat; & etiam ſi à principio neſciebat eſſe huiuſmodi conditionis; & Gratian. Falcon. *regul. 499.* per totã, Nicol. Boër. *in conſuet. Bitur. tit.* les Couſtumes de Tours, *pag. 162. col. 1. & 2.* ¶ Nihilominus tamen iſta limitatio ſcrupulum habere † videtur: cum mulier non poſſit à culpa excuſari contrahendo matrimonium cum homine, qui erat alterius domicilij, cuius conditionem & ſtatum ipſa ignoraſſe non præſumitur: imò hoc inquirere tenebatur, iuxta regulam *l. qui cum alio, ff. de regul. iuris*, & quæ adducit Decius *conſ. 19.* vbi probat, quòd mulier contrahens matrimonimm cum alienigen, tenetur inquirere diligenter leges vigentes in domicilio mariti, quem citat Gregorius Lopez *in l. 24. tit. 1 1. par. 4. in glo. 1. aa medium.* Quod eleganter per plura probat Burlat. *in conſ. 207. num. 13. lib. 2.* Et hanc quæſtionem in arbitrio Iudicis relinquit Menoch. vbi plura ſcribit, *de arbitrariis iudicum, caſu 469. num. 1. cum ſeqq.* vbi inter alia tradit, quod in iſta materia non tenetur quis ſequi magnam peregrinationem: & non eſt curandum ex qua patria quis ſit ortus, † ſedqua patria quis ſit dignus, vt ex Iacobo Gual. tradit Neuizan. *in ſylua nuptiali verſ. eſt & nubendum, num. 133. pag. 379.* Ad quod facit quod ſcribit Cagnol. *in l. ſi quis cum alio, num. 10.* quem citat Molin. *lib. 2. de primogen. cap. 13. num. 33. folio 340.* vbi diſputat, quid in muliere & minore contrahentibus matrimonium contra præceptum teſtatoris, an amittant maioratum? & legenda ſunt quæ ſcribo *ſupra, q. 51. in verſ. & de excuſat. mulieris, n. 389.* Et non decet ſupremas defunctorum voluntates cum occaſionibus multoties procuratis infringere.

Secundò prædicta concluſio limitatur, niſi poſt teſtatoris mortem, qui illud iniungit grauamen primogenito, & ſucceſſoribus, aliqua noua cauſa orta fuit, quam ſi teſtator coniecturaſſet, aut in illius tempore, & vita contigiſſet, non appoſuiſſet dictum grauamen, aut ſaltem diſpenſaſſet; cuius occaſione primogenitus non poteſt commodè, aut honeſtè, & ſine magno detrimento grauamen adimplere, nec eſt in illius poteſtate propter varietatem temporum, & cauſas de nouo emergentes, (quod plerumque contingit:) nam iſto caſu † non cadet primogenitus in culpam, ſi iſtam conditionem habitandi in certo loco, & alias ſimiles non ſeruauerit. Quod probatur ex *textu*, quem ad hoc notat Bartol. *in l. Caio, §. 1. folio 94. ff. de aliment. legat.* vbi dicit, quòd ſi alicui factum ſit legatum cum grauamine, quòd viuat cum alio, non amittit † legatum ſi commodè & honeſtè non poſſit cum illo viuere: & idem probatur ex alia doctrina Bart. *in l. Mania, §. vxore, n. 2. ff. de annuis legat.* & ſequitur Abb. *in conſ. 90. Circa primum, num. 3. lib. 1.*

& Bald. *in authent. hoc locum, in fine, C. si secund. nupser. mulier.* Ias. *in l. 1. nu. 3. fol.* 152. *C. de leg.* vbi refert alios DD. hoc tenentes quæ latè tradit Roland. *in cons.* 89. *n.* 14. *lib.* 3. Seraphin. *de priuileg. iurament. priuilegio* 41. *num.* 3. & faciunt quæ scribo *in* 4. *p. q.* 27. Ex quibus & aliis determinant Plotus *in cons.* 87. *num.* 8. & 18. Simon de Præt. *de interpretand. defunct. voluntat. lib.* 4. *dubitation.* 12. *num.* 69 *fol.* 441. quod puella grauata, † vt nubat
50 in aliqua familia, vel patria, si commodè & honestè ibi nubere non possit, poterit alij nubere, reiecta tali conditione. Et facit, quòd legatum a ieui relictum sub con-
51 ditione habitandi, † non extinguitur, si ex insta causa non habitet. *l. Caio, §. Imperator,* vbi Bartol. *in vers. nota vltimo, ff. de aliment. legat.* tradit Cephal. *in cons.* 429. *n.* 93. *lib.* 3. & Socin. Iun. *cons.* 134. *nu.* 13. *lib.* 1. Et ex cau-
52 sa de nouo † superueniente licet recedere à voluntate testatoris, *l. vtilitatem, ff. de confirman. tutor. l. tres fratres, ff. de pactis: l. tres tutor. §. vlt. ff. de administ. tutor.* & est ad propositum magistralis doctrina Anchar. *in cons.* 84. quam plenius ornati & confirmaui *in* 4. *par. huius operis, q.* 1. *limitat.* 1. & hoc confirmatur ex doctrina Anto. & Abbar. *in d. c.* 1. *qui matrimon. accusar. possunt;* vbi dicunt, quòd etiamsi in contractu matrimonij pactum sit, vt vxor non teneatur sequi maritum, tamen illum sequi † tenetur, si ex causa noua alio migret, nec tenebitur in pœnam ad id statutam: quos referunt & sequuntur Episcop. Couar. & Tiraq. *in locis supra citatis.* ¶ Et hoc in terminis † tradit Anton. Capi-
54 ci. ad ista legendus *decis.* 135. *num.* 2. & idem tenet Iacob. *in rubric. ff. de iure dotium*, quem citat Rebuf. *in tract. de priuileg. Scholasticorum, priuilegio* 76. *num.* 6. & ad ista bonus text. *in d. l. si pater C. de instit. & substit.* ibi: *Manifestum est, multis casibus non voluntariis, sed fortuitis euenire potuisse, vt eam implere non posses.* Faciunt tradita per Episcopum Couar. *in epitome de sponsal. p.* 2. *c.* 7. §. 11. *num.* 5. *fol.* 88. quem citat Burs. *at. nu.* 13. *lib.* 2. *in cons.* 207. Seraphin. *de priuileg. iurament. priuilegio* 41. *n.* 3. *pag.* 251.

Tertiò limitari potest, nisi locus in quo grauatus quis
55 sit vt habitet, † sit insalubris, prout sunt plura loca; quia tunc potest quis habitationem talis loci recusare, vt potest persuaderi *ex l. ædiles, ff. de via publica;* & *l.* 1. §. 1. *ff. de extraordin. crimin.* & aliis iuribus adductis in proposito per Paris. *in cons.* 110. *num.* 12. *cum seqq. lib.* 4. Et
56 salus hominis † æstimati non potest, *l. penult. §. fin. ff. de donation.* notat Rebuf. *in tract. de priuilegiis Scholarium,*
57 *priuilegio* 3 *pag.* 16. Pro qua conclusione faciunt † quæ scribit idem Rebuf. *in c. extirpanda, §. qui vero, pag.* 400. *vers. decimus quartus casus; de prabend.* & decidunt in terminis Hostien. *in summa, de coniugio seruor. §.* 4. *circa finem*, Aufrer. *in Capella Tholosa. quæst.* 88. Menoch. *casu* 423. *num.* 12. & facit egregium dictum Cæpol. *in tract. de simulatione contractus, præsumpt.* 15. quem referunt Ripa *in tract. de peste, part.* 2. *num.* 4. Ioleph. Mascard. *in tract. de probat. lib.* 1. *conclusione* 443 *num.* 3 *fol.* 272. & quod scribit Neuizanus *in Silua nuptiali, lib.* 2. *num.* 64. *pag.* 165. facit etiam *l.* 2. *§. idem ait si. odore, ff. ne quid in loco publico; l. penult. ff. de rebus eorum.* quæ iura citat Rebuf. *in l. locus* 60. *pag.* 428. *ff. de verbor. signi-*
58 *ficat.* Et vbi bonum, † ibi patria; vt tradit Petr. Surdus *in tract. de alimentis, tit.* 7. *q.* 15. *num.* 20. *fol.* 242. Et
59 quòd malus & corruptus aër † excuset, tradunt Glos. *in c. communis filius*, 23. *distinctio* Bartol. *in l. recusare, §. si quis, in fine: ff. ad Trebellian.* vbi Alexand. & alij, vt per Felin. *in c. accedens, vt lite non contestat.* Fuluium Pacianum *in tract. de probationibus, lib.* 2. *cap.* 46. *n.* 75. *fol.* 186.

Quarto limitatur, nisi Index ex causis iustis su-
60 peruenientibus, cum causæ cognitione decreuerit † posse maioratus possessorem habitare in alio loco: quia tunc licet possessori maioratus relinquere habitationem loci à testatore ordinati; vt probatur ex regula *l. cum quis decedens, §. qui testamentum, ff. de leg.* & doctrina Decij *in cons.* 475. *num.* 2. & alij, quæ scribo *in* 4. *p. q.* 1. *limitat.* 1. ad istud legenda. Et pro ista conclusione faciunt quæ scribit Rebuf. *in d. §. qui vero, pag.* 388. *vers. quintus casus, & pag. sequenti, vers. undecimus casus, de concessione præbendæ:* & hoc iudicis arbitrio relinquitur, vt in specie tradit Gregor. Lopez *in d. l.* 2. *tit.* 5 *p.* 4. *in glos. vltim. in fine*; & est doctrina singularis Bald. *in l.* 1. *num.* 18. *C. de institu. & substi.* vbi
6a tradit, quòd iudicis arbitrio † relinquitur, in quo loco teneatur quis implere grauamen & conditionem: quem citat Menoch. *casu* 468. *num.* 3. An autem obligatus ad habitandum in aliquo loco, requiratur quod interpelletur, vt constituatur in mora, & in pœnam incidat
62 contraueniens? † constat ex doctrina Bald. *in c.* 1. *§. ad hæc, vers. & nota quod si quis*; *tit. hic finitur lex Corradi*: quod sequuntur Doctores *in l. quod si, ff. si certum peratur.* & alij quos refero *in* 4. *p. istius operis, quæst.* 40. Quod in praxi contigit in quodam maioratu multum opulento. Ad quod etiam legenda sunt quæ *supra* scribo, *quæst.* 47. *à num.* 11. Et qualiter quis dicatur habitare in aliquo loco, & dicatur ciuis, incola,
63 vel forensis? † patet ex text. *in l. cum de lanionis, §. Sabinus, ff. de fund. instruct.* & ex his, quæ scribunt ibi Bartol. Bald. *in cons.* 234. *lib.* 1. Afflict. *decisione* 384. Paris. *in cons.* 41. *in fine. lib.* 4. & aliis quæ citat Simon de Præt. *lib.* 4. *de interpretand. defunct. voluntate dubitatio.* 8. *num.* 44. *fol.* 396. Cephal. *cons.* 414. *num.* 43. *cum pluribus seq. lib.* 3. Bossius *in tract. tit. de for. competenti, num.* 26. *cum seq. pag.* 70. Dec. *in cons.* 550. Cephal. *in cons.* 246. *lib.* 2. Couar. *in pract. c.* 37. *num.* 2. Et quòd ap-
64 pellatione *patriæ*, veniat tota prouincia, † probat per plura Aluarus Valasc. *consultatione* 60. *numero* 2. *cum*
65 *sequentib.* Et quòd valeat priuilegium, † vt non constituti possint officiales de aliqua terra; tradunt Maranta *in cons.* 103. Ioannes Franciscus; *in tractat. de Baronibus, pragmatica* 8. *part.* 2. *num.* 39. *pag.* 227. Et quòd conditio habitandi in aliquo loco, quæ habet causam
66 permanentem, † requirat perseuerantiam, probant Bald. *cons.* 42. *lib.* 5. Angelus *cons.* 34. Corneus *cons.* 7. *lib.* 1. Parisius *cons.* 32. *num.* 85. *lib.* 1. quos citat Simon de Prætis *lib.* 4. *de interpretanda defunct. voluntate, dubitatione* 8 *numero* 32. *fol.* 396. & facit doctrina Angeli *infra* allegata. Et an grauatus viuere in aliquo loco
67 † teneatur viuere in eadem domo, tradit Bartol. *in l. qui concubinam, ff. vxori. ff. de legat.* 3. *fol.* 57. & terra
68 quæ dicatur, † tradit latissimè & eleganter Quintilian. Mandosius *in prooemio, glos. faculta. fol.* 7. *col.* 2. *& sequenti.* Et omnes de domo, agnatione, vel *cassata*, vel parentela vocati censentur, † etiamsi sint in diuer-
69 sis prouinciis, secundum Alciat. *in cons.* 638. *ad finem*, Petr. Antonium *in tract. de fideicommissis, q.* 11. *nu.* 521. *pag.* 310.

Ex his autem, quæ scripsi *num.* 21. *& seqq.* de amore & dulcedine patriæ inferri iustè potest, quòd si sit contentio inter duos consanguineos, vter eorum sit vocatus ad maioratum super quo est lis, potius testator
70 vocasse in dubio videtur illum, qui † est naturalis ex propria patria: quem magis præsumitur diligere, quàm ex aliena: quod etiam scribo *in principio* 2. *part. tractat.* Ad quod facit expressum *cons.* Parisij 28. *num.* 47. *lib.* 3. quem citat Simon de Prætis *lib.* 1. *de interpretand. defunct. voluntat. interpretat.* 2. *dubitat.* 2. *solutione* 5. *n.* 16. *fol.* 62.

Infertur etiam, quòd si naturalis huius Regni liti-
71 get cum alio extraneo à Regno habente priuilegium naturalitatis, si iura partium sint obscura, in † dubio est pro naturali sententiandum, & ei est adiudicanda dignitas, beneficium, vel officium, super quibus fuerit contentio. Quod colligitur ex intentione legum Regalium, quæ in omnibus, naturalibus fauent: & hoc
72 quotidie practicari potest. Et quis dicatur † oriundus, ortus, vel originarius? lege Gl. *in c.* 1. *de vsur. li.* 6. Iasonem *in l. huiusmodi, §. legatum, num.* 18. *ff. de legat.* 1. & plura scitu digna tradit Quintilianus Mandosius *in regula Cancell. regul.* 16. *q.* 40. *fol.* 100. quod confirmatur ex

ex doctrina Abbatis *in c. ad decorem, de institu.* quam refert & confirmat Decius *in cons.* 542. *num.* 13. & hoc confirmatur ex resolutione tradita a Cæsare Lamberti.
73 *in tracta. in ius patronat. libro* 2. *p.* 3. 5. *art.* 5. *quæstionis principalis, folio* 227. vbi resoluit, quod stante idoneo de collegio, vel loco, nullo † modo potest præsentari ad ius patronatus forensis, per doctrinam Philip. de Sarra *in c.* 3. *de iure patronat.* & idem concludit *eodem libro* 2. *part.* 3. 7. *quæst. principal. articul.* 24. *numero* 28. *fol.* 76. per *cap. hortamur*, 71. *distinctione*; & alia quæ citat Quintilianus Mandosius *regula* 19. *Cancellar. quæst.* 15. *numero* 18. *cum sequentibus*, *fol.* 138. faciunt quæ notabiliter tradit Staphilæus *de literis gratia, nona forma, numero* 25. *pag.* 37. Ad hæc facit doctrina Ancharrani *in cons.* 75. *in* 1. *dubio*, vbi probat, quòd habens mandatum ad faciendam pacem, † non potest obligare dominum, quòd non veniat in patriam; quem citat Purpurat. *in rubrica, C. de transact. numero* 97. *fol.* 50.
74 Et quòd homines, qui erant naturales alicuius loci, si
75 transferant se ad alium locum, conuertuntur † in naturam illius loci, in quem se transferunt, tradit Antonius Capici *decisione* 130. *numero* 33. ex Sancto Thoma *in tract. de regimine Principis, lib.* 4. *c.* 8. *col.* 2. Et quando
76 quis dicatur † habitare in aliquo loco? tradit Ancharra. *in cons.* 400. *num.* 5. per *l. ex facto, ff. de hæredib. instituend.*

Præterea est notandum (vt supra etiam dixi) quòd grauatus habitare in aliquo loco; tenetur semper habi-
77 tare, ita quòd non sufficit, † quòd aliquo tempore habitet, & posteà se transferat ad habitandum in alium locum: quod probatur ex doctrina Ange. *in l. si quis hæredem, C. de insti. & substitu.* vbi vult, quòd si legatum
78 sit factum mulieri si ingrediatur monasterium, † vel accipiat habitum Religionis, si mulier suscipiat, deinde dimittat, non habebit legatum: & idem Angel. *in cons.* 34. *& in cons.* 141. quem citat Campegius, qui similia adducit, *in tract. de dote, p.* 5. *q.* 54. *fol.* 122. quæ resolutio notanda est pro aliis similibus conditionibus, & vinculis quæ per fundatores maioratuum apponuntur in illorum fundatione.

79 Et lectores animaduerto, quòd habitare quis † dicatur in loco vbi habet vxorem, filios, & familiam, quamvis ipse non resideat in eodem loco; secund. Bartol. *in l.* 1. §. 1. *ff. de liber. agnosc.* & *in l.* 1. §. *habitare, ff. de his qui dixerint, vel effuderunt*: & *in l. si mulieri, ff. quib. mod. vsusfruct. amittatur* Carol. Ruin. *in cons.* 18. *n.* 9. *lib.* 5. quod confirmo ex Menoch. *infra*. Et quòd quis dicatur
80 habitare in Ciuitate, † licet in casu occurenti habitanerit in Comitatu etiam per annum, voluit Ang. *in l.* 1. §. 1. per illum text. *ff. de statum.* quem citat Felin *in prooemio, Rex pacificus, n.* 4.

Et in ista quæstione & materia præsentis operis lectores animaduerto, quòd si testator voluerit aliquem primare hæreditate, si non impleuerit voluntatem suam, nec aliquam personam expresserit, ad quam hæreditas debeat peruenire, si non habeat substitutos, intelligitur
81 † de legitimis successoribus ab intestato, secund. Bart. *in l. pater familias in fin. n.* 7. *ff. de hæred. instituend.* Paul. de Castro *in cons.* 24. *ad finem, lib.* 2. Francisc. Mantic. *de coniectur. mente defuncti, lib.* 8. *tit.* 17 *num.* 8. *pag.* 360. ad quæ addo notabile *cons.* Angel 16. *Testator, n.* 4. vbi resoluit, quòd pro hibita alienatione, si alienatio sit facta
82 contra prohibitionem, † prima causa est substitutorum, secunda cohæredum, tertia legatariorum, ad petenda bo-
83 na alienata. Et concludunt † scripta per Rebuf. *in c. extirpanda, §. quia vero, pag.* 373. *col.* 1. *de prabend. & pag.* 403. *col.* 1. *in fine*, Simon. de Prætis. *lib.* 1. *de interpretand. defunct. voluntat. solution.* 6. *n.* 24. *fol.* 67. *col.* 1. Bald. *in authen. cui relictum, n.* 11. *C. ad senatusc. tertull. tollend.* Ias. *in §. superest, n.* 18. *Institu. de action.* & *in l. seruo legato, §. si testator, n.* 5. *ff. de legat.* 1. & *in l. vlt. §. vlt. n.* 3. *ff. si certum petatur*; & *in l.* 1. *n.* 6. *C. de his quib. vt indign.* eleganter & melius omnium Barthol. Socin. *in cons.* 5. *num.* 6. *cum seqq. lib.* 1. Dec. *in l. illam, n.* 10. *C. de collat.* Gregor. Lopez *in l.* 9. *tit.* 13. *p.* 6. Felin. *in c. qualiter in* 2. *§. ad corrigendos, de accusa.* & Cæsar. Lamberti. *in tract. iuris patronat. lib.* 1. *p.* 2. *q.* 5. *art.* 5. *n.* 1. *cum seqq. fol.* 154. vbi disputat, si vendatur ius patronatus, † an pretium applicetur 84
illi Ecclesiæ, in qua ius patronatus venditum fuit. Nec minus conducunt quæ scribit Auenda. *lib.* 1. *de exequend. mandat. regiis: c.* 2. *num.* 13. *fol.* 26. Burs. *at. cons.* 13. *num.* 57. *lib.* 1. Et in hoc etiam tradit regulam generalem Rebuf. *in tract. de nominat. q.* 17. *num.* 39. *pag.* 238. & *in l. unica, C. de senten. quæ pro eo quod interest proser. in Glos. in verb. proferuntur, num.* 52. *pag.* 461. Cephal. *cons.* 166. *num.* 12. *lib.* 2. Menoch. *in cons.* 247. *num.* 57. *lib.* 3. Curt. Iun. *in cons.* 87. *num.* 4. qui id tradit in quodam grauamine fideicommissi. Pro quibus facit † singu- 85
laris *l.* 7. *tit.* 4. *p.* 5. *in finalib. verbis*, ibi: *Es por auentura quando fizo la donacion, no sopiesse en quien fincasse de aquel dia en adelante, dezimos que la deuen auer los que heredan los otros bienes de aquel que fizo la donacion:* ad quam legem allegat pro concordante Gregor. Lopez *l. final. C. de legat.* cuius legis verba notanda sunt ad eum qui fecit vinculum, maioratum, & fideicommissum, & post extinctos vocatos non progreditur ad alias vocationes: & sic est notanda ad ea quæ scribo *in* 4. *p. q.* 29. & ad ea, quæ scribit Molin. *lib.* 1. *de primog. c.* 4. *fol.* 18. *n.* 1. *cum seq.* Barthol, Socin. *in cons.* 84. *n.* 7. *lib.* 1. vbi ponit regulam singularem, quòd quando † dispositio 86
fit alicuius contemplatione, licet verba expressa ad illum non dirigantur, tamen illi acquirit vt, & illi competit actio, *l. seruo legato, §. si testator ff. de leg.* 1. per quem text. *Bart.* concludit, quod stante statuto, † quòd 87
extantibus masculis fœmina non succedat, licet tale statutum expresse non disponat vocando masculos ad portionem fœminarum, tamen masculi succedunt, ex quo ipsorum fauore fœminæ excluduntur, & ipsi agent ex tali statuto, ac si de eis expresse disposítum esset.

Et prædicta faciunt ad quæstionem de facto in grandi negotio disputatam. Fundator maioratus grauauit successorem, vt contraheret matrimonium cum certo genere personarum, familiæ, & generationis, nec apposuit pœnam, nec declarauit, non seruato grauamine & conditione, ad quem maioratus bona deberent applicari, † quis talia bona habere debeat de quo legenda sunt 88
quæ scribo *part.* 2. *q.* 4. *illation* 8. Ad prædicta etiam est text. *in l. fideicommissa, §. cum esset, & §. interdum, ff. de legat.* 3. & quod vtrobique notat Barth. allegando *statutis, ff. de acquirend. rerum dominio*: & hanc regulam per dicta iura tradit Bart. *in l.* 2. *§. videndum, ff. ad Tertullianum*; & istam regulam tradit etiam Curtius Iunior *in consil.* 265. *n.* 13. *lib.* 2. Iaso *in l. si quis maior, num.* 29. *C. de transaction.* Caldas Pereira *de renouation. emphyt. in, quæst.* 17. *num.* 18. *fol.* 147. Aymo. *in cons.* 288. *in principio*: qui id tradit in dispositione facta in fauorem maiolorum, in qua non fuit expressum cui deberent bona applicari, Menoch. *in consil.* 177. *n.* 2. *lib.* 2. Et ad hoc est notabile *consilium* Angeli 168. *Testator. in* 4. *dubio*, vbi tradit, quòd si testator iubet hæredem aliquid facere sub pœna priuationis hæreditatis, & in quem deuenirent non 89
expressit, † fisco locus non est, sed substituto, vel coniuncto, aut venientibus ab intestato; quorum fauore pœnam indixisse censetur; ex Oldrado *in consil.* 16. 7. 3. & text. *in l. cum pater, §. libertis, ff. ad lega.* 2. tradit Antonius Peregrinus *in tract. de iure fisci, lib.* 2. *tit.* 10. *nu.* 19. *pag.* 103. qui tamen ex Bartol. *in l. uxorem, §. hæredes ff. de lega.* 3. tradit, quod si testator in fauorem certæ, personæ iussit aliquid fieri, vt puta, hæredem non molestare vxorem sub pœna priuationis hæreditatis, † non defertur 90
vxori, sed substituto, vel coniuncto, aut venientibus ab intestato. Et plura elegantia scribit Alexand. *in consil.* 158. præcipuè *num.* 7. & 8. *lib.* 2. & faciunt quæ scribit Campegius *in tract. de dote, p.* 5. *q.* 25. & Guillelm. Benedictus *in cap. Raimuntius, de testamentis, in verb. condidit, n.* 22. Barthol. Socin. *in cons.* 84. *num.* 9. *lib.* 1. Gregor. Lopez *in l.* 9. *tit.* 13. *part.* 6. *in gloss.* in verb. *no la ganaria.* Menoch. *in consil.* 337. *n.* 393. *lib.* 4.

Ex

Ex quibus omnibus, & aliis quæ tradit Socinus *in*
91 *d.consil.* infertur † notabilis intellectus *ad l.27.Taurin.* hodie, *l.11.tit.6.lib.5. Recopil.* vbi pater cogitur in melioratione Tertij vinculata obseruare ordinem *prædictæ legis*, quæ licet non decidat cui debent bona applicari, & quis sit vocatus, & succedere debeat, & ordinem illum non obseruauerit; intelligitur vocatus iuxta ordinem à *dicta lege* præscriptum, & competit actio vocato per illam *legem*, licet hoc expressum non sit in ea; quod est memoria tenendum; quia Doctores nostri ibi, nec alibi hoc non tangunt; & legendum est quod scribit Ayora *de partit.q.23.n.52. & 53.*

Et ista etiam maximè conueniunt pro decisione quæstionis, quam disputat Baëza *in lib. de non meliorand. filiabus, cap.* 36. vbi tractat, cui sit applicanda dos excessiua in casu illius legis? †
92 quod est etiam summè notandum: & tradit etiam Auend. *in tract. de exequend. mand. par.1.cap.3. num.*13. Azeuedo *in l.3.tit.3.lib.4. Recopil. num.*42. *fol.*189. & legendum est quod scribo *supra, quæst.* 50. *à num.* 117. Et an si quis se absentet à loco, in quo testator ordinauerit, quòd si quis habitet, ex causa iniusta, & postea superueniat causa iusta, † an
93 releuetur à pœna? tradit Rebuffus *in d.§. qui vero, pag.* 387. *col.*2. post Ioan. Andr. Archidiac. & Cardinal. quos citat *in cap.* 1. *de Clerico ægrotan.* Et quid si habeat licentiam à Iudice ad se absentandum ad certum tempus,
94 † an elapso illo tempore incidat in pœnam si non redieri, tradunt Ioann. Andr. & Ioann. de Imola *in cap. ex parte, num.7. de Cleric. non resident. folio* 21. Et quòd
65 si quis tenetur residere in aliquo loco, † non præsumatur iustè non residere, tradunt Innocentius *in cap. si aduersarius, num.*3. *de eo, qui mittitur in possessionem*, Menochius *in tractatu præsumptionum: lib.6. præsumpt.* 20. *n.*3.
96 *folio* 74. & quod nomine *patriæ*, † & *naturalis loci*, veniat tota Prouincia, probatur *in l. qui habebat, ff. de leg.* 3. tradit latè Aluarus Valasco, *consultatione* 60. *num.*2. & fumus patriæ debet æstimari; vt ex Sabino ostendit Tiraquellus *l.*13 *connubial. num.*43. *folio* 203. Et, ciuilis origo quæsita non potest mutari pacto vel renuntiatione: *l. assumptio ff. ad municipalem*; & tradit Ægidius Bossius *in pract. crimin. tit. de foro competenti, num.*34. *pag.*72. Et an granatus habitare in aliquo loco, satisfaciat si habitet maiori † parte anni, deciditur *in l. cum de*
97 *lamonis, §. Sabinus*, vbi Bart. *ff. de fund. instructo*: & per Matth. de Afflict. *dec.*384. *num.*11. Rebuff. *in l. Censoria* 203. *§. igitur, pag.*896. *ff. de verbor. signific.* Felin. *in proœmio, Rex pacificus, num.*4. Cephalum *in consilio* 80. *num.*6. *lib.*1. vbi *num.*7. *cum seqq.* etiam tractat, & concludit, quòd habitare dicitur, qui habitat partem temporis, ac si totum tempus habitasset, si ex ea parte effectus ideo productus est, qui ex toto tempore resultare potuisset: & ibi alia ad propositum adducit notanda: & idem Cephal. *in cons.*528. *num. cum seqq. lib.*4. Menoc. *in cons.*288. *num.*11. *lib.*3. vbi refert Bart. *in l.*1. *§. permittitur ff. de liber. agnoscend.* Deci. *in l. cum filius familias, ff. si certum petatur*; & alios volentes, quòd quis dicatur habitare in aliquo loco, si ibi latem & familiam
98 † retineat, etsi absit ab illo loco.

In omnibus, tamen, in primis est inspicienda mens defuncti, *l. in conditionibus primum locum, ff. de conditio-*
99 *nibus*, cum *concordantibus*. Et de illo † qui obligatus fuit non exire loco, sed ibi habitare semper cum vxore, scribunt Conar. *in epitome de Sponsalibus, part.*2. *cap.* 7. *num.*5. Matienç. *in glos.*1. *rubric. de matrimonio, tit.*1.
100 *num.*95. *folio* 13. Et quod quis cum est expositus, † præsumatur patriæ in qua fuit expositus, volunt Bart. *in l.* 1. *ff. ad municipalem*, Platea *in l. ciues, C. de incolis, libro* 10. Gregorius Lopez *in l. final. tit.*20. *part.*4. Perez *in tractatu de Capellaniis, cap.*21. *lib.*1. *pag.*221. Et qualiter naturales loco rum, & qui ibi habitabant, sint præferendi in Capellaniis, tradit idem *lib.*2. *cap.*3. *pag.*296. *num.*17. *cum sequentibus*. Et quod quis præsumatur habitare in loco † originis, tradunt Bart. *in l. is potest. ff. de*
101 *acquirend. hæredit.* Bald. *in l. final. §. necessitatem, C. de bonis quæ liberis*; Carol. Ruin. *in rubr. ff. solut. matrimon. num.* 299. *pag.* 44. Et quòd ob causam antiquæ habitationis † quis præferatur aliis, tradunt Gomezius *in §.* 102
item Seruiana, Instit. de actionibus, Auend. *in capitulis correctorum, part.*1. *cap.*19. *num.*19. *folio* 121. Et granatus † habitare in patria, intelligitur de patria naturali, 103
non accidentali; vt colligitur ex traditis per Menoch. *in cons.*112. *num.*61. *lib.*2. per notata *in l. assumptio, §. filius, ff. ad municip.* & doctrinam Afflictis *decis.*384. *num.* 4. & alia, quæ citat; & faciunt quæ scribo supra *hac parte, quæst.*51. *n.*65. *cum seqq.* vbi hoc dictum retuli; qua in re iudicandum est ex coniecturis, & aliis circunstantiis.

QVÆSTIO LVIII.

Vtrum pater vel mater, de bonis quæ extra regnum habent, possint meliorare vltra tertium & quintum.

SVMMARIVM.

1 *Leges quemadmodum non ligant extraneos à iurisdictione, ita neque bona sita extra iurisdictionem.*
2 *Prouisiones datæ ad vnum locum qualiter comprehendant alios, remissiuè.*
3 *Ratione bonorum, quæ quis habet in aliquo loco, conueniri potest.*
4 *Proprietas Ecclesiarum est Episcopi, in cuius territorio est Ecclesia fundata.*
5 *Prælatus excommunicat ratione bonorum, quæ sunt in sua iurisdictione.*
6 *Dominus feudi ratione feudi an sit iudex competens contra Clericum.*
7 *Domini bonorum, quæ in aliis Principatibus habent, an sint subditi Principis illius, in cuius Principatu bona sunt sita.*
8 *Forum an quis sortiatur ratione bonorum.*
9 *Possessio rerum hæreditariarum quo in loco petenda sit.*
10 *Diuisio bonorum matrimonio constante acquisitorum, secundum quas leges fieri debeat,* & n.19.
11 *Mulier non habet Cornubæ partem in bonis matrimonio constante acquisitis.*
12 *Qui habet bona in diuersis territoriis, an possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.*
13 *Sententia lata super priuatione beneficij qualiter extendatur ad beneficia alibi sita.*
14 *Consuetudo in bonis matrimonio acquisitis an extendatur ad bona alibi sita.*
16 *Mulier vt ligetur statutis loci mariti, ea debet scire.*
17 *Locus, in quo vir cum vxore viuere intendit, & instrumentum dotis conficitur, circa illius lucrum debet inspici.*
18 *Et pacta & conuentiones illius seruari.*
19 *Mulieres diligentiores sunt in locis vbi dimidiam conquæstuum partem habent.*
20 *Mercator alienigena si faciat maioratum, an teneatur seruare leges Regni.*
21 *Et in quibus bonis.*
22 *Exteri huius Regni, qui parentes habent, quantam legitimam illis relinquere teneatur: quod conducit ad intellectum tex.* in l.6. Tauri.
23 *Statuta loci, vbi bona sita sunt, seruari debent,* & n. 24. 26. 28. 58. & 60.
25 *Et quid in successione ab intestato.*
27 *Mulier pro bonis paraphernalibus in quo loco agere debeat.*
26 *Legitimatus an succedat in bonis existentibus extra territorium legitimantis,* & n.30.
31 *Legitimatus per subsequens matrimonium filio legitimo æquiparatur.*
32 *Et in maioratu succedit.*

33 *Papa legitimatio super radice matrimonij, an extendatur ad bona temporalia laici? referuntur variæ sententiæ.*
34 *Et qualiter super radice matrimonij possit dispensare.*
35 *Et an possit in terris diuersorum Principum. Contraria sententia, num.*39.
36 *Quid si deficiat consensus propter legis diuinæ prohibitionem, & nu.*40.
37 *Et quid operetur legitimatio facta super radice matrimonij, & an legitimatio prolis super radice facta intelligatur.*
38 *Verba*, ex nunc prout ex tunc, *in his dispensationibus maximi momenti sunt.*
41 *In voluntate partis est vti dispensatione ad contrahendum matrimonium cum consanguinea, vel non.*
42 *Verba* legitimationis, *aut* dispensationis, *quid operentur, & qualiter differant, & nu.*44.
43 *Infans an possit legitimari per Comitem Palatinum.*
45 *Iudex, vbi pupillus habet facultatem, debet dare tutorem filio.*
46 *Ad rem minoris alienandam requiritur decretum Iudicis, vbi bona sita sunt, & nu.*91.
47 *In Rei Ecclesiasticæ alienatione quis Prælatus decretum interponere debeat? remissiuè.*
48 *Forensibus an pro bonis, quæ extra territorium habent, sint imponenda collecta; remissiuè: Et ibi qualiter Nobilibus possint imponi pro rebus quæ habent in tali loco,* ibid.
49 *Extranei huius Regni qualiter tributa soluere teneantur.*
50 *Consiliarij Regum, Clerici, Nobiles, &c. qualiter teneantur, ad subsidia Delphinalia. Et qualiter differant collecta, & alia onera realia, remissiuè,* ibid.
51 *Tempus ad deliberandum peti debet, vbi est maior pars bonorum hæreditariorum.*
52 *Decima prædialis soluenda est Parocho vbi bona sunt sita.*
53 *Reditus spirituales debentur Ecclesiæ intra cuius confinia sunt prædia posita.*
54 *Beneficiati curati habent fundatam intentionem contra Episcopum.*
55 *In collatione beneficiorum est inspiciendus locus, in quo beneficium est situm.*
56 *Dispensatio personæ respectu rei per personam detentæ per quem debeat fieri.*
57 *Dieta in actione reali à quo loco computanda sit.*
58 *Mulier nupta extra territorium non est capax acquirendi bona, quæ non possunt habere forenses.*
59 *Ad concedendum vel denegandum beneficium, quæ consuetudo inspiciatur.*
61 *Ad retractum consanguinealem est inspicienda consuetudo, vbi bona sunt sita.*
62 *Fundum si quis vendat existentem Valentiæ, Granatensis consanguineus illum non potest retrahere.*
63 *Lis super iurisdictione tractari debet in loco, in quo de iurisdictione tractatur.*
67 *Forenses contrahentes in aliquo loco, an debeant soluere gabellam. Et an teneantur ad onera pro rebus alibi sitis, num.*76.
68 *Gabella qualiter soluenda sit in territorio duorum Dominorum.*
69 *Episcopus loci, in quo bona testatoris sunt sita, vel domicilij, aut originis eius, qualiter possit compellere executores ad reddendam rationem.*
70 *Statutum disponens, quòd si quis ab intestato decedat, succedant agnati exclusis fœminis, an comprehendat personam non subiectam.*
71 *Locus, vbi sita est res feudalis, debet attendi circa dispositionem feudi, & nu.*75. & 78.
72 *Statutum, quod maritus præmoriente vxore sine filiis lucretur dotem in præiudicium filiorum primi matrimonij, an habeat locum in filijs primi matrimonij aliena iurisdictionis.*
73 *Bona existentia extra territorium, in quibus, prohibente statuto, filia succedere non potest, an commerentur cum aliis bonis ad constituendam legitimam ipsi filiæ.*
74 *Emphyteusis, si aliter conuentum non sit, debet iudicari secundum leges & consuetudines; vbi res emphyteutica sita est.*
77 *Statutum obligans patrem pro filio in contractibus, pro quibus intelligatur.*
79 *Confiscatio non extenditur ad bona immobilia sita extra territorium.*
80 *Bona publicata in diuersis ciuitatibus qualiter debeant applicari.*
81 *Statuto si pater tenetur ad solu endam condemnationem pro filio, ad id non arctatur, quando filius deliquit extra territorium.*
82 *Debitores vnius territorij an possint agere cõtra fiscum alterius, cui bona delinquentis fuerunt publicata.*
83 *Consuetudo circa successionem non operatur quoad bona alterius regionis.*
84 *Insinuationis donationis an fieri debeat in loco, vbi bona sunt sita, referuntur variæ sententiæ, vsque ad* 87.
88 *Quæ sunt in dominio Regis, siue legibus possidentur.*
89 *Præconia, quando res subhastantur, debent dari secundum consuetudinem loci, vbi bona sita sunt, & n.*90.
91 *Ad bona minorum vendenda decretum Iudicis loci, vbi bona sita sunt, requiritur; & supr. n.*46.
92 *Receptores vnius prouinciæ an possint occupare bona prouinciæ alterius.*
93 *Domicilia plura cum quis habet, quod ex illis debeat ratione bonorum attendi.*
94 *Statuta personaliter loquentia an comprehendant bona, quæ forenses in territorio statuentium habent.*
95 *Mercator an possit conueniri in loco domicilij.*
96 *Testator codicillans in territorio alieno an confirmet testamentum inualidum per dispositionem suæ patriæ.*
97 *Data per statutum noua forma succedendi, prohibitio quòd certæ persona non succedant, an operetur quoad bona alterius regionis.*

Post num. 97. inuenies alia summaria.

QVinquagesimooctauò quæro de difficili quæstione, & in practica contingibili, quam non inæmœnum erit resoluere: vtrum pater vel mater possit de bonis, quæ extra Regnum habent, puta in Flandria, vel Italia, aut in Regno Valentiæ, & Aragoniæ, aut Lusitaniæ, vel aliis similibus prouinciis relinquere maiorem legitimam, quàm illis competit in hoc Regno, & excedere in melioratione vltra quantitatem taxatam per nostras leges Regales, & facere maioratum absque Regia authoritate? Quam quæstionem multa faciunt dubitabilem, quæ in hoc loco inferere libuit, vt si quando de hoc in practica dubitatum fuerit, omnia exigentibus ea præ manibus sint: & aliqua etiam remissiuè *infra* traduntur *num.*284.

Et in primis, quòd hoc casu sit patri libera & absoluta dispositio testandi, vel disponendi, ex bonis illis secundùm leges loci, vel locorum, vbi sunt sita, probatur. Quia bona sunt affecta iurisdictione, & loco, vbi sunt sita, & legibus loci vbi adsunt (vt postea latiùs docebitur) & ideo leges sicut non ligant illos, qui non sunt subditi, vt probatur *in l.*1. *C. de Summa Trinitate & fide catholic.* & *in l.*2. *tit.*1. *part.*1. ita † nec li- 1
gant bona propter eandem rationem; vt plenissimè traditur *in d. l. cunctos populos.* & facit *l.*6. *tit.* 5. *part.*1. quæ loquens de consuetudine legi æquiparata, dicit: *E aun a otro poderio muy grande, que puede tirar las leyes antiguas que fuessen hechas antes que ella, pues que el Rey de la tierra las consintiesse vsar contra ellas tanto tiempo como sobredicho es, o mayor. Esto se deue entender quando la costumbre fuesse vsada generalmente en todo el Reyno: mas si la costumbre fuesse especial, entonce no desataria la ley, sino en aquel lugar tan solamente do fuesse guardada.* quæ lex ad plura est singularis. Ad quam legem est videnda doctrina Bart. *in l. relegatorum*, §. inter-

dicere, *ff.de interdict.& relegatis*; Iason *in l.1.nu.7.ff.de constitut. Principum*, quos & Patidem de Puteo citat Parladorius *in libro quotidianarum quæstionum, cap.*10. *nu.5.pag.*271. Burgos de Paz *consil.*30.*nu.*17. Rebuff. *in Concordat. pag.*462. Quintil.Mandosius *in tractat. de inhibition. q.*128.*nu.*3. Andr. de Isern. *in cap.*1. *de his qui feudum dare possunt: nu.*22. *fol.*13. tractantes,
2 qualiter prouisiones † datæ ad vnum locum, comprehendant alios locos.

Secundò facit *l.final.C.vbi in rem actio*: in quâ probatur, quòd ratione bonorum, quæ quis habet in quo-
3 piam loco † conueniri potest, quamvis domicilium habeat in alio loco: & idem probatur *in cap.fin.* & *in cap.final.de foro competent.* & *in l.sed si susceperit,§.fin. ff.de iudi.* & *in l.si prædium.C.de præd.minor.* & *in l.*32. *in quinto casu, tit.*2. *part.*3. facit *l.vltim. ibi*, la mayor partida de los bienes, *tit.*9.*part.*6.& *l.*5. *tit.*10. *ibi*, en cuyo Obispado ouiere, *part.*6. de quo vide textum egregium *in l.Titium aut Mœnium,§.tutores, ff.de administr. tutor.* Bart. *in l.final.§.sed & si quis, ff. eodem titulo* Decium *in cap.*1. *lectur.*1. *nu.*23. *in versic. duodecimò dispositio*; *de iudiciis*, Iasonem *in l.si conuenerit.nu.*39. *ff.de iurisdict.omnium iudicum*, Alexand. *in consilio* 1. *nu.*2.*lib.*5. Petrum Rebuffum *tom.*1. *ad constitutiones Regias, tit.de liter. obligator. artic.*6. *glos.*3. *pag.*147. *num.*62.

Hinc est, quòd proprietas Ecclesiarum est Episcopi,
4 † in cuius territorio est Ecclesia fundata: *cap.omnes basilicæ, cum sequentibus,*16. *q.*7. declarat inter alios Lambertinus *in tractatu de iure patronat.lib.*3. *artic.*7. *quæst.*1. *principal.nu.*2. *fol.*6. & faciunt quæ scribit idem Lambertinus *lib.*2. *part.*2. *art.*7. *q.*6. *principal. num.*4. *fol.*167. vbi resoluit, an edicti missio, vel citatio possit fieri extra territorium Episcopi? Et quòd Prælatus
5 excommunicare possit † illum, qui est extraneus à sua iurisdictione, ratione bonorum immobilium, quæ habet in propria iurisdictione Prælati, probat expressa *l.*15. *tit.*1. *part.*7. ibi: *Otro si dezimos, que puede ser juzgado el malhechor delante el juzgador del lugar do fizesse el su morada, o delante de aquel do huuiesse mayor parte de sus bienes, magner el acusador ouiesse hecho el yerro en otra parte.* Et latè Falcon. *regula* 309. *per totam.* Et ideo etiam dominus feudi ratione feudi est Index
6 laicus, † & cognoscit contra Clericum feudatarium, *cap.cæterum, de iudic. cap.ex transmissa, de foro competen.* & *in cap.*1. *de controuers. investitu. inter vassall.* & *Episcop.* & est singularis *l.*57. *tit.*6. *part.*1. vbi Gregor. Lopez notat. Guillelm.Benedict. *in cap.Raimundus, in verb.* & *vxorem, nomine Adelasiam, in decis.*3. Oldrad. *in cons.*272. *Reuerende pater.*

Ex quibus confirmo quod eleganter scribit Andreas Gail. *observationum, lib.*2. *cap.*6. *nu.*14.15.16. *pag.*378. vbi resoluit, quòd Rex, Dux, Comes, vel Marchio, & cæteri Domini ratione bonorum, quæ habent in
7 aliis principatibus, vel dominiis, † sunt subditi illius Principis, vel Domini, in cuius principatu vel dominio bona sunt sita: qui ponit exemplum in Comite Flandriæ, & in similibus: & istorum est vicinus textus *in cap.Romana, §.contrahentes, de foro competenti, in* 6. quem post alios explicant Episcop.Couarru. *in practicis quæstionibus, cap.*10. *nu.*3. Ioan.Gutierrez *de iuramento confirmatorio, part.*3. *cap.*16. tractantes, † an ratione bonorum quis sortiatur forum? ad quos addo
8 notabilem & nouam *legem* 20. *tit.*21. *lib.*4. *Recopilation. in nouissima recopilatione*, & est notabile *consilium* Cephali 414. *n.*43. *cum seqq. lib.*3.

Tertiò facit textus *in l.vnica.C.vbi de hæred. agi oport.*
9 vbi probatur, † quòd possessio rerum hæreditariarum debet peti in loco vbi res hæreditariæ sunt sitæ: de quo tamen vide Bart. *ibi, nu.*10. & Bald. *quæst.*7. Salicet. *nu.*8. & Alexandr. & Decium *nu.*31 *in l.final.C.de edict. Diui Adriani*: In qua quæstione est egregia doctrina Ferra. *in practica, tit. forma libelli quo petitur hæreditas ex testamento, versic. velatum, num.*6. *pag.*432.

Hinc est, quòd dicit idem Oldrad. cuius est magna authoritas, *in consilio* 249. quòd bona, quæ inter coniuges sunt diuidenda, † debent diuidi & iudicari secun- 10
dùm consuetudinem locorum, vbi sunt sita, etiamsi in aliis locis domicilium habeant coniuges, aut alibi contraxerint matrimonium: & idem tenet Ioan. Andreas & alij, quos refert Simancas *in lib. de institu. cathol. cap.*9. *nu.*102. *fol.*35. quibus addo Iuniorem Socinum *in consil.*14. *nu.*1. *cum aliis, lib.*1. Porcium Iacobum *in consil.*127. *nu.*2. quod est notandum ad consuetudinem, quæ Cordubæ inuiolabiliter obseruatur, vbi mulier
11 † non habet partem in bonis matrimonio constante acquisitis; quamvis contrarium in toto Regno sit: pro quibus faciunt quæ notanter scribit Matth. de Afflictis *decis.*226. *Serenissimus*, Curtius Iunior *consil.*5. *nu.*42. Thesaurus *decis. Pedemont.*123. *nu.*11. Et si quis habeat bona in diuersis territoriis, † potest decedere pro parte
12 testatus, & pro parte intestatus; vt volunt Bartol. & Baldus, & alij Doctores *in d.l.*1. *C.de summa Trinitate*: Euerard. *in loco* 79. *de tanquam, pagina* 497. Et qualiter sententia lata super priuatione beneficij extendatur
13 ad beneficia alibi sita, tradit Marianus Socin. *in cap. proposuisti, q.vltim. de foro competenti*; quem citat Ægidius Bossius *in pract. crimin. tit. de bonorum publicatione, n.*64. *pag.*524.

Ex quibus & aliis infert Gregor. Lopez *in l.*24. *tit.*11. *part.*4. *in glos. in verb.* ganancias, *post medium*; quòd consuetudo in bonis matrimonio constante acquisi-
14 tis, non extenditur ad bona alibi sita. Pro quibus facit quod tradit Ancharran. *in consilio* 163. vbi dicit quod lex domicilij mariti non est consideranda quoad bona alibi sita; cuius opinionem sequitur Decius *in cons.*283. quod est elegans consilium in hac materia: Aymo Crauetta *in consilio* 30. & alij, quos refert Episcop. Segouien. *in epitome de sponsalib. part.*2. *cap.*7. *in principio, nu.*8. adiunge Antonium Gomez *in l.*51. *Taurin. nu.*75. Celsum *consilio* 66. *nu.*7. & *cons.*67. *nu.*3. & plures citat Matienç. *in l.*1. *tit.*9. *lib.*5. *Recopilat. nu.*76. *fol.*254. *glos.*1. Chassan. *in consuetudin. Burgundiæ, rubric.*4. *§.*12. *nu.*1. *fol.*133. *col.*2. Ioan. Garcia *de coniugali æquæstu, nu.*140. cum aliis. Et idem quod tradit *dicta lex Fœtiæ*, scribit rectè Celsus *in consilio* 67. *nu.*3. ad ista legendus: & *in consilio* 66. *nu.*7. & 8. Sed circa de-
15 cisionem Oldradi, † & aliorum, maximè est ponderanda *d.l.*24. in illis verbis: *En las ganancias que hizieren se no la de aquel lugar, do se cambiaron.* Quæ lex cum generaliter loquatur, videtur decidere contrarium eius, quod Oldradus & alij volunt: & ita sentit Anton. Gomez *in loco citato*: quamvis ad illam legem subtiliter respondere conetur Simancas *dict. lib. de institu cathol. cap.*9. *nu.*104. & plura ad propositum scribit Matienço *in l.*2. *tit.*9. *lib.*5. *Recopilation. nu.*74 *fol.*255. *glos.*1. & legenda sunt quæ scribit Ioan. Gratian. Falcon. *regul.*309. *nu.*7. & Caldas Pereira *in tractatu de nominat. ad emphyteusim, q.*14. *nu.*12. *fol.*157. vbi nimis generaliter allegat Ioannem Lopium *in rubr. de donat. inter virum & vxorem*: *§.*62. *nu.*31. *pagina* 168 qui non dicit id, ad quod ab ipsis allegatur, bonorum communicationem inter maritum & vxorem ob conuentionem tacitam inter eos factam, esse extendendam ad bona existentia extra Regnum; Valdes *in Additionibus ad Rodericum Suarez, in tit.* de las ganancias, *pagina* 20.

Et in hac materia est in praxi animaduertendum, quòd ad hoc vt mulier ligetur statutis loci mariti, + re- 16
quiritur quod sciat talia statuta; nam si illa ignorauit, excusatur, secundùm Baldum *in cap.*1. *§.final. de inuestitu. de re alien. fact.* Felin. *in cap.*1. *nu.*29. *de sponsalib.* & alios quos citant Gratus *in consilio* 113. *in fin. lib.*2. Andreas ab Exea *in cap. cognoscentes, nu.*45. *de constitut. pag.*279. Ioan. Garcia *vbi suprà. nu.*144. Quibus addo, quòd si vir ducitur ab vxore, quia viuere intendit vir in loco, in quo confectum est instrumentum dotis, & perpetuò viuere in domo vxoris, locus ille

† inspi

17 † inspiciendus est circa dotis lucrum, vt tradit Iaso *in l.cunctos populos, C.de summa Trinitate: num.*27. *lectura* 1. *versic. secundo limita*: Felin. *in cap.*1. *de sponsal. nu.*26. *versic. tertiò limita.* Cagnolus *in l. exigere dotem. nu.*14. *ff.de iudi.* Decius *cons.*283. *nu.*8. & alij, quos citat Phanucius *in tractatu de lucro dotis, glos.*9. *nu.*31. *pag* 790. vbi *num.*36. resoluit in ista materia, quòd circa
18 ista seruanda sunt † pacta & conuentiones, ex Fulgos. *consil.*203. *col.*2. Felin. *in d.cap.*1. *nu.*30. Cagnolo *in d.l. exigere, nu.*22. Curtio *num.*6. Deci. *consil.*402. *col.*1. & Campegio *in tractatu de dote, q.*20. *col.*2. & aliis pluribus per eum relatis: & de materia legenda sunt, quæ scribit Valdes *in addition. ad Rodericum Suarez. tit.* de las ganancias, *nu.*41. *pag.*20. Et quòd in locis, in
19 quibus mulieres † habent dimidiam conquæstuum partem, sunt diligentiores ad acquirendum, tradit Rebuffus *in l.obuenire* 130. *pag.*9 2. *ff.de verborum signific.*

Et ex his infert etiam Gregorius Lopez *in d.l.*24. quòd si mercator alienigena faciat maioratum in His-
20 pania, † debet regulari circa omnia secundùm leges &
21 consuetudines Hispaniæ, quod ego intelligo † procedere in bonis, quæ talis mercator alienigena habet in Hispania, & non in aliis; vt constat ex notatis *in d.l.*1. & ex his quæ iam dicta sunt, & postea dicentur. Et præcipuè ex eleganti *consilio* Ludouici Gozadin. 49. quod incipit, *Circa primum videtur dicendum, nu.*1.
22 *cum aliis*; vbi stante lege nostra sexta *Taurina*, † ex qua æquiparata est successio parentum ad filios, ad successionem ipsorum filiorum circa parentes, cuius *legis* exemplar ibi in lingua Italica est stampata per *Gozadin.* & illius decisione supposita consuluit per plura fundamenta, & probat, quòd si ciuis Genuensis in Hispania existens faciat in Hispania testamentum, tenetur reliniquere patri vel matri duas Tertias hæreditatis, vel bonorum, quæ habet in Hispania iuxta formam *illius legis*, quòd si id factum non sit, licet patri querelare, vel dicere testamenum nullum, si sit præteritus; quod est elegans consilium in hac materia: &
23 in eadem causa consuluit Parisius eleganter *in cons.*12. *per totum, lib.*3. & consilium *Gozadini* citat & confirmat Bursatus *in consil.*198. *nu.*39. *lib.*2. & idem *in cons.*8. *nu.*35. in quibus consiliis ponit regulam, sta-
tuta loci, vbi † bona sunt sita, esse seruanda, siue loquamur in rem, siue in personam, non autem statuta originis: & *in consil.*93. *nu.*34. *cum sequentibus*: & idem consilium *Gozadini* citat Tellius *in dict. l.*6. *Taurin. num.*76. Quibus addo Albericum 2. *p. statutorum, quæst.*136. dicentem, quòd bona debent regulari quoad successionem, secundùm statuta & conditiones loci originis, & non vbi sunt, vel vbi quis moritur; quem citat Nicolaus Boerius *consilio* 9. *nu.*4. remittens tamen se ad notata *in dict. l.*1. *C.de summa Trinitate*: & ista est communis opinio secundùm Cagnolum *in l.final. C. de pact. nu.*184. *pagina* 45. qui plures refert, ad quos addo Curtium Iuniorem, *in consilio* 5. *nu.*41. *versic. ad septimam*: & nouissimè Cœuantes *in d.l.*6. *Taur. num.*90. *cum sequentibus*, qui hoc refert, & dictum consilium *Gozadini*: de quo etiam legenda sunt scripta per Carolum Ruinum *in rubr. ff. soluto matrimonio, nu.*17. *pag.*46. qui refert dictum consilium *Socini*, & alia.

Et est notabile ad Genuenses, vel alios exteros Valentiæ, & Aragoniæ, & Portugalliæ, & aliorum Regnorum, qui in Hispania mortem obeunt, multis mercantiis, & aliis rebus relictis. Pro quo est singulare *consilium* Bartholomæi Socini 79. *nu.*30. & 31. *lib.*4. vbi
24 concludit, quòd si ciuis † origine Florentinus, & domicilium habens Pisis, habitando ibi cum familia, subeundo onera ciuium Pisanorum, & alia similia, si ibi viget statutum, quòd non valet relictum factum à viro vxori, nec donatio, nec confessio constante matrimonio; tenetur seruare in donatione, vel alia dispositione leges loci domicilij & ciuitatis Pisanæ, non loci originis ciuitatis Florentinæ: vbi lector videre poterit multa necessaria pro confirmatione sententiæ *Ludouici Gozadini*. Et quod retractus competat extraneis, tradunt Ioan. Faber *in dict. l.*1. *C.de summa Trinitate*: Ciuentes *in l.*70. *Taur. quæst.*8. Et est doctrina generalis Ancharrani *in cap. canonum statuta, q.*12. *quæst. principal. de constitut. in* 6. quòd in successione ab intestato † at- 25
tendi debent statuta loci, vbi bona sunt sita: & idem voluit Baldus *in d.l.cunctos populos, nu.*17. & est verior & communior opinio secundùm Bartholom. Socinum qui plura scribit *in consilio* 288. *nu.*2. *lib.*2. Parisium *in consilio* 85. *nu.*42. & 43. *lib.*1. & quæ latiùs mè scribit Rolandus *in consilio* 24. *nu.*14. *cum sequentibus, lib.*3. Et certè cùm prædicti exteri bona pro maiori parte acquirant in Hispania, mirum non est, quòd iudicetur de bonis secundùm leges Castellæ: & est notabile illud consilium ad intellectum *d.l.*6. & in practica potest esse valdè lucrosum. Licèt dubitabile videatur, propter sententiam Saliceti *in l.*2 *C.de iurisdict. omnium Iudicum*: & ex scriptis per Alexandrum *in consilio* 16. *Viso titulo, nu.*2. *lib.*1. sed pro illo consilio *Gozadini*, vide multa quæ refert Iaso *in consil.*163. *lib.*2. vbi latè fundat, quòd statutum Genuæ quòd agnati masculi vsque ad quartum gradum excludant alios etiam proximiores, non porrigitur † ad bona sita extra 26
territorium Genuensium, quod est abundans consilium in hac materia; & tradit notanter Carolus Ruinus *in consil.*48. *n.*1. *cum seqq. lib.*3.

Et pro dicto consilio *Gozadini* est etiam quædam doctrina Alexand. *in consil.*1. *§.nu.*4. *lib.*7. vbi dicit, quòd ad modum & facultatem testandi, debet attendi locus, vbi testamentum factum est. Vnde ipse infert quòd mulier nupta existens Venetiis, quia sequitur domicilium viri, per *l.ea quæ dispensata*; & *l. vltimam, ff.ad municip.* tenetur sequi statuta in testando ciuitatis Venetiarum, licèt ipsa sit de ciuitate Pisana: contra quam tenet ibi *Gloss. Parisiens.* dicens id verum esse quoad solennitatem, non circa dispositiua. ¶ Et ad consilium *Oldradi* prædictum, vide etiam Alexandrum, vbi Glos. Parisiens. *in addition. in cons.*100. *lib.*3. *per totum*: & Tiraquel. *de legibus connubial. glos.*2. *fol.*255. *nu.*45. cum aliis, & Petrum Rebuffum *tom. ad constitutiones Regias in tract. de consuetud. vsu & stylo. in præfatione, pag.*7. *num.*25. & Guido Papæ *decis.*336. quæ incipit, *Quid de habentibus in hac patria, nu.*1. vbi tradit, † an mulier agere possit pro bonis paraphernalibus 27
in loco vbi bona sunt sita, vel in loco vbi maritus domicilium habet.

Ex doctrina autem Ancharrani, Gozadini, & aliorum, quos *suprà* citaui, infertur, quòd si Genuenses, vel alij exteri huius Regni moriantur in Hispania ab intestato, † est indicandum de bonis, quæ in Hispania re- 28
linquunt secundùm leges Hispaniæ & Castellæ: quæ conclusio confirmatur per ea quæ scribit Thesaurus *decis. Pedemontana* 106. *n.*4. & rectè Augustinus Beroius *in consil.*125. *nu.*21. *lib.*2. ad ista legendus. Item facit doctrina Innocentij, quæ in his temporibus in hac Regali Cancellaria est valdè disputata *in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi*, qui dicit, quòd quandocunque filius legitimatus succedit ab intestato, † non 29
est habilis ad succedendum in bonis sitis extra territotium legitimantis: sequitur Luc. de Penna *in l. fin. C.de his qui sponte munera subeu.* Præpositus *in cap. lege, col. penult. distinct.*10. Alexand. *in consilio* 67. *num.*8. *lib.*1. Deci. *in cons.*150. & 157. vbi communem dicit Tellius *in l.*12. *Tauri, nu.*34. & tradit latè Martinus Laudens. *in tractat. de legitimation. nu.*1. *cum sequentibus, fol.*91. *volum.*8. *tractatuum*, & Benedictus de Barziis *in eodem volumine, nu.*44. *fol.*28. *col.*4. Pro quibus facit *cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi*: & *l.*4. *tit.*15. *part.*3. in illis verbis: *Piden merced los omes a los Emperadores, y a los Reyes, en cuyo señorio viuen*: vbi latè Greg. Lopez *in glos.* in verb. *en cuyo señorio* citat ad hanc opinionem Innocentium *in d. cap. per venerabilem*, & alios, & plures citat Glos. Paris. *in consuetudinib. Paris.*

part. 1. §. 8. num. 39. Rolandus *in conſil. 39. nu. 9. lib. 4.* licèt contrarium ex *Decio* & aliis ſcribat Gama *deciſ. 307. nu. 4.* & doctrinam *Innocent.* ſequuntur & communem dicunt Epiſcop. Couarru. *in epitom. de ſponſal. part. 2. cap. 8. §. 8 num. 14.* Crotus *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, nu. 88. ff. de liberis & poſthumis:* Roland. *conſ. 88. num. 25. lib. 1.* qui complures refert Franciſc. Mantica *lib. 11. de coniecturata mente defuncti, tit. 10. num. 45. pag. 522. & in editione noua, pagina 273.* Rebuff. *in cap. extirpandæ, §. quia verò de prabend. pag. 416. col. 1.* Carol. Ruin. *in l Gallus, §. ſi eius. num. 35. pag. 291. ff. de liberis & poſthum.* & *in l. 1. §. in filiis, nu. 14. pag. 288. ff. ad Trebellianum*, faciunt ſcripta per Caſtaldum *in tract. de Imperatore, q. 112. fol. 178.* Ex quibus tradit Cephal. *in conſilio 23. nu. 77. cum ſequentibus*, quòd Imperator non poteſt legitimare in terris Ducis Mediolani: & plures concordantes tradit Hieronymus Gabriel *in conſ. 29. num. 6.* & tradit Caldas Pereira, vbi hoc refert *in tractatu de nomination. ad emphyteuſim, q. 21. nu. 54. fol. 243.* Roland. *in conſil. 22. nu. 13. lib. 3.* & latius *in conſil 80. num. 19. cum pluribus ſequentibus, lib. 4.* licet Antonius de Roſel. *in tractat. de legitimation. verſ. legitimationis effectus, nu. 24. fol. 89. volum. 8. tractatuum*, quæſtionem indeciſam reliquerit.

30 Quod confirmo, † quia legitimatus per oblationem Curiæ, admittitur ſolum ad bona quæ exiſtunt intra iuriſdictionem Principis, cuius Curiæ facta fuit oblatio, non ad alia bona; ſecundùm Nicolaum de Vbaldis *de ſucceſſion. ab inteſtat. 5. ſpecie, 5. modo legitiman.* quem citat Epiſcop. Couarru. *in d. epitome, 2. p. cap. 8. §. 7. num. 4. folio 139.* licèt in contrarium faciant quæ ex pluribus Doctoribus tradit Burſatus *in conſ. 10. nu. 2.* & *in conſ. 85. nu. 21. lib. 1.* Decius *in conſ. 20. nu. 2. cum ſeqq. & in conſ. 207. nu. 2. cum ſeqq.* Pariſius *in conſil. 1. nu. 7. cum ſeqq.* qui plures citat. & *nu. 8. lib. 2.* & legendum eſt *conſ.* Portij *105. nu. 1. cum ſeqq.* Antonij Gama *deciſ. 307. n. 5.*

31 Quod procedit † niſi legitimatus ſit per ſubſequens matrimonium: nam is verè, & naturaliter, & in omnibus, & per omnia æquiparatur filio legitimo, ſecundùm *Abbat.* poſt communem *in cap tanta, qui filij ſint legitim.* & Anton. *in cap. per venerabilem, nu. 16. eodem tit.* facit etiam *l. 1. tit. 13. part. 4.* de quo latè Tiraquel. *in tract. de primogen. quæſt. 34. per totam*, & Epiſcop. Couarru. *in epitome de ſponſal. part. 2. cap. 8. §. 2. num. 10. cum aliis, & num. 26.* cui addo Petrum Rebuffum *in praxi benefic. tit. de reſcript. legitima mixto: pag. 591. nu. 24.* Et id tradit etiam Paleotus *de noth. & ſpuriis, cap. 12. nu. 6. fol. 50. volum. 8. tractatuum*, licèt hoc ſuccinctè tractet. Et ideò talis filius ſuccedit † in maioratu, vt fundatur per Tiraquellum *vbi ſuprà*, & Gregor. Lopez *in l. 1. tit. 13. part. 4.* & *in l. 2. tit. 15. part. 2.* de quo vide quæ ſcribo *in 2. part. q. 1 à num. 1.* Et poteſt portare arma parentis, & anteceſſorum, vt fundat Chaſſanæus *in catalog. gloriæ mundi, part. 1. conſider. 77. verſus finem, fol. 29. col. 3.* & his adde quæ ſcribit Gregor. Lopez *in l. 4. titul. 15. part. 4. in gloſ.* in verb. *en cuyo ſeñorio.*

Et eſt communis opinio Doctorum *in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi*, quòd Papæ legitimatio,
33 quando non diſpenſat ſuper radice matrimonij, † non extenditur ad bona temporalia laici, ſecundùm Bartholom. Socinum *in conſ. 65. n. 6. & 7. lib. 3.* De quo etiam legenda eſt *l. 4. titul. 15. part. 4.* vbi Gregor. Lopez *in gloſ.* in verbo, *diſpenſaſſe*, Iacob. Puteus *deciſ. 483. lib. 2. num. 4.* Et quòd diſpenſatio facta per Papam, ſiue legitimatio, etiamſi ſit ſuper radice matrimonij, non operetur effectum niſi in bonis ſitis in dominio temporali Eccleſiæ, tradit Curtius Iunior, referendo Socinum *in conſ. 136. nu. 6. & 7.* qui dicit hoc tenere Ioan. Andr. Abb. & moderni communiter *in cap. per venerabilem,*
34 *qui filij ſint legitimi* Et qualiter Papa poſſit † diſpenſare ſuper radice matrimonij, reſoluit Antonius de Roſel. *in tract. de legitimatione, verſ. tractatu explicito: num. 18. fol. 84. volum. 8. tractauum: & verſ. legitimationis effectus, num. 8. fol. 89. col. 1.* & Martin. Lauden. *in tract. de legitimation. nu. 98. fol. 94.* & prius *num. 61. 8. volum. tractatuum.*

Et ab ipſis vltimis fundamentis rectius omnium materiam reſoluit Præpoſitus *in d. cap. per venerabilem, §. quod autem. nu. 65. cum ſeqq.* concludens, quòd quando Papa diſpenſat in radice matrimonij, quia prolem facit legitimam, † poteſt diſpenſare in terris Imperij, & 35
aliorum Regnorum: & diſpenſatio extenditur ad bona temporalia ſita extra Papæ iuriſdictionem, & dominium temporale Papæ, quod eſt conſideratione dignum: & idem volunt Sylueſt. *in ſumma ſua, in verbo, legitimus, nu. 4. & 5. fol. 77. col. 3. & fol. 78. col. 4. verſ. quintum*, Guillelm. Benedict. *in cap. Rainutius, de teſtament. in verb. & uxorem nomine Adelaſiam, nu. 202. fol. 67.* Nec omittenda ſunt quæ ſcribit Benedict. de Barziis *in tract. de filiis non legitimè natis: nu. 44. fol. 28.* Ludouic. de Sard. *de naturalium ſucceſſione, tit. de legitimatis per reſcriptum: nu. 7. cum ſequentibus, fol. 37. volum. 8. tractatuum:* & opinionem *Ioan. Andr.* ſequitur Petrus Gambara *de officio & poteſtate Legati, lib. 7 nu. 223. pag. 228.* & *eodem libro, tit. de diſpenſatione circa matrimonia: nu. 384. pag. 238.* Nauarr. *conſ. 1. tit. qui filij ſint legitimi*, Seraphin *in tract. de fideicommiſſ. art. 23. nu. 70. fol. 209.* & *art. 24. nu. 76.* & legenda eſt *l. 4. tit. 15. part. 4.* & quæ ſcribit Ioan. Garcia *in tractat. de Nobilitate, gloſ. 21. nu. 45 fol. 321.* Et quod Papa non poſſit diſpenſare ſuper radice matrimonij quando conſenſus deficit propter † legis diuinæ prohibitionem, quia erat vxoratus 36
vel volebat contrahere cum nepte, vel affine, vel aliud ſimile, tradit Anton. de Roſel. poſt Ioan. Andream, quem citat *in tract. de legi. imatton.* & legi debet Hieronym. Gabriel. *conſ. 31. n. 7.*

Et quid operetur legitimatio † facta ſuper radice 37
matrimonij? & quòd Papa videatur legitimare ſuper radice matrimonij legitimando prolem cum matrimonio, tradunt Ioan. Andr. Cardin. & Abb. *in gloſ. 2. in d. cap. per venerabilem*: idem Abb. *in cap. literas, nu. 17. de reſtit. ſpoliator.* Anchar. *in conſ. 31. & 410.* aliàs eſt *conſ. 409.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, nu. 20. de conſtit.* Celſus *conſ. 1. nu. 7.* vbi tradit eſſe ad hoc maximi momenti illa verba, quæ apponuntur † in iſt. 5 diſpen- 38
ſationibus, *ex nunc prout ex tunc:* & idem Celſus *in conſ. 119 nu. 6.* conſultus in quadam cauſa maximi momenti inter Ducem de Metinna & Comitem de Vrueña. Sed iſti Doctores obſcurè tenent id ad quod Celſus eos citat: legenda autem ſunt quæ ſcribit Epiſcop. Couar. *in epitome de ſponſalibus, part. 2. cap. 8. §. 8. nu. 13. cum ſeqq. fol. 143.* Menoch. *conſ. 181. nu. 2.* Molina *lib. 1. de primogen. cap. 2. nu. 10. cum ſeqq. fol. 8.* Ahumada *in l. 2. tit. 15. part. 2. gloſ. 10. in verb.* ſi no el hijo mayor, *nu. 8. fol. 144.* Capra *conſ. 1. n. 8.* Chaſſan. *conſ. 43. n. 11. & 17.* Gama *deciſ. 152. nu. 2.* Roland. *in conſ. 61. nu. 18. lib. 1.* Oſaſcus *deciſ. Pedemontan. 119. nu. 21.* Gozadin. *conſ. 6.* idem Gozadinus *in conſil. 85. nu. 6. & in conſ. 92. nu. 5.* Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. art. 23. nu. 45. fol. 215.* Pariſ. *in conſ. 2. nu. 22. lib. 2.* Roland. *in conſ. 99. nu. 26. lib. 2.* Paul. de Montepico *conſ. 23. nu. 35.* Rota Romana *nouiſſima, part. 1. deciſ. 661.* Anton. Eugen. *conſ. 52. & 33.* Natta *conſ. 623. nu. 10. lib. 3.* Proſperus Pathaſcus *conſil. 62. nu. 25.* Cephal. *in conſ. 88. n. 30. lib. 1.* qui plures citat. & Caldas Pereira *in tract. de nominat. ad emphyt. q. 21. n. 50. & 51. fol. 243.* notanter Cephal. *in conſ. 186. nu. 28. lib. 2.* Hieronym. Gabr. *conſ. 21. nu. 17.* & iterum Caldas Pereira *dicto loco. nu. 54. & 83. ad fin. numeri*, Ludouic. de Sard. *in tract. de Legitim. 8. volum. tractatuum, in tit. de legitimat.* per *reſcriptum, nu. 11. fol. 37.* vbi latè probat, Papam † non poſſe legi- 39
timare in temporalibus non ſubditum, & ex alieno territorio: & legendus eſt etiam Anton. de Roſel. *vbi ſuprà, fol. 84. nu. 11.* Et de diſpenſatione † matrimonij 40
intra gradus prohibitos, & de prolis legitimatione, tractat etiam Marcus Anton. Cucchi. *de inſtitut. maior. lib. 5.*

lib. 5. tit. 13. de gradib. cogna. pag. 639. num. 11. cum ſeqq. Rebuff. *in regul. de public. reſigna. in gloſ. 1. pag. 562. cum ſequentibus*, Quintil. Mandoſ. *in tract. de ſignat. gratiæ, in verb. diſpenſationes matrimoniales, fol. 87. cum ſeqq.* Pariſ. *in conſ. 52. n. 37. cum ſeqq. lib. 4.* vbi inter alia citat egregium *conſilium* Ancharrani 239. *Parum dubitationis*; vbi dicit, quòd ſi quis impetrat diſpenſationem ad contrahendum matrimonium cum conſan-
41 guinea, eſt in voluntate partis † ea vti vel non, quod quotidie videbis. De quo vide quæ ſcribo, *p. 1. q. 2.* latiſſimè idem Pariſius *conſ. 68. per totum, eodem libro.* Menochius *conſil. 17. lib. 1. & conſ. 181. nu. 17. lib. 2.* Et quòd Papa habilitando matrimonium; & prolem illegi-
42 timè natam, ſi vtitur verbo, *legitimamus*, quod † proles efficiatur legitima quoad vtrumque forum; ſecùs ſi vtatur verbo, *diſpenſamus*, tradit Auguſt. Beroius *conſil. 163. n. 39. lib. 2.* ex Authoribus, quos citat.

Et quantæ ſit efficaciæ legitimatio facta, vbi quis reſtituitur antiquæ ingenuitati, tradunt Anton. & Abb. *in cap. at ſi Clerici: §. de adulteriis, de iudiciis*; Ancharran. *in conſil. 242. & 448.* Corneus *conſil. 9. lib. 4.* & alij, quos citat Petrus Gambara *de officio & poteſtate Legati, lib. 7. nu. 92. cum ſeqq. pag. 220.* Et an infans
43 poſſit † legitimari per Comitem Palatinum, declarat notanter Anton. *lib. 6. communium opinionum, tit. de legitima. concluſ. 5. pag. 379.* Et inter legitimationem &
44 diſpenſationem magna eſt differentia, † ſecundùm ea, quæ notanter ſcribit Curtius Senior *in conſil. 73. n. 6.* latiùs Andr. Gail. *obſeruationum, lib. 2. obſeruat. 142. num. 17. pag. 256.* Et qualiter legitimatus ſimpliciter poſſit ſuccedere in feudis, lege Bartholom. Socinum *in conſil. 3. num. 17. lib. 1.* Ripam *in l. 1. num. 53. ff. de vulgar.* Menoch. *conſ. 20. nu. 22.* ¶ Et prædictis etiam patrocinatur Gloſ. *in l. 1. in verb. faculates. C. vbi pet. an. tutor.* quæ tenet, quòd quilibet Iudex, vbi pupillus habet fa-
45 cultatem, † debet dare tutorem filio: de quo tamen vltra ſcripta per Doctores *in d. l. 1.* vide Tiraquellum *in tract. de primogen. q. 46. nu. 20. & 26.* & egregiam *l. 12.* vbi Gregor. Lopez *tit. 16. part. 6. in gloſ.* in verb. *al juez.* Alexand. *in conſ. 128. nu. 4. lib. 1.* vbi tradit, qualiter tutor ſimpliciter datus ab vno Iudice, dicatur habere adminiſtrationem patrimonij poſiti extra territorium illius Iudicis. Et ad alienandam rem minoris,
46 † requiritur decretum illius Iudicis, vbi bona ſunt ſita: *l. ſi prædium*, vbi Cynus, *C. de præd. minor.* qui ex Innoc. *in cap. paſtoralis, de priuileg.* ſcribit, quid in alienatione
47 rei Eccleſiaſticæ; † & quis Prælatus decretum interponere debeat? de quo vltimo legenda ſunt quæ ſcribo *4. p. q. 17.* & punctum latiùs tractat Anton. Gom. *cap. de reſtitut. minor. nu. 17. in l br. & volumine reſtitutionum, pag. 1445.* & melius Vantius *in tract. de nullitat. tit. de nullit. ex defectu mandati, nu. 143. pag. 485.* vbi inter alia allegat *l. propter litem, licet, ff. de excuſat. tutor.* & *in l. magis, §. illud, ff. de rebus eorum*; & nouiſſimè tradit Bertazolus *in tract. clauſularum, clauſ. 10. gloſ. 6. num. 1. fol. 69.*

Nec eſt omittenda Gloſſa *in l. reſcripto, §. vltimo, ff. de muner. & honor. in gloſ. penult. in verb. collectis*, quæ
48 dicit, quod forenſibus † non eſt imponenda collecta pro rebus, quas habent extra locum, vbi degunt; quia in loco vbi bona ſunt, imponi debet, vbi Bart. idem tenet *num. 4.* & idem Bart. *in l. libertus §. ſoia domus, ff. ad municip.* & *in l. 1. C. de mulie. & in quo loco: lib. 10.* pro quibus facit *l. 5. & vlt. tit. 9. lib. 7. Recopil.* quæ lex ſeruit pro declaratione *legum 3. & 4. tit. 11. lib. 6. Recopil.* & *l. 16. tit. 8. lib. 9. Recopil.* Auenda. *p. 2. de exequend. mandat. cap. 14. nu. 22. fol. 121.* De qua quæſtione quia hic non eſt locus adaptabilis, vide Nicol. Boërium *deciſ. 5. & 7.* & Otaloram *de nobilit. p. 6. cap. 1. nu. 5.* cum
49 aliis, vbi latè tractat qualiter Genuenſes, † & alij exteri huius Regni, teneantur Regi noſtro tributa, & alia iura ſoluere; cui addo Curtium Iun. *in conſ. 42.* & *in conſ. 61. & in conſ. 68. nu. 1. & in conſ. 60. eodem lib. n. 5. & in conſ. 106. lib. 2.* Guid. Papæ *deciſ. 396.* quæ inci-
pit, *Quid de habentibus*, & *deciſ. 5 Cum in præſenti*, & Natt. *in conſ. 139. lib. 2.* vbi notanter loquitur: Alexan. *in conſ. 101. nu. 4. lib. 1.* & *in conſ 52. nu. 5. lib. 5.* & *in conſ. 35. nu. 4. lib. 4.* Franciſcus Marcus *deciſ. 456. nu. 12.* Anton. Rubeus *in conſ. 9.* Bartholom. Socinus *in conſil 302. lib. 2.* Decius *in conſ. 694. & in conſ. 385.* & Nicol. Boerius *deciſ. 260.* Rochum de Curte *in cap. final. de conſuet. ſect. 9. nu. 18. fol. 113.* Alberic. *in rubr. ff. de muner. & honorib. col. 11. verſ. ſed quæro nunquid Nobiles excuſentur.* vbi tractat quæſtionem, quando Nobilibus poſſit imponi collecta pro rebus quæ habent in loco? Chaſſan. *in conſuetudin. Burgund. tit.* des mains mortes, *rubr. 10. col. 1286. verſ. circa hanc materiam*, Tiraquel. *in tract. de nobilit. cap. 20. nu. 166. pag 174.* Marcus *deciſ. 437. nu. 13.* & facit *l. 3. & 5. tit. 4. lib. 7. Ordinam.* & plura ſingularia tradit Cephal. *in conſ. 309. nu. 43. cum ſequentibus, lib. 3.* ad quos addo textum *in l. munerum, §. patrimoniorum, & §. ſordidorum, ff. de muneribus*; Ioan. Franciſcum *in tractatu de Baronibus, pragmat. 10. nu. 31. pag. 245. & in pragmat. 12. num. 7. pagina 272.* poſt Lucam de Penna *in l. cum diues, C. de omni agro deſerto: lib. 11.* Franch. *deciſ. 97.* Boſſium *tit. de Principe, nu. 101.*

Et an † Conſiliarij Regum, Clerici, Nobiles, & aliæ 50
plures perſonæ teneantur ad ſubſidia Delfinalia? & de aliis ſimilibus quæſtionibus plura ſcribit doctiſſimè Guido Papæ à *quæſt. 376. vſque ad quæſtionem 403.* Et quæ differentia ſit inter collectas, & alia onera realia, notatur per Iaſonem *in conſ. 109. ad finem, lib. 1.* & per Baldum *in l. 1. nu. 5. C. de annon.* Alexand. *in conſil. 4. nu. 4. lib. 6.* & Pinel. *in l. 1. par. 2. nu. 72. in verſic. & ideo non eſt locus, fol. 72. col. 1. C. de bonis matern.* & de his etiam vide Auend. *in tract. de exequend. mandat. Regiis: cap. 10. nu. 4. & 22. part. 2. & cap. 14. nu. 33.* Et tempus ad deliberandum † peti debet, vbi eſt maior pars bo- 51
norum hæreditariorum: *l. 1. tit. 6. part. 6.*

Et hæc etiam adiuuat quod in ſimili dicimus, deci- 52
mam prædialem † eſſe ſoluendam Curato illius parochiæ, in qua bona ſunt ſita, *cap. cum ſit, de decim. cap. final. de paroch.* Hoſtienſ. & Ioan Andr. *in cap. à nobis, eodem tit. l. 8. tit. 10. part. 1.* quæ concordat cum dictis iuribus. Quod confirmo, quia iure communi, redditus & obuentiones, † debentur illi Eccleſiæ, intra cuius 53
confinia ſunt prædia poſita: *cap. paſtoralis; de his quæ fiunt à Prælato:* cum *concordantibus*, vt per Ioſeph. Ludouic. *deciſ. 72 nu. 12.* Et beneficiati Curati habent in- 54
tentionem fundatam contra Epiſcopum vt probatur *in d. cap. paſtoralis*: & *in cap. vl im. vt lite penden.* & Imola, & Cardinalis *in conſ. 88.* Bartholom Socinus *in conſ. 279. Viſo. lib. 2.* Ial. *in conſ. 19. In cauſa l. 3.* qua de re plura ſcribit Petrus Rebuffus *in tract. de aecim. q. 7. pag. 21. nu. 3. cum aliis*; quo in loco quando res exegerit videre poteris. Cui addo Tiraquellum *in tract. de utroque retractu: §. 36. gloſ. 3.* vbi etiam tractat *num. 27.* quòd in collatione † beneficiorum eſt inſpiciendus lo- 55
cus, in quo beneficium eſt ſitum: ad quem iungo Dominicum *in cap. cum ex eo, de election. in 6.* vbi concludit, quòd quando fieri debet diſpenſatio perſonæ reſpectu rei per perſonam detentæ, non Epiſcopus habens perſonam ſubiectam ratione originis, † ſed ille, qui ha- 56
bet rem ſubiectam diſpenſare debet: ex quo infert, quòd ſi ille, qui habet beneficium, velit habere ſecundum cum diſpenſatione, ſufficit habere diſpenſationem Epiſcopi, qui habet ſibi ſubiectum ſecundum beneficium; quod latè diſputat Decius *in conſilio 207. per totum.* Et iſtis etiam adde Alexand. *in conſilio 101. nu. 4. libro 1.*

Et dicta eſt computanda in actione reali † à loco vbi 57
res eſt ſita, & non à loco vbi reus domicilium habet, ſecundùm Zenzelinum, & Guillelm. de Monill. *in Clement. 1. de reſcript.* eundem Zenzeli. *in cap. ſtatuim, §. cum verò, de reſcript. in 6.* & ibi Ioan. de Lignia. licèt in hoc contrarium teneant Ioan. Andr. Archidi. Dominic. *num. 15. fol. 21.* Philip. Franc. *num. 12. fol. 14. in d. §.*

cum vero, post Glos. *ibi* : & Ioan. de Imola *in cap. dilectus, col. 4. de foro competen.* dicit, quòd ista vltima opinio seruatur in practica, licet alia sit verior.

58 Et mulier nupta † extra territorium, est incapax acquirendi bona, quæ non possunt habere forenses, secundum Cardin. *in cons.* 135. Felin. *in cap.* 1. *ad fin. de sponsal.* & alios, quos citat Marc. Brun. de Anguil. *cons.* 16. *num.* 128. Et si Imperator concessit mihi Tusco fructum in Alemania alicuius castri, videtur concedere secundum consuetudinem Alemaniæ : & si Alemanico concedatur Tuscia, † videtur concedere secundum consuetudinem Tusciæ; secundum Bald. *in §. si qua controuersia, de pace Constant.* notat & confirmat Lasarte *in addition. ad tractat um gabellarum, cap.* 4. *num.* 15. vbi tradit, quòd statutum iubens solui gabellam de omni contractu, non ligat subditos contrahentes extra territorium; qui addit Menoch. *in tract. de præsumptio. lib.* 2. *præsumpt.* 2. *n.* 5.

59 Et ad concedendum, vel denegandum beneficium † restitutionis in integrum, inspicitur consuetudo, vel statutum loci, vbi contractus factus est, vel vbi res est sita, secundum Bartol. Paul. & Iason. *ff. de eo quod cert. loco* : quos sequitur Rebuf. *tom.* 2. *ad constit. Regi. tit. de restitut. art.* 1. *glos.* 5. *pag.* 129. vbi ex hoc dicit; † quòd quædam mulier nupta, quæ vendiderat villam *de la Comperie* in territorio Andegauensi sitam, non fuit restituta, quia consuetudo Andegauiæ vbi erat sita, potestatem alienandi nuptæ etiam minori concedebat, vbi dicit sic censuisse Senatum. Quod notandum est ad ea quæ infra scribo circa *intellectum legum Taurinarum*, & coram quo Iudice in integrum restitutio peti debeat tradit Rebuf. *vbi supra num.* 19. *in præfatione, pag.* 119. & vide eum *num.* 40. *art.* 1. *glos.* 1. & declarat *l.* 8. *tit.* 19. *par.* 6. de qua non meminit *Episcop. Conar.* qui punctum tractat, *resolutionum, lib.* 11. *cap.* 4. Sed & Ioan. Faber, *in d. l.* 1. *C. de summa Trinitate, col.* 5. dicit, quòd si quis
61 alicuius prouinciæ, † in qua fortè consuetudo retractus non est, vendat fundum in ciuitate, in qua consanguinei possunt vti retractu ad rem venditam per consanguineum, cum talis consuetudo rem ipsam respiciat, potest consanguineus prouinciæ, in qua res est sita, vti retractu : de quo vide Matth. de Affli. *in tract. prot omiseos in princip. col.* 15. *in vers. iam pone quod in terra*, & *in §. final. col. penult.* & Tiraq. *in d. tract. de vtroque retractu: §.* 1. *tit.* 1. *glos.* 1. *num.* 1. vbi refert aliqua, ex quibus hæc nostra opinio confirmari potest; præcipuè Bartholom. Socin. *in cons.* 74. *In præsenti consultatione, lib.* 2. & *in cons.* 271. *lib.* 1. Ias. *in cons.* 194. *Superuacuum videtur, lib.* 2. asserentes, quòd si statuto caueatur, ne domus vendatur irrequisito consorte, poterit Senensis vendere domum, quam habet Pisi, vbi non est tale statutum, consorte minimè requisito : ea ratione Ias. mouetur, quia cum statutum sit contra ius commune, ad bona alibi sita non extenditur.

Ex qua doctrina infertur, quòd si aliquis vendidit fundum Valentiæ vel Aragoniæ (in quibus Regnis
62 leges retractus non sunt) † non potest consanguineus venditoris existens Granatæ fundum retrahere, qui fuit in illis locis venditus; quia consuetudo vel statutum afficit res ipsas : de quo etiam legi debet Montalu. *in l.* 13. *tit.* 10. *lib.* 3 *fori. folio* 165. *col.* 4. Quæ omnia notanda sunt *ad leges nostras Taurinas*, de retractu loquentes.
63 Et quòd † lis super iurisdictione tractari debeat in loco, in quo tractatur de iurisdictione, resolvit Alexand. *in cons.* 1. *num.* 1. *lib.* 5. Et omnes de familia casata, de domo, seu agnatione, sunt vocati, etiamsi sint in diuersis prouinciis, secundum Alciatum *in cons.* 138. *in fin.* Ioan. Petram *in tract. de fideicommiss. quæst.* 11. *numero* 251. *pag.* 310.

Præterea huius classis est, quod probatur *in l. forma, §. si vero. ff. de censibus*, & *in l.* 1. *C. de mulieribus, & in quo loco, lib.* 10. & *in l. an in totum, C. de ædific. priuat.* per quas dicit Gregor. Lopez *in l.* 1. *tit.* 18. *par.* 2. *in glos.* in verb.
64 *de fuera*, quod alienigena huius Regni † non potest, nec debet succedere in castellis, quæ sunt in Regno, vt ibi latius tradit. Et ex hoc etiam dicit Glos. Paris. *in* 2. *part. consuetud. Paris. §.* 56. *glos.* 1. *folio* 124. *num.* 7. quòd in re censuali est seruanda consuetudo loci, in quo est res censualis sita, quod confirmo per sententiam Tiraquelli, *lib.* 1. *de retractu, §.* 6. *glos.* 1. *num.* 5. *pag.* 427. vbi tradit, quod laudemia ex venditione redditum † 65 debet solui domino feudi, in quo sunt sita loca reddituì obnoxia. Et dicit idem Glos. Paris. *in tit.* 1. *de materia feudali, §.* 7. *num.* 34. *folio* 102. quòd circa dispositionem feudi debet attendi locus, † vbi sita est res feudalis, ad 66 quod est aduertendum, quia plerique faciunt æquiparationem de rebus feudalibus ad res maioratus : & hoc citat Ioan. Grat. *regul.* 209. *n.* 13. quod latius infra tractabitur in suo loco.

Et forenses contrahentes in aliquo loco † debent sol- 67 uere gabellam, secundum Baldum *in l.* 1. *C. de contrahen. empt.* Romanum *in singular.* 488. *incip. Per Italiam*, & alios, quos citat Iulius Ferretus *in tractatu de gabellis, num.* 247. De quo legendæ sunt leges Regni, quæ de solutione gabellarum loquuntur, & ibi *num.* 340. tradit, qualiter † sit soluenda gabella in territorio duorum do- 68 minorum, & legenda sunt quæ circa hæc scribit idem Ferretus *in eodem tractatu n.* 377. & 378. & quæ scribo *infra, à num.* 121. & præcipuè est legenda *l.* 9. *tit.* 17. *de las alcanalas, lib.* 9. *Recopil.* Et qualiter Episcopus illius loci, † in quo bona testatoris sunt sita, vel domicilij, aut 69 originis testatoris, possit compellere executores ad reddendam rationem, tresoluit Ancharranus, *in cap. final. de testament. in* 6. *col.* 3. *vers. similis quæstio formatur* : & tradit Cardin. *in Clement.* 1. *num.* 13. *folio* 99. *de testam.* Et scribit etiam Imola *in cap. quod Clerici, de foro competen.* quòd vbi statutum disponit, quòd si decesserit quis ab intestato, succedant agnati vsque ad certum gradum, exclusis fœminis, cùm statutum loquatur in personam, & agat facere hæredem defuncto, † non com- 70 prehendit personam non subiectam, & per consequens non comprehendit Clericum : quem sequuntur Alexan. *in cons.* 44. *num.* 12. *lib.* 5. Carol. Ruin. qui notanter loquitur *in cons.* 195. *num.* 4 : *cum seqq. lib.* 2. Quod notandum est ad ea, quæ scribo *infra, part.* 2. *quæst.* 3. & facit etiam ad propositum aliud dictum eiusdem Glos. Paris. *in eisdem consuetud. §.* 122. *quæst.* 20. *num.* 86. *folio* 195. vbi dicit, quòd quando aliquid simpliciter confertur in feudum, non determinata forma oneris, † insunt tacitè 71 onera consueta, secundum formam consuetam, à quo omnis actus informatur, & declarationem recipit secundum consuetudinem loci seruientis, seu rei, quæ conceditur; & non secundum consuetudinem loci contractus vel loci dominantis : sic Paul. de Castro *cons.* 468. *col.* 2. *lib.* 2. scribit, quòd stante statuto, quòd maritus præmoriente vxore sine filiis lucretur dotem in præiudicium filiorum primi matrimonij, illud statutum non † habet 72 locum in præiudicium filiorum primi matrimonij, qui sunt alienæ iurisdictionis, quod tenet Riminaldus, *in cons.* 30. *num.* 14. Rolandus qui plura ad propositum scribit *cons.* 24. *num.* 29. *lib.* 3. ad quos addo Cephalum *in cons.* 120. post Curtium Iuniorem *in cons.* 9. Ioseph. Ludouicum *decis.* 76. *num.* 11. Roland. *in cons.* 79. *n.* 51. *lib.* 3 Et bona existentia extra territorium, in quibus non potest filia succedere prohibente statuto, † non connu- 73 merantur cum aliis bonis ad constituendam legitimam ipsi filiæ, secundum Barth. Socin. *in cons.* 288. *n.* 23. *vers. confirmatur ratione clara, lib.* 2. Menoch. *in cons.* 280. *n.* 8. *lib.* 3.

Ex quibus doctrinis inferri potest, quòd si quis concedat aliquam rem simpliciter in emphyteusim & cen- 74 sum, † quòd in his, in quibus partes expressè conuenerunt circa solutionem decimæ, & circa commissum, & alia huiusmodi, pacta seruari debent. Si autem in aliquibus pacta expressa non sint facta inter partes, seruanda est consuetudo loci, vbi est sita res emphyteutica, & in censum data; & non consuetudo loci, vbi contractus fuit factus : quod est notabile ad ea quæ habentur

bentur *in toto titulo, de iure emphyteutico* : & *ad l.* 28. & 29. *tit.* 8. *part.* 5. Pro quibus est textus *in cap.* 1. *de feud. cognitio.* vbi probatur, quòd in concessione feudi
75 † est consideranda consuetudo loci, vbi est sita res feudalis, & volunt Paul. de Castro *in cons.* 3. *lib.* 2. Guido Papæ *cons.* 297. Paris. *in cons.* 21. *nu.* 14. *lib.* 1. Caldas Pereira *in tract. de renouation. emphyteut. q.* 9. *num.* 17.
76 *fol.* 68. Et forensis non tenetur † ad onera pro rebus alibi sitis, secundùm Speculat. *tit. de censibus*, Bart. *in l.* 1. *C. de auro coronario, lib.* 10. Iulium Ferretum *in tract. de gabellis n.* 538. & scripsi *suprà, à n.* 34. Et statutum, quod
77 obligat patrem pro filio in contractibus, † intelligitur pro contractibus factis in territorio statuentium, secundùm Barthol. Socinum *in l. Modestinus, ff. de solutio.* Deci. *in cons.* 559. *n.* 2. faciunt scripta per Surd. *decis.* 197.
78 Et licèt feudum Comitatus possit diuidi in Italia, † intelligitur tantum in locis vbi est talis consuetudo, secundùm Ludouicum Gozadinum *in cons.* 84. *nu.* 16. qui refert Oldrad. *in cons.* 237. Alexand. *in cons.* 6. *lib.* 5.

79 Sed huc etiam conuenit † doctrina Baldi *in l. mercatores*, per illum textum, *C. de commerc. & mercato.* vbi dicit, quòd Imperator confiscare potest propter delictum alicuius bona immobilia existentia extra territorium suum, quam doctrinam summè commendat Alex. *in cons.* 31. *Viso titulo, lib.* 1. & Baldum citat Chassan. *in consuetud. Burgund. §.* 3. *nu.* 9. *pag.* 386. Et communis opinio Legistarum est, quòd quando de iure communi publicantur bona stabilia, applicantur illi fisco, vbi bona sunt sita, secundùm Romanum quem citat Matthæus de Afflictis *decis.* 282. *Orta lite, nu.* 16. Felin. *in cap. postulasti, nu.* 6. *de foro competenti*, & tradit Cephalus *in cons.* 79. *nu.* 3. *lib.* 1. Corbulus *in tract. de iure emphyteut. in parte priuationis ob mortem ciuilem. nu.* 74. *fol.* 30. qui refert Bonum, & Iulium Clarum, & alios, Augustinus Beroius *in consil.* 155. *nu.* 31. *lib.* 2. qui plura singularia in ista materia scribit, & tradit etiam Gregor. Lopez *in l.* 4. *tit.* 9. *part.* 3. *glos.* 1. Felin. *in cap. postulasti, de foro competenti* : & *in repertorio, verb. Confisca. io* : Rebuffus *in l.* 2. *ff. de verborum signific. pag.* 27. Iulius Clarus *in practic. crimin. q.* 78. *nu.* 27. *pag.* 348. vbi resoluit & tradit etiam Menochius *in tractatu de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 125. *n.* 48. *pag.* 435. Anton. Peregrin. *in tract. de fisco. lib.* 5. *nu.* 134. *cum sequentibus, pag.* 279. non ob aliam rationem, nisi quia bona mobilia concernunt personam, immobilia verò, rem ipsam; argumen. *l. pupillum, §. territorium, ff. de verborum signific.* Et faciunt scripta ad idem propositum per Tiberium Decianum *in practica criminal. lib.* 4. *cap.* 29. *nu.* 18. Ioannem Azorium *in institut. moralib. lib.* 8. *tit.* 12. *pag.* 965. Et ideo inquit Bart. *in d. l.* 1. *C. de summa Trinitate & fide catholic. nu.* 51. quòd bona
80 publicata in diuersis ciuitatibus, † debent vnicuique applicari, & idem voluit Ioan Andreas, & alij *in cap. cum secundum. de hæretic. in* 6. & alij, quos citat additio Petri de Ferrara *in practic. in forma inquisitionis, vers. transeat in exemplum, in addit. reseruantur, pag.* 510. & facit text. *in cap. felicis, de pœn. lib.* 6. cum scriptis per August. Beroium *in cons.* 66. *nu.* 27. *lib.* 1. Francisc. Marc. *decis.* 729. & *decis.* 450. *nu.* 13. Sed de hac quæstione latiùs tractabitur *in* 4. *part. huius operis, q.* 23. & legenda sunt quæ scribit Barsatus *in cons.* 43. *nu.* 13. 14. 15. & 16. *cum seqq.* Et quòd bona existentia extra territo-
81 rium † ciuitatis, de qua bannitus fuit, non confiscentur, tradit Marc. Brun. de Anguil *in cons.* 83. *nu.* 189. qui ad hoc refert Paul. Alexan. & Ias. *in l.* 1. *C. de hæred. instit.* Alex. *in cons.* 23. & *cons.* 75. *lib.* 2. Barthol. Socin. *in cons.* 28 *in fin. lib.* 3. Curtium Iuniorem *in cons.* 100. & 182.

Et huic etiam parti opitulatur quod scribit Bart. *in tract. Repræsaliarum, in* 1. *quæst. principal. q.* 3. vbi dicit, quod si pater tenetur ex forma statuti soluere condemnationem pecuniariam pro filio, non tenetur pater ad soluendam illam condemnationem, quando filius deliquit extra territorium; quam doctrinam referunt & sequuntur Bartholom. Socin. *in cons.* 172. *num.* 9. *lib.* 2. Decius *in l. voltim. n.* 5. *fol.* 39. *ff. de iurisdict. omn. Iud. dic.* & *in cons.* 359. *In causa.* Angel. & Ias. *num.* 88. & *in §. Actiones, Instit. de action.* licèt contrarium teneat idem Decius parum sibi constans *in cap.* 2. *nu.* 13. *de constit.* Et quòd debitores vnius territorij † non possint agere 82 contra fiscum alterius territorij, cui bona delinquentis fuerunt confiscata, est opinio Cyni, quam dicit communem Augustinus ad Angelum, *de maleficiis, in vers. & eius bona; nu.* 9. quos refert Iulius Clarus *in practic. criminal. §. final. q.* 78. *num.* 28. *pag.* 348. Et quòd lex, † vel consuetudo circa successionem, non operetur 83 quoad bona alterius regionis, resoluit Antonius Peregrinus *in tract. de fideicommiss. art.* 51. *nu.* 35. *fol.* 486. ex Tiraquello *in tract. de primogenitura, q.* 6. *num.* 23. Osasco *decis.* 100. *col. final.*

Et ex istis etiam confirmatur quod scribit Petrus Rebuffus *in tom.* 2. *ad constitut. Regias, in tract. de insinuat. donat. art.* 1. *glos.* 3. *pag.* 375. vbi dicit, quòd consuetudo Galliæ, quæ exigit certam solennitatem ad insinuandam donationem, † non extenditur ad bona, quæ 84 habet donans extra Galliæ Regnum, etiamsi in Regno Galliæ esset facta donatio : refert ad hanc fundandam opinionem doctrinam Baldi *in cap. cum venissent, de eo, qui mittitur in possess. causa rei seruan.* & alias authoritates. Et dicit idem Rebuffus *in eodem tract. & tit. art.* 2. *glos.* 5. *n.* 49. *pag.* 377. & prius *art.* 1. *glos.* 1. *n.* 29. *pag.* 272. quòd insinuatio donationis † debet fieri in eo loco, vbi 85 res donata sita est; & ita dicit declaratum fuisse per Regem Henricum in Gallia : & ad hoc est expressa *l.* 9. *tit.* 4. *part.* 5. ibi, *Fueras ende si lo fiziess con carta se con sabiduria del mayor juzgador de aq. el lugar, do fiziere la donacion.* licèt ista lex videatur facere contra Rebuf. ad quod legi debet *ibi* Gregor. Lopez *in glos. vlt.* vbi tradit, quòd de iure communi non erat hoc ita clarum, *ex l. in hac, C. de donation.* & *in Auth. de de ensoribus ciuitatum, §. nulla.* Et contra Rebuf. facit *l. data, in fine, C. de donation.* ibi, *Gesta apud eum confici super rebus etiam alibi collatis vbicunque suffici.* : vb. glos. Et est contra Rebuf. expressa doctrina Ioan. Fabri *in cap. & cum retro, n.* 2. *Instit. de donat.* quæ nota, quia vidi in facto in negotio satis controuerso. ¶ Et quod donationis in- 86 sinuatio facta in vno loco † extendatur ad alium locum, & bona extra territorium sita, voluerunt Bald. *in consil.* 166. *n.* 6. *lib.* 5. *incipien. i. Quidam Francis.* Andr. Gail. *observationum, lib.* 2. *observat.* 123. *n.* 5. *pag.* 40. per *leg. in hac sacratissima.* & *l. secundum Diui Leonis, C. de donation.* Et ad Rebuf. adde Baldum *in cons.* 167. *Quidam Franciscus. n.* 6. *lib.* 5. vbi dicit, quòd donatio insinuata virtute legis municipalis, porrigit effectum suum ad bona extra territorium sita; † in quo territorio seruatur ius 87 commune, vel aliud statutum : quia vbi sumit essentiale principium & formale, in omnem terram extenditur : & per alias rationes, quas ipse addùcit, & Speculatoris *additio Ioan. Andr. in tit. de instrum. editione, §. porro, in glos. in verb. subscribat, nu.* 4 *fol.* 143. & Menoch. *in consil.* 84. *n.* 31. *lib.* 1. refert Rebuf. *tom.* 2. *de donat. insinuan.* dicentem, quòd insinuatio donationis debet fieri coram Ordinario, vel ratione personæ, vel ratione rei donatæ; & Menochius *Communem vocat.* Et adduco regulam generalem, quam tradit Glos. Paris. *in consuetud. Paris. p.* 1. *§.* 41. *nu.* 89. *fol.* 96. vbi tradit, quòd omnia quæ sunt in dominio Regis, non † possidentur nisi legibus 88 suis, *per cap. quod iure*, 8. *distinct.* & alia iura quæ notanda sunt ad intellectum textus *in l. sancimus*, cum materia, *C. de donat.* & *l.* 9. *tit.* 4. *part.* 5. & pro declaratione doctrinæ Anton. Gam. *decis.* 306. *n.* 21. vbi vult, quòd donatio facta per Regem Portugalliæ viro Castellano, Gallo, aut Italo, debet interpretari per legem Regni Portugalliæ, & idem *decis.* 174. *n.* 15.

Sed & idem Rebuffus *in d. tit. de præconiis, artic.* 4. *glos. vnica, n.* 10. *pag.* 441. dicit, quòd præconia † de- 89 bent dari secundùm consuetudinem loci, vbi bona sunt sita, quod maximè notandum est ad eos, qui appellant

ab

ab executionibus,& venditionibus bonorum, dicendo, quòd in venditione non interuenerunt ſolemnitates neceſſariæ:quia in hoc debet attendi ſtylus cuiuſque ciuitatis,aut loci.Pro quibus facit *l.7.tit.21.lib.4. Recop.* ibi,*En el lugar don de la hizière*:quo in loco Azeu. *nu.* 12.*fol.*341. alia ad propoſitum ſcribit, & facit egregia *l.40.tit.28.par.3.* ibi, *Contra la coſtumbre que deue ſer guardada en venderlas.*Et tradit idem Azeu.vbi hoc refert *in l.4.tit.5.lib.7.Recop. n.14. fol.*139. & probatur etiam *in l.12.tit.21.lib.4.Recop.* Et confirmatur ex tex. *in c.quam grauí*,cum ibi notatis *de crimin. falſ.* & aliis locis concordantibus. Idem etiam Rebuf.*in d. tom.art.* 2.*glo.2.n.5.& 6.*& dicit aliud ad propoſitum ſingulare,
90 quòd † præconia & acclamationes, quando ſubhaſtatur aliqua res debitoris,debent dari in illis locis, vbi bona ſunt ſita,quæ licitantur & venduntur. Nam veriſimile eſt, quod ibi facilius inuenient emptorem , quàm alibi propter affectiones vicinorum , quia ſæpè habent fundos connicinos , & ſupra iuſtam etiam æſtimationem pro bonis dant;argum.*l.ſi cui,ff.de lega.3.& l.1.§.ſed ſi alij,ff.ſi quid in fraud.patro.*

Et certè hæc concluſio mihi vera videtur , cum facilius inueniri poſſit emptor , qui iuſto pretio res emat in loco,vbi res ſunt ſitæ;quia earum habent notitiam,quà carent vicini loci,vbi bona non ſunt ſita,maximè ſi fuit bona in parte longinqua à loco,in quo petitur executio: quod ipſa ratio & experientia docet : ad quod eſt animaduertendum,quia contrarium ſæpiſſimè fit.Nam pro maiori parte dantur præconia ad res,quæ propter debita ſubhaſtantur in locis,in quibus executio petitur , & non in locis,in quibus ſunt ſita.Et ex hoc poſſunt irritari multæ venditiones bonorum , quæ plus offerenti propter debita venduntur.Quæ confirmantur per regulam *d. l. ſi prædium , C.de præd.minor.*vbi ad vendenda
91 bona minorum requiritur † decretum iudicis loci vbi bona ſunt ſita:& tradita à *Rebuf.*licet illum textum non referat *in Concord.at.rubr.de concluſ.Lateranenſ.Concil. pag.*768. vbi dicit,ſic vidiſſe ſeruari in foren ſi iudicio. Aym.*in conſ.*290.*n.*7.Et iſtis addere libet,quòd receptores vnius prouinciæ, † non debent occupare bona al-
92 terius prouinciæ; vt tradit Simanc.*in tract.de hæreticis, tit.*43.*n.*19.*fol.*197.*ex ſecunda inſtructione , c.*11.& *l. Titium,*§.*Mœuium,ff.de adminiſtra.tutor.*

Sed in hoc magnam vim habet conſuetudo , & ſtylus cuiuſque loci, vt*ſupra* traditum eſt ex ſententia *Rebuf.* & aliorum,& addè *deciſ.* Guid.Papæ 262. quæ incipit, *Conſuetudo,ſeu ſtylus.*Sed & Abb.*in c.aſtectus 2.verſ.ſecunda concluſio , de reſcript.* ſcribit , quòd quando quis
93 habet plura † domicilia,& vnum ſit principalius altero, ſed in domicilio inferiori ſit res de qua agitur,tunc debet attendi domicilium minus principale propter bona, quæ ibi reperiuntur : quia tunc in domicilio inferiori duo concurrunt,domicilium & res litigioſa,ideo præualet;quia duo vincula magis adſtringunt, quam vnum;& idem tradunt Abb.*in c.ex parte,6.de foro competent.*Marian.Socin.*in c.vltim.ae for.compet.*Deci.*in conſ.*283.

Et de iſtis domiciliis legenda ſunt quæ noniſſimè ſcribit Tiber.Decia.*in pract.crimi.tom.1.lib.4.c.17. & 18. fol.*174.*cum ſeqq.*& Andre.Gail.*an tract.de Areſt.Imperij.c.6.n.1.cum ſeqq.pag.*377.vbi reſoluit , Areſta extra territorium Areſtati facta,à quo relaxanda ſint.Et quòd quando ſtatuta loquuntur perſonaliter, & non realiter,
94 † non comprehendant bona , quæ forenſes habent in territorio ſtatuentium, reſoluit per doctrinam Bart. *in d.l.cunctos populos,C.de ſum.Trinit.*& aliorum, Pariſ.*in conſil.*53.*n.*86.*lib.*3. qui loquitur in materia fideicommiſſi;& legenda ſunt quæ *ſupra* ſcribo,& doctrina practicabilis Paul.*in l.Prætor ait,*§.*ſin.n.*3.*ff.de edendo,* vbi
95 vult,quòd mercator † poteſt conueniri in loco domicilij,ſi bona ibi reperiantur,quem citat Fulvius Pacianus *in tract.de probationib.lib.*1.*cap.*66. *in additione* , quæ incipit,*Mutinæ.*

Hinc etiam venit,quòd licet circa ſolemnitatem actus
96 † inſpici debeat locus vbi actus fit , vt latè probo *in q.* 62.*à n.*9.ſi verò tollitur obſtaculum perſonæ,talis diſpenſatio non comprehendit bona ſita extra territorium: *§.ſi quis filium,in Authenquib.mod.natur.effician. ſui*:tradunt Bart.*in d.l.1.7.quæſt.principal.*Rebuff. *in d.§.quia vero,6.extirpanda.* Et hæc omnia,quæ peregrina & ſingularia ſunt,& ad varia negotia prodeſſe poſſunt:& alia, quæ hic omitto (quæ *infra in alia quæſtione* tractabo) faciunt pro opinione , quòd pater in bonis, quæ extra Regnum habet , poteſt diſponere vltra metam conceſſam per noſtras leges Regales.Et teſtator codicillans in territorio alieno , † confirmat teſtamentum inualidum per diſpoſitionem ſuæ patrię,vt per Burlatum *conſ.*189. *n.*10.*lib.*2.Et in iſta materia non eſt ſilentio prętereunda doctrina Anton.Peregr.*in tract.de fideicommiſſis,artic.*51.*n.*36.*fol.*486. vbi reſoluit, quòd ſi per ſtatutum ſit data noua forma ſuccedendi , & prohibitum quòd certę perſonę non ſuccedant,non operatur quoad bona alterius regionis.

SVMMARIVM.

98 *Fundatur opinio , quòd parentes de bonis , quæ extra Regnum habent , diſpenſare non poſſunt vltra Tirtium & Quintum.*& n.104.

99 *Statutum dirigens prohibitionem in perſonam , ligat ſubditum vbicunque exiſtentem,*& n.102.

100 *Statuto ſi mulier contrahere prohibeatur abſque licentia conſanguineorum, ligatur mulier vbique exiſtens.*

101 *Mulier coniugata naturalis huius Regni,ſtatuto prohibita contrahere abſq; licentia mariti,an poſſit diſponere de bonis exiſtentibus vbi tale ſtatutum non viget,*& nu.107. *Quid ſi mulier ſit extra Regnum.* num.108.

103 *Statuta fauorabilia an extendantur extra territorium ſtatuentium,*& nu.104.

105 *Statutum prohibens,ne minor,aut filius familias contrahat,an ſortiatur effectum vbicunq; ſunt eius bona.*

106 *Et quid ſi contractus iuramento firmetur.*

109 *Minor,aut filiusfamilias exiſtens extra Regnum,an poſſit contrahere abſque ſolemnitate* capituli anni 1555.Pincię conditi , *referuntur varię ſententiæ à n.*109.*ad.*111.*Authoris opinio,n.*115.116.117.*&* 118.

112 *Solemnitas loci,vbi donatio fit,debet attendi.*

114 *Ratio legis,vel ſtatuti determinat omnes caſus,ſicut genus comprehendit ſpecies. Et eſt ipſa lex,*nu.115.

119 *Maioratum ſi quis inſtituat de bonis extra Regnum exiſtentibus , id facere non poteſt abſque Regia facultate.*

120 *Maritus de bonis,quæ extra Regnum habet,non poteſt dare in arrhis muliori vltra decimam bonorum partem.*

121 *Quid ſi à naturali alterius Regni , dum ibi exiſtit, promittatur,& poſt in Caſtella petantur.*

122 Lex 6.Taurina *an procedat in bonis quæ habent filij extra Regnum.*

123 *Deducitur intellectus* ad l.10.Taurinam.

124 *Explicatur* l.28.Taurina,*quòd mater non poteſt diſponere niſi de vno Quinto.*

125 *Infertur intellectus ad* l.9.Tauri,n.125.

126 *Intellectus ad* l.69.Tauri.

127 Pragmatica dotium , *an ſit extendenda ad bona extra Regnum ſita.*

128 *Et circa dotis taxam an ſit inſpiciendum domicilium viri,aut mulieris,& ibi,& n.*131.*impugnatur ſententia* Menchacę *de hac re.*

129 *Mulier nupta nõ amittit originẽ naturalẽ ſuæ patriæ.*

130 *Quid dicendum in caſu* Pragmaticę , *quæ loquitur de ioiis dandis ſponſis , quod non debent excedere octauam partem dotis.*

131 *Infertur ad conſuetudinem Epiſcopatus Gienenſis, in quo Epiſcopi ſuccedunt Prioribus ab inteſtato, conſanguin eis excluſis.*

132 *Quod ratione caret , extirpandum eſt à Republica.*

133 *Conſuetudo contra ius in dubio irrationabilis præſumitur.*

134 *Conſuetudinem qui allegat, eius rationabilitatem an debeat probare.*

135 *Conſuetudo immemorialis à lege reprobata an poſſit induci.Iniqua non iuuat,* n.138. *Et an conſuetudo immemorialis,*n.140.*Et qualiter eius rationabilitas cognoſcatur,*n.141.*Et an arbitrio Iudicis relinquatur,*n.142. *Authoris ſententia,* n.143.

136 *Conſuetudo vt obſeruetur , in ratione debet eſſe fundata.*

137 *Praua conſuetudo appellatur mors.*

144 *Prædicta* l.6.Tauri,*in illis verbis,*la raiz a la raiz,*an extendatur ad bona exiſtentia extra territorium.*

145 *Et an hic forus ſit idoiſus,*& n.155. & 569.& 210. *Eſt tamen fauorabilis , quando non agitur de excluſione parentum ,* n. 211. *Et an prædicta lex in illis verbis,* el tronco,al tronco,*procedat etiam in bonis, quæ quis à ſeipſo acquiſiuit,* n.215. *Et an dictus forus extendatur ad villas,vel locos, ciuitatis,quæ ſunt eorum caput,* n.216. *Et qualiter dicantur alia bona patrimonialia , vt locum habeat prædictus forus,* n. 218.

146 *Forus excludens parentes à ſucceſſione odioſus eſt.*

147 *Legitima,quæ parentibus debetur,eſt de iure naturæ, ſecundum legem* Partitæ.

148 *Legitima,quam debent parentes filiis,& filij parentibus,qualiter differant? remiſſiuè.*

149 *Galliæ conſuetudo ; qua mortuus ſaiſit viuum , ſaiſit parentes,in hæreditate filiorum.*

150 *Par eſt reddenda ratio parentibus quàm diis ſecundum Ariſtotelem.*

151 *Subſtitutio pupillaris expreſſa an excludat matrem.*

152 *Et an iure pol, ut fori.*

153 *In æquali neceſſitate famis , cui potius , parenti aut filiis, ſubueniendum.*

154 *Filius tenetur dare eleemoſynam patri infideli , potius quam alij fideli.*

156 *Statuta odioſa non extenduntur extrà iuriſdictionem, nec ad bona alibi ſita.*

157 *Statutum excludens matrem à ſucceſſione filiorum propter conſanguineos,non extenditur ad bona alibi ſita.*

158 *Nec quando eam repellit à ſucceſſione pupilli; in bonis extra territorium ſitis procedit.*

159 *Nec quod eam à ſucceſſione filij remouet ; effectum ſortitur in bonis alibi ſitis ;* & n.167. *Nec quod eam à ſucceſſione filij remouet, ad ſucceſſionem filiæ extenditur,*n.164.

160 *Ad qualitatem reditus, an ſit mobilis, vel immobilis,debet inſpici locus,vbi reditus ſolui debet.*

161 *Intellectus* ad l. 63.Taur. *circa ſtatutum excludens creditorem per ſtatutum decem annorum.*

162 *Debita quando ad diuerſos dominos perueniunt, an quilibet debitor in ſuo territorio, eius habita ratione, ſoluere teneatur.*

163 *Nomina debitorum an intelligantur eſſe illius loci,in quo debentur.*

165 *Statutum , quòd exiſtente patruo auum maternum excludit,an excludat auiam matrem.*

166 *Statutum de ſucceſſione ab inteſtato an procedat cùm bona extra ciuitatem donantur.*

168 *Conſtitutio pœnalis exeuntium perſonæ vel bona concernens, an extendatur extra territorium ius dicentis.*

170 *Statutum contra ius commune ad bona alibi ſita non extenditur.*

171 *Statutum laicorum an comprehendat ſucceſſionem,& bona Clerici extra territorium exiſtentia? remiſſiuè.*

172 *Lex ſemper debet intelligi iuxta intellectum , per quem reditur ad ius commune.*

173 *Lex correctoria extenditur , quando reditur ad ius antiquum.*

174 *Diſpenſationes ſunt odioſæ.*

175 *Diſpenſatio an ſit fauorabilis,cum Princeps concedit alicui feudum proſe & primogenito ; reſeruata ſibi poteſtate cum aliis filiis diſpenſandi.*

176 *Princeps an poſſit concedere priuilegium in ulterius præiudicium, quando ex tali priuilegio res ad antiquum ſtatum reducitur.*

177 *Statuentes an poſſint recedere à ſtatuto à Sede Apoſtolica, vel alio ſuperiore confirmato, & ad ius priſtinum redire,ſuperioris licentia non obtenta.*

178 *Conſuetudo ſecundum ius cõmune eſt interpretanda.*

179 *Quæ eſt contra ius,non extenditur.*

180 *Conſuetudo præferens primogenitum, an extendatur ad filium primogenita mortua ante patrem.*

181 *Statutum reducens aliquid ad primæuam naturam eſt fauorabile.*

182 *Res extracta ab aliquo ſtatu,vel maioratu,facilè ad eum redit.*

183 *Conceſſio feudi,vel emphyteuſis,ſi in aliquo alteretur in reliquis,in propria natura manet.*

184 *Natura maioratus vel melioration is ſi in aliquo alteretur , in reliquis propriam naturam & conditionem retinere debet.*

185 *Emphyteuſis noua , aut continuatio antiquæ , an ſit, cùm emphyteuta à re emphyteutica propter non ſolutum canonem cadit,& dominus aut caducitatem non petit,aut remittit.*

186 *Fideicommiſſum an inducatur ex eo , quòd res ad primæuam naturam reducatur.*

187 *Res prohibita alienari extra familiam,ſi redeat ad fideicommiſſarium ex pacto de retrouendendo , eandem naturam an retineat.*

188 *Alienatio prohibita an cenſeatur quando res ad ſuam deuertitur naturam.*

189 *Decimæ feudales ſi ſimul Eccleſiæ donentur, an poſſit Iudex laicus de illis cognoſcere.*

190 *Statutum,vel decretum,quod poteſt aliquid operari, reſtringi debet,vt minus iuri communi deroget.*

191 *Princeps an poſſit naturam feudi mutare . & diſponere quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant. Et an poſſit præiudicare Tertio, cùm per eius diſpoſitionem ad ſtatum antiquum reuertitur,*n.194.

192 *Statutum excludens fœminam extantibus maſculis, quare ſit fauorabile.*

193 *Extenſio ceſſare debet, cùm per eam contra ius commune deuenitur.*

195 *Caſus cùm eſt à iure communi deciſus , non videtur eſſe de mente ſtatuti, quòd ab eo iure communi recedatur,niſi exprimatur.*

196 *Repetitio eorum , quæ ſunt contra ius commune, non eſt facienda.*

197 *Ius commune vi ſeruetur,repetitio fieri poteſt.*

198 *Prælatus an poſſit præiudicare Eccleſiæ , cùm ad ius commune reuertitur,*& n.200.

199 *Rex promittens per contractum non alienare aliqua bona , an poſſit alienare in eum , cuius antea erant.*

201 *Statutum,quod vnum, vel duo poteſt contra ius commune operari,debet ita intelligi,vt minus illud ledat.*

202 *Ad ius commune redire, maximus eſt fauor. Ad illud vt redeatur , an debeat ſumi intellectus vt fœmina ſicut maſculus ſuccedat.*

203 *Statutum per ſuperiorem confirmatum.an tolli poſſit per inferiorem,cùm ad ius commune redeatur.*

205 *Pactum & conſuetudo an extendantur.*

206 *Conſuetudo,quòd feuda inter filios per patres poſſint diuidi ,an extendatur vt pater poſſit prælegare.*

207 *Præſumptio fundata in iure communi contrariam tollit.*

208 *Nobilis conſentiens ſe pignorari, & ſolutus collectam per decennium,ſibi præiudicat.*

209 *Mora purgatio in pœnalibus an admittatur, cum res in suo pristino statu reponi potest.*
212 *Hæreditas magis debetur parentibus, quàm consanguineis transuersalibus.*
213 *Personæ duæ fauorabiles quando concurrunt, magis fauorabilis præfertur.*
214 *Parentes non debent excludi à successione filiorum, nisi sit expressè dispositum.*
217 *Vici, villæ, seu castra ciuitatis, reguntur lege & consuetudine ciuitatis, sub qua sunt.*
219 *Statutum excludens filiam fœminam ob masculos non porrigitur ad bona sita extra territorium*, & num. 220.

Post num. 220. inuenies summaria quæ desiderantur.

Dictis *suprà* tamen non obstantibus (quæ verè non obstant) contrarium de iure verum esse fun-
98 datur sequentibus rationibus.† Et primo hæc sententia negatiua authoritatè sumit ex quadam doctrina Bart. *in d.l. cunctos populos, num. 32. C. de Summ. Trinit.* vbi dicit, quod quando statutum est prohibitiuum in personam, & prohibitio est fauorabilis, vt putà, ne minores decipiantur in confectione testamentorum, statuitur quòd minor non possit facere testamentum: vel si cauetur statuto, quòd vir non possit legare mulieri, vel è contra;
99 tale statutum (quod fortius est) † comprehendit ciuem illius ciuitatis, etiam vbicunque existentem, & talis prohibitio extenditur ad bona alibi sita: opinionem autem *Bart.* sequitur Salicet. *in d.l. cunctos populos*: & Anchart. *in c. canonum statuta, q. 12. de constit. in 6.* vbi hanc quæstionem tractat; & dicit, quòd statuto Trisiuanæ ciuitatis cauebatur, quod nulla mulier maritata posset contrahere absque licentia duorum consanguineorum: contigit, quòd quædam mulier maritata con-
100 traxit Venetiis, vbi non est tale statutum, sine consilio duorum consanguineorum: Concludit *ibi* Anch.† quòd talis contractus non valuit. Quam *Anchar.* opinionem sequitur & confirmat latè Alex. *in cons. 41. Visis quæ subtiliter, lib. 5.* & Barth. Socin. *in cons. 103. Dominelabia,*
101 *n. 19. lib. 4.* vbi latè fundat, quòd statutum † potest ligare personam sibi subditam, etiam vbique existentem: & opinionem *Alexan.* sequitur per aliqua fundamenta Tiraq. *in legib. connubial. in verb.* de son marit: *gloss. 8. n.* 219. & 220. qui tamen licet omnes copias dicendi vincat, non citat Bart. *in d.l.* 1. nec Socin. contra quem tamè tenet Bald. *in cons. 119. Factum proponitur, lib. 3.* vbi tractat, an si oriundus ex vno loco, & in alio habens domicilium, & bona in vtroque, condat testamentum in loco domicilij, iudicetur de illo testamento secundū statuta loci originis, vel domicilij? & an si statutum loci domicilij extendatur ad bona existentia in vtroque territorio? Sententiam autem Bart. *in d.l.* 1. sequuntur & communem dicunt Barba. *in d. cons. fin. lib. 3.* & Baptist. de S. Seuerin. *in d.l. 1. C. de sum. Trinit.* quos refert Roch. de Curte *in c. fin. de consuet. sect. 9. fol. 115. n. 26.* qui etiam hanc opinionem sequitur & communem dicit: & plures refert Anton. Gabr. *lib. 6. commun. opin. tit. de statut. concl. 8. n. 23. pag. 363. col. 1.* vbi materiam latè tractat.

Sed idem Tiraq. *in d. loco, nn. 228. fol. 351.* sustentat, mulierem prohibitam statuto contrahere sine licentia
102 mariti, † non solum esse prohibitam contrahere in bonis, quæ sunt in Regno, vbi adest tale statutum, sed etiā in bonis, quæ sunt extra Regnum, & alibi sita, vbi tale statutum non viget: refert Bart. *in d.l. 1.* non *in prædicto n. 32.* sed *in n. 39.* vbi Bart. dicit, quod est considerandū, an statutum principaliter & directè statuat circa bona subditi existentia in alieno territorio, & tunc statutum non valet ex defectu iurisdictionis quam in eis est certum non habere statuentes, cū in eis habeatur statuens loco priuati, cum sint extra territorium; *l. 1. ff. de officio Præsid.* pro quo facit, quod scribit Steph. Bertran. *in l. hac edictali, C. de secund. nupt. n. 31. fol. 117.* aliquando statutum principaliter, & directè disponit circa personam
103 sibi † subiectam, & tunc statutum extenditur ad bona alibi sita, tanquam accessoria ipsius personæ: *l. propter litem, §. licet, ff. de excusa. tutor.*

Et quòd statuta fauorabilia extendantur extra territorium † statuentium, probatur *in l. 2. ff. de eo quod cert. loco*, & *in cap. vt animatum, de constit. in 6.* notat Hippo. 104
in d.l. vlt. fol. 7. n. 142. ff. de iurisdict. omnium iudic. sic resoluit Chassan. *in consuet. Burgund. rubr. 4. §. 7. n. 16. col. 675.* quòd donatio facta per mulierem marito constante matrimonio, de bonis, quæ mulier habet in loco, vbi valet donatio facta constante matrimonio; non valet, per doctrinam Bart. *in d.l. cunctos populos.* De qua doctrina agit latissimè Bertazol. *in tract. clausularum, clausul. 7. glos. 19. n. 17. fol. 56.*

Cum igitur ex legibus Hispaniæ, præcipuè Castellæ, & ex vniuersali consuetudine, specialiter ex *l. fori*, & *ex l. 26. & 28. Taur.* pater prohibeatur relinquere vni filiorum pluſquam Tertium & Quintum, & Legitimam, & hæc prohibitio principaliter dirigatur contra parentes, & sint fauorabiles: cum respiciant legitimas, & alimenta filiorum, quæ tot de iure habent priuilegia & fauores, necessario † sequitur, quod sicut pater de bonis, quę 105
in Regno habet, prohibetur disponere vltra Tertium & Quintum, & legitimam: ita de bonis, quæ habet extra Regnum; & non solum si existat in Regno, sed etiam si alibi degat; non tanquam subditus, aut vicinus, nec animo contrahendi ibi domicilium, sed tanquā extraneus; quia adhuc est subditus Regi nostro, & tenetur viuere per leges Regias, & illas custodire. Quod confirmo per egregiam doctrinam Alexan. *in cons. 44. n. 15. lib. 5.* vbi resoluit, quòd in ista materia requiritur quòd tam persona, cui succeditur, quàm persona, quæ succedit, sit subdita statuentibus, per *l. etiam. ff. de tutel.* iuncta *l. 1. in fin.* & *3. ff. de tutor. & curator. datis ab his*, & *l. pupillo, eod. tit.* notat Carol. Ruin. *in cons. 195. n. 5. lib. 5.* nam & idem Bart. *in l. si duo, n. 2. ff. de admin. tutor.* dicit, quòd si per statutum minor, vel filiusfamilias contrahere prohibeatur; tale statutum † porrigit effectum suum, vbicunque 106
sunt bona mulieris, vel minoris; refert text. *in l. pater, §. 1. ff. de castrens. pecul.* & *l. morie. ff. de pœn.* Præterea idem Bart. *in l. ex castrensi. ff. de castr. pecul.* dicit, quòd quando interdicitur alicui administratio in certo actu à Iudice, talis interdictio porrigit effectum suum ad omnem locum. Et hæc etiam adiuuant scripta per Nicol. Boër. *dec. 13. n. 44.* Et quæ dicta sunt confirmantur ex pluribus, quæ copiosè tradit Rolan. *cons. 80. n. 17. cum aliis, lib. 4.* Quod confirmo, quia vbicunque statutum vult, quòd nullus contrahat cum minore, si minor iurat, † non obli- 107
gatur; ex quo facit contra legem, & mortaliter peccat, secundùm Bart. *in l. si quis pro eo, n. 11. ff. de fideiuss.* & *in auth. Sacram. puber. n. 11. C. si aduersus vendit.* & alios, vt per Seraph. *in tract. de priuil. iuram. priuil. 83. n. 70. pag.* 501. quod est notandum ad ea, quæ scribo *infra, n. 80.*

Et ex his etiam apertè primò infertur, quòd cùm per leges nostras Regales, mulier nupta non possit contrahere absque mariti licentia: cùm talis interdictio sit fauorabilis, & dirigatur in personas mulierum nuptarum (quod ex eisdem clarè patet) † prohibetur mulier con- 108
trahere absque mariti licentia, etiam si bona sint extra hoc Regnum. Quòd autem statuta requirentia in contractibus mulierum, consensum consanguineorum, sint fauorabilia, & non odiosa, præsupponit expressè Bart. *in d.l. 1.* & tenet *in l. qui except. in princip. ff. de condict. indeb.* Bald. *in cons. 60. Quadam soror, lib. 5.* Alex. *in cons. 207. Ponderatis verbis, lib. 6.* Barthol. Socin. *in cons. 77. Consilius nostris, n. 6. vol. 1.* quod & tradunt Chass. *in consuet. Burgund. tit.* des droits & appartenances à gens mariés, *rubr. 4. §. 1. n. 18. pag. 506.* Hippolyt. *in l. vlt. ff. de iurisdict. omn. iudic. num. 142.* Nicol. Boër. *in consuetud. Bituricens. tit. de consuetud. iuris statu. personarum, §. 5. glos. vltim. pag. 13.* concludentes, quòd etiam si mulier † sit extra Regnum, non potest contrahere sine mariti 109
licentia.

Licet in contrarium faciat doctrina Rebuf. *tom. 2. ad constit. Regias, tit. de restit. art. 1. glos. 3. num. 23. pag. 129.*

vbi

vbi vult, quòd si mulier minor & nupta vendidit villam sitam in territorio Andegauensi, non est restituenda, quia consuetudo Andegauensium, vbi res erat sita, dabat potestatem alienandi mulieri minori, & nuptæ, & ita dicit pronuntiatum fuisse per Senatum, allegat Bart. Paul. & Iaso. *in l. 2. ff. de eo quod cert. loco.* Quòd autem in contractu facto per mulierem in istis casibus sufficiat obseruare solennitatem loci, vbi contractus factus est, licet bona sint alibi, tradit Hier. Gabr. *cons. 1. num. 2.* Et quòd si mulier sit extra Regnum, & faciat contractum de bonis Regni, non requiratur licentia mariti, probari potest ex sententia tenentium, quòd si persona inhabilitatur non simpliciter, sed sine certa solennitate, valeat contractus, si contrahat extra territorium, vt Aretin. *cons. 54. & 73.* Corn. *cons. 241. lib. 2.* Ias. *cons. 59. lib. 3.* Carol. Ruin. *cons. 201. lib. 1.* & legendum est quod scripsi *supra, n. 72.*

109 Secundo, ex prædictis infertur † intellectus *ad quoddam capitulum Curiarum conditum Pintiæ anno 1555. petitione 78.* hodie *l. 22. tit. 11. lib. 5. ordina. noui.* in quo statutum est, quòd nullus filius familias, vel minor habens tutorem, aut curatorem, possit aliquas merces, vel alias quaslibet res emere pecunia credita, & habita fide de pretio, & die dato ad soluendum, si non interueniat patris, aut tutoris, vel curatoris licentia; quæ lex graues pœnas ponit Tabellionibus, & mercatoribus aliter contrahentibus, vt latius *in d. cap.* cauetur. Nam considerata *Bartoli* doctrina, & aliis supra scriptis, idem dicendum videtur, quod in muliere nupta, scilicet quod quamuis minor extra Regnum reperiatur, vel filius familias, non possunt emere merces aliquas pecunia credita, & in diem soluenda, absque solemnitate expressa *in illo capitulo*, etiam de bonis, quæ sunt extra Regnum.

Et pro hac illatione facit quod scribit Bartholomæus Socinus *in cons. 239. Præsentis consultationis, lib. 3. n. 3.* vbi dicit, quòd statutum Mirandulæ super contractibus minorum, quod vult, quòd contractus factus à minore viginti quinque annorum, maiore tamen viginti, valeat tanquam si esset factus à maiore viginti quinque annorum, non comprehendit casum quando minor aliena bona existentia extra territorium Mirandulæ. ¶ Ex qui-
110 bus fit, quòd statutum, † quod facit habilem filiumfamilias ad testandum, vel è contrario si faciat inhabilem, non extenditur ad bona alibi sita, vt ex Bart. & Salicet. *in d.l. cunctos populos*, Alexand. *in cons. 128. lib. 1.* Paris. *cons. 12. lib. 3.* & aliis probat Simon de Prætis, *lib. 2. de interpretand. defunct. volunt. solut. 4. num. 174. folio 91. col. 3. in fine.* Et pro hoc etiam facit, quod in simili dicimus, quòd suspensus ab officio in hoc loco ex causa, quæ infamiam, vel non infamiam irrogat, vbique locorum est suspensus, & inhabilitata est persona quocunqi vadat, & illum priuatio comitatur, sicut lepra leprosum, vt notat Glos. *in cap. Pastoralis §. verum, de appellat.* vbi Ioan. Andr. & alij, præcipuè Philip. Franc. *n. 18. fol. 54. col. 2.* & ista illatio confirmatur ex aliquibus, quæ tradit Paris. *cons. 99. n. 56. lib. 1.*

Sed siste tantisper egregie lector gradum, quia contra hanc secundam illationem videtur facere, quod scribit idem Barthol. Socin. Doctor eruditissimus, & acutissimi ingenij, *in cons. 131. n. 2. lib. 4.* vbi dicit, quòd quando statutum prohibet minorem contrahere, ita quòd eun-
111 dem ex toto inhabilitat, prohibitio † extenditur ad omnem locum, in quo vult contrahere: Sed si statutum prohibet contrahere sine certa solemnitate, tunc non ligat subditum alibi contrahentem: quia quoad solemnitatem contractus inspicitur locus ipsius contractus, *l. si fundus. ff. de euict.* cum *concord.* & ita intelligit Soc. Bartol. *in d.l. cunctos populos, num. 32. 6. quæst. principal.* & eandem opinionem, quam Socinus fundat, videtur tenere Aretinus *in cons. 73. Diligenter, & maturè, col. 4. num. 6. 7. & 8. vers. ex his ergo*: vbi in terminis ferè nostris tenet, quòd si minor naturalis huius Regni contrahat in loco alio, vbi non sunt leges huius Regni, absque solemnitate, quæ in hoc Regno exigitur in contractu minoris; cùm circa solemnitatem contractus debeat inspici locus, vbi contractus est factus, valet contractus; vt latius *Aret.* fundat.

Pro quibus facit quod eleganter scribit Iacob. Puteus *decis. 365. par. 3. pag. 425.* Ripa *responso 136. num. 1.* vbi concludit, quòd † in donatione seruanda est solemnitas 112
loci, vbi donatio fit per regulam *d.l. si fundum.* Et tradit Ioseph. Mascard. *in tractatu de probationibus lib. 1. conclusione 361. num. 33. folio 227.* & doctrina tenentium, quòd si aliquis forensis faciat testamentum in Barbaria, sufficit ei quòd factum sit coram duobus testibus, secundùm Bald. *in l. iuu ciuile ff. de iustitia & iure*, & *in cons. 245. In Damasco, lib. 4.* Romanum *in l. si non speciali, C. de testam.* Simonem de Prætis *de interpretand. defunct. volutat. lib. 2. interpretat. 1. dubit. 2. solut. 5. nu. 51. folio 117.* Attentis igitur opinionibus Socini & Aretin. videtur distinguendum, quod si minor contrahat in hoc Regno, vel filiusfamilias, tenetur seruare solemnitatem *dicti cap.* etiam in bonis, quæ sunt extra Regnum: si verò contrahat extra Regnum, non tenetur seruare solemnitatem *dicti capituli.*

Sed certè quod Bart. Socin. & Aret. dicunt, † valde 113
mihi scrupulosum videtur (salua tantorum virorum pace) propter sententiam Bartol. *in d.l. 1. n. 32.* inquit enim *Bartol.* quòd statutum, quod ligat minorem, vel mulierem etiam alibi existentem, illam habet rationem, & propter id est factum, ne mulier, vel minor decipiantur in contractibus, quos fecerint, quibus statutum est fauorabile, & hæc secundùm *Bartol.* est vna ratio. Quare prædictum statutum ligat subditum vbicunque existentem. Igitur cum ratio & aperta mens *Bartol.* habeat etiā locum, vbicunque statutum dicat, quòd mulier, vel minor non possit contrahere absque certa solemnitate: cùm talis solemnitas sit introducta, vt minores, vel mulieres non decipiantur in suis contractibus, paria sunt quod statutum dicat, quòd non contrahant minores absque certa solemnitate, vel quod inhabilem reddat minorem, vel mulierem ad contrahendum: in vtroque enim casu militat eadem statuti ratio, & ideo idem ius seruandum est; quia (vt est principium vulgatum) † ra- 114
tio legis, vel statuti determinat omnes casus, sicut genus comprehendit species, vt notant Petrus & Cynus, *in l. iura non in singulas, ff. de legib.* & idem Petr. & Cynus, *in l. quod vero contra, ff. eodem tit.* cum *concord.* congestis per Tiraq. *in l. si unquam, in verbo, liberis, n. 15. C. de reuocand. donat.* & ratio legis † est ipsa lex, vt notat Glo. 115
in l. 2. in verbo rationem, aut legem, C. quæ sit longa consuet. & ratio legis est sicut anima, & est materia brocardica, de qua per Tiraq. *in tract. de cessant. caus. p. 1. num. 133. cum plurib. seqq.*

Nec Bartol. facit † pro Socino, quia Bartol. *in princip.* 116
d. 6. q. ponendo distinctiones in hac materia, *in vers. circa primum*, dicit, quod quando statuta sunt prohibitiua ratione solemnitatis, vt quia dicit statutum, quòd non fiat testamentum, aliudve instrumentum absque duobus Notariis, vel abique alia solemnitate, tunc tale statutum non porrigitur extra territorium statuentis. Ecce ergo quomodo Bartol. loquitur, *non circa solemnitatem, formam, & capacitatem, quæ requiritur in ipsomet contrahente, sed in solemnitate, quæ requiritur ex confectione instrumenti*; quæ diuersissima sunt, vt pluſquam manifestum est: & Bart. apertissimè exponit *in vers. ant statutum.* Quare adhuc tenendum est, † quòd si aliquis 117
minor, vel filiusfamilias naturalis huius Regni, & qui in hoc Regno habeat domicilium, accipiat extra Regnum Castellæ aliquas merces, pecunia credita, & in diem soluenda, absque *d. capit.* solemnitate, & sine licentia patris, & tutoris, non obligatur, nec creditorib. aliquod potest cōpetere ius: quod verissimū esse credo, attenta mente, & ratione ipsius *dicti capituli*, quæ potius considerat, ne minores, vel filijfamilias ludendo, & aliis vitiis, ad quæ est prona iuuenilis ætas, proprias, vel parentum substantias funditus perdant, quam simplicem solemnitatem omissam per Tabellionem. Et Bar-

thol.Socin. & Aretin. loquuntur in caſibus, in quibus non requiritur ſolemnitas ad integrandam perſonam, nec ad euitanda prædicta damna, & inconuenientia, prout in caſu *dicti capituli*. Et iſtam etiam opinionem clariſſimè tenet Bart. *in d. l. ex caſtrenſi, ff. de caſtrenſ. pecul.*

118 Et hæc maximè vera ſunt, † ſi creditor minoris, vel filijfamilias virtute illius obligationis, quæ extra Regnum facta fuit, velit facere executionem, vel intentare hypothecariam contra bona, quæ minor, vel filiusfamilias poſſidet in regno, non etenim potuerunt minores, vel filijfamilias afficere bona, quæ ſunt in Regno per contractum factum contra prohibitionem *dicti capituli*. Et doctrina Socin. & Aretin. procedere poteſt, quando ſtatutum diceret, quòd in confectione inſtrumenti facti per minorem requirantur tot teſtes, vel ſolennitates ipſius inſtrumenti, & chartæ confectionem reſpicientes. Et Salicet. *in d. l. cunctos populos*, (vbi Caccialupus) tradit, quòd mulier, quæ vadit extra territorium ad contrahendum ſine ſolennitate conſanguineorum, requiſita per ſtatutum ſui territorij ex quo non vadit, vt ibi moretur, ſed vt eludat diſpoſitionem ſtatuti, nihil facit; tradit etiam Marc. Brun. de Anguil. *conſ. 69. num. 20.*

Tertiò infertur, quòd ſi quis vult facere maioratum de bonis, quæ habet extra Regnum, vel relinquere vltra Tertium & Quintum (quod idem eſt) tenetur à Rege
119 noſtro impetrare licentiam, & abſque illa † non habebit effectum.

Quartò, ex ſuperioribus infertur intellectus ad *leges*
120 *feri, & l. 50. Taurinam*, ſtatuentes, maritum † non poſſe dare pro arrhis mulieri vltra decimam partem bonorum mariti; quæ leges cum introductæ ſint propter publicam vtilitatem, & ne viri inconſultò calore amoris, profuſa liberalitate patrimonium iactent, certè ligant maritum naturalem huius Regni, etiam vbicunque exiſtentem, qui non poteſt facere donationem vltra decimam bonorum partem de bonis, quæ ſunt extra Regnum. Et hoc deducitur ex mente *Bartol.* & aliorum, prout *ſupra* ſcripſi, & etiam probatur ex doctrina Roman. *in conſ. 39.* quod incipit, *In propoſita quæſtione, numero 3.* vbi dicit, quòd ſtatutum Reginæ ciuitatis, quo cautum erat, quòd maritus non poſſit legari vxori niſi vſque ad certam quantitatem, extenditur & habet locum, etiam marito exiſtente in quolibet loco, vbi ſtatutum non viget: quia cum ſtatutum illud ſit fauorabile, & reſpiciens commodum ipſius mariti, ne amore vxorio bonis ſpolietur, vbique eſt ſeruandum: refert in argumentum, *l. qui exceptionem, ff. de condict. indebit.* & addit *ibi* Roman. quòd idem dicendum eſt in bonis quæ ſunt extra territorium ciuitatis Reginæ, quia nec in illis maritus diſponere poteſt vltra quantitatem taxatam per ſtatutum ciuitatis Reginæ, per *l. magis puto, §. illud, ff. de rebus eorum*: & alias authoritates. Et idem quod *Roman.* tenet etiam Salicet. *in d. l. 1. C. de Summa Trinitate*, quam refert Iaſo. *in l. ſi arrogator, numero 43. folio 35. ff. de adopt.* Bartholom. Socin. *in conſ. 74. Difficultatem quæ in præſenti, num. 3. lib. 3.* & *in conſ. 79. Dominus labia mea, num. 5. lib. 5.* & idem tenet Alexand. *in conſ. 43. Videretur prima facie, num. 11. lib. 5.* vbi ad hoc citat authores Bart. & Bald. *in d. l. 1. C. de Summa Trinit.* licèt contrarium teneat ibi Gloſ. Pariſ. *in additione*, quæ incipit *Vxorem*, & *in conſ. 41. eodem lib. in additione*, quæ incipit, *Quod ſic: eodem lib.* Quæ concluſio
121 Romani & aliorum † vera mihi videtur, & tenenda ad *dictam l. 50. Taurinam*, licèt contra iſtam illationem facere videatur, quod eleganter ſcribit Alciat. *reſponſ. 71. num. 5.* vbi latè probat, quòd ſtatutum prohibens, quòd aſcendens non poſſit meliorare conditionem deſcendentis directè, nec indirectè, non extenditur, nec vendicat ſibi locum in bonis ſitis extra territorium: quia in illis valet melioratio: mouetur ex ſcriptis per Dec. *conſ. 26.* & reſpondet ad doctrinam Bart. *in d. l. 1.* Sed ego multum dubito de doctrina *Alciati.*

Et circa iſtam illationem animaduerto lectores de concluſione ſingulari, & quam vidi in practica, quòd ſi quis in Regno Valentiæ, vel alio ſimili, promittat arrhas mulieri, & poſteà petantur tales arrhæ in Regno Caſtellæ, ſolui debent tales arrhæ, licet excedant decimam bonorum partem, ſi ille, qui arrhas promiſit, erat naturalis illius Regni. Pro qua concluſione faciunt quæ ſcribo *infra, quæſt. 62.*

Quintò infertur intellectus *ad d. l. 6. Taurin.* æquiparantem (vt ſuperius dixi) ſucceſſionem parentum circa filios, & filiorum circa parentes: quia attento quod illa lex eſt parentibus fauorabilis, † habet locum in bonis, 122
quæ filij relinquunt extra Regnum Caſtellæ.

Sextò, idem dicendum eſt in caſu *l. 7. Taur.* quæ mandat, quòd fratres non poſſint concurrere cum parentibus in ſucceſſione; quia lex eſt facta in fauorem parentũ.

Septimò infertur † intellectus *ad leg. 10. Taurin.* 123
qua cautum eſt, quòd pater non poteſt dare filiis illegitimis vltra quartam bonorum; quia lex illa eſt introducta ad reprimendam luxuriam, & coitus illicitos, & in fauorem Reipublicæ Chriſtianæ, & in fauorem filiorum legitimorum; ad quod vide Bald. *in d. l. 1. num. 14. C. de Sum. Trinit.*

Octauo infertur, idem eſſe dicendum in caſu *leg. 28.* 124
Tauri, quæ ſtatuit, quòd pater nec in vita, neque in morte poſſit facere donationem, neque diſponere niſi de vno Quinto bonorum. Nam cum hæc lex ſit fauorabilis, & introducta in fauorem legitimæ, quæ ratione naturali, aut ſecundum plures inre naturæ filiis eſt debita, & tantis gaudet priuilegiis ſecundum ius, procedit etiam in bonis, quæ pater & mater habent extra Regnum. Infero etiam † intellectum *ad l. 9. Taurin.* hodie 125
l. 7. tit. 8. lib. 5. Recop. ſtatuentem, qualiter filij illegitimi ſuccedant matribus: ad quam iungo, quòd filij naturales ſuccedunt contra matris voluntatem, *l. ſi ſuſpecta, §. 1. ff. de inof. teſtam.* Gloſ. *in l. ſi qua illuſtris, C. ad Orphician.* vbi Doctores & alij, vt per Epiſcop. Couar. *in epitome de ſponſal. p. 2. c 8. §. 4. in fine*, Petr. Surd. *deciſ. 293. n. 2.* qui citat Epiſcop. Couar.

Nono infertur † intellectus *ad l. 69. in eiſdem legibus* 126
Tauri: ſtatuentem, non poſſe aliquem donare omnia bona ſua, etiamſi ſint prætentia & non futura; quæ lex continet etiam prohibitionem fauorabilem, & dirigitur in volentem donare, & reſpicit lex bonum publicum, & eſt fauorabilis, ne homines cogantur egere, & triſtem exitum ſentiant: & ideò ſubditus huius Regni, etiam vbique exiſtens, non poterit facere donationem omnium bonorum præſentium; maximè ſi talia bona ſint in hoc Regno.

Decimo infertur intellectus *ad pragmat.* quam vocamus, *dotium*, datã *Madritij anno 1534.* quæ taxat quantitatem, quam parentes poſſunt dare filiabus in dotem, quæ nunc eſt *l. 1. tit. 2. lib. 5. ordina.* nam cum prædicta lex fuerit facta ad refrenandam prodigalitatem parentum, qua vtuntur in conſtituendis dotibus filiarum, & ſit facta propter fauorem filiorum maſculorum, ex qua etiam lege alię reſultant Reipublicę vtilitates, certè extendi † debet in bonis, quę parentes habent in regno 127
Caſtellę, & extra illud, & id iuſtiſſimum videtur ex mente *dictæ Pragmat.* & vide quod ſcribo *infra*. Qua in re animaduerto ad nouam doctrinam Mench. *lib. 1. controu. illuſtrium, cap. 3. n. 20.* vbi tradit, quod ſi contractus matrimonij fiat inter virum Luſitanum, & fœminam Caſtellanam, eſt inſpiciendum domicilium mariti circa taxam dotis factam per *dictam Pragmaticam* ex doctrina Bart. *in d. l. 1. n. 18. verſ. ex prædictis poſſunt*, quam dicit ibi communem Iaſ. *n. 60* & Dec. *conſ. 19.* & 128
aliorum; quos citat. † Quę doctrina Menchac. difficilis ex ſuperioribus videtur. In qua materia animaduerto, quod mulier nupta † non amittit originem naturalem 129
ſuę patrię, *l. origine, C. de muneribus & originar. lib. 10.* Confirmat Theſaur. *deciſ. 123. n. 2. & num. 9.* & 12. qui punctum latè tractat.

Vndecimò

130 Vndecimò infertur, † idem eſſe dicendum in caſu *Pragmatica 101. datæ Madritij dicto anno*, quæ dicit, quòd ſponſus non poteſt dare ſponſæ in muliebri mundo, & donis vltra octauam partem dotis, quam ſponſa marito dedit, vt latius *in d. l.* cauetur, hodie *l. 1. titul. 2. lib. 5. Ordinam.* Nam id non licebit ſponſo facere, neque transgredi diſpoſitionem illius legis, etiam in bonis, vel ex bonis, quæ extra Regnum habet.

Duodecimò, cùm prædicta non procedant vbicumque ſtatutum, vel conſuetudo eſt odioſa, iuxta tex. *in l. ex ea, ff. de poſtuland.* & receptam ſententiam *in d. l. cun-*
131 *ctes populos*; † infertur ad conſuetudinem, quam vſurpauerunt Epiſcopi Gienenſis ciuitatis, circa quam in facto habui conſulere, per quam conſuetudinem ipſi Epiſcopi prætendunt, quòd per tempus immemoriale ſunt in poſſeſſione ſuccedendi Prioribus Eccleſiarum dictæ diœceſis, qui ab inteſtato decedunt, parentibus & aliis conſanguineis Clericorum excluſis: nam cum prædicta conſuetudo ſit odioſa, & irrationabilis, & contra naturalem æquitatem, & quodammodo ſit corruptela, non eſt extendenda ad bona, quæ prædicti Clerici Priores relinquunt extra dictum Epiſcopatum Gienenſem, & illius diſtrictum. Nam bona, quæ reperiuntur extra dictum Epiſcopatum (poſito quòd dicta conſuetudo ſit ſeruanda) pertinebunt ad conſanguineos, vel parentes Prioris defuncti, quibus competit ius ſuccedendi ab inteſtato, iuxta vniuerſalem Hiſpaniæ conſuetudinem, quæ admittit vbique conſanguineos ad ſucceſſionem Clericorum, quæ hodie eſt ſeruanda ex *l. 13. tit. 8. lib. 5. Recop.* Idque æquiſſimum, & rationi congruum videtur: maximè quia dicta conſuetudo eſt quidam abuſus, &
132 contra rationem; & ideo extirpanda eſt. Quia, † quod ratione caret, extirpandum eſt à Republica: facit *l. Nulla ratio*, & *l. quod non ratione, ff. de legib.* cum aliis, vt per Decium *in c. ratio: de præbend.* & probatur etiam *in c. ſacratas 23. diſtinctione*, notat Rochus de Curte *in c. final. de conſuetu. ſection. 5. num. 26. fol. 152.* tradit Decius *in c. final. de conſtitut. num. 13. verſ. tertio limitatur.* Roland. *in conſ. 3. num. 46. & in conſ. 69. num. 47. lib. 2.* & *in conſ. 34. num. 22. lib. 3.* Et quælibet conſuetudo, quæ eſt
133 contra ius; † præſumitur in dubio irrationabilis, text. vbi Abb. notat *in c. 3. de eo, qui mittit in poſſeſſ. cauſ. rei ſeruan.* & *in c. 2.* vbi Dec. *n. 8. de probation.*

Et ideo alibi eſt magna inter Doctores controuerſia,
134 † an rationabilitas conſuetudinis ab eo, qui conſuetudinem allegat, ſit probanda de qua quæſtione vide Doctores *in d. cap. vltim.* præcipuè Rochum de Curt. *ſectione 7. num. 24 fol. 131.* & Bartholom. Socin. *in conſ. 92. num. 14. lib. 3.* Rebuf. *tomo 3. ad conſtitutiones Regias in tract. de conſuetu. vſu, & ſtylo, in prafation. pag. 3. n. 9. & in cap. extirpanda, §. qui vero de præbend. pag. 410.* vbi inter alia tradit, quòd conſuetudo etiam immemo-
135 rialis, † poſtquam reprobata eſt à lege, non poteſt induci, ex Cardinale *in Clementin. 2. de rebus Eccleſiæ*: Et
136 conſuetudo, vt obſeruetur, † debet eſſe fundata in ratione, tex. *in d. c. final.* & *in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetu. l. 3 in princip.* & *l. 6. in fine. titul. 2. par. 1.* tradit Alexander *in d. l. de quibus*. Decius *in d. c. 2. de appellat.* Et pra-
137 va conſuetudo † appellatur *mors*, ſecundùm Abb. *in cap. cum venerabilis. col. 2. de excep.* Ioan. Cirier, *in tract. de primogen. lib. 2. quæſt. 15. num. 12.* Roland. *conſ. 34. nu. 12. lib. 3. & conſ. 69. num. 47. lib. 2.* Et conſuetudo iniqua
138 etiam immemorialis † non iuuat, vt probatur *in Authen. Vt nulli iudicum: §. 1. in verſ. male enim inuenta*, & in *auth. omnes peregrini, C. commu. de ſucceſſion.* de quo per Hippoly. *in l. ſi quis ne quæſtio, num. 68. ff. de quæſtion.* & per Gregorium Lopez *in d. l. 3. in gloſſ. in verb.* Bien, *tit. 2. part. 1.* vbi latè tractat, qualiter conſuetudo, quæ non ſit rationabilis, ſit ſeruanda; & addo Francum *in c. 1. nu. 2. de conſuetu. lib. 6.*

139 Sed quòd conſuetudo immemorialis † in dubio præſumatur rationabilis, licèt ſit contra legem, tenent Geminian. & Cardinal. Alexand. *in cap. fruſtra*, 8. *diſtinction.* Abb. *in conſ. 7. Tria circa primum, lib. 2.* Rochus de Curte *in d. c. vltim. de conſuetu. in gloſ. in verb. rationabilis. fol. 32. num. 21. & ſection. 7. num. 24. fol. 84.* & vbi obiq uè etiam dicit, quod vbi conſuetudo † eſt generalis, 140
præſumitur eſſe fundata in ratione. Et qualiter cognoſcatur rationabilitas conſuetudinis, † vide quæ ego ganter 141
tradidit Rebuf. *vbi ſupra, num. 10.* cui addo Dominicum *num. 30.* & Francum *num. 18. in rubric. de conſtitu.* vbi dicunt, † quòd relinquitur Iudicis arbitrio, quæ con- 142
ſuetudo ſit rationabilis, & idem Archidiaco. *in cap. leges, diſtinction. 4. num. 8.* & communis opinio Doctorum *in d. cap. fin. de conſuetu.* prout ibi refert Rochus de Curte *ſection. 2. num. 48. fol. 131.* quod punctum ex profeſſo diſputauit Burg. de Paz *in l. 1. Tauri, num. 316.* cum aliis, tradit latè Menochius *de arbitrar. inaic. caſu 82. n. 2. cum ſequentibus, lib. 2. centuria 1.* Vnius *in communibus opinionibus, verb. Conſuetudo*, Maſcard. *in tractat. de probat. lib. 1. concluſ. 424. num. 32. fol. 261.* Auendañ. *in dictionar. in verb. Conſuetudo, fol. 180. col. 2. aa fin.* Menochius *in conſ. 116. n. 5.*

Quibus omnibus non obſtantibus, ſynceritatem loqui licet, maximam † habet vim præſcriptio immemo- 143
rialis, aut conſuetudo probata cum qualitatibus requiſitis, de qua præciſſimè ſcribo *in 4. part. quæſt. 20.* & in hoc puncto legenda ſunt quæ doctiſſimè ſcribit Epiſcop. Conarr. *in cap. ſi in officiis, num. 8.* & *in cap. prælatum, in ſecundo, de teſtament.* Auendan. *in reſponſ. 19.* Gregor. Lopez *in l. 53. titul. 6. par. 1 gloſ. 7.* Matienç. *in l. 13. titul. 8. lib. 3. Recopilat.* & in puncto & quæſtione animaduerto ad *legem ſi quis Presbyter, C. de Epiſcop. & Clericis*, & *cap. 1. de ſucceſſion. ab inteſtat.* & conducunt quæ ſcribit Auendañ. *caſ. 7. par. 1. num. 2.* Conrad. *in Templo Iudicum, lib. 2. c. 5. §. 4. de dignitate Epiſco. verſ. de poteſtate, num. 5. fol. 173.* Ioan. Lopius *in repetition. rubric. de donation. §. 39. num. 13. pag. 113.* vbi Baraona, Guttierrez *in practicis canonicis, part. 1. num. 66. pag. 35.* Gama, *deciſ. 313.* vbi latè Mena *in addit. 316.* Chaſſan. *in conſuetudinib. Burgund. rubric.* des mains mortes, *§. 5. num. 69. pag. 1177. & rubric. 2. de confiſcatione: §. 2. nu. 25. pag. 382.* & rectè Peregri. *in tract. de iure fiſci, lib. 1. nu. 104. pag. 31. & lib. 4. tit. 3. num. 14. pag. 196.* & plius *nu. 4.* Epiſcop. Couarru. *lib. 2. reſolutionum, cap 9 num. 11.* Iul. Clar. *lib. 3. receptarum, §. teſtamentum, quæſt. 27. num. 1. cum ſequentibus, pagina 24.* Iacob. Put. *deciſ. 315. part. 2.*

Decimotertiò infero alium intellectum † ad *d. l. 6.* 144
Taurinam, in illis verbis: *Lo qual mandamos que ſe guarde, ſaluo en las ciudades, villas, y lugares, do ſegun el fuero de la tierra ſe acoſtumbran tornar ſus bienes al tronco, o la rayz.* Cuius legis verba clarè docent, quòd talis forus extendi non debeat ad bona, quæ filij relinquunt extra loca, in quibus viget talis forus, ibi: *Saluo en las ciudades, villas, y lugares.* quæ verba ſunt limitatiua & reſtrictiua ad bona relicta in talibus locis: quia illud relatiuum reſtringit: *l. ea tamen adiectio, ff.*
de legat. 3. Quod confirmatur, † quia forus, de quo fit 145
mentio *in d. l.* cum ſit odioſus, tanquam auferens parentibus bona, quæ tot iuris diuini, & humani teſtimoniis, eis debentur, non extenditur vltra locum, in quo ille forus ſeruatus eſt. Et ſic ſi filius defunctus, de cuius ſucceſſione tractatur inter conſanguineos ſtipitis & parentis relinquat aliqua bona extra locum, vbi ille forus viget, ſuceedent in illis bonis parentes, & non ſucceſſores de trunco. Ad quod eſt animaduertendum, quia in practica eſt notabile, & vidi in facto dubitare. Quam ſententiam videtur tenere Montaluus, quamvis paucis verbis, & ſubobſcurè, *in l. 1. tit. 6.* De las herencias, *lib. 3 fori, in gloſ.* quæ incipit, *Hereden ſus bienes*, & expreſsè Rojas *in epitome ſucceſſion. cap. 30. numero 12. pagina 291.* Et confirmo ex pluribus quæ in propria materia ſcribit Burſat. *in d. conſ. 8. numero 35. cum tribus ſequentibus.*

Licèt in contrarium faciat quoddam egregium *conſi.* Nattæ *149. per totum*, maximè *num. 12.* & *21.* vbi probare conatur; quòd ſtatutum excludens parentes à ſuc-

cessione filiorum, est favorabile & non odiosum, quia hæreditas debita parentibus est magis quasi delata, quàm debita; quæ ratio apud nos cessat per *eand. l. 6. Taurinam*; & apud illum Authorem multa videre licebit de his, quæ in ista quæstione tractantur.

Et quia (vt prædixi, hæc illatio sæpé contingit, & feci practicari in negotio maximi momenti, hanc conclusionem latius confirmo. ¶ Et primò probatur, quia vt dictum est, forus excludens parentes à successione fi-
146 liorum † est odiosus, quia priuat parentes successione filiorum, quæ illis debetur in solatium filiorum amissorum, *l. iure succursum. ff. de iure dotium*, ibi: *Iure succursum est patri, vt filia amissa solatij loco succederet*; & secundum ipsam naturam illis debita est successio: *Authen. de hared. & falcidi. §. 2. collat. 1.* ibi: *Tanquam hoc secundum, ipsum naturam eis debeatur, quale est, filiis, & nepotibus, & patribus atque matribus.* facit *l. nam etsi parentibus, num. 1. ff. de inofficios. testament. l. 1. tit. 8. par. 6. & d. l. 6. in 1. par.* Et est expressa *l. 1. titul. 11. par. 6.*
147 quæ dicit, quòd legitima, † quæ parentibus debetur, est debita inre naturæ; ibi: *Mas si los herederos fuessen de los que descienden, o suben por linea derecha del fazedor del testamento à que llaman en Latin*, Debitum *iure naturæ*. Quæ lex probare videtur, quòd tam legitima, quam parentes debent filiis; quàm ea, quam filij debent parentibus, est de iure naturæ; ad quam legem aduertendum est, quia soluit illam difficilem quæstionem, in qua tam antiqui, quàm iuniores Doctores valde laborant in plerisque locis, disputantes, an legitima, quam parentes debent filiis, sit de iure naturæ? Et facit etiam pro opinione tenentium, quòd legitima debita parentibus, est de iure naturæ, & non simpliciter de iure ciuili; quicquid teneat Bald. *in l. 1. §. ius naturale. ff. de iustit. & iur.* de quo vide Alciat. *regul. 1. præsumption. 8. num. 3. pag. 45.* Sed ista quæstio non est præsentis instituti: & plures differentias inter legitimam, quam debent parentes fi-
148 liis, & quam debent filij parentibus, † tradunt Carocius *in l. filium quem habentem, numero 183. C. famil. erciscund.* Roland. *in cons. 39. numero 8. cum sequentibus lib. 3.*

Et ex his dixit Petrus Rebuf. *in tom. 3. ad constitut. Regias Gallicanas in tract. de mater. possessor. artic. 9. glos.*
149 *vnica, num. 28. pag. 276.* quòd † consuetudo generalis Regni Franciæ ex qua mortuus saisit vinum, id est, possessorem facit, saisit parentes in bonis filiorum, refert tex. *in l. nam etsi parentibus, ff. de inoffic. testam.* Et odium quod habet dictus *forus*, & consuetudo excludens parentes a successione filiorum propter consanguineos de
150 trunco, etiam ostenditur ex † Aristotele *lib. 9. Ethicorum, cap. 1.* vbi dicit, parem esse dandam rationem parentibus, & diis. Facit text. *in Authent. de non eligend. secund. nuben. §. 1.* & alia plura quæ scribit Tiraquell. *in l. si vnquam, in verb. donatione largitus, num. 21. pag. 193. C. de reuocand. donat.* ex quo dixit Archidiacon. *in c. si pater, de testam. in 6.* quòd *d. c. si pater*, ex quo deducitur,
151 quod substitutio pupillaris expressa † excludit matrem, etiam quoad legitimam, quod probatur *in l. Papinianus, §. sed nec impuberi. ff. de inofficios. testamento*: & *in l. 7. titul. 5. part. 5.* norant Batt. & omnes *in l. 2. ff. de vulgar. & pupilla.* procedit iure *fori*, † non iure *poli*, de quo vide Socin. *in d. l. 2.* & Gregor. Lopez. *in d. l. 7. in glos.* in verb. *Del moço*, & Episcop. Couarr. *in cap. cum esses, nu. 11. fo. 65. & in cap. Raimuntus. §. 5. num. 6. fol. 106. de testament.* Tiraquell. *de pia Causa, priuileg. 69. in fine*, Zasius *in tract. substitution. titul. de pupill. substitution. vers. sextus effectus: pag 282.* Et ideo dicunt Iacob. de Rauen. & Salicet. contra Cynum *ibi in l. 2.* quæ est etiam *vltim. C. de patr. qui filios distraxerunt*; quòd si quis habeat patrem & filium, & sint in æquali necessi-
153 tate famis, & non habeat filius nisi vnum panem, † potius tenetur patri panem dare, quàm filio, faciunt notata in *l. veluti. ff. de iustit. & iur.* & per Paul. de Castro *in d. l. 1. §. ius naturale, num. 4. ff. eodem titul.* & tex. *in cap. caterum, 86. distinctione*, & dicit Ambros. *in Luc. cap. 12. Discce, quod parentibus tuis debes: cum legis à patre filium non voluntate, non opere, non tempore discrepare, & si personis, duo, potestate vnum sunt, vtique nullum ille pater cœlestis laborem generationis expertus est, tu matri debes pudoris iniuriam, virginitatis dispendium, partus periculum, matris longa fastidia.* Et est egregia *l. 8. titul. 23. part. 1.* quę probat, quod filius tenetur dare eleemosynam † patri infideli, potius quàm alij fideli, cum vter-
154 què sit in eadem necessitate. Item, quòd dicta consuetudo sit odiosa, † probatur authoritate Bald. *in cap. 1. in*
155 *princip. num. 6. de successione feudi, fol. 19.* vbi dicit, quòd statutum excludens matrem à luctuosa hæreditate filij, est contra ius naturale, & strictissimè est interpretandum.

Et quòd statuta odiosa † non extendantur extra in-
156 risdictionem statuentium, nec ad bona alibi sita, voluerunt Bartol. *in d. l. 1. de Summa Trinitate*: & ibi Salicet. & alij: Bald. *in cons. 460. lib. 1.* & alij plures, quos citat Matienço *in d. l. 2. titul. 9. glos. 1. num. 76 fol. 255. lib. 5. Recopilat.* Et in terminis Paul. de Castr. *in cons. 32. Circa primum quæstum notandum est, lib. 2. num. 1.* dicit, quòd statutum Rauacatę excludens matrem à successione filiorum, stantibus consanguineis defuncti ex parte patris, † non excludit matrem à successione filiorum in
157 bonis alibi sitis: & idem tenet Decius *in cons. 314. nu. 7. ad finem, consil.* & alij, quos refert Auend. *in l. 6. Tauri, glos. 11. num. 25. fol. 18.* vbi etiam citat hoc ad quos omnes addo notabile *cons.* Carol. Ruin. *48. per totum, lib. 3.* quem citat Cephal. *in cons. 648. num. 15. lib. 5.* & *cons.* Carol. Ruin. retuli *supra*, & Anton. Rubeum *in cons. 136. Viso statuto*; vbi ex hoc dicit, quòd si statuto præcipitur, quòd mater non possit succedere filio defuncto in pupillari ętate, in eius autem bonis succedant proxi-
158 miores agnati, quod tale statutum † non extenditur ad bona relicta, quę filius relinquit extra territorium, vbi tale statutum viget, quia statutum excludens matrem à successione filij, est odiosum; vt notant Petrus, & Cynus *in l. non sine, C. de bonis, quæ liber.* & Bald. *in l. maximum vitium, C. de liber. præterit.* cum aliis, vt per Corn. *in cons. 199. col. 2. lib. 3.* Antonium Thesaur. *decision. Pedemont. 238. numero 3. & 4.* qui id tradit in bono casu.

Et ideò dicit *Rub.* quòd mater † non excludirur à
159 nominibus debitorum filij prędefuncti, quę reperiuntur extra territorium, vbi illud statutum viget; quia de talibus nominibus debitorum idem iudicandum est, quod iudicatur de bonis sitis extra territorium, quę sunt mobilia; refert Rubeum Paulus de Castro, & Decium *in dictis consilijs*: licèt in hoc vltimo contrarium teneat Alexander *in cons. 19. lib. 6. num. 9. & in cons. 31. lib. 1.* & Barthol. Socin. non relato Alexand. *in cons. 36. num. 5. & 6. lib. 1.* quos sequitur Glos. Paris. *in consuetudin. Parisien. titul. 2. de cens. fol. 153. num. 90.* vbi ex hoc dicit quòd ad qualitatem redditus an sit mobilis, vel immobilis, † debemus inspicere locum, vbi redditus solui de-
160 bet, licet alia sit consuetudo in loco fundi: citat text. *in l. Titium, aut Mœuium, §. 1. ff. de administr. tutor.* & *l. quæro, in fin. ff. de solution.* & idem tenet Petrus de Rauenna in nominibus debitorum, scilicet, quòd debeat inspici locus, vbi debent solui nomina: *in titul. de consuetudine, section. 4. num. 2. fol. 141.* Prò quibus adduco sententiam Batt. *in d. l. 1. C. de Sum. Trinita. num. 18.* vbi dicit, quòd si in ciuitate Bononiæ sit statutum, quòd si creditor per decem annos non petat debitum, præscribatur tale debitum per dictum tempus; modò pone, quòd Bononiensis existens Romæ promisit soluere Florentino in ciuitate Bononiæ, & Florentinus stat per decem annos, quibus non petijt creditum, excluditur Florentinus virtute statuti ciuitatis Bononiæ; de quo per Iason. *num. 66. in d. l. cunctos populos, lectur. 2. fol. 9.* & per Hippoly. *in d. l. vltim. num. 76. fol. 4. ff. de iurisdict. omn. iudicum*, quod est notabile † ad intellectum, *l. 63.* 161
Taurina. Sed attende, quòd Gl. Paris. *in d. cons. 19. lib. 6.* tenet contra Alexand. *in d. cons.* quamvis diuersum sequatur

quatur *in dictis consuetudinibus, loco supra citato.* Et quòd quando debita perueniunt ad diuersos dominos,
162 quòd quilibet teneatur † soluere debita in suo territorio, & habita ratione sui territorij tradunt Guillel. Bened. *in c. Raimuntus, de testam. in verbo, & vxorem. num. 851.* Rebuf. *in l. Princeps bona 21. pag. 188. ff. de verborum significatione.*

Sed an & quando nomina debitorum intelligantur esse illius loci, in quo debentur, vel in loco, in quo est debitor, aut creditor? quia Doctores in hoc sunt contrarij, & diuersa scribunt, & non est præsentis specula-
163 tionis, † vide (si expedierit) Tiraquell. *lib. 1. de retract. §. 36. glos. 3. n. 14. cum sequentibus, pag. 752.* & Gregor. Lopez *in l. 4. tit. 29. in glos. 1. in verb.* Mueble, *part. 3.* Iacob. Albens. *cons. 23. nu. 9. part. 1.* eleganter Lapum *allegat. 91. n. 8. & 9.* Simanc. *de institu. catholi. c. 9. n. 131. fol. 29.* Anton. Peregr. *in tract. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. n. 142. pag. 282.* quibus addo quæ scribo *supra, hac par. q. 40. n. 42.*

Vlterius prædicta illatio quæ facta fuit ad *d. l. 6. Taurinam*, confirmatur ex doctrina Archidiaconi *in c. si quis suadente, 17. quæst. 4.* vbi dicit, quòd si statuto cauetur, quòd mater non succedat filio, quia dictum statutum
164 est odiosum, & præiudiciale matri, † non procedit in successione filiæ; & hoc casu masculinum non concipit fœmininum: notatur per Alexand. *in cons. 234. nu. 4. lib. 6.* de quo vide concordantes per eundem Tiraquell. *lib. 1. de retract. §. 1. glos. 9. n. 189.* & dicit Bald. *in l. quicumque, col. 4. num. 11. C. de seruis fugi.* quòd si sit statutum, quòd existente patruo non succedat auus maternus;
165 quia tale statutum non est rationabile, † non per hoc intelligitur esse exclusa auia materna, notatur per Corneum *in l. illam, C. de collation.* & per alios plures, quos refert Glos. Parisien. *in additionad Alexandrum, in consilio 45. Habita. in additione*, quæ incipit, *Materna, n. 7.* vbi Alexand. idem tenet *vol. 7.* ¶ Et cum bona donata
166 sunt extra iurisdictionem, † non habet locum statutum de successione abintestato, vt ex Alexand. *in cons. 128. lib. 1.* probat Carol. Ruin. *in cons. 120. num. 17 lib. 1.* Et
167 quod statutum excludens matrem à successione filij, † non extendatur ad bona alibi sita, volunt Corneus *in cons. 215. lib. 2.* Carolus Ruin. *in cons. 48. lib. 3.* & alij plures quos citat Roland. *in cons. 80. n. 29. lib. 4.* qui latè materiam prosequitur, & plures citat, qui sequuntur Paulum & Decium *in loco supra citato.* Et Abbas *in d. c. Pastoralis, §. verum, n. 20. fol. 121. de appellationib.* ponit
168 pro regula, quòd constitutio pœnalis † concernens exitium personæ, vel amissionem bonorum, non extendit vires suas extra territorium ius dicentis.

Item dicta illatio ostenditur, quia dicta consuetudo, quòd radix redeat ad radicem, & stipes ad stipitem, est
169 contra ius ciuile, & Regium, † & ideò non est extendenda ad bona alibi sita. Quia quando statutum est con-
170 tra ius commune, † non extenditur ad bona alibi sita; vt notant omnes DD. *in d. l. 1.* Alexand. *in cons. 16. lib. 1.* quod est elegans consilium in hac materia: & posteà de illo latiùs agemus, & notat Tiraquell. *in legib. connubialib. glos. 6. q. 28.* quod prodest ad id quod tractat Alciat. *resp. 107. n. 13. cum sequentibus*, vbi plura tradit circa statutum, quod derogat dispositioni *authent. Sacramenta puberum, C. si aduers. vendi.* non extendatur, nec operetur quoad bona existentia extra territorium statuentium, cum sit odiosum; & prodest etiam ad ea, quæ scribit Burs. *in cons. 93. n. 21. cum sequent.* vbi disputat, an
171 statutum † laicorum comprehendat successionem & bona Clerici existentia extra territorium statuentium. Et hanc nostram doctrinam refert & sequitur referendo Velazquez, Ioan. Guttierrez *lib. 3. practicarum quæstionum, quæst. 76. n. 9. pag 631.*

172 Pro quibus etiam facit, quia † lex semper debet intelligi iuxta intellectum, quo redditur ad ius commune; quia est fauorabilior, *l. si vnus, §. pactus ne peteret. ff. de pact.* Bart. *in l. omnes populi, 3. q. 3. quæ. principalis, ff. de iustitia & iure*, cum aliis; & per Felin. *in cap. cum omnes*, & *in cap. cum accessisset, de constitu.* Tradit inter alios plures Burg. de Paz *in cons. 17. num. 18.* late Neuizan. *in Silu. nuptial. lib. 6. tit. quomodo iudicandum pro communi opinione; n. 21. & 22. pag. 570.* Episc. Cou. in hac ipsa materia maioratuum, & in successione masculorum. & fœminarum, *lib. 3. resolut. c. 6. nu. 4.* Quibus conuenit doctrina Innocentij *in c. super eo, de Regularibus*, vbi in illa difficili quæstione, vtrum Monachi, & Moniales possint compelli ad obseruandam strictiorem regulam? resoluit, quòd compelli possunt ad obseruandum regulam antiquam, & secundum statum antiquum regula potest reformari: tradit Decius *in cap. ad nostram 3. n. 6. fol. 276. de appellation.* qui ad hoc citat Hostiensem, & Speculatorem. Et si filia contentiat, quòd pater eam non dotet in vita, & faciat renuntiationem, valet consensus, quia facilè res reuertitur ad ius commune, scilicet, quod pater in vita nihil tenetur præstare filiis; vt tradit Barbosa *in l. 1. part. 4. n. 26. ff. soluto matrimonio, tom. 1.*

Et ideò licet lex correctoria non sit extendenda, *authentic. quas actiones, C. de Sacrosanct. Eccles.* vbi abundè *laso*, fallit, † nisi nos reducat ad ius antiquum commune 173
consuetum, Glos. *in cap. statutum, in verbo, numerandum, de prabend. in 6.* cum aliis, vt per *Tiraquellum*, quem semper malo referre, quam silentio præterire: cum iustius sit lectores admonere de Authore tam abundanti, quàm illius labores vsurpare, & scribere in multis verbis, quæ parcioribus comprehendi possunt; non insistendo, nisi in necessariis, & quæ ab aliis tacta non sunt: quid enim fœlicius esse potest, quàm in vno Authore reperire, quæ cum magno labore, & consumpto multo tempore, quis difficiliter inueniret? vide inquam Tiraquel. *in dict. tract. de primogeniis, quæstion. 24. nu. 6. pag. 216.* & Episcopum Segouien. *lib. 3. resolution. dict. cap. 6. n. 3.* & Rebuffum *in praxi benefic. titul. de differentiis inter rescriptum & mandatum, pag. 95. n. 6.* Felin. *in cons. 44. n. 6.* Quibus concinit quod eleganter in ista materia scribit Aymon. *in cons. 135. num. 38.* vbi tradit, quòd licèt dispensationes sint odiosæ, † iuxta regul. 174
cap. 1. & 2. de filiis presbyter. cum similibus, quæ scripsi supra *in hac 1 part. quæst. 3. a num. 91. & quæstion. 4. à n. 2. cum sequentibus*: tamen si Princeps concedat feudum alicui pro se, & primogenito, subdendo hæc verba: *Reseruata nobis potestate dispensandi cum aliis filiis*: si demum Princeps dispensat cum aliis filiis, † talis dispen- 175
satio est iudicanda fauorabilis; tradit Thomas Grammat. *decisione 106. num. 7.* & faciunt scripta per Ioannem Guttierrez *cons. 1. num. 37.* vbi ex hoc notat, quòd voluntas testatoris, quæ nos reducit ad ius commune, est amplectenda. Et Princeps † potest concedere primi- 176
legium in præiudicium alterius, quando tali priuilegio res reducitur ad antiquum statum, secundum Abb. *in cap. veniens, de præscription. num. 22.* Aymonem *in consilio 135. num. 38.* Rolandum *in consilio 3. num. 121. lib. 1.* Felinum & Iasonem, quos citat Menoch. *in consilio 350. num. 13. lib. 3.* ¶ Et statuentes † possunt recedere à 177
statuto confirmato à Sede Apostolica, vel ab alio superiore, & redire ad ius pristinum, non obtenta licentia superioris, secundum Bartol. *in l. omnes populi, num. 33. ff. de iustitia & iure*, & alios plures, quos citat Felinus. *in cap. cum accessissent, de constitution.* Iaso *in dict. l. si vnus, §. pactus ne peteret, num. 6. ff. de pactis*: & facit quod scribit Aluarus Valascus *consultatione 84. num. 2.* Et † consuetudo semper est interpretanda secundum 178
ius commune; *c. cum dilectus, de consuetud.* Bald. *in consil. 299. Puncti quæstionis, lib. 2.* Purpurat. *in l. 2. §. mutui datio, num. 35. ff. si cert. petatur.* Et consuetudo † contra 179
ius non extenditur, *l. quod non ratione, C. de legibus, cap. quoad translationem de officio Delegat.* & communiter concluditur *in l. de quibus, ff. de legib.* vt dicit Rochus de Curte *in cap. vltimo, de consuetud. in 3. requisito, num. 6. fol. 50.* vbi ex hoc plura infert, & inter alia, doctrinam Ioan. Andre. *in addit. ad Speculator. in titul. de feudis*, dicentis, quòd consuetudo preferens primogenitum,

† non

180 † non extenditur ad filium primogenitæ mortuæ ante patrem; de quo posteà latius dicetur: quia hæc doctrina *Ioan.Andre.*est expresè contra *d.l.40.Taurinam.* Et dicit etiam Decius *in l.certum,nu.3.C.vnde legiti.* quòd statutum quod aliquid reducit ad primæuam naturam,
181 † est fauorabile,& non odiosum; citat Glos.*in d. cap.*
182 *statutum de prabendis in 6.*Ex quo infertur,quòd res † extracta ab aliquo statu,vel maioratu, facilè reuertitur ad eundem statum,vel maioratum,quod est summè notandum. Et si concessio feudi, vel emphyteusis in ali-
183 quo alteretur, † in reliquis remanet propriæ naturæ, *cap. 1. de feudo non habente propriam naturam*; notant Parisius *in cons.23. num.26. lib.1.* Osascus *decisione Pedemontan.53.n.16.*

Ex quo singulariter deduco, quòd si per fundatorem maioratus, vel melioritionis in aliquo alteretur natura maioratus vocando secundogenitum, vel alio quouis
184 modo, † in reliquis maioratus retinere debet propriam naturam & conditionem: quod confirmo authoritate Glos.Parisi.*in consuetudin.Parisien.p.1.§.3.n.106.fol.* 242.vbi post Bartol. Bald. Cæpol.Cornetum, Decium, quos citat,resoluit quod si emphyteuta cecidit à re emphyteutica propter non solutum canonem, si dominus
185 nolit petere caducitatem,vel eam remittat,† non est noua emphyteusis, sed continuatiæ antiquæ, etiamsi in concessione esset expresè conuentum,quòd res ipso facto ineidat in commissum;quia facilè res reuertitur ad suam naturam: faciunt scripta per Cirier *in tract. de*
186 *primogenit.lib.1.q.14.fol.25.col.4.*Et quod † fideicommissum facilè inducatur ex eo, quòd res reducatur ad primæuam naturam,tradit Ripa *cons.132.* & facit quod scribit Andre.ab Exea *in c.1.de constitution.n.78.pag.16.* Siluan.*in cons.66.num.19.*qui plura refert. Et facit ad propositum elegans doctrina Decij *in cons.88. n. 3.* vbi per regulam *d.l.si vnus,§.pactus ne peteret,ff.de pact.*& alia similia scribit,quòd res prohibitè alienari extra familiam si redeat ad fideicommissarium ex pacto de re-
187 trouendendo,† retinet eandem naturam; allegat etiam Bartol. *in l. in diem ff. de aqua pluuia arcend.* & idem Decius *in cons.238.n.5.*Marzari. *de fideicommiss.part.2. quæst. 6.* cum *concordantib.* vt per Simonem de Prætis *lib.3. de interpretanda defunct. voluntate dubitatione 5. solut. 1. n.10.fol.346.* ¶ Et prohibita alienatione, non
188 censetur prohibita eo casu, † quo res ad naturam suam reuertitur,vt per Sylua.*in cons.56.n.31.*Ioseph.Mascardum *in tract.de probationibus,lib.3.conclusione 1257.nu.* 72.*fol.*176.Et si decimæ feudales semel donatæ fuerint
189 Ecclesiæ,† iudex laicus non potest de illis cognoscere; vt tradit Rebuf.*in tract.de decim.quæst.10. nu.50. pag.* 35.Et interpretatio, quæ nos reducit ad ius commune, censetur pia,& fauorabilis,*c.2.in principio de decim.*notat Anto.Rubeus *in cons.9.n.6.& in cons.49. nu.2.* Bartholom.Socin.*co s.*204.*n.4.lib.2.*Et est communis opi-
190 nio, † quod vbi statutum, vel decretum potest aliquid operari,tunc semper est restringendum, vt minus deroget iuri communi quàm sit possibile, vt concludunt DD.*in l.4.§.prætor ait,ff. de damno infecto.* Et est communis opinio secund.Sylua.*cons.27.n.6.* Ex quibus inquit Bald.*in cons.279.Rex Romanorum, & in cons.288.*
191 *col. 3. lib. 3.* quòd † Princeps potest mutare naturam feudi,& sic disponere;quod stantibus masculis fœminę non succedant, quia per hoc reducitur ad primæuum statum,& idem Albert.Brun.*cons.1. col. 5.* & alij plures quos citat Parisi.*cons.16.n.28.lib.1.*

Pro quibus facit quod scribit Neuiza.*in Silua nupt. in vers. non est nubendum, pag. 61. & 62.* vbi probat,
192 quòd † statutum excludens fœminas stantibus masculis, est fauorabile, eo quia reducit nos ad ius diuinum, & ad leges duodecim Tabularum, quibus idem cautum erat; quod est maximè notandum. Sic scribit Cephal.*in cons.155.num.26.lib.2.* quòd Rex potest donare bona Regni in fauorem donatarij, cuius antea erant. Et inquit eleganter Aymo.*in cons.173.num.9.*quòd vbi
193 per extensionem † venitur contra ius commune, cessare debet extensio,vt contrariorum eadem sit disciplina. ¶ Et quando per dispositionem Principis, per quam præiudicatur Tertio, reducitur res ad antiquum statutum, † potest Princeps præiudicare Tertio, secundùm 194
Gozadinum *in cons.1.vers.præterea, & secundo respondeo*, Curtium Inniorem *cons.1. numero 24.* Antonium Gabrielem *libro 3. communium opinionum, titul. de iure quæsito non tollend. conclusione 1. numero 88. pagina* 184.

Et ad ista etiam est mirabilis sententia Bartol. *in d.l. omnes populi, numero 61.vers.item contra prædicta ff.de iustitia & iure*, vbi ponit regulam, quòd vbicumque † casus est à iure communi decisus, nunquam videtur 195
esse de mente statuti, quod ab illo iure communi recedatur, nisi exprimatur expresè: adeo, quod nec argumentum à contrario sentu, quod fortissimum est in iure, sumendum est, quando casus, qui per contrarium sensum per statutum deciditur, prius fuisset à iure communi decisus; quod dictum latè confirmat *Euerard.* qui alios citat *in loco 4. a contrario sensu, in vers. si vero. statutum disponat circa casum prouisum à iure communi, pag.73.* Cephal.*cons.616.num.56.lib.5.* qui loquitur in fauorem quarundam neptum; Barthol. Socin.licet Bartol. non referat *in cons.38.num.3.libro 1.* quæ notanda sunt (vt scribo *par.3.quæst.9.a num. 93.*) pro intellectu *legum 2.tit.15.par.2.*& *l.40.Taur.*disponentium, filium patrem repræsentare, si fortè per testatorem in aliquo casu excludatur repræsentatio: nam talis exclusio non est extendenda ad alium casum, nec in dubio à iure communi recedendum est. Et repetitio eorum quæ sunt contra ius commune, † non est facien- 196
da,vt volunt Alexander *in cons 42.num 3.lib.3.* Socin. Iun.in pulchro casu,*in cons.77.num.32. lib.3.* Zanchus *in l.haredes mei,§.cum ita ff. ad Trebellianum, part.10. num.105.pag.*298.Et è contrario, vt ius commune seruetur, † repetitio est facienda, secundum Aretinum 197
*in cons.144.*Parisi.*in cons.110. num 3. lib.3.*Beroium *in cons.15.num.16.lib.1.*Ioseph.Mascardum *in tractat.de probat.lib.3.conclus.1266.num.43.fol.209.*¶ Et Prælatus potest præiudicare † Ecclesiæ quando reuertitur ad 198
ius commune, vt tradit Abbas *in d.c.veniens, num.22. fol.43. de præscript.* sic dicimus, quòd rescripta à iure communi interpretantur *l.2.& l.fina.ff. de constitution. princip,*vbi Doctores *c. olim, de verborum significat. c. causam quæ, de rescript.*vbi Felinus, Decius *in cons.33.* & alij, quos citat Quintilianus Mandosius *regul. Cancellariæ 16.quæst.27. num.4.fol.93.* ad quos addo Felinum *in c.vltim.de constitut.num.11.*& tradit Mascardus *in tract.de probationibus, lib.1.conclus.172.numero 16. fol.127.*Et si Rex promisit per contractum non alienare aliqua bona, † potest tamen alienare in eum, cuius 199
antea bona erant, vt ex pluribus Authoribus concludit Cephalus *in cons.154. num.26. lib.2.*Et quando fideicommissum reducitur ad statum antiquum, nihil noui inducitur, vt tradit Tiberius Decianus *respons. 33. numero 123. libro 1.* Istis vicinum est, quòd pactum Prælati † nocet Ecclesiæ, vbi res reuertitur ad 200
ius commune, aliàs secus: textus, vbi Abbas *in cap. veniens, de præscription.* cum similibus, vt per Carol. Ruinum *in l.si constante, num. 12.pag.102.ff.soluto matrimonio.*

His congruit, quod quando statutum potest vnum, vel duo operari contra ius commune, debet intelligi ita vt vnum tantum operetur, † & quod minus lædit 201
ius commune, vt tradunt Gratus *cons. 16. numero 18. libro 1.* & alij, quos citat Decisio Pedemonta. 167. *numero 21.* Gozadin. *cons. 35. numero 14. & cons. 85. numero 13.* & conducunt tradita *in decisione Pedemont. 169.numero 4.& decision.165.numero 3.*Et quòd redire ad ius commune † maximus sit fauor, tradit Felinus *in* 202
*dict.cap.cum accessissent, numero 53.de const.*Cephal.*in cons.26.numero 12. libro 1.* Et statutum per superiorem confirmatum tolli potest etiam per inferiorem, † vbi- 203
cumque reditur ad ius commune, secund.Bartol.*in d.l. omnes*

omnes populi, ff.de iustitia & iure,num.53. Felin. *in cap. cum accessissent.col.2.de constit.* Iaso. *in l.omnium,nu.11. folio 93. C. de testamentis*, Parisi. *consilio 92. num.56.*
204 *lib.4.* Et vt redeatur ad ius commune, † sumi debet intellectus, vt fœmina succedat sicut masculus, vt per Hieron. Gratum *cons.9 num.166. lib.1.* quod confert ad ea quæ notantur *in 2.part.quæst.6.de successione masculorum & fœminarum*, & de his vide etiam quæ scribo *in 3. parte huius operis, quæst.9.* & latissimam remissionem Tiraquelli *in tract. de primogenitura, d.quæst.24. pag.213.*vbi ex hoc disputat,an possit primogenitus renuntiare primogenituram; & consentire quòd alij fratres admittantur ad successionem.

205 Item pro hac illatione facit, quia † consuetudo non extenditur, nec pactum, secundùm Baldum *in cap.1. de feud.cogni.* de quo plures conclusiones singulares scribit Felinus *in cap.audivis,num.15.de præscript.* Ex quo venit, quòd consuetudo, vt feuda inter filios possint di-
206 uidi per patrem,† non extenditur, vt pater possit prælegare, licèt prælegatum sit quædam diuisio, secundùm Curtium *in tract.de feud.6.qu.principal.num.4.* Cephal. *cons.26.num.19.* Venit etiam, quod præsumptio,quæ
207 est fundata in iure communi, † tollit contrariam, quamvis faciat pro reo & possessore, secundùm Federicum de Senis *in consilio 234. ad finem,versic.præterea,* Gratum *in consil. 111.n.15.lib.1.*Franciscum Manticam *de coniecturata mente defuncti,lib.6.tit.6.n.4.pag.225.*

Ex istis etiam confirmatur peregrina doctrina Auendañ. *p.2.de exequend. mandatis Regiis, cap.14. num.26. fol.193.* vbi per hanc regulam probat, quòd si nobilis
208 patiatur se pignorari, † & soluit collectas per decennium,sibi præiudicat, nec requiritur tempus immemoriale,eò quia facilis est reuersus ad ius commune, text. *in cap. cum de beneficio, de prabend.in 6.* text. & Glos. vltim. *in l. tria prædia, ff.de seruit. rusticor. præd.* Glos. *in cap.fin. de consuetud. lib.6.* Bernard. Diaz *in doctrinis magistralibus,cap.33.* Balb *in tract.de præscript. 2.p. 4.p. vers. posquam, q.1. num.3.* quæ doctrina difficultatem habet ex regula *cap.ex accedentibus, de priuileg. & l.42. tit.18.p.3.* & ex his quæ scribunt Alexand. *consilio 35.lib.5* Ripa *cons.26.num.27.* Menoch.*cons.75. num.66.* Menchaca *lib. 6. controuers. cap.2.* Balb. *de præscript. part.5 quæst.4.nu.1.cum sequentibus, pag.502.* & Gregor.Lopez *in d.l.42. in glos.1.* ¶ Simile istis est, quòd vbi res ad suum primum statum & esse reponi
209 potest,semper moræ purgatio etiam in pœnalibus † admittitur,secundùm Baldum *in cap.1.col.2. quo tempore miles:* Ripam *in l.si insulam,num.86.& 118.ff.de verborum obligat.* Alexand.*in cons.79. in fin.lib.1.*Curtium Iuniorem *in cons.142. num.14.* & alios, vt per Menochium *de recuperanda possessione, remedio 9. nnm. 156. pag.408. colu.2.* Et id maximè procedit,cum est odiosa (vt suprà latè probaui:) nec existimandum est consue-
210 tudinem illam, quæ dicitur, quòd forus debeat redire ad forum, & radix ad radicem, & sic excludantur parentes à successione filiorum, esse fauorabilem, imò esse odiosissimam,vt plenè dictum est.

Nec quicquam refert,quòd videatur prædictus forus fauorabilis, quia per illum datur consanguineis facultas obtinendi bona, quæ fuerunt maiorum, argumento *l.si in emptione, ff. de minor. l.cum pater, §.libertis, ff. de leg.2.* Glos.*in l.1.§.& Reipublicæ,ad finem, ff.soluto matrimonio*; & *in l.si aquo, ff. de legat.1.* & si quæ sunt
211 similia: quia licèt æquum videatur, † id iustum est,dum non tractatur de exclusione parentum, quibus tamen debita est successio, vt suprà docui. Et certè nunquam mihi persuadere potui, quòd dictus forus sit fauorabilis, imò est odiosus respectu parentum. Et quòd hære-
212 ditas magis † debita sit parentibus, quàm transversalibus consanguineis, tradit Alexand. *in cons.80. Viso, & opportunè: lib.1.* Et quando duæ personæ fauorabiles
213 concurrunt, magis † fauorabilis præfertur, *l. verum, §.final. ff.de minor.* notat Iaso *in l.catera, §.si quis ad opus, num.4.ff.de legat.1.* Decius *in cap. in præsentia, num.51. de probation.* Et in dubio ista opinio est amplectenda, ne mater, vel pater excludantur à luctuosa hæreditate filij, argumento *l.vltim.C.de instit.& substit.* quam in simili casu ad hoc ponderat Dec.*in cons.211. in finalibus verbis,*& *in cons.314.num.5.*& *in cons.315. num.5.* Et parentes non debent excludi à successione
214 filiorum, † nisi fuerit expresè dispositum, *authent. de non eligendo secundò nubentes: §.optimum:* notat Francisc.Mantica *lib.5.de coniecturata mente defuncti,tit.15. num.16.pag.*189.& posteà *num.28.*Et quòd *d.l.6.Taur.* in illis verbis: *El tronco al tronco,* procedat etiam in
215 bonis, † quæ quis à seipso acquisiuit, & à maioribus non habuit, tenent Castill. *ibi,in fin.* Roxas *in epitome de succession.ab intestato: can.30. num.10. pag.*291. vbi *num.14.* ex Bald. *in l.1. num.14. C. de legit. hæred.* & Castill. *in d.l.6.* in verbo, *El fuero*, tradit quod forus de *Sepulueda*, & *Molina*, habet locum ab intestato, non ex testamento. De quo puncto legenda sunt quæ scribit Ioan.Gutierrez *practicarum quæstionum, q.98. lib.2.* Ioan.Lopius *in l.74. Tauri*, & *in l.75. num.1.* Antonius Gom. *num.3.* Cifuentes *colum.8. ad finem,* Arias *num.49.* Marienç. *in l.7. tit.11. glos.1. num.50. fol.352.*& *in l.8.tit.11. glos.16. fol.384* & de materia *dictæ legis 6.*plura scribit Ioan.Gutierrez *eadem part.2. quæst.96.& 97.*

Antè quam relinquamus intellectum *d.l 6.Taur.* necessarium esse iudicaui,& non sine mysterio, quòd consuetudo, vel forus quòd radix redeat ad radicem, vel stirps ad stirpem, quæ adest in aliqua ciuitate,vel villa, quæ sit caput aliorum locorum, vel villarum, † extendi 216
debet ad omnes villas, vel loca subiecta, argumento *l.qui ex vico, ff.ad municipal. l.in Ecclesiis*, quæ est singularis, *C.de Episc. & Cleric.* cum adductis per Bartol. *in l.1. ff. ad municipal.* & *in l.non dubito, ff. de captiu.* Felinum *in cap.Rodulphus, num.3.& 6.de rescript.*Bald. *in l.1.§.in initio, ff. de officio præfect. vrb.* Marcus *decis.365. per totam:* Cephalus *in cons. 414. num. 31.* Quintilian. *libro 3.* Rebuf. *in l.2.ff.de verborum significat. pag.16.* & *in l.qui in continen.ibus,147. pag.710.* Licentiatus de Lara *in tract. Capellaniarum: cap.31. num.84. pag.222. lib.1.* notant Rebuf. *in l. bona, 15. pagina 144. ff. de verborum significat.* Auiles *in cap.19. correctorum, num.83. fol.202.* Nicol.Boërius *quæst.13. num.26.* Alciat.*in cons.77.num.2.* Menoch. *lib.1.de arbitrar.iudi. q.99.num.21.& in cons.89.num.18. lib.1.* & idem probatur *in l.fin. C. de exactorib. tributorum,* vbi Ioan.de Plat. ponit regulam, quod vici, seu villæ, vel castra ciuitatis reguntur lege & consuetudine ci- 217
uitatis,sub qua sunt; vbi addit Glos. *in l.ex ea, ff. de postuland.* & *in l.insula, ff. de iudiciis*: & *in Auth. quib. mod. naturales efficiuntur legitimi: §.si quis igitur,* & idem tradunt Bart. & Rebuf. *in l.2.ff.de verborum significat.* & *in l.pupilli, §.orindum, pagina 105.* Socin. *in cons.129. lib...* Sylu. ff. *in sum. verb. Clericus, & verb. Ciuitas.* Bald. *in l.fin.num.4. C.de sacrof.Eccles.* Couar. *in cap.alma mater, fol.122.col.1.* Corset.*in singular.26.* facit *l.3. tit.6. lib.7.Recopil.* quam in proposito voluit citare Gregor.Lopez *in l.5. titul.15. part.4. in gloss.* in verbo, *Termino*, quam materiam latissimè tractat Carolus Ruinus *in rubric. ff.soluto matrimonio, num.338. cum seq. pag.49.* Abb. & Felin. *in cap.Rodulphus*: iste, *num.7. de rescript.* Gregor. Lopez *in l.7. tit.20. p.3.* Alexand.*in cons.16 lib.5.*Nat.*in cons.160.num.4.lib.1.* Rebuf. *tom.1.ad constitution. tit. de literis obligatoriis, art.6. glos.3. num.43. pag.144.* Alberic. *in l.2.num.2. ff.de nundinis,*Mexia *in pragmatic.frument.concl.1.n.75. fol.23.*Alciat.*in tract.præsumption.regul.2.præsumpt.20.* Curt.Sen.*cons.56.n.10.*Parisi.*in cons.16.n.20.lib.4.* Menoch.*q.29.n.20.& in cons.80.n.18.lib.1.* Couar.*in c.37. practicar.* Et qualiter dicantur aliqua bona patrimo- 218
nialia,vt locum habeat prædictus forus, lector omnino videat Socin.Iun. *in cons.20.num.15. lib.1.& in cons.1. num.20.cum aliis, lib.2.* vbi tradit inter alia an statuta retractus sint fauorabilia, aut odiosa.

Infertur etiam ad elegantem doctrinam Bartoli *in d.l.cunctos populos, nu.32. C.de summ.Trinit.* vbi dicit, quòd statutum disponens, quod filia fœmina non succedat, cùm sit prohibitorium, & odiosum, vt *in l.maximum vitium, C.de liberis præteritis,* † non extenditur ad bona alibi sita, facit text. *in authen.ic, successione, C.de suis & legitim. haredibus,* & *l.3. tit.13. part.6.* in illis verbis: *Quier sean varones, quier sean mugeres.* Quam opinionem sequuntur Baldus, Ancharranus, & alij, quos refert Alexand. qui etiam hoc sequitur *in cons.16. nu.1. lib.1. & in cons.128. Consideratis: eodem lib. nu.1. cum aliis,* & plures refert Glos. Parisien. *in addition. ad Alexandrum in d cons.16.* qui idem sequitur, & dicit, quod ita practicatur *in d.cons.16.* qui idem sequitur, & dicit, quod ita practicatur *in d. cons.128.* & *in d.cons.16.* affirmat, verum esse opinionem, quòd talia statuta tanquam realia, non extenduntur extra territoria: quibus adde Ludouicum Gozadinum *in cons.35 breuiter agendo, num.9.* quam quæstionem hodie disputat Ioan. Cephal. *in cons.309. num.1. cum pluribus seqq. lib.3.* Et tandem concludit, quòd si statutum masculis extantibus, excludat fœminas, excludit eas à bonis extra territorium sitis. Et infinitos, qui tenent opinionem Bartoli *in d.l.cunctos populos,* citat Rolandus *in cons.80. nu.23. lib.4.* vbi latè materiam prosequitur. Et etiam tractat Ioseph. Ludouic. *decis.76. nu.1. cum sequentibus,* qui com-
220 muniorem dicit esse opinionem, quòd tale † statutum excludens fœminas ob masculos, non extenditur ad bona alibi sita; & plures refert Iacobus Puteus *decisione 351. part.1.* Felinus *in cap. postulasti, nu.4. fol.40.*
221 *de foro competenti.* Et quòd statutum † excludens fœminas dotatas ob masculos, non comprehendat fœminas non subiectas ipsis statuentibus, tradunt Calderin. *in cons.34. incipienti, Statuto Ferrarien. tit. de testament.* Menoch. *in cons.250. num.48. lib.3.*

SVMMARIVM.

222 *Primogenitus an succedat in bonis extra territorium sitis? referuntur variæ sententiæ ad propositum, & num.223.226. & 227. deciditur quæstio num.228. & 229. & 236.*
224 *Gabella venditionum debet solui arrendatoribus, vbi bona sita sunt.*
225 *Feudi vera natura est illa, qua regulatur à consuetudine loci, in quo situm est feudum.*
230 *Primogenitura, postquam est radicata, est fauorabilis, & num.233.*
231 *Maioratus in Hispania fauorabiles sunt.*
232 *Primogenitura finalis causa est, vt conseruetur nomen, & dignitas familiæ.*
234 *Leges fauorabiles vbique suas extendunt vires.*
235 *Statutum excludens fœminas ob masculos vsque ad quartum gradum, an excludat eas à succes. one Clericorum decedentium ab intestato, in bonis extra territorium sitis.*
237 *Non sunt mutanda illa, qua certam semper interpretationem habuerunt.*
238 *Bona quæ in aliis prouinciis sunt, tanquam accessoria sequi debent caput maioratus.*
239 *Lis super bonis maioratus, & in bonis vinculatis per Terrium & Quintum, tractari debet in loco, vbi est caput eius.*
240 *Dissentias, an statutum extendatur ad bona alibi sita, an procedat in iudicio possessorio, aut proprietatis.*
241 Lex 9. titul. 1. part. 2. & l.2. titul. 15. eadem part. qualiter filij, &c. & l.41.42.43.44.46. *quæ & 40. & 41. sunt in* noua Recopil. *an procedant in Regno Neapoli, & cæteris Regnis, Ducatibus, & Comitatibus, in quibus rex noster Philippus III. felicissimè regnat? proponitur.*
242 *Infertur intellectus ad forum ciuitatis de Alcaraz, quo statutum est, quòd si filius moriatur ante patrem, ante factam diuisionem bonorum, non succedunt illi fratres nec mater.*
243 *Et an hic forus sit derogatus per legem* Taurinam, *& num.244. 245.*
246 *Generi per speciem derogatur.*
247 *Statuto stante, quòd si extent filij masculi, fœmina non succedat, si duo extent masculi, & duæ fœminæ, & vnus filiorum repudiat, cui fiat accretio.*
248 *Iudex competens, ad mittendum aliquem actuali missione in possessionem, est iste, in cuius territorio bona sunt sita; secus vbi agitur de pronuntiatione missionis in possessionem.*
249 *Iudex secularis an possit dare Clerico curatorem ad bona, refertur sententia affirmans. Negans tamen, num.250.*
251 *Infertur impugnatio ad sententiam Menchacæ super dotium pragmatica, de qua supra, num.117.*
252 *Statutum excludens filiam dotatam, an extendatur ad bona alibi sita.*
253 *Statutum excludens filiam superstite masculo, an excl. dat filiam non subditam, remissiuè trad tur.*
254 *Infertur intellectus* ad l.7. tit.7. lib.5 Recopil. *quæ loquitur circa coniunctionem maioratuum per matrimonium.*
255 *Sententia quadam Chassanæi, an confiscatio annui reditus pertineat ad dominum loci, vbi emphyteusis, & annua præstatio soluitur.*
256 *Annuus reditus est veluti nomen, & quoddam ius incorporale.*
257 *Bona an possint affici ex banno, quod ex alieno territorio emanauit.*
258 *Agi debet de re turbata in loco vbi res sita est.*
259 *Instrumentum executiuum in vno loco, an debeat mandari executioni in altero, & n.260.*
261 *Decima an sit danda tutori pro bann's, quæ administrat in Italia, vel ali s locis.*
262 *Confirmatur doctrina quadam Chassanæi, an ususfructus competens patri in bonis filij, iuxta text.* in l. vltim. §. fin verò, C. ad Te. tul. *deceatur ei in loco, in quo viget consuetudo, quòd ususfructus post mortem filij non debeatur in bonis quæ sunt extra patriam.*
263 *Gabella solui debet ex annuo reditu in loco, vbi bona sunt sita, & super quibus fuit census impositus.*
264 *Census & vectigal sequuntur naturam rei, ob quam debentur.*
265 *Res, super qua dominium competit, si extra territorium sit, an reputetur dominium extra territorium esse, vt in confiscatione non veniat.*
266 *Infertur intellectus ad* l.vlt.tit.8.lib.5.Recopil *quæ facit capaces consanguineos Clericorum in successione bonorum intuitu Ecclesiæ acquisitorum.*
267 *Nobiles, qui iuxta prouinciæ morem in tributis tenentur contribuere, an ab eis eximantur habitando in locis, vbi non viget talis consuetudo, si bona habeant, vbi nobilitas à contributione non eximit.*
268 *Iudæi ciuitatis de Oran, aut alicuius terræ Christianorum, an possint disponere de bonis suis inter filios secundùm legem Mosaicam, vel secundùm leges & consuetudines locorum, in quibus degunt, & n.269. & ibi multa contra eos.*
270 *Et an possint in primogeniis succedere. Et an statutum excludens filias, habeat locum in Iudæis.*
272 *Actio hypothecaria potest intentari in loco, vbi bona sunt sita.*
273 *Licentia Ordinarij ad conuahendum matrimonium extra suam iurisdictionem, an sufficiat.*
274 *Doctrina quædam* Phanucij *circa lucrum dotis, non probatur Authori.*
275 *Statutum prohibens mulierem nuptam extra territorium succedere, an extendatur ad legitimam.*
276 *Forus Aragoniæ concedens parentibus testari in præiudicium filiorum, dummodo illis relinquant certam exiguam summam, an valeat in bonis, quæ habent in Regno Castellæ.*
277 *Bona, de quibus quis testatur, si in diuersis prouinciis*

ciis sita sint, an possint separari, vt quidam succedat ex testamento, & alius ex statuto.
278 *Terra situata in vno loco, si vendatur in alio, an debeat mensurari iuxta mensuram loci contractus, vel iuxta mensuram loci, vbi res est sita.*
279 *Forenses an possint collectari pro rebus existentibus in territorio collectantium, & teneantur ad præstantias quæ fiunt à ciuitatibus propter necessitatem? remissiuè.*
280 *Infertur intellectus ad quandam doctrinam* Osasci, *an pacta matrimonialia, quæ valent inter vltramontanos, extendantur ad bona sita vltra illa loca.*
281 *Gabellam an quis teneatur soluere de rebus, quas extra patriam vendidit; vbi doctrina quædam* Lasarte *super hac re improbatur.*
282 *Trinilegium nobilitatis quod quis habet in Regno Valentiæ, Cathaloniæ, aut Aragoniæ, an extendatur ad bona, quæ quis habet in Regno Castellæ.*
283 *Edictum de non extrahendo granum extra ciuitatem, extenditur ad exteros habentes ibi bona; & inspicitur locus vbi victualia sunt orta.*
284 *Infertur ad id quod tradit* Molina, *an ex bonis, quæ quis habet extra Regnum Castellæ, possit hoc in Regno existens, maioratum, aut melioramentum facere.*
285 *Intellectus ad Glos.* in authent. vt omnes obediant; &c. *an hypotheca detur ad bona sita extra territorium debitoris.*
286 *Infertur intellectus ad quandam doctrinam Rebuffi, an beneficia extra Regnum sita comprehendantur in nominationibus.*
287 *Et ad aliam eius doctrinam, an Clericus, vel Sacerdos habens domicilium in vna diœcesi, possit mittere in possessionem in diœcesi aliena.*
288 *Infertur etiam ad id quod scribit* Nicolaus Balbus, *an possidens bona in territorio alicuius loci, teneatur illa profiteri & consignare in cathastro publico loci ipsius.*
289 *Deducitur etiam ad quæstionem, quam tractat* Menochius *coram quo Iudice intentandum sit interdictum Retinendæ; & ad aliam, qualiter spoliatus de beneficio teneatur agere in territorio, vbi situm est.*
290 *Infertur etiam ad doctrinam* Ioannis de Imola, *an decima Papalis debeat solui, vbi Ecclesia est sita, an vbi sunt possessiones.*
291 *Verba,* De illo loco, *an importent originem.*
292 *Mulier in quibus rebus sit de domicilio mariti, & in quibus non? remissiuè traditur.*
293 *Domini an possint alienare vassallos suos, ipsis inuitis, & de consuetudine eos alienandi.*
294 *Reus qualiter possit conueniri in suo domicilio Romæ, contra statutum Senense prohibens ciuem extra Senam conueniri, remissiuè.*
295 *Statuta fœminas ob masculos repellentia qualiter eas ligent.*

EX supradictis potest etiam determinari illa celeberrima quæstio, quæ est propria ad nostram materiam, vnde non immerito, nec extra propositum instituta omnia superiora scripsimus, quando tractatur de successione primogenituræ, & defunctus habet bona in diuersis prouinciis, & in vna prouincia primogenitus cæteris præfertur, & in alia omnes fratres æqualiter
222 succedunt, quid agendum in hoc casu? † Quæstio est amplissima, in qua Doctores nostri valde laborauerunt, & illam post alios examinauit latè Bartolus *in d.l. cunctos populos, nu.41. vers.sed posset dubitari, C.de summ. Trinit.* vbi Angel. Iaso, & alij plures eam tractant, & in propriis terminis disputauit Tiraquellus *in dicto tractatu de primogenit.46. quæst.nu.1. cum aliis, pag.324.* vbi omnium opiniones refert: & *num.2.* dicit, communem esse opinionem, vt attendatur locus bonorum sine distinctione, an sit statutum personale, aut reale; quam sententiam etiam sequi videtur Decius *in dictis consiliis,* vt suprà dixi, & Bartholom. Socin. *in cons.128. num.4. lib.4* Carol. Ruin. *cons.48. num 4. lib.3.* & tradit Cephalus *in cons.3. num.65. lib.1.* & eadem Glos. Parisien. *in consuetudinibus Parisien. §.8. glos.1. num.2. fol.103.* vbi expresè dicit, quòd consuetudo in primogeniis
† non potest habere locum, nec vim respectu bono- 223
rum, quæ sunt extra territorium suum, sed cuiusque loci consuetudo est seruanda quoad bona in eo loco sita. Et statutum quòd forenses non possint acquirere bona immobilia in territorio ciuitatis Rauennæ, vel in districtu Bononiæ: non obstante tali statuto, mulier Rauennensis seu mulier Bononiensis potest acquirere bona immobilia in ciuitate & territorio patriæ suæ Rauennæ, seu Bononiæ, quia per matrimonium non desinit esse ciuis suæ patriæ ciuitatis, & non iudicatur persona forensis, vt latè resoluit Iulius Ferretus *in tractatu de gabell s, num.588.* & prius *num.587. fol.217.* Ad quod facit *l. rescripto, in fine, ff. de muneribus & honoribus:* & quæ scribit Gregorius Lopez *in l.24. titul.11. part.4. in glos. in verbo,* Ganancias, *post medium, folio 36. colum.2.* Et quod gabella venditionum
224 debet solui arrendatoribus, † & non in locis, vbi bona sunt sita, determinat *l.9. titul.17. lib.9. Recopilationis.* Sic Iaso *in consilio 163. per totum, libro 2.* probat per plura iura, fundamenta, & authoritates, quòd statutum Ianuæ, quòd agnati masculi vsque ad quartum gradum excludant alios etiam proximiores non porrigitur ad bona sita extra territorium statuentium. Quibus etiam concinit quod probatur *in capit.1. de feud. cogni. inv sib. feud.* per quam dicit eadem Glos. Parisien. *in dictis consuetudinibus, §.7. num.32. folio 102.* quod
225 vera & naturalis natura feudi est illa, † quæ regulatur à consuetudine loci, in quo situm est feudum. Et dicit eadem Glos. Parisien. *in dictis consuetudinibus, §.12. folio 132. num.1.* quòd licèt ius primogenituræ sit fauorabile, verum est in se, & in vi comprehensiua, non in vi extensiua. Cui adde, quod notat Philippus Corneus *in consilio 199. lib.2. colum.14.* vbi tenet, consuetudinem præferentem primogenitos cæteris, esse exorbitantissimam à iure communi. Quod pluribus rationibus probat notabiliter Tiraquellus *in dicto tractatu de primogen. quæst.4. num.11. pag.78. & in eodem tractatu, quæs.38. pag.163.*

Et huiusmodi primogenituræ sunt odiosæ, † cum 226
deprimant secundogenitos, quos sicut primogenitos natura creauit, secundùm Lucam de Penna *in l. quicumque C. de princip. agent. in rebus, lib.12.* argumento *l. final. C. de liberis præteritis,* & *l. leges, C. de suis & legitim. heredib.* Et Tiraquellus *in dict. quæst.46. num.32.* quæ est finalis, plurium opiniones referendo, tandem concludit, quòd in Gallia in huiusmodi successionibus inspicitur consuetudo, & statutum cuiuslibet loci, siue in rem, siue in personam: videlicet quòd bona Pictauiæ diuidantur inter hæredes secundùm consuetudinem Pictauiæ bona Turoniæ secundùm Turoniæ, & sic de aliis. Et idem tenet Euerardus *in centum locis, in loco, de tanquam 79. pag.500.* & est etiam bonum consilium Alexandri *in consilio 141. num.15. lib.7.* vbi vide Glos. Parisiens. de quo etiam tractat Ferrara *in pract. in forma libelli; quomodo petat. successio ex testamento, vers.ic. vallatum, num.6. pagina 432.* quam sententiam tanquam communiorem amplectitur Antonius Gabriel *in suis communibus opinionibus, tit. de statutis, conclus.9. in fin. vers. tenendo,* quem citat Roland. *consilio 80. num.27. lib.4.* & ista est vera & communis opinio, vt constat ex pluribus Authoribus relatis ab Alexandro *in dicto consilio 16. in additione,* quæ incipit, *& non in aliis, lib.1.* quam opinionem & ipse sequitur. Et quòd ius primogenituræ, & consuetudo † non extendatur 227
extra locum, tradit Abb. *in cap. quod Clericus, num.33. fol.69. de foro competenti;* & *in cap. Ecclesia S. Mariæ, num.48. fol.38. de constitutionibus;* & punctum tractat latè Ioan. Cirier, *in tract. de primogenitura, lib.2. quæst.8. folio 72.*

Et si hæc vera sunt, & in nostro Regno essent seruanda, quid dicendum de pluribus Dominis huius Regni Castellæ, qui habent bona in Catalonia & Valentia, & in Italia, & in aliis similibus locis, vbi iura primogenituræ fortè non seruantur? Nam quòd in Gallia seruetur dicta consuetudo, vltra prædictos Gallos, Tiraquel. & Glos. Parisien. notatur per alium magnæ authoritatis Doctorem Gallum Petr. Rebuff. *in tomo 3. ad constitutiones Regias, tract. de contum. & defensor. artic. 2. glos. 22. pag. 40.* vbi dicit, quòd si primogenitus Baronis, vel Nobilis in totum succedere debeat in Vasconia, si ille nobilis habeat etiam bona in Francia, vbi non est talis consuetudo: tunc omnes filij succedunt pro virili in illa patria, nec computabitur primogenito sua portio, quam in Vasconia habuit, refert notata per Iacob. *in l. de quibus, colum. penult. ff. de legibus.*

228 Ego quidem meam in hoc exponendo sententiam, licet de iure communi, & in casibus qui per prædictos Doctores traduntur, eorum conclusio procedere possit; in nostra tamen Hispania id minimè seruandum esse existimo: quia consuetudo quæ seruatur in Francia, & in aliis similibus locis in successione primogeniorum, ex vi consuetudinum, vel statutorum, eam habet vim, quòd absque voluntate parentum filij primogeniti succedunt in bonis parentum, iure primogenituræ, ferentes quoddam præcipuum, vel prælegatum inter fratres iure hæreditario, quod constat etiam apertè ex Glos. Paris. *in pluribus locis*, præcipuè ex his quæ scribit *in §. 8. glos. 3. num. 6. fol. 112.* & ita manifestè apparet ex omnibus Doctoribus, qui in hac materia loquuntur, præcipuè ex Ioan. le Cirier, & ex Martino Lauden. & Tiraquel. *in præfatione, num. 3.* & in aliis pluribus locis
229 reperitur. Et ideò mirari non debemus, † quòd dicta consuetudo sit odiosa, & seruetur cuiusque loci consuetudo, quippe quæ auferat legitimam filiis, totum adiudicando primogenito.

In nostra Hispania diuersissimè hoc fit, quia ius succedendi in maioratibus, non competit ex legibus, aut consuetudinibus Hispaniæ, sed ex vocatione testatorum & illorum, qui faciunt maioratus, nec filij, vel alij consanguinei possunt in maioratibus succedere, nisi sint vocati à testatoribus in omnibus bonis, in quibus maioratum constituunt, nec capiunt bona à lege, vel consuetudine, vbi bona sunt sita, sed à primis ipsis fundatoribus, quibus licitum est vocare successores in infinitum ad bona, quæ in qualibet prouincia sita sunt. Nec filij inuitis parentibus possunt prætendere aliquod præcipuum, aut prælegatum, meliorationem, aut maioratum, licèt sint primogeniti, sicut in Francia, aut Gallia. Et sicut æqualis est voluntas illorum, qui faciunt maioratus in vocatione in quibuslibet bonis, ita successio debet esse æqualis. Nec vna, & eadem res debet diuerso iure censeri: *l. cum qui ades, ff. de vsucapion.* ratio itaque est diuersissima inter nostros maioratus, & primogenia Galliæ, & Italiæ, & ideò diuerso modo sunt iudicandi: *l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2.* Et hanc in substantia rationem in propria specie & puncto, licèt ista non referat, de quo mirandum est, ponit pro hac opinione Cald. Pereir. *in tract. de nominat. ad emphyteusim, in q. 14 num. 11. fol. 157.*

Nec verum videtur, quòd primogenituræ non sunt
230 fauorabiles, saltem postquàm sunt radicatæ, † & non agitur de præiudicio aliorum fratrum *l. 1. §. publicè, ff. de ventre inspicien.* & hoc in aliis locis dixi, & apertè probatur *in l. 2. tit. 15. p. 2.* ibi: *Otro si, segun antigua costumbre, como quiera que los padres avian piedad comunmente de los otros hijos, no quisieren que el mayor lo ouiesse todo, mas que cada vno dellos ouiesse su parte: pero con todo esso los omes sabios y entendidos catando el pro comunal de todos, è conociendo que esta particion.* Ex quibus infertur *l. 40. Taurin.* præferentem nepotem patruo, procedere in bonis, quæ antecessor in maioratu extra Regnum reliquit: & dispositio *l. 45. in eisdem legibus*, ex qua transfertur possessio ipso iure in successorem in maioratu, quamvis alius in vita occupauerit, procedit etiam in bonis, quæ sunt maioratus extra Regnum Castellæ, quia hoc resultat in fauorem maioratuum, quibus *prædicta lex, & l. 43.* multum fauent: licèt contra extensionem data ad *d. l. 45.* faciant multa, quæ ferè in terminis nostris scribit Bursatus *in cons. 198. num. 34. lib. 2.* vbi ex pluribus probat, quòd statutum continuans possessionem defuncti in hæredem, non vendicat sibi locum in bonis sitis extra territorium statuti: mouetur per multa ex superioribus, & ex *consilio* Alexand. 41. *lib. 7.* repetito *in cons. 111.* & ex dicto *consilio* Gozadini 49. Ex quibus etiam constat, quòd maioratus in Hispania † sunt fauorabiles. Et dicit Glos. Paris. 231
in consuetudin. Parisien. §. 8. glos. 3. num. 30. fol. 116. quod ius primogenituræ, simpliciter & regulariter loquendo, est fauorabile, vtpote, non odio aliquo secundogenitorum, sed mero fauore primogenitorum, & familiæ conseruandæ inductum per rationes, quas ipse refert. Et causa finalis † primogenituræ est, vt conseruetur no- 232
men & dignitas familiæ, quia non potest melius conseruari, quàm per studium vnitatis, & sublationem diuisionis, quantùm salua iustitia fieri potest, secundùm eandem Glos. Paris. *in d. §. 8. glos. 4. num. 15. fol. 118.* per *d. l. 1. §. penult. ff. de ventre inspicien.* & alia quæ refert, & idem reperit *§. 22. num. 207. fol. 198.* cui adde *l. 2. §. nouissimè, ff. de origin. iur.* & quæ scribit Anton. Rubeus *in cons. 133. num. 9.* & Bartholom. Socinus *in cons. 128. num. 4. lib. 4.* Et quòd primogenituræ sint † fa- 233
uorabiles, saltem vbi pater non disponit de omnibus bonis, sustentat Aymo. post alios, quos ipse refert *in cons. 256. nu. 3.* Et pro hoc etiam faciat, quia scimus, quòd omnes Doctores *in d. l. 1. C. de summa Trinitate*, & in omnibus ferè locis, in quibus de hac materia loquuntur, communiter concludunt, quòd leges fauo- 234
rabiles † vbiquè suas extendunt vires, & radices; quod ego supra latius per exempla, & illationes docui. Et tradit Bursatus *in cons. 93: num. 34. & 35.* vbi post Purpurat. *in cons. 37: nu. 25. cum sequentibus*, concludit, quòd statutum † excludens fœminas ob masculos vsque 235
ad quartum gradum, eo quia est fauorabile, excludit fœminas à successione Clericorum decedentium ab intestato, etiam in bonis extra territorium sitis. Et quòd masculi forenses potius admittantur, quàm fœminæ, resoluit Cephalus *in cons. 309. nu. 79. lib. 3.* qui loquitur in nostra materia successionum forensium.

Concludo igitur, quod successor & vocatus ad maioratum, † succedit in bonis maioratus tam in proprie- 236
tate, quàm in possessione, quæ antecessor reliquit tam in Regno Castellæ, quàm extra Regnum hoc: & existimo, quòd consuetudo hæc vniuersaliter in Regno Castellæ ita interpretanda est. Et minimè mutanda † sunt 237
illa, quæ semper certam interpretationem habuerunt, *liminimè, ff. de legibus.* Item, cum ex dispositione illius, qui primitus maioratum instituit, bona sint indiuisibilia, nec sint propria illius, de cuius successione tractatur, sed successorum, filij nullatenus in illis habere legitimam possunt, nec diuisio inter illos fieri debet, sed successori in maioratu sunt reseruanda. Et bona, quæ in
aliis prouinciis sunt, tanquam accessoria, † sequi de- 238
bent caput maioratus, *l. rerum mixtura: ff. de acquirend. rerum domin.* cum *concordant.* facit regul. *l. 2. C. vbi Senator. vel Clariss.* vbi quis dicitur habere domicilium, vbi maior pars fortunarum extat. Ex quo & aliis tradit Zuchard. *in l. vltima, num. 309. ad finem, C. de edicto diui Adriani*, quòd remedium illius *legis* est intentandum in loco principaliori, & dicitur principalior vbi est maior pars hæreditatis; notat & confirmat Menochius *remedio 4. de adipiscen. possessione, nu. 480. pag. 92.* & conducunt quæ idem scribit *in commentar. de arbitrar. iudic. lib. 2. casu 86. nu. 20.* & facit regul. *l. quæ religiosis, ff. de religios. & sumptib. funer.* & faciunt quæ scribo *in p. 2. illatione 8. vers. vndecimo, conditiones adiectæ.* Ad quæ addo notabilem doctrinam Augustini

Beroij

Beroij *in cons. 47. num. 24. lib. 3.* vbi resoluit, quòd tenuta bonorum data in vno loco, non prodest ad bona, quæ sunt extra territorium loci.

Ex quibus etiam obiter deducitur confirmatio eius, quod scribit Molina *lib. 3. de primogen. cap. 13. nu. 74. fol. 105.* vbi tradit, quòd in loco in quo est caput ma-
239 ioratus, est tractanda † lis super bonis maioratus, & plura in confirmationem regul. *d. l. 2. vbi Senator. vel Clariss.* scribit Tiraquellus *lib. 1. de retract. §. 36. glos. 3. nu. 6. & 7. pag. 750.* post Marianum *in cap. licet, de foro competenti*, & alios quos citat. Et faciunt quæ scribo *infra, p. 2. q. 4. illatione 8.* quæ pro opinione *Molinæ* sunt necessaria. Ex quibus infertur, quòd idem dicendum est in bonis vinculatis per Tertium & Quintum. Et in ista materia est magni facienda doctrina Curtij Iunioris *in cons. 108. nu. 33. lib. 1.* vbi resoluit, quòd difficultas, an statutum extendatur ad bona alibi sita, tanquam re-
240 quirens altiorem indaginem, † non procedit in iudicio possessorio, sed est reseruanda ad iudicium proprietatis, per iura per illum adducta: quæ doctrina cautè est practicanda in nostra materia maioratuum, in qua vt constat ex *l. 45. Tauri*, & tracto in pluribus locis, remedium prædictæ *legis* habet admixtam causam proprietatis.

Et ex omnibus superioribus, & quæ postèà dicentur,
241 non sine magna ratione dubitari potest: † an *l. 9. tit. 1. p. 2.* quæ loquitur de consanguineis, qui possunt succedere Regibus, qui sunt proximiores tempore mortis Regum, & *l. 2. tit. 15. eadem partita*, quæ tractat, qualiter filij, vel nepotes Regum tam masculi, quàm fœminæ succedant: & *l. 41. 42. 43. 44. 46.* quæ leges & 40. & 45. hodie sunt *in nona Recopil. tit. 7. lib. 5.* procedant & habeant locum in Regno Neapolitano, & Siciliæ, in Ducatu Mediolanensi, in Comitatu Flandriæ, in Regno Valentiæ, Aragoniæ, & Cathaluniæ, in quibus noster Rex Philippus III. regnat, quæ omnia Regna & Ducatus proprias habent particulares leges tam quoad successionem, quàm quoad alia, & eadem dubitatio vertitur circa successiones, & alia in Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus, & aliorum statuum & maioratuum particularium, qui aliis legibus & moribus reguntur.

242 Decimoquartò, ex his infertur † intellectus ad quendam forum, siue consuetudinem, quæ est in Hispania, in ciuitate de Alcaraz, & eius districtu, cuius fori exemplum ego legi in quodam negotio; & seruatum est etiam in ciuitate illa, & eius districtu à tempore immemoriali vsque adhuc: quo quidem foro cautum extat, quòd si patre defuncto, mater sit superstes, vel è contra, matre defuncta pater superuixerit, & anteaquam diuisionem bonorum fecerint cum filiis, aliquis ex filiis moriatur, eo ipso quòd filius decesserit ante factam diuisionem bonorum, pater vel mater, qui non fecerit diuisionem cum filiis, non est hæres illius hæreditatis, quæ ad filium defunctum pertinebat, sed hæreditas pertinet ad fratres & sorores filij prædefuncti, siue soli sint masculi, siue fœminæ, excluduntur pater & mater, & non seruatur ius Ciuile, vel Regium, iuxta quod patres sunt successores filiorum, vt *suprà* traditum est. Quia cum hic forus sit odiosus & contra parentes, non debet extendi vltra territorium de Alcaraz, nec ad bona, quæ filius reliquit extra ciuitatem, quia in illis succedent parentes exclusis filiis.

Sed in hoc Lectores animaduertant ad vnum singulare, quod potest dare commodum & honorem in practica; quia in hac Regali Cancellaria sunt plures lites ex illa ciuitate & districtu circa hoc. Nam *lex 6. Taurina* agens de successione parentum in bonis filiorum dicit, quòd æqualis est successio, nisi in his locis, vbi adest forus, quòd radix redeat ad radicem; quem forum
243 solum lex prædicta iubet seruari. † Scimus autem quòd *l. 1. Taurin.* versic. *En lo que por ellas no se pudiere determinar, mandamos que se guarden las leyes de los fueros, assi del fuero de las leyes, como de las leyes municipales que cada ciudad, villa, o lugar tuuiere en lo que son, o fueren vsadas y guardadas, y no fueren contrarias a las dichas leyes de Ordenamientos, y prematicas de los Reyes que de nos vinieren. Ca por ellas, es nuestra intencion y voluntad, que se determinen los dichos pleytos y causas, no embargantes los dichos fueros, y vsos, y guardas dellos.* Ecce ergo qualiter hæc *lex* mandat, quod † nul- 244
lus forus seruetur in iudicio, qui sit contrarius dictis legibus Regni; quod clarissimè constat ex *d. l. 1.* Cum autem *dicta lex 6.* solum permittat quod custodiatur forus ille, *Quando el tronco buelue al tronco, o la raiz a la raiz*, manifestè videtur, quod per *dictas leges 1. & 6. simul iunctas*, fori alij, qui loquuntur in hac materia successionis parentum in hæreditatem filiorum sunt abrogati, & nullius effectus, quia inclusio vnius est exclusio alterius: *l. cum prætor, ff. de iudi.* cum *similibus.* Nec † huic opinioni non contradicit *l. 11. tit. 1.* 245
lib. 7. Recopilat. vbi dicitur, *Nuestra merced y voluntad es de guardar, y mandamos que sean guardadas à las ciudades, villas, y lugares de nuestros Reynos, sus priuilegios y libertades, franquezas y buenas costumbres, segun que les fueron otorgados por los Reyes nuestros progenitores.* Quia ad hanc legem respondetur faciliter, quod *d. l. Ordinam.* loquitur generaliter, & *l. 6. & 1. Taur.* loquuntur specialiter; & ideo generi per speciem † de- 246
rogatur, *l. in toto iure, ff. de regul. iur.* cum *vulgar.* & *d. l. 1.* tanquam magis noua & recentior, est custodienda, nec ab ea excedendum est, & licèt specialiter non deroget *d. l. 11.* sufficit generalis derogatio, *l. si duo, ff. de administra. tutor. l. semper in generalibus, ff. de regul. iur.* cum *vulgar.*

Decimoquintò infertur ad doctrinam Bartoli *in d. l. 1. q. 6. ad finem, num. 33. & in q. 7. C. de summa Trinitate,* 247
vbi dicit, quòd licet † stante statuto quod filia fœmina non succedat extantibus masculis, si extant duo filij masculi, & duæ filiæ fœminæ, si vnus filiorum repudiauit, vel aliàs excluditur, eiusdem portio non accrescit filiabus, sed alteri fratri, secundùm Bartolum *in l. re coniuncti*, & *in l. mulieri & Titio, ff. de conditionibus & demonstrationibus*, & ibi Raphael Cuma. & Paul. de quo etiam per eundem Paulum *in l. vnica, quæst. 4. C. quand. non peten. par.* & per Iasonem *in d. l. re coniuncti, num. 163. ff. de legatis 3. fol. 166.* Si tamen testator haberet bona in diuersis territoriis, in quibus esset diuersum ius, bona existentia in alieno territorio non accrescunt masculis: notat Iaso, qui alios refert *in d. l. re coniuncti, num. 215.* vbi Ludouicus de Villalonga, *folio 46. colum. 1.* Quibus addo, quòd Iudex competens ad mittendum aliquem actuali missione in possessionem, dicitur Iudex, † in cuius territorio bona sunt sita; 248
secus vbi agitur de pronuntiatione missionis in possessionem: *l. 1. C. vbi de hæredi. agi oport.* iuncta *leg. 2. C. de interdictis*, ex declaratione Cuiacij *lib. 5. observation. cap. 19.* tractat Menochius *remedio 4. de adipiscenda possessione, num. 404. & 405. pag. 87.*

Decimosextò infertur ad peregrinam doctrinam Pauli de Castro *in cons. 352. Curator datur bonis, in nouis, lib. 1.* vbi ex his omnibus superioribus latè sustentat, quòd Iudex secularis † potest dare curatorem Clerico 249
ad bona, Ioan. Gratian. *regul. 253. num. 5.* qui refert Decium *in cons. 150. nu. 3. & 7.* & idem Ioan. Gratian. *regul. 9. num. 14.* Quod confirmatur ex singulari sententia & doctrina Guillel. de Cuneo in practica quotidie contingibili; is inquam *in l. ab hu. C. de Episcop. & Cleric.* inquit, Clericum posse trahi coram Iudice seculari ratione arreragiorum, & tributi, aut census non soluti, pro suis possessionibus domino directo debiti; quem sequuntur *ibi* Bald. idem & Salicet. *in authent. sed periculum, C. sine cens. vel reliq.* & confirmat Guillel. Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, num. 326. folio 77. col. 2.* quod est perpetuò notandum. Sed quod Iudex laicus † non possit 250
dare curatorem Clerico, voluerunt Baldus *in l. 1. C. de tutor. & curator. dat.* ab his, Ioan. Andr. *in cap. final.*

de ind. quos citat Carolus Ruinus *in cons.*89.*num.*1. *libro* 5.

Decimoseptimò infertur impugnatio ad dictam sen-
251 tentiam † *Menchacæ*, de qua *suprà*, *lib.*1. *controuers. cap.*3.*num.*2. volentis, quòd *lex dotium*, de qua *suprà*, *num.*127. non procedat, si puella nupsit viro Portugallensi, aut Aragonensi, nam ex iam dictis certa non
252 videtur dicta sententia. Et quando statutum † excludens filiam dotatam à successione, extendatur ad bona alibi sita? explicat latè Campegius *in tract. de dote*, *part.*5.*q.*69.*num.*1.*cum sequentibus*, *fol.*132. Roland. *in d.cons.*80.*num.*24.*lib.*4. Et statutum excludens filiam
253 superstite filio masculo, † an excludat filiam non subditam à bonis existentibus in territorio statuentium, resoluit Calderi.*in consil.*134.*rubric.de testament.* quem refert Carolus Ruinus *cons.*49.*nu.*3.*lib.*3. quo in loco alia in hac materia scribit: & de hoc videndum est quod traditum fuit *suprà*.

254 Decimooctauò infertur † intellectus *ad l.*7.*tit.*7. *lib.*5.*Recopilation.* quæ loquitur circa coniunctionem maioratuum per matrimonium, an procedat in statibus, & maioratibus. quæ sunt in Regno Valentiæ, Aragoniæ, & similibus, in quibus Domini & primogeniti istius Regni prætendunt succedere (vt plerumque succedunt? sed nolo quæstiones statutorum, ingenium sublimius & profundius examen requirentes, tam breui & incidenti verbo decidere.

255 Decimononò infertur periculosam esse † sententiam Chassan. *in consuetudinib.Burgundiæ*, *rubr.*2. §.1. *pagina* 374. *col.*2. vbi tradit, quòd confiscatio annui redditus perpetui, pertinet ad dominum loci, vbi emphyteusis, & annua præstatio soluitur, non ad dominum loci, vbi res, ex qua soluitur emphyteusis est sita: & addendum est, quod annuus redditus non consistit in
256 loco, cum sit † veluti nomen, & quoddam ius incorporale, *l.uxorem*, §.*legauerat*, *ff.de legat.*3. *l.cum de lanionis*, §.*ultimo*, *ff.de fund. instruct.* cum similibus adductis à Corneo *cons.*49 *lib.*3.*num* 10. Tiraquellus *in l.si unquam.in verbo*, *bona*, *num.*9. *C.de reuoc.donat.* & *lib.*1.*de retract.* §.36. *glos* 3.*nu.*14. *pag.*72. & lege quæ scribo *suprà*, *q.*40. *& in hac quæst.à num* 40.

Vigesimò infertur confirmatio eius, quod scribit Iulius Clarus *lib.*3.*sententiarum*, §.*Testamentum*, *q.*21.
257 *num.*2.*pagina* 200. vbi tradit quòd bona † non possunt affici ex banno, quod emanauit ex alieno territorio. Et
258 quòd in loco, † vbi res est sita, agi debeat de re turbata, tradit Menochius *de retinenda possessione*, *remedio* 3. *num.*319. *pag.*202.

Vigesimoprimò infertur ad decisionem quæstionis sæpè contingentis, an instrumentum quod est executiuum in illo loco, debeat mandari executioni ad literas requisitorias istius in alio loco, in quo non est exe-
259 cutiuum, † de quo per Ioan.Fabr. *in l.*1. *nu.*22. *C. de summa Trinitate*; Angel. *in l.si fundus*, *num.*2. *ff. de euiction.* Roderic.Suarez *in l.post rem*, *vers.circa iudicem*, *nu.*14.& 24. *pag.*353 *ff.de re iudic.* Pala.Rube. *in rubric.de donation.inter virum & vxorem*, *in principio*, Auendan. *in tit.* de las excepciones. *num.*50. *folio* 160. Rebuff. *tom.*3.*ad constitut.Regias*, *art.*1. *glos.*8. *num.*3. *pag.*66.*& art.*2.*glos.*1.*nu.*1 *pag.*103. De quo legendus est Parladorius *part.*2.*cap.final. part.*1.§.11. *ampliat.*3. *num.*13. *pag.*201. in quo loco animaduerto ad doctrinam Baldi *in cap.*1. *num.*34. *de fide instrumen.* vbi scri-
260 bit, † quòd si scriptura habet executionem paratam coram Consulibus mercatorum, non habet executionem coram Potestate in alio loco; & si habet executionem coram Iudice Papiæ, non habet executionem Perusij: quod confirmat Fuluius Pacianus *in tract.de probation.lib.*1.*cap.*63.*n.*44. *fol.*201.

Vigesimosecundò infertur ad decisionem quæstionis, quam definit Baëza *in lib.de decima tutor. præstand.*
261 *cap.*34.*fol.*169. vbi concludit, † dandam esse decimam tutori pro bonis, quæ administrat in Italia, vel aliis locis; quod ego sequor, cum talis decima detur pro labore tutoris, qui omnia bona pupilli administrat; qua ratione iustum est, quòd decima detur pro administratione omnium bonorum vbique existentium.

Vigesimotertiò infertur † intellectus & confirmatio 262
ad egregiam doctrinam Chassan. *in consuetudinibus Burgundiæ*, *rubr.*6.§.5. *pag.*869. *nu.*5. vbi latè probat, quòd vsusfructus, qui patri competit in bonis filij, etiam mortuo filio, iuxta textum *in l.vltima*, §.*sin verò*, *C.ad Tertullian.* non durat, nec habet locum in patria, in qua viget consuetudo, quòd vsusfructus post mortem filij non habeat locum: nec in bonis, quæ sunt extra patriam, & locum, vbi viget ius scriptum: quod notandum est ad ea quæ suprà scripsi, circa intellectum *l.*6. *Tauri*, & ad ea quæ circa intellectum eiusdem *legis* scribunt Anton.Gomez *num.*12. Pinel. *in l.*1.*part.*1. *n.*39. *fol.*33. *C.de bonis maternis.*

Vigesimoquartò infertur intellectus ad id quod fundat Parladorius *in libro* 2. *rerum quotidianarum*, *cap.*3. *num.*52.*pag.*125. vbi pluribus rationibus probat, quòd gabella est soluenda † ex annuo redditu in loco, vbi 263
bona sunt sita, super quibus census fuit impositus. De quo legenda sunt quæ scribo *suprà*, *num.*23.48.67.74. 76. *&* 224. *&* 333. Et idem tenere videntur Didacus Perez *in rubr. tit.*3. *lib.*8. *Ordinam. pag.*37. *colum.*1. Auenda. licèt obscurè *respons.*23. *num.*1. & videndum quod scribit Gregorius Lopez *in l.*8. *titul.*5. *part.*5. *glos.final.* & Baldus *in l.*2. *C.de seruitut.& aqua.* Albericus *in l.si certis annis*, *C.de pactis*, Angel. *in regulariter*, *ff.de petit.hæredit.* & alij plures, quos citat Tiraquellus *lib.*1.*de retractu*: §.32. *glos.*1.*& vnic. num.*79. & *in tractatu de primogenitur. quæst.*49.*nu.*9. *pag.*334. omnes concludentes, quòd † census vel vectigal se- 264
quuntur locum rei ob quam debentur, & ei cohærent. Et Paulus de Castro *in consil.*319. *Primum quæsitum habet duo capita*, *num.*3. *in vers.an autem*, *lib.*1. tradit, quòd licèt dominium sit ius incorporale, si tamen res super qua competit, sit extra territorium, † reputatur 265
etiam dominium esse extra territorium, vt non veniat in confiscatione. Et ista seruiunt ad quæstionem, quam indecisam relinquit Marianus Socinus *in cap.dilecti*, *de foro competenti*, *num.*47. *fol.*107. post Paulum, quem citat; vbi tractat, si duo Florentini contrahunt Florentiæ de bonis immobilibus alibi sitis, in quo loco teneantur soluere gabellam? in quo nos seruare debemus *l.*9.*tit.*27.*lib.*9.*Recopilat.* & *l.*10.*sequentem.*

Vigesimoquintò infero † intellectum *ad l.vltimam*, 266
*tit.*8. *lib.*5.*Recopilat.* quæ fecit capaces consanguineos Clericorum, etiam intuitu Ecclesiæ acquisitorum, iuxta antiquam Hispaniæ consuetudinem, de quo tractaui latè *suprà*, *quæstione* 1.

Vigesimosextò infero, quòd in locis, in quibus iuxta prouinciæ mortem Nobiles contribuere tenentur † in 267
tributis, licèt verè Nobiles sint, provt in tota nostra Vandalia, & in Regno Murtiæ, si fortè habitent in aliquo loco, in quo talis non viget consuetudo, & habeant bona in loco, in quo Nobilitas non eximit à contributione, contribuere quidem tenentur, in tributis sicut cæteri vicini, pro bonis, quæ habent in tali loco, quod est maximè notandum.

Vigesimoseptimò infero intellectum ad quæstionem transmissam de ciuitate de Oran, ad istam ciuitatem, 268
† in qua Iudæi sunt plures, qui viuunt in sua lege, an Iudæus in bonis quæ habet in illa ciuitate, vel in alia qualibet, quæ est Christianorum, possit disponere de bonis suis inter filios, vel alias personas, secundùm legem Mosaycam, vel secundùm leges, & consuetudines illius loci, vbi viuit, & domicilium habet? In qua quæstione lector videat Corneum *in l.maximum vitium*, *C.de liber.præterit.* Guillelmum Benedictum *in cap. Rainutius*, *in verb. duas habens filias*, *nu.*139. *de testamentis*, Tiraquel. *in tract.de primogen. quæst.*66. *nu.*21. *cum sequentibus*, *pag.*372. Mascardum *in tract.de Iudæis*, *part.*2. *cap.*1. *num.* Emmanuel.Suarez *in thesauro receptarum*

receptarum sententiarum, *verb. Iudæus.* Et multa contra Iudæos, & quos Philippus Rex Franciæ expulit iustè à Regno, tradit Andreas ab Exea *in cap.*1. *de constitution. num.*254. *cum sequentibus*, Ferret. *in tract. de gabellis*, *num.*268. *fol.*169. & in testamentis Iudæorum seruandus est rigor *cap.*2. *de Iudæis*, tradunt Iaf. *in l.si insulam*, *ff.de verborum obligationibus*, & alij, quos citat Simon de Prætis *de interpret. defunct. voluntat. lib.*1. *dubit.*4. *solut.*6. *num.*10. *fol.*31. Et certè si quæ dicta sunt, vera sunt, magis ex iure videtur, quòd Iudæi tenentur
269 † obseruare in successione leges locorum, vbi bona sunt sita, in quo maturius est cogitandum. Et legenda sunt quæ refert Antonius Gabriel *lib.*3. *communium opinionum*, *tit.de donation.conclus.*3. *nu.*27. *pag.*199. Ioan. Lopius *in rubr.de donation.inter virum & vxorem*, §.5. *pag.*95. Et multæ priuilegia Iudæorum tradit Rolandus *in cons.*25. *num.*29. *lib.*3. quod est dolendum, licèt plu-
270 res Romæ habitent, † & an filij Iudæorum succedere possint in primogeniis, latissimè disputat Ioan. Cirier *in tract.de primogenitura*, *lib.*1. *quæst.*16.*&* 17. *fol.*28.*&* 29. Et Iudæi dicuntur serui Imperatoris secundùm Archidiaconum *in cap.sinceræ*, *distinct.*45. quod confirmat Restaurus *in tract.de Imperatore*, *q.*111. *vers.trecentesimo quinto*, *fol.*230. Et quod generalis dispositio comprehendat Hebræos, tradunt Ioan.Baptist.de Asiniis *in praxi iudiciali*, §.4. *cap.*7. *per totum*, Lancellot. *de attentatis*, *p.*3. *cap.*22. *num.*36. *pag.*8. Et quod statutum
271 excludens fœminas ob masculos † habeat locum in Iudæis, resoluit Carolus Ruinus *in cons.*159.*nu.*3.*lib.*4. ex Innocent. *in cap. super*, *tit. de voto.* Et quòd hypo-
272 thecaria actio † possit intentari in loco, vbi bona hypothecata sunt sita, tradit Tiraquellus *lib.*1. *de retract.* §.8. *glos.*3. *nu.*10.*&* 11. quem citat Petrus Surdus *decis.*310. *num.*7. Et quòd licentia Ordinarij ad contrahendum matrimonium extra suam iurisdictionem
273 † non sufficiat, tradit Nauarrus *consil.*47. *de sponsalibus*, *lib.*4. *n.*2. *pag.*393.

274 Vigesimooctauò infero, periculosa esse, † quæ de lucro dotis in præsenti materia resoluit Phanucius *in libro de lucro dotis*, *glos.*9. *num* 34. *pag.*791. Et de sta-
275 tuto prohibente mulierem nuptam extra territorium, quòd non succedat, an † extendatur ad legitimam? tradunt Curtius Iunior *cons.*108.*n.*8. Plotus *cons.*108. latè Fuluius Pacianus qui plura in ista materia scribit *in tract.de probation.lib.*2. *cap.*3.*n.*228. *fol.*17.*& à num.*82. *fol.*10. incipit materiam tractare.

Vigesimononò infero ad forum Aragoniæ, concedentem parentibus testari in præiudicium filiorum, dummodo relinquant filiis certam exiguam summam:
276 † Nam est limitandum in bonis, quæ parentes relinquunt in hoc Regno Castellæ, quia in illis tenentur relinquere filiis legitimam, iuxta leges Castellæ, quod reputo notandum: de quo foro meminerunt Roxas *in epitome de successionum. cap.*3. *num.*14. Cucalon *in l. iura sanguinis*, *ff.de regul. iur. in glos. in verb. legitima*, *ad finem.* In quo foro, & in ista materia animaduerto ad vnum singulare, quòd si quis testetur de bonis, quæ
277 habet in diuersis prouinciis, † possunt bona separari, vt quidam succedat ex testamento, & alius ex statuto, secundùm Bartolum & Baldum *nu.*26. *in l.si seruus.vor*, *ff.de adoption.* vbi fac. *n.*43.*&* 44. eandem Baldum *in l. humanitatis*, *n.*4. *C.de impub.* facit *l.si certarum*, §. *Iulianus etiam*, *ff.de milit. testam.* Et si quis vendat tertiam
278 in vno loco, quæ est situata in alio loco, † an debeat terra mensurari iuxta mensuram loci, vbi fuit factus contractus, vel iuxta mensuram loci, vbi res est sita? resoluit Ferrara *in praxi de forma libelli*, *in actione reali*, *in vers.cui cohæret*, *n.*7. *pag.*1. vbi additio refert Hieronymum de Monte *in tract.finium regund. cap.*26. *incipient. In terminis autem*, *n.*7. tradit Rolandus *in cons.*100. *n.*7. *lib.*3. Et quòd forenses possint collectari pro rebus existentibus in territorio collectantium, & tenentur ad
279 præstantias, † quæ fiunt à ciuitatibus propter necessitatē tradit Iulius Ferretus *in tract.de gabellis*, *n.*537. *fol.*214.

Trigesimò infero intellectum ad singularem doctrinam Otalci, *in decis. Pedemontan.*100. *nu.*47. vbi tradit, quod pacta matrimonialia quæ valent inter vltramontanos, vt probatum fuit *suprà*, *quæst* 22. † non extenduntur ad bona sita vltra illa loca. Mouetur per doctrinam Bart. *in l.pactum*, *C. de collation.* Bald. *in l.2. C.quæ sit longa consuetudo*: Tiraquel. *in tract.de primogen. q.*6. & per alios, quos citat. Quæ doctrina magnifacienda est pro pactis matrimonialibus, quæ fiunt inter Dominos & Magnates Regni Castellæ cum aliis Dominis & Magnatibus Regni Nauarræ, Aragoniæ, Valentiæ, Cathaloniæ, Lusitaniæ, Italiæ, & aliarum regionum, dum filias, vel sorores matrimonio collocant. Et an quis teneatur soluere gabellam de re, quam vendidit extra patriam, † tradit Iulius Ferretus *in tract. de* 281
gabellis, *num.*601. *pag.*218. ad quem addo periculosam doctrinam Lasarte *in tract. de gabellis*, *cap.*4. *num.*15. *fol.*44. vbi quibusdam leuibus rationibus probare conatur, quòd si quis vendat in hoc Regno rem immobilem existentem in Italia, Aragonia, aut Portugallia, tenetur soluere gabellam in loco, vbi contraxit: quod ex superioribus, & ex infra dicendis difficillimum mihi videtur; in quo legenda sunt quæ scribit Felicianus *in tractatu de censibus*, *lib.*2. *cap.*11. *n.*12. *fol.*168.

Trigesimoprimò infero ad quæstionem de facto contingentem, quòd si quispiam habeat priuilegium Nobilitatis in Valentia, Cathalonia, & Aragonia, tale priuilegium est restringendum ad bona, quæ quis habet 282
in illis prouinciis, † & non ad bona, quæ habet in Regno Castellæ. Ad quod facit Ripæ *responsum* 4.*&* 9. *in tit.de rescript.* quem citat Otalora *in tract. de Nobilitat.*6, *part.*2. *c.*2. *n.*32. *pag.*75.

Trigesimosecundò infero, verum esse quod scribit Antonius Thesaurus *dec. Pedemontan* 152. vbi fundat edictum de non extrahendo granum à ciuitate, extendendum esse ad exteros habentes ibi bona; 283
& esse inspiciendum locum, vbi sunt victualia, & vbi orta sunt, contra Cynum *in l final.C.quæ sit longa consuetud.* Guid. *qu.*373. quod quotidie contingit, & tradit Azeuedo *in l.*3. *tit.* [illegible] *lib.*7. *Recopilat. nu.*4.*&* 5. *fol.*98. & ad Thesaurum addo notabile *consilium* Nattæ 389. *num.*2. *cum seqq. lib.*2.

Trigesimotertiò † infero intellectum ad id quod tra- 284
dit Molina *lib.*2. *de primogeniis*, *cap.*10. *nu.*79. *fol.*314. tractans, an ex bonis, quæ quis habet extra Regnum Castellæ, possit existens in hoc Regno facere maioratum, vel meliorationem? In qua difficultate legenda sunt quæ *suprà* tam latè scripta sunt.

Trigesimoquartò infero † intellectum ad Glossam *in* 285
Auth. vt omnes obediant: *in principio*, §. *considerandum*, *in glos. in verb. hypotheca*, volentem, quòd hypotheca detur etiam ad bona sita extra territorium debitoris, quam commendat Bald. *in l.*2. *in fine.C.mandat.* Antonius de Fano *in tract. de pignoribus*, *part.*8. *membro* 2. *num.*8. *fol.*170.

Trigesimoquintò infero intellectum † ad doctrinam 286
Rebuffi *in tract. de nominationib. q.*15. *nu.*57. *pag.*210. vbi tradit, quòd beneficia extra Regnum sita, non comprehenduntur in nominationibus: & idem refert *q.*7. *&* 76. *num.*7. *pag.*133.

Trigesimosextò infero intellectum ad aliam doctrinam eiusdem Rebuffi *in praxi benefic. tit.ul. de missione in possessionem*, *nu.*18. *pag.*90. vbi tradit, † quod Cleri- 287
cus, vel Sacerdos habens domicilium Aureliæ, non potest mittere in possessionem in diœcesi Parisiensi: & si hoc faceret, puniretur; argument. *l.finalis*, *ff.de iurisdict. omnium iudicum.*

Trigesimoseptimò infero intellectum ad id quod scribit Nicolaus Balbus *in decis. Pedemont nu.*17.*&* 18. vbi tradit, † quòd possidens bona in territorio alicuius 288
loci, tenetur de iure illa profiteri & consignare in catastro publico ipsius loci, per *l.forma*, *in principio*, cum *glos.*1. *&* §. *penult. ff.de censibus*, & *l.final. C. sine censu vel reliquis.*

Trigesimo

Trigeſimooctauò infero intellectum ad quæſtionem, quam tractat Menochius latiſſimè *de retinend. poſſeſſ. remed.3. num.316. cum pluribus ſeqq. pag.203.* vbi latè
289 diſputat † Interdictum *Retinendæ*, coram quo iudice intentandum ſit. Et qualiter ſpoliatus de beneficio agere debet in loco & territorio, vbi ſitum eſt beneficium, reſoluit Menoch. *de recuperanda poſſeſſione, remed.15. num.210. pag.495.*

Trigeſimononò infero intellectum ad doctrinam Ioan. de Imol. *in Clem.1. nu.14. fol.116. de iure patro-*
290 *nat.* vbi reſoluit, † quod Decima Papalis debet ſolui, vbi Eccleſia eſt ſita, non vbi ſunt poſſeſſiones; quia talia onera non imponuntur niſi ſubditis.

291 Et quod verba, *de illo loco*, † importent originem, volunt Bartolus *in l.in prouinciales in fin.8. de verborum ſignificat.* Baldus *in l.1.§.quod autem, ff. de curatorib. datis ab his*; & alij, quos citat Decius *in conſil.550. num.6.* in quadam lite paſcuorum, de quo legi debet Cephalus *in conſ.246. num.18. cum ſequentibus, & nu.37. lib.2.*

292 Et quod † mulier nupta quantum ad ſeruitium mariti, ſit de domicilio mariti; & quoad alia, ſcilicet contrahendum, & ſuccedendum, debeat regi ſtatutis mulierum, voluit Batt. *in l.final §.iidem reſcripſerunt, ff. ad municipalem*, quem citat Curtius Iunior *in conſilio 5. num.42.* Et in illa quæſtione alta & difficili, quæ eſt pars noſtræ materiæ, an Domini vaſſallorum poſſint
293 alienare ſuos vaſſallos † illis inuitis, eſt doctrina notabilis, quod conſuetudo illos alienandi non extenditur de loco ad locum; quam ponunt Ripa *lib.2. reſponſorum, cap.25. num.17. & 18.* qui tradit quod conſuetudo debet eſſe præſcripta, Menochius *in conſilio 377. nu.13.*
294 *lib.4.* Et qualiter † reus & obligatus poſſit conueniri in ſuo domicilio Romæ, contra ſtatutum Senenſe prohibens, quod ciues non poſſint conueniri, niſi Senis, notabiliter diſputat Stracha *in tract. mercatorum, tit. quomodo in cauſa mercatorum: num.26. pag.509.* Et
295 qualiter ſtatuta † ligent fœminas repellentia illas ob maſculos, tradunt Romanus *in ſingul.442.* Decius *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.53.* Iacobus Puteus *deciſ.99. part.3.* & ad hoc eſt egregium *conſilium* Calcanei *7. num.15.*

QVÆSTIO LIX.

Maioratu facto de bonis mobilibus & immobilibus, vtrum comprehendantur iura & actiones.

SVMMARIVM.

1 *Nomina debitorum conſtituunt tertiam bonorum ſpeciem.*
2 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, an valeat, & quare, & num.3.*
4 *Diſpoſitio loquens de re exiſtente in aliquo loco non comprehendit incorporalia.*
5 *Vſufructu bonorum mobilium & immobilium relicto, an veniat vſusfructus nominum debitorum.*
6 *Deciſio quæſtionis à num.6. vſque ad 10.*
11 *Verbum*, bona, *an debeat generaliter intelligi cum oneribus & honoribus, & are alieno? remiſſiuè traditur.*
12 *Teſtator ſi dicat*, lego omnes res meas titulo maioriæ, *an oratio ſit generalis, aut vniuerſalis.*

QVinquageſimononò quæro, pater facit maioratum in filium de omnibus bonis ſuis mobilibus, & immobilibus, vel meliorat filium in tertia & quinta parte bonorum mobilium, & immobilium, an comprehendantur ſub hac generalitate iura & actiones, & nomina debitorum? Et ſanè Speculator *in tit. de fructibus, & intereſſe, §.ſcias igitur, verſic. ſed pone, Prælatus*, ibi, *Secundo quæritur*, & Ioan. Andreas *ibi*, in illa ſunt ſententia, quòd nomina debitorum non ſunt bona mobilia, nec immobilia, ſed conſtituunt quandam † tertiam ſpeciem de per ſe. Pro qua ſententia 1
eſt textus expreſſus *in l. quam Tuberonis, §.vltimo, ff. de pecul.* ad quam ſententiam quaſi innumerabiles Doctores refert iuxta morem propium, Tiraquellus *in tract. de vtroque retractu, §.1. gloſ.7. pag.73. num.9.* vbi duas columnas conſumpſit in concordantibus ad hanc opinionem, cui tamen adde Sylueſtrum *in ſua ſumma, verbo, Alienatio, num.8.* Rebuff. *in l.monentium appellatione 93. pag.561. verſic. ſed dubitari poteſt: ff. de verborum ſignificatione*, & Purpuratum *in l.ex conuentione, n.67. C. de pact.* & Epiſcop. Couarr. *in cap. relatum, in 2. n.1. fol.71. de teſtamentis:* & Anton. de Fano *de pignoribus, 2. part. membr.4. n.84. & 2. p. membr.2. n.8. fol.5. & 6.* Notat etiã Tiraquellus *in l.ſi vnquam, in verb. bona. n.7. C. de reuocand. donation.* & *in tract. de primogenitura, quæſt.49.* vbi ex hoc diſputat an ex conſuetudine Franciæ primogenito competant nomina debitorum? cui adde Arium Pinellum, qui multa ſcribit *in 1. part. rubr. C. de bonis matern. num.24. cum ſequentibus, folio 4.* & latiſſimè doctiſſimus Anton. Gabr. *libro communium opinionum, titul. de verborum ſignificatione, concluſ.7. num.1. cum ſequentibus, pagina 346.* Hieronymus Gabriel *in conſilio 98. num.1.* vbi tradit, quid in libris rationum.

Ex his auſus fuit dicere ante omnes Baldus *in conſilio 274. lib.2.* quòd valet † donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, quia in illa non com- 2
prehenduntur nomina & actiones, ex quibus tertia ſpecies conſtituitur, & idem tenet Corneus *in conſilio 104. Circa primum, lib.2.* & Iaſo *in l.ſtipulatio hoc modo concepta, ad finem, ff. de verborum obligationibus*; & *l.à Diuo Pio, §.in venditione, col.2. ff. de re iudicata*; & *in conſilio 5. lib.3.* & Decius *in conſilio 30. & 237.* & alij, quos refert Tiraquellus *vbi ſuprà*. Quod notandum eſt ad intellectum textus *in l.69. Taurina.* ¶ Et pro hoc faciunt quæ ſcribit Pinellus *vbi ſuprà, num.25.* vbi tradit, quod in donatione, vel relicto omnium bonorum mobilium, & immobilium, † non comprehenduntur iura & actio- 3
nes, Rojas *in epitome de ſucceſſion. cap.30. num.25. pagina 264.* Petrus Barboſa *in l.ſi conſtante, nu.3. pag.298. ff. ſoluto matrimonio*, & latè tractat Sarmiento *lib.6. ſelectarum interpret. cap.18. num.1. cum ſequentibus, folio 28.* Rebuffus *in cap. cum Eccleſia Sutrina, pag 306. col.1. verſic. quantum ad primum, de cauſ. poſſeſſion. & proprietat.* qui confirmat, quia quando diſpoſitio loquitur de re exiſtente in aliquo loco, † non comprehendit in- 4
corporalia, *l. Caius Seius, in principio, ff. de legatis 2. l.ſi fideicommiſſa, §.tractatum, ff. de indic. l.vltima, C. de præſcript. long. tempor.* Et quòd quando relinquitur vſusfructus bonorum mobilium, & immobilium, † non 5
veniat vſusfructus nominum debitorum, voluerunt Bald. *in conſilio 50.* Gilius Petri relatus *inter conſilia* Baldi *423. lib.3.* Iaſo *in l.à Diuo Pio, §.in venditione, ff. de re indica.* Pariſius *in conſil.96. nu.24. lib.2.* Socinus Iunior *in conſil.97. nu.22. lib.2.* & alij, quos citat Menochius *in tractatu præſumptionum, lib.4. præſumpt.142. nu.19. fol.258.* Franciſcus Mantica *in lib. de conjecturata mente defuncti, lib.9. tit.6. n.2. pag.398.*

Ego in noſtra quæſtione, omiſſis infinitis, quæ ad vtramque partem adducit Tiraquellus *vbi ſuprà*, in illud inclino, † quod in caſu noſtro venient in maioratu 6
& meliòratione nomina debitorum, quia in Hiſpania ſecundùm communem vſum loquendi, qui præfertur propriæ ſignificationi verborum, cum in qualibet diſpoſitione ſit mentio de bonis alicuius, intelligitur etiam de nominibus debitorum quod omnibus pluſquam manifeſtum eſt. Et dicit Oldradus *in conſ.219.* quòd ob vſum communem loquendi, appellatione bonorum mobilium, & immobilium, † comprehenduntur iura & 7
actiones, tradit Rebuffus *in d.l. mouentium, in verſic. tertio*

tertio flectitur regula, Pinel. *in d.rubric. de bonis maternis, num.24.* & de materia plura ſcribit Rebuf. *in l.meorum 91. ff. de verbor. ſignific.* Guido Papæ *deciſ.499. n.1.* Et quòd communis vſus loquendi præferatur † cuicun- 8
que propriæ ſignificationi, probatur, *in l.liberorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de legatis 3.* quod procedit in materia pœnali, ſecundum Bartolum *in l.libellorum, §.ſed ſi aliud, ff. de accuſation.* & notat latè Iaſo *in rubric ff. de noui operis nuntiat. num.6.* & *in l.1. num.6. eodem titulo*; & *in l.ſtipulatio iſta, §.hoc quoque, ff. de verbor. obligation.* & notabiliter Decius *in cap.1. num.22. de conſtitut.* & *in cap. in præſentia, num.33. de probation.* quibus adde Bartol. *in l.1. num.8. ff. de officio procurat. Cæſar.* & *in conſil.200.* latè Epiſcop. Couarru. *reſolut. lib.3. c.5. nu.1.* vbi ex hoc dixit, quòd ſi quis ſimpliciter ex donatione, vel teſtamento relinquat alicui bona titulo maioratus, quamvis aliud non exprimat, ſequitur in omnibus naturam maioratuum. De quo ego egi *ſupra, in q.48. à n.70.*

Et veriſimile eſt, quòd faciens maioratum vel meliorationem, de his nominibus debitorum intellexit, conformando ſe cum communi vſu loquendi: nam & vbi ex intentione loquentis conſtat, quòd voluit deſignare totum patrimonium, appellatione bonorum mobilium & immobilium, comprehenduntur † nomina
9 debitorum, & actiones, ſecundum Abbatem *in cap. nulli, de rebus Eccleſ.* & conſtat ex doctrina Bald. *in l.1. ff. de ſtat. hominum*: & ad hanc concluſionem ponderat Gregor. Lopez *in rubr. tit.17. part.2. in gloſ.* in verbo, *En dos maneras*: quod maximè procederet vbicunque teſtator relinquat bona per dictionem hanc, *Omnia*; vt in propoſitione quæſtionis dixi: quia tunc veniunt
10 † etiam iura, & actiones: *l.quoties, §.vltim.* vbi traditur, *ff. de vſufruct.* notat Alexand. *in conſil.45. num.8. lib.1.* vbi Gloſ. Pariſ. & Aleiat. *in dict. l.mouentium. ff. de verbor. ſignificat.* vbi hoc tradit Rebuf. *pag.662. ve ſ. primo limita*: in quo tamen Pinellus *in d.rubr. num.31.* citat plures contrarium tenentes, & communem vocat contra Alciatum. Et huic inngne Peraltam *in l. cum autem, num.12. pag.131. ff. de legatis 2.* vbi latè tractat, an ver-
11 bum, *Bona*, † debeat generaliter intelligi vnà cum oneribus, & honoribus, & cum ære alieno, vide illum, qui plura ſcribit. Et quid ſi teſtator dicat, *Relinquo filio meo omnes res meas titulo maioratus*, an hæc
12 oratio ſit vniuerſalis, aut generalis, † colligitur ex Bart. *in l.ſi ita, col.2. ff. de auro & argento legato*: & latè ſcriptis per Epiſcopum Couarruu. *reſolut. lib.1. cap. 13. num.1. cum aliis*, vbi plura ſingularia & difficilia reſoluit ad plures materias, eleganter Deci. *in cap. ſedes, num.7. verſic. & quæ ſuperius, de reſcript. fol.73.* Et in iſta quæſtione addenda ſunt quæ ſcribo *ſupra, quæſtione 40.*

QVÆSTIO LX.

Traduntur aliqua pro interpretatione clauſularum facultatum, quæ conceduntur ad faciendum maioratum,

SVMMARIVM.

1 *In facultate conceſſa ad faciendum maioratum ſi exprimantur aliqua, quæ de iure inſunt, nihil operantur. Et an hoc procedat in conditione quæ ineſt ex neceſſitate, aut voluntate. nu.3.*
2 *Clauſula, quod maſculus ſemper fœminæ præferatur, quomodò debeat intelligi.*
4 *Verba priuilegij ſunt ad ius commune trahenda.*
5 *Reſcriptum debet interpretari, vt quantò minus poſſit ius commune ledat.*
6 *Maioratus ſimpliciter factus ab eo, qui illum ex Regia facultate poteſt inſtituere, ſecundum ius commune cenſetur.*
7 *Actus eo modo, quo vtilior eſt faciẽti, factus intelligitur.*
8 *Clauſulæ quæ ſunt in facultatibus, recipiunt reſtrictiones, quæ ius commune.*
9 *Talis præſumitur voluntas Principis, qualis eſt legis ſcriptæ.*
10 *Factum ſuperioris in dubio ad ius commune refertur.*
11 *Facultas regalis ad faciendum maioratum potens habere diuerſos intellectus, debet interpretari, vt non deroget iuri communi.*
12 *Verba apposita in facultate Regali non debent eſſe ſine effectu aliquid operandi.*
13 *Priuilegium taliter debet interpretari, vt addat aliquid ad ius commune.*
14 *Et an hoc procedat in materia odioſa, & ſtatutis.* & num.18.
15 *Vaſſallus non poteſt infeudare feudum, ſi adiiciatur pactum de non alienando.*
16 *Prohibitus alienare, an prohibeatur habere hæredem illum qui ab inteſtato ſuccedit.*
17 *Renuntiatio facta per filium comprehendit legitimam, vbi aliàs nihil operaretur.*
19 *Locator non poteſt expellere inquilinum, etiam pro vſu proprio, ſi promiſit eum non expellere.*
20 *Arbitrium cùm datur illi, qui aliàs habebat, cenſetur data illi abſoluta & libera voluntas.*
21 *Verba vt aliquid operentur, etiam impropriſſimè interpretantur. Quid ſi ex intellectu reſultet interpretatio iuri communi contraria. n.29. Nec in dubio debent operari niſi ſecundum actus naturam, n.32. & 33.*
22 *Priuilegium concedens facultatem appellandi, intelligitur etiam in caſibus, in quibus appellatio prohibetur.*
23 *Statutum diſponens, quòd deficientibus maſculis fœmina ſuccedat, intelligitur à contrario ſenſu, quòd extantibus maſculis non ſuccedat fœmina.*
24 *Argumentum à contrario ſenſu colligitur contra antiqua iura, quando aliàs verba nihil operantur.*
25 *Priuilegium conceſſum à Principe, quod nullum vectigal ab aliquo exigatur, an intelligatur etiam in rebus, quas negotiationis cauſa tractat. Et ibi, & nu.28. infertur intellectus ad ll.7. 32. & 33. tit. 18. lib.9. Recopilationis.*
26 *Feudum ſi quis concedat alicui proſe & filio primogenito, reſeruata poteſtate diſponendi in fauorem aliorum filiorum, an poſſit Princeps diſpenſare, iure primogenito iam quæſito.*
27 *Verba ſuperflua in clauſula executiua an amplient diſpoſitionem.*
30 *Faciens aliquem actum videtur ſe adſtringere legi loquenti de actu.*
31 *Verba naturæ contractus non inconuenientia impropriantur ex æquitate ſecundum contractus qualitatem.*
34 *Licentia generalis data ad faciendum maioratum, non operatur quòd alteri ius quæſitum tollatur.*
35 *Facultatis poſt acquiſitæ prætextu nihil innouatur in maioratu prius ob contractum oneroſum facto.*
36 *Facultates ad inſtituendum maioratum conceſſæ, ſecundum ſupplicationem debent interpretari.*
37 *Verba licentiæ referuntur ad omnes caſus in ſupplicatione contentos.*
38 *Error in priuilegiis Principis non præſumitur.*
39 *Verba in priuilegio Principis cauſatiuè appoſita cenſentur.*
40 *Princeps qui poteſt vti iure communi & ſpeciali, videtur in dubio iure communi vti.*
41 *Conceſſiones ad bona maioratus vinculanda, alienanda, aut hypothecanda, debent ſumere intellectum ab intentione conſedentis.*
42 *Narratio facit, quod omnia videantur conceſſa quæ narrantur.*
43 *Petitio ſi determinata ſit, attendi debet conceſſio.*

44 *Verba narratiua Principis de assertione partium non probant in his quæ sunt grauis præiudicij.*
45 *Verba*, sine præiudicio, & reseruatione, & *similia, an modificent & restringant.*

IN hac quæstione sexagesima ad similitudinem cuiusdam resolutionis instruere lectores decreui de aliquibus conclusionibus, & iuris principiis, quæ sunt necessaria pro intellectu clausularum, & verborum contentorum in facultatibus, quæ conceduntur ad faciendum maioratus, & ad reuocationem illorum, vt lectoribus nihil desit in ista materia, quod sit conducibile, nec fit eisdem necesse passim alios aperire libros.

Primò noto, quòd si in facultate Regia data ad constitutionem maioratus exprimantur aliqua, quæ de iure
1 † insunt, nihil operantur: *l. non refert, C. de fideiussor. l.* 3. vbi late, Iaso post alios, *ff. de legat.* 1. idem Iaso *in l.* 2. *n.* 1. *ff. de conditio. indeb.* Bartol. *in consil.* 1. *num.* 1. Felin. *in cap.* 2. *nu.* 4. *de rescript.* quæ conclusio procedit non solum quando apparet, quòd est expressio eius, quod tacitè inest, vt in casu *d. l.* 3. sed etiam quando dubitatur, quomodo expressum debeat intelligi, an scilicet, eo modo quo tacitè inerat, an vero aliter; secundum Bartol. *in l.* 1. *§. videamus, C. de rei vxor. action. & in l. vxorem, §. testamenta.* 2. *per illum textum, ff. de legat.* 3. & *in l. Cæsius, ff. solut. matrimon.* & est casus notabilis *in l. si Titio, in fine*, & ibi Nicola. de Neapoli *ff. quando dies legati cedat.* Et voluerunt Paulus de Castro *in dict. l.* 3. & alij, quos citat Cephalus *consil.* 258. *n.* 28. *lib.* 2.

Ex quibus inferri potest, quòd si in fundatione maioratus caueatur quòd masculus semper præferatur fœminæ in successione maioratus, † intelligendum est si talis
2 masculus sit in eodem gradu, non in remotiori; cum hoc sit de iure, iuxta ea quæ scribo *infra, part.* 2. *q.* 6. *in principio*; licet in contrarium facit regula, quæ statim traditur, quòd verba semper ita debent intelligi, vt aliquid operentur. ¶ Et est notandum, quòd regul. *d. l.* 3.
3 procedit in conditione, quæ inest ex necessitate; † secus si ex voluntate: *l. talis scriptura, ff. de legatis* 1. notat Bartol. *in d. l.* 3. Ripa *in l. Centurio, nu.* 159. *versic. timore huius contrarij: ff. de vulgar.* Socin. Iunior *in rubr. ff. de acquiren. poss. s. n.* 14. *fol.* 311. tradit etiam idem Socin. Iun. *in consil.* 128. *num.* 214. *lib.* 1. quòd licet expressio eius, quod tacitè inest à lege nihil operetur, declarat tamen mentem in alio casu, de quo non est facta mentio. Et hanc materiam latiùs tracto *infra, parte* 2. *quæst.* 12.

4 Secundò noto, quod verba priuilegij † sunt trahenda quantum possibile fuerit, ad ius commune, *cap. causam quæ de rescript. cap. licet, de præbend. cap. paratur*, 25. *q.* 1. cum *similib.* vt per Decium *consil.* 33. *num.* 4. Alex. *in*
5 *cons.* 34. *nu.* 6. *lib.* 6. vbi tradit, quòd rescriptum † & dispensatio debet interpretari, vt quanto minus possit, lædat ius commune, per *cap. cum dilectus, de consuetudin.* & *cap. dilecto, de consang. & affinita.* ¶ Ex quibus confirmatur quod in hac materia scribit Molina *lib.* 2. *de primogen. cap.* 2. *n.* 13. *fol.* 212. vbi tradit, quòd maioratus † simpliciter factus ab eo, qui illum iure communi, & ex Regia facultate instituere possit, censendus est factus ex
6 iure communi. Et actus semper factus præsumitur eo
7 modo, quo † est vtilior facienti, secundum Bartolum *in l. gerit, num.* 14. *ff. de acquirend. hæredi.* Menochium *in tractatu præsumptionum, præsumpt.* 136. *num.* 16. Et actus semper præsumitur factus secundum ius commune, *l. quæro, §. inter locatorem. ff. locat.* cum *concordantib.* vt per Menochium *in d. tractatu, lib.* 3 *præsumpt.* 14. *numero* 8. *pag.* 282.

Tertio quòd clausulæ quæ sunt in facultatibus præ-
8 dictis, † recipiunt omnes restrictiones, quas ius commune, secundum *Dominic.* post Ioannem Andream *in cap. licet canon, §. vlt. col.* 1. *num.* 4. *versic. ista bene ipsud dictum: de elect. in* 6. Hinc euenit, quòd † talis præsumi-
9 tur voluntas Principis, † qualis est legis scriptæ, & naturalis rationis, secundum Baldum *in cap.* 1. *col.* 2. *nu.* 3. *apud quem, vel ad quos.* Et ad hoc facit alia doctrina Baldi *in l. bonorum, C. qui admitti*: vbi dicit, quòd quando factum superioris in dubio potest referri ad ius commune, † semper ita intelligitur: & idem volunt 10
Innocen. Ioan. Andre. & Anton. *in cap. dudum, de decim.* Paul. de Castro *in l. Princeps, ff. de legib.* cum *concordantib.* vt per Decium *in consil.* 33. *num.* 14. & *in consil.* 114. *num.* 4. Ex quibus infertur, quòd facultas † Regalis data ad faciendum maioratum, qui potest 11
habere diuersos intellectus, vnum secundum ius commune, alterum in derogationem iuris communis (prout plerumque contingit) interpretanda potius est, quod non deroget iuri communi.

Quartò noto, quod verba apposita in facultatibus Regalibus concessis ad constitutionem maioratuum, † 12
non debent esse sine effectu aliquid operandi, per regulam *l. si quando, ff. de legatis* 1. quæ procedit etiam in materia pœnali, *l.* 1. *§. pennlt.* cum *l. sequenti, ff. de calumniator.* & ista regula procedit in priuilegiis, *cap. si Papa, de priuileg. lib.* 6. *c. in his*, vbi Abb. *de priuileg.* Et in priuilegiis hoc modo arguunt Bald. *in authen. habita, notab.* 4. *C. ne filius pro patre*; & *in l.* 3. *§. si is pro quo*, vbi late Iaso. *ff. quod quisque iur.* Ancharran. *in cons.* 186. & plura scribit Ripa post Deci. *in cap.* 1. *num.* 41. & 42. *de rescript.* Et taliter debet interpretari priuilegium, † vt addat aliquid ad ius commune; *cap. in* 13
his, de priuilegiis; *l.* 1. *ff. ad municipalem*, cum *concordantibus*, vt per Ripam *resp. cons.* 37. *num.* 5. Petrum Surdum *decis.* 175. *num.* 9. & plures Authores citat in proposito Valdes *in additionibus ad Suarez, allegatione* 2^a. *pag.* 102. Et † ista regula procedit etiam in materia 14
odiosa, & strictæ interpretationis, vt tradunt Aymo *in cons.* 272. *num.* 7. & *in cons.* 294. *num.* 3. Menochius *in cons.* 19. *num.* 8. & ista regula habet locum in statutis, secundum Bartolum *in l.* 2. *ff. vsucapion.* notat Iaso *in l.* 2. *§. creditum, num.* 14. *ff. si certum petatur, & in dicto §. si is pro quo, num.* 3. Et licèt *periculi* appellatione non veniat casus fortuitus, fallit, nisi vt verba renuntiationis aliquid operentur, secundum Romanum *singula.* 437. de quo vide Aymonem Crauettam, qui plura adducit *in consilio* 194. *num.* 3. & *consilio* 92. *nu.* 5. & *consilio* 135. *n.* 24.

Et vassallus licet alienare non possit feudum, infeudare tamen alteri potest, † nisi appositum sit pactum de 15
non alienando, vt verba aliquid operentur, secundum Baldum *in cap.* 1. *§. similiter, de lege Corradi*: confirmat Decius *in cap. quæ in Ecclesiarum, num.* 31. *de constit.* sic inquit Aretinus *in l. ventre, col.* 16. *versic. dicamus ergo*: & melius *num.* 4. *ff. de acquirend. hæreditat.* quòd licet prohibitus alienare, † non videatur prohibitus illum 16
habere hæredem, qui ab intestato succedit, *l. cum pater, §. cum inter, ff. de legatis* 2. facit vbi posita est dictio geminata: tunc enim vt geminatio aliquid operetur, omnis alienatio indistinctè censetur prohibita. Et idem voluit Aretinus *in l. Pannonius* 5. *§.* 1. *ff. de acquirend. hæreditat.* Ripa *in l. filius familias, §. Diui, num.* 99. *ff. de legatis* 3. Decius *consilio* 23. & alij, quos citat Cephalus *consil.* 152. *num.* 79. *lib.* 2. qui ex pluribus confirmat. Ad quod faciunt quæ scribo *supra, q.* 22.

Et † renuntiatio facta per filium comprehendit legi- 17
timam, vbi aliàs nihil operaretur, vt per Socinum Iunior. *cons.* 136. *num.* 17. *cum sequentibus, lib.* 1. Menochius *consilio* 71. *num.* 23. *lib.* 1. Et clausula etiam odiosa in rescriptis apposita, † debet intelligi, vt aliquid præter 18
ius commune operetur, etiamsi possit simpliciter secundum ius commune intelligi, secundum Abba. & Decium *in cap. Pastoralis, in principio, de appellationibus*: notat Glos. Parisien. quæ plura ad propositum adducit *in consuetudinib. Parisien. §.* 41. *n.* 14. *fol.* 287.

Quare etiam inquit notabiliter Angel. *in l. Ædem, C. locati*, quòd locator non potest inquilinum expellere, † etiamsi ob nouam causam re locata indigeat, si in 19
scriptura locationis expresè promittat, quòd eum non expellet conductionis tempore pendente, vt ista verba aliquid operentur; quem sequitur Decius *in cons.* 292. &

& 667. col. 2. *& in dict cap. Pastoralis, in princip. num.* 1. in quibusdam libris, *fol.* 220. & in aliis 320. *de appellation.* contra quos tamen tenent Arnald. Fero. *in consuetudinibus Burgundiæ, tit.* 3. *§.* 2. Episcop. Couarruu. *resolution. lib.* 2. *cap.* 15. *numero* 4. *versic. ex quo*: cui adde Gloss. Parisiens. quæ etiam tenet contra Angel. *in addition. ad Decium in dict. cap. Pastoralis*, Gregor. Lopez *in l.* 6. *titul.* 8. *part.* 5. ¶ Hinc fit, quòd quando arbitrium datur illi, qui aliàs habebat, censetur
20 † illi data libera & absoluta voluntas, secundum Imolam, Iasonem, & alios, *in l. si sic, ff. de lega.* 1. Decium *in l. in personam, §. generaliter, ff. de regulis iuris*; & alios, vt per Menochium *de arbitrar. iudicum, libro* 1. *quæst.* 8. *numero* 35. *pag.* 18. Et vt verba aliquid
21 operentur, † interpretantur etiam impropriissimè, *l. cum filio*, & ibi Cumanus, *ff. de legat.* 3. notat Alciatus *in tractatu præsumption. reg.* 3. *præsumpt.* 34. *numero* 10.

Et his est simile, quòd priuilegium concedens li-
22 beram appellandi facultatem, † comprehendit casus, in quibus aliàs de iure appellatio non admittitur, secundum Glossam, & alios, præcipuè Anton. *num.* 10. *in cap.* 1. *de rescript.* vbi Deci. *num.* 4. *in versic. subiicit Abbas hic, fol.* 52. *column.* 1. *in fine*, plura tradit pro intellectu istius materiæ; & refert Angel. *in dict. l. adem*, & dictum Bald. *in l. conuenticula, num.* 2. *C. de Episcop. & Cleric.* dicentis, quod statutum dicens, quòd
23 non extantibus masculis filia fœmina succedat, † vt verba aliquid operentur, à contrario sensu statuti colligitur, quòd extantibus masculis filiæ fœminæ non succedant: & idem tenet Alexand. & alij *in l.* 1. *ff. de officio eius, cui mand. est iurisdictio*: & alij *in dict. cap.* 1. *de rescript. num.* 42. quos refert Euetardus *in centum locis, loc.* 4. *a contrario sensu, pag.* 63. facit Glossa notabilis *in l. nulla, C. de Episcop. & Cleric.* quæ vult quòd argumentum à contrario sensu colligatur contra anti-
24 qua iura, † quando alias verba nihil operarentur: notat Romanus *in authentic. ex testamento, C. de collationibus*; Decius *in cap. super eo, in princip. num.* 1. *fol.* 290. *de appellat.* Ex quibus infertur, quòd si quis habeat priuilegium a Principe, quòd nullum vectigal ab eo
25 exigatur, † intelligitur etiam de rebus, quas negotiationis causa tractat, vt priuilegium aliquid operetur: cum ex regula *l. vniuersi, C. de vectigal. & commissis*, vectigal non soluatur de his rebus, quas quis ad vsum proprium euehit, vt priuilegium aliquid operetur; licet in contrarium faciat egregium *consilium* Caroli Ruini 112. *numero* 8. *lib.* 5. quem citat Rolandus *in consil.* 34. *num.* 12. *lib.* 3. quod notandum est ad intellectum *l.* 7. 32. & 33. *tit.* 18. *lib.* 9. *Recopil.* quę leges loquuntur de illis, qui habent priuilegium, quòd non exigatur ab eisdem gabella; & ad eos, qui habent priuilegia, vt non soluant ius, quod nos vocamus *Almojarifazgo*; de quibus loquuntur *l.* 1. & 2. *cum sequentib. tit.* 24. *l.* 1. & 2. *cum sequentib. tit.* 25. *lib.* 9. *Recopil.* & *l.* 25. *tit.* 9. *part.* 2. & aliæ similes leges. Et plura notabilia scribit Cæpola *in rub. ff. de verbor. signification. n.* 60. *cum sequentib.*

Infertur etiam ad doctrinam Aymonis *in cons.* 135. *num.* 24. vbi fundat, quòd si quis concedat alicui feudum pro se & filio primogenito, reseruata sibi potestate disponendi in fauorem aliorum filiorum, propter
26 talia verba vt aliquid operentur, † potest Princeps dispensare & disponere, etiam si sic ius quæsitum primogenito, quod pluribus rationibus & exemplis, & authoritatibus fundat. Et ideo licet clausulæ executiuæ non amplient regulariter dispositionem; *Clementin.* 1. *de præben.* & scripsi latissimè vltra omnes, *q.* 30. *supra,*
7 *hac* 1. *part.* si tamen verba essent superflua, † ampliant dispositionem, secundum Iasonem *in l. qui Romæ, §. duo fratres, num.* 29. *ff. de verborum obligationibus*; Gratum *consilio* 9. *num.* 142. *lib.* 1. Sed quòd sit tenuis coniectura, quod verba testatoris non sint superflua, tradit Alciatus *in l.* 3. *num.* 3. *ff. de legat.* 1. Francisc. Mantica *in tractatu de coniecturata mente defuncti, lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 24. *pag.* 367. & faciunt quæ scribit Carolus Ruinus *in cons.* 100. *num.* 2. *cum sequentibus, lib.* 1. Simon de Pretis *lib.* 1. *de interpretanda defuncti voluntate, dubitat.* 4. *solut.* 9. *num.* 3. *fol.* 32. plenius *lib.* 2. *interpretat.* 3. *dubio* 2. *solut.* 5. *n.* 1. *cum sequentibus, fol.* 159. ¶ Et pro dicta illatione & intellectu dato ad dictas *leges* 7. 32. & 33. *tit.* 18. *lib.* 9. *Recopilation.* faciunt scripta per Bellonum *consil.* 28. *n.* 9.

† Limitantur autem hæc, nisi talis interpretatio au- 28
ferat parti ius quæsitum: nam tunc verba priuilegij reduci debent ad terminos iuris, vt ex *l. si quando. C. de inofficioso testamento*, & notatis per Felinum *in c. causam, de officio Delegati*, & aliis probat Rebuffus *in praxi benefic. tit. de different. inter priuilegium, rescriptum, & mandatum, num.* 17. *pag.* 96. qui alia scribit ad propositum eorum quæ hic tractantur. Sufficit tamen quòd verba aliquam vtilitatem afferant, licet parua, secundum Glos. *in Clement. quia Regulares, glos. magna, de supplend. negligent. prælatorum*; & probatur *in l.* 2. vbi Bald. Salicet. & alij. *C. de colla.* Confirmat Rebuf. *in c. cum Ecclesia. pag.* 307. *versic. quarto habetis, de caus. possess. & proprietat.* Et Alexan. *in cons.* 33. *num.* 4. *lib.* 1. di-
cit, quòd verba † non refert quod aliquid operentur, 29
quando ex intellectu resultaret interpretatio iuri communi contraria, ex Geminian. *in d. c. si Papa*: notat Calderin. *cons.* 12. *tit. de priuileg.* Decius *in cons.* 512. *num.* 10. Et ad hoc conducit notabilis Baldi doctrina *in l. si duo, ff. de acquirend. hæred.* vbi dicit, quòd faciens aliquem actum, † videtur se adstringere legi lo- 30
quenti de illo actu. Notat Alciat. *reg.* 3. *præsump.* 32. *pag.* 336. *num.* 14. & text. *in l. si tibi pecuniam. ff. si certi. pet.* & *l. sivno, ff. locati*: vbi probatur, quòd quando verba in aliquo contractu sunt posita, non conuenientia naturæ, atque qualitati eiusdem, illa † semper im- 31
propriantur ex æquitate, secundum ipsius contractus qualitatem, atque naturam, & ita interpretantur. Notat Roman. *cons.* 509. *n.* 7.

Est etiam notandum, quod licet verba debeant ali- 32
quid operari, † verum est infra terminos materiæ subiectæ, nec debent in dubio operari, nisi secundum materiam actus; secundum Baldum *in rubr. C. de contrahend. emption.* Alexan. *in cons.* 21. *col.* 2. *lib.* 5. Glos. Paris. *in consuetudinibus Parisien.* §. 22. *num.* 4. *fol.* 183. Et est addendum, quòd verba non debent operari, † nisi se- 33
cundum naturam actus, super quo interponuntur. Et ita est intelligenda prædicta regula *l. si stipulatus, ff. de vsur. l. damni infecti stipulatio, in principio, ff. de damno infecto*: & vult Bald. *in dicta rubrica, de contrahenda emptione*, Bart. Paul. & Socin. *in l. si is qui ducenta, §. cum vtrum, ff. de rebus dubiis*; Ancharranus *consilio* 76. Paul. de Castr. *consil.* 185. *lib.* 1. & *cons.* 17. *lib.* 2. Alexand. *cons.* 21. *num.* 9. *lib.* 5. vbi Glos. Paris. plures refert, idem tenentes. Quotidie tamen testatores & contrahentes adiiciunt plura in actibus, quæ censentur apposita pro maiori declaratione, licèt de iure insint: *l.* 1. *§. ego puto, ff. de ædil. edicto.* cum *concordantibus*, vt per Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 43. *versic. nec obstat pueriles, fol.* 84. *C. de bonis matern.* de quo tracto *infra, part.* 2. *in initio.*

Quintò dico, quod in generali licentia data ad fa- 34
ciendum maioratum, non venit, † quod ius alteri quæsitum tollatur, secundum Glossam notabilem *in Clement. sæpè, in verb. defensiones, de verborum significatione*; quam commendant Doctores *in l. filius familias, ff. de donation.* Bald. *in l. cum antea, C. de arbitr.* & alij, vt per Alexan. *in cons.* 216. *num.* 12. *lib.* 2. facit regula generalis *l.* 12. *§. merito, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico*; quod notandum est ad intellectum tex. *in l.* 44. *Taurina*, in illis verbis, *Por contrato oneroso.* Ex quo iustè & iuridicè infertur, quòd si sit factus maio-
ratus ob contractum onerosum, ad cuius confirmatio- 35
nem posita Regalis licentia fuit impetrata, † non po-
test prætextu talis licentiæ aliquid innouari circa maio-

ratum prius constitutum ob contractum onerosum. Ad quod etiam facit *l. si quando, C. de inofficios. testamen.* cum materia: quod latius trado *supra, q.* 22 & 26.

Sextò animaduerto, quòd facultates concessæ ad
36 faciendum maioratum, † sunt interpretandæ secundum supplicationem; *c. inter dilectos*, ibi, *Ex forma petitionis*, vbi Bald. notat, *de fide instrument.* cum *concordan.* vt per Alexand. *cons.* 84. *col. vlt. lib.* 1. Deci. *cons.* 142. *num.* 5. & *cons.* 373. *num.* 11. & *cons.* 403. *num.* 15. Iaso *in l. causas, num.* 5. *C. de transaction* Nattam *in consil.* 276. *num.* 1. *lib.* 2. Carol. Ruinum *in consil.* 12. *numero* 17. *lib.* 3. Cephalum *in consil.* 76. *numero* 14. & *in cons.* 691. *num.* 22. *lib.* 5. Menoch. *in cons.* 310. *numer.* 21. *cum sequentib. lib.* 4. Ioann. Guttierrez *lib.* 3. *practicarum quæstionum. quæst.* 17. *num.* 42. *pag.* 240. Parisium *in cons.* 20. *num.* 11. *lib.* 2. Messiam super *l. Toleti.* 2. *part.* 2. *fundament. num.* 58. *fol.* 49. Acciat. *respo.* 163. *num.* 6. Decis. Pedemont. 23. *num.* 44. Iasonem *in l. Iustitia, num.* 11 *ff. de iustitia & iure*: & conducunt quæ scribo supra, *hac* 1. *parte*, & *quæst.* 8. *num.* 18. & in terminis inuestituræ feudalis, tradit Bartholom. Socinus *in consil.* 67. *num.* 13. *lib.* 1. Carolus Ruinus *in consil.* 43. *num.* 8. *lib.* 1. Menochius *in consil.* 160. *num.* 32. *lib.* 2. & *in consil.* 18. *n.* 1. & 11. *eodem libro*, Decis. Pedemontan. 88. *n.* 9. Carol. Ruin. *consil.* 43. *n.* 3. & 8. *lib.* 1. & *cons.* 154. *n.* 7. *eod. lib.*

37 Hinc est, quòd verba licentiæ † referuntur ad omnes casus in supplicatione contentos, *l.* 1. *C. de diuers. rescript.* tradunt Rubeus *in cons.* 12. *num.* 2. Parisius *cons.* 9. *num.* 42. *lib.* 2. Alexan. *cons.* 84. *in fin. lib.* 1. & alij, quos citat Cephalus *in cons.* 307. *num.* 56. *lib.* 3. & hoc etiam in notabili casu in successione cuiusdam maioratus, tradit Gratus *consil.* 6. *num.* 17. *lib.* 1. & *consil.* 7. *eodem libro*, quæ fallunt nisi concessio sit determinata, & non per verbum, *fiat*, vt volunt Dominic. *in c. ex parte, de election.* in 6. Imola *in c.* 1. *de pact.* Iaso *in cons.* 173. *col.* 4. *in princ.* Cassadorus *decis.* 6. *tit. de rescrip.* Menoch. *cons.* 180. *num.* 11. *lib.* 2. & *in dicto consil.* 310. *num.* 22. post Abbatem *in c.* 2. *de treuga & pace*, tradit, quòd quando signatura ampliat, vel restringit gratiam, attenditur ipsa signatura, non autem petitio; Parisius *in cons.* 94. *num.* 4. *l.* 4. & *consil.* 107. *n.* 21. & *consil.* 108. *nu.* 20. *eodem libro*, & *cons.* 110. *n.* 43. *lib.* 3.

38 Septimò noto, quòd in priuilegiis Principum † non præsumitur error, vt resoluit Burgos de Paz *in cons.* 46. *num.* 19. & 20. vbi etiam tradit *num.* 21. quod verba
39 apposita in priuilegio Principis, † præsumuntur apposita causatiuè, non conditionaliter, per *c. Abbate*, vbi Doctores, *de verborum significatione*, & *in cap. examinata, de confirmat. vtili vel inutili*, & alia quæ refert. Animaduerto etiam in præsenti quæstione, quòd Princeps qui vti potest iure communi, & iure speciali, † videtur in dubio vti iure communi: *c. innotuit, de elect.* volunt Abb. *in cap. illa quotidiana, eod. tit.* Bald. & Paul. de Castro *in l. si testamentum, C. de testament.* Iaso *in l. quanquam, num.* 2. *eod. tit.* & alij, quos citat Menochius *in tractatu præsumptionum lib.* 2. *præsumptione* 12. *n.* 1. *pag.* 124.

Ad quod est animaduertendum in ista materia maioratuum, in concessione facultatum, quòd ista etiam priuilegia & concessiones ad vinculanda bona, vel ad
41 alienanda, aut hypothecanda, † debent sumere intellectum ab intentione concedentis: *c. ex multiplici*, vbi Gloss. *de decim. cap. illecto, de verborum significatione*: *l.* 28. *tit. final. part.* 7. ibi, *Tratando siempre que acuerde el entendimiento a la voluntad de aquel que dio el priuilegio*: quòd in supplicatione & priuilegio dato in vocatione primogenitorum, tradit Decisio Pedemontana 23. *num.* 44. quæ legendi est *num.* 4. Et confirmatur
42 quia narratio facit, † quòd omnia videantur concessa quæ narrantur, secundum Abbatem *in c. cum pro causa, ex de sententia excommunication.* Romanum *cons.* 8. Bart. *in l.* 1. *ff. ad l. Iuliam maiesta.* quod pluribus exemplis & authoritatibus probat Felin. *in cap. super literis, num.* 9. *fol.* 113. *de rescript.* inquit tamen Abb. *in c. inter dilectos*, §. *cæterum, de fid. instr.* & *in c.* 2. *de treuga & pace*, quòd si petitio fuit determinata, attendi debet concessio: quod dicit esse notandum, quia sæpè Papa signando supplicationem, restringit petitionem: notat Natta *cons.* 98. *num.* 21. dicta Decis. Pedemonta. 23. *num.* 4. *supra citata*: & voluit Carolus Ruin. *cons.* 44. *num.* 3. *lib.* 1. & *cons.* 28. *num.* 7. *eod. lib.* in quodam negotio Hispaniæ, Imol. *in c.* 1. *de pact.* Iaso *in cons.* 173. *col.* 4. *num.* 3. *lib.* 4. Cassadorus *decis.* 6. *tit. de rescriptis*: & dixi *hac* 1. *part. q.* 8. & *q.* 23. Quibus est addendum (& hoc in practica quotidie proderit) quòd verba narratiua Principis de assertione partium, † non probant in his quæ sunt gratis præiudicij: quod volunt Cardinal. & Anton. *in c. post cessionem, de probation.* Aretinus *in cap. cum nobis, de testibus*, cum *concordantibus*, vt per Carolum Ruinum *consil.* 29. *num.* 9. *lib.* 1. de quo legendus est Mascardus *in tract. de probationibus, lib.* 1. *concl.* 339. *num.* 21. *fol.* 108. Aymo *in tractatu de antiquitate tempor. part.* 1. *numero* 40 *cum sequentibus, fol.* 26. Menochius *in tractatu præsumptionum, lib.* 2. *præsumpt.* 11. *num.* 1. *cum sequentibus, pag.* 120. Azcuedo *in l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 6. *Recopilationis, num* 229. *fol.* 43. Matth. de Afflictis *decis.* 305. *num.* 5. Et quod verba, *sine præiudicio*, & *reseruatione*, & similia, † modificent, & restringant, tradunt Glos. *in l. item Labeo*, §. *purè, ff. si famil. erciscund.* & *in l. Claudius, ff. qui potiores in pignore habeantur*; Angel. *in consil.* 27. & *in consil.* 42. & 290. Tiberius Decianus *consil.* 3. *n.* 130. *lib.* 1.

QVÆSTIO LXI.

An vbicumque quis est melioratus in certa parte, possit meliorationem acceptare, & hæreditatem repudiare.

SVMMARIVM.

1 *Decisio quæstionis*, & nu. 2.
3 *Primogenitus an teneatur soluere debita, pro rata bonorum & lucrorum hæreditatis, an verò pro eius portione dumtaxat.*

SExagesimoprimò, hoc in loco placuit inferere quæstionem elegantem, quam disputant alij Scriptores nostri Regni, dum magno conatu contendunt, *an l.* 21. *Taurina*, quæ concedit facultatem meliorato repudiandi, & acceptandi meliorationem, dummodo soluat pro rata debita defuncti, procedat & habeat locum vbicunq; non est quis melioratus in Tertio & Quinto bonorum, sed in certa parte bonorum, non designata tertia aut quinta parte? Nam Episcop. Couarru. *lib.* 2. *resolut. c.* 2. *n.* 4. affirmat, quod † *dicta l.* procedit, etiãsi melioratio sit facta in certa re, vel in certis rebus; vnde si res ipsæ, in quibus specialiter fuit melioratio instituta, non excedunt quintam & tertiam bonorum partem, ære etiam alieno deducto, non est cur tractetur an ipse melioratus possit ad debitorum solutionem conueniri: sed si res prædictę, ære alieno ab omnibus bonis deducto, excedunt tertiam & quintam bonorum partem, vel id, quod de iure prælegari potest; ipsius prælegati, & meliorationis diminutio fit, & pro ea parte, quæ diminutione tollitur ab hærede, conuenitur legatarius; quod ipse latius tradit.

Gregor. verò Lopez *in l.* 2. *in gloss. in verbo*, La manda, *tit.* 9. *part.* 6. multis verbis in hoc consumptis, tandem concludit idem, quod Episcop. Couar. licet Tellus aliter intellexit *Gregor. Lopez*, de quo mirandũ est: idem tamen tenet *in d. l.* 21. *n.* 4. per verba illius legis, ibi, *Mandamos que se entienda ora la dicha mejoria seria en cosa cierta, o en cierta parte de sus bienes.* Quorũ sententia † mihi

2 † mihi applaudit propter generalia verba, *d. l.* 21. & per *l.* 26. *Taur.* vbi filius censetur melioratus in Tertio & Quinto bonorum, cùm pater eidem aliquam rem donat, licet nihil pater dicat, quamuis Petrus de Peralta magna authoritate & fundamentis, *in l. cum autem, num.* 9. *pag.* 129. *ff. de legat.* 2. affirmat, quòd *in d. l.* 21. est casus specialis ob fraudem præsumptam, quando melioratus repudiasset hæreditatem, & non aliàs: & dicit, quòd aliter sentientes, perperam, & inerudite id sentiunt; quo in loco tractat de hac materia, & de intellectu *in d. l.* 21. apud quem videre licebit, quæ hic non tracto, quia ad alia transitum in nostra materia facere oportet.

His tamen addenda est Glos. Paris. *in consuetud. Paris. tit.* 1. §. 11. *num.* 8. *fol.* 128. vbi resoluit, an primogenitus
3 † teneatur exonerare & soluere debita pro rata bonorum, & lucrorum hæreditatis: an vero pro portione hæreditatis dumtaxat? & concludit, non teneri nisi pro quota hæreditaria, quod cautè considerandum est, attenta *d. l.* 21. quæ hodie habetur *in noua Recopil. l.* 5. *tit.* 6. *libro* 5. & hic addenda sunt quæ scribo *in* 4. *parte, quæst.* 16.

QVÆSTIO LXII.

Quæ solemnitates sunt necessariæ in donationibus, quas faciunt Reges titulo maioratus.

SVMMARIVM.

1 *Gratia Principis an requirat scripturam*, & n. 4.
2 *Dispensatio testibus & scripturis an probetur.*
3 *Priuilegium Principis an debeat probari per scripturam*, & n. 5. & 6.
7 *Qualitas gratiæ & rescripti testibus an probetur.*
8 *Definitio quæstionis.*
9 *Priuilegium carens solemnitatibus est inefficax.*
10 *Signum an sit de substantia in scripturis*, & n. 11. *Et quid significet*, n. 13.
12 *Protocollum an fidem faciat. Et illi standum est, cùm aliqua dissonantia in transumpto inuenitur*, n. 15.
14 *Scriptura an probet, licet protocollum non reperiatur. Et qualiter* n. 18.
16 *Registrum an requiratur in priuilegiis & aliis scripturis.*
17 *Instrumentum carens indictione, Pontificatu, die, mense & anno, qualiter fidem faciat, si in matrice reperiatur.*
19 *Scripturarum solemnitatibus an per consuetudinem derogari possit*, & n. 24.
20 *Nomen Domini ponendum est in scripturis, nisi hæc solemnitas ex consuetudine remittatur.*
21 *Scriptura Tabellionis facit fidem, quando est consuetudine vel statuto approbata.*
22 *Consuetudo an operetur quod stetur scripturæ priuatæ, cui alias de iure natura credi non debebatur.*
23 *Quod à lege cauetur, & consuetudine non est receptum, si omittatur, an vitiet actum.*
25 *Instrumentum à duobus Tabellionibus sine testibus confectum an valeat.*
26 *Instrumentum minus solemne probat, quando secundum illius tenorem fuit obseruatum.*
27 *Ex pluribus instrumentis, in quibus non reperitur apposita aliqua solemnitas, an probetur consuetudo, quòd instrumenta absque tali solemnitate possint confici.*
28 *In scripturis (etiam ex consuetudine) non sunt omittenda solemnitates, ne detur occasio fabricandi falsitatem.*
30 *Consuetudo non potest facere, quòd non sit necesse vt in scripturis dies apponatur.*
31 *Dies requiritur in scripturis publicis. Et quid in priuatis*, n. 32. & 33.
34 *Locus in scriptura pro forma requiritur.*
35 *Et an valeat consuetudo in contrarium.*
36 *Et an locus in specie debeat exprimi.*
37 *Sententia quædam Gregor. Lopez circa expressionem loci in priuilegiis Regis examinatur*, & n. 30.
39 *Princeps an possit facere, quòd credatur probationibus, quæ alias de iure communi non faciunt fidem.*
40 *Locus loci in scripturis an requiratur.*
41 *Consuetudo vt possit operari in remissione solemnitatum scripturarum, quæ requirantur, Scientia Principis an sit necessaria in consuetudinibus, & an talis scientia sit necessaria ad consuetudinem introducendam*, num. 47. & 48. *Et quid in immemoriali*, n. 49.
43 *Forus legum, & municipalis, non debent seruari in his quæ sunt contraria legibus Regni, quamuis vsu recepti sint.*
44 *An valeat consuetudo quòd feuda diuidantur.*
45 *Et quando.*
46 *Et an scientia talis consuetudinis præsumatur in Principe.*
50 *Scriptura maioratus, quæ habet sua solemnia secundum leges & consuetudines Hispaniæ, vbique fidem facit. & quare?* & n. 54.
51 *Reprobatur quædam sententia* Ioan. Andr. *in proposito numeri præced. per quandam legem* Partitæ, & n. 52.
53 *Consuetudo & lex an æquiparentur.*
55 *In testamento debent seruari solemnitates eius loci, in quo confectum est.*
56 *Scriptura ex Archiuio deducta quomodo probet in vim iuris communis. Et an huiusmodi solemnitates ex antiquitate præsumantur, si de illis in licentia aut priuilegio non appareat*, n. 61.
57 *Iudex requisitus in exequendo literas requisitorias an teneatur seruare statuta & consuetudines proprij Iudicis, aut requirentis.*
58 *In executionibus suspici debet cuiuscunque loci consuetudo.*
59 *Debitor an cogi possit ad faciendam scripturam secundum consuetudinem patriæ.*
60 *Habens aliquod statutum deuians à iure communi, an secundum illud iudicetur.*
62 *Producens in iudicio aliquam scripturam minus solemnem, ob quam non obtinuit, non potest amplius reprobare talem scripturam.*
63 *Confessio eorum, quæ in rescripto continentur, an præiudicet in alio iudicio, si reus probet tale rescriptum subreptitium fuisse.*
64 *Confessio tacita aut expressa an noceat ei, qui confitetur testamentum factum, & illud producit, si postea appareat testamentum solemne non fuisse, sub distinctione traditur*, & n. 65. & 66.
67 *Hæres confitens testamentum, vel codicillum, aut scripturam sine solemnitate factam, sibi an præiudicet.*
68 *Vtens instrumento alienationis, aut ex eo aliquid percipiens, an illud confirmet, etiamsi ex defectu consensus esset invalidum.*
69 *Priuilegium Regis habens stylum non consuetum, est suspectum.*
70 *Legitimatio clausulam habens contra stylum Regis concedentis, suspecta de falso est.*
71 *Diuersitate probationum stante circa consuetudinem faciendi scripturas, à iure scripto non est recedendum.*
72 *Exempla scripturarum Regalium donationum & similium, qualiter probeni, à nu.* 72. *ad* 74.
75 *Ex temporis diuturnitate an præsumatur explanatio solemniter facta.*
76 *Scriptura maioratus si ob aliquem defectum est invalida, an maioratus sustineatur.*
77 *Instrumentum est scriptura Tabellionis de conuentione partium facta, contractus verò ipsa conuentio.*
78 *Instrumentum an possit esse invalidum, & contractus validus, & è conuerso.*

79 *Contractus ſi ex aliqua cauſa ſit inualidus, confeſſio ſuper eo adiecta an ſit efficax.*
80 *Contractus principalis ſi nullus ſit, an valeat executio vigore talis contractus facta.*
81 *Sententia, quæ non valet in vim confeſſionis, an valeat in vim pacti.*
82 *Teſtamentum inualidum an poſſit teſtibus probari.*
83 *An ſit idem locus, in quo celebratur contractus, & locus, in quo fit inſtrumentum contractus, ad ſolutionem gabellæ.*
84 *Mulier abſque conſenſu propinquorum contrahere prohibita, ſi contrahat ſtatuti forma non ſeruata, an confeſſio eius in inſtrumento adiecta approbet in eo geſta.*
85 *Authoris ſententia.*
86 *Et an poſſit talis mulier adeſſe iudicio, & aliquid confiteri.*
87 *Vitiata ſcriptura, contractus vitiatur.*
88 *Inſtrumentum ſi annulletur ob gabellam non ſolutam, an annulletur obligatio in illo contenta.*
89 *Inſtrumentum, cuius originale non inuenitur, ſed reperitur inſertum in priuilegio Principis, quomodo fidem faciat.*
90 *Authoris ſententia,* & num. 91.
92 *Quæ ſolemnitates ſint neceſſariæ, vt Tabellio poſſit dare ſcripturam Tabellionis mortui.*
93 *Protocollum carens ſigno & ſubſcriptione Tabellionis, an ſit efficax, vt ex eo Iudicis mandato inſtrumentum exhibeatur.*
94 *Protocollum vbi nullum eſt, ſumptum ab eo etiam eſt nullum.*
95 *Quid probandum ſit, quando negatur aliquem fuiſſe Tabellionem.*
96 *Negans teſtamentum, an poſſit ſe fundare ex fideicommiſſo ibi relicto, cum teſtamentum non erat ſolemne.*
97 *Falſitas in ſcripturis in quibus caſibus præſumatur.*
98 *Inſtrumentum carens ſolemnitatibus ſuſpectum redditur.*
99 *Diuerſo modo eſt iudicandum circa fidem ſcripturarum ante annum 1503. & 1525. & poſt confectarum.*

SExageſimoſecundò inquirere oportet (quod non ſemel in iudiciis dubitatur) de licentiis antiquis per Reges ad conſtitutionem maioratuum, vel donationibus factis per Reges de quibuſdam locis, vel fundis, aut aliis ſimilibus rebus titulo maioratus, quas ſolemnitates debeant habere, ad hoc, vt de fide prædictarum donationum & facultatum non dubitetur? Et antequam ad vlteriora progrediar, ſciendum eſt, quod
1 gratia Principis regulariter † non exigit ſcripturam, vt patet ex tex. iuncta Gloſſ. *in cap. ſi motu proprio, de præbend. in 6.* & id tenent expreſsè Archid. & Ioan. Andr. *in nouella, in proœmio ſexti, verb. vniuerſitatem, ſuper verb. tranſmittimus*, Bald. *in l. humanum, C. de legibus, n. 6. fol. 39.* & alij, vt per Felinum, Decium, & Ripam *n. 48. in rubrica de Conſtit.* vbi Auguſt. Beroi. *n. 83.* & iſtam opinionem tenet latius omnibus Alexander *in conſ. 107. num. 12. cum aliis, lib. 7.* & probatur *in Clement. dudum, in fine de ſepultur.* ibi: *Nos etenim vniuerſa priuilegia, gratias, indulgentias, verbo, ſeu ſcripto, ſub quacunque forma.* vbi Gloſ. & eſt etiam text. *in cap. inſtitutionis, 25. quæſt. 2.* ibi: *Siue quæ in ſcripto decreuimus, ſiue in noſtra præſentia, videntur eſſe diſpoſita.* Notat Ripa *reſponſ. 10. num. 10.* idem Ripa *reſponſ. 20. num. 1. cum aliis*, vbi eloganter loquitur: notat Chaſſan. *in conſuetudinibus Burgundiæ, rubric. 1. §. 5. fol. 91. colum. 1. n. 180.* & hoc etiam probat, *l. 9. tit. 4. par. 5.* ibi: *Emperador o Rey puede fazer donacion con carta, o ſin carta, e valdra.* Tradit latè Rebuffus *in cap. nulla, pag. 436. col. 2. de conceſſione præbend.* tradit Ioan. Guttierrez *conſ. 9. num. 6.* Petrus Gambarus, *de officio & poteſt. Legat. lib. 10. num. 500. pag. 326.* Natta, *in conſ. 402. num. 31. & in conſ. 419. num. 6.* Et diſpenſatio † probatur teſtibus & ſcripturis, vt volunt Baldus, 2
in addit. ad Speculator. tit. de diſpenſat. verſ. ſed nunquid ſuperior; quem refert & ſequitur Maſcard. *in tractat. de probat. lib. 1. concl. 523. num. 1. folio 316.* poſt Gigantem *in tractatu de penſionibus, quæſt. 34. num. 14.* & probatur *in l. 41. Tauri*, vbi hoc tradit Auend. *gloſ. 2. num. 1. cum ſeqq. fol. 542.* Tiber. Decian. *in pract. lib. 3. cap. 55. n. 93. folio 143.*

Hoc tamen fallit ſecundum eundem Maſcardum in Romana Curia, quia requiritur ſcriptura, † nec ſufficiunt teſtes per regulam Cancellariæ, vt per Paulum Burgenſem *in tract. de Irregularibus, tit. de probatione diſpenſationis, num. 7.* & per alios, quos citat, de quo per Felinum *in conſ. 6. num. 2.* Licèt contrarium quod licentia Principis requirat ſcripturam, tenet Auendanus, *in tit. De las excepciones, num. 4. verſ. ſed non putet. fol. 156.* per regulam *l. 1. C. de mand. Princip.* licet in licentia alterius particularis aliud teneat ex Montal. *in d. l. 41. Taur.* in parte, *de la licencia.* Et quod Capellania, ſeu protonotarius non probetur per teſtes, tradit Ægidi. à Bellame, *deciſ. 432. 612. & 613.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. tit.* des Iuſtices & droicts, *§. 6. num. 13. verſic. aduerte*; quos citat Ioſeph. Maſcard. *in tractatu de probationibus, lib. 1. concl. 264. num. 1. folio 166.* vbi ex eodem Bellamera *deciſ. 433. & 611.* tradit, quod in his quæ competunt ex ſolo priuilegio Principis, poſſeſſio nihil operatur. Et quòd priuilegium Principis neceſſario † debeat probari per ſcripturam, tradunt Bald. *in d. l. 1. C. de mand. Princip.* Decius & Curtius *in l. pactum, quod bona fide, C. de pactis*: Maſcard. *lib. 1. concl. 845. n. 1. cum ſeqq. fol. 157.* 3

Sed licet verum ſit quòd ad ſubſtantiam gratiæ non requiratur ſcriptura, † eſt tamen neceſſaria ad probationem, ſecundum Baldum *in d. l. humanum, C. de legib.* & *in l. idem Vlpianus, in fine. ff. de excuſat. tutor.* & alios, quos refert Ripa *in d. rubr. num. 51. cum aliis*: & idem tenet Matthæus de Afflictis, *deciſ. 253. num. 4.* & *deciſ. 361. Sereniſſimus, num. 17. & deciſ. 398. & in conſtitut. Neapolit. lib. 3. rubr. 9. folio 271. num. 23.* & probatur *in l. ſacri affatus, C. de diuerſis reſcript.* & *in l. probatorias, C. de diuerſis officiis, lib. 12.* & confirmat Gomezius *in regulis Cancell. in regul. de non iudicando iuxta formam ſupplicat. quæſt. 1. pag. 279. & quæſt. 11. pag. 297.* Et confirmat in hac materia maioratus Molina *lib. 2. de primogeniis, cap. 8. num. 8. folio 28.* ad quos addo Iacobum Puteum *deciſ. 367. part. 2. num. 7.* vbi tradit, quòd priuilegium † non poteſt probari per teſtes niſi probata conceſſione; per textum & Abbatem *in cap. cum olim, de priuilegiis*: & legi debent *l. 6. 7. 8. & 9 tit. 18. part. 3.* & quæ ſcribit Ioan. Garcia *in tract. de nobilit. gloſ. 6. verſ. & exemptio, num. 37. & verſ. his tamen non obſtantibus, folio 138.* 5

Poteſt † tamen probatio fieri in iſto caſu per alias 6
circunſtantias prægnantes, & veroſimiles, vt probat deciſio Rotæ *in nouiſſ. 332.* hodie *deciſ. 27. in tit. de reſcri. num. 4. pag. 37.* vbi legendus eſt additionator pro intellectu iſtius materiæ. ¶ Et qualitas gratiæ & reſcripti, teſtibus † probari poteſt, *cap. auditis*, vbi Abb. *in 2. notab. de reſtit. in integr.* Deci. *in cap. Paſtoralis, de reſcrip.* Confirmat Aymon. *de antiquit. tempor. part. 2. num. 35. folio 174.* Dominic. *in cap. duobus, num. 7. folio 26. de reſcript. in 6.* & vide eundem *in proœmio, num. 1. folio 3.* Ripa *in l. admonendi, num. 23. ff. de inreiur.* & alij, quos citat Quintilianus Mandoſius *in regul. Cancellariæ, regula 27. num. 3. folio 50.* facit deciſio Rotæ *in nouiſſ. 10. tit. de officio Delegati, num. 6. pag. 92. in noua editione*: & additio Iacobi Rebuffi, *in l. prohibitum, C. de iure fiſci, lib. 10. folio 4.* qui refert Baldum *in d. l. humanum, C. de legibus*, dicentem, quòd valet priuilegium Principis ſuper quo non eſt confecta ſcriptura, ſi de illo aliter conſtet: & de materia plura ſcribit Rebuf. *in lib. Concord. in rubr. de mand. Apoſtol. §. 1. pag. 490. cum ſeqq.* ad iſta legendus. 7

Quo

Quo ſuppoſito in quæſtione præhabita, omiſſis multis, quæ de iure ciuili circa hunc punctum congeri poterant, † habemus ſingularem *l. 2. tit. 18. part. 3.* quæ in
8 ſpecie ponit requiſita, quæ habere debent priuilegia Regis, in quibus Rex concedit aliquem fundum, vel aliud quicquam per priuilegium. Et inter alia plura requirit prædicta *lex*, locum, diem, & horam, & alia huiuſmodi. Dubium tamen eſt neceſſarium, an ſi in
9 ali quo priuilegio † deficiat ſignum Regis, vel locus, vel dies, an tale priuilegium ſit inefficax tanquam carens ſolemnitatibus neceſſariis, quæ ſunt introductæ ad euitandas falſitates, quæ in huiuſmodi rebus confingi ſolent? Et an in contractibus requirantur duo, vel tres teſtes, vide latiſſimè Burgos de Paz *in l. 3. Taurina, concluſion. 2. num. 122. cum ſequentibus, fol. 184.* vſus autem modernus docet, tres teſtes eſſe neceſſarios in ſcripturis publicis. Et quidem de iure expeditum eſt, quòd ſi in ſcripturis deficiant aliquæ ſolemnitates ex ſubſtantialibus, fides illis danda non eſt, vt plenè traditur *in l. 1. C. de Tabul. lib. 10.* & *in cap. 1. de fide inſtrumentorum*. & probatur *in l. 54. & in l. 511. tit. 18. part. 3.* & in aliis pleriſque locis.

10 Vnde ſi in ſcriptura deficiat ſignum Tabellionis, † eſt inualida, *l. final. C. de aſſeſſ.* Gloſ. *in Authent. de inſtrument. cautel. & fid. §. inſtrumenta*: Bart. *in proœmio Digeſtorum*, & Paulus de Caſtro *in l. ſi is qui, num. 7. & in l. ad teſtium, §. ſi quis. ff. de teſtament.* cum *concordantibus*, vt per Corneum *in conſil. 296. num. 15. lib. 2. & in conſil. 94. lib. 4. in conſil. 226. num. 3. lib. 3. & in conſil. 94. num. 1. lib. 1. & in conſilio 70. num. 2. lib. 4.* vbi dicit, hoc eſſe neceſſarium tam in protocollis, quàm in alio inſtrumento: & Iaſo *in l. ſi ſtipulatus, §. Chryſogonus, n. 46. ff. de verborum obligationibus*; & Purpuratus qui alios refert *in l. admonendi, n. 223. ff. de inreiurando*: & idem Abbas vbi Felin. *n. 13.* dicit, hanc eſſe communem opinionem *in cap. 1. de fide inſtrumentorum*, quorum opinio hodie eſt confirmata per *dict. l. 54.* & *l. 1. tit. 18. part. 3.* ibi, *O firmado con ſigno antiguo que ayan acoſtumbrado en aquella ſaçon*, vbi hoc dicit & tenet ſeruari Gregor. Lop. *in gloſ.* in verb. *Su ſigno*: & per *l. in Curiis Toleti, anno Domini 1525. p. titione 31.* & in *Curiis de Segonia, petitione 86.* quæ leges hodie habentur *in noua Recopilatit. 25. lib. 4. t. 2.* & facit *l. ſequens 13.* & videtur innuere *pragmatica fol. 153.* & in teſtamento probat *l. 3. Taurina*, hodie *l. 2. tit. 4.* de los teſtamentos, *lib. 5. Recopilationis*, ibi, *Mas el ſigno del eſcrivano*, vbi latè Burg. de Paz *par. 2. nu. 1085. fol 316.* & in noſtra ſpecie & materia quam tractamus, *d. l. 2.* ibi, *La rueda del ſigno.*

11 Et hoc tenendum eſt: † quamvis Epiſcop. Couarru. *in practicis quæſtionibus, c. 20. n. 5.* dicat, communem eſſe opinionem, quòd ſignum non requiritur in ſcripturis, niſi de conſuetudine, poſt *Alexandrum*, quem ipſe non refert, *in rubr. ff. de noui operis, n. 4.* de quo legendus eſt Ioſeph. Maſcard. *in tracta. de probation. lib. 2. concl. 520. fol. 208. & lib. 3. conclu. 1244. nu. 19. fol. 183.* & iſta, & aliæ ſimiles ſolemnitates requiruntur, vt traditur in *prædictis locis*: & per Couarruu. *in dict. cap.* de quo tractat Burgos de Paz *conſil. 14. n. 6.*

12 Et an protocollum † fidem faciat legè poſt antiquos, Epiſcopum Sarmi. *n. in l. Gallus, §. idem credendum, n. 9. fol. 82. ff. de liberis & poſthumis*: & in *l. Sempronius Proculo, n. 1. fol. 140. ff. de legat. 2.* de quo legenda eſt *dict. l. 12. tit. 25. & l. 13. & l. 9. tit. 19. part. 3.* vbi Gregor. *in gloſſ. 1. per totam*, Alexand. *in conſ. 154. n. 12. lib. 2.* Couarruu. *in pract. quæſtionibus, cap. 19. nu. 2. & 3.* Maſcard. *dicta concluſ. 1244. n. 1. cum ſequentibus*, Burgos de Paz *conſil. 14. n. 9. & conſil. 20. nu. 4. & conſ. 38. n. 3.* notabiliter Bartholom. Bertazolus *in tractatu de clauſulis, clauſula 5. gloſſa 4. fol. 43.* Et an protocollum faciat fidem, ſi in fine non ſit ſignatum, legè Oroſcium *in l. 1. 8. ſi initium, n. 68. column. 774. ff. de edendo*, Rolandum *in conſil. 44. n. 40. lib. 1.* Burgos de Paz *d. conſil. 14. n. 76.* nouiſſimè Azeued. *in d. l. 52. tit. 25. nu. 13. lib. 4. Recopilat. folio 377.* Menoch. *de adipiſcenda poſſeſſione, remed. 4. n. 743. pag. 115.* & *n. 736. & caſu 187. nu. 21. & 26* Maſcardus *in tract. de probation. lib. 1. conclu. 140. nu. 44.* Et an quis teneatur exhibere protocollum, declarat eleganter Oſaſcus *deciſione Pedemontan. 16.* Et quòd ſignum Tabellionis ſignificet † actum eſſe perfectum & abſolutum à 13
partibus, tradit Menochius *in tractatu de præſumptionibus, lib. 2. præſumptione 82. nu. 15. pag. 419.* Et de fide & authoritate protocolli plura notabilia ſcribit Menochius *lib. 2. de arbitrar. Iudic. Centuria 2. caſu 187. nu. 1. cum ſequentibus, pag. 365.* Simon de Pretis *lib. 2. de interpretand. defunct. voluntate, interpretatione 1. dubitatione 2. ſolutione 2. n. 42. cum ſequentibus, fol. 117.*

Et quòd ſcriptura † probet, licet non reperiatur pro- 14
tocollum, volunt Epiſcop. Couarru. *in dicto loco*, Menochius *in conſilio 48. n. 4* Cephalus *in conſ. 520. n. 3. lib. 4.* Celſus *in conſilio 104. n. 1. & in conſil. 108. n. 6.* Parliſius *conſilio 104. num. 63. lib. 3.* Auendanus *in dictionario, in verb.* Regiſtro, *fol. 202 col. 7.* Felinus *in cap. quoniam contra, n. 7.* & ibi Decius *n. 51. de probationibus*, Panus de Caſtro *in conſ. 125. dubitatur primo. n. 2. lib. 2.* Licet aliqui hodie contrarium velint probare per *l. 13. titulo 25. lib. 4. Recopilationis.* Quæ lex quomodocunque ſit, eſt intelligenda in ſcripturis factis poſt publicationem illius legis; iuxta regulam *l. iubemus, C. de teſtament.* cum *concordantibus*, vt per Gloſſ. & *l. penultim. C. de decurion. lib 10.* Gregorius Lopez *in l. 9. titu. 19. part. 3. gloſ. 1.* & Azeuedo *in dict. l. 12. titu. 25. lib. 4. Recopilatio. nu. 10. fol. 376.* qui refert bonam *l. 114. in fine, tit. 18. part. 3.* Alexand. *conſ. 175. lib. 5.* Felin. *in cap. penult. n. 3. de fide inſtrum.* quos citat Simon de Pretis *in loco citato, nu. 6.* Et quòd protocollo ſit ſtandum, & ſcripturæ matri- 15
ci, † ſi ſit aliqua diſſonantia, tradit Quintillianus Mandoſius *in regul. Cancellaria. regul. 15. quæſt. 2. n. 3. fol. 74.* ad quem addo Ripam *in l. admonendi. nu. 149. ff. de inreiurand.* & eundem Mandoſium *regul. 57. quæſtione 15. nu. 6.* Pacianum *in tractatu de probationibus lib. 1. cap. 64. n. 65. fol. 211.* Menochium qui plures citat *dicto caſu 187. n. 21.* Bartholom. Socin. *in conſil. 277. n. 27. lib. 2.* ad quos omnes addo Hippolytum *ſingular. 466.* quod in negotio magni valoris contigit. Et de fide regiſtri plura ſcribit Ioſephus Maſcardus *in tractatu de probationibus lib. 3. concluſione. 1261. num. 1. cum ſequentibus fol. 203.*

Et quòd † regiſtrum requiratur in priuilegiis, & 16
aliis ſcripturis, probant *l. 3. titulo. 19. part. 3. & l. 8. & 9. titulo 19. eadem partita.* Et plura notabilia de iſtis, & de fide ſcripturarum, tradit Pariſius *in conſilio 28. per totum, lib. 2.* Cephalus *in conſilio 238. nu. 1. cum ſequentibus, lib. 2.* ¶ Et qualiter inſtrumentum per Tabellionem datum carens indictione, & Pontificatu, die, menſe, & anno, valeat & faciat fidem, ſi prædicta in matrice reperiantur, † reſoluit Lancellotus *in tractatu de attentatis, part. 2. cap. 200. de attentatis poſt inhibitionem, ampliatione 27. pag. 382.* Et quomodo probetur inſtrumen- 17
tum, † quod non reperitur in protocollis, lege Nico- 18
laum Boerium *deciſione 36. nu. 1. 2. & 3.* Et quod protocollum ſit primum originale, probatur *in Authentic. de Tabellion. §. illud notat*, Deciſio Pedemont. 16. *nu. 4.* Alex. *in conſ. 105. lib 2.* Couarru. *d. c. 19. n 1.*

Dubium tamen eſt, an hæc ſolemnitas & aliæ ſimiles poſſint remitti conſuetudine, & ſcripturæ abſque illis ſint validæ? Et ſanè ſi virtutes, & vim conſuetudinis ſequi debemus, in omnibus, & per omnia magnæ eſt authoritatis: iura ſunt ad hoc plura vulgaria, quæ recenſere laboriоſum eſſet opus, potius quam ſubtile, præcipuè tex. *in l. ſi de interpretatione, l. cum de conſuetudine, l. minimè. ff. de legib. l. 6. tit. 3. part. 1.* ibi, *E aun a fuerço de ley. l. 7. cod. tit.* videtur, quòd ſicut per legem ſolemnitas ſcripturarum remitti poteſt, ita per conſuetudinem.

Et vt quò breuiùs poſſim me expediam, pro hac ſententia quòd conſuetudo poſſit remittere ſolemnitates ſcripturarum, † eſt caſus expreſſus *in c. cum dilectus,* 19
de

de fide inſtrum. ibi: *Quòd ſi conſuetudo illius patriæ obtinet approbata, quòd inſtrumentis illius Regis credatur*; vbi Gloſ. & Doctores ad hoc notant illum *textum*; & ex eo deducitur, quòd conſuetudo dat fidem inſtrumento, quod aliàs de iure non habebat; & ideò dicunt ibi Innoc. & Hoſtienſ. & Abb. *num.6.* quòd valet conſuetudo, vt inſtrumento credatur ſine teſtium ſubſcriptione. Et per illum textum dixit Abb. *in conſ.* 68. *Quanquam ſuper vacatione, lib.2.num.2.* quòd ſcriptura Tabellionis † facit fidem, quando eſt à conſuetudine, vel ſtatuto approbata; & idem Ancharran. *in conſ.* 44. & hanc ſententiam in variis caſibus & exemplis tenent & ſequuntur Barthol. Socin. *in conſ.* 86. *lib.* 1. & *conſ.* 87. *num.* 16. *eodem lib. & in conſ.* 177. *Præmiſſa conſultatio: num.* 4. *lib.* 2. Roman. *conſ.* 204. *pro diſcutienda veritate*, Alexand. *in conſ.* 170. *num.* 1. *lib.* 7. *& conſ.* 124. *num.* 2. *lib.* 4. Guillelm. Benedict. *in cap. Raimundus, in verbo, in eodem teſtamento folio* 204. *in* 1. *num.* 4. *de teſtam.* & Pet. Rebuf. *tomo* 3. *ad conſtit. Regias, tit. de uſu & conſuetud. in præfat. num.* 76. vbi late de hoc agit, & Rochus de Curte *in cap. final. de conſuetud. num.* 21 *folio* 25. & in Gloſſ. *in verbo, rationabilis folio* 36. *num.* 34. Petrus de Rauenna *in tit. de conſuetud. ſect.* 4. *num.* 78. *folio* 148. & plures citat Burgos de Paz, *d. conſ.* 14. *num.* 4. Mencha. *lib.* 2. *controu. cap.* 18. *num.* 6. vbi tradit idem eſſe in conuentione partium, quòd ſtetur ſcripturæ priuatæ, facit *d.l.* 1. *tit.* 18. vnde euenit, quòd licet in inſtrumentis ſit ponendum nomen Imperatoris, vel Regis illius loci, vt probatur *in Auth. vt præponatur nomen Imperatoris*, & in hac ſpecie *in d.l.* 2. quod latè notatur *in d.c.* 1. & per Barthol. Socin. *in d. conſ.* 86. *lib.* 1. hæc ſolemnitas
21 † conſuetudine remittitur, ſecundùm Bart. *in l.* 1. §. *ſi initium, num.* 7. *ff. de edend.* Angel. *in conſ.* 118. Felin. *in d.c.* 1. *n.* 5. & Dec. *n.* 8. qui citant Abb. *in conſ.* 53. *In prædicta cauſa, ib.* 2.

Et ideò dicit Ioannes Andreas *in addit. ad Speculat. §. compendioſè, verſ. ſed nunquid*, quòd conſuetudo ex cauſa vtilitatis, vel neceſſitatis, poteſt validare probationem inualidam, notat Bart. *in l. ſi ſtrumi communi ipſi, ff. de ſtipul. ſeruorum*; & alij quos refert Felinus *in cap.* 2.
22 *num.* 9. *de probat.* Et conſuetudo facit quòd † credatur ſcripturæ priuatæ, cui aliàs de iure credi non debebat; ſecundum Innocentium *in cap. cum P. tabellio, de fide inſtrum.* Decium *in conſ.* 618. Imol. & alios *in cap.* 2. *eod. titul.* vbi Anton. dicit, hoc procedere extra territorium, vbi viget talis conſuetudo; quod infra latius tractabitur: notat Iaſo *in l. admon. in repetit. n.* 95. *ff. de iureiur. verſ. quartus caſus, folio* 102. & *in l. ſi non ſpeciali, C. de teſta. num.* 3. vbi eſt bonus caſus ad probationem noſtræ concluſionis, nam textus inquit: *Si non ſpeciali priuilegio patriæ tuæ iuris ſolemnitas eſt relaxata, & teſtes non in conſpectu teſtatoris*: & tradit in notabili caſu Cæſar Lambertinus *in tractatu de iure patronatus, lib.* 2. *part.* 2. *art.* 7. 10. *quæſt. principali, num.* 20. quem cicat Ioſephus Maſcardus *in tract. de probat. concl.* 1217. *nu.* 9. *fol.* 145. *lib.* 3. & prius *lib.* 1. *concl.* 4. *num.* 20. *folio* 32. vbi plura de fide ſcripturarum ſcribit, & de imbreuiatura notarij. Et facit *l. ſi non nouam, C. de iud.* vbi gloſ. Bald. & Iaſo *num.* 4. dicunt, quòd id, quod à lege cauetur, ſi non eſt
23 conſuetudine receptum, ſi omittatur, † non vitiat actum, & varia & infinita ſingularia de vi & effectu conſuetudinis, quantum operetur in danda fide ſcripturis, & in aliis rebus, tradit latiſſimè doctiſſimus Anton. Gabr. *lib.* 6. *commun. opin. tit. de Conſuetud. concl.* 1. *num.* 1. *cum ſeqq. pag.* 365. Et conſuetudo eſt ſufficiés, quòd aliquod ſigillum, quod authenticum non erat, fit authenticum, vt notat Petrus Rebuf. *tom.* 1. *ad conſtit. Regias, tit. de literis obligat. art.* 1. *gloſ.* 7. *n.* 3. *pag.* 65. citat text. *in d.c. cum dilectus*, Gloſ. Baldo. & alios *in Clement. cauſam, de probat. & num.* 8. dat conſilium habenti inſtrumentum, quod eſt authenticum ſecundum conſuetudinem loci, in quo confectum eſt, quòd petat à Iudice, vt videat inſtrumentum, & declaret, quòd eſt authenticum ſecundum conſuetudinem illius loci, vbi confectum eſt. Quare etiam inquit Bald. *in l. 1. coium. 2. in verſ. ſed hic quæro, C. ad Vellæa*, quòd per conſuetudinem recedit à maiori ſolemnitate, † & minor ſolemnitas ſubrogatur 24
loco maioris, & dicitur conſuetudo notoria ex inſpectione omnium publicorum inſtrumentorum, & non eſt neceſſaria alia probatio; citat text. *in d. Authent. de inſtrumentorum cautela, & fide, §. oportet*, notat Angel. *in l. vetuſtiſſimam, C. de ſur. dominij impetrand.* & alij, quos citat Aymo. *in conſ.* 134. *n.* 9.

Ex quibus omnibus eſt vera & textualis concluſio, quod conſuetudo poteſt diminuere de ſolemnitatibus, quæ requiruntur in confectione inſtrumentorum. Et ideò memor ſum, quòd in hac Regali Cancellaria, in quodam negotio magnæ qualitatis, fuit data fides cui-
25 dam inſtrumento venditionis multum antiquo, † in quo duo Tabelliones erant ſubſcripti in ſcriptura, nec aliquos habebat teſtes, ſed ij ſi Tabelliones ſignauerant ſcripturam, & fuerant teſtes ſuit autem data fides, quia productæ fuerunt aliæ ſimiles ſcripturæ illius temporis, & loci, in quo facta fuit dicta ſcriptura venditionis. Ex quibus apparuit, quòd eandem ſolemnitatem habebant, & licet in hoc fuit magna altercatio, adhùc fuit illi ſcripturæ data fides, & pars obtinuit rem, quam petebat per ſententiam reuiſionis, cum haberet negotium deſperatum, propter *l.* 54. *tit.* 18. *par.* 3. Et hoc vltimum comprobatur ex conſuetudine Galliæ, vbi ſi duo Tabelliones conficiant inſtrumentum, valet, & habet maius robur, quàm ſi habeat teſtes, vt teſtatur Tiraquellus, *lib.* 1. *de retractu*, §. 8. *gloſ.* 9. *num.* 35. & 36. *pag.* 464. & his etiam addo Baldum *in conſ.* 92. *num.* 13. *l. b.* 3. & mirabilem doctrinam Cyni *inter conſilia* Baldi poſt *conſilium* 400. *Super primo puncto, col.* 1. *lib.* 4. volentis, quòd inſtrumentum minus ſolemne probat, † quando ſecun-
26 dum illius tenorem fuit obſeruatum: & idem volnit Bald. *conſ.* 402. *Quæritur, an per ſolam diffamationem, in fine, lib.* 5. Iaſo *conſ.* 161. *col.* 4. *in princip. lib.* 2. Aymo *conſ.* 277. *n.* 2. quod in praxi ad plura eſt neceſſarium: ad quos addo quæ ſcribit Alex. *conſ.* 179. *n.* 5. & *conſ.* 219. *nu.* 7. & 18 *lib.* 6. Meſſiam ſuper *l. Toleti, fundam. 1. ad 3. partis reſponſum, n.* 4. *folio* 171. Et hæc fuerunt magnæ conſiderationis in grandi negotio ſuper ſucceſſione cuiuſdam maioratus. ¶ In hoc autem articulo ſcire debemus, quod ex pluribus inſtrumentis, in quibus non reperitur appoſita aliqua ſolemnitas, † non probatur conſue-
27 tudo, quòd inſtrumenta poſſint confici abſque tali ſolemnitate, niſi probetur, quòd talibus inſtrumentis fides data fuit, & euenerit in notitiam maioris partis Notariorum, & populi, ſecundum Abbatem *in conſ.* 53. *col.* 4. *in fine, lib.* 2. refert & declarat Aymo. *in tract. de antiq. tempor.* 4. *p. n.* 184. *fol.* 315.

Attendendum tamen eſt, quòd quæ dicta ſunt, procedunt, modo ex ſolemnitatibus, quæ deficiunt in inſtrumento, † non detur occaſio fabricandi falſitatem: nam
28 omnes ſolemnitates, quæ per leges requiſitæ ſunt in confectione inſtrumentorum, ſunt introductæ ad euitandas falſitates, quæ facilè in ſcripturis publicis, quæ non ſunt confectæ cum magna cautela, confingi poſſunt. Decet igitur, vt his falſitatibus locus non detur, & quod ex conſuetudine non omittatur in ſcripturis ſolemnitas, quæ det cauſam fabricandi falſitatem, & ideò ſi omittantur teſtes, vel Tabellionis ſubſcriptio, vel aliud ſimile de ſubſtantia, talis conſuetudo non valeret, quod ipſa ratio dictat.

Et ad id eſt *Bald.* doctrina *in l.* 1. *col.* 4. *num.* 13. *C. de confeſſis*, vbi dicit, quòd non valet † conſuetudo, quòd
29 credatur omni ſcripturæ mercatorum, quia ex hoc daretur materia fabricandi falſum, argumento *cap.* 2. *de conſuetud.* & *in l. conuenire, ff. de pact. dotalibus*, & idem tenet Abbas *in cap. bona, in* 2. *col. vlt. de poſtul. prælat.* & alij, vt per Felin. *in cap.* 2. *num.* 8. *de probat.* Alexand. *in conſ.* 3. *In cauſa & lite inter Abraham. lib.* 2. vbi Gloſſ. Pariſ. *in addit.* & notat Rochus de Curte *in d. cap. vlt.*

de

de conſuetudine; & tex. *folio* 19. *num.* 27. Aymo *conſ.* 137. *num.* 1. & ideò non valet conſuetudo, vt credatur teſtibus, qui malam rationem in ſuis teſtimoniis dicunt, ſecundùm Ioannem Andream, Hoſtienſem, Abbatem, & alios, *in rubrica, de appellation.* Iaſo *in l. de quibus, num.* 67. *ff. de legibus*, & *in l. cum hi, §. vltimo igitur, num.* 7. *ff. de tranſaction.* latè Dec. *in d. cap. dilecti, in princip. num.* 11. *folio* 273. *de appellat.* vbi plura in confirmationem huius concluſionis & præcedentis adducit, & idem Decius *in conſilio* 37. *num.* 7. Menochius *de arbitrar. iudic. lib.* 1. *quæſt.* 25. *num.* 5. *pag.* 35. & conſuetudo non poteſt
30 facere, † vt non ſit neceſſe quod in ſcripturis dies apponatur, & tenet deciſio Rotæ *in antiquioribus*, in ordine 7. *folio mihi* 140. quam deciſionem vitiosè retulit Felinus *in d. cap.* 1. *de fide inſtrumentorum, numer.* 6. & Decius qui hanc opinionem tenet *in c.* 1. *num.* 11. *de appellat.*

Quòd autem de iure ſit omnino neceſſaria appoſitio
31 diei in inſtrumento publico, † probatur *in d. Authenti. de inſtrument. in cautela.* & *in l. optimam, C. de contrah. & committend. ſtipulat.* & *in d.l.* 54. & *in l.* 2. & 114. *eodem titul. & parti. & pragm. folio* 66. hodie *l.* 13. *titul.* 25. *lib.* 4. *Recopilat.* de quo per Albericum *in d.l.* 1. *§. ſi initium, num.* 3. & Hippolyt. *ſingular.* 235. Et quid ſit in
32 ſcriptura priuata, † vide textum *in l. cum tabernam, §. vltimo, ff. de pignor.* & Bart. *n.* 1. *num.* 7. *ff. de inſtitia & iure*, & *in d. §. vltim.* Purpurat. *in l. lecta, num.* 7. *ff. ſi certum petatur*, Alexand. *in conſ.* 228. *num.* 11. *lib.* 2. vbi magis communiter concluditur, quòd in ſcriptura priuata
33 † non requiritur dies, & eſt communis opinio ſecundum Alexand. *in conſ.* 70. *num.* 6. *lib.* 1. de qua materia plura ſcribit Tiraquellus *lib.* 2. *de retractu, §.* 1. *gloſſ.* 7. *numero* 49. Et certè ex non appoſito die magna poteſt oriri occaſio fabricandæ falſitatis in ſcripturis, vt apertè patet.

34 Prætereà, locus requiritur in ſcripturis † pro forma, vt conſtat ex *d. l. partit.* 54. & *l.* 2. *prælleg.* &, & traditur per Ancharranum *in cap.* 1. *num.* 12. *de iudic.* Angel. *in conſ.* 220. *num.* 1. Corn. *in conſ.* 60. *num.* 4. *& in conſilio* 216. *lib.* 4. Ioan. de Platea *in l.* 1. *de apoch. public.* Pariſ. *conſ.* 28. *num.* 10. *lib.* 2. Matienço *in l.* 2. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recopilationis, gloſ.* 7. *num.* 8. *fol.* 106. Nicol. Boër. *deciſ.* 33. Et *ibi quæſt. num.* 27. qui plura refert, facit *d.l.* 13. *tit.* 25. *lib.* 4. *Recopil.* vbi Azeued. *num.* 18. *folio* 379. Menoch. *in tractatu, de præſumptionibus, lib.* 2. *præſumptione* 84. *num.* 1. *cum ſeqq. pag.* 221. Et adò eſt locus neceſſarius,
35 quòd conſuetudo † in contrarium non valet, & eſt iniqua, ſecundum *deciſionem* Rotæ *ſupra citatam*; & Deci. *in d. cap.* 1. *num.* 9. & Romanum, *in l. in illa, col.* 10. *ff. de verbor. obligat.* & *in l. de pupillo, §. qui nuntiat, ff. de noui operis*: Bonifacium de Vitalinis *in proœmio Clement. col. fin.* Stephan. Bertrand. *in conſ.* 230. *Quædam aſſertalib.* 2. *& in conſ.* 275. *lib.* 3. *col.* 4. qui etiam ſequitur Gloſſ. Pariſ. *in addit. ad Decium, in d. cap.* 1. *in addit.* quæ incipit: *Non valet*, Roland. *in conſ.* 38. *num.* 8. *lib.* 1. Ex quibus apparet, quòd hæc eſt magis communis opinio, quamuis illam improbet Barba. *in rubrica de fide inſtrument. num.* 69. & de illa dubitauerint Felinus *in d. cap.* 1. *col.* 2. & Alexand. *in d. §. qui nuntiat*: quos refert dictus Epiſ. *in prælleg. cap.* 20. *num.* 5. & tradit Bertazol. *in tractatu clauſularum, clauſula* 2. *gloſ.* 1. *num.* 4. *& 5. folio* 15. Et quod inſtrumentum debeat continere non ſolum locum
36 in genere, † ſed etiam in ſpecie, tradit Cagnol. *in l. ſi librarius, ff. de regul. iuris, num.* 82. *pag.* 191. qui allegat Doctores *in d. cap.* 1. Angel. *in conſ.* 120. Francum *in c. ſanè, de re iudicata in* 6. & alios authores. Et quòd locus loci ſit neceſſarius in inſtrumento, voluit Bartol. *in l. de pupillo §. qui nuntiat, ff. de noui operis*: & eſt communis opinio ſecundum Nattam *in conſ.* 329. *n.* 1.

Ex quibus redditur † dubitabilis quædam ſententia
37 Gregorij Lopez *in d. l.* 2. *tit.* 18. *part.* 3. *in gloſ.* in verb. *El lugar*, vbi contra verba expreſſa illius legis, & *l.* 4. & 114. *eodem tit.* quæ requirit in priuilegiis Regiis expreſſionem loci, dicit, quòd illud procedit in ſcripturis factis à Principe, quia ſufficit quòd ſint ſigillatæ, ad quod adducit *d.l.* 114. in illis verbis: *Otro ſe dezimos, que todo priuilegio, o carta de Rey que fueſſe hecha en la manera de como las vſauan en vida de aquel Rey; quien faze hi mencion en ella, maguer no ſea ſellada, deue ſer creyda en juyzio, porque ſallamos que algunos Reyes fueron, que no vſauan ſellar ſus cartas, mas fazian en ellas ſus ſignos*, & ita eſt intelligenda, *l.* 3. *tit.* 18. *part.* 3. cum his quæ ſcribit Gregorius Lopez *l.* 44. *eodem tit.* in illis verbis: *Otro ſi aezimos, que ſi el priuilegio deſacordaſſe del curſo, e de la manera que acoſtumbrauan hazer los otros priuilegios que ſolia dar aquel Rey mismo, que no deue ſer creydo.* Et faciunt verba antecedentia *prædictæ legis*, vbi idem Gregor. Lopez *in gloſ.* in verb. *El dia*, ſe firmat in ſententia, quam tenuerat *in d.l.* 2. in quantum dixit, locum non eſſe de ſubſtantia in priuilegiis Regiis & adducit *in d.l.* 2. quòd reperiuntur multa priuilegia data tempore Regis Ioannis, abſque expreſſione loci; quod verum eſt, & ego vidi multa priuilegia data tempore dicti Regis Ioannis, abſque loci expreſſione. Hæc ergo ſententia *Gregorij Lopez* non paucam † dubitatio- 38
nem habet, propter *d.l.* 2. quæ eſt apertiſſima, & durum eſt reſpondere ad illam, & ad *d.l.* 4. quæ hoc in ſpecie requirunt. Ad illud autem de domino Rege Ioanne, cum ille tanquam Rex ſupremus potuiſſet derogare leges requirentes expreſſionem loci, tam in priuilegiis, quàm in aliis ſcripturis, tacitè videbatur derogare, permittendo, quòd non apponeretur locus in ſuis priuilegiis.

Et Princeps poteſt facere † quod credatur probatio- 39
nibus, quæ aliàs de iure communi non faciunt fidem, vt probat Socinus *in conſ.* 28. *col. vlt. in fine, lib.* 1. Menochius *de arbitrar. iudic. quæſt.* 25. *num.* 2. *pag.* 34. *lib.* 1. & ſuper hoc maturius eſt cogitandum, quia magna eſt authoritas Gregor. Lopez *in interpretatione legum Partitarum.*

Sed an requiratur locus loci in ſcripturis, † notat Bal- 40
dus *in conſ.* 55. *lib.* 2. Petrus de Ferrar. *in pract. in parte, forma product. inſtrum. in verbo, exhibens, & producens, num.* 9. *pag.* 162. Alberic. *in l. optimam, num.* 4. *C. de contrahend. empt.* volentes, id neceſſarium eſſe, Alex. *num.* 4. & Iaſo *num.* 3. *in l. de pupillo, §. qui nuntiat. ff. de noui operis nuntia.* Nicol. Boër. *quæſt.* 33. *num.* 37. & alij plures, quos citat Menoch. *in tract. de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 84. *n.* 2. *pag.* 221. & tradit idem Menoch. *conſ.* 288. *n.* 5. *lib.* 3. vbi plura de materia ſcribit.

Prætereà ad hoc, vt conſuetudo reddat efficaces ſcripturas, in quibus deficiunt aliqua de ſolemnitatibus iu- 41
ris, † requiruntur duo. *Primum*, quòd ſit immemorialis. *Secundum*, quòd ſit inducta ex tacito Principis conſenſu, vt tenet Abb. *in conſ.* 53. *lib.* 2. Et primum, quòd requiratur conſuetudo immemorialis, diſputant Bart. *in d. rubrica, de fide inſtrumentorum, num.* 43. & Epiſcop. Couar. *in d.c.* 20. vbi concludit, quòd ſufficiunt anni quadraginta. Quod dictum ego verum exiſtimo, modò concurrat in tali conſuetudine † ſcientia Principis; quod expreſsè probatur *in l.* 3. *cum ſeqq. tit.* 2. *part.* ibi: *Con plazer de cuyo poder ſon*, vbi hoc aduertit Greg. Lopez *in gloſ.* in verbo, *Conſintiendolo*, & *in gloſ.* in verbo, *Contra los derechos*, & idem probatur *in l.* 5. *eodem tit.* ibi: *Sabiendo el ſeñor de la tierra*: quæ leges apertè docent, quòd in hoc Regno non poteſt induci conſuetudo contra legem abſque licentia Regis noſtri. Et ideò in Francia eſt Ordinatio Regia, quòd omnes conſuetudines ſcribantur in quodam libro, & ad Principem deferantur, vt eas perſpici faciat per Conſiliarios magni Conſilij, & conſuetudines rationabiles approbet, & irrationabiles ex libro deleat, vt affirmat Petrus Rebuff. *tom.* 2. *ad conſtit. Regias, art.* 2. *gloſ.* 17. *pag.* 39. & pro hac ſententia facit *l. Tauri*, in illis verbis: *E no fueren contrarias*, cum aliis verbis præcedentibus, & ſequentibus, vbi in ſubſtantia cauetur, quòd forus legum, & forus municipalis † non debent ſeruari in his, quæ ſunt con- 43
trariæ legibus Regni, quamuis in vſu ſint recepti, vt la-

44 tius *in d. l.* cauetur : & licet valeat † consuetudo quòd feuda diuidantur, secundùm Oldradum *consil.* 237. *Prolatis & discussis*, Hostiensis & Cardinal. *in cap. licet, de*
45 *voto*, id procedit, † si talis consuetudo sit seruata, sciente, & consentiente superiore, secundum Oldrad. *vbi supra*, & Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat. in tit. de feud. colum. penult.* & alios, quos referunt Alexand. *in cons. 6. visa Inuestitura feudi*, & Tiraquel. *in d. tractatu de primogenitura, quæst. 4. num. 39. pag.* 88. vbi addit, quòd hu-
46 iusmodi scientia † non præsumitur in Principe, licet benè præsumeretur in particulari in terris suis, iuxta doctrinam Bart. *in tract. Ad reprimendam in verb. non obstantibus in fine*, & notat etiam Tiraq. quòd id procedit, dummodo fuerit obtentum in contradictorio iudicio, & hoc est tenendum.

Quamuis Auendañ. *lib. 1. de exeq. mandat. regius, c. 8. num. 3.* teneat, quòd in introducenda consuetudine hodie non requiratur scientia Regis, modo sit rationabilis, per *l. 11. tit. 1. lib. 7. ordinam.* quæ lex apertè loquitur in consuetudinibus præteritis, & cum non corrigat *dictas leges Part.* nec sit præsumenda illarum correctio, dum id clarè non exprimitur, maximè stante *d. l. 11. Taurina*, correctæ non censentur : & ideò idem Auend. melius sentiens *in d. l. 1. c. 19. n. 3.* contrarium apertè tenuit eius, quòd tenuerat *in d. c. 8.* Et istam sententiam
47 (quòd de iure Regio † sit necessaria scientia Principis ad inducendam consuetudinem, quamuis de iure Ciuili aliud sit) tenet Menchac. *lib. 1. controu. c. 3. n. 3. folio 9.* & de hoc etiam tractani *in 4. part. quæstione 20.* Et ex hoc etiam coniungitur opinio illorum, qui dicunt, quòd ad
48 substantiam consuetudinis † non requiritur quòd sit inducta sciente, & patiente Principe, de quo per Barbat. *in c. vlt. col 26. de consuet.* & Corneum *cons. 255. ex quo statutum, lib. 4.* vbi dicunt, quòd est hæc communis opinio, quos refert Roch. de Curte *in d. c. vltimo col. 4. nu. 24. folio 54.*

Et hæc vltima opinio procedere potest in consuetu-
49 dine † immemoriali, in qua non est necessaria scientia Principis, *l. hoc iure, ff. ductus aquæ, ff. de aqua quotidia & æstiua.* super quibusdam, *§. præterea, de verb. significat.* Bart. & Imol. *in l. si publicanus, §. vltim. ff. de publican.* Ioan. Lopez *in repetitione, cap. de donat. inter virum & vxorem, col. 205.* Gregor. Lopez *in d. l. 3. in glos. in verb.* Confidendolo, *in fine*; Auendañ. *in d. tract. de exequend. mandat. Regiis, cap. 1. nu. 22.* & est communis opinio secundùm Baldum *in tractatu de præscript. part. 5. 5. partis principalis, num. 32. quæst. 3. num. 4. pag. 422.* & Otaloram *de nobilitat. cap. 7. num. 21. folio 47.* notat Decius *cons. 85. num. 2.* Alexand. *cons. 6. Viso testamento, lib. 1.* & Ægidius Bossius qui hoc notabiliter tradit *in practica criminal tit. de Regaliis, num. 21. pag. 673.* Rebuffus *in tractatu de nominat. quæst. 12. num. 39. cum aliis, pag. 179.* quibus addo Tiraquellum *in tractatu de Nobilitate cap. 14. num. 2. cum sequentibus*, vbi ex hoc disputat quæstionem an in præscribenda nobilitate requiratur scientia Superioris ? & Episcopus Couarru. *in regula, possessor, de regulis iuris in 6. folio 26. & folio 34. col. 1. & fol. 9.* nouissimè Azeuedo *in l. 1. tit. 15.* De las prescripciones *lib. 2. Recopil. num. 15. folio 209.* & faciunt scripta per eundem Balbum *in dicto tract. de præscrip. in 4. par. 2. p. quæst. 1. num. 14. pag. 26.* Rebuf. *in cap. cum Ecclesia Sutrina, in gloss. in verbo, trium Episcoporum, versic. secundo limitat. pag. 305. colum. 2.* Ioan. Gratian. Falcon. *eg. 369. n. 3.* & istam conclusionem tenent alij plures ; quos retuli *in d. 4. pag. 20.*

Attendendum etiam est in hac materia, quòd scriptura maioratus, quæ habet sua solemnia, secundum leges, &
50 consuetudines Hispaniæ, † vbique facit ius, & fidem, licèt loco in quo exhibetur, illæ solemnitates requirantur, secundum Ioannem Fabrum *in l. 1. col. 9. n. 22. vers. sed quid si non debetur, C. de Summa Trinit. & fide Catholica*, vbi dicit, quòd si in hoc loco scriptura sit authentica, licet in alio loco, in quo exequitur, non sit authentica, debet executioni mandari, quia est inspicienda consuetudo loci, in quo confecta est, *l. si fundus, ff. de euiction.* & idem tenet Petrus Rebuffus *tom. 1. ad constitution. Regias, titul. de liter. obligator. artic. 1. gloss 9. pag. 66.* & plures citat Iosephus Mascardus, *in tractatu de probationibus conclusione 975. numero 2. lib. 2. folio 251.* Anton. Gabriel *lib. 6. communium opinionum, titul. de Consuetudine, conclusione 2. numero 1. cum sequentib. pag. 367.* Martin. Laudens. *in tractatu de legitimatione, 8. volumine tractatuum, numero 17. folio 92.* Hieronym. Gabriel *in consil. 169. numero 69.* & tradit Rodericus Suarez *in l. post rem iudicatam, ff. de re iudicata, in versicul. circa iudicem, numero 14. & numero 24. pag. 353.* & Rebuffus *in prædicto titulo de literis obligatoriis, artic. 3. gloss. 7. num. 6. & 7. pag. 113.* pro qua opinione est *l. vltim. tit. 14. part. 3.* ibi : *E porende dezimos y mandamos, que toda ley deste nuestro libro, que alguno alegare ante el juzgador ; para prouar y aueriguar su intencion, que si por aquella ley se prueua lo que dize, que vala, è se cumpla : è si por auentura alegasse ley, ò fuero de otra tierra, que fuesse fuera de nuestro señorio ; mandamos que en nuestra tierra no aya fuerça de prueua, fueras ende en contiendas que fuessen entre omes de aquella tierra sobre pleyto, ò postura que oniessen hecho en ella en razon de alguna cosa mueble, ò rayz, de aquel lugar, ca entonces mandet esto estrañus contendiessen sobre aquellas cosas ante el Juez de nuestro señorio, bien pueden recebir la prueua, ò la ley, ò el fuero de aquella tierra que alegaren ante el.* Cuius legis verba ea ratione infert alias
51 retuli, quia sunt contra quandam † opinionem Ioannis Andreæ *in addit. ad Speculator. tit. de instrum. editione, §. non dicendum ; in additione magna, in versic. sextum est ; temporis obseruatio* ; vbi dicit, quòd licet consuetudo faciat authenticam scripturam, quæ aliàs de iure non erat, iuxta *d. cap. cum dilectus*, notat Alexander *in cons. 138. num. 5. lib. 1.* & idem Bald. *in l. exemplo, colum. 1 C. de probation.* vbi hoc limitant, nisi extra territorium verteretur inter homines illius loci quæstio: quod cauetur *in d. l. Partitæ* & idem Felin. *in c. 2. n. 8. de probat.* Glos. Paris. *in consuet. Parisiis, 1. 5. n. 25 fol. 77.*

Hæc igitur sententia Ioannis Andreæ est † expressa
52 contra *d. Partitæ*, & de iure Ciuili de illa etiam dubitari potest : nam cum consuetudo & lex pluribus pro maiori parte † æquiparentur, *d. l. diuturna, ff. de legibus, l. 6. & 7. tit. 2. par. 1.* cum *concordantibus* ; & contractus debeant fieri † iuxta leges cuiusque loci, & vbique fe-
53 ciant fidem, *l. si fundus, ff. de euiction.* & tota Scribentium schola *in l. 1. C. de Summa Trinitate, & fide Catholica*; sequitur quòd idem dicendum est in scriptura confecta secundum cuiusque loci consuetudinem ; & Mascardus *vbi supra* citat *Ioannem Andream* pro ista opinione ; & pro hoc facit dictum Antonini *in d. cap. 2. de fide instrument.* quem *supra* retuli ; & expressa est, *l. si non specialis, C. de testam.* superius citata ; & vna & eadem
54 res non debet diuerso iure censeri, *l. enim qui ades. ff. de usucap.* cum *concord.* ¶ Et in testamento seruari † debent solemnitates illius loci, in quo confectum est, vt latè post antiquos tradit Tellius *in l. 3. Tauri, part. 2. nu. 1. in princip. fol. 10.* & latius *in eadem l. 3.* Burg. de Paz, *par. 1. num. 587. fol. 246.* Et his etiam iunge Rochum de Curte *in d. cap. vlt. de consuet. sect. 9. n. 8. fol. 111.* & *nu. 46. fol. 120.* Et de illa doctrina *Ioan. Andreæ*, dubitat non sine ratione Glos. Paris. *in addit. ad Alex. cons. 16. lib. 5. in addit.* quæ incipit, *Extra*, vbi dicit, quòd scriptura ex Archiuio deducta, † probat vbique in vim iu-
55 ris communis, dummodo sit Archiuium publicum, & legitima authoritate constitutum, in quo non reponuntur nisi scripturæ authenticæ, & non agatur de commodo eorum, quorum est Archiuium ; & idem tenet contra communem *in d. §. 5. n. 29.* & de fide Archiuij publici scribit etiam nouissimè Ioseph. Mascard. *in tract. de probat. lib. 1. concl. 399. n. 2. fol. 244.*

Et

Et hæc etiam seruiunt pro determinatione quæstionis, quam tradit Rebuf. *tom. 2. ad constitut. Regias, tit. de liter. requisit. pag. 101. num. 26.* an Iudex requisitus in
57 exequendo literas requisitorias, † seruare teneatur statuta, & consuetudines proprij Iudicis, aut requirentis? Gregorius Lopez, *in l. 1. tit. 18. part. 3. glos. 1.* Et quòd in
58 executionibus inspici † debeat cuiusque loci consuetudo, traditur per Parladorium *lib. 2. verum quotidianarum, capite final. 5. parte, §. 16. num. 4. pag. 392.* & tradit idem *§. 11. numero 14. pagina 201.* post Antonium Gomez, *in l. 64. Tauri, numero 8.* Palacium Rubeum, *in rubrica de donation. inter virum & vxorem in principio numero 23. pag. 8.* Gregor. Lopez *in l. 8. titul. 18. part. 3. glos. final.* Didac. Perez *in l. 4. tit. 8. lib 3. ordinament.* Bald. *in l. 1. quæst. 4. C. ne filius pro patre*; quos Parladorius citat, ad quem addo Rolandum *in consilio 48. numero 8. lib. 3.* Tiberius Decianus *consilio 109. numero 41. libro 2.* Et
59 quod debitor † cogi possit ad faciendam scripturam secundum consuetudinem patriæ, tradunt Speculator, *de instrumentorum editione, §. postquam, versicul. quid si soluti* & alij, quos citat Rebuff *tom. 2. ad constit. tit. de famulorum salariis, glo. 5. pag. 240.*

Et ad dictam legem *Partitæ* etiam addo, quòd si ho-
60 mines alicuius professionis habent aliquod statutum deuians à iure communi, secundum illud † iudicabitur, nedum si agant coram suo Iudice, sed etiam coram alio, si inter ipsos litigent, secundùm Abbatem *in cap. quod Clericis, numero 37. de for. competenti* ; quem citat Felinus *in c. cum omnes, n. 36. de constit.* Sed an huiusmodi solemnitates ex antiquitate præsumantur, si de illis in licentia, concessione, & priuilegio Principis non
61 appareat, † decide ex notatis, scriptis, & relatis *in 45. q. supra, eadem par.*

In hac etiam materia libuit inferere conclusionem singularem, quam habui in facto in quodam statu, quæ
62 est, quòd si quis produxit in iudicio aliquam scripturam minus solemnem, ob quam tamen obtinuit, † non potest amplius reprobare talem scripturam, vt per regulam *l. non dubium, C. de leg.* volunt Bald. *in consilio 400. Super primo, colum. 2. lib. 4.* Ancharran. *in cons. 242. col. 2.* Parisi. *in cons. 68. num. 20. lib. 3.* Aymo Cravet. *in consilio 101. num. 4.* & *in consil. 274. num. 7. & 8.* Alciat. *in cons. 574. numero 3.* tradit Carol. Ruin. *in consil. 21. numer. 2. lib. 1.* & plura exempla ad propositum istius conclusionis scribit Iaso *in l. 1. §. editiones, numero 13. cum sequentibus, ff. de edendo*; & *in l. 1. in princip. num. 8. cum sequentibus ff. quod quisque iuris*; vbi refert inter alias doctrinam Baldi *in l. si quis testibus, colum. 1. C. de testibus*; dicentis, quòd si quis produxit scripturam factam manu Tabellionis, qui tunc erat Monachus, non potest posteà aliquid allegare contra alia instrumenta eiusdem Tabellionis. Et confirmat prædicta Robert. Maiant. *in speculo aureo, par. 6. vers. decimus actus, num. 20. folio 209.*

Prædicta confirmantur per doctrinam Ioan. Andr. *in cap. cum in positionibus, de iureiurand. in 6.* vbi tradit, quòd confessio eorum, quæ in rescripto continentur,
63 † præiudicat in alio iudicio, etiamsi reprobatum sit per reum istud rescriptum tanquam subreptitium ; & ibi Franc. *num. 9.* & alij, quos citat Capici. *decis. 71. num. 1. cum seq.* Et prædictam resolutionem in quadam lite maioratus, voluit Celsus *in cons. 120. num. 35.* & Burg. de Paz non relato Celso, *in cons. 14. num. 43.* qui prædicta non referunt : licèt contra prædicta faciat singularis doctrina Bald. *in l. alia, col. 2. C. de his, quibus vt indig.* vbi vult,
64 quòd si quis † confitetur testamentum factum, & illud producit, & postea apparet in iudicio illud testamentum non esse solemne, sua confessio tacita & expressa non nocet sibi ; quam doctrinam refert & commendat Matth. de Afflict. *decis. 25. num. 5.* Simon de Prætis, *lib. 2. de interpret. defunct. vol. aut. interpret. 1. num. 57. folio 122. & lib. 5. dubit. 14. num. 81. fol. 541.* In quo, potest
65 adhiberi distinctio, † quòd si quis produxit scripturam minùs solemnem, & non obtinuit cum ea, poterit postea reprobare talem scripturam : si verò obtinuit in iudicio, non potest postea dicere, scripturam esse minus solemnem, vt ex Alciat. *in d. cons. 574.* tradit Menoch. *in cons. 288. num. 42.* quæ distinctio variis iuris rationibus ueritissima videtur. Et quod confitens testamentum
66 factum fuisse, sed minus solemne † sibi non præiudicet, tradit Aymon. *in tractatu de antiquit. tempor. par. 1. §. Vso, num. 4. & §. Quarto limitatur, num. 19.* quem citat Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum tria, part. 3. num. 62. vsq. 53. ff. ad Trebell.* Et istis congruit quòd si hæres confitetur testamentum, vel codicillum, vel aliam scripturam factam sine solemnitate, † sibi non præiudicat, secundù
67 Gloss. Bart. Bald. & alios Doctor. *in l. 2. C. de bonor. possess. secundum tabul.* Salicet. *in authen. quod fine, C. de testamen.* & alios Doctores, quos referunt Iaso *in l. 1. n. 17. ff. de condict. indebit.* Ripa *in l. nemo potest, num. 28. ff. de leg. 1.* & *in l. admonendi, num. 186. ff. de iureiurand.* & Burgos de Paz *in l. 3. Taur. part. 5. num. 1394. fol. 368.* & ista seruiunt pro decisione eorum quæ scribo *infra, in 2. p. q. 5.*

Prædictis patrocinatur, quòd vtens instrumento alie-
68 nationis, vel ex eo aliquid, percipiendo, † confirmat illud, si ex defectu consensus fuerat inualidum, vt probant Dec. *cons. 58. num. 2.* & *cons. 209. col. 2.* & *cons. 297. col. 1.* & in aliis consiliis, quæ citat Vant. *in lib. de nullit. in tit. quibus modis sententia nulla dicendi possit, n. 103. pag. 387.* vbi etiam citat Aymon. *in cons. 73. vers. præterea etiam.* Pro quibus faciunt scripta per Paris. *in cons. 104. num. 54. lib. 1.* Aretin. *in cons. 36. dubio 2.* Iasonem *in authent. si quis in aliquo documento, sallent. 9. C. de ædend.* Ioseph. Mascardum *in tractatu de probationibus, lib. 2. concl. 711. num. 89. fol. 7..* Dec. *in l. semper qui non prohibet. num. 3. cum seqq. ff. de regul. iuris*, & *in cons. 132. num. 5.* Menoch. *de recuperand. possess. remed. 15. n. 118. cum plurib. seq. pag. 488.* eundem Mascard. *lib. 3. conclus. 1372. numero 83. folio 319.* Vnde caueant illi, qui prætendunt contradicere alienationes factas de rebus maioratus, vt nullatenus nec ad aliquem effectum vtantur scripturis, in quibus bona maioratus alienata fuerunt.

In ista etiam materia notandum est, quòd priuilegium,
69 vel donatio Regis, quòd continet diuersum stylum ab aliis priuilegiis, vel donationibus illius Regis † præsumitur suspectum de falso, vt probatur *in l. 44. titul. 18. par. 3.* quam supra retuli. Et facit etiam, quod probatur *in cap. cum causam*, vbi Abb. *vlt. notab. de testib.* & *in c. super his, de fide instrum.* vbi Abb. *n. 3.* & *in c. ex parte, de capel. monach.* & *in c. porrecta, de confirmat. vtili vel inutili*, per quæ iura & alia tenet Roder. Suar. *alleg. 27. fol. 204. vers. ex alio probatur, quòd legitimatio*, † quæ
70 habet clausulam inconsuetam contra stylum Regis concedentis, est suspecta de falso, non tamen refert *d. Partitæ*; cui addo Bald. & DD. *in litet. testam. non ideo. C. de test.* Felin. *in c. 2. de rescrip.* & *in c. tertio loco, n. 9. de probat.* Barthol. Socin. *in cons. 162. In causa magnif. lib. 2.* Dec. *in cons. 399. n. 8.* & *in c. ex parte, n. 6.* & *in c. ad hæc, n. 2. de rescript.* Iaso *in l. 2. §. 1. n. 16. ff. de verb. obligat.* Tiraq. *lib. 2. de retract. conuent. in præfat. n. 32.* Episcop. Couar. *lib. 3. resolut. 7. n. 6.* Rebuff. *tom. 3. ad constit. Regias. tract. de consuet. art. 2. glo. 13. pag. 35. n. 34.* eundem Bartholo. Socin. *in cons. 90. n. 1. lib. 3.* Molin. *lib. 4. de primog. c. vlt. n. 68. folio 205.* Hippolyt. *in lide minore, in fri. c. 14. ff. de quæst.* Iaso *in cons. 170. n. 1. lib. 2.* Ioan. de Anania *in cons. 58. n. 4.* Dec. *in l. quæ dubit. n. 3. ff. de regul. iuris*; & Valdes *in addit. ad Roder. Suar.* plures citat *pag. 101.* Et
71 est summè considerandum, quòd stante diuersitate probationum † circa consuetudinem faciendi scripturas, à iure scripto non est recedendum, secundum Bartol. *in l. 1. in princip. ff. soluto matrimonio*, notat & declarat Dec. *cons. 11. num. 12.* & videndus est Gregorius Lopez *in l. 1. in glos. in verbo*, Continuadamente, *titul. 2. part. 1.* & Bartol. refert Molina *lib. 4. de primogen. cap. vltim. num. 66. fol. 205.* Roland. *cons. 87. num. 54. lib. 2.*

Et an exempla harum donationum, & instrumento-
72 rum probent, † licet originalia non reperiantur, constat ex latissimè scriptis per Glos. Parisien. *in consuetudin. Parisiensibus tit. 1. de mater. feuda. §. 1. num. 33. cum sequentibus folio* 78. vbi de hoc & aliis consimilibus quæstionibus, quæ circa nostrum propositum se offerre possunt, plenissimè agit, quem vide vbi res exegerit; Bursat. *in cons. 123. num. 10. lib. 1.* Roland. *in cons. 69. numero 57. lib. 3.* Masueri. *in addit. ad Ferrar. in titul. formæ petitionis instrumenti, pag. 167. num. 8.* Quibus adde egregium *consilium* Alexand. *150. num. 5. lib. 6.* vbi *num. 8.* tradit, an in antiquis credatur scripturæ, & priuilegio Regis sine sigillo? Episcopus Conarruuias *in practic. quæst. cap. 21. num. 2.* quem citat Menoch. *cons. 7. num. 11. cum aliis*, ad hoc videndus *Decis.* Genuæ, *12. numero 4.* Mascard. *in tractatu de probat. lib. 3. concl. 1389. folio* 330. & Thom. Gramma. *cons. 70. num. 6.* qui post Bald.
73 Paul. de Castro, & Felin. quos citat, tradit, † quòd si constat Notarium esse bonæ famæ, & quòd scriptura fuit sua manu scripta, valet, & est legitima, & solemnis; licèt protocollum non inueniatur. Ad quæ adde Quintilianum Mandosium *in gloss. facultatem, §. & proprium, folio 79. colum. 2. vers. sigillum*, vbi latissimè agit, Petrus Gambarus, *de officio & potestate Legati, lib. 8. num. 223. cum sequentibus, pag. 257.* Cagnol. *in l. si librarius 93. num. 81. ff. de regulis iuris, pag. 191.* Menoch. *in consil. 11. num. 205. & 206. & numero 332. cum sequentibus*, & *in tractatu præsumptionum, lib. 2. præsumptione 57. num. 16. cum sequentibus, pag. 180.* Et de virtute sigilli, lege quæ scribo *infra, 2. part. quæst. 4. illar. 8. d. 14. tit. 5. part. 3.* ibi: *Consello del Rey, o de otro señor de alguna tierra, o de Arçobispo, o Obispo, o de otro Prelado qualquier, o de Maestre de alguna Orden, o de otro sello de algun Concejo, & l. 114. in fine, tit. 18, eadem part.* Et istis addè Cynum *in ter consilia* Baldi, *in allegationibus suis*, quæ sunt post *consil. 400. super primo puncto, colum. 1. lib. 4.*
74 vbi vult, quod copia instrumenti † probat, quando secundum eius tenorem aliquid fuit obseruatum? & idem Bald. *cons. 402. Quæritur an per solam diffamationem, in fine, lib. 5.* quos citat Aymo, *cons. 65. num. 11.* quòd in maioratu super statu de Alburquerque, notat Cephalus *in consil. 251. num. 90. lib. 2.* Et quàliter & quomodo credatur exemplis scripturarum, latissimè & nouissimè scribit Ioseph. Mascardus, *in tractatu de probationibus, lib. 2. conclus. 927. numero 1. cum sequentibus, folio 213.* & latè idem Mascardus, *lib. 3. conclus. 389. num. 1. cum sequentibus*, præcipuè *numero 14. & 15. folio 341.* Et quòd ex temporis diuturnitate præsumatur exemplationem solemniter factam, aliàs lecus, † tradunt Florianus, *in l. 2. ff. de fide instrument.* Boer. *quæst. 281. num. 15.* & alij, quos citant Aymo, *de Antiquitat. tempor. part. 3. principal. in 1. particula*, quæ incipit, *Videmus, numero 2.* Menoch. *in tractatu præsumptionum lib. 2. præsumpt. 80.*

Antea etiam quàm hinc abeam, resoluere oportet quæstionem, si forsan ipsa scriptura maioratus ex aliqua causa sit inualida, an nihilominus maioratus sustineatur? In quo (vt paucis agam, & negotium resoluam) dico, † quòd licet ipsa scriptura maioratus ex
76 aliquibus causis sit inualida (de quibus supra actum est) si tamen de contractu & conuentione aliàs appareat, non vitiatur maioratus, imò sustinetur, quia instru-
77 mentum est † scriptura Tabellionis de conuentione partium facta, contractus verò est ipsa conuentio, secundum Bartol. *in l. si quis legatum, colum. 2. numero 2. ff. de falsis.* & Bald. *in l. vltim. C. de falsa causa adiect. legat.*
78 Et dicit Bart. quòd potest † esse instrumentum inualidum, & contractus validus, & è conuerso: & generaliter quod vitiato, annullatoque instrumento, non annulletur nec vitietur contractus, si modo de eo aliàs appareat, tenent Imola, Raphaël Cuman. Paul. Alexand. & Iaso *in l. seruum filij, §. eum qui chirographum, ff. de legat.* Idem Raphaël Cumanus *in l. huiusmodi, §. si ita, ff. eo-*

dem titul. & alij plures, quos refert Tiraquellus, *in tractatu, de vtroque retractu, §. 2. glos. 1. numero 1. cum sequentibus, pag. 385.* cui adde Rodericum Suarez *in l. post rem, limitatione 7.* Decium *in cons. 17.* Bartholomæum Socinum *in cons. 31. lib. 3.* Purpuratum, *in l. singularia, numero 124. ff. si certum petatur*, Gregorius Lopez *in l. 4. in glos.* Aquel deudo, *titul. 9. part. 6.* Auendañ. *in tractatu de exequendis mandatis Regis, cap. 10. numero 6. folio 79.* Iulium Ferretum *in tractatu gabelli, num. 354.* Seraphin. *in tractatu de priuilegiis iuramenti, priuileg. 34. numero 7.* Bertazol. *in tractatu de clausulis, clausula 29. gloss. 11. numero 17. folio 156. & clausul. 36. gloss. 5. numero 2. folio 198.* Andreas ab Exea *in cap. 1. de constitution. numero 160.* Mascardus *in tractatu de probation. libro 3. conclus. 1226. numero 9. folio 205.* In quibus locis reperies plures quæstiones ex isto principio decisas. Et hoc confirmatur ex celebri doctrina Innocen. *in cap. cum venerabilis, de excep.* vbi dicit, quòd si aliquis contractus ex aliqua causa sit inualidus, confessio tamen in tali contractu appositа † est efficax; quem se-
79 quuntur ibi Abb. *numero 35. vers. quartus casus*, & Felin. *numero 26.* Bald. *in cap. post inquisitionem; numero 3. de election.* Bart. *in d. l. post legatum, numero 2. vers. contra hoc oppono*, & *in l. certi conditio, §. si nummos, in princ. num. 10. ff. si certum petatur*: & *in l. si stipulatus, §. Chrysogonus*, per illum tex. *ff. de verborum obligationibus*, Iaso *in lege legata inutiliter, numero 17. ff. de leg. 1.* Suarez *allegato* 27. Hippolyt. *in rubric. C. de probation. numero 306.* & est notabile consil. Roman. *293.* latè Tiraquel. *in tractatu de Constitut. limitat. 7. numero 18.* & benè Bartholom. Socin. *in cons. 2. numero 1. lib. 3.* Anton. Gama *decis. 264. numero 3.* Et pro istis facit tex. *in l. eleganter, in princip. ff. de dolo*, vbi probatur, quòd si contractus principalis
80 est nullus, † valet tamen executio vigore talis contractus facti, putà traditio, & liberatio: idem volunt Glos. Bart. & Doctores *in l. sub pretextu, C. de transactio.* vbi Iaso *numero 10.* & facit doctrina Bald. *in l. plane, ff. quod falsi. tutor. author.* vbi dicit, quòd stante statuto, quòd post decem annos non possit peti executio instrumenti, de quo nos habemus *l. 3. tit. 13. lib. 3. ordina.* & *l. 63. Taur.* poterit tamen secundùm *Bald.* produci instrumentum, præteritis decem annis ad probationem: & hanc doctrinam sequitur, & latè confirmat Suarez *in d. l. post rem, limitat. 6. pag. 306.* & constat ex *d. l. ordinamenti*, nec minus facit *l. 2. C. communia vtriusque indic.* vbi sententia si non valeat in vim confessionis, † valet tamen in vim
81 pacti, per quam dixit Marian. Socin. *in c. si aternit. de hæretic.* quòd licet instrumentum confectum per Notarium non valeat in vim instrumenti, valet tamen vt confessio.

Ex quibus etiam sustentat Burgos de Paz *in l. 3. Taur. part. 5. numero 1389. folio 367.* quòd testamentum † in-
82 ualidum potest testibus probari. Et pro ista nostra opinione videtur expressa *l. 1. tit. 25. lib. 4. Recopilat.* ibi: *Aunque bien permitimos, que se puedan probar por otro genero de probança*, iunctis verbis præcedentibus. Et quod † aliud sit, locus, in quo celebratur contractus; &
83 aliud, locus, in quo fit instrumentum contractus ad solutionem gabellæ, tradit Iulius Ferretus *in tractatu de gabellis, numero 377.* Et ex istis dixit *Angel.* quem omnes referunt (ego tamen non reperio id in meo libro: sed quia plerique magnæ authoritatis eum citant, ego etiam refero) is inquam *in l. 1. C. de præscrip. 30. annorum*, dicit, quòd quando statuto cauetur, quòd mulier non possit contrahere absque consensu propinquorum, si mulier contrahat statuti forma non seruata, † tamen
84 confessio facta per eam in instrumento probat omnia gesta; quem referunt Alexand. *in d. l. si stipulatus, num. 11. folio 96.* Iaso *in d. §. si nummos numero 35. in l. certi conditio, ff. si certum petat.* Suarez *in d. l. post rem, limita. 6 numero 4.* Tiraquel. *in tractatu de legibus connubialib.* in verb. *Contracter, glos. 5. numero 112.* vbi etiam dicit, quod non inuenit hoc in *Angel.* Hæc autem opinio

Angeli

85 *Angeli* (vt obiter hoc dicam) mihi † non applaudit quantum ad intellectum nostrarum legum Regalium, quæ prohibent mulieres nuptas contrahere absque licentia maritorum: nam sicut mulieribus nuptis non licet contractus facere absque maritorum licentia, ita nec aliquid confiteri. Quod probatur ex his quæ latè scribit Iaf. *in d. §. si nummos*; & ex dispositione, verbis, & intentione nostrarum legum Regalium: quod latius fundari poterat, si non esset extra materiam. Et hoc vltimum tenet Tiraq. *d. glo. 5. num. 113. fol. 281.* Sed pro doctrina *Angel.* faciunt quæ refert Azeued. *in l. 13. tit. 25. lib. 4. Recopil. n. 59. fol. 381.*

Solummodo hoc in loco etiam animaduerto, minimè inter nos procedere quandam sententiam Bartol. *in l. apud Iulianum §. si pupillus, num. 3. ff. ex quib. caus. in poss. eatur*, vbi dicit, quòd si statuto cauetur, quòd
86 mulier non possit contrahere sine licentia proximorum consanguineorum † potest tamen mulier adesse iudicio, & aliquid confiteri: quæ opinio attenta *l. 55. Taur.* apud nos non est seruanda.

Animaduerto autem, quod doctrina Bartol. *in d. l. si quis legatum*, cum *concordan.* imitatur in contractibus requirentibus scripturam, quia vitiata & annullata scri-
87 ptura, † vitiatur contractus, secund. Paul. de Castr. *in cons. 44. col. 1. vers. nisi actum fuisset, lib. 1.* Menoch. *cons. 80. num. 60. lib. 1.* Et quod si annulletur instrumen-
88 tum ob gabellam non solutam, † censeatur annullata obligatio in illo contenta, tradunt Roman. *in cons. 57.* Tiraq. *in tract. de Constitut. p. 3. limitation. 7. numero 39.* Mascard. *in tract. de probationib. li. 3. concl. 1. folio 1185. num. 2.*

Addo etiam in ista materia, quòd instrumentum cùius originale non inuenitur, sed reperitur insertum in
89 priuilegio Principis, fidem non facit, † nisi sit insertum de consensu partis, aut ea legitimè citata, vt tradit Dec. *in c. venerabilis, col. vlt. de confirma.* Aymo *de antiquit. p. 1. num. 301.* vbi scribit, quòd in antiquis, regulariter priuilegio, vel rescripto Principis faciente mentionem de alio, ei creditur, quamvis illud non producatur; secund. Glos. *in c. si Romanorum, in verb. desint. 19. distinction.* quam ibi dicunt singularem Domini. & Cardin. & alij, quos citant Ioseph. Mascard. *in tract. de probat. lib. 2. concl. 923. n. 9. fol. 209.* Boer. *decis. 247. n. 3.*

90 Prima autem conclusio *Decij*, † falsa mihi videtur, & contra *l. 44. in fine*, & *l. 114. in fine*, *titul. 8. part. 3.* quæ leges manifestè probant, quòd si tenor priuilegij sit insertum, & confirmatum in alio priuilegio originali, ei statur, licet priuilegium primum originale non appareat, tradit in terminis Thomas Grammaticus, vbi alios citat *cons. 115. num. 2.* licèt idem quod Decius & Aymo velit Iaso *in eo. s. 168. num. 14. lib. 4.* vbi vult, quòd consensus Regius ad alienandum feudum non probatur, licet in instrumento laudi inseratur totus tenor rescripti Regij præstantis consensum; qui ad hoc citat Glossam *in cap. Abbate sancti Syluani, in verbo, fides, de verborum significatione*, & super ea Antoni. & Abb. & Aymonem etiam citat Ioseph. Mascard. *in tract. de probat. lib. 2. conclus. 918. fol. 208.* vbi hoc etiam limitat in antiquis.

Quibus non obstantibus, ego teneo, quod prædixi per *d. Partita*, quæ est expressa: quibus sunt addenda quæ scribit Mascardus *in tractatu, de probation. b. lib. 3. conclus. 1261. num. 13. fol. 203.* & quæ scribo infra *quæst. 64.* Et istis addo elegantem Glossam *in d. cap. Abbate sancti Syluani, de verborum significatione, lib. 6. in verbo, fides*, vbi Antoni. & Abb. tenentes, quòd licet in aliquo instrumento inseratur tenor rescripti Regij
91 præstantis consensum in aliquare re, † ei non est danda fides, nisi exhibeatur originale. notat Iaso *in d. cons. 168. lib. 4. num. 14.* quod nota, quia sæpè videbis, vbi hoc extendit etiam si plures Tabelliones de hoc attestentur. ¶ Et quæ solemnitates sint necessariæ ad hoc,
92 † vt Tabellio possit dare scripturam Tabellionis mortui, tradit Rebuffus *in l. notiorem 99. §. instrumentorum, pag. 585. ff. de verborum significatione*, Episcop. Couarruuias *in d. cap. 21.* ad quos iungo Petrum Augustinum Morlam *in emporio iuris, titul. de fide instrumentorum, quæst. 1. nu. 1. cum sequentibus, fol. 466.* Anton. Gammam *decis. 252.*

Nota etiam, quòd Tabellionis protocollum carens signo & subscriptione Tabellionis, efficax est, † vt 93
ex eo Iudicis mandato instrumentum extrahatur, secundùm Cynum *in l. contractus, C. de fide instrumentorum*, vbi Salicet. *col. 4.* Alexand. *cons. 14. num. 8. lib. 6.* Curti. Iunior, *cons. 162. num. 1. cum aliis*, Aymo Cranetta *cons. 158. num. 7.* & alij, quos citat Burgos de Paz *cons. 14. num. 7.* & de registro & protocollo Tabellionis, lege *l. 7. titul. 9. part. 2.* & *l. 8. titul. 19. part. 3.* vbi Gregor. Lopez & *Decis.* Pedemontan. *8. per totum*, vbi tractatur, an Tabellio, vel pars teneantur exhibere protocolla? & legendus est etiam Mascardus *in tractatu de probationibus, lib. 2. conclu. 740. num. 32. & 33. fol. 87.*
94 Et vbi protocollum est nullum, † sumptum ab eo etiam nullum est, tanquam à radice infecta, secund. Ancharran. *in cons. 431. num. 2.* Corn. *in cons. 70. col. 2. lib. 4.* Roland. *in cons. 44. num. 16. lib. 1.* Et quòd sit necessarium probare, † quando negatur aliquem fuisse 95
Tabellionem, tradit notanter Matth. de Afflictis *decis. 251. Determinatum fuit, num. 1. cum seq.* Et an negans testamentum possit se fundare ex fideicommisso ibi relicto, † cum testamentum non erat solemne, tradit la- 96
tè Aymo *in cons. 255. num. 11. cum sequentibus.* Quando autem, & in quibus casibus præsumatur falsitas in scripturis, † notanter tractat, & examinat Menoch. *in tra-* 97
ctat. de præsumptionibus, lib. 5 præsumpt. 20. num. 1. cum seq. fol. 25. & prius *de arbitrar. iudic. ab. 2. casu 187. nu. 16. cum sequentib.* Et quòd instrumentum, quod reperitur
sine solemnitatibus, † sit suspectum de falso, volunt 98
Bartol. *in l. si librarius, ff. de regulis iuris, num. 7.* vbi Cagnol. Quintilian. Mandosi. *in tractatu de distribution. quæst. 81. num. 4. fol. 37.* ¶ Et lectores animaduerto maximè ad vnum, quod dabit honorem & commodum, 99
scilicet, † quòd circa fidem scripturarum antiquarum, diuerso modo est iudicandum in scripturis factis ante annum 1503. & ante annum 1525. in quibus annis factæ fuerunt *leges 12. & 13. titul. 5. lib. 3. Recopil.* & in scripturis post illos annos factis.

QVÆSTIO LXIII.

An filius possit diminuere legitimam patris virtute licentiæ patri concessæ.

SVMMARIVM.

1 *Decisio quæstionis.*
2 *Priuilegium personale personam non egreditur.*

SExagesimotertiò quæro, an si pater impetret Regiam facultatem ad faciendum maioratum, & ad diminuendam legitimam filij, an filius poterit vti priuilegio patri concesso, diminuendo ei legitimam, quæ patri competit per *l. 6. Taurin.*? Cui quæstioni latisfacere possumus † cum doctrina Baldi *in l. vltim. col. 2.* 1
in vers. pone, Princeps, num. 7. C. de fund. & litium expens. vbi dicit, quòd si Princeps concessit mihi potestatem testandi diminuta legitima filij emancipati: quòd filius non poterit vti tali licentia, & priuilegio diminuendo patris legitimam; quia tale priuilegium est personale, † & personam non egreditur, *l. quia personale. ff. soluto matrimonio*, cum *concordan.* 2

QVÆSTIO LXIV.

Si non appareat de conſtitutione maioratus, villæ, vel alterius loci, & Princeps det facultatem, quòd eam habeat quis titulo maioratus, ſicut anteceſſores habuerint, an hæc ſufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura Principis, quæ facit fidem de alia ſcriptura, ad quam fit relatio, an probet.*
2 *Priuilegia originalia antiqua ſi omittantur, an ſufficiat producere confirmationem.*
3 *Præſentatio beneficij, an probetur per ſolam Papæ, vel Epiſcopi narrationem factam in literis collationis, aut prouiſionis.*
4 *Quæſtionis definitio, & nu.5.& 8.*
6 *Diſpoſitio dependens ab alia, ad illius ſimilitudinem regulari debet.*
7 *Non dicitur ea noua inueſtitura, in qua fit relatio ad antiquam.*
9 *Confirmatio qualiter dicatur eſſe in forma communi, vel ſpeciali diſpoſitiua.*
10 *Donatio an probetur ex donatione relata in alio inſtrumento.*
11 *Et quid de inueſtitura.*
12 *Referens ſe ad aliquod inſtrumentum videtur de illo notitiam habere.*
13 *Priuilegium conceſſum vni ad inſtar aliorum conceſſorum aliis, ſortitur eundem effectum cum illis quibus adæquatur.*
14 *Ad validitatem ſecundæ conceſſionis an teneatur vaſſallus oſtendere primam.*
16 *Inſtrumentum de per ſe ſufficiens ad inducendam obligationem, & inducens præſumptionem veteris obligationis mentionatæ in eo, an probet. Et quid quando ſecundum inſtrumentum propter aliud emiſſum poteſt principaliter diſponere, n.19.& 39.*
17 *Si quis promittat alicui certam quantitatem contentam in quodam inſtrumento; illud dicitur originale.*
18 *Schedula recognita an habeat executionem paratam, ſi referatur ad aliam.*
20 *Dominus fundi ſi concedat Eccleſiæ ius quod habet in tali fundo, non operatur conceſſio, donec ius probetur. Et quid cum Rex concedit villam, aut ciuitatem, nu.22.*
21 *Conceſſio facta per Archiepiſcopum ſecundum antiquam, & rationabilem prædeceſſorum conſuetudinem, nihil noui inducit, ſed antiquam approbat.*
23 *Si quis ſtatuat in maioratu nouo, quod ſeruentur omnes conditiones, quæ aderant in maioratu antiquo, ſi de illo appareat, ſeruandæ ſunt.*
24 *Et quid ſi non appareat de ſcriptura antiqua.*
25 *Conceſſio Regalium ſi fiat, prout prædeceſſores tenuerunt, debet probari prædeceſſoris dominium, vt aliquid operetur.*
26 *Ad priuilegij confirmationem an ſit neceſſarium oſtendere totum priuilegium.*
27 *Datio, & confirmatio qualiter differant.*
28 *Specifica mentio vbi requiritur, an ſufficiat per relationem.*
29 *Principis verbis enunciatiuis quando non credatur.*
30 *Recognitio cenſus an ſufficiat ad compellendum recognoſcentem, & eius hæredes ſi non conſtet de prima originali ſcriptura cenſus.*
31 *Et quid virtualis & tacita recognitio operetur. Et quid ſimplex recognitio, nu. 34.*
32 *Recognitio recognoſcenti an præiudicat. Et an probet dominium, num.41.& 48. An ſolum ius accipiendi cenſum, num.49.*
33 *Inueſtitura per inſtrumenta recognitionum an probetur.*
35 *Vaſſallus primam conceſſionem oſtendere quando non tenetur.*
36 *Præſcriptio primæ obligationis, an per ſecundam promiſſionem, & recognitionem interrumpatur.*
37 *Ciuitas, aut Caſtrum, cum aliquem in dominum recognoſcit, an in eum ius ſuum transferat, & nu.40.*
38 *Conceſſio feudi, vel emphyteuſis ſecundum formam & modum anteceſſoribus factam, an valeat ſi de modo & forma non appareat.*
42 *Si quis rem ſuam tanquam meam recognoſcat, an transferatur dominium ipſo iure.*
43 *Executiones an propter ſcripturas recognitionum cenſuum, vel inſtrumenta originalia debeant fieri.*
44 *Verbum* Recognoſcere, *quid ſignificet.*
45 *Vnus cenſus an probetur ex confeſſione venditoris.*
46 *Et an talis confeſſio noceat.*
47 *Bona eſſe feudalia an probetur per recognitionem, & num.68. Quid ſi error allegetur, num.51.*
50 *Confeſſio hæredum fideicommiſſum non extare, ſi tamen ad teſtamentum ſe referant, & contrarium ex illo appareat, qualiter operetur.*
52 *Recognitio ſola, an faciat quem hominem alterius eſſe.*
53 *Recognitio an inducat obligationem.*
54 *Et an nouus titulus & recognitio obligationem augeant.*
55 *Recognitio facta in abſentia quid operetur.*
56 *Et an præiudicet contra Tertium.*
57 *Dominium aut poſſeſſio an amittatur per erroneam recognitionem, & nu.59.*
58 *Confeſſio erronea cum iuramento, an Tertio præiudicet.*
60 *Conducens rem ſimpliciter, an videatur conducere reſpectu poſſeſſionis, aut proprietatis.*
61 *Non acquiritur ius ſororibus, ſi quis nomine ſuo, fratris, aut ſororum, petat inueſtituram ſecundum tenorem aliarum, ſi ex inueſtituris antiquis appareat, ſorores inueſtiendas non eſſe.*
62 *Habens recognitionem in fauorem an ſit manutenendus in poſſeſſione percipiendi fructus, ſi aliquot annis percepit.*
63 *Et an probetur dominium, ſi præſcriptio concurrat.*
64 *Allegans errorem in quibuſdam capitulis, an poſſit in aliis petere executionem. Et an præiudicet confeſſio hæredis, qui per errorem teſtamentum vt verum admiſit.* ibid.
65 *Cenſus perpetuus probatur ex præſtatione annua facta ex cauſa reditus annui perpetui, donec error probetur. Et an præiudicet confeſſio, n.67.*
66 *Poſſeſſio ex recognitione an probetur.*
69 *Conceſſio in qua fit mentio de aliis conceſſionibus prius aliis perſonis factis intelligitur cum eiſdem conditionibus quibus prima.*
70 *Secunda inueſtitura contraria primæ, an præſumatur facta per errorem, ne noceat poſteris.*
71 *Si quis ſe referat ad ſcripturam aliquam, dicens maſculos eſſe vocatos, cum non ſint, non nocet talis error.*
72 *Fideicommiſſum nullum fuiſſe ſi hæredes fateantur, an noceat talis confeſſio.*
73 *Et an poſſint reuocare confeſſionem erroneam.*
74 *Litigans per errorem coram aliquo Iudice, an videatur in illum conſentire.*
75 *Vaſſallus an cogi poſſit ad recognitionem feudi.*
76 *De errore narratiuo, & vtrum ſint conceſſæ proprietates, vel iuriſdictio tantum, per primas conceſſiones debet inſpici.*
77 *Recognitio qualiter ſucceſſori noceat, remiſſiuè traditur.*
78 *Tenor maioratus antiqui an probetur per tenorem in alio maioratu adiectum.*
79 *Codicilli*

79 *Codicilli referentes ſe ad teſtamentum nullum an valeant.*
80 *Error & confeſſio facta per Duces, Marchiones, & Comites in documentis, aut alia ſimili re, an nocent in primogenitura.*
81 *Quid dicendum, vbi filius, cui bona per fideicommiſſum relicta fuerunt cum grauamine reciproco, quod ſuccedant illius fratres, bona relinquit, prout pater ſuus in teſtamento ordinauit, remiſſiuè.*
82 *Dictio,* Sicut, *in priuilegiis qualiter apposita cenſeatur.*
83 *Princeps narrans factum in priuilegio, notitiam eius habere an præſumatur.*

SExageſimoquartò dubitatur, Princeps confirmat alicui, quòd habeat aliquam villam, vel locum, aut aliam rem titulo maioratus, ſicut aliquis anteceſſor illius eam habebat: an ſi non appareat de alia licentia ad confectionem maioratus, ſufficiat illa pro licentia? quia ſcriptura Principis, quæ facit fidem de alia ſcriptura, ad quam fit relatio, † probat, ſecundum Gloſſam *in c.ſi Romanorum*, 19. *diſtinctione*, Cardinalem *in conſ.*118.& alios Doctores, quos referunt Dec. *in authent. ſi quis in aliquo documento*, num.40. *C. de edendo*, Nicolaus Boerius *deciſ.*247. *num.*3. Maicardus *in tract. de probationib. lib.*2. *conclu.*923. *num.*9. *fol.*209. Andreas Gail. *obſeruationum lib.*2. *obſeruat.*1. *nu.*15. *pag.*121. vbi reſoluit, quòd ſi priuilegia originalia antiqua ſunt amiſſa, † ſufficit producere confirmationem ſequentium Principum facientem mentionem priuilegij originalis: & punctum tractat; & tradit Bartholomæ. Bertazolus *in tract. clauſularum*; *clauſula* 21. *gloſ.*26. *fol.*121. Et præſentatio ad beneficium † probatur per ſolam Papæ, vel Epiſcopi narrationem factam in literis collationis, vel prouiſionis, ſecundùm Felin. *in c. poſt ceſſionem, de probation.* Rebuf. *in praxi beneficiali, in* 3. *parte ſignatur. verſ. nec iuri patronatus, num.*14. *pag.* 167. facit *deciſio* Iacob. Putei, 136. *lib.*3.

In quo vera & ſolida eſt concluſio, † quod ſi dicta verba apponuntur diſpoſitiuè, & ex certa ſcientia Principis, diſpoſitio non ſuſpenditur, nec conditionalis redditur, ſed eſt pura, & efficax, etiam ſi aliter non appareat de relato, & cauſa, ad quam dicta verba referuntur, nec eſt opus eam probare, vt probatur *in c. penul.* vbi Anto. & Abb. *de confirmation. vtili, vel inutili*; & tenet Bartol. *in tract. ad reprimendam, in verb. prout*; & *in l. eum qui*, §. *Iulia us* 2. *ff. de conſtit. pecu.* late Felin. *in c.*2. *col.*4. *verſ. ſcias etiam, de reſcript.* notanter Speculat. *lib.*2. *partic.*2. *tit. de inſtrumentorum editione*: §. *nunc autem*, *num.*1. *cum ſeq. fol.*124. ad hoc lagundus Mandoſi. *in conſ.*80. *num.*5. cum *concord.* vt per Glo. Pariſ. *in* 1. *par. conſuetudinum Pariſien. tit.*1. *de matur. feuda*. §.1. *num.*6. *fol.*82. quem lector omnino legat: cui addo Iaſonem *in d. authen. ſi quis in aliquo documento*, *C. de edendo*, latius Dec. *in lectura*, *num.*86. *eodem tit.* qui plura refert, & rectius explicat *in conſ.*63. *num.*5. & 6. Natta *in conſ.*387. *num.*12. *lib.*2. & in quadam ſubſtitutione & vocatione maſculorum, hoc tradit in bono caſu Decius *in d. conſ.*63. *num.*4. † quæ concluſio procedit, quando in diſpoſitione referente apparet expreſsè, & explicitè de voluntate referentis; ſecundum Bald. *in l.*2. *ad finem, C. de Epiſcop. & Cleric.* Dec. *in d. authent. ſi quis in aliquo documento*, *num.*39. *C. de edendo*; Aymon. *conſ.*157. *num.*16. Et vbi narratur ſubſtantia priuilegij, ſufficit licèt verba formalia non apponantur; text. vbi Alberic. *in l.*1. *C. de Epiſcop. audi.* Thom. Grammatic. *conſ.*122. *num.*2. *vol.*1. de quo lege Barthol. Socinum *in conſ.*258. *num.*9. *lib.*2. Imolam *in cap. inter dilectos, num.*5. & Felinum *num.* 7. *de fide inſtrumentorum.*

Quod confirmo ex noua & practicabili deciſione Iacobi Putæi *part.*3. *deciſione* 307. *num.*1. *cum ſequentibus*, *pag.*406. vbi reſolui, quòd attento quod in literis *Alexandri*, de quibus non conſtat, conceſſæ fuerunt duæ partes decimarum Regibus Catholicis, ſufficiunt aliæ literæ, quæ de iſtis faciunt mentionem, licet de aliis non conſtet: quod nota & lege eundem *deciſion.* 306. Facit ſingularis regula iuris, † quòd diſpoſitio dependens ab alia, debet regulari, ſeu interpretari ad illius ſimilitudinem, *l. fin. §. nos igitur, C. de nuptiis: c. tranſlato, de conſtitution.* notat Quintil. Mandoſ. *in regul. Cancellar. regul.*19. *q.*5. *num.*1. *fol.*128. Et non † dicitur noua inueſtitura, etiam ſi dicatur quod eſt noua inueſtitura, vbi fit relatio ad antiquam inueſtituram, ſecundum Bald. *in l. fin. num.*5. *C. de ſuis & legitimis hæredibus*, Aretinum *in l. ſi mihi & tibi, ff. de verborum obliga.* & *in conſ. penul.* Pariſium *in conſ.*5. *num.*6. *lib.*1. & alios, vt per Cephal. *conſ.*501. *num.*319. *lib.*3. qui *num.*152. dicit, hoc magis procedere cum dicitur, *cum eiſdem modis & qualitatibus*: quam materiam latè explicat Corbul. *de iure emphyt. in parte de cauſis priuation. feud. num.*97. & 98. *fol.*65.

Si autem verba apposita in conceſſione ſunt ſine cauſæ cognitione, † ſiue in forma communi: tunc prædicta verba ſtant conditionaliter, etſi non appareat de facultate Regia antea conceſſa ad confectionem maioratus, vt conſtat ex doctrina Bartol. *in d. verb. prout, nu.*2. probatur *in c. examinatis, de confirmat. vtili, vel inutili* & *in c. quia diuerſitatem, de conceſſione prebend.* explicat latius Glo. Pariſ. *in d. loco, num.*69. apud quam alia reperies ad rem hanc congruentia: ideo ego hoc in loco non repeto. Vbi etiam inuenies, qualiter confirmatio † dicatur eſſe in forma communi, vel in forma ſpeciali diſpoſitiua; quod in paucis locis reperitur, & explicat latè & rectè Ægid. Boſſius *in ſuo tract. tit. de Principe, num.*348. *cum aliis, pag.*650. Carol. Ruin. *in conſ.*31. *num.*1. *cum ſeq. lib.*1. vbi hoc tradit in quadam confirmatione priuilegij facta per Regem Catholicum Reginæ Ioſeph. Maſcard. *in tract. de probat. lib.*1. *concluſ.*404. *n.*1. *eumſeq. fol.*246. Thom. Grammat. *deciſ.*59. *n.*12.

Et quod donatio probetur † ex donatione relata in alio inſtrumento tradunt in notabilibus caſibus Decius *in conſ.*192. Auguſtin. Beroi. *in conſ.*121. *n.*8. & *in conſ.*152. *n.*9. *lib.*2. Burſat. *in conſ.*31. *n.*10. *lib.*1. Et inueſtitura † probatur per tenorem in alia ſcriptura relatum, vt tradunt Ripa *in l. ſi conſtante, n.*10. *ff. ſoluto matrimonio.* Nicol. Boerius *deciſ.*247. *n.*1. & 2. Pariſius *in conſ.*23. *n.*87. *lib.*1. Olrat. *deciſion. eademout.*139. *n.*4. Maſcardus *in tract. de probation. lib.*2. *concluſione* 941. *n.*9. *fol.*225. quibus conuenit concluſio elegans, quam vidi in causa maioratus, quòd ſi quis † ſe referat ad aliquod inſtrumentum, videtur habere notitiam de illo, ſecund. Alexand. *in conſ.*39. *n.*6. *lib.*3. & *in conſ.*113. *n.*19. *lib.*6. Bartholom. Socinum *in conſ.*63. *colu.*4. *ad fin. lib.*3. & alios, quos citat Maſcard. *in tract. de probationib. lib.*3. *concluſ.*1294. *nu.*10. *fol.*238. ¶ Et priuilegium conceſſum vni ad inſtar aliorum conceſſorum aliis, † ſortitur eundem & parem effectum cum aliis, ad quæ adæquatur, vt reſoluit Pariſius *in conſ.*2. *n.*5. *lib.*4. & *in conſ.*25. *nu.*50. *lib.*2. & *in conſ.*33. *nu.*2. *lib.*1. & *in conſ.*17. *n.*8. *lib.*4. latè Ripa *in l.*1. *nu.*1. *fol.*96. *ff. de legat.*1. Et ad validitatem ſecundæ conceſſionis † non tenetur vaſſallus oſtendere primam conceſſionem vt tradit Guill. Bened. *in c. Raynutius, de teſtament. in verbo, & vxor mea, n.*314. *fol.*76. per doctrinam Speculator. *tit. de feudis*: §.1. *in additione incipienti, Inſtrumentum*, Oldrad. *in conſ.*121. Et facit quod reſoluit Ayora *in tract. de partitio. lib.*3. *qu.*26. *n.*82. *fol.*149. vbi tradit, quòd ſi pater confirmat in teſtamento dotem, quam dedit vltra quantitatem legitimæ, & contra *Pragmaticam dotium*, valet conſtitutio dotis; motus ex his, quæ ibi allegat, quæ parum vrgent: melius faciunt dicta & dicenda. Sed an valeat confirmatio dotis prout ex tunc, vel vt ex nunc, reſolui poteſt ex his, quæ ſcribo 4. *p.*9.2.

Et hæc diſtinctio etiam comprobatur, † quia quando fit relatio ab eo, qui poteſt principaliter diſponere, & actum de nouo facere, ſufficit conſtare de mente illius, quamvis de relato non appareat, aliàs ſecus, *l. ſi donatio,*

donatio, C.de donation. quam refert Bartol. *in l. admonendi, num.44.ff.de iureiurand.* & alij, vt per Dec. *in c.cum venerabilis, num.23.de except. & in cons.169.nu.*
4.& in cons.325.num.3.& 374. nu.4. Alexand.*cons.46.*
*num.9.lib.*1.Roderic.Suarez *in l.post rem iudicatam, in*
*vers.visum est, sup.fol.*148. in impressione antiqua; &
in noua,*pag.335.num.5.ff.de re iudic.*Facit,quia quan-
16 do instrumentum † de per se est sufficiens ad inducen-
dam obligationem, & inducens præsumptionem vete-
ris obligationis mentionatæ in eo, probat absque eo
quod exhibeatur instrumentum originale, de quo fuit
facta mentio, vt tenent Albericus *in d.auth.si quis, in*
*princip.C.de edend.*Speculator *in tit. de instrumen. edi-*
*tione, §.restat, in fin.*vbi inquit, quòd si quis promisit
soluere decem alicui, quos ei debebat ex venditione
17 equi, prout continetur in quodam instrumento, † illud
dicitur originale, & non exemplum. Notat Matth. de
Afflict.*decis.*273.*In quadam causa, num.*1.& 2.faciunt
scripta per Guillelm.Benedict.*in c.Raimuntius, de testa-*
*men.in verb.& vxorem,num*313.*fol.*76. Bursat. *in cons.*
18 143. *num.*97. *lib.*2. Et schedula recognita † habet exe-
cutionem paratam,etiamsi referatur ad aliam, vt si quis
confiteatur in ea debere ex obligatione tali, secundum
Rebuf.*tom.*1.*ad constitutiones Regias, tit.de schedul.re-*
*cognit.in præfatione, num.*65.*pag.*190. De quo legendus
est Ioan.Guttierrez *in cons.*23.*num.*8.*& in cons.*25.*n.*7.
vbi ex Bald.*in d.l.si donatio,*ponit regulam,quòd quan-
do in vno instrumento fit mentio alterius instrumenti,
19 † non est necesse de primo constare,quando secundum
etiam propter aliud emissum potest principaliter dis-
ponere: & idem tradit Guillel. Benedict. *in c.Raimun-*
tius, de testam.in ver.& vxorem nomine Adelasiam, nu.
314.*fol.*76.*de testament.* qui ad hoc citat Ioann. Andr.
Et facit doctrina Bart.*in l.si sic:* §. 1.*ff. de legat.*1. vbi
post Dynum ibi dicit, quòd si Comes ait, *Concedo Ec-*
clesiæ quicquid iuris habeo in tali fundo, nisi ostendatur
20 quale, & quantum ius habeat Comes in tali fundo, †
nihil operabitur talis concessio propter incertitudinem:
& probat ibi latè Iaso *num.*1. Rolan. *cons.*98.*num.*10.
*cum aliis, lib.3.& cons.*100.*& vlt.num.*162.*lib.*4. Bar-
tholo.Socin. *cons.*167.*num.*20.*lib.*2. & idem vult Ol-
drad.*in cons.*163.& alij, vt per Alexand.& Glos.Paris.
*ibi, in co s.*28.*lib.*1.*num.*7.Quintil.Mandos.qui plures
citat *in glos.facultate, in proœmio, fol.*10. *col.*2. Me-
noch.*in cons.*437 *num.*15.*lib.*5. post Cagnolum *in l. ne-*
*mo plus iuris, n.*1,*ff.de regulatur.*Corneum *in cons.*321.
*lib.*3.Curtium Iunior.*in cons.* 158. *num* 30.Decium *in*
*cons.*516.*n.*24.latè Boeri.*decis.*42.*nu.*25.Corne.*in cons.*
130.*num.*7.*lib.*4.*& in cons.*201.*num.*15.*lib.*1.Bursat.*in*
*cons.*6.*num.*30.Et inquit Ripa *resp.*170.*nu.*10. quòd
confirmatio Regaliorum & pascuorum facta Archie-
piscopo secundum antiquam,& rationabilem prædece-
21 sorum consuetudinem, † nihil noui inducit, sed anti-
quam concessionem approbat; & faciunt scripta per
Bursatum *in cons.*159.*nu.*19.*cum sequentibus,lib.*2. Par-
ladorium *lib.*2.*rerum quotidianarum, part.*1. *cap.final.*
§.12.*num.*30.*pag.*217.Menochium *in cons.*341.*nu.*13.
*lib.*4.Cephalum *in cons.*255.*nu.*46.*lib.*2.Tiberium De-
cianum *resp.*33. *num.*52. *lib.* 1. & doctrinam Ripæ
ante eum tradit in specie Baldus *in cons.* 130. *Verbo*
*propriè,lib.*1.

Ex quibus quandoque inferebam, quòd si Rex do-
net alicui, villam, locum, aut aliud simile,cum omni,
22 quod ad ipsum Regem pertinet, † debet per donata-
rium verificari id,quod in tali loco ad Regem pertine-
bat, & aliàs non habebit effectum,quod quotidie con-
tingit: & probat hoc,*l.*16.*tit.*10.*lib.*5.*Recopilat.& l.*9.
in vers. Pero dezimos,*tit.*4.*p.*5.

Inferebam etiam, quòd si iudex condemnet reum
ad restituendum actori quod habet occupatum, talis
sententia non potest executari, nisi prius liquidetur
quod est occupatum: & *ad l.*11.*tit.*18.*lib.*9. *Recopila-*
tion. quæ loquitur de priuilegiis exemptionum, vt ga-
bellæ non soluantur, ibi, *Segun y como,y en los lugares*
que se contiene,o fuere contenido en los lugares de fran-
quezas.

Ex istis etiam infertur, quòd si quis faciens de nouo
maioratum morte fortè præuentus, vel in Curia deten-
tus,vel propter aliam causam dicat, quòd vult, quòd in
hoc maioratu, quem de nouo facit, & in quo est illi li-
bera dispositio, † obseruentur omnia, quæ cauentur in 23
maioratu antiquo. Nam si quidem apparet scriptura
maioratus,ad quem testator se retulit,illa præcisè seruа-
bitur, quòd si de ea non constet, † recurrendum erit ad 24
consuetudinem præteritam, & antiquam maioratus an-
tiqui de qua si non constet, ius commune seruabitur.
Quæ distinctio colligitur etiam *ex l. si seruus plurium,*
*§.vltimo,ff.de legatis.*1.& ex doctrina Bart. *in l.hæredes*
mei, §. cum ita, ff.ad Trebellian.& de ista materia vide
etiam quæ scribit Thom.Gramma.*d.decis.*59. *nu.*3. *cum*
*seqq.*qui *n.*8.post Paul.de Castr.quem citat,resoluit in-
ter alia plura, quòd si quis possit exigere decimas de
fœnore,iuxta formam antiquarum inuestiturarum,& se-
cundum quod antecessores vsi fuerunt, tenuerunt &
possederunt, potest ex aduerso probari quòd nunquam
de fœnore consueuerunt solui decimæ.

Ex quo venit,quòd si fuit facta concessio Regalium,
prout melius prædecessores tenuerunt,† oportet proba- 25
re quòd prædecessores illud tenuerunt,vt tradunt Fran-
cus *decis.*187.*&* 192.Ioan.Francisc. *in tract. de Baro-*
*nibus prægm.*8.*n.*155.*pag.* 198. Et si Papa concedit pri-
uilegium Religiosis, quòd possint percipere decimas
noualium, sicut antiquas habent; habetur respectus ad
illas antiquas, quas percipiebant, & sic illas sicut istas
possunt possidere absque pœna, vt resoluit Oldrad. *in*
*cons.*106.& resoluit notabiliter Menoch.*in cons.*395.*n.*
72.*lib.*4. faciunt scripta per Anton.Peregrin.*in tract.de*
*fideicommiss.art.*16.*n.*111. *fol.*156. Et quòd ad priuile-
gium confirmationis † non sit necesse ostendere totum 26
primum priuilegium,sed partem illius,probat casus sin-
gularis *in l.fin.C.de precibus Imperator.offerend.* & Al-
ber.*in l.*1.*n.*3.*C.de Episcop.& Cleric.fol.*21. vbi distin-
guit in ista materia dicens, quòd † aut datio & confir- 27
matio pertinent ad eundem,& tunc, qui confirmat dat;
aut ad vnum datio, ad alterutrum confirmatio, & tunc
non; & ita dicit concordari iura,quæ circa hoc viden-
tur discordare.Illud autem sciendum est, quòd si à lege
specialis,seu specifica mentio alicuius rei exigatur,non
† sufficit mentio per relationem, vt tradit Afflictis *de-* 28
*cis.*220.*n.*13.Aluarus Valasc.*de iure emphyt.q.*11.*nu.*8.
*fol.*68.& dicam *p.*2.*q.*12. *nu.*36. & in *Valasco* est dicta
decisio errata.

Et est etiam animaduertendum,quod licet regulariter
credatur verbis Papæ, vel Principis, attestantium ali-
quid etiam enuntiatiuè,*Clement.*1.*de præbend.*cum *con-*
*cordant.*Quæ regula procedit etiam in Principe,vel Pa-
pa asserentibus factum prædecessoris, secundum Imo-
lam *in d.Clemen.*Cardi.*in cons.*9.Ripam *resp.*1.*n.*28.
& alios quos citat Tiber.Decianus *resp.*18.*n.*275.*lib.*
1.verum est, † nisi Papa asserat narrata per ipsum sibi 29
non fuisse iustificata,quia tunc vult sibi non credi,nisi
de veritate appareat:*c.ex literis,de fide instrumentorum,*
c.si Papa,de priuileg.in 6.*Clemen.si dignitatem, de præ-*
*bend.*notat Cardinal. *in d. Clement.* & confirmat Ripa
*resp.*8.*n.*3.Et idem Ripa *resp.*174.*nu.*7.tradit,non
esse credendum Principi asserenti, aliquem esse exem-
ptum,si hoc non doceat ille,qui impetrauit,tradit Me-
nochius *in tract. de præsumption.lib.*6.*præsumpt.*91.*n.*24.
*fol.*150.Quæ conclusio est valde necessaria ad licentias,
quæ conceduntur ad faciendos maioratus, vel ad alie-
nandum bona maioratus, & ad priuilegia nobilitatis,
quæ quandoquè per Reges conceduntur Nobilibus.

In quo puncto animaduerto ad resolutionem,quam in
materia nobilitatis ponit Ioan.Garcia *in tract.de nobili-*
*tate,glos.*41.*n.*3.*fol.*360.vbi tradit,quòd est credendum
Principi facienti mentionem alterius priuilegij.

Ex his autem,quæ *supra,à n.*4.scripta sunt,infertur in
practica,quod si dubitetur de impositione alicuius cen-
sus

sus perpetui, aut redimibilis, & appareat de recogni-
tione census, quamvis non constet de ipsa prima origi-
30 nali scriptura census,† erit sufficiens ad compellendum
illum, qui recognouit, & illius hæredes, atque ab eo
causam habentes: quod est notandum,quia plerumque
contingit. Quod confirmo per sententiam Baldi *in l.*1.
in vltimis verbis, C.de rerum permutat. vbi vult, quòd
quando quis accipit inuestituram, propriè sibi præiu-
dicat: & idem voluerunt Bald. *in l.si certis, ad finem,*
C.de pact. Ias.*in l.*2.*nu.*196.*C.de iure emphyt.* Chassan.
in consuetudinib.Burgundiæ.rubrica 3.*§.*4.*n.*20.*col.*433.
& Iaso allegat Speculator.*in tit.de locato,§.nunc aliqua,*
31 *vers.*53. Quinimò virtualis,& tacita † recognitio præ-
iudicat,veluti si quis dicat,quòd recipit rem cum onere
census,vt ex pluribus resoluit Aym. *in cons.*217.*nu.*7.
& 8.quem citat Felician.*in tract.de censibus,lib* 3.*cap.*6.
*nu.*5.*fol.*233. ad quem addo alios Authores, quos citat
Mascardus *in tract.de probationibus, lib.*1. *conclus.*270.
*nu.*1.*fol.* 186.Quod facit pro recognitionibus quæ fiunt
hodiernis temporibus secundùm Rebuffum *in rubrica*
*de caus.possess. & propriet. pag.*245 *col.*2. *vers.decimus-*
quartus Pro quo etiam facit quod scribit idem Matth.
de Afflictis *decis.*282.*Orta lite, nu.*3. *vers.& ad hoc*
probandum.

32 Quod corroboratur, quia recognitio † præiudicat
recognoscenti, secundùm Bart. & Bald. *in l.cum falsa,*
*C.de iur.& fact.ignorant.*Odofred.& Bald. *in c.*1.*§.Sa-*
cramentum, de consuetu. rectè feud. tradunt Alciat. *res-*
*pons.*178.*nu.*2.Menoch.*cons.*160.*nu.*8.*lib.*2.Pro quibus
est textus notabilis *in l.cum scimus, vers. sin autem est*
*scriptura: C.de agricol. & censit. lib.*11. & quod scribit
Ias. post Bald.& Anton.de Butrio,quos citat *in l. tra-*
*ditionibus, num.*21. *C. de pactis,* & quòd scribit Ripa
*cons*94. *num.*11. vbi tradit, quòd per instrumentum
33 recognitionum † probatur inuestitura, per text. *in*
*cap.*1. *quid prædecessores debeant: & in cap.*1.*de nouæ*
forma fidelitat. faciunt scripta per Cephalum *in con-*
*sil.*386. *num.*33. *lib.*3. quibus addo Guillelmum Bene-
dictum *in cap.Raimuntius, in verbo, & vxorem nomine*
34 *Adelasiam, nu.*1008. *fol.*142. vbi probat, quòd sim-
plex recognitio † probat dominium, & rem esse cen-
sualem aduersus recognoscentem, & hæredes, & suc-
cessores vniuersales, & particulares; Aym.*in cons.*20.
*num.*11.

Quod confirmatur ex doctrina Ioan.Andr.*in addi-*
tion. ad Speculator,*tit.de feud. §.*1. *vers.instrumentum,*
35 vbi inquit, quòd vassallus † non tenetur primam con-
cessionem ostendere, vbicumque instrumentum sit in
tali forma, *sicut venerandæ memoriæ genitor meus,tibi,*
vel tuo genitori tale feudum concessit, sic & nos conceди-
*mus.*vassallus non tenetur primam concessionem ostен-
dere,& idem Oldrad.*cons.*121.*nu.*11.*&* 13. vbi *num.*18.
tradit vnum singulare in ista materia, quòd recognitio
inducit interruptionem,ad quod alios DD.allegat Natta
*in cons.*402.*nu.*63.*lib.*2. cui conuenit quod præscriptio
36 primæ obligationis interrumpitur † per secundam pro-
missionem,& recognitionem,secundùm Angelum *in l.*1.
§.si quis,ff.quando appel.sit, Alex.*cons.*101.*nu.*16.*lib.*1.
*& in cons.*136.*nu.*12.*lib.*2. Ofasc.*decis. edemont.*102.
*nu.*1.Et quòd sufficiat ostendere vltimam inuestituram,
tradunt Iaso *in prælud. feudorum, nu.*11. post Oldrad.
*in cons.*121.*quæst.*2. Curtius Iunior *in cons* 97.*nu.*4. &
alij, quos citat Aluarus Valascus *de iure emphyteus,*
*quæst.*51.*nu.*8.*fol.*269.*&* Et cum Castrum, vel ciuitas
37 recognoscit aliquem in dominum, † videtur in eum
omne ius suum transtulisse, secundùm Bartol. *in l non*
*dubito, ff.de capti.& in l.*1.*C.de excusation.minor.lib.*10.
& alios, vt per Nicolaum Boerium *in tract. de custodia*
*clausum, num.*51. Et inquit etiam Paul.*in l.penult. ff.de*
institu.& substitu. quòd concessio feudi vel emphyteusis
38 secundùm modum & formam antecessoribus factam,
valet, † etiam si dictus modus & forma non appareat:
quia dicta verba stant casualiter; & confirmat ex plu-
ribus Thomas Grammaticus *decis.*59.*nu.*27.*cum seqq.*
& volunt Albericus, Paul.Angel. & Iaso *in l.penultim.*
C.de institu.& substitu. quos & Ioan.Andr. citat Glos.
Parisien.*in consuetudinibus Parisien. part.*1. *§.*5. *nu.*66.
folio 82. vbi tradit, hoc sufficere, etiam si originaria
concessio non appareat.Et non est necesse,quòd constet
de primo instrumento, † quando secundum potest de 39
per se principaliter disponere,secundùm Baldum *in d.l.*
si donatio,C.de donat. Matthæum de Afflictis *decis.*273.
*num.*2. qui hoc confirmat. Et licèt non præsumantur
pertinere ad dominum loci,sed ad vniuersitatem,fallit,
vbicumque † vicini loci dominum recognouerunt, vt 40
ex doctrina Baldi *in l.consuluit,C.de donation.* Anchar.
& Guido Papæ, tradit in specie Aymo *in cons.*154.
*num.*1. quod vidi in practica, & reputo singulare, &
per hoc obtinui ingentem terrarum quantitatem in
fauorem cuiusdam Baronis: ad quod faciunt etiam
scripta per Petrum Barbosam *in l.si alienam, num.*73.
pagina 190. *ff. soluto matrimonio,* qui ad ista legen-
dus est.

Et confirmantur prædicta, quia per recognitionem
probatur † dominium, vt ex pluribus probat Aymo 41
*consil.*153.*nu.*5. quem citat Menochius *de arbitrar. iu-*
*dic. lib.*1. *centur.*1. *casu* 42. *nu.*5. *pag.*172. Et ideò si
quis recognoscat rem suam tanquam meam, † trans- 42
fertur dominium ipso iure, contra regulam *d.l.tradi-*
tionibus,C.de pact. vt tradit ibi Iaso *d.nu.*21. ex Spe-
culatore *titulo de feud. versic. nunquid teneat promissio.*
Anton.*in cap.si cautio, colum.*4. *de fide instrumentorum.*
Ex quibus conuincitur † error Iudicum, etiam in Au- 43
ditoribus Regalibus,quod magis dolendum,qui volunt
facere executiones propter scripturas recognitionum
censuum; est enim manifestus, vt ex superioribus con-
stat; & quòd etiam tacita recognitio inducat obliga-
tionem, tradit Capell. Tholos. *quæst* 212. Felician. *in*
*tract de censibus,lib.*4.*cap.ultimo,nu.*5.*fol.*233. non re-
lata dicta decisione: & confirmo, quia verbum *(recog-*
noscere) † significat fateri se debitorem, vt tradunt 44
Aym.*in cons.*149.*nu.*7.*&* 11. Menoch *in tract. præsum-*
*siptionum, lib.*4. *præsumpt.*110.*nu.*40.*fol.*215. & per
singularem doctrinam Aymon.*in cons.*217.*nu.*4. vbi
resoluit, quòd census probatur ex confessione, quam
facit † venditor, dicendo vendere cum onere soluendi 45
censum.& præiudicat ita vt ille,& qui ab eo habet cau-
sam, teneatur domino, quem & Petr.Foller.& Chassan.
citat Mascard, *in tract.de probation. lib.*1. *conclus.*270.
*nu.*1.*fol.*176. Et per recognitionem probatur bona 46
esse feudalia, secundùm Zenzelin. & Imol. *in Clemen-*
*tin.*1. *de iureiurand.* Alexandrum *cons.*29. *nu.*22. *cum*
*sequentibus,lib.*5. Iaso *in l.*2. *q.*6.*num.*214.*C.de iure*
emphyt Socinum Iuniorem *in cons.*65. *nu.*3.*lib.*1. Cur-
tium Iuniorem *cons.*140. *nu.*12. Aymonem *cons.*276.
ante numerum primum, Cephalum *in cons.* 68.*nu.*71.
*lib.*2. Et non solum nocet talis confessio confitenti, 47
sed etiam illius successoribus, secundùm Felinum *in*
*cap inter dilectos,nu.*21.*de fide instrumentorum,* Barthol.
Socinum *consil.*68. *nu.*6. *lib.*4. Carolum Ruinum *con-*
silio 108.*nu.*23.*lib.*2. Aymonem *cons.*29.*nu.*1. Ripam
*in l.si aliquam rem,nu.*42. *ff. de acquirend.possessione,* &
alios,quos citat Menochius *in tractatu præsumptionum,*
*lib.*3.*præsumpt.*101.*nu.*10.*pag.*389.*& cons.*180.*nu.*99.
*lib.*2.*& in cons.*341.*nu.*1.*lib.*4. Parisius *in cons.*17.*n.*24.
libro 3.

Et quòd simplex recognitio sufficiat † ad probatio- 48
nem dominij, attestatur sæpissimè sententiatum fuisse
Guido Papæ *decis.*272. incipienti, *Utrum dominum,*
Aluar.Valasc. *in tract. de iure emphyt. quæst* 8. *num.*18.
*fol.*59 & tradit Felician. *in tractatu de censibus, lib.*3.
*cap.*6.*nu.*2.*fol.*232.& de hoc legi debet omninò Albe-
ricus *in l.Imperium,num.*50. *de iurisdict. omnium iudi-*
cum: addo autem Corneum *cons.*233. *nu.*31. *lib.*1. &
*cons.*116.*col.*3. *versic.solus autem titulus. lib.*2. dicen-
tem, quòd ex titulo recognitionis non probantur iura
ipsorum censuum, † sed tantum cauetur ius acci- 49
piendi ipsos census,si de eis probetur; confirmat Aym.

conſ.57.num.3.& lege eum *num.6.*Quod confirmo,quia recognitio non eſt verus titulus, vt voluit Gloſ. Pariſ. *in conſuetudinib.Pariſien.q.1.§.7.nu.22. & §.35. nu.10. fol.266.* & *in Recopilat.* facta per Gaſpar. Caballi. *in tractatu de vſuris, nu.203. pagina 234. & num.200. pag. 226.*

Quinimò, in propoſito noſtræ materiæ, ſi filij dicant,vel alij, quòd non extat fideicommiſſum,referendo ſe ad teſtamentum, in quo de contrario conſtat, non
50 operatur talis confeſſio † niſi ſecundùm teſtamentum; concludunt Barthol.Socinus *in conſ.180.num.84.lib.2.* per doctrinam Baldi *in l.2. C.de error.Aduocat.* Tiber. Decianus *reſponſ.33. nu.63.lib.1.*qui ad hoc allegat in terminis *conſil.Romani 294.* Et recognitio facta per defunctum non poteſt per hæredes improbari, vt volunt Bartholom.Socinus *in conſ.50. nu.8.& conſ.68. nu.55. lib.4.* Natta *in conſ.460. nu.9.lib.2.* Roland. *conſ.82. nu.38.lib.2.*Aymo *in tract de antiquitate: part.1.n.59.* qui id tradit in verbis enuntiatiuis antiquis, quòd nocent contra habentes cauſam ab eo,Carolus Ruinus *in conſ.108.nu.23.lib.2.* Menoch. *conſ.182.nu.9.lib.2.*
51 § Et facta recognitione,† licèt error allegetur, præſumitur res feudalis, donec contrarium probetur, vt per Alexand.*in d.conſ.29.col.vlt.lib.5.*& eſt notabile *conſilium* eiuſdem Alexand.13. *lib.1.* quem citat Aymo *in tractat. de antiquit. part.2. nu.156. fol.288.* Curtium *in tract.de feud.charta 19.col.2. verſic.ſexto maximè:* Ægidium Boſſium *in pract.crimin.tit.de Principe,n.250. pag.632.*

Et an recognitio ſola faciat quem eſſe hominem alterius, patet ex text.*in d.l.cum ſcimus: C.de agricol.&*
52 *cenſit.lib.11.*qui dicit,quod † non, quem ad hoc citat Guido Papæ *deciſ.222. num.4.* ſi poſtea non ſequatur actus, vel vſus, vt præſtatio homagij, vt tradit idem Guido Papæ poſt Ioan.Fabrum, quem citat *deciſ.315.* Auguſtin.Beroi,*conſ.67.nu.32.lib.1.* de quo etiam vide Rebuffum *in cap.vltim. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. pagina 361. verſic. limitationes & declarationes:* Bald. *in cap.1. in principio, num.2. cum ſequentibus, de Capitan.*
53 *qui Curiam vendidit.* Et recognitio facit † obligationem, *d.deciſ.Capell.Tholoſana 212.* In cuius confirmationem plura ſcitu digna, quid operantur *agnoſcere,* vel *recognoſcere* aliquid, tradit notanter Rebuffus *in l. cognoſcere 56. pag.396. ff. de verborum ſignificat.* non tamen operatur quod quis remaneat obligatus vltra partem quam habet in re hypothecata, vt ſingulariter fundat Gloſ.Pariſien. *in conſuetudin.Pariſien. p.1.§.11. nu.19. fol.130.* vbi etiam reſoluit, quòd recognitio, &
54 nouus titulus, non auget obligationem: † quod ego intelligo, niſi aliud caueatur in contractu, & recognitione noua; argumen. *l contractus, ff. de regulis iuris,* cum *concordant.* & pro Gloſ. Pariſien. facit doctrina Chaſſan.*in conſuetud.Burgundiæ, rubric.2.* des confiſcations: *§.1.num.23. pag.375.* Et quid operetur † recognitio facta in abſentia, & enuntiatiuè in aliqua ſcriptura, tradit notabiliter Matth. de Afflictis *deciſ.164.*
56 *nu.1.* Et quòd talis recognitio non præiudicet † contra Tertium,vel ſingularem ſucceſſorem intueſtiti, ſcribunt Alexand.*conſ.12. Viſo proceſſu: lib.4.* Carol.Ruinus *in conſ.26.nu.2.lib.1.* Burſat. *in conſ.46.nu.15.lib.1.* qui citat Bart.& Bald. *in d.l.cum falſa, C.de iuris & facti ignoran.* Barthol.Socinus *in conſ.216. lib.2.* & inibi Burſatus varia ſcribit ad propoſitum eorum, quæ hic tractantur Menoch. *in conſ.1.nu.87. & poſteà nu.102. lib.2.* Iacob.Puteus *deciſ.257. nu.3.p.2.* notanter Menoch. *in conſ.110. nu.68. lib.2.* & materiam nouiſſimè reſoluit Ioan.Ant.Petra *in tract. de fideicommiſſ. q.13. nu.304. cum ſeq. pag.497.* & plures citat Gloſ.Pariſ. *p.1.conſuetud.Pariſien. §.1.gloſ.5.fol.30.* & tradit etiam Alexand.*in conſ.69.nu.10.lib.5.* vbi ſcribit, quòd dominium nec poſſeſſio non amittitur per erroneam † re-
57 cognitionem.

Et quòd error non noceat in iſtis, & aliis ſimilibus caſibus, probat ex pluribus Burgos de Paz *in conſ.25. nu.62.* & in quodam maioratu *in conſ.27 nu.9.& 10.* Syluan. *in conſ.57. nu.25.* Iul.Clarus *in bonis feudalibus: §.feudum, q.20. pag.180.* Et confeſſio erronea etiam cum iuramento † non præiudicat in præiudi- 58
cium Tertij, vt per Iaſonem *in §.item ſi quis. nu.7. Inſtitut.de action.*Burſat.*in conſ.221.nu.29.lib.2.*Et quòd recognoſcens, vel conducens ignoranter rem propriam, † non perdat dominium, ſed nec poſſeſſionem, volunt 59
Bart.Angel.Imol.Paul.Aretin.& omnes *in l.ſi rem aliquam, ff.de acquirend.poſſeſſione*; & omnes *in l.qui rem, C.locati:* Alciat.*in tract.præſumpt.regul.3.præſumpt.21. nu.21.* & legenda ſunt quæ ſcribit Anton. Peregr. *in tract. de fideicommiſſ. art.11. nu.116.& art.51. nu.39. fol.487.* Felicianus *de cenſib. lib.3. cap.6.nu.4. fol.233.* latiſſimè Curtius Senior *in conſ.70. per totum,* vbi 60
num.3. ſcribit, quòd conducens rem ſimpliciter, † videtur conducere reſpectu poſſeſſionis, non proprietatis: per text.*in d.l.ſi rem, ff.de acquir. poſſeſſ.* vbi Bartol. & DD.faciunt ſcripta per Ioan.Gratian.Falcon.*regul.147.* & tradit etiam Aym. *in tract. de antiquit. tempor. p.1. nu.59.fol.37.* vbi reſoluit, quis teneatur probare errorem? & concludit quod ipſe conducens: Menoch. *de recuperand. poſſeſſione, remedio 11. nu.35. cum ſequent. pag.442.*

Nec omitto notabilem in iſta materia doctrinam Alex. *in conſ.9.nu.12. lib.5.* vbi concludit, quòd ille, qui petiit ſe inueſtiri nomine ſuo, fratris, & ſororum, ſecundùm tenorem aliarum inueſtiturarum, ſi apparet ex inueſtituris antiquis, ad quas relatio facta fuit; quòd 61
ſorores non erant inueſtiendæ, illis † nullum ius quæſitum fuit, quia errore illas videtur nominaſſe, ex quo non erant comprehenſæ in inueſtituta, ad quam ſe refert; quem citat Curtius Iun.*in conſ.92.nu.10.lib.1:* & confirmat Gloſ.Pariſien.*in addit.ad Alexand.in d.conſ.* Menoch. *in conſ.1.nu.96.* Dec. notanter *in ſupra allegato conſ.63.nu.6.* & plura de errore,quòd non noceat; ſcribunt poſt antiquos Mantica *de coniectur. mente defunct.lib.4.tit.5.nu.3.& 4. pag.115.* Menoch. *de præſumpt.lib.6. præſumpt.22.fol.75.& in conſil.86. nu.94. lib.1.* ad quod eſt textus notabilis *in l.ſi forte, ff.de caſtrenſi peculio,* quem latè ornat Caldas Pereira *in tract. de renouatione emphyt. q.4.nu.7.fol.18* Maſcard.*in practic. de probat. lib.2. concluſ 636. vſque ad concluſionem 649.*

Et quod ille, qui habet recognitionem in fauorem, 62
† ſit manuteuendus in poſſeſſione percipiendi prouentus,ſi aliquot annis percepiſſet, tradit Rebuffus *tomo 2. ad conſtitut.Regias, tit. de conſtitut. reddituum, artic.2. gloſ.vnic.nu.4. pag 427.* per *cap. querelam, de election.* & *deciſionem* Auſterij 59.Et inibi Rebuffus addit,quòd ſi concurrat præſcriptio, † probatur dominium: de 63
quo legendus eſt etiam Balbus *in tractatu præſcription. 4.part. 4.part. principal.quæſt.10. pag.353.* vbi citat ad hoc Speculat.Roma.& Iaſonem Et quod ille,qui allegat errorem in quibuſdam capitulis, † poſſit in aliis 64
petere executionem, tradit notanter Rebuffus *tomo 1. ad conſtitut.Regias, tit. de literis ciuilibus, artic.vnico, gloſ.vltim. pag.499. nu.9.* Et quòd confeſſio erronea hæredis, qui teſtamentum vt verum & legitimum admiſit, non noceat, tradunt Carol. Ruinus *in conſil.10. nu.15.& 16.lib.3.*Iaſo *in conſ.82.col.vlt.lib.3.*Menoch. *in conſ.313.nu.25.lib.4.*Et ſi præſtatio annua facta fuerit ex cauſa redditus annui perpetui, † probatur cenſus 65
perpetuus ex tali confeſſione, donec error in contrarium probetur: & tradit Epiſcop. Couarr. *lib.3.reſolutionum, cap.10.ad finem,* per regulam *l.Publia, §.final. ff.depoſit.l.cum de indebito,§.vltimo.ff.de probation.*& alia iura.Et quòd ex recognitione probetur poſſeſſio,† pro- 66
batur *in l qui vniuerſas,§.quod per colonum,*vbi Alexan. *notab.1.ff.de acquir.poſſeſſ.* & volunt Matth.de Afflictis *deciſ.167.& 325.* Zuchard. *in l.final.nu.96.C.de edict. Diui Adriani,*Cephal. *in conſ.19. nu.3.lib.1.* Et quòd confeſſio † noceat in iſtis caſibus confitenti, donec do- 67
ceat de errore, tradunt Aymo *in conſil.410.num.58.* Phanuncius

Phanucius *de Inuentario. part.7.num.243.*Barboſa *in l. ſi alienam, num.73. pag.191. ff.ſoluto matrimonio.* Et quòd ſi quis recognoſcit res proprias patrimoniales
68 tanquam feudales,† ſibi præiudicet, & remaneant feudales, reſoluit Curtius Iunior *in conſilio 140. num.13.* quod eſt notandum ad illos, qui confitentur & recognoſcunt res liberas eſſe de maioratu, & reſtitutioni
69 ſubiectas. Et quod † conceſſio, in qua fit mentio de aliis conceſſionibus prius aliis perſonis factis,& à quibus illa deriuationem habuit,debeat intelligi cum eiuſdem qualitatibus, & ſumat exordium, originem, & naturam ab aliis conceſſionibus, tradit Auguſt. Beroius *in conſ.66. n.3.lib.1.* per regulam *l.ſi ego, §.ſi tamen, ff.de public.*cum *ſimilibus.*

70 Hinc eſt, quòd ſecunda inueſtitura contraria primæ, præſumitur facta per errorem, & non nocet poſteris,vt probant Alexand. *in conſ.55. num.24. lib.4.* Roland. *in conſ.1.num.65. & in conſ.34.num.50.lib.4.* Decius *in conſilio 194.num.3.* Menochius *in tractatu de præſumption. lib.3. præſumpt.92. num.4. pag.378.* Et quòd ſi quis ſe referat ad aliquam ſcripturam dicens, maſculos
71 eſſe vocatos, † cum non ſint vocati, vel aliàs, talis error non noceat, tradunt Guido Papæ *conſ.176.num.4.* Curtius Iunior *in conſil.121.num.18.lib.1.* Menochius *conſilio 1.num.88.cum ſequentibus,lib.1.* de quo legenda ſunt quæ ſcribit Tiberius Decianus *reſponſ.33. nu.18.*
72 *cum ſeqq.* vbi reſoluit, quid ſi filij fateantur † nullum fuiſſe fideicommiſſum, an illis præiudicet talis confeſſio, & an hæredes poſſint venire contra talem confeſſionem erroneam? Et quòd hæredes illius, qui erroneè
73 recognouit, poſſint † reuocare erroneam recognitionem,volunt Iaſo *in l.cum teſtamentum,num.5.C.de iuris & fact.ignorant.*Bart.*in conſ.18.num.27.lib.1.* Matth.de Afflictis *dec.ſ.233.* Menochius *in conſ.191. num.70. libro 2.*

74 Et quod † litigans per errorem coram Iudice, non videatur in illum conſentire, tradunt Speculator *in titulo.de competente iudic. §.1.verſic.ſed nunquid*, & alij quos citat Vantius *in tit. quibus modis ſententia nulla,*
75 *num.80. pag.769.* Et quòd vaſſallus † cogi poſſit ad recognitionem feudi,volunt Bart.*in l.3.in fin. ff.de condi.ob cauſam*; & *in l.ne caſu, C.de diſcuſſo.lib.11.* Paul. *in l.in omnibus, ff. de iudicijs*; & alij, quos citat Natta *in conſilio 382. lib.2.* faciunt ſcripta per Epiſcopum Couarru.*reſolut.lib.3.cap.7.num.6.* Et quòd per con-
76 ceſſiones primas conſtet de errore narratiuæ,† & vtrum ſint conceſſæ proprietates, vel iuriſdictio tantum, eſt *deciſio* Iacobi Putei 231. *lib.2.* ad quæ iungo ſcripta per Cagnolum *in l. nec pignus 45. num.6. fol.217. ff.de*
77 *regulis iuris.* Et qualiter recognitio † noceat ſucceſſori, tradit Iacobus Puteus *deciſ.365. num.11. part.2.* quod refero ad aliam finem *part.2.q.5.* Et quòd tenor maio-
78 ratus antiqui † probetur per tenorem & relationem in alio maioratu appoſitum, probari poteſt ex deciſione Ripæ *in l.ſi conſtante,num.10. ff.ſoluto matrimonio,*Nicol.Boër. *deciſ.247. num.1.2.& 3.* Pariſ. *in conſilio 23. num.87. lib.1.* Oſaſc. *deciſ. edemontan.139. num.4.*Ioſeph.Maſcard.*lib.2.de probationib.concluſ.941. num.9.fol.225.* Ad quæ addo notabile *conſilium* Caroli
79 Ruini 118. *Quæritur, col.2. lib.1.* vbi vult, quòd † valeant codicilli referentes ſe ad teſtamentum nullum, quem citat Simon de Prætis *lib.2. de interpretand. defunct.voluntat.interpret.2 dubit.1.ſolut.5 nu.35. fol.130.*
80 Et quòd error, & confeſſio facta per Duces, Marchiones, & Comites, in documentis, vel in alia ſimili re, non noceat in primogenitura,tradit Ripa *reſpon.80.*
81 *num.39.& 40.* Et quid dicendum ſit, vbicunque filius, cui bona per fideicommiſſum relicta fuerunt cum grauamine reciproco quòd ſuccedant illius fratres bona relinquit, provt pater ſuus in teſtamento ordinauit, quod plerumque videbis, legendi ſunt Decius *in conſilio 362.& in conſ.397.* ad quem contradicit Socinus Iunior *in conſ.75.lib.3.* quem ſequitur Antonius Peregrinus *in tractatu de fideicommiſſis, artic.16.num.114. folio 157.* Et an probetur fideicommiſſum vbi executores dicunt, quòd ordinant ſicut teſtator dixit, ſi de relato non appareat, tradit Pariſius *in conſ.39. num.3. libro 1.*

Præterea animaduerto, quòd dictio, *ſicut*, appoſita in priuilegiis,† intelligitur appoſita affirmatiuè,& cauſatiuè, non conditionaliter, ſecundùm Gloſſam & Doctores *in cap.examinata,de confirmat.vtil. vel inutil.* per *cap.Abbate, de verborum ſignificatione*, tradunt Alexan. *in conſ.16.num.28. lib.5.* Gloſ. Pariſien. *in conſuet. Pariſien. p.1. d.§.1. num.67.* Nec eſt omittenda in iſta materia notabilis doctrina Gregorij Lopez *in l.5.tit.8. part.6. in gloſ.* in verb. *E no lo proteſtaſſe*: vbi tangit quæſtionem de filio recipiente rem à patre cum certo grauamine, quæ tamen erat de maioratu antiquo, an ſibi præiudicet? qui ad hoc refert Baldum *in cap.vnico. §.final. de feud. & in cap.1. qualiter debeat vaſſallus iurare domino fidelitatem.* Et quod Princeps narrando factum in priuilegio,† præſumatur habere notitiam facti, & non eſſe malè informatus, tradit Grammaticus *conſilio 100. num.8. lib.2.*

QVÆSTIO LXV.

An irreuocabilitatem meliorationis, aut maioratus, an ſufficiat facere meliorationem aut maioratum per ſcripturam priuatam, dummodo traditio fiat per ſcripturam publicam.

SVMMARIVM.

1 *Deciſio quæſtionis, & num.28.*
2 *Quod in ſcripturam deliberatè redigitur, factum præſumitur.*
3 *A ratione legis, vel extante, aut ceſſante, argumentari licet.*
4 *Non viciatur teſtatoris diſpoſitio, cum in teſtamento dicit ſe velle quòd hæres det aliquid, quod in quadam ſchedula continetur, quæ apud aliquem religioſum inuenietur, ſi ex literarum comparatione, vel legitimis indiciis appareat eam eſſe teſtatoris propriam.*
5 *Donatio facta per epiſtolam filio naſcituro an valeat.*
6 *Scriptura priuata, dicitur ſcriptura, & n.9. & 10.*
7 *Et an ſcriptura priuata fidem faciens poſſit produci poſt concluſionem in cauſa ſicut alia publica. Et dicitur inſtrumentum, num.31. Et illius appellationi venit num.32. Con traria opinio, nu.33. Et qualiter ſcriptura priuata comprobetur, num.62.*
8 *Scriptura propria manu facta an æquiparetur ſcripturæ publicæ.*
11 *Scriptura priuata, ſeu ſchedula, aut apocha recognita, plenæ probationis habet vim.*
12 *Ac ſi eſſet facta publicè per Tabellionem.*
13 *Et dicitur publica, & num.34.*
14 *Et habet vim rei indicatæ.*
15 *Et vim debiti.*
16 *Et executionem paratam, & num.25,*
17 *Inſtrumentum in iudicio factum an habeat executionem paratam.*
18 *Et an dicatur de actis.*
19 *Obligatio aut ſcriptura quando apud acta facta dicatur, & num.22. Et qualiter, & quando fidem faciat, num.23.*
20 *Et an confeſſio vel reſponſio apud acta habeat vim ſcripturæ publicæ.*
21 *Facta coram Iudice, & apud acta, ſi non ſint in forma iudicij, vim iudicij, ſeu actus iudiciarij non obtinent.*
24 *Scriptura facta de mandato Iudicis, cum illius ſigillo, publica an dicatur.*

26 *Compromissum cum sententia arbitraria per scripturam priuatam an habeat paratam executionem, & num.27.*
29 *Testatoris voluntas scriptura priuata an probari possit.*
30 *Institutio & nominatio haredis in cod cillis facta quando valeat.*
35 *Vis & irrenocabilitas meliorationis, aut maioratus in scripturæ traditione consistit, & n.36.& 44.*
37 *In emphyteusi sufficit scriptura illius, qui rem in emphyteusim concedit.*
38 *Dissoluitur quoddam dubium Ioan. Lopij an traditione instrumenti requiratur persona pub in :*
39 *Intellectus ad l.22.Tauri, & n.40.43.& 59.*
41 *Casus omissus in dispositione iuris communis remanet.*
42 *Non omnium, quæ sunt in iure, ratio reddi potest.*
45 *Pater tradens scripturam Tabellioni, maioratum aut meliorationem de nouo facere videtur, & firmior remanet.*
46 *Maioratus in scriptura priuata an fieri possit.*
47 *Et an sufficiat quod manu Terij de mandato patris conficiatur.*
48 *Authoris sententia.*
49 *Communis usus loquendi qualiter in scripturis præferatur propriæ significationi, latè disputatur, & num.50.54.& 55.*
51 *Et quid in pœnalibus. Et quid in aliis dispositionibus; num.53. Authoris sententia, à num.56.& 58.*
52 *Communis usus loquendi in interpretatione diuinæ Scripturæ principatum tenet.*
57 *Verba in dubio in proprio significatu sunt intelligenda.*
60 *Conuentio vt scriptura priuata fietur, an valeat:*
61 *Testatoris scriptura priuata qualiter, & in quibus casibus fidem faciat.*
63 *Scripturam maioratus amissam sufficit testibus probare.*
64 *Et quid si talis scriptura solennis non sit.*
65 *Bona, quarum possessio fuit apprehensa, si in scriptura non exprimantur, an per testes possint probari. Et quid in maioratu? ibid.*
66 *Possessorium non requirit recognitionem.*
67 *Sigilli appositio an operetur idem quod scriptura.*
68 *Ex incisione instrumenti transfertur possessio in priorem possessorem.*

SExagesimoquintò inquirere oportet pro intellectu sistius materiæ, scimus quòd ex dispositione *legum 17.& 44. Taurinarum*, pater & mater non possunt reuocare meliorationem & maioratum, si tradiderint scripturam meliorationis aut maioratus ante Tabellionem publicum, quamvis non tradant scripturam, vel scriptura rerum contentarum in melioratione, vel maioratu, quæ est communis opinio Doctorum in prædictis legibus, & ab illis apertè deducitur. Sed an sit necesse quòd scriptura ipsa, in qua melioratio, vel maioratus fit à Tabellione publico sit celebrata, vel sufficiat, quod ipsa traditio fiat à Tabellione publico confecta, quamvis ipsamet principalis scriptura sit priuata authoritate scripta, Doctores non tangunt *in prædictis legibus*; ad quarum tamen intellectum est valdè necessarium, & ad nostram materiam, quam prosequimur etiam expedit.

1 Et quòd † sufficiat, quòd melioratio, vel maioratus sit factus in priuata scriptura, de cuius fide, authoritate, & probatione non dubitetur, quamvis sola traditio sit facta ante Tabellionem, clarè probari videtur *in dictis legibus*, quæ ambæ dicunt, *O le ouiere entregado la escritura de lo ante escriuano*. Ecce ergò qualiter *hæc lex* solum vult, quòd traditio sit facta ante Tabellionem scripturæ ipsius meliorationis, vel maioratus; non autem præcisè requirit, quòd maioratus ipse, vel melioratio sit confecta à Tabellione publico: & non sine mysterio prædictæ duæ leges in solo actu traditionis requirunt publicam Tabellionis fidem.

Et ratio prædictarum legum illa esse videtur, quia cùm actus fit apud Tabellionem, efficitur publicus, & de illo controuerti non potest, nec per partes inficiari, ad quod illæ leges habuerunt considerationem, & præcipuum respectum: nam quod redigitur in scripturam, deliberatè † factum præsumitur, secundùm Bartolum 2
in l. gerit, num.18. ff. de acquirend. hæredit. Lucam de Penna *in l. quicunque, col.5. vers.49. C. de apocbis publicis, lib.10.* Simonem de Prætis *de interpretand. defunct. voluntat. lib.1. interpretat.1. dubitat.3. solut.5. num.45. fol.19.* per *l.2. C. de sentent. ex breui recitandis*. Et hæc videtur esse vnica & primæva ratio illarum *legum*; quæ quamvis non exprimatur, debet haberi pro expressa, & ab ea; vel à simili, vel eadem, vel à cessante ipsa, vel aliàs † argumentari possumus, iuxta Glos. famigeratam 3
in l. quamvis, in verb. curauit, C. de fideicommiss. vbi Doctores; cuius Glossæ opinio communis est, secundùm Decium *in cap. si gestum, nu.2. de appellation.* Ias. *in l. more, nu.4. ff. de acquirend. hæredit.* & notatur per eundem Iasonem *in l. quæ apud acta, nu.6. C. de transaction. & in §. omnium, nu.38. de action.* quos addo ad Tiraquellum *in legib. connubial. in glos.5. in verb.* contracter, *num.26. fol.268.* & *in verb.* exprez, *glos.7. num.145. fol.317.* latiùs *in tractatu de cessante causa, part.1. limitat.21. num.8. fol.181.* quando igitur de veritate scripturæ non dubitatur, quia verificatur aut per legitimam probationem, aut per recognitionem (vt statim dicetur) satis fit dispositioni illarum legum.

Hoc etiam fulcitur, quia † non vitiatur dispositio 4
testatoris, nec dicitur captatoria, quando testator dixit in testamento, *Volo quòd hæres meus det illud, quod scripsi in schedula, quæ reperietur apud Guardianum Fratrum Minorum*; si appareat ex literarum comparatione, vel ex aliis legitimis indiciis, quòd schedula est propria testatoris, & scripta vel subscripta illius manu, vt est famosa doctrina Bartoli *in l. si ita scripsero, ff. de condition. & demonstrat.* quam confirmaui, & ad aliud propositum induxi *in quæst.48 supra eodem, vers. hoc etiam in capit. num.54.* vbi videndum: Nec minus facit texrus *in l. si aliquid, C. de donation* ibi: *Si aliquid per epistolam donatum tibi probetur, breuitas chartulæ donationis, (si hæc rectè facta probetur) nihil quicquam derogat. l. Imperatores*, quæ est penult. *ff. de probation* ibi: *Sed & epistola, qua vxoribus missa allegantur, si de fide illarum constat, nonnullam vicem instrumentorum obtinere decretum est.* Et est textus *in l. si donatio per epistolam facta, eodem titulo*, vnde ferè in nostris terminis dicit, & latè sustentat Nicolaus Boërius *decis.171. num.17. cum sequentibus*, quòd valet donatio facta per epistolam filio nascituro fauore matrimonij, † si epistola sit modo le- 5
gitimo comprobata, etiamsi talis scriptura sine die, & consule facta appareat: refert inter alia quoddam consilium *Pauli de Castro*, quòd non inuenio: sic Rebuff. *tomo 1. ad constitut. Regias, tit. de literis obligator. in principio, num.6.* scribit, quòd si literis tantum esset probandus contractus, iuxta formam *l. contractus, C. de fide instrumen.* poterit tam per publicas, quàm per priuatas probari literas.

Item, quemadmodum scriptura publica vocatur scriptura, ita priuata scriptura † dicitur nihilominus scri- 6
ptura: *l. scripturas, C. qui potior. in pign. habeantur:* & tenent expressè Bald. *in l.1. C. de iuram. calum.* Innoc. *in cap.1. de sentent. excom. lib 6.* ibi, *Scripturis publicis, sine priuatis.* Et ad hoc alia refert Matth. de Afflictis *in decis. Neapolitan. 272.* deinde in alia, vbi tradit, quòd scripturæ priuatæ fidem facientes † possunt produci 7
post conclusionem in causa, sicut aliæ scripturæ publicæ, ad quod alios Doctores citat Seraphinus *in tractatu de priuilegiis iurament. priuilegio 77. num.19. pag.464.* & tradit Ioan. Guttierrez *lib. practicarum quæstionum, quæstione 125. num.4.* & notatur per Petrum Rebuffum *tom.3. ad constitut. Regias, tit. de chirographis, pag.179. nu.2.* notat Roman. qui refert Speculatorem *in cons.23. num.2.* & probat *l.2. tit.18. part.3.* ibi: *E otra escritura*

ptura ya que cada vno faze con su mano, y sin sello, que es como manera de prueua. ¶ Et quòd scriptura facta
8 propria manu, æquiparetur scripturæ publicæ, † probatur *in l. cum antiquitas, C. de testament. in fine*, & *in principio, Institut. de emptione & venditione*, & *in l.7. tit.15. part.4.* quam ad hoc ponderat Gregor. Lopez in verbo, *misma*: & tradit Ioseph. Mascard. *in tract. de probationib. lib.1 quæst.6. num.125. fol.14.* Ex quibus ap-
9 paret, † quòd verba illa prædictarum legum, ibi, *O le ouiere entregado la escritura dello*, verificari possunt tam in publica, quàm in priuata scriptura. Et obligatio etiam dicitur manu priuata, secundùm Imbertum *in institution. forensib. lib.1. §. caterum, fol.105.* Rebuffum *tom.2. ad constitut. Regias, tit. de famulorum salariis, glos.13. pag.246.* Et quòd secundùm propriam signi-
10 ficationem, instrumenti appellatione † veniat scriptura priuata, volunt Bart. Bald. & Salicet. *in l.1. C. de iuram. calumn.* Roman. *in consil.23.* & alij, vt per Felinum *in rubric. de fide instrumentorum, num.6.* Matth. ab Afflictis *in cap.1. quæ sint Regalia, num.21. fol.339.* Quintilian. Mandos. *in glos. facultatem, versic. & aliis, folio 76. colum.3.*
11 Hinc fit, quòd schedula, † siue apocha recognita habet vim plenæ probationis, *l. Publia, ff. depositi. l. cum antiquitas, C. de testament.* notanter Bartholom. Socinus *cons.68. lib.4.* explicat latiùs Rebuffus, *vbi suprà, n.25.* Glos. Parisien. *in consuetudinib. Parisiens. part.1. §.5. num.16. fol.74.* Episcop. Couarr. *in practic. quæst. q.22. num.7.* Et in Genua, schedulæ, quæ mittuntur inter mercatores, habent vim publici instrumenti, vt resolu-
12 it *decis. Genuæ 126. num.8.* Et etiam † habet vim scripturæ publicæ facta per Tabellionem, vt probat expressa *l.119. tit.18. part.3.* vbi lex loquens de scriptura publica dicit, *Si la parte contraria, quien aduzen tal carta como esta la otorgare, deue valer bien assi como si fuesse fecha por mano de escriuano publico.* Quæ lex videtur expressa pro hac sententia, saltem vbi scriptura priuata est recognita. Et idem est quantum ad nostrum propositum, quando scriptura priuata comprobatur legitimo modo, & vbicunque scriptura priuata probat,
13 † dicitur publica, secundùm Bartholom. Socinum *in consilio 62. num.20. lib.1.* qui ad hoc refert Speculatorem, *titul. de instrumentor. edition. §. nunc dicendum, vers. & generaliter*, vbi dicit, quòd generaliter omnis scriptura dicitur publica, cui de iure, vel speciali consuetudine creditur, per *cap. cum dilectus, de fide instrumentorum*, & opinionem Socini & Speculatoris probat *l.31. tit.13. part.5.* in versic. *Pero si tal carta*, vbi Gregor.
14 *in glos. vltima*, & scriptura priuata recognita † habet vim rei iudicatæ, vt per Parisium *consilio 77. num.24. lib.3.* faciunt scripta per Iulium Ferretum *in tractatu de gabellis, num.36. cum sequentibus*: & notabilis textus *in l. Imperatores, ff. de probation.* qui loquendo in epistolis, dicit, nonnullam vicem instrumentorum continet.
15 Et scriptura priuata, quæ in actis reperitur, † habet vim debiti, de quo latiùs per Iasonem *in l. admonendi, in lectura, num.58 fol.99. ff. de iureiurando*, quod confir-
16 matur, quia obligatio apud acta, habet † executionem paratam, secundùm Glos. *in auth. generaliter, C. de Episc. & Cleric.* DD. *in l. eum pro quo, ff. de in ius vocan.* Matth. de Afflictis *decis.30. Fuit dubitatum, nu.2. & decis.387. Si vno & eodem die, num.1.* Rebuff. *tom.1. ad constitutiones Regias, tractatu de literis obligatoriis, artic.6 glos.3. num.21. pagina 142.* Azeuedo *in l.4. tit.21. lib.4. Recopilationis. num.192. fol.536.* Matth. ab Afflictis *in constitut. Neapolit. lib.1. rubr.40. versic. cæsas. n.14. fol.106.* facit text. *in cap. si quando, de officio Delegat.* vbi Vincentius, Abb. Ancharran. Barbac. quos citat Rodericus Suarez *in l. Post rem iudicatam, versic. item transactio, pagina 263. ff. de re iudicat.* & tradit Parladorius, prædictis non citatis, *lib.2. rerum quotidianarum, part.1.*
17 *cap. final. §.10. pag.195.* vbi resoluit, quòd † instrumentum factum in iudicio habet paratam executionem: &
18 omnis scriptura, quæ fit coram Iudice, † dicitur esse de actis, secundùm Baldum *in l. illud, num.5. C. de sacrosanct. Eccles.* Fiuium Pacianum *in tractatu de probation. lib.1 cap.65. nu.4. fol.214.* Et quando dicatur obligatio † facta apud acta, tradit idem Afflict. *decis.135.* 19
Quidam Venetus, nu.5. latiùs Rebuffus *in l. penes te, 63. pag.443. ff. de verborum significat.* vbi generalius tradit, quòd apud acta dicitur factum coram Iudice, & in loco iudicij, vel coram Graphario in casibus ad eum pertinentibus, per *l. eum pro quo, ff. de in ius vocand. l.1. & 2.* 5
ff. de officio Prætor. & *l.2. ff. de officio Proconsul.* & alia iura. Et tradit etiam eleganter Aluar. Valasc. *de iure emphyteut. quæst.7. num.17. pag.32.* vbi dicit, se vidisse
20 iudicatum in magna Curia, quòd confessio † vel responsio apud acta habet vim scripturæ publicæ, per doctrinam Baldi *in l. ne in arbitris, n.2. C. de arbitr.* & alia quæ citat.

Et licèt ex statuto, vel consuetudine (vt est Parisiis) duo Notarij requirantur in aliquo actu, si tal s actus fiat apud acta, valebit, vt ex Hippolyto *in rubr de probationibus*: & aliis docet Rebuff. *tom.1. ad constitutiones Regias, tit. de schedularum recognit. in præfa.. num.71. pag.191.* & facit, quod scribit Parladorius *lib.2. rerum quotidianarum, §.10. pag.195.* ¶ Sed quæ facta sunt coram Iudice, & apud acta, si non sint in forma iudicij, 21
vim iudicij, siue actus iudiciarij † non obtinent: *l. interrogatam*, vbi Bald. & Salicet. *C. de libera. caus.* Glos. *in i. cum scimus, in verb. confessionibus, C. de agricol. & censit. lib.11.* & alij plures, quos citat Tiraquellus *lib.1. de tract. §.36. glos.2. num.55. pag.746.* pro quibus est *l.17. tit.18. part.4.* vbi Gregorius Lopez *in Glos.* in verb. *Sin juizio*, licèt ad contrariam opinionem Matienço *in l.1. glos.2. n.3. fol.166. tit.7. lib.5. Recopil.* referat Bald. *in d. l. interrogatam*; & Decium *in cap. quoniam contra, num.12. de probationib.*

Sed pro prima opinione ponderat notabilem *l.112.* 22
tit.18. part.3. quæ probat, † quòd acta dicuntur vbi est lis, non aliàs; & Curtius *in l.2. C. de edendo*, quem citat Roland. *in consil.38. n.m.13. lib.1.* scribit, quòd acta publica dicuntur triplici ratione, quia confecta à Notario, & sic à persona publica: coram Iudice, cui est etiam persona publica: & in iudicio, & sic in loco publico: quæ notabis etiam pro intellectu textus *in l. sancimus, C. de testamen.* ibi: *In ea acta manifestauerit*, quæ super hoc vidi quandam litem in mea relatione Tertij inculata: & de actis etiam tractat *l.14. versic.* Mas quando alguno, *tit.5. par.3.* faciunt † acta per Aulles *in capitulis correctorum, cap.36. num.8. fol.246.* Auendanum *in repertorio, in verb.* actos, *fol.168. col.1.* Seraphinum *in tract. de priuilegiis iuramenti, priuil.34.* 23
num.11. pag.230. Quando autem & qualiter † acta fidem faciant, latissimè tradit Robert. Maranta *in speculo aureo, part.6. actu 10. n.1. cum sequentibus, fol.216.* & de actis publicis scribit Ioseph. Mascardus *in tr. Et. de probationibus, lib.1. conclus.32. num.1. cum sequentibus, fol.47.*

Quibus etiam addo, quod vbi scriptura sit de mandato Iudicis, & est illius sigillum, scriptura † dicitur 24
publica, secundùm Innocentium *in cap.1. de fide instrumen.* Bald. *in authen. quæ supplicatio, C. de precib. Imperator. offerend. s:* Matth. de Afflictis *decis.271. In quodam processu, num.4.* & plura de fide instrumentorum, quæ apud acta reperiuntur, scribit nouissimè Ioseph. Mascardus *in tract. de probation. lib.2. conclus.914. per totam, fol.206.* Et quòd scriptura Iudicis, etiamsi habeat testes inscriptos, dicatur priuata, volunt Bald. *in cap. cum nobis, de testibus*; Imol *in cap.1. de fide instrumentorum*, Rebuff. *tom.1. ad constitutiones Regias, tit. de chirographorum recognitione, in præfatione, nu.3. pag.179.* 25
Imò priuata scriptura recognita apud nos † executionem paratam habet, iuxta *Pragmaticam Madriti anno 1550. in ordine vltim.* quæ est translata *in l.5. tit.21. lib.4. ordinam. noui*, de qua per eundem Episcopum Couarr. *resolution. lib.2. cap.11. num 3.* & idem est in Gallia, vt constat ex scriptis per Rebuffum *vbi suprà,*

num.44.cum ſequentibus, quibus adde Tiraquellum *lib.2. de retractu conuention.§.1.gloſ.7.num.43.cum pluribus ſeqq.pag.868.* & faciunt quæ ſcribo *infrà*.

Et ex iſtis quandoque deciſum fuit, quod *l.4.tit.21. lib.4.ordinamen.noui*, quæ decidit, ſi Iudici præſente-
26 tur compromiſſum † ſimul cum ſententia arbitraria, debet dare mandatum executionis, licèt à ſententia arbitraria ſit appellatio interpoſita, procedit vbi de compromiſſo conſtat non ſolùm per ſcripturam publicam, ſed etiam per ſcripturam priuatam recognitam. Ad quod etiam pondero *l.23.tit.4.part.3.*ibi, *Quando el pleito me ten en mano de auenidores, deue ende ſer fecha carta por mano de eſcriuano publico, o otra que ſea ſellada de ſus ſellos.* Quæ lex facit contra id quod ſcribit Epiſcopus Couarru. *lib.2.reſolut.cap.12.num.2.* vbi dicit, quòd vt procedat *d.l.4.* eſt neceſſe, quòd com-
27 promiſſum ſit factum apud Tabellionem; † quod non credo verum tam propter prædicta, quàm inſpectis verbis prædictæ *leg.23.* & facit egregia *l.Imperatores, ff.de probation.* ibi, *Sed & epiſtolas, quæ vxoribus miſſæ allegantur, ſi de fide earum conſtat, nonnulla vicem inſtrumentorum obtinere decretum eſt.* Ecce ergo qualiter hæc lex epiſtolam vocat inſtrumentum.

28 Ex qua lege etiam inferri poteſt, † quòd etiam ſi quis per epiſtolam faciat meliorationem aut maioratum in filium, dummodo ante Tabellionem poſtea illam epiſtolam tradat, efficitur maioratus irreuocabilis. Et
29 teſtatoris voluntas † et iam priuata ſcriptura declarari poteſt, ſecundùm Bart. *in l.alimenta, in principio, ff.de alim.legat.* Deci. *in conſ.454.num.11.* pro quibus eſt text. *in l.inſtitutio talis, ff.de hæredib.inſtituen.* vbi probatur, quòd licèt non valeat inſtitutio in codicillis facta, ſi tamen inſtituitur in teſtamento is, quem teſta-
30 tor dixit ſe in codicillis nominaturum, inſtitutio † hæredis valet: ad quod eſt bona *l.3.tit.3.part.6.* & facit *l.11.eodem tit.* in verſ. *Otro ſi*, in verb. *a algun ome ſabio.*

31 Et priuata ſcriptura dicitur † inſtrumentum, *l.inſtrumenta*, ibi, Inſtrumenta domeſtica, ſiue priuata teſtatio; *C.de probation.* & vocatur ſcriptura, ſchedula priuata, *l.exemplo, C.de probation.* ibi, *Exemplo perniciioſum eſt, vt ei ſcriptura credatur, qua vnuſquiſque ſibi annotatione propria debitorem conſtituit.* & *l.1.tit.18.part.3.* quæ eſt expreſſa pro iſta opinione *in principio, & in fine.* Et
32 appellatione Inſtrumenti † venit propriè priuata ſcriptura, *l.notionem. §.inſtrumentorum, ff.de verborum ſignific.* notat Tiraquellus *lib.1.de retract.§.2.gloſ.1.n.29. pag.394.* vbi tamen dicit, aliud eſſe ex communi vſu loquendi: & ibi tradit quæſtionem, an in retractu ſufficiat conſtare de pretio rei venditæ per ſchedulam priuatam. Et concludit, quod notat idem Tiraquellus *lib.2. de retractu, §.1.gloſ.7.num.57.pag.872.* licèt Petrus Rebuffus *tom.1.ad conſtitutiones Regias, tit.de literis*
33 *obligator.in princ.nu.4.pag.55.* tradit, † quòd tam de iure, quàm de communi vſu loquendi Inſtrumenti appellatione, venit ſolum publicum inſtrumentum: Nec venit ſcriptura priuata, ſecundùm eundem Rebuffum *in d.l.notionem, & inſtrumentorum, pag.584.ff.de verborum ſignific.* & eſt *lex* 99. de quo tamen legat lector quæ ſcribit Ioſeph. Maſcardus *lib.1.de probation. concluſ.6. num.126.cum ſequentibus, fol.13.* Azeued. *in l.1.tit.21. lib.4.Recopilat.num.3.fol.337.* vbi reſoluit, quòd ſcri-
34 ptura priuata recognita † habet vim publici inſtrumenti: qui ad hoc citat Epiſcop. Couar. Auendan. & alios, & ponderat ad hoc illum *textum*, & faciunt quæ ſcribo ſupra *à num.11.*, & quæ ſcribit latiùs idem Azeuedo *in l.1.tit.21.lib.4.Recopil.num.27. cum ſeqq. folio* 304.

35 Item iſta concluſio corroboratur, quia tota vis † irreuocabilitatis, meliorationis, vel maioratus, conſiſtit in traditione ſcripturæ: quia ex hoc cenſetur poſſeſſio tradita, vt tradunt Scribentes *in dictis legibus*: & Anton. Gomez *in l.45.Tauri, num.56.* Epiſcop. Couar. *lib.3. reſolution cap.16.num.12* Tiraquel. *in tract.de Conſtitu. part.2.ampliat.3.num.4.* vnde quantumcunque ſcriptura aliqua ſit facta apud Iudicem, & cum aliis pluribus ſolennitatibus, quæ tamen non habeat aliquas clauſulas, quæ operantur tranſlationem fictæ poſſeſſionis, vt Conſtitutum, reſeruatio vſusfructus, & à quocunque publico Tabellione confecta, † non inducit irreuocabi-36 litatem donationis, quia tota vis conſiſtit in ipſa traditione: & in eo quod fiat à Tabellione, quia eſt perſona publica, & publicam habet authoritatem. Magna enim eſt vis Tabellionis in tranſlatione poſſeſſionis, vt præter plures antiquos explicat Tiraquellus *in d.tract.de Conſtitut.limitat.30.nu.8.cum ſequentibus, fol.150.* Et pro iſta opinione adduco etiam ſingularem *l.3.tit.14. part.1.*ibi, *E deueſe fazer por carta de eſcriuano publico, o del ſeñor que la da.* Ex qua lege conſtat, quòd licèt in emphyteuſi requiratur ſcriptura publica, † ſufficit ſcri-37 ptura illius, qui rem concedit in emphyteuſim, quæ lex ſufficit ad deciſionem huius dubij, & ad alia plura eſt notabilis & egregia. Nec minus facit ſingularis *l.7. tit.15 part.4.* ibi, *Inſtrumento o carta faziendo algun ome por ſu mano miſma, o mandando la fazer a alguno de los eſcriuanos publicos, que ſea confirmada con teſtimonio de tres omes buenos.* Et faciunt quæ in propria materia de renouatione & nominatione ad rem emphyteuticam in filium, tradit notanter Caldas Pereira *in tract.de nomina.ad emphyt.q.18.nu.5.fol.155.* & ite-38 rum *num.40.fol.163.* ¶ Et ex his ſoluitur quoddam † dubium, in quo cogitandum reliquit Ioan. Lopius *in d.l.17.fol.49.verſ.in eo quod lex*: vbi dicit, quòd lex illa ſentire videtur, quòd in traditione inſtrumenti requiritur perſona publica, nec ſufficit, quòd coram teſtibus fiat, & poſtea dicit eſſe cogitandum, & ſine ratione (iudicio meo) cum illa *lex* hoc clarè dicat, & *d.l.44.* nec eſt cur in hoc dubitetur.

Et vt ad rem redeam, iſta concluſio etiam oſtenditur ex *l.22.Taurina*, † vbi licèt pater non poſſit filium 39 meliorare, quando fecit ſcripturam publicam de non meliorando, quod ſtatuitur *in prima parte* et *in fine legis*; ſtatim *in ſecunda parte* dicitur, quòd ſi pater promiſit per viam matrimonij, aut per alium contractum oneroſum meliorare aliquem filium, tenetur promiſſionem adimplere: & ſi non adimpleat, ita functo, melioratio habeatur facta: quæ lex *in hac ſecunda parte* non exprimit eſſe neceſſariam ſcripturam publicam. Nec † 40 contra hanc inductionem argui poteſt, quòd illa verba, *por eſcritura publica*: debent etiam referri ad ſecundam legis partem: quia cum *d.l.22.in prima parte* contineat diuerſum caſum, & diſpoſitionem ab his, quæ continentur *in ſecunda parte*, & vtraque illarum contineat orationem perfectam & ſpecialem, vna non refertur ad aliam, iuxta doctrinam Baldi *in l.1. C.de legit. hæredib.* notatur per Iaſonem *in conſ.51.lib.1.nu.2. & conſ.153.lib.2.* & *in l.talis ſcripturæ, nu.10. ff.de legat.1.* & cum in ſecunda parte *illius legis* nihil cautum ſit de ſcriptura publica, ſeruandum eſt ius commune: quia caſus † omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis: *l.commodiſſimè, ff.de liber. & poſtum. l.Bubius Marcellus, ff.de pactis dotalib.* cum *concordant.* Et cum de hoc nihil dicta *lex* caueat, nec nos dicere debemus: *l ſi ſeruus ſeruum, §.non dixit Prator, ff.de acquirend. hæredit. cum ſimilibus.* Item *lex* debet intelligi ſecundùm regulas iuris, & non ſecundùm caſus ſpeciales, *l.ſuus quoque, verſ. puto. ff.de hæred. inſtit. cap.ad decimas, de reſtitut.ſpoliator. in 6.* notat Iaſo *in l.ſi cr ditori, nu.17. fol.40. ff.de legat.1.* Et ſi inſtabis quæ ſit ratio differentiæ inter vnum caſum & alium? dici poteſt, quòd 42 non omnium, † quæ in iure ſunt, ratio reddi poteſt: *l.non omnium, ff.de legib.* ¶ Sed nihilominus rationem differentiæ ponit Tellius *ibi num 5.* vbi ex hoc infert intellectum *ad leg.17.* dicendo, quòd in caſu *illius legis* irreuocabilitas donationis conſiſtit in authoritate Tabellionis, & ſi coram alia perſona traditio inſtrumenti fiat, melioratio eſt reuocabilis, & reputat hoc eſſe ſingulare. Et circa intellectum *d.l.22.* obiter animaduerto, 43 † quod Ioan. Guttierrez *de iuramen. confirmat. part.1. cap.59.*

cap.59.nu.9. fol.165. in ea eſt ſententia, quòd ſi pactum de non meliorando ſit factum in ſcriptura publica recognita, vel cum iuramento, eſt ſeruandum, & vtrumque difficile mihi videtur.

Et ex his etiam fortificatur intellectus, qui in hac quæſtione ſuſtentatur *ad l.17.& 44.* nam ideo traditio
44 ſcripturæ meliorationis, vel maioratus, † facit maioratum vel meliorationem irreuocabilem quando ſit apud Tabellionem, ſicut ſi traditio poſſeſſionis interueniret, quia traditio ſcripturæ facta per Tabellionem habet vim traditionis poſſeſſionis, & ideo eſt eiuſdem effectus, ſicut ipſamet poſſeſſionis traditio. Nec ſtat vis in eo, quòd ſcriptura ipſa maioratus vel meliorationis ſit publica; quia in vtroque caſu ſi per Tabellionem tradatur actus remanet irreuocabilis. Et iſta fulciuntur;
45 quia vbi pater facit hanc traditionem, † videtur de nouo facere maioratum vel meliorationem, & actus firmior remanet: *d.l.ſi donatio, C.de donation.* Tandem facit *l.23.tit.4.part.3.*ibi, *Fecha carta por mano de eſcriuano publico, o otra que ſea.* Et hanc noſtram opinionem, licèt non ita fundauerit, tenet Molina *lib.2.cap.8.n.10.*
46 vbi dicit, quòd maioratus † fieri poteſt in ſcriptura priuata. Et idem tenet Burgos de Paz Iunior, *q.ciuili 4.*
47 *n.19.& 20.* & ibi *num.21.* extendit † etiam quando talis ſcriptura manu Tertij confecta de mandato patris, vel alterius facientis pactum de non meliorando, per regulam *l.Diuus, §.item, ff.de falſis*, & alia plura quæ infert.

48 Hæc tamen omnia duo contraria habere † videntur: Primò, difficultatem facit, quia verbum illud, *eſcritura*, appoſitum *in dictis legibus* ſecundùm magis communem vſum loquendi † intelligitur de ſcriptura per Ta-49 bellionem confecta, quod notiſſimum eſt: Et ideo inquit Auendanus *in tit.de las excepciones, n.20. fol.141.* quòd in Hiſpania quando loquimur extra iudicium, venit illa, quam facit Tabellio publicus, per *l.1.tit.18: part.3.* vbi etiam refert Baldus *in l.1.C.de iuramen.calumn.* dicentem, quòd appellatione Inſtrumenti, non venit priuatum. Et cum hoc ſit verum, clarum eſt in iure,
50 quòd verba ſunt intelligenda ſecundùm † communem vſum loquendi, qui præfertur etiam propriæ ſignificationi: *l.librorum, §.quod tamen Caſſius, ff.de legat.3.* cum *concordant.* quæ in aliis locis ſcribo. Quibus addo *l anniculus, ff.de verborm ſignificat.* Epiſcop. Couarru. *in epitom.de ſponſal.part.2.cap.4.§.1.num.1.fol.51.* Iaſo notanter *in rubric.ff.de noui oper.nuntia.num.7.* Tiraquel. *in tract.le mort: part.3.declarat.1.num.3.pag.73 & in tract.de vtroque retractu.§.1.gloſſa 2.n.3.pag.38.* & latius *in §.2.gloſ.1.n.1. pag.387.* notat Abbas *in cap.nam & Rex.n.2.fol.181.de verborum ſignificat.* & *in proœmio*
51 *Greg or.num.8.* Quæ regula procedit † etiam in pœnalibus, vt per eundem Abbatem *in cap.ex tenore, nu.9.de foro competenti:* & generaliter habet locum & principatum communis vſus loquendi in interpretatione diuinæ Scripturæ, vt per Abbatem *in cap.Ioſeph, n.3.de verborum ſignificat.fol.181.* & *in cap.maiores, nu.4.de Baptiſmo.fol.214.* Mancha. *lib.2.controuerſ.cap.30.nu.31. pag.306.* qui plura noua & ſingularia ſcribit: & proce-
52 dit etiam † in diſpoſitionibus Principum, & in ſtatutis, & in aliis quibuſlibet diſpoſitionibus, ſecundùm eundem Abbatem *in cap.inter corporalia, num.17. fol.4. de tranſlat.* Epiſcop. *& in cap.Capellanus, n.1.fol.139. de feriis*; & *in cap.nonnulli, nu.5.fol.73.de reſcrip.& in cap. ne pro defectu, nu.3 fol.162.de election.* Notat Euerard. *in centum locis, loco 7.ab opinione vulgi, pag.107.* Ioan. Brecheus *in princ.ff.de verborum ſignific.n.3. pag.3.* Et facit quod ſcribit Bald. *in l.1. C.de iuram. calum.* vbi
53 dicit, quòd licèt latè ſumpto vocabulo, priuata ſcriptura veniat appellatione Inſtrumenti, † tamen ex communi vſu loquendi non venit, & idem Bart. & Paul. ibi: Barthol. Socinus *in conſ.41.n.11. lib.1.* qui hoc confirmat ex text. *in Clementina 1. de probation.* ibi, *Inſtrumento vel literis*, vbi ponuntur tanquam diuerſa, *Inſtrumentum*, & *literæ*: quem ad hoc notat Ioan. de Imola, & inquit Baldus *in l.non dubium, num.8.fol.62.C.de legib.* quòd ſi communis vſus loquendi repugnat propriæ ſignificationi, † tunc mens legis eſt, vt intelligamus ſecundùm 55 communem loquendi vſum. Et dixit Peralta *in rubr.ff.de hared.inſtituend. nu.154. pag.101.* quòd ſi pater meliorat filium in Legitima, cum ex communi vſu loquendi non poſſit adaptari, niſi ad donationem Tertij vel Quinti, non valet talis inſtitutio.

Sed iſta non obſunt, † quia etiam de communi vſu 56 loquendi, ſcripturam priuatam vocamus *ſcripturam*; & de propria ſignificatione vocabuli; ſcriptura priuata vocatur etiam *ſcriptura*, vt patet ex prædictis; & ſcriptura dicitur quaſi *ſcripta*. Et ad hoc facit *l.damus, C.de falſ.* Et oporteret probare, quòd tempore, in quo dictæ leges fuerunt conditæ, ex communi vſu loquendi vocabantur *ſcripturæ*, quæ publicæ erant, & non quæ priuatæ: vnde in dubio illam legem in propria ſignificatione intelligere debemus.

Secundò obiicitur, quòd † verba in dubio in proprio 57 ſignificatu ſunt intelligenda, *l.1.§.qui in perpetuum ff.ſi ager vectig.vel emphyt.* Cum ergo ſcriptura per Tabellionem confecta, tam ad dandam fidem, quàm ad alia plura, ſit efficacior ſcriptura priuata, ſequitur quòd dictæ leges in dubio loquuntur de ſcriptura publica, non de priuata.

Sed hoc etiam non obeſt, † quia licèt verba ſint in- 58 telligenda in potiori ſignificatu, non ex hoc excluduntur aliæ ſignificationes, vt per DD. *in d.rubr. ff.de noui oper.* & ideo prima opinio verior videtur.

Et ex iam dictis rectè inferri poteſt, quòd in caſu *d.l.22.Tauri*, quæ eſt hodie *l.6.tit.6.lib.5.ordina.noui*, ſcilicet: in promiſſione de non meliorando, in qua lex requirit ſcripturam publicam, † non eſt neceſſarium 59 quòd interueniat Tabellio publicus, ſed ſufficit quòd ſcriptura ſit publica in caſibus, quos tradunt *d.l.parti. 19.tit.18.part.3.& l.31.tit.13.part.5.& in l.3.tit.14. part.1.* provt ſupra eaſdem ponderaui, & in aliis ſimilibus caſibus, quod eſt nouum & ſingulare, & (videri meo) veriſſimum, & hoc tenet Burgos de Paz *q.4.ciuili, n.13.* contra Tellium & Molinam quos citat: & contra Tellium tenet nouiſſimè Angul. *in l.6.tit.5.lib.5.Recopil. gloſ.4.n.2.fol.148.* qui refert Speculatorem & alios Authores, & Auend. *in l.22.Taur. gloſ.2.n.19.fol.48.*

Sed an valeat conuentio, † vt ſcripturæ priuatæ ſte- 60 tur tanquam publicæ? tradunt Innocen. *in cap. cum P. Tabellio: de fide inſtrument.* Alexan. *in l.1.§.vltim.ff.de verbor.oblig.* Aluar. Valaſc. *de iure emphyt.q.7.nu.13. fol.31.verſ.fieri tamen*: concludentes, hoc licitum non eſſe. ¶ Et qualiter, † & in quibus caſibus ſcripturæ pri- 61 uatæ teſtatorum fidem faciant, & probent? plura ſcitu digna ſcribit Simon de Prætis *lib.2.de interpretand.defuncti voluntate, interpret.1.dubitat.2.ſolat.2.fol.115. nu.4.cum ſeqq.* quod doctiſſimè tractat Aluarus Valaſcus *conſultatio.67.* Qualiter autem comprobetur ſcriptura priuata, † & de illius fide; vide Rebuf. Gloſ. Pariſienſ. & 62 Epiſcop. Couarr. *in locis ſupra citatis*, eundem Epiſcop. *in practic. quæſt. cap.12.* notanter Bartholom. Socin. *in conſ.274.num.5.cum aliis, lib.2.*

In hac etiam materia notandum eſt, quòd licèt ex diſpoſitione *dictarum legum 17. & 44.* requiratur ſcriptura ad confectionem maioratus, vel meliorationis: ſi tamen ſcriptura fuerit amiſſa, † ſufficit illius tenorem 63 probare, quòd clarè probat *l.41. Taur.* faciunt ſcripta per Ripam *in l.admonendi, ff.de iureiurand. num.152.* quod intelligi debet ſecundùm ea, quæ ſcripſi *in 4.part. huius operis: q.20.* & facit *l.ſtatum, l.cum inſtrumentis, l.emancipatione, C.de fide inſtrument.* & conducunt quæ ſcribit Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. q.7.nu.38. fol.39.* & hoc tradit in terminis Burgos de Paz *d.q.4.nu.26.* Et faciunt quæ in iſta materia & puncto reſoluit Matienço *in l.6.tit.6.lib.5.Recopilat gloſ.2.nu.6.fol.152.* quod repu-to notabile.

Et an in iſto caſu ſi ſcriptura non ſit ſolennis, † poſ- 64 ſit iuuari ex dictis teſtium, vide elegantem Baldi doctri-

nam

nam *in l.vltima,nu.*12.& 13.*C.de fideicommiss.* vbi loquitur in feudo & emphyteusi:& addo Molinam *lib.*2. *cap.*8.*nu.*3.*fol.*281.Ad quod facit doctrina Bart.& aliorum *in l.certi condictio*, §.*quoniam*, *ff.si certum petatur*: Afflictis *decis.*332.*in fine*,Decius *in cap.*2.*nu.*14.*versic. fexto fallit,de probationibus*;Carolus Ruinus *in conf.*12. *nu.*4.*lib.*3. Menoch.*de adipiscend.possess.remed.*4.*n.*999. *pag.*130. omnes volentes,quòd in casibus, in quibus in actu est necessaria scriptura, potest testibus adiuuari ad id, quod non est liquidum in scriptura: & ponit exemplum Menochius in nostra materia necessarium pro intellectu *d.l.*41.*Taur.*hodie *l.*1.*tit.*7.*lib.*5.*Recopilat.*quòd
65 quando in scriptura † non sunt expressa bona, quorum possessio fuit apprehensa, testibus probari possunt; ex quibus infero, quòd cùm maioratus debeat probari per scripturam, si dubitetur de bonis maioratus comprehensis in scriptura, potest fieri & adiuuari scriptura maioratus per testes.

Reminisci etiam oportet in materia præsentis quæ-
66 stionis, quòd in causis possessoriis † scripturæ priuatæ ante recognitionem testium,fidem faciunt,*l.vltima*,vbi Bald. *in* 5.*oppesit.nu.*19. *C.de edict. Diui Adriani tollendo.* Notat Rebuffus *tom.*3 *ad constitut.Regias*, *tit.de materia possess.artic.*7.*glos.*1.*nu.*27.*pag.*274. & idem Rebuffus *in præfatione ad titulum de caus.possess.& propriet.pag.*259.*vers.Octaua,quid licet scriptura*: de quo etiam legenda sunt quæ scribo *in* 3.*p.q.*15.& 2.*p.q.*2. quod refert scire ad eos, qui virtute alicuius schedulæ priuatæ petere volunt possessionem meliorationis,modo in tali iudicio possessorio per aduersam partem non producatur scriptura publica, quia potior erit priuata scriptura, iuxta materiam *d.l.vltim. C. de edict. Diui Adriani*, cum *concordantibus*; de quo legenda sunt quæ
67 scribo *in* 3.*p.q.*15.*nu* 1. Et an sigilli appositio † operetur idem quod scriptura publica maioratus, vel meliorationis, facta scripturæ traditione; sit irreuocabilis? vel vbicunque pater promisit de non meliorando? lector resoluere potest ex *textu* cum *ibi* notatis *in cap.*2. *de fide instrument.*& per ea quæ scribunt Rebuff.*tom.*1. *ad constitutiones Regias*, *tit.de literis obligator. nu.*20. *pag.*58.& *nu.*12.*pag.*62.& *in tract.Nominat.quæst.*10. *nu.*20. Episcop.Couarr. *in pract quæst. cap.*22.*nu.*9. ad quem addo *l.*114.*in fin. tit.*18.*part.*3. ibi, *Consello del Rey, o de otro señor, que deua ser creido*: & de vi & effectu sigilli, legendus est Cæpola *in l.signatorius* 74. *nu.*10. *pag.*608. *ff.de verborum significat.* & quæ scribo *infra,part.*2.*q.*4. *illatione* 8. *vers.* & *inuenta sunt signa*; & *supra*, *q.*62.

Scire etiam expedit, quòd quemadmodum ex traditione scripturæ transfertur possessio bonorum maioratus, vel meliorationis, iuxta *leges* 17. & 44.*Taurinas*,
68 etiam ex inciſione instrumenti transfertur † possessio in priorem possessorem, secundùm Regulam Glos. & Bart. vbi etiam cæteri commendant *in l. ab emptione*, *ff.de pactis*, Bald. *in cap.*1.*col.*2.*Quid sit inuestitura*,quos citat Rebuffus *in cap. cum Ecclesia Sutrina*, *in glos. in verb.reducentes*, *pag.*307.*col.*1.*vers.circa istam glossam*, & *in rubric.eodem titulo*, *pag.*246.*col.*1. *versicul.vicesimus casus.*

QVÆSTIO LXVI.

Pater promittens ex causa onerosa facere maioratum, an ad hoc cogi possit, sicut quando promittit meliorare.

SVMMARIVM.

1 *Decisio quæstionis*, *num.*9. & 11.
2 *Filia si in contractu matrimonij promisit renuntiare omnibus bonis paternis, habetur pro renuntiatione.*
4 *Quæ à Principis voluntate dependent, impossibilia iudicantur.*
6 *Patre & matre, qui maioratum facere promiserunt; vita functus, promissio inefficax remanet.*
7 *Parentes si post promissionem instituendi maioratum, impetrauerunt facultatem, perfectus iudicatur maioratus in bonis assignatis in facultate.*
8 *Pactum de faciendo maioratum de bonis excedentibus Tertium & Quintum, quando sit efficax, aut inefficax.*
9 *Promissio faciendi maioratum, à promissione faciendi meliorationem, qualiter differat.*
10 *Verba legum diligenter sunt inspicienda.*
11 *Pater promittens non meliorare, si meliorationem nihilominus faciat, an liberetur præstando interesse.*
13 *Et an si promittat meliorare ex causa onerosa, possit vti beneficio* l.27.Tauri. *Nec in dubio filiam in dote grauare videtur, num.*15.
14 *Pacto matrimoniali facto super successione primogenituræ, an possint pacisentes vocare primogenitos masculos, qui portent nomen & arma contrahentium, licèt non exprimatur.*
16 *Non censetur quis substituere in bonis per ipsum prius donatis.*
17 *Fideicommissum an valeat in rebus prius donatis, cum pater fecit filio donationem inter viuos; & postea in testamento illum hæredem cum fideicommissi grauamine instituit.*

SExagesimosextò quæro de quæstione, quæ non minimam dubitationem in iudiciis habere potest: omnes sciunt,quòd ex dispositione *l.*22.*Taur.* si pater promittat per contractum matrimonij, aut per viam aliam onerosam meliorare filium, quòd id tenetur præcisè adimplere, quòd si non fecerit, & vita functus fuerit, habetur pro facto, vt latiùs *in d. l.* cauetur: quæritur, an dicta lex, quæ hoc sanxit in promissione de meliorando in Tertio & Quinto, procedat quando pater & mater per contractum matrimonij promittunt facere maioratum in filium de quibusdam bonis vltra Tertium & Quintum,& ad id impetrare facultatem Regiam? In qua quæstione primò se offert, quòd ferè in consimili quæstione respondit Tellius *in d.l.*22. *nu.*15. vbi dicit, quòd si parentes ex causa matrimonij promiserunt meliorare filium in Tertio & Quinto titulo maioriæ, & mortui fuerunt donator, & donatarius, quòd bona remanebunt † vinculata; refert ad hoc inter alia doctri- 1
nam Ioan.Andr. *in addit. ad Speculator. tit. de obligat. & solut.* tenentis quòd si quis promittat se obligaturum in diem, statim absque noua obligatione est obligatus: quæ opinio communis est, vt apparet ex relatis per illum: cui adde Nicol.Boerium *decis.*3. *nu.*11. *cum seqq.* vbi dicit quòd pactum de obligando, operatur obligationem de præsenti.

Et ex hoc dixit, quòd si filia in contractu matrimonij promisit renuntiare omnibus bonis paternis & maternis, consummato matrimonio, quod hæc promissio renuntiandi † operatur idem, quod renuntiatio ipsa: 2
quæ fuit prius sententia Baldi *in l. pactum quod dotali*, *q.*18.*C.de collation.* & Roman. *singul.*183. quos sequitur Couarr. *in cap.quamvis pactum, de pact.in* 6.*in initio* 3.*part. nu.*3. *vers.secundus intellectus*, *fol.*108. *col.*2. ad quem addo Matthæum ab Afflictis *decis.*61. *nu.*1. & iura multa refert idem Episcop.Couarru. *in epitome de sponsalibus*, *part* 1.*cap.*4.*num.*1.*fol.*5. Pro quibus est etiam textus *in l.dominus testamento*,vbi latè Iaso. *ff.de condict. indebiti*: & plura notabilia ad propositum istius nostræ opinionis scribit Tiraquellus *lib.*2. *de retractu*, *in fin. num* 25. *cum aliis*, *pagina* 875. Angulo *in l.*6.*tit.*6. *lib.*5.*Recopilat. glos.*11. *num.*1. *cum sequentibus*, *folio* 152.& *in eadem leg* Marienç. *glos.*7.*num.*2. *cum seqq.fol.*153.& faciunt quæ scribit idem Marienço *in rubr.tit.*1.*lib.*5.*Recopilat. glos.*1.*nu.*43.*fo.*8. Auendan. *respons.*27.*nu.*1.*cum sequentibus*, vbi tamen *num.*4. aliqua

aliqua in contrarium refert. Ex quibus videtur, quòd idem dicendum est in nostro casu. Et promissio de fideinbendo an sit fideiussio? tradit Bartazol. *in tract. de clausulis*, *claus.*43.*glos.*5.*fol.*219. Et hæc sententia fulcitur, quia (vt in aliis locis ego animaduerto in hoc opere) constitutio maioratus, & melioratio Tertij &
5 Quinti in pluribus † æquiparantur, vt patet ex *l.*44. *Taur.* iuncta *l.*17. quod latius tracto *in principio huius partis primæ*,*à n.*62. cum aliis.

Et hæc promissio non potest contradici ex eo, quòd dependet à voluntate Principis dare facultatem ad fa-
4 ciendum maioratum, à cuius voluntate † quæ dependent, reputantur impossibilia: *l.apud Iulianum*, aliàs *l.idem Africanus*, §.*constat*, *ff. de legat.*1. quia hæ facultates faciliter, & communiter conceduntur (vt experientia cognitum est) ideo talis promissio efficax est, vt resoluunt Alexand.Aretin.Ias. & alij *in d.*§.*constat*: & dixi latius *in* 4. *p. tractat.q.*40.& hæc & alia similia
5 pro hac sententia adduci possunt. Ex quibus fit,† quod pater & mater contracto matrimonio, vel Tertio, cum quo pactio facta fuit, adimplente ex parte sua quod promissum fuit, possunt cogi ad faciendum maioratum, & ad impetrandam ad illum dispensationem.

Notandum tamen est, quòd si pater & mater qui promissionem fecerunt; vita functi sunt ante constitu-
6 tionem maioratus, & impetratam dispensationem & facultatem † promissio remanet inefficax, quia deficit facultas Regalis, absque qua maioratus fieri non potest, nec est libera dispositio vltra Tertium & Quintum, & absque illa post mortem promittentium non potest haberi pro facta, prout est in Tertio & Quinto, iuxta dispositionem *d.l.*22. Et est notatu dignum circa sententiam Bald. *in d.l.pactum*; *C.de collation.* quod est differentia, an Princeps donet, vel promittat donare; vt trado *in hac p.* 1. *q.* 26 Animaduerto etiam, quòd si parentes facta tali promissione cum Tertio, post promissionem factam licentiam impetrauerint ad faciendum maioratum de quibusdam bonis contentis in pro-
7 missione de faciendo maioratum, exinde † habebitur maioratus pro perfecto & consummato, quamvis ab hac luce migrauerint sine alia noua dispositione,& confirmatione maioratus facti, maximè si Principi sit facta relatio contractus præcedentis, quo casu videtur omnes defectus (si aliqui fuerint) supplere, *l. si quis filio exhæredato*, §.*irritum*, *ff.de inoff. test. irritoque facti.l.adoptio non iure facta*, *ff.de adopt. l.si donatio,C. de donation.*cum *concord.*quæ scribo 4.*p.q.*2.vbi latissimè legi potest: & hoc tenendum est propter rationem *prædictæ l.*22. quæ limitat etiam in hoc casu, quando pater & mater obligantur facere maioratum; quamvis difficultatem faceret, quòd *d.l.*22. est exorbitans, & correctoria, & auferens liberam testandi facultatem & ideo potius est restringenda quam amplianda, vt latius scripsi *in* 30.*q.supra*; *eodem*; & negotium poterat etiam difficultari ex scriptis per Tiraq.*ad l.*2.*de retract. conuent.in fin.num.*41.*pag.* 980. vbi latè tradit promissionem de aliquid faciendo differre ab ipso facto:de quo ipse plura scribit,& in *numeris præcedentibus* varia singularia pro nostra sententia adducit.cui adde Nicol. Boeri.*decis.*48.*n.*8.Purpur.*in d.l.pactum quod dotali*,*nu.* 12.*fol.*7.*C.de pact.*& hic iunge quæ scribo *in præfatione huius* 1.*p.*

Cogitabam autem posse in hac quæstione,ex authoritate & intentione Maiorum fieri distinctionem: nam si pacisentes in contractu matrimonij faciant pactum, quòd pater teneatur facere maioratum de omnibus bo-
8 nis suis, † tale pactum tanquam inducens votum captandæ mortis, & tanquam contra bonos mores, & sapiens donationem omnium bonorum, erit inefficax. Si verò sit pactum de faciendo maioratum de certis bonis excedentibus Tertium & Quintum, parentes tenentur adimplere tale pactum,iuxta formam *d.l.* 22. hodie *l.*6. *tit.*6.*lib.*5.*Recopilat.*quæ distinctio colligitur ex doctrina Bart.*in cons.*72.*Ex facto proponitur*,*col.*2.*vers.in contrarium*:Campegi.*in tract.de dote*,*p.vltim.q.*79.Ias.*in l. stipulatio hoc modo concepta*,*n.*11.*de verbor.obligat.*Deci.*in l.pactum*,*n.*12.*C.de pact.*Aymo.*cons.*256. *n.*2.vbi dicit,hoc esse speciale fauore matrimonij, & primogenituræ:idem Deci.*cons.*225.*n.*2.& alij, quos citant Parisius *in cons.*1.*num.*115.*cum seqq. lib.*3. Menochius *in cons.*1.*n.*162.& 163.Tiraquel.*in tract.de primogen.q.*6. *n.*11.& 12.Anton.Gabr. *lib.*3. *communium opinionum*, *tit.de pact.concl.*1.*n.*1.*cum quentibus*,*pag.*154.& conducunt plura quæ scribo *supra*,*hac part.q.*22. *à nu.*47. *cum sequentibus*,& quæ scribit Natta *cons.* 474. *num.*2. *lib.*2.

Et ad *d.l.*22.potest etiam responderi, quòd non est eadem ratio in patre promittente facere meliora- 9
tionem, sicut quando promittit facere maioratum, † cum filiis magis præiudicetur ex confectione maioratus; quia pater potest vinculare bona vltra Tertium:& ista etiam ratione, *prædicta l.* 22. tanquam filiis odiosa,est magis restringenda,quàm amplianda: *l.vt liberis*, *C.de collation.*cum *concordan.*quæ scripsi *supra*,*in hac parte*, *q.*3.Et non est nostrum leges extendere vltra casus, in quibus loquuntur, sed verba † legum sunt diligenter in- 10
spicienda, *l. quod constitutum*,*ibi*:Quantum ad verba eius *ff.de testam.milit.*vbi Bart. *l.si seruum*, §. *non dixit prætor*,*ff.de acquirend.hæredita.*cum mille similibus adductis per Tiraquel.*in l.si vnquam*,*C.de reuocand.donation.in verb.liberis*,*nu.*4.*cum seqq.pag.*84. & ad ista legenda sunt etiam quæ scribo *q.*40.*à n.*18.

Sed stante opinione quòd maioratus non remaneat factus,si parentes non adimpleant pactum matrimoniale,† possint cogi præcisè ad factum, vel æstimationem, legendus est Parlador.*lib.rerum quotidianarum*,*c.*6.*n.*1. 11
*cum sequentib.*Et quod agi possit actione personali contra promissorem,vt contractum adimpleat; probatur *in l.si sterilis*,§.*si tibi fundum*,*ff.de action.empt.* & *in l. qui fundum ff.de contrahend.empt.* tradit Tiraq. *in d. tract. retract.in fin.nu.*64.*pag.*988 Et in specie quòd promittens donare ex causa matrimonij donare præcisè cogatur,latè sustentat Menoch.*cons.*92.*nu.*27. *cum sequentibus*,ad ista legendus: vbi ad omnia contraria respondet. Et an si pater promisit non meliorare,† & nihilominus 12
facit meliorationem, an liberetur præstando interesse, lege Ayoram *in lib.de partition.p.*2.*q.*14. *nu.*31.& 35. qui tamen refert Ioan.Lop.Anton.Gomez & Tellum, hoc decidere *in l.*22. *Taur.*qui nihil de hoc tractant,ad quos addo Bursatum *in consil.*2.*p.*4.*n.*24.*lib.*2. Et quòd ex promissione de donando non transferatur dominium,nec possessio,tradit eleganter Augustinus Berous *cons.*156.*n.*11.*lib.*2.ad ista etiam videndus.

Et est notandum in ista materia & quæstione,quòd si pater promittat filium meliorare in Tertio bonorum ob aliquam causam onerosam, si aliud in promissione non 13
caueatur,† potest vti beneficio *l.*27.*Taurin.* & adiicere grauamina & conditiones licitas. Nec dici potest,quòd iningit nouas conditiones ad hoc,vt procedat dispositio *l.perfecta*,*C.de donation. quæ sub modo*:nec pater tali facultati concessæ per *d.l.*27.renuntiare videtur; quod est notandum ad ea quæ habentur *supra*,*q.*26.Et ad hoc etiam est notabilis doctrina Iacobi Aluaroti *in c. si filij nati,si de feudo fuerit controuersia*,vbi dicit,quòd si habens filios ex prima vxore,duxit secundam vxorem cum pacto, quòd filij nascituri ex vxore non succedant in feudo,sed filij ex prima vxore,possunt contrahentes mutare voluntatem, & pacisci per contrarium pactum quòd succedant cum liberis prioris matrimonij,per Gl. *in c.si facta*,*eod.tit.glos.*1.quem sequitur Ioann.Lop. *in rubr.de donationibus inter virum & vxorem*,§.54. *in fin.* & est egregia *decisio* Nico.Boerij 204.*nu.*33.vbi resoluit, quòd si sit factum pactum matrimoniale super successione primogeniti, † possunt pacisentes, licet non 14
fuerit expressum, vocare primogenitos masculos, qui portent arma & nomen contrahentium, quòd reputo singulare.Et pro hoc facit regula *l.si quando*,*C.de inoffic.testam.*& textus *in l.vltima*, §.*filia*,*ff.de legat.*2. vbi

pater in dote etiam iam tradita, potest fideicommissum apponere; quem textum extollit inter alios plures, Ferdinand. Berengar. *in preludus cap. vnic. de filius natus ex matrimon. ad morganat cap. 7. n. 8. vers. ad tertium:* & mirabilem dicit Rodericus Suarez *in l. quoniam in prioribus, ampliat. 6. n. 2. C. de inofficioso testamento:* notat Gregor. Lop. *in l. 6. tit. 9. in glos. vltim. part. 6.* de quo legendus est Bartolus *in d. §. filia*, Balbus *in tracta. præscrip. part. 6. priuileg. 62. fol. 23.*

15 Et non est omittendum quòd in dubio † non videtur pater grauare filiam in dote, *l. Lucius, §. maritus*, & ibi Bart. *ff. ad Trebellianum; d. l. vltim. in §. filia, ff. de leg. 2. l. à filia, in princip. ff. ad Trebellianum:* notat Aretinus *in*
16 *consil. 52. n. 2.* Quod confirmo, quia † non censetur quis substituere in bonis per ipsum prius donatis, secundum Glossam *in l. conficiuntur, §. post factum ff. de iure codicillor.* notant Bart. *in l. consilius, §. instituto ff. de legatis 2.* Decius *consil. 378. n. 1.* Cephalus *consil. 4. n. 12. lib. 1.* Ad quod etiam lector legat Ioan. Guttier. *lib. 3. practicarum quæstionum, q. 84. nu. 15. pag. 665.* Et faciunt ad hæc quæ scribo *supra, q. 26.* quibus, & istis, est addendum, quòd si pater fecit filio donationem inter viuos, & postea in testamento illum instituit hæredem, & imposuit fideicommissum in illis rebus prius donatis, si filius adeat
17 hæreditatem, † valet fideicommissum, vt probatur *in l. Lucius, §. si maritus, ff. ad Trebellianum*, vbi Glos. hoc tradit: & *in l. sequens quæstio, vers. fi. vsque ff. de legat. 2.* tradit notanter Parisius *in cons. 33. n. 78. cum sequentibus. lib. 3.* Et ad istam illationem legendus est Antonius Gomez *in l. 17. Tauri, num. 22.* Matiencius *in l. 11. tit. 5. glos. 3. n. 2. fol. 159. lib. 5. Recopilationis*, & facit doctrina Baldi *in l. pro hæreditariis, num. 10. ff. de hæred. action.* quam citat Barbosa *in l. si cum dotem, in princip. nu. 36. pag. 414. tom. 2.* & quæ scribo *supra, quæst. 24.* & Hieronym. Gabr. *consilio 58. n. 28.* idem Barbosa latiùs *in l. post dotem 41. n. 36. cum seq. pag. 858. dicto tom. 2.*

QVÆSTIO LXVII.

Clausula Constituti an subintelligatur in constitutione maioratus, vel melioracionis.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum an habeat vim traditionis possessionis quoad irreuocabilitatem melioracionis & maioratus.*
2 *Et an id procedat, si non apponatur, dum tamen ex consuetudine constet; id à Tabellionibus apponi solitum,* & nu. 3. & 4. *à quo vsque ad* nu. 37. *variæ referuntur sententiæ.*
5 *Clausulæ Apostolicæ in bulla apponi solitæ subintelliguntur, quamvis non exprimantur.*
6 *Clausula quòd* soluatur interesse pro pecunia non soluta venditori, *habetur pro apposita, quando est in consuetudine.*
7 *Quid de clausula, quòd* ius alteri quæsitum non tollatur.
8 *Et quid in appositione iuramenti.*
9 *In dubio, qualiter scriptura conuentionalis fieri debeat; debent apponi ea, quæ sunt naturalia & essentialia contractus, & de consuetudine.*
10 *Notarius, sicut non debet ponere in scriptura clausulas non consuetas, ita nec consuetas omittere. Et quid si eas omittat?* ibid.
11 *Clausulæ quæ respiciunt executionem contractus, subintelliguntur,* & nu. 24.
12 *Quæ sunt in vsu quotidiano, pro expressis habentur.*
13 *Contractus secundum consuetudinem factus videtur.*
14 *Quod in contractu solet apponi, pro apposito censetur.*
15 *Quid in clausulis substantialibus.*
16 *Illud præsumitur factum, quod est consuetum.*
17 *Pœna apposita an censeatur in scriptura, quando id est consuetum.*
18 *Authoris sententia.*
19 *Pœna, si est consueta, qualiter apponi possit.*
20 *Clausula solita apponi in priuilegio, pro apposita censetur.*
21 *Et quid de clausulis,* si ita est, si inueneris, vel reperias, *&c.*
22 *Instrumenta publica absque clausula* guarentigia, *an habeant paratam executionem, ex eo quòd Tabelliones talem clausulam apponere soleant? Refertur quædam sententia.*
23 *Authoris sententia.*
25 *In facultate Regia data ad obligandum bona maioratus an intelligatur clausula consueta,* si bona libera deficiant.
26 *Clausulæ quæ sunt in priuilegiis, recipiunt restrictiones, quas ius commune.*
27 *Princeps præsumitur velle quod iura sua volunt.*
28 *Rescriptum contra ius commune est interpretandum vt minus corrigat ius commune.*
29 *Potius toleratur vt præscriptum nihil operetur, quàm vt intelligatur contra ius commune.*
30 *Clausula codicillaris an sit supplenda; si non exprimatur.*
31 *Papa videtur concedere facultatem Legatis à latere; prout consueuit practicari in Regno.*
32 *Legati Apostolici in his, quæ eis consueta sunt concedi, an teneantur ostendere literas commissionis.*
33 *Hypotheca omnium bonorum an censeatur apposita in scriptura, quia consueta.*
34 *Deficientibus ad successionem maioratus descendentibus, an censeantur vocati proximiores consanguinei; etiamsi clausula eos vocans non exprimatur, eo quòd in cæteris maioratibus apponatur.*
35 *In dubio an maritus reliquerit vxori vsumfructum aut proprietatem, quid faciendum.*
36 *Clausula, quæ dat parentibus facultatem reuocandi maioratum, si in aliqua facultate deficiat, an supplenda.*
37 *Resoluitur præsens quæstio,* & nu. 42. 45. & 52.
38 *Tabellio an possit apponere aut addere in scriptura, ea quæ substantialia sunt.*
39 *Solita fieri & apponi in contractibus, an præsumantur, quando aliquid adiiciunt obligationi.*
40 *Clausulæ quando videantur appositæ de voluntate partium, aut non.*
41 *Quæ dicantur substantialia; vel accidentalia contractus.*
43 *Princeps videtur mandare Secretariis, vt apponant clausulas consuetas.*
44 *Clausula,* Ne ob captiuitatis calamitatem bona maioratus alienentur, *si deficiat, an supplenda.*
46 *Tabellio videtur rogatus a partibus, vt in instrumento clausulas consuetas apponat,* & nu. 47.
48 *Tabelliones ponentes clausulas consuetas in contractibus consualibus, an incurrant pœnam.*
49 *Clausula, quòd pater filiis alimenta relinquere teneatur sufficientia, an subintelligenda, si deficiat.*
50 *Clausulæ, quæ verisimiliter sunt contra voluntatem disponentis, suppleri non debent.*
51 *Quid de clausula,* quòd non succedat furiosus.

SExagesimoseptimò prætermittere non oportet quæstionem, cuius decisio in praxi est mirum in modum necessaria, & de illa, iusta ratione dubitari potest, vt ex sequentibus apparebit: & propè veritatem est, qui de illa dubitat, vt dicit notabilis *l. 11. tit. 22. part. 4.* Nam scimus, quòd omnes Scribentes *in l. 17. Taur.* dicũt, quòd ad hoc vt melioratio Tertij facta per patrem, aut matrem, sit irreuocabilis, sufficit non solum quòd possessio realiter, & verè tradatur, sed etiã si tradatur per clausulã † Cõstituti; quod ego in multis locis huius lecturæ obiter dico. Et idẽ tenet Segura *in l. vnũ ex familia,*

familia, §. si fundum, num, 125. ff. de legatis 2. & est communis opinio, & seruata in practica, secundum Peraltam *in dict. l. vnum ex familia, in princip. num. 21. ff. de legat. 2.* vbi de hoc latè agit, & hoc in iudiciis ad vnguem seruatur; ex cuius rationibus idem dicendum, & tenendum est in casu *l. 44. Tauri.* Et pro hac sententia vltra alia innumera, quæ adduci poterant, facit *l. 9. tit. 30. par. 3.* qua in re immorari non oportet, quia id receptissimum est in practica, de quo per Molin. *lib. 4. c. 2. n. 7. & 31.* vbi quid quoad bona futura?

2 Quia sententia supposita dubitatur, † an hæc clausula Constituti, censeatur apposita in melioratione Tertij & Quinti, aut maioratu, etiamsi in contractu illa non reperiantur? Si tamen constet, quod ex Tabellionum consuetudine solet in huiusmodi contractibus apponi. Et quòd ista clausula Constituti subintelligatur, si de dicta consuetudine constet, probari apertissimè videtur ex *l. vltima. C. de fideiussor.* & ex aliis pluribus egregiis dictis, quæ ego scribo *in quæstione* 48. Quibus addenda in terminis est doctrina Bartholom. Socin. *in consilio 55. numero 11. lib. 4.* vbi constanter affirmat, quòd clausula Constituti, eo quod est ordinaria, & consueta in
3 scripturis apponi; † subintelligitur, etiamsi non reperiatur: & idem tenet ipse Socinus *in l. Gallus, §. idem credendum, columna vltima, ff. de liber. & posthum.* & alij plures, quos refert Tiraquellus *in vberrimo tractatu de Constitut. part. 3. limitatione 31. numero 5. folio 176* vbi hunc articulum latè disputat, & ad partes arguit. Et tandem omnibus consideratis *in numero 15.* concludere videtur, quòd si sit consuetudo ponendi in omnibus instrumentis prædictam clausulam, si in vno est omissa,
4 videtur omissa errore, aut oblitione Notarij, & ideò † censenda est, tanquam si apposita fuisset; & tradit Cagnolus *in l. si librarius 93. numero 48. ff. de regul. iur.* faciunt scripta per Hippolyt. *in singul. 642.* Grammat. *decis. 103. numero 109.* Alexand. *in consilio 1. numer. 22. lib. 5.* Bertazol. *in tractatu de clausulis, clausul. 4. glos. 34. numero 2. folio 37.* Et istam sententiam eligit Antonius de Fano, quem Tiraquel. non refert *in tractatu de pignoribus, parte 3. membr. 1. numero 27. in fine, folio 58.* & horum opinio comprobatur ex text. *in cap. 1. de rescript.* & ex *l. 6. tit. 19. part. 3.* vbi lex dicit: *E tales cartas como estas los escriuanos que las fizieren deuen ser auisados para dezir en ellas, despues que todas las otras razones fueren escritas, poniendo hi esta palabra: si assi es como aquello el que la carta ganò, que fagan aquellos à quien va, o que cumplan lo que en ella va. E aun dezimos, què si el escriuano fuesse desacordado de poner esta palabra en la carta, que siempre deue ser entendida, magner no fuesse puesta.*

Ad idem est *l. 4. tit. 8. part. 5.* quæ etiam est singularis: & non omitto notabile consilium Oldradi *in cons. 139. A habendam. num. 12.* & tex. *in cap. accepimus*, vbi
5 Anton. *de ætate & qualitate*, vbi probatur, † quòd clausulæ Apostolicæ in bullis apponi solitæ subintelliguntur, quamuis non sint expressæ, & *in l. domini prædiorum, C. de agricol. & censitis, lib. 11.* quem textum ad hoc vocat solemnem Zasius *in consilio 1. numero 12. lib. 1.* Et clausula, *vt soluatur interesse pro pecunia non soluta*
6 *venditori*; habetur pro apposita, † quando id est consuetum, vt per Bursatum *in cons. 11. num. 18.* quia ad hoc refert inter alia Gozadinum *cons. 55. num. 12.* & faciunt scripta per Aluarum Valascum, *consult. 193. n. 3.* & in propria specie Quintilianus Mandosius *cons. 18. num. 6.*

Et ista sententia ex pluribus aliis coadiuuatur. Primò ex tex. *in l. quòd si nolit, §. quia assidua est duplex stipulatio, ff. de adilit. edict.* & *in l. & quæ nondum, §. quod dicitur, ff. de pignor.* ibi: *Ad eam, quæ quotidie solet inseri cautionibus, l. 1. de vsur. l. si filia, in princ. ff. famil. erciscr.* bona Gloss. *in l. & quæ nondum, §. 1. in vers. exigat, ff. de leg. commissor.* quam regulam ornant Gratus *in cons. 122. col. 3. lib. 2.* Bern. de Lugo, & eius additionator Salzedo *regul. 147.* Grat. *in regul. 428. nu. 1. cum seqq.* & melius omnibus declarat Anton. Gabr. *lib. 6. communium opinionum, tit. de consuet. concl. 3. nu. 1. cum sequentib. pag. 367:* Et Ioan. Gratian. Falcon. *regul. 428.* ¶ Et de clausula † quòd *ius alteri quæsitum non tollatur*, scribit Iacobus 7
Puteus *decision. 241. part. 1.* Et in notabili casu in electione facienda ad rem emphyteuticam, an sit nominandus filius maior, hoc tradit nouissimè Caldas Pereira *de renouat. emphyteu. q. 18. num. 37. fol. 162.* & in alio casu Bursat. post Anton. Gabr. & alios quos citat *in consil. 44. num. 8. lib. 1.* Seraphin. *de priuilegiis iuramenti, priuileg. 22. nu. 112. cum sequentibus, pag. 136.* vbi quid
8 † in appositione iuramenti, & in cessione tertarum, quas domini vassallis concedunt, hoc tradit Matthæus ab Afflictis *decis. 265. num. 83.* & plura notabilia scribit Euerardus *in centum locis, loco 63. per totum*, & plura citat Menoch. *in cons. 37. n. 131.*

Secundo facit doctrina Bartoli *in dict. l. de die, n. 5. ff. qui satisdare cogantur*, vbi dicit, quòd si sit contentio inter aliquos qualiter fieri debeat aliqua scriptura conuentionalis, † quod tunc debent poni, & scribi omnia, 9
quæ sunt naturalia & substantialia contractus, & illa, quæ de consuetudine apponi consueuerunt.

Tertiò, doctrina Ancharrani *in c. causam, quæ, nu. 7. de testibus.* vbi dicit, quod sicut notarius non debet ponere in scriptura clausulas non consuetas, † ita nec consue- 10
tas omittere; imo si illas omittat, subintelliguntur secundum illum.

Quartò doctrina Gloss. Parisien. *in addition. ad Alexand. cons. 28. lib. 2. in additione*, quæ incipit, *non potest*; vbi scribit, quòd illæ clausulæ, † quæ respiciunt 11
executionem, vel clariorem elucidationem contractus, subintelliguntur etiamsi minimè appositæ fuerint, & illas Tabellio apponere tenetur. Et ea quæ sunt in vsu quotidiano, † habentur pro expressis, vt ex *d. l. vltim. C. de fideius.* probant Bald. *in l. errore, col. 1. vers. sit alia, C. de testament.* Boeri. *decis. 217. nu. 6.* hinc DD. *in l. cum acutissimi, C. de fideicommiss.* quos ibi citat D. Antonius de Padilla *num. 4.* assignant rationem ad illam legem, & ad *l. cum autem, ff. de condition. & demonstration.* quod 12
grauatus ita demum tenetur restituere hæreditatem si sine liberis decesserit, non aliàs: quòd talis clausula subintelligitur, etiamsi Tabellio eandem omiserit. Et
13 contractus semper † videtur factus secundum consuetudinem, vt tradunt in variis casibus Mascardus *in tractatu de probationibus, lib. 1. concl. 299. n. 7. fol. 84.* Menochius *in tract. de præsumptionib. lib. 3. præsumpt. 109. num. 6. pag. 401.* Vincentius Carrocius *in tract. de locato, titul. de mercede omissa, nu. 6. fol. 6.* Et sicut illud, quod
14 solet apponi in contractu, † habetur pro apposito; ita è conuerso, illud, quod solet obseruari in distractibus pro obseruato habetur, etiamsi non sit dictum, vt probat Zasius *cons. 17. num. 1.* & istam regulam confirmat etiam Rebuffus *in repetitione cap. nulla, de concessione præbendæ, pag. 437. col. 2. n. fin.* & *1. princip. col. seq.* vbi
15 tamen limitat, † nisi sint clausulæ substantiales: quia tunc licet longo tempore fuerint appositæ, & solitæ apponi, si omittantur, non habentur pro appositis, secundum Felinum *in c. cum M. 4. notabili, de constit.* Paul. *in d. l. errore, C. de testament.* Quorum contrarium videntur voluisse Baldus, *in d. l. errore*, & *in l. mater, num. 6. C. de rei vendication.* & *in l. 2. num. 8. C. de execution. rei iudic.* Alexand. *in consil. 142. num. 11. lib. 2.* & alij, quos citat Bursatus *in cons. 184. numero 23. lib. 2.* volentes, quòd clausulæ substantiales quæ factum, ac cautionem contrahentium respiciunt, ex absoluta voluntate & mandato contrahentium appositæ censentur, non ex stylo Tabellionum: & tradit latè idem Bursatus *in cons. 173. numero 7778. libro 2.*

Quinto, illud præsumitur factum, † quod est con- 16
suetum, secundum Baldum in casu notabili *in l. incendium, ff. si certum petatur*, per textum *in dict. §. qui assidua, in l. quod si nolit, ff. de adilit. edict.* notat Bart. *in l. vlt. in princip. ff. de his qua in fraudem credi. & in l. non*

erit, §. neque ff. de iureiurando; Alexand. in conſ. 249. nu. 35. & conſil. 69. lib. 2. Guillelm. Benedict. in cap. Rainuntius, in verb. condidit teſtamentum, num. 13. fol. 153. de teſtament. Monoch. lib. 3. præſumptionum, præſumpt. 91. nu. 62. pag. 378.

Sextò, hæc magnum fomentum recipiunt ex eleganti doctrina Alexandri in conſilio 66. In cauſa & lite inter Chriſtophor. lib. 7. nu. 3. vbi dicit, quòd ſi ſolitum ſit in contractibus & ſcripturis pœnam apponere, & non
17 ſit appoſita, † ſub intelligitur, & ſuppletur, quem ſequitur Iaſo in l. ex parte, num. 5. ff. de verborum obligationibus. Decius in l. vt liberis, num. 16. C. de collation. & in l. ſemper in ſtipulationibus, num. 16. ff. de regul. iur. & in conſilio 449. n. 27. & in l. pactum curatoris, nu. 8. C. de pactis, vbi ex hoc dicit, quòd tutor quando remittit iniuriam pupillo factam, poteſt in ſcriptura pacis pœnam apponere pro obſeruantia & firmitate contractus.

18 Sed hæc ſententia Alexand. non admodum † tuta eſt, quia contrarium ex diametro tenet idem Alexand. (quod maximè mirandum eſt) in conſ. 128. lib. 2. ad quod facit author horem Baldum in l. vltima, colu. 2. C. de execu. rei iudic. & hoc ſequitur Purpurat. qui refert Opizonem in l. certi condictio, §. ſi nummos, num. 28. ff. ſi certum petatur. De cuius puncti veritate hic agere ſtatueram pro lectorum vtilitate, quia illum digeſtum, & diſputatum habeo; poſtea mihi viſum fuit ad alium locum reſeruare, ne noſtram materiam cum extraneis quæſtionibus interrumpamus. Et de pœna ſi eſt conſueta † qualiter apponi poſſit, tradit Bart. quem prædicti non referunt, in l. penultima, n. 2. ff. de prætoris ſtipulationibus.
19

Septimò adduco l. 5. ibi Pero ſi coſtumbre fueſſe, titul. 18. & l. 4. ii. 19. & l. 9 eodem titulo, part. 1.

Octauò, dictum Caroli Ruini conſ. 77. nu. 6. lib. 3. vbi
20 vult, quòd clauſula ſolita † apponi in priuilegiis habetur pro appoſita. Et ſcribit Rebuff. in praxi beneficia. in 3 part. ſignatura, n. 32. pag. 172. quòd ſi in ſupplicatione facta ſummo Pontifici non ſit expreſſum de patronis laicis, non poterit in bulla narrari, niſi ſint clauſulæ, quæ ex conſuetudine, & ſtylo apponi ſolent, quæ habentur pro appoſitis.

Nonò ex his diſputat Epiſcop. Conarru. reſolution. lib. 1. c. 5. n. 9. an clauſula quòd ſi redditum fiat redemptio, cenſus pro rata anni ſoluatur; an clauſula ſubintelligatur, ſi appoſita non fuerit.

21 Decimo, clauſulæ † ſi tradeſt. ſi inueneris, vel reperias; & ſimiles, tacitè inſunt, etiamſi non reperiantur, vt tradit idem Rebuff. in praxi beneficia. titu. de differentiis inter rejcrip. gratiæ & iuſtitiæ, num. 58. pag. 113. quibus conueniunt ſcripta per Caldam Pereiram in tract. de nominationibus ad emphyt. quæſt. 23. n. 6. fol. 264. Ioan. Guttierez practicar. quæſt. lib. 3. q. 94. nu. 6. cum ſeq. pag 698.

Vndecimò, Didacus Perez in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordinament. ſuſtentat, quod inſtrumenta publica habent paratam executionem etiam abſque clauſula guarentigia, †
22 ex eo quod communiter ex ſtylo Tabelliones iſtam clauſulam apponere conſueuerunt, ad quod mouetur ex
23 aliquibus quæ ſcripta ſunt. Sed in hoc † contrarium & benè (iudicio meo) tenet Olano in Antinomia, liter. I. nn. 36. pag. 152. vbi latè diſputat illam quæſtionem, an inſtrumenta Regni habeant executionem paratam ſine clauſula guarentigia: & idem quod Didac. Perez tenet, prædictis non relatis, Azeued. in l. 1. tit. 21. lib. 4. Recopil. nu. 57. fol. 308. ad quem etiam addo Ioann. Grat. Falcon. regul. 179. D. Anton. le Padilla in l. 1. C. de iuris & fact. ignora. n. 21. fo. 8. Parladorin 2. lib. cap. fin. p. 1. §. 11. n. 5. pag. 197. Ioan. Guttier. de iuramento conſirmatorio. c. 62. num. 6. & in practic. quæſt. lib. 1. q. 110. pag. 203. qui refert Baezam de inope debitore 5. c. 1. nu. 51. Doctorem de Paz in 4. partem. 1. cap. 9. & ſequent. à quibus lector ſumere poteſt reſolutionem, quia non eſt noſtri inſtituti, ſufficit retuliſſe Authores, qui etiam alios citant; ad quos omnes addo Cephalum in conſil. 550. n. 12. lib. 4. animoſè tenentem, quòd clauſula executiua, eo quòd
24 eſt ſolita apponi, † habetur pro appoſita, ex Carolo Ruino conſilio 77. numero 6. lib. 3. Fano in tractatu de pignoribus part. 3. membro 1. numero 25. Et Ioan. Iañez Parlador. lib. 2. rerum quotidianarum, part. 5. §. 17. n. 18. pag. 402. reſoluit, quòd eſt conſuetum, quidquid de iure ſit, quòd debitor liberetur à debito, ſoluendo creditori in quacunque pecunia.

Duodecimò, facit doctrina Molinæ lib. 4. de primogen. cap. 7. num. 1. cum ſequentibus folio 169. vbi reſoluit, † quòd in facultate Regia data ad obligandum bona maioratus, intelligitur clauſula conſueta, dummodo bona libera deficiant: mouetur ex regula d. l. vltima, C. de fideiuſſor. cum concordan. cuius ſententia confirmatur ex doctrina Ioan. Andreæ & Antonij in cap. dudum, de decio. volentium, quòd factum Superioris referatur ad ius commune; ad quod alios concordantes retuli ſupra, hac 1. par. quæſt. 60. à num. 10. & ex alia doctrina eiuſdem Ioan. Andr. & Dominici in cap. licet canon, §. vlti. de elect. in 6. volentium, quòd clauſulæ, † quæ ſunt in priuilegiis, recipiant omnes reſtrictiones, quas ius commune; quam etiam retuli in d. quæſt. 60. & regula textus in Authent. vt omnes obediant Iudicibus: §. omnes; vbi probatur, quòd Princeps † præſumitur velle, quod iura ſua volunt; & alia regula, quòd reſcriptum contra ius commune, eſt interpretandum, vt † corrigat ius commune minus quàm ſit poſſibile: cap. cauſam, quæſt. de reſcript. cap. ſuper quæſtionum, §. ſi verò, de offic. Delegat. notat Innocen. in cap. olim, de verbor. ſignific. Et potius toleratur † vt reſcriptum nihil operetur, quàm vt intelligatur contra ius commune, ſecundum Anchar. conſ. 333. Alexand. in conſ. 36. lib. 6. Aymon. conſ. 72. num. 2. Et ſi in inſtrumento deficiat, illam Tabellio ſupplere poteſt, ſecundum Bald. in l. 1. ff. de ſolut. matrim. Fanum de pignoribus par. 4. membr. 3. num. 43. Nicol. Boerium deciſ. 18. Oſaſcum deciſ. Pedemont. 135. n. 4. & alios, vt per Burſat. conſ. 103. n. 13. lib. 1.

Decimotertiò, facit ſingularis doctrina Socin. Iunio. l. hæc verba, num. 44. ff. de legat. 1. vbi vult, quòd clauſula codicillaris eſt intelligenda & ſuppleuda, † etiam ſi non ſit expreſſa, quia communiter & generaliter apponi conſuetum eſt; quod diſputat & latè tractat Franciſc. Mantic. lib. 1. de coniecturata mente defunct. tit. 9. num. 1. & 2. pag. 13. de quo etiam legenda ſunt quæ ſcribit Simon de Prætis lib. 2. de interpretanda defunct. volunt. ſolut. 10. num. 54. cum ſeqq. folio 101. Matienço in l. 1. tit. 4. gloſ. 10. n. 63. lib. 5. Recopil. fol. 82. vbi plura legi poſſunt ad propoſitum eorum, quæ hic tractantur.

Decimoquartò, † Papa videtur concedere facultatem 31
Legatis à latere, provt conſueuit practicari in Regno, ita quòd poſſit derogare c. oblat. de appellat. vt fundat Aluar. Valaſc. conſ. 62. n. 9.

Decimoquintò, Legati Apoſtolici in his quæ eis conſueta ſunt concedi, † non tenenentur oſtendere literas 32
commiſſionis, ſecundum Petr. Gambar. de officio Legati lib. 2. n. 141. pag. 332.

Decimoſextò, innocatio Brachij ſæcularis intelligitur conceſſa Iudici delegato, quia ita eſt conſuetum, vt tradit Azeuedo in l. 15. & vltim. tit. 1. lib. 4. Recopil. num. 3. folio 28.

Decimoſeptimò, hypotheca omnium bonorum cenſetur appoſita in ſcriptura, † eo quia eſt conſueta, vt 33
tradit Oſaſc. deciſ. Pedemontana 156. num. 4. Vincent. Carroc. in tractatu de locat. in princip. quæſt. 7. num. 11. pag. 10. qui plures citat: & idem Author, in parte, de ſucceſſore, quæſt. 25. num. 30. folio 208. quòd hypotheca per errorem omiſſa in contractu locationis habetur pro appoſita, ex Nicolao Boëtio deciſ. 182. num. 54. & Tiraquel. lib. 1. de retractu, §. 3. gloſ. 1. num. 7. tradit Cephal. conſ. 568. num. 7. lib. 5. Et quis tenetur, & poteſt facere expenſas conſuetas, vt per d. §. quia aſſidua, in l. quod ſi nolit, ff. de ædilit. edict. tradit Alexand. in dicto conſilio 36. numero 6. libro 2. ¶ Ex quibus inferri poteſt, quòd ex eo quòd in omnibus maioratibus reperitur clauſula, quòd deficientibus deſcendentibus ad ſucceſſionem maioratus † ſuccedant conſanguinei proximiores, 34

miores, cenſentur vocati proximiores ad ſucceſſionem maioratus, licet prædicta clauſula deficiat: & ita ſoluo quod ſcribit Molina, libro 1. de primogenit. capite 4. numero 31. folio 25. quod dictum retuli in 2. part. quæſt. 7.

Decimo-octauo, ſi dubitatur an maritus reliquerit vxori proprietatem bonorum, vel vſumfructum? iudi-
35 candum eſt, † eidem vſumfructum tantum reliquiſſe, quia id eſt conſuetum; ſecundum Decium in conſ. 278. num. 4. & in conſ. 597. num. 3. Et ex prædictis ſumi poteſt deciſio ad quæſtionem de facto contingentem, l. 44. Taurina dat facultatem parentibus renocandi maioratum, etiam poſt traditionem poſſeſſionis, vbi in facultate Regia continetur clauſula, quòd maioratus poſſit renocari, quæ clauſula fuit, & eſt de ſtylo facultatum,
36 quæ dantur ad faciendum maioratus, dubitatum fuit, † quia in quadam facultate hæc clauſula deficiebat, an ſupplenda propter ſtylum ſit iſta clauſula.

Decimo-nonò vbicunque committitur Sapienti vt faciat ſcripturam, poteſt apponere omnia conſueta, ſecundum Bart. & alios in l. ex ea parte, in princ. ff. de verb. oblig. & alios, vt per Cephal. in conſ. 28. n. 37. & in conſ. 88. n. 20. lib. 1.

Et iſta, & alia ſimilia pro iſta parte valde adſtringere
37 videntur; quibus non obſtantibus, contraria † opinio in noſtra quæſtione verior videtur, imo quòd licet conſtet, iſtam clauſulam Conſtituti eſſe ſolitam apponi in meliorationibus, aut maioratibus, adhuc non eſt ſubintelligenda, nec facultas, quæ conceditur parentibus per leges renocandi meliorationem, aut maioratum, quando non tradunt poſſeſſionem, ita eſt reſtringenda, & fruſtranda abſque expreſſo eorundem conſenſu, quia non tradendo poſſeſſionem, tacitè ſibi reſeruare videtur renocationem maioratus, vel meliorationis, vt filios magis obſequentes & propitios habeant. Et ratio eſt diuerſa in hoc caſu ab illis, quæ concurrunt in caſibus ſupra ſcriptis, vt ad oculum patet, vnde hæc opinio tenenda eſt. Et ſi contrarium diceremus, ſequeretur, quòd maioratus, vel meliorationes fierent irreuocabiles abſque traditione ſcripturæ, vel poſſeſſionis, quod eſt contra mentem & vim dictarum leg. 17. & 44. q. à parum ſeruirent.

38 Et quòd Tabellio † non poſſit apponere in ſcriptura, nec addere ea, quæ ſunt ſubſtantialia, tradit Menochius lib. 2. de arbitr. iudic. caſu 144. num. 7. ex Bald. in rubr. C. de fide inſtrum. num. 10. & aliis. Et in iſta materia eſt notanda doctrina Baldi in l. ſi fundus, † in commiſſoria, ff. de lege commiſſoria, § vbi vult, quòd ſolita fieri, & ap-
39 poni in contractibus non præſumuntur, † niſi probentur, quando aliquid adiiciunt obligationi, quem citat Gregor. Lopez in l. 32. gloſ. penult. tit 5. par. 5. Quibus congruit doctrina Lupi in l. ſi rater, num. 214. C. de hæredib. inſtit. vbi vult, quòd clauſulæ, quæ tenduntad confirmationem contractus, † videntur appoſitæ de volun-
40 tate partium, ſed quatenus extendit contractum ad plus, vel aliud, de quo agebatur, tunc non cenſentur appoſitæ de voluntate partium, nec aliquid operantur: notat & confirmat Marcus Bruñ. ab Anguil. conſ. 76. num. 152.
41 Quæ autem dicantur in iſta materia † ſubſtantialia vel accidentalia contractus, præter Gloſ. in l. pacta conuenta, ff. de contrahend. empt. Curtium Iunior. conſ. 36 num. 11. Zaſium lib. 1. ſinguli. reſpo. ſa. 10. n. 5. tradit rectè Meno. lib. 1. de arbitrar. iudic. q. 68. num. 32. cum ſeqq. qui alios citat.

Et eſt etiam notandum in iſta materia, quod licet per actus fictos, veluti per traditionem ſcripturæ, clauſulam Conſtituti vel per retentionem vſusfructus aut alios ſimiles actus transferatur poſſeſſio, tamen nullus eſt fictus titulus, & nunquam in iure reperitur, quòd lex fin-
42 gat aliquem donare, vel vendere, † aut alio quouis titulo transferre, vbi conſtat quod hoc non fecit, authore Gloſ. Pariſ. in conſuetud. Pariſ. part. 1. §. 1. gloſ. 5. num. 40. folio 32.

Ex prædictis autem, quæ in hac quæſtione ſcripta ſunt, poteſt limitari, reſtringi, aut modificari illud, quod ſcriptum fuit in quinta quæſtione ſupra, hac prima parte, à num. 11. dum probatum fuit, quòd clauſulæ, quæ apponuntur ex ſtylo Secretariorum Regis, parum operantur. Nam illud procedit, niſi ſint clauſulæ talis naturæ, quod ſint neceſſariæ ad perfectam actus & conceſſio-
43 nis executionem: nam Princeps † id videtur committere Secretariis, & aliis Officialibus in officiorum conſequentiam, nec Principem decet id per propriam perſonam examinare. Ad quod etiam facit l. 2. ff. de iuriſdict. omnium iudic. l. ad legatum, l. ad rem mobilem. ff. de procurator. & ſingularis l. 3. tit. 14. lib. 4. Ordinam. noui, quæ eſt egregia pro intellectu iſtius materiæ. Et hæc ſeruiunt pro deciſione quæſtionis, quam tractat Molina, lib. 4. cap. 7. num. 1. & 3. & pro deciſione etiam quæſtioſtionis, quam diſputat idem Molin. eodem lib. 4. capite vltim. num. 63. folio 205. vbi tractat, an in facultate Regia ſubintelligatur clauſula, quod pro tribus delictis bona maioratus confiſcari poſſint. ¶ Faciunt etiam ad id, quæ in iſta materia maioratuum doctiſſimus Caldas Pereira ſcribit, in l. ſi curatorem habens, C. de in integrum reſtitutione minor. in verb. laſis, num. 14. pag. 1300. vbi
44 tradit, † quod clauſula (ne ob captiuitatis calamitatem bona maioratus alienentur) licet ſit apponi conſueta, non eſt ſupplenda niſi expreſsè ponatur.

Conducunt etiam, quæ fiunt inter Duces, & Magnates, & alios Illuſtres, in quibus cauetur, quòd fiant ſcripturæ de capitulis matrimonialibus ad voluntatem literatorum, † nam in talibus ſcripturis literati poſſunt
45 decretare, vt apponatur clauſula Conſtituti, & aliæ ſimiles clauſulæ neceſſariæ ad irreuocabilitatem, & integram & perfectam actus ſcripturæ perfectionem, ſecundum caſus contingentiam, & ſubiectam materiam: & pro hoc, vltra ſuperiora, faciunt ſcripta per Baldum, in l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtit. Barthol. Socin. conſ. 124. num. 48. lib. 1. Iulium Clarum lib. 3 ſent. & teſtam. quæſt. 38. num. 14. pag 38 & text. in d. l. final. C. de pœnis qui probat, quod Tabellio videtur rogatus à partibus,
46 † vt ponat in inſtrumento omnes clauſulas conſuetas, quem textum dixit ſingularem Bald. in rubrica, C. de his quæ in fraud. creditor. & de illo tractant Ripa in l. ſi quando, quæſt. 21. C. de reuocand. donat. Epiſcop. Couarr. in 2. part. rubric. num. 14. D. Anton. de Padilla in l. ex teſtament. num. 11. C. de fideicommiſ. & tradit Molin. poſt alios quos citat lib. 4. de primog. cap. 2. num. 51. fol. 129. quod procedit etiam in clauſulis ex cutiuis, ſecundùm Burſatum in conſ. 184. num. 24. lib. 2. qui citat Nattam in conſ. 582. lib. 3. Anton. Gabr. lib 6. communium opinion. tit. ac conſuetud. concluſione 4. num. 5. & 6. & concluſ. 10. quod confert ad ea, quæ de clauſulis executiuis ſcribo ſupra, quæſt. 30.

Ex hoc conſilio, & ex omnibus ſupra citatis, infero ad quæſtionem, quam tractat Felicianus, in tract. de cenſibus, lib. 1. cap. 10. & vltimo, num. 29. & 30. fol. 125. vbi diſputat, an Tabelliones ponentes clauſulas conſuetas in contractibus cenſualibus, † incurrant in pœnam ad quem addo doctrinam Ancharrani in d. cap. cauſam, quæ de reſtitut. Ex quibus diſputatum vidi, an in cenſibus, &
47 in aliis contractibus intelligitur appoſita clauſula, prohibitionis alienationis; eo quòd eſt conſuetum quòd in omnibus ſcripturis apponatur. Et Felician. in d. tract. de cenſibus, lib. 3. cap. 1. num. 4 folio 199. reſoluit, an clauſula guarentigia cenſeatur appoſita, quia eſt conſueta. Et quod clauſulæ appoſitæ in teſtamento, vel in contractu, cenſeantur appoſitæ per Tabellionem de conſenſu partium, † tenent viginti & tres Doctores, quos citat Me-
48 nochius in conſ. 37. num. 131. cum ſeqq. contra Bartol. in l. 1. num. 10. ff. de iure codicillorum. & alios qui Bartolum ſequuntur, & tradit idem Menochius in tract. præſumpt. lib. 2. præſumpt. 79. num. 4. pag. 216. & lib. 4. præſump. 84. & confirmo ex ſcriptis per eundem Menoch. d. lib. 2. præſumptio. 80. pag. 217. & Vincentium Carrocium in tract. de locato, quæſt. 7. de locatione obſcura, numero 11. folio 11.

Infertur etiam ex prædictis, quòd si in facultate Regia data ad faciendum maioratum, deficiat clausula, quòd
49 *pater teneatur relinquere filiis alimenta, quæ sufficiant,* † intelligi debet, ex eo, quòd semper apponitur in talibus facultatibus. Circa prædicta etiam notandum est, quòd clausulæ, quæ verisimiliter sunt contra voluntatem disponentis,
50 † non debent suppleri, vt probant Galiaul. *in l.1.in princip.colum.2.vers.item contra facit, ff.de verborum obligationibus*, Tiraquellus *in tractatu de Constitut.part.3.limit.31.num.14.* Simon de Prætis, *lib.2.solut.10.num.65.folio 101.* Conducunt etiam ista pro decisione Molinæ *lib.1.de primog.cap.13.num.100. folio 113* vbi resoluit, an in maioratu, qui tantum con-
51 stat ex præscriptione immemoriali, † sit subintelligenda clausula, quòd in eo non succedat furiosus, surdus, mutus, cæcus, Monachus, Monialis, Clericus, & similes personæ.

Et ex omnibus superioribus generaliter inferri po-
52 test, † quod clausula, quòd in maioratu non succedant nisi filij legitimi, & aliæ omnes, quæ in scripturis maioratuum regulariter apponi, & scribi consueuerunt, censentur appositæ, & scriptæ tanquam si scriptæ fuissent, quod est notandum. Et idem videtur in clausula, quæ semper apponitur in facultatibus, quæ dantur ad faciendum maioratus, quod fundatores possint augere, minuere, & in aliis similibus clausulis consuetis, & ordinariis.

QVÆSTIO LXVIII.

An in promissione de non reuocando requiratur acceptatio filiorum, vt reuocari non possit.

SVMMARIVM.

1 *In donatione est necessaria acceptatio.*
2 *Donari videtur quod nullo iure cogente conceditur: Et contrariorum eadem est disciplina;* ibid.
3 *Aliquid legare, & non adimere cùm quis possit pariđ sunt.*
4 *Donatio absque acceptatione non acquiritur, & renotari potest*, & n. 9. *Quid si iuramentum interueniat,* n.6 *Valet inter absentes,* n.5.
7 *Res donata an acquiratur donatario ante illius scientiam.*
8 *Dominium rei legatæ an transeat in legatarium antè acceptationem.*
10 *Ex emptione in fauorem Tertij an acquiratur ius ante acceptationem.*
11 *Acceptatio maioratus, meliorationis, aut donationis, vt sit efficax, donatarius debet habere notitiam conditionum donationis.*
12 *Non sufficit habere notitiam alicuius rei, sed requiritur scientia cum omnibus qualitatibus & circunstantiis.*
13 *Renunciatio non acceptata non nocet.*
14 *Pactum partis præsentiam requirit.*
15 *In renunciatione partis præsentia an requiratur.*
16 *Potest quis vno electo ad alterius electionem procedere, non acceptata priori electione.*
17 *Confessio non acceptata non præiudicat.*
18 *Priuilegium non acceptatum reuocari potest. Secus si acceptetur,* num. 31. *Et qualiter acceptationem requirat,* n. 33.
19 *Priuilegium an prosit priuilegiato ante eius notitiam,* & nu. 25. *Et an sufficiat, quod transeat in priuilegiati notitiam, licet ignoret ille, contra quem conceditur,* n. 24. *Et an acquiratur ius statim habita notitia,* n. 25.
20 *Reuocatio priuilegij an noceat, donec quis fuerit certificatus de reuocatione.*
21 *Priuilegium ciuilitatis an prosit ante acceptationem ad excludendam fœminam monacham à successione, quæ non extantibus ciuibus masculis ei debetur.*
22 *Priuilegium & gratia non acquiritur absenti absque acceptatione.*
26 *Electio ad aliquod officium ius etiam in absentia competit.*
27 *Electio ante acceptationem est reuocabilis. Et quomodo acquiratur ante confirmationem,* n.29.
28 *Emphyteusim non acceptatam potest pater prælegare.*
30 *Et quid post acceptationem.*
31 *Filia statuto si sit excluſa à successione ab intestato, dotanda tamen, si frater, antequam ea nubat, decedat, an acquiratur ius sorori, aut amitæ.*
34 *Priuilegium datum ratione officij an acquiratur absque illius scientia, ex eo quod quis officium acceperit.*
35 *Obligatio naturalis an teneat absque acceptatione.*
36 *Omnis concessio habet conditionem, si ille, in cuius fauorem fuit facta concessio, ea uti velit.*
37 *Capellanus an acquirat ius, antequam gratia ad illius peruenerit notitiam,* & n. 39.
38 *Duo priuilegia eiusdem rei si duobus concedantur, quis eorum præferatur.*
40 *Actus iudicialis non acceptatus non præiudicat,* num. 40.
41 *Hæreditas in fideicommissarium non transit ipso iure, nisi fideicommissario volente.*
42 *Beneficium alicui collatum ante acceptationem non dicitur suum.*
43 *Lucrum omne à lege delatum an transferatur absque agnitione.*
44 *Tacita donatio per legem inducta acceptationem non requirit.*
45 *Ius ad rem acquiritur per collationem nondum acceptatam.*
46 *Resoluitur quæstio,* & n. 47. 54. & 55.
48 *Maioratuum constitutio, vbi filiis legitima auferitur, est res odiosa.*
49 *Beneficium vbi defertur sine facto hominis, tunc non est necessaria acceptatio.*
50 *Insinuatio an requiratur, dum vxor lucratur medietatem bonorum acquisitorum stante matrimonio.*
51 *In dubijs benignior interpretatio seruanda est.*
52 *An sufficiat quod quis extraiudicialiter, & in absentia partis se esse hæredem dicat, vt probetur hæredem esse.*
53 *Promittens alicui soluere omnibus creditoribus, an obligetur etiam absentibus & ignorantibus.*
56 *Filius habens diuersas donationes à patre factas, an possit declarare, ex qua velit accipere.*
57 *Actus approbationis à sola voluntate approbantis pendet.*
58 *Ratificationes an possint in absentia fieri.*
59 *Donatio absenti qualiter valeat in vim fideicommissi, remissiuè.*
60 *Si quis tempus labi permittat, intra quod acceptare, aut exercere debebat, non acceptando renuntiare videtur.*
61 *Hæres qualiter possit acceptare donationem factam defuncto.*

MEmor sum, quòd in quæstione trigesimasexta *sup. hac prima part.* examinaui, qualiter filij teneantur acceptare maioratus, vel meliorationes, ad hoc, vt parentes non possint easdem reuocare: nunc in hac quæstione operæ pretium iudicaui resoluere, an filij teneantur acceptare promissiones, quas parentes faciunt, quod nullum ex filiis meliorabunt, ad hoc, vt parentibus manus ligentur, ne possint tales promissiones retrocedere, & reuocare? Et sic quæstio erit, an ad hoc, vt effectum habeat *l.22.Taurina*, oporteat, vt filij tales promissiones acceptent, & an parentibus sit libera facultas eas reuocandi ante filiorum acceptationem.

Quæstio

Quæstio est necessaria pro intellectu *legis*, & materiæ, & tamen nullus Scribentium *ibi* tetigit; quare necesse est magis elaborare, & vt rectiùs veritas quæstionis resoluatur (quia contraria contrariis curantur) eam ad vtramque partem disputabo.

1 Et pro ea parte, † quòd sit necessaria acceptatio ex parte filiorum, vt procedat *illius l.22.* dispositio, faciunt sequentia fundamenta. *Primò* ad hoc facit, quòd cum ex legibus Regni parentes possint vnum ex filiis meliorare in Tertio, & remanente à Quinto, faciendo promissionem, quòd omnes filios ad æqualitatem reducent, videntur in substantia facere quandam donationem, &
2 liberalitatem: quia donari videtur, † quod nullo iure cogente conceditur; *l. donari, ff. de regulis iuris*, nam contrariorum est etiam disciplina, *l.patre furioso, ff. de iis, qui sunt sui, vel alien.iur.* cum *vulgar.* & quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in *l. vltim. ff. de legat. 3. §. plus autem, Instit. de act.* cum *similibus*. Si igitur pater faciendo meliorationem donare videtur; nulli filiorum donando, gratiam sine dubio facit aliis filiis. Et paria sunt † alicui aliq uid legare, & ei non adimere cum posset; *l. 1. sciendum, ff. de legat. 3.* notat Glossa *in l. si fundum per fideicommissum, §. sicuti, in verb. filij instituti ff. de legat.1.* notant Doctores, præcipuè Cynus *in l. ex tribus, C. de inofficios. testam.* Suarez *in l. quoniam in prioribus, limitatione 1.num.16.pag.113. C. de inofficios. testam.* tradit Peralta *in l. vnum ex familia, §. sed & si fundum, num.9. pag.585. ff. de legat.2.* de quo legenda sunt quæ scribo *inf a, quæst.71.num.45. 46. & 51.* Igitur cum ista sit donatio quædam, filiis non acquiritur
4 absque acceptatione, † & reuocari potest, iuxta Glossam receptissimam *in l.illud, C. de Sacrosanct. Eccles.* quam confirmo *in d. q.36.* Cui addo beneficium *l. si vnquam, C. de reuocand. donat.* non procedere in renuntiatione donationis nondum acceptatæ, secundùm Bartholom. Socinum *in cons.53. Viso instrum.donat. col.penult.n.22. lib.4.* refert & confirmat Tiraquel. *in d.l. si vnquam, in verb.donat.largitus, n.186.pag 247.* faciunt scripta per Paris. *in cons.69.n.120.lib.3.*

5 Et licet donatio valeat inter † absentes, *l. absenti, ff. de donation. l. nec ambigi, C. eodem titul.* non tamen sufficit, quòd donatarius aliunde habeat notitiam donationis, nisi donans miserit ad alium epistolam, vel nuntium, quæ est communis opinio secundùm Corneum *in cons. 73.num.7. lib.3.* & de ista materia latè agit Ripa *resp. 63. num.1. cum sequentibus pluribus*, vbi *num. 7.* tradit vnum singulare, quòd in donatione non est necessaria
6 acceptatio, † vbi in ea interuenit iuramentum, quia in isto casu Deo censetur facta promissio. In quo contrarium tenet nouissimè Ioannes Guttierrez *in cap. quamuis pactum, de pact. in 6. in princip. in noua editione, num. 54. pag.343.* de quo latius legenda sunt quæ scribo *supra, hac par. quæst. 36. num. 27. & seq.* Et quòd res donata
7 donatario † non acquiratur priùs quàm sciat donatarius rem sibi donatam fuisse, tradunt Paris. *cons.88. n. 5. lib.3.* Tiraquel. *in d.l. si vnquam, in verb. libertis, n.68.* Neuizanus *cons.35. num.17.* Monochius *casu 185.n.31. pag.361.* vbi plura similia in ista materia scribit, & resoluit egregiè Rebuffus *tom.2. ad constit. Regias, titul. de donat. art.1. glos.1. num.4. cum sequentibus pag.383.* & ad ista facit *l.7. n.16 pa.1.* & quod ex renuntiatione non acceptata scribit Mascardus *in tractatu de probationibus lib.1. con . . . 49. num.12.* Et quòd dominium rei
8 legatæ non transeat in legatarium, nisi acceptetur legatum, probatur *in l. legatarius, dinal. & in l. si tibi homo, §. cum seruus*, vbi Glos. Alexander. & alij, *ff. de legat. 1.* & tradit Messia *in 6. conclusione pragmatica pacis, num.70. folio 110.* Et quid in donatione, stante etiam *l.3.tit.8.* De las donaciones, *lib.3. ordinamen.* sit necessaria acceptatio, † & præsentia donatarij, tenet Gregorius
9 *in l.3. titul.5. par.5.* de quo latius tracto *in d.q.36.* vbi lector legit.

Vnum in hoc lectores animaduertant, quod *dicta lex* sic hodie in iudiciis practicatur, & intelligitur secundùm intellectum *Gregor. Lopez*, & quæ de præsentia illius, qui nominatur, scribo supra, *quæst.48. à numero 274.* & doctrina Ancharrani *in cons.127. numero 5.* vbi resoluit, quòd si quis emat aliquid in fauorem alterius 10
Tertij, † non acquiritur illi Tertio ius ante acceptatio- 10
nem; quem citat Petr. Surd. *decis.325. num.4.* qui addit Anton. Gabr. *tit. de verb. oblig. concl.2.n.2.* Rimin. *cons. 163. num.23.*

Et an ista materia animaduerto ad aliud memorabile, quòd ad hoc quòd in ista materia sit efficax acceptatio 11
maioratus, meliorationis, & cuiuslibet donationis, † de- 12
bet habere notitiam conditionum donationis donatarius, vt constat per scripta à Barthol. Socin. *in cons.258. num.9. & 10. lib.3.* quod confirmo, quia non sufficit † 12
habere notitiam, nec scientiam alicuius rei, nisi habeat scientiam cum omnibus qualitatibus, & circunstantiis, secundùm Glos. Franc. & alios *in cap. concertatione, de appellat.* ad quod plures Doctor. refert Tiraq. *in tract. de vtroque retractu, §.36 glos.2. num.30. pag.738.* Mascard *in tract. de probat. lib.3. concl.1294. n.13. folio 238.*

Secundò pro ista parte facit tex. *in l.3. ff. de fern. export. l.3. ff. qui manumiss. ad liber. perue. l.3. C. si mancip. ita fuer. alien.at.*

Tertiò, renuntiatio † non nocet, vbi non est acce- 13
ptata: secundùm Glos. *in cap. cum venisset, de eo qui mitt. in poss. caus. rei seruan.* tradit Menoch. *de retinend. possessione remedio 3. num.546. pag.221.* notat Dec. *in l. postquam liti, num.8. folio 20. C. de pact.* contra quod facit Glos. *in cap. licet, de procurator. in 6.* quam retuli *supra, in hac 1. part. quæst.24. à num.26.* de qua conclusione in hoc Regno Castellæ iustè dubitari potest, propter *l.2. tit.16. lib.5. Recopil.* in illis verbis: *Pareciendo que vno se quiso obligar a otro por promission, o por algun contrato, o en otra manera, sea tenudo de lo cumplir*, iunctis verbis sequentibus. Et pro hac opinione facit, quia pactum tantum † requirit partis præsentiam, *l.2.* vbi Alexand. *l.* 14
si creditores. C. de pactis, vbi *Angel.* reputat hoc valde notandum. Et *Salicet.* ibi dicit, quòd etiam antea quàm absens sciat, non habet locum pœnitentia ex parte sic paciscentis; tradit latè Andr. ab Exea *in lib. pactorum, num. 467. pag.264.* & tradunt Bartol. Ias. *num.3. in eadem lege*, Iaso *in l.2. C. de pactis*, Cæpol. *cautela 258.* Gom. Arias *in l.58. Taur. num.21.* facit Glos. *in d.l. postquam liti, C. de pact.* quæ vult, quòd in † renuntiatione non requi- 15
ratur partis præsentia quod vltimum disputat *ibi* Bart. Alex. & Dec. *n.24.* de quo etiam *ibi* per Ias. *n.1.* & lege quæ scribo *supra q.36.* Et potest † quis vno electo, ad 16
alterius electionem procedere non acceptata priori electione; *l. qui absentes. ff. de acquir. possess. l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. solut. matrim.* tradit Olasc. *decis. Pedemont.131. n.6.*

Quartò confessio non acceptata † non præiudicat, se- 17
cundùm Cyn. & Salicet. *in l. generaliter, q.8. C. de non numerat pecu.* cum *concordan.* vt per Alexan. *in cons.20. In causa appellationis, lib.4.* & *cons.82. num.3. eodem lib.* Dec. *in cons.310. n.6.* Robert. à Marant. *de ordine iudic. par.6. vers. confessio, n.2. & 12. folio 202.* Purpurat. *in l. edita, n.149 C. de edendo*, Alciat. *regul.3. præsumpt.21.* Hippolyt. *in rubric. de probat. n.90.* latè Gregor. Lopez, *in l.2. in glos.1 tit.13. par.3.* per illum textum, qui hoc clarè probat; & idem probat *l.4. & 7. eod. tit.13.* tradit Alex. *in cons.131. n.7. lib.4.* & *in cons.174. n.1. cum seq.* & *in cons.212. n.3. lib.6.* Petra *in tract. de fideicom. q.13. num.219. pag.490.*

Quintò, facit tex. *in l. si ego, ff. de iure dot.* & *in l. si ego, ff. si cert. pet.* & vtrobique Doctores.

Sextò, † priuilegium non acceptatum reuocari potest 18
in casibus, in quibus est reuocabile, secundùm Bartol. *in l. beneficium, num.4. ff. de const. Prin.* notatur per Aretin. & Felin. *n.8. in c. nouit, de iudi.* Carol. Ruin. *in cons. 133. num.5. lib.1.* & *cons.102. n.8. lib.3.* & *in cons.200. num.15. lib.2.* vbi tradit, quod priuilegium † non prodest 19
priuilegiato ante eius notitiam. Fran. *in c.1. §. ex parte, num.3.*

num.3.de conceſſione prabend.lib.6. vbi tradit hoc fallere, niſi quis impetraſſet per ſe, vel procuratorem; & quòd non † nocet reuocatio priuilegij, donec quis fuerit certificatus de reuocatione. Sic notanter Carol. Ruin.*in conſ.*200.*n.*16.*lib.*2. tradit, quòd priuilegium ciuilitatis † non prodeſt ante acceptationem ad excludendum fœminam monacham à ſucceſſione, quæ non extantibus maſculis ciuibus,ei debetur.

Et quòd priuilegium & gratia non acquiratur † abſenti abſque acceptatione, vel ſaltem à tempore ſcientiæ,probatur *in cap.*2. *de prabend.in* 6.& *in l.fin. C.de Conſulibus,lib.*12. & volunt DD. quos citat Anton.Peregr.*in tractatu de iure fiſci,lib.*5. *num.*16. *pag.*308. & *lib.*1.*num.*20.*pag.*38.Et quòd priuilegium † non profit priuilegiato ante eius notitiam, probatur *in d.cap.*1.§. *ex parte,*& *in cap.ſi tibi abſenti,de prabend.in* 6.& *in l. vltim.C.de Conſulibus lib.*12.& volunt Iaſo *in l.beneficium,num.*48.*ff.de conſtit.Princip.* Epiſcop.Couar.*reſol. lib.*3.*cap.*16.*num.*3. quem & alios citat Menoch. *caſu* 185.*lib.*2.*d.num.*31.*pag.*361.Sufficit autem † quòd priuilegium tranſeat in notitiam priuilegiati:licet id ignoret ille contra quem conceditur, *cap.*1.§.*dicebatur,de prabend.in* 6. notat Quintil.Mandoſ. *de ſignatura gratia,in indulto recipiendi fructus in abſentia, folio* 117. *colum.*1.de quo lege Tiraquel.*in tractatu de nobilitate, cap.*6.*num.*34.*pag.*73.Menoch.*in conſ.*331.*num.*99.*lib.* 4.vbi reſolvit,quòd ex priuilegio Principis, ſtatim habita notitia,† acquiritur ius;ex Alexand.& aliis *in l.qui abſenti,ff.de acquir poſſeſſione,* Felin.*in cap.*2.*num.*7.*de conſtitut.*

Septimò, licèt electio ad aliquod officium ius etiam † in abſentia acquiratur,*l.Labeo,*vbi notatur,*ff.de iureiurando,l.Publius Mœuius,ff.de condit.& demonſtration.* ante acceptationem tamen poteſt † talis electio reuocari,& illi non eſt ius quæſitum plenum,& irreuocabile,ſecundùm Bart.Angel.& Imolam *in d.l. qui abſenti, ff.de acquir.poſſeſſ.*eundem Angel.*in lex eo,ff.de teſtam. militis,* Barthol. Socin. *in conſ.*25.*num.*17.*lib.*1. vbi ex hoc & aliis clarè ſentit, quòd pater † poteſt prælegare emphyteuſim acceptam *pro ſe, & filiis,* vni filiorum, ſi alij non acceptauerint.Et Bart.*in l.ſi final.C.de ſent.paſſis,* citat Ioan. Guttierrez & alia plura ad propoſitum *alleg.* 3.*num.*8.*cum ſeqq.* poſt Molinam *lib.*2. *de primogeniis, cap.*7. *num.*68.*folio* 278. Et qualiter & quomodo electo acquiratur ius ante confirmationem,† meliùs tradit Petra *in tractatu de fideicommiſ.quæſt.*12.*num.*211,*cum ſeqq.pag.*367.Ad quod facit dictum Pinelli *in l.*1.*par.* 3*num.*98.*folio* 134.*C.de bonis matern. verſ.inde ſequitur,* vbi inquit; quòd ſi filius tempore conceſſionis alicuius rei in emphyteuſim datæ pro accipiente,& filiis acceptauerit emphyteuſim & contractum, † non poteſt accipiens etiam cùm conſenſu domini directi renuntiare talem emphyteuſim;monetur ex *l.perfecta, C. de donation. quæ ſub modo*; & ex limitationibus ad Bartolum *in l.qui Romæ,* §. *Flauius, ff.de verborum obligationibus.*

Octauò, priuilegium conceſſum ita demum habet effectum,† ſi appareat acceptatum,*l.emancipata,C.qui admitti,l.nonnunquam,in pri. c.p.l qui in poteſtate,* §.*ſi ſolus,ff.de legat.præſtan.* per quæ iura tenuit Salicetus *in l.*1.*num.*6.*folio* 195.*C.de adulter.* quod ſi ſtatuto cauetur, quòd aliquo defuncto abinteſtato, filij maſculi ei ſuccedant in totum,filiabus excluſis;quæ dotari debeant arbitrio duorum proximorum:euenit caſus,quòd defuncta matre ſuperextant filius & filia, & antea quam filia nuberet,deceſſit filius vna filia ſuperſtite;cum qua in tota hæreditate vult ſuccedere eius amita defuncti filia,quòd ſi hæreditas non erat adita per filium,nec filio erat ius quæſitum, † non tranſmittit ius ad filiam; quod pluribus rationibus fundat; & ſequitur Bartol. *in conſ.*16. *num.*9. *lib.*1. Sed hoc dictum *Saliceti* non eſt tutum,quia contrarium eius quod tenet Salicetus, vult Cin.*in d.l.*1.& alij,vt per Iaſonem *in l.ſi arrogator,num.* 20.*cum aliis,* licet non determinet,*ff.de adoption.* Alex. *in conſ.*20. *lib.*1. & alij, quos refert ibi Gloſ. Pariſ. Ex quorum Authorum numero conſtat,quòd iſta eſt communior opinio. Et idem quod Cynus tenet Chaſſan. *in Conſuetud.Burgun.rubric.*7. *de ſucceſſione,folio* 279.*col.* 1.*n.*6. *cum aliis.*

Et qualiter priuilegium requirat acceptationem,† tradit vltra prædictos Felinus *in cap.*2.*num.* 12. *de conſtit.* Tiraquel. *in tractatu de primogenitura, cap.*6. *num.*34. *pag.*73.vbi reſoluit,quòd priuilegium ignoranti acquiritur ratificatione ſecuta. Et quòd priuilegium datum ratione officij acquiratur abſque ſcientia illius priuilegij,eo ipſo † quod quis acceptat officium,tradit Iacob. Puteus *deciſ.*19.*lib* 2. Et quòd obligatio naturalis † teneat etiam abſque acceptatione,tradit Guillelmus Pontanus *in rubrica, de verborum obligationibus,num.*23. quem citat Cephalus *in conſ.* 492. *num.* 22. *lib.* 4. Et quòd omnis conceſſio † habeat conditionem, ſi ille, in cuius fauorem fuit facta conceſſio, ea vti velit, tradit *deciſio* Rotæ *in antiquis* 422.quam citat Iacob.Puteus, *deciſ.*353.*num.*3.*part.*2.Et an vbicunque quis ſit exemptus, † vel Capellanus, acquiratur ius & effectus gratiæ etiam antea quam perueniat ad notitiam illius, tradunt Franc.*in cap.ſtatutum, de prabend. in* 6. Felin. *in cap.in noſtra,*& *in cap. caterum, de reſcript.* & alij, vt per Maſcardum *in tractatu probationum, tib.*1. *concluſ.* 517. *num.*22.*folio* 192. Et duo priuilegia eiuſdem rei duabus perſonis, ſi concedantur, † an præferatur ille, qui prius expedinit priuilegium, alteri, cui prius conceſſum fuit, tradit Lucas de Penna *in l. prædia, C. de prædiis Decurion.lib.*11.Thom.Grammaticus *conſilio* 6. *num.*3.ad id legendi. Quibus addenda ſunt quæ de expeditione literarum † gratiæ ſcribunt Oldrad. *conſilio* 324. & *conſ.*326.Bald. *in l.humanum, in fine,C. de legibus;*Felinus *in cap.eam tenin* 3.*colum.de reſcript.* Gomezius,qui materiam declarat,*in regula,ac non indic. contra formam ſupplica q.*1 *pag.*277.

Nonò facit in ſimili;quod tradunt Abbas & alij *in cap.gratum,de officio Delegat.*& Gloſſ.*in d.cap.cum veniſſet,de eo qui mittit in poſſ.rei ſeruand.cauſ.* vbi dicunt; quod licet regulariter ille,qui facit aliquem actum coram inferiore,à quo appellauit,videatur appellationi renuntiare; hoc intelligitur † quando ille actus fuit per aduerſam partem acceptatus; notat Romanus *ſingular.* 151. & alij,quos refert Ioann. Lopius *in repetitione d. cap.per veſtras,de donat. inter virum & uxorem, colum.* 403.hodie 4.*notab. num.*41.*pag.*514. cui adde Philippum Franc.*in cap.ſolitudinem, num.*12. *de appellation.* Decium *in c.gratum,n.*4.*in verſ.tertio limitatur, folio* 114.*de offic. Deleg.*Felin.*in c.Capitulum Sanctæ Crucis, n.*8.*fol.*152.*de reſcript.*

Decimò,† in fideicommiſſarium non tranſit ipſo iure hæreditas, niſi fideicommiſſario volente, vt tenent Doctores,præcipuè Socinus *n.*5.*notab.*2.& Ripa *n.*6.*in l.*1.§.*de illo,*aliàs *in* §.*ſed quoties,ff.ad Tebell.*Ceph.*in conſ.*318.*n.*94.*lib.*3.

Vndecimò, beneficium abſenti collatum, ante ratificationem,ſeu acceptationem,† non dicitur ſuum;*cap.ſi tibi abſenti,*vbi Doctores, *de prabend.in* 6. *cap.gratia, de reſcript.eodem lib.*cum *concordantibus,*vt per Quintil. Mandoſ.*regul.*6.*reſeruatio is,quæſt.*5.*num.*6.*folio* 36.ad quem addo Rebuf.*in praxi benef.in verbo bona bonorum num.*47.*pag.*37.Ex quibus conſtat, quanti noſtræ leges faciant acceptationem in omnibus actibus, qui geruntur.

Pro contraria parte aliqua vrgent fundamenta.Primò facit, quia omne lucrum delatum per legem extra hæreditatem, † transfertur abſque aliqua agnatione, ſecundùm *Alexand.*contra Angelum,ibi, *in l.ſi vir.ff. ad l.Falcid.* cum *concordan.* quæ refero *in quæſt.*24.*ſupra hac prima parte, num.*90. ad quæ addo Alexandrum *in conſ.*150. *Viſo themate, num.*7. *lib.*2. & Bartholomæum Socinum *in conſ.* 153. *lib.* 2. Petrum Barboſam *in l.ſi conſtante,in princip. num.*135.*pag.*581. *ff.ſoluto matrimonio,tomo* 2.Tiraquel. *in tractatu de primog.quæſt.*40. *num.*81.

*num.*81.*pag.*183. & iterum *n.*125.*pag.*292. Quod confirmo,quia tacita donatio inducta per legem, † non requirit acceptationẽ,*l.*2.*C.de pact.*§.*final.*cum *l.ſeq.ff.de negot.geſt.* vbi Bal. *n.*2. Dec.*in l.cum quid,lect.*2.*n.*52.*ff. ſi cert.pet.*cum *concor.* vt per eundem Pet.Barboſ.*in l.ſi cum dotem* 23.*nu.*20.*pag.*404.*tom.*1.*ff.ſolut.matrim.* & tradit Andr.Gail.*obſeruat.lib.*2.*obſeruat.*131.*n.*13.*pag.* 247. Et facit ſimile, quod ius † ad rem acquiritur per collationem nondum acceptatam,vt reſoluitur *in cap.ſi tibi abſenti,de prabend.in* 6. notat Gomez. *in regul.de non tollendo iure quæſito,pag. mihi* 70.*verſ. quinto modo.* Videtur igitur cum id ſit quoddam lucrum hæreditarium,quod transfertur, & competit filiis abſque aliqua acceptatione.

Secundò, pro iſta opinione facit quòd cùm *d.l.* 22. non addat aliquod requiſitum ex parte filiorum,ad hoc, † vt promiſſio de non meliorando, effectum ſuum ſortiatur,quod addere faciliter poterat; nos minimè addere debemus:*l.vnica,*§.*ad deficientis, C.de caduc.tollend.* & cum generaliter loquatur, & abſque aliqua diſtinctione & ſuppletione,generaliter eſt intelligenda, iuxta *iura vulgat.*Argumentum hoc fortificatur,quia *l.*17. & 44.*Taur.*quæ tractant de reuocatione maioratus,aut meliorationis;tunc prohibent reuocationem maioratus, aut meliorationis, quando parentes tradunt filio poſſeſſionem rerum maioratus, vel meliorationis,vel contractus fiunt cum aliquo Tertio ob cauſam oneroſam. Vnde apparet, † quòd ſi ad hoc, vt locum ſibi vendicet diſpoſitio *d.l.* 22. eſſet neceſſaria filiorum acceptatio,hæc lex expreſſiſſet.Et non abſque ratione procedit iſta differentia inter caſus *prædict.legum* 17.& 44.& *d. l.*22.quia in caſu *d.l.*17.& 44.agitur de præiudicio aliorum filiorum, quibus legitima aufertur, aut ex magna parte diminuitur per conſectionem maioratus, aut meliorationis:qua de cauſa eſt neceſſaria traditio poſſeſſionis,quia ex traditione arguitur magis parentum voluntas:& vbi melioratio,vel maioratus ſit ob ſpecialem fauorem alicuius Terrij,iam agitur de præiudicio alterius à filio, & ideò in his duobus caſibus non eſt licita reuocatio,nec pœnitentia.In caſu autem *d.l.*22. agitur de reducendo filios ad æqualitatem,quod eſt fauorabile, *l. vt liberis,C.de collat.l.*4.*in verſ.* Eſto porque ſe guarde igualdad entre ellos, *tit.*15.*p.*4. quod ego latè confirmo *in q.*3.*ſuprà, hac* 1.*p.à n.*34. Cum ergo hoc ſit fauorabilius,& æquius,& omnibus filiis conducibilius,qui ex eodem ſanguine procedunt,nil mirum ſi in caſu *a.l.*22. non ſit neceſſaria acceptatio, & in caſu *dict.legum* 17. & 44. ea interuenire debeat.

Ex hac ratione differentiæ etiam conſtat (vt obiter hoc dicam) quod conſtitutio maioratuum, vbi agitur de auferenda filiis legitima propter conſtitutionem † talium maioratuum,eſt res odioſa. Poſtquam autem tales maioratus ſunt conſtituti,& ab antiquo proueniunt, dicuntur fauorabiles,de quo latius tracto *in q.*3.*ſupra, hac parte à n.*52.Igitur cum dicta lex nullum exprimat hominis miniſterium ad hoc, vt beneficium per eandem acquiſitum filiis deferatur,videtur non eſſe neceſſaria acceptatio. Nam vbicunque beneficium defertur ſine facto hominis† tunc non eſt neceſſaria acceptatio, *l.cum pater,*§.*ſurdo ff.de legat.*2.*l.vlt.*§.*tali,C.de curat. furioſi,l.apud hoſtes,C.de ſuis & legitim.hæred.* notat Bartholi.Socin.*in d.conſ.*153.*n.*14.*lib.*2.Et per hoc confirmo notabilem in noſtra materia doctrinam Ioan.Fab. *in* §.*ſi quis rem ſuam,n.*12. *Inſtit.de legat.* vbi reſoluit; quòd diſpenſatio acquiritur ignoranti:quam doctrinam refero ad aliud,*in* 4.*p.q.*11.*n.*7.

Ex quibus confirmatur etiam, quod ad propoſitum legum & conſuetudinum Hiſpaniæ, quæ concedunt mulieribus medietatem bonorum conſtante matrimonio acquiſitorum,ſcribit Rebuf.*tom.*2.*ad conſtit.Regias tit.de donat.inſinuat.art.*1.*glo.*1.*n.*33.*pag.*373. dicens, quòd dum vxor lucratur medietatem bonorum acquiſitorum conſtante matrimonio,† non requiritur inſinuatio, quia ipſo iure acquiritur vi conſuetudinis; ſecus ſi maritus donaret vxori inter viuos dimidiam partem conquæſtuum, quia in iſto caſu eſt neceſſaria inſinuatio:quod maximè aduertendum eſt.

Tertiò,cum iſta opinio ſit benignior & faueat æqualitati,quæ inter filios natura ipſa petit quòd obſeruetur à parentibus (vt ſupra dictum fuit,)in dubio obſeruanda eſt,quia in dubiis benignior † interpretatio ſunt ẽda eſt,atque ſeruanda:*l.ea quæ,*§.*in re dubia ff.de regulis* faciunt quæ latiſſimè ſcribo *ſupra,q.*3.Et prædicta confirmantur ex doctrina Bart.*in l.certi,*§.*ſi quis abſente,n.*3.*ff. de confeſſ.* vbi vult, quòd ſufficit quòd quis dicat extraiudicialiter & in abſentia partis ſe eſſe hæredem alicuius, † vt probetur illum eſſe hæredem: & idem volunt Bald.*in l.generaliter,n.*16.*C.de non numerata pecun.*Matt. ab Afflict.*deciſ.*175.*n.*4.Marant. *de ordine iudic. in* 6. *p.*§.*quintus actus,n.*17.Roland.*in conſ.*82.*m.*38.*lib.*2.& alij,quos citat Aymo *in tract. de antiq.* 41 *particula prima partis principalis, n.*46. Menoch.*in tract.de præſumpt. lib.*2.*præſumpt* 45.*n.*9.*pag.*158.qui tradunt,† quòd ratificationes poſſint fieri in abſentia,ad quod plures Doctores refert Natta *in conſ.* 101. *n.*6. Et quando valeat donatio facta abſenti in vim fideicommiſſi, tradunt † Bart. *in l.tam is,ff.de don.cauſmor* Guillel.Bened.*in c. Raynutius de teſtam.in verb.Clarum,n.*55.*fol.*47. Rursùs quando alicui competit ius, quod intra certum tempus acceptare, vel exercere debet, ſi permittit illud tempus labi, † videtur non acceptando illi renuntiare, vt probatur *in l.ſi ea,C.qui accuſare non poſſ.*2.*C.in quib.cauſſis in integrum reſtit.* Gloſ. Bart. & Angel.*in l.ſi ego,ff. de negotiis geſtis,* & tradit Menoch. *in conſ.*201. *n.*114. Et qualiter hæres poſſit † acceptare donationem factam defuncto,tradunt Rubeus *in conſ.*152.*in fine,* Chaſſan. *in conſ.*7.quos citat Tiraq.*in tract.de Conſtit.p.*3.*alimit.* 30.*n.*73.*fol.*173.

QVÆSTIO LXIX.

An lex 44. Tauri procedat in extraneis ſicut in parentibus.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtionis definitio.*
2 *Contractus donationis interueniente conſenſu, etiam abſque traditione, perfectus remanet, olim ſtipulatione interueniente, & quando,* n. 3.
4 *Patronatus cum onere Miſſarum, aut alio quouis, acceptatus, an ſit irreuocabilis; poſſeſſione non tradita,* & n. 6.
5 *Legem extendere noſtrum non eſt.*
7 Lex 44. Tauri, *an procedat in patre naturali.*
8 *In his quæ ſunt iuris naturalis,* parentum *appellatione, veniunt naturales.*

SExageſimonouò quæro, in *lex.* 44. *Taurina*, quæ permittit reuocationem maioratus, niſi in caſibus, *in d. l.* contentis, hodie *l.* 4. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopilat.* procedere non ſolùm in parentibus facientibus maioratus, ſed in aliis quibuſlibet extraneis conſtituentibus maioratus in fauorem conſanguineorum, & aliorum extraneorum? Quæſtio eſt à nemine tacta; ſed eam paucis verbis expediam. Et mihi videtur,† quòd licèt dicta lex generaliter loquatur, & abſque diſtinctione, & ideò generaliter ſit interligenda, quamuis ſit maior, vel diuerſa ratio in vno caſu, quàm in aliis, *l.* 1. §. *generaliter, ff. de legat. præſtan. l.* 1. §. *& eſt relatum, ff. de aleæ luſu, & aleato.* cum *vulgar.* ego ſuſpicor illam legem minimè procedere in extraneis facientibus maioratum cum titulo donationis inter viuos: nam licèt non tradant res in
2 maioratu, aut donatione comprehenſas, donatio eſt irreuocabilis; dummodo acceptatio interueniat; quia † contractus donationis interueniente conſenſu, etiam abſque traditione, remanet perfectus: olim interueniente ſtipulatione, § *perficiuntur, Inſtitut. de donat.* hodie pacto nudo: *l. ſi quis argentum.* § *ultim. C. de donat.* eſt irreuocabilis, *l. perfecta, C. de donat. quæ ſub modo,* notat Socin. *in conſ.* 53. *num.* 20. *lib.* 4. Quæ concluſio maximè
3 vera erit,† vbicunque maioratus, vel melioratio facta fuit ob contractum oneroſum matrimonij, quia in tali caſu maioratus, & melioratio erit irreuocabilis, etiam abſque traditione vera, vel ficta, ex regula *l. ſicut ab initio, C. de action. & obligatio. l.* 1. § *ait prator, ff. de pact.* cum *concord.* ad quod faciunt ſcripta per Baldum *in l. eam à ſocero, colum.* 4. *verſ. ſed quando, nume.* 7. *C. de iure doti.* Alexand. *conſ.* 204 *num.* 4. *lib.* 7. Menoch. *in conſilio* 92. *numero* 77. *libro* 1. Burgos de Paz *in conſilio* 26. *numero* 10. & 13. pro qua ſententia faciunt quæ ſcripſi & retuli *ſupra in hac prima parte quæſt.* 22. *a num.* 44. *cum ſequentibus.*

Et circa præſentem quæſtionem etiam lectores animaduerto, quod licet regulariter ea, quæ cauentur in maioratibus in ſucceſſione iurium patronatuum, in quibus filij maiores vocantur, & aliæ clauſulæ continentur vt latius ſcripſi *in principio iſtius primæ partis, à num.* 67. tenendum omnino eſt, quòd ſi quis ex titulo donationis faciat, & fundet in alicuius fauorem aliquem patronatum cum onere Miſſarum, & Anniuerſarij, vel alio ſimili onere, & donatarius acceptet talem
4 donationem,† erit irreuocabilis talis donatio, licèt non ſit tradita poſſeſſio, nec concurrant quæ habentur *in dict. l.* 44. Cuius legis diſpoſitio eſt exorbitans, & non
5 eſt extrahenda à cauſa maioratus, in qua loquitur; & † non eſt noſtrum leges extendere: *l. quod conſtitutum, ff. de teſtament. milit. l. ſi ſeruum,* § *non dixit prator, ff. de acquirenda hæreditate. l.* 4. § *rotier, ff. de damno infecto. l. ita autem, in principio,* & ibi Bart. *ff. de adminiſtra. tutor.* cum *mille ſimilibus*, vt per Tiraquellum *in l. ſi vnquam, C. de reuocand. donat. in verb. libertis, num.* 2. *cum ſequentibus, pagina* 83. Et in hoc ſeruandæ ſunt † regulæ iuris communis, & Regij, & Doctorum reſolutiones, quæ tractant de reuocatione donationum, quæ fiunt inter viuos. 6

Dubium etiam eſt, an *dicta l.* 44 poſito quòd loquatur in parentibus, & *l.* 17. *Taurina*, hodie *l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopilat.* † procedat in patre naturali, ſicut legitimo, 7
† quia in his, quæ ſunt iuris naturalis, *parentum* appellatione veniunt naturales, *l.* 4. vbi Iacob. & alij. *ff. de in ius vocand.* & Iaſo *in* § *prator ait, num.* 10. *fol.* 101. *l.* 3. *ff. de libera. cauſ.* tradit Bartol. *in l. pronuntiatio,* § 1. *ff. de verbor ſignificat.* Alciatus, *in l. cum quidam,* §. *quod dicitur ff. de acquir. hæred.* cum *concord.* vt per Iaſon. *in* §. *pœnales, n.* 59. *Inſtit de act.* Tiraq. *lib.* 1. *de retract.* §. 1. *gloſ.* 8. *n.* 5. *pag.* 113. in contrarium facit *l. libera, C. de ſuis & legitimis hæredib.* & quæ ſcribit Rebuf. *in l. appellatione parentis* 51. *pag.* 370 *ff. de verb. ſignific.* poſt Alexandr. & Vincentium Herculanum *in l. ex facto,* §. 1. *ff. ad Trebellianum:* quod fulcitur ex *l.* 17. *Taurina*, hodie *l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopil.* quæ loquitur in filiis ex inſtis nuptiis procreatis, & eſt eadem met diſpoſitio *d. l.* 44. ſolummodo differunt, quòd vna lex loquitur in melioratione facta filiis legitimis, alia lex loquitur in maioratu facto filiis etiam legitimis.

QVÆSTIO LXX.

Lex 17. *Tauri an procedat, cum pater, vel mater ſimpliciter aliquid filio donant, non declarantes quòd Tertij & Quinti meliorationem faciant.*

SVMMARIVM.

1 *Deciſio quæſtionis,* & num. 3.
2 *A pari potentia par effectus producitur.*

SEptuageſimo quæro, an *l.* 17. *Taurina*, in qua ſanctum eſt, quòd pater poſſit reuocare meliorationem Tertij & Quinti, procedat vbicumque pater, vel mater, donant aliquid filio, nec declarant, quòd faciunt meliorationem Tertij, & Quinti, ſed ſimpliciter donant. In qua quæſtione, quæ ab aliis tacta non eſt, † concludo, quod cum talis donatio habeat vim meliorationis Tertij & Quinti, iuxta *l.* 26. *Taurinam*, in omnibus debet eſſe eiuſdem naturæ, cuius eſt melioratio Tertij & Quintinam à pari potentia, † par effectus procedit, *l. ſi ſocer à genero, in principio*, & *ibi* Gloſ. *ff. ſoluto matrimonio, l. de quibus, in fin.* vbi Angel. declarat, *notab.* 6. *ff. de legibus, l. ſi de eo,* §. *ultim.* vbi Gloſ. & Paulus, & DD. *ff. de acquirenda poſſeſſione*, & declarat rectè Euerard. *in centum locis*, *loco* 43. *pag.* 329. & hoc veriſſimum credo. 1 2

Ex qua reſolutione infertur, † quòd in omnibus caſibus virtualiter contentis *in d. l.* 17. *Taurina*, licet parentibus reuocare talem donationem: & è conuerſo, talis donatio erit reuocabilis in caſibus per *dictam legem* expreſſis, aut irreuocabilis, iuxta ea, quæ tractata & diſcuſſa ſunt *in tota hac prima parte*, præcipuè *quæſtione* 22. 3

QVÆST.

QVÆSTIO LXXI.

An liceat patri grauare ſubſtitutum in exemplari ſubſtitutione.

SVMMARIVM.

1 *Pater exemplarem ſubſtitutionem faciens, an poſſit grauare ſubſtitutum cum onere reſtitutionis,* & n. 2. 3. 5. & 20. *Authoris opinio,* à n. 22.
4 *Soror vterina in hoc caſu an ſubſtituenda ſit prius quàm filius ſororis.*
6 *Qui ex legis, vel teſtatoris diſpoſitione tenetur aliquem eligere, non poteſt eum eligendo grauare.*
7 *Res iudicatur propria illius qui dedit poteſtatem eligendi, & non illius qui eligit.*
8 *Vocati ad fideicommiſſum ex coniecturata mente teſtatoris, non capiunt iure decedentis ſub conditione, ſed proprio, ex perſona teſtantis.*
9 *Nominatio ad emphyteuſim, potius electio neceſſaria, quàm nominatio iudicatur.*
10 *Pater relinquens emphyteuſim vni ex filiis, an poſſit eum in aliquo grauare.*
11 *Rex an poſſit grauare Monaſterium quod non fundauit.*
12 *An valeat pactum à patre initum, ne filia habeat dimidium lucrorum conſtante matrimonio inter eam & maritum.*
13 *Habens poteſtatem nominandi non poteſt adiicere conditiones, aut grauamina.*
14 *Bona prohibita alienari extra familiam, ſi vni de familia relinquantur, non imputantur ei in falcidiam ſibi debitam in bonis relinquentis.*
15 *Acquiſita ex ſubſtitutione pupillari qualiter in legitimam non imputentur.*
16 *Examinatur doctrina quædam* Burg. de Paz, *an habens facultatem nominandi ad maioratum, poſſit nominatum grauare, vt matrimonium certo modo & forma contrahat.*
17 *Virtute* legis 31. Tauri, *non poteſt commiſſarius meliorare aliquem ex filiis, nec facere ſubſtitutionem aliquam, niſi id expreſsè in commiſſione concedatur,* & n. 18.
19 *Mater qua filiis ex forma ſtatuti relinquere tenetur tres partes bonorum ſuorum, non poteſt in eis aliquod onus fideicommiſſi imponere.*
21 *Eccleſia, aut alia perſona, in quam poſt certum tempus donatio collata eſt; ſi ex alterius promiſſione commodum habeat, an poſſint talem donationem in fauorem Eccleſiæ factam reuocare.*
23 *Exemplaris ſubſtitutio pupillari æquiparatur,* & n. 24. & 32.
25 *Et an valeat argumentum de vna ad aliam.*
26 *Et qualiter differant iſtæ ſubſtitutiones,* & num. 27. 34. & 35.
28 *Et qualiter cognoſcantur.*
29 *In ſubſtitutione pupillari pater poteſt ſubſtitutum grauare, & fideicommiſſum facere.*
30 *Et auferre bona tali ſubſtituto aliam ſubſtituendo.* & num. 37.
31 *Quid ſi exhæredat filium pupillum minorem quatuordecim annorum, & ei ſubſtitutum dat.*
33 *In caſibus non determinatis fandat mihi habet intentionem qui habet regulam pro ſe.*
36 *Teſtamentum patris facientis pupillarem, vel exemplarem ſubſtitutionem, teſtamentum filij dicitur.*
38 *Honorati grauari poſſunt,* & n. 42. & 44.
39 *Filius primogenitus per patrem grauari poteſt.*
40 *Filij poſiti in conditione an cenſeantur ſubſtituti, quando onus reſtitutionis eis eſt iniunctum.*
41 *Pater non tenetur teſtari pro filio, aut ſubſtitutionem exemplarem facere.*
43 *Liberalitas eſt, aliquid alicui conferre.*
45 *Legari aliquid alicui, & eidem non adimi, cum poſſit, paria ſunt.*
46 *Et eligi, aut ab eo non adimi,* n. 46. & 51.
47 *Præſentatio facta per patronum, donatio dicitur,* & num. 50.
48 *Liberalitatem dicitur exercere, qui dare non cogitur,* & num. 87.
49 *Liberalitas dicitur donatio facta à parentibus, aut aliis, quibus donatarius ab inteſtato ſucceſſurus erat,* & n. 60. & 90. *Contraria opinio,* n. 61.
52 *Eligens poteſt in bonis, pro quibus eligit, grauare electum, ad fauorem illorum, quos potuiſſet eligere.*
53 *Pater remittens filio vſumfructum bonorum, dicitur conferre in eum donationem.*
54 *Qui tenetur alium nominare per diſpoſitionem teſtatoris, eum grauare non poteſt: ſecus ſi in morte obligatus, erat nominare, & nominauit in vita.*
55 *Neceſſitas cauſatiua operatur, vt non cenſeatur quis liberalitatem exercere.*
57 *Officiales electi à populo, ſi per dominum confirmentur, cenſentur dati à domino, qui eos poterat expellere.*
58 *Ante* legem Taur. 27. *an liceret patri in melioratione Tertij apponere conditiones, & vocationes, & facere maioratum.*
59 *Filiæ videntur habere bona emphyteutica à patre, cum eas inſtituit.*
62 *Subſtitutus poteſt grauari, quamuis filius furioſi non poſſit grauari in legitima per patrem debita.*
63 *Eo, cui legitima debetur, repudiante, an tranſeat grauamen cum legitima ad ſubſtitutum, ſine cohæredem.*
64 *Quod per legem ſuppletur, non dicitur relictum à matre.*
65 *Eligens poteſt in bonis, in quibus eligit, grauare electum ad fauorem illorum, quos poterat eligere.*
66 *Grauatus hæres inſtituens, aut ſubſtituens fideicommiſſarium hæredem, non dicitur de nouo dare, ſed teſtatoris grauantis exequi voluntatem.*
67 *Electio & nominatio dependet ab eo, qui iuſſit nominare. Nec liberalitatem exercet qui ſic eligit,* n. 73.
68 *Lex* 27. *Tauri explicatur,* & num. 69. & ampliatur, num. 106.
70 *Opinio quæ fauet vnitati maioratus, in dubio eſt eligenda.*
71 *Intellectus ad text.* in l. vnam ex familia, §. ſed etſi fundum, ff. de leg. 2.
72 *Pater ſemper intelligitur capere bonum conſilium pro filiis.*
74 *Intellectus ad text.* in l. humanitatis, C. de impub. & num. 86. 98. 99. & 100.
75 *Commodum ſi quis conſequitur ex teſtatoris iudicio, grauari poteſt,* & n. 70.
76 *Filia conſentiens grauamen in dote ſibi debita appoſitum, an ſibi præiudicet.*
77 *Quod ex prouidentia hominis acquiritur, an dicatur acquiri ex prouiſione legis.*
78 *Pater inuitus non tenetur relinquere Tertium alicui ex filiis.*
79 *Tertium bonorum an ſit Legitima.*
81 *Hæredes ab inteſtato grauari poſſunt,* & num. 83. & quare, n. 82.
84 *Dans ex perſona alterius, ſi poterat non dare, ipſe dare videtur.*
85 *Iuſtitia commutatiua infringitur, cum ab aliquo auferuntur, aut ei non redditur, quod ſuum eſt.*
88 *Melioratio de parte bonorum an deferatur ex diſpoſitione legis.*
89 *Et talis donatio eſt prælegatum, & mera donatio.*
91 *Legitimatum poteſt pater grauare, & ei onus apponere.*
92 *Intellectus ad text.* in l. ſi arrogator. ff. de adoption.

93 *Ille dicitur relinquere, qui dat capiendi occasionem.*
94 *Intellectus ad tex.* in l. fœminæ, C. de secund. nupt. & *num.* 956.
96 *Pater testando pro filio furioso an possit nepotes substituros grauare.*
97 *Et an teneatur eos in re certa instituere: Authoris opinio,* n. 105.
101 *In Regia facultate si exprimatur, quod possit quis in filios vel nepotes maioratum instituere, non potest nepotes instituere, filiis relictis, & quare,* num. 102.
103 *Limitata causa concessionis, limitatur concessio.*
104 *Substitutio facta filio mente capto, qualiter comprehendat filiam sororis.*
107 *Pater habens vnicum filium, & ex eo nepotes, potest grauamen apponere.*
108 *Commissarius habens facultatem eligendi post mortem vnum ex familia ad maioratum, an possit grauare nominatum, vt det aliquod particulare interesse.*
109 *Et an vt in clypeo insignia eligentis deferat: Contraria sententia,* n. 110.
111 *Grauamen oneri iuncto commensurari debet.*
112 *Cessante commodo, grauamen pro rata cessare debet.*
113 *Dispositio excludens fœminas an sit pœnalis, aut exclusio à lucro.*
114 *Pater si accipiat rem in emphyteusim cum obligatione nominandi ad illam; filius nominatus an teneatur conferre cum fratribus quod pater in ea meliorauit.*

HVc etiam parti conuenit alia difficilis quæstio; scimus quòd ex dispositione *l.* 27. *Tauri*, hodie *l.* 11. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopil.* licet parentibus, qui filios in Tertio bonorum meliorare volunt, apponere onera restitutionis, & alia consimilia, quæ eisdem libuerint; vidi in facto circa eiusdem *legis* intellectum, & nostram materiam dubitari, an pater possit, dum facit substitutionem exemplarem in fauorem muti, furiosi, aut mente capti, † grauare substitutum onere restitutionis, & eidem iniungere alias conditiones? Quæ quæstio quotidie contingit, & vidi plura testamenta in quibus tales substituti grauantur onere restitutionis, & vinculi, & aliis oneribus.

Ratio & causa dubitandi oritur ex *l. humanitatis*, *C. de impub. & aliis & l.* 11. *tit.* 5. *part.* 6. quæ iura permittunt parentibus facere substitutionem exemplarem in fauorem filij furiosi, aut mentis inopis. Ad substitutionem † tamen istam non possunt omnes vocare, quos voluerint, sed in primis debent vocare filios, aut alios descendentes furiosi, aut mente capti, si eos habuerit, & in illorum defectum fratres ipsius furiosi, quibus deficientibus, extraneos possunt substituere, quemadmodum latius *in dictis legibus* cauetur. Forma † autem *prædictæ l. humanitatis*, est substantialis, & omissio eius in quacunque parte vitiat, secundum *Bart.* & alios *ibi* notat Moli. *lib.* 2. *de primog. c.* 11. *n.* 12. *fol.* 319. faciunt scripta per Sfort. Oddi *in tract. de substit. compend. p.* 4. *ver. quoad vltimum, n.* 1. *fol.* 20. *&* 21.

Et regula *illius legis* adeo procedit, quòd soror vterina † est substituenda prius, quam filius fratris, secundũ *Bart.* & alios *in l. ex facto, ff. de vulg.* vbi Rip. *n.* 88 communem dicit, & tradit latè Cephal. *in cons.* 423. *n.* 40. *cum seq. lib.* 3. & de materia *d. l. humanitatis*, plura singularia videre licet in Simon. de Pret. *lib.* 3. *de interpret. defunct. volunt. interpret.* 2. *dubit.* 1. *solut.* 7. *n.* 1. *cum seq. fol.* 256. Cephal. *in cons.* 689. *n.* 11. *libe* 5. Vnde cum pater istam electionem ex legis necessitate facere teneatur, prohibitum eidem videtur vinculum † & grauamen apponere: nam qui ex legis, vel testatoris dispositione tenetur aliquem eligere, † non potest eum eligendo grauare, *l. vnum ex familia, §. sed & si fundum ff. de leg.* 2. vbi Doctores, notant, & Peralt. *ibi* hanc regulam latè tradit *numero* 9. *pag.* 585. & pro concordanti inter alia refert text. *in l. plane, in* 2. *§. vltim. ff. de legat.* 1. *l. si seruo fideicommissaria: ff. de hared. instit. l. si arrogator, in* 2. *responso*, ibi: *Quia hoc non iudicio eius ad eum peruenit, sed principali prouidentia*: vbi hoc notat Ias. *n.* 34. *ff. de adopt.* quod recè resoluit Glo. Paris. *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 10. *fol.* 226. § Et res iudicatur † propria illius, qui dedit potestatem eligendi, & non illius, qui eligit, secundùm Felin. *in c. cum R. Canonicus, n.* 3. *de offic. Deleg.* Hieron. Torniel. *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. nu.* 62. Ioan. Bapt. Ferret. *in cons.* 119. *n.* 16. Phanuc. *de Inuentario, vers. hactenus, n.* 40. 8. *vol. Tract at num. fol.* 296. *col.* 4.

Et facit quod tradit idem *num.* 87. *fol.* 300. vbi tradit, quòd vocati ad fideicommissum ex coniecturata mente testatoris, † non capiunt iure decedentis sub conditione, sed iure proprio ex persona testantis, faciunt quæ notanter scribit Carolus Ruinus *in cons.* 115. *n.* 5. *cum seq. lib.* 2. Petr. Surd. *decis.* 292. *n.* 8. Et nominatio ad emphyteusim, † potius electio necessaria, quàm nominatio indicatur, vt in pulchro casu tradit Antonius Gama *decis.* 173. *num.* 2. per *d. l. vnum ex familia, §.* 1. *ff. de leg.* 2. Sed & idem Gama *decis.* 150. *num.* 3. scribit, quòd pater relinquendo emphyteusim vni ex filiis, † non potest eum aliquo onere grauare: & idem Gama *decision.* 196. *num.* 3. vbi additio Mennæ. Et per istam regulam tradit Rebuf. *in praxi beneficiali in regula, Quod quis intelligat idioma, num.* 27. *pag.* 582. quòd Rex † non potest grauare monasterium, quod non fundauit. Et confirmationem recipit, quod scribit Ioan. Lopius *in rubr. de donat. inter virum & vxorem, §.* 63. *n.* 1. *vers. idem dicendum*: vbi tradit, quòd pater paciscens, † ne filia habeat dimidium lucratorum constante matrimonio inter eam, & maritum, nihil agit, quod refert & confirmat Baeça *in lib. de decim. tutor. cap.* 15. *num.* 48. *fol.* 64. Et ille, qui habet potestatem nominandi, quia in tali nominatione est merus executor, † non potest adiicere conditiones, nec grauamina, vt eleganter probat Dec. *in cons.* 54. *n.* 7. *cum seq.*

Istis quadrat alia singularis conclusio in ista materia, quòd bona prohibita alienari extra familiam, & vt in familia relinquantur, si relinquantur vni de familia, † non imputantur ei in falcidiam sibi debitam in bonis relinquentis, *l. pater filium ff. ad l. falcidiam*, & volunt Alcia. *in l. an quartam, num.* 49. *ff. ad l. falcidiam*, Aymon. Cravet. *in cons.* 144. *col.* 1. quos citat Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, par.* 6. *num.* 77. *pag.* 165 *ff. ad Trebell.* vbi hoc disputat, & *ibi n.* 76. † tradit, qualiter acquisita ex substitutione pupillari non imputentur in legitimam.

Ex quibus non sine ratione dubitari potest de doctrina Burg. de Paz *in cons.* 20. *num.* 5. vbi tradit, quòd si quis habet facultatem nominandi aliquem ad maioratum, † potest ille, qui nominandi ius habet, grauare nominatum, vt certo modo & forma contrahat matrimonium: quod quotidie contingit: & confert ad ea quæ scribo *supr. q.* 50. *à n.* 13. Auget difficultatem text. *in l. cum pater, §. rogo, ff. de leg.* 2. cum *concordan.* vt per Roder. Suar. *in l. quoniam in prioribus, limitat.* 8. *pag.* 169. *C. de inofficios. testament.* nec minus conducit *l.* 31. *Tauri*, vbi † commissarius virtute potestatis eidem à testatore concessæ, non potest aliquem ex filiis meliorare, nec facere substitutionem vulgarem, pupillarem, aut exemplarem, nisi id expressè in commissione concedatur. Item istam sententiam in terminis *d. l. humanitatis, C. de impuber.* tenet *Socin. Iun.* aliis, & non dictis rationibus motus, *in cons.* 103. *num.* 20. *cum aliis, lib.* 1. In primis hoc probat, † quia in substitutione exemplari, si ille cui fit, filios habet, aut saltem fratres, aliquis ex eis est substituendus ex ordine *d. l. humanitatis*, & vbi hoc fit, licèt qui substitutitur vocetur per testatorem, dicitur tamen vocatus ex præcepto legis, ita vt tanquam vnus ex filiis, vel fratribus prædictis in casu suo dicatur ita habere à lege, vt ei à testatore volente facere exemplarem, non possit auferri.

Ex quo subsequenter secundùm eum sequitur, quòd tales personæ simpliciter, & absque onere debent substitui, sicut videmus in legitima, quæ ex præcepto legis filiis relinqui debet: illa enim simpliciter & absque onere

relinquenda est; *dict. l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testam.* Et ad hoc dicit etiam facere textum *in l. fœminæ*, innecta *authen. sequenti, C. de secund. nupt.* & *consil.* Ancharr. 112. vbi vult, quòd mater, † quæ filiis ex forma statuti relinquere tenetur tres partes bonorum suorum, non potest in eis aliquod onus fideicommissi imponere: ex quo illæ tres partes debentur ex præcepto legis; aliàs prouisio statuti esset illusoria: Et ad hoc *Socin.* scribit rationes, quæ ibi legi possunt: & hoc tradit idem Socin. *in l. cum filiofamilias, n.* 44. *ff. de legat.* 1.

Hanc etiam opinionem, quòd substitutus in exemplari substitutione grauari non possit, † tenet Decius *in cons.* 371. *num.* 5. *in fin.* quia fratres & sorores habent eo casu bona à lege, non à testatore: Roland. *cons.* 88. *num.* 66. *lib.* 4. Aymo *in l. cum filio, part.* 1. *num.* 175. *ff. de leg.* 1. Menochius *in cons.* 302. *num.* 12. *lib.* 4. qui legi debet in ista materia, & *in tractatu præsumptionum, lib.* 4. *præsumpt.* 49. *num.* 13. *fol.* 65. & legendus est *præsumpt.* 50. & idem disputat, & tenete videtur Carol. Ruin. *in cons.* 103. *num.* 13. *cum sequentib. lib.* 2. & confirmo per doctrinam Aretini *in l. apud Iulianum, §. si quis alicui, vers. fic. Ioan. de Imola: ff. de legat.* 1. vbi vult; quòd si Ecclesia, vel alia persona, in quam est collata donatio post certum tempus, habet commodum ex promissione alterius, & non reuocantis, † non potest reuocare donationem factam in fauorem Ecclesiæ, vel alterius personæ: & ita est limitanda doctrina Bart. *in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verbor. obligat.* tradit Anton. Gabr. *lib.* 3. *communium opinionum, tit. de donation. conclu.* 5. *num.* 3. *pag.* 200. & conducunt quæ ego scribo *supra, q.* 24. Et pro hac sententia faciunt plura quæ scribit Segura *in d. §. sed & si fundum, vers. secundò infero, fol.* 57. quam etiam sententiam tenere videtur expressè Ioannes Andreas *in c. si pater, de testamen. in* 6. & ibi expressius Costa *in verb. pupillares, num.* 20. *pag.* 414. qui ad hoc refert Aymo. & faciunt scripta per Cephal. *in cons.* 419. *n.* 28. *lib.* 3.

Ex quibus omnibus ista quæstio plana videtur: nihilominus tamen istorum opinio semper † mihi visa fuit dubitabilis propter sequentes rationes, & fundamenta.

Prima ratio est, quia substitutio exemplaris pupillari substitutioni † æquiparatur, & ideo vocatur *exemplaris*, quia est facta ad exemplum pupillaris substitutionis, quemadmodum cauetur in prædictis iuribus: & in *l. patris & filij, ff. de vulgar. & in l. ex facto, eodem titulo*, vbi Doctores præcipuè Ripa *num.* 53. *& in dict. l.* 11. *titu.* 5. *part.* 6. ibi; *E tal substitucion como esta es dicha exemplar, porque es fecha à semejança, e a exemplo de la pupilar*: tradit Franciscus Mantica *lib.* 5. *de coniecturata mente defuncti, titul.* 16. *num.* 1. *pag.* 194. notat post alios Episcopus Couarruuias *in c. Raynuntius, §.* 6. *de exemplari substit. num.* 21. *fol.* 107. vbi Guillelm. Benedict. *in verb. absque liberis, in* 2. *de exemplari substitutione, num.* 38. *fol.* 316. vbi vult, quòd quando inter has substitutiones non reperitur differentia, † est iudicandum de vna, prout de alia, maximè eadem stante ratione: & tradit Acosta *in dict. c. si pater, in principio, num.* 6. *pag.* 3. & Ripa *in dict. l. ex facto, num.* 10. tradit, † validum esse argumentum de pupillari substitutione ad exemplarem; & postea repetit *num.* 56. vbi dicit, quòd regulariter in omnibus conueniunt, & materiam latissimè tractat, cui addendus est Menochius *in tractatu præsumptionum; lib.* 4. *præsumpt.* 38. *num.* 23. *fol.* 50. *& præsumption* 36. *num.* 1. *& præsumption.* 41. *&* 42. Sforcia Oddi *in tract. compendiosa substitutionis, part.* 4. *vers. quoad nonam, num.* 1. *&* 2. *fol.* 21. Et decem & nouem differentias † inter pupillarem & exemplarem substitutionem colligit Corneus *in d. l. humanitatis C. de impub. col. final.* & tradit Hieronym. *in l. ex facto, ff. de vulgar.* & vnam notabilem addit Acosta *in dicap. si pater, de testament. in* 6. *in verbo, pupillares, numer.* 19. *pag.* 334.

Ex quibus venit, quòd exemplaris substitutio trahitur ad omnia bona pupilli, secundum Bartolum *in d. l. ex facto, num.* 34. tradunt Sforcia *vbi supra*; Mantica *de coniecturata mente defuncti, lib.* 5. *d. tit.* 16. *num.* 23. *fol.* 109. Et fulcitur argumentum, quia licèt Doctores in *præcitatis locis* tradant varias differentias † inter istas substitutiones, maximè *Ripa*, qui quatuordecim enumerat, & Corneus *in d. l. humanitatis*, congerit nouendecim, in hoc casu & quæstione, nullam ponunt differentiam, imo tacitè sentire videntur grauamen substitutis in isto casu apponi posse: & qualiter cognoscatur substitutio pupillaris, † & exemplaris? tradit latè Rolandus *in d. cons.* 66. *per totum, lib.* 4.

Quis autem ignorat, quòd licitum est patri in substitutione † pupillari grauare substitutum, & fideicommissum facere? *l. si fundum per fideicommissum, §. sicuti*, aliàs *l. si Titio, §. sicuti, ff. de legat.* 1. vbi Doctores: Bartolus, & omnes *in l. ex tribus, C. de inofficios. testament.* vbi latè Ias. *num.* 2. Sart. *in l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulgar.* Bald. *in l. cum virum, num.* 18. *C. de fideicommiss.* & alij, quos referunt Ias. *in prædictis locis.* Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus, limitat.* 1. *nu.* 15. *pag.* 112. *C. de inofficios. testamen.* Matheslan. *singula.* 165. D. Anton. de Padilla *in l. ab eo, num.* 13. *fol.* 145. *C. de fideicommiss.* Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, part.* 6. *num.* 8. *pag.* 155. *& num.* 77. *pag.* 165. iuncto *num.* 81. & priùs *num.* 71. *ff. ad Trebellianum*, & in *dicto num.* 71. tradit quòd dicitur grauatus ab ipsomet filio, ex Bald. *in cons.* 184. *Factum sic se habet, col. antepenult. lib.* 4. *& in cons.* 157. *Pater instituit: lib.* 3. faciunt tradita per Anton. Peregrinum *in tractat. de fideicommiss. art.* 12. *num.* 30. *fol.* 66. circa intellectum tex. *in d. l. si fundum per fideicommiss. in fin. de legat.* 1. ¶ Et potest † pater auferre bona tali substituto, alium substituendo, *l. si quis cum nullum, ff. de iure codicillorum*; notat Paul. *cons.* 239. *num.* 2. *vers. tertio principaliter*; *lib.* 2. regul. tex. *in l. si funarium, §. sicuti fallit*, quando † pater exhæredat filium pupillum minorem quatuordecim annorum, & ei substitutum dat; nam talem substitutum grauare non potest. *l. ab exhæredati substituto: ff. de legat.* 3. *cum quidam, C. de legat.* notanda *l.* 3. *tit.* 9. *p.* 6. Et cum ista sit regula, quòd substitutio † pupillaris paret exemplari, isti regulæ in dubio est standum. Et in casibus non determinatis fundatam † habet intentionem, qui habet regulam pro se, secundum Glo. *in l. omnis diffinitio ff. de regulis iuris*; & *in rubric. eod. tit.* cum *concordan.*

Sed ad ista omnia respondeti potest, quòd differentia in isto casu inter pupillarem substitutionem, & exemplarem † est notissima: cum in substitutione pupillari non arctetur pater ad substituendum, quemadmodum in exemplari, nec seruare ordinem præscriptum per *d. humanitatis, C. de impub.* & cum casus sint dissimiles, non potest sumi argumentum à simili: *cap. sicut ergo, 1. q. 1. c. nuptiarum.* 17. *§.* 4. Imo data quam minima instantia, cessat argumentum à simili vt tenet notabiliter Ioan. Baptista *in l. omnes populi, col.* 96. *in princip. vers. ante quam d. cam ff. de iustitia & iure*, quem refert Andreas ab Exea, *in capicum omnes, num.* 122. *pag.* 341. *de const.* Igitur in exemplari diuerso † modo indicandum: quia competit patri ius eligendi ex dispositione legis, & non eiusdem beneficio: vnde grauamen tali electo, qui succedit Principali prouidentia, apponi non potest; iuxta text. *in §. sed si fundum*: & *in d. l. si arrogator, ff. de adopt.* cum *concordan.* quæ retuli. Ad quę facit singularis doctrina Alberici *in l.* 1. *ff. de confirman. tutor. fol.* 52. vbi ponit regulam, quòd qui confirmatur dat, si voluntariè confirmat, secus si ex necessitate. De quo etiam legendus est ibi *Bart.*

Sed d ista réplicari potest cum doctrina eiusdem *Bartol.* & aliorum *in d. l. ex facto, ff. de vulgar.* vbi Ripa *nu.* 62. quòd in pupillari pater non arctatur substituere descendentes pupilli: quia nullos habet, nec aptus est habere, do. nec est pupillus; sed si haberet, aut pater pu-

pillariter ſubſtituere non poſſet; aut ſi poſſet, teneretur eos ſubſtituere (prout in exemplari) licèt iſta replicatio non totum tollat argumentum: cum in pupillari pater non neceſſitetur ad ſubſtituendum fratres pupilli.

Secundò, iſta ſententia probatur, quia teſtamentum patris, qui ſubſtitutionem facit pupillarem, vel exemplarem, † dicitur teſtamentum filij: *d.l.patrus & filij, ff. de vulgar.* vbi Scribentes; tradunt Doctores *in locis relatis*, & in *aliis pluribus*; & ita intelligitur *l. 7. tit. 5. part. 6.* & conducunt ſcripta per Caldam Pereiram *in tractatu de nominat. ad emphyteuſim, q. 4. num. 3. cum ſequentibus, fol. 31.* vbi tractat, an pater nomine pupilli poſſit, faciendo ſubſtitutionem pupillarem, nominare ad emphyteuſim nomine filij? vbi ad propoſitum *n. 4.* tractat de quadam doctrina Seguræ *in d. l. vnum ex familia, § ſed ſi fundum fol. 51. col. 3. verſic. 13. ff. de legat. 2.* vbi exiſtimat, habentem poteſtatem eligendi ab homine conceſſam, non poſſe electo, aut nominato pupillariter ſubſtituere. Cum ergo filius furioſus, aut mente captus, ſi teſtamentum faceret, poſſent in propriis bonis grauare fratres, & eiſdem iniungere fideicommiſſum ad libitum, † patri hoc & ipſum licere debet, dicitur enim ipſius filij teſtamentum. Sed & quando teſtamentum patris ſit teſtamentum filij, cum pro filio facit ſubſtitutionem pupillarem? explicat eleganter Ioan. à Garronib. *in auth. ex teſtamento, n. 9. C. de ſecundis nuptiis.*

Tertiò, iſta pars iudicatur ex *reg. l. ab eo, C. de fideicomm.* vbi cauetur, grauari regulariter † poſſe illos, qui honorantur, cum qua concordat *l. 3. tit. 9. p. 6.* quæ iura notanter & nouiſſimè explicat Antonius Petra *in tract. de fideicommiſ. quæſt. 5. nu. 80. fol. 58.* facit *l. cum quidam C. de legat.* & hoc ſecundum naturam, *l. ſecundum naturam, ff. de regulis iuris*: §. 1. *inſtit. de legitim. patronor. tutel.* tradit Ioſeph. Ludouicus *deciſ. 43. num. 4.* Carolus Ruinus *in conſil. 98. num. 3. & in conſil. 132. num. 8. & in conſil. 137. numero 4. & in conſil. 138. numero 4. & in conſil. 139. numero 32. & in conſil. 141. numero 3. & in conſil. 150. numero 3. lib. 3.* & per regulam *d. l. ab eo, C. de fideicomm.* inquit Ibericus *in proœmio Digeſtorum, § diſcipulis, num. 14.* quòd filius primogenitus † poteſt per patrem grauari, & conducunt tradita per Bartolum, & alios *in l. Centurio*, præcipuè Ripam *num. 166. ff. de vulgar.* Gloſſa Pariſienſis *in conſilio 1. pro Duce de Villahermoſa, num. 19.* vbi tradunt, filios poſitos conditione † cenſeri ſubſtitutos, quando onus reſtitutionis eſt eiſdem iniunctum, poſt Corn. *in d. l. ab eo*, & alios, quos refert. Et faciunt quæ ſcribit Socinus Iunior *in conſilio 112. num. 23. lib. 1.* & regul. *d. l. ab eo*, declaratur per leges 4. 6. & 7. *de tit. 9.* Cum igitur pater virtute prædictarum legum non neceſſitetur † ad teſtandum pro filio, nec faciendum ſubſtitutionem exemplarem, vt fatetur Socinus in *verbis ſuprà relatis*, & probatur *in d. l. humanitatis, C. de impuber.* ibi: *Indulgemus parentibus*: & ibi, *liceat*: & *in d. l. parti.* ibi: *Putdan*, & poſſit eligere certum, vel certos, ex pluribus (vt inquit *d. l. humanitatis*) & hoc relinquatur patris arbitrio, quod certiſſimum eſt; vnde vendicat ſibi locum textus regula *in l. non quicquid, ff. de indi.* & ſequitur, quòd pater vocando ad ſubſtitutionem aliquem de contentis *in d. l. humanitatis*, eligendo vnum ex pluribus, quem præciſè nominare & eligere minimè tenebatur, illum honorat: Et exinde ſubinfertur eum grauare † poſſe, per regulam *d. l. ab eo*, quam in dubio amplecti debemus, vt ſupra dictum fuit. Et donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur, *l. donari, ff. de regul. iuris*, cum *concordantibus*: Et liberalitas eſt † alicui conferre, ſecund. Gloſ. *in c. relatum, de prabend. & c. quamvis, eod. tit in 6.* tradit Rebuf. *in tract. de nomination. q. 7. num. 13. pag. 136.* Vnde, cum talis ſubſtitutus ſit quodammodo donatarius, † grauari poteſt per donantem, *l. quoties, l. perfecta, C. de donation. quæ ſub modo l. 7. tit. 4. p. 5.* cum *ſimilibus*, quæ in aliis locis iſtius lectuæ refero.

Fortificatur concluſio, quia paria ſunt aliquid † alicui legari, & eidem non adimi cum poſſit: *l. 1. § ſciendum, ff. de legat. 3.* cum aliis, quæ refero *ſupra, hac part. q. 68. à n. 2.* notat Molina *lib. 2. de primoge. c. 4. num. 11. fol. 226.* Palac. Rubeus *in l. 27. Tauri, num. 28. & 29.* vbi tradit regulam in iſta materia meliorationum, quòd ad poteſtatem imponendi onus, ſeu grauamen alicui, † paria ſunt eum eligere, vel ab eo non adimere, quod adimere poterat; motus per *d. § ſciendum*, & alia iura, & confirmat Carol. Ruin. *in conſ. 168. num. 18. lib. 3.* qui tradit regulam, quòd donare dicitur, qui non adimit, cum adimere poſſet, de quo per Petrum Surdum *deciſ. 272. num. 10.* Antonium Peregrinum *in tract. de fideicommiſſis, artic. 14. num. 32. fol. 132.* & facit dictum Tellij *in l. 33. Tauri, ad finem*; & tradit & declarat eleganter Bartholomæus Socinus *in l. cum filiofamilias, num. 7. & 8. ff. de legatis 1.* vbi Socin. Iunior *in apparatu gloſſæ, n. 77.* & trado ſuprà *quæſt. 68. iam dicta.* Sic probat Cæſar Lambertinus *in tractatu de iure patronatus, lib. 2. artic. 3. prima quæſtion. principal. part. 1. nu. 4. fol. 1.* quòd præſentatio facta per patronum, † dicitur donatio, cum reuera potuerat præſentare illum, vel illum; & tradit idem *2. lib. par. 1. artic. 3. 10. quæſtion. principal. num. 21. fol. 106.* Et liberalitatem dicitur exercere † qui dare non cogitur, vt per Decium *in d. l. donari 82. num. 3. ff. de regulis iuris.* Et quòd dicatur mera liberalitas donatio facta à parentibus, vel ab aliis, † quibus donatarius abinteſtato ſucceſſurus erat, probatur *in l. lata 5. C. de donation.* & *in l. donationes quæ parentes, C. de donationibus inter virum & vxorem*, & in *aliis iuribus*, vt per Pinel. *in l. 1. C. de bonis maternis, part. 3. fol. mihi 107. verſ. 29. in foro, col. 1.* & *in l. 2. eod. tit. num. 3. fol. 160. col. 4.* & faciunt ſcripta per D. Ant. de Queſad. *lib. quæſt. q. 6. nu. 15. verſ. rurſus tertio*, qui loquitur in propria materia meliorationis Tertij & Quinti. Et præſentatio patroni † dicitur donatio, vt per Abbat. *in c. final. num. 5. fo. 64. de conceſſ. præbend.*

Et illam regulam, quòd qui poteſt adimere & alium eligere, non adimendo cenſetur † dare, tradit Zanch. *in l. hæredes mei, § cum ita, p. 4. num. 450. pag. 118. ff. ad Trebellian.* vbi *num. 459.* prius ponit regulam, quòd eligens poteſt in bonis, in quibus eligit, grauare electum, ad fauorem illorum, quos potuiſſet eligere, per textum *in d. l. vnum ex familia, § ſed etſi fundum. ff. de legat. 2.* & alia plura, quæ refert & tradit Carol. Ruinus *in l. 2. num. 48. pag. 374. ff. de vulgar.* & *in d. Centurio, n. 54. pag. 398. eodem tit.* & *in l. 4. § Cato; lectura 2. num. 14. pag. 112. ff. de verborum obligationibus.* Ad hæc fit, quòd ſi pater remittit filio vſumfructum bonorum, † dicitur conferre in eum donationem, *l. cum oportet, § ſin autem, C. de bonis quæ liber.* de quo tracto *ſuprà, hac par. quæſt. 53.* & *in 4. par. quæſt. 23.* & quod ſcribit Peralta *in l. vnum ex familia, § rogo, ff. de legatis 2. num. 11.* vbi probat, quòd licet ille, qui tenetur alium nominare per diſpoſitionem teſtatoris, † eum grauare non poteſt, fallit ſi in morte etat obligatus nominare, & nominauit in vita, quia propter interuſurium medij temporis, eum grauare poteſt, quem refert & ſequitur Cald. Perei. *in l. ſi curatorem habens, C. de in integrum reſtitution. minor. num. 74. verſ. ſed prædictis non obſtantibus, fol. 321.* Et neceſſitas; quam vocant cauſatiuam, † facit, vt non cenſeatur quis liberalitatem exercere, *d. l. vnum ex familia, § ſi de falcidia:* vbi notat D. Anton. de Padilla *num. 24. pag. 296.* Et Epiſcopus qui ex duobus nominatis eligit vnum, † eum gratificare videtur, *c. cum autem* vbi Doctor. *de iure patronatus*, Dec. *in conſ. 129. col. 2.* Tiraquel. *in tract. de primogen. q. 17. de opinione 2. num. 8.* Menoch. *lib. 2. de arbitrar. caſu 255. pag. 461.* & tradit Peralt. *in l. qui teſtamento, n. 21. pag. 482. ff. de legatis 2.* Rebuffus *in tract. de nominatio. q. 7. n. 13. pag. 136.*

Hæc confirmantur, quia Officiales electi à populo, ſi per dominium confirmentur, † cenſentur dati à domino qui eos poterat expellere, *l. 1. §. omnia, C. de veter. iure enuclean.* Bart. & DD. *in l. more, ff. de iuriſdict. omnium*

iudicum; Bald. *in l. ex verbis, C. de donat. inter virum & vxorem*, & alij, vt per Cephal. *in conſ. 26. n. 23. lib. 1.* de quo etiam legendi ſunt Bart. *in l. qui iuriſdictionem, nu. 2. ff. de iuriſdict. omnium iudic.* Capicius *deciſ. 124. nu. 3.* Gloſſ. Pariſien. *in conſuetud. Pariſien. part. 1. § 2. gloſſ. 3. num. 7. fol. 56.* Bernard. Diaz *regula 57.* Auendañ. *par. 1. de exequendis mandatis, c. 5. num. 8. fol. 65. & c. 19. nu. 21. fol. 121.* Burg. de Paz *in conſ. 48. num. 14.* Quod expedit ſcire ad plura negotia, quæ in iſta Regali Cancellaria contingunt.

Ex quibus omnibus confirmatur doctrina Anto. de Queſad. *in lib diuerſarum quæſtion. c. 6. num. 15. fol. 22.* vbi per regulam *d. l. 1. § ſciendum, ff. de legat. 3.* & per alia tenet, quod etiam † ante *l. 27. Taurinam*, erat licitum patri in melioratione Tertij apponere conditiones, & vocationes, & facere maioratum; quod in praxi vtiliſſimum iudico. Et iſta confirmantur per ea quæ ſcribit Bald. *in l. maximum vitium, num. 16. C. de liberis præteritis*: Paul. de Caſtro *in l. Titio, § Titio, in fine ff. de condition. bis & demonſtrationibus*: Hierony. Gabriel *conſ. 15. num. 21. & conſ. 132. num. 76.* Et ſcribit etiam Alexand. *in conſ. 8. num. 10. lib. 3.* quòd ſi pendet à voluntate patris excludere filias ab emphyteuſi, non inſtituendo eas vel prætereundo; ſi eas inſtituat, † videntur habere bona emphyteutica à patre, argumento *d. l. ſi pendum per fideicommiſſum, § final. cum l. ſequenti, ff. de legat. 1.* & doctrina Cini *in l. ex tribus, C. de inofficioſ. teſtamento*, quod eſt ſingulariter notandum. § Et quòd licet pater donet filio, † videatur liberalitatem exercere, tradit Pinellus *in l. 1. C. de bonis maternis, part. 3. num. 60 verſ. & tamen ſi parens, fol. 101. col. 1.* licet contrarium teneat † Segura *in d. l. vnum ex familia, § ſi de falcidia, num. 20.* Pro quo facit, quod Tertium eſt Legitima, vt per *d. l. 27.* tradit ibi Tellius *n. 2.* cuius contrarium tenet Rodericus Suarez *in d. l. quoniam in prioribus, q. 7. n. 1. pag. 209. C. de inofficioſo teſtamento*, quem Tellius non citat, & *infra* latius iſtud fundamentum adimubitur in reſponſione ad contraria. Et huic fundamento ſuffragantur ſcripta per Tellium *in l. 33. Tauri, num. 4.*

Quarto, licet filius furioſi grauari non poſſit in bonis & legitima per partem eidem debita (vt patet per dicta iura, & materiam *d. l. quoniam in prioribus*,) tamen † ſubſtitutus grauari poteſt, vt patet ex *l. cum patronus, ff. de legat. 2.* quæ ad deciſionem iſtius quæſtionis eſt ſingularis, vbi probatur, quòd licet grauamen in legitima iniunctum non valeat, tamen eo, cui legit ma debetur, eam repudiante, † tranſit grauamen cum legitima ad eum, ad quem illa tranſit, & exinde aſſumit vires, ſiue ſit ſubſtitutus vulgaris, ſiue cohæres: quam deciſionem ornat & confirmat ibi Peralta poſt communem, *num. 30. pag. 300.* vbi legi poſſunt alia in confirmationem iſtius concluſionis, quæ fulcitur per *l. Paulus, § 2. ff. de acquirend. hæreditate*: & aliis pluribus, quæ ſcribo *in 4. hac. tract. quæſt. 19. num. 12.* cum aliis, & per ſcripta à Doctoribus *in l. ex tribus, C. de inofficioſ. teſtamento*; Aretin. *in l. qui duos, ff. de vulgar.* Bartholomæ. Socino *conſ. 116. num. 20. lib. 1.* Iulio Claro *lib. 3. receptarum, § teſtamentum, quæſt. 72. concluſione 2. & 3.* & per alios, quos citat Zanchus *in l. hæredes mei, § cum ita, ff. ad Trebellianum, part. 6. num. 8. pag. 155* Et id quod † ſuppletur per legem, non dicitur relictum à matre; *l. omnimodo. C. de inofficioſ. teſtament.* notat Ripa *reſponſo 190. n. 19.*

Hinc eſt, quòd eligens poteſt in bonis, in quibus eligit, † grauare electum ad fauorem illorum quos potuiſſet eligere, vt per Bartolum *in d. §. ſed etſi fundum, in verſ. quæro executor. in l. vnum ex ff. de leg. 2.* de quo per Loazes *in l. filius familias, § diui, ff. de legat. 1. num. 212.* Paul. de Caſtro *in conſ. 433. Inhærendo, lib. 1.* Carolum Ruinum *in conſ. 1. num. 13. lib. 1.* Socinum Iunior. *in l. cum filiofamilias, num. 30.* & ibi Aymo. *in princip. col. final. ff. de legatis 1.* & alios plures, quos citat Zanchus *in diſt. § cum ita, part. 4. num. 449. pag. 118.* & repetit idem *num. 77. in part. 6. pag. 165.* tradit nouiſſimè Aluar. Valaſc. *conſ. 27. num. 8. & 9.* ad iſta videndus, Phanuncius *in tractatu de Inuentario, verſ. hactenus, num. 41. fol. 297. col. 1. 8. volumine tractatuum.* Et legendus eſt Hieronymus Gabriel. *in conſ. 132. num. 75. cum ſequentibus*, vbi ponit regulam quòd electus ab hærede videtur electus à teſtatore, niſi teſtator prohibeat alienationem extra familiam; quòd ſi alienetur in familia, res habita videtur ab hærede, non à teſtatore.

Ex quibus tradit Aymo *conſ. 144. num. 2.* quòd quando grauatus † hæres inſtituit, aut ſubſtituit fideicommiſſarium hæredem, non dicitur de nouo dare; ſed potius teſtatoris grauantis voluntatem exequi, & implere: & ob id hæres, aut ſubſtitutus non dicitur habere bona ab ipſo grauato exequente, ſed ab ipſo primo teſtatore diſponente, per regulam *l. item eorum, §. ſi decuriones, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine*: & alia iura. Quod in notabili caſu tradit Cephalus *in conſilio 244. num. 55. lib. 2.* poſt Carolum Ruinum, quem citat *in conſilio 116. num. 15. lib. 2.* & iſtud conſilium Cephali cito *ſupra, quæſtion. 24. numero 112.* ad alium finem; Petrus Surdus *titul. 8. priuileg. 56. numer. 9. folio 311. in tractatu, de alimentis*, & tradit idem *deciſione 392. & numero 9.* vbi ponit regulam, quòd electio † & nominatio dependet ab eo, qui iuſſit nominare; & fideicommiſſarius à grauato inſtitutus, dicitur habere bona à grauante, non à grauato.

Quintò, huic ſententiam confirmat *dict. l. 27. Taurin.* quæ permittit † hoc facere in melioratione Tertij, qui habet vim Legitimæ, vt voluit *ibi* Tellius *num. 3.* & Peralta *in d. l. cum patronus, num. 28. ff. de legat. 2.* & ſuprà ſixi; & licet patri eligere ad Tertium vnum ex pluribus filiis, modo in *eadem lege* contento, quæ lex ſecundum prædicta, maximam conſonantiam habere videtur cum *d. l. humanitatis, C. de impuber.* non tamen noſtram quæſtionem diſputat. Si igitur pater grauare poteſt filium proprium in prædicto Tertio, maiori ratione in noſtro caſu liceret ei grauare ſubſtitutum, quem honorat, & lucro afficit eum vocando, quam vocationem prætermittere potuit. Sed hæc *lex* non vrget, cum ſit exorbitans & correctoria, iuxis communis, & non licet nobis eam extendere vltra caſum, in quo loquitur, & ideò non procedit in Quinto bonorum, ſicut in Tertio, vt latius probani *in principio operis, illation. 7. à num. 92.* vbi legendum. Sed adhuc ratio *prædictæ legis* maximè † pro hac opinione facit, ratio (inquam) quæ colligitur ex ea. Nam in melioratione Tertij, quæ à patre facta eſt in filium, eum honorate, & lucrum ei conferre videtur, & ideò eum iuſtè grauare poteſt, iuxta regul. *d. l. ab eo, ff. de fideicommiſ.* & ideò in noſtro caſu ſubſtitutus iniuriè queri videtur de grauamine, cum ipſius commodum perueniat ad eum. Ad quod facit regul. *l. Ex qua perſona ff. de regul. iuris.*

Sextò, huic ſententiæ patrocinantur quæ ſcribit Bal. *in conſ. 20. Quidam Pet. Arnar. l. 3.* vbi lector legat.

Septimò, hoc pertinet ad vnitatem & conſeruationem bonorum vinculatorum, & ideò potius iſti parti, † quàm contrariæ fauendum eſt, *l. 2. tit. 15. part. 2.* & hoc in aliis locis iſtius lecturæ animaduerto. Et iſtam ſententiam in terminis (licet tranſitoriè, & non ita fundauerint) tenent Hieron. Gabr. *conſ. 17. & conſ. 34.* Mencha. *in d. l. quoniam in prioribus limit. vlt. C. de inof. teſt.*

Qui autem iſtam ſententiam & partem tenere velit, non difficiliter reſpondere poterit ad ea, quæ pro contraria *in l. vnum ex ff. de legat. 2.* parte adducta ſunt. Et *primo* non † obeſt tex. *in d. §. ſed etſi fundum.* Quia ad illum duobus modis ſatisfieri poteſt. Prima reſponſio eſt, quod in caſu illius *tex.* ille qui eligere debet, grauare non poteſt, ea ratione, quia electio non cõpetit rem proprio, ſed alieno; cuilicet illius, qui eidem commiſſionem dedit, iuxta *d. l. vnum ex familia, §. 1.* cum traditis per Cald. Pereir. *in d. lib. de nomin. ad emph. q. 4. dub. 9. fol. 33.* in caſu autem *d. l. humanit.* competit electio iure proprio,

proprio, & virtute illius legis: vnde magis debemus fauere patri, pro quo eſt præſumptio, quòd ſemper † ca-
72 pit bonum conſilium pro filiis, *l. nec in ea, ff. de adulter.* cum ſimilibus, quàm commiſſario in caſu, *d. §. ſed etſi fundum*, argumen. tex. *in c. ſi compromiſſarius, de election. in 6.* iunctis *c. vt circa, eod. tit. & lib.* & *in l. ſerui electione, in princ. ff. de leg. 1.* & ibi latè Imol. Aretin. Alexand. & Iaſ. *cum concordan.* vt per Tiraquel. *in l. boues, §. hoc ſermone, limitat. 1. n. 40. pag. 146. ff. de verbor. ſignificat.* facit *l. 35. Tauri*, vbi commiſſarius, qui ſemel fecit teſtamentum, non poteſt reuocare; quia ſecundum ſcribentes ibi, præcipuè Anto. Gom. & Tell. durius cum tali commiſſario agitur, quia iure alieno, & non proprio diſponit.

Secunda reſponſio patet ex intellectu vero, & germano, quem ad illum *text.* tradit *Peralt.* ibi inquiens, quod in caſu illius *text.* natura electionis, vel nominationis, eſt quædam neceſſitas obligatoria ex primi teſtantis diſpoſitione immediatè fluens, quam ob cauſam nominando in familia, cum id faciat neceſſariò, ex obligatione præambula habente ortum à iuſſu teſtatoris,
73 † non videtur exercere liberalitatem erga nominatum, *l. rem legatam. ff. de adimend. legat.* & inducit tex. notabi. *in d. l. planè, §. vlti. ff. de leg. 1.* & reprehendit quæ circa text. *in d. §. ſed etſi fundum*, ſcribit ibi *Segura* in materia meliorationis, & inibi iſtum intellectum multis mediis & authoritatibus confirmat, quæ nimis vrgere videntur: Cui addo textum *in l. alienationes, ff. famil. erciſcund.* ibi: *Non quæ vetuſtiorem cauſam, & originem habent iuris neceſſariam.* Pro quo facit notabilis doctrina Bartol. *in l. 1. num. 3. C. commun. de legat.* vbi vult, quòd quis poteſt onere fideicommiſſi grauari, ſi relinquitur ei commodum pecuniarum; vnde ei, ad quem ius patronatus peruenit ex diſpoſitione defuncti, non poteſt onus imponi.

Ex quibus in noſtro propoſito infertur, & reualidatur illud, quod ſupra in tertio fundamento traditum
74 fuit: Quod cum pater in caſu *d. l. humanitatis*, † non obligetur, nec neceſſitetur ex origine primæua ad faciendum illam ſubſtitutionem exemplarem, eligendo aliquem ex filiis in eo quod neceſſitabatur facere, origine inſpecta; liberalitatem in illum exercere videtur, iuxta text. *in d. l. 1. §. ſciendum, ff. de leg. 3.* & ideò permittendum eſt, vt ſubſtiturum, quem nominat, grauare poſſit, ſecundum regulam *d. l. ab eo*: vnde conſtat, diſſimilem eſſe noſtram quæſtionem à caſu *dict. §. ſed etſi fundum.* quem textum ad propoſitum rectiſſimè interpretatur Bartholom. Socin. *in conſ. 114. num. 3. lib. 3.* & pro iſta differentia induco textum notabilem *in l. ſed & ſi ſic: 2 reſponſo. ff. de legat. 3.* ibi: *Si Stichus Seiy factus iuſſu eius hæreditatem adierit, rogo det; quoniam, qui fortuito, non iudicio teſtatoris conſequitur hæreditatem, vel legatum, non debet onerari; nec recipiendum eſt, vt eni nihil dederis, eum rogando obliges.* Cum quo concordat l. 4. tit. 9. p. 6. ibi: *Eſto es porque eſte a tal no es heredero del otro, por juyzio del teſtador, mas por auentura. E por ende aquel no es obligado à pagar tal manda, ca ningun ome no puede obligar a otro que dè alguna coſa por el, ſino le quiere el dado algo de lo ſuyo*: vbi legatur Gregorius Lopez. Et iſta iura docent, quòd vbicunque iudicio teſtatoris commodum aliquod quis conſequitur, grauari † poteſt, prout in noſtro caſu: & 75 facit ſingularis doctrina Pauli de Caſtro *in conſilio 73. Licèt iſta domina Liſa, num. 2. lib. 1.* vbi reſoluit, quòd ſi filia conſentiat ſcienter, & expreſsè grauamen in dote appoſitum, quæ ei debita erat, ſibi † non præiudicat, 76 quia ad hoc vt præiudicetur, eſt neceſſe, quod onus valuerit, & de iure potuiſſet apponi, vt quando quis reliquit illud, ad quod de iure non tenebatur; quod in practica euenit in negotio maximi momenti: ad quem addo Decium *in conſ. 106. num. 3.* Cephal. *conſ. 145. num. 21. lib. 1.* Et ſic dicitur acquiri ex prouidentia hominis,
77 † quod acquiritur ex prouiſione legis, cui partes poterant renuntiare, ſecundum Bartolum *in l. ita ſtipulatus, q. 1. ff. de verborum obligation.* & *in l. conditiones, quæ extrinſecus, ff. de condition. & demonſtration.* Ripam *in l. fœmina, num. 62. C. de ſecundis nuptiis*, vbi refert ſe dixiſſe *in l. ſi inſulam, num. 60. ff. de verbor. obligation.* & ex eo quòd pater inuitus † non tenetur relinquere Tertium alicui ex filiis, & per alias rationes tenet Dominus Antonius de Queſada *in l. diuerſarum quæſtionum, c. 6. num. 17. fol. 22.* quòd Tertium bonorum † non eſt 79 Legitima, ſequutus Suarez *in d. l. quoniam in prioribus, C. de inofficioſ. teſtament. q. 7.* ad declarationem *l. Regia*, quem *ſupra* retuli: Tellium *in l. 27. Taur. num. 6.* Baezam *de non melioran. filiabu. c. 9. num. 49.* Et inquit ad propoſitum noſtrum propriiſſimè Ripa *in d. l. cum filio familias, num. 26. fol. 115. ff. de legat. 1.* per illum *text.* qui etiam eſt ad rem hanc notabilis, in quo probatur, quòd qui capit commodum per mediam perſonam ex alterius vltima voluntate, † poteſt per fideicommiſ- 80 ſum grauari, quòd non ſolum hæres honorari ex teſtamento, ſed etiam hæres ab inteſtato ſucceſſurus ipſi honorato ex neceſſitate, vtputa, quia ipſe honoratus, ſit furioſus, aut pupillus, & ita teſtari non poſſit, grauari poteſt, Nam hæredes ab inteſtato † grauari poſſunt, *d. l. ſi Titio, §. vlt. ff. de leg. 1.* Ratio eſt ſecundum *Ripam* poſt 82 Socin. *num. 7.* † quia teſtator poterat ſubſtituendo pupilliariter, vel exemplariter adimere hæreditatem venientibus ab inteſtato; & quia non ademit, videtur eos honoraſſe, ideoque grauare etiam eos poteſt. Et facit, nam cum quis poteſt auferre alicui hæreditatem, inſtituendo illum ſibi hæredem, videtur eum ſibi hæredem 83 ſcripſiſſe, † & grauamen valet: *l. conficiuntur, verſicul. quoniam creditur: l. ſi quis cum teſtamentum nullum; l. quidam referunt, ff. de iure codicill. l. ab exhæredati ſubſtituto, ff. de legat. 1.* cum *concordan.* vt per Domin. Anton. de Padilla *in d. l. ab eo, num. 2. C. de fideicomm.* & adduco etiam textum ſingularem *in l. adoptiuum, §. 1. ff. de iure dotium*: vbi probatur, quòd vbicunque quis dat ex perſona alterius, ſi poterat non dare, ipſe † dare vi- 84 detur, non ille ex cuius perſona dat; ſecus ſi euitare non poterat, quo minus daret: quibus congruit, quod ex D. Tho. 2. 2. q. 61. *art. 1. & q. 62. art. 1.* ſcribit Epiſcop. Couarru. *in regula, peccatum, de regul. iur. in 6. relect. 2. §. 7. num. 7. fol. 52.* vbi tradit, quòd iuſtitia commutativa tunc † infringitur, cum ab aliquo aufertur, aut ei non 85 redditur quod ſuum eſt, vel ei neceſſario debetur, vt proprium ac particulare bonum: vbi ex hoc tradit, patrem poſſe meliorare filium dignum, de quo actum fuit *ſupra, q.* 48. Sic in propoſito, cum è contrario teſtator ſubſtituendo vnum ex pluribus eum honoret, † & ad- 86 mittat ad totam hæreditatem furioſi, quæ non facta tali ſubſtitutione, eſſet diuidenda inter omnes ſucceſſores ab inteſtato, quam quidem ſubſtitutionem pater facere non cogitur, ſed ſolum arctatur relinquere filium mente captum hæredem, reliquum eſt, vt eum grauare poſſit, quia negare non poteſt, quin à patre non honoretur, in qua ratione conſiſtit tota difficultas iſtius quæſtionis, vt apertè patet. Et quod acquiritur ſubſtituto in hoc caſu, acquiri videtur ex prouidentia hominis, non legis.

Et licèt aliquid ex neceſſitate relinqui debeat, ſi tamen relinquatur in voluntate hæredis vnum vel alium eligere, ſi hæres eligat aliquem, videtur in eum † exer- 87 cere liberalitatem, ſecundum Bartol. *in l. Lucius, §. final. ff. de legat. 1.* Bald. *in conſ. 249. lib. 2.* Corneum *in conſil. 236. lib. 2.* Bartholom. Socin. *in l. 1. §. denique, num. 6. ff. ad Trebellianum*, quos citat Cardinalis Paleotus *in tract. de noth. & ſpuriis, c. 44. num. 2. fol. 65 8. vol. tractatuum.* Quod etiam fulcitur ex dicto Peraltæ *in l. cum autem, num. 14. pag. 133. ff. de legat. 2.* vbi tradit, quòd melioratio de parte bonorum nullo modo † defertur ex diſpoſitione legi, cum promiſſio non inducat neceſſitatem, ſeu abſolutam diſpoſitionem, ſed dumtaxat libitum eius, qui meliorationem fecit; ad quod refert *l. fori*: & notata per Bartol. *in l. unica, col. 2. verſ. quæro ergo: ff. de condition. ex lege*, notat idem Peralta *in d. §. ſed etſi fundum,*

dum, n. 16. in l. vnum ex familia. ff. de leg. 2. Et quòd talis melioratio ſit prælegatum † & mera donatio, quia 89 pater adimere poterat, & dare alteri filio, tenet, & per plura probat Ioannes Lopius *in l. 27. Tauri. n. 4. & nu. 11. 29. 30. 32. 33. 34. & n. 28.*

Ad hæc facit, quòd eſt vera donatio & liberalitas ea quæ fit à parentibus, vel ab aliis, † quibus donatarius ab 90 inteſtato ſucceſſurus eſſet, vt tradit & per plura probat Pinellus *in l. 1. p. 3. num. 62. fol. 107. C. de bonis matern.* Et ad iſta etiam eſt bonus textus *in d. l. conficiuntur. ff. de iure codicillorum*, vbi dicitur, ideo fideicommiſſa alicui dari poſſe in teſtamento ſuccedentibus, quia creditur patrem familias ſponte ſua his relinquere hæreditatem legitimam. Ex quibus infero confirmationem pro opinione illorum, qui tenent, quòd legitimatum ad ſuccedendum, vt patri placuerit, & videbitur, poteſt pa- 91 ter ſi aliquid eidem relinquat, grauare, & † onus apponere, vt volunt Alexander *in conſil. 130. lib. 4.* Iaſo *conſil. 162. lib. 2.* quos & magna cum ratione (vt ego exiſtimo) ſequitur Tellius *in l. 12. Tauri, nu. 27.* contra Decium *in conſil. 256.* & *in aliis locis.* Et mirè ad iſtam rem faciunt quæ ſcribit Ioann. Lopius *in dict. l. 27. nu. 28.* cum aliis, quæ lector legat.

Non obeſt etiam textus *in dict. l. ſi arrogator. ff. de* 92 *adopt* † à qua (vt prædixi) deducitur, quòd faciens illud, ad quod per legem obligatur, non dicitur conferre beneficium: quia fateor, vbicunque. quis præcisè ex neceſſitate facere aliquid per legem obligatur in fauorem alicuius certæ perſonæ, & quia pater obligatur ex lege relinquere filio arrogato quartam, in qua vſque ad pubertatem tantum, & non per fideicommiſſum poteſt ſubſtituere, nec grauare filium arrogatum poteſt, quia lege cogente, arrogato ſemel filio, debetur ei quarta abſque onere; vnde nihil mirum, ſi eum grauare non poſſit, nec ei competit ius eligendi vnum ex pluribus, ſicut in caſu *l. humanitatis*. Ex quo infertur, quòd noſter caſus diſſimilis eſt caſui *d. legis*: quæ differentia deducitur ex his, quæ dicta ſunt *numeris præcedentibus*, & ex eo, quod ſcribit Carolus Ruinus *conſ. 198. num. 18. lib. 3.* vbi poſt Bartolum *in l. 1. ff. de vulgar. in pr.* tradit. hanc eſſe rationem quare teſtator poſſit relinquere fideicommiſſum ſubſtituto pupillari, quia potuit teſtator alium præferre. Et confirmatur, quia 93 ille † dicitur relinquere, qui dat capiendi occaſionem, *l. codicillis, penult. ff. de legat. 2. l. ſi quis prior, §. rerum, C. de ſecundis nuptiis*: notat Baldus *in l. 1. n. 16. C. quando non peten. part.*

Minus etiam † facit *dict. l. fœmine, iunct. authent. ſequenti, C. de ſecund. nupt.* quia eſt caſus ſpecialis in 94 odium mulieris contrahentis ſecundas nuptias, quibus leges vbique aduerſantur; vt abundantiſſimè tradit Tiraquellus *in l. boues, §. hoc ſermone, in Regul. n. 141. cum pluribus ſequentibus, ff. de verborum ſignificatione*: imo potius retorqueri poteſt in contrarium: cum ſi *in dicta authentica* hoc expreſſum non fuiſſet, liberum eſſet matri inter filios inæqualiter teſtari: & habent illa iura alias pleraſque reſponſiones, quas breuitatis cauſa omitto.

Quid igitur dicendum in noſtra quæſtione? Ego quidem hanc ſecundam opinionem regulariter † veriorem 95 credo, cum moderamine & diſtinctione ſequenti. Nam pater ſi mutos vel furioſos habeat filios, quos ſubſtituere ante omnes tenetur ex ordine *prædictæ legis*, quemadmodum ſi furioſus ipſe teſtaretur, pro quo pater teſtatur; non poſſit filios in legitima grauare, iuxta diſpoſitionem text. *in dict. l. quotiam in prioribus*: ita pater teſtando pro eo, non † poteſt nepotes ſubſtitutos 96 grauare. Ad quod facit Gloſſa *in d. l. humanitatis, in verb. pupillaris*, vbi dicit, quòd pater teſtando pro filio in iſto caſu, † tenetur eos in re certa inſtituere, vel 97 exhæredare: & idem volunt *Bartolus* & alij in *dict. l. ex facto, ff. de vulgar.* vbi hoc tradit Ripa *num. 86.* & conducunt quæ ibi tradit *num. 76.* Et per hanc ſubſti- 98 tutionem, filio, † & non patri ſucceditur, vt concludunt Doctores *in d. l. humanitatis*; Socin. Iunior *in dict. conſ. 103. num. 44.* & idem erit ſi furioſus, aut mutus vnum tantum fratrem vel ſororem habeat: quia cum hoc caſu pater velit nolit teneatur talem fratrem vocare, nec competat ius eligendi vnum ex pluribus, ſed illum eligere præcisè obligetur ex vi *dict. l. humanitatis*, tunc nullam liberalitatem exercere videtur, ſed debitum ſoluere, ideo grauare illum non poteſt, iuxta textum *in dict. l. rem legatam*: & ceſſat in hoc caſu regula textus *in dict. l. ab eo*, ideo ceſſare debet diſpoſitio.

In cæteris autem caſibus, in quibus pater eligit ad ſubſtitutionem vnum ex pluribus qui ad hoc capaces erant, licet eidem nominatum ſubſtitutum per fideicommiſſum grauare, & ceſſante ratione *d. l. ab eo*, grauamen permitti non debet. Et hoc mihi † videtur in 99 præſenti quæſtione: lector accipiat quod de iure verius reperiet. Fatetur autem Socin. *in dicto conſil. 103. n. 24.* quòd licet vocatus grauari non poſſit in extraneam perſonam, inter eos tamen, quos lex præcipit vocare, grauamen licitum eſt, eo quòd tunc legi non contradicitur, cui ſatisfactum videtur, ſi bona extra filios aut fratres in caſu ſuo non exeant. Et de materia *dictæ legis humanitatis*, legenda ſunt quæ nouiſſimè ſcribit Alexander Trentacinqui. *in tractatu ſubſtitutionum. part. cap. 4. n. 1. cum ſequentibus, fol. 121.* qui tandem *n. 13.* ſequitur Socinum *in aiſto conſilio 103.*

Vt autem diſpoſitio *d. l. humanitatis*, † magis fru- 100 ctuoſa in noſtra materia ſit, ex ea deducitur, quòd ſi Rex det facultatem alicui faciendi maioratum in aliquem filium, vel alium extraneum, & alios deſcendentes, non poteſt ille, qui tali licentia vtitur, vocare alios, quam in facultate ipſa expreſſos, & tenetur ordinem illum & formam præcisè ſeruare. Ad quod etiam facit *dict. l. 27.* Tauri, hodie *l. 11. tit. 6. lib. 5. Recop.* vbi legi debet, quod ad illud propoſitum ſcribit Tellius *num. 26.* & facit regula textus *in l. vnum ex familia, §. ſi de falcidia; l. cum ita, §. in fideicommiſſo. ff. de legatis 2. & l. cum pater. §. a te peto. ff. de legatis 1.* "*hæredes mei, §. vltimo. ff. ad Trebellianum*; per quæ duo vltima iura decidit Molina *lib. 2. de primogen. c. 11. num. 36. fol. 321.* quòd ſi in facultate Regia dictum ſit, quòd poſſit quis facere maioratum in filios, vel nepotes, aut alios deſcendentes, † non poteſt facere maioratum in nepotes relictis 101 filiis: de quo ego latius tracto *ſupra, q. 15.* Iſta reſolutio confirmatur, quia talis ordo † cenſetur datus 102 pro forma, & ideo ab eo non eſt recedendum: *c. cum dilecta, de reſcrip.* cum *concordantib.* & quod tradit Pariſ. *conſ. 116. num. 6. lib. 1.* vbi limitata cauſa conceſſionis, † limitatur conceſſio; & quod ſcribit 103 Curtius Iun. *in conſ. 50. num. 66.* quòd limitata cauſa conceſſionis feudi, limitatum producit effectum: & confirmat latè Tiraquellus *de ceſſante cauſa. part. 1. n. 14. pag. 57.* Et qualiter ſubſtitutio facta mente capto comprehendat filiam ſororis, † tradit Anton. Gam. *deciſ. 269.* 104 aliàs 270. vbi legi debet Menna *in additionibus, fol. 46.*

Et antequam hinc abeam ex regul. tex. *in d. l. patris & filij, ff. ae vulgar. & concordan.* vbi cauetur, quòd in iſtis ſubſtitutionibus pupillaribus, vel exemplaribus, teſtamentum patris dicitur teſtamentum filij, pro quo pater humanitatis & benignitatis intuitu teſtatur. § Infero in propoſito † noſtræ quæſtionis & materiæ ma- 105 ioratuum, quòd ſicut filio mente capto, vel furioſo plures filios habenti liceret, ſi ſanus mente eſſet, meliorare vnum ex filiis, vel nepotibus, ſecundum leges Regni, & grauamina reſtitutionis, & alia iniungere, iuxta læpiùs *relatam l. 27.* † ita licet patri nomine talis 106 filij, pro quo ex facultate *legis* teſtatur, talem facere meliorationem vinculatam: & ita amplio *d. l. 27.*

Infero etiam ex *d. l. 1. §. ſciendum, ff. de legatis 3.* cum aliis, quæ ſupra ſcripſi ad confirmationem eius, quod ſcribit Epiſcopus Couarruu. *reſolution. lib. 1. cap. 19. num. 4.* Vbi tradit, quòd licèt in filio vnico non cadat melioratio, nec grauamen, appoſitum in bonis, vt latius ego ſcripſi *ſupra, q. 21. à num. 34.* ſi tamen pater

107 habeat vnum tantum filium, & ex eo nepotes, † potest in isto casu grauare filium, cum ex dispositione legum Regalium pater possit nepotes meliorare; & ideo filius honoratus censetur, quia pater potuit ab eo adimere. Quod sequitur Molina *lib. 2. de primogen. c. 11. n. 5. fol.* 317. contra Anton. Gom. *in l. 17. Taur. n.* 19. quod est notandum.

Infertur etiam ad quæstionem de facto tractatam, 108 posse commissarium † habentem facultatem post mortem suam eligendi ad maioratum, meliorationem, vel aliud simile fideicommissum grauare illum, quem nominat, quòd det ei certam pecuniæ quantitatem, vel aliud interesse particulare, vt eum nominet, vbicunque concessa fuit eligendi libera facultas, vt possit nominare ex familia quem voluerit. Pro quo facit dictum Peraltæ *in d. §. sed & si fundum, num.* 15. *pag.* 591. vbi scribit, posse commissarium habentem ius eligendi ad 109 meliorationem vnum ex filiis, grauare nominatum, † vt in clypeo deferat insignia ipsius eligentis; quod di- 110 ctum refero *p. 2. q. 4. illation.* 8. licet contrarium † variis rationibus probet Molina *lib. 2. de primogen. c. 5. num.* 31. *cum sequentibus, fol.* 239. per plura fundamenta, 111 quæ valdè vrgent. Et quòd grauamen † debeat commenturari oneri iniuncto, probatur *in d. l. cum filio*, vbi Doctores, *ff. de legat. 1.* & *in l. Imperator, ff. de legat. 2.* cum *concordantibus*, vt per Parisium *in cons.* 57. *num.* 19. *lib.* 3. vbi etiam resoluit, quòd cessante commo- 112 do, † cessare debet grauamen pro rata, per *Iaum qui*, vbi Iaso *n. 1. ff. de iureiurando.*

Ex his autem, quæ in ista quæstione tractata sunt, præcipuè à *num.* 25. *cum sequentib.* ex *l. 1. §. sciendum, ff. de legatis 3. l. Unum ex familia, §. sed si fundum, ff. de legat. 2.* videlicet considerabam confirmationem cuiusdam opinionis, necessariam in ista materia maioratuum, quam tradit Molina *lib. 3. de primogen. c. 5. num. 22. fol.* 32. vbi resoluit, quòd dispositio excludens fœminas, 113 & admittens masculos, non est pœnalis, † sed exclusio à lucro; quod reputo notabile & dignum memoriæ mandandum, quæ opinio melius ex præmissis fulcitur. ¶ Et ex istis; quæ in hac quæstione tractata sunt, potest inferri intellectus ad decisionem cuiusdam quæstionis, quam tractat Ayora *in tractatu de partitionibus, p. 3. q. 19. num.* 53. *fol.* 94. vbi resoluit, si pater † 114 accepit rem quandam in emphyteusim cum facultate nominandi ad illam, & eam postea meliorauit, an filius nominatus in illa re, teneatur conferre cum fratribus meliorationes?

QVÆSTIO LXXII.

Facultatem habens eligendi ad maioratum, an teneatur eligere proximiorem consanguineum.

SVMMARIVM.

1 *Quæstionis definitio,* & num. 2. & 3.
4 *Patronus grauatus eligere Capellanum ex sua generatione, an teneatur eligere propinquiorem.*
5 *Quis videtur propriam voluntatem conformare cum iis, quæ disponit ius commune.*
6 *De iure communi proximiores vocantur ad successionem & fideicommissum.*
7 *Grauato contrahere cum persona de parentela & familia, licet contrahere cum remotiore, nisi coniectura sit quòd fundator maioratus aliud voluerit.*
8 *Cæteris paribus gratificationi locus est.*
9 *Prohibitus alienare extra familiam, si eligat remotiorem, valet alienatio.*
10 *Pater virtute* legis 22. Tauri, *filiis deficientibus, potest eligere ad maioratum remotiorem consanguineum.*
11 *Examinatur quædam opinio* Ioannis Garciæ, *quod habens facultatem nominandi, debeat nominare quem lex successorem facit.*
12 *Electio Commissarij an possit fieri absque citatione aliorum consanguineorum.*
13 *Electi an debeant esse masculi, cùm testator commisit electionem de domo, vel de familia.*
14 *Testator si committat hæredi ius eligendi de familia nobili per verbum,* vt voluerit, *an possit eligere de extantibus & non de futuris.*
15 *Concedens facultatem eligendi de familia, de qua intelligatur.*
16 *Elector quando possit eligere fœminam, excluso masculo etiam in eodem gradu. Quando extraneum.* num. 17.
18 *Grauatus non potest vnum alteri præferre, cum testator disposuit vt post mortem hæredis bona sint de familia.*
19 *Grauamine adiecto, quòd si quis partem fundi vinculatam vendere velit, teneatur vendere vni ex fratribus, si talis decedat, an possit vni ex eis relinquere.* & nu. 20.
21 *Habens potestatem eligendi, dignum debet eligere.*
22 *Conditio nomen & arma deferendi, quibus iniungi possit.*

SEptuagesimo secundò quæro, an habens facultatem a testatore eligendi aliquem consanguineum ad maioratum, vel aliud vinculatum (prout plerumque contingit) teneatur eligere proximiorem; vel satisfaciat, & sit in sua voluntate & facultate eligere remotiorem, dummodo sit ex consanguinitate, familia, vel agnatione? Qua in re, importuna disputatione omissa; mihi videtur, † quòd licet vbicunque plures personæ sunt vocatæ sub termino generali, vel indefinito, vel collectiuo, puta, *familiæ, generis, cognatorum,* & similibus; intelligatur ordine successiuo, vt scilicet, proximior primo loco, & hoc cessante vel deficiente, is, qui eum proximè sequitur, & cæteri deinceps: *l. peto, §. fratre: l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de legat. 2.* cum infinitis concordantibus adductis per Tiraquellum *lib. 1. de retractu: §. 11. gloss. 4. n. 22. pag.* 507. vbi lector plura ad hanc rem pertinentia legere potest: ad quem addo Aymonem *cons. 22. n. 1. & 2. & cons.* 131. *n.* 2. Rubeum *cons.* 38. *nu.* 3. Gratum *cons.* 126. *n.* 21. *lib.* 2. Alciatum *in l. pronuntiatio, §. familiæ, in verbo, agnatorum, pag.* 222. *ff. de verborum significatione,* Anchharran. *cons.* 95. *n.* 5. vbi dicit, proximiorem esse eligendum: latè Menoch. *in consil.* 278. *nu.* 25. *cum sequentibus, lib.* 3. faciunt tradita per Quintilianum Mandos. *in tract. de signatura gratiæ, verbo. rehabilitatio, fol.* 93. *col.* 2. Et quòd si sunt plures consanguinei in eodem gradu, possit vasallus vni feudum alienare, cæteris inuitis, nec est locus reuocationi; resoluit Ferrara *in practica, in forma libelli, quo agitur ad reuocationem feudi, n.* 23. *pag.* 288. vbi Masuerius *pag.* 294.

In nostra tamen quæstione verius esse existimo, † 2 posse commissarium, cui talis electio data fuit, eligere vnum de consanguinitate, vel parentela remotiorem, licet alij proximiores non deficiant; ad quod est, casus clarus *in l. unum ex familia, §. si de falcidia, ff. de legat. 2.* & *in l. filiusfamilias, §. cum pater, ff. de legat. 1.* & volunt Raphael Cuman. & Paul. *in d. §. fratre:* Bartholom. Socin. *cons.* 227. *n.* 8. *libro* 2. & *in l. qui Romæ, §. coheredes, numero* 13. *ff. de verborum obligationibus,* ad quod alios Doctores refert Tiraquellus *d. §.* 11. *gloss.* 6. *num.* 7. *pag.* 510. cui addo Decium *in consil.* 422. *n.* 9. *& cons.* 619. *num.* 3. & idem vult Antonius Gomez *in l.* 40. *Tauri, nu.* 41. Peralta *in l. unum ex familia, §. vago, n.* 14. *pag.* 613. *ff. de legatis* 2. Anton. Gam. *dec.* 59. *n.* 8. & Anton. Petra *in tract. de fideicommissis, q.* 7. *n.* 5. *& 6. pag.* 88. Iaso *in l. 2. num.* 251. *C. de iure emphyt.*

Paulus

Paulus de Castro *cons. 32. lib. 1.* quem citat Alciatus *in d. l. pronuntiatio 195. pag. 222. ff. de verbor. significat.* & idem tradit Molin. *lib. 2. de primogen. c. 5. nu. 5. fol.* 236. Menoch. *in cons. 274. num. 30. lib. 3.* Cephal. *in cons. 16. num.* 11. Hieronym. Gabr. *cons. 132. num.* 66. *& num.* 70. *& in cons. 140. num.* 4. Episcop. Sarmient. *in d. l. unum ex familia, §. si de falcidia, num.* 14. *pag.* 176. Mantica *de coniecturata mente defuncti, lib. 8. tit. 12. num. 15. pag.* 346. Parisius *in cons. 72. num. 12. lib. 2. & in consil. 1. num.* 58. *lib. 3.* quem citat excellentissimus Caldas Pereira *in tractatu de renouation. emphyteus. q. 13. num. 5. ad fin. fol.* 200. vbi hoc † rectè intelligit, quando quis est grauatus restituere vni de familia, non quando est vocatus proximior, cui possessor nocere non potest: & idem tenet Marcus Brun. de Anguil. *cons. 85. num. 241.* quinimo Bartol. *in cons. 10. num. 2. & 3. lib. 1.* tr. dit quòd si sunt plures consanguinei in eodem gradu, est locus gratificationi, & si deficit in vna linea, suppleatur in alia: & idem tenet Caldas *in dict. tractat. q. 17. num. 27. fol.* 149. maximè si testator dicat, *secundum gradus prærogatiuam.* Et ista sententia confirmatur per textum *in c. 2. de alienat. feud. pater.* Glos. *in cap. 1. versic. sed si res: per quos fiat inuestitura,* per quæ iura tradit Ferra. *in pract. in forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi; nu. 23. pag.* 288. numquid vasallus habens plures agnatos eiusdem gradus, vel diuersi, possit in quem placuerit alienare feudum? & concludit, Doctores tenere, posse vasallum eligere vnum ex pluribus agnatis, aliis inuitis; vbi legenda est *additio litera N.* & Menoch. *cons. 16. num.* 30. ad hæc facit dictum Bal. *in c. 1. §. decedente, col. vlt. qui feud. dar. possunt;* vbi dicit, quòd si actum sit, quòd masculis deficientibus, feudum vadat ad vnam fœminam, & existant plures fœminæ, dominus non tenetur dare feudum primogenitæ, sed potest gratificare quam voluerit: quem citat Carol. Ruin. *in cons. 186. nu. 9. lib. 1.* de quo legenda sunt quæ refert & scribit Menoch. *in cons. 277. num. 24. & 25. lib. 3.* qui omnino legendus est ad istam quæstionem, *n. 30 cum seqq.* In quo consilio latè etiam tractat, an grauatus eligere teneatur plures vocare, vel an sufficiat vnum tantum eligere: & lege eundem *in cons. 215. n. 187. & n. 196. eodem libro.*

Ista confirmantur per doctrinam Bald. *in l. 1. n. 3. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* & *in l. id quod pauperibus, nu. 34. de Episcop. & Cleric.* vbi vult, quòd executores, qui possunt eligere pauperes, possint pauperes eligere dato quod reperiantur alij pauperes; quem citat Simon de Pretis *lib. 4. de interpretand. defunct. voluntat. dubitation. 12. n. 73. fol.* 442.

Ex quibus etiam infertur, quòd si fundator alicuius iuris patronatus statuat in fundatione, quod Patronus teneatur eligere ad beneficium Capellanum, vel alium similem consanguineum ex sua generatione, † non est 4 compellendus ad eligendum, vel nominandum propinquiorem consanguineum, sufficit etenim eligere consanguineum, licèt non sit proximior; quod est maximè notandum, & verissimum indico: licet contrarium teneat Cæsar Lamber. *in tract. iuris patronatus, lib. 2. p. 3. art. 4. 5. q. principa, n. 12. fol.* 227. nisi contrarium ex coniecturis, quæ in ista materia principatum obtinent, quando de voluntate expressa non constat, appareat: & licet *Lambertinus* nihil pro sua opinione alleget, pro eo potest induci regula *l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* vbi probatur, quòd quis videtur conformare † propriam voluntatem cum iis, quæ disponit ius commune: quam regulâ ego latè orno atque confirmo in *initio secundæ partis.* De iure autem communi † proximiores vocantur ad successionem, & fideicommissum, *l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de lega. 2. conficiuntur, ff. de iure codicillor.* cum *concordan.* prout tradò latè *suprà, q. 48.*

Infero etiam ad quæstionem maximi momenti, quæ ex facto tractata fuit. Fundator maioratus grauauit nominatum ad maioratum, vt contraheret matrimonium cum persona, quæ esset de certa familia, vel generatione; licitum enim † est grauato contrahere tale ma- 7 trimonium cum ea, quæ sit de nomine, familia, vel generatione, licet remotiori, quamvis sint aliæ proximiores, cum quibus possit contrahi matrimonium intra quartum gradum; imo magis licitè contrahet matrimonium, secundum ea quæ scribo *suprà, q. 50. à num.* 16. nisi coniectura sit, quòd fundator maioratus aliud voluerit. ¶ Et ista etiam confirmantur, quia etiam † 8 cæteris paribus est locus gratificationi, *l. ultima, ff. de religios. & sumpt. funer. l. 3. §. si cum omnes. ff. ad syllanum. l. ae die, ff. qui satisda. cogan.* cum *concordan.* quæ latissimè scribit Tiraquellus *in tract. de primogen. in 2. opinione, 17. q. n. 1. cum seqq. pag.* 163. & tradit etiam Menoch. *lib. 2. de arbitr. centur. 3. casu* 255. *n. 1. pag.* 461. Et si prohibitus alienare extra familiam, eligit † etiam 9 remotiorem, valet alienatio, vt per Alciatum *in l. filiusfamilias. §. diui, n.* 53. *ff. de legat. 1.* Francisc. Mantica *lib. 6. de coniecturata mente defuncti, tit. 15. nu. 25. pag.* 249. Menoch *cons. 211. nu. 126. lib. 3.* quem omnino lege in ista materia, quia notanter loquitur & distinguit, Matienço *in l. 7. tit. 11. glos. 5. nu. 10. lib. 5. Recopil. fol.* 361. Hieronymus Gabriel. *in com.* 140. *n.* 4.

Ex quibus infero notam & singularem limitationem *ad l. 17. Tauri* in illis verbis, *Entre sus parientes*: nam parentes non necessitantur † in illo casu eligere proxi- 10 miores: quod hodie notissimè, istis non relatis, tradit Angulo *in l. 11. tit. 5. lib. 5 Recopil. glos. 13. n. 1. fol.* 236. ¶ Ex quibus maximè dubito de quadam noua opinione Ioan. Garciæ *in tract. de nobilit. glos. 1. §. 1. n.* 27. *vers. ex qua ratione, nu.* 27. *fol.* 46. *col.* 3. vbi ait, † quòd habens 11 facultatem nominandi, debet nominare quem lex successorem facit, & nominatio aliter facta est nulla; vbi ad hoc refert *Tiraquellum,* & alia, quæ istam conclusionem nec tenent, nec probant. Et in tantum ista conclusio est vera, quòd talis electio † commissarij fieri potest abs- 12 que citatione aliorum consanguineorum, secundum Burt. *in l. 1. n. 16. ff. de lega. 2.* Angel. Imol. Alexan. & Ias. *in l. si quis arbitratu ff. de verbo. obliga.* vbi etiam Roman.

Et istis singulariter est addendum, quod quando testator commisit electionem † de domo, vel de familia, 13 electi debent esse de agnatione testatoris masculi, & non fœminæ, secundum Alexand. *cons. 213. lib. 6.* Carol. Ruin. *cons. 24. lib. 2.* quos citat Simon de Pret. *lib. 1. de interpretan. defunct. voluntat. solut. 4. nu. 16. fol.* 14. Paris. *cons. 90. num. 57. lib. 2.* per *d. l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de legat. 2.* Et quòd vbicunque testator dedit electionem hæredi, per verbum, *voluerit,* eligendi de familia nobili, † possit eligere quem voluerit de extantibus & 14 viuentibus de familia à iqua, non de futuris, tradit Menoch. *in cons. 30. num. 10. cum seqq.* per tex. *in l. 1. §. si quis proximior, ff. vnd. cognat.* & doctrinam Rubei *in cons. 128. num.* 4. Socin. Iun. *in cons. 69. nu. 36. & in cons. 129. n. 27. lib. 3.* & ibi etiam Menoch. *nu.* 13. Curt. Sen. *in cons. 40.* & alios existimantes, quòd dans electionem eligendi de familia, † intelligitur de propria familia, 15 non de aliena.

Ex quibus etiam infertur ad quæstionem de facto contingentem, si alicui data fuit facultas eligendi inter filios alicuius ad maioratum, vel meliorationem, inter alios, qui eligi debent, sint masculi & fœminæ, 16 potest elector † eligere fœminam etiam in eodem gradu, excluso masculo; dummodo ille, qui dedit facultatem eligendi, non præsumatur nec appareat voluisse conferre agnationem: & scripsi *in hac 1. p. q. 48. ad fin.* Ad quod legi debet Molina *dict. c. 5. lib. 2. de primogen. n.* 61. post *Gregor. Lopez,* quem citat. Item, quod si quis simpliciter & indistinctè committat electionem, vel nominationem ad maioratum, vel meliorationè absque grauamine quod nominet in familia, vel agnatione, aut ex cõsanguineis, † non tenetur eligere cõsanguineũ 17 illius, qui commissionẽ dedit, sed potest extraneũ nominare, vt colligitur ex resolutione Sim. de Pret. *lib. 3. de interpr. defunct. volunt. dubit. 4. solut. 1. n.* 68. *fol.* 329. per

regulam, *l. cum quidam. ff. de legat. 2.* quod ex facto agitatum fuit. Ad quod facit egregium consilium Pauli de Castro supra scriptum, *Egregius Doctor, n. 2. lib. 2.* & melius Cephal. *cons. 144. n. 80. lib. 3.*

Limitantur etiam quæ dicta sunt, si testator dixit, quòd post mortem hæredis volebat bona esse *de familia*, aut *nepotum*, aut *descendentium suorum*, quia tunc
18 grauatus † non potest vnum præferre alteri, vt probat Carol. Ruin. *cons. 117. num. 26. lib. 2.* Ex quibus fuit determinata quæstio; pater fecit meliorationem vinculatam de fundo magni valoris in plures filios, grauamine adiecto, quòd si aliquis ex illis voluisset vendere partem & portionem suam, teneretur vendere aliis fratribus; quidam ex eis decessit absque liberis, & reliquit portionem propriam vinculatam vni ex fratribus, & non omnibus, dubitatum fuit an teneretur relin-
19 quere aliis fratribus, qua in re † magnum negotium fecerunt *dicta consilia* Menochij 211. & 277. Et ex prædictis confirmo quod scribit Caldas Pereira *de renouation. emphyteut. quæst. 18. num. 23. fol. 159.* vbi resoluit, quòd quemadmodum grauatus restituere vni
20 de familia, quem malit, † potest eligere ad fideicommissum, eumque nominare, qui sit de familia defuncti; ita qui iure dominij ad se directò pertinentis, tenetur vni ex filiis defuncti, per cuius mortem finita est emphyteusis, renouare: potest siquidem gratificare & eligere minorem filium, exclusis aliis senioribus: limitat tamen & intelligit † humada *in l. 2. tit. 15. p. 2. gios. 13. in verb.* En España, *num. 2. fol. 145.* quòd talis
21 qui † eligere potest, non debet eligere indignum: quod trado *supra, q. 48.* vbi plura scribo pro confirmatione istius sententiæ. ¶ Et quòd conditio nomina & arma deferendi, † non possit fieri nisi illis qui sunt
22 de agnatione & familia, & illis deficientibus, aliis possit fieri, tradit Nicol. Boerius *decis. 146. n. 6.* quod difficile mihi videtur, quam decisionem ad alium finem refero *in fine secundæ partis.*

16 *Ecclesia an cogatur vendere feuda patrimonialia quæ acquisiuit.*
17 *In re subiecta restitutioni an possit Ecclesia fundari.*
18 *An liceat alienare rem emphyteuticam in Ecclesiam quoad vtile dominium.*
20 *Ab vsu non est recedendum.*
21 *Bona emphyteutica in quibus casibus alienari possint.*
22 *Et an sine domini consensu.*
23 *Si vinculentur, an alteretur prohibitio alienationis propter vinculum illu iniunctum.*
25 *Eorum natura est, quod prohibeatur eorum alienatio absque domini consensu.*
26 *Res secundum præsentem statum iudicari debent.*
27 *Ea quæ sunt in spe? non sunt consideranda.*
28 *De illis, quæ raro accidunt, non est curandum.*
29 *Bona maioratus an possint concedi in emphyteusim.*
30 *Res à patre in emphyteusim accepta pro se & liberis, an imputetur filio in legitimam?*
31 *Renouatio emphyteusis bonorum maioratus, an possit peti.*

QVÆSTIO LXXIII.

Maioratus an possit constitui ex bonis, quæ quis habet in emphyteusim, in præiudicium domini directi.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus ex bonis emphyteuticis an possit constitui? refertur sententia affirmans. Contraria opinio. n. 2. Authoris sententia, n. 19. & 24.*
3 *Renouatio rei emphyteuticæ an possit fieri in Nobilem, vel Ecclesiam. Et quando, n. 4.*
5 *Vassallus an possit infeudare feudum in Ecclesiam sine domini voluntate? refertur sententia negans. Affirmans tamen. n. 6.*
7 *Emphyteuta an possit prohibere alienationem rei per fideicommissum relictæ.*
8 *Et an possit rem emphyteuticam per fideicommissum cui placuerit relinquere.*
9 *Feudum an possit relinqui primogenito in præiudicium vocatorum.*
10 *Emphyteuta an possit pro dote Ecclesiæ dare rem emphyteuticam absque domini consensu? refertur sentia affirmans. Negans. n. 13.*
11 *Sine consensu domini an possit vassallus rem feudalem dare alteri in emphyteusim.*
12 *Ecclesia an possit construi super re fideicommisso subiecta. Et an super fundo in emphyteusim dato. ibi.*
14 *Bona feudalia an possint subiici fideicommisso.*
15 *Prælatus an possit dare Capitulo in feudum vel emphyteusim res solitas concedi.*

Septuagesimotertiò, vidi in praxi in materia nostra dubitari, vtrum maioratus possit constitui ex bonis, quæ quis habet in emphyteusim in præiudicium domini rei emphyteuticæ? In qua quæstione potius vellem doceri, quàm docere. Quia inuenio, quòd doctissimus Molina *lib. 2. de primog. c. 10. num. 71. fol. 312.* planè tenet, † posse maioratum constitui ex bonis emphyteuticis; qui ad istam opinionem verè nihil quod vigeat; allegat: & directè quæstionem nostram non tractat. 1

Contrarium autem † apertè tenet Antonius Gam. 2
decis. 70. num. 1. & 2. & iterum *dec. s. 214. num. 1. & decis. 218. num. 3. & 10.* vbi Additio: quia secundum eum, talia bona inalienabilia efficerentur. Mouetur per textum *in cap. 1. §. donare, qualiter feud. amitta.* & doctrinam Speculat. *in tit. de emphyteus. §. nunc aliqua, vers. 116.* hodie *in 4. p. §. 3. num. 142. fol. 111.* Bald. *in c. Clerici, num. 13. de iudi.* & Cardinal. & alios citat Aponte *in tract. Laudemiorum, q. 13. in fin. & q. 51. in fin.* Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 30. de constit.* & *in c. inter dilectos, num. 10. de fide instrument.* Pro quibus est textus *in c. 1. de gradibus succession.* qui reddit rationem, quia nunquam bona ad Ecclesiam reuerterentur: quem textum declarat Alexand. *in cons. 120 n. 4. lib. 1.* ad ista legendus.

Et pro ista sententia faciunt plura quæ nouissimè scribit Caldas Pereira *de renouation. emphyteut. q. 20. nu. 15. cum seqq. fol. 168.* qui ex pluribus probat, non posse fieri † renouationem rei emphyteuticæ in Nobilem 3
vel Ecclesiam: & facit celebre *consilium* Alciati 258. quem refert & sequi videtur Marzarius *in tract. de fideicommiss. p. 2. q. 10.* quibus conuenit, quòd si emphyteuta, vel vassallus velint alienare in Ecclesiam, vel manum mortuam, dominus non tenetur consentire, secundum Cardinal. *in cons. 34 Circa primum*, Curtium *in tractatu de feudis, p. 2. q. 9.* Matthæum ab Afflictis *in §. donare, num. 13. qualiter olim feudum amittatur*, & alios, quos citat Amedeus de Aponte *in tract. Laudemiorum, q. 13. in fin.* & Iulius Clarus *in §. emphyteusis, q. 33. num. 1. pag. 139.* resoluit & tradit Speculator ab illis non relatus *in tit. de locato, §. nunc aliqua, num. 142. fol. 111. lib. 4. particul. 3.* & facit notabilis doctrina Imolæ *in c. potuit, num. 25. de locato.* Marzarij *in tractat. de fideicommiss. q. 10.* Ludouic. Peguera *in repetition. capituli incipien. Ne super laudemio*, & *in tract. de laudemiis, versic. 7. fol. 94. n. 31.*

Quæ opinio †-magis procederet, vbicunque in da- 4
tione ad emphyteusim esset clausula ordinaria quòd bona emphyteutica transire non possent ad Ecclesiam, vel Monasterium. Et quòd vassallus non possit infeudare † feudum in Ecclesiam sine domini voluntate, resoluit Cæsar Lambert. *in tractatu iuris patronatus, lib. 1.* 5

lib. 1. 8. art. 8. quæst. num. 3. cum seqq. folio 75. ad ista legendus.

Pro Molina autem facit text. *in cap. 1. qualiter feudum olim poterat aliena.* & *in cap. 1. de lege Corradi*, vbi
6 probatur, quòd vassallus † potest infeudare sine domini consensu, non intercedente fraude; & volunt omnes Feudistæ *in cap. 1. §. præterea, de capitul. Corradi*, & *in cap. Imperialem, §. illud, de prohibi. feud. aliena. per Federicum*, Bald. *in cap. 1. de controuer. inter me & dominum*, Abb. & alij *in cap. transmissa, de foro competen.* Abb. *in cap. cum Apostolica, de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli*, Guid. Papæ *decis. 161.* & alij, quos citat Glos. Paris. *par. 1. consuetud. Paris. §. 35. num. 16. fol. 267.* Et doctrina Ripæ *in l. filius familias, §. Diui, num. 91. ff.*
7 *de legat. 1. fol. 129.* vbi indistinctè tenet, † posse emphyteutam prohibere alienationem rei per fideicommissum per ipsum relictæ, quem citat nouissimè Anton. Peregr. *in tract. de fideicom. art. 51. num. 84. folio 491.* Quod confirmo ex scriptis per Ialonem *in l. final. n. 75. C. de iure emphyt.* & *in l. si domus, §. vlt. num. 21. fol. 120. ff. de legat. 1.* Et mouetur *Ripa* ex communi resolutione,
8 quòd emphyteuta † potest etiam per fideicommissum relinquere rem emphyteuticam, cui placuerit, dummodo non relinquat personis priuilegiatis, secundum Bartolum, *in d. l. si domus, §. final.* & *in l. si patroni, ff. ad Trebell.* & *in l. cum virum, C. de fideicom.* & consuluerunt Bald. *cons. 70. lib. 2.* Alex. *cons. 120. num. 3. lib. 1.* ergo etiam potest emphyteuta prohibere rei alienationem.

9 Facit etiam pro *Molina*, quòd feudum † potest relinqui primogenito etiam in præiudicium vocatorum, secundum Paulum de Castro *in cons. 179. num. 3. lib. 1.* Alex. *cons. 12. ad fin. lib. 5.* & alios, vt per Tiraq. *in tract. de primogen. q. 77. ad fin.* & idem volunt Carol. Ruin. *cons. 2. num. 3. lib. 3.* Ias. *cons. 236. lib. 2.* & *cons. 107. lib. 4.* Cephal. *cons. 152. num. 61. lib. 2.* pro quibus faciunt scripta per Speculat. *d. tit. de locato, §. nunc aliqua, vers. 4.* & alios plures, quos citat Tiraquel. *lib. 1. de retract. §. 11. glos. 6. num. 32. pag. 516.* Simon de Pratis, *lib. 2. de interpret. defu. et. voluntat. dubit. 2. solut. 2. num. 76. fol. 135.* & quod tradit D. Anton. de Padilla *in authent. res quæ, C. communia de legat. num. 104. pag. 234.* vbi contra Lamber. *in tract. de iure patronatus, lib. 1. part. 1. art. 4. quæst. 5. num. 2.* resoluit, quòd emphyteuta pro dote Eccle-
10 siæ † potest dare rem emphyteuticam absque domini consensu: quod tamen D. Anton. de Padilla defectuosè tractauit, vt infra legetur: quod dictum retuli *4. p. q. 1. limit. 6. ad fin.* & facit bonus tex. *in l. tutor, § final. ff. de pignorat. action.*

Pro *Antonio Gam.* facit Glos. *in cap. Imperialem, in princip. in verbo, seu alienare, circa finem, de prohib. feud.*
11 *aliena. per Federic.* quæ vult, quòd † non potest vassallus sine consensu domini rem feudalem dare alteri in emphyteusim: cuius Glossæ opinio est magis communis, secundum Curtium Iunior. *in tract. de feud. 4. par. q. 2. primæ regulæ*, quem refert & sequitur Iulius Clarus *§. emphyteusim, q. 33. n. 3. pag. 189.* & quod tradit Rochus de Curte *in tract. iuris patronatus, in verb. Ecclesiam fundauit, q. vlt.* vbi resoluit, quòd Ecclesia † non potest
12 construi super re fideicommisso subiecta: quod latius disputat Lambertinus *in tract. de iure patronatus, lib. 1. 21. art. 2. quæst. principal. n. 1.* & *eod. lib. 1. 8. art. 5. quæst. principal. n. 23. fol. 37.* & *eodem lib. 4. art. 8. quæst. principal num. 4. fol. 166.* in qua parte vltima tractat, an Ecclesia possit ædificari in fundo emphyteutico? & quod concludit Cæsar Lambertin. *in tract. de iure patronat. lib. 1. 4. art. 5. quæst. principal. num. 2. fol. 34.* dicens, quòd
13 dominus vtilis rei emphyteuticæ, † non potest rem emphyteuticam in dotem Ecclesiæ dare absque domini consensu, maximè si haberet alia bona, de quibus dotare posset Ecclesiam, vt per Aymonem *in cons. 215. num. 7.* Ioan. Lop. *in rubr. de donat. inter vir. & vxorem. §. 12. num. 6. pag. 38.* de quo etiam lector videat Amedeum de Aponte, *in quæstionibus laudemialibus, quæst. 29.* latissimè Corbulum *in tractatu de iure emphyteut. in part. de causa priuationis ob alienat. limit. 20. num. 1. cum seqq. folio 123.*

Et pro *Gama* adduci etiam potest *l. 29. tit. 8. part. 5.* in illis verbis, *Auer el censo tan ligero como del mismo.* Et facit argumentum *l. vltimæ, ff. de litigios.* ibi, *Rem, de qua controuersia est, prohibemus in sacrum dedicare:* & quod tradit Bursatus *in cons. 173. num. 82. lib. 2.* vbi vult, quòd
14 † bona feudalia non possint subiici fideicommisso. Et conducunt etiam scripta per Alciatum *in cons. 258. nu. 16. cum seqq.* Capellam Tholosanam *decis. 461.* facit etiam quod scribit Cardinal. *in cons. 39. In cas. feudum*, vbi concludit, quod ex eo quòd Capitulum Ecclesiæ nunquam moritur, † non potest Prælatus dare Capitu-
15 lo in feudum, vel emphyteusim res solitas concedere; quod referunt Redoan. *in tit. de rebus Ecclesiæ non alienan. q. an dare feudum possit alteri, ni. 2.* Marcus Anton. Cuch. *in lib. de instit. maior. tit. de officio & potestate Capituli, num. 96. pag. 206.* His congruit doctrina Ioan. Fabri *in authen. ingressi, col. final. vers. quid si vassallus, C. de sacrosanct. Eccles.* vbi vult, quòd Ecclesia potest acquire-
16 re feuda patrimonialia, † sed cogitur vendere: quem citat Glos. Paris. *in consuet. Paris. p. 1. §. 41. n. 9. fol. 296.* qui *n. 79. cum seqq.* plura scribit pro opinione Gamæ omnino legenda, facit textus *in authen. sicut alienatio, C. de sacrosanct. Eccles.* ibi, *Aut alias onerosa, veluti fiscalium nomine, vel onere.* Sed & Bart. elegantèr *in l. si locus. ff. de religios. & sumptibus funer.* tradit, quòd in re, quæ subiacet restitutioni, † non potest Ecclesia ædificari; quod 17
reputo notandum. Et opinio tenentium, quòd si quis instituat in suis bonis, non videtur instituere in bonis feudalibus, vel emphyteuticis, vt volunt plures, quos citat Simon de Præt. *lib. 3. de interpret. defunct. volunt. interpret. 1. dubit. 1. solut. 1. n. 55. fol. 183.*

Istis est simile, licitum † non esse alienare rem em- 18
phyteuticam in Ecclesiam quoad vtile dominium, quia non est spes quòd propter mortem, vel ob aliam causam reuertatur ad Ecclesiam secundum Speculatorem, *tit. de locato, §. nunc aliqua, vers. 116.* notant Doctores *in a. cap. potuit, de locato, super glossam, verb. prohibentur* Alexand. *in cons. 6. num. 5 lib. 3.* Glos. Paris. *in consuetud. Paris. p. 1. §. 41. num. 57.* & alij, quos citant Iulius Clarus *§. emphyteusis, q. 33.* Cephal. *cons. 223. num. 41. lib. 2.* Menoch. *in cons. 216. num. 37. lib. 3.* qui in re multa bona ad propositum scribunt. Bursatus *in cons. 198. num. 8. cum seqq. lib. 2.* Corbinus *de iure emphyteut. de causis priuationis ob mortem ciuilem, num. 16. cum seqq. fol. 22.* qui inter alia refert Ioan. Lop. *in rubr. de donat. inter virum & vxorem, §. 16. num. 13.* Guillelm. Bened. *in cap. Raynut. de testam. in verb. & vxorem*, ad quos addo Caldas Pereir. *in tract. de renouat. emphyteut. d. q. 20. nu. 27.* & Quemadam *de bon. confiscat. q. 11. fol. 35. colum. 2.* & Molinam *in tract. de iustitia & iure, tract. 2. disput. 140. pag. 760.* vbi resoluit, quòd emphyteusis Ecclesiastica, vel sæcularis transit in Monasterium, ita vt Monasterium, nisi dominus in contrarium eligat, teneatur alienare in personam non priuilegiatam, prout ipse latius ostendit.

Ego, si licet meum interponere iudicium, existimo 19
† sequendum esse in practici, quod Ripa & Molina existimant, volentes, posse emphyteutam relinquere per fideicommissum in casibus à iure permissis, & prohibere alienationem rei per fideicommissum relictæ, & facere maioratum de re emphyteutica, quod vsus Hispaniæ sequitur, & tuetur, à quo † non est recedendum, *l.* 20
minimè, & l. si de interpretatione. ff. de legibus. cum similibus. Et quòd bona emphyteutica possint subiici fideicommisso in casibus, † in quibus alienari possunt, præ- 21
supponit Menoch. *in tract. de præsump. lib. 4. præsumpt. 189. num. 165. fol. 340.* faciunt etiam scripta per eundem Menoch. *cons. 90. num. 105 lib. 1.* vbi ex Alexand. *in d. cons. 120. lib. 1.* & Alciato *dict. respons. 258. numero 4.* Beroio *in cap. 1. num. 34. de iure patron.* & aliis, tradit, quòd emphyteuta potest legare rem emphyteuticam sine Episcopi consensu. Et ista sententia confirmatur

viua & concludenti ratione de natura bonorum, quæ
22 dantur in emphyteusim,& est, quòd regulariter † non possint alienari nisi cum domini consensu, & in certis casibus à iure permissis, vt omnia iura docent: & clausulæ contractuum, qui fiunt in donationibus ad emphyteusim: de natura etiam bonorum maioratus est, quòd non possint alienari. Ex quibus fit, quòd si bona
23 emphyteutica † vinculantur, non alteratur prohibitio alienationis bonorum datorum in emphyteusim propter aliud vinculum in illis iniunctum. Quinimo, magis firma & vrgens remanet prohibitio alienationis bonorum datorum in emphyteusim, & fideicommissarius succedit in bonis feudalibus, vt tradit Iulius Clarus, §. *feudum*, *q.*87. *num.*2. vbi declarat: & faciunt scripta per eundem *q.*9. & *q.*40.

24 Nec mihi in contrariam sententiam † persuadet fundamentum *Gamæ*, fieri domino præiudicium, quòd res non alienetur propter laudemia domino soluenda, si res emphyteutica alienetur: hæc enim spes non est consideratione digna, cum magis ex natura bonorum em-
25 phyteuticorum sit, † quòd sit prohibita eorum alienatio absque domini consensu, *l. vltima, C. de iure emphyt. d. l.* 29. *tit.* 8. *part.* 5. *cum similibus*. Et regulam habemus
26 in iure, quòd res † debent iudicari secundum præsentem statum, & non debet inspici quid contingere posset: *l. inter stipulantem*, §. *sacram, ff. de verborum obligationibus* cum concordantibus, vt ibi per Iasonem *num.* 5.
27 de quo §. 1. *glos.* 18. *num.* 42. Et regulariter ea † quæ sunt in spe, non sunt consideranda, *l. fundum*, §. *item insulæ, ff. de action. empt. l. si nondum, C. de furt. l. naturaliter*, §. 1. *ff. de acquirendo rerum dominio*: §. *illud quæsitum*; *eodem tit.* cum *concordantibus*, vt per Tiraquellum *de legibus connubialibus*, *glos.*2. de son mari, *num.*28. *cum*
28 *seqq. fol.*252. Et de illis, quæ ratiò accidunt, † non est curandum, *l. ea quæ, ff. de regulis iuris*. Et an bona maioratus † possint concedi in emphyteusim, post Molinam
29 *lib.*1. *cap.*21. *num.*21. Piriel. *in l.*1. *part.*3. *num.*65. *C. de bonis maternis*, lege Alnarum Valascum *cons.*95. *num.*2. & 9. In quo puncto, & in ista materia magni facio *consilium* Ancharrani 420. vbi latè examinat quando res emphyteutica possit venire ad Monasterium Et ista seruiunt pro decisione quæstionis, quam etiam in practica vidi, vtrum sit licitum bona emphyteutica relinquere Ecclesiæ, donare, vel vendere.

30 Et quòd si pater accipiat aliquam rem † in emphyteusim *pro se & liberis*, non imputetur filio in legitimam talis res in emphyteusim accepta, tradit Marcus Cucch. *in tractatu de Legitima*, *vers. ex substantia*, *folio* 45. *colum.*1. *num.*6. ex Bald. *in l.*1. §. *nec castrense, ff. de collation. bonorum*, & *in l. omnimodo*, §. *imputari, C. de inofficioso testamento*, Ripa *in l. in quartam*, *numero* 135. *ff. ad l. falcidiam*, quod non est extra materiam meliora-
31 tionum. Et quòd non possit peti renouatio emphyteusis bonorum maioratus, tradit nouissimè Caldas Pereira *de renouation. emphyteu. quæst.* 16. *num.* 71. *folio* 142. Et an possit fieri ius patronatus, & ædificari Eccle-
32 sia super fundo † dato ad emphyteusim, lege Lambertinum *de iure patronatus*, *lib.*1. 2. *quæst. principal. art.* 2. *num.*5. *fol.*10. & *eodem lib. art.*4. 5. *quæst. principal. fol.* 34. & *art.*4. 8. *quæst. num.*4. *fol.*166.

QVÆSTIO LXXIV.

Pater si in testamento melioret filium in Tertio bonorum, in quo per viam maioratus, scriptura donationis facta eum priùs meliorauerat, an libera maneant bona, aut censeatur grauamen repetitum.

SVMMARIVM.

1 *Legato in priori testamento relicto, ne extra familiam res legata alienari possit, in posteriori tamen simpliciter relicto, an censeatur onus repetitum.*
2 *Legatum quod de vno in eundem transfertur, videtur sine onere translatum; secus si transferatur de vno in alterum.*
3 *Et quomodo id limitari debeat.*
4 *Pater si in vna clausula testamenti meliorei filium in certa re, titulo maioratus; & in alia clausula inferiori in eodem Tertio simpliciter melioret eum in eodem, à vinculo recessisse non videtur.*
5 *Pater si melioret filium in Tertio & Quinto cum restitutionis grauamine; & postea in mortis articulo aliud prælegatum de eodem Tertio & Quinto faciat, an remoueatur grauamen de restituendo.*
6 *Et quid si donet filio aliqua bona cum onere restitutionis; & postea in testamento leget aliquid iuré restitutionis, & vult vt cum eo contentus sit.*
7 *Fideicommissum si fiat in testamento sub conditione, & in codicillis conditio non adiiciatur, an censeatur adempta.*
8 *Substitutio facta in codicillis sub diuerso modo & conditione, an dicatur diuersa substitutio.*
9 *Legatum censetur cum eodem onere translatum. Nisi alia conditio fuerit apposita*, n. 12.
10 *Translatio bonorum immobilium facta in pœnam à filio in proximiores familiæ, facta censetur sub eadem conditione & onere.*
11 *An idem iudicandum in parte bonorum, quod in omnibus bonis.*
13 *Dispositio sequens intelligitur facta secundum naturam præcedentem.*
14 *Quæstionis definitio*, & n. 16. & 18.
15 *Conditio posita in institutione, intelligitur repetita in legato postea facto.*
17 *Inuestitura facta eisdem personis, videtur facta secundum primam.*
19 *Si quis in primo testamento masculos vocauit, & in secundo omittat, non videtur à priori masculorum vocatione recessisse.*
20 *Voluntatis mutatio non præsumitur.*
21 *Et ad quem pertineat onus probandi mutatam esse voluntatem.*
22 *Quod non mutatur, quare stare prohibetur.*
24 *Quando in secunda dispositione noua qualitates ponuntur, non censentur antiquæ repetitæ, sed nouæ debent attendi.*

SEptuagesimoquartò quæro de quæstione singulari, & quæ de facto contigit in successione quarundam villarum maximi valoris. Meliorat quis filium in Tertio bonorum per viam maioratus, cum onere vinculi, & restitutionis, quod fecit in scriptura publica per viam donationis, postea in testamento iterum meliorat filium in eisdem bonis, non faciens mentionem de maioratu, nec de vinculo, vtrum bona remaneant libera, vel videatur repetitum grauamen, vinculum, & maioratus.

Dubium

Dubium oritur ex doctrina *Dini* & *Bart.* quæ communiter ad hoc refertur *in l. Siatius Florus*, *in principio*, *ff. de iure fisci*, volentium, quòd si in priori testamento legatum fuit relictum, vt extra familiam res legata alienari non possit; in posteriori autem testamento legatum
1 relictum sit simpliciter; onus adiectum † non intelligitur repetitum: quod dictum referunt & sequuntur Carolus Ruinus *cons.*93. *nu.*13. *lib.*2. & *in cons.*53. *n.*8. *eodem libro*, Natta *cons.*476. *n.*17. & alij, quos cito *infra* 2. *p. q.*4. *illat.*8. *vers. sitem est notandum, quod conditio apposita*, tradit *Mantica* vbi refertur corruptè consilium *Nattæ*, scilicet *lib.*12. *de coniect. mente defunct. tit.*1. *n.*38. *pag.*586. & *lib.*12. *tit.*16. *n.*19. *pag.*639. & Bartolum etiam refert & sequitur Cephalus *cons.*67. *n.*11. *lib.*1. vbi ponit distinctionem, quòd vbicunque legatum
2 transfertur de vno in eundem, † videtur translatum sine onere, secus si legatum de vno in alium transferatur; per regulam *l. si tibi, ff. de adimend. legat.* & Alber. quem citat *in rubrica, ff. de adimend. legat. n.*3. Roman. *singula.* 668. *Quæstio talis est*: & ibi *Cephal.* plura in ista materia scribit ad istud propositum legenda: & *in cons.* 68. *seq.* & Bartolum etiam sequuntur Iulius Clarus *in* §. *testam. q.*76. *n.*8. Carol. Rui. *in cons.*35. *n.*11. *lib.*3. Curt. Iun. *in cons.*163. *n.*14. quos & alios citat Zanchus *in l. hæredes mei*, §. *cum tria, ff. ad Trebell. p.*3. *num.*56. *pag.*52. Menoch. *in cons.*85. *n.*112. *lib.*1. qui ad hoc citat Crauetam *in cons.*113. *in fine*, Carolum Ruinum *in dict. consilio* 93. *num.* 3. *in fine*, & *in cons.*144. *num.*17. *lib.*2. & alia, quæ in proposito tradit Ioseph Mascard. *lib.*3. *de probation. concl.* 1137. *n.*17. *folio* 27. qui hoc declarat.

Et istam opinionem elegerunt Hieronym. Gabriel, *in cons.*97. *n.*2. *lib.*1. Menoch. *in tract. de præsumpt. lib.*4.
3 *præsumpt.* 176. *n.*4. *fol.*306. vbi *n.*8. & 9. hoc limitat Antonius Thesaurus *in tract. de iure fisci, lib.*3. *num.*17. *pag.*187. qui legi debet: & legenda sunt quæ nouissimè scribit Anton. Peregr. *in tract. de fideicommiss. art.*16. *n.*95. *fol.*155. vbi inter alia refert Cephalum *in d. cons.*67. & tex. *in d. l. si tibi, ff. de adim. legat.* citat ad hoc Anton. Gomez *lib.*1. *variar. tit.*12. *de legat. n.*69 *fol.*127. & faciunt, quæ ex Zancho & aliis scribo *in tractu* 2. *part.* sed & Peralta *in l. si idem seruus, n.*8. *pag.*171. & 172. *ff. de legatis* 2. per textum *in l. nam ad ea, ff. de condit. & demonstr. vers. quòd si purè* scribit, quòd si pater in vna clausula testamenti meliorat filium in Tertio bonorum in certa re cum vinculo maioratus in forma consueta apposito, & in alia inferiori clausula eiusdem testamenti meliorauit eundem filium in eodem Tertio
4 simpliciter absq; vinculo, † non videtur recessisse à vinculo, secus secundum eum, si melioratio fuisset facta in diuersis dispositionibus & scripturis, qui ad hoc etiam refert textum *in l. Iauia, ff. de condit. & demonstrationibus.*

Rurius Castellus *in l.*27. *Tauri, folio* 107. *col.*1. *vers. sed quæro, pater*, per textum ex Bart. *in l. Titia testamento, ff. ad Falcidiam*, tradit, quòd si pater meliorauit filium in Tertio & Quinto, apposito grauamine, quod illud restituat alteri filio vel nepoti: & postea pater in mortis articulo aliud prælegatum fecit de Tertio & Quin-
5 to, † illud prælegatum secundò factum remouet grauamen de restituendo: & text. *in d. l. si tibi*, citat etiam in materia, *decis. Pedemont.* 52. *num.*2. vbi plura ad propositum scribit: & ad omnes addo Oldra. *in cons.*28. *Pater si dat*: vbi vult, quòd si pater donet aliqua bona filio cum onere restitutionis, & postea in testamento legat sibi aliquid iure restitutionis, & vult illum esse contentum cum illo, & cum donatione, quam sibi fecerat,
6 † propter hoc videtur remittere onus fideicommissi appositum in donatione, per *dict. l. si tibi, & l. creditores, & l. seq. ff. de legatis* 1. & *l. Mœuius, respons.*3. *ff. de legat.*2. & alia iura. Quod dicit benè notandum Greg. Lopez *in l.*11. *tit.*4. *p.*6. *glos.*1. *vers. ad quod benè facit*: sic Bald. *in cons.* 444. *Præmittendum est, ad finem, lib.*4. tradit, quòd si in testamento factum sit fideicommissum sub conditione, in codicillis autem relictum fuerit fideicommissum particulare absque conditione, conditio † cen- 7
setur adempta in codicillis; quem citat Ripa *in cor. filio* 132. *n.*12. Hinc est, † quòd substitutio facta in codi- 8
cillis sub diuerso modo & conditione, dicitur noua substitutio & diuersa, secundùm Corn. *in cons.*238. *colum.*5. *vers.* ex quibus apparet, quod refert & confirmat Aymo *in cons.*80. *n.*30.

Contrarium probari videtur *in l. legatum sub conditione, ff. de adimen. legat.* vbi probatur, quòd † legatum 9
censetur translatum cum eodem onere: notat Bart. *in l. alumnæ, ff. eodem tit.* & probatur *in l. Caio, in principio, ff. de adimend. legat.* vbi Bart. tradit idem *in l. si adimen. ff. eod. tit.* Paul. de Castro *in cons.*326. *n.*2. *lib.*1. Hieron. Gabr. *in cons.*110. *n.*4. & *in cons.*123. *n.*4. vbi tradit regulam, quòd translatio † bonorum immobilium facta 10
in pœnam à filio in proximiores familiæ, existimanda est facta sub eadem conditione, & onere, nempe, vt bona restituantur filiis, si instituti cum filiis moriatur, *l. cum pater*, §. *ab instituto*, vbi Bartol. *ff. de legatis* 2. Paul. de Castro *in cons.*152. *col.*3. *in fine*, *n.*2. *vers. postremo, lib.* 1. & ibi Hier. Gabr. tradit conclusionem in hoc singularem: quòd idem iudicandum † est in parte bonorum 11
quod in omnibus bonis, vt ibi latius per eum. Doctrinam autem Bartol. *in d. l. si adimen. ff. de adim. leg.* refert Mantica *d. lib.*12. *tit.*3. *n.*3 *pag.*591. qui ad hoc etiam adducit regulam *d. l. Caio, in princip. ff. de adimend. legat.* facit regula *l. à filio, ff. de alim. legat.* & quæ scribit Paris. *in cons.*141. *n.*19. *lib.*4.

Et hanc regulam, quòd legatum seu fideicommissum censeatur translatum cum eodem onere, † nisi alia con- 12
ditio fuerit apposita, tradunt Angel *in cons.*294. *n.*6. Alex. *in cons.*66. *n.*1. *lib.*3. Decius *cons.*190. *col.*3. *vers. sic.* 5. 6. Mantica *lib.*10. *tit.*6. *n.*19. *pag.*444. Corneus *in cons.*275. *n.*5. *lib.*4. & faciunt quæ ego scribo *supra, hac parte, q.*10. *a n.*134. & regula *l.*1. §. *si quis sub conditione ff. vt legator. nomi. caueatur*: vbi probatur, quòd dispositio † sequens intelligitur facta secundum naturam præ- 13
cedentis, quam trado *infra, par.*2. *q.*4. *illat.*8. *n.*15. *vers. animaduerto etiam hodie.*

Rursus, hoc decidit in terminis *Roderici Suarez*, licet prædicta non referat *in l. quoniam in prioribus, q.*8. *n.*13. *pag.*219. *C. de inoffic. testam.* vbi concludit, quòd si quispiam fecit maioratum & vinculum alicuius rei titulo donationis, & postea in vltima voluntate reliquit rem, non declarando, nec exprimendo onus & vincu- 14
lum, † non videtur recessisse à vinculo prius facto, nec relinquere bona libera, nisi contrarium expressè disponat, qui ad hoc mouetur per regulam *d. l. si tibi ff. de adim. legat. & Iauia, & l. cum seruus ff. de condit. & demonstrat.* Per quæ iura, *& l. duos ff. de condit. & demonstr. & l. filium ff. quando dies legat. cedat*: ponit regulam Tiraq. *lib.*1. *de retract.* §. 1. *glos.*14. *num.*26. *pag.*364. quòd conditio posita in institutione, † intelligitur repetita in 15
legato posteà facto, licet non in legato antea facto. Et Decius *in cons.*515. *n.*5. respondet, quòd si appareat expressè quòd testator voluit bona conseruare in familia, videtur etiam voluisse conseruare in secundo testamento.

Quæ conclusio mihi verissima videtur in meliorationè facta per viam donationis, quæ sit irreuocabilis iuxta terminos *l.*17. *Taur.* hodie *l.*1. *tit.*6. *lib.*6. *Recop.* & in casibus contentis *in illa lege*, cum illis casibus ex vinculo irreuocabili sit acquisitum ius non solum ipsi filio, sed aliis successoribus in infinitum, quem pater sicut non potest reuocare in præiudicium filij primo vocati, & meliorati, ita non potest reuocare in præiudicium aliorum vocatorum, vt plenè scribo *supra, q.* 24. & in aliis locis istius lecturæ. Et idem existimo, quòd procederet in donatione facta per viam vinculi reuocabilis, non obstantibus rationibus, quæ pro priori opinione addictæ fuerunt, quæ ad maioratus Hispaniæ non rectè applicari possunt.

Et pro hac secunda opinione facit, quod in hac propria materia maioratuum tradit Burgos de Paz *cons.* 2. *num.*77.

*num.*77. vbi ponit regulam, quòd conditio appoſita in
16 prima ſcriptura maioratus, † videtur in ſecunda repetita, ſi hæc conſtet ex mente diſponentis, per regulam *l.Seio,§.Gaio,ff.de fundo inſtructo: & l.cum pater, ff. de pactis dotalibus:* & doctrinam Alex. *in conſ.*47.*libro* 5. Nec omitto quod ſcribunt Bart. Alex. & alij *in l.ſi mihi & Titio.ff.de verb.oblig.* volentes, quòd quando inueſtitura eſt facta eiſdem perſonis, † videtur facta ſecun-
17 dum primam, de quo per Baldum *in cap.*1.*§.inſuper, de feud.aliena.* Iaſ. *in conſ.*24.*lib.*3. Beroi. *in conſ.*71. *n.*44. *lib.*1. Cald. Pereir. *de renouat.emphyt.q.*3.*n.*1. *cum ſeqq. folio* 10. *&* 11.

18 Et ſic concludo † in præſenti quæſtione, quòd ſi pater donet filio certa bona in Tertium cum vinculo maioratus, ſiue talis donatio reuocari poſſit, ſiue reuocari non poſſit, & poſtea in teſtamento relinquat filio idem Tertium non faciens mentionem de vinculo, nec maioratu, non cenſetur receſſiſſe à vinculo, nec maioratus reuocatus: & idem (videri meo) erit in qualibet alia donatione facta per aliquem extraneo cum onere vinculi & maioratus, etiamſi talis donatio ſit reuocabilis: nam ſi poſtea ille, qui fecit talem donationem, eam in teſtamento confirmauerit, non cenſetur reuocare vinculum & maioratum. Et ita mihi videtur ſaluo meliori iudicio ex rationibus & iuribus pro poſteriori parte adductis: quibus congruit elegans doctrina Cornei, *in conſ.*275. *In præſenti conſultatione, num.*5 *lib.*4. vbi tradit, quòd ſi quis in primo teſtamento *maſculos* vocauit, licet in ſecundo teſtamento amiſerit *maſculorum* voca-
19 tionem, † non videtur recedere à priori vocatione *maſculorum*; quem citat Deciu*s in d. conſ.*515.*num.* 2. quod eſt notatu dignum, de quo legendus eſt Menoch. *dicta præſumpt.* 76. Et voluntatis mutatio † non præſumitur 20
l.fideicommiſſum, C.de fideicommiſſ. l.eum qui, ff. de probat. Et onus probandi, mutatam eſſe voluntatem, † pertinet ad eum, qui fideicommiſſum recuſat, *l. Lucius, in fin. ff. de legatis* 2. prout latius trado *ſupra, hac parte, q.*43. *num.*22. *cum ſeqq.* De illo autem dicto Cornei & Decij legendum eſt quod ſcribo *in initio ſecundæ partis.* Et facit illa regula iuris, quòd illud, quod non mutatur, † quare ſtare prohibetur, vt *in l.ſancimus, C.de teſtam.* 22
cum *concord.* & quæ in fauorem bonorum maioratus ſcribo *in ſecunda parte, quæſt.*5. & regula *l.nam ad ea, ff.de condit. & demonſtr.* cum his, quæ ad declarationem illius *legis* notanter ſcribit Menoch. *in tract. de præſumptionib. lib.*3 *præſump.*133. *n.*18. Et iſta addenda ſunt ad ea quæ ſcribo *in* 2.*par.q.*5. Iſtis etiam conuenit, quòd quando in ſecunda diſpoſitione ponuntur nouæ qualitates: † tunc non cenſentur repetitæ antiquæ, ſed reie- 23
ctæ, & debent attendi nouæ qualitates, *l.ſub conditione,* vbi Gloſſ. Imola, & cæteri *ff.de hæred.inſtit. l.alumnæ, in princip.ff.de adimend.legat.* volunt Angel. *in conſ.*394. *n.*5.6. *&* 8. Alex. *in conſ.*66. *lib.*3. *& conſ.*158. *n.*56. *lib.*6. Socin. Iunio*r conſ.*144. *n.*21. *lib.*3. Oſaſcus *d.deciſ. Pedemon.*52. *n.*3. Mantic. *d.tit.*6. *n.*19. Burſat. *conſ.*189. *n.*83. *lib.*2. Et pro declaratione eorum, quæ *ſupra* ſcripſi, an duæ ſcripturæ iudicentur vt vna, vel ſint plures ſcripturæ? legenda ſunt quæ ſcribo *ſupra, hac* 1. *part. quæſt.* 44. *à num.* 27. *cum ſequentibus,* quæ ad iſta ſunt valdè neceſſaria.

FINIS PRIMÆ PARTIS.



D. MELCHIO

D. MELCHIORIS PELAEZ A MERES
IN GRANATENSI PRÆTORIO ADVOCATI TRACTATVS MAIORATVVM, ET MELIORATIONVM HISPANIÆ.
Secundæ Partis Initium.

Mens defuncti quibus cauſis perpendatur, & qualiter Princeps derogare poſſit clauſulis maioratus.

SVMMARIVM.

1 MENTEM defuncti difficile eſt iudicare.
2 Voluntas hominum difficiliter probatur.
3 Teſtatores clarè teſtari debent, & num.7.
4 Humana fragilitas mortis cogitatione intenta omnia præcauere non poteſt.
5 Ultimæ voluntates & teſtamenta quare inuenta ſint, & quot vtilitates ex eis reſultent, remiſſiuè.
6 Maioratus inſtituentes, recto iudicio & diſtinctione, omnia diſtinguere & præcauere debent.
8 Aſſumptum huius ſecundæ partis proponitur.
9 In maioratuum ſucceſſione ante omnia debet attendi voluntas teſtatorum.
10 Teſtatoris voluntas pro lege habetur. Et eſt ſeruanda, etiamſi diſpoſitio reddatur inutilis. num. 12. Verificatur in filiis naſcituris, cum non poteſt verificari in filiis natis, num. 15. Vt ſeruetur, à verborum proprietate recedit ur. nu. 16. Cum de illa conſtat. n. 42. In dubio ei fauendum eſt. nu. 21. Non ſolum expreſſa, ſed etiam tacita, & quæ per coniecturas colligitur ſeruari debet. nu. 22. Et interpretanda, vt magis valeat quàm pereat actus, num. 70. Quid ſi ex actus validitate voluntas teſtatoris offendatur, num. 72. & 73. Ad eam interpretandam debet haberi pro vero quod teſtator verum eſſe putabat, num. 76.
11 Voluntas diſtinguit & format omnes actus hominum.
13 Tenor inueſtituræ inſpici imprimis debet, & quare.
14 Paria an ſint, quòd primogenitus ſit vocatus à lege municipali, vel ex tenore inueſtituræ.
17 Teſtator omne id poteſt in teſtamento facere quod non reperitur ſibi expreſsè prohibitum.
18 Cauſa an in vltimis voluntatibus requiratur.
19 Vltima voluntas an reguletur à ratione, aut à mera voluntate.
20 Lucrari dicitur qui voluntatem ſuam exequitur.
23 Coniecturæ quando faciant rem manifeſtam.
24 Voluntas manifeſta dicitur, quæ ex coniecturis colligitur Et ex legitimis præſumptionibus, n 26.
25 Manifeſtum dicitur, quod ex legitimis coniecturis apparet.
27 Coniecturæ, & præſumptiones legum, & præcipuè quæ ex verbis teſtatoris deducuntur, liquidiſſimæ dicuntur probationes, & num. 30.
28 Expreſſum an dicatur, quod ex coniecturis colligitur. Et quod non dicatur euidenter expreſſum. n. 31.
29 Quod ex mente colligitur, dicitur expreſſum.
33 Et illud quod ex verborum natura comprehenditur, licèt aliter expreſſum non ſit.
34 Et quod ſub generali verborum ſignificatione. Et quod de neceſſitate reſultat ex verbis ſcriptis, num. 69.
35 Senſus omnis ſcripturæ à mente ſumit exordium.
36 Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ad filios ex coniecturata mente teſtatoris.
37 An in extraneos. Et quæ ſit ſufficiens coniectura vt tranſmittatur? in Iudicis arbitrio conſiſtit, nu. 39. Et quot ſint coniecturæ, nu. 40.
38 Quod tranſmiſſibile non eſt, an ad hæredes tranſmittatur ex coniecturata teſtatoris voluntate.
41 Ex coniecturata mente teſtatoris admittitur ſubſtitutus, etiam contra verba illius expreſſa. Et recedit ur à vi & natura coniunctionis, num. 44. Et præfertur ſubſtitutus coniuncto, num. 45.
43 Subſtitutio an reguletur ex tacita, ſicut ex expreſſa mente diſponentis.

46 *Verba teſtatoris requirunt concurſum duorum copulatorum.*
47 *Tamen ex coniecturata mente illius in vno verificantur.*
48 *Contra voluntatem teſtatoris factum, an ſit nullum ipſo iure.*
49 *Propter voluntatem teſtatoris lex obliquat verbum directum.*
50 *Coniecturis colligitur, an teſtator vocauerit proximos ſibi, vel vltimo poſſeſſori.*
51 *Mens in fideicommiſſis eſt attendenda potius quam verba. Et qualiter, remiſſiuè.* numer. 61. *Et quid in feudo dato alicui pro ſe & primogenitis.* num.62.
52 *Effectus ſubſtitutionis, cum verbis repugnat, magis attenditur in ſubſtitutionibus, quàm verborum ſonus.* & nu.54.
53 *Quod ex verbis teſtatoris colligitur, non intelligitur omiſſum, ſed expreſſum.* & nu.59.
55 *Senſus tanquam medulla verborum debet attendi.*
56 *Verbis an poſſit fieri violentia, vt mens ſeruetur.*
57 *Mens generalis an tantum operetur quantum ſpecialis.*
58 *Figura literarum non attenditur, ſed mens diſponentis.*
60 *Intellectus intellectualis qualiter præualeat expreſſo, remiſſiuè.*
63 *Id quod ex mente venit, dicitur ex proprio ſignificatu.*
64 *Remedium* l.45.Taur. *an competat ſucceſſori in ex coniecturis vocato? ſententia affirmans. Negans.* nu.66. *Authoris placitum.* nu.67.
65 *Poſſeſſio an aanda maſculo contra fœminam ex tacita defuncti voluntate.*
68 *Fideicommiſſarius cum in fideicommiſſo & teſtamento non eſt nominatus, an agi poſſit via ſummaria.*
71 *Quod venit ex coniectura & præſumptione inris, dicitur impropriè venire.*
74 *Intellectus & prior & potior eſt quam verba.*
75 *Interpretationes, vt actus per eas roboretur, ſunt inuenta.*
77 *Teſtatorem aliquid voluiſſe non ſufficit, niſi ad diſpoſitionem procedat.*
78 *Et ſic illius tacita voluntas eſt ſeruanda, quando tacitum illud ad diſpoſitionem tranſit.*
79 *Qualitas primogenitura in nepote an cenſeatur repetita in pronepote.*
80 *Mens teſtantis an coniecturanda in his, quæ teſtator in teſtamento non expreſſit? refertur ſententia negans. Affirmans.* nu.81.
82 *Omiſſum quando habeatur pro omiſſo, remiſſiuè.*
83 *Scriptura valet, quando de voluntate non apparet.*
84 *Lex non ſupplet defuncti negligentiam in caſu non cogitato.*
85 *A verbis, & eorum proprietate recedi non debet, niſi aliter conſtet de mente diſponentis.* & nu.107. *Et an vt proprietas verborum ſeruetur, lata debeat fieri interpretatio.* nu.109.
86 *Verba, aut mens, quando ſint inſpicienda, remiſſiuè.*
87 *Quæ veniunt ex mente, an inducant tacitam coniecturam.*
88 *Specialiter an videatur expreſſum, quòd includitur virtualiter in verbis expreſſis.*
89 *Certitudinem omittere, & coniecturas quærere, imbecillitas eſt intellectus.*
100 *Coniectura non dicitur, cùm quid verbis expreſſis ſignificatur.*
101 *Litera dicitur quæ oculis cernitur, non quæ ſolo intellectu videtur.*
102 *Sententia exiſtimantium, quòd repræſentatio in terminis l. 40.Tauri, non excluditur, ſi quis ad primogenituram filios maiores vocet, examinatur.*
103 *Pro actus validitate præſumitur, ſeruata verborum proprietate.*
104 *Voluntas teſtatoris interpretanda eſt, vt ſit conformis iuri communi, ſed non contra verborum proprietatem.*
105 *Affectio an anteponenda verborum proprietati.*
106 *In dubio videtur quis habere voluntatem, prout verba ſonant.*
108 *Interpretatio à ſermonis proprietate ſumenda eſt.*
110 *Coniecturæ, quibus verborum ſignificatione deſeruit, præferri debent.*
111 *Nepotes maſculi ex fœmina an excludant ſubſtitutum, ſi teſtator dicat,* ſi quis deceſſerit ſine liberis maſculis.
112 *Voluntatis quæſtio an à ſcriptura dependeat.*
113 *Cum ex teſtamento, nec aliunde colligitur, teſtatorem voluiſſe hæredem grauare, non eſt ſumenda pro grauamine coniectura.*
114 *Non dicitur voluntas in mente retenta, quando per coniecturas de ea conſtat.*
115 *Illa eſt propria natura verborum, quam ratio & ſignificatio recti ſermonis includit.*
116 *Voluntas propria dicitur illa, quæ eſt expreſſa.*
117 *Expreſſum dicitur, quod ex præcedentibus & ſequentibus colligitur errore ſcribentium fuiſſe omiſſum.*
118 *An quod ex vi verborum colligitur. Quid ſi ex mente colligatur.* nu.120.124. & 125. *Et quid ſi ſequitur ex eo, quod expreſſum reperitur.* nu.121. 122. & 123. *Et dicitur expreſſum quod ita conſtat, vt intellectus non laboret in intelligendo,* nu. 124. *Et quod ex neceſſitate reſultat.* num.125. & 127. *Et quando, & quibus caſibus aliquid expreſſum dicatur.* num.129. *Et an operetur plus quam tacitum, ad excludendum aliquem ab hæreditate.* nu.130. *Et an dicatur expreſſum quod ex verbis teſtamenti reſultat, ſi de eo vt de tali, iudicatur.* nu.135.
119 *Stipulatio præſumpta an dicatur de tenore inſtrumenti.*
126 *Expreſſe vocatus quando quis dicatur.*
128 *Cum aliquid nominatim fieri debet, nominibus propriis, aut ita manifeſtis, vt vicem propriorum obtineant, debet effici. Et quid ſi ipſo iure pœna imponatur.* ibid.
131 *Voluntas fortius attenditur ex geminata expreſſione, quàm ex ſimplici.*
132 *Voluntas, quæ ex mente coniecturatur, ſeruanda eſt, cum ex verbis non colligitur aperte contrarium.*
133 *Talis præſumitur voluntas in medio tempore, qualis præſumitur in extremis.*
134 *Lex indignatur, vbi voluntas teſtatoris circũuenitur.*
Poſt num.135. inuenies alia ſummaria.

SEcundam huius Operis partem aggreſſurus quæ eſt aliis difficilior; quia pro maiori parte agendum eſt de interpretandis defunctorum voluntatibus, in quo & Doctores acutiſſimi ceciderunt; neceſſe eſt mihi confugere ad auxilium diuinum, vt Dominus labia mea aperiat; quia ſine eo factum eſt nihil, cuius patrocinio, intercedente Beatiſſima Virgine Maria, ſpero quod aliquid noui ex noſtro labore orietur, vt rectiùs cognoſci poſſit qui ſint legitimi ſucceſſores, & vocati ad ſuccedendum in maioratibus. Et (vt prædixi) materia eſt difficilis: nam quis notam bene † habere poteſt mentem defuncti? authore Bald. *in l. precibus, col.7. verſic. dixi ergo de duobus, num. 23. C. de impuber. & aliis.* Quod dictum commendat Iaſ. *in l. licet Imperator, col.3. nu. 14. ff. de legatis 1.* & plures refert Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in verb. libertis, num.23. de reuocand. donation.* & tradidit latiùs Menoch. *in tracta. præſumptio nũ, in proœmio, libro 4. folio 1.* Franciſc. Mantic. *de coniecturata mente defuncti, libro 3. tit. 2. numero 1. pag. 61.* Et voluntas hominum † difficiliter probatur. *l. 5. ff. 2. part. 4.* Curent igitur teſtatores propias voluntates apertis verbis, & latiſſimè † exponere, vt lites pro poſſe excludant, quod non difficiliter facient, ſi ſine mor-

tis perturbatione, & in ſanitate, & cum conſilio prudentum, ad hoc ſe præueniant: nam humana fragi-
4 litas mortis cogitatione intenta, omnia præcauere † non poteſt: vt patet ex *l. hac conſultiſſima, §. at cum humana, C. qui teſtamen. facer. poſſ. Authen. de triente & ſemiſſe: §. illud.* Et quamobrem inuenta ſint teſtamenta & vltimæ voluntates, & quot vtilitates ex eis reſultent,
5 † congerit & explicat elegantiſſimè, ſicut cætera omnia doctiſſimus Rebuffus *in l. obuenire 130. pag. 678. ff. de verborum ſignific.*

Oportet igitur, vt facientes maioratum recto iudi-
6 cio, & diſtinctione omnia † diſtinguant, & præcaueant.
7 Ad quod eſt inter alia, aureum proœmium † *titul. 1. part. 6.* vbi dicitur, *Teſtamento es vna de las coſas del mundo en que mas deuen los omes de auer cordura quando lo fazen; eſto es por dos razones. La vna, por que en ellos mueſtran qual es la ſu poſtrimera voluntad: La otra, porque deſpues que lo han hecho, ſi ſe mueren, no pueden tornar otra vez a endereçarlo:* & facit l. 3. tit. 4. part. 2. ibi, *E ſegun dixeron los ſabios antiguos, como quier que el ome deue fablar en pocas palabras, por eſſo no lo deue fazer de manera que no mueſtre bien y abiertamente lo que dixere,* & l. 5. tit. 13. eadem part.

Agendum ergo in hac parte eſt de ſucceſſione bonorum maioratus: & quia prius cognoſci debet quis ſit vocatus ad maioratum, ad hoc, vt in eum transferatur ipſo iure poſſeſſio, quæ ex *l. 45. Taur.* transfertur autem in ſucceſſores bonorum maioratus; & poſſeſſio iſto caſu habet mixtam cauſam proprietatis. Prius tanquam de negotio antecedenti, tractabitur in hac ſecun-
8 da parte † de proprietate, & ſucceſſione bonorum maioratus; & poſtea in tertia parte de poſſeſſione agetur; quæ erit facilior, cognita iſta ſecunda parte: vtrumque pro viribus explicare conabor, inſiſtendo in his tantum, quæ mihi neceſſaria; & vtiliora in practica videbuntur; pluribus omiſſis, quæ ab illis qui de materia primogeniorum ſcripſerunt, tractata ſunt. Tam, quia verecundia eſt, alienos tranſplantare labores, quàm quia primogenita Galliæ, & Italiæ, & aliarum prouinciarum longè diſtant à maioratibus Hiſpaniæ; provt plenius dixi, *in principio huius Operis.*

Nec etiam in hoc loco illum latiſſimum campum ſubſtitutionum inferendum decreui, cum ſit materia in lecturis valdè digeſta, & in tractatibus particularibus diligenter excuſſa. Et proximè prodita eſt lectura acutiſſimi viri Emanuelis à Coſta *in cap. ſi pater, de teſtament. in 6.* & Sforciæ Oddi, Franciſci Mantic. & Simon. de Prætis, & quamvis alia addere poſſem, quæ in negotiis in facto habui; magis placuit ab hoc pedem referre, & conſultius duxi id relinquere, quàm rem non tractare pro dignitate, quam requirit: illi tantummodò inhærebo, quæ ad noſtram materiam maioratuum ſunt conducibilia.

Et vt perfectiori ordine hæc res ducatur; iam pri-
9 mum omnium ſciendum eſt, quòd in ſucceſſione † maioratuum, ante omnia attendi debet voluntas teſtatorum: *l. 40. Taur. in fin.* vbi nepos patruo præfertur in ſucceſſione maioratus, niſi aliud ex mente teſtatoris colligatur, & eſt peregrina *l. 9. tit. 6. lib. 5 ordinamen. nou.* in verſ. *Pero ſi el patrono moſtrare:* & eſt famoſus text. *in l. hæredes mei, §. cum ita. ff. ad Trebellianum.* Et voluntas † teſtatoris habetur pro lege, *Authentic. de nupt.*
10 11 *§. diſponat.* Et voluntas † diſtinguit & format omnes actus hominum: *l. non omnis, ff. ſi certum petatur: l. 3. ff. de reb. dub. l. 2. ff. de iudic. l. verum, la 2. ff. de iniuriis:* notiſſimus caſus *in l. in conditionibus primum locum, ff. de conditionibus & demonſtrationibus: l. 5. tit. 2. part. 6.* notat Decius *in conſil. 425. In caſu propoſito:* latè Tiraquellus *in d. l. ſi vnquam, in verbo, libertis, nu. 42. C. de reuoc. donat.* & eſt egregium *conſilium* Alexandr. 52. *Circa hanc dubitationem, lib. 4. nu. 1.* cum aliis, vbi
12 Gloſ. Pariſien. *in addition.* tradit notanter Rebuffus *in proœmio Concordat. in verb. tenor. pag. 48. & 49.*

Et licèt magna ſit præſumptio pro validitate actus, *l. quoties, ff. de reb. dub.* cum mille ſimilibus, quæ ſcribo *in 1. p. quæſt. 15.* & tracto *infrà* in duobus locis: Voluntas tamen teſtatoris † eſt ſeruanda, etiamſi actus reddatur inutilis: *l. verbis ciuilibus, ff. de vulgar.* ibi, *Ne fiat contra teſtatoris voluntatem:* vbi Paulus de Caſtro. Quod confirmat Peralta *in l. Manius. nu. 2. pag. 507. ff. de legatis 2. l. ſi quis filio, in principio, ff. de legatis 1. l. penultim. ff. de iniuſto, rupt.* facit *l. 11. in fine, tit. 3. part. 6.* Et ideo
13 dicitur quod ante omnia eſt inſpiciendus † tenor inueſtituræ: quia ille derogat omni iuri, & omni naturæ feudali; vt probatur *in cap. 1. de duobus fratribus.* Notat eleganter Iaſo *in conſilio 136. In præſenti conſultatione, vol. 3. lib. 4.* quem ad ſcripturas maioratuum, & ad facultates conceſſas ad conſtitutiones maioratuum, quod ante omnia ſit inſpiciendus tenor in illis, valdè commendat Peralta *in l. 3. §. qui fideicommiſſum, num. 133. pag. 247. ff. de hæredib. inſtituen.* & tradit idem Peralta *in rubr. eodem tit. nu. 108.* Molina *libro 1. cap. 2. num. 27. fol. 12.* Et paria ſunt quòd † primogenitus ſit vocatus
14 à lege municipali, vel ex tenore inueſtituræ, *cap. 1. §. item ſi fuerint duo, de controuerſ. inueſtitu. inter domin. & agnat.* notat Decius *conſ. 389. nu. 6.* circa quod plura allegat idem Decius *in cap. porro*, vbi additio; *de priuilegiis:* eleganter Curtius Senior ad hoc legendus *in conſ. 49. nu. 36. cum ſeqq.* & plures refert Liparul. *in cap. 7. de duobus fratribus, fol. 114.*

Et vbi voluntas teſtatoris non poteſt verificari in
15 filiis natis, † verificatur in naſcituris: *l. quibus diebus, §. dominus, ff. de condition. & demonſtration. l. hæredibus, §. 1. ff. ad Trebellianum:* notat Roman. *in conſ. 134.* Socin. *in l. ſi cognatis, q. 4. ff. de reb. s dubiis:* & alij quos refert Pariſius *in conſil. 71. nu. 14. cum ſeqq. lib. 4.* vbi de hoc latè agit: & receditur à verborum proprietate, vt voluntas teſtatoris † ſeruetur, ſecundùm Bart. *in l. in ambiguo, ff. de reb. dub.* Alexan. *in l. 3. C. de liber. præter.* Socin. Iun. *in conſ. 86. nu. 1. lib. 1.* Et teſtator † poteſt facere in
17 teſtamento omne id, quod non reperitur ſibi expreſsè prohibitum: *l. necnon, §. ſed quod ei, ff. ex quibus cauſis maior.* & in vltimis voluntatibus non requiritur cauſa,
18 ſecundùm Baldum *in l. 1. col. 2. ff. de condi. ion inſtitution.* Et vltima voluntas non † regulatur à ratione, ſed
19 à mera voluntate, ſecundùm Cornæum *in l. 2. nu 1. verſ. nec obſtant adducta: C. de condition. inſert.* & Iuſtari dicitur, † qui voluntatem ſuam exequitur Gloſſa *in §. 1.*
20 *in verb. incommoda, de hæred. inſtituend.* cum mille concordantibus adductis per Tiraquel. *in tract. de utroque retract. in principio. nu 25. pag. 12.* Et voluntati teſtatoris in dubio † fauendum eſt: *l. ſi pars, ff. de inofficioſ. teſtamen.*
21

Et adeo iſta procedunt, quod non ſolum voluntas teſtatoris expreſſa, ſed etiam tacita, † & quæ colligitur
22 per coniecturas, eſt ſeruanda; & dicitur guidens voluntas: *l. licet Imperator, poſt princip.* vbi Bart. & alij, *ff. de legatis 1. l. ſi quis locuples, ad finem. ff. de manumiſ. teſtamen. l. cum proponebatur, in fin. ff. de legat. 2. l. qui ſolidum, §. 1. eodem titulo:* & eſt mirabilis caſus ad plura conducibilis, *in l. Titius, §. 1. ff. de liber. & poſthum.* elegans *l. 28. titul. 9. part. 6.* in verſiculo, *Otroſi dezimos;* præcipuè in illis verbis, *O otras ſemejantes dellas, porque pueda ſer entendida la intencion.* tradit Franciſcus Mantica *in tractatu de coniecturata mente defunct. lib. 7. titul. 12. nu. 7. pagina 295.* Menochius *conſil. 56. nu. 50.* Peralta *in l. Manius, nu. 5. pagina 507. ff. de legatis 2.*
23 & quando coniecturæ faciant rem manifeſtam, † docent Iaſ. & Zaſius *in l. ſi pluribus, ff. de legatis 1.* quos citat Menochius *in tractatu præſumptionum, lib. 1. præſumptione 37. num. 13. pagina 41.* facit *l. inter veſtem, ff. de aur. & argent. legat.* Et conducunt quæ plenè tradit Curtius Senior *conſilio 51. colum. 1. & 2.* & voluntas † manifeſtiſſima dicitur, quæ ex coniecturis
24 colligitur, ſecundùm Imolam *in l. 1. fol. 68. num. 6. ff. de hæred. inſtituend.* ibi, *Inſtituo*, ad quod facit textus *in d. l. licet Imperator*, ibi, *Euidens voluntas. ff. de legatis 1.* & *l. Titia cum teſtamento, §. Lucia Titia,* ibi,

ibi, Niſi euidenter apparuer t, *ff. de legatis 2.* Et mani-
25 feſtum † dicitur quod ex legitimis coniecturis apparet, *cap. 1.* vbi Abba. *notab. 2. de cenſibus*; & patens dicitur
26 voluntas, quando conſtat de ea per legitimas † præſumptiones: Abb. *in cap. ad noſtram, notab. vlt. de empt. & vendit.* & coniecturæ, & præſumptiones legum, & præcipuè illæ quæ deducuntur ex verbis teſtatoris,
27 † dicuntur liquidiſſimæ probationes, Gloſſa notabilis, licèt vulgata *in l. ſi tutor petit, C. de periculo tutor.* &
28 expreſſum dicitur, † quod ex coniecturis colligitur, ſecundùm Roman. *in conſ. 271. in fin.* Menoch. *in tract. de præſumption. lib. 1. quæſt. 46. nu. 8. pag. 48.* qui plura ſingularia in iſta materia ſcribit: Iacob. Portius *in conſil. 11. nu. 3.* & idem Menoch. *d. tract. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 133. nu. 36. pag. 471.* quæ faciunt pro intellectu *l. 40. Tauri*, de qua infrà agitur *num. 117.* & ad hoc conducunt ſcripta per Tiraquellum *de legib. connubial. gloſ. 7. num. 162. fol. 319.*

29 Et quod ex mente colligitur, † dicitur expreſſum, *l. Prætor, in principio*, vbi Bart. & alij, *ff. de nou. oper. l. pater, §. inteſtato*, iuncta Gloſ. 1. vbi Odofred. & Bald. *ff. famil. erciſcund.* Franciſc. Mantica *de coniectur. mente defunct. lib. 6. titul. 1. nu. 8. pag. 201.* Menoch. *in tract. præſumpt. lib. 4. q. 44. nu. 8. cum ſeq. pag. 47.* & probatur
30 *in l. 6.* coniuncta Gloſ. *in verb.* Cierta ſoſpecha, *tit. 3. part. 6.* facit † notab. *l. 8. tit. 14. part. 3.* ibi: *Ay otra manera de prueua, a que llaman preſumpcion, que quiere dezir tanto como gran ſoſpecha, que vale tanto en algunas coſas, como a veriguamiento de prueua:* & l. 8. titul. 16. eadem part. ibi: *Seyendo el ſecho averiguado por otras prueuas, o preſumpciones ciertas:* & confirmat maximus vltimiſta Bartholom. Socinus *in conſ. 127. nu. 14. lib. 3.* Curt. *de feud. 4. q. 1. p. nu. 2. pag. 31.*

Quæ procedunt vbi coniecturæ præciſæ atque apertiſſimæ ſunt, ſecundùm Molinam *lib. 3. de primogen. cap. 4. nu. 40. fol. 27.* Ex quo venit quod illud, quod ex
31 coniecturis colligitur, non † dicitur euidenter expreſſum, *l. ſi plures. §. vlt. im. ff. de vulga.* Iaſ. *in d. l. licèt Imperator, nu. 14. ff. de leg. 1.* Burgos de Paz *in l. 3. Taur. pag. 1. nu. 926 fol. 292.* Iaſ. *in l. ſi pluribus, nu. 12. fol. 59. ff. de leg. 1.* & veritas dicitur, † quæ reſultat ex præſumptionibus: caſus eſt ſingularis *in l. Imperatores, ff. de probation.* ibi: *Veritati locum ſuperſore:* de quo meminit Deci. *in cap. 1. nu. 6. de appellation.*

33 Et illud † dicitur expreſſum, quod ex verborum natura comprehenditur, licèt aliter expreſſum non ſit, *l. nominis & rei, §. verbum ex lege, ff. de verborum ſignific.*
34 Et illud dicitur expreſſum, quod ſub † generali verborum ſignificatione comprehenditur, *l. Lucius*, iuncta Gloſ. *verbo non ad matrem: ff. de vulgar.* Gloſ. *in l. precibus, in gloſ. vltim. C. de impuberum:* notat Molina *lib. 1. de primogen. cap. 17. nu. 28. fol. 140.* Et omnis ſenſus
3 † ſcripturæ à mente ſumit exordium, ſecundùm Baldum *in conſ. 217. nu. 3. lib. 3.* per *l. iuris gentium, §. pactorum; ff. de pactis:* & alia iura. Et conducunt quod notat Deci. *in conſ. 628. Caſus de quo quæritur, nu. 7.* & *in conſ. 369.* vbi tradit qualiter fideicommiſſum conditionale tranſferatur in filios, ſi appareat ex aliquibus coniecturis, &
36 indiciis † iſtam fuiſſe teſtatoris intentionem; citat Bald. qui hanc opinionem tenet, *in l. 1. col. vltim. nu. 10. C. de iis qui ante aper. tabul.* & eſt communis opinio ſecundùm Dec. *in d. conſ. 396. ante num. 1.* & vide eundem *in conſ. 276. n. 6.*

Sed quod fideicommiſſum ex coniecturis etiam tranſ-
37 mittatur ad extraneos, † probat latè Ioſeph. Ludouic. *deciſione 102 nu. 6. cum ſeqq.* ex Pariſi. *conſ. 25. lib. 2.* Grato *conſ. 161. nu. 22. & 25. lib. 2.* Chaſſan. *conſ. 62.* Riminal. *conſ. 8. nu. 16.* contra Cephal. *conſ. 132. nu. 6. lib. 1.* & pro hac etiam facit, quod ſcribit idem Bald. *in l. ſi pater, col. 4. nu. 5. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* vbi dicit,
38 quod coniecturata voluntas teſtatoris facit, quod illud quod non eſt tranſmiſſibile, † ad hæredes tranſmittatur; notat Gregor. Lopez *in l. 3. in verb. ante, titul. 9. part. 6.*

Quæ autem dicatur ſufficiens coniectura; vt fideicommiſſum conditionale tranſmittatur, † conſiſtit in 39
arbitrio Iudicis, ſecundùm Curtium Iun. *conſ. 96. nu. 5.* Socinum Iun. *conſ. 141. nu. 23. lib. 2.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 233. ff. ad Trebellian.* qui viginti
† ſex coniecturas congerit Menoch. *de arbitrar. iudic.* 40
lib. 2. centur. 2. caſu 145. nu. 3. pag. 326. idem Menoch. *conſ. 269. nu. 66. lib. 3.* & ex coniecturata mente teſtatoris; † admittitur ſubſtitutus, etiam contra verba ex- 41
preſſa teſtatoris, *d. l. precibus, C. de impuber. & aliis: l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupilla. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum.* Et dicit Paul. *in l. ſi in venditione, in fine, ff. commu. prædior.* quod magis attenditur intentio teſtatoris, † quando de illa conſtat, quàm pro- 42
prietas verborum: ad quod eſt text. notabilis *in l. 3. §. conditio, ff. de adimen. legat.* ibi: *Sed melius eſt ſenſus magis quàm verba amplecti:* quem ornat Curtius Senior *in conſ. 75. nu. 3.* & ſubſtitutio † regulatur ex tacita, 43
ſicut ex expreſſa mente diſponentis; ſecundùm Raphael. Fulgoſ. *in conſ. 15. Proponitur:* & vide illum *in conſ. 20. col. 2.* Et ex coniecturata mente teſtatoris † receditur à vi, & natura coniunctionis, ſecundùm Baldum *in l. vlt. nu. 10. C. de impub. & aliis.* 44

Et ex hoc fit, quod licèt ſubſtitutus non præferatur coniuncto eo quod iſte venit ex expreſſa voluntate teſtatoris, *l. 2. §. ſi duo, ff. de bonorum poſſeſſ. ſecund. tabul.* tamen ex præſumpta mente teſtantis ſubſtitutus
† præfertur coniuncto: *l. quidam teſtamento*, vbi Bart. & 45
Doctores, *ff. de vulga.* Hinc etiam eſt, quod licèt verba teſtatoris † requirant concurſum duorum copulatorum, 46
l. ſi hæredi plures, ff. de condition. inſtitution. l. ſi is qui ducenta, §. virum, ff. de reb. dub. & dico latiùs *in 4. quæſt. huius ſecundæ partis, illation. 8.* Tamen propter coniecturatam † mentem teſtantis, verificantur in vno: *d. l. hæredes mei, §. cum ita. ff. ad Trebell.* & factum contra volun- 47
tatem teſtatoris, † eſt nullum ipſo iure, ſicut factum 48
contra legem, vt per Cephal. *conſ. 318. num. 16. lib. 3.* Anton. Petram, *in tract. de fideicommiſ. q. 3. nu. 6. pag. 30.* & propter voluntatem teſtatoris, † lex obliquat verbum 49
directum, *l. Scaeuola. l. ex facto, in princip. ff. ad Trebellian. l filius familias, §. vt quis, ff. de leg. 3.* notat Molina *lib. 1. de primogen. cap. 1. nu. 12. fol. 4.* & perdere dicitur qui non impetrat voluntatem ſuam, ſecundùm Gloſ. fin. *in l. penultim. ff. de condictione indebiti*, vbi Iaſ. *num. 3.* Vincentium Carroccium *in tract. de locato, tit. de remiſſione, quæſt. 8. nu. 108. fol. 185.* Et viginti & octo illationes ſingulares prouenientes à dicta regula ſcribit, & cumulat Anton. Gom. *tom. 1. variar. cap. 5. nu. 24. verſ. primo infero, fol. 44.*

Et ex his dixit Peralta *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, nu. 23. ad fin. pag. 372. ff. de leg. 2.* quod quando teſtator expreſsè, vel tacitè ſubſtituit per fideicommiſſum propinquos, patet † ex vera, vel coniecturata ipſius 50
diſpoſitione voluiſſe eum vocare ſuos, vel primi gradus, vel vltimi poſſeſſoris decedentis, & illi admittuntur. De qua quæſtione infra latiùs tractabitur *quæſt. 8.* Quod ante *Peraltam* voluit Barthol. Socin. *in conſ. 37. lib. 3.* concludens, quòd regula *l. cum ita, §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2.* non procedit, vbi ex coniecturata mente teſtatoris aliud colligitur: & idem voluit Socin. Iun. *in conſ. 116. nu. 17. lib. 1.*

Et in fideicommiſſis eſt generale, quod potius eſt
† attendenda mens teſtatoris quàm verba: *l. cum* 51
virum, C. de fideicommiſſ. l. 3. §. condicio, ff. de adimen. legat. & magis † attenditur in ſubſtitutionibus effectus 52
ſubſtitutionis, quales ſint ſecundùm rem & effectum, quàm ſonus verborum, quando effectus repugnat verbis; vt reſoluit Aymon. *in conſ. 305. nu. 2.* & eſt textus melior de iure, quem ſemper ego in conſulendo refero, *in l. ſi quis filium. C. de liber. præterit.* ibi: *Cum enim manifeſtiſſimus eſt ſenſus teſtamis, verborum interpretatio nuſquam tantum valet, vt melior ſenſ. s exiſt a.:* quam legem inter alios plures exornant Iaſ. *in conſ. 118. col. 2. lib. 1.* & *in l. ſi tibi homo, §. ſi teſtamento, nu. 4. fol. 136.*

ff. de

ff. de legat. 1. Alex. *in conſ. 81. lib. 6. nu. 1.* Hippolyt. *in l. ſi quis viduam, nu. 11. ff. de quæſtion.* Epiſcopus Couar. *in cap. Raynutius, in principio, nu. 2. fol. 8. de teſtament.* Et hinc eſt, quod vbi voluntas colligitur ex verbis per te-
53 ſtatorem expreſſis, non † intelligitur omiſſum, ſed expreſſum, vt per Alex. *in conſ. 132. lib. 2.* Corneum *in conſil. 283. lib. 1.* Felin. *in cap. tranſlato, de conſtitution.* quos citat Pariſius *in conſ. 71. n. 5. lib. 4.*

Et in ſubſtitutionibus magis eſt conſiderandus effe-
54 ctus, † quàm verba, quando effectus repugnat verbis; ſecundùm Barthol. Socinum *conſ. 88. Primo dubio, lib. 1.* & *in l. Gallus, §. etiam ſi à parente, ff. de liber. & poſthum.* confirmat Aymon *conſ. 305. nu. 2.* Iacob. Portius *in conſil. 11. nu. 17.* & *in conſ. 41. nu. 1. cum ſeq.* Et ſenſus tan-
55 quam † medulla verborum attendi debet, ſecundùm Bald. *in l. 1. nu. 4. fol. 40. C. quomodo, & quando iudex:*
56 per *l. 3. ff. de liber. & poſthum.* Et poteſt † fieri verbis violentia, vt mens ſeruetur, vt probat Socinus Iun. *in conſ. 112. nu. 15. lib. 3.* & alios plures quos citat Ioſeph. Ludouic. *deciſ. 61. nu. 30.* Et facit illud quod habetur *in Prouerbiis, cap. 19. Qui tantum verba ſectatur, nihil habebit, qui autem poſſeſſor eſt mentis, diligit animam ſuam*, notant S. Thomas *2. 2. quæſt. 12. ar. ic. 6.* Mandoſius *in forma commiſſion. appellationis, fol. 56. verſ. nullitates*, quæ & (vt inquit Apoſtolus: *Littera occidit, ſpiritus viuificat,*) notat Nicol. Boetius *deciſ. 202. nu. 2.* Et mens
57 generalis tantum operatur † quantum ſpecialis, vt fundat Angel. *in conſ. 389. Totum dictum.* Et non attendi-
58 tur figura literarum, † ſed affectus diſponentis, *l. non figuram, ff. de action. & oblig. l. Cornelius, ff. de hæred. inſtituen.* facit text. *in l. ab omnibus, in principio, ff. de leg. 1.* ibi: *Cum & ſignificatio verborum non repugnet huic ſententiæ, & voluntas teſtatoris congruat.* l. vnum ex familia, §. penultim. ff. de legat. 2. ibi: *Si fideicommiſſi verba omiſſa ſint, & cætera, quæ leguntur, cum his, quæ ſcribi debuerant, congruant, rectè datum, & minus ſcriptum exemplo inſtitutionis, legatorumque intelligitur.* notatur per Baldum *in l. etſi poſt tres, col. 1. verſic. & quid ſi tantum, ff. ſi quis caution.* & *in l. etiam, col. 2. C. de iur. dot.* & *in d. l. vnica, col. 2. C. de his qui ante apert. tabul.* & dicit
59 Decius *in conſ. 68. Pro reſolutione:* quod id dicitur † expreſſum, quod ex ipſis verbis infertur, & colligitur: licèt verba id expreſsè non exprimant. Licet per *l. 1 ff. de his quæ in teſtamen. delent.* plerique teneant, quod id tantùm dicitur expreſſum, quod oculis legi poteſt, vt Ancharran. *in d. l. Prætor, in principio, ff. de noui oper.* Anton. & Abb. *in cap. cum olim, in fine, de cenſib.* Ancharran. *conſ. 393.* Iacob. Puteus *deciſ. 184. num. 2. part. 1.*

60 Et qualiter prænaleat, intellectus + intellectualis expreſſo, vel non? lector videat Fulvius Pacian. *in tract. de probation. lib. cap. 6. nu. 70. cum ſequent bus. fol. 69.* Et qualiter in fideicommiſſis potiùs attendatur mens
61 quàm † verba: plura iura notatu digna, veluti cum admiratione quadam cumulat Tiraquellus *in d. l. ſi vnquam, in verb. libertis, nu. 52. C. de reuocand. donat. cum aliis, pagina 180.* ad quam remiſſionem, tanquam ad fontem abundantiſſimum recurrere poteſt, qui in iudicando, vel conſulendo id exegerit. Cui adde quod ſcribit Lucas de Penna *in l. 1. C. de priuileg. eor. qui in ſacr. palat. milit. col. 7. in principio, fol. 259* vbi dicit, quòd ſi detur feudum hoc pacto & modo, vt dicatur:
62 *Concedo feudum tibi, & primogenitis tuis*; quod in tali conceſſione ſemper eſt ſeruanda voluntas dantis, ſi de ea appareat: Etiamſi contextus verborum, aliud ſonet: Vnde in dicta conceſſione, ſi conſtat de voluntate dantis, quod vellet primogenitum in vita patris ius habere, vel partem, eſt ſeruanda. Et vide etiam bonam remiſſionem Gloſ. Ariſiens. *in additionibus ad Alexand. conſ. 202. in additione, quæ incip. diſponat, lib. 7.* & text. *in §. in hac, Inſtitut. de verborum obligat.* ibi: *Solemnitate verborum ſublata, ſolum ſenſum, & intellectum prævalere.* ℣ Et id † quod ex mente venit, di-
63 citur ex proprio ſignificatu: *l. cum mulier*, vbi Bald. notat, *ff. ſoluto matrimonio*, & *in princ. Inſtit. de legit. patro. tut. l. nominis & rei, §. verbum ex legibus, ff. de verborum ſignificat.* notat Peralta *in l. Mauius, num. 5. pag. 507. ff. de legat. 2.* Gloſ. *in cap. 1. in verb. Italiæ, de temp. ordin. lib. 6.*

Ex quibus omnibus confirmatur quod ſcribit Molina *lib. 3. de primogen. cap. 13. nu. 43. fol. 99.* vbi reſoluit quod remedium *l. 45. Tauri*, competit † ſucceſſori in 64
maioratu qui ex coniecturis vocatus eſt: pro quo faciunt ſcripta per Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, 4. part. nu. 218. pag. 94. ff. ad Terbellianum*, & facit *conſilium* Celſi 5. vbi conſuluit dandam † eſſe poſſeſſio- 65
nem maſculo contra fœminam, ex tacita defuncti voluntate. Et contra Molinam facit, quod remedium *legis vltim. C. de edict. Diui Adriani*, competit tantum † hæ- 66
redi ſcripto, non etiam illi qui ex coniecturis vocatus eſt, ſecundùm Baldum *in l. ſi quis ad declinandam, nu. 6. C. de Epiſcop. & Cleric.* Barbati. *in rubric. C. qui admitti: nu. 157.* & alios quos citat Menoch. *de adipiſcenda poſſeſſione, remedio 4. nu. 463. pag. 78.* & faciunt ſcripta per eundem, *eodem remedio 4. nu. 121. pag. 66.* Portius *in conſ. 123. n. 12. in quæſtione, An ſit inſpicienda proximitas grauamis, vel grauati.*

Sed ego conſulo † quod in iſto caſu intenretur pro- 67
prietas, licèt dicta lex habeat mixtam cauſam proprietatis: de quo tracto *in 3. p. q. 15. nu. 41.* & pro iſta mea ſententia facit doctrina Alberic. *in d. l. fin. n. 10. C. de edict. Diui Adriani.* Et quod ſcribunt ad propoſitum Decius *in conſ. 424. nu. 19. & conſ. 467. nu. 9.* Rolandus *in conſ. 1. nu. 73. & 74. lib. 1.* Simon de Prætis *lib. 5. de interpretanda defuncti voluntate, dubitatione 3. nu. 48. fol. 530.* volentes quod vbi fideicommiſſarius non eſt 68
nominatus in fideicommiſſo, & teſtamento, ſed opus eſt probatione deſcendentiæ & coniunctionis perſonarum, non poteſt agi via ſummaria, aut executiua: & expreſſum dicitur, † quod de neceſſitate & non ex 69
perſuaſione reſultat ex verbis ſcriptis, vt per Ancharr. *in conſ. 393.* Anton. & Abb. *in cap. cum olim, de cenſibus*; Angel. *in l. Prætor ait, in principio, ff. de noui oper.* & alij, vt per Iacob. Puteum *deciſ. 184. num. 2. libro 1.*

Rurſus in dubio voluntas teſtatoris eſt potius inter- 70
pretanda, † vt magis valeat, quàm pereat, *l. quoties, ff. de reb. dub.* notat Iaſo in *l. quod in rerum, §. qui vſumfructum, nu. 7. ff. de leg. 1.* & *in l. re coniuncti, nu. 17. ff. de legat. 3.* Et illud quod venit ex coniectura & præſump- 71
tione iuris, dicitur impropriè venire, *l. 1. ff. de tabul. teſtamen. exhibunt*, ibi: *Quia ex coniectura non propriè ſcriptus videtur:* & ibi Gloſſa exponit, ideſt ex præſumptione; quem textum vocat aureum Curtius Sen. qui alia ſimilia adducit *in conſ. 78. nu. 9.* Vnde ſi ex validitate alicuius actus teſtatoris voluntas offendatur, 72
interpretatio eſt ſumenda, vt potius actus valeat quàm pereat, ſecundùm Paulum de Caſtro, & Alex. *in d. l. verbis ciuilibus*, per illum textum, *ibi*. Ne fiat contra voluntatem, *ff. de vulgar.* Decius *in l. in contrahenda ſtipulatione, nu. 18. ff. de regul. iur.* notat Peralta *in d. l. Adeunus, nu. 2. pag. 507. ff. de legat. 2.* De quo puncto legenda ſunt quæ latius ſcribo *p. 1. quæſt. 18.* & quæ nouiſſimè ſcribit Menochius *in tract. præſumption. lib. 6. præſumpt. 6. nu. 1. fol. 64. & num. 4. & 6. & præſumpt. 7. lib. 6. num. 1. fol. 65. & lib. 6. præſumpt. 4. num. 1. cum ſeqq. fol. 62.*

Nec vitiat voluntatem defuncti rigor verborum, 73
quia potius debemus inſpicere † pondus voluntatis, & ſententiæ teſtatoris, *l. pater Seuerinam, §. conditionum, l. in conditionibus primum locum, ff. de condition. & demonſtrat.* per quæ iura hoc tradit Bald. *in conſilio 49. Verba inſtitutionis, num. 1. lib. 1.* vbi addit, quòd non debemus ire per apices verborum, ad ſubuertendas teſtatorum congruas voluntates, quia intellectus † & 74
prior & potior eſt quàm verba; *l. Labeo, §. nec mirum, ff. de ſupellect. legat.* & quod interpretationes ſunt † inuentæ, vt actus roboretur per eas, & non peri- 75

matur; *l. vltim. ff. de manum. teſtamen.* Et interpretationes non ſunt ad literam, & corticem faciendæ, vt probat Cæpola *in rubric. ff. de verbor. ſignificatione, nu.* 138.
76 & ad interpretandam defuncti voluntatem † id debet haberi pro vero quod teſtator exiſtimat verum eſſe; *l. quo loco, §. 1.* & ibi notant Gloſ. & Bart. *ff. de hæred. inſtituen. l. qui habebat, ff. de reb. dubiis*, notant Paul. *in l. ſeruo manumiſſo*, vbi Iaſo *num.* 2. & 3. *ff. de condict. indebit.* Mantica *de coniectur. ment. defuncti, lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 2. *pag.* 76. Menoch. *in tract. de præſumption. lib..... præſumptione* 26. *nu.* 31. *fol.* 30.

Eſt tamen in ſuperioribus aduertendum, quod non
77 ſufficit teſtatorem aliquid voluiſſe, † niſi etiam ad diſpoſitionem procedat, *l. quidam cum filium, ff. de hæred. inſtituend.* per quam limitantur omnia iura quæ dicunt,
78 quòd illud quod teſtator tacitè diſponit, † habetur pro expreſſo: quia illud procedit, quando tacitum tranſit ad diſpoſitionem, & non aliàs: ſecundùm Baldum *in d. l. quidam*, Iaſ. qui ſimilia adducit *in l. ſi res obligata, nu.* 31. *ff. de legat.* 1. & in *l. ſi ita legatum, §. illi, nu.* 2. *ff. de legat.* 1. notat Paul. *in l. ex facto, §. penultim. ff. ad Trebellianum*, Oldrad. *in conſ.* 21. Decius *in conſ.* 205. *nu.* 8. & *conſ.* 653. *Viſo copioſo, nu.* 10. & 636. *Prima facie, nu.* 13. Alex. *in conſ.* 201. *Viſo themate, lib.* 7. Tiraquellus *in d. l. ſi vnquam, in verbo, libertis, nu.* 20. *C. de reuocand. donat.* notat Arias Pinel. *in l.* 3. *C. de bon. matern. p.* 1. *nu.* 27. *fol.* 192. Rodericus Xuar. *allegatione* 2. *fol.* 128. *col.* 2. Alciat. *in d. l. verbis ciuilibus, num.* 13. *pag.* 129 *ff. de vulgar.* Socinus Iunior *in conſ.* 2. *nu.* 18. & *conſ.* 97. *nu* 50. & *in conſ.* 155. *nu.* 7. & *in conſ.* 180. *nu.* 2. *lib.* 2. Roland. *in conſ.* 31. *nu.* 12. *cum ſequentibus, lib.* 4. Caballin. *in conſ.* 1. *pro Duce de Villahermoſa, nu.* 38. & per hæc tradit Iacob. Portius *in conſilio* 11.
79 *nu.* 23. quod qualitas primogenituræ in nepote, † non cenſetur repetita in pronepote? & faciunt ſcripta per eundem Portium *in conſ.* 43. *nu.* 14.

80 Hinc fit, quod mens teſtantis † non eſt coniecturanda ex his, quæ teſtator in teſtamento non expreſſit, vt notant Decius *conſ.* 417. *col.* 2. Socinus Iunior *conſ.* 117.
nu. 33. *lib.* 1. Pariſius *conſ.* 31. *nu.* 11. & 12. *lib.* 2. licèt
81 in hoc, in contrarium † ſit communis opinio, ſecundùm eundem Pariſium *conſ.* 66. *lib.* 3. *num.* 80. quod tradit Burgos de Paz *in l.* 3. *Taur. pag.* 1. *num.* 927. *fol.* 243.

Nec dicitur expreſſum in teſtamento, quod in eo non reperitur, *l. vxorem, ff. de manum. teſtament.* notant Bart. *in l. illa inſtitutio, nu.* 2. *ff. de hæred. inſtituend.* Natta *in conſ.* 191. *nu.* 5. Mantica *de coniectur. ment. defunct. lib.* 3. *tit.* 19. *nu.* 6. *fol.* 49. & plura in confirmationem regulæ *d. l. quidam cum filium, ff. de hæred. inſtit.* ſcribit nouiſſimè Ioſeph. Maſcardus *in tract. de probation. lib* 3. *concluſ.* 1343. *nu.* 4. *fol.* 284. & prius *con-*
82 *cluſ.* 1136. *n.* 1. *cum ſeqq.* vbi latiſſimè † reſoluit, quando & in quibus caſibus omiſſum habeatur pro omiſſo; tradit Matth. Gribald. *inter conſilia Port. conſ.* 40. *nu.* 27. facit ad hoc text. *in l. ſi alij, in fine, ff. de vſufruct.* vbi
83 probatur quod quando non apparet de voluntate, † plus valet ſcriptura, quam quod actum eſt: quem text. ita declarat Bart. poſt Gloſſam *in l. in ambiguo, ff. de reb. dub.* Decius *in l. ſemper in ſtipulationibus, nu.* 2. *ff. de reg. iur.* Hippolyt. *in ſingular.* 577.

Et licèt lex ſuppleat defuncti voluntatem in caſu
84 non cogitato, non tamen ſuppler eius † negligentiam, *l. tractabatur, ff. de teſtament. milit.* tradunt Bart. *in l.* 2. *nu.* 32. *ff. de vulgar.* Iaſ. *in authent. ex cauſa. nu.* 20. *verſ. pro prima opinione, C. de liber. præterit.* Menoch. *in tract. de præſumption lib.* 4. *præſumpt.* 89. *nu.* 91. *fol.* 166. Et
85 ideò in dubio † non eſt à verbis recedendum, niſi aliter conſtet de mente diſponentis, *l. non aliter, ff. de leg.* 3. Cum quo concordat egregia *lex* 4. *titul.* 33. *part.* 7. ibi: *Las palabras del fazedor del teſtamento, deuen ſer entendidas llanamente aſſi como ellas ſuenan, y no deue el juzgador partir del entendimiento dellas, ſueras ende quando pareciere ciertamiente que la voluntad del teſtador fuera otra, que no como ſuenan las palabras que eſtan eſcritas.* Et eſt textus perpetua memoria dignus, quem ſoleo ſemper in conſulendo allegare *in l. in his, ff. de condition. & demonſtr.* ibi: *In his quæ extra teſtamentum incurrunt, paſſunt Iudices, ex bono, & æquo interpretationem capere: ea vero quæ ex ipſo teſtamento oriuntur, neceſſe eſt ſecundùm ſcripti iuris rationem expediri:* notat Bart. *in l. non dubium, col.* 2. *C. de legibus*, vbi Alberic. *num.* 1. *fol.* 47. vbi latè tradit, quando verba, vel mens
† ſint inſpicienda, idem Bart. *in l. iuris gentium, §. pactorum, ff. de pactis*; & alij, vt per Alex. *in conſ.* 116. *Animaduerſis ſtatutis, lib.* 2. Decius *in conſ.* 412. *Viſo elegan-*
86 *ti, num.* 11. Et vnam columnam integram Doctorum refert Ioſeph. Ludouic. *in deciſione* 6. *nu.* 23. Et ea quæ veniunt ex mente, † inducunt tacitam coniecturam, ſe-
87 cundùm Ancharranum *in conſ.* 213. *nu.* 4. per *legem, nominis & rei, §. verbum ex legibus, ff. de verborum ſignificat.* Et ſpecialiter † videtur expreſſum quod includitur virtualiter in verbis expreſſis, vt ex pluribus reſoluit Barboſa *in l. dinortio, §. quod in anno, nu.* 18. *ff. ſoluto matrimonio: tom.* 1. Quibus conuenit egregia *Baldi* doctrina *in l. continuus, §. cum ita, ff. de verborum obligat.*
88 quod omittere certitudinem, & quærere coniecturas,
89 † eſt imbecillitas intellectus: † neque coniectura dicitur, cum quid verbis expreſſis ſignificatur, notant Aretin. *in l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de leg.* 1. Mantica *de coniectur. ment. defunct. libro* 12. *tit.* 17. *num.* 3. *pagina* 641.

Hinc eſt, quod litera † dicitur, quæ oculis cernitur,
91 non autem quæ ſolo intellectu videtur: atque colligitur ſecundùm Baldum *in l.* 2. *C. de patribus qui filios diſtraxer.* Alex *in l.* 1. *nu.* 33. *ff. de vulga.* & alios quos citat Menochius *de adipiſcend. poſſeſſione, remedio* 4. *nu.* 228. *pagina* 75. Iaſ. *in l. ſi pluribus, nu.* 13. *folio* 59. *ff. de legat.* 1. & plura pro ornatu iſtius concluſionis iungit Aymon Crauetta *in conſ.* 20. *num.* 1. *cum aliis.* Peralta *in rubric. ff. de legat.* 2. *nu.* 3. *cum ſequentibus.* Et melius omnibus Zanch. *in d. l. hæredes mei, §. cum ita, part.* 3. *nu.* 69. *pag.* 55. *ff. ad Trebellianum*, & contra rigorem verborum, non admittitur ipſius etiam loquentis interpretatio, ſecundùm Baldum *in l. & in epiſtola, C. de fideicommiſ.* & Tiraquel. quem citat Ioan. Garcia *in tract. de nobilitat. §.* 1. *glo.* 1. *num.* 27. *verſic. & ſecundum.*

Ex quibus & aliis quæ infra tradentur, diſputationis
92 gratia, dubitari † poteſt de ſententia exiſtimantium, quod repræſentatio in terminis *legis* 40. *Taurinæ*, non excluditur, etiam ſi quis vocet ad primogenituram filios maiores, de quo per Molinam poſt alios *lib.* 3. *de primogen. cap.* 8. *nu.* 18 *folio* 66. Anton. Gama *deciſione* 307. Marienç. *in l.* 5. *titul.* 7. *lib.* 5. *Recopilat. glo.* 6. *nu.* 4. *fol.* 172. Auendañ. *in d. l.* 40. *glo.* 9. *nu.* 30. *fol.* 101. pro quibus, licet ipſi non ponderant, faciunt *l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. in illis verbis: *El fijo mayor*; & *d. l.* 40. *Tauri*, in quibus licet per verba, clara fiat mentio de filio maiore, nihilominus habet locum repræſentatio: quod eſt notandum ad tollendas plures altercationes, & diſputationes: & ſequendus eſt idem Auendañus *in eadem l.* 40. *glo.* 17. *nu.* 24. *cum ſequentibus, fol.* 131. & tradit Ahumada *in d. l.* 2. *tit.* 15. *in glo. in verb. maioria, nu.* 1. *pagina* 142. & materiam hodie cum ingenti labore explicat Anton. Pett. *in tractatu de fideicommiſ. quæſt.* 9. *per totam, pag.* 176. Et in *ſacra pagina* regula iſta locum habet, vt tradit Auguſtinus *lib.* 3. *de doctrina Chriſtiana*, quem refert Caſtr. *lib.* 2 *de iuſta hæreticorum punitione, cap.* 12 *col.* 5. *in principio.* Et licet maxima ſit præſumptio pro actus validitate, vt plenè ſcripſi *p.* 1. *q.* 15. & tracto *ſupra in duobus locis*; hoc intelligitur † ſeruata verborum proprietate, non aliàs; 93
vt tenet Deci. *in l. in contrahenda, nu.* 12. *ff. de reg. iur.* & plura notabilia pro intellectu iſtius regulæ, & doctrinæ ſcribit Menoch. *in tract. præſumption. lib.* 1. *q.* 26. *per totam.*

Ex quibus fit, quòd licèt voluntas teſtatoris † ſit 94
inter

interpretanda, vt ſit conformis iuri communi (vt ſcribitur infra) hoc fallit, niſi ſit contra verborum proprietatem, ſecundùm Alex. *in d. l. hæredes mei, §. cum ita, nu.* 11. *ff. ad Trebellianum*, dicentem, hoc eſſe quotidianum & vtile, tradunt Barthol. Socinus *in conſilio* 51. *nu.* 23. *lib.* 4. Carolus Ruinus *conſ.* 99. *nu.* 3. & *conſ.* 159. *nu.* 17. *volum.* 2. & alij quos citat Franciſcus Mantica *de coniectur. ment defunct. lib.* 8. *titul.* 18. *nu.* 34. *pag.* 369.
105 Et affectio † eſt anteponenda verborum proprietati, vt tradunt Socinus Senior *in conſilio* 26. *num.* 4. *lib.* 4. Aymon *in conſ.* 62. *nu.* 8. & 927. *nu.* 1. Menochius *in tract. de præſumptionibus, lib.* 4. *præſumpt.* 16. *nu.* 1. & 2.
106 *fol.* 17. Et ideò in dubio videtur † quis habere voluntatem provt verba ſonant, vt clarè docet *d. l. partita. l. Labeo, §. idem Tubero, ff. de ſupel. lega. l. nepos Proculo, ff. de verborum ſignific. l.* 1. *tit.* 4. *part.* 2. ibi: *Segun dixeron los Sabios ontiguos, Palabra es coſa, que quando es dicha verdaderamente, aquel que la dize muestra aquello que quiere dezir, y lo que tiene en el coraçon:* & l. vltima, titul. 12. part. 7. ibi: *Porque de la abundancia del coraçon habla la boca, è por las palabras que el home dize, da teſtimonio de lo que tiene en la voluntad:* notat Dec. *in d. l. ſemper, nu.* 3. *ff. de regul. iur.* cui adde Raphaël. Fulgo. *in conſ.* 18. vbi dicit, quòd à proprietate verbo-
107 rum † non eſt recedendum, niſi clarè appareat de contraria voluntate: ex quo infert, quòd ſubſtitutio facta (*ſi deceſſerit ſine filiis*) non deficit filia nata; de qua infra latius agetur: & vide eundem Raphaelem *in conſil.* 38. *per totum.*

Et in quacumque materia, etiam odioſa eſt aſſumen-
108 da interpretatio à ſermonis proprietate, *l. cum lege*, vbi Aretin. *ff. de teſtament.* notat Dec. *in cap cum ordinem, & in cap. ſedes, de reſcript.* & alij quos refert Epicop. Cuarr. *reſolution. lib.* 1. *cap.* 20 *nu.* 7. Alciat. *lib.* 1. *de verborum ſignificat. pag.* 5. & probatur *in l.* 5. *titul.* 2.
109 *part.* 4. Et vt ſeruetur verborum proprietas, † debet fieri lata interpretatio, vti tenent prædicti, & Aymon *in tract. de antiquit. temp.* 4. *part. principal. nu.* 63. & *in conſ.* 118. *nu.* 11. quos citat Menochius *in tract. de præſumpt. lib.* 3. *præſumption.* 144. & *vltim. nu.* 15. Et coniecturæ, quibus verborum prima ſignificatio deſeritur,
110 † debent præferri, ſecundùm Gratum *in conſ.* 64. *nu.* 34. & 35. *lib.* 2. eundem Manticam *lib.* 12. *tit.* 17. *nu.* 22. *pag.* 644. & concludunt plura quæ ſcribit Simon de Prætis *lib.* 2. *de interpretand. defunct. voluntat. ſolutione* 1. *num.* 237. *cum pluribus ſeqq. fol* 153. licèt vt voluntas teſtatoris ſeruetur, recedere liceat à verborum proprietate, ſecundùm Bart. *in d. l. in ambiguo, ff. de reb. dub.* Alex. *in d. l.* 3. *C. de liber. præterit.* Dec. *in conſ.* 476. *nu.* 1. cum *concordantibus* vt per Menoch. *d. quæſt.* 26. *nu.* 6. & faciunt quæ ſcribit *in conſil. ſequenti*, & notat *in num.* 5. Ex quo fit quòd ſi teſtator dixerit, ſi quis *deceſſerit, ſine liberis maſculis*, licèt nepotes maſculi ex filia ſint
111 propriè liberi maſculi, † non tamen excludunt ſubſtitutum, ſecundùm Baldum *conſ.* 40. *lib.* 3. & plures quos citat Corneus *in conſ.* 124. *nu* 4 *lib* 2. *& in conſ* 146. *nu.* 10. *eodem lib.* Barthol. Socin *in conſ.* 94. *nu.* 3. *lib.* 4. Franciſc. Mantica *lib.* 11. *de coniectur. ment. defunct.*
112 *tit.* 12. *nu.* 34. *pag.* 334. Et quòd voluntatis † quæſtio dependeat à ſcriptura, tradit latè Simon de Prætis *lib.* 2. *de interpret. defunct. volunt. interpretat.* 3. *dubitat.* 1. *ſolutione* 3. *nu.* 1. *cum ſeqq. fol.* 141.

Et in materia *d. l. quidam cum filium, ff. de hæred. inſtit.* & aliorum iurium quæ *ſupra* ſcripſi, omninò lectores animaduertant ad diſtinctionem traditam per doctiſſimum Menoch um *in tract. præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 67. *nu.* 14. *fol.* 98. vbi tradit, quòd quando nihil penitus fuit expreſſum in teſtamento, nec aliunde colligi poſſit voluiſſe teſtatorem grauare hæredem, hoc
113 caſu † non poteſt ſumi coniectura voluntatis grauandi hæredem, aliàs ſecus. provt ibi latiùs diſtinguit: ad quem addo Bald. *in l. eiſi poſt tres. ff. ſi quis caution.* & *in l. vnica, nu.* 10. *C. de his qui ante apert. tabul.* & alia quæ citat Tiraquellus *in d. l. ſi vnquam, C. de reuocand. donat. in verbo, libertis, nu.* 70. *pag.* 117. & probatur iſta concluſio *in l. ſi inſtituta, §. final. ff. de inofficioſ. teſtamen.* Iuncta *l. ſi mater, C. eodem titul.* & quod non dicatur
† voluntas in mente retenta, quando per coniecturas 114
hic conſtat, tradunt Curtius *in l.* 1. *in princ. nu.* 1. *ff. ſi cert. petatur*: Tiraquellus *in d. l. ſi vnquam, in verb. libertis, nu.* 20. Menoch. *in conſ.* 210. *nu.* 59. *lib.* 3. non tamen attenditur voluntas teſtatoris, vbi verba expreſſa ſunt penitus incongrua, & inepta; ſecundùm Gloſ. *in d. l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. iur.* contra quam arguit Iaſ. *in l. cum quid, lectura* 2. *nu.* 22. *ff. ſi certum petat.*

Et eſt ſingulariter notandum, quòd illa eſt propria
natura verborum, † quam ratio & ſignificatio recti ſer- 115
monis includit. Nam ſignificatio trahitur per rei naturam ſubſtantialem, ſine qua intellectus remouetur ab intelligibili, ſecundùm Baldum *in conſ.* 326. *Rex Romanorum, nu* 7. *lib.* 1. per *l. Plautius, ff. de aur. & argent. legat.* & *d. l. Labeo, §. idem Tubero, ff. de ſupellect. legat.* &
voluntas illa propria dicitur, † quæ eſt expreſſa, ſecun- 116
dùm Bald. & Alex. *in l.* 2. *§. voluntatem, ff. ſoluto matrimonio*, quamvis Paulus de Caſtro *in conſ.* 6. *Hoc capite pro euidentia, lib.* 1. dicat, quod illud habetur pro expreſſo, † quod ex præcedentibus verbis, & ſequentibus 117
apparet, errore ſcribentis fuiſſe omiſſum. Et expreſſum
eſt, quod colligitur ex vi † verborum, ſecundùm Bart. *in* 118
l. vxorem, agri plagam. colum. 1. *verſ reſpondeo*: *ff. de legat.* 3. Bald. *in l. ad probationem, C. de probation.* Dec. *in conſ.* 68. *nu.* 3. vbi tradit, quòd illud, quod infertur & elicitur ex verbis ſcriptis, dicitur eſſe in ſcriptis, vt probatur *in l.* [illegible] *§. ſi mentem, ff. de hæred. inſtituen.* Cephal. *conſ.* 133. *nu.* 5. *lib* 1. & alij quos citat Burgos de Paz *q.* [illegible] *ciuil. nu.* 8. & dicitur manifeſtè conſtare, quod virtualiter ex ſcriptura elicitur, ſecundùm Felin. *in cap. ſuper quæſtionum, in princip. nu.* 3. *de officio deleg.* & ſtipu-
latio † præſumpta dicitur de tenore inſtrumenti, ſecun- 119
dùm Baldum *in l. ad probationem* 1. *C. de probat.* de quo ſimilia ſcribunt Tiraquellus *in tract.* Le mort: *part.* 2 *declaration* 10. *nu.* 3. Menochius *de adipiſcend. poſſeſſion. remedio* 4 *nu* 125. *pag* 38. & *in conſ.* 125. *nu.* 29. *lib.* 4. & expreſſum dicitur illud, † quod ex mente colligitur, 120
vt per *l. tale pactum, §. vltim. ff. de pact.* & alia ſimilia fundat Aymon Crauetta *in conſ.* 147 *nu.* 2. Menochius *conſ.* 95. *nu.* 36. notanter Matth. ab Afflictis *deciſ.* 44. *n.* 14. Bernardus Diaz *regu à* 275. & ſupra ſcripſi *nu.* 32. quòd ad ſciendum vtrùm maſculi vel fœminæ ſint vocatæ, exemplificat Greg. Lopez *in l.* 3. *tit.* 13. *part.* 6. *glo. in verbo*, Mugeres, *fol.* 8[illegible] *col.* [illegible] *ad finem* Et expreſ- 121
ſum dicitur quod ſequitur ex eo, quo expreſſum re- 122
peritur: *d. l. iam hoc ita, ff. de vulgar.* notat Bald. *in l.* 1. *col. vltima, C. de his qui ante aperi. tab.* Decius *conſ.* 15. & in *l. humanitatis, nu.* 7. *C. de impube. & aliis*, Simon de Prætis *lib.* [illegible]. *de interpretanda defuncti voluntat. ſolutione* 12. *nu.* 1[illegible] *fol.* 295. cui alios refert & idem Aymon *in conſ.* 138. *& in conſ.* 149. *nu.* 11. & *in conſ.* 257. *nu.* 6. & *in l. cum filio familias, nu.* 9. *ff. de legat.* 1. & alios quos citat Zanch. *in d. §. cum ita, part.* 4. *nu.* 21[illegible] *pag.* 93.

Pro quibus omnibus eſt textus ſingularis *in §.* 1. *Inſtit. de legitimâ patronorum tutela*, vbi ex eadem lege duodecim tabularum, libertorum, & libertarum tutela ad patronos, eorumque liberos pertinet; quæ & ipſa tutela legitima vocatur, non quod nominatim, in ea- 122
dem lege caueatur, † ſed quia perinde accepta eſt per
interpretationem, vt *in l. tutela legitima, ff. de legitim. tut.* ibi: *Tutela legitima quæ patronis defertur, è lege duodecim tabularum, non quidem ſpecialiter, nec nominatim delata eſt, ſed in conſequentias*; quæ iuri conferunt pro intellectu *l. ſi quis ita, §. penult. ff. de teſtamentar.* quam Doctores trahunt ad extenſionem non faciendam de perſona ad perſonam: & pro intellectu text. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſum, ff. de legat.* 2. Et ad idem eſt etiam bonus textus *in l.* [illegible] *ſed ſi mater, ff. ad Tertullian.* vbi verba reſcripti deficiunt: Sed dicendum 123
eſt eandem eſſe rationem: & faciunt plures leges ſingulares,

lares, quas cumulat Tiraquellus *in l. si vnquam, C. de reuocand. donation. in verbo, libertis, num.* 47. *pag.* 104. Et
124 expressum dicitur, † quando ita constat de voluntate, quòd intellectus non laborat in intelligendo : secundùm Baldum *in auth. hoc inter liberos, in princ. C. de testament.* Socinus Iunior *consil.* 122. *nu.* 23. *lib.* 1. pro
125 quo facit, quia expressum dicitur, † quod ex necessitate, & non ex persuasione resultat, vt per Ancharr. *cons.* 393. Angel. *in l. prator, ff. de noui oper.* Feli. *in cap. translato, de constitutionib.* quos citat Iacob. Put. *lib.* 1. *decision. decis.* 184. *nu.* 2. *pag.* 66. & quid si lex requirat quod aliquid expressè fiat, nam expressum dicitur, si ex coniecturis colligatur, tradunt Angel. *Authen. de hæred. & falcid. §. si vero expressum*, confirmat Matthæus ab Afflictis *decis.* 44. *num.* 14. & 15. & expresè vocatus
126 † dicitur, qui venit ex clausula generali, seu vniversali; quibus conuenit doctrina Peraltæ *in l. cum ita, §. in fideicommissum, nu.* 24. *ff. de legat.* 2. ibi : iuris est indubitati eiusdem effectus voluntatem defuncti coniecturam, ex vniuersalibus coniecturis desumpram ; quam voluntas expressa vera & manifesta ; & qui venit ex mente & ratione testatoris, & quando ex maioritate rationis censetur vocatus, & quando ratio naturalis, & sanguinis hoc suadet ? vt per Parisi. *consil.* 53. *nu.* 26. *cum seq. lib.* 2. Hieronym. Gabr. *in cons.* 113. *nu.* 26. qui ad hoc allegat *Bart.* & alios *in l. Lucius, ff. de vulgar.* & faciunt quæ scribit idem Parisi. *cons.* 63. *nu.* 44. *eodem*
127 *libro*, & expressum † dicitur, quod venit in necessariam consequentiam, secundùm Ripam *in l.* 1. *nu.* 61. *ff. de vulgar.* refert, & confirmat Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.* 2. *casu* 286. *centur* 3. *nu.* 28. *pag.* 484.

In qua materia illud est memorabile, quod quando
128 aliquid nominatim fieri debet, † tunc debet fieri nominibus propriis, aut aliàs ita manifestis, & indubitatis, vt vicem propriorum nominum obtineant ; tamen si ipso iure pœnam imponant, satis est fieri per quasdam demonstrationes, & circumstantias, & demonstrationes non strictas ; secundùm Abb. *in cap. in Lateranensi, de prabendis* ; quod refert, & confirmat Tiraquel. *in l. si vnquam, C. de reuocand. donation. in verbo, reuertatur, nu.* 306. *pag.* 518. De qua materia, qui infinita scire
129 cupit, & quando, & † in quibus casibus aliquid habetur pro expresso, ac si expressum, & declaratum fuisset, legat omninò Tiraquel. *in legibus connubial. glos.* 7. *in verbo, expressum, nu.* 182. *cum pluribus seqq. fol.* 321. vbi inter alia, citat Bald. & Imol. *in l. Centurio* : illum, *col.* 2. & Imolam *col.* 4 *in versi. nec obstat si dicatur : ff. de vulga.* dicentes, quòd expressum non operatur plusquam taci-
130 tum, † quando agitur de excludendo alium ab hæreditate : quòd est considerandum ad eos, qui volunt excludere filios maiores à maioratibus propter filios secundos.

131 Et est notandum, quod voluntas † fortiùs attenditur ex geminata expressione, quam ex simplici & vnica, secundùm Barthol. Socinum *in cons.* 259. *lib.* 2. Aymon *cons.* 20. *nu* 2. pro quo faciunt plura quæ scribo *in* 1. *part. tractatus, quæst.* 22. *à nu.* 82. *cum sequentibus* : & decem & octo casus in quibus à verbis esse recedendum notanter cumulat Cæpola *in rubric. ff. de verborum significatione, nu.* 19. *cum sequentibus pag.* 458. quæ est notabilis remissio, in *quo loco*, & in *tota illa rubrica*, videre licèt plura scitu digna, in ista materia ; ad quam addo plura, quæ refert Portius *cons.* 40. *nu.* 16. & lex sumit aliquando coniecturam ex scriptis aliquando ex non scriptis, sed à scipsa imaginatis, vt docent Viglius *Institution. de pupilla. substitutione, in principio*, Baconius *lib.* 4. *declaration. iuris, cap.* 24. quos citat Menochius *in tract. præsumption. ib.* 1. *præsumptione* 23. *nu.* 13. *pagina* 24. qui inter alia ponit exemplum in famosa *l. cum anus, ff. de condition. & demonstration.* ad quod est regula *l. si seruus plurium, §. final. ff. de legat.* 1. de qua *infra* tractabitur.

Ex quibus tandem fit, voluntatem, quæ ex mente
132 coniecturatur, † seruandam omninò esse ; modò apertè non colligatur ex verbis contrarium, nec omnino recedatur à verborum proprietate : ad quod etiam facit *l.* 8. *in versic.* Porende, *titul.* 3. *part.* 6. & quod scribit Carol. Ruinus *cons.* 25. *nu.* 5. *lib.* 3. & quæ scribit Curtius Senior *in cons.* 76. *nu.* 9. vbi *ex lege* 1. *ff. si tabul.* & aliis resoluit, quod qui venit ex coniectura & præsumptione iuris, dicitur impropriè venire. Item addo, quòd talis præsumitur voluntas medio tempore, † qualis apparet 133
in extremis, vt notat Barthol. Socinus *in consil.* 26. *lib.* 3. *num.* 4.

Præterea lex indignatur, † vbi voluntas testatoris 134
circumuenitur, *l. si quis pecuniam, ff. si quis omiss. caus. testament.* vbi Bald. limitat etiam *d. l. quidam cum filium, ff. de hæred. instit. tut.* quando saltem voluntas testatoris comprehendi possit ex larga, & generali interpretatione ; vt notat idem Bald. *in l. vnica, nu.* 10. *C. de bis qui ante apert. tabul.* & alij, quos refert Molina *lib.* 1. *de primogeniis, cap.* 4. *n.* 28. *fol.* 24.

Tandem qui perfectè scire desiderat, quando verba testatoris sequenda sint, & quòd illud dicitur expressum, † quod resultat ex verbis testamenti, si de eo iu- 135
dicatur ; vt de tali ; etiam quando pro forma, actus deberet esse expressus, tradunt Carol. Ruinus *in cons.* 122. *n.* 11. *lib.* 2. Roland. *in cons* 27. *n* 31. *lib.* 4. & quòd mens sequenda sit ? legat omninò Barthol. Socin. *in l. in ambiguo, ff. de rebus dub.* vbi per decem conclusiones articulum distinguit ; & Cæpolam *in l.* 1. *nu.* 19. *cum sequentibus, pag.* 458. *ff. de verborum significatione*, qui etiam eleganter loquitur.

SVMMARIVM.

136 *Voluntas testatoris colligitur ex eo, quod ipse faceret, si viueret. Et ex eo quod responderet, si interrogatus fuisset, nu.* 156. *Vbi expenditur doctrina quadam Barthol. Socini, & aliorum, nu.* 157. & 159. *Debet in dubio iudicari secundùm leges, nu.* 160. 161. 172. & 173. *Contraria sententia, nu.* 198.

137 *Fideicommissum censetur perpetuum ex verisimili mente disponentis, & nu.* 142.

138 *Ex qua, persona ; & casus non expressus comprehenditur.*

139 *Et an procedat in statutis, contractibus, & rescriptis.*

140 *An in sententiis.*

141 *Ex verisimili mente testantis fit extensio ad casum dissimilem, contrarium, vel oppositum, & nu.* 145.

143 *Verba enuntiatiua testatoris an inducant fideicommissum.*

144 *Et an disponant quando sunt prolata per modum causæ.*

146 *Verba testatoris, quantumcunque ampla, ad verosimilia restringuntur.*

147 *Habens ver similitudinem pro se, casum legis habet.*

148 *Interpretatio inest dispositioni de necessitate, & verosimilitudine, aut ipsius rei natura. Est spiritus scriptura, nu.* 150. *Optima est quæ fit secundùm consuetudinem, nu.* 220.

149 *Verisimilitudo an præualeat proprietati verborum, & mori regionis.*

152 *Est cognata natura.*

153 *Discretio naturalis est mater virtutum, & optimè iudicat in rebus dubiis.*

158 *Secundùm casus occurrentes verba testamenti sunt interpretanda.*

162 *Testator videtur vocare ad fideicommissum relictum agnationi, filios fratrum, sicut fratres ipsos.*

163 *Interpretatio voluntatis testatoris & legis, à pari procedunt.*

165 *Priuilegium datum à Principe, vt pactum super successionibus masculorum seruetur, secundùm leges intelligitur, & nu.* 167.

166 *Stante statuto repellente fœminas existantibus masculis, si quis instituat liberos hæredes, non intelligitur instituisse filias, & nu.* 168.

169 *Et*

169 *Et quis in eodem gradu præferatur, masculus, an fœmina.*

170 *Quisque præsumitur cogitare quod lex disponit.*

171 *Bona vinculata iure maioria, in infinitum vinculata censentur, etsi verbum*, perpetuò, *non adiiciatur. Et succedit filius maioratus, n.* 245.

174 *Infertur, quod in dubio testator videtur præferre nepotem patruo, in maioratibus factis post* l. 40. Taur. & num. 176. & 178.

175 *Quando aliquid constare dicatur.*

177 *Decretum declaratorium Principis an trahatur ad negotia pendentia. Et ibi an ad præterita, &* n. 180. 182. *Et quomodo* 185.

179 *Leges plures cum sunt in eodem volumine, præfertur lex in ordine posterior.*

181 *Facta donatione per Principem, vt quis possit rem aliquam titulo maioratus relinquere, si ante electionem decedat, primogenitus an videatur electus.*

184 *Conditores maioratuum se conformare videntur cum legibus & consuetudinibus Hispaniæ, &* num. 200.

185 *Constitutum à lege per viam iurisdictionis an possit à testatore prohiberi. Et quando,* n. 186. *Et quid si adsit statutum, quod testamenta intelligantur prout iacent, n.* 188.

187 *Inducta ad augmentum non debent diminutionem operari.*

189 *Statutum si disponat, quod statuta ad literam seruentur, an admittatur extensio. Et quid in statuto municipali, &* n. 193.

190 *Statutum tollens interpretationem, de interpretatione hominis intelligitur, non legis.*

191 *Iusta interpretatio naturaliter est necessaria.*

192 *Testator si disponat, quòd sua dispositio intelligatur ad literam, quomodo debet fieri interpretatio.*

194 *Stante statuto quòd verba ad literam intelligantur, sub verbis*, Si decesserit sine liberis, *an comprehendatur Monasterium.*

195 *Constitutio loci cum prohibet aliquid tacitè intelligi, qualitas masculinitatis an sit repetenda.*

196 *Fœminarum an concipiatur in masculino, cum maioratuum fundatores volunt, quòd suæ dispositiones ad literam intelligantur.*

197 *Verba cum ad literam intelligenda sunt, sola Grammaticalis interpretatio admittitur.*

199 *In his quæ hæreditario iure non deferuntur, an videatur quis se conformare cum dispositione iuris, vel statuti ab intestato loquentis.*

201 *Consuetudo familiæ est considerandæ in vocatione masculorum, aut fœminarum.*

202 *Voluntas testatoris intelligitur secundùm ius commune in casu quo loquitur.*

203 *Præsumptio resultans ex iure communi, an excludatur per probationem possessionis in contrarium.*

204 *Testator se conformare videtur cum successione ab intestato.*

205 *An videatur vocare proximiores, non sequentes, &* num. 207.

206 *Prædilectus vt aliquis dicatur, an debeat esse proximior substituto in succedendo ab intestato ei, de cuius hæreditate agitur.*

208 *Institutus præsumitur dolo egisse, vt instituerentur, cùm testator omisit hæredem, quem de iure quodammodo facere tenebatur.*

209 *Vocatus à lege ad legitimam hæreditatem, habet iuris præsumptionem pro se.*

210 *Succedentes ab intestato qualiter censeantur succedere ex præsumpta, vel ficta voluntate defuncti, an per legem, vel testatorem ? remissiuè.*

211 *Voluntas testatoris colligitur, etiam ex illius vsu, cùm erat viuus, &* num. 213. *Magis quam ex instrumento emptionis,* num. 219. *Et ex consuetudine & communi vsu loquendi testatoris*, num. 221. & 243. *Quid quando pugnat cum gradus prioritate, n.* 222. *An declaretur ex non facto ? sententia affirmans, n.* 215. 217. *Negans* n. 218.

214 *Concessio inuestitura facta videtur secundum morem & consuetudinem concedentis, & eius verba recipiunt interpretationem à natura feudi proprij, n.* 231.

216 *Testator non præsumitur velle id quod non est consuetum fieri.*

223 *Gratia à Principe facta secundum vsum concedentis intelligitur.*

224 *Facultates ad instituendum maioratum, vel ad aliquam rem ab illo extrahendam, debent interpretari secundum stylum Principis concedentis. Et in eis subintelliguntur clausulæ ordinariæ, non extraordinariæ, n.* 239.

225 *Vsum testatoris ordinarium sequi debemus, non extraordinarium.*

226 *Procuratori si detur commissio, vt possit facere omnia, quæ dominus solitus erat facere, intelligitur ordinariè, non extraordinariè.*

227 *Tutor Regis potest donare, secundum quod Rex communiter largiri consuenit.*

228 *Vicarius Regis an possit manus ad insolita extendere.*

229 *In generali mandato veniunt ea quæ sunt ex consuetudine.*

230 *Concessa lectura alicui Doctori, videtur promissum salarium perpetuò ordinatum.*

232 *Obligatio an oriatur ex præstatione difformi.*

233 *In venditione fructuum veniunt illi, qui ex necessitate aebentur, non qui ex liberalitate.*

234 *Rex concedens alicui officium cum solitis gagiis, intelligitur de solitis pluribus vicibus.*

235 *Quid dicatur solitum fieri & concedi ? remissiuè.*

236 *Mulier nupta, virtute licentiæ generalis mariti, potest facere quæ maritus ordinariè, non extraordinariè facere solebat.*

237 *In omni dispositione ve ba sunt consideranda in ordinariis & consuetis, non de extraordinariis.*

238 *Cum habentur pro expressis, quæ exprimi consueuerunt, intelligitur de consuetis communiter, & vt in plurimùm.*

240 *Priuilegium non soluendi decimas de quibus intelligatur.*

241 *Mulier nobilis nupta habens a marito plenissimam facultatem cum libera administratione, an possit illum ad constitutionem dotis alicuius obligare.*

242 *Vsus imperitorum an attendatur.*

244 *Substitutione facta sub conditione, Si sine liberis decesserit ex suo corpore procreatis, an dicatur defecisse propter Religionis ingressum.*

246 *Cum plures de familia, inter quos cadit affectio, vocantur ordine collectiuo, admittuntur gradatim proximiores secundum ordinem successionis ab intestato.*

247 *Sed quando parentela vocatur, non solum proximiores, sed etiam remotiores vocati censentur, &* n. 249.

248 *Propter communem vsum loquendi an dicantur spuru de familia.*

250 *Verbum*, Suos, *non est strictè intelligendum, & quando.*

252 *Sermones vulgari sermone prolati, debent interpretari secundum communem vsum loquendi : secus cum a literatis proferuntur, &* num. 255. & 262. 269. *Contraria sententia, n.* 256.

253 *In dubio an sit vnus vsus loquendi.*

254 *Authoris placitum.*

257 *Propter abusiuum modum illiteratorum an debeant verba ciuiliter extendi.*

258 *Priuilegiatorum verba qualiter recipere debeant interpretationem.*

259 *Inter liberos & filios nõ est apud idiotas differentia.*

260 *Verba tam contractuum quàm vltimarum voluntatum, secundum communem loquendi modum in dubio debemus exponere.*
261 *Consuetudo regionis an intelligatur vbi testator disponit, an vbi bona sunt sita.*
263 *Parentibus iniustis magis, quàm in circunspectis, & inconsultè testantibus, obuiandum, & quare.*
264 *Verba testamentorum, & aliarum dispositionum, an regulanda potius secundum communem affectionem, verisimilem mentem, & morem regionis, quam secundum iuris subtilitates,* & n. 267. 268. & 271.
265 *Tempus omnia mutat & perimit.*
266 *Diuersæ Nationes, affectus, mores, & leges habent diuersas.*
270 *Voluntas colligitur ex ratione.*
272 *Voluntas testatoris debet attendi secundum communem vsum loquendi illius loci, in quo testator facit testamentum.*
273 *Et quomodo id intelligatur.*
274 *Exterus longo tempore in Hispania degens, videtur se conformare cum legibus & consuetudinibus Castellæ, & quomodo.*
275 *Vsus communis loquendi temporis, in quo testator concludit testamentum, debet attendi.*
276 *Et vsus originis testatoris, & qualiter probetur,* & num. 278. & 279.
277 *Ex sermone vulgari ad Latinum an sit probabile argumentum.*

Post num. 278. inuenies alia summaria.

EX multis autem cognoscitur testatoris voluntas; & mens absque eo, quod ad id dispositionem expressam, implicitam, & indiuiduam procedat, & loquatur ipse testator; vt habetur *in toto tit. de leg. 1. & in tit. de leg. 2. & 3. & in titulis seq.* & in *aliis pluribus locis*, quos in hoc loco insimul si colligere vellem, infinitum opus efficerẽ; solummodò hic inferere decreui aliquas generales coniecturas, & quæ in practica magis præ manibus habentur, & quæ (vt reor) vtiles erunt lectoribus ad quæstiones, quæ in ista materia accidere possunt.

136 Primò igitur † colligitur voluntas testatoris ex eo quod ipse faceret si viueret, & disponeret verosimiliter; & id debet haberi pro scripto, quòd si interrogatus fuisset, respondisset: *d. l. Titius, §. Lucius Titius, ff. de libe. & posthu. l. cum in testamen. ff. de reb. dub.* vulgata *l. tale pactum, §. fin. ff. de pact.* quam totus mundus allegat; notatur per Alex. *in cons.* 130. vbi Glo. Paris. *lib.* 2. Franci. Curt. Sen. *in cons.* 29. *col.* 1. *& in cons.* 50. *col.* 2. 10. *& vlt.* Ias. *in d. l. Titius*, & alij quos refert, Glos. Paris. *in cons. 1. pro Duce de Villahermosa, num. 39.* vbi ex hoc infert, quòd quamuis testator non expresserit de descendentibus postea natis, & de vlterioribus descendentibus, † est intelligendum fideicommissum esse factum, & perpetuum censeri debere; quod notissimè eleganter explicat Menoch. *in tractatu de præsumpt. præsumpt. 93. num. 1. cum seq. folio* 174. vbi ex professo disputat quando filij descendentes agnati, vel cognati nondum nati, vel concepti tempore euenientis casus fideicommissi, admittantur ad successionem fideicommissi, & ex verisimili mente, † persona & casus non expressus comprehenditur; vt notanter tradit Socin. Iun. *in cons.* 90. *n.* 14. *lib.* 1. & Philip. Port. notanter *in cons.* 1. *num.* 10. & est verisimile quod pater præsumitur relinquere filiis summatam voluntatem non expressam, vt notanter per Menoch. *cons.* 210. *num.* 44. *lib.* 3. & de hac conclusione vide etiam Alex. *in cons.* 46. *Ponderatis verbis d. cap. lib.* 2. & quæ latè refert Tiraq. *in ll. connub. glos.* 7. *in verb. Expreß. num.* 181. *fol.* 321. latius *in l. si vnquam, C. de reuoc. donat. in prin. n.* 56. cuius scripta sæpè in hoc opere refero; iustius etenim esse iudico hoc facere, quàm astuta dissimulatione illius vsurpare labores, & transcribere in hunc locum Menoch. *in tract. præsumpt. lib.* 4 *præsumpt.* 67. *n.* 18. *folio* 98.

139 Et hæc regula procedit † in statutis, in contractibus, in testamentis, in rescriptis, & in cæteris rebus; vt latè tradit Ant. Gab. *lib.* 6. *commun. opi. tit. de reg. iur. concl.* 10. *n.* 1. *cum aliis, pag.* 332. & ista dicitur potius esse dispositio legis, quam hominis. vt notanter tradit Carol. Rui. *in rubr. ff. solu. matr. n.* 216. Barbos. *in l. si constante ff. eod. t. n.* 135. *pag.* 58. & plura scribit Francis. Mant. *in tract. de coniect. men. defunct. lib.* 3. *tit.* 19. *n.* 1. *cum seq. pag.* 97. & *lib.* 5. *tit.* 13. *n.* 13. *pag.* 177. & *lib.* 6. *tit.* 14. *n.* 11. *pag.* 246. Rebuf. *in c. Raynut. de testam. num.* 13. *pag.* 533. Zanch. *in d. l. hæredes mei, §. cum ita, p.* 4. *n.* 217. *pag.* 93. *ff. ad Trebel.* vbi, quod mirandum est, dicit hoc † procedere in sententiis; ex *decis. Pedem.* Osasc. 64. *in fi.* Ioseph. Mascard. *in tract. de probat. lib.* 3. *concl.* 1136. *n.* 8. *fol.* 25. decis. Genuæ 8. *n.* 5. Cald. Pereir. *de nomin. emphyt. q.* 20. *n.* 27. *folio.* 230. idem Mascard. *eod. lib.* 3. *concl.* 1404. *n.* 1. *cum seq.* 140

Igitur tanta est vis verisimilitudinis, quod ex verisimili mente testatoris † fit extensio ad casum dissimilem contrarium & oppositum; vt est tex. celebris *in l. vlt. C. de posthum. hæred. instit.* vbi institutus, seu substitutus, si nascatur post mortem testatoris, extenditur substitutio ad casum, quo nascatur eo vivo; & è conuerso notat Ias. *in l. cum res, n.* 16. *fol.* 79. *ff. de leg.* 1. de quo *text.* & materia, latè agit Menoch. *in tract. de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 26. *à n.* 4. *cum seq. fol.* 29. ad quem addo notabilem doctrinam *Ioan. Andr.* & in practica satis necessariam *in addit. ad Specul. tit. de secund. nupt. in rubr.* post *Richar. Malumbr.* tradit, quòd si testator reliquit mille vxori, si in viduitate permanserit, & post eius mortẽ alium vocauit ad dicta mille, si mulier nubat, de morte enim mentionem fecit, quia cogitabat vxorem non nupturam, non tamen propterea voluit excludere substitutum casu quo vidua non permanserit, de quo si cogitasset, idem specificasset, volunt Paul. de Castr. *in l. 3. C. de instit. & substit.* & alij, quos citat Cephal. *in cons.* 530. *lib.* 4. *n.* 9. & non per extensionem, sed per intentionem, nec per ampliationem, sed per declarationem comprehenditur in isto casu omissus casus, vt volunt Carol. Rui. *in cons.* 143. *n.* 5. *lib.* 2. Soc. Iun. *in cons.* 39. *n.* 4. *lib.* 3. Roland. *cons.* 14. *n.* 82 *lib.* 3. Port. & Menoc. quos citat Ant. Thes. *decis. Pedem.* 270. *n.* 31. & coniectura fideicommissi in fauorem masculorum inducitur, † si verosimiliter testator interrogatus respondisset, vt per regul. *d. §. Lucius in l. Titius de liber. & posthum.* tradit Tiber. Deci. *cons.* 1. *n.* 287. *lib.* 1. 141

Et per hæc dixit Bart. *in l. Pamphil. in prin. ff. ad leg.* 3. quod verba enunciatiua testatoris † inducunt fideicõmissum, notat Dec. *in cons.* 617. *Visa prohibit. alienat.* Pro quo facit simile, quod dicimus, verba enuntiatiua disponere, quando † sunt probata per modum causæ, secundũ Bar. *in l. si socer, §. Lucius ff. solut. matrim. & in l. qui volebat ff. de hæred. instit.* & quod ex qualitate à disponente expressa recedi potest à verbis, tradit Pinel. *in l. 1. C. de bonis matern. p.* 3. *n.* 42. per *l. si vno ff. locat. & l. vbi ita donatur ff. de donat. causa mortis.* 142

Et propter verisimilem mentem testatoris, fit extensio † de vno casu ad alium, secund. Bar. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, in n.* 3. *ff. de liber. & posthu.* vbi notabilẽ theoricam ponit in ista materia, quando prouisio testatoris facta in vno casu porrigitur ad alios; notat Molin. *lib.* 1. *de primog. c.* 4. *n.* 24. *fol.* 22. & verba testatoris, quantumcunque ampla, † restringuntur ad verosimilia, *l. si quis ita. §. fi. ff. de testam. tut.* notat Alex. *cons.* 76. *n.* 4. *lib.* 4. & habens verosimilitudinem pro se, † habet casum legis: secund. Aymo. *in cons.* 297. 6. Olaic. *decis. Pedem.* 170. *n.* 10. Et interpretatio semper † inest dispositioni de necessitate, & verosimilitudine, aut ipsius rei natura, secũdum Bald. *in cons.* 343. *Examinanda sunt, in prin. lib.* 1. & verosimilitudo † præualet proprietati verborum & mori regionis, vt tradit Natta *in cons.* 164. *n.* 32. *lib.* 1. & † est interpretatio spiritus scripturæ, secund. eundẽ Bald. *in cons.* 275. *Quod pro regul. col.* 3. *circa med. lib.* 2. refert Arist. *lib.* 7. *secret.* & animus verisimilis testatoris † habetur pro expresso, vt per Socin. Iun. *cons.* 128. *n.* 218. *lib.* 1. & verisimilitudo † est cognata naturæ, secundum Bald. *in cons.* 180. *num.* 3. *lib.* 3. ¶ Et discretio naturalis est mater virtutum, † & optime iudicat in rebus dubiis, secundum 143 144 145 146 147 148 149 150 151 152 153

secundùm eundem Bald. *in cons.* 239. *Quæritur vtrum de linea. n.* 2. *lib.* 3.

154 Sed scire oportet, quòd † regul. Glos. *in d. l. tale pact. ff. de pact.* procedit in obscuris; secùs in claris, vt per Anton. Thesaur. *decis. Pedemont.* 248. *num.* 13. quod verissimum iudico. Et de intellectu istius regulæ, legenda sunt quæ scribit Simon de Prætis *lib.* 3. *de interpretat. defunct. volunt. dubit.* 4 *solut.* 1. *num.* 75. *cum seq. fol.* 329.

155 eleganter Hieron. Gabr. qui limitat Glos. *in † l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. in cons.* 95. *n.* 15. & eandem Glossam limitat tribus modis Menoch. *in cons.* 333. *num.* 33. *lib.* 3. scilicet quando testator vlterius processit; & licèt non sit casus omninò omissus; & cum extensio fit de persona ad personam; per Authores quos allegat; & materiam tradit Ias. *in cons.* 171. *col. vlt. vers. nec obstat etiam prædictis, lib.* 4. vbi post Ant. & Imol. *in Clem.* 1. post Gl. *de rescript.* limitat istam regulam in exorbitantibus, & quando casus fuit omissus: lege eum.

In qua etiam materia, memoriæ est mandanda doctrina *Barthol. Socini*, quia ad plura seruire potest: *in d. l. hæredes mei, §. cum ita, num.* 12. *ff. ad Trebell.* vbi dicit, quòd si nominatim testator Sempronium & Titium fratres hæredes instituat, & Titio Sempronium substituat, & eo non existente Caium Sempronij filium, & contingat decedere Sempronium, & Caium eius filium nominatim institutum & substitutum, ante Titium, alij

156 filij Sempronij succedunt; † quia si testator interrogatus fuisset, quid vellet natis aliis filiis Sempronij? respondisset, se eos substituere vna cum Caio: quod sequitur ibi Zanch. *num.* 259. qui ad hoc citat Ias. *cons.* 154. *col.* 6. *lib.* 4. & Curt. *cons.* 121. *col.* 5. & idem volunt Paris. *cons.* 77. *num.* 20. *& cons.* 78. *num.* 4. *& cons.* 91. *nu.* 45. *lib.* 2. *& cons.* 50. *num.* 17. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 111. *n.* 13. *lib.* 2. & allegatio Zanch. est *in noua editione* 4. *p. n.* 211.

157 *pag.* 93. Quorum resolutio † adducta fuit in praxi, in casu notabili, quia quidam Nobilis fecit maioratum in duos filios fratris masculos, quos frater habebat tempore vocationis; & in casu quo filios non haberent, vocauit sororem ipsorum fratrum, & post factum maioratum fratri filiorum vocatorum natus fuit alius filius masculus, sed non vocatus, orta fuit lis & contentio inter istũ masculum postea natum, & fœminam vocatam, qui stabant in eodem gradu, & erant fratres ad quem pertineret successio maioratus? quæ difficilia redduntur per ea quæ scribo *infra, hac p. q.* 6. Sed pro opinione *Ias.* & aliorum faciunt scripta per Menoch. *in tract. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 178. *num.* 3. *fol.* 301. & opinio Soci. est æqua, secund. Rip. *in a. §. cum ita, num.* 65. *fol.* 179. pro quibus facit elegans *cons.* Ang. 99. *num.* 6. & Curt. Sen. 51. *num.* 3. 4. *5. & 6.* & Glo. Paris. *pro Duce de Villahermosa, num.* 39. & adducto notabile *cons.* Barthol. Soci. 37. *num.* 7. *lib.* 3. ad hoc legendum, & aliud Cephal. 318. *num.* 51. *cum seq. lib.* 3 qui singulariter hoc confirmat. Port. *cons.* 11. *num.* 8. *cum seq.* faciunt scripta per Ias. *in auth. ex causa, num.* 6. *& 24. de liber. in ste. &* tex. singul. *in l. cum mater. ff. de inofficio. testam.* & tex. notabilis *in l. cum pater, §. cum existimaret. ff. de leg.* 2. & quos citat Sim. de Pre. *li.* 5. *interpret.* 2. *aubitat.* 2. *n.* 104.

Et confirmo, quia testator censetur considerare futuros euentus, † & secundum casus occurrentes verba testamenti sunt interpretanda, *l. sed si quis, §. interdum ff. de vsufruct.* tradunt Areti. *in cons.* 155. Socin. *in l. centurio. n.* 14. *ff. de vulga.* vbi Galiaula *nu.* 203. & alios quos citat Zanch. *in d. §. cum ita p.* 8. *nu.* 164. *pag.* 242. Quod etiam confert ad alia quæ scribo *in* 4. *p. q.* 1. & pro con-

159 traria *Bartho. Soc.* & aliorum † facit etiam dictum Bald. *in cons.* 226. *lib.* 3. vbi volunt, quòd si testator dicat *si hæres meus decesserit sine filiis, substituo Titium eius filium,* non dicitur substituisse sub conditione *si decesserit sine filiis*, sed de aliis filiis vltra Titium; quod refert Zanc. *in d. §. cum ita, p.* 3. *nu.* 71. *pag* 36. & tex. *in l. si mater, C. de inoffi. testam. & in l. militis codicillos, §. miles ff. de milita. testa.* & facit notabile *cons.* Paris. 53. *n.* 17. *cum seq. li.* 2. & pro ista conclusione sunt tex. notabiles *in l. quæsitum, ff. de testib. l.* 2. *§. sed si mater ff. ad Tertul. l. sed sciendum, ff. ad l. Pompei. de Parrici.* melior tex. *de iure in §. 1. Instit. de legiti. patron. tute.* ibi: *Pernae accepta est per interpretationem*: iunctis verbis præcedentibus.

Secundò est coniectura insignis, ad percipiendas defunctorum voluntates, † legum dispositio, cum quibus 160
in dubio testator se conformare videtur, *l. hæredes mei, §. cum ita*, vbi Bart. *n.* 4. *fol.* 158. *in vers. & quando, ff. ad Trebel. & vers. & pro hoc dico*, vbi Alex. *in addition.* alia ad hoc propositum refert; quos citat Petrus de Peralta *in l. & Proculo, nu.* 28. *pag.* 217. *ff. de leg.* 2. & *in rubri. ff. de hæred. instit. nu.* 39. *pag.* 31. & testator semper velle præsumitur † secundum ordinem & dispositionem legis, *l. si* 161
duo. ff. de acquiren. hæred. quam vocat singularem Rebuf. *in l. vni. C. de senten. quæ pro eo quod inter.* in glo. *proferuntur, nu.* 21. *pag.* 457. & exempl ficat in bono casu in substitutione facta, *si decesserit sine filiis*, quod veniunt fœminæ, Sim. de Pret. *lib.* 3. *de interpret. defunct. volun. dubit.* 3. *solut.* 2. *nu.* 25. *fol.* 312. & plures DD. materiam tractantes citat Menoch. *in tract. præsumpt. lib.* 4. *præsampt.* 22. *& vlt.*

Hinc est quod testator videtur † vocare ad fideicom- 162
missum relictum agnationi filios fratrum, sicut fratres; vt ex pluribus ad propositum probat Ias. *in cons.* 215. *col.* 7. *vers. tertiò principaliter, lib.* 2. & tradit rectè Aluar. Valasc. *in tract. de iure emphyt. q.* 50. *nu.* 31. *vers. ego quidem*; & confirmat prædicta Matien. *in l. 1. tit.* 7. *lib.* 5. *Recop. glo.* 7. *nu.* 2. *fol.* 167. vbi hoc exemplificat in nostris maioratibus. Quintil. Mandos. *in regul. Cancell. regul.* 27. *q.* 2. *n.* 9. *fol.* 49. notanter Ant. Gam. *dec.* 193. *n.* 6. Et à pari procedunt † interpretationes voluntatis testatoris, & 163
legis; secund. Bart. *in l.* 1. *C. de his quib. vt indig.* & *in l. in cognitione. C. ad Silan.* & alios, vt per Aym. *cons.* 291. *n.* 5. & per istam regulam sustentat eleganter Matth. de Afflict. *in c.* 1. *n.* 10. *de eo qui sibi aut hæred. suis fol.* 154. quod
si concedatur feudum † alicui & hæredibus ex legitimo 164
corpore descendentibus, seruata sexus, & ætatis prærogatiua, filia primogenita excludit secundogenitum masculum, quia præsumitur quod pactum fuit factum secundùm iuris dispositionem. Et ad hoc est tex. notabilis *in l. vt vim. ff. de inst. & iur.* ibi: *Nam cum inter nos cognationẽ quand.m.* ad quam conclusionem alios concordantes refero *in* 1. *pluium operis, q.* 48. *à nu.* 9. & ad hoc est celebris doctrina Andr. de Ilern. *in c.* 1. *de eo qui sibi aut hæred suis: n.* 5. *fol.* 114. vbi resoluit quod priuilegium datum à Principe, vt pactum super successionibus masculorum
seruetur, † interpretatur secundum leges Regni, vbi *La-* 165
pirul. plures refert, ad quod multa tradit Tho. Gram *decis.* 101. *n.* 4 Quibus hoc in loco adde omninò Tiraq. *in d. l. si vnquam, in verb. susceperit liberos, n.* 101. *pag.* 356. *C. de reuocand. donatio.* egregiè Alex *in cons.* 55. *Perspectis*, vbi Gl. Paris. *lib.* 4. vbi ex hoc in nostra materia dicit, quod
stante † statuto repellente fœminas, masculis stantibus, si 166
quis in testamento instituit liberos suos hæredes, non intelligitur instituisse filias: sed tantum filios, Bertrand. *in cons.* 15. *n.* 48. *lib.* 1. & est communis opinio secund. Alciat. *lib.* 1. *de verb. signifi. pag.* 10. *post prin. c.* qui similia in proposito adducit, & legenda sunt quæ scribit idẽ Alciat. *in tract. præsumption. regn.* 3. *præsumpt.* 32. *n.* 2. *pa.* 910. Menoc. *in eod. tract. præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 38. *n.* 1. *cum seq.* Et notatur etiã ista cõclusio per Episc. Couar. *in c. Raynaldus, in princ. n.* 2. *de test.* & hoc explicat notabiliter Barth. Soc. *in cons.* 90. *lib.* 1. *n.* 1. & 2. Soc. Iun. *in cons.* 133. *n.* 23. *lib.* 1. *& in cons.* 135. *n.* 4. *& cons.* 140. *n.* 7. *lib.* 1. Matic. *de coniectu. men. defunct. lib.* 6. *tit.* 6. *n.* 1. *cum seq. pag.* 224. ad quos iũgo notabilẽ doctrinã Anchar. & maximè necessariã in ista materia; is inquã *in cons.* 186. & author est Felin. *in d. extrãstato, n.* 4. *de cõstitution.* vbi
tradit, quòd illi † dicũtur vocati in inuestitura, qui cõ- 167
prehẽdũtur tacitè ex verbis scripturę, sũpta interpretatione à iure cõmuni, & ex hoc prodita est famosa doctrina Ancha. *in l. tres fratres, ff. de pact.* vbi vult, quòd si testator vocat filias, & earũ posteros, stãte statuto quod extã-
tibus masculis fœminæ nõ succedãt, de masculis tãtum 168

ſenſiſſe videtur, ſi extat, aliàs ſecus. Quam doctrinam infiniti referunt, & per eam dixit eleganter Carol. Ruin. *conſ.* 117. *num.* 6. & 15. *lib.* 2. quod licét in tali caſu fœmina & maſculus reperiantur in pari gradu, de iure
369 fœmina † dicitur eſſe in poſteriori graduicuius doctrina notanda eſt ad maioratus, in quibus maſculi priùs ſunt vocati, & in defectum maſculorum fœminæ, & ad probandum, quòd in dubio, in ſucceſſione maioratus, maſculus præfertur fœminæ, cum ambo ſunt in eodem gradu, iuxta *l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. & vniuerſalem Hiſpaniæ conſuetudinem, & ordinationem omnium maioratuum, & doctrinam Anchar. citat etiam Cur. *in tract. de feud. p.* 3. *verſ. circa primum, n.* 15. *pag.* 223.

Et ex hoc dixit Bald. *in l. precibus, n.* 38. *C. de impub.*
170 & aliis, quòd quis præſumitur cogitare † quod lex diſponit, notat Tiraquel. *in d. l. ſi vnquam in verb. donatione largitus, num.* 33. *pag.* 287. *& lib.* 1. *de retract.* §. 26. *glo ſ.* 1. *num.* 7. *pag.* 594. Cui etiam adde Gloſ. Pariſ. *in* 1. *par. conſuetud. Pariſ.* §. 22. *quæſt.* 20. *num.* 86. *fol.* 194. vbi refert illam famoſam doctrinam Bart. *in l. vt iuris iuran.* §. *ſi liberi ff. de oper. libert.* ex qua etiam per Roland. *in conſ.* 68. *num.* 20. *lib.* 1. & Iaſo. *in conſ.* 215. *lib.* 4. inquit Gregor. Lopez *in l.* 2. *tit.* 15. *par.* 2. *in gloſ. in verb. maioria, in principio*, quod ſi bona vinculantur inter deſcendentes alicuius iure maioriæ, etſi non dicatur *perpe-*
171 *tuo*, † erunt bona vinculata in infinitum; quia teſtator videtur diſponere ſecundum conſuetudinem, vel ſtatutum & doctrinam Bart. *in d.* §. *ſi liberi*: confirmat Alex. *in conſ.* 9. *n.* 1. *lib.* 5.

Et hæc etiam regula, quòd voluntas teſtatoris debet
172 intelligi in dubio ſecundum † leges, traditur, & explicatur per Roder. Suar. *alleg.* 2. *fol.* 129. *col.* 1. Bart. Socin. in bono caſu, *in l. Gallus, §. nunc de lege Velleia, n.* 80. *fol.* 37. *ff. de liber. & poſthum.* & *in conſ.* 150. *n.* 3. & *in conſ.* 80. *n.* 1. & *in conſ.* 23. *n.* 18. & *in conſ.* 9. *n.* 17. *lib.* 1. & eſt elegans deciſio Matthæi de Afflict. vbi plura tradit in iſta materia, *deciſ.* 44. & varia ſcribit Ioſeph. Maſcard. *in tract. de probat. lib.* 3. *concl.* 1417. *n.* 1. *cum ſeqq. folio* 362. qui etiam tractat de coniecturis, quæ ſequuntur. Et in noſtra materia maioratuum tradit Molin. *lib.* 1. *c.* 14. *n.* 21. *fol.* 117. Et potius interpretatur, voluntas teſta-
173 toris † ſecundum leges, quam iuxta conſuetudinem vicinorum, vt per Aymo. *de antiquit. tempor. p.* 4. *n.* 23. *fol.* 209. quæ omnia docent, periculoſum eſſe quod ſcribunt Aug. Beroi. *conſ.* 140. *lib.* 2. Ioſeph. Ludo. *deciſ.* 61. *n.* 46. exiſtimantes, quod teſtator videtur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, quando per teſtatorem fit actus ex neceſſitate; & non quando facit actum ex mera voluntate.

174 Ex quibus infertur intellectus *ad d. l.* 40. *Taur.* † præferentem nepotem patruo in ſucceſſione maioratus, niſi aliud à teſtatore diſpoſitum ſit: nam iſta diſpoſitio & voluntas eſt iudicanda ſecundum diſpoſitionem illius legis, ſi apertè contrarium non appareat: & vide infra *q.* 6. *à n.* 4. Et tradit notanter Burſat. *in conſ.* 67. *n.* 11. *&* 12. *lib.* 1. quod teſtator videtur ſe conformare cum legibus diſponentibus, quod nepos præferatur patruo: ſic Port. *in conſ.* 121. *n.* 15. ponit doctrinam, quod teſtator videtur ſe conformare cum legibus volentibus, & ſtatuentibus, quòd inter illos de familia ſeruetur idem ordo, quod de iure communi ſtatutum eſt in ſimilibus ſucceſſionibus. Et hoc valde confirmatur ex doctrina Andr. de Iſer. *in c.* 1. *n.* 3. *de eo qui ſibi aut hæredibus ſuis*; & ita eſt intelligenda illa lex in illis verbis: *Saluo ſi otra coſa eſtuuiera diſpueſto*: & probatur ex doctrina And. de Iſern. vbi Matth. de Afflict. *n.* 117. *in c.* 1. *de natura ſucceſſionis feudi*, Molin. *lib.* 3. *de primog. c.* 8. *in fi. fol.* 67. Et quod expreſsè debeat conſtare, vel per indubitabiles coniecturas. tradunt Palac. Rub. *in d. l.* 40. *n.* 23. *&* 29. & Caſtill. *n.* 30. Epiſc. Couar. *in pract. q. c.* 38. *n.* 10. *in fin.* & in dubio d. lex eſt ſeruanda ſecundùm Peral. *in rubr. ff. de hæred. inſtit. n.* 150. atque eſt videndus Tiraq. *in l. connub. gl.* 7. *n.* 162. *cum aliis, fol.* 319. & opinionem Epiſc. ſequitur Molin. *d. cap.* 8. *n.* 5. *fol.* 62. Et quando aliquid conſtare dicatur, tradit Lambert. *de iure patr. fol.* 244.

Et hæc ſunt notanda ad maioratus † qui facti ſunt 175
poſt publicationem legum *Taurin.* quæ factæ fuerunt *anno milleſimo quingenteſimo quinto*, de quo legendus eſt Coſta in 3. *plegus mentalis, n.* 36. *pag.* 440. & idem in maioratibus factis ante illam legem voluit Moli. *lib.* 3. *c.* 6. *n.* 25. *fol.* 49. Mencha. *lib.* 3. *par.* 1. §. 27. *n.* 8. pro quo facit, quia dictæ leges ſunt declaratoriæ legum antiquarum, vt probatur *in proœmio earum*, ibi: *Auia menester declaracion*: quod voluit Burg. de Paz *ibi, in proœmio, n.* 432. Palac. Rub. *in l.* 27. *Taur. n.* 17. & idem Burg. *in l.* 1. 1. *part. legum Taur. n.* 37. qui omnes concludunt, quòd dictæ leges extenduntur ad negotia præterita, *Authen. de filiis ante dotal. inſtrum. natis*: §. 1. & *in Authe. de rapt. mulier. in fin. c.* 1. vbi notat Philip. Franc. *n.* 3. *de conſuet. lib.* 6. Ioan. Grat. Falcon. *regul.* 295. probatur *in c. cum tu, & cvlt. de vſur.* quæ iura ad hoc notat Abb. *in c. paſtoralis, §. verum, n.* 4. *fol.* 120. *de appellat.* Alexan. *in conſ.* 7. *n.* 4. *lib.* 2. Matien. *in l.* 3. *tit.* 10. *gloſ.* 16. *lib.* 5. *Recop. fol.* 290. Curt. Iun. *in conſ.* 268. *n.* 13. *lib.* 2. & tenet Gloſ. *in data Sexti, in gloſ. fin. in princ.* Bart. *in l. omnes populi, 2. q.* 5. *quæſt. principalis, n.* 44. *ff. de iuſtitia & iure.* Bald. *in l. non dubium, col.* 1. & *in l. leges & conſtitutiones* vbi Paul. de Caſtr. *C. de legib.* notat Iaſ. *in l. in eum, n.* 8. *fol.* 106. *ff. de in ius vocan.* & *in l. cum quidam, n.* 9. *folio* 167. *ff. de liber. & poſthum.* Tiraq. *in l. ſi vnquam in verb. reuertatur, n.* 305. *pag.* 518. *C. de reuocand. donat.* Anton. Gam. qui id tradit in quadam quæſtione maioratus *in deciſ.* 61. *n.* 6. latè Anto. Gabr. *lib.* 6. *commun. opin. tit. de reg. iur. concl.* 3. *n.* 10. *pag.* 323. Iacob. Put. *deciſ.* 382. *p.* 2. Curt. Sen. *in conſ.* 39. *n.* 4. Sic Alciatus *reſponſo* 339. *n.* 1. tradit quod decretum † declaratorium Principis trahi- 176
tur ad negotia pendentia.

Quæ omnia mihi † intelligenda videntur, dummodo 177
declaretur, quod obſcurum eſt, & non aliàs, vt planius ſcribo *p.* 1. *q.* 44. Fallit etiam *d. l.* 6. *tit.* 1. *lib.* 2. *Recop.* niſi lex ſtatuat contrarium, vt patet per *l.* 42. Taur. *hodie l.* 9. *tit.* 1. *lib.* 5. ibi: *De aqui adelante*, & tradit Quemada *in quæſt. fiſcalib.* quem citat Azeued. *in d. l.* 6. *tit.* 1. *lib.* 2. *Recop. n.* 4. & hoc docet ead. *l.* 6. † ibi: *Excepto en los caſos* 178
que las dichas leyes de Toro expreſſamente dizen y declaran, que no ſe entendian; ni ſe eſtendian a las coſas y negocios paſſados: tradit Burſat. *in conſ.* 214. *n.* 23. *cum ſeq. lib.* 2. & in terminis *l.* 40. *Taur.* hoc tradit in ſpecie Mench. *lib.* 1. *controu. c.* 44. *n.* 2. & confirmatur ex his quæ ſcribit Dec. poſt alios *in c. vlt. n.* 6. *&* 13. *de conſtit.* de quo etiam legenda ſunt quæ ſcribit Ioan. Garcia *dicta regul.* 295. Quintil. Mandoſ. *in reg. Cancel. regul.* 32. *q.* 12. *n.* 6. *fol.* 110. Pariſ. *in conſ.* 141. *n.* 37. *lib.* 4.

Et animaduerto, quòd vbi ſunt plures leges in eo- 179
dem volumine, eſt præferenda lex, † quæ eſt poſterior in ordine, ſecundùm Cyn. *in l. tutores. ff. de adminiſtr. tuto.* eundem Cyn. *in l. ſi à patre. ff. de teſtam. tutel.* & alios quos citat Alex. *in conſ.* 117. *num.* 2. *lib.* 6. vbi Gloſ. Pariſ. alios citat: & fallit etiam *d. l.* 6. niſi in medio ſit ius quæ- 180
ſitum Tertio, quia tunc lex † ad præterita non extenditur, non obſtante *d. l.* 6. vt colligitur ex doctrina Barto. *in l.* 1. *§. vlt. ff. ad Tertull.* quem citat Iaſo. *in l. cauſas vel lites, n.* 3. *C. de tranſact.* notat & confirmat Burg de Paz, *in conſ.* 14. *n.* 22. & ad alia conſimilia inferri poteſt intellectus, animaduertendo quod leges Regni recipiunt omnes limitationes, quas recipit ius commune in tali caſu, ſecundùm Domin. *in c. licet cauſam, de elect. in* 6. Aluar. Valaſ. *conſult.* 42. *n.* 6.

Et ex prædicta regula, quòd teſtator videatur ſe conformare cum legum diſpoſitionibus, quandoque determinaui, quòd ſi Rex faciat alicui donationem cuiuſdam rei cum facultate, vt eam relinquere poſſit titulo maioratus alicui ex filiis quem elegerit, vel nominauerit, quòd ſi pater maioratus electione & nominatione minimè facta, † pater in dubio eligiſſe videtur filium filij 181
primogeniti, quemadmodum eleg. ſſe videretur ipſum filium primogenitum ſi vineret; prout latius trado *in* 1. *p. oper. q.* 50. & in iſta materia præcipuè pro intellectu

d. l. 6. *tit.* 1. *lib.* 5. doctor animaduertat ad peregrinam doctrinam Alexan. *in conſil.* 199. *num.* 2. *li.* 6. vbi tradit,
182 quod lex, quæ ſtatuit † quòd extendatur ad præterita negotia, tanquam exorbitans reſtringi debet: ad quem addo Gam. *deciſ.* 7. *num.* 3. & 4. & ad doctrinam Abb. & Deci. *num.* 14. *in c. quoniam, de conſtitution.* qui poſt alios quos citant volunt, quòd licèt expreſsè ſtatutum
183 dicat, quòd † lex ad præterita negotia extendatur, non intelligitur de præteritis pendentibus per appellationem. Si autem ſit diuerſum iuis commune, & ſtatutum loci, teſtator non adhærere videtur iuri communi, ſed iuri ſtatutario, ſecund. Bart. *in d. §. cum ita, num.* 4. *in l. hæredes mei, ff. ad Trebell.* & eſt communis opinio ſecund. Bart. Soci. *conſ.* 51. *num.* 33. *lib.* 4. notat Iul. Clar. *lib.* 3. *ſententiar. §. teſtamentum, q.* 76. *num.* 12. *pag.* 75. qui aliqua infert ad propoſitum: & tradit Ripa *in d. §. cum ita, num.* 79. Roman. *in l. poſt dotem, num.* 39. vbi Alex. *num.* 27. *ff. ſoluto matrim.* Gozadin. *conſ.* 90. *num.* 17. & alij quos citat Franciſc. Mantic. *de coniect. men. defunct. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 14. *cum ſeqq. pag.* 125. & idem *lib.* 6. *tit.* 7. *per totum; pag.* 228. & melius *tit.* 6. *eod. lib. nu.* 28. *fol.* 123. Zanch. *in d. l. hæredes mei, §. cum ita, p.* 9. *n.* 22. *pag.* 278. *ff. ad Trebell.*

Ex quibus deducitur, quòd conditores maioratuum
184 magis † ſe conformare videntur cum legibus & conſuetudinibus Hiſpaniæ, quam cum legibus iuris communis: ad quod eſt aduertendum, quia iam vidi in practica in ſucceſſione cuiuſdam maioratus. Quod confirmo ex ſingulari reſolutione Nicolai Boerij *conſil.* 10. *num.* 16. vbi tradit quod Rex Franciæ videtur teſtari ſecundum ſtatuta, & conſuetudines Franciæ, qui fœminas non admittunt ad ſucceſſionem Regni; & ibi notanter loquitur & tradit eleganter Andr. Iſern. *in c.* 1. *num.* 5. *de eo qui ſibi aut hæredibus ſuis: fol.* 114. vbi Andre. de Barulo plures refert concludentes, quòd ſi Princeps concedit feudum pro aliquo & hæredibus ſuis maſculis, videtur concedere ſecundùm leges Regni; quia eſt ius commune. Et in materia eſt magni faciendа doctrina Beroij *in conſ.* 86. *num.* 21. *lib.* 2. vbi reſoluit quod teſtator videtur ſe conformare iuri communi, quando actus fuit factus cum neceſſitate, ſecus quando actus eſt factus de mera voluntate; quem citat Ioſeph. Ludouic. *in deciſ.* 61. *num.* 46. Mos eſt tamen aliquibus maioratus facientibus, in ſuis diſpoſitionibus ordinare, ne coniecturetur propria voluntas à legum regulis; ſed à ſimili illorum, quæ in ſuo teſtamento diſponunt; adeò propriarum voluntatum ſunt amatores; cuius tenoris ego vidi aliquos maioratus illuſtrium Virorum: & ſunt licitæ huiuſmodi diſpoſitiones, dummodo ſeruentur ea quæ notantur *in l. nemo poteſt, ff. de legatis* 1. cum qua concordat. *l.* 32. *tit.* 24. *part.* 6. vbi latè *Greg. Lop.* Pro quo facit, quia quando aliquid à lege eſt
185 conſtitutum † per viam iuriſdictionis, non per viam interpretationis voluntatis defuncti, id non poteſt à teſtatore prohiberi; vt dicit Petr. de Mata *in repetition. l. filium quem habentem, num.* 50. *C. famil. erciſcund.* quem citat Franciſ. Mantic. *in tract. de coniect. men. defunct. lib.* 3. *tit.* 3. *n.* 16. *pag.* 66.

Sed eſt aduertendum, quòd talis diſpoſitio teſtato-
186 rum ſeruanda eſt in his † quæ ipſe non ordinauit, ſecus in his quæ ipſe ordinauit, cum quibus concurrit iuris diſpoſitio; quia in iſto caſu teſtator non cenſetur legum diſpoſitiones excluſiſſe: quia inducta ad augmen-
187 tum, † non debent diminutionem operari: *l. ſi mancipia. ff. de fund. inſtruct. vltima. C. de præpo. agent. in reb. lib.* 12. cum *concordan.* vt per Iaſ. *in l. legata inutiliter, num.* 8. *fol.* 48. *ff. de leg.* 1. Alij autem teſtatores prohibent declarationem, & interpretationem vltimarum voluntatum, adeò ſe ſapere exiſtimant: in quo caſu reiecta cenſetur interpretatio extrinſeca, non autem intrinſeca, quæ intellectualis dicitur, ſecundum Bald. *in l. ſi quis filium, C. de liber. præteri.* ad quod alios citat Menoch. *in remed.* 4. *de adipiſcen. poſſ. numero* 227. *pag.* 43.

Ex quo confirmatur doctrina Bartholom. Socin. *in l. cum auus, ff. de condition. & demonſtrat. num.* 88. vbi vult, quod diſpoſitio *d. l.* procedit, etiamſi adſit ſtatutum, quòd teſtamenta † intelligantur prout iacent: & 188
idem Barbo. *in l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. num.* 138. vbi D. Anton. de Padilla *nu.* 10. inquit tamen idem Bald. *in d. l.* 2. *C. de patrib. qui fil. diſtraxer.* quòd ſi ſtatutum diſponat ſtatuta eſſe ad literam ſeruanda, † non eſt 189
conceſſa extenſio; quia litera eſt, quæ oculis cernitur; non autem quæ ſolo intellectu videtur. Idem volunt Alexand. *in l.* 1. *num.* 32. vbi Socin. *num.* 36. *ff. ae vulgar.* & alij citati à Menoch. *in dicto loco, num.* 228. & tradit etiam Menoch. *in d. loco, num.* 225. quòd quando ſtatutum tollit interpretationem; † intelligitur de in- 190
terpretatione hominis; & non legis; poſt Bald: *in d. l. omnes populi, num.* 35. *ff. de iuſti. & iur.* & alios quos citat.

Et in ſimilibus diſpoſitionibus eſt prohibita, & remota interpretatio friuola: quoniam iuſta interpreta- 191
tio eſt † naturaliter neceſſaria, *l.* 2. §. *ex his*: & ibi Bald. *ff. de orig. iur.* idem Bald. *in l. Gallus. §. quòd ſi his: ff. de liber. & poſthum.* Bart. *in d. l. omnes populi, in fin.* & alij, vt per Barthol. Socin. *in d. l. cum auus, num.* 88. *ff. de condition. & demonſtration.* Et plura ad propoſitum ſcribit Roland. *conſ.* 31. *num.* 42. *lib.* 4. cui addo Iaſ. qui eleganter loquitur *in conſil.* 205. *num. lib.* 2. Aluar. Vaez *conſ.* 42. *num.* 7. Et quod vbicunque teſtator diſponit, quod ſua diſpoſitio ad literam intelligatur, prout ſcripta eſt, 192
† ſit facienda ſtrictiſſima interpretatio, voluerunt Bald. *in dict. l. omnes populi, num.* 19. & 25. & *in authent. ſi qua mulier in fine, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & *in l. precibus, num.* 15. *C. de impub.* Alexan. *in d. l.* 1. *num.* 33. & ibi Socin. *nu.* 30. *ff. de vulg.* & alij, vt per Menoch. *in conſ.* 86. *num.* 38. *lib.* 1. Notanter Iaſ. *in conſil.* 205. *nu.* 3. *lib.* 2. vbi inter alia tradit, quòd litera eſt quæ oculis cernitur, & quòd litera intelligitur, prout à vulgo exponitur; ex quibus ſcribit Crot. *in d. l. omnes populi, num.* 204. quòd ſi lege municipali caueatur, vt ſtatuta debeant † ad lite- 193
ram intelligi, non ſumitur argumentum à contrario ſenſu, ſi non eſt litera; & plura ad propoſitum ſcribit Roland. *in conſ.* 51. *num.* 16. *cum ſeqq. lib.* 3. vbi reſoluit ex *l. vnica, ff. ſi tabul. teſtamen. extab.* & aliis authoritatibus, quòd ſtante ſimili diſpoſitione, coniecturæ non ſunt admittendæ. Pro quibus facit ſententia Bald. *in c. in præſentia, num.* 18. *de probation.* vbi Felin. *num.* 66. qui dicunt, quòd quando in Ciuitate eſt ſtatutum, quòd verba ad literam intelligantur; ſub verbis, *ſi deceſſerit* 194
ſine liberis; † non comprehenditur Monaſterium: quos & alios concordantes citat Menoch. *in tract. de præſumption. lib.* 4. *præſump.* 83. *num.* 48. *fol.* 144. de qua quæſtione legenda ſunt quæ ſcribo *infra, q.* 3. ſic tradit elegan-
ter in iſta materia Auguſtin. Beroi. *in conſ.* 120. *num.* 32. *lib.* 2. quòd quando conſtitutio loci dicit, quod non intelligatur aliquid tacitè; qualitas † *maſculinitatis* non 195
eſt repetenda: quod eſt notabile, & faciunt tradita per eundem *in d. conſil. numero* 8. & 9. & in illamet cauſa; vltra Pariſ. *in conſ.* 72. *lib.* 4. quem Beroi. citat, conſuluit Natta *in conſ.* 678. *lib.* 4. & lege Curti. Iun. *in conſ.* 6. *num.* 7. & notabile *conſ.* Menoch. 235. *nn.* 17. *cum ſeqq. lib.* 4.

Alij autem fundatores maioratuum diſponunt, quòd ea quæ diſponunt ad literam intelligantur. In quo caſu vnum eſt conſideratione digniſſimum, quod maſculi-
num, † non concipit fœmininum, ſecundum Bald. *in* 196
conſilio 460. *Ioannes, lib.* 5. Corne. *in conſil.* 14. *lib.* 2. Alexand. *in conſil.* 45. *num.* 3. *lib.* 7. Decium *in l. fœmina, nu.* 101. *ff. de regulis iuris*, Tiber. Decian. *in conſil.* 63. *num.* 3. *lib.* 2. qui hoc latè tradit; & *num.* 18. ſcribit repræſentationem dicto caſu ceſſare. Et quòd cum verba ad literam intelligenda ſunt, † ſola grammaticalis interpre- 197
tatio admittatur, vt ſpecie conſtitutionum Hiſpaniæ, tradunt Beroius *in conſil.* 120. *num.* 9. *lib.* 2. Menochius *in conſil.* 215. *num.* 18. *lib.* 3. & prius *num.* 15. vbi multa bona ad propoſitum ſcribit Rebuff. *in l. in conuentioni-*

bus,219. ff. de verbor. ſignification. pag.259. Quod confirmo, quia clauſula appoſita in Bulla Apoſtolica, *ſublata Iudicibus aliter iudicandi & interpretandi facultate*, operatur, vt Iudices non poſſint aliter declarare, ſecundum Caſſador. *in c. quia diligentia: in ſententia, 9. oppoſit. de electione.* Gundiſalu. *in tract. de lega. q. 3. col. 5. & 6.* quos citat Iacob. Pute. *deciſ. 50. num. 5. lib. 1.* Et de puncto legendus eſt etiam Carol. Ruin. *in conſil. 3. num. 10. lib. 5.* Et Menochius *in conſilio 215. num. 15. & num. 203.* atteſtatur quod in Hiſpania ſecundum diſpoſitiones Regni, verba teſtamentorum, & codicillorum ſunt intelligenda ad literam; quam legem ego non inuenio.

Sed à prædicta coniectura, quod teſtator in dubio ſe conformare videtur cum iuris diſpoſitione, de faci-
198 li receditur propter aliam præſumptionem, † vt tradit Corneus *in conſilio 204. lib. 4.* & in aliis pluribus conſiliis relatis ab Aymo. Crauet. *in conſil. 180. nu. 4.* Et quod in his quæ non deferuntur iure hæreditario, ſed alio iu-
199 re, † non videatur quis ſe conformare cum diſpoſitione iuris vel ſtatuti ab inteſtato loquentis, tradunt Bald. *in l. liberti, libertæque, C. de oper. libertor.* vbi Alexander *in addition.* idem Alexand. *in conſilio 9. num 4. lib. 5.* vbi Gloſſ. Pariſien. & eadem Gloſſ. Pariſienſ. *in conſil. 15. lib. 4.* Salicetus *in l. 2. quæſtione 17. C. de iure emphyteu.* quos defendit Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 9. num. 40. ff. ad Trebellian. fol. 28.* quod reputo notabile in noſtra materia maioratuum, & ibi Zanch. *à num. 5. vſque ad fin.* varia in iſta materia ſcribit. Et non ſolum conditores maioratuum ſe conformare videntur cum
200 legibus Hiſpaniæ; ſed etiam affectare, † & ſequi conſuetudines, vt probat textus ſingularis *in l. cum de lamiona, §. optimum, ff. de fundo inſtructo*: & tradit in ſpecie Deci. *conſ. 397.* & alios quos cito *in 1. p. q. 48. nu. 20.* Quinimo conſuetudo familiæ eſt conſideranda in voca-
201 tione maſculorum, † aut fœminarum, vt probat Nicol. Boerius *in deciſ. 155. n. 29.* per doctrinam Ioan. Andr. *in addit. ad Speculator. tit. de inſtrumento edit. §. ſed nunquid,* & alia quæ citat.

Nec eſt omittendum quod tradit Aymo. *d. conſ. 180.*
202 *num. 4.* vbi fundat, quod voluntas teſtatoris † intelligitur eſſe ſecundum ius commune, in caſu in quo loquitur, & non vltrius, & caſus omiſſus habetur pro omiſſo. ¶ Et in hac materia eſt ſummè conſiderandum, quod præſumptio quæ reſultat ex iure communi, adeo fortis
203 eſt, quod non † excluditur per probationem poſſeſſionis in contrarium, vt ex communi probat Curtius Iun. *in conſ. 90. nu. 2. lib. 2.* quem citat Mantica *de coniectur. men. defunct. tit. 17. n. 11. pag. 642.* qui hoc confirmat, & hoc etiam tractaui *in princip. 3. partis.*

204 Tertio, teſtator † conformari videtur cum ſucceſſione ab inteſtato; quod ex præcedentibus colligitur, & ex Bart. *in d. §. cum ita, in l. hæredes mei ff. ad Trebell.* vbi Socin. *num. 20. in verſ. ſecunda concluſio, fol. 211.* quod notanter tradit Petr. Surd. *deciſ. 272. num. 9.* Cald. Pereir. *de nomina. emphyt. q. 12. num. 3.* & notatur per Ludouic. Gozad. *in conſ. 4. Prima facie, num. 16.* facit regula *l. conficiuntur ff. de iure codicill.* de qua per Gloſſ. *in l. non inſtam, C. ad Trebellian.* Paul. *in d. l. licèt Imperator,* vbi Iaſ. *in n. 40. ff. de legat. 1.* Menoch. *de adipiſcen. poſſeſſ. remed. 4. num. 783. pag. 117.* Pinel. *in l. 2. C. de bon. matern. p. 1. n. 72.* vbi tractat quod teſtator videtur vocare proximio-
205 res ab inteſtato, † non ſequentes, tradit Mantica *lib. 8. de coniectur. men. defunct. tit. 12. nu. 37. pag. 350.* Cephal. *conſil. 13. n. 3. lib. 1.*

Hinc dicunt Doctores quod ad hoc vt aliquis dica-
206 tur † prædilectus ad excluſionem ſubſtituti, requiritur quod talis perſona ſit proximior ſubſtituto in ſuccedendo ab inteſtato ei, de cuius hæreditate agitur, ſeu per cuius mortem euenit caſus ſubſtitutionis; vt notat Bart. *in d. §. cum ita, in fin.* Deci. *in l. pennult. nu. 4. C. de impub.* Alex. *conſ. 11. lib. 3. num. 5.* quod *conſilium* hodie reperitur 91. *d. num. 5. lib. 1.* Barthol. Socin. *in conſ. 94. veiſ. & ad hanc rationem col. 3. lib. 4.* & alij plures quos refert Aym. Crauet. *in conſ. 190. num. 3.* Et ex dicta regula decidit caſum ſingularem, & in practica quotidie contingibilem Bald. Nouel. *in l. cum filiofamilias, num. 4. ff. de leg. 1.* de teſtatore qui inſtituit vxorem hæredem, & grauauit quod poſt mortem reſtitueret hæreditatem conſanguineo, & conceſſit quòd de ipſa hæreditate poſſet diſponere vſque ad certam quantitatem, quòd ſi mulier deceſſit inteſtata, conſanguinei ab inteſtato ſuccederent in illa quantitate: quod dictum refert Menoch. *in tract. præſumption. lib. 4. præſumpt. 27. num. 10. fol. 310.* qui ad hoc citat Vazq. *pag. 373. num. 119.* & ibi latè declarat materiam text. *in d. l. conficiuntur: ff. de iur. Codicill.* de qua etiam nouiſſimè per Ioann. Garc. *in tract. de nobilit. glo. 1. §. 1. num. 27. fol. 46. col. 2. verſ. præterea,* vbi quandam doctrinam tradit, quam reprobo *par. 1. q. 72.* Et licet ordo ſcripturæ ſeruari debeat, vt latè probo *infra a n. 244. & à n. 304.* tamen in diſpoſitione teſtatoris præferuntur illi, qui ab inteſtato prælati ſunt, † 207
etiamſi præpoſterè nominati eſſent à teſtatore, ſecundum Ial. poſt Gloſ. Bart. & alios *in l. Gallus, §. quidam rectè ff. de liber. & poſthum.* quos citat Zanchus *in d. §. cum ita, ſ. 9. n. 35. pag. 279.* qui legi debet *n. 17.*

Ex quibus confirmo notabilem doctrinam Hieronym. Gabr. *in conſil. 16. num. 45. lib. 1.* vbi tradit, quòd quando teſtator omiſit facere hæredem ſuum, quem de iure quodammodo tenebatur facere hæredem, † præſu- 208
mitur inſtitutus dolo egiſſe, vt hæres inſtituteretur: quem citat Menoch. *in tract. præſumption. lib. 4. præſumpt. 12. n. 10. fol. 16.* Et confirmo etiam illud notabile quod ſcribit Franciſc. Mantic. *de coniectur. men. defunct. lib. 2. tit. 1. nu. 14. pag. 251.* vbi vult, quod qui vocatur à lege ad legitimam hæreditatem, † habet iuris præſumptionem pro 209
ſe; per *l. generaliter, §. ſi pertotum, in fine, ff. de fideicom. liberta.* & alia quæ refert: & faciunt quæ ſcribit idem Mantic. *lib. 12. tit. 17. n. 13. pag. 644.* & qualiter † ſuccedentes ab inteſtato cenſeantur ſuccedere ex præſumpta, vel ficta voluntate defuncti, & an cenſeantur vocati per legem, vel teſtatorem, & alia ſcitu digna, ſcribit Menoch. *in tractu. præſumption. lib. 4. præſumpt. 27. nu. 1. cum ſequentib.* quæ conferunt ad ea quæ ſcribo *p. 3. q. 17.* dum tracto an remedium *l. vltima, C. de edict. D. Adria.* competat ab inteſtato.

Quartò colligitur voluntas teſtatoris † ex illius vſu, 211
cùm erat viuus; *l. cum alimenta, ff. de aliment. & cibar. lega. l. vltim. eod. titul.* ibi, *Ante omnia eſt inſpiciendum quæ ſolitus fuerat ei præſtare:* & l. 24. ibi, *Era vſado en ſu vida*, tit. 9. part. 6. vbi *Gregor. Lop.* ad quod vide Oldrad. *in conſ. 129. In ſi qua quæritur:* & *in conſ. 216. Circa primum.* Dec. *in rubrica de conſuetud. & in cap. 1. lect. 1. num. 23. in verſ. duodecimò, diſpoſitio: de ind.* & *in l. nemo, §. 1. ff. de reg. iur.* & *in l. vt liberis, num. 12. C. de collation.* & *in conſ. 376. nu. 2.* Roman. *in conſil. 532.* Iaſ. *in l. diuortio, §. quod in anno, num. 7. ff. ſolut. matrimo.* & *in l. diem functo, nu. 12. ff. de aſſeſſorib.* Felin. *in proœmio Gregor. Epiſcop. num. 43.* Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 1. q. 28. num. 5.* Ioan. Lup. *in repetit. cap. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor.* Et probatur hæc concluſio *in l. ſi ſeruus plurium, §. vltimo ff. de lega. 1.* ibi, *An è omnia ipſius patrisfamilias conſuetudo:* ex qua lege patet, † 213
quòd hæc eſt primæua conſideratio ad coniecturandam defuncti voluntatem: & *in l. ſi quando, ff. de aur. & argent. lega.* & *in l. pediculis, §. 1.* & *in §. argento, eod. tit. & §. Neratius*, & *in l. inter veſtem, eodem titulo*: & eſt bonus text. *in l. legatis, §. ſi vnus,* ibi, *In quo artificio plerumque verſabatur. ff. de legatis 3.* & quod per eum textum notat Deci. *in cap. 1. lectur. 2. in fin. de iudic.* Iaſ. *in conſ. 74. lib. 3. & l. 34. tit. 12. part. 5.* vbi, *Ni de fazer otras coſas que no ouieſſe vſano,* tradit Quintilian. Mandoſ. *in regul. 34. de annali: q. 8. n. 2. fol. 195.* & *regu. 22. q. 12. num. 2. fol. 20. & regul 3. q. 2. num. 2. fol. 15. & reg. 30. q. 7. num. 22. verſ. ex præmiſſis, fol. 81.* & confirmatur, quia conceſſio inueſtituræ facta videtur ſecundum morem & conſuetudinem concedentis, † ſecund. Angel. *in* 214
Authent. de alienat. & emphyt. Abb. in cap. in præſentia,
num. 28.

num. 28. de probation. & Anton. de Butri. *num. 13.* Felin. *in cap. 1. num. 13. eod. tit.* Corn. *conſil. 51. num. 2. lib. 3.* & alios quos citat Menoch. *conſ. 111. num. 14. lib. 2.* & *conſ. 313. num. 5. lib. 4.* & quod voluntas declaretur ex non
215 facto, † volunt Bart. *in l. gerit, num. 28. ff. de acquirend. hæredit.* Mantica *de coniectu. men. defunct. lib. 12. tit. 13. num. 1. pag. 602.* Maſcard. *in tract. de probation. lib. 1. concluſ. 51. num. 1. fol. 63.* Imo voluntas teſtatoris colligitur ex non facto, ſicut declaratur ex facto, vt ex Bart. *in diſpoſitione incipien. Debitor in diem,* Bald. *in authen. ex teſtamento, C. de ſecund. nupt.* Alex. *conſ. 63. lib. 5.* & aliis probat Aymo. *conſ. 91. n. 10.*

216 Item teſtator † non præſumitur velle id quod non eſt conſuetum fieri, ſecund. Bald. *in l. fideicommiſſa, §. ſi ſeruo, ff. de legatis 3.* ad quem addo Bart. *in l. gerit, num. 28. ff. de acquirend. hæredita.* Maſcard. *in tract. de probation. lib. 1. concl. 51. n. 2. fol. 63.* & inquit Pariſ. *in conſil. 71. num. 28. lib. 2.* & *in conſ. 87. num. 7. eodem lib.* quod
217 voluntas teſtatoris colligitur ex eo quod † non vocauit aliquem; & idem Barth. Socin. *in conſil. 116. verſ. præterea ad omnia, lib. 3.* Socin. Iun. *in conſ. 100. num. 17. lib. 1.* Simon de Pretis *lib. 2. de interpretand. defunct. volunta. interpreta. 2. dubitat. 2. ſolutio. 3. nu. 130. fol. 149.* quod ad plura proderit, præcipuè pro ornatu & intellectu text. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat.*
218 2. Sed quod ex non facto præſumptio non oriatur, † ſed quod requiratur aliquis actus poſitiuus, tradunt Bald. & Deci. *in l. non hoc, C. vnde legim.* Innoc. *in cap. olim, in 3. de reſtitu. ſpoliato.* Imol. *in l. ſi maora, in fine. ff. ſolut matrimo.* & alij quos citat Menoch. *in conſil. 395: n. 81. lib. 4.*

219 Item voluntas teſtatoris magis colligitur ex † vſu teſtatoris, quam ex inſtrumentis emptionis: *l. prædiis, §. Titio. ff. de legat. 3.* vbi Bart. *fol. 66.* & voluntas ex conſuetudine coniecturatur, ſecund. Alberic. *in l. dominus Stichus. ff. de pecul. lega.* & optima eſt interpretatio, † quæ
220 fit ſecundum conſuetudinem, ſecund. Bald. *in authen. ſi quas ruinas, num. 3. C. de ſacroſan. Eccleſ.* & interpretatio eſt bona, & æqua, quæ eſt conſueta, ſecundum eundem Bald. per illum text. *in l. in his. ff. de condit. & demonſtration. & in l. hæredi, ff. de leg. 1.* Vnde etiam eue-
221 nit, † quod ex conſuetudine loquendi teſtatoris illius voluntas colligitur, *l. nummis, ff. de legat. 3.* notatur per Roman. *in conſil. 179. Amplißimè Doctor. num. 5.*

Limitatur tamen notanter hæc concluſio, quando repugnat prioritas gradus, & voluntas teſtatoris: quia
222 † tunc non attenditur vſus loquendi teſtantis, ſecundum Cinum, Alberic. & Iaſo. *num. 2. fol. 10. in l. ſi pater, C. de hæredibus inſtituen.* qui ponunt exemplum in quadam vetula quæ habebat filiam, & neptem, ſed ſolam neptem, filiam appellauit: quòd ſi fecerit teſtamentum, & dixit, quod inſtituit filiam, intelligitur de filia propria, & non de nepte; quod conducit ad ea quæ notantur infra, & ad alia plura. Et gratia à Prin-
223 cipe facta intelligitur ſecundum † vſum Principis gratiam concedentis, vt per Ægid. Boſſi. *in pract. crimin. tit. de remedia ſola cl. mentia procedentibus, num. 7. pag.* 579. Ex quo deducitur, quod facultates Regiæ conceſſæ ad faciendum maioratum, vel ad extrahendum ali-
224 quam rem à maioratu, † debent interpretari ſecundum ſtylum facultatum, quæ conced bantur tempore illius Regis, in quo ſimiles facultates concedebantur, ad quod eſt *l. 44. titu. 18 part. 3.* Vſum autem teſtatoris ſequi de-
225 bemus ordinarium, † non extraordinarium: caſus ſingularis *in l. cum in teſtamento, ff. de aur. & argen. legato: l. Seiæ, §. Medico, ff. de ann. legat.* vbi generalis diſpoſitio teſtatoris refertur ad ordinarias, non extraordinarias præſtationes; de qua memini *part. 2. q. 12. à num. 32.* & illam declarat Aluar. Velaſc. *in tract. de iure emphyteu. q. 17. num. 5. fol. 98.* per quam legem dicunt ibi *Bart. & Lancellot.* quòd ſi procuratori detur generalis commiſſio, vt poſſit quæ dominus ſolitus eſt facere;
226 † intelligitur ordinariè, non extraordinariè: & de illo textu agit etiam Pinel. *in l. 1. C. de bon. mater. par. 2. num. 72. verſ. ſexto conſecutiuè*, & *verſ. ſextò, in colligente fructus, fol. 60.* & 61. Aluar. Valaſc. *de iure emphyteu. q. 17. num. 5. fol. 99.* de quo lector videat Quintilian. Mandoſ. *in tract. de inhibition. qu. 66. num. 5. fol. 24.* Iacob. Pute. *in deciſ. 524. num. 2.* Mandoſ. *in glo. facultatum. §. & proprium, fol. 82. col. 3.* Gregor. Lop. *in l. 24. tit. 9. part. 6. in glo. in* verb. *Vſado.* Et licet tutor, vel curator Regis poſſit donare & largiri, ſecundum quod conſueuit donare Regia Maieſtas, iuxta doctrinam Innocentij *in cap. grandi, de ſupplen. negligen. Prælator.* de quo latius tracto *in 4. p. huius operis, 9. 1. limitat. 3.* hoc procedit ſecundum Ioan. Lup. *in rubric. de donation. inter vir. & vxor. §. 45. num. 12. pag. 129.* de his quæ 227
† communiter conſueuit Rex largiri, non autem quæ rariſſimè largitus eſt; per *l. ſiſtulas, §. frumenta, ff. de contrahend. emption.* & ad hoc refert etiam Barba. *in c. niſi ſpecialis, de offic. Delegat.* Et ardua non veniunt in generali mandato, ſecundum Archidiaco. *in c. ad hæc, de offic. Ordina.* Iacob. Pute. *deciſ. 53. num. 2.* ad quod etiam facit quod ſcribit Andre. de Ilern. *in cap. 1. de prohibit. feud. alienatione, per Federic.* vbi vult, quòd
Vicarius † Regis non poteſt extendere manus ad inſo- 228
lita; quod tradit & confirmat Gregor. Lop. *in l. vltima, tit. 1. part. 1. in glo. vltima.* Et clauſula *Motu proprij* non extenditur ad inconſueta, nec præſumitur de mente concedentis, nec illud velle, ſecund. Bald. *in l. fideicommiſſa, §. ſi ſeruo. ff. de lega. 3.* Iaſ. *in l. vnica, §. 1. nu. 4. ff. ſi quis ius dicen. non obtempe.* & *in l. certi conditio, §. ſi nummos, num. 3. ff. ſi cert. petat.* Rebuff. *in Concordat. in parte, forma mandati Apoſtolici, pag. 618.* Et in ge-
nerali mandato veniunt tantum ea † quæ ſunt ex con- 229
ſuetudine ſecundum Bart. *in l. vltima, in princip. ff. de his quæ ſunt in fraud. creditor.* cum *concordant.* vt per Deci. *conſ. 441. num. 9.* & tradit in bono caſu Ioan. Fab. *in §. ſi igitur, num. 9. Inſtitu. quod cum eo:* Vantius *de nullit. tit. de nullit. ex defectu mandati, num. 89. pag. 454.* qui plures refert: Deciſio Genuen. *174. n. 13.*

Et per hæc dixit Bald. *in cap. cum M. nu. 10. de conſtitution.* quod conceſſa lectura alicui Doctori, † vide- 230
tur promiſſum ſalarium perpetuò ordinatum, ſecus ſi pendebat ex arbitrio electoris: ex quo dixit Barthol. Socin. *in conſil. 256: Viſis inſtituris, col. vltim. lib. 2.* quod verba inueſtituræ † debent recipere interpreta- 231
tionem à natura feudi, ſcilicet proprij, & regularis, non autem irregularis, & improprij: de quo vide alia per Gloſſ. Pariſienſ. *in conſuetudin. Pariſien. par. 1. §. 22. num. 126. fol. 201.* cui adde Bart. *in l. ſolent, §. 1. num. 4. ff. de offic. Proconſul.* vbi dicit, quod ex præſtatione diſ- 232
formi, etiamſi titulus ad illam allegetur, † non oritur obligatio: & iunge etiam Bald. & Iaſon. *in 7. in l. diuortio, §. quod in anno, ff. ſolut. matrimon.*

Hinc dicit Alberic. *in l. vſufructu legato: ff. de vſufruct.* quòd ſi quis vendiderit omnes fructus præbendæ ſuæ, vel Caſtri, ad certum tempus, & de conſuetudine conſueuerat recipere gallinas, vel alia xenia cum
veniebat ad locum, emptor non debet iſta recipere; † 233
quia illa ſola cenſentur vendita, quæ ex neceſſitate debentur, & non quæ ex liberalitate. Notat Gloſſ. Pariſienſ. *in conſuetudinib. Pariſien. §. 37. num. 3. cum ſequentibus*, vbi refert notabilem doctrinam Oldrad. *in conſil. 129.* & alia ſimilia: & ad hæc etiam pertinent, quæ ſcribit Afflict. *in conſtitution. Neapolit. lib. 1. rubri. 55. num. 5. fol. 131.* vbi reſoluit quòd ſi Rex concedat Officiali officium cum ſolitis gagiis, † intelligitur de ſoli- 234
tis pluribus vicibus: & in hoc eſt conſiderandum quod patrisfamilias vltimo facit: *l. nulla, §. ſed ſi alimenta, ff. de aliment. legat.* Notat Decius *in rubric. de conſuetudine*: Petrus Gambar. *de officio Legati, lib. 2. numero 152. pagina 33.* Quid autem dicatur † ſo- 235
litum fieri & concedi? tradunt Bartol. *in l. in illa, §. ſed ſi alimenta, ff. de alimen. lega.* & *in l. 1. C. quomod. & quand. iudex*; & alij, vt per Decium *in dicta rubrica de conſuetudine, numero 3.* vbi Gloſſ.
Pariſien.

Parisien. de quo legendus est Mandos. *regul.* 11. *quæst.* 21. *n.* 4. *fol.* 5.

Ex quibus confirmatur quædam sententia Ioann. Lup. *in l.* 56. *Taur.* vbi dicit, quòd mulier nupta, virtute licentiæ generalis eidem per maritum concessæ, licet possit facere omnia illa quæ maritus facere consueuerat, per *l. vel vniuersorum, ff. de pignoratitia actione*; & *l. fraudatur, ff. de his quæ in fraud. credit-*
236 *tor.* intelligitur de his, † quæ ordinariè maritus facere consueuerat: & idem tenet *ibi* Castillo *in versicul. ve-*
237 *niunt etiam, fol.* 163. Et in omni † dispositione verba sunt consideranda in ordinariis, & consuetis, non de extraordinariis, vt *in dicto §. sed si alimenta*: & aliis pluribus probat Quintilian. Mandos. *regul.* 31. *quod commissionis causa, quæst.* 7. *numero* 21. *fol.* 9. & *regul.* 33. *quæst.* 7. *num.* 1. & 2. *fol.* 137. & tradit eleganter Felin. *in consil.* 43. §. & *proprium*. Et pro hoc etiam conducunt notata per Felin. *in cap. inter cæteras, col.* 3. *de appella.* Decius *in consil.* 430. *num.* 8. Gomez. *in regul. de annal. poss. quæst.* 11. *pag.* 516. & quod notabiliter scribit Felin. *in dict. cap. cum. M. num.* 10. *versic. secunda declaratio, de constitution.* vbi dicit, quòd quando in aliqua dispositione habentur pro expressis, quæ exprimi consueue-
238 runt, † intelligitur de consuetis communiter, & vt plurimum; secus de his quæ rarò solent exprimi; & idem Felin. *in cap. ex literis, n.* 3. *versic. secunda consideratio, de fide instrument.*

Ex qua doctrina inferri potest, quod in licentiis datis per Principem ad faciendum maioratum, vel ad alienandum, vel extrahendum aliqua bona à maiora-
239 tu, † non debent intelligi, & suppleri nisi clausulæ, quæ communiter in talibus facultatibus apponi consueuerunt, & non illæ quæ rarò inseri solent: *licet quæ raro, ff. de. regul. iur. quidam l. fistulas, §. frumenta, ff. de contrahend. emption.* vbi Baldus, quem citat in peregrino & singulari casu *decisio* Iacob. Pute. 65. *libro* 3. per quam concludit, quod priuilegium non soluendi decima-
240 mas intelligitur † de extraordinariis, & non de ordinariis; qui etiam citat Cremens. *in singul.* 107. Felinum *in cap. sedes, col.* 3. *in fin. in vers. & ista faciunt ad quæstionem, de rescr. p.* Quod est notabile pro declaratione istarum facultatum: & ex his aliàs in facto dixi, quod cum quædam mulier nobilis nupta, haberet à marito plenissimum ad omnia mandatum, & cum li-
241 bera administratione, † non potuit maritum obligare ad constitutionem cuiusdam doris; quia id maritus nunquam facere consueuerat: & ista fulciuntur ex textu notabili, qui non refertur *in l. qui saltum, ff. de legat.* 3. & opinio tenentium quòd testator non videtur cogitare de his, quæ extra ordinem veniunt, secundum Carolum Ruinum *in l. Gallus, §. & quid si tantum, numero* 36. *ff. de liber. & posthum.* Mantica *libro* 6. *de coniectur. ment. defunct. d. tit.* 6. *numero* 17. *pa-*
242 *gina* 226. Vsus autem imperitorum non † attenditur, vt tradit Gloss. Parisien. *par.* 1. *consuetudinum Parisien. §.* 35. *numero* 7. quod sic generaliter acceptum verum non videtur.

243 Quinto percipitur † voluntas testatoris ex communi omnium hominum, & mulierum vsu loquendi; *l. librorum, §. quod autem Cassius, ff. de legatis* 3. *l. cum de lanionis, §. æstimam molinariarum, ff. de fund. instruct. l. Labeo, ff. de supellectil. lega.* Felin. *in cap. nonnulli*, vbi Gloss. & Doctores *de rescript.* & idem Felin. *d. c. cum M. col.* 3. *numero* 7. *de constitution.* Notat Pinel. *in l.* 1. *part.* 2. *num.* 050. *C. de bon. matern.* de qua varia scribit Tiraquel. *lib.* 1. *de retract. §.* 2. *glos.* 1. *numero* 5. *cum sequentibus, pagina* 386. nouissimè Iacob. Mascard. *in tract. de probation. lib.* 3. *conclus.* 1124. *numero* 15. *cum sequentibus, folio* 9. per quæ tradit egregiè Osasc. *in decis. Pedemontan.* 129. *numero* 11. & 19. quod substitutio sub hac conditione facta, *Si sine liberis decesserit*
244 *ex suo corpore procreatis*, non † censetur defecisse, nec euenisse per ingressum monasterij: & per regulam *d. §. quod tamen Cassius*, vidi tractatum in materia nostra, quod si quis disposuerit in testamento, quod vinculum fecit de aliquibus bonis, licet non dicat neque disponat, quod facit maioratum, in talibus bonis † de- 245
bet succedere filius matri, cùm secundum communem vsum loquendi, *vinculum* sit idem quod *maioratus*; & in hoc est considerandum, si concurrunt aliæ coniecturæ.

Ex quo dixit notanter Barthol. Soci. in hac nostra materia *in cons.* 37. *num.* 8. *lib.* 3. quod licet quando plures de familia vocantur ordine collectiuo, inter quos cadit affectio, † admittantur gradatim proximiores, se- 246
cundum ordinem successionis ab intestato, *l. cum ita, §. in fideicommisso; i. pater, §. fratre, ff. de legat.* 2. *l. vltima, C. de verborum significatione*, quod copiosissimè confirmat Tiraq. *lib.* 1. *de retractu, §.* 11. *in glos.* 4. *num.* 1. *cum aliis, pag.* 507. Francisc. Mantic. *in tractat. de coniectur. ment. defunct. lib.* 3 *tit.* 8. *num.* 1. *cum sequentibus*, vbi resoluit, cuius loci debet esse communis vsus loquendi; vbi plura scribit pro declaratione istius materiæ; tamen quando testator (forsan idiota) dixit quod vocabat parentelam, quia idiotæ secundum illorum conditionem, & communem vsum loquendi, quando dicunt *familiam*. vel *parentelam totam vocant*, censentur vocare † totam parentelam, & non solum proxi- 247
miores in gradu. Quam doctrinam postea inueni relatam, & confirmatam à Socino Iuniore, *in cons.* 116. *num.* 20. *lib.* 1. tradit Lanfrancus de Oriano, *l. Centurio, num.* 21. *ff. de vulgar.* Francisc. Mantic. *in lib. de coniectur. ment. defunct. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 7. *pag.* 71. ad ista legendus. Et propter communem vsum loquendi † spurij dicuntur de familia, secundum Aretin. *in l. ita stipulatus,* 248
§. Chrysogonus, ff. de verborum obligationib. Mascard. *in tract. de probationibus, lib.* 1. *conclusion.* 1124. *nu.* 29. *fol.* 10. Iro quibus etiam facit textus notabilis, † quem præ- 249
dicti non referunt *in l. non aliter, §. Titius, ff. de legatis* 3. ibi, *Non enim in causa testamentorum ad verborum definitionem vtique descendendum est, cum plerumque abusiuè loquantur, nec propriis nominibus, & vocabulis semper vtantur.* vnde Paul. de Castr. *in cons.* 374. *num.* 4. *libro* 1. tradit hoc verbum, *suos*, † non ita strictè intelligen- 250
dum, quia plerumque testatores non cogitant de subtili interpretatione; tradit Francisc. Mantic. *lib.* 8. *de coniectur. ment. defunct. tit.* 14. *num.* 19. *pag.* 356. & tradit Tiber. Decian. in quodam maioratu Hispaniæ, *respon.* 7. *n.* 66. *lib.* 1. & dicit Bald. *in l. lex duodecim tabularum, C. de suis & legiti. hæredib. in fin.* quod sermones qui sunt in vulgari sermone † debent interpretari secundum com- 251
munem vsum loquendi, nisi producantur † literatis; 252
quia tunc debent interpretari secundum artem literatorum, refert notata per Cinum *in l. ante, C. de donation. ante nupt.* notat Alexand. *in cons.* 2. *n.* 17. vbi Glos. Paris. alios concordantes congerit, & *in cons.* 9. *num.* 4. *lib.* 1. ad quod etiam est doctrina Bald. *in rubr. de succes. feud. num.* 6. *fol.* 19. quem refert idem Alexand. *in cons.* 85. *nu.* 15. *lib.* 4. & Chassane. *in consuetud. Burgund. rubr.* 13 *fol.* 363. *num.* 5. *col.* 2. *vers. & aduertendum*, Iacob. Alber. *consil.* 52. *num.* 3. *part.* 1. Rebuff. *in proœm. ff. de verbor. signific. par.* 2. Roland. *cons.* 83. *num.* 21. *lib.* 3. Celsus *cons.* 21. *num.* 1. faciunt scripta per Simonem de Pretis *lib.* 1. *de interpretand. defunct. in proœmio n.* 29. & 30. *fol.* 4. Et secundum ista intelligenda sunt quæ scribit Episcop. Couarru. *in epitome de Sponsalib. p.* 2. *cap.* 4. §. 1. *n.* 2. *fol.* 52.

In dubio autem vnus idemque † vsus est, ne aliter 253
dicatur loqui plebem quam patritios, *l. si chorus, §.* 1. *ff. de legat.* 3. per quam hoc voluit Alciat. *in l. vt Alphenus* 87. *pag.* 160. *ff. de verbor. signific.* sed dubium † puto, 254
cum communiter contrarium videamus; scilicet diuerso modo loqui Nobiles, & plebeios, quod notissimum est, ad quod facit resolutio Roman. *cons.* 4. *num.* 1. & 2. vbi tradit quòd quando verba proferuntur ab histo- 255
ris, & vulgaribus, tunc debent intelligi secundum communem consuetudinem vulgi; secus tamen † quando ab sta-
idem

idem Roman. *cons.* 32. *num.* 2. Parisius *cons.* 3. *num.* 52. *lib.* 3. licet † contrarium teneat Glos. *in cap. cupientes, §.* 1. *verb. commodè, de election. in* 6. quæ vult, quod verba cuiuslibet dispositionis licèt sint apposita à Iurisperitis, debent intelligi secundùm communem vsum loquendi, & secundùm loci consuetudinem; & idem Glos. *in cap. nonnulli, de rescript.* & *in l.* 1. *ff. de origin. iur.* quas citat Rebuff. *in lib. Concordat. in rubric. de collation. pag.* 400. *in verbo. nempe verba.* Quorum dicta ad varia negotia prodesse possunt.

Item inquit idem Baldus *in l.* 1. *C. de succes. edict. num.* 1. *fol.* 47. quod per abusuum modum loquendi personarum illiteratarum, siue vulgarium, verba ciui-
257 liter † non debent extendi: notat Abb. *cons.* 89. *nu.* 2. *lib.* 1. pro quo facit quod scribit Alciat. *respons.* 160.
258 *nu.* 10. vbi tradit, quòd verba priuilegiorum debent † recipere interpretationem secundum communem vsum loquendi peritorum, non autem secundùm vulgarem: per doctrinam Baldi *in cap.* 1. *de feud. succes.* & alia; &
259 apud idiotas non est † aliqua differentia inter dictionem, *liberos*, & *filios*, secundùm Glos. *in l. quod si nepotes, ff. de testament. tutela.* tradunt Abb. *in cons.* 59. *nu.* 7. *lib.* 1. Decius *in consil.* 516. Alciat. *in tract. præsumption. regul.* 3. *præsumpt.* 13. *nu.* 3. & aliud per Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.* 2. *Centur.* 5. *casu* 496. *num.* 47. ad quem addo Aymonem *in cons.* 155. *num.* 1. *cum seqq.* & tradit in notabili casu Menoch. *in d. cons.* 215 *num.* 58. & 59. *lib.* 3. latiùs *in tract. de præsumption. lib.* 4. *præsumpt.* 79. *n.* 35. *fol.* 133.

Quod autem in dubio debemus exponere verba, tam contractuum, quàm vltimarum voluntatum, se-
260 cundùm vulgarem loquendi † modum, probatur *in l. Massurius,* 144. & *in l. si calumnietur, §. telum, vulgo*: & *in l. dimissoria, ff. de verborum significat.* & *in l. si chorus, ff. de legat.* 3. & in aliis iuribus, & authoritatibus citatis per Rebuffum *in l. in vulgari substitutione* 163. *pag.* 773. *ff. de verborum significat.* & quòd consuetudo regionis, non intelligatur eius regionis vbi testator disposuit;
261 † sed de regione, vbi bona sunt sita, tradit Bart. *in l. nummis, ff. de legat.* 3. *fol.* 64. & quod vbicunque visus fuit diuersus recutratur ad ius commune, volu t Alexand. *in cons* 6. *col.* 1. *nu.* 7. *lib.* 5. quem citat Matth. de Afflictis *decis* 280. *nu.* 19. pro quibus facit *l.* 5. *tit.* 1. *lib.* 7. *Recopilat.* & quando consuetudo patriæ repugnat consuetudini patrisfamilias, sit sequenda consuetudo patrisfamilias, volunt Alexand. *cons.* 114 *colum.* 2. *lib.* 5. Decius *in l. semper in stipulationib. s, nu.* 8. *ff. de regul. iur.* Menochius *in tractatu de præsumptionibus, libro* 1. *q.* 28. *nu* 8. *pag.* 30. & pro doctrina Bar. holom. Socini (vt ad eam redeam) etiam facit quod verba non sunt secundùm rigorem accipienda, cum vulgari sermone
262 sunt prolata à persona quæ talem rigorem non † seruabat; quia fortè non intelligebat, vt tradit Socinus Iun. *in cons.* 139. *nu.* 18. *lib.* 1. ad quod est singulare dictum Guid. Papæ *decis.* 537. Et ad hoc est notabilis doctrina Baldi *in l. si pater, nu.* 5. *versic. exemplum in conditione: C. de institut. & substitution.* vbi dicit, quod iniustis parentibus magis est obuiandum, quàm patribus
263 incircumspectis, & inconsultè testantibus, † qui naturalem habent erga filios charitatem, tamen nesciunt subtilitatem legum, quia pauci sciunt consilium *Galli & Vellei*: & de isto etiam puncto legatur Ias. *in rubr. ff. de nou. oper. nu.* 7. *& in l.* 1. *nu.* 37. *ff. si certum petatur*, Purpurat. *in l.* 1. *nu.* 2. *C. de eden. & in l. Imperium, nu.* 57. *ff. de iurisdiction. omn. iudic.* Felin. *in proœm. Greg. nu.* 18. Decius *in cap.* 1. *nu.* 22. *de constitution.* Alciat. *in l. in vulgari, §. si quis ita, col.* 308. *ff. de verborum significat.* & *in tract. de verborum significat.* & quod scribunt Bald. *in l. fin. circa fin. C. de legit. hæred.* Decius *in l. si tibi pecunia, col.* 1. *ff. si certum petat.* Aymon. *cons.* 118. *nu.* 22. dicentes, quod verba consuetudinis prolata in vulgari sermone, debent intelligi grosso modo, & impropriè.

264 Ex quibus omnibus non semel consideraui † verba testamentorum, & aliarum dispositionum, maximè illorum qui iuris peritia carent, magis esse regulanda & interpretanda secundùm communem hominum affectionem, & verisimilem mentem, & morem regionis, quàm secundùm iuris subtilitates, quas pro maiori parte homines ignorant, nec capiunt profundum illum labyrinthum substitutionum, & aliarum materiarum difficultates; quibus graues illi Iurisconsulti in illis temporibus attendebant; præcipuè cum tot anni sint iam transacti, in quibus mores hominum, & affectiones, & alia consimilia mutata sunt, & (vt ille inquit) 265
alia oriuntur sidera: nam tempus † omnia mutat, & perimit; authore Ouidio *lib.* 4. *de ponto: eleg.* 8. *ad Suillum*, ibi:

Tabida consumit ferrum, lapidemque vetustas:
Nullaque res mauis tempore robur habet.

Et Martialis *lib.* 9. *de Parthenia toga,*

Quid non longa dies, quid non consumitis anni?

De quo plura notabilia scribit Tiraquellus *libro de præscription. pag.* 72. *cum seqq. vers. postremo*, maximè quia non omnes Nationes eosdem affectus, mores, & leges habent; † sed ferè omnes mundi Nationes diuer- 266
sas leges, ritus, & mores tenent, vt latiùs docet Ioan. Theuton. *in lib. particulari, quem de hoc edidit*, & constat ex historiis modernis Indiarum, & probat bonus textus *in l. quod si nolit, §. quod si mancipia, ibi*, Nationes sunt non infamatæ: *ff. de ædili. edict.* & est textus insignis *in l. cum de lanionis, §. optimum, de iudo instruct.* ibi, † *Optimum ergo esse, Pedius ait, non propriam* 267
verborum significationem scrutari, sed in primis quid testator demonstrare voluerit: deinde in qua præsumptione sint, qui in quaque regione commorantur. Quem textum commendat Caldas Pereira *in tract. de nomina. emphy. q.* 20. *nu.* 27. *fol.* 230. & Proculus noster se verbis quibusdam abuti dicit, vt faciliùs intelligeretur. *in l. in fine, in fine, ff. de acquir. rerum domin.* tradit Tiraquel. *in tract. de utroque retract. §.* 1. *glos.* 8. *nu* 6. *pag.* 113. quæ lex singulariter probat, quod potius sequi debet † mos re- 268
gionis, quam propria verborum significatio: & hoc in quodam maioratu Hispaniæ animaduertit *Menoch.* licet prædicta non referat *in consil.* 215. *num.* 57. *lib.* 3. Quare inquit merito, Marzarius *in lib. de fideicommiss.* post Iason. quem citat, quod verba quæ proferuntur à testatoribus qui communiter sunt idiotæ, & illiterati iuris, & non capiunt differentias intellectuales legum, debent grosso modo, aut naturali, ac † vulgari intel- 269
ligi, omnis enim intellectus est extraneus, qui non sonat in auribus vulgi: hinc est quod quando testator est literarum imperitus, sumitur probabilis coniectura, vt recedatur à propria verborum significatione, vt sensit Petrus de Bellapertica, quem refert Lanfranc. de Orian. *in l. Centurio. nu.* 21. *versic. reperio, de vulgari.* quos citat Franciscus Mantica *de coniectur. ment. defuncti, lib.* 3. *tit.* 5. *nu.* 70. *pag.* 7. vnde non immeritò inquit Aymon. *consil.* 236. *nu.* 11. quod voluntas colligitur † ex ratione, 270
per regulam *leg. cum mulier, ff. soluto matrimonio, & l. scire oportet, ff. de excusation. tutor.* & ad hoc etiam facit quod tradit Ripa *in l. Centurio, num.* 131. *fol.* 81. *ff. de vulgar.* vbi dicit, quòd in iudicando non est sequenda subtilitas, & exquisita differentia testatoribus incognita, vt plurimùm literarum præsertim ciuilium ignaris; 271
† quem gauisus fui reperisse ad istud propositum: & dicit notabiliter Bald. *in cons.* 13. *Punctus talis, nu.* 3. *lib.* 3. quod in substitutionibus, non magis potestatem, quàm naturalem affectionem inspicimus: ex hoc fit, quod magis consideratur mens testatoris, quàm rigor verborum; vt per Corneum *in cons.* 124. *n.* 6. *lib.* 2. facit *l. pater Seuerinam, in princip. ff. de condit. & demonst.* & conditionum verba, *l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian.* de quibus per Manticam *lib.* 11. *de coniecturata mente defuncti, tit.* 16. *nu.* 3. *pag.* 546. & *lib.* 11. *tit.* 15. *n.* 34. *pag.* 544. Præterea in ista materia animaduertendum est, quòd † voluntas testatoris debet attendi secundùm 272
communem vsum loquendi illius loci, in quo testator

facit teſtamentum, ſecundum Bartol. *in l. ſi ſeruus plurium, §. vlt.* vbi Cuman. *ff. de l. gat. 1.* notat Bartholom. Socin. *in conſ. 247. Circa primum, num. 5. lib. 2.* Quod
273 (videri meo) procedit, † ſi teſtator longo tempore degit in eo loco vbi teſtamentum facit; quia tunc præſumitur didiciſſe, & ſequi communem vſum loquendi illius loci, vbi longo tempore habitauit; argum. *l. 2. tit. 24. part. 4. & l. 31. tit. 2. part. 3. facines, C. de incol. lib. 10. l. 1. tit. 20. part. 2.*

Ex quo infertur, quòd ſi quis externus iſtius Regni faciat maioratum in Hiſpania, ſi longo tempore in
274 Hiſpania fecerat reſidentiam, tempore teſtamenti † videtur ſe conformare cum legibus & conſuetudinibus Caſtellæ: quod magis indubitatum erit, ſi talis extraneus huius prouinciæ diſponat & faciat maioratum de rebus, quæ in Caſtella habet; prout plenius tracto *part. 1. q. 58.* Ad quod etiam facit tex. *in l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regu. iur.* ibi, *Vnde ſi non apparet quod actum eſt, erit conſequens, vt id ſequatur, quod in regione, in qua id actum eſt, frequentatur.* Et hoc vult in terminis Gregor. Lop. *in l. 34. tit. 11. part. 4. gloſ. fin. final. verbus.* Et niſi teſtator manu Tabellionis fecerit
275 teſtamentum: quia credendum eſt, † quod Tabellio teſtamentum ſcripſit iuxta proprium idioma, & proprium loquendi vſum.

Probari autem debet vſus communis loquendi illius temporis, in quo teſtator condidit teſtamentum, ſecundum Fulgoſ. *in conſil. 165. col. penul.* Bartholom. Socin. *in l. Gallus, §. ſi eius, num. 6. ff. de liber. & poſth.* Roland. *conſ. 83. numero 20. lib. 3.* & alios quos refert Burgos de Paz *in l. 1. Taur. num. 123.* quod non ſemel contingit.

In quo tamen eſt animaduertendum, quod attendi
276 debet vſus † originis teſtatoris, *l. nummis, ff. de lega. 3. l. ſeruus plurium, §. fin. ff. de legat. 1.* notat Roman. *in l. ſi non ſpeciali, num. 6. C. de teſtamen.* Petrus Surd. *deciſ. 227. num. 10.* qui *num. 11.* id declarat, quando conſuetudo contraria non extat in loco, vbi teſtamentum vel contractus factus fuit, ſecundum Bart. & Cumanum *in d. l. ſi ſeruus plurium, §. ſin.* Alexand. *in conſ. 131. n. 4. lib. 7.* Barthol. Socin. *in conſ. 247. n. 4. lib. 2.* Mantic. *de coniectur. ment. defunct. lib. 6. tit. 8. nu. 13,* vbi tandem concludit cum illatione quam *ſuprà* ſcripſi.

277 Rurſus ex ſermone vulgari ad Latinum † non eſt probabile argumentum, vt per Alexand. *conſ. 26. lib. 3.* Alciat. *in l. liberorum, in verſ. primus eſt: ff. de verbor. ſignifica.* quod eleganter tractat Menoch. *in conſ. 220. num. 127. lib. 3.* vbi ex hoc concludit quod in Hiſpania *filiorum* appellatione non comprehenduntur nepotes; de quo legenda ſunt quæ ſcribo *part. 1. quæſt. 15.* Qualiter autem probetur vſus loquendi, docet Bart. *in l. Labeo, numero 5. ff. de ſupel. legat.* Baldus *in l. 2. C. ſi aduerſ. rem. iudica.* Aretin. *conſ. 11. numero 6.* Aymon. *conſ. 308. col. 3. cum ſimilib.* vt per Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 2. centu. 5. caſu 489. num. 2. pag. 764.* Deci. *in cap. in præſentia, numero 33. de probation.* melius omnibus Ioſeph. Miſcard. ad iſta legendus *in tractatu, de probation. lib. 1. conclu. 329. numero 1. cum ſequentibus, fol. 196.* vbi reſoluit, qualiter probetur communis † loquendi vſus,
278 quibus addo elegans *conſilium* Menoch. *173. num. 75. lib. 2.* vbi ex Aymone *conſ. 166, numero 9.* Roland. *in conſil. 71. numero 26. lib. 1.* & aliis probat, quod ſtandum eſt Doctoribus dicentibus, quod appellatione *legitimi*, non venit *legitimatus*, donec contrarium probetur: & quod vſus loquendi probatur difficiliter, tradunt Anania *in cap. 1. de ſagittariis:* & Barthol. Socin. qui etiam refert Paul. de Caſtr. *in dicto conſ. 37. n. 12. lib. 7.* ad hoc legendi.

SVMMARIVM.

279 *Verborum interpretatio ſit in teſtamentis ſecundum tempus mortis teſtatoris, cùm diſpoſito vltima effectum conſequitur.*

280 *Colligitur itidem voluntas teſtatoris ex ſcriptura etiam imperfecta.*

281 *Et ex illa declaratur voluntas teſtatoris circa ſucceſſionem,* & nu. 283.

282 *An ex ſcriptura priuata. An ex teſtamento reuocato,* nu. 286. & 287.

284 *Fideicommiſſum vniuerſale an debeatur ex teſtamento nullo.*

285 *Qualitas maſculinitatis in præcedenti teſtamento reuocato, an operetur ad declarationem ad diſpoſita in ſequenti? ſententia affirmans* ibid. *Negans.* n. 389.

288 *Teſtamento reuocato, non cenſentur reuocata legata relicta ad pias Cauſas.*

290 *Vltima voluntas an tollatur per actum inutilem inter viuos.*

291 *Authoris ſententia.*

292 *Colligitur etiam vltima voluntas ex conſuetudine ciuitatis,* & nu. 296. *Et ex ordine & diſpoſitione teſtantis.* num. 300.

293 *Data facultate ad faciendum maioratum in conſanguineos, veniunt etiam conſanguinei ex parte matris ex communi vſu loquendi Hiſpaniæ.*

294 *Attenta patriæ conſuetudine indicatur, an donatio ſit in parua, vel magna quantitate.*

295 *Verba primogenituræ interpretantur ſecundum patriæ conſuetudinem.*

297 *Licentia teſtandi concedi intelligitur ſecundum conſuetudinem loci.*

298 *Verbum*, vinculum, *ſecundum communem vſum loquendi, & conſuetudinem, maioratum importat.*

299 *Si de obſeruantia clarè non conſtat in patria, ad loca vicina recurrendum eſt,*

301 *Quod prius nominatur, dignius cenſetur & præfertur.*

302 *Teſtator cùm ſeruos manumittendos nominauit, ſi pretium hæredi relictum ad omnes non ſufficiat, ordo verborum inſpicitur, vt ſaltem primo nominatus libertatem conſequatur.*

303 *Pluribus nominatis & electis cùm res non poteſt competere, ſed vni, competit poſſeſſorium primo nominato.*

304 *Prius nominati prædilecti cenſentur,* & num. 310. *Et competit eis electio,* nu. 357. *Et præferuntur.* nu. 371.

305 *Nomine proprio, & in ſpecie nominati, aliis præferuntur,* & nu. 358. & 360.

306 *Nomine appellatiuo ſi quis nominetur, & poſt alter nomine proprio, quis eorum præferatur.*

307 *Duos equos ſi habeat teſtator, & Petro vnum ex illis, Ioanni alterum leget, prior nominatus debet eligere.*

308 *Ordo ſcripturæ non ſeruatur, vbi teſtatoris voluntas repugnat. Attenditur, cùm conformis eſt rationi communi.* nu. 314. & 367. *Non attenditur ad corrigendum ius,* nu. 368. *Nec cùm actus redditur nullus.* nu. 360. *An pro forma ſeruandus.* nu. 373.

309 *Ordo intellectus conſiderari debet magis quàm ordo ſcripturæ.*

311 *Quid ſi æqualis ſit affectio ad perſonas nominatas.*

312 *Et voluntas teſtatoris eſt certa.* nu. 312.

313 *Subſtitutionum ordo ſeruari debet.*

315 *Pater ſi donet filio Tertium & Quintum bonorum, de quo prius diſponet.*

316 *Grauatus contrahere cum aliqua de domo & familia teſtatoris, cum primo nominata contrahere tenetur.*

317 *Relictis bonis quibuſdam vt nubant virgines pauperes & conſanguinei, quis ex ordine literæ debeat præferri.*

318 *Affectio teſtatoris eſt valde conſiderabilis ad colligendam eius voluntatem. Et an propter præſumptam liceat arguere contra proprium verbi ſignificatum.* nu. 340.

319 *Magna amicitia eſt conſanguinitate potentior,* & nu. 320.

321 *Affectionis ratio ſemper habenda eſt.*

322 *Teſtator non videtur vocare ignotum.*

323 ¶ *Videtur*

323 ¶ *Videtur in dubio vocare ad maioratum conſanguineum quem nutriuit.*

324 *Et qui naturalis eſt ex propria patria.*

325 *Geminata prædilectio maiorem arguit teſtatoris voluntatem.*

326 *Conſanguinei ſi ſimpliciter ſint vocati poſt inſtitutum, ex affectione teſtatoris veniunt conſanguinei grauati,* & nu. 333. & 334.

327 *Magis cõiuncti teſtatori, præſumuntur magis dilecti.*

328 *Succeſſio legalis venit ex tacita defuncti voluntate.*

329 *Diſcordia inter executores per teſtatorem nominatos exorta, debet exequi iudicium per executores teſtatori coniunctos factum.*

330 *Proximior in gradu videtur magis dilectus.*

331 *Res prohibita alienari extra familiam, de familia teſtatoris intelligitur.*

332 *Fideicommiſſum vniuerſale iniunctum hæredi grauato, non ex propria perſona honorati videtur iniunctum fauore venientium ab inteſtato.*

335 *Alternatiua poſita inter perſonas, non reſoluitur in coniunctam, ſed ordo affectionis attenditur.*

336 *Et alternatiua diſiuncta ponitur pro coniuncta ex præſumpta mente diſponentis. Quid ſi voluntas teſtatoris in qualibet parte teſtificari non poſſit,* nu. 338.

337 *Ordo charitatis demonſtrat copulæ ſignificationem.*

339 *Subſtitutio in vno caſu facta non extenditur ad alium, vbi reſultat inconueniens, quòd minus dilectus præferatur.*

341 *Interpretatio in dubio debet fieri in fauorem magis dilecti.*

342 *In generali diſpoſitione non cenſentur vocati indigni, aut odioſi teſtatoris.*

343 *Quod in obſcuro fit, ex affectione cuiuſque capit interpretationem.*

344 *Præſumptio quæ fundatur in ratione naturali, fortior eſt quam quæ in ratione ciuili.*

345 *Per tacitam pupillarem mater non excluditur à ſubſtituto.*

346 *Quando excludatur.*

347 *Cum aliquid eſt dubium, an interpretetur voluntas teſtatoris ex affectione.*
Coniectura deducta ex affectione an ſit aliis potentior, ibid.

348 *Et an ex affectione perſonarum capiatur præſumptio, vt magis valeat quàm pereat diſpoſitio.*

349 *Et de effectibus affectionis & amoris cõſanguinitatis.*

350 *Colligitur etiam voluntas teſtatoris ex eo, quod alij qui viuunt faciunt.*

351 *Et ex teſtatoris qualitate,* & num. 352.

353 *Et ex verbis per teſtatorem prolatis inter viuos,* & nu. 354. *Et ex priori nominatione,* n. 356. *Et quando agitur de præſumpta mente defuncti.* num. 364.

355 *Maioratum quis inſtituiſſe videtur, vbi ante teſtamentum confectum profeſſus eſt illum velle inſtituere.*

359 *Infertur, quod ſi teſtator vocat primogenitum, & deinde ſecundogenitum, poſtea tertiogenitum, & poſt in defectum maſculorum vocet filias, & poſt mortem illarum filios primogenitos, ante mortem filiarum tales filij admiti non debent.*

361 *Teſtator cùm ad fideicommiſſum vocat filios, & eorum liberos, prius debent admitti filij, quàm nepotes ex fratre præmortuo.*

362 *Poſt primo vocatos an admittantur illi, qui veniunt ordine ſucceſſiuo ex vi verborum.*

363 *Dilecti in inſtitutione cenſentur dilecti in ſubſtitutione.*

365 *In coniunctis non attenditur ordo ſcripturæ, ſiue prioritas, aut poſterioritas.*

366 *Teſtator ſicut præſumitur diligere nominatum, ita ex illo deſcendentes.*

370 *Ex priori vocatione maſculorum teſtator cenſetur diligere plus maſculos quàm fœminas.*

371 *Creditores habentes hypothecam ſpecialem in bonis maioratus ex facultate Regia pro dote, aut alio debito, & generalem, aut ſpecialem in bonis liberis, ad bona libera debent agere.* & num. 372. & 374.

375 *Dictio,* vel, *quando denotet ordinem.*

Poſt num. 375. inuenies alia ſummaria.

ET eſt etiam ſummè notandum, quod in teſtamentis ſit verborum interpretatio ſecundum † tempus mor- 279
tis teſtatoris, quo tempore diſpoſitio ſua vltima conſequatur effectum, vt tenet Barthol. Socin. *in conſ. 6. nu. 2. lib. 1.* per *l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. 1 ff. de teſtame. l. 4. ff. de adimen. lega.* debet tamen ſecundum eum haberi conſideratio ad intellectum verborum conditi teſtamenti, quod poſtea poſt mortem ſortitur effectum, ſecundum notata per Bart. & alios *in l. ſi ita, ff. de aur. & argen. lega. & l. Quintus, eodem tit. & l. quæſtum, §. vltimo. ff. de leg. 3.* quod eleganter ibi explicat Socin. *in dicto conſ. 6.* & vide eundem *in conſ. 10. num. 10. lib. 1.* & Petrum Surd. in propria materia ſucceſſionum maſculorum & fœminarum *deciſ. 66. n. 19.* & alios citat Burg. de Paz *in d. l. 1. Taur. n. 123. fol. 89.* & *in l. fideicommiſſa, §. 1. ff. de legat. 1.*

Sexto colligitur teſtatoris † mens ex ſcriptura imper- 280
fecta, *l. vltima ff. de reb. eorum,* notat Bart. *in l. 2. §. teſtamentum ff. quemad mod. teſta. aperiant.* Barthol. Socin. *in l. cum auus, nu. 16. ff. de condition. & demonſtr.* Syluan. *in conſ. 54. n. 12. & conſil. 49. nu. 28.* Tiraquel. *in tractat. de primog. quæſt 94. n. 1. pag. 410.* Curt. Iun. *conſ. 134. nu. 3.* Pariſ. *conſil. 79. num. 16. lib. 2.* Burgos de Paz *in l. 3. Taur. part. 5. n. 136. fol. 367,* Deci. *conſ. 176. n. 2.* & limitat *n. 4.* Pariſ. *conſul. 7. num. 27. lib. 3.* ad quod facit quod ſcribit Cephal. *conſ. 312. num. 113. lib. 3.* & alij quos citat Menoch. *in tractatu de præſumptionib. lib. 4. præſumpt. 15. num. 6. fol. 17.* vbi tradit doctrinam, quòd ſi teſtator non conſummauit teſtamentum morte præuentus, ex eo † 281
declaratur teſtatoris voluntas; & an poſſit petere, quòd publicetur? vbi probat, quòd ex diſpoſitione præcedenti nulla, declaratur, an teſtator voluerit fœminas excludere, vel non; Simon de Pret. *de interpretan. defunct. voluntat. ſolut. 5. num. 54. fol. 19.* Socin. Iun. *conſ. 112. num. 15. lib. 3.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. 61. nu. 30.* Hieronym. Gabr. *in conſil. 97. num. 29.* Nicol. Boer. *deciſ. 172. num. 22.* qui plures refert Menoch. *in conſ. 332 nu. 28. lib. 4.* qui citat Tiraquel. *de lib. connubial. gloſ. 6. num. 205.* Nicol. Boer. *deciſ. 172. num. 22.* Pariſ. *in conſ. 79. nu. 16. lib. 2.* ſubſcriptio in Burſat. *conſil. 27.* ex quibus probat Aluar. Valaſc. *conſ. 61. num. 16.* quod nominatio ad emphyteuſim facta in teſtamento nullo eſt confirmanda. Pro quo faciunt ſcripta in propria materia emphyteuſis, per doctiſſimum *Cald. Pereir.* eiuſdem nationis *in tract. de nomine emphyteu. quæſt. 10. num. 10. folio 97.* & tradit Anton. Gama *deciſ. 153.* vbi additio Mennæ, facit *deciſio* Oſaſci *Pedemont. 101. num. 23.* Et à prinata † ſcriptura declaratur teſtatoris voluntas, ſecun- 282
dum Bart. *in l. alimenta, in principio. num. 3. ff. de alimen. legat.* notat Decius *in conſ. 454.* Aymo. Crauet. *in conſ. 125. num. 3.* Ias. *in l. qui filiabus, num. 5. fol. 46. ff. de leg. 1.* de quo latius ago *in prima parte huius operis, quæſt. 42.* ferè *in principio, verſ. reuocatur autem tacitè maioratus:* & tradunt Burg. de Paz *in l. 3. Tauri, p. 1. num. 240. fol. 202.* Alciat. *reſponſ. 625. n. 2.* Deciſio. Pedemontan. *101. n. 23.*

Et ex hoc infertur quòd ſi reperiatur aliqua ſcriptura teſtatoris imperfecta, in qua aliqualiter exponit mentem propriam circa ſucceſſionem in maioratu (prout plerumque accidit) quod ex tali ſcriptura quamvis imperfecta, dummodo appareat eſſe propria teſtatoris, † debet declarari teſtamentum, vel alia ſcriptu- 283
ra perfecta maioratus. Quibus conuenit, quod fideicommiſſum vniuerſale † debeatur ex teſtamento nullo, ſe- 284
cundum Bart. *in l. filio præterito, numero 5. ff. de iniuſt. rupt.* & eſt communis opinio ſecund. Alexand. & Ias. *in authen. ex cauſa, C. de liber. præter.* & alios quos citat Andr. Gail. *obſeruationum lib. 2. obſeruatione 134. num. 2.*

*pag.*248. & quod qualitas maſculinitatis in præcedenti
285 teſtamento reuocato, † operetur ad declarationem ad diſpoſita in ſequenti teſtamento, tradunt Corneus *in conſ.*275.*col.*3.*lib.*4. Pancirol. *in conſil.*91.*nu.* 9. Anton.Peregrin. *in tract. de fideicommiſ. art.*25.*num.*35. *fol.*240. & prius *num.*33. Licet autem ex ſcriptura imperfecta,aut nulla,declaretur voluntas teſtatoris,† non
286 tamen declaratur ex teſtamento reuocato, ſecundùm Barb. *in conſ.*6.*col.*6.*lib.*1. & in alia editione *conſ.*58. *col.*7.*verſ. item monetur*: Deci.*in cap.*1.*lectur.*1.*nu.*11. *de conſtitution.*quos refert Aym.Cravet. *conſ.*113.*nu.*6. licet *in impreſſione noua*, ex Decio & aliis diuerſum ſcripſerit: Alexand.*in conſ.*70.*nu.*11.*lib.*2.Deci.*in conſil.*190.*nu.*3.4.& 10. Carol. Ruin. *in conſ.*144.*nu.*17. *lib.*2. Hieron. Gabr. *in conſ.*97.*nu.*27. ad quod facit egregium dictum Iacobi Putei *deciſ.*544. *nu.* 3. *lib.*3. vbi tradit quod licèt ex actu nullo declaretur voluntas, non tamen declaratur ex actu reſolato in defectum conditionis non impletæ: & idem *deciſ.*291. *nu.*6. *lib.*3.
287 Et quod ex teſtamento etiam reuocato declaretur voluntas teſtatoris,† tenet expreſsè Ripa *conſ.*132 *nu.*13. Deci.*in conſ.*176.*nu.*4. qui refert Corn. *conſ.*275.*col.*2. *lib.*4. Iaſ. *in conſ.*143.*col.*2.*circa princ.lib.*2. de quo legenda ſunt quæ ſcribit Simon de Prætis *in dicto loco*, Zanchus *in d.l.hæredes mei*,§.*cum ita*,*p.*3.*n.*56.*pag.*52. *ff.ad Trebellianum*,*p.*3.*nu.*54.*pag.*51.eleganter Franciſc. Mantica *lib.*3. *de coniectur. ment. defunct. tit.*20. *nu.*1. *cum ſeqq.pag.*103.*& nu.*7.ex Roman.*in conſ.*179.*nu.*7. *&* 11. tradit, quòd voluntas teſtatoris declaratur ex ſcriptura codicillorum imperfecta.

Fauore autem legatorum relictorum ad pias Cauſas
288 omittere nolo, quod teſtamento reuocato, † non cenſentur reuocata legata relicta ad pias Cauſas, vt per *l. teſtamento*, *ff. de fideicommiſſar. libertatib.* & *in l.proximè*,§.*fin.ff.de his quæ in teſta.delen.* & doctrinam Bart. *in l.*1.*C.de ſacroſanct.Eccleſ.* concludit Guid.Pap. *deciſ.*200. *nu.*5. *& deciſ.*576.*num.*4. qui ad hoc alia allegat, quod priuilegium piarum Cauſarum, ſi memoria & diligentia non me fallit, *Tiraquel.* non tradidit in *vberrimo ſuo tractatu de priuilegiis piæ Cauſæ.* Et pro doctrina *Bart. Deci.* & aliorum faciunt quæ notanter ſcribit Curt.Iun. *in conſ.*163.*nu.*14.*cum ſeqq. lib.*2.vbi probat,quòd ſi quis in primo teſtamento maſculos vocauit ad fideicommiſſum, & poſtea fecit teſtamentum ſecundum, vocando filios ad fideicommiſſum abſque
289 qualitate maſculinitatis, reuocando primum teſtamentum, † qualitas illa maſculinitatis cenſetur potius reiecta,quàm repetita; per doctrinam ſingularem *Bartol.* poſt Din.*in l.Sabinus Florus.in principio*, *ff.de iure fiſci*; Alexand.*in conſ.*70.*lib.*2.*&in conſ.*38.*lib.*6. & per alia plura quæ ſcribit, quod tradit etiam Simon de Prætis *in d.ſolut.*5. *d.num* 54. Zanchus *in d.*§. *cum ita*, *dict. num.*56. & ſcripſi latiùs *part.*1. *q.*74. *&* 2. *p. q.*4. *illation.*8. & illud dictum Curt. Iun. citat Antonius Gabriel in caſu ſingulari. *lib.*4.*commun.opinionum*,*tit.*1.*de ſubſtitution. concluſ.*2.*nu.*12. *pag* 239.

290 Et quod vltima voluntas tollatur per actum † inter viuos, etiam inutilem; probatur *in l.legatum*, §.*patre*, *ff.de adimend. legat.* & *in l.cum dominus*, §.*fin.ff.de pecul.legat.*vbi Bart. *&in l.fin. ff.de aur. & argen.legat.* & volunt alij quos citat Epiſcop. Couarr. *part.*2. *rubr. de teſtament.nu.*21. *verſ.aduertendum*,quem citat Franciſc. Mantica *lib.*12.*de coniectur. ment. defunct. tit.*2. *nu.*17.
291 *pag.*589. Et iſta reſolutio difficultatem † fecit in quadam cauſa maioratus maximi momenti. Facti ſpecies erat: Quidam fecit maioratum & commiſit ſucceſſoribus, vt poſſent nominare, & eligere ad maioratum filium quem voluiſſent, licèt eſſet ætate minor, vnus ſucceſſor nominauit filium ſecundum excluſo maiore in teſtamento, poſtea in alia ſcriptura inutili & inualida nominauit filium maiorem; Dubitatum fuit (& adhuc ſub iudice lis eſt)an per nominationem ſecundam inualidam cenſeatur prima reuocata? In qua quæſtione eſt ad memoriam reducenda regula iuris, quod per actum inualidum non cenſetur receſſum àb actu valido, *l.ſi iure*, *ff.de legat.*3.cum *concordant.*vt per Peraltam *in l. qui teſtamento.nu.*13.*pag.*479.*ff.de legat.*2. De iſta autem materia quando ex teſtamento nullo, vel reuocato, coniecturetur voluntas teſtatoris? plura notatu digna ſcribit nouiſſimè Menoch.*in tract.de præſumptionibus*,*lib.*4.*præſumpt.*15.*nu.*1.*cum ſeqq. fol.*16.

Septimò colligitur, † ex conſuetudine ciuitatis, *l.* 292
ſemper in ſtipulationibus.ff.de regul.iuris:notat Raphaël Fulgoſ. *in conſ.*34. *col.*2. de quo per Alex. *in conſ.*20. *nu.*8.*lib.*2. & Aymo. *in tract. de antiquit. tempor. p.*4. *nu.*229. *fol.*342.Et quod annullato teſtamento ſint annullatæ omnes clauſulæ in eo contentæ, tradit Curtius Iun.*in conſ.*163 *nu.*15.*& conſ.*169.*n.*12.*lib.*1. Et quod teſtamentum imperfectum nihil probet, probatur *in l. ſi is qui teſtamentum*, *ff.de teſtam.* & tradunt Iaſ. *in conſil.*8.*nu.*1.& per totum,*lib.*3. Riminald *in l.hac conſultiſſima*,§.*ex imperfecto*,*nu.*3. *C.de teſtamen.* Nicol.Boër. *deciſ.*93. & alij quos citat Cephal. *in conſ.*552. *nu.*7. *lib.*4. ex quo confirmatur ſententia Gregorij Lopez *in l.*32. *tit.*9. *part.*6. *in gloſ. in verb.* Valdra, *fol.*69. *colum.*4.*in verſic.quid ſi conceditur*, vbi dicit, quod ſi detur facultas Regia ad faciendum maioratum in conſanguineos, veniunt conſanguinei ex parte patris, attenta conſuetudine vulgari loquendi in Hiſpania, per *l.*1. *ff.de iure immunitat.* Sed in hoc falſus fuit Gregor. Lopez, quia *conſanguineorum* appellatione † veniunt 293
etiam de iure conſanguinei ex parte matris, iuxta *l.*6. *tit.*15. *part.*2. & alia plura quæ refero *in q.* 6. *infra hac* 2.*p. nu.*582. lex autem *in dict. l.*1. *ff.de iure immunit.* eſt caſus ſpecialis in priuilegio immunitatis,ſecundùm Gloſſam *in l. ſi ita ſcriptum*, *in verb. vocabulo*, *in fine*, *ff.de legatis* 2.vbi Imola,& alij:Alberic.*in dict.l.*1. & alios plures quos citat Arias Pinel. *in l.*3. *C.de bonis matern.num.*30. *pagina* 713. de quo etiam tracto *in parte* 1.*huius tractatus*,*quæſt.*15 *nu.*29. & ad hanc coniecturam facit text *in cap.cæterum*, *de donation.* vbi iudicatur attenta patriæ conſuetudine,† an donatio ſit in 294
magna vel in parua quantitate? Quem textum etiam refero *in* 4.*parte huius operis*,*quæſt.*1.*limitation.*6. & ad alia plura eſt ſingularis: & verba primogenituræ † in- 295
terpretantur ſecundùm conſuetudinem patriæ, vt voluit in terminis,& in quodam maioratu Hiſpaniæ, Abbas *in conſil.*85.*nu.*5.*lib.*1. Carolus Ruinus in quadam vocatione maſculorum & fœminarum, *in conſil.* 141. *nu.*9.*lib.*2. Et voluntas teſtatoris potius interpretatur ſecundùm conſuetudinem loci, † quam ſecundum ſta- 296
tutum,vt tenent Alex. *in conſ.*9.*col.*1.*lib.*5. Aym.Cravet. *in conſ.*70. *nu.*12. & iſta adinuantur ex doctrina Baldi *in l.vltima*, *nu.*6. *C.de fideicommiſ.* vbi inquit, quòd licentia † teſtandi concedi intelligitur ſecundùm 297
conſuetudinem loci,notat Gregor.Lopez *in l.*5.*in gl.*1. *tit.*1.*part.*6. Quod eſt notandum ad licentias quæ conceduntur ad faciendum maioratus, vel ad extrahendum bona à maioratu.

Ex quibus & ex regula *leg. librorum*, §.*quod tamen Caſſius*, *ff.de legat.*3.quandoque inferebam; quod ex eo ſolo, quod quis dixit,quod bona certa vinculabat, voluit maioratum conſtituere; quia in ſubſtantia, & ſecundùm communem vſum loquendi,& conſuetudinem, hoc importat † verbum, *vinculum*. ¶ Ex quibus etiam 298
confirmatur,quod ſcribit Molina *lib.*2.*de primog. c.*14. *nu.*31.*fol.* 348. de eo qui eſt granatus nomen & arma portare,an id facere poſſit iungendo cum aliis; de quo legenda ſunt quæ ſcribo *infra.quæſt.*4. *illation.*8. & ſi de obſeruantia clarè non conſtat in patria, † recurren- 299
dum eſt ad loca vicina,ſecundùm Paulum de Caſtro *in conſ.*437.*Super dictis quæſtis*,*dubio* 2.*lib.*2. Oldrad.*conſil.*267.*Quod domino Epiſcopo.in fine*, Marth.ab Afflict. *deciſio.*248.*col.*4.Aymon.*conſ.*118.*nu.*8. Et interpretatio ſumenda eſt à iure communi, non à conſuetudine loci particularis, ſecundùm Ioan. Andream *in addit.ad Speculator. tit. de arbitris*: §. *excipitur*, & alios, quos citat Gozadin. *in conſ.*90.*num.*6.

Octauò,

300 Octauò, coniecturatur † ex ordine & diſpoſitione teſtantis,*quoties.ff.de vſufruct.l.generaliter*,§.*quid ergo*, *ff.de fideicommiſ. libertatib.* notat Fulgoſ. *in conſil.*38. *in propoſita quæſtione*, notanter Aluar.Valaſc. *conſultatione* 71. *nu.*11. qui loquitur in duobus nominatis ad emphyteuſim.De quo tamen vide regulam,quam tradit Ioan.Monach. quem ſequuntur *ibi* DD.*in cap.*2. *de iudic.in* 6.Bartholom.Socinus *in conſ.*9.*nu.*16.*lib.*1.Gloſ. Pariſien. *in conſuetud.Pariſien.*§.45.*nu.*5:*fol.*306. vbi ex *cap.quorundam*,& ibi Gloſ. *de electione in* 6. & Gloſ. *in cap.bene quidem*,*in verſ.Mediolanenſem*,96.*diſtinct.* tra-
301 dit, quod illud, quod prius nominatur, † cenſetur dignius: & ibi alia refert latius Socin.Iun.*in l.hæredes mei*, §.*cum ita.nu.*41.*&* 45.*fol.*224.*ff.ad Trebellianum*; Nicol.Boërius *in tract.de auctoritate magni Conſilij*,*n.*140: Conradus *in templo Iudicum*,*lib.*1.§.1.*de ornatu*,*quæſt.*1: *nu.*13.*fol.*5. Caſtillo *in tract.de vſufruct. lib.*1. *cap.*40: *nu.*18 *fol.*111.Et in ſpecie in duobus vocatis ad maioratum, quod primus nominatus præferatur, hoc referendo,tradit Caldas Pereira *in tract.de nominat.emphyteut.q.*10.*nu.*40. *fol.*104. facit textus notabilis *in l. generaliter*,§.*ſi quidem*, *ff.de fideicommiſ.libertat.* vbi teſtator nominauit certos ſeruos manumittendos ex pretio
302 hæredi relicto, ſi pretium non ſufficiat ad omnes, inſpicitur ordo verborum, vt ſaltem primò nominatus libertatem conſequatur; & dixit ſingulariter Bald.*in l.*1: *nu.*1.*C.de edict. Diui Adriani*, quòd ſi pluribus nomi-
303 natis & electis res non poſſit competere,niſi vni,† competit poſſeſſorium primo nominato: quam doctrinam citat Fuluius Pacianus *in tract.de probation.lib.*2.*c.*25: *nu.*42.*fol.*91. Et quod qui eſt prior in ordine verborum, eſt potior in ordine poſſidendi, citat *Baldus* textum, qui eſt omnibus notabilior in materia maioratuum.*in l.qui ſoluendo*, *ff.de hæred.inſtituend.* vbi Bald: & Imola,quem etiam commendat Iaſ. *in l.ſi quis teſtamento*, §.*apud Iulianum*, *nu.*3.*fol.*129.*ff.de legat.*1. & Angel. Aretin. *in* §.1. *nu.*1. *quibus ex cauſis manumit: non licet*, *fol.*20.

Et conducunt etiam quæ eleganter ſcribit Epiſcop. Sarmient.*lib.*6.*ſelectarum interpretationum.nu.*1. *fol.*13. & Hieronym.Gratian. *in conſil.*92.*nu.*14.*lib.*2. vbi per regulam *dict.l.qui ſoluendo*: ſcribit, quòd ſi nominatio facta in pluribus non poteſt valere,valet in eo qui prius
304 nominatus fuit, & tradit Tiber. Decianus *reſponſ.*63: *nu* 20.*lib.*2. vbi ex Deci.*conſil.*440.*nu.*4 ſcribit, quod prius † nominati cenſentur prædilecti:& poſtea nomi-
305 nati cenſentur in eorum ſubſidium; & qui nomine proprio ſunt nominati, & illi qui in ſpecie,& nō in genere, † aliis præferuntur; vt ex pluribus Authoribus docet Simon de Prætis *lib.*3. *de interpret. defunct.voluntat. interpretat.*3. *dubitat.*4. *ſolutione* 3.*n.*4.*&* 5. *fol.*336.

Qua in re eſt memorabilis doctrina Decij *in conſ.*320. *num.*6. vbi reſoluit quòd ſi prius ſunt nominati aliqui nomine appellatiuo, & poſtea ſint nominati aliqui no-
306 minibus propriis,† præferuntur nominati prius nomine appellatiuo, per *l.ſi ſeruus communis*, *ff.de ſtipul.ſeruor.* vbi Bart.& per alia quæ refert,& facit etiam quod ſcribit Simon de Prætis *lib.*1.*de interpret.defuncti voluntat. ſolut.*3.*nu.*8. *fol.*12. vbi probat,quòd ſi teſtator habens duos equos, legat Petro vnum de ſuis equis, & alium
307 Ioanni,† prior nominatus eligere debet; & refert Bart. Angel. Paul.& Iaſ.*in l.qui duos*, *ff.de legatis* 1: Paul.& Iaſ. *in l.fin.§.*1.*C.commun.de legat.* Anton.Gom. *tom.*1: *variar.cap.*12.*tit.de legat. nu.*18. & de materia legenda etiam quæ ſcribit Menochius *in dicto tractatu præſumption.lib.*1.*præſumpt.*28. *ſupra allegata*, *per totam*, Zanchus *in dicta l.hæredes mei*, §.*cum ita*, *part.*5. *num.*76. *pag.*236.*ff.ad Trebellianum*, Caldas Pereira *in tract.nomina.emphyteu.dict.quæſt.*10.*num.*39. *cum ſequentibus*,
308 *fol.*104.Ordo tamen ſcripturæ non curatur,† vbi teſtatoris voluntas repugnat,*l.quidam teſtamento.ff.de pecul. legat.* vbi Albericus *fol.*90.probatur *in l.nec enim.ff.de ſolut.* & notat idem Albericus *in rubric.de nouo Codice compon.num.*23.vbi tradit,quòd ſi conſtat de mente lo-
quentis, non eſt locus coniecturis ordinis; ſi autem de mente dubitatur, tunc ordo attenditur, Ripa *in l.ex facto*,§.*ſi quis rogatus.nu.*11.*fol.*163.*ff.ad Trebellianum*, per illum textum, Conradus *in Templo Iudicum*; *lib.*1. *cap.*1.*de Imperatore*,*& ornatu Imperatoris*,*quæſt.*1.*nu.*13. *fol.*5. & ordo intellectus conſiderari debet † magis 309
quàm ordo ſcripturæ, *l.cum pater*,§.*fidei*, *ff.de legat.*2. *l.nec enim*,*ff.de ſolutionib.* per quas diſputat notanter Bart. *in l.Scæuola*,*ff.ad Trebellianum*,*nu.*5. vbi inſtituit quis tres filios quos arrogauit, vt ſi quis decederet ſine filiis, deueniat hæreditas de vno in alium certo ordine ſcripturæ; quod quis accepit iure fideicommiſſi, tenetur alij reſtituere, mortuis aliis fratribus ſine filiis: & tradit idem Bartol. *in l. pater filium*, §. *quindecim*; *ff. de legatis* 3:*n.*5.quem citat Caſtillo *in l.*27.*Taur.fol.*113: *col.*2. & hæc tradit latiùs Peralta *in l.ſi quis in principio teſtamenti.nu.*155.*pag.*463.*ff.de leg.*3. & vide eundem Peraltam *in l.ſi idem ſeruus.n.*1.*cum aliis*;*pag.*169; *ff.de legat.*2.*& in l.cum ita*,§.*in fideicommiſſo.nu.*4. *pagina* 351.*eodem titulo*, vbi notanter loquitur;& faciunt quæ ſcribo *infra*, & idem quod Albericus voluit Robertus à Maranta *in ſpeculo aureo*, *part.*3. *num.*109. *fol.*31.Ripa *in cap.decernimus*,*nu.*7.*de indiciis*,Robertus Lancellotus *in Templo Iudicum.lib.*1 *cap.*1. *de Imperator.*§.1.*de ornatu corporis Imperat.nu.*13.*fol.*5. ex regula autem textus *in d.l.quoties*, cum *concordant. ff.de vſufruct.* in praxi tractatum fuit: Quidam extraneus fecit maioratum, & dedit facultatem primò vocato nominandi vnam ex ſororibus, quas tunc temporis habebat ad talem maioratum: & vigore illius facultatis, errore aut ignorantia,vel malo conſilio ductus, nominauit ad maioratum tres ſorores, inter quas contentio fuit,qualis illarum eſſet præferenda, cum omnes admitti non poſſent, repugnante natura bonorum maioratus? ſuſtentabatur (& ita obtinuit) eſſe admittendam † primo 310
nominatam, tamquam magis dilectam ex ordine eligentis,aut nominantis; quæ opinio iuſtificatur ex pluribus quæ ſcribo *in principio primæ partis*: quod tenaciter eſt tenendum, quicquid in bonis familiæ relictis caueatur *in l.vnum ex familia*,§.*rogo*; *ff. de legatis* 2. cuius legis diſpoſitio quantum ad iſtud propoſitum non eſt trahenda ad bona maioratus, quæ ad vnum tantum indiuiſibilia peruenire debent: & hoc confirmatur,quia teſtator plus videtur diligere eos quos prius ſubſtituit,quam eos quos poſterius ſubſtituit, *l.Publius Mauius*,§.*Titio*,*ff.de conditionibus & demonſtrationibus*: Bart.& omnes *in l.Gallus*;§.*ſi à parente*;*ff. de liber. & poſthum.*cum *concordant.* vt per Celſum *conſil.*75.*in*:21: facit regula *l.cum pater*,§.*à te pero*,*ff.de legatis* 2. Simon de Prætis *lib.*1: *de interpretand. defunct. voluntat. interpretat.*2.*dubitat.*2.*ſolut.*5.*n.*21. *fol.*63.

Ex quibus confirmatur quod ſcribit Anton.Gam. *deciſ.*260.*nu.*1: vbi probat quòd ſi eſt recepta emphyteuſis per maritum & vxorem pro eis, ſi non ſit dictum *& pro filiis ſeu vno ex illis*, non poteſt nominari filius, vel neptis, ex traditis per Decium *in cap.in præſentia*; *nu.*46.*de probation.* Ripa *in l.ex facto*,§.*ſi quis rogatus*; *nu.*48.*ff.ad Trebellianum*, & aliis iuribus quæ citat; & addo Anton.Gamam *deciſ.*237.*nu.*13. vbi ſcribit quòd quando eſt æqualis affectio † ad perſonas nominatas, 311
non eſt attendendus ordo ſcripturæ. Et idem eſt cum voluntas teſtatoris † eſt certa, nam ordo nihil facit; 312
authent.hoc amplius, vbi notat Bart.& D.Anton.de Padilla *num.*4. *C.de fideicommiſ.* Burgos de Paz *conſ.*27. *nu* 22. *& in conſil.*32.*nu.*13. & probatur *in* §. *ante hæredis*,*Inſtitu.de legat. ibi.* Sed quia inciuile eſſe putamus,ſcripturæ ordinem quidem ſequi, ſperni autem teſtatoris voluntatem; notat Rebuffus *in lib.Concordat. in forma mandati Apoſtolici*,*pag.*225. & ordo ſubſtitutionum † ſeruari debet,*l.qui filium*,§.*Sabinus.ff.ad Tre-* 313
bellianum, declarat eleganter Auguſtinus Beroius *conſil.*128. *nu.*23. *lib.*2. & ordo ſcripturæ † attenditur, 314
cum conformis eſt rationi communi,ſecundùm Baldum *in l.veluti*,*nu.*7. *ff.de inſtit.& iur.* Menochius *conſ.*86.

num. 23. & de materia legendus eſt etiam nouiſſimè Maſcardus *in tract. de probation. lib.* 1. *concluſ.* 67. *nu.* 1. *cum ſequentibus, fol.* 70. *& lib.* 3. *concluſ.* 1229. *nu.* 2. *cum ſequentibus, fol.* 163. notanter Simon de Prætis, qui plura ſingularia ſcribit *lib.* 2. *de interpretand defunct. volunt. interpret.* 3. *dubit.* 1. *fol.* 3. *n.* 13. *cum ſeqq. fol.* 145.

Ex regula autem text. *in d. l. quoties, ff. de vſufruct.* & aliorum concordantium, libet obiter confirmare quandam ſingularem doctrinam, quàm in iſta materia ſcribit Burgos de Paz *in conſil.* 43 *num.* 32. vbi tradit, quod pater ſi donet filio Tertium & Quintum bono-
315 rum, videtur, † ab ordine ſcripturæ diſponere prius de Tertio, quàm de Quinto: mouetur per *l.* 46. *Taur.* & doctrinam Ioan. Lup. *in cap. per veſtras, de donation. inter virum, & vxorem,* §. 22. *nu.* 13. *verſ. in dubio autem*; & 316 *ſequent.* Et grauatus contrahere † matrimonium cum aliqua de familia & domo teſtatoris, tenetur contrahere matrimonium cum primò nominato, ſecundùm Abb. *in conſil.* 65. *nu.* 3. *lib.* 2. & ſi quis relinquit quædam bona,
317 vt nubant virgines pauperes, & conſanguinei, † ab ordine literæ præferri debent pauperes conſanguineis: vt tradit Ioan. Guttier. *in conſ.* 26. *nu.* 9. de qua materia & puncto legenda ſunt quæ ſcribit Menoch. *in tract. præſumption. lib.* 4. *præſumpt.* 125. *n.* 15. *fol.* 232. vbi tradit eligendos eſſe pauperes de familia.

318 Nonò, † affectio teſtatoris eſt celebratiſſima coniectura, & quæ totum facit in declaratione voluntatum defunctorum, tam ea quæ prouenit ex amicitia, vt primùm probatur *in l cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ.* & ſecundum conſtat *ex d. l. ſi ſeruus plurium,* §. *vltim. ff. de leg.* 1. tradit Epiſcop. Couarru. *in cap. requiſiſti, num.* 8. *fol.* 84. *de teſtament.* in quo §. eſt animaduertendum, arguendo ab ordine literæ, iuxta *d. l. quoties,* quod amici-
319 tia magna, eſt potentior † conſanguinitate, ibi, *Sed & legatarij charitas, & neceſſitudo.* Et idem probatur *in l. ſi plures,* §. *in arrogato, ff. de vulg.* ibi, *Amicus vel cognatus,* & *in l. Theopompus, ff. de dote præleg.* ibi, *Amici vel cognati mei. & in l. affectionis, ff. de donation.* ibi, *Amicos vel neceſſarios,* tradit Anton. Gam. *deciſ.* 368. *nu.* 1. *cum ſeqq.* & quod amicitia ſit potior conſanguinitate, probatur expreſsè *in proœmio tit.* 27. *part.* 4. ibi: *Ca ſegun dixeron los ſabios, el verdadero amor paſſa a todos los dendos.* Et in *l.* 1. *tit.* 29. part. 2. ibi, *Ca bien como el ayuntamiento del amor paſſe y vence el linage, y a todas las otras coſas.* Et eſt egregia *l.* 7. *tit.* 18. *partit.* 2. Et de hoc
320 puncto † qualiter amicitia ſit fortior qualibet conſanguinitate, latiſſimè ex pluribus iuris diuini & humani teſtimoniis, tam ex ethnicis, quàm ex aliis ſcriptoribus, docet Tiraquellus *in tractatu de pœn. temper. cauſ.* 22. *pag.* 74. *nu.* 1. *cum aliis,* ad quem addo quæ ſcribit Franciſc. Mantica *in tract. de coniectur. ment. defunct. lib.* 6. *tit.* 11. *nu.* 25. *pag.* 239. Menoch. qui nec Tiraquel. nec alia ſupra allegata refert *in tract. præſumption. libro* 1. *quæſt.* 28. *ſupra citata, nu.* 13. *cum ſequentibus*, Cephal. *conſ.* 421. *nu.* 69. *lib.* 3. eleganter Tiber. Decianus *reſp.* 46. *nu.* 57. *cum ſequentibus, lib.* 2. Anton. Gama *deciſ.* 378. *nu.* 3. & notanter Quintilian. Mandoſ. *in tract. de ingratitud. q.* 127. *fol.* 57. Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, de teſtamentis, in verb. ſi abſque liberis moreretur, in primo. nu.* 4. *fol.* 275. & ideò anſus eſt dicere Barb. *in dict. l. cum acutiſſimi, nu.* 11. *C. de fideicommiſſ.* quod beneficium illius legis verificatur etiam in amico maximo: quem ad hoc refert Iaſ. *in l. exigendi, nu.* 16. *C. de procurat.* & dicit Ioan. de Imola *in l. in tempus,* §. *quoties, ff. de hæred. inſtituend.* quòd ſi quis legat Titio aliquid, & ſunt duo Titij eiuſdem nominis, & ambo erant amici teſtatoris, illi debetur legatum, quem teſtator magis di-
321 ligebat, & affectionis ratio † ſemper habenda eſt: *l. ſi ſeruus ea lege, ff. de ſeruis exportan. l. cum alienam, C. de legat. l. prædia, C. de fideicommiſſ. l.* 10. *tit.* 9. *part.* 6. notat Socinus Iun. *in conſ.* 170. *nu.* 32. *lib.* 2. & *in conſilio* 180. *nu.* 25. & per prædicta inquit in iſta materia Alciat *in l. Gallus,* §. *etiamſi à parente, nu.* 28. *ff. de liber. & poſthum.*
322 quod † teſtator non videtur vocare ignotum, quem citat Franciſc. Mantica *lib.* 6. *de coniect. defunct. volunt. tit.* 11. *nu.* 20. *pag* 258.

Et eſt notandum quod in dubio teſtator vocare † vi- 323
detur ad maioratum illum conſanguineum, quem nutriuit & conſeruauit: ad quem adduco notabilem *l.* 1. *tit.* 19. *part.* 4. vbi vide Gregorium Lopez *in gloſſa vnica*: quod confirmatur ex his quæ ſcribunt Tiraquellus *in tract. de pœnis temperan. cauſa.* 31. *nu.* 75. *cum ſeqq. pag.* 236. Quintilian. Mandoſ. *in tract. de ingratitudine, cap.* 43. *fol.* 19. Tiber. Decianus *in præt. com.* 1. *cap.* 25. *nu.* 67. *fol.* 120. Videtur etiam in ambiguo vocare, & di- 324
ligere illum, † qui eſt naturalis ex propria patria teſtatoris, magis quam ex aliena: quod probatur per *l. qui habebat, ff. de legat.* 3. & ex aliis pluribus quæ refero *in* 1. *p. tract. q.* 57. Et geminata prædilectio arguit magis
† voluntatem teſtatoris, vt nouiter tradit Aymon Cra- 325
ueta *in conſil. vltim. in ordine* 313. *nu.* 6. *per cap. & ſi Chriſtus, de iureiuran.* & alia quæ refert. Pro quo faciunt quæ de virtute geminationis ſcribo *in* 1. *part. huius operis, q.* 22. *à num.* 82. *cum aliis.*

Et ex his in facto obtinui in quodam negotio: Qui- 326
dam etenim teſtator † legauit in ſuo teſtamento cuidam extraneo certa bona iure fideicommiſſi, & cum grauamine teſtitutionis, & aliis pactis & conditionibus: non tamen expoſuit quibus facienda erat reſtitutio bonorum: poſtea autem fecit codicillum, in quo ordinauit quod in ſucceſſione fideicommiſſi ſuccederent proximiores conſanguinei, nec teſtator declarauit, an illi proximiores conſanguinei, qui in maioratu ſuccedere debebant, eſſent conſanguinei ipſius teſtatoris, vel grauati in fideicommiſſo, quia ſolum dixit, *Succedan los parientes mas propinquos.* Quæſtio igitur fuit inter conſanguineos teſtatoris, & illius cui fideicommiſſum relictum fuit: & proceſſus fuit valdè ventilatus, & Iudices in varias ſententias diuiſi fuerunt, in quo, licèt pro aduerſa 327
parte multa allegabantur; & præcipuè, quòd † magis coniuncti teſtatori præſumebantur magis dilecti, *l. ſi quis cum nullum, in princip. d. l. conficiuntur, in principio, ff. de iure codicillorum: l. ſi ſeruus plurium,* §. *vltimo, ff. de legat. 1. l. in fideicommiſſi,* §. *cum Pollidius. ff. de vſur.* notat Alexand. *in conſ.* 158. *nu.* 12. *lib.* 6. & alij, quos citat Pinel. *in l.* 1. *C. de bon. matern. p.* 1. *nu.* 72. *fol.* 39. & per text *in d. l. conficiuntur:* ponit regulam Curtij Iun. *conſil.* 58. *nu.* 2. quam dicit eſſe indiſſolubilem, quòd † ſuc- 328
ceſſio legalis venit ex tacita defuncti voluntate. Ex quo confirmo dictum Baldi *in l. Imperator, ff. de pactis*, vbi per illum textum vult, quod cum eſt diſcordia inter executores per teſtatorem nominatos, † eſt ſequendum iu- 329
dicium factum per executores coniunctos teſtatori: quod tradunt Roman. *in ſingul.* 533. *Executores.* Tiraquel. *in præfat. Retractus, nu.* 44. Simon de Prætis *lib.* 5. *de interpretand. defuncti voluntate, dubitat.* 2. *num.* 84. *fol.* 489. quod eſt notandum ad teſtatores nominantes certas perſonas coniunctas, & extraneas, vt poſſint eligere ad maioratus vel meliorationes; quod non ſemel contigit: & in iſta materia eſt notabile *conſilium* Oldradi 123 *num.* 2. & proximior in gradu † videtur ma- 330
gis dilectus, vt reſoluit Barthol Socinus *in d. l. cum anus, ff. de condit. & demonſtrat. nu.* 78. *fol.* 180. per *l. Gallus,* §. 1. *ff. de liber. & poſthum.* & *d. l. cum ita,* §. *in fideicommiſſo, ff. de leg.* 1. & elegans doctrina Cini *in l. quoties ab omnibus. C. de fideicommiſſ.* vbi dicit, quòd ſi teſtator prohibuit rem alienari extra familiam, † intelligitur 331
de familia teſtatoris: per regulam *l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ.* & notat idem Alexand. *in conſ.* 213. *nu.* 1. *libro* 6.

Et confirmatur ex communi concluſione, & in noſtra materia neceſſaria quæ habet, quòd † fideicommiſſum 332
vniuerſale iniunctum hæredi grauato, non expreſſa perſona honorati, videtur iniunctum fauore venientium ab inteſtato: *l. peto, in principio, ff. de legat.* 2. vbi Bart. Bald. Paul. & alij; Curtius ſen. *in conſ.* 75. & alij, quos citat Anton. Peregrin. *in tractatu de iure fiſci, lib.* 2. *tit. l.* 11. *nu.* 20. *pag.* 103. Conſanguinei † grauati nihilominus 333
obtinuerunt:

obtinuerunt: & primò ex doctrina Socin. *in d. l. hæredes mei,* §. *cum ita, num.* 16. *ff. ad Trebellian.* vbi dicit, quòd in fideicommiſſo vniuerſali relicto illis de familia, ſeu de agnatione, vbi proximiores in gradu admittuntur, ex *dicta l. cum ita,* §. *in fideicommiſſo,* & *in dicta l. fratres*: ſi contendant proximior teſtatoris cum proximiore hæredis grauati fideicommiſſo, attenditur proximitas grauati, & non perſona teſtatoris; vbi ad hoc citat *Bald.* licet non referat, vbi eſt; nempe *in conſilio* 159. *num.* 1. *lib.* 4. & hoc mihi verius videtur, quicquid non relato Socin. *in dicta lege*, teneat Ripa *in l. ex facto, in principio, num.* 7. *fol.* 162 *ff. ad Trebellian.* & *in l. filius familias,* §. *Diui, num.* 31. *fol* 126. *ff. de legat.* 1. Et facit, quia
334 ſicuti quis dilexit illum grauatum, † præſumitur diligere illius conſanguineos, *d. l. cum acutiſſimi, d. l. cum anus, ff. de condition. & demonſtration.* & ſecundum prædictam opinionem conſuluit idem Socin. *an conſil.* 221. *lib.* 2. de quo lege præter alia infinita, Simon de Prætis *lib.* 6. *de interpretand. defunct. voluntate, in* 3. *part. interpretat.* 3. *dubit.* 4 *ſolut.* 3. *& vltim. num.* 3. *fol.* 336. vbi latiſſimè tractat materiam, quinam in dubio vocati videantur ad fideicommiſſum.

Secundò, quia probatum fuit quod teſtator odio habebat ſuos proprios conſanguineos ex aliquibus cauſis, & impenſius diligebat illum cui bona reliquit; & quia in teſtamento nullam conſanguineorum fecit mentionem, ſed omne ferè patrimonium dedit illi grauato: ex quibus coniecturis apparebat, teſtatorem clarè ſenſiſſe de conſanguineis grauati, & non grauantis.

Tertio, per text. *in d. l. cum pater,* §. *à te peto. ff. de legat.* 2. cuius verba ſunt: *A te peto marite, ſi quos liberos habueris, illis prædia relinquas, vel ſi non habueris, tuis, vel meis propinquis, aut etiam noſtris libertis: non eſſe datam electionem, ſed ordinem ſcripturæ factum ſubſtituturi reſpondi*, per quem textum dicunt *ibi* Gloſſa, Bart. & alij, quod licet regulariter diſiunctiua poſita inter perſonas, reſoluatur in coniunctam, id non procedit quando eſt apposita inter perſonas, inter quas cadit affectio: quia tunc attenditur ordo affectionis,
335 † nec reſoluitur alternatiua in coniunctam, imo ſtat in propria natura, & virtute; notat Ioan. Faber. *in* §. *generaliter, numero* 8. *Inſtitut. de legat.* Decius *in conſilio* 95. *numero* 2. *& 3.* melius Bartholom. Socin. *in conſilio* 52. *numero* 6. *lib.* 1. Franciſc. Mantic. *lib.* 4. *de interpretand. defunct. voluntat. titul.* 7. *numero* 18. *pagina* 120. Iaſo *in l. cum quidam, numero* 2. *fol.* 16. *C. de verborum ſignificatione*, vbi refert notabilem Gloſſ. *in l. Gallus,* §. 1. *in verb. exprimat, ff. de liber. & poſthum.* quæ dicit, quòd licet copula regulariter diuidat id non procedit ſtante charitate vel neceſſitudine, quia affectio in primis, & ante omnia eſt attendenda, notat Iaſ. & alij *in d.* §. 1. vbi Iaſo communem dicit, de quo etiam per eundem Iaſo *in l. 1. num.* 24. *ff. ſolut. matrimon.* & *in l.* 2. *num.* 224. *C. de iure emphyteut.* Ioan. Garc. *in regul.* 32. *numero* 1. ad idem eſt textus ſingul. *in l. hæredes mei,* §. *peto à teſſ.*
336 *ad Trebellian.* & † diſiuncta, ponitur pro coniuncta, ex præſumpta mente diſponentis: *l.* 1. *C. de inſtitution. & ſubſtitution.* Bart. *in l. qui ducenta,* §. *viram ff. de rebus dubiis,* & *in d. l. Gallus,* §. *etiamſi à parente*, cum *concordan.* vt per Alexand. *in conſilio* 98. *lib.* 5. Et notat eleganter idem Alexand. *in conſilio* 93. *Alias conſultus, numero* 7. *cum aliis, libro* 7. Decius *conſilio* 318. *numero* 6. Bartholom. Socin. *in d. l. ſi is qui ducenta,* §. *item ſi pater, n.* 6. *& 8.*

337 Confirmatur, quia ordo charitatis † demonſtrat copulæ ſignificationem, vt ſi inſtituat quis filium, & ſuos liberos, primo venit eius filius, & poſt mortem eius, liberi; *l. Gallus,* §. *quidam rectè, ff. de liber. & poſthum.* notant Alexand. *conſilio* 22. *libro* 3. Bartholomæus Socinus, *conſilio* 49. *libro* 1. & alij, vt per Rebuff. *in l. coniunctionem* 29. *pagina* 236. *verſic. tertio cognoſcitur, ff. de verborum ſignificatione*: vnde etiam in alternatiuam
338 reſoluitur coniuncta, † quando voluntas teſtatoris non poteſt verificari in qualibet parte, vt per *dictum* §. *virum in l. is qui ducenta ff. de rebus dubiis*, tradit Bartholom. Socin. *in d. conſilio* 52. *numero* 1. *lib.* 1. & confirmat Franciſc. Mantic. *in tractatu de coniectur. mente defunct. lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 5. *pag.* 70. & quod hic ego tracto, & refert Falcon. *in d. regul.* 22. *num.* 8. Et ad iſtud propoſitum ego alia tracto 1. *part. quæſt.* 1. Et ſubſtitutio facta in vno caſu † non extenditur ad alium, quan- 339
do per talem extenſionem reſultaret inconueniens, quod minus dilectus præferretur magis dilecto, Gloſſa ibi; Bart. & Imol. Paul. & alij, *in l. mater, ff. de vulga. & pupil.* & eſt communiter approbata, ſecundum Bartho. Socin. *in conſ.* 259. *num.* 6. *lib.* 2. & *in conſ.* 5. *num.* 4. *lib.* 3. Socin. Iun. *in conſ.* 167. *num.* 17. *lib.* 2. De qua etiam per Carol. Ruin. *conſ.* 67. *num.* 8. *lib.* 3. & propter præſumptam teſtantis affectionem † licet arguere contra pro- 340
prium verbi ſignificatum, ſecundum Bartholom. Socin. *in conſ.* 26. *num.* 4. *lib* 4. per *d. l. ſi ſeruus plurium. ff. de legat.* 1. & alia quæ refert Carol. Ruin. *conſ.* 43. *num.* 74. *lib.* 5. Socin. *in l. cum Senatus, num.* 8. *ff. de rebus dubiis*; Franciſc. Mantic. *de coniectur. mente defunct. lib.* 6. *tenut.* 11. *num.* 12. *pag.* 237. qui alia ad propoſitum tradit & in dubio interpretatio eſt † facienda in fauorem magis di- 341
lecti, ſecundum Bart. *in l. Gallus,* §. *etiamſi à parente, num.* 5. *ff. de liber. & poſthum.* notat Alex. *in conſ.* 56. *lib.* 5. vbi Gloſ. Pariſ. Aymon. *in conſ.* 62. *num* 8. Bartholom. Socin. *in d. conſ.* 26. & eſt abſurdum quod magis dilectus ſit deterioris conditionis, vt reſoluit Socin. Iun. *in conſilio* 106. *num.* 35. *lib.* 1. Alexand. *in conſ.* 1. *num.* 9. *lib.* 1. & dicta Gloſ. *in d. l. mater ff. de vulg.* quæ tenenda eſt memoria ad lites maioratus:

Quartò, quia in generali diſpoſitione non cenſentur 342
vocati, † nec comprehenduntur indigni, aut odioſi teſtatori, & qui illum offenderunt; *l. cum pater,* §. *rogo; ff. de legat.* 2. *l. Lucius Titius,* §. *Titius Damam, eodem tit.* Gloſ. & Doctores *in* §. *rem. Inſtit. de legat. l. iniuriarum,* §. 1. *ff. de iniuriis: l. ſeruus ff. de teſtament. milit.* facit *l. in ipſius, in fin. ff. ſamil. erciſc. l.* 3. *in fine ff. de adim. legat.* notat Alex. *in conſ.* 99. *n.* 2. *lib.* 6. & *in conſ.* 213. *n.* 4. *eod. lib.* vbi ex hoc dicit, quòd ſi teſtator diſponat, quòd ſi reperiretur aliquis pauper nobilis, qui eſſet *de la Torre*, & ita ſe vellet nominare & deferre inſignia, dentur ei certa bona; quod ad tale legatum non admittitur qui teſtatori erat odioſus, & inimicus: notat etiam in bono caſu Barthol. Socin. *in conſ.* 37. *n.* 6. *lib.* 3. & faciunt plura quæ ſcribo *p.* 1. *q.* 48. *à n.* 104. *cum ſeqq.* & infra *q.* 4. *in princip.*

Et quòd † in obſcuro ſit ex affectione cuiuſque capit 343
interpretationem: *l. capienda occaſio,* §. *quod factum, ff. de regul. iur.* ad quod etiam facit bonus textus, qui multum affectioni fauet, *in l. Aurelius,* §. *teſtam. ff. de liber. lega.* ibi: *Præſumptio enim propter naturalem affectum facit omnia patri videri conceſſa*: vnde præſumptio 344
† quæ fundatur in ratione naturali, fortior eſt ea, quæ fundatur in ratione ciuili, vt probat Barth. Socin. *in l. ſi mulier, nota.* 3. *ff. de reb. dub.* Menoch. *in tract. præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.* 29. *num.* 15. notat in bono caſu Decius, *in conſ.* 229. *Non eſt parui, num.* 2. *in verſ.* 8. *coadiuuatur*, vnde fit, quod licet per tacitam pupillarem † mater 345
non excludatur à ſubſtituto, *l. precibus, C. de impub. cap. ſi pater, de teſtam. in* 6. cum *concord.* tamen ſi filius teſtatoris frater pupilli inſtituti eſt ſubſtitutus vulgariter, poſt quam expirauit vulgaris per additionem, vt *l. poſt aditam, C. de impub. & aliis*, & ſic remanet tacita pupillaris comprehenſa in vulgari, licet iſta tacita pupillaris regulariter non excludat matrem: tamen † ratione qua- 346
litatis perſonæ coniunctæ ipſi teſtatori, ex præſumpta mente ipſius teſtatoris excluditur ipſa mater; quia veriſimile eſt, quòd teſtator voluit filium ſuum præferri vxori, ſecundum Bart. *in l. matoribus. quæſt.* 4. *numer.* 36. *ff. de vulg.* per *l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ.* & ſentit Gloſ. *in d. l. precibus, in fine, C. de impub.* Azo. *in ſumma eodem titul.* & confirmat ex aliquibus Bartholom. Socin. *in conſilio* 23. *num.* 9. *cum aliis, lib.* 1. vbi *numero* 21. dicit vnum notabiliſſimum, quòd quotieſcunque

agimus,

agimus de coniecturanda, aut interpretanda, ſeu præſumenda teſtatoris voluntate, quando aliquid ineſt dubium, † ſemper coniectura ſumitur ex affectione, & 347
præponderat non ſolum aliis coniecturis, ſed etiam verbis, dummodo verba poſſint habere aliquam dubitationem, per *dict. l. cum acutiſſimi*, & *dict. l. cum auus, ff. de conditionibus & demonſtrationibus*, & *l. ſi ſeruus plurium, §. ultimo, ff. de legat. 1.* & alios concordantes, de quo plura refert Peralta, *in l. ſi quis in principio teſtamenti, n. 162. pagina 465. ff. de legatis 3.* Et de iſta noſtra quæſtione legenda etiam ſunt quæ ſcribo *infra hac parte, quæſtione 8.*

Et quod coniectura deducta ex affectione ſit aliis potentior, tradit doctus Mantica *libro de coniecturata mente defuncti, lib. 7. titulo 10. num. 13. pag. 235.* vbi *num. 12.* ex Socino *in l. cum Senatus, ff. de rebus dubiis, num. 8.* vbi ſcribit quod ex affectione perſonarum capi- 348
tur præſumptio, † vt magis valeat quàm pereat diſpoſitio, licèt ſecundùm propriam verborum ſignificationem ſalvari non poſſit: & quod præualeat coniectura neceſſitudini & charitati, quæ ex opibus teſtatoris deſcendit, voluit Alciatus *in l. 1 nu. 21. ff. de legatis 2.* quem citat Ioſeph. Maſcardus *in tractatu de probationibus, lib. 3. concluſione 1251. nu. 59. fol. 194.* & plura quæ ope- 349
ratur † affectio & amor conſanguinitatis, tradit notanter Zanchus *in dicta l. hæredes mei, §. cum ita, part. 1. nu. 114. cum ſequentibus, pagina 19. ff. ad Trebellianum*, ad quos iungo quæ de priuilegiis amicitiæ ſcribit Rebuffus *in tract. de priuileg. ſcholaſtic. priuileg. 104. & in l. lata culpa 23. §. amicos, pag. 986. ff. de verborum ſignific.* Hæc omnia non ſine fructu ſunt ad lites maioratus, quæ ex maiori parte pendent à coniecturandis defunctorum voluntatibus.

350 Decimò principaliter colligitur mens † teſtatoris ex eo quod homines qui adhuc viuunt, faciunt, vel facere deſiderant: *l. quoniam deſideria, C. de naturalib. liber.* ibi: *Quoniam deſideria morien. ium, ex arbitrio viuentium, non ſine iuſta ratione colligimus: l. cum ſeruus, verſicul. nam etſi vivus, ff. de conditionibus & demonſtrationibus*, ibi, *Quod ipſe vivus facturus ſit ab hæredibus ſuis fieri iuſſiſſe intelligitur: l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebellianum*, notant in bono caſu Decius *in conſil. 376. nu. 2.* & in alio egregie Calcan. in quadam ſubſtitutione *in conſ. 48. nu. 14. & conſilio 106. nu. 3.* Roland. *in conſil. 85. nu. 36. lib. 1.* facit *d. l. vt vim, ff. de iuſtitia & iure*, ibi, *Nam cùm inter nos cognationem quandam natura conſtituerit*: & tradit Franciſcus Mantica *de coniecturata ment. defunct. libro 3. titul. 2. nu. 19. pag. 62.* quæ (videri meo) eſt importantiſſima, & principalis coniectura, ad inueſtigandas defunctorum voluntates, in fundatione maioratuum, & præ manibus Iudices, & Aduocati ea ſemper habere debent: Et vt recto tramite
351 iſta coniectura percipiatur, eſt inſpicienda † qualitas teſtatoris, nam ſi Nobilis eſt, veriſimile erit, quod vult id quod appetunt Nobiles illius conditionis; ſi Illuſtris, quod Illuſtres; ſi plebeius, quod plebeij; ſi ex genere infimo, quod deſiderant illius conditionis homines: ſi Clericus, quod Clerici; ſi mulier, quod mulieres; ex conditione & qualitate teſtantis, & ſic de ſingulis: ex quo oritur etiam coniectura: ad quod facit text. *in d. l. quòd ſi nolit, §. qui mancipia, ibi*, Natione ſunt non infamata: *ff. de adilit. edict.* & ad hoc plura ſcribo *in 1. part. huius operis, quæſt. 51. à num. 44. cum aliis*, vbi lector legat. Eſt igitur veriſimile fundatorem maioratus eius opinionis eſſe, cuius conditionis fuit: ob quam rationem non ſolum ſecundùm hoc voluntatem illius debemus interpretari, ſed etiam habere debemus pro expreſſo, id quod veriſimiliter expreſſiſſet, ſi de eo cogitaſſet; ſecundùm Alexan. *in conſ. 46. col. 1. lib. 2.* quod repetitur *conſ. 29. lib. 6.* motus per regulam text. *in d. l. Titius, §. Lucius, ff. de liberis & poſthumis*, & alia plura citata *in 1. coniectura. num. 98.*

352 Vndecimò ex qualitate † teſtatoris, *cap. ſolita, de maioritate & obedientia*: notat Abb. *in conſ. 278. lib. 2.* latiùs Franciſcus Niconitius *in rubrica, ff. de nou. oper. nunciatione, nu. 196.* Epiſcop. Couarru. *in epi. om. de ſponſal. part. 2. cap. 4. §. 1. nu. 2. fol. 52.* quod eſt exemplificandum iuxta ea quæ próximè dicta ſunt *in 10. coniectura*: ad quod ſunt videnda quæ ſcribo *in 1. p. q. 51. n. 97. cum pluribus ſeqq.*

Duodecimò per verba teſtatoris † prolata prius inter viuos, declarantur verba poſita in teſtamento, text. 353
& Gloſ. *in l. uxori, §. ultimo, ff. de legat. 3.* & vna ſcriptura declaratur per aliam: *l. ſi quis ex argentariis, §. ſi initium, ff. de edendo.* Et licèt capere coniecturam ex his quæ teſtator geſſit extra diſpoſitionem, de qua agitur; *l. hæredes palam, §. ſed ſi notant, ff. de teſtament. l. 2.* cum Gloſ. *C. de bonorum poſſeſſ. ſecundum tabul.* notat Oldrad. *in conſil. 297.* & alij, vt per Pariſium *conſ. 79. col. 2. lib. 2.* facit *l. ſi quis in principio teſtamenti, ff. de legat. 3.* tradit Bart. *in l. 2.* vbi Ripa *num. 52. fol. 70. ff. de vulgar.* notat Molina *lib. 1. de primogenitur. cap. 5. nu 40. folio 37.* ✠ Et non tantum voluntas teſtatoris tacita, vel coniecturata reſultans ex verbis teſtamenti, vel alterius cuiuſlibet diſpoſitionis, eſt ſufficiens ad legatum inducendum, vt *l. 3. ad finem, ff. de adimend. legat. l. etiam, §. hoc modo, ff. de legat. 1.* Sed etiam ea voluntas quæ colligitur, vel poteſt colligi ex actu † inter viuos per teſtatorem ante mortem geſto; vt 354
tenet *Peralta per illum textum in l. cum fundus, nu. 4. pagina 38. ff. de legat. 2.* tradit Carolus Ruinus *conſ. 73. col. penultim. lib. 2.* poſt Bart. *in l. 2. in principio, ff. de vulga.* Burgos de Paz *in l. 3. Taur. part. 1. n. 927. fol 293.* & maioratum quis inſtituiſſe videtur, † vbi ante teſta- 355
mentum confectum profeſſus fuit maioratum velle inſtituere, vt notat Molina *lib. 1. de primogen. cap. 3. n. 40. folio 37.*

Decimotertiò colligitur † ex priori nominatione, 356
quia prius nominatus præſumitur magis dilectus *§ d. l. cum ita, §. in fideicommiſſo, d. l. cum pater, §. à te peto, ff. de legat. 2.* Gloſ. *in l. ultima, in verb. ſpecialis, C. de verborum ſignification. dict. l. quoties, ff. de uſufruct.* notat Alexand. *in conſ. 36. num. 12. lib. 3.* & *in l. Caius, num. 6. fol. 61. ff. ſoluto matrimonio*, Iaſ. *in l. qui duos, ff. de legat. 1.* Aymon. Crauetа *conſ. 147. colum. 1.* & in quodam maioratu Hiſpaniæ hoc tradit Paulus de Caſtro *in famoſo conſilio 164 n. 6. verſic. item non obſtat, lib. 2.* Menochius *conſ. 1. num. 188. libro 1.* Aluarus Valaſcus *conſultat. 121.* Azeuedo *in pract. Piſana, libro 2. cap. 2. nu. 14. fol. 34.* Ex quo venit quod is qui ex duobus legatariis nominatus † eſt, is prior eliget: *l. ſi ita* 357
legatum, in principio, ibi, Poſt eos quos Titius elegerit: *ff. de legat. 1.* notatur per Felinum *in rubrica de maioritia, & obedien. & in cap. cum dilecta, de reſcript.* Ripa *reſponſ. 22. nu. 14.* Gloſ. Pariſienſ. *1. part. conſuetudin. Pariſien. §. 45 nu. 5. fol. 206.* Tiraquellus *in tractatu de primogen. quæſt. 19. nu. 2. pagina 201.* Simon de Prætis *lib. 1. de interpretand. defunct. voluntat. interpret. 2. dubitat. 2. ſolut. 5. nu. 18. fol. 63.* & eleganter Ripa *in l. hæredes mei, §. peto à te, nu. 7. ff. ad Trebellianum, fol. 185.* & nominati ſub nomine † proprio, cæteris anteferun- 358
tur; vt probant Carolus Ruinus *in conſ 115. nu. 19. lib. 3. Pariſ. in conſ. 39. nu. 8. & nu. 16. lib. 2.* Curtius Iun. *conſ. 57. nu. 4.* Socinus Iun. *conſ. 20. nu. 8. lib. 3.* & trado ſupra, *num. 240.*

Vnde ſi teſtator faciat maioratum, & in illo vocet 359
primogenitum, † & deinde ſecundogenitum, poſtea tertiogenitum, & poſtea in defectum maſculorum vocet filias, & poſt mortem earum filios primogenitos ante mortem filiarum, tales filij filiarum admitti non debent: ad quod etiam facit notabile *conſilium* Decij 480. *In caſu qui contigit, nu. 11.* & quod notat idem Decius *in conſil. 513. nu. 14.* & affectio maior habetur ad nominatos in ſpecie, † quàm ad nominatos in ge- 360
nere, ſecundùm Alexand. *conſ. 123. lib. 1.* Simon de Prætis *dict. ſolut. 5. num. 19.* Curtius Iunior *in conſil. 58. colum. ultim. num. 3.* & in aliis conſiliis, vt per Aymon. Crauetam *conſilio 77. num. 12.* quod tradit latiſſimè Menoch.

Menoch. *conſ. 200. num. 3. cum aliis, lib. 2.* ex quo ſingu-
361 lariter fit, quòd quando teſtator † ad fideicommiſſum vocat filios, & eorum liberos, prius debent admitti filij, quàm nepotes ex fratre præmortuo, ſecundum Alexand. *in conſil. 123. num. 1. lib. 1.* Curt. Iun. *d. conſ. 58. num. 3.* quod refert ſcire ad materiam repræſentationis: & in materia non eſt omittendum egregium dictum Grati *conſil. 97. num. 20. lib. 2.* vbi tradit, quòd poſt primò vo-
362 catos † non admittuntur illi qui veniunt ordine ſucceſſiuo ex vi verborum, ſecundum ordinem ſucceſſionis ab inteſtato, ſed ita demum, ſi omnes primo vocati, ſecundum ordinem ſcripturæ fuerint mortui, vt taliter defecerint: quod confirmo ex notabili *conſilio* Oldradi *231. num. 3.* vbi reſoluit quod in ſucceſſione Regni, & in alia ſucceſſione individua pluralitas non reſoluitur in ſingularitates: & ad hoc quod Iacobus poſſit ſuccedere Petro in Regno Maioricarum, requiritur quod ambo filij Iacobi decedant ſine filiis: de quo conſilio *Oldradi* meminerunt Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellianum, part. 8. num. 187.* Menochius *in conſil. 322. num. 65. lib. 4.* vbi materiam latè tractat, diſtinguendo inter nominationem generalem, ſpecia-
363 lem, & indiuiduam, ad hoc legendus: & dilecti † in inſtitutione, cenſentur dilecti in ſubſtitutione: *l. Publius Mœuius, §. 1. ff. de conditionib. & demonſtrationib.* notatur per Bartholom. Socin. *in l. verum, §. quæſitum, num. 4. fol. 108. ff. de rebus dubiis*, & dicam latius *in 6. quæſtione, infra, in hac parte, in verſicul. tandem pro intellectu iſtius materiæ*: & non alibi nde magis colligitur vo-
364 luntas teſtatoris, quàm ex ordine, † quando agitur de præſumpta mente defuncti, *dict. l. cum pater, §. a te peto, ff. de leg. 2.* & voluerunt Bart. *in l. 2. §. prius, in fine, ff. de vulgari*: notat Ripa in *dict. l. hæredes mei, §. vltimo, num. 7. ff. ad Trebellian. fol. 185.* Ioann. Gutierrez *conſ. 26. num. 10.*

365 In coniunctis autem † non attenditur ordo ſcripturæ, ſiue prioritas aut poſterioritas; *l. quidam, ff. de pecul. lega. l. 2. §. prius, in verbo, ſed ſi quæſita: ff. de vulga.* vbi Doctores tradit Socin. Iun. *in l. Gallus, §. quid. m rectè, num. 22. ff. de liber. & poſthum.* Et ne quis parui pendat hanc coniecturam, quæ (ſi rectè conſideretur) eſt validiſſimum argumentum pro deciſione litium maioratuum, maximè quia (vt ſupra dictum eſt) ſicut
366 teſtator præſumitur † diligere nominatum, ita ex illo deſcendentes, iuxta *dict. l. cum acutiſſimi*: vnde iſta coniectura eſt conſideratione digniſſima: Et quando ordo literæ ſcripturæ attendi debeat, tradit idem Ripa *in dicta l. hæredes mei, num. 17. fol. 57 ff. de vulga.* Socin. Iuni. *in l. Gallus, §. quidam rectè, num. 21. cum aliis, ff. de liber. & poſthum. fol. 46.* in qua materia magni facit textum notabilem *in l. Cornelius, ff. de hæred. inſtituen.* ibi, *Non ſolum figuram, ſed vim conditionis quoque continere.* Et addo etiam Bald. *in l. veluti. num. ff. de iuſt. & iur.* dicentem, quod ordo ſcripturæ eſt attendendus,
367 † dum eſt conformis rationi, non alias; notat Menoch. *conſ. 86. num. 23. & 73. lib. 1.* & tradit notanter Robert. Marant. *in ſpeculo aureo, p. 3. num. 108. fol. 31. & num. 114.* & *num. 115. fol. 32.* Burg. de Paz *conſil. 32. num. 13.*
368 & ordo ſcripturæ non attenditur † ad corrigendum ius, ſecundum Gloſ. *in c. 1. in verbo, non exiſtat*: vbi notat Francus *num. 4. de iuramen. calumniæ, lib. 6. & in cap. mandato, limitat. 7. de præbend.* nec attenditur quando
369 actus ex ea redderetur † nullus, ſecundum Bald. *in l. cum in teſtamento, §. hæc verba, ff. de hæred. inſtituend.* Decius *in l. in contrahenda, num. 8. ff. de regul. iur.* Quintilian. Mandoſ. *in regul. Cancellar. 16. q. 48. num. 4. & 5. fol. 104.*

370 Ex prædictis etiam venit, quòd † ex priori vocatione maſculorum, teſtator cenſetur diligere plus maſculos quàm fœminas; vt probant Barthol. Socin. *in conſ. 49. num. 7. lib. 1.* Aymo. *in conſil. 62. num. 7. & in conſil. 297. num. 2.* Socin. Iun. *in conſ. 71. num. 19. lib. 1.* Tiraq. *in tract. de primog. q. 19. num. 3 & 4.* Menoch. *in conſ. 125. num. 177. lib. 3.* & de ordine ſcripturæ, quod maximè ſit attendendus, & quod prior nominatus † præfer- 371
tur, plura ſcribunt Simon de Pretis *lib. 2. de interpretand. defunct. voluntat. interpret. 2. ſolut. 3. n. 2. cum ſeqq. fol. 145.* & Franciſc. Mantic. *lib. 6. de coniectu. men. defunct. tit. 13. num. 11. pag. 244.* Aymon *conſil. 165. num. 5.*

Ex quibus & aliis quæ ſcribo ſupra, infero veram eſſe ſententiam Epiſcopi Sarmienti *lib. 7. ſelectarum, cap. 5. num. 1. fol. 47.* vbi concludit, quod creditores † 372
habentes hypothecam in bonis maioratus ex facultate Regia pro dote, vel alio ſimili debito, quæ hypotheca ſit ſpecialis, & habentes generalem, aut ſpecialem hypothecam in bonis liberis, debent prius agere ad bona libera, non obſtante *l. 2. C. de pignorib.* quam quæſtionem diſputat, & tandem de ea dubitat Molina *lib. 4. de primogen. cap 7. num. 27. cum ſequentibus, fol. 174.* nam ſi ordo eſt ſequendus, & ad vnguem, † & pro forma 373
ſeruandus iuxta ſuperiora, & *cap. cum dilecto, de reſcriptis: l. cum his, §. ſi prætor, ff. de tranſaction.* cum *concordantib.* cum facultates Regiæ, quæ ad prædictas hypothecas conceduntur, ordinem præcribant præcitum, quod non aliter valeant prædictæ hypothecæ ad obligandum bona maioratus, † niſi deficientibus bonis li- 374
beris, non percipio quomodo creditores poſſint agere ad bona maioratus, qui ſolùm in ſubſidium veniunt, niſi priùs excuſſis bonis liberis: & pro iſta ſententia faciunt quæ ſcribit Gloſſ. Pariſien. *in conſuetudinib. Pariſien. part. 1. §. 11. num. 12. & 13. fol. 129.* & *l. ordo rei geſtæ, C. de execution. rei iudic.* ad quæ addo Greg. Lop. *in l. 7. o. tit. 18. part. 3.* Decii. *Pedemontan. 159.* Roland. *in conſ. 56. lib. 4.* citantes Couarr. & alios, Fanum, *in tract. de pignorib. p. 8. membro 1. num. 20. fol. 163.* & pro iſta ſententia eſt etiam tex. notabil. *in l. pater filium, in princip.* & melius *in §. idem quæſit*: vbi Bar. *ff. de leg. 3.* de quibus iuribus agunt Iaſ. *in l. filiusfamilias, §. diui ff. de leg. 1. lectura 2. num. 21.* & ibi Socin. Iun. *num. 32. fol.*
182. Et quod dictio (*vel*) denotet † ordinem, vt ſi 375
quis dicat, quod ſi vocatus non relinquit maſculum, veniat Caſtrum ad aliquem; vel illius deſcendentes; quodille dicatur priùs vocatus, & poſt eius mortem illius deſcendentes, tradit in cauſa Hiſpaniæ in maioratu Marchionis de Tarifa, Carol. Ruin. *conſ. 27. nu. 6. & 7. lib. 1.* per regulam *d. l. cum pater, & penult. ff. de legat. 2.* & *l. hæredes mei, §. fin. ff. ad Trebellian.*

SVMMARIVM.

376 *Colligitur etiam voluntas teſtatoris ex præcedentibus & ſequentibus. Et ex eo quod prædeceſſores colere, & amare ſolebant*, nu. 380.

377 *Sequentia declarant præcedentia. Et ex proœmio*, num. 385. & 390. *Et ex naturali æquitate*, num. 394. *Et ex geminata prædilectione*, num. 395. *Et ex argumento à communiter accidentibus*, num. 396.

378 *Prima & vltima ſubſtitutio ſi eſt fideicommiſſaria, media debet eſſe eiuſdem qualitatis.*

379 *Subſtitutio pupillaris tacita, dubia, & obſcura, declaratur ex verbis antea prolatis.*

381 *Conſuetudo quæ eſt in aliqua familia, quòd agnati excludant fœminas, an debeat ſeruari.*

382 *Filius præſumitur eiuſdem voluntatis & affectionis cum patre.*

383 *Pro intellectu verborum teſtatoris conſuetudo regionis, vnde ipſe fuit, debet inſpici.*

384 *Et patria, ex qua quis eſt ortus.*

386 *Verba fideicommiſſi debent intelligi ſecundùm eius principium.*

387 *Diſpoſitio ab ipſa ratione proœmij regulatur.*

388 *A primordio tituli poſterior iudicatur euentus.*

389 *Talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant.*

391 *Verba*, Deſiderando memoriam meam perpetuare, & conſeruare, *& ſimilia, maximè conducunt ad ſciendum, an teſtator fœminas voluerit excludere.*

392 *Expressum dicitur, quod ex præfatione colligitur.*
393 *Testatoris dispositio in dubio interpretari debet, vt trahatur ad casum magis necessarium.*
397 *Non potest dari melior glossa, seu interpretatio, quàm ea, quam testator dat.*
398 *Colligitur etiam voluntas testatoris ex coniunctione totius testamenti, & ex omnibus clausulis simul iunctis.*
399 *Et intelligitur secundum naturam rei. Et ex actu præparatorio.* num.401. *Et ex ratione adiecta per testatorem in dispositione*, num. 403. *Et per ipsius declarationem tam tempore testamenti, quàm post, per iuris interpretationem & vrgentem dispositionem*, num.405. *Nec alteratur ex necessaria verborum multiplicatione.*nu.409.
400 *Quæ magis attenditur, natura rei, aut mens disponentis.*
402 *Iudices debent arbitrari secundum negotiorum contingentiam.*
404 *Remissiuè traduntur aliæ coniecturæ ad testatoris voluntatem eliciendam.*
406 *Præsumptio & coniectura, quæ sumitur à facto. firmior & potentior est ea, quæ sumitur a non facto.*
407 *Ratificatio non inducitur ex non facto.*
408 *Nec aliqua præsumptio.*
410 *In legatis expressio speciorum, quæ sub genere comprehenduntur, aliquando nihil operatur.*
411 *Legato generali an derogetur per species postea numeratas? remissiuè.*
412 *Non dicitur superfluum, cùm ponitur magis distinctè quod prius dispositum fuit.*
413 *Testator superuenientes & superstites vocans, eos tantum voluisse substituere intelligitur.*
414 *Nouum remedium non dicitur superfluum, quando aliquam adfert vtilitatem.*
415 *Aliquibus enumeratis, solet apponi clausula, quæ omnia comprehendat.*
416 *In legatis & fideicommissis si de voluntate constet, nil interest quis talem voluntatem verborum casus exceperit.*
417 *Verbum in clausulis maioratus quoties duobus modis potest accipi, eo modo accipi debet, quæ rei gerendæ aptior sit.*
418 *Verba testatoris cum plures significationes habere possunt, quomodo valeat dispositio? sub distinctione traditur.*
419 *Omnis præsumptio mentis testatoris probationem in contrarium recipit*, & nu.424.
420 *Per confessionem an probetur quod non fuit dictum.*
421 *Probatio admittitur, quòd testator sub masculino fœminum comprehendere noluit.*
422 *In vocatis termino collectiuo, prioritas consanguinitatis, charitatis, & affectionis attenditur.*
423 *In substitutionibus & fideicommissis, alternatiua*, vel, *an copulet.*
425 *Voluntas testatoris an sit manifestè probanda, & an dicatur manifestè probata per coniecturas. Declaratur à consultoribus testamenti*, nu.428.
426 *Legatum conditionale, vt ad hæredes transmittatur, an debeant coniectura per testamentum ipsum probari.*
427 *Ad hæredem quandoque spectat mentem defuncti declarare.*
429 *Quamvis non sit in potestate hæredis fideicommissum inducere, tamen quando testamenti verba dubia sunt, statur declarationi hæredis contra se ipsum.*
430 *Et an tali declarationi teneantur stare successores.*
431 *Præcipuè quando hæres est coniunctus & consanguineus testatoris.*
432 *Idem est probare voluntatem testatoris per confessionem hæredis, ac per testes.*
433 *Et quid in successione bonorum maioratus.*
435 *Propter æquitatem receditur a verbis testatoris.*
436 *Duplex interpretatio reperitur; vna per punctum rationis, altera probabilis per viam æquitatis.*
437 *Ad cognoscendam defuncti voluntatem optima coniectura est bona mens Iudicum & Aduocatorum probata conscientia.*
438 *Voluntas testatoris generaliter prolata reducitur ad terminos & limites rationis. Non solum scriptura, sed etiam testibus verificatur*, num.441. *An sufficiant testes singulares? sententia affirmans*, num. 443. *Negans tamen*, num. 444. & 451. *Duobus testibus probatur*, numero 445. & 454. *An testibus qui interfuerunt testamento quoad consilium*, num.449. *Per mulieres an probetur*, num.452.
439 *An vincat præceptum testatoris, vel præceptum legis.*
440 *In vocationibus maioratuum magis attenditur id quod fit, vel dicitur specialiter, quàm id quod generaliter.*
442 *Probatio contra præsumptionem inducitur.*
446 *Substitutio omissa qualiter probetur*, & nu.448.
447 *Quid obscurum si in testamento apponatur per testatorem coram duobus testibus, potest seorsum declarari.*
450 *Casus omissus habetur pro expresso, si per testes sufficienter probetur.*
453 *Reuocatio & ademptio fideicommissi difficiliter probatur, quia odiosa.*
455 *Dicta per testatorem, & omissa per notarium, an possint per testes probari.*
456 *Princeps defuncti voluntatem potest interpretari.*
457 *Testator an censeatur considerare futuros euentus.*
458 *Causa finalis dispositionis quando mutatur, præsumitur voluntas mutata.*
459 *Leges magni faciunt testatorum vltimas voluntates.*

Post num.459. inuenies alia summaria.

DEcimoquartò non minima est † coniectura ad testatoris voluntatem cognoscendam, ex præcedentibus circa sequentia: *d. l. seruus plurium, ibi*: Et quæ præcedunt, *ff. de leg. 1. l. qui filiabus, in princ. ff. de legat. 1.* & sequentia etiam declarant † præcedentia, *d. l. si seruus plurium*, Elegans *l. quædam, ff. de reb. dub.* latè Tiraquel. *in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 257. pag. 271. C. de reuocan. donat.* Hinc est, quòd si prima & vltima substitutio † est fideicommissaria, media debet esse eiusdem qualitatis, secundùm Menoch. *in tract. præsumpt. lib. 4. præsumpt. 71. num. 21. fol. 107.* & substitutio pupillaris tacita, dubia & obscura, † declaratur ex verbis anteà prolatis, *l. quoties*, §. 1. *ff. de hæred. instituen.* cum *concordan.* vt per Menoch. *d. lib. 4. præsumpt. 39. num. 42. fol. 54.* facit *l. Mœnia, ff. de manum. testam.* quam egregiam appellat Ias. *in l. si quis stipulatus sit Stichum, not. 3. ff. de verbor. obligationib.* notat Simon de Pretis *libro 2. de interpretand. defunct. volunt. interpretat. 3. dubitat. 1. solut. 3. numero 33. folio 146.* 377 378 379

Decimoquinto colligitur testatoris voluntas † ex eo, quod prædecessores sui colere & amare volebant; vnde inquit eleganter Soci. Iun. *in cons. 168. num. 40. lib. 2.* quod testator videtur habuisse animum & considerationem ad consuetudinem antiquorum suorum, qui semper curauerunt, quod bona in agnatione permanerent, ad hoc, vt etiam ipse testator videatur fœminas excluisse: ad quod refert Angel. & Imol. *in l. 3. ff. de testamen.* dicentes, quod consuetudo, quæ est in aliqua familia, quòd agnati excludant fœminas, † est seruanda; Barthol. Socin. *in cons. 61. lib. 3.* & alia consimilia, pro qua doctrina induco meliorè legè de iure, *in d. l. quod si nolit*, 380 381

nolit, §. *qui mancipia*; *vers. præsumptum enim*, ibi: *Quia natione sunt non infamata, ff. de edilit. edict.* ad quod etiam refert *l. quisquis, C. ad leg. Iuli. maiestat. l. humanitas, C. de excusat. tutor.* quam legem ornat Menoch. *in tract. de præsumption. lib. 1. q. 15. num. 9. pag. 18.*
382 quam legem allego *p. 1. q. 51. num. 14* & filius † præsumitur esse eiusdem voluntatis, & affectionis cum patre, secundùm Bald. *in l. liberti, C. de oper. liberto.* probatur *in l. si operarum iudicio, ff. eodem tit.* & tradit Chassan. *in Catalo. gloriæ mundi, part. 11. considera. 25. fol. 11. col. 4.* & scripsi *supra, in 1. p. q. 51.* & eiusdem voluntatis præsumitur filius, sicut pater secundùm Bal: *in l. liberti, C. de oper. liberto.* & confirmat Roland. *in notabili casu, in cons. 1. num. 42. lib. 3.* Menoch. *d. quæst. 15. num. 23.* Et circa hoc est animadvertendum ad doctrinam Bart. *in l. nummis, ff. de leg. 3.* vbi inquit, quod
383 pro intellectu † verborum testatoris, est inspicienda consuetudo regionis, vnde ipse fuit: quod est notandum ad testamenta facta per Genuenses, & alios extraneos huius Regni, in isto Regno: ex qua doctrina fit, quod non solum debet inspici consuetudo Maiorum;
384 sed † & patriæ, ex qua quis ortus fuit: pro qua resolutione faciunt quæ scribo *supra, in 1. p. q. 57.*
385 Decimo sexto, testatoris voluntas † ex proœmio colligitur, *l. vltima, ff. de hæred. instituend.* notatur per
386 Alex. *cons. 7. lib. 2.* Dec. *in cons. 334.* & omnia † verba fideicommissi debent intelligi secundum eius principium, *l. regula*, §. *vltim. ff. de tut. & fact. ignorant.* latè Burs. *in cons. 93. nu. 13.* & adeò potens est ratio proœmij, quòd sicut corpus ab anima, † ita dispositio ab
387 ipsa ratione proœmij regulatur; Ias. *in l. qui quadringenta, col. 2. ff. ad Trebellian.* Gomez *in regul. de annal. poss. q. 1. pag.* 481. latè Tiraquel. *in tract. de cessante causa, limita. 1. num. 64. fol. 114.* Decis. Pedemonta 23.
388 *nu. 31.* & à primordio tituli † posterior indicatur euentus, *l. 1. C. de imponen. lucrati descript. lib. 10.* & talia sunt
389 subiecta, † qualia prædicata demonstrant; *l. 3.* vbi Bar: *ff. de fund. instruct. l. qui vinum. ff. de vino, tritic. & oleo lega.* notat Rebuf. *tom. 1. ad constitution. Regi. tit. de sentenpr. prouis. artic. 8. glos. 1. pag. 247.* Et plura in proposito scribit nouissimè Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 2. num. 3. cum sequentibus, fol. 60. & lib. 4. præsumpt. 190. nu. 5. fol. 343.* & Ioan. Garc. qui plura in materia nostra maioratuum, in quæstione de repetitione qualitatis scribit: is inquam *in tract. de nobilitate, in princ. num. 28. cum pluribus sequentibus, fol. 10.* & in quodam maioratu Hispaniæ, hoc tradit in terminis Curti. Iun. *in*
390 *cons. 307. num. 14. lib. 2.* quæ coniectura est † notanda ad scripturas maioratus; in quibus testatores dicunt (*desiderando memoriam meam perpetuare, † & conservare:*)
391 nam ista verba, & similia sunt maximi momenti, ad sciendum, an testator voluerit fœminas excludere: ad quod etiam facit regula singularis *l. 1. C. de impub. l. Lucius. ff. de vulga.* quod confirmatur ex eleganti dicto Alciat. *in l. in conventionibus 219. ff. de verborum significa-*
392 *tione:* vbi probat, quod expressum dicitur, † quod ex præfatione colligitur: per *l. ita stipulatus, ff. de verbor. obligat.* & *l. Titia. cod. tit.* ad quod etiam varia scribit Simon de Pretis *lib. 2. de interpretan. defunct. volunta. interpreta. 3. dubitat. 1 solut. 3. num. 36. fol. 146.* Mantic. *de coniectur. men. defunct. libro 6. tit. 13. pagina 242.* ¶ Et
393 dispositio testatoris in dubio † interpretari debet, vt trahatur ad casum magis necessarium; secundùm Bald. *in cons. 35. Pater filio, col. 2. libro 2.* per text. *in l. 1. §. quia ergo: ff. de ventr. inspicien. & l. quod Labeo, ff. de Carbon. edict.* quod trado *infra, hac parte: q. 12. num. 87.* & notat Menoch. *in tract. præsumpt. lib. 4. præsumpt. 70. n. 4. fol. 102.*
394 Decimoseptimo quæstiones tacitarum † voluntatum testatorum, determinantur ex naturali æquitate; *l. 2. C. de inofficios. testamen.* notat Bald. *in consilio 235. lib. 4.*

Decimooctauò geminata prædilectio voluntatem testatoris † vehementiorem probat, vt per Aymon. *cons. vltim. num. 6.* quod confirmatur ex pluribus quæ scribo *in 1. p. tract. quæst. 22.* & ex resolutione Peraltæ *in l. vnum ex familia*, §. *si de falcidia, num. 13. pag. 576. ff. de legat. 2.* vbi per plura probat, quod si testator vocauit in genere vnum pauperem consanguineum, & supersunt duo agnati, vel cognati, quorum alter sit paupertior, tamen remotior in gradu; alter verò non esset ita pauper; præferetur propinquior in gradu, licèt non ita pauper sit. 395

Decimononò in coniecturandis † testamentorum voluntatibus, valet etiam argumentum à communiter accidentibus, *l. hæredes palam*, §. *si notam. ff. de testament.* notat Iacob. Alben. *cons. 24. nu. 6. p. 1.* & in quadam vocatione secundogeniti excluso primogenito, arguit Rip. *in cons. 131. n. 18.* 396

Vigesimo nulla melior Glossa, seu interpretatio dari potest, † quàm ea quam testator dat, Bal. *in authen. nisi rogati, num. 9. vers. & per hoc soluitur: C. ad Trebellian.* Ias. *cons. 248. num. 3. lib. 4.* Paris. *cons. 74. num. 25. lib. 3.* & faciunt quæ scribit pro confirmatione istorum Burg. de Paz *cons. 2. num. 61.* & regula *l. in ambiguis, ff. de regul.* Simon de Pretis *lib. 1. de interpretan. defunct. volunta. interpretat. 3. dubitat. 3. solut. 5. num. 1. fol. 16.* & iterum *num. 23.* 397

Vigesimoprimo, voluntas † testatoris colligitur ex contextura totius testamenti, & ex omnibus clausulis simul iunctis, *l. Mœnia, ibi*: Contexturam verborum totius scripturæ, *ff. de man. testa.* notant Bald. *cons. 136. col. 1. lib. 3.* Brun. *cons. 39. nu. 6.* facit *l. si seruus plurium*, §. *vlt. ff. de leg. 1.* notat & confirmat Aluar. Velasc. *consultation... n. 11.* 398

Vigesimosecundò, voluntas disponentis † intelligitur secundùm naturam rei: secundùm Oldrad. *cons. 243. col. 2.* Aymon. *cons. 286. num. 6.* & ibi *num. 5.* Confirmat ex regula, quod dispositio generalis intelligitur secundùm naturam rei, de qua loquitur dispositio: ex *l. 1.* §. *1. ff. de offic. procura. Cæsar.* & citat etiam ibi Anchar. *cons. 243. col. 1.* dicentem, quòd potius attenditur natura rei, † quam mens disponentis: quæ coniectura est maximè notanda. 399 400

Vigesimotertio, ex actu præparatorio † cognoscitur voluntas testatoris, *l. posthumus*, §. *vltim.* & *l. sequenti, ff. de inofficios. testament.* latè Menoch. *in tractat. præsumption. libro 6. præsumpt. 3. numero 1. cum sequentibus, folio 60.* Poteram hoc in loco alias plures coniecturas scribere, ad coniecturandas voluntates defunctorum, tam in maioratibus, quàm in aliis vltimis voluntatibus, quas missas facio: quia regulæ supra scriptæ sunt magistrales, & veluti fontes aliarum coniecturarum, quas qui diligenter contemplari velit, id facile percipiet, & deducet; & Iudices, & Aduocati speculando tantisper † arbitrabuntur secundum negotiorum contingentiam; *l. voluntatis; C. de fideicommis.* & semper etiam animadvertant ad rationem † adiectam per testatorem in dispositione, ex qua voluntas declaratur, *l. cum pater*, §. *dulcissimus, ff. de leg. 2.* nec est prætermittenda doctrina Roland. *in consilio 38. numero 53. libro 4.* vbi tradit, quòd quando testator facit mentionem de primogenitis, tam post institutionem, quam post substitutionem, de agnato proximiore, quod voluit agnatum substitutum, qui in medio clauditur, iure primogenitum. 401 402 403

Qui autem scire cupit alias coniecturas ad inuestigandas defunctorum voluntates, † legat Peralt. *in d. l. si quis in principio testamenti, num. 146. cum pluribus sequentibus, pag. 459. ff. de leg. 3.* vbi quindecim refert elegantes coniecturas in hoc proposito, quæ est lata remissio Domin. Episcop. Simanc. *lib. 2. de primogen. per totum*; Aluarot. Francis. Mantic. Simon de Pretis *in suis tractatibus*: & in ista materia est notabilis 404

doctrina Bald. *in l. cum quidam, num.* 8. *C. de impub. & aliis*; vbi vult, quod quis poteſt eſſe certus de voluntate teſtatoris, vno de tribus † modis: *Primo* per ipſius declarationem, tam tempore teſtamenti, quam antea, vel poſt: *Secundo*, per iuris interpretationem: *Tertio*, per virgentem diſpoſitionem, notat Lauren. Calcan. *conſil.* 48. *num.* 13.

Rurſus notandum eſt, quod præſumptio, & coniectura, † quæ ſumitur à facto, firmior & potentior eſt ea, quæ ſumitur à non facto; ſecundum Abb. *in cap. veniens, nu.* 7. *de ſil. preſbyteror.* Alciat. *reſponſ.* 525. *num.* 11. Menoch. *in d. tract. præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 29. *num.* 17. quod confirmo: nam ratificatio † non inducitur ex non facto, vt per Bald. *in l. & qui, C. ſi ex falſ. inſtrum.* Dec. *in conſ.* 98. *ad finem*, & alios, vt per Maſcard. *in tract. de probat. lib.* 3. *concl.* 1256. *num.* 59. & 60. & faciunt quæ ſcribit Tiraquel. *in tract. de pœnis temperan. cauſ.* 51. *num.* 86. *cum ſeqq.* qui varia ſcribit ad probandum, quod eſt maximi momenti, non eſſe cantum aliquid à lege, vt Menoch. *in dict. tractatu præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 23. *num.* 1. *pag.* 24. & qualiter ex non facto declaretur voluntas tradit Menoch. *in conſ.* 121. *num.* 83. *lib.* 2. & *in conſ.* 151. *numero* 44. *eodem lib.* & *in conſ.* 85. *num.* 110. *lib.* 1. Seraphin. *in tractatu de privileg. iuramen. privilegio* 31. *numero* 52. *pag.* 175. idem Menoch. *in conſ.* 95. *nu.* 80. *lib.* 4 vbi ponit regulam quod ex non facto, & ſilentio, nulla ſumi poteſt † præſumptio: ex Bald. & Dec. *in l. non hoc, C. vnde legitimi.*

Tandem in hac materia ſcire oportet, quod ex non neceſſaria verborum multiplicatione † non alteratur teſtatoris voluntas, *l. pediculis, §. Labeo. ff. de aur. & argent. legat.* quod explicant Archidiac. *in cap. ſic enim, numero* 528. *quæſt.* 1. Peralt. *in l. Mœnius, §. cum qui, num.* 2. *pag.* 516. *ff. de legat.* 2. Arius Pinel. *in l.* 2. *C. de bon. mater. folio* 193. *num.* 91. quibus iunge Gloſ. Pariſienſ. *in conſuetudinib. Pariſienſ. §.* 41. *num.* 16. *folio* 288. Raphael Cuman. *conſ.* 55. *poſt medium*, Tiraquell. *in l. ſi vnquam, C. de revocand. donat. verbo, reuertetur, numero* 49. *pag.* 443. Vnde fit, quod in legatis † expreſſio ſpecierum, quæ ſub genere comprehenduntur, quandoque nihil operatur, *l. quæſitum, §. penult. ff. de fund. inſtruct. legata, in princ. ff. de ſupellect. legat.* notat Dec. *in l. quæ dubitationis, numero* 2. *ff. de reg. iur.* & in bono caſu Matth. ab Afflict. *deciſ.* 106. *num.* 3. vbi tradit quod legato generali non derogatur poſteà enumeratas; de quo vide quæ ſcribo *infra, hac part. quæſt.* 12. *nu.* 8. *cum ſeq.* non tamen dicitur † ſuperfluum; cùm ponitur magis diſtinctè, quod prius diſpoſitum fuit, ſecundum Dominic. *in cap.* 1. *num.* 22. *de Summa Trinitat.* Deci. *in l. edita, num.* 68. *C. de edendo*, de quo latius per Franciſc. Mantic. *de coniectur. mente defunct. lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 24. *pag.* 367. & eleganter Felin. *in cap. olt. de conſtitut. num.* 6. & iterum *num.* 11. & *in cap. ſolita, num.* 4. *de maiorita. & obed.* Carol. Ruin. *in conſ.* 89. *num.* 17. *lib.* 2. Cagnol. *in l. omnia, fol.* 19. *ff. de reg. iur.* Petra *in tract. de fideicomm. quæſt.* 5. *num.* 31. Peregrin. *in eodem tract. art.* 14. *num.* 21. *folio* 131.

Vnde venit illud ſingulare, quod ſi teſtator vocat ſuperuenientes, & ſuperſtites, intelligitur eos tantum præciſè voluiſſe † ſubſtituere, & eos dumtaxat admittere, ſecundum Socin. Iunior. *in conſ.* 133. *num.* 6. *lib.* 1. pro quo faciunt ſcripta per Bartholom. Socin. *in conſilio* 65. *num.* 18. & 19. *lib.* 1. & *in conſ.* 170. *num.* 8. *lib.* 2. Iacob. Port. *in conſilio* 8. *num.* 33. Dec. *in conſilio* 191. *numero* 8. & *conſilio* 216. *in fin.* Carol. Ruin. *in conſilio* 3. *numero* 6. *lib.* 1. & per alios, quos citat Mantic. *lib.* 3. *d. titul.* 6. *numero* 9. & 10. *pag.* 73. quod reputo notandum ad materiam repræſentationis, de qua *in leg.* 40. *Taurina*, & idem Mantic. *lib.* 11. *titul.* 20. *numero* 28. *pag.* 579. Antonius Gabriel *lib.* 4. *communium opinionum titul. de hæred. inſtituend. concluſ.* 12. *numero* 59. *pagina* 236. Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita aff. ad Trebellian. part.* 4. *numero* 380. & 382. Pariſ. *in conſ.* 5. *num.* 34. *lib.* 3. Socin. *in conſ.* 57. *n.* 9. Ia. *in conſ.* 154. *ad finem, lib.* 4. Menoch. *conſ.* 200. *num.* 2. *lib.* 2. Molin. *lib.* 3. *de primog. cap.* 7. *num.* 1. *cum ſeqq.* Simon de Pretis *de interpretan. defunct. voluntate, lib.* 3. *dubitat.* 1. *ſolut.* 9. *num.* 8. & 12. *fol.* 280. & *eod. lib.* 3. *interpretat.* 3. *dubitat.* 4. *ſolut. in numero* 16. & 10. *folio* 321. & quæ ſcribo *ſupra à numero* 71.

Ad quod facit, quia nouum remedium non dicitur ſuperfluum, † quando affert aliquam vtilitatem, aliàs ſecus: ſecundùm Aretin. *in conſ.* 20. *col. penult.* Matheſilan. *not.* 80. *nota quod Bart.* Dec. *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.* 14. *de conſtitution.* & quando ſuperfluum vitiet, vide quæ refert Simon de Pretis *lib.* 2. *de interpretan. defunct. voluntat. interpretatione* 3. *dubitation.* 1. *ſolutione* 1. *num.* 59. *fol.* 142. & confirmatur ex pluribus quæ ſcribit Pinel. *in l.* 1. *p.* 3. *num.* 43. *fol.* 83. *C. de bon. mater.* & non eſt nouum, vt aliquibus ſpecialiter enumeratis, † ſequatur clauſula quæ omnia comprehendat; *l. ſeruus ſeruum, §. inquit lex, ff. ad leg. Aquil. c. quoniam contra, de probat.* tradit Staphilæus *de literis gratiæ & inſtitiæ, tit. de effectu clauſularum, verſ. tertio notandum, pagina* 200. Et dummodo in legatis & fideicommiſſis conſtet de voluntate, † nihil intereſt, quis talem voluntatem verborum caſus exceperit; verba ſunt text. *in l. in legatis, C. de legatis.*

Item notandum eſt, quòd quoties verbum in clauſulis maioratus duobus modis accipi poteſt, † eo modo accipi debet quo rei gerendæ aptior eſt, *l. quoties in ſtipulationibus, ff. de verbor. obliga. l. quoties idem ſermo, ff. de reg. iur.* explicat in bono caſu Alex. *in conſ.* 8. *num.* 9. *lib.* 4. Præterea animaduertendum eſt ad quandam theoricam & regulam traditam in iſta materia, & in ſucceſſione maſculorum, & fœminarum, per Alex. *in conſ.* 139. *num.* 5. *lib.* 6. vbi dicit, quod quando verba teſtatoris † poſſunt habere plures ſignificationes, puta vnam propriam, aliam impropriam, ſed vnam ſignificationem largam, & aliam ſtrictam; vel ſignificatio vocabuli quouis modo poteſt referri ad multa, tunc ſi apparet de mente teſtatoris ex coniecturis, ſeu aliis diſpoſitis in teſtamento, ſtamus illi, & recedimus, à propria, vel ſtricta ſignificatione verborum: ſed quando verba aliquo modo ex propria, vel impropria ſignificatione, & larga à iure data, non poſſunt adaptari ad coniecturatam mentem teſtatoris, talis voluntas quatenus verba non deſeruiunt ei, redditur inutilis: & apud *Alexand.* videbis huius regulæ fundamenta.

Sed eſt etiam conſiderandum, quod † omnis præſumptio mentis teſtatoris recipit probationem in contrarium, *l. planè, §. ſed ſi non corpus, ff. de leg.* 1. *d. l. in his, ff. de condit. & demonſtrat.* per quæ iura hanc regulam tradunt Bart. *in l. filiusfamilias, §. filiusfamilias, in fine, ff. de liber. & poſthu.* Barthol. Socin. *in d. conſ.* 37. *num.* 2. *lib.* 3. *& in d. l. cum autem, à num.* 72. *ff. de condit. & demonſtrat.* vbi quòd quid probatur per confeſſionem, † quod non fuit dictum; & tradit nouiſſimè Menoch. *in tract. præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 67. *num.* 17. *fol.* 98. Et ideò admittitur probatio, quod ſub maſculino † teſtator noluit comprehendere fœmineum, vt tradit Socin. Iun. *conſ.* 168. *num.* 81. *lib.* 2. & licèt in vocatis ſub termino collectiuo, † prioritas conſanguinitatis, charitatis, & affectionis, attendatur, vt per Bart. & DD. *in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & poſthum.* Alexand. *in d. l. hæredes mei, §. fin. ff. ad Trebellian.* Ia. *in l. cum quidam, limitatione* 3. *C. de verbor. ſignificatione*, eundem Bart. *in l. fin. ff. ad Trebellian.* Nattam *in conſ.* 470. *num.* 8. & 9. *lib.* 2. volentes, quòd in ſubſtitutionibus & fideicommiſſis, alternatiua (*vel*) † nunquam copulet, vel coniungat in prædictis caſibus, vt ſi filij, vel nepotes vocentur, primo filij quã nepotes, & ſic magis dilecti cenſentur priùs vocati: admittitur tamen probatio † per coniecturas in contrarium, ſecundùm Cuman. & Socin. *in l. ſi cognatis, ff. de reb. dub.* Burſat. *conſ.* 67. *num.* 26. *lib.* 1. qui quaſdam ſingulares coniecturas refert; & de puncto legenda ſunt quę ſcribit Molina *lib.* 1. *de primog. cap.* 6. *num.* 4. *folio* 40. Et elegans doctrina Rebuf. *in l. Seauola* 243. *pag.* 1078. *ff. de verbor. ſignific.* vbi notanter ſcribit † quòd voluntas eſt manifeſtè probanda, licet probari dicatur manifeſtè, quod probatur per coniecturas; ſed quod vt legatum conditionale ad hæredes tranſmittatur, † debeant coniecturæ probari per ipſum teſtamentum, tradit Gregor. Lop. *in l* 34. *tit.* 9. *p.* 6. ex Socin. *in d. l. hæredes mei. §. cum ita, col.* 5.

Item animaduerto, quòd ad hæredem quandoque † ſpectat declarare mentem defuncti, *l. ſi quis a filio, §. ſi quis plures, ff. de leg.* 1. ad quod facit doctrina Bart. *in l. gerit. num.* 17. *ff. de acquir. hæred.* Bald. *in l. in quibus, n.* 2. *C. de ſecund. nupt.* tradunt Alex. *conſ.* 55. *num.* 14. *lib.* 4. Pariſ. *conſ.* 75. *num.* 52. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 183. *num.* 71. *lib.* 2. Hieron. Gabr. *conſ.* 131. *num.* 8. Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita; part.* 3. *num.* 58. *pag.* 52. *ff. ad Trebell.* vbi *num.* 56. tradit quòd voluntas teſtatoris declaratur à conſultoribus † teſtamenti, ex Angel. & Imol. *in l. cum ex filio, ff. de vulg.* quod quotidie videbis, & in quadam vocatione maſculorum, & fœminatum, hoc tradit in egregio caſu, Soc. Iun. *in conſ.* 65. *num.* 64. *lib.* 1. & licèt non ſit in poteſtate hæredis inducere fideicommiſſum, † tamen quando verba teſtamenti ſunt dubia, ſtatur declarationi hæredis cõtra ſe ipsũ, ſecundùm Carol. Ruin. *in conſ.* 128. *n.* 8. *lib.* 2. Menoch. *in conſ.* 341. *num.* 9. *lib.* 4. quinimò tali declarationi † tenentur ſtare ſucceſſores, vt tradit Decian. *in conſ.* 7. *num.* 115. *lib.* 1. ex Bartholo. Socin. *conſ.* 12. *col. fin. lib.* 3. Pariſ. *in conſ.* 11, *num.* 39. & 40. & *conſ.* 17. *n.* 21. *lib.* 3. Carol. Ruin. *in conſ.* 118. *n.* 19. & 128. & 147. *lib.* 2.

Quod maximè procedit, † vbi hæres eſt coniunctus, & eſt conſanguineus teſtatoris, argumento *l. octaui, ff. vnde cognat.* cum *concord.* vbi probat Molina *lib.* 1. *de primog. cap.* 8. *num.* 38. *folio* 81. latius Franciſc. Mantica *de coniectur. mente defunct. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 24. *pag.* 57. Et idem eſt probare voluntatem teſtatoris per confeſſionem hæredis, † ac per teſtes, *l. ſi domus, §. in pecunia, ff. de legat* 1. notat Matth. de Afflict. *deciſ.* 337. *numero* 8. Sed iſta in praxi in ſucceſſione bonorum maioratus cautè ſeruanda ſunt, cùm confeſſio † poſſidentium bona maioratus regulariter ſucceſſoribus non præiudicet, vt traditur *in hac* 2. *parte, quæſt.* 2. & legenda ſunt quæ ſcribit Simon de Prætis, *in lib.* 1. *de interpret. defuncti. voluntat. ſolut.* 4. *num.* 23. *folio* 14. & Franciſc. Mantica *lib.* 3. *de interpret. ultim. volunt. tit.* 1. *n.* 24. *pag.* 59. & idem Mantic. *lib.* 12. *tit.* 16. *pag.* 639. vbi ex Pariſ. *in conſ.* 75. *num.* 52. & 54. *lib.* 2. tradit, quod confeſſio facta per filium teſtatoris, ei præiudicat, † maximè ſi fuerit ab aduerſario acceptata: & legenda ſunt quæ latius ſcribo *infra, q.* 5. *n.* 78. *cum ſeq.*

Nec eſt omittendum, † quòd propter æquitatem receditur à verbis teſtatoris, *l. qui filium, §. vltim. ff. ad Trebellia.* facit *l. diuus, ff. de in integ. reſtit.* Et plura ſimilia adducit Decius *in l. in omnibus, num.* 5. *ff. de reg. iur. pag.* 305. & hinc dicit notabiliter Bald. *in conſ.* 411. *Quidam Mediola. colum.* 1. *circa med. lib.* 1. quòd † duplex reperitur interpretatio: vna neceſſaria, quæ fit per punctum rationis, altera probabilis, quæ fit per viam æquitatis: pro quo eſt text. clarus *in d. l. in his, ff. de condit. & demonſtrat.*

In ſumma, veriorem, & probabiliorem coniecturam ad agnoſcendam defuncti voluntatem exiſtimo eſſe † bonam mentem Iudicum, & Aduocatorum, qui timent Deum, & quòd non aliter iudicari debet, quam ipſi iudicant, iuxta *l. rem non nouam, C. de iudiciis*: & Dominus Ieſus Chriſtus labia & intellectũ eorum aperiet: & quòd voluntas teſtatoris generaliter † prolata reducitur ad terminos, & limites rationis, *l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de leg.* 2. vbi Bart. & Bald. *l. nomen, §. fin. ff. de leg.* 3. *l. illis libertis, ff. de condit. & demonſtrat.* notat Natta *in conſ.* 472. *num.* 23. *lib.* 2. & an vincat † præceptum teſtatoris, vel præceptum legis, docte tradit Burſa. *in conſ.* 180. *n.* 59. *lib.* 2.

Iungo etiam, quòd in vocationibus maioratuum, magis † attenditur id quod fit, vel dicitur ſpecialiter, vel ſigillatim, quam id quod generaliter, *l. item apud Labeonem, §. hoc edictum, ff. de minor. l. alim. §. Baſilicæ, ff. de alimen. legat. l. coheredi, §. quis patrem. ff. de vulgar.* & dixi *infra, hac parte, quæſt.* 12. Voluntas † autem teſtatoris non ſolum ſcriptara, ſed etiam teſtibus verificatur: quod patet ex iam *citatis iuribus*, & *l. cum virum, C. de fideicommiſ.* & ideò admittitur probatio contra præſumptionem † *d. l. cum annus, ff. de condit. & demonſtrat.* & aliorum iurium concordantium, vt reperitur in *conſ.* Socin. Iun. 138. *num.* 246. *lib.* 1. vbi alij citantur, ad quam faciunt ſcripta per Franciſc. Mantic. *lib.* 10. *de coniectur. mente tit.* 8. *num.* 16. *pag.* 457. Et teſtibus etiam ſingularibus declaratur † teſtantis voluntas; vt volunt Oldrad. *conſ.* 297. Alex. *conſ.* 4. *num.* 11. *lib.* 7. & alij quos citat Burgos de Paz *conſ.* 27. *num.* 24. Sed hoc Oldradus videri meo, † non dicit, ſed totum contrarium: tradit latè Ioſeph. Maſcard. *in tract. de probat. lib.* 1. *concl.* 48. *n.* 1. *folio* 298. & contrarium tenet Paul. de Caſtr. *in conſilio* 137. *In cauſa quæ vertitur Pergami: num* 2. *in fine, lib.* 2. quod verius mihi videtur: Imol. *in conſ.* 91. Regulariter autem voluntas teſtatoris duobus teſtibus probatur, vt voluit Bart. *in l.* 2. *num.* 40. *ff. de vulgar.* vbi hoc diſputat latius Kipa, *num.* 5. Matth. ab Afflict. *deciſ.* 44. *num.* 16. de quo per Simon. de Prætis *lib.* 2 *de interpret. defunct. volunt. ſolut.* 3. *nu.* 33. *folio* 121. ad iſta legendum. & Petrum Surd. *deciſ.* 292. *num.* 7. & lege Curt. Iunior. *in conſ.* 304. *num.* 73. *lib.* 2. qui refert dictum conſilium *Imolæ*, Anton. Gamma *deciſ.* 378. *n.* 6. eundem Simon. de Præt. *lib.* 1. *interpret.* 1. *dubit.* 3. *ſolut.* 5. *n.* 39. *fol.* 28. & prius *num.* 34.

Et qualiter probetur † ſubſtitutio omiſſa, & alia plura de materia tradit nouiſſimè Ioſeph. Maſcard. *in tract. de probat. lib.* 3. *concl.* 1344. *num.* 1. *cum ſeqq. folio* 285. & ex iſtis attentat Peralt. *in l. vnum ex familia, §. ſi de falcidia, num* 11. *pag.* 574. *ff. de legat.* 2. quod ſi in teſtamento in ſcriptis eſſet appoſitum quid obſcurum, † poteſt poſtea ſeorſum declarari per teſtatorem coram duobus teſtibus. Et quod ſubſtitutio à Tabellione omiſſa, teſtibus probari poſſit, † probatur *in l. quoties, §. ſed ſi non in corpore*, vbi Bald. notat *in 4. notabili, ff. de hæred. inſtit.* traditur per Maſcard. *in tract. de probat. lib.* 3. *concl.* 1344. *n.* 1. & quod voluntas teſtatoris probetur, mens, & intentio per teſtes, qui interfuerunt teſtamento quoad conſilium, † probatur *in l. cum ex filio*, vbi Angel. Imol. Cuman. & Alexand. *ff. de vulg.* & caſus omiſſus habetur pro expreſſo, ſi per teſtes † ſufficienter probetur, *l. quoties, §. ſed ſi non in corpore, ff. de hæred. inſtit.* per quem text. ita concludit Roman. *in conſ.* 385. *numero* 7. Paul. de Caſtr. *in conſ.* 18. *num.* 3. *lib.* 2. quos citat Mantic. *de coniectur. mente defunct. lib.* 3. *tit.* 19. *numero* 13. *pag.* 100.

Sed quod per teſtes ſingulares voluntas teſtatoris præſumpta † non probetur, tradunt Gratus *conſ.* 50 *num.* 11. *lib* 2. Carol. Ruin. *in conſ.* 51. *num.* 13. *lib.* 5. quos referunt Burſat. *conſ.* 96. *num.* 5. *lib.* 1. Anton. Gabr. *lib.* 1. *communium tit. de teſtibus, concl.* 2. *num.* 54. *pag.* 36. Sed nec *Grat.* nec *Ruin.* volunt illud, ad quod eos *Burſat.* refert; & contrarium tenet Socin Iunior *in conſ.* 178. *num.* 6. *lib.* 2. Aymon *in conſ.* 73. Et quod probetur per mulieres voluntas teſtatoris, tradit Oldrad. *in d. conſ.* 297. Franciſc. Mantic. *in tract. de coniectur. mente defunct. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 13. *pag.* 58. Et quod renocatio & ademptio fideicommiſſi † difficilius probetur, quia eſt res odioſa, volunt Bald. *in conſ.* 28. *Super eo. verſic. item ſi legatum, lib.* 3. Franciſc. Mantic. *lib.* 12. *de coniect. mente tit.* 2. *num.* 1. *pag.* 587. pro quo faciunt quæ ſcribo *ſupra par.* 1. *quæſt.* 43. de quo etiam legenda ſunt quæ ſcribit Burg. de Paz *in l.* 3. *Tauri, par.* 1. *num.* 811. *folio.* 275. *col.* 1. vbi *n.* 813. ex pluribus reſoluit, dubiam teſtatoris voluntatem duobus teſtibus † probari poſſe; ex Gloſſa & Doctoribus *in l. hæredes palam, §. ſi quid poſt. ff. de teſtam.* & aliis quæ refert & eſt communis opinio, quod dubia voluntas

tas teſtatoris duobus teſtibus probari poteſt, vt teſtatur Maſcard.*in tract.de probat.lib.*1.*concl.*1485.*num.*1. qui refert dicent.s communem opinionem Alex. *in conſil.* 54 *n.*3.*lib.*3.Pariſ.*in conſ.*15.*n.*114.*lib.*3. Curt.Iun. *in conſ.*56.*n.*10.Socin.*in l.*1.*n.*58.*ff.de vulg.*& plura etiam tradit Franciſc.Mantic.*in d.lib.de coniect.ment.defunct. lib.*12.*tit.*16.*num.*2.*pag.*637.latius *lib.*6.*tit.*3 *n.*1.*cum ſeq.fol.*116. ad iſta legendus:& quod dicta per teſtatorem,& omiſſa per notarium, poſſint probari per teſtes,

455 † tradit Paul.de Caſtr.*in conſ.*18.*n.*1.*&* 3.*lib.*2.& tradit latè Simon de Prætis *lib.*1.*de interpret.vltimar.volunt. defunct.d.ſolut.*5.*num.*25.*cum ſeq.fol.*17. Poteſt etiam

456 Princeps † interpretari defuncti voluntatem,ſecundum Bald.*in l.vlt.n.*10.*de commu.ſeruo,manum.* notat Laudenſ.*in tract.de Princip.concl.*48. quod intelligendum eſt,vt ſcribo *in* 1.*par.quæſt.*44.*num.*19. *cum aliis,* & legendus eſt Franciſc.Mantic. *de coniect.mentis lib.*3.*tit.*1. *num.*31. *pag.*6. Simon de Prætis *lib.*1. *de interpret.defunct.volunt.lib.*1. *dubitatione* 3.*ſolutione* 15. *numero* 1. *folio* 25.

457 Eſt etiam ſciendum, quod teſtator † cenſetur conſiderare futuros euentus, vt volunt Franc. de Cap. *inter conſil.Calcanei* 106.*col.*4. pro quo eſt text. *in l.ſed & ſi quis,* §. *interdum,ff. de vſufruct.* quem ad hoc dicit eſſe ſingularem Aretin.*in conſ.*155. vbi declarat, & volunt Bartholom.Socin.*in l.Centurio, num.*14.*ff.de vulgar.* & alij,quos citat Zanchus *in l.haredes mei,*§.*cum ita,p.*8*num.*164.*pag* 242.*ff. ad Trebell.* quod ad multa eſt no-

458 tandum;& ideò † quando cauſa finalis diſpoſitionis mutata eſt, præſumitur voluntas mutata, vt tradit Hieron. Gabr.*conſ.*97.*in fine,lib.*1.per *l.ſi hominem,ff.mandati,* quem citat Menoch.*in tract.de præſumpt.lib.*4.*præſump.* 265. *num.* 17.*fol.* 287. qui dicit ad id eſſe caſum *in l. Paulo Callimacho,* §.1.*ff. de leg.*3. quæ conferunt ad ea, quæ ſcribo infra *in* 4.*p.q* 1.*limit.*1.*n.*31.

Ex ſuperioribus finaliter lector cognoſces,quanti noſtræ legis faciant & æſtiment teſtatorum vltimas vo-

459 luntates, præcipuè in ſucceſſione † fideicommiſſorum, & maioratuum, ad quod etiam præſtat non leue argumentum,*l.*27.*Taur.*in illis verbis: *Los vinculos,y ſumiſſiones,y ſubſtituciones que quiſieron;* & l.8.tit.7.lib.5.ordinam. ibi: *Que ſegun la diſpoſicion del mayorazgo* : & l.8.eod.tit.ibi:*Salvo ſi otra coſa eſtuuiere diſpueſta.*

SVMMARIVM.

460 *Principi non licet derogare legibus, conditionibus, & vinculis,grauaminibus,& vocationibus maioratuum.*

461 *Naſcituri idem ius habent ad fideicommiſſum,quod iam nati.*

462 *Et conſequuntur eodem modo, quo venit dies, dominium,ſicut ſi nati fuiſſent. Et quid in feudo,*num. 464.*Quid in maioratu,*n 466.

463 *Eadem ratio habetur illius, qui natus fuit poſt teſtamentum,vel eius,qui poſtea in familiam venit.*

465 *In ſucceſſione ab inteſtato non veniunt qui non ſunt concepti tempore mortis.*

467 *Qui non eſt concepitus tempore conditionis extantis, an faciat gradum.*

468 *In ſubſtitutione collata in tempus alicuius incerti euentus futuri, ſufficit quòd vocati, ſint in rerum natura tempore quo euenit caſus ſubſtitutionis.*

469 *Ius etiam in ſpe quæſitum auferri non debet. Et an de iure in ſpe tantum debeat fieri mentio in impetratione beneficij,*num.473.*Et quando dicatur ius quæſitum in oppoſitionibus beneficiorum,* numero 474.

470 *Alienatio facta in vlteriorem agnatum an valeat.*

471 *Spes eſt debita iure contractus.*

472 *Arma,quæ quis ab agnatione habet, vendere non poteſt in præiudicium ſucceſſorum.*

475 *Ius primogenituræ an competat viuente patre, & tranſmittatur,* & n.509.& 528.

476 *Filius Regis,vel Comitis,an appelletur* Rex, *vel* Comes,*viuente Rege,*& n.515.

477 *Spes ſuccedendi in maioratibus an ſit probabilis & firma? ſententia affirmans.*

478 *Negans,* & n.476.

479 *Subſtitutus pupillo,etiam mortuo teſtatore, non cenſetur habere ſpem probabilem.*

480 *Hæres ante aditam hæreditatem nullum habet ius in ea.*

481 *Ex ſpe donationis non efficitur quis locupletior.*

482 *Subſtitutio, quæ nondum competit, non dicitur eſſe in bonis noſtris.*

483 *In ſtatuto, quod nullus poſſit vendere rem ſuam immobilem forenſi,an comprehendatur qui vendidit; aut conſenſit vendere rem, quæ ſibi debebatur in fideicommiſſum.*

484 *Inſtitutio fideicommiſſi à iure Ciuili eſt inducta.*

485 *Princeps an poſſit præiudicare in iure quærendo, ſpe non approbato.*

486 *Non tamen præſumitur velle tollere ius Tertio quæſitum ex cauſa oneroſa.*

487 *Et an poſſit legitimare poſt aditam hæreditatem? ſententia affirmans,*n.487.*Negans* 525.

488 *Et an poſſit præiudicare fideicommiſſario in præiudicium iuris delati ex teſtamento,adhuc non quæſiti,* & n.529.& 541.

489 *Et an poſſit alterare vocationem clauſularum maioratus.*

490 *Et an poſſit confirmare teſtamentum nullum ex defectu ſolemnitatis.*

491 *Et an poſſit reddere fœminam feudi capacem in præiudicium vocatorum. Vel agnatorum non conſentientium,*num.539. *Non videtur præiudicare iuri Tertij in ſpe quæſito,*num.495.& 530. *Nec auferre ius in ſpe ex teſtamento quæſitum,* num.526. *Et an poſſit aſſignare feudum primogenito, aliis excluſis,* num. 532. *Et an in eo poſſit auferre ſpem ſuccedendi,*num.533,*Et ſupra* num.503.*Eius poteſtas non eſt tam ampla in maioratibus,vt in feudis,*n.536.& 548.*Et an poſſit feudi naturam mutare in præiudicium vocatorum,* n 537.

492 *Si quis decedat relicto filio Fratre Minore, & hic antequàm ſucceſſores venientes ab inteſtato adirent hæreditatem,factus fuit Epiſcopus,an poſſit ſuccedere.*

493 *Subſtitutus per fideicommiſſum cenſetur habere ſpem probabilem ſuccedendi.*

494 *Qui venit in teſtamento,an dicatur venire à iure Ciuili.*

496 *Spes ſuccedendi in fideicommiſſis conſiderabilis eſt,* & num.503.

497 *Per teſtamentum an dicatur ius quæſitum quoad acquiſitionem dominij,plenius per mortem teſtatoris, pleniſſimum per additionem hæreditatis,* & n. 501.

498 *Illud dicitur deberi,quod non dependet ex voluntate alterius,*& n.506.

499 *Spes futuri conditionalis an cedi poſſit.*

500 *Spes quæ non fundatur ſuper aliquo exiſtente fundamento,vana dicitur.*

502 *Ius quæſitum dicitur, quando ſucceſſio auferri non poteſt.*

504 *Spes ſuccedendi in primogenitura an poſſit à Principe tolli.Eſt firma & innariabilis,*n.516.

505 *Pater grauatus onere fideicommiſſi,& primogenituræ non poteſt diſponere in præiudicium vocati, & primogeniti.*

507 *Primogenitus quando poſſit ad inſtantiam patris legitimari,vt ſecundogenitus excludatur.*

508 *Legitimatio,& matrimonium non auferunt ſpem ſucceſſionis,quam quis habet ratione primogenituræ.*

510 *Dignitas primogenitorum in maxima eſt conſideratione.*

511 *Spes ſuccedendi in fideicommiſſo an poſſit vendi, & donari.*

512 *Prime*

512 *Primogenitus cum naſcitur,ſpes incommutabilis acquiritur.*

513 *Filius primogeniti, an vocetur* primogenitus.

514 *Idem iudicatur de actione competente primogenito ad feudum, ac de ipſo feudo.*

517 *Proprium alicuius dicitur,quod debetur, vel deberi ſperatur.*

518 *Ita cauetur ratione ſpei,ſicut ratione rei.*

519 *Iura conſiderant quod euenire poteſt.*

520 *Qui habet actionem ad rem, ipſam rem habere videtur.*

521 *Qui habet ſpem,dicitur habere ius quæſitum.*

522 *Noua conſtitutio an trahatur ad ius conditionale; quod dicitur quæſitum.*

523 *Infertur intellectus ad* l.6.tit.1. lib.2. Recop:

524 *Conditio nomen & arma deferendi an poſſit à Principe remitti.*

527 *Ius diſponendi de rebus propriis, quoad primæuam inuentionem,de iure gentium fuit introductum,* & num. 549.

531 *Diſpoſitio teſtatoris an obſeruanda, non obſtante Principis reſcripto.*

535 *Ratio differentiæ inter feudum & maioratum.*

537 *Feudi naturam an liceat alterare in præiudicium eorum,quibus ius quæſitum eſt.*

538 *Pater quando poſſit feudum acceptum pro ſe & filiis dare primogenito.*

540 *Regibus an licitum ſit variare leges & conditiones primogenituræ? vbi & per plures numeros ſequentes ſolutionem inuenies eorum, quæ de Principe à* num.486.*dicuntur.*

542 *Princeps quando non poſſit facere gratiam filio primogenito in præiudicium ſecundogeniti,in feudo iure Francorum inſtituto.*

543 *Nec poteſt immutare pacta, & ſubſtantiam feudi: Nec ius primogenituræ competens ex diſpoſitione legis,vel priuilegio Principis,* n.545.

544 *In feudo antiquo agnatus an habeat cauſam à concedente.*

546 *Principi non licet facere naturalem alicuius loci,qui non eſt,in alterius præiudicium. Illius Maieſtas per bonum & æquum conſeruatur,*n.551. *Non præſumitur velle diſpoſitionem teſtatoris tollere,* num. 552. *Quid ſi magna intercedat cauſa,*n.553. *Eius poteſtas magna eſt,*n.554.

547 *Quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro auelli non poteſt.*

550 *Succeſſores ſunt domini rerum maioratus, & ab hoc dominio ſine cauſa iuſtiſſima, & ſoluta prius æſtimatione priuari nequeunt.*

555 *Reſolutio quæſtionis,de qua ſuprà,*num.489.& num. 557.*Et quod Princeps ob publicam vtilitatem poſſit maioratus clauſulis derogare,*n.558.

556 *Doctrina quædam* Peraltæ, *quod ius ſuccedendi in bonis maioratus ſit ius quærendum.*

559 *Pragmatica* Madriti anu. 1534. *quod filius maior non ſuccedat in duobus maioratibus, per matrimonium vnitis,confirmatur.*

560 *Princeps poteſt feudum ponere ſub quadam regula iuſtitiæ & æquitatis,* & n.566.

561 *Et per legem generalem poteſt præiudicare Tertio.*

562 *Et tollere donationem remuneratoriam:*

563 *Et an teneatur ad aliquam recompenſam. Et an per legem generalem poſſit derogare iuri primogenituræ & maioratus,*n.567. *Et quod ob publicam vtilitatem non poſſit rem alterius auferre, ſi alio modo prouideri poſſit neceſſitati publicæ,*n. 569.

564 *Derogatio quando fit per modum legis naturalis, an ſit neceſſaria derogatio ſpecialis.*

565 *Teſtator non poteſt prohibere ea, quæ leges,ſtatuta, & conſuetudines ſtatuunt per viam iuriſdictionis, non autem per viam interpretationis voluntatis defunctis;*

568 *Iudex poteſt contractum factum inter partes ad æquitatem reducere.*

570 *Primogenitus & vocatus ad maioratum, an in vita poſſeſſoris intentare poſſit remedium* l. diffamari, C. de ingen. manum.

571 *Primogenitus,& vocatus ad maioratum, an in vita poſſeſſoris petere poſſit, vt declaretur maioratum ad ſe pertinere.*

572 *Filius quando pater vinit,nullum ius habet in bonis patris,nec illi debetur poſſeſſio,nec legitima.*

573 *Primogenitus ſtatim quod venit in lucem, habet ſpem firmam ſucceſſionis, vbi traditur ſolutio eorum quæ dicuntur ſupra,*numero 477.& ſequentibus. *Et an dicatur damnum ſentire de futuro;* num.585.

574 *Ius primogenituræ an poſſit cedi & vendi.*

575 *Qui in cauſa maioratus ſuccubuit, an poſſit iterum agere, vt declaretur ſucceſſor.*

576 *Hæreditatem viuentis pramatu è quis petit.*

577 *In fideicommiſſis non ſuccedit ille, qui eſt gratus reſtituere; ſed illi qui fideicommiſſum reliquit.*

578 *Hæredi non ſuccedit; ſed teſtatori.*

579 *Quando ex facto de præterito ſpes eſt actionem oriri,etſi de præſenti non competat, actor non eſt repellendus.*

580 *An valeat pactum ſuper fideicommiſſi bonis celebratum cum Tertio, viuente adhuc grauato; etiam inſcio,& ignorante,* & n.590.

581 *Filius in vita patris an poſſit aſſiſtere in lite maioratus.*

582 *Creditor an poſſit agere ante diem contra debitorem,vt debitum ſoluatur.*

583 *Legatarius poteſt agere pro legato pro tempore decurſo,præſenti,& futuro.*

584 *In examinatione teſtium ſuper fideicommiſſo probando, an debeant citari qui ab inteſtato ſucceſſuri ſunt.*

586 *Poſſeſſor bonorum maioratus ſi bona illius iniuſtè alienet, transfertur dominium bonorum in proximum vocatum.*

587 *Ante diſcuſſionem poteſt creditor agere ad declarationem hypothecæ.*

588 *Vocatus ad maioratum, facta alienatione bonorum illius, poteſt ſtatim petere bona alienata non exſpectata morte alienantis.Et an poſſit petere tenutam in Regali conſilio,*n.591.

589 *Si quis poſſideat bona primogenituræ, quæ petiit primogenitus, non admittitur petitio ſecundogeniti, niſi conſtet quod primogenitus ſine filiis deceſſit, aut eſt inhabilis.*

593 *Voluntates teſtatorum executioni mandari debent, maximè patrum in filios, & quare?*

HÆc etiam omnia clarè docent, non eſſe æquum Principi iuſto,& qui Dei poteſtate,& voluntate, Regnum gubernat, & cuius cor in manu eiuſdem eſſe debet, † derogare legibus, conditionibus, grauaminibus, & vocationibus maioratuum, nec admittere alios ad excluſionem aliorum qui vocati ſunt,ſiue nati ſint, & in rerum natura, ſiue nondum nati fuerint;tempore,quo Princeps vult facere derogationem;quia † idem ius habent naſcituri ad fideicommiſſum,quod nati; *leg. pronunciatio,*§.*familiæ,* ibi: *Nepotes & neptes,& deinceps & omnes qui ex eadem domo,& gente producti ſunt,* quem text.ad aliud cito *infra,*4.*par.in* 1.*quæſt. num.*45. & ibi:*Quaſi à fonte quodam memoriæ, ff. de verborum ſignificatione,*facit *l.* 3. *ff. de interdict. & relegat.* & filij naſcituri † conſequuntur eodem modo quo venit dies dominium,ſicut ſi nati fuiſſent,*l.diui,*§.*pactus.C.de naturalibus liber.* & alij quos refert Tellio *in d.l.*27.*n.*2. cui adde quæ ego ſcribo *ſupra par.*1.*quæſt.*22. & *q.*24. *num.*2.*à num.*8.Et illius qui natus fuit poſt teſtamentum,

460

461

462

463 tum, vel eius qui posteà in familiam venit, † habetur eadem ratio; *l.si ita fuerit ff.de leg.*3.maximè si testator processit ad plures gradus substitutionis,secundùm Socin.*in l.si cognatis, num.*30.*ff. de rebus dub.* de quo per Carol.Ruin.*conſ.*37. *num.*9.*lib.*3.Roland.*conſ.*70.*num.* 20.*lib.*3. qui hoc latè tradit, & inquit Bald.*in l. si in perſona,num.*6.*circa fin.C.de fideicommiſ.* de quo legenda sunt quæ scribo *infra,quæſt.*5. quod in feudo ex na-
464 tura feudi † veniunt successores in infinitum, dato quòd non sint concepti tempore acquisitionis:& idem vult Andr.de Iſern.*in c.*1.§.*hoc quoque, col.*2.*de ſucceſſ. feud.*& ibi Iacob. Aluarot.

465 Et licet in successione ab intestato non veniant;† nec admittantur illi qui non sunt concepti tempore mortis,*l.Titius.ff.de ſuis & legitim. hæredibus l.* §. *ſi quis proximior.ff.unde cognati;*secus est in aliis acquisitioni-
466 bus,prout in successione maioratuum, † secundum Bal. *in l.prætor, ff.de ſuis & legit. hæred.* per *l.Paulus.*§.*Paulus.ff.de bon.libertor.*& notat in nostra materia Dec. *in conſ.* 445. *num.* 21. Faciunt scripta per Glos. Paris. *in conſ.*1.*pro Duce de Villahermoſa,num.*24.25. & 28. vbi
467 *num.*60.tradit,an qui non est conceptus tempore condi-
468 tionis extantis,† faciat gradum, & dixit Ioan. Andr. *in addit. ad Speculator. in tit. de teſtam. in rubrica, in verſ. item Lambertinus*,quod in substitutione collata in tempus alicuius incerti euentus futuri, † satis est,quod vocati, sint in rerum natura, tempore quo euenit casus substitutionis,notat Alex.*in conſ.*26.*n.*14.*lib.*3. Decius *conſ.*468.*n.*28.

469 Item non potest quis priuari iure † quòd in spe tantum habet *l.in diem,* §.*non autem, ff.de aqua pluuia arcen.*quam ad hoc refert & notabilem dicit Bald.*in conſilio* 431. *Ad euidentiam præmittendum eſt*; *columna* 2. *lib.*2.& idem tenet Bald.*in l. ſi conſtante.C.de donat.ante nupt.* refert & confirmat Decius *in cap.* 1.*num.*4.*verſ. similiter non obſtat, de reſcriptis*, de quo plura scribit Carol.Ruin.*in conſ.*3.*num.*4.6. & 20.*lib.*1.& alienatio feudi facta in vlteriorem agnatum, & non proximio-
470 rem, † non valet, quia non potest præiudicari proximiori agnato, nec iure, nec in spe, cum spes est
471 † debita iure contractus,secundum Bald.*in conſ.*38.*n.*3. *lib.*1. per *l.*1.*ff. ſi quid in frau. patroni*; & alia iura. Ex quo dixit Chassanæus *in Catalog. gloriæ mundi*, *par.*1. *concl.*45.*fol.*18.*col.*2.& 3. quod arma quæ quis ab ag-
472 natione habet, vendere non potest † in præiudicium successorum, quia descendentibus est ius quæsitum; quod quamuis sit in spe,tolli non potest. Quod procedit etiam secundum eum in armis concessis,ex concessione Principis. Et egregiè dicit Dominicus *in conſ.* 107.*Super primo dubio*, quòd ius alterius, quod in spe
473 tantum est, † debet exprimi in impetratione beneficij quod est notabile ad eos, qui in Hispania habent ius oppositionis ad beneficia patrimonialia, & ad alia beneficia,quæ non conceduntur,nisi naturalibus,prout fit in Diœcesi Calagurritana, & in Regno Granatensi, & Episcopatu Gienensi, & in aliis similibus Episcopati-
474 bus. Et quando † dicatur ius acquisitum in istis oppositionibus,lege Iacobum Puteum *lib.*3.*deciſionum,deciſione* 253.Gomezium ab illo non relatum, *in regula de iure quæſito non tollendo,quæſt.*1.*p.g.*59.*verſ.quæ omnia*, vbi expressè loquitur in Beneficiis Palentiæ, Calagurritanæ, & aliorum locorum Hispaniæ; vnde dubito,de eo quod scribit Ioan.Gutier.*conſ.*1.*num.*24.vbi refert Cassadorum *deciſ.*18. *tit. de præbendis*, de qua per Puteum *in d.loco*,& de his latius tractat Tiraquel.*in ll.connubialibus,gloſ.*2. de son marit, *num.*38.*fol.*254. & *in tractatu de utroque retractu lib.*2.§.1. *gloſ.*7. *num.* 20. ad quos addo egregiam *deciſionem* Iacob. Putei 235. *part.* 2.

Et quòd ius primogenituræ competat etiam viuente
475 patre, † & transmittatur,& dicatur res certa, & infallibilis,scribit latè Carol.Ruin.*in conſ.*19.*num.*3.& 4.*lib.* 1. vbi etiam tradit quòd filius † Regis, vel Comitis,
476 etiam viuente Rege,vel Comite,Rex & Comes appellatur, & potitur omnibus præeminentiis. Quod probatur *in cap.vlt.* vbi Glos.24. *quæſt.*....tradunt Bologninus *in ſecundas interpretat.* per illum text. *in t.cum quæſ.*§. *plerumque.ff.de fideicommiſſa libert.* Ioan.Cirier *in tractatu de primogenitura*, *lib.*1.*quæſt.*14.*fol.*27.*colum.*1. Corsetus *in tractatu de poteſtate Regia*, *quæſt.*25. & alij quos citat Rebuf.*in Concord.rubric.de Regia ad prætaturam,pag.*136. *verſ.neque refragatur*, & Tiraquel. *in tractatu de primogenitura, quæſt.*35.*num.*1. *cum ſequentibus pag.*236.Cellius *in conſ.*26.*num.*57. Andr.de Iſern. *in c.*1.*quis dicatur Dux,vel Marchio,nu.*2. & ibi Præpositus.*n.*3.*fol.*59.& facit doctrina Abb.*in conſ.*83.quam refero *infra.*

Et quod spes † succedendi in maioratibus sit proba- 477
bilis,tradit etiam *Matien.*post Tiraquel. Molinam, & Burgos de Paz. quos citat *in l.*7.*gloſ.*5. *num.*6.*tit.*7.*lib.* 5.*Recopilation.fol.* 181; licet contra hæc facere videatur doctrina Bart. *in l.ſi poteſt,num.*10.*ff. de acquirend. hæredit.* vbi dicit,quod substitutus pupillo,† mortuo te- 478
statore; non dicitur habere ius succedendi, nec spem probabilem,& à iure approbatam;citat text.*in l.*2.5.*interdum,ff.de vulgar.* & dicit quod speciale est in statuto libero,fauore libertatis,quia is dicitur habere ius,vt probatur *in l.*2.& *in l.ſtabunis, ff. ad Statutiber.* & hanc opinionem *Bart.* referunt, & sequuntur alij Doctores *ibi*,præcipuè Ias.*num.*11. qui dicit,quod *Bart.* sequuntur cæteri Doctores,& *Bart.*referunt idem Ias. *in l. qui Roma,*§.*duo fratres,num.*71.*fol.*168 *ff.de verborum obligation.*& Pinel.*in l.*1.*par.*3.*num.*78.*in verſ. non obſtat, C.de bon.matern.* & dicit idem Bart. *in l.vltima, quæſt. vltim.C.de pactis*,quod spes succedendi, † non est pro- 479
babilis, nec necessaria, & idem Bart. *d.*§.*duo fratres,in* 1.*oppoſitione,& quæſt.*6.& probatur *in l.*1.*ff.de hæreditat.vel actione vendit.iuncta l.nihil aliud,ff.de verborum ſignificatione*,tradunt Cephal.*in conſ.*385.*num.*29.*lib.*3. Cirier *in d.quæſt.*14.*fol.*26. Petr. *in tract. de fideicomm. quæſt.*10.*n.*6.*pag.*225.

Et hæres ante aditam hæreditatem nullum † ius ha- 480
bet in hæreditate,*l.ſi ſeruus meus hæreditarius, ff. de ſtipulat.ſeruorum*,vbi Bart.idem *in d.l.is poteſt, numer.*17. *ff.de acquir.hæredit.*& Barthol.Socin.*in conſ.*52.*in fine, lib.*4.Menoch.*de adipiſcen.poſſ.ff.remedio* 4. *num.* 171. *pag.*70.& Bart.*in d.l.ſin.C.de pact.*citat Rebuf.*in l.vnica,C.de ſent. quæ pro eo quod intereſt,in gloſ.duplici,nu.* 25.*pag.*428. qui dicit quod ex spe donationis † non ef- 481
ficitur quis locupletior, post Alciat. *in lib.*4.*Paradoxorum,cap.*5. Rimina!. *in l.emancipatum,C.qui admittit.* ¶ Et pro hoc etiam est tex.*in l.ſubſtituto, ff. de acquir. rerum domin.* vbi substitutio quæ nondum competit,non dicitur † esse in bonis nostris;de quo *textu* agit Tiraq. 482
*in l.ſi vnquam,C.de reuocand.donat.in verb bona,num.*8. *pag.*154.ad quem addo Curt.Iun. *in conſ.*221. *num.*28. *lib.* 1. & ad hoc plura iura similia refert Tiraquel. *in d. l.ſi vnquam,verb.donatione largitus, num.*186 *pag.*247. Quod confirmatur ex doctrina Bart.Angel. & aliorum, *in l.Gallus,*§.*idem videndum, in fin.ff.de liber.& poſthu.* vbi volunt,quòd stante statuto,quòd nullus possit vendere rem suam immobilem forensi, † non comprehen- 483
ditur ille qui vendit, aut consensit vendere rem, quæ sibi debebatur in fideicommissum; notat Ias.*in l.ſciendum,*§.*ſi jundum,num.*6.*fol.*129.*ff.qui ſatisdare cogant.* & cum restitutio fideicommissorum † sit inducta à iure 484
Ciuili,vt probatur *in principio,Inſtit.de fideicom.hæred.* vbi dicitur, quod fideicommissa, de iure antiquo non habebant necessitatem, sed à Diuo Augusto inductum fuit,vt rogatus cogeretur restituere hæreditatem authoritate Principis,talis coactio ab eodem Principe auferri potest.*l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.* & hoc argumento in hac nostra materia & proposito vti ur, Decius *in conſ.*519.*num.*6.facit *l.alienationis.*§.*qui occaſione.ff. de verborum ſignificatione.*Et qualiter spes habendi aliquid,quantumcunque proxima, sit falsissima,tradit elegan ter Tiraquellus, *in dictis legibus connubialibus, gloſſ.* 2. *numero* 32. *cum ſequentibus*, & † Princeps 485
potest

potest præiudicare in iure quærendo spe non approbato, vt per Ancharran. *in conſ.*292. *Dominus Papa*, & Alciat. *regul.*3.*præſumptione* 11.*num.*7.*pag.*280. non
486 tamen † præsumitur velle tollere ius Tertij, maximè quæsitum ex causa onerosa, nisi habeat notitiam claram illius iuris, & ex plenitudine potestatis, vt tradit Felin.*in cap.vltimo:num.*3.*verſic.ad illud autem, de conſtitution.*quod dictum refero *p.*1.*q.*26.

487 Imò Princeps potest † post aditam hæreditatem legitimare in præiudicium hæredum, secundùm Bart.*in l. Gallus,*§.*& quid ſi tantum, ad fin.ff.de liber.& poſthum.* Bald. *in cap.*1.*col.*1. *in verbo, & nos dicimus in legitimatione,tit.hic finitur lex Corradi*,& alios,vt per Alex: *in conſ.*2.*num.*14.*lib.*1. Decium *in conſ.*269. & *in cap. ſuper eo, de officio Delegat.* & *in authent. ſi qua mulier, num.*22. *fol.*55. *C.de ſecund. nupt.* Barthol.Socinus *in conſ.*63.*num.*11.*lib.*3. vbi latè probat posse Principem præiudicare fideicommissario, in præiudicium iuris delati ex testamento, adhuc non quæsiti, quia ius dicitur
488 delatum de iure positiuo, Socinus Iun. *in conſil.*76. *num.*133.*lib.*1. quamvis contrarium (& melius † iudicio meo) teneat Glos.Parisien. *in addition.* ad Alex *in d.conſ.in addition. quæ incipit, Excluderetur*, & de hoc legenda sunt quæ scribit nouissimè Menochius *in tract. de præſumpt. lib.*4.*præſumpt.*9. *nu.*3. *fol.*131. & Thesaur. *deciſ.*227.*nu.*10. vbi resoluit,quod Princeps potest tollere ius in spe quæsitum, & vocare fœminas, & derogare, & tollere.

Igitur in proposito videtur, quod Princeps potest alterare vocationem clausularum maioratus in præiu-
489 dicium vocatorum † ad illius successionem: & con-
490 firmatur, quia testamentum nullum † ex defectu solemnitatis, potest confirmari per rescriptum Principis; vt constat ex scriptis per Lucam de Penna *in l.*1. *C. de his qui in exili.mittan.lib.*10.*col.*4. Carol. Ruinus *conſil.*12.*num.*1.& 30.*lib.*3. Parisius *conſil.*46.*nu.*20.*lib.*3. & alios quos citat Burgos de Paz *in* 5 *part.l.*3.*Taurin. num.*1367.*fol.*362. & Princeps in præiudicium voca-
491 torum reddit fœminam † feudi capacem,secundùm Albert.Brun.*in conſil.*1.*nu.*18.*& in conſil.*115.*n.*1. Decium *conſil.*390.*nu.*7. Curtium Iun.*conſil.*1.*nu.*23.*lib.*1. *cum concordant.*vt per Anton.Gabriel.*lib.*2.*communiopin.on. de iure quæſit.non tollen.concluſione* 5.*nu.*36.& 40.& 41. Burſat. *in conſil.*150.*nu.*22.*lib.*2. Parisius *in conſil.*16. *nu.*25.& 26.*lib.*1.& Princeps velle videtur præiudicare Tertio quoad ius quæsitum spe non approbata, secundùm Angelum *in conſil.*292. *Dominus Papa:* Alciat. *in tractatu de præſumption.regula* 3.*præſumpt.*11.*nu.*5.Menoch. *in tractatu de præſumpt.lib.*2. *præſumpt.*9. *nu.*20. *pag.*118. & allegat notata per illum *in conſil.*20.*nu.*39. & *in conſil.*157.*nu.*24. Et pro ista parte est etiam doctrina Baldi *in l.Deo nobis,*§.1.*nu.*6.*fol.*57. *C.de Epiſ-*
492 *cop.& Cleric.* vbi vult, quòd † si quidam decesserit relicto filio Fratre Minore: tamen antea quam successores venientes ab intestato venirent & adirent, filius fuit factus Episcopus, potest succedere & hæreditatem adire, & excludere venientes ab intestato: vbi ad hoc refert Federicum *in conſil.*27. & quædam iura, quod dictum ad aliud refero *in* 1.*p tract.q.*2.

Sed huic oppositioni facilis est responsio ex doctrina eiusdem Bart.*in d.l. is poteſt*, *nu.*11. *in verſic. ſed ſi eſſet ſubſtitut. ff.de acquir.hæred.* vbi dicit,quod illa opi-
493 nio,quam scripserat *in num.*10. non procedit,quando quis est substitutus per fideicommissum, prout in nostro casu & Bart.sequuntur Alexand.& Modern. *ibi*, & alij quos refert Parisius *in conſil.*1.*num.*43. *lib.*2. vbi alias rationes in confirmationem huius sententiæ adducit, loquendo in quadam legitimatione, Cephal. *in conſil.*112.*nu.*29.*lib.*1.& *in conſ.*435.*nu.*108.*lib.*4.& *in conſil.*381. *num.*5. *eodem libro*, quem ad aliud cito *infra*, Ægidius Bossius *in practica criminali*, *titul. de proclama. num.*11. *pag.*540.& Bart etiam sequitur Purpurat.*in l.*1.*num.*15. *C.de pactis*, vbi dicit, quod *l.vltima eiuſdem titul.* non procedit in eo qui sperat fidei-
commissum: & idem *in d.l.vltima*, *num.*260. *folio* 20. Carolus Ruinus *in conſ.*80. *num.*4. *lib.*2. quibus adde Alexand. qui loquitur in alia legitimatione *in conſil.*187.*nu.*13. *lib.*5.& 188. *num.*22. *eodem libro*, & *in conſ.*188. *num.*2. *lib.*2. & idem tradit Bossius *in practica criminali*, *titul.de Principe,num.*198.*pagina* 626: vbi addit quod non dicitur venire à iure ciuili † qui ex 494
testamento venit, ex Iason. *in l.vnica, C.quand. non peten.par.* & Pinceps † non videtur præiudicare inri Ter- 495
tij, etiam in spe quæsitum; *l.*2. *verſic. non facile, ff.de natalib:reſtituend.* cum *concordan.* vt per Cephalum *in conſil.*639.*nu.*2.*lib.*5. Gom.*in regula de non tollen.iure quæſitò: quæſt.*4.*pag.*83. *verſ.ſed de iſtis non obſtantibus*, vbi resoluit idem esse in iure conditionali: & faciunt quæ notanter scribit August.Beroius *in conſ.*76.*n.*31. *libro* 1.

Et quod spes succedendi in fideicommissis sit † con- 496
siderabilis, tradit Alexand. *conſil.*61.*num.*6.*lib.*1. Et idem in primogenitura scribit Menochius *conſilio* 211. *num.*98.*lib.*3. qui ex aliquibus quos refert, idem concludit in feudi successione; Matien.*in l.*7.*tit.*10.*lib.*8.*lib.*5. *Recopilat.gloſ.*3.*num.*17.*fol.*241. qui ad hoc citat Tiraquel. *in tractatu de primogen.quæſt.*40.*num.*21. Episcopus Couarr. *lib.*3.*reſolution. cap.*5. Carolus Ruinus *in conſ.*70.*num.*10.*lib.*5.*titul.*7.*gloſ.*5.*num.*6.*fol.*181. & *in l.*.quæ loquitur in maioratibus; & in successione primogenituræ hoc tradit Carolus Ruinus *in l.Gallus,* §.*ſic ius, num.*71. *fol.*267. *ff.de liberis & poſthumis*; qui allegat Bartolum *in dict.l.is poteſt, ff. de acquir. hared;* & in terminis quod doctrina Bart. & aliorum *in d.*§. *& quid ſi tantum, in d.l.Gallus* procedat tantum in bonis patrimonialibus, in quibus pater disponendo potest præiudicare, & non in Regno, scribit Carolus Ruinus *in conſ.*19.*num.*4.*lib.*1. facit Glos. *in l.omnium. C.de teſtament.*qui voluit, quòd † per testamentum di- 497
citur plenum ius quæsitum quoad acquisitionem dominij, plenius per mortem testatoris; plenissimum per additionem, notat Gomez. *in regula, de non tollen. ius quæſit. quæſt.*4. *pagina* 86. & quod successoribus in isto casu sit acquisitum ius in spe probabili, tradit Cephalus *in conſil.*617.*num.*27. *lib.*5. per Glos. & DD. *in l. ſi tibi*, §.*ſi pactum, ff.de pactis*; & alia quæ refert idem Cephalus *in conſil.*38.*num.*5.*lib.*3.& adduco etiam bonum textum *in l. ſi filiofamilias, ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſion.eat.* ibi: *Si filiofamilias legatum, vel fideicommiſſum ſub conditione relictum ſit, dicendum eſt, tam ipſum quàm patrem in poſſeſſionem mittendos eſſe; quia ambo ſpem commodi habent.* quem textum ad aliud re- 498
fero *part.*3.*q.*12.*Et* illud dicitur deberi,quod † non de-
pendet ex voluntate alicuius, secundùm Bart. *in l.fin. C.de tranſact.* Nicol. Boerius *in conſuetudinib. Bituricenſib. titul. des Conſtumes de Tours, pagina* 159. *col.*1. & hoc est in bonis maioratus: & contra Bart. *in d.l. is poteſt*, tenent Fulgos. *in authen.res quæ,C.commun.de legat.* Bartholom.Socinus *in conſ.*23.*lib.*3. Alex.Cephal. & alij quos citat Roland. *in conſil.*85.*num.*33.*lib.*1. & *conſ.*20.*n.*7.*lib* 4.

Ex quibus confirmatur quod scribit Raphael Ful- 499
gos.*in conſil.*101.*Teſtator in ſuo, per totum.*vbi resoluit, quod † spes futuri conditionalis cedi potest, quem citat Tiraquel. *lib.*1. *de retract.* §.26. *gloſ.*3. *num* 6 *pagina* 622. ad quem addo Angel. & Alex. *in l.apud virum, ff.ad Trebellianum*, Cagnol. *in l.*1. *num.*39. *C. de pact.inter emptor.* Ruinus *conſil.*105. *num.*18. *lib.*2. & alios quos citat Bursat. *conſil.*54.*num.*25.*lib.*1.& nemo potest disponere de iure Tertij, sine eius consensu licèt sit ius tantum spe quæsitum: dummodo sit spes iuridica, *cap.*1.*de ſucceſſione feudi*, notat Præpositus. *in tit.ſi de feud.fuer. controuerſ. cap.Titius filios, num.*3. *in fine,fol.*77.tradit Anton.Peregrin prædictis non relatis, *in tract.de fideicommiſ.art.*52.*nu.*16.*fol.*497.& *nu.*35. *fol.*200. adduco textum *in l.ſpem, C.de donation.* vbi 500
Angel.dicit,quod quando spes † non est fundata super aliquo existente fundamento, dicitur vana spes, sed si

ſpero ſuccedère patri, vel matri, eſt iſta ſpes. Et idem tradit Alciat. *in rubr. ff. de liber. & poſthum. nu.* 15. per regul. *in ſuis, ff. de liber. & poſthum.* & facit quod ex doctrina Bart. *in l. vt iuriiurandi, §. ſi liber, ff. de oper. libert.* contra Ancharran. *in conſ.* 118. tradit Felin. *in cap. vlt. de conſtitution. nu.* 2. *verſ. ſed nihilominus,* & eſt notabilis *l.* 13. *tit.* 5. *p.* 5. ibi: *Eſperança han los omes à las vegadas de heredar los vnos los bienes de los otros; la vna es quando alguno a fuzia de heredar los bienes de algun ſu pariente, ſeyendo tan propinquo que aya de heredarle ſi acaeciereque ſine ſin teſtamento.* Si igitur ex hac lege conſanguineus qui habet ſpem ſuccedendi ab in-
501 teſtato, habet ſpem probabilem ſuccedendi: † quanto maiori ratione ſpem habebit, qui ex teſtamento & diſpoſitione teſtantis eſt vocatus ad maioratum, facit textus *in l. & quia plerumque, ff. pro ſocio,* ibi: *Quaſi debita nobis hereditas obueniat: & l.* 3. *§. de illo, eodem tit.* facit *l. propter ſpem: ff. famil. erciſcund. l. fin. ff. de action. empti: l. nam hoc modo, ff. de hereditat. vel actione vendita: l. in quantitate, §. magna, ff. ad leg. falcid.* cum *concordant.* vt per Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcindend. venditione part.* 1. *cap.* 4. *num.* 26. *fol.* 70. & ſpes dicitur quæ ſupra aliquo fundamento exiſtit, ſecundùm Bart. & alios *in l. quod ſeruus, ff. de conditione ob cauſam, & in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verbor. obligat.* vbi Ripa *num.* 75. *fol.* 290.

502 Et ius quæſitum dicitur, † quando ſucceſſio auferri non poteſt, vt tradit Menochius *conſ.* 181. *num.* 50. *lib.* 2. & diſtinctio illa: an admitti debeant concepti, vel non concepti, admittitur in ſucceſſione ab inteſtato, & tic in vocatis per legem, non per hominem; puta per fideicommiſſum, vt tradunt Socinus Iunior *in conſ.* 174. *num.* 29. & 30. *lib.* 2. & quod ſpes certa ſit iudicanda ſicut ſi de præſente fuiſſet, reſoluit Dominus Antonius de Queſada, *lib. practicarum quæſt. cap.* 6. *num.* 30. per *legem aliquando, §. ſin. l. mulier, §.* 1. *ff. ad Trebellianum, l.* 2. *ff. de ſtatuliber.* & alia quæ citati & quod ſpes ſuccedendi
503 in fideicommiſſo ſit multum † conſideranda, tradit ex pluribus Curtius Senior *in conſ.* 16. *num.* 26. Cephal. *in conſ.* 302. *nu.* 145. *lib.* 3. ſic ſcribit Tiraquellus *in tractatu de primogen. quæſt* 40. *num.* 123. *pag.* 291. quòd ſtatim quàm filius natus eſt, occupat ius prioritatis, & in eo fundata eſt primogenitura, iure naturæ: idem etiam Tiraquel. *in eadem quæſt. num.* 200. *pag.* 306. tra-
504 dit, quod ſpes † ſuccedendi in primogenitura, ne à patre quidem, nec à Principe tolli poteſt: & iſta concluſio fulcitur ex doctrina Ancharrani *in conſ.* 339. *Pro maiori: in* 2. *dubio num.* 25. vbi tenet quod in bonis in quibus pater eſt grauatus onere fideicommiſſi, & pri-
505 mogenituræ, † non habet poteſtatem diſponendi in præiudicium vocati & primogeniti: & iſta conducit pro confirmatione egregij *conſilij* Roland. 106. *lib.* 4. *per totum,* præcipuè *num.* 16. vbi ex variis authoritatibus plura ad propoſitum ſcribit; illud præcipuè, quod cum per obitum Philippi Vicecomitis Ducis Mediolani defuncti ſine liberis, feudū Ducatus Mediolani reuerſum fuerit ad Imperatorem, penes quem erat directum dominium, non Vniuerſitati Mediolani, non potuit Vniuerſitas Mediolani, nec alius quiſpiam donare terram de Angleria, quæ erat de dicto Ducatu; & eſt notabi-
506 lis doctrina Bart. *in l. vlt. num.* 14. *C. de pact.* vbi dicit quod illud dicitur nobis deberi ſpe, quod † nō dependet ex mera voluntate alicuius, ſed ex aliquo futuro euentu: debentur igitur ſpe non vana bona vocatis ad maioratum cum ius illorum dependeat à voluntate primorum inſtitutorum, & non poſſeſſorum, facit quod notat Alexan. *in conſ.* 67. *num.* 3. *lib.* 1. Decius *in conſ.* 55. *nu.* 2. vbi refert Dominic. & Imol. *in cap. grandi. de ſuppleu. negligen. prælator.* dicentes, quòd primogenitus non po-
507 teſt ad inſtantiam patris legitimari, † vt ſecundogenitus excludatur, niſi fuerit requiſitus ſecundogenitus, quia non potuit illi pater præiudicare.

Et facit quod notat idem Decius *in conſ.* 443. *nu.* 2. *verſ. primo conſiderandum eſt,* & quod ſcribit Ioan. Andr. *in regul. ſine culpa, de reg. iur. in* 6. vbi dicit, quod
508 legitimatio & matrimonium † non auferunt ſpem ſucceſſionis, quam quis habet ratione primogenituræ de bonis patris, cui pater præiudicare non potuit: & hanc opinionem refert, & confirmat Barthol. Socinus *in conſ.* 251. *Quoniam in præſenti conſultatione. num.* 11. *lib.* 2. vbi citat bonum & famoſum textum *in l. coheredi, §. cum filia, ff. de vulgar. & pupilla.* vbi in fideicommiſſo ſuccedantur grauanti, & non grauato: & in illo loco ſcribit alia ad iſtud propoſitum, de quo tractat Cephalus *in conſ.* 329. *num.* 69. *lib.* 3. & 331. *num.* 1. *eodem libro,* & Ioan. Andr. & Socin. refert Celſ. *in conſ.* 120. *num.* 37. qui etiam alios citat, de quo lector omninò videat Pariſ. *conſil.* 23. *num.* 131. *lib.* 1. probantem in iſtis ſucceſſionibus, maximè, & in primis eſſe conſiderandam perſonam primi inſtitutoris, & quod ius primogenituræ tranſit † in filios, etiam viuente patre, vt
509 tenet Abb. *in cap. ite. de voto, num.* 8. *verſic. ſed dubium eſt:* & Decius *in conſil.* 397. *Viſo puncto, num.* 9. vbi loquitur in quodam maioratu Hiſpaniæ: & dignitas primogenitorum † eſt in maxima conſideratione, vt latè
510 docet Rolandus *in conſil.* 2. *num.* 62. *lib.* 1. & tradit Antonius Gomez *de vltimis voluntatibus, cap.* 1. *num.* 5. *fol.* 4.

Ex quibus venit, quòd ſpes ſuccedendi † in fidei-
511 commiſſo poteſt vèndi, & donari, ſecundùm Raphael. Fulgoſ. *in conſil.* 1. *Teſtator in ſua ſolemni teſtamento, nu.* 3. Anton. Gama *deciſ.* 264. *nu.* 1. & legenda ſunt quæ de ſpe ſuccedendi in maioratibus ſcribit idem Gama *deciſ.* 174. *nu.* 8. & 20. Et eo ipſo quod primogenitus naſcitur, ſtatim † ſpes incommutabilis ei acquiritur: ad
512 quod plures refert Molina *lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 37. *fol.* 51. & traditur per Burgos de Paz *conſil.* 9. *nu.* 30. & filius primogeniti vocatur † *primogenitus,* ſecundùm Abbatem
513 *conſ.* 87. *lib.* 1. confirmat Anton. Gama *deciſ.* 30. *nu.* 12. & idem † iudicatur de actione competenti primoge-
514 nito ad feudum, quod de ipſo feudo, vt probat Gloſ. Pariſ. *in conſuet. ducat. Tariſien. p.* 1. *§.* 22. *nu.* 107. & ideo inquit Gloſ. *in cap. vlt.* 24. *q.* 1. quod filius Regis *Rex* † poteſt appellari, licèt nondum habeat Regnum; &
515 habet dominium, licèt non adminiſtrationem, de qua Gloſſa latè agit Tiraquel. *in l. 8. de primogen. q.* 33. *n.* 12. tradit Chaſſan. *de gloria mundi, p.* 5. *conſideratione* 41. *fol.* 33. Ioannes Cirier *in tract. de primogenitura, lib.* 1. *quæſt.* 21. *fol.* 44. *col.* 4. & faciun. plura quæ ſcribit Tiraquellus *in l. ſi vnquam, C. de reuocand. donationibus, in principio. n.* 21. *pag.* 15. & 16. & *in tract. de ceſſante cauſa, part.* 1. *nu.* 106. *fol.* 42. Burgos de Paz *in conſil.* 9. *nu.* 31. Parladorius *de rebus quotidianis, lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 4. *pag.* 120. Ioan. Guttierrez *in §. ſui, Inſtit. de hæredum qualit. nu.* 111. *pag.* 177. Et ſpes ſuccedendi in primoge-
516 nitura † eſt firma & inuariabilis, quam nec pater, nec aliùs adimere poteſt, vt oſtendit Tiraquel. *in tract. de primogenit. quæſt.* 40. *nu.* 69. *pag.* 281.

Quæ maximè procedunt, vbicunque maioratus fuit factus per contractum, cum ſpes conditionalis tranſmittatur, *§. ex conditionali, Inſtit. de verborum obligation.* tradit inter alios plures Curtius Iunior *in conſ.* 258. *nu.* 9. *& in conſil.* 265 *nu.* 5. *& in conſ.* 320. *nu.* 17. Et proprium alicuius dicitur, † quod debetur, vel deberi ſpe-
517 ratur: Gloſ. *in l. purè, §. ſi eum, in verbo, ſuum, ff. de exceptio. & in l. ſi tibi, pecuniam, in verbo, meum,* vbi Roman. *ff. ſi cert. petat. & in l. eius qui in prouincia, in principio, in verbo, defuncti, eodem titul.* vbi Bart. & *in l.* 3. *§. ſi tutor, vel curator:* & ita cauetur † ratione ſpei, ſicut
518 ratione rei, *l. ſi tibi. in* 2. *reſponſo,* & *l. ſi vſusfructus, in principio, ff. de vſufruct. quemadmod. caueat:* & iura conſiderant † quod euenire poteſt; *l. in diem, in fine, ff. de*
519 *aqua pluuia arcen.* & tradit in ſpecie primogenituræ, Lucas de Penna *in l.* 1. *C. de priuileg. eorum qui in Sacr. Palat. militant; colum.* 1. *in verſic. octauo ius primogenituræ. fol.* 258. & qui habet actionem ad rem, ipſam † rem
520 habere videtur, *l. qui actionem, ff. de regul. iur.* cum *concordant.* & conducunt quæ ſcribit idem Lucas de Penna *in*

in l. vnica. C. de reis poſtul. lib. 10. *col.* 2. *fol.* 96. & qui
521 habet ſpem dicitur habere † ius quæſitum, *d. l. ſpem. C. de donation.* & perdere tale ius, eſt damnum; *l. Neratius, §. idem Iulianus, ff. ad leg. Aquil.* ℣ Hinc eſt quod ſicut noua conſtitutio non trahitur ad ius quæſtum de
522 præterito re ipſa, ita etiam non trahitur † ad ius conditionale, quod dicitur quæſitum ſpe, ſecundùm Ancharran. *in cap.* 1. *quæſt.* 14. *de conſtitution.* poſt Iacob. Butrig. quem ipſe allegat: & in notabili quæſtione tradit Aretin. *conſ.* 7. Felin. & alij, quos refert, & citat Gomezius *in regul. de non tollend. ius quæſit. quæſt.* 4. *pag.* 83.

523 Ex quibus infero † egregium intellectum *ad l.* 6. *tit.* 1. *lib.* 2. *Recopil.* de qua *ſuprà* actum fuit, *num.* 128. per quam ſancitum fuit, quod *leges Tauri* ſunt trahendæ ad negotia præterita: quæ lex eſt intelligenda ſecundùm iſtam doctrinam *Ancharrani*, & aliorum; quod eſt ſingulariter notandum ad materiam maioratuum, & meliorationum: de quibus *prædicta leges Taurinæ* loquuntur. Et iſta maxi ne è procedunt, vbicunque maioratus fuit factus cum facultate Regali in contractu facto cum Rege, ſicut plures fiunt in Hiſpania per ementes villas, vel alias res, & officia, quia tunc ſpes ſuccedendi in maioratu eſt magis firma, & certa: & Princeps non poteſt derogare clauſulas, nec vocationes maioratuum in præiudicium illorum, qui vocati ſunt ex prima fundatione, & contractu, vt notanter fundat Carolus Ruinus *in conſil* 99. *nu.* 5. *cum ſequentibus,* præcipuè *num.* 7. *lib.* 3. Ad quem addo Antonium Theſaurum *deciſione* 270. *num.* 6. vbi ex hoc reſoluit, quòd
524 conditio † nomen & arma deferendi, à Principe remitti non poteſt; allegat Epiſcop. Couarru. *reſolut. libro* 3. *cap.* 6. Molin. *libro* 1. *de primogenit. cap.* 8. *num.* 28.

Nec etiam his obeſt quod ſcribit Alex. *in d. conſ.* 2. quem etiam ſequitur Decius *in conſ.* 390. *Quoniam ex facto: nu.* 11. *& in conſil.* 393. *nu.* 4. Quia (vt prædixi) doctrina *Bartol.* & aliorum non eſt vera, vt conſtat ex ſcriptis per Doctores *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum.* Barthol. Socin. *in conſ.* 120. *nu.* 8. *lib.* 3. & Bertrand. *in conſil.* 26. *nu.* 19. *lib.* 2. vbi latè te-
525 nent, Principem, poſt aditam hæreditatem, † non poſſe legitimare filios illegitimos in præiudicium hæredum, quibus ius acquiſitum eſt: & contra Bart. eſt communis opinio, ſecundùm Emmanuel. Coſtam *in dicto §. & quid ſi tantum, p.* 1. *nu.* 174. & Socinus *num.* 24. & eſt communis & indubitata opinio, ſecundùm Fortuni. *ibi, num.* 185. quod punctum latiſſimè diſputat Menchaca *lib. controuerſiarum, cap.* 1. *nu.* 30. vbi tradit *in numeris antecedentibus,* qualiter Princeps poſſit legitimare filium illegitimum in præiudicium hæredum ab inteſtato, ante vel poſt hæreditatem aditam, & poſt poſſeſſionem apprehenſam. Ad quem addo notabile *conſilium* Caroli Ruini *in conſ.* 80. *nu.* 5. *cum ſeqq. lib.* 3. vbi multa bona in propoſito ſcribit:

Et quamvis vera eſſet opinio, facilis eſt reſponſio ex prædicta reſolutione Bartoli *in l. is poteſt, ff. de acquir. hæred.* quam etiam ſequitur Ægidius Boſſius *in volum. practic. crimin. titul. de Principe, nu.* 198. *pagina* 626. vbi etiam ex Felin. *in cap. cum olim, col.* 2. *de re iudic.*
526 tradit quod Princeps auferre non poteſt † etiam ius in ſpe quæſitum, modo ſit ex teſtamento; quia tale ius non dicitur obueniens à iure Ciuili, per *l. obuenire, ff. de verborum ſignificatione,* vbi Rebuffus *pagina* 682. tradit quòd ius diſponendi de rebus propriis quoad pri-
527 mævam inuentionem † fuit introductum de iure gentium: nam eo ipſo quo gentes eſſe cœperunt, de bonis ſuis diſponere voluerunt, vt legitur de Iacob *Geneſ.* 27. & 3. Regum *cap.* 2. vbi Dauid inſtituit Salomonem, & per Gloſſ. *in l. quoties, ff. de hæred. inſtituend.* & doctrinam Bartoli *in l. interdum, ff. de condict. indeb.* Alexand. *in conſil.* 2. *nu.* 20. *lib.* 1. & hanc communem
528 vocat: & ius primogenituræ, & ſuccedendi eſt † tranſmiſſibile ad deſcendentes ab eis, quamvis illis realiter quæſita non ſit, ſecundùm Oldrad. qui refert alios Doctores antiquos *in conſilio* 224. Ioan. Andr. *in addition. ad Speculator. tit. de ſucceſſion. ab inteſtat.* Paulus de Caſtro, Abb. Iaſ. & Felin. quos citat Tiraquellus *in tractatu de primogenitur. quæſt.* 40. *num.* 39. & 66. qui *num.* 88. conſiderat, quod ſtatim quod primogenitus, vel ſecundogenitus naſcitur, acquiritur ſibi quoddam ius, & qualitas excluſiua pòſt natorum, & fœminæ alterius ſexus: & tale ius in eſſe formatur, adeò vt in illius perſona videatur implicitus quaſi ſtatus Regalis: & Tiraquel. & Epiſcopum Couarruuiam *in practic. cap.* 36. *nu.* 11. citat Peregrin. *in tract. de iure fiſci, lib.* 1. *nu.* 52. *pag.* 18. & Bart. etiam ſequitur Alexand. *in conſil.* 188. *n.* 22. *lib.* 5.

Et ex prædicta Bart. doctrina etiam reſponderi poteſt ad ea quæ ſcribit Pariſius *in dicto conſil.* 1. *nu.* 69. vbi fundat per plures Doctores, quod Princeps poteſt tollere ſpem, & ius ſuccedendi, eſto quòd aliquis illorum, quorum intereſt, non fuerit citatus: quia † id
529 non procedit in fideicommiſſis, iuxta doctrinam Bart. & in iure quæſito ex teſtamento, ex ſententia Felini, & aliorum; & quemadmodum non præſumitur, Principem velle aliquem iure ſuo priuare, neque lædere; ita neque in ſpe probabili † lædere præſumitur, vt probat
530 Menochius *conſil.* 36. *nu.* 24. *lib.* 1. Et quod Princeps non poſſit præiudicare in iure quærendo, cum tale ius eſt de iure gentium, reſoluit Carolus Ruinus *in conſil.* 95. *num.* 9. *lib.* 1. Et qualiter Princeps non poſſit tollere ius ex teſtamento quæſitum, tradit latè Simon de Prætis *lib.* 1. *de interpretan. defunct. voluntate, ſolut.* 13. *num.* 4. *cum ſequentibus. fol.* 25. *& lib.* 5. *interpretatione* 1. *dubitat.* 1. *num.* 6. *fol.* 478. vbi ex Calcan. *conſil.* 8. *num.* 15. & 16. & aliis † probat diſpoſitionem teſtatoris eſſe
531 obſeruandam, non obſtante Principis reſcripto.

℣ Et eodem modo reſponderi poteſt ad Gloſſ. *in cap. naturales, ſi de feud. fuerit controuerſia,* per quam plerique tenent, quod Princeps poteſt alterare naturam feudi in præiudicium agnatorum: quod latè inter alios fundat Iaſ. *in conſil.* 236. *lib.* 2. & *in conſil.* 107. *lib.* 4. in quo vltimo latè tenet, quod Princeps poteſt
532 aſſignare † feudum primogenito, aliis excluſis, Curtius Iun. *in conſ.* 1. *dub.* 2. Decius *in conſ.* 269. *num.* ... & 396. *nu.* 10. Villalob. *in ſuis communibus opinionibus, verb. Princeps ſine cauſa, nu.* 268. & alij vt per Burſat. *in conſil.* 26. *nu.* 46. Anton. Gabriel *lib.* 4 *communium opinionum, tit. de iure quæſito non tollen. concluſ.* 1. ad quod etiam legi debet Ludouic. Gozadin. *conſ.* 90. *num.* 2. Et
533 ſpem ſuccedendi in feudo Princeps † auferre poteſt, vt per *Decium* qui plenè hoc fundat *in conſ.* 390. *num.* 10. cum aliis, maximè propter benemerita illius, cui fit conceſſio, vt latiùs *Decius* probat: & iſtam opinionem latiùs omnibus fundat, & ſuſtentat Aymon Crauetа *in conſilio* 135. *num.* 22. cum aliis, à quo lector multa ſumere poteſt legendo, & conſulendo: & licèt fundus non poſſit in totum auferri per dominum confirmantem, & renouantem, † poteſt tamen alterari, &
534 qualificari etiam addendo perſonas prius non comprehenſas, ſecundùm Brun. *conſilio* 1. Campegium *inter conſilia Bruni, col.* 2. Pariſ. *conſil.* 17. *num.* 8. *lib.* 1. & *in in conſ.* 1. *nu.* 25. *lib.* 2. Curtius Iunior *conſ.* 1. *num.* 18. Cephal. *in conſilio* 28. *num.* 70. *lib.* 1. Quia ad iſta omnia etiam reſponderi poteſt ex ſcriptis per Pariſium *in dicto conſilio, num.* 126. & per Bertrandum *conſilio* 37. *libro* 1.

Vltra quod eſt in noſtro propoſito conſiderandum, quòd eſt † diuerſa ratio in feudo, quàm in maioratu,
535 quia maioratus procedit ab inſtitutore qui vocauit primogenitos ad ſucceſſionem in infinitum, feuda autem procedunt à Principe, & in eis vaſſalli dominium recognoſcunt, & ideò res difficilè reuertitur ad ſuam naturam: & non eſt mirandum quod Princeps, qui illud cōceſſit, renocare poſſit, & poſſunt reddi aliæ plures differentiæ: Ex quibus conſtat poteſtatem Principis in bo-
536 nis maioratus, & in eorum ſucceſſionibus, † non eſſe ita

amplam, nec absolutam, sicut in bonis feudalibus. Nam Paul. de Castr. *in conſ.* 426. *lib.* 2. tenet quod feudum antiquum renunciari non poteſt, vt de eo tanquam de nouo inueſtiatur in præiudicium filiorum, quibus erat ius quæſitum ex prima inueſtitura: quam opinionem refert, & ſequitur Pariſius *in conſ.* 5. *In præſenti cauſa feudali, lib.* 1. vbi plura ſcribit, ex quibus hæc noſtra opinio corroboratur: & latè probat quod in feudis quæ non ſunt hæreditaria, ſed veniunt ab anteceſſoribus, † non licet alterare naturam feudi, in præiudicium ſucceſſorum, quia in tali feudo habent ius ſuccedendi. §36

Et quod in feudo de familia non poſſit acquirens præiudicare ſucceſſoribus, tenet Matth. ab Afflictis *in cap.* 1. *nu.* 18. *de feud. ſucceſſ.* & eſt communis opinio ſecundùm Alex. *in conſ.* 106. *nu.* 8. *lib.* 4. ad quod plures concordantes refert Pinel. *in l.* 1. *part.* 3 *nu.* 97. *pag.* 568. *C. de bonis matern.* quos lector videat pro confirmatione iſtorum: cui iungo Tiraquel. *lib.* 1. *de retract.* §. 30. *gloſ.* 1. *nu.* 21 *pag.* 661. vbi *num.* 42. poſt Stephan. Bertrand, quem refert *in conſ.* 1. *nu.* 98. *& ſequenti. lib.* 1. tradit Principem non poſſe feudi naturam mutare † in præiudicium vocatorum: per *l. ſcripta, C. de precib. Imperat. offeren.* & plures citat Cephal. *conſ.* 152. *nu.* 12. *cum ſequentibus. lib.* 2. Amedeus à Ponte *in quæſtion. laudemior. quæſt.* 10. *cap.* 2. *in verſic. quod præfata renunciatio:* & de doctrina Pauli, & aliorum, lector videat quæ ſcribit Marcus Brunus ab Anguiſ. *conſ.* 54. *nu.* 63. *cum ſeqq.* §37 §38 vbi latè reſoluit, quando † pater poſſit feudum, vel emphyteuſim acceptam pro ſe, & filiis, dare primogenito: ex quibus ſcribit Cephal. *conſ.* 645. *num.* 75. *cum ſequentibus*, quod Dux in præiudicium ſucceſſoris non poteſt amittere præeminentiam dignitatis: pro quibus faciunt ſcripta per Carol. Ruinum *in conſ.* 12. *nu.* 13. *lib.* 3. Ioan. Gratian. Falcon. *regula* 403. qui hæc refert, & adduco bonum *conſilium* Oldradi 237. *Perlectis, nu.* 1. *cum aliis*; & inquit Aretin. *in conſ. penultim. col. ultim. nu.* 4. quod agnatus habet ſpem probabilem in feudo, quod poſſidet agnatus viuens: quem refert Purpurat. *in d. l. vltima. C. de pactis, nu.* 259. *fol.* 201. & conducunt ſcripta per Thom. Grammatic. *in deciſ.* 103. *num.* 212. *pag.* 520. & ex fertiliſſimum *conſilium* Iaſ. 233. *lib.* 2. *colum.* 3. *cum ſequent bus*, vbi latè inſtruit, Principi non eſſe licitum admittere filiam ad ſucceſſionem feudi, in §39 præiudicium † agnatorum non conſentientium: quod conſilium cito *in* 1. *p. principio* 4. *partis, num.* 24. licèt contrarium videantur tenere Curt. Sen. *conſil.* 1. *verſic. quinto aduerte*, Decius *conſ.* 390. *verſic quarto*, Brunus *conſ.* 1. *verſic. quarto facit*, & Aymon *d. conſ.* 135. *verſic. ex præmiſſis infertur*, & aliis quos citat Anton. Gabriel. *lib.* 3. *commun. opinionum, tit. ul. de iure quæſit. non tollen. concluſ.* 5. *nu.* 40. *pag.* 88. volentes, quòd Princeps poteſt præiudicare in contractu feudi, quando non eſt quæſitum ius re ipſa ſed ſpe, vt quia nondum feudum ad eum peruenit, ſed eſt comprehenſum in inueſtitura. Et hoc fulcitur ex ſcriptis per Decium *in conſ.* 269. *nu.* 7. Pariſius *conſil.* 4. *n.* 42. *ib.* 1. Gratus *conſil.* 9. *n.* 121. *lib.* 1. Sed pro hac noſtra ſententia facit magis propriè quædam opinio egregia Pauli de Caſtro *in conſil.* 164. *lib.* 2. *nu* 5. quod incipit, *In cauſa maioratus Hiſpalenſis*, §40 vbi dicit quod Rex non poteſt variare leges, † & conditiones primogenituræ in præiudicium ſucceſſorum, nec facere quod ſuccedat alius quàm primogenitus: citat text. *in l. perfecta, C de donation. quæ ſub modo*; *l. Ariſto, ff. de donation.* & eſt elegans conſilium in hac materia, quod ego in aliis locis commendo; & conducit quod habetur *Deuteronom. cap.* 21. ibi: *Si habuerit homo duas vxores, vnam dilectam, & alteram odioſam, non poterit filium dilecta facere primogenitum*: & iſta ſententia Pauli eſt expreſſa pro concluſione *ſuprà* firmara: & idem tenet Archidiacon. *in capit. Epiſcopus*, 88. *diſtinctione*, vbi vult, quod Princeps nequit mutare §41 leges, & clauſulas † fideicommiſſorum, & Martin. Laudenſ. *in tractatu de Princip.* §. 22. & alij, quos refert Epiſcop. Couarr. *reſolution. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 7. *in verſic. hanc ſententiam*, cui addo Decium, qui benè loquitur *in conſ.* 357. *nu.* 6. Cephal. *conſil.* 186. *nu.* 37. *lib.* 2. qui ad hoc alios citat.

Ex quibus infertur verum eſſe, quod ſcribit Matth. ab Afflictis *in cap.* 1. *nu.* 4. *fol.* 234. *An mutus, vel ſurdus*, vbi fundat, quod ſi pater habens feudum, in quo viuitur iure Francorum, mortuus eſt, ſuperſtite filio primogenito, ſurdo, vel muto à natura, & ſuperſtite filio ſecundogenito habili, † Princeps non poteſt facere gra- §42 tiam primogenito in præiudicium ſecundogeniti, per aliqua iura quæ refert. Et omnibus ſupra ſcriptis addenda eſt elegans ſententia Gloſ. Pariſienſ. *in conſuetud. Pariſien. p.* 1. *gloſ* 4. §. 3. *nu.* 29. *fol.* 61. vbi dicit, quod non licet Regi, aut Domino feudi alterare ſubſtantiam † conceſſionis feudi iam conceſſi, & cuius pacta certo §43 modo fuerunt facta; quia facto pacto, & conceſſione, non licet alterutri quicquam immutare: citat text. *in d. l. perfecta, C. de donat. quæ ſub mod.* & *l. velles necne, C. de reuocand. donation.* Pro quo facit quod conſulens in propria cauſa ſcripſit Iaſ. *in conſ.* 93. *lib.* 3. vbi probat feudum conceſſum per Principem ex contractu, reuocari per eundem non poſſe, & traditur per Afflict. *in conſtitution. Neapolit. lib.* 3. *rubr.* 24. *nu.* 6. Celſum *conſil.* 26. *num.* 25. Pro quibus etiam elegans ſententia Andreæ de Iſernia, & ad multa conducibilis, ſcilicet *in cap.* 1. *de inueſtitur. de re aliena facta*, vbi vult, quod in feudo antiquo † nullus agnatus habet cauſam à con- §44 cedente, & ideo agnatus non admittitur ad ſucceſſionem feudi, vt ex nunc, ſed vt ex tunc; ſcilicet, quia dicitur ſuccedere primo inueſtito: quod tradunt Alexand. *in conſ.* 30. *lib.* 1. *fundament.* 6. Curtius Iun. *in conſ.* 50. *num.* 16.

Quod Princeps † non poſſit tollere ius primogeni- §45 turæ competens ex diſpoſitione legis, vel priuilegio Principis, tradit Tiraquel. *lib. de primogenitur. q.* 21. *nu.* 7. poſt Abbat. *conſ.* 85. *col.* 1. *lib.* 1. idem tradit Gloſ. Pariſien. *in conſuetud. Iuriſ.* §. 85. *gloſ.* 3. *q.* 2. *in fin.* Roland. *conſ.* 10. *nu.* 40. *lib.* 3 facit egregia *l.* 61. *tit.* 5. *part.* 5. ibi, *Arrepientenſe a las vegadas para dezfazer la vendida, los homes, deſpues que han vendido ſus coſas, e van a pedir merced a los Reyes, que les manden dar ſus cartas, para que las puedan desfazer; e por ende dezimos, que tales cartas no las deuen dar; y ſi las dieren, no deuen valer.*

Nec eſt omittenda notabilis *Raphael. Fulgoſ.* doctrina *in conſ.* 62. *Domina Catharina*, vbi dicit, & latè ſuſtentat, quòd cùm quædam mulier reliquiſſet hæredem vniuerſalem neptem, & iuſſiſſet quod nòn poſſet nubere alicui qui non fuiſſet oriundus ex terra Ripæ Tridenti, cuius erat ipſa teſtatrix, & qui non habitaret in ea terra Ripæ, & ſi dicta neptis ſecus faceret, aut quacunque ex cauſa hæres non eſſet, inſtituiſſet ipſam in tertia parte hæreditatis, & Commune dictæ terræ in aliis duabus, quod Princeps non poteſt facere ex priuilegio in præiudicium voluntatis, & clauſulæ teſtatoris, quòd quis † ſit natiuus, & originarius terræ Ripæ, §46 ad hoc vt neptem poſſit vxorem ducere, provt ipſe latiùs ſcribit: imò fundari poteſt, quod etiam propter benemerita alicuius, in cuius fauorem vult facere Princeps derogationem ſucceſſionis maioratus, non eſt iuſtum, quod rectus Princeps faciat tales derogationes ſucceſſionis maioratus, quia id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro à nobis auelli † non poteſt, *l. id quod no-* §47 *ſtrum, ff. de regul. iur.* Nec in bonis maioratus feruanda eſt deciſio Decij *in conſil.* 269. *Concluſio ſuperiùs fundata*, vbi aliquibus rationibus probat, quod Princeps facere poteſt quod fœmina inueſtiatur in feudo propter ſeruitia & amorem patris, etiam contra conceſſionem inueſtituræ: Quia (vt apparet ex ſuperioribus, & ex ſcriptis per Decium *in dicto conſilio*) aliud in bonis maioratus dicendum eſt, † quàm in bonis feudalibus. §48

Infero etiam deciſionem ad id quod ſcribit Afflict. *in conſtitut. Neapolit. lib.* 3. *rubr.* 5. *nu.* 66. vbi diſputat, an

an ex conſenſu Regio pater poſſet admittere ſecundogenitum neptis, in præiudicium primogeniti. Ex hoc etiam alia ratione conſtat, quia ſicut primus vocatus ad maioratum habet dominium bonorum maioratus §49 de iure gentium, à quo ſunt † prodita dominia rerum; *l. ex hoc iure, ff. de iuſtitia & iure:* ita per eandem ratio- §50 nem † ſucceſſores ſunt domini rerum maioratus, & hoc dominio, niſi ex cauſa iuſtiſſima, & prius ſoluta æſtimatione, priuari nequeunt; *l. item ſi verberatum, §. vltimo, ff. de rei vendicatione*, & eſt memorabilis *l.* 2. *tit.* 1. *part.* 2. & alia elegans *l.* 3. *tit.* 18. *part.* 3. & vide Gregor. Lopez *in d. l.* 2. *in gloſ. in verbo*, Buen cambio, *& in l.* 33. *tit.* 2 *in gloſ. in verb.* Son del Rey. *part.* 5. quod latiſſimè vltra omnes confirmat Roland. *in conſ.* 69. *nu.* 15. §51 *cum ſequentibus, lib.* 2. Et maieſtas Principis † per bonum & æquum conſeruatur, ſecundùm Baldum *in l.* 1: *ff. de conſtitution. Princip.* ad quod eſt bona *l.* 3. *tit. ul.* 1 *in verſic.* Otroſi dixeron, *part.* 2. & faciunt quæ ſcribit Gregor. Lopez *in l.* 10. *tit.* 1. *part.* 2. *in gloſ.* in verb. *Entor teceros*, quam doctrinam latè tractat, & confirmat Anton. Gabr. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 3. *titul. de iure quæſit non tollen. concluſ.* 1. *nu.* 1. *cum aliis pag.* 183. vbi *num.* 8. poſt Tiraquellum *in tract. de primogen. q.* 21: tradit, Principem non poſſe priuare filium iure primogenituræ: & Princeps non præſumitur velle teſtatoris §52 diſpoſitionem † tollere, *Authen. de iureiurand. à morien. præſtit. in princ p.* per quem hoc tenet Socinus Iun. *in* §53 *conſ.* 65. *nu.* 11. *lib.* 2. vbi latè ſuſtentat, Principem † ſine magna cauſa non poſſe mutare teſtatoris voluntatem, cui addo bonum textum *in l. in ciuile, C. de rei vendicatione*, ibi, *Dominium eius tranſtuliſti inuito eo, ex noſtro reſcripto tibi aſſignetur.*

Vltimò, ſi veritas omnibus eſſe debet magis amica: ego firmiſſimè credo Principum poteſtatem eo vſque §54 eſſe extendendam, † vt omnia poſſint tanquam Reges, Rectores, & Adminiſtratores Reipublicæ, & non vltra: quod ex penè infinitis iuris diuini & humani teſtimoniis conſtat; & ipſa naturalis ratio & iuſtitia quæ cæteras probationes vincit, hoc docet. Quæ regula & doctrina ante oculos haberi debet, ad alienationes, quas Reges confirmant de bonis maioratus, ad tranſactiones, & ad aliâ ſimilia, ad quæ Reges authoritatem confirmando præſtant.

§55 Ex quibus tandem apertè † conſtat veritas noſtræ opinionis, quam etiam defendit *Curtius, & Gratus*, Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcind. vendition p.* 1. *nu.* 18. & itidem videtur concludere Gregor. Lopez *in l.* 6. *tit.* 11. *part.* 6. *in gloſ. in verb.* Què la no pudieſſe vender, *fol.* 83. *col.* 3. *in verſic. quamvis non ſit diſputandum*: licèt dum refert Alexan. *in conſ.* 2. *& in conſil.* 94. *lib.* 1. dicentem, Principem poſſe ex iuſta cauſa fideicommiſſo derogare; aliud ex eo deduci poteſt: vide tamen in contrarium aliud *conſilium* Alexand. 136. *Viſo & examinato. nu.* 12. *libro* 1.

Et ex iſtis infertur errauiſſe egregium Peraltam *in rubr. ff. de hæred. inſtituend. num.* 130. *pag.* 197. vbi vult, §56 quòd ius † ſuccedendi in bonis maioratus eſt ius quærendum, non quæſitum. Nam licèt verum ſit, quòd ante ipſam realem & actualem diſpoſitionem, qui ius habent ſuccedendi in maiora ibus, non ſint veri domini in actu: tamen in ſpe probatiſſima, & à iure approbata dicuntur domini, vt conſtat ex ſuperiùs traditis: & adduco bonam *legem* 21. *in verbo*, E la manda que es fecha, *titul.* 9. *part.* 6. & faciunt quæ ſcribo *in* 1. *part. q.* 23. vbi notatur, res non tantùm ad actum, ſed ad habitum, & aptitudinem referri: & pro iſtis etiam faciunt quæ ſcribo *in* 1. *part. quæſt.* 6. *à nu.* 5. *cum aliis*. Et hæc veriſſima ſunt, quicquid ſcribant Iuc. de Penna *in l. penult. C. de Decurion. lib.* 10. *col.* 2. *prope fin.* Felin. *in cap. qua in Eccleſiarum, nu.* 49. *de conſtitution.* & Auguſtinus Berojus, ibi *num.* 39. per text. quem ad hoc dicit vnicum & ſingularem *in l.* 2. §. *tractari, ff. ad Tertullianum*, ibi, *Aut hoc imputatur matri, cur non deſideranit à Principe conditionem remitti*: Vbi *non eſt imputandum ſibi, ſi ipſa non impetrauerit à Principe illam conditionem remitti.* Et idem tenet Brun. *in conſ.* 1. *col.* 6. *verſ. ſecundò ad prædicta; & conſ.* 6. *col.* 1. *verſ. ſecundo ius quod competit*, & Campeg. *conſ.* 2. *poſito inter conſilia ipſius Bruni, col.* 7. *&* 8. Decius *conſ.* 147. *nu.* 4. *& in l.* 1. *nu.* 21. *C. de ſecund. nupt.* Socinus Iun. *conſ.* 76. *nu.* 132. *lib.* 1. Gregor. Lopez *in l.* 3. *titul.* 1. *part.* 6. *verb.* Mugeres, *col.* 9. *verſ. ſi verò maioriam*, & iſtorum opinio etiam confunditur ex aliis quæ ſcribo *infra, in* 4. *part. in princ.*

Nec in contrariam etiam opinionem † me mouere §57 poteſt, quod tradit Cephal. *in conſil.* 302. *nu.* 30 *lib.* 3. vbi tradit, quod ad præiudicium vocatorum in prima inueſtitura poteſt Princeps erigere primogenituram: vbi allegat Paul. de Caſtro *in conſil.* 179. *In cauſa quæ magnificus, nu.* 8. *lib.* 1: Alexand. *in conſil.* 12. *lib.* 5. Iaſ. *conſil.* 107. *lib.* 4. *& conſ.* 236 *lib.* 2 & Gozadin. Natta, Beſoius, & notata per ipſum *conſ.* 3. *num.* 23. quare potius iudico ſtandum eſſe ad ea quæ ſcribit *num.* 39. *cum ſe-* §58 *quentibus*. Princeps tamen † ob bonum publicum, & vt Reipublicæ adminiſtrator, derogare poteſt clauſulis maioratus, *l. ita vulneratus, §. multa, ff. ad leg. Aquiliam; l. potiores, C. de offic. rect. prouinc.*

Ex quo confirmatur † Pragmatica data *Madritii an-* §59 *no* 1534. quæ ſtatuit, quòd duo maioratus vniti per matrimonium diſſoluantur, & filius maior non ſuccedat in ambobus, licèt aliud caueatur in clauſulis maioratus, hodie eſt *l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopilation.* quæ etiam fulcitur *ex l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. *l.* 19. *tit.* 22. *part.* 3. *l.* 8. *titul.* 28. *eadem part. l.* 15. *tit.* 11. *eadem part.* quæ ob vtilitatem publicam aliqua ſtatuunt aduerſus regulas iuris, & *l.* 2. *titul.* 1 *part.* 2. *& l.* 8. *in verſ.* E aun mas, *eodem titulo, l.* 2. *& l.* 3. *tit.* 1. *part.* 7. *l.* 54. *tit.* 6. *part.* 2. *l.* 11. *& l.* 12. *tit.* 3. *lib.* 1. *ordinamen. noui.* Notat eleganter Baldus *conſil.* 395. *nu.* 2. *lib.* 2. vbi in hoc ponit regulam generalem, & faciunt quæ de vtilitate publica ſcribit Gomezius *in regul. de non tollend. iur. quæſito*: *q* 19. & ego ſcripſi plura *infra, in* 4. *part. q.* 1. *limit.* 2. *& q.* 15. *& l.* 35. *verſicul.* Otroſi dezimos, *tit.* 2. *part.* 3. *l.* 4. *verſ.* Al pro comunal, *tit.* 7. *partit.* 6. Quæ conducunt ad ea quæ ſcribo *infra, hac* 2. *p. q.* 4. *illation* 8. & ad ea quæ ſcribit Molina *lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 17. *fol.* 142. vbi hæc confirmat ex ratione & doctrina, quòd quamvis non poſſit Princeps feudum vaſſallis auferre, † poterit tamen illud ponere §60 ſub quadam regula iuſtitiæ, & æquitatis; pro quo faciunt ſcripta per Cephalum *in conſilio* 3. *num.* 33. *libro* 1.

Et hoc confirmatur, quia Princeps per legem † ge- §61 neralem poteſt præiudicare Tertio, *l. Antiochenſium, ff. de priuileg. creditor.* notat Bart. *in l. omnes populi, in fin. 5. quæſt. princip. ff. de iuſtitia & iure*; & alij quos citat Aym. *de antiquitat. tempor. 1. p. nu.* 210. Alexand. *conſil.* 190. *nu.* 17. *lib.* 2. *& conſ.* 112. *verſ. ad tertium; lib.* 3. Decius *in cap. quæ in Eccleſiarum, nu.* 21. *de conſtitut.* Pinel *in l.* 1. *C. de bon. ma. ernis, p.* 3. *nu.* 62. *verſ. infertur decimo ſexto. fol.* 105 *colum.* 2. vbi ex hoc reſoluit, poſſe † Principem legem condendo tollere donationem re- §62 muneratoriam: & Princeps quando procedit per viam legis, poteſt reuocare priuilegium: ſecundùm Baldum *in l. nup. a, ff. de Senatorib.* Calderin. *in conſil.* 11. *col. fin.* Quintil. Mandoſ. *reg.* 4. *quæſt.* 7. *nu.* 4. *fol.* 129. & interpretatio Principis habet vim legis generalis, ſecundùm Roman. *in conſ.* 260. Aymon. *in conſ.* 135. *num.* 39. per Menchac. *lib.* 1. *controuerſ. cap.* 1. *nu.* 4. Antonius Gabriel *lib.* 3. *communium opinionum, tit. de iure quæſito: concluſ.* 2. *nu.* 26. *& concluſ.* 3. *nu.* 11. & in primogenitura tradit Menoch. *in conſ.* 331. *nu.* 112. *lib.* 4. ex Baldo *in conſ.* 432. *lib.* 1. & facit quod ſcribit Anton. Peregrin. *in tractatu de fideicommiſſ. art.* 51. *nu.* 35. *fol.* 486. Boſſius *in pract. tit de Principe. nu.* 201. *pag.* 626. *& in tit. de Regalijs, nu.* 33. *pag.* 675. *& dicto tit. de Principe, num.* 85. Pinellus *in l.* 1. *C. de bonis maternis, p.* 3. *fol.* 105. *col.* 3. *verſ. infertur decimo ſexto*, Tiber. Decianus *in pract. lib.* 2. *cap.* 30. *nu.* 20. *fol.* 61. *tom.* 1. & vbicunque Princeps per viam legis † generalis aliquid diſponit, non tenetur §63

ad villam recompensam, secundùm Alexand. *cons.* 109. *Visis, versic. ad veritum, lib.* 3. *& in cons.* 189. *Maurè, lib.* 2. Gozadin. *cons.* 90 *nu.* 19. quod refert & confirmat Gomezius *in regul. de iure quæst. non tollen. quæst.* 14. *pag.* 118. Restaurus Castaldus *in tract. de Imperatore, quæst.* 98. *nu.* 8. *fol.* 176. Ioan. Francisc. *in tract. de Baronib. pragmatica.... num.* 114. *pag.* 190. Et quod Princeps possit interpretari voluntatem testatoris, resoluit idem Castald. *casu* 265. *q.* 110. *fol.* 261. per *leg. cum apud, C. de communi seruo manumis.* Et quando derogatio est facta
564 per modum legis generalis, † non est necessaria derogatio specialis, secundùm Felin. *in cap. nonnulli, num.* 5. *vers. fallit autem prædicta, de rescript.* Menoch. *in consil.* 190. *nu.* 22. *lib.* 2.

565 Hinc fit, quòd testator non potest † prohibere ea quæ legis statuta & consuetudines statuunt per viam iurisdictionis, non autem per viam interpretationis voluntatis defuncti, vt per Petrum Mathesilan. *in l. filium quem habentem, nu.* 50. *C. famil. erciscund.* Socinus Iun. *in cons.* 103. *nu.* 22. *lib.* 1. Simon de Prætis *lib.* 2. *de interpretan. defunct. voluntat. interpretat.* 2. *dubitat.* 2. *nu.* 32. *fol.* 135. & Princeps potest ponere feudum sub regula
566 iustitiæ, † vt per Cephalum *in cons.* 152. *num.* 36. *& in cons.* 197. *nu.* 3. *lib.* 2. & legenda sunt quæ circa istam quæstionem nouissimè scribit Anton. Peregrin. *in tractatu de fideicommis. art.* 52. *num.* 113. *fol.* 511. & quod
567 Princeps per legem generalem possit derogare † ius primogenituræ, & maioratus, tradit Matien. *in d. l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopilation. glos.* 7. *nu.* 8. *& 9. fol.* 182. post Cardinal. à Turrecremat. Grammatic. Dominic. à Soto, Tiraquel. quos citat: quod maximè procedit stante publica vtilitate, vt resoluit Aymon *in eo loco, num.* 237. *fol.* 346. Rebuf. *in l. vnica, C. de sentent. quæ pro eo, quod interest: in præfatione, nu.* 46 *pag.* 350. & idem Aymon.
568 *consil.* 135. *nu.* 50. Quinimo & iudex † potest contractum factum inter partes ad æquitatem reducere, text. est singularis *in l. cum quidam* 17. *ff. de vsur.* quem reputat pro singulari Anton. Thesaur. *decis.* 229. *nu.* 1. pro quo faciunt quæ scribo 4. *p. q.* 1. *illation.* 14.

Et quod Princeps non possit ob publicam vtilita-
569 tem auferre rem alterius, si alio modo † prouideri necessitati possit, volunt Ancharan *in cap. statutum, q.* 6. *de constitut. & in reg. peccatum, de regul. iur. in* 6. *& in consil.* 162. & alij quos citant Anton. Gabriel *lib.* 3. *commun. opinionum, ti. de iure quæsito non tollendo, conclus.* 2. *nu.* 5. Menoch. *in cons.* 307. *nu.* 48. *lib.* 4. Et legenda sunt quæ scribit *in numeris sequentibus.* Et amittere lucrum radicatum, est aliquid ex patrimonio amittere, secundùm Glos. *in l.* 1. *§. si quis per inundationem, ff. de itinere actuque priuato:* Bart. & Bald. *in l. non amplius, §.* 1. *ff. de legat.* 1. & alios, vt per Gregorium Lopez *titul.* 15. *part.* 7.

Et ex his omnibus, dum latè probatum est, successores in maioratibus habere spem firmam, & probabilem ad succedendum, ad alia plura potest inferri intellectus, quæ in prosecutione huius Operis videbuntur.

Et pro nunc infero veram esse sententiam Roderici Xuar. *allegat.* 4. dicens, vocatum ad primogenituram,
570 † timentem à possessore rei alienationem bonorum maioratus, quæ sunt ex primogenitura; vel si ipse possessor iactat bona esse libera, & absque vinculo restitutionis, posse Iudicis officio postulare, & intentare remedium *l. diffamari, C. de ingen. manumis.* & *l. si contendat, ff. de fideiussor.* Et idem tenet Episcop. Segouiens. *lib.* 1. *resolution cap.* 18. *num.* 8. & Gregor. Lopez *in l.* 1. *tit.* 2. *part.* 2. & Auditor Oralora *de nobilit. p.* 2. 3. *part. principal. cap.* 9. *fol.* 84. *nu.* 6. & pro ista opinione plura singularia scribit Cephal. *in cons.* 181. *nu.* 5. *cum sequentibus, lib.* 4. Petrus Surdus *decis.* 120. *n.* 5.

Item infertur ad decisionem illius quæstionis, quæ multoties facit Iudices, & Aduocatos dubitare, an ille qui prætendit se esse legitimum successorem, & voca-
571 tum ad maioratum, † possit in vita possessoris petere, quod declaretur ius illi competere ad succedendum in eo. Et attentis superioribus, mihi semper apparuit veriorem esse conclusionem, quod iustè hoc petere possit, qui ius successionis prætendit. Et pro hoc etiam facit; quia licèt filij quamdiu pater viuit, nullum ius habeant † in bonis parentum; nec illis debeatur pos- 572
sessio, nec legitima, *l.* 1. *§. impuberi, ff. de collation bonor.* cum *concordant.* hoc non procedit in filio primogenito, cui defertur successio ex lege contractus concessionis, vel inuestituræ, secundùm Abbat. qui id eleganter explicat *in con.* 85. *In præsenti, nu.* 6. *lib.* 1. vbi *num.* 1. dicit, quòd hoc ius succedendi in isto casu illico cum primogenitus venit ad lucem, in habitu & spe, consequitur
ius, † & est spes firma, & inuariabilis: quod refert, & 573
confirmat Glos. Parisien. *in consuetud. Parisien. part.* 1. *§.* 8. *glos.* 3. *nu.* 6 *fol.* 112. & inquit eadem Glos. Parisien. *d. §. nu.* 28. quod † ius primogenituræ est formatum in 574
persona primogeniti, etiam viuo patre, & potest per illum cedi, & vendi; & faciunt quæ scribo *supra n.* 455. *cum sequentibus,* & quod scribit Ioan. Cirier *in tractatu de primogenitura, lib.* 1. *quæst.* 14. *fol.* 27. & fortificatur ista conclusio ex dispositione singulari *l.* 1. *tit.* 2. *part.* 3. ibi: *Esso mismo de lo que entiende que deue auer en el tiempo que es por venir, de que el semejo que le fazen cosa, porque adelante puede ser embargado, o perdido todo.* Ad quam tamen legem responderi potest, quòd ad hoc, vt quis habeat ius petendi, vt declaretur legitimus successor in maioratu, requiritur quod adsit aliqua causa iusta, præter eam, quòd est successor maioratus, vt patet ex illis verbis, *Del que semeja que le fazen cosa porque adelante pueda ser embargado.* Et hoc modo videtur intellexisse eam legem Gregorius Lopez ibi in Glos. in verbo, *En el tiempo,* qui in terminis istam quæstionem tradit.

Nihilominus prædicta conclusio certior mihi videtur, & secundùm eam fuit sententia lata in hac Regali Cancellaria in successione status Comitis de Buendia: quamvis contrarium variis rationibus teneat Antonius Gomez *in l.* 40. *Taurin. nu.* 79. & Arias Pinellus *in l.* 1. *part.* 3. *nu.* 78. *C. de bon. maternis,* quem refert Caldas Pereira *in tractatu de nominatione emphyteu. quæst. nu.* 3. *fol.* 4. & Xuarez *dicta allegat.* 4. *fol.* 130. *col.* 2. *in versic. præterea,* Calcan. *consil.* 21. Æmilianus *consil.* 155 *circa finem,* quos refert & sequitur Marzarius *de fideicommissis, part.* 3. *quæst.* 61. *pagina* 54. nouiter Paz *in practica tom.* 3. *§.* 3. *nu.* 2. *fol.* 64. doctissimus Dominus Antonius de Padilla *in l.* 1. *C. de fideicommis. fol.* 15. *num.* 30. vbi dicit secundùm istam opinionem fuisse sententiam latam in Regio prætorio Pinciano, Antonius Gama *decisione* 6. *nu.* 6. vbi Mena *in additionibus* multa scribit: & *decisione* 202. & *in dicta decisione* 6. *num.* 8. scribit, vtrum is, qui in causa maioratus succubuit, possit † ite- 575
rum agere, vt declaretur successor? & istam opinionem Domini Antonij de Padilla, & aliorum, tenet etiam Molina *lib.* 3. *de primogen. cap.* 14. *nu.* 10. *cum sequentib.* Sarmiento *libro* 7. *selectarum interpretationum, cap.* 6. *nu.* 4. *fol.* 49. vbi ingentem habuit pugnam cum Molina super intellectu *legis, diffamari, C. de ingen. manumis.* de qua tractat idem Episcopus *libro* 1. *selectarum, cap.* 2. *nu.* 10. & nouissimè aliquos ex dictis Authoribus recitando hoc sequitur, dicens, in practica receptum: Ioan. Guttierr. *consil.* 13. *nu.* 1. & plures citat Ioan. Guttierrez *in consil.* 13. *num.* 1. & faciunt quæ scribo *in* 4. *part. quæst.* 34. *nu.* 4. & eiusdem opinionis esse videtur Gregor. Lopez *in l.* 10. *titul.* 26. *partit.* 4. *in glos. in verb.* No le empece tiempo, *fol.* 71. *col.* 1. *in versic. sit secundus casus,* licèt contrarium concludere videatur *in dict. l.* 1. & distinguit in propria materia, & puncto, Ioan. Garcia *in tract. de nobilitate, glos.* 47. *n.* 13. *fol.* 367.

Pro quorum opinione facit, quia hæreditatem † vi- 576
uentis præmaturè quis petit, *l.* 2. *§. interdum, ff. de vulgar. l. Statius Florus, §. vltimo, ff. de iure fisci: l. qui superstiti, ff. de acquirend. hæredit. l.* 2. *ff. de hæreditat. vel actione vendita:* & id quod ferè in nostris terminis tradit Tiraquellus *in tractatu de primogenitura, quæst.* 98.

577 *& vltima. num.* 3. Sed ad hoc replicari potest, quòd † in fideicommissis non succeditur illi qui est grauatus restituere, sed illi qui fideicommissum reliquit: *dicta l. coheredi, §. cum filia, ff. de vulgari: cum similibus.* Vnde ex tali petitione non videtur quis petere quod declaretur successor vltimi possessoris, qui adhuc viuit, sed illius qui fecit maioratum: quod non obscurè volunt Doctores *in authentic. contra rogatus, C. ad Trebellianum,* in expositione Glos. *in verb. exponet,* dicentes, quod cautio quæ ab hærede dari debet de restituendo, quod ex hæreditate supererit, non potest argui ex eo, quod quis sit solicitus de hæreditate viuentis, quia non suc-
578 ceditur † ipsi hæredi, sed testatori; per *dict. §. cum filia:* præcipuè hoc volunt *ibi* Salicet. *num.* 1. Cornetus *super dictam glossam,* & alij. Et ista sententia mirum in modum fulcitur ex singulari resolutione Imol. *in cap. auditis, num.* 5. *de procuratoribus,* vbi ponit notabilem distinctionem quando de præsenti agi potest pro iure de futuro: & plura ad propositum scribit Cephalus *in consil.* 381. *num.* 12. *cum sequentibus, lib.* 3. & hoc citat Barahona *in addition.* ad Ioan. Lupum *in cap. per vestras, de donation. inter virum & vxorem,* notabili 1. §. 44. *pag.* 379. vbi quatuor distinguit casus: & per text. *in l. si Titius,* vbi Bartol. *ff. de verborum obligationibus,* vbi probatur, quòd quando ex facto de præterito spes est actionem oriri, etsi de præsenti actio non competat,
579 † non est repellendus actor: & tradit Pomates *in additionibus ad Bartolum in dicta l. si Titius,* vbi Iaso. *num.* 3. Cephal. *consil.* 112 *nu.* 17. *& 18. lib.* 1. Tiraquel. *post leges connubial. glos.* 2. *nu.* 41. Menochius *de arbitrar. iudic. quæst.* 16. *num.* 5. Ad quod addo Alex. *in l. vbi autem, §. penultimo, ff. de verborum obligationibus:* Fan. *in tractatu de pignoribus, part.* 3. *memb.* 2. *nu.* 14. *fol.* 65. facit Glos. *in l. lege Aquilia si delictum, in verb. debebo, ff. ad leg. Aquil.* & conducunt plura quæ ad propositum scribit Antonius Peregrinus *in tractatu, de fideicommis. artic.* 41. *nu.* 1. *cum sequentibus, fol.* 577. ad ista legendus, & Petr. *in tract. de fideicommis. q.* 10. *nu.* 1. *cum sequentibus, pag.* 224. vbi reprobat Pinellum contrarium tenentem & sequitur Roderic. Xuar. *allegat.* 4. vbi legi debet Dominus Valles *pagina* 78. faciunt scripta per Matthæum ab Afflictis *decis.* 264. vbi *additio nouissima.* Et pactum valet super fideicommissi bonis celebratum cum Tertio, viuente adhuc grauato, qui restituere te-
580 netur, † etiam ipso inscio, & ignorante grauato; secundùm Cumanum *in l. quidam, §. ... ff. de donation.* Iasonem *in l.* 1. *num.* 18. *C. de pactis,* vbi Ripa *num.* 27. Gama *decis.* 93. *nu.* 4. Et ista opinio non mediocriter fulcitur ex quodam *consilio* Alexan. 119. *num.* 22. *lib.* 6. vbi tradit imputandum esse substituto, qui in vita etiam instituti intra tempora statuta non fecit registrari testamentum: pro quo pondero text. notabil. *in l vltima, C. de administra. rerum publicar. lib.* 11.

Et conducit simile, quod agi potest pro iure annuo de præsenti, vt soluatur in futurum, † tradunt Doctores *in d. l.* 1. *C. de fideicommis.* Aymon *de antiquit. tempor.* 4. *p. nu.* 181. *fol.* 315. & filius in vita Patris potest
581 † assistere in lite maioratus vt tradit Burgos de Paz *in cons.* 18. *nu.* 5. *versic. proinde,* & pro prædictis etiam & doctrina *Aymon.* faciunt quæ scribit Bart. *in l.* 1. *C. de sentenc. quæ sine certa quan.* & *in l. bocum, §. condemnatio, ff. de tabul. exhibend.* & *in l. si finita, §. fin. ff. de damn. infect.* & vocatus ad fideicommissum potest contradicere hæredis vocationibus quæ fiunt de bonis fideicommissi, vt resoluit Ægidius Bossius *in practic. criminal. tit. de proclamatione, nu.* 11. *pag.* 54. per doctrinam Iason. post Cumanum *l. si stipulatus fuerim, §. cum stipulamur, ff. de verborum obligation.* & istos citat Surdus *dicta de-*
582 *cis.* 151. *nu.* 15. Et creditor potest † agere ante diem contra debitorem, vt die adueniente debitum soluatur, vt notant Doctores, præcipuè Ripa *in l. ita stipulatus, ff. de verborum obligation.* Alciatus *in l. cedere diem, num.* 10. *ff. eodem titulo,* decisio Pedemont. 130. *num.* 9. & disputat Cagnolus *in l. in omnibus obligationibus, num.* 16. *ff. de regul. iur. fol.* 56. Petrus Surdus *decis.* 151. *num.* 7. *cum sequentibus,* & faciunt scripta per Iasonem *in l. si constante, num.* 174. *ff. soluto matrimonio,* Hippolyt. *in singula.* 613. Petr. Surd. *decis.* 120. *per totam:* & practica quæ hoc amplectitur, magnam authoritatem habet.

Et legatarius † potest agere pro legato pro tempore 583
decursu, & præsenti, & futuro, secundùm Bart. *in l.* 2. *C. de fideicommis.* & est communis opinio secundùm Iasonem *in l.* 1. *C. de fideicommis.* quos citat Simon de Prætis *lib.* 5. *de interpretand. defunct. voluntat. nu.* 96. *fol.* 533: & quod in examinatione testium super fidei-
commisso probando, iubente grauato, citari † debet 584
non solum ille, cui prætenditur factam esse substitutionem, sed etiam hi qui ab intestato successuri sunt, tradit Paulus de Castro *in cons.* 389. *Dubitatio. lib.* 1. quem citat Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, p.* 1. *nu.* 57. *ff. ad Trebellianum, pag.* 11. miratus de Pinello, qui de hoc non meminit, *in d. l.* 1. *C. de bonis matern. part.* 3. *num.* 50. & quod primogenitus dicatur † damnum sen- 585
tire de futuro, tradit Iacob. Puteus *decis.* 176. *num.* 5. *part.* 2. Et ista conclusio certissima erit, vbicumque possessor bonorum maioratus alienauit aliqua bona maioratus, quia in vita illius poterit petere emptor, qui emit bona, quod declaretur, venditionem esse iuridicam; in tractando actionem contra illum qui prætendit successionem post vitam venditoris, quod euidenti ratione & fundamento probatur, quia vbicumque possessor bonorum maioratus alienat iniustè bona maioratus, † transfertur dominium bonorum in proximum 586
vocatum, *l. cum pater, §. libertis, ff. de legatis* 2. cum *concordantibus,* quæ scribo *part.* 3. *quæst.* 9. *nu.* 1. *cum sequentibus,* & sic iudicium formatur contra illum, qui verè dominus est, si alienatio fuit iniusta, & inualida: & pro hac conclusione faciunt quæ scribit Petra *in dict. tract. de fideicommis. dicta quæst.* 10. *num.* 1. *cum sequentibus,* & omnes concludunt, quòd si iam venit dies acquisitionis, vel vocationis, licèt agi potest, & in isto casu cessant omnia quæ in contrarium adduci possunt: & ante discussionem, † vel executionem potest creditor 587
agere ad declarationem hypothecæ, vt tradit Glos. Parisien. *in addition. ad Alexand. in cons.* 31. *vers. oberit: & in consil.* 58. *vers. dico, lib.* 2. quæ dicit se dixisse *in consuetud. Parisien. §.* 66. quas non habemus; & licèt Pinel. *in d. l.* 1. *part.* 3. tenuerunt conclusionem suprarelatam, faterur tamen, † quòd vocatus ad maioratum, 588
facta alienatione bonorum maioratus, statim potest petere bona alienata non expectata morte alienantis, provt ibi resoluit *num.* 78. quod illum allegando tradit Anton. de Petra *in tractatu de fideicommis. quæst.* 15. *nu.* 321. *cum seqq.* vbi etiam refert Alciatum *in cons.* 577. ad quem addo latissimum *consilium* Hieron. Gabr. 118. quod reputo notabile.

Et quòd si quis possideat bona primogenituræ, quæ petiit primogenitus, & eadem bona petat secundogenitus; quòd non † admittatur petitio secundogeniti nisi 589
prius constet, quod primogenitus decessit sine filiis, vel est inhabilis: tradit latè & notabiliter Matthæus ab Afflictis *in cap.* 1. *de gradib. succession. num.* 9. *fo io* 141. & quòd † valeat pactum super bonis fideicommisso 590
subiectis celebrato cum Tertio factum in vita grauati, illo inscio, resoluit Anton. Gama *decis.* 92. ex doctrina Cumani *in l. quidam, §.* 1. *ff. de donation.* & aliis quæ citat, vbi Mena *in addition.* & nouissimè legi debet in materia Episcopus Simancas *lib. disceptationum, cap.* 11. *pagina* 18. Quibus adde Molin. *in annotation. num.* 19. vbi tradit an iudicio hoc proposito possit successor petere tenutam in Regali Consilio, † ad quem addenda 591
omninò sunt quæ scribit Menochius *remed.* 3 *de adipiscen. possess. num.* 515. *cum pluribus sequentibus, pag.* 95. & Ioan. Garcia *in tract. de nobilit. glos.* 47. *num.* 14. *cum sequentibus, fol.* 367. vbi istam quæstionem tractat, licèt isto non referat, qui benè distinguit atque declarat *num.* 16. & legenda sunt quæ in confirmationem nostræ

opinionis, & deciſionem *Ripæ*, & aliorum, ſcribit Andreas Gail. *obſervationum lib. 2. obſervat. 74. pag. 190.* Aluar. Valaſc. *conſultat. 184.* qui latè diſtinguit: Auendan. *in l. 40. Tauri, gloſ. 1. num. 35. fol. 75.* Quod iſtis diebus contigit in Comitatu de Palma.

His ſic pro introductione *huius ſecundæ Partis* præhabitis, ad quæſtiones deueniendum eſt, & in prioribus
592 quæſtionibus agendum eſt, qui filij ſint capaces † ad
593 ſuccedendum in maioratibus? Et quod † voluntates teſtatorum ſint ſequendæ, maximè parentum in filios, veluti quod ſint idem pater & filius; notanter oſtendit Tiraquel. *in l. ſi vnquam, C. de reuocand. donation. in præfatione, nu. 24. & 25. pag. 20.* & licèt regulariter maſculinum concipiat fœmininum, tamen hoc fallit, niſi aliud conſtet de teſtatoris voluntate: *l. Lucius, §. quæſtum, ff. de legatis 3.* latè Menochius *in conſil. 150. n. 64. lib. 2.* quod ipſe refert *in tract. de præſumptionib. lib. 1. quæſt. 30. num. 7.*

QVÆSTIO I.

Filius legitimatus virum ad maioratum admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Filius legitimatus non admittitur ad maioratum, & num. 4.*

2 *An habeat ius primogenituræ. Admittitur tamen legitimatus per ſubſequens matrimonium, nu. 5. 7. 10. & 12. Etiamſi talis filius naſcatur ex concubina, quæ non erat retenta in domo, num. 6. An ſuccedat in feudo cum clauſula*, Pro te, & filiis tuis, ex te legitimè deſcendentibus, *num. 8. Et an ſuccedat talis legitimatus in maioratu, ſi teſtator requirat, quòd ſucceſſor ſit natus ex legitimo coitu, num. 11. Et admittitur, etiamſi pater contrahat matrimonium in articulo mortis, niſi fiat in fraudem vocati, nu. 13. Quid quando geminatè ponuntur verba, quòd filius ſit natus ex legitimo matrimonio, num. 16. & 17.*

3 *Filius naturalis legitimatus poſt filij legitimi natiuitatem an præferatur? remiſſiuè, & num. 22.*

9 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium an præiudicet ei, cui per donationem erat ius quæſitum.*

14 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum, quando monachus intrauit monaſterium ad fraudandum ſubſtitutum. Nec in præiudicium ſubſtituti poteſt quis in mortis articulo habitum accipere, nu. 19.*

15 *Moriens nullum præſumitur dolum cogitare.*

18 *Fraus illius, qui matrimonium contraxit, aut Religionem intrauit in articulo mortis, qualiter probetur.*

20 *Filius legitimatus an ſit mittendus in poſſeſſionem bonorum maioratus; ſi opponatur quòd pater & mater erant coniuncti affinitate. Quid ſi probetur, quòd legitimatus per ſubſequens matrimonium, eſt legitimus, nu. 23.*

21 *Pater tenetur vocare filios legitimatos per ſubſequens matrimonium ad meliorationem factam iuxta ordinem l. 27. Tauri.*

24 *Teſtator faciens maioratum an poſſit prohibere, ne ſuccedant in maioratu filij legitimati per ſubſequens matrimonium, & n. 28. & 37. Quid in feudo? n. 36. & 39. Reſoluitur à nu. 41. & 54. Quid in fideicommiſſo, nu. 53. & 55.*

25 *Filij legitimati redduntur inhabiles ad ſuccedendum parentibus per ſuperuenientiam filiorum, qui facti fuerunt legitimi per ſubſequens matrimonium.*

26 *In legitimatione, quæ fit per ſubſequens matrimonium, non eſt neceſſarius conſenſus parentum.*

27 *Matrimonia debent eſſe libera.*

29 *Illa quæ directè prohibentur, indirectè prohibita ſunt,*

30 *Pacta & conditiones, quas quis ponit in traditione rei propriæ, ſeruari debent.*

31 *Pactum appoſitum in melioratione, quòd pro nullo delicto bona confiſcentur, valet.*

32 *Donator poteſt apponere conditionem, quòd res donata non tranſeat in Eccleſiam.*

33 *Præceptum teſtatoris factum alicui, quod contrahat cum aliqua fœmina, & ſi non contrahat, vult eum hæreditate priuari, validum eſt.*

34 *Nuptialia inſtrumenta an requirantur ad hoc, vt filij legitimentur per ſubſequens matrimonium.*

35 *Non debet quis eſſe partim ſeruus, & partim liber.*

38 *Piam & rationabilem defunctorum voluntatem amplecti, æquum eſt.*

40 *Filius legitimatus vt excludatur à maioratu, verba & excluſio debent eſſe clara & manifeſta.*

41 *Solutio quæſtionis propoſitæ, & nu. 43. & 45.*

42 *Maioratus donatio quædam eſt.*

44 *Omnibus conditionibus in donatione poſitis parendum eſt.*

46 *Non eſt par ratio debitâ amittere, & lucra nõ capere.*

47 *Quærenda & quæſita diuerſimodè iudicantur.*

48 *Perdens lucrum acquiſitum pati damnum dicitur.*

49 *Lucro iam acquiſito priuari per eum qui dedit, non eſt pœna.*

50 *Lucrari dicitur qui quaſi debitum aſſequitur.*

51 *Statutum, vel conſuetudo, præferens primogenitum cæteris fratribus, ligat Clericum.*

52 *Intellectus ad forum* de Sepulueda, *vt ſtatutum, de quo* in num. præcedenti, *liget Clericum in bonis de trunco.*

56 *Verba*, ex legitimo matrimonio natis, *& verba*, legitimè deſcendentibus, *qualiter differant.*

57 *In Luſitaniæ Regno in Tertio, & in Caſtellæ Regno in Quinto poteſt pater excludere à ſucceſſione filios legitimatos per ſubſequens matrimonium.*

58 *Filij legitimati per ſubſequens matrimonium quando excludant ſubſtitutum, & admittantur ad primogenituram.*

59 *Efficiuntur legitimi per ſubſequens matrimonium.*

60 *Et ibi, quid ſi mater ſit vilis conditionis? Authoris opinio.*

61 *Grauatus reſtituere hæreditatem, ſi deceſſerit ſine filiis legitimis ſuſcepis ex alia muliere, quàm concubina, ſi cum ea contrahat, ad quid teneatur? remiſſiuè.*

62 *Nepos an cenſeatur legitimatus per ſubſequens matrimonium, ſi filius naturalis decedat antequàm pater cum eius matre contrahat.*

63 *Princeps an poſſit legitimare ad maioratum filios illegitimos, diſcutitur à nu. 63. Quando non liceat, nu. 66. Quando licitè poſſit, nu. 67. & 68.*

64 *Legitimatio omnis à Principe, vel à Papa procedit.*

65 *Ex Principis reſcripto filius legitimatus eſt capax ſucceſſionis, etiam ſtantibus filiis legitimis.*

69 *Si filius non fuit legitimatus per ſubſequens matrimonium, quia ſperans ſuccedere impediuit, qualiter ei conſulatur.*

70 *Legitimatio, & diſpenſatio qualiter differant? remiſſiuè.*

71 *Si quis impetret facultatem ad legitimandum aliquem filium naturalem, & ad faciendum maioratum, in quo ſuccedat, an valeant legitimatio & maioratus, ſi poſteà appareat non eſſe eius filium.*

72 *Filius natus ex matrimonio clandeſtino non excludit ſubſtitutum.*

73 *Legitimatur per ſubſequens matrimonium contractum in facie Eccleſiæ.*

74 *Magna eſt differentia inter matrimonia clandeſtina ante Concilium Tridentinum, & ea quæ poſt clandeſtinè contrahuntur.*

75 *Matrimonium quando dicatur clandeſtinum.*

76 *Matrimonij publicitas non excuſat mulierem à mala fide, ſi contrahat cum eo, de quo erat fama quòd cum alia contraxerat.*

77 *Qualitas appoſita in filio, vel nepote primogenito, quòd ſit natus de legitimo matrimonio, cenſetur repetita in omnibus deſcendentibus vocatis ad primogenituram*, & n. 78.

79 *Appellatione* inſtitutorum, *veniunt ſubſtituti etiam in conditione ſpecificè implenda.*

80 *Prohibitio facta à teſtatore comprehendit omnes ſentientes commodum.*

81 *Qualitas excluſiua alicuius perſonæ, an videatur in ſecunda repetita.*

82 *Subſtitutio ſecunda an diuidatur à prima.*

83 *Filius præſumitur natus poſt matrimonium contractum inter patrem & matrem.*

84 *Confeſſio coniugum an probet matrimonium in materia filiorum qui ſperent ſubſequens matrimonium legitimantur.*

85 *Et filius an præſumatur in matrimonium natus, ſi conſtet de fornicatione ante matrimonium.*

PRimò igitur quæro, an filius legitimatus admittatur ad 1
maioratum, vel primogeniturã? In quo paucis verbis agendo dico, communiorem, & receptam eſſe opinionem, quòd filius legitimatus non admittatur ad maioratum, tam quia teſtatores in maioratibus ſæpè excludunt tales filios legitimatos per Principem quàm quia id eſt de iure; vt plenè oſtendunt Tiraquellus *in tractatu de primogenit. quæſt. 34. num. 1. cum aliis, pag.* 239. & Rebuff. *in tractatu de nominat. quæſt. 12. in fin.* Gloſ. Pariſienſ. *in conſuetud. Pariſien. tit. de mater. ſend. §. 8. gloſ. 1. num. 41. fol. 108.* Gregor. Lopez, *in l. 4. tit. 15. par. 4. in gloſſ.* in verbo, *Todas las honras*, & alij quos retuli *in 1. par. huius operis, quæſt. 85. in verſitem facit doctrina Innocentij, num. 19.* in quibus locis inuenies plures quæſtiones circa hanc materiam, quas omitto, quia ibi diſputatæ ſunt, & tradit Molina, *de primogen. cap. 11. num. 23. folio 320.* & nouiſſimè Menoch. *in tractatu præſumption. lib. 4. præſumpt. 79. num. 1. cum ſequentibus, folio 130.* & præſumpt 7. *per totam fol. 152.* qui *num. 57.* refert Molinam *lib. 3. de primog. cap. 3. num. 34.* Ioan. Garcia *in tractatu de nobilitate gloſ. 21. num. 36. folio* 320. & multa bona ſcribit Andr. Tiraquel. *in additione ad Andr. de Iſer. in cap. ſi mulier, de controuerſiar. inueſtitura, in additione*, quæ incipit, *Naturales, fol. 147 col.* 3. & 4. Et notanter Mantica, *de coniecturis mente, lib. 11. tit. 6. num. 1. cum ſequentibus fol.* 273. Et hoc eſt tenendum, quidquid concludat Coſta *in cap. ſi pater, de teſtament. in 6. in verb. ſi abſque liberis, part. 1. num. 50. pag.* 117. & *ſequentibus*, vbi poſt alios multos ab eo relatos tradit, filium legitimatum facere deficere conditionem, *Si ſine liberis deceſſerit*, maximè ſi filius naturalis ſit diſpenſatus; vbi lector vberius videre poterit. Cuius opinio confirmatur ex pluribus, quæ ſcribit Petr. Andr. Gambar. *lib. de offic. & poteſtate Legat. lib. 7. num. 361. pag. 237.* Gama *deciſ. 278.* & quod legitimatus non ha- 2
beat † ius primogenituræ, tradunt etiam Ioann. Cirier *in tractatu de primogenit. lib. 1. quæſt. 13.* & alij quos citat Rebuff. *in tractatu de nominat. quæſt. 12. numer. 49. pag* 181. & traditur per Martin. Laudenſ. *in tractatu de legitimat. numero 168. folio 97. volum. 8. tractatuum*, vbi tractat illam altam & difficilem quæſtionem, ſi ſit conſuetudo quòd primogenitus ſuccedat, † an primogeni- 3
tus naturalis legitimatus poſt filij legitimi natiuitatem præferatur.

Nec obſtat, *l. 12. Taur.* in verſ. *Pero en todas las otras coſas, aſſi como en ſuceder alos otros parientes*: Quia loquitur de bonis liberis, & in quibus non eſt appoſitum grauamen & vinculum, quod in illis non ſuccedant filij legitimati, ex quibus conſtat veram eſſe ſententiam Peralt. *in rubr. ff. de hæred. inſtituend. num. 126. pag.* 80. vbi in paucis verbis vult, quod *l. 40. Taur.* præferens filium primogeniti defuncti ſecundogenito, non procedit vbi nepos eſt legitimatus: & licet *Peralt.* per verbum, *Forte*, hoc dicat, ſic limitando *illam l. 40.* Ego vero 4
† eſſe ſine dubio opinionem credo, ex adductis per di- ctos ſcriptores, & *Carol. Ruin.* quem lector legat *conſ. 79. n. 4. cum aliis, lib. 3.* Tiber. Decian. *reſponſ. 8. n. 11. lib. 2.* qui dicit communem opinionem; maximè, ſi teſtator dicat, & addat iſta verba, *de legitimo matrimonio natis & procreatis*, ex Bald. *in conſ. 363. Quidam tres lib. 5.* & aliis pluribus ab ipſo citatis.

Limitatur tamen iſta concluſio, niſi filij ſint † legi- 5
timati per ſubſequens matrimonium, vt tradunt DD. prædicti; latè *Pariſ.* qui pluribus modis iſtam concluſionem ampliat *in conſ. 13. n. 36. lib. 2.* latius *in conſ. 15. n. 1. cum ſeqq. eod. lib.* & *in conſ. 13. n. 3. cum ſeqq.* Celſus *conſ. 119. n. 5.* Syluan. *conſ. 3. n. 20.* Ahumada *in l. 1. tit. 15. par. 2. in gloſ. 10. in verb.* Si no el hijo mayor, *n. 9. fol.* 144. Oſaſcus qui ex pluribus authoritatibus & rationibus confirmat: Deciſio Pedemont. 154. *num. 4. cum ſeqq.* Molina *de iuſtitia & iure, tract. 2. diſp. 172. pag. 972.* qui alia in materia ſcribit, Andr. Gail. *de lib. 2. obſervat. obſervat. 141 n. 1. 2. & 3. pag. 256.* latè Anto. Peregr. *in tract. de fideicommiſſ. art. 24. n. 1. cum ſeqq. fol. 223* Epiſcopus Couar. *in epitome de ſponſal. p. 2. c. 8. §. 8. num. 6. fol. 142.* Anton. Gabr. *lib. 6. commun. tit. de legitima conclu. 21.* Ioan. Cirier *in tract. de primog. lib. 1. quæſt. 14. folio* 25. Burg. de Paz *conſ. 6.* Quorum concluſio procedit etiam ſi tales filij nati fuerint ex concubina, † quæ non erat 6
retenta in domo: quod probatur ex doctrina Gloſ. & Abb. *in c. 1. nouit, de elect.* eiuſd. Abb. *in c. 1. etiamſi, qui filij ſint legit. imi*, Epiſc. Couar. *in epitom. de ſponſal. p. 2. c. 8. §. 2. n. 4. fol. 117.* cui addo *Dec.* qui iſtam opinionem latè defendit *in conſ. 155. n. 2. cum aliis*, contra Gloſ. & Bart. *in l. penult. ff. de concubi.* qui contrarium tenent, & contra alios quos refert, & idem vult Laſ. *conſ. 168. n. 16. lib.* 4. Tiber. Decian. *reſponſ. 5. n. 88. in fi.* & hæc ſententia *Decij* & *Abb.* & aliorum apud nos maxima nititur veritate, ex diſpoſitione *l. 11. Taur.* & traditis circa eiuſdem intellectum per d. Epiſcop. *in d. epitome, §. 4. n. 2. cum ſeqq. fol. 125.* & hanc opinionem probat ex pluribus Molina *lib. 3. de primog. c. 1. n. 6. fol. 3.* & Tiraqu. *in tract. de primog. quæſt. 34. n. 54. pag. 252.* & plures, qui hanc communiorem dicunt, citat Mich. Graſſus *in lib. de ſucceſſionib. ab inteſtato, §. fid. commiſſ. quæſt. 38. n. m. 5. pag.* 206. nouiſſimè Alexand. Trentacinq. *in tract. de ſubſtit. p. 4. c. 7. n. 41. fol.* 147. qui latè materiam tractat; 7
† pro quibus eſt notanda *l. 1. t. 13. p. 4.* ibi, *Otroſi ſon legitimos los hijos que ha vno en la muger que tiene por barragana; ſi deſpues deſto ſe caſa con ella.* Nam illud verbum *Son*, denotat veritatem, vt tradit Alex. *in l. ſi patrem, §. actio. n. m. 5. fol.* 147. *ff ad Trebell.* & idem tenet Greg. Lop. *in l. 2. tit. 15. p. 4. in gloſ.* in verb. Si no el fijo mayor, *in verſ. item omnino.* Nicol. Boer. *deci.* 158. *n. 2.* per *l. cum quis, C. de natural. liber.* Montal. *in l. 1. tit. 3. lib. 1. foro, fol. 13. col. 1.* facit Motus proprius Sixti V. relatus per fratr. Mandel. Rodrig. *om. 3. q. 54. art. 6. pag.* 311. & tenenda eſt iſta opinio, quicquid velit Rex, *in epitom. ſucceſſ. c. 11. n. 16. pag.* 110. & licet contrariam dicat eſſe communiorem opinionem Carol. Ruin. *conſil.* 92. *n. 16. lib. 3.* & magno conatu defendat Roland. *conſ.* 100. *n. 19 cum aliis, lib. 2.* Cephal. qui communiorem dicit *conſ. 82.* Menoch. *conſ. 160.* Carol. Ruin. *conſ. 211. n. 5. lib. 1.* Rofred. *conſ. 1. n. 9.* & pro iſta opinione faciũt quæ citat Anton. Gabr. *lib. 6. commun. opinion. tit. de legitim. concl. 1. n. 22. 26. & 55.* & communior eſt opinio, quod legitimatus per ſubſequens matrimonium † non 8
ſuccedit in feudo, quando verba inueſtituræ reſpiciunt initium natiuitatis, ſeu originis; & ſcriptum eſt, *Pro te, & filiis tuis, ex te legitimè deſcendentibus*, vt ex Bal. *in cap. 1. §. naturales, ſi de feud. fuer. controuerſ. & conſil. 29. lib. 3.* Roman. *conſ. 29. num. 6.* Cephal. *conſ. 111. num. 11. lib. 1.* Roland. & ex aliis ſcribit Menoch. *conſilio 16. numero 6. lib. 1.* & probat *conſ. 173. numero 71. lib. 2.* & eſt communior opinio ſecundum Cephal. *conſ. 276. num. 11. lib. 2.* qui ex pluribus Authoribus & rationibus illam probat idem Cephal. *in conſ. 541. numero 13. cum ſequentibus lib. 4.* & Gozadin. *conſilio 25.* Duran. *de arte teſtan. tit. 15. de ſubſtitution. cautel. 15. numero 5.*

Marzar. *de fideicommiss. q.*30. *fol.*25. qui alios refert, Francisc. de Mantic. *de coniectur. mente defunct. lib.*11. *artic.*12. *num.*17. *pag.*530. quibus addendum quod scribit Socin. Iun. *cons.*52. *num.*6. *& 7. lib.*1. vbi tradit, quòd
9 legitimatio facta per subsequens matrimonium : † non præiudicat ei, cui per donationem erat ius quæsitum, quod non potest tolli sola voluntate patris legitimantis: quod dictum retuli *in* 1. *part. q.*24.

Pro qua conclusione faciunt scripta per Ioan. Gut.
10 *allegat.*4. *nu.*13. de præferendo † in maioratu filium natum post matrimonium, filio suscepto ante matrimonium: & plura de materia scribit nouissimè Menoch. *in tract. de præsumpt. lib.*4. *præsumpt.*81. *nu.*1. *cum seqq.* vbi procedit per varias & notabiles distinctiones, Cald. Perei. *in tract. de nomina. ad emphyteu. in quæst.*13. *num.*55. *fol.*152.

Secundo ista conclusio, quòd filij legitimati per matrimonium supernenies sint capaces successionis ma-
11 ioratus, ampliatur † etiam si testator requirat, quod sit natus ex legitimo coitu: nam etiamsi nascatur ex coitu illegitimo, si patres postea contrahant matrimonium, admitti debent ad primogenituram, vt notanter probat Gloss. Parisiens. contra Alexand. *ibi in consil.*5. *nu.*2. *lib.*7. *in addition. quæ incipit, Contrariam:* & idem, si testator dicat, *de legitimo matrimonio procreatis*, vt ibi lacius per eum. Quam conclusionem veriorem puto, quam *Alexandri*, & aliorum, quam probat Decius *in dicto consil.*155. *col. vltim.* Ripa *in l. si vnquam, quæst.*32. *nu.*87. *C. de reuocand. donation.* & *in rubric. ff. si certum petat. n.*3. vbi de hac dictione, *de*; & est vera & communis opino, & in practica seruanda, vt testatur Molina *in dicto loco, n.*10. & sequitur Greg. Lop. *in d. l.*11. *tit.*13. *in glos. in verb.* Se casa con ella *vers. nota etiam quòd si testator, part.*4. & eam probat latè dicta Decisio Pedemont. 154. *nu.*4. *cum aliis*: Bursat. qui communem vocat, *cons.*98. *nu.*10. *lib.*1. vbi plures citat vocantes communem in omni successione, legis, & hominis; & *consil.*18. *nu.*14. qui communem vocat, & refert Menchac. *de succession. lib.*1. §. 2. *nu.*89. & Curti. *in tract. de feudis, part.*2. *n.*41. *pag.*273. licet non referat *Deci.* Simon de Pret. *lib.*3. *de interpretand. defunct. voluntat. dubitat.*3. *interpretat.*3 *solut.*3. *n.*6. *fol.*315. Menoch. *in consil.*227. *nu.*31. *cum sequentibus, lib.*3. Hieronym. Gabriel. *cons.*21. *num.*32. *cum sequentibus, & in consil.*24. pro quibus facit sententia eorum, qui
12 tenent, quod *l. si vnquam, C. de reuocand. donation.* † ampliatur in parentibus, qui legitimant filios per subsequens matrimonium, inter quos est Bald. *in c. i. notum, de elect.* & alij plures quos citat Tiraquel. *in l. si vnquam, C. de reuocand. donatin vers. si suscepit liberos, num.*59. Ioan. Gratian. Falcon. *regul.*150. *num.*16. Sortia Oddi. *in tract. de substitution. part.*6. *vers. quoad quartum & vltimum. fol.*168. *col.*2. *& sequenti, fol.* qui licet latè punctum tractat, poterat latius tractare: & est vera & communis opinio, quod legitimatus per subsequens matrimonium, est verè legitimatus, vt testatur Menoch. *de adipiscend. possess. remed.*1. *num.*73. *pag.*7. & opinio *Decy* & aliorum est communior, secundum Celsum *in consil.*119. *num.*10. & alios qui communem dicunt, refert Michael Grassus *lib.*2. *commun. o.*5. *quæst.*10. Bursat. *consil.*1. *num.*20. *& cons.*17. *num.*2. Quibus conuenit quod licet filij illegitimi legitimati non possint succedere in iure patronatus; fallit nisi sint legitimati per subsequens matrimonium, vt tradit Cæsar Lambertin. *in tract. de iure Patronat. lib.*1. *part.*2. *artic.*30. quem citat Hieronym. Gabr. qui id dicit procedere, non obstante dispositione Concil. Trident. *sess.*25. *cap.*9. & hæc opinio est tenenda quicquid contra eam arguat variis fundamentis Cephal. *in cons.*364. *num.*19. *cum seqq. lib.*3.

Limitari tamen potest ista conclusio, vbi quis est legitimatus per subsequens matrimonium contractum
13 cum concubina, in articulo mortis, † ad exclusionem vocati ad maioratum. Quod fundatur ex doctrina Angel. *in l. sed est quæsitum. ff. de liber. & posthumis*, vbi dicit, quod licet existens in mortis articulo possit contrahere matrimonium cum concubina, & legitimare filios per matrimonium, hoc procederet, nisi id faceret in fraudem vocati ad fideicommissum: citat text. *in l. quæ nuper, C. de naturalib. liber.* & hoc in terminis maioratus tenet Roderic. Xuar. *in l.*9. *tit.*11. *lib.*1. *for. fol.*69. *colu.*1. Pro quibus facit sententia Baldi *in authen. nisi gregati, ad Trebellianum, num.*24. vbi resoluit, quòd † Monasterium non excludit substitutum, quando Monachus intrauit Monasterium ad fraudandum substitutum: & idem voluit ibi Salicet. *num.*5. Abb. Felin. & Deci. *in cap. in præsentia, de probation.* & alij quos citat Menoch. *in tractatu præsumption. lib.*4. *præsumpt.*83. *nu.*76. *fol.*146. quod refert scire ad ea quæ tracto *infra, quæst.*3. & *ibi* Menoch. alia plura adducit: & ducere vxorem in articulo mortis non est honestum; sed contra mores ciuitatis, vt tradit Bartholom. Socin. *in cons.*8. *num.*7. *lib.*3. qui ex hoc & aliis concludit, & decidit pulchram quæstionem in statuto, quo disponitur quod maritus lucretur dotem vxoris; & tradit Anton. Gomez *in l.*12. *Taur. nu.*58. Menoch. *in consil.*26. *num.*21. *lib.*3. & plura scribit Cellus *in cons.*73. *num.*32. & voluit Deci. *in c. in præsentia, num.*56. *de probation.* vbi Glos. Paris. *in addition. quæ incipit, Fraudem*, alios citat Socin. Iuni. *in l. Gallus, in principio, n.*99. *ff. de liber. & posthum.* faciunt quæ scribit Augusti. Beroius *in consil.*29. *nu.*19. *lib.*1. & ad hanc opinionem plures refert Menchac. *lib.*3. *controuers. cap.*41. *num.*5. *fol.*3. licet ipse contrarium teneat, & Ripa in *l. ex facto*, §. *si quis rogatus, num.*48. *fol.*166. *ff. ad Trebellianum*, vbi confirmat, quia moriens † nullum præsumitur dolum cogitare; latius Carol. Ruin. *consil.*78. *num.*2. *cum aliis*, *lib.*3. & de hoc etiam agit Molina *lib.*2. *de primogen. cap.*5. *num.*27. *fol.*239. & vide eum *in annotationibus*, *num.*8. & Menoch. *dicta præsumpt.*81. *num.*28. *fol.*137. & de legitimatione per subsequens matrimonium; legenda sunt quæ scribit Ludouic. de Sard. *in tractatu de legitimatione per verum matrimonium: cum tribus capitibus sequentibus, fol.*34. 8. *volumine tractatuum*, & Anton. de Rocell. *de legitimatione, cap. de causa materiali legitimationis dicto* 8. *volum. tractatuum*, *fol.*76. *num.*1. *cum sequentibus*, & *per totum*: & *c. de causa finali*, *seu effectu legitimationis*, *fol.*79. & *c. de matrimonio putativo*: & *cap. de matrim. præsumptiuo.* Martin. Laudens. *in tr. ct. de legitimat. n.*157. *cum seq. fol.*97. *in eod. vol.* Martin. Laud. *in eod. vol.*8. *in tract. de legitimatione, n.*159. *fol.*97. *n.*4. *& fol.*28. Anton. Gabr. *a. lib.*6. *commun. opin. n.* & *d. tit. de legitimatione, concl.*2. *& 3. pag.*377. Cald. Pereir. *in tracta. de nominat. ad emphyteus. q.*21. *n.*71. *cum seqq. fol.*246. Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiss. art.*24. *nu.*59. *fol.*230. Menoch. *in cons.*227. *per totum, l. b.*3. vbi *n.*65. tradit inter alia plura † quid erit, quando geminatè ponuntur verba, quod filius sit *natus ex legitimo matrimonio*: quod latius tracto *par. i. q.*22. & de puncto. An legitimatus per subsequens matrimonium excludat secundogenitum, legatur nouissimè Minadoius *in constitu. Neapolitan. In aliquibus, verb. filiorum, n.*4. *pag.*15. Soci. Iun. *in consil.*52. *n.*7. *lib.*1. qui resoluit an filius legitimatus admittatur quando secundum bonos mores & honestatem, pater non poterat contrahere matrimonium.

Et qualiter legitimatus per subsequens matrimonium admittatur ad retractum, tradit Augustin. Morla *in empor. iur. part.*1. *tit.*9. *de contrahend. impt. nu.*10. *fol.*410. ex Tiraquel. Couarr. Anton. Gom. & Menoch. de materia filiorum, qui legitimantur per subsequens matrimonium, plures refert Valdes *in additionibus ad Roderic. Xuar. in l.*9. *tit.* De los pleitos, *num.*10. *pag.*60. vbi hos citat: & quod filij etiam nati ex vilissima muliere, legitimentur per subsequens matrimonium. latè ostendit Bursatus *in consil.*10. *num.*9. in quo loco tractat, quod filij in isto casu sunt legitimi, † etiamsi per verba
17 geminata sit dispositum, quod filij sint procreati ex legitimo matrimonio. Et quod tales filij legitimati excludant substitutum, quamvis expresse id in damnum substituti

substituti fiat, tenet Sarmient. *lib.*1. *selectar. interpretat. cap.*6. *num.*8. & 9. *pag.*69. & 70. & tradit Anton. G. br. *lib.*2. *communium opinionum & lib. illius* 6. *tit. de legitimatione, num.*17. *pag.*376. qui istam materiam omnium plenissimè tractat Hieronymus Gabriel, *consil.*24. *num.*1. *cum sequentibus.* De quo etiam vide quæ scribit Tiraquel. *in l. si vnquam in verbo, susceperit liberos, numero* 73. *pag.*346. *C. de reuocand. donation.* Menoch. *in tractatu de præsumption. præsumptione* 83. *numero* 78. *folio* 146.

18 Qualiter autem probetur fraus illius, † qui contraxit matrimonium, vel Religionem intrauit in articulo mortis, tradunt Abbat. Bald. & Decius *in dict. cap. in præsentia*, Alexand. *in l. si quis posthumos, ff. de liber. & posthumis*, quod latius declarat Decius *in dict. capite in præsentia, numero* 56. vbi Felin. *numero* 20. circa præ-
19 dicta scribit, quod quis † non potest in morte suscipere habitum in præiudicium substituti, vel filiorum: & idem Faber, & Angel. *in §. libertinorum. Institut. de libertin.* quos citat Rebuf. *in l. Diuus, numero* 137. *pag.*33. *ff. ad Silanian.* & dixi *infra, quæst.*3. & legenda sunt quæ scribit Cephal. *in cons.*276. *num.*30. *cum sequentibus, lib.*2. ¶ Et quòd talis filius legitimatus per sub-
20 sequens matrimonium † sit mittendus in possessione bonorum maioratus, non obstante quòd opponatur, quòd patet & mater eius sint coniuncti affinitate, quia hoc est referuandum ad iudicium proprietatis, tradit Natta *in consilio* 121. *num.*3. quod est notandum ad ea quæ
21 scribo *in* 3. *part. quæst.*15. & pater † tenetur vocare filios legitimatos per subsequens matrimonium ad meliorationem factam iuxta ordinem *l.*27. *Tauri*, prout tradit *ibi* Matienç. hodie *l.*11. *tit.*6. *glos.*4. *num.*6. *folio* 159. & quòd filius naturalis, qui legitimatus fuit per
22 subsequens matrimonium, † præferatur in primogenitura filio nato iam facto matrimonio, ostendit *Socin. Iun.* post Paul. de Castro *in l. Gallus*, §. *& quid si tantum, num.*125. *fol.*72. *ff. de liber. & posthum.* quod post Molin. *in tractatu de primogenitur. lib.*3. *cap.*1. *num.*7. resoluit alios citando Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiss. art.*24. *n.*35. *fol.*226. quod latius resoluo *infra hac par. quæst.*2.

Limitatur etiam dicta conclusio, dum probatum fuit,
23 quòd † legitimatus per subsequens matrimonium, est legitimus, etiamsi dicatur in dispositione quòd sit legitimè natus, vbi talia verba fuerunt geminata, vt ex Dec. *in dict. consil.*155. *num.*4. & aliis probant Anton. Rub. *in dicta l. Gallus*, §. *quidam rectè, num.*169. *ff. de liber. & posthum.* & Carol. Ruin. *in consil.*92. *num.*14. & 15. *lib.*3. Cephal. *in dicto consilio* 82. *num.*29. & *cons.*239. *num.*15. & *consil.*111. *num.*10. Roland. *dict. cons.*100. *num.*16. Anton. Gabr. *lib.*6. *commun. opin. tit. de legitima. concl.*1. *num.*12. Molin. *lib.*3. *de primogen. cap.*1. *num.*10. *fol.*4. Barba. *cons.*27. *lib.*1. Beroius *cons.*167. *num.*3. *lib.*2. Soc. Iun. *cons.*12. *num.*17. *lib.*4. Montan. *cons.*38. *num.*12. *lib.*2. Anton. Thesaur. *decis. Pedemont.*169. *num.*5. Sforcia Oddi *in loco supra citato, fol.*170. *num.*7. Marzar. *in epitome de fideicommiss. part.*2. *quæst.*30. *in fine*, Tiraquel. *in d. l. si vnquam, in verb. susceperit, num.*52. *C. de reuocand. donation.* de qua legenda sunt quæ scribit Ioan. Guttier. *in §. sui, Institut. de hared. qualit. & differ. n.*191. *pag.*199.

Vnum tamen dubium in hoc puncto se offert, an testatores & conductores maioratuum præcipere possint,
24 quòd in maioratu † non succedant filij legitimati per subsequens matrimonium? quæ quæstio à nemine, quem ego viderim, est tacta; nihilominus tamen ex iuris principiis, & ex mente legum determinari potest. Dubium facit illa fauorabilis dispositio, text. *in d. cap. tanta, qui fil. sint legitim.* quæ ita fauet filiis legitimatis per subsequens matrimonium, quem textum latissimè, & eruditissimè vltra omnes explicauit, & ampliauit Episcop. Couar. *in d. epitome de sponsalib. par.*2. *cap.*8. §. 2. *num.*1. *cum seqq.* cui addo relata per Anton. Gom. *in l.* 12. *Taur. num.*69. & cum illo tex. *in d. cap. tanta, con. cor. d. l.* 27. *tit.*13. *par.*4. *l.*12. *Taur.* vbi filij semel legitimati
25 per subsequens matrimonium † redduntur habiles; ad succedendum parentibus nec excluduntur per superuenientiam aliorum filiorum legitimorum & naturalium; vt latius *in dicta lege* cauetur. ¶ Vnde fit, quòd in hac legitimatione, quæ est facta per subsequens matrimonium, † non est necessarius consensus parentum; nisi 26 quoad vinculum coniugale; nam postquam contraxerunt etiam parentibus contradicentibus filij legitimantur, secundum Angel. *in cons.*17. Salicet. *in disputat.* quæ incipit *Mediolanensis quidam*: & alios quos refert Episc. *in d. loco, num.*13. *folio* 118. & matrimonia debent esse † libera, *l. cum tale*, §. *rescriptum, ff. de condit. & demon-* 27 *strat. l. Turpia, in vers. si Titia ff. de legat.*1. & vtrobique Doctores, vt latius trado *infra*; *in hac parte, quæst.*50. Item facit *cap. cum locum, de sponsalibus* cum *ibi notatis.* Et cum hoc iure dispositum sit in fauorem matrimonij, cum tot immunitatibus, testatores facientes inhabiles ad succedendum in maioratu tales legitimatos; quodammodo videntur † infringere libertatem matrimonij, & 28 bona quæ ex illo sequuntur: quod permittendum non videtur, maximè in re spirituali; *l. nemo potest ff. de legat.*1. & faciunt quæ scribo *part.*1. *quæst.*50. & licèt directè non impediant matrimonium; indirectè tamen illud impedire videntur; nam potest euenire casus, quod quis habeat affectionem contrahendi matrimonium cum concubina sua, & fortè in hoc habet conscientiam oneratam (prout plerumque contingit) supersedeat tamen hoc facere propter metum, quod filij quos habet iuxta præceptum testatoris non possint gaudere maioratu: cùm ergo testator directe non possit matrimonio contradicere, nec impedire (vt satis apertum est) indirectè illud prohibere non debet; † illa enim quæ directè pro- 29 hibentur, indirectè prohibita sunt: *l. non licet ff. de contrahend. empt.* cum *concord.* ad quod facit doctrina Carol. Ruin. *in cons.*189 *lib.*2. vbi vult, quod non valet conditio, per quam testator grauat successorem quod non ducat in vxorem, quam virginem corrupit, ex qua filios illegitimos suscepit; quia impeditur matrimonium, contra tex. *in cap.*1. & 2. *de adulter.* quem citat Mantic. *lib.*11. *de coniectur. mente defunct. tit.*12. *n.*27. *pag.*533. quod in facto contigit, licet ipse & melius contrarium teneat, *n.*30. ex eodem Carol. Ruin. *in cons.*80. *n.*12. *ad fin. lib.*2. *& n.*13. *lib.*3. Et faciunt quæ scribit Thomas Sanch. *in tract. de matrim. lib.*3. *disp.*44. *n.*2. *pag.*649.

In contrarium facit, quia omnia pacta, † & conditiones, quas quis ponit in traditione rei propriæ, seruari de bent: *l. in traditionib. ff. de pact. l. legem, eod. tit. l. rebus, C. de rer. permut. l. legem, C. de donat. l. pacisci. ff. de pact.* ibi: *Pacisci contra edictum ædilitium omnimodo licet, sine in ipso negotio venditionis gerendo conuenisset, sine postea*, l. in emptione. ff. eod. tit. ibi: *In emptionibus scimus quid præstare venditor debeat, quidque ex contrario emptor: Quod si in contrahendo aliquid exceptum fuerit, id seruari debet*, l. 38. tit. 5. p. 5.

Ex quibus confirmatur sententia Tell. *in l.*27. *Tauri, n.*18. *& 19. fol.*217. *& seqq.* vbi magnis authoritatibus probat, quòd si quis faciat in filium donationem Tertij & Quinti; in traditione † potest ponere pro pacto expresso, & conditione, quòd bona meliorationis non possint per aliquod delictum confiscari, etiamsi delictum trahat secum executionem, vt in delicto hæresis, vel læsæ Maiestatis, aut sodomiæ, & similibus. cuius opinio etiam confirmatur ex tex. *in l. si cum filio familias*, §. *si* 31 *pecuniam, & §. Titio decem. ff. de donat. & l.*5. *& 6. & 7. tit.*4. *partita* 5. & donator potest opponere conditionem, quòd res donata † non transeat in Ecclesiam, vt habetur 32 per Glos. & Doctores *in l. si ita quis*, §. *ea lege. ff. de verb. oblig.* & notat Iaso *in l. filius familias*, §. *Diui, lectura i. n.*75. *& lectura 2. num.*112. *ff. de leg. et.*1. & de hoc dicto Tell. Fernan. vide Moli. *lib.*2. *c.*12. *n.*56. *folio* 334. Vnde valet præceptum † testatoris factum alicui, quod contrahat matrimonium cum aliqua fœmina. Quòd si non 33 contraxerit vult eum priuari hæreditate, secundum Oldradum *in cons.*116. & Aretin. *in l. si stipulatus fuero*

te sisti, §. si tibi nupsero, ff. de verborum obligationibus, & alios quos supra tetuli *in 1. par. in quæst. 50. in princip.* & in quæstionis progressu : & conducunt plura quæ scribo *infra, quæst. 3.* & facit etiam quod scribit Angel. *in consilio 29.* & Bald. *in l. si qua illustris, C. ad Orphitia. in versic. item notat,* vbi dicunt, quòd licet in matrimonio subsequenti † non requirantur instrumenta nuptialia, ad hoc, vt filij sint legitimi, id procedit quoad matrimonij vinculum atque filiorum legitimationem simplicem, & canonicam; non tamen ad illorum successionem, quam filij non habebunt, nisi nuptialia instrumenta adfuerint, quorum opinio communis est, secundum Curt. Iun. *in cons. 163. colum. 2. lib. 1.* & illam tenent alij quos refert Episcopus Couarruuias, *in dicto loco, num. 8.* licet ipse contrarium cum Alexand. & aliis teneat. Pro quo facit regula *l. eum, qui ff. de vsucapion.* vbi probatur quod vna eadem res non debet diuerso iure censeri, *l. 1. in vers. nec ratio patitur, ff. de rer. permut. l. pater, §. si seruus ff. de castrens. pecul.* de quo plures concordantes, refert Tiraquellus, *in l. si vnquam, in verb. donatione largitus, num. 244. pag. 281. C. de reuocand. donat.* & non debet † quis esse partim seruus, partim liber. *l. sed duobus ff. de libera. caus. l. si. pater, in fin. cod. tit. vit. C. commun. de manum. l. iudicata, in princip ff. de exceptio. rei iudic. l. vlt. C. de commun. seruo manum.* & pro sententia Episcopi faciunt aliqua plura, quæ scribit Tiraq. *in dict. loco, in numeris antecedent. & seqq.* vbi videndum erit, si expedierit.

Prædicta confirmantur ex eo quod scribit Matth. ab Afflict. *in cap. 1. num. 3. fol. 223. de filiis natis ex matrimon. ad Morganaticam contracto,* vbi notat ex illo *textu,* quod filij legitimati per subsequens matrimonium non † succedunt in feudo, quando deductum est tempore sponsaliorum in pactum. Et idem tenet post Andr. de Isern. *in §. naturales, si de feudo fuer. controuersia, notabili 5. num. 3. folio* 194. Item pro hac opinione affirmatiua, quod valeat prædictum vinculum. & grauamen, facit, quia testatores qui faciunt maioratus, ex communiter accidentibus, sunt Nobiles, aut Generosi, quibus & generationi est dedecus, quod descendentes non contrahant matrimonium condigne, & iuxta natibilitatem illorum, & quod matrimoniis inæqualibus fortè contractis cum aliquibus mulieribus, quæ sunt à genere Iudæorum, aut Sarracenorum descendentes, totum genus dehonestetur: cum igitur plerumque mulieres, ex quibus aliqui filios habent, qui postea per contractum matrimonij legitimantur, pro maiori parte non sint honestæ, nec æquales maritis (quod experientia quotidiè videmus) iure est permittendum, quod maioratus facientes, hac tam iusta cautela † se præmunire possint, ad impediendum prædicta damna irreparabilia, & alia incommoda, quæ ex huiusmodi matrimoniis communiter sequuntur: nam & ex tali præcepto filij arcentur ab illicitis coniugijs, & vita inhonesta. Certè in iure nostro quotidie accidunt plures quæstiones, quæ decidi possunt ex ipsa naturali ratione & iustitia, quam Iurisconsultus valdè æstimauit *in vulgata l. scire, §. consequens, in vers. scire, ff. de excusat. tutor.* & considerato bono regimine reipublicæ, & publica, vtilitate. Æquum igitur videtur amplecti † piam & rationabilem defunctorum voluntatem, postquam iam aliud velle non habent. *l. 1 C. de sacrosanct. Eccles. Clemen. quia contingit, de religios. domibus.* Et pro hoc faciunt alia plura quæ ego scribo *in 1. p. huius operis, q. 51.* dum tracto, an testator possit apponere grauamen succedentibus in maioratu, vt non contrahant matrimonium cum descendente à Iudæis, vel Sarracenis.

Tandem istam opinionem tenet in terminis Matth. ab Afflict. *in tit. si de feud. fuerit controu. inter domin. & agnat. c. 1. §. naturales, notab. 5. n. 3. fol.* 194. vbi tenet filium legitimatum per subsequens matrimonium, esse capacem ad succedendum in feudo, † nisi expressè contrarium appareat ex forma inuestituræ: quem citat Menoch. *in d. cons. 227. n. 18. lib. 3.* Et est aduertendum ad quod scribit *Afflict.* in quantum dicit, quod requiritur expressa prohibitio, quia non sufficit tacita. Per quam doctrinam & omnia supra citata infero, quod ad hoc vt filij legitimati per subsequens matrimonium excludantur à maioratu, † verba, & exclusio debent esse clara & manifesta, maximè quia exclusio est pœna, vt probo *infra, q. 6.*

Difficultas consistit in responsione contrariorum. Ad primum contrarium *d. l. cum tale, §. rescriptum, ff. de condit. & demonstrat.* facilis est responsio, ex doctrina Oldradi, & aliorum, *vbi supra:* & in nostro casu testator nullam ponit conditionem in matrimonio, nec illud impedit, sed filios procreatos facit incapaces successionis. Pone etenim quod pater tempore quo fecit maioratum habebat filium, qui filius etiam habebat filios legitimatos per subsequens matrimonium, nonne pater poterit priuare successione bonorum maioratus eos qui legitimati fuerunt per subsequens matrimonium & in alios filios vel nepotes facere maioratum, † certè negari non potest quin pater habeat ad hoc facultatem: sicut ergo excludere tunc potuit illos nepotes, ita & vlteriores descendentes qui eodem laborant morbo propter eandem rationem, vt docet *l. 27. Taur.* hodie *l. 11 tit. 6. lib. 5. Recopilat.* Et maioratus in effectu † est donatio quædam, vt patet, & in donatione, in qua continentur plures gradus substitutionum, tot dicuntur donationes quot personæ contentæ in substitutionibus, secundum Andr. de Isern. *in cap. 1. §. præterea ducatus, de prohibit. feud. alienat. per Federic.* notat Ripa *lib. 3. responsorum, cap. 2.* Eadem autem ratione † qua testator potuit excludere à maioratu priores personas, & nepotes legitimatos per subsequens matrimonium, ita vlteriores excludere potest, argumento *l. si viua matre, C. de bon. mater.* & omnibus † conditionibus in donatione appositis patendum est, *l. quoties, C. de donat. quæ sub modo,* eum *concord.*

Minimè etiam refragatur text. *in d. l. nemo potest, ff. de legat. 1.* Quia testator facere non potest, † quod matrimonium non sit perfectum secundum dogmata, & sanctiones Ecclesiæ, nec quod filij non sint legitimi, & naturales; super hoc etenim testator nihil disponere potest: sed in pœnam illius qui tale matrimonium contraxit iustè præcipere potest, quod filij illius non admittantur ad maioratum, vel melioritionem, hoc enim non est contra legem venire, sed adimere lucrum, quod filiis competere poterat in tempore quo illis non est delatum, & in quo est patri libera dispositio: quod fieri posse constat ex *l. 14. tit. 4. par. 6.* & *l. 22. tit. 9. eadem partita,* & ex *cons.* Oldrad. & aliis relatis *in d. q. 50.* & non est par ratio † debita amittere, & lucra non capere, *l. vltima, C. eodem* facit *l. vltim. C. de acquirend. possess. l. Seruius, C. de pactis,* vbi quærenda & quæsita † diuersimodè iudicantur, & testator in isto casu prohibet principium acquisitionis, & non aufert ius quæsitum: & licet perdens lucrum iam acquisitum † dicatur pati damnum, secundum Glossam *in l. non amplius, §. 1 ff. de legat. 1.* & *in l. 1. §. si quis autem, ff. de itinere actuque priuato.* cum *concordan.* vt per Matth. *cons. 26. num. 4.* Menoch. *de recuperan. possess. remed. 1. num. 4. pag. 358.* Ioan. Gratian. Falcon. *regul. 303. num. 6.* tamen quando quis priuatur lucro etiam acquisito, per illum qui lucrum dedit, † non est pœna, secundum Glos. *in l. si duo ff. de acquir. hared.* quæ est singularis secundum Imol. Aretin. & Ias. *in l. vltima, C. de codicil.* & est similis Glos. *in l. 2. C. de inutil. stipulat.* iuncta *l. ea quæ, ff. de donat. inter virum & vxorem:* notat Episcop. Couar. *in epitom. de Sponsal. bus par. 2. cap. 3. num. 8. fol. 33.* cui addo Ias. *in l. iuris ignorantia, ff. de iur. & fact. ignoran.* & *in l. si donaturus, §. 1. n. 3 ff. de condit. caus. dat.* & *in l. si emancipati, n. 1. C. de iur. & fact. ignoran.* Glos. & Ias. *in l. si ita stipulat. ff. de verb. oblig.* Tiraq. *in l. si vnquam, in verb. donat. largitus, n. 192. pag. 249. C. de reuoc. donat.* Pinel. *in l. 1. C. de bon. mater. part. 3. num. 52. fol. 94. col. 3. vers. infertur decimoquinto,* D. Anton. de Padilla *in dict. l. si emancipata, num. 9.*

num. 9. pag. 21. C. de iuris & fact. ignoran. Falcon. *regul. 303. num. 6.* Ioan. Gutier. *cons. 18. num. 3.* Gomez. *in regul. de non tollendo iure quæsito, pag. 60.* Dec. *in l. in eo quod, num. 4. & 8. ff. de reg. iur.* Imò lucrari dicitur, † qui quasi debitum assequitur; vt est communis opinio, secundum Aretin. *in l. Titia, num. 3. ff. de verbor. oblig.* Ioan. Lup. *in rubric. de donation. inter vir. & vxor. §. 21. num. 5.*

Ex quibus etiam colligitur responsio *ad l. non licet, ff. de contrahen. emption.* & imputet sibi successor in maioratu, qui contra conditionem maioratus contraxit matrimonium cum muliere, quam in concubinam habebat, & ex ea filios procreauit; nec filij de hoc queri possunt, cum ante nativitatem eorum hoc vinculum inuentum & impositum sit: vnde dicunt Ioann. Andr. & Francus *in regula, sine culpa, de regu. iur. in 6.* quòd statutum, vel consuetudo, † quæ præfert primogenitum cæteris fratribus, ligat Clericum secundogenitum; quando consuetudo fuit inducta ante Clericatum filius Clerici, de cuius præiudicio agitur: idem tenet Albericus latè *in locum quus, C. de natural. liber.* & alij plures quos refert Tiraquel. *in tractatu de primogenitura, quæst. 43. .6. pag. 316.*

Ex quo dicto infertur intellectus † ad forum *de Sepulueda,* de quo fit mentio *in l. 6. Taur.* qui in aliis locis seruatur; quia talis forus ligat Clericum, qui forte ante Clericatum matrimonium contraxit, & habuit filios ex vxore defuncta, qui mortui fuerunt ante patrem, & agitur inter Clericum, & consanguineos filiorum, vocatos ad successionem ex vi trunci: & ad scripta per *Iraquel.* addit Petr. Rebuff. *in tom. 1. ad constitution. Regum, super proœmio, gloss. 1. num. 27. pag. 17.* qui aliqua etiam scribit pro confirmatione nostræ sententiæ, quod est notabile pro intellectu *d. l. 6.*

Et hanc sententiam quod vbi adest testatoris voluntas de excludendo à fideicommisso filios legitimatos per subsequens matrimonium, † sit seruanda, videtur sentire Bald. *in consil. 492. Quidam tres hæredes, lib. 4.* quod repetitur *in nouissim. 367. part. 5* & clarius Dec. hoc notat *in dicto consil. 155. num. 7. in fine,* vbi dicit, quòd si testator vocauit filios naturales in defectum filiorum legitimorum, vel per verba geminata dicatur *de filiis legitimis & naturalibus,* † excluſi censentur filij legitimati per subsequens marrimonium: & hæc concludit Peregrin. *in tractat. de fideicommiss. artic. 24. num. 26.* post Marzari. quem citat *in epitome de fideicommiss. part. 2. quæst. 30.* qui citat Curtium hoc expressè dicentem, *cons. 81. num. 7. &* 8. & facit resolutio Carol. Ruin. *in cons. 80. vol. 11. lib. 3.* vbi probat testatorem posse prohibere successionem in fideicommisso † nepotibus ex filiis legitimatis.

Et ista sententia comprobatur ex quodam abundanti & nouissimo *consilio* Roland. 100. *& vltimo, num. 20. cum sequentibus, lib. 2. supra citato,* vbi latè tractat an filij legitimati per subsequens matrimonium excludant substitutum, si hæres decesserit sine filiis de legitimo matrimonio procreatis? In quo consilio reperiuntur plura, quæ ad intellectum huius quæstionis sunt conducibilia: cui addo Burlat. *in consilio 85. num. 15. lib. 1.* vbi addit longam esse differentiam inter † verba, *Ex legitimo matrimonio nati:* & verba, *legitimè descendentibus,* ex Paris. *in consil. 12. num. 14. lib. 2.* Tandem vt est author Ludouic de Molina *in libro de iustitia & iure, tractat. 2. disputat. 171. pag. 974.* omnes conueniunt, quòd in Lusitaniæ Regno in Tertio, & in Castellæ Regno in Quinto, pater potest † excludere à successione filios legitimatos per subsequens matrimonium, nullum tamen refert Authorem, licèt, vt prædixi, attestetur omnes conuenire: ego autem credo quòd est veritas: & inquit etiam in terminis Menchaca *lib. 3. controuersiar. cap. 32. num. 8.* quod ad tollendas ambiguitates, qui hodie maioratus constituunt, excludunt filios legitimatos per subsequens matrimonium. Sed & longum & peregrinam distinctionem, quando & in quibus casibus filij legitimati per subsequens matrimonium † excludant substitutum; & admittantur ad primogenituram; facit Alciat. *lib. 3. de verborum significat. pag. 60. versicul. ego arbitror distinguendum.*

Scire etiam expedit, quod ita demum filij efficiuntur legitimi per subsequens matrimonium, † si non mater sit vilis & abiectæ conditionis, secundum Glossam *in Authen. quibus mod. natural. effic. legitim. §. igitur, in verbo, permittimus,* quod tenent Angel. *in §. sed aliud, eiusdem authenticæ;* Cœpola *cautel. 250.* Cephalus *in consil. 435. num. 26. lib. 3.* Martin. Lauden. *in tractatu de legitimat. num. 158.* Palacios Rub. *in cap. per vestras de donat. inter virum & vxorem: §. 7. num. 7.* & alij plures, quos citat Menochius *consil. 18. num. 6. lib. 1.* qui tamen, *num. 9.* latissim. è contrarium fundat per multa iura, & authoritates. Et ista secunda opinio mihi † verior videtur propter generalitatem *dict. capitanta, & dict. l. 1. tit. 13. part. 4.* quam tenet Cephal. *vbi supra, num. 100.* ex Tiraquel. *in tractat. de nobilit. cap. 15. num. 23.* Duenas *regul. 350 fallentia 8.* & aliis quæ citat: Et quod grauatus restituere hæreditatem, si decesserit sine filiis legitimis susceptis ex alia muliere, quàm ex concubina ab eo retenta, & ad matrimonium cum alia muliere contrahendum inuitari videatur, atque concubinam vxorem ducere causatiuè prohibeatur, † tradit Carol. Ruin. *in allegato cons. 189. num. 7. lib. 2.* Et an nepotes censeantur legitimati vbicumque pater filio mortuo contraxit matrimonium cum concubina? legendus est Bald. *in l. benignius, ff. de legib.* Guillelm. Benedict. *in c. Raimundus, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, num. 181. fo. 75. de testamentis:* Concludentes, quòd nepos non censetur legitimatus per subsequens matrimonium, si filius † naturalis mortuus sit, antequam pater cum matre filij naturalis matrimonium contraxisset: & idem voluerunt Hippolyt. *in singul. 121.* & alij, vt per Porti. *lib. 4. commun. opinion. conclus. 25. limitat. 3.* Andr. Gail. *obseruationum lib. 2. obseruat. 141. numero 9. pagina 257.*

Viterius circa hanc quæstionem quæro, † an Princeps possit legitimare aliquem filium illegitimum, vt succedat in maioratu. Et sanè quo mvis legitimatio omnis procedat à Principe, † vel à Papa, *cap. per venerabilem: Qui filij sint legitim. Authent. quib. mod. natural. effic. legitim. §. si igitur, col. 6. & in Authen. quibus mod. natural. effic. sui: §. vltimo: l. qua in prouincia, §. vltim. ff. de rit. nuptiar. l. 4. tit. 25. part. 4.* vnde affirmat Tell. *in l. 12. Taur. num. 4.* quod ex Principis † rescripto filius legitimatus, est capax successionis, etiam tantibus filiis legitimis. Quæ est vera opinio; cum tamen Principibus licitum non sit derogare legibus, & conditionibus primogenituræ (vt plenè docui *in principio huius secundæ partis, num. 487. per plures sequentes*) & ex testatorum, & legum dispositionibus filij illegitimi excluduntur à maioratibus, & illorum descendentes, non erit igitur iusta legitimatio † Principis in præiudicium vocatorum ad maioratum, quibus in infinitum ex primæua testatoris dispositione ius acquisitum irrenocabile fuit: & faciunt plura quæ scribit Decius *in cons. 85. num. 8.* Et hoc confirmatur ex doctrina Ioan. Andr. *in dicta regul. sine culpa, de regul. iur. in 6.* vbi dicit, quod legitimatio & matrimonium non auferunt spem successionis: quod dictum retuli *in dicto loco, num. 508.* In quo plura lector legere poterit pro confirmatione istius sententiæ de filiis legitimatis, an in maioratibus succedant. Et plura de materia vide per Molin. *lib. 3. c. 2. num. 1. cum aliis: fol. 7.* & latius *c. 3. fol. 13.* Cald. Pereir. *de nominatione ad emphyteusim, quæst. 13. num. 52. cum sequentibus, fol. 152.* † Poterit tamen Princeps licitè legitimare filium illegitimum ad successionem maioratus in duobus casibus.

Primus est, vbi filij illegitimi per testatorem non excluderentur à maioratu, sed remanserit illius dispositio solum in prohibitione iuris communis; quia cum in isto casu Princeps possit ius derogare, virtute cuius

filij illegitimi prohibiti ſunt à maioratu,& omnis legitimatio ab eo dependeat, iuſtè Princeps derogando leges, quæ illegitimis ſucceſſionem primogenituarum impediunt,poteſt legitimare filium illegitimum ad ſucceſſionem primogenituræ.

68 Secundus caſus, † in quo Princeps legitimare poterit filium illegitimum ad ſucceſſionem maioratus, etiamſi teſtator expreſſe ac velit prohibeat, quod filij illegitimi non ſint capaces ſucceſſionis maioratus, eſt, vbicunque generatio & poſteritas teſtatoris tam deſcendentium, quàm tranſuerſalium eſſet ita extincta, quod non adſint filij aut deſcendentes, vel tranſuerſales legitimi procedentes ex fonte,& familia teſtatoris, vocati à teſtatore,& adſit aliquis filius illegitimus:nam in iſto caſu ne nomen & generatio teſtatoris extinguatur,& vt bona maioratus conſeruentur, in quo Reipublicæ etiam multum intereſt (prout in aliis locis dico) iuſtè Princeps poterit legitimare talem illegitimum ad ſucceſſionem maioratus; quia tali caſu ſuccedente(qui non ſemel contigit) nulli fit iniuria nec præiudicium. Quod probatur ex ratione *l.9.10.& 12.Fauri*, ſicut eas ponderauit *in 1.p.huius operis, q.12.num.21.*vbi plura ſcribo, quæ etiam ſeruiunt pro confirmatione iſtius ſententiæ; & probatur etiam iſta concluſio *ex l. liberorum, in fine, ff.de verborum ſignificatione*: & *l.generaliter, §. ſpurios, ff. de Decurion.* cum *concordan.* quæ ſcribo *in dicta 2.q* vbi multa trado, quæ mirum in modum faciunt pro iſta concluſione.

An autem legitimatus ad maioratum ſuccedere poſſit in bonis quæ ſunt ſita extra territorium legitimantis, vel diſpenſantis ? vide quæ ſcribo *1.part.ſupra, eodem, q.58.in verſ.item facit doctrina Innocentij, nu.19.* & quod habens poteſtatem legitimandi, non poſſit legitimare ad bona maioratus, probatur ex *conſil.*Signorol.220.& aliis quæ citant Curtius *in tract.feudorum, 3.p. principal. q.17. num.39.pag.273.* Pariſ.*in conſ.14. num.29.lib.2.* & alias quæſtiones circa hanc ipſam materiam, & quæſtionem qualiter filius legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedat in primogenitura ? explicat Couarru.*in d.§.2.c.8.*latè Gregor.Lop. *in d. l. 13.in gloſſa* quæ incipit, *Se caſa con ella*, vbi in *fine gloſſæ* tangit caſum contingibilem, qui per alios tactum non eſt, ſi ille qui habebat filium naturalem, volebat contrahere cum matre, vt illum legitimaret, vt ſuccedere poſſet in maioria; alter autem qui per eius obitum ſperabat ſuccedere in maioratu, tranſportauit ipſam matrem, vel fecit aliud, per quod impediuit contractum matrimonium, & ſi legitimatio ceſſauit, † an ſit remedium contra hanc fraudem ? & dicit, quod videtur quod eſt iuſta cauſa, & ex qua Princeps poſſit illum filium legitimare etiam ad ſuccedendum in maioratu, in quo cautum eſſet quod non ſuccederent niſi filij legitimi, & de legitimo matrimonio; per *l. iure ciuili, ff.de condition.& demonſtration.& Authen. quibus modis natural.efficiun.legiti.in princip.*& tandem in dictis Doctoribus, & in aliis quos illi referunt licebit lectori videre alias quæſtiones ad hanc materiam concernentes, quæ hic deſunt. Et qualiter legitimatio diſtet à diſpenſatione? † latè examinat Roland. *in conſ.*
70 *26.per totum, lib.4.* vbi legitimatio in eo quod patri placuerit, an ſit legitimatio, vel diſpenſatio ? & Anton. Gabr. *lib. commun. opinio. tit.de legitimatione,concluſ.8.num.1.pag.381.*Epiſcop. Couarruu. *in epitome de ſponſalib.part.2.c.8.§.8.num.1.fol.140.* Cephal. *in conſ. 278.n.26.lib.2.*

Vidi etiam in facto dubitari, ſi forſan quis impetret à Principe facultatem ad legitimandum aliquem filium naturalem, & ad faciendum in illum maioratum, ſi poſtea appareat non eſſe illius filium, an legitimatio,
71 & maioratus valeat. † In qua quæſtione, quia adhuc ſub Iudice lis eſt, videnda ſunt *l.ſi pater, ff.de liberal. cauſ.*vbi latè DD.præcipuè Iaſ.*l.nec apud. C. de hæred. inſtituend. l. eam quam*, vbi latè Iaſ. & alij, præcipuè Dominus Anton.de Padilla,*C.de fideicommiſſ.* totus titulus,*ff.de cauſa falſa adiect.legat.l.20.titu.9.partit.6.* vbi latè Gregor. Lop.Tiraquel. *in tract.de ceſſan.cauſ. part.1.num.117.& 236.*Maſcard *in tracta.de probat.lib. 2.concln.746.num.9.*Mantic.*de coniectur.ment.defunct. lib.4.tit.5.num.1.cum ſequentib.pag.115.* Sim. de Pretis *de interpretan.defunct. voluntа. lib.2.ſolut.2. num.120.* Falcon. *regul.207. num.3.* Menoch.*in tract.de præſumpt.lib.4.præſumpt.25.* Hieronymus Gabriel *in conſil. 132.nu.8.*

Vnum etiam in hac materia notandum eſt, quòd filius natus ex matrimonio clandeſtino † non excludit 72
ſubſtitutum, ex ſententia Stephani Bertrand. *in conſil. 210.num.4.lib.1.* vbi refert aliqua, quæ parum vrgent; melius facit textus *in cap.cum inhibitio, §.ſi quis vero, de clandeſti.deſponſat.*cum quo concordat *l.3. titul.3. parti.4.*& facit *l.1.in principio, tit.13.& l.2.in principio, tit.15.eadem partitа*, explicat Epiſcop.Couarru.*in epitome de ſponſalib.part.2.c.8.§.1.num.2.fol.114.* Vnde iſti filij ex tali matrimonio concepti, & absque ſolemnitate Concilij Tridentini, *ſeſſ.34. c.1. fol.87.* non ſunt capaces ſucceſſionis maioratus : & an ille qui in iudicio aliquam contradixit legitimationem, & obtinuit, poſſit ſe fundare in alio iudicio inter alias perſonas de legitimatione contradicta ? lege notanter Curtium *in conſ.153.num.16.lib.2.* Et quod filius natus ex matrimonio clandeſtino non excludat ſubſtitutum, tradunt Socin.Iun.*in conſ.86.nn.47.vſque ad finl.lib.2.* Cephal.*in conſil.82.num.24.lib.1.*latius *in conſ.435.num. 92.lib.3.*Franciſc.Mantic.*de coniectur.ment.defunct.lib. 11.tit.8.num.25.pag.503.* & faciunt quæ ſcribit Cardinal.Paleotus *in tract.de nothis & ſpuriis, c.10.num.1. cumſequentib.fol.508.vol. tractat.* & idem *c.5.num.6. cum ſeqq.*tradit tamen Tiber.Decian.*reſpon.6.num.109. lib.1.*quòd ſoboles ſuſcepta in matrimonio clandeſtino eſt legitima, dummodo non ſubſit impedimentum cognationis vel affinitatis, per *d.c.cum inhibitio,de clandeſti.deſponſ.*& Hoſtienſem *eodem tit. num.8.* & legendus eſt Cephal.*in d.conſ.82. num.27.* nouiſſimè & latè Thom.Sanchez *in tract. de matrimon. lib.3. diſput.44. num.1.cum ſequentib.pag.648.*& legenda ſunt quæ ſcribit Ioann.Garcia *in tractat.de conjugal. acquæſtu, num.* 160.Ioan.Faber,*in §.fin.Inſtitu.de nuptiis*, Guid. Papæ *deciſ.480.num.4.*qui punctum tractant,quamvis attento Concilio Tridentino qui annullat matrimonia clandeſtina,dubitet nouiſſimè Anton.Peregrin.*in tractat.de fideicommiſſ.artic.24.num.74.fol.232.* vbi fatetur, quòd legitimantur † filij per ſubſequens matrimonium, con- 73
tractum in facie Eccleſiæ.

Et in hoc puncto animaduerto longam eſſe differentiam inter matrimonia contracta, quæ fuerunt † clan- 74
deſtina ante Concilium Tridentinum,& contracta poſt Concilium Tridentinum, ad quod eſt maximè aduertendum : & quando † dicatur matrimonium clandeſtinum ? præter antiquos qui materiam tractant; & de intellectu *c.1.Concil.Trident.ſeſſ.24.*legendi ſunt Rebuf. *in c.poſtulaſtis, de Cleri.excommunic. num.3. & 9.pag.* 472.Nauarrus *in ſumma cap.22. de ſeptem Sacrament. verſicul.vigeſimo primo,num.123.pag.*408. Epiſcop. de Elna *in verb.Matrimonium, fol.47.* Menoch.*conſil.69. lib.1.& caſu 453.*Cephal.*in conſ.421.lib.3.& conſil.82. num.26.lib.1.& conſ.276.nu.15.lib.2. & in conſil.503. num.14.& in conſil.540.num-78.lib.4.*Ioan.Guttierr.*in quæſt.c.18.19.& 20.*Matien.*in rubr.tit.1.lib.3. Recopil. num.53.*& prius *num.43.fol.7.& 8.*Ioſeph. Maſcard. *in tract.de probat.lib.1.concl.1.num.71.fol.22.& lib.2.concluſ.1035.fol.289.*Menoch.*lib.6.de præſumpt.præſumpt. 54. num.19. fol. 119.* & in prædictis locis hæc materia latius declaratur, quæ longius examen requirebat, & non eſt noſtri inſtituti; lege tamen Menoch. *de arbitrar.iudic.caſu 453.num.10.* vbi poſt Epiſcop. Couarr. quem citat *in dicta epitome de ſponſalib part. 2.c.6.in initio, num.10.* confirmat legem Hiſpaniæ punientem contrahentes matrimonia clandeſtina : & quod matrimonij publicitas non excuſet † mulierem cum aliquo 76
contrahentem

contrahentes à mala fide, de quo erat fama, quod cum alia contraxerat matrimonium, probat in ſucceſſione Comitatus de Puñoenroſtro Iacobus Puteus *in decuſ. 95. part.2.* Qui autem ſcire cupit qualiter, & per quæ verba ſit interpretanda diſpenſatio filiorum illegitimorum ? legat Rebuff.*in praxi benefic.virtul.de reſcript,legitimat.num.1.cum ſequentibus,pag.588.*

77 Et quod qualitas † appoſita in filio, vel nepote primogenito, quòd ſit natus de legitimo matrimonio,cenſeatur repetita in omnibus deſcendentibus vocatis ad primogenituram, maximè, ſi ille qui maioratum fecit, erat nobilis,probat Menoch.*in conſilio 117. num.60. & 61.*ex doctrina Bart.*in l.Seia §.Caio, num.2. ff. de fund. inſtruct.*Carol. Ruin.*conſil.15.num.8.lib.1.*Deci.*in conſil.190.col.4.verſic.quod & aliis pluribus*; quod eſt ſingulare & quotidie contingit.Quæ concluſio confirmatur ex pluribus quæ ſcribo *infra,hac parte,quæſtione.6.* licet contrarium teneat expreſsè Bartholomæus Socinus *in conſil.63. num.19. lib.3.* vbi vult quod qualitas requiſita per teſtatorem cum vocat ad fideicommiſſum filios natos de legitimo matrimonio,intelligitur in prima vocatione,nec in cæteris cenſetur repetita, per doctrinam Bartol. *in dict. l. Seia,§. Caio:*& alia quæ citat: quod in maioratibus Hiſpaniæ nequaquam mihi per-
78 ſuaderi poteſt, † in quibus propter eorum perpetuitatem,qualitates, quas teſtator ponit in primo inſtituto, cenſeri debent repetitæ in aliis ſucceſſoribus : quod vltra ea,quæ ſcripta ſunt *in d.2.p.q.6. num.69.* probatur *in l.quæ conditio,l.cum ſeruus,* & *l. Iulius Paulus, ff. de condition.& demonſtration.* & aliis quæ ſcribit Molina *lib.1.de primogeniis,cap.4 num.29.& cap.6. num.24.& 25.fol.46.*Pro qua concluſione eſt etiam textus *in l.mulier,*vbi Bart.& Bald.*ff.de condition.inſtitut.*in qua pro-
79 batur,quod appellatione inſtitutorum † veniunt ſubſtituti etiam in conditione ſpecificè implenda : & idem probatur *in l. credendum, §. ſi vero maritus,* ibi,*quæ ex alia,no iudicio : ff.qui petan.tuto.*& *in l.ſi ſic,ff. de legat. 3.* & prohibitio facta à teſtatore ſemper loquitur, &
80 comprehendit omnes ſentientes † commodum; ſecundùm Bald.*in l.vltima,ad fin.C.qui non poſſ. ad liber.perueni.*& ex pluribus confirmat Simon de Pretis *lib.4. de interpretand.defunct.volunt.dubitat.4. num.42. cum ſequentibus, fol. 453.* Ad hæc facit, quia vna pars teſtamenti declaratur per aliam, *l.Mania,ff. de manum. teſtament.* ibi, *contexturam verborum totius ſcripturæ*; *l.ſi ſeruus plurium, §. vltimo, ff. de legat.1.*notat Bart.*in l. Centurio, num.27. ff. de vulga.*& alij quos citat Iuli. Clar. *lib.3.receptar. ſententiar. quæſtion.76.numero 5. pag.74.*

Imò inquit eleganter ad propoſitum Oldrad.*in conſil. 161.* quod ſi in prima inſtitutione, vel ſubſtitutione, aliqua perſona excludatur, eſt veriſimile in ſecunda
81 perſona † repetitam eſſe excluſionem, ne videatur teſtator in ſecunda præteriſſe, quos non prætulit in prima,*l.Publius Flauius,*iuncta *l.1.ff. de hæred. inſtituend. & in l. Libertus, §.ab hæredibus,ff.de alimen.Legat.* & faciunt quæ ſcribo *infra, quæſt.6.* ad quæ addo, quòd
82 ſubſtitutio ſecunda dicitur † diuiſa à prima propter verbum,*Item*, nec cenſetur repetita qualitas in ſecunda ſequenti,vt tradit Burſat.*in conſ.97.num.10.lib.1.*per doctrinam Zanchi.*in d.l.hæredes mei,§.cum ita,ff.ad Trebellian. num.1266.* quod in notabili caſu tradit Curti. Senior *in conſ.75.nu.13.verſic.confirmo.* Et legi debent quæ ſcribo *part.1.quæſt.51.*Et quod filius natus præſu-
83 matur † poſt matrimonium contractum inter patrem & matrem,& non ante;volunt Bald.*in l.nec natales,C.de probation.*Euerard. *centum locis loco 56.à communiter accidentibus.pag.412.*

Vnum etiam eſt perpetua memoria dignum circa materiam filiorum qui legitimantur per ſubſequens matrimonium,quod confeſſio coniugum probat matrimonium ſecundum Gloſſam communiter approbatam *in c. ſuper eo*, vbi Abb.*verſiculo,ſecundo caſu, de eo qui cognouit conſanguineam*, vbi alij, & probatur *in cap. 2.* vbi Abb. *notabili ſecundo, de clandeſtina deſponſat.* & volunt Hoſtienſis *in Summa de ſponſalib. verſic. qualiter contrahatur, colum.2. verſic.ſed ſi ambo confitentur*, Romanus *ſingular. 614.* quem refert vitiosè Curtius Iunior *in conſi.27.num.2.*Menochius *lib. 2. de arbitrariis,caſu 103.num.4.* faciunt ſcripta per Antonium Peregrinum *in tractat.de fideicommiſſis,articul.24. nu.74. fol.232.*& Menochius *in tractat.de præſumptionib.lib.3. præſumpt. 1. num. 10.* & in materia filiorum qui legitimantur,multa ſcribunt Molina *de iuſtitia & iure,lib.2. diſputatione 170. cum ſequentibus, pag. 968.* & in illa perpetuò nota,quod quando † conſtat de fornicatione 84
ante matrimonium,filius præſumitur natus in matrimonio;vt tradunt Salicetus *in l.neque natales,n.3.fol.126. C.de probationib.*Cephalus *in conſi.81. num.56.libro 1.* Fuluius Pacianus *in tractat.de probationib.lib.2.cap.24. n.70.fol.87.*

QVÆSTIO II.

Filij naturales, & alij huius generis, an admittantur ad primogenituram.

SVMMARIVM.

1 *Filij arrogati, adoptati, ſpurij, & naturales, & alij ſimiles, non ſuccedunt in maioratu*; & num.9. & 14.
2 *Filios, qui ex legitimo matrimonio orti non ſunt, leges reputant infames infamia facti*,& num.4.7. & 99.
3 *Filij naturales regulariter non ſuccedunt in feudis.*
5 *Filij quandoque parentibus aſſimilantur, & eorum vitia ſequuntur.*
6 *Filius maior ſi propter aliquod delictum, vel aliàs ſit infamis, non ſuccedit in maioratu; ſed ſecundogenitus.*
8 *Concubinarij turpes dicuntur perſonæ.*
10 *Appellatione* filiorum *in dubio intelliguntur legitimi & naturales.*
11 *An veniant ſpurij,*& nu.13.& 21.
12 *Stante ſtatuto quod fœmina non ſuccedat exiſtente filio legitimo,legitimatus an excludat fœminam.*
15 *Et an ſpurius,vel naturalis.*
16 *Filius legitimatus an comprehendatur ſub ſtatuto loquente de filiis ?*
17 *Et an in hoc attendatur communis loquendi vſus.*
18 *Si quis vocetur ſimpliciter ad primogenium,an præferatur filius natus ex concubina, cum qua poſtea contraxit matrimonium ? ſub diſtinctione traditur,* & nu.19.
20 *Lex loquens de filio,de filio legitimo intelligitur.*
22 *Filius primogenitus ante matrimonium, & per ſubſequens matrimonium legitimatus, an præferatur in ſucceſſione ſecundogenito legitimo.*
23 *Filius naturalis an & quando præferatur ſubſtituto tranſuerſali,remiſſiuè.*
24 *Filius naturalis matris an admittatur ad primogenituram,*& num.27.*Authoris ſententia,*nu.30.
25 *Filius baſtardus ad retractum conſanguinealem admitti non debet,*& nu.29.
26 *Si tamen matri ſuccedat, ad retractum matris an admittatur.*
29 *Turpius eſt, fœminas filios illegitimos habere, quàm viros.*
31 *Deſcendentes à filiis naturalibus,aut ſpuriis, an admittantur ad maioratum, latè diſputatur,*à n.31. *per plures ſequentes,vſque ad 128. à quo reſoluitur,*& nu.130.
32 *Nepos ex filio ſpurio an poſſit hæres inſtitui*; & numero 33.

34 *Pater qualiter possit filio spurio alimenta relinquere.*
35 *Pater an possit substituere filio pupillo incapaci*one, & num. 39.
Authoris opinio, nu. 40. & 43.
36 *Intellectus ad* l. 27. Tauri: & nu. 41.
37 *Filius spurius extraneus dicitur etiam patri.*
38 *Et per eum nec auorum, nec patrum nomen conseruatur.*
42 *Substitutio est secunda institutio.*
44 *Reprobatur Antonius Gomez in intellectu text.* in l. si is qui. ff. de vulg. & nu. 45.
46 *Habens facultatum ad faciendum maioratum in filium, potest facere in filium naturalem, quando non habet filios legitimos.*
47 *Nepos hæretici an sit capax.*
48 *Nepos legitimus ex filio Clerici potest ab auo hæres institui*, & num. 58. *Quid si constet donationem factam fuisse co temptatione patris, vel matris*, num. 50. & 52. *An possit habere beneficium aut*, num. 51. & 127.
49 *Nepos ex filio spurio potest habere Ordines, & beneficia sine dispensatione.*
53 *Clericus an possit facere donationem in generum, vel nurum*, & nu. 54.
55 *Auus tenetur nepotes spurios, vel naturales alimentare.*
56 *Filius spurius, vel ex damnato coitu, an possit hæres institui a fratribus, vel consanguineis.*
57 *Authoris sententia.*
59 *Et an succedat auia.*
60 *Legitimatione impetrata in fauorem filij spurij, cum* relatione tamen, *quod erat naturalis, maioratus qui in persona filij non valuit, an sustineatur in nepote.*
61 *Filij Clericorum an possint matri succedere*, & n. 62. & 64.
63 *Lex una determinatione plura determinabilia respiciens, pariformiter debet determinari.*
65 *Summa ratio est, quæ pro religione facit.*
66 *Accusans testamentum de falso non prohibetur succedere hæredi testatoris.*
67 *Vetustas multa facit, & perficit.*
68 *Nobilitas quanto a tiquior, tanto maior est.*
69 *Tempus omnia commutat atque diuertit.*
70 *Sanguis filiorum legitimorum, qui postea superuenit, maculam præcedentem abstergit, & purificat.*
71 *Natura non facit differentiam inter filios legitimos & naturales.*
72 *Filiis illegitimis & legitimis communis est amor & natura.*
73 *Spurius an possit præscribere hæreditatem paternam spatio triginta annorum. Quid si error in præscriptione interueniat*, nu. 76. *An admittatur ad accusandam iniuriam factam consanguineo*, nu. 75.
74 *Qualitas spurietatis an exprimenda, vt valeat rescriptum.*
77 *Filij legitimi illegitimorum an possint succedere in iure patronatus. An admittantur ad retractum*, numero 106.
78 *Patris incapacitas an noceat filio, vbi filius venit iure suo, & ex persona propria.*
79 *Et an admittatur ad fideicommissum exclusis descendentibus testatoris ex alia linea.*
80 *Parentum indignitas & incapacitas filiis an possit opponi.*
81 *Exclusa una persona, descendentes ex illa excluduntur* & nu. 73. & 85.
82 *Sicut testator non præsumitur reliquisse odioso, ita nec eis qui ab odioso descendit.*
84 *Forma & origo, quæ à radice deducitur in quodlibet de iuatur.*
86 *Principium & prima origo sunt inspicienda.*
87 *Quod decidiur per medium, quomodo sapiat medij naturam.*
88 *Origo vitiosa quomodo in descendentes deriuetur.*
89 *Res qualis est in origine, talis est in acquisitione.*
90 *Destructo medio, propter quod perueniur ad extremum, dispositio in extremo tollitur.*
91 *Actus cum a principio non sumit initium, non potest ex illo fieri productio.*
92 *Extrema, cum sunt vitiosa, non coniunguntur.*
93 *Bastardi an portare possint arma parentum*, & nu. 94. 104. & 111.
95 *Vbi de conseruatione domus & familiæ agitur, per bastardos an conseruetur.*
96 *Filij spurij & illegitimi non sunt de parentela, nec de familia, nec de cognatione*, & num. 98. 101. 103. 105. 116. & 120. *An possint eligi Cardinales, num.* 100. *Vsus loquendi in hoc inspiciendus*, num. 102. *An sint nobiles*, num. 108. *Et quis dicatur spurius*, num. 155. & 157.
97 *Coitus damnatus nullam agnationem admittit.*
107 *Spurius nobilis an possit esse Decurio*, & num. 135.
109 *Filij legitimati an sint infames.*
110 *Authoris sententia.*
111 *Donatio alicui facta, vt nomen testatoris ferat, non dicitur propria donatio.*
112 *Prohibitio alienandi, & substitutio facta cum onere arma ferendi, dicitur in rem.*
113 *Cui non conueniunt verba legis, non conuenit eius dispositio.*
114 *Cognati an possint arma testatoris portare.*
115 *In causato non potest esse magis quàm in influenti causa.*
116 *Ad exclusionem prioris in gradu necessario sequitur exclusio sequentis.*
117 *Ad fideicommissum relictum intuitu agnationis, an admittantur filij naturales.*
118 *Exclusa una persona, tota linea quæ ab ea fundamentum capit, excluditur*, & nu. 122.
121 *Qui primitiua inficit, derinata vituperat.*
123 *Incapacitas an tollatur tempore immemoriali.*
124 *Filij legitimi filiorum illegitimorum an succedant in feudo.*
125 *Filius non potest se iuuare nobilitate aui, si pater qui fuit causa immediata, nobilis non fuit.*
226 *Princeps qualiter possit habilitari à Principe, si sciat illius qualitatem.*
131 *Intellectus ad tex.* in l. vlt. C. de nat. lib.
132 *Descendentium appellatione veniunt omnes descendentes in infinitum.*
133 *Filij eorum, qui committunt crimen læsæ, diuinæ, vel humanæ maiestatis, priuilegium nobilitatis amittunt.*
134 *Si deficit generatio filiorum legitimorum, an admittantur descendentes ex bastardis*, & num. 136. & 141.
137 *Et quando dicatur de sanguine filius spurius.*
138 *Patri, quando filios legitimos non habet, permittitur relinquere filio naturali quantum velit.*
139 *Et quid in maioratibus*, & num. 140.
142 *Pater potest exhæredare filium infamem, nisi ipse similis conditionis sit.*
143 *Frater, turpi persona per fratrem instituta, habet inofficiosi testamenti querelam.*
144 *Nisi ipse turpis conditionis sit.*
146 *Ad excludendum filium naturalem vltimi possessoris an sufficiat quilibet transuersalis.*
147 *Regnum cum incipit à fœmina, an illa excludatur per agnatos remotiores.*
148 *In Iure, causa originaria est inspicienda.*
149 *A primordio tituli posterior formatur euentus.*
150 *Filius naturalis excludit substitutum, vbi substituens erat naturalis.*
151 *Et quid in filio naturali filij naturalis. Et quis dicatur filius naturalis*, num. 158.
152 *Nepos spurius ex filio legitimo conceptus, an possit nominari ad maioratum in defectu filiorum legitimorum*

legitimorum & descendentium, virtute facultatis concessæ ad faciendum maioratum, aut legis 27. Tauri.
153 *Quid si filius sit natus ex vxorato & soluta.*
154 *Vxoratus adulterium committit cum soluta.*
155 *Procreati ab vxorato & soluta, vel è contra sunt spurij.* & nu. 157.
156 *Legitimatio facta de filio procreato ab vxorata, an sit dispensatio. Et quomodo valeat*, ibid.
159 *Descendentes a filio spurio, cuius descendentia est multum antiqua, an possint gaudere nobilitate parentum.*
160 *Confessio possessoris maioratus, qui fatetur aliquem esse suum filium legitimum, non nocet successoribus.*
161 *Prohibitus alienare, prohibetur confiteri.*
162 *Sententia lata contra possessorem maioratus per confessionem possessoris, non præiudicat successori; &* nu. 169. *remissiuè.*
163 *Et quid in causa feudali, &* nu. 165.
164 *In iudicio possessorio nocet successori in maioratu confessio prædecessoris*, & nu. 166.
167 *Et an sufficiat quasi possessio filiationis.*
168 *Quid si habeat admissam causam proprietatis.*
170 *Agnitio matris dicentis aliquem esse eiusdem filium, qualiter ei tantùm præiudicet.*
171 *Matrimonium præsumitur respectu filiorum, vt sint legitimi.*
172 *Duo fratres nati ex eisdem parentibus, si contrahant matrimonium cum duabus sororibus natis ex eisdem parentibus, sententia lata contra matrimonium vnius fratris ob consanguinitatem, an præiudicet matrimonio alterius.*
173 *Parentes si confiteantur in supplicatione data Pontifici, quòd scientes se esse consanguineos; aut affines, contraxerunt, an præiudicet filiis, qui vt legitimi successionem prætendunt.*
174 *Filius natus in figura matrimonij, an succedat in maioratu? remissiuè.*
175 *Conceptus ante dispensationem; & natus post impetratam dispensationem, an succedat in maioratu.*
176 *Consanguinei intra quartum gradum conuenti de contrahendo, si in supplica, quod se ad inuicem non commiscuerint dicant, an valeat dispensatio; si antequam ad eorum notitiam perueniat, carnaliter se cognoscant? remissiuè.*
177 *Legitimatus per oblationem Curiæ, an succedat in primogenitura? remissiuè traditur.*

VIsum fuit in quæstione præcedenti, quando, & in quibus casibus succedere possit filius legitimatus in maioratu? & conclusum fuit, quod regulariter tales filij excluduntur à maioratu: sed si hoc procedit in filiis legitimatis, maiori quidem ratione habebit locum, vbicumque filij sunt † arrogati, vel adoptati, spurij, aut naturales, quia hi omnes huius generis filij, & alij similes, tam ex iure (vt patet ex *l.* 40. *Tauri*, in illis verbis: *Hijo, o decendiente legitimo*: Et l. 2. titul. 5. par. 2. ibi: *Si dexasse hijo, o hija que oujesse de su muger legitima:*) quàm ex dispositionibus testatorum qui excludunt à maioratibus filios prædicto morbo laborantes, non sunt admittendi ad successionem maioratuum: & materiam tractat nouissimè Flores de Mena *in sua practica, quæst.* 16. *fol.* 122. & ex prædictis legibus Regni cessant omnia, quæ circa hanc materiam poterant disputari: & ex his quæ tradit Gloss. Paris. *in consuetudin. Parisien. par.* 1. §. 8. *num.* 33. *cum sequentibus*, vbi latè scribit an ius primogenituræ deueniat ad filios adoptatos, vel arrogatos, vel ad filios naturales, & legitimatos? similiter Tiraquel. *in tractat. de primogenitura, quæst.* 34. *num.* 59. *pag.* 253. vbi tractat, quid de filiis naturalibus: & *in quæst.* 84. *num.* 8. *pag.* 397. & *in l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, C. de reuocand. donat.* vbi de pluribus speciebus filiorum, varia & infinita scribit; & vide eundem *lib.* 1. *de retract.* §. 1. *glos.* 8. *num.* 4. *cum sequentibus*; *pag.* 112. Molina *lib.* 3. *de primogeniis cap.* 3. *num.* 45. *fol.* 20. & *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 48. *fol.* 29, relatus per Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiss. articul.* 22. *num.* 29. *cum seqq. fol.* 204. qui citat Molinam, & posteà *num.* 99. & *art.* 27. *num.* 39. *fol.* 259. Dominus Anton. de Quesada *in quæstionib. super cap.* 6. *fol.* 20. Dec. *in cons.* 1. *in fine*, vbi tradit longè distare, an testator vocet filios simpliciter, vel cum adiectione, *legitimos*, ex notatis per Glos. *in l. ex facto*, §. *si quis rogatus*, ff. *ad Trebellian.* vbi Imol. Alex. & alij: quod tamen altiorem indaginem requirit, & est passus maiori examinatione dignus; & non est præsentis instituti.

Et de materia quando filij naturales excludant substitutum, plura scribit nouissimè Menoch. *in tractat. de præsumption. lib.* 4. *præsumption.* 78. *num.* 1. *cum sequentibus*; *fol.* 125. & *in cons.* 318. *num.* 17. *lib.* 4. vbi citat Molinam, & alios, Cardinal. Paleot. *in tract. de notbis & spuriis, cap.* 27. *volumin.* 8. *tractatuum, fol.* 57. & *cap.* 30. *num.* 3. Alex. Trentacinq. *in tract. de substitut. part.* 4. *cap.* 7. *num.* 27. *fol.* 153. filios enim qui non sunt ex legitimo matrimonio, leges adeò odio habent, quod eos reputant infames † infamia facti, vt docet Peregrin. *lib.* 6. *par.* 7. vbi Gregorius Lopez qui refert legem *in summa, titul.* 13. *part.* 4. quæ ortum habuit à scriptis per Azon. *in rubric. C. de his qui notan. infam.* Bald. *in l. in bona fidei, num.* 1. *C. de rebus creditis*, & *in l. generaliter, C. de institut. & substitut.* Alex. *in l.* 3. ff. *de liber. & posthum.* cum *concordan.* vt per Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar. iudi. centu.* 5. *casu* 464. *num.* 17. ibi legendum: tradit notanter Decius *in cons.* 602. *num.* 26. facit notabilis *l.* 3. *in vers. exequendo, titul.* 5. *part.* 2. & spuria dicitur vilis persona, *l. humilem, C. de incest. nupti.* Alex. *cons.* 48. *col.* 2. *lib.* 4. quem citat Thom. Grammat. *volum.* 4. *num.* 4. & tradit latiùs Anton. Capicius *decisione* 32. *num.* 7. 8. & 9. & plura notanda scribit Farinacius *in practica criminali, quæst.* 13. *num.* 51. *cum sequentibus*, *fol.* 130. Rebuf. *tomo* 1. *ad constitutiones Regias in proœmio, num.* 109. *pag.* 41. & filij naturales regulariter † non succedunt in feudis, *c. 1.* 3 *an maritus succedat vxori*: tradit Chassanæus *in consuetud. Burgun. rubric.* 3. des fiefs: §. 5. *num.* 16. *pag.* 478. & nati ex minus legitimo matrimonio, licet legitimati sint, dicuntur infames; secundum Bald. *in l. generaliter*, §. *cum autem, C. de institut. & substitut.* & Alex. *in l. & si pepererit, col.* 2. ff. *de libe. & posthum.* Cæsar Lambertin. *de iure patronat. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 2. *articul.* 29. *num.* 10. *fol.* 141. vbi hoc extendit, etiamsi sint legitimati tales filij: & tradit & declarat Paleot. *de notbis & spuriis, cap.* 55. *per totum, folio* 69. 8. *vol. tractatuum; & in capitulis sequentibus*, & eandem conclusionem probat proœmium *tituli* 13. *part.* 4. vbi Greg. Lop. in verb. *Caen en vergüença*; Roland. *in cons.* 67. *numero* 7. *lib.* 3. Portius *cons.* 106. *num.* 92. Petrus Gambar. *de officio & potest. Lega. lib.* 7. *num.* 74. *pag.* 219. qui plures refert, latè Cagnol. *in l.* 1. ff. *de inoffic. testam. num.* 14. *pag.* 325.

Et hæc est ratio quare filij naturales non admittuntur ad feudum, quia sunt † infames, vt tradit Augustin. Beroi. *in cons.* 23 *num.* 19. *lib.* 2. vbi ex hoc concludit, quod habens ius eligendi legitimè natum ad fideicommissum, non potest eligere filium naturalem: quod confert ad ea quæ tractantur *in* 1. *p. a. quæst.* 48. facit Motus proprius *Sixti V.* editus contra Religiosos illegitimos, explicatus per fratrem Michael. *tomo* 3. *quæst.* 54. *art.* 6. *pag.* 309. *cum sequentibus*. & quia verisimile est, quod parentibus † assimilentur; & eorum vitia sequantur, *c. si gens Anglorum*, 56. *distinct.* cum *concordan.* vt per Rebuf. *in praxi beneficial. titul. de dispensat. super defect. natal. pag.* 407. *num.* 5. & conducunt quæ eleganter scribit idem Rebuf. *in tractat. de pacific. possessor. num.* 276. *pag.* 319. Cæsar Lambertin. *in tract. de iure patronat. lib.* 1. *par.* 1. 13. *articul.* 7. *quæst. principal. num.* 1. *cum sequentib. fol.* 68. licet in contrarium

plura ſcribat in fauorem filiorum illegitimorum, Ioan. Paleot. *in tract. de notbis & ſpuriis, cap. 55. nu. 7. cum ſequentibus*, 8. *volum. tractat. a. fol.* 69. & idem Rebuf. *lib. 1. conſtit. Regiar. in proœmio, num.* 111. *pag.* 41. quam remiſſionem retuli *in 1. part. quæſt.* 51. quibus addo Cæſar. Lambertin. *in tract. de patronat. lib. 2. par. 1. 12. artic. 8. quæſt. principa. numero* 3. *folio* 87. & de iſtis etiam tractat Auendañ. *libro 1. de exequend. mandat. cap. 19. numero* 19. *folio* 121. *col. 2. verſi. item ſi alter ex nobilibus.*

Ex quibus confirmatur quod ſcribit Gregor. Lop. *in l. 2. titul. 21. part. 7. in verbo*, Mandas, *col. 1. & 2.* vbi ſcribit, quòd ſi poſſeſſor maioratus habet plures filios, & eorum maior fuerit infamis propter aliquod delictum, vel aliàs, talis filius maior non † ſuccedet in maioratu, ſed ſecundogenitus; quod refert & ex pluribus confirmat Burg. de Paz *quæſt. 3. ciuili, num. 3. cum ſequentibus.* Ex quibus infertur intellectus, & ampliatio ad *d. l. fratres: C. de inoffic. teſtamento*, quæ procedit in infamibus infamia facti, ſecundum Communem ibi: & Gloſ. & Communem *in §. ſoror, Inſtit. de inoffic. teſtamen.* & facit *l. 3. titul. 15. part. 4. l. vltim. titul. 13. eod. part.* & notat Guill. Benedict. *in cap. Rainuntius, in verbo, Rainuntius, num.* 17. Tiraquel. *in tract. de Nobilit. cap. 15. num.* 14. Palac. Rubi. qui ampliat *d. l. fratres, in cap. per veſtras, col.* 273. & plura contra filios baſtardos ſcribit Curt. Iun. *in l. admonendi, ff. de iureiuran.* quem, & alios citat Gomez. *in regulis Cancellariæ, regula de Triennali, quæſt. 12. pag. 678. verſ. & quod regula iſta*, vbi concludit, quod Cardinales non poſſunt eſſe baſtardi, Guillelm. Benedict. *in cap. Rainuntius, de teſtament. in verbo, Rainuntius, numero* 27. *folio* 7. & faciunt quæ ſcribit Portius *in conſi.* 106. *numero* 3. & dicere filium legitimum, *ſpurium*, eſt † infamia & poteſt agi criminaliter ſecundùm Azon. *in rubric. de infamib.* 69. Baldum *in l. bonæ fidei, C. de reb. creditis*; Roma. *conſ.* 96. *numero* 2. Et concubinarij dicuntur † turpes perſonæ, vt per Decium *in conſi.* 530. Aym. *in conſ.* 229. *numero* 12. Cephal. *in conſi.* 390. *numero* 37. *libro* 3. vbi addit, quod concubinæ ſunt infames: & *ibi num.* 33. ponit doctrinam, pluribus Anthoribus relatis, quod vt filij legitimentur ex ſequenti matrimonio, requiritur quod coniuges honeſtè poſſint contrahere matrimonium.

Et adeò hæc concluſio procedit, quod filij naturales, & alij huius generis, non ſunt admittendi ad maioratum: † quod habet locum etiamſi relinquens, & faciens maioratum dicat ſimpliciter, quod relinquit *filiis* maioratum: quia licet non dicat quod illi ſuccedant filij legitimi & naturales, ſubintelligi hoc debet; quia (vt ſupra dixi) cum de iure bona maioratus non pertineant niſi ad filios legitimos & naturales (vt probatum eſt) teſtator ſe conformare in hoc videtur cum iuris diſpoſitione, quæ hos filios excludit; ſecundùm Bart. *in l. hæredes mei*, §. *cum ita, ff. ad Trebellian.* & alios concordantes quæ ſcribo in aliis locis præcipuè *in principio huius ſecundæ partis tractatus*: & appellatione *filiorum* veniunt, † in dubio filij legitimi & naturales, vt eſt expreſſum proœminm *titu. 7. par. 2.* ibi: *Hijos ſegun l'a ley llaman a aquellos que nacen de derecho caſamiento*, vbi *Gregor. Lop.* ſcribit quæ de iure Ciuili in hoc Doctores tenent: & quod *filiorum* appellatione non veniant filij ſpurij, † volunt Alberic. *in 1. par. ſtatutorum, quæſt.* 61. Bartholom. Socin. *in conſ.* 73. *lib.* 4. Dec. *in conſ.* 545. *col.* 2. Rebuf. *in l. filij appellatione* 84. *ff. de verborum ſignificatione, pag.* 528. Et plura contra filios ſpurios allegat Antonius Peregrinus *in tract. de fideicommiſſis, artic.* 28. *num.* 44. *fol.* 260. & ſcribo *infra.* Ex qua *lege part.* confirmatur ſententia Baldi *in conſ.* 104. *lib.* 4. *num* 2. *col. vltim. verſ. tamen iſte legitimatus*, vbi dicit quod ſtante ſtatuto quod exiſtente filio legitimo, fœmina non ſuccedat, ſi extat filius legitimatus, † non excludit fœminam: ad quod alios concordantes refert Tell. *in l. 9. Taur. num.* 18. *cum ſequentibus*, quæ *lex*, & *l.* 10. *Tauri*, faciunt pro iſta ſententia Baldi: & rectius *l.* 12. quamvis non ponderet eas dictus *Tellius*: & fortius vrget *d. l. partit.* quæ eſt notanda pro confirmatione illorum, quæ *Tellius* ſcribit: & contra aliam ſententiam Baldi, qui fuit ſibi contrarius *in l. eam quam, num.* 26. & *in l. cum acutiſſimi, num.* 7. *C. de fideicommiſſ.* Ex quo videbis, quanti faciendæ ſint noſtræ leges Regales pro deciſione aliquarum quæſtionum, in quibus Doctores noſtri ingentibus viribus dimicant.

Et pro opinione Baldi *in d. conſ.* 104. plura ſcribit Auguſtin. Beroius *conſ. 65. num.* 90. *lib.* 1. & conducit doctrina Bart. *in conſ.* 229. vbi dicit, quod quando in ſtatuto fit mentio de *filio*, intelligitur de filio legitimo & naturali, notat Decius *in conſ.* 471. *Iuridicam, num.* 6. & nomine *filiorum* † non continentur filij ſpurij tanquam abuſiui, ſecundùm Bald. *in cap. per tuas, de probation.* Rebuf. *tom.* 1. *ad conſtitutiones Regias, titul. de ſententiis prouiſionalib. artic.* 1. *gloſ.* 2. *n. m.* 30. *pag.* 253. quinimo ſi filij baſtardi deficientibus legitimis ſint ſubſtituti, ſpurij qui ſunt ex damnato coitu, non † admittuntur, ſecundùm Dec. *in conſ.* 433. *num.* 10. Mantic. *de coniecturat. ment. defunct. lib.* 8. *titul.* 7. *num.* 7. *pag.* 331. & iſta maiori ratione procedunt, vbicumque teſtatores facientes maioratus prohibent ſucceſſionem filiorum illegitimorum, quia cum in iſto caſu concurrant prohibitio legis & hominis, iſta duo vincula multùm operantur, iuxta text. *in Authent. de non alienandis, aut permutandis reb. Eccleſiæ, §. ſanctiſſimus*, & plura, quæ ſcribo *in hac 4. part. quæſt.* 40. Et quod donatio facta per patrem filiis ſpuriis non firmetur iuramento, volunt Carol. Ruin. *in conſ.* 69. *num.* 10. & 11. & *in conſ.* 179. *col.* 2. *lib.* 1. Seraphin. *de priuileg. iuramen. priui.* 72. *num.* 8. *pag.* 368. & quod ſi per ſtatutum ſit prohibita ſucceſſio, fœminarum maſculis ſtantibus † non debent admitti filij ſpurij; vel naturales, tradit Guillelm. Benedict. *in cap. Rainuntius, de teſtament. in verbo, duas habens filias, num.* 146. *fol.* 29. Addo etiam Tiraquel. *in tract. le mort: 2. par. declarat. 6. num.* 1. *pag.* 84. vbi etiam tradit an filius legitimatus comprehendatur ſub ſtatuto † loquente de filiis, ad quem addo Gregor. Lop. *in l. 4. tit. 15. par. 4. in gloſ.* in verbo, *Son dende en adelante*, vbi tradit quod vſus communis loquendi † in hoc attenditur, ex Alex. *in conſi. 60. lib. 2.* & Dec. *in conſi. 275. & 366.*

Et ex iſtis comprobatur quædam ſententia Epiſcop. Conar. *in epitome de ſponſalib. cap. 8. §. 2. numero* 28. *folio* 122. vbi reprobat quandam doctrinam Anton. Roſel. *in tract. de legitimatione*, vbi dicit, quod ſi ſimpliciter quis eſt vocatus ad primogenium, † præfertur filius natus ex concubina, cum qua pater contraxit matrimonium, & dicitur primogenitus iſte, & præfertur alij primogenito concepto poſt contractum matrimonium cum concubina: ſi autem primogenium deferatur ad primogenitum legitimum, † præfertur hic alij primogenito ex concubina, prout latius diſtinguit Roſellus *vbi ſupra*, contra communem opinionem Ioann. Andre. *in regula, ſine culpa, de regul. iur. in* 6. & alios quos refert Epiſcop. *vbi ſupra*, quia (vt *Couarr.* dicit) vtroque caſu præfertur filius legitimus legitimato poſtea per ſubſequens matrimonium; quia † lex de *filio* loquens, intelligitur de filio legitimo, per *l. generaliter*, §. *cum autem, ff. de inſtitut. & ſubſtitut.* melius faciunt *d. l. partit.* à me *ſupra* citata, & alia quæ retuli: & conducit *l.* 1. §. *qui in perpetuum, ff. ſi ager vectig. vel emphyteu. peta.* & quod ſcribit Alberic. *in* 1. *par. ſtatutor. quæſtion.* 61. Gloſſ. & Doctores *in cap. in præſentia, de probat.* Bartholom. Socin. *in conſil.* 73. *colu.* 5. *libro* 4. Decium *in conſil.* 545. *col.* 2. quos citat Rebuffus *in l. filij appellatione* 84. *pagina* 528. *ff. de verborum ſignificatione*, volentes quod appellatione *filiorum* † non contineantur filij ſpurij: & doctrina Raphael. Fulgoſ. *in conſ.* 62. *ſtatuto ciuitatis Veronæ*, vbi dicit, quod eos communiter filios vocamus qui ex iuſtis nuptiis ſunt, non qui illicitè ſunt geniti, etiam ſi poſteà ſint legitimati per reſcriptum Principis. Facit quod priuilegium patri conceſſum, vt teſtetur inter liberos, non vendicat ſibi locum, vbi ſunt tantum naturales & ſpurij; quæ eſt communis opinio, vt ſcribit Decius *in conſil.* 610. *nu.* 2. quem refert Boerius *deciſione* 240. *nu.* 13. & alij quos citat Iul. Clarus *lib. receptarum: §. teſtamentum, quæſt.* 12. *pag.* 2. *col.* 1. & faciunt ſcripta per *eund. eod. §. quæſt.* 31. & de hac quæſtione vide alia quæ ſcribit Molina *lib.* 3 *cap.* 1. *num.* 6. *cum aliis*, & quæ ſcripſi *ſupra in quæſt.* 1. *in principio*, & quod volunt Angel. *in diſputatione incipient. Nobilis quidam*: Alex. *in conſ.* 25. *lib.* 1. Decius *in conſil.* 425. & alij plures quos citat Cephalus *in conſil.* 313. *nu.* 70. *lib.* 3. volentes, teſtatorem non eſſe præſumendum velle ſuam hæreditatem ad infamatam prolem deuenire.

Sed de quæſtione vtrum filius primogenitus ante matrimonium legitimatus per ſubſequens matrimonium, præferatur in ſucceſſione primogenituræ † filio ſecundogenito, quia eſt alta, difficilis, & practicabilis quæſtio, legenda ſunt quæ poſt plures antiquos & modernos reſoluunt Tiraquel. *in tract. de primogenit. quæſt.* 4. *per totam*; Cephalus *in conſ.* 82. *num.* 68. & *in conſil.* 111. *nu.* 11. *lib.* 1. Barboſa *in* 2. *p. rubricæ ff. ſoluto matrimonio. nu.* 109. *pag.* 87. Molina *lib.* 3. *de primogenitur. cap.* 1. *nu.* 3. *fol.* 3. 4. & 5. notanter Matthæus ab Afflictis *in cap. mulier*, §. *naturales, notab.* 2. *num.* 21. *fol.* 193. *ſi de feud. fuerit controuerſ.* & in hac materia eſt memorabilis doctrina & ſingularis Bart. *in l. hæredibus* 38. §. *Titius, nu.* 3. *ff. ad Trebellianum*, vbi vult, quòd ad conſiderandum, † vtrum filius naturalis præferatur ſubſtituto tranſverſalium? eſt in primis conſiderandum, vtrum filij naturales per aliquam legem municipalem admittantur: de qua doctrina agunt Alex: *in l. ex facto, ſi quis rogatus, nu.* 10. & Ripa *num.* 20: *ff. ad Trebellianum*, Decius *in cap. in præſentia, nu.* 43. & ibi Beroius *num.* 287. & 304. *de probationibus*, Acoſta *in l. Gallus*, §. *& quid ſi tantum, nu.* 61. & 63. *ff. de liber. & poſthum.* & *in cap. ſi pater, de teſtament. in* 6. *in verbo, ſi abſque liberis, nu.* 35. & 37. Pereira *in l. ſi curatorem habens, C. de in integr. reſtit. minor. in verb. ſine curatore, num.* 95. Cardinal. Paleot. *in tract. de notbis & ſpuriis; cap.* 27. *nu.* 4. *verſic. aut in eo loco*, quod eſt notandum pro intellectu text. *in l.* 27. *Taurina*: & tradit vltra prædictos Menoch. *in tractatu de præſumpt. lib.* 4. *dict. præſumpt.* 78. *nu.* 32. *fol.* 127. qui inter alios allegat Acoſtam *in dicto loco*, Marzari. *in tract. de fideicommiſſis, p.* 2: *quæſt.* 30.

Aliqua tamen dubia circa præſentem quæſtionem ſe ſe offerunt. *Primum* dubium eſt, † an hæc concluſio procedat etiam in filiis naturalibus ex parte matris, quæ cum fuiſſet ſucceſſor in maioratu, habuit aliquem filium naturalem; an talis filius naturalis ſit capax bonorum maioratus? dubium facit *l. 9. Taur.* quæ dicit, quòd filius naturalis eſt capax ſucceſſionis matris, & etiam ſpurius, dummodo non ſit ex damnato coitu, vel ex Clerico, vel ex Monacho, & eſt legitimus ſucceſſor, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato: ad quod etiam facit quod ſcribit Tiraquel. citans quendam Additionatorem *Guillelmi Benedict. in lib.* 1. *de retract.* §. 1. *gloſ.* 8. *nu.* 8. *pag.* 114. vbi dicit, quòd licèt regulariter filij baſtardi ad retractum non † admittantur conſanguinealem, quæ fuit opinio Maſuerij *in titul. de retract.* §. *penult. incipien. Item filius*, vbi plus dicit, quod filij legitimi baſtardorum ad retractum non admittantur à conſanguineis ipſorum baſtardorum, tamen (vt *Tiraquellus* opinatur, ſi baſtardus matri ſuccederet, vt de iure communi nonnunquam ſuccedit, nec is conſuetudine prohiberetur ſuccedere, hoc caſu † baſtardus ad retractum admitti deberet: quæ concluſio eſt notabilis ad noſtras leges Regales de retractu loquentes: ad quem addo Petr. Auguſtin. Morlam *in empurio iur. part.* 1. *tit.* 9. *de contrahend. emption. quæſt.* 12. *pag.* 410.

Et quod filij naturales reſpectu matris, cui habent ius ſuccedendi, renocent donationem virtute *l. ſi vnquam, C. de renocand. donat.* voluit *ibi* Tiraquel. *in verbo, ſuſceperit liberos, num.* 51. Gregor. Lopez *in l.* 8. *titul.* 4. *in gloſ. in verb.* De ſu muger, *part.* 5. Et confirmo per reſolutionem Cæſar. Lamberti. *in tract. de iure patronat. lib.* 1. *part.* 2. *artic.* 26. 2. *quæſtionis principalis, nu.* 8. & 9. *fol.* 140. vbi ex doctrina Abbatis & Præpoſiti *in cap. tanta, qui filij ſint legiti.* ponit doctrinam quod filij illegitimi matris, quæ non ſit illuſtris, ſuccedunt in iure patronatus.

Licèt tamen hæc vera ſint; in propoſito noſtræ quæſtionis concludo, quòd filij naturales, etiam ſi maioratus proueniat ex parte matris, † non admittuntur ad maioratum: quia *dicta lex Pariit.* & *l.* 40. *Taur.* generaliter volunt, quod filius, vel nepos, ſit legitimatus ad hoc, vt admitti poſſint ad maioratum, nec diſtinguunt patrem à matre; vel an filius ſit illegitimus ex parte matris, vel ex parte patris; & ideò generaliter ſunt intelligendæ; iuxta *iura vulgata*: & communiter omnes maioratus facientes, excludunt filios illegitimos, ſiue illegitimitas procedat ex parte patris, ſiue procedat ex parte matris: quod omnibus, aut pluribus rectum videtur, vel appetitur: videtur etiam à ſingulis eiuſdem conditionis retractum haberi, & appeti: *cap. prudentia, de officio deleg. l. ſi ſeruus plurium*, §. *vltim. ff. de legat.* 1.

Non obſtat text. *in d. l.* 9. † *Taur.* Quia illa procedit in ſucceſſione ex teſtamento, vel ab inteſtato, & in bonis liberis, & in quibus mater liberè poteſt diſponere, non autem locum ſibi vendicat in his quæ ſunt à genere & anteceſſoribus, & in quibus ſucceditur ex vocatione inſtitutoris, quia in talibus bonis non admittuntur filij illegitimi, iuxta iura ſuperius citata; nec ſucceditur ipſi matri, ſed illi qui maioratum fecit, iuxta *l. coheredi, §. cum filia, ff. de vulgari*: facit *l.* 3 *ff. de interdict. & relegat.* & eadem eſt in iſto caſu ratio excludendi filios illegitimos ex parte matris; quæ concurrit in excluſione filiorum ex parte patris, & ideò idem ius ſeruari debet. Imò maior ratio eſt, cum turpius † ſit fœminas habere filios illegitimos, quàm viros: & pro hoc etiam facit doctrina Andr. de Iſern. *in §. naturales, ſi de feud. fuerit controuerſ. inter domin. & agnat.* bi dicit, quod filius naturalis non ſuccedit matri, nec cognatis matris, in feudo materno: & hoc videri meo intrepidè † eſt tenendum, quamvis *Gregor. Lopez* quem poſtquam hæc ſcripſi, legi, ſuper hæc cogitandum relinquat, *in l. vltim. titul.* 15. *in gloſ. vltim. part.* 6. vbi tangit quæſtionem, an filius naturalis ſuccedat matri in maioratu? & iſta refert Ioan. Gratian *reg. l.* 298. *nu.* 8. & de materia legenda ſunt quæ ſcribit Cald. Pereira *de nominatione ad emphyteuſ. quæſt.* 20. *nu.* 1. *cum ſequentibus, fol.* 213. qui in *numeris præcedentibus* varia refert de incapacitate filiorum naturalium: & de ſucceſſione filiorum naturalium plura refert Dominus Valdes *in additionibus ad Roderic. Xuar. in l.* 1. *tit.* 6. De todo home libre, *nu.* 1. & 4. *pag.* 63.

Secundum dubium, quod in hac quæſtione ſe offert, eſt, nam cum certum ſit, quod filij illegitimi cuiuſcumque ſint illegitimitatis, excludantur à bonis maioratus, videndum eſt, an non ſolum illud procedat in filiis primi gradus, & deſcendentibus; ſed etiam in deſcendentibus † à filiis illegitimis, qui in temporibus præteruntibus prætendunt ſe eſſe capaces bonorum maioratus. Quod autem tales vlteriores deſcendentes qui ex domo progenitoris producti ſunt, admitti poſſint ad maioratum; probatur mediis ſequentibus. ſ. Et primò ex text. *in l. vltima. C. de natural. liber.* à quo deducitur, quod incapacitas filiorum non porrigitur ad nepotes, ibi: *Filiis enim naturalibus relinqui conſtitutiones, quantum voluerint, ideò parentibus prohibuerunt, quia vitium paternum refranandum eſſe exiſtimauerunt: in nepotibus autem non eadem obſeruatio in præfatis ſpeciebus eſt cuſtodienda, vbi legitima ſoboles non eſt impedimento.* Et diſpoſitio illius *textus*

32 † procedit etiam in nepote ex filio ſpurio, ſecundùm Gloſ. *in d.l. vltima*, quam ſequitur Bart. *in l. Gallus, §. quid ſi is. ff. de liber. & poſthum.* vbi Iaſ. *num.* 23. dicit hanc eſſe communem opinionem, & idem Iaſ. *in l. hæreditas. nu.* 8. *C. de his quibus vt indign.* & Alex. vbi latè Gloſ. Pariſienſ. *in addit. in conſil.* 74. *Circa primum dubium, lib.* 3. quam etiam ſententiam pluribus authoritatibus relatis, ſequitur Epiſcop. Couarr. *in epitom. de ſponſalib. part.* 2. *cap.* 8. §. 5. *nu.* 13. *fol.* 132. *colum.* 1. Montal. *in l.* 10. *titul.* 5. *lib.* 5. *for. in gloſſ.* in verb. *En adulterio*, Cifuentes *in l.* 9. *Taur. nu.* 7. Caldas Pereira *in tract. de nominatione ad emphyteuſim, queſt.* 19. *nu.* 38. *fol.* 211. & eſt communis opinio & vera, ſecundùm Rodericum Xuarez *in l.* 1. *titul.* 6. *lib.* 3. *fori, num.* 17. *&* 18. vbi Dominus Baldes *pag.* 65. & Anton. Gabriel. *part.* 4. *commun. opinionum, titul. de hæredib. inſtituen. concluſ.* 3. *nu.* 1. *cum ſeqq. pag.* 236. *col.* 1. Roxas *in tract. de ſucceſſ. cap.* 20. *nu.* 55. Burgos de Paz *conſ.* 26. *nu.* 45. Matienç. *in l.* 6. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recop. gloſſ.* 8. *nu.* 21. *fol.* 225. & *in l* 7. *tit.* 8. *gloſ.* 5. *n.* 3. *fol.* 228.

Faciunt ſcripta ad idem propoſitum per Martí. Lauden. *in tract. de legitimatione. nu.* 74. *fol.* 93. 8. *volum. tract.* & Bened. de Barz. *in eodem volum. & tract. fol.* 27. *nu.* 32.

33 qui *num.* 33. reſoluit, autum † non poſſe inſtituere nepotem ſpurium, *prædict. l. fin. C. de naturalib. liber.* & *in Auth. quibus modis natural. effic. ſui: §. fin.* & in propoſito multas allegationes congerit dominus Baldes *in l.* 9. *tit.* De los pleytos, *lib.* 3. *fori, litera D. pag.* 59. vbi hoc refert Parlador. *lib. ſingul. rerum quotidian. cap.* 16. Capicius *deciſ.* 181. *nu.* 4. tractat, qualiter pater poſſit

34 † relinquere filio ſpurio alimenta? & quod poſt eius mortem perueniant ad filios filij: vbi hoc tractat in filio ſpurio Clerici, Simon de Prætis *lib.* 3. *de coniecturis & interpret. defunct. voluntat. ſolution.* 2. *nu.* 2. *fol.* 188. & Pinel. *in l.* 3. *C. de bon. maternis, nu.* 20. *&* 21. vbi ad id citat text. elegantem in ratione ſui, *in l. ſi is qui ex bonis, ff. de vulgar. & pupil.* in quo text. ſecundùm eum, probatur, poſſe patrem impuberi filio pupillariter ſubſti-

35 tuere † ad omnia bona filij, eum, cui ex bonis propriis non poſſit vltra certam quantitatem relinquere: quem text. Gloſ. *vltim.* & *ibi* Bart. & alij declarant procedere in ſubſtitutione facta filio impuberi in fauorem filij naturalis: & (vt author eſt Bart.) id procedit etiam in filio ſpurio: quem ſequuntur Alex. & Iaſon *ibi. num.* 3. & eſt communis ſecundùm Ripam *in l. Lucius, num.* 3. *ff. de vulgar.* Guillel. Benedict. *in cap. Raiuntius, in verbo, & vxorem, nu.* 69. *de teſtament.* notat Coſta *in cap. ſi pater, de teſtament. in* 6. *p.* 2. *in verbo, bona omnia, num.* 7. *pag.* 336. de qua etiam *lege*, agit Zaſius *in tract. ſubſtitution. in part. de ſubſtitut. pupilla. pag.* 282. *verſ. tandem circa hunc effectum*, Matien. *in l.* 5. *tit.* 8. *gloſ.* 3. *num.* 5. *fol.* 219. vbi plura ſcribit ad quos addo Ioan. Guttierr. hoc referentem, *lib.* 3. *practicarum quæſtion. quæſt.* 55. *n.* 4. *cum ſeqq.* & Anton. Peregrin. *in tract. de iure fiſci, lib.* 3. *nu.* 69. *pag.* 181.

Et ex prædicta *l. ſi is qui ex bonis, ff. de vulgari.* in-

36 fertur † intellectus *ad l.* 27. *Taur.* ſcilicet poſſe patrem in melioratione, quam fecit, vocare filium ſpurium in defectum filiorum legitimorum, vel naturalium, aut parentum. Cui tamen illationi contradicit *illa lex*, in illis verbis: *Entre ſus deſcendientes illegitimos que ayan derecho de les poder heredar*: Ex quibus verbis conſtat, quòd ita lex permittit facere ſubſtitutiones, & vocationes in fauorem filiorum illegitimorum, ſi habeant ius ſuccedendi, prout habent filij naturales, non aliàs. Eſt itaque reſtringenda prædicta lex in illis verbis ad filios naturales qui ſunt capaces ſuccedendi, iuxta *l.* 10. *Taur.* non etiam in filiis ſpuriis, quos teſtator nullatenus vocare poteſt, prætermiſſis conſanguineis & etiam extraneis: quod eſt notandum pro intellectu *illius legis*: & tenet Palaci, Rub. *in gloſ.* Deſcendientes illegitimos, *in d.l.* 27. *fol.* 79. *col.* 4. & Caſtill. *in eadem gloſ.* & Tell. *nu.* 11. Pro qua ſententia facit *l.* 22. *tit.* 13. *l.* 18. *tit.* 13. *p.* 6. & quod ſcribit Gregor. Lopez *in l.* 8. *tit.* 5. *in gloſ. vltim. part.* 6. & quod habetur *in toto tit. de patria poteſtate*, quod filius ſpurius dicitur † extraneus 37
etiam patri, provt tradit Cæſar Lambertin. *in tract. de iure patronat. libro* 1. *part.* 2. *quæſt.* 2. *artic.* 29. *num.* 23. *fol.* 142.

Et quod per † ſpurios non conſeruatur auorum 38
neque parentum nomen, leg. *lex natura, ff. de ſtat. hominum*, tradunt Phil. *in cap. nonnulli, §. ſuni & alij, de reſcript.* & alij, quos citat Roland. *in conſil.* 74. *nu.* 32. *lib.* 1. & contra filios ſpurios & adulterinos eſt terribilis & horrenda authoritas *Sapientiæ, cap.* 3. ibi: *Adulterorum filij in conſummatione erunt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur; & ſiquidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & ſine honore erit ſenectus illorum; & ſi celerius defuncti fuerint, non habebunt ſpem, &c.* Et faciunt quæ ſcribo *in* 1. *p. q.* 48. Sed adhuc ex ratione *d.l. ſi is qui, ff. de vulgar.* dici poteſt, quod deficientibus filiis legitimis & naturalibus, vel parentibus, licet patri vocare filios ſpurios, & eos ſubſtituere, excluſis, aut omiſſis conſanguineis, vel extraneis; † quia *prædicta* 39
lex tunc videtur excludere à vocationibus filios ſpurios, vbicumque reperiuntur filij naturales, qui excludunt parentes, iuxta *dict. leg.* 10. non autem vbicunque non adſunt tales filij, nec parentes, quia eo caſu æquius videtur licitum eſſe patri vocare tales filios in excluſionem conſanguineorum, & extraneorum: quod probatur ex *l. liberorum, in fin. ff. de verborum ſignific.* & aliis infra dicendis *num.* 27. & ex ſententia Alex. Iaſ. *num.* 3. *in d.l. ſi is qui ex bonis*, qui volunt, quod licèt parentes filiis naturalibus nihil relinquere poſſint, poſſunt tamen ſubſtitui ab eiſdem parentibus aliis liberis impuberibus: notat Ripa *in l. Lucius, nu.* 5. *ff. de vulgar.* Guillelm. Benedict. *in cap. Raiuntius, in verbo, & vxorem, nu.* 69. *de teſtamen.* quos citat Emmanuel Xuares *tom.* 1. *commun. opinionum, litera N. pag.* 314. quod hodie clarè probat *d.l.* 27. *Taur.* & tradit Bened. de Barz. *in tract. de legitimation.* 8. *vol. tract. nu.* 25. *&* 26. *fol.* 27. & tradit notanter idem Guillelm. Benedict. *in verbo, & vxorem: nu.* 981. *fol.* 113.

Nihilominus tamen † verior eſt concluſio, quòd pa- 40
ter non poteſt facere vocationes in fauorem filij ſpurij adulterini, aut aliàs incapacis: quod probat † clarè 41
prædicta l. 27. in dictis verbis; & *d.l. ſi is qui*, quia ibi non poteſt pater ſubſtituere filio filium ſpurium in bonis propriis, ſed in bonis filij: & quemadmodum parentes non poſſunt inſtituere filios ſpurios, ita neque ſubſtituere, quia † ſubſtitutio eſt ſecunda inſtitutio: 42
l. 1. *ff. de vulgar. l.* 2. *tit.* 5. *p.* 6. & hoc eſt tenendum: & ita illum textum intellexit Epiſcop. Couarr. *vbi ſuprà*, & hoc modo credendum eſt intellexiſſe virum tam doctum, ſicut fuit *Pinel.* pro quo faciunt ſcripta per Molinam *lib.* 2. *de primog. in cap.* 11. *nu.* 28. *fol.* 320. & qui non poteſt à defuncto capere, † non poteſt capere ſub- 43
ſtitutionem pupillarem: ſecundùm Bart. & alios, præcipuè Alex. *nu.* 6. *in d.l. ſi is qui*, Carol. Ruinus *in conſil.* 44. *nu.* 13. *cum ſeq. lib.* 2. Cephal. *conſ.* 60. *nu.* 13. *lib.* 1. & iſta ſeruiunt pro intellectu eorum quæ ſcribit Baëç. *de non meliorand. filiab. cap.* 22. *nu.* 1. *cum ſequentibus*, vbi ex text. *in d. l. ſi is qui ex bonis, & aliis*, diſputat an pater poſſit vocare filiam ad primogenium, quod inſtituit, poſt filium maſculum in quem inſtituit maioratum excedentem tertiam & quintam ſubſtantiæ partem, eam legito.

Sed circa intellectum text. *in d.l. ſi is qui*; eſt conſi- 44
derandum, quòd † Anton. Gom. *in l.* 9. *Taur.* affirmat conſtanter *num.* 20. quod hodie pater non poteſt facere ſubſtitutionem pupillarem in fauorem filij ſpurij, aut aliàs incapacis, nec eſt ſeruanda diſpoſitio text. *in d.l. ſi is qui*: mouetur authoritate *l.* 2. *titul.* 3. *lib.* 5. *ordinamenti, & l* 22. *titul.* 3. *eodem lib.* in quibus iuribus ſtatutum eſt, quod quemadmodum filij Clericorum non poſſunt ſuccedere ipſis Clericis, ita neque ſuis conſanguineis. Cuius opinio † licèt reſpectu Clericorum vera 45
eſſe poſſit, quia decet quòd Clerici caſti, & honeſti ſint,

tamen in aliis caſibus ſine dubio ergo obſeruarem diſpoſitionem text. *in d.l. ſi is qui*, quæ in ſuo caſu eſt ſingularis, & per aliquam legem Regni non eſt correcta, & ideò doctrina Anton. Gam. nequaquam mihi applaudit: & contrarium tenet Coſta *in cap. ſi pater, de teſtament. in* 6. *p.* 2. *in verb. bona omnia, nu.* 31. *pag.* 275. *col.* 2. *&* 3. Et an diſpoſitio *illius legis* habeat locum in ſubſtitutione vulgari, vide Bald. *in d.l. eam quam, nu.* 52. *C. de fideicommiſ. fol.* 142. & eſt text. *in d.l. ſi is qui, ff. de vulga.* diſputat Bieça *in lib. de non meliorand. filiab. d. cap.* 22. *nu.* 7. *fol.* 133. vtrum pater poſſit dotis nomine vocare filiam ad primogenium, quod inſtituit poſt filium maſculum, in cuius fauorem inſtituit primogenium. Sed per *eandem leg. ſi is qui*, decidunt Bart. & DD. *ibi*, quod hæres inſtitutus per partem ſpurij poſt mortem eiuſdem teſtatoris poteſt inſtituere filium ſpurium teſtatoris: quod confirmat & declarat Peralta *in l. vnum ex familia, in principio, nu.* 28. *verſ. ſed contra hoc facit, pag.* 563. *ff. de legat.* 2. Sed & pro intellectu illius *text.* vide bonam doctrinam Bart. quam habui in practica *in l. Lucius, ff. de iure fiſci*, & Gregor. Lopez *in l.* 39. *titul.* 9. *p.* 6. *in gloſ. in verb.* No valdra. *ſo.* 68. *col.* 3. *in verſ. & ſi filius*, vbi poſt Alex. & Imol. *in d.l. ſi is qui ex bonis*, dicit, quod non ſtantibus aliis filiis poteſt pater facere ſubſtitutionem pupillarem etiam in bonis quæ ipſi filio relinquit.

46 Ex quo ipſe infert, † quòd habens facultatem ad faciendum maioratum in filium, poteſt illum facere in filium naturalem, non exſtantibus filiis legitimis, pro qua ſententia facit *d.l. vltima, C. de naturalib. liber.* in illis verbis: *Dum legitima ſoboles*, & *l. vltim. tit.* 13. *p.* 6. in ratione ſui, & *d.l.* 9. *Taurina*: vbi filij naturales ſunt hæredes matri ex teſtamento, & abinteſtato non exſtantibus aliis filiis legitimis; & alia iura ſimilia: faciunt etiam quæ ſcribit Anton. Gabr. *lib.* 4. *commun. opinionum, tit. de hæredib. inſtituend. concluſ.* 3. *nu.* 1. *cum ſeq. pag.* 236. & per *d.l. vltim. & l.* 10. *Taur. in fin.* vult ibi *Anton. Gom.* quod auus poteſt relinquere nepoti naturali omnia bona, licèt ipſe parentes habeat; quem refert & ſequitur Matienç. *in l.* 9. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recop. gloſ.* 1. *nu.* 9. *fol.* 229. Ex quibus etiam infertur confirmatio eorum, quæ ſcripſi *in* 1. *p. huius operis, q.* 2. *à nu.* 67. dum concluſi, quod pater carens filiis legitimis & naturalibus, poteſt facere maioratum in filium naturalem tantum, de omnibus bonis, etiam abſque Regia facultate: quod ibi latiùs traditur. Et plura in fauorem filiorum naturalium ſcitu digna ſcribit Tiraq. *in tract. de pœn. temperan. cauſ.* 20.

Secundò principaliter opinio prædicta, quòd deſcendentes à filiis illegitimis ſint capaces ad ſuccedendum in bonis maioratus, probatur ex ratione text. *in l. cognouimus, C. de hæretic.* vbi licèt filius hæretici ſit inca-

47 pax, non tamen † eſt nepos: & probatur *in cap. ſtatutum, & cap. vt commiſſi, de hæretic. in* 6. *& in pragm. fol.* 8. *in vol. pragmatic.* notatur per Simanc. *lib. de inſtit. Catholic.* 29. *fol.* 100. *titul.* 1. in quibus iuribus cauetur, quod licèt filij ſint incapaces vſque ad primam, vel ſecundam generationem, vlteriores tamen non ſunt incapaces; & facit text. *in l. quiſquis, §. filij, C. ad leg. Iul. maieſt.* & *in l.* 6. *titul.* 27. *p.* 2. de quo tamen legenda ſunt quæ ſcribunt Rebuffus *in praxi benefic. tit. de mod. amittend. benefic. nu.* 26. Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remed.* 1. *nu.* 342. *pag.* 548. Ad quod etiam attinent quæ ſcribit Decius *in conſ.* 64. *Præſidio & diligenter, nu.* 1. *cum aliis*, Cephal. *in conſ.* 103. *nu.* 18. *lib.* 1. *& in conſil.* 670. *per totum. lib.* 5. Guid. Pap. *in conſ.* 74. *nu.* 1 *& in conſ.* 176. *nu.* 3. Anton. Gom. *lib.* 3. *variar. cap.* 2. *nu.* 13. *verſ. tamen filij*, Gom. Arias *in l.* 4. *Taur. nu.* 94. additio Seguræ *in l. coheredi, §. cum filia, nu.* 73. *ff. de vulgar.* idem Segura *in l.* 3. *§. fin. ff. de liber. & poſthu. fol.* 9. *col.* 3. *verſ. præterea filius*, ſecundùm antiquam impreſſionem, & ſecundùm nouam *nu.* 139. Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr.* 3. *§.* 5. *nu.* 69. & plures citat Matien. *in l.* 6. *tit.* 8. *gloſ.* 8. *n.* 21. *fol.* 225. *n.* 5. *Recop.*

Et ex dixit Bald. *in l. ſi quis inceſti, C. de inceſt. nupt.* quod † nepos legitimus & naturalis ex filio Clerico, 48
poteſt ab auo hares inſtitui: & idem tenet Petr. Cin. & Salicet. *in l.* 2 *C. de Epiſcop. audien.* & alij quos refert Epiſcop. Couarr. *in dicto loco nu.* 14. Et de hac materia plura ſcribit Tiraquellus *in tract. de primog. q.* 12. *n.* 12. *cum ſeq. pag.* 117. & nepos ex filio ſpurio poteſt † ha- 49
bere Ordines & beneficia ſine diſpenſatione, *cap. dominus*, 56. *diſtinct.* Præpoſitus *in cap. Presbyterorum, eadem diſtinctione*: Rebuf. *in praxi benefic. tit. de diſpenſas ſuper defectu natalium, nu.* 28. *pag.* 410. Quibus addendum, quod quando conſtat quod Clericus donauit neporicontemplatione patris, vel matris, † donatio eſt ineffi- 50
cax, & fraudulenta præſumitur; vt probatur ex doctrina Ioan. Andr. *tit. de ſucceſſ. ab inteſt. §.* 1. *verſ. ſed nunquid*: per regul. *l. ſi forte, ff. de caſtrenſ. pecul.* & *l. qui teſtamentum, ff. de probation.* & ornat Iaſ. *conſ.* 154. *lib.* 2. Barthol. Socin. *conſ.* 65. *lib.* 3. Aym. *de antiqui. tempor. p.* 1. *nu.* 11. Greg. Lopez *in l.* 10. *tit.* 12. *p.* 6. *in gloſ.* in verb. *La donacion*, Anton. Gom *in l.* 10. *Taur. nu.* 17. Suar. *in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 3. *fori. n.* 19. Bertrand. Chouerenſ. *ad pragm. Gallican. rubric. qui etiam filius ex tali concubinatu. n.* 70. *col.* 2. *pag.* 351. Auguſt. Beroius *queſt.* 127. ſed nepos † 51
non poteſt habere beneficium aui, ne legi fiat fraus, vt tradit Rebuf. *in loco citato, nu.* 26: videntur autem prædictæ donationes factæ † contemplatione filiorum Cle- 52
ricorum, vt conſtat ex doctrina Bart. *conſ.* 131. *nu.* 1. Angel *conſ.* 79. *col.* 2. *verſ. non obſtat*: Menoch. *conſ.* 81. *nu.* 44. *lib.* 1. Franciſc. Hotheman. *in diſputatione de ſpuriis, pag.* 61. maximè vbi patris, vel matris fuit facta commemoratio, vt ex pluribus reſoluit D. Anton. de Padilla *in l. quamvis ſimpliciter. n.* 8. *C. de fideicommiſ.* & in filiis Clericorum tradit Hermondus *vbi ſupra*, & ſcribunt Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Cardin. *in cap.* 1. *de teſtam.* volentes, Clericum non poſſe licitè donare nurui: pro quibus faciunt quæ notanter ſcribit Natta *in conſ.* 90. *nu.* 4. & 5. quod verius videtur, licèt contrarium teneant Anton. Gom. *in l.* 9. *Taur. nu.* 17. *verſ. ex quo etiam notabiliter infero*: Dueñ. *regul.* 366 *in fin.* Parlador. *de rebus quotidian. cap.* 16. *nu.* 2. concludentes † Clericum poſſe 53
facere donationem in generum, licèt filiis donare non poſſit: & Anton. Gom. & Dueñ. refert & ſequitur nouiſſimè Caldas Pereira *de nominatione ad emphyteuſ. q.* 19. *nu.* 60. *fol.* 217. qui ex hoc concludit, poſſe ſocerum Clericum nominare ad emphyteuſim generum, vel nurum, licèt filiam, vel filium non poſſit nominare: & faciunt ſcripta per Paleot. *de nothis & ſpuriis, cap.* 50. *nu.* 40. *fol.* 67. *vol.* 8. *tract.* qui omnes non meminere de doctrina Bart. & aliorum quos *ſupra* retuli, & contra Duen. & alios tenet Matien. *in l.* 6. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recopil. n.* 27. *fol.* 225 quod † verius mihi videtur. 54

Et pro hoc vltimo facit quod ſcribit Molin. *lib.* 2. *de primog. cap.* 11. *nu.* 29. *fol.* 320. quem citat Menoch. vbi plura ſimilia adducit *in tract. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 96. *nu.* 4. *cum ſeq. fol.* 181. & legenda etiam ſunt quæ ſcribit Aluarad. *de coniecturata mente defunct. lib.* 2. *§.* 5. *nu.* 64. Et ductus autoritate *d.l. vlt. C. de naturalib. liberis*, ſcribit Barthol. Socin. *in conſ.* 161. *Pro deciſione præſentis, nu.* 1. *lib* 2. quod quemadmodum pater tenetur alimentare filios ſpurios & naturales, iuxta *cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimon. quam poll. per adul-* 55
terium; ita auus tenetur † alimentare nepotes ſpurios, aut naturales, quia ſecundùm *d.l. vlt.* quoad auum, nepotes ſunt minus odioſi, & idem volunt Cin. *in l.* 2. *C. de alend. liber.* Abbas *in cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrim. col. fin.* quæ opinio hodie Iure Canonico procedit, & ita eſt intelligenda *l.* 5. *tit.* 19. *p.* 4. quæ diſponit, quòd aui non tenentur alimentare nepotes ſpurios, vt nimis audacter contra illam legem reſpondent Epiſc. Couar. *in lib. de ſponſalib. p.* 2. *cap.* 8. §. 6. *nu.* 16. *fol.* 137. cuius verba & opinionem, tacito authore, tranſcripſit D. Anton. de Padilla *in authen. res quæ, C. communia de legat. nu.* 66. *pag.* 228. Et verior mihi videtur ſententia Greg. Lopez *in d.l.* 5. qui tenet limitare illam legem Ius

Canonicum ; & idem tenet Menchaca *de ſ.ucceſſ. creat. lib. 2. §. 22. nu. 313.* Anton. Cordub. de Lara *in l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, nu. 40. cum ſeqq. fol. 47. ff. de liber. agnoſcen.*

Hinc etiam fit, quod licet illi qui ſunt ex damnato coitu, non poſſunt a parentibus hæredes inſtitui, iuxta *authen. ex complexu, C. de inceſtuoſ. nupt.* cum *materia* ; à fratre tamen, vel ab alio filius ſpurius, & ex damnato
56 coitu, † poteſt hæres inſtitui, ſecundùm Gloſ. *in authent. quibus mod. natural. efficiun. legit. in verbo, participium, collat. 7.* & Bart *in l. 1. ff. de iure fiſci*, & alij quos citat Lopius *in cap. per veſtras, de donation. inter virum & vxorem, notab.* ; §. 10. *nu. 10. pag. 441.* Quæ opinio eſt communis ſecundùm Gregor. Lopez *in l. 4. tit. 3. p. 6. in gloſ.* in verb. *nacida*, quæ lex concordat cum *dicta authen. ex complexu*, & primogenium poteſt inſtituere agnatus, vel cognatus in fauorem filij ſpurij, vt reſoluit Molin. *lib 2. de primogen. c. 11. n. 33. fol. 320.*

57 Qua in re † animaduertendum eſt ad *l. 6. tit. 8. lib. 5. Recopil.* prohibentem filios Clericorum ſuccedere conſanguineis ex parte patris, ac inualidat donationes, venditiones, & alios contractus factos per conſanguineos Clericorum in fauorem filiorum Clericorum. Ex quo etiam idem *in l. 10. tit. 15. p. 6.* in verb. *La manda*, limitat illam legem dicentem, quod filius inceſtuoſus, vel adulterinus, non poteſt hæres inſtitui : quia id verum eſt à patre ; ab auo tamen benè poteſt inſtitui, notant DD. *in l. 1. C. de naturalib. liber.* licèt contrarium in hoc teneat Bald. *in d. l. ſi quis inceſti, C. de inceſt. nupt.* Et pro hac opinione plura in fauorem nepotum ſcribit Anton. Gom. *in d. l. 9. Taur. nu. 17.* vbi etiam fatetur Bart. opinionem *in d. §. quid ſi is*, communem eſſe Epiſc. Couar. *in epitom. de ſponſalib. 2. p. cap. 8. §. 5. nu. 13. verſ. hæc tamen*, quem & alios citat Menoc. *in tract. præſumption. lib. 4. præſumpt. 96. nu. 26. & 27. fol. 182.* & tradit Franciſc. Mantic. *lib. 8. de coniectur. ment. defunct. tit. 5. nu. 15. pag. 322.* & materiam tractat latiſſimè Flor. de Mena *in addition. Gamæ 23.* vbi legi debet ipſe *Gama*. Et pro opinione *Baldi* plures citat Roxas *in lib. de ſucceſſ. ab inteſtat. cap. 20. nu. 31. pag. 104.* vbi refert Roderic. Suar. Caſtill. Couar. & alios plures.

Et ex his etiam oritur. & fundamentum recipit alia doctrina Gregor. Lopez *in l. 11. in gloſ. in verbo, natus, tit. 13. p. 6.* vbi dicit, quod quamvis ſecundùm *leges Regni ſupra citatas*, filius Clerici ſit incapax ad ſuccedendum ipſi Clerico, nepotes tamen, † vel alij vlteriores
58 non prohibentur ſuccedere : refert ad hoc inter alia quoddam elegans *conſilium* Barthol. Socini 148. *Memini iam ſunt duo menſes : lib. 1.* vbi latè ſuſtentat, quòd licèt filius ex damnato coitu non ſuccedat matri, iuxta textum *in §. nouiſſimo. Inſti. ad Orphic.* & *d. l. 9. Tauri*,
59 nepos tamen ſuccedere poteſt matri eius : quod † tamen dubium habet, quia contrarium in hoc tenet Matthæſilan. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. membro 2. ar. ic. 1. nu. 2. in verbo, ideò dico* ; cuius opinionem ſequitur Tell. *in d. l. nu. 4.* cui adde Benedict. Capra *in conſil. 1.* & *in conſil. 108.* & *in conſil. 38* & latè Decius *in conſil. 311.* & volunt Odofredus, Cin. Salicet. & alij *in l. fin. C. de naturalib. liber.* per textum *ibi.* & plures quos citat Tiraquel. *in tract. de primogenitura, q. 12. nu. 13. pag. 117.* vbi latè ſuſtentat, quod quemadmodum mater filij ſpurij excluditur à ſucceſſione filij, ita excluduntur illius matris filij & omnes conſanguinei per lineam maternam. Et pro ſententia Matthæſilani facit *conſilium* Alexand. (quem non refert Tellus) *in conſil. 74. Super eod. quo quæritur, lib. 5.* vbi ſcribit, quod quemadmodum filij ex damnato coitu non ſuccedunt matri, ita prohibentur aſcendentibus & conſanguineis : & faciunt plura quæ ſcribit Dec. *in conſil. 85. nu. 9.* Et quod macula illegitimitatis aſcendentis non noceat deſcendenti legitimo in ſucceſſione iuriſpatronatus, volunt Anton. de Butr. *conſil. 29.* Ancharr. *conſil. 38.* Roch. de Curt. *de iure patronat. verb competens alicui, nu. 8.* quos & Lamb. citat Ioan. Guttier. *conſil. 3. nu. 12.*

Et ex his, & inferioribus, poteſt determinari quæſtio elegans, quæ mihi contigit. Quidam impetrauit legitimationem in fauorem filij ſpurij, & fecit relationem quod erat filius naturalis, non ſpurius, & virtute illius legitimationis fecit maioratum in illum filium ſpurium, & in illius deſcendentes, in defectum vocauit conſanguineos. Dubitatum fuit, an poſito quòd maioratus non valuit in perſona filij ſpurij, † potuit valere & ſuſtineri in perſona nepotum, & aliorum vocatorum ? negotium facit *l. cogi, §. hi qui ſolidum, ff. ad Trebellianum*, atque notanter ſcribit Rodericus Suarez *in allegatione 27.* Matienço *in l.... titul. 8. lib. 5. Recopil. gloſ. 3. nu. 8. fol. 219* Anton. Peregrin. *de iure fiſci, lib. 3. tit. 19. nu. 3. pag. 187. & lib. 3. tit. 18. nu. 91. pag. 180.* Ioan. Garſ. *de tacito fideicommiſ. nu. 34. fol. 18.* & facit quod ſcribo, *p. 1. q. 2.*

Pro maiore autem intellectu *dictarum legum Ordinamenti*, quæ prohibent filios Clerici ſuccedere ipſi Clerico, quia forſan alio loco non ſe offerret opportunitas, & eſt punctus quotidie contingibilis ; obiter reminiſci oportet textus egregij *in l. 3. tit. 21. p. 4. in fin.* ibi : *E como quier que pueden heredar los bienes de la madre.* Ex qua lege apertè intelligitur, quod quamvis filij Clericorum non poſſunt ſuccedere ipſis Clericis, † ſunt tamen capaces ad ſuccedendum matri : per quam 61
legem ibi *Gregor. Lopez.* latè ſuſtentat, quod etiam hodie, ſtante *d. l. Taur.* filius Clerici non prohibetur ſuccedere matri, niſi in duobus caſibus quos ipſe exponit. Cuius opinio ſemper mihi viſa fuit contra *d. l. Taur.* præcipuè hoc colligitur ex illis verbis : *Saluo ſi los tales fijos fueren de dañado y punible ayuntamiento de parte de la madre : en tal caſo mandamos, que no puedan heredar a ſus madres ex teſtamento, ni ab inteſtato.* Et poſtea in illis verbis : *Si fueren hijos de Clerigos, o frayles, o freyles.* Ecce ergo † qualiter *prædicta lex* æquiparat fi- 62
lios ex damnato coitu filiis Clerici quantum ad ſucceſſionem matris. Et ideò cum in totum excludatur filius à ſucceſſione matris, quando eſt ex damnato coitu procreatus, excludi etiam debet quando eſt filius Clerici, aut Monachi : cum hoc *dicta lex* ſtatuat vna determi- 63
natione reſpiciens plura determinabilia, & ideò † debet omnia pariformiter determinare, *l. iam hoc iure, ff. de vulgar.* cum *concordant.* vt per Segur. & addit. *in l. 3. §. vlt. nu. 70. ff. de liber. & poſthu.* & huius opinionis, quamvis non ita fundauerint, fuere Ciriuent. *in d. l. 9.* & Tell. *num. 34.* qui non refert *Gregor. Lopez.* & hæc ſententia in dubio eſt † amplectenda, vt mulieres timore 64
huius pœnæ, & aliarum, arceantur à conſortio carnali cum Clericis, quorum honeſtas commendatur tam in lege diuina, quàm in legibus Iuris Ciuilis & Canonici, præcipuè *in tit. de vita & honeſt. Clericorum, & de cohabitat. Clericorum* ; & *in cap. interdixit, d. 32.* & *in cap. in omnibus, 5. diſtinct.* & *in pluribus canonib.* Concil. Trident & eſt notabilis *l. 37. tit. 6. p. 1.* & *l. 38. eod. tit.* Et ideò hæc opinio quæ pro religione facit, potiùs quàm alia eſt amplectenda, *l. ſunt perſonæ, in fine, ibi :* Summa † ratione, quæ pro religione facit, *ff. de religio.* 65
& ſumpt. funer.

Tertiò principaliter iſta ſententia, quòd deſcendentes à filio ſpurio ſuccedere poſſunt in maioratu, probatur ex ratione, & diſpoſitione, text. *in l. qui Titij teſtamentum, ff. de his quibus vt indign.* vbi licèt ille, † qui 66
accuſauit teſtamentum alicuius falſitatis, & ſuccubuit, non poſſit ſuccedere ei ; tamen non prohibetur ſuccedere hæredi illius, vel alteri, ad quem bona peruenerunt : & eſt bonus text. *in l. vlt. ff. de legat. 3. in princ.* vbi filius exhæredatus non prohibetur poſtea ſuccedere hæredi patris : & conducunt alia plura, quæ in ſimili tradit Anton. Gom. *in l 22 Taur. n. 13* Adhùc facit quod filij legitimi & naturales, nati ex ſpuriis inter ſe ſuccedunt, vt latè probat Curt. Iun. *conſ. 123. nu. 5.* vbi tractat an ipſi ſpurij poſſint inter ſe ſuccedere.

Quartò, negari non poteſt, quin vetuſtate, & temporis diuturnitate, generatio ſpurij clarior, nobiliorque fiat,

67 fiat ; quia † vetuſtas multa facit & perficit ; *l. vlt. ff. de aqua pluuia arcend. l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æſtiua :* Ex quo fit, quòd nobilitas quantò an-
68 tiquior eſt, † eò quoque maior ; *l. 2. §. quæ omnia, C. de veter. iur. enuclean. l. prouidendum, C. de poſtulan. l. 1. C. de iur. aureor. annulor.* cum *concordan.* vt per Tiraquellum *in tract. de nobilit. cap. 10. nu. 1. cum ſeq. pag. 124.* & dixi *in 1. p. q. 51. verſic. item licet nobilitas proueniat :* & tempus tantum habet virium, quòd omnia conſumit, deuorat,
69 deſtruit, commutat, atque diuertit, † ſecundùm Baldum *in cap. inter dilectos, de fide inſtrument.* & *in cap. tua, col. 2. verſ. porrò notorium, de cohabit. Clericor.* de qua re qui plura notabilia ſcire deſiderat, legat Tiraq. *in tract. de præſcript. §. 1. gloſ. 4. pag. 72. cum aliis plurimis*, vbi inter alia adducit ad propoſitum illud, quod dicit Sophocles *in Ajace*, omnia longum tempus tabefacit atque vrit : & ſanguis filiorum legitimorum, qui poſtea
70 ſuperuenit, † maculam præcedentem abſorbet, & purificat : *l. Paulus, §. vlt. ff. de acquir. hæred. l. licitatio, §. mercatores, ff. de publican.* & ſanguis perfectus, & iuſtus, miſtus cum alio qui non eſt ita perfectus, eum propter cõmunionem, perfectum reddit ; *l. ſi communem, ff. quem-admod. ſeruit. amitt.* quod magis procedit vbicumque ſanguis deſcendentium, qui miſtus fuit cum alio, eſſet illuſtris & generoſus, provt plerumque contingit. Ex quibus & aliis, quæ *ſuprà* ſcripta ſunt : conſtat, quòd quamvis filij illegitimi non ſint capaces ad ſuccedendum in maioratu, vlteriores deſcendentes non patiuntur hanc incapacitatem.

71 Quintò, natura non facit differentiam † inter filios legitimos & naturales, *Authen. quib. mod. natur. effici ſui : §. ſi quis ergo filios : l. hos accuſare, §. in omnibus, ff. de accuſat.* per quem inquit Bald. *in cap. quæ in Eccleſiarum, col. vlt. de conſt.* quod filiis legitimis & illegitimis com-
72 munis † eſt amor, & natura : atque plura refert Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus, nu. 288. pag. 183. C. de reuocan. donat.* & legenda ſunt quæ *ibidem* ſcribit *num. 302.* & plura in fauorem filiorum qui non ſunt legitimi, cumulat Ful. Pacian. *in tract. de probation. lib. 2. cap. 17. nu. 42. cum ſeq. fol. 55.*

Sextò, ſpurius præſcribere poteſt hæreditatem paternam ſpatio 30. annorum, † ſecundùm Ripam *in l. 1. n. 9. ff. quorum bonorum* : poſt Baldum *in l. nullo. C. de rei vendi.* qui hoc dicunt procedere, etiam ſi iuris errore putet
73 ſe capacem : & idem Aym. *de antiq. i. tempor. 4. p. nu. 162. & conſ. 162. nu. 13.* Cephal. *conſ. 152. nu. 4. lib. 2.* tradit latè Balb. *in tract. de præſcript. 4. p. princi. al. q. 18. nu. 6. pag. 354.* quod nouiſſimè tradit Ant. Peregr. *in tract. de iure fiſci, lib. 3. tit. 18. nu. 112.* qui *in toto illo titulo* varia ſcribit de filiis ſpuriis, & naturalibus pro intellectu horum quæ hic tractantur : & tradit latius Alvar. Valaſc. *conſultat. 19. n. 1. cum ſeq* Et quòd debeat exprimi qua-
74 litas ſpurietatis ad hoc, vt reſcriptum † nõ ſit ſubreptitium, tradunt Signorol. *in conſ. 219.* Din. *in cap. poſtulaſti, de reſcript.* quos citat Rebuf. *in pract. benefic. tit. de reſcripto legitimationis miſto. nu. 31. pag. 593.* Et quod ſpu-
75 rij admittantur † ad accuſandam injuriam factam conſanguineo, volunt Bart. *in l. lex Cornelia, ff. de iniuriis* & alij, vt per Greg. Lopez *in l. 6 tit. 21. p. 3 in gloſ.* in verb. Mancilla, quod filius ſpurius præſcribere poſſit virtute
76 legitimationis, in † qua error interuenit, tradit notabiliter Iacob. Puteus *deciſ. 91. lib.* de quibus lector legat quæ refert Cald. Pereir. *de nomination. ad emphyt. q. 219. n. 79. fol. 221.*

77 Septimò, filij legitimi illegitimorum, † poſſunt ſuccedere in iure patronatus, ſecundùm Ant. de Butr. *in conſ. 20. Viſis, dubio 2.* Ancharran. *in conſ. 335. in 2. dubio,* Roch. de Curt. *in tract. de iure patronat. in verb. competens alicui, 2. q. principali.* Cæſar. Lamb. *in tract. de iure patron. lib. 1. p 2. art. 32. 2. q. principali, fol. 143.* qui tamen diſtinguit ; ad quem addo Ioan. Guttier. *conſ. 3. n. 1c.*

Octauò, vbicumque filius venit iure ſuo, & ex perſo-
78 na propria, † non obſtat ei patris incapacitas, ſecundùm Bart. *in l. qui ſuperſtitioſum, col. 1. verſ. aduerte : ff. de acquir. hæredit.* Dec. *in conſ. 318. n. 3.* Iaſ. *in l. ii poteſt, n. 47. cod. tit. & in l. ſi arrogator. n. 20. ff. de adoption.* cum *concordan.* vt per Tiraquel. *in tract. de primogen. q. 45. nu. 115. 116. & 117.* facit *l. 3. §. ſi emancipatus, §. quidam filium, ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* quam cito *infra, q. 4. illat. 2.* Et per hanc doctrinam, & alias plures authoritates, tradit in terminis Cephal. *in conſ. 103. n. 4. cum ſeq. lib. 1.* quod filij legitimi & naturales procreati ab alio, qui non
79 erat legitimus ; admittuntur † ad fideicommiſſum, ex- cluſis conſanguineis teſtatoris deſcendentibus ex alia linea, tanquam vocati ex propria perſona. Quod conſilium eſt ſatis notabile in materia præſentis quæſtionis, & allegat inter alia plura text. *in l. 3. ff. de interdict. & relegat. l. 1. §. qui filium, ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* & faciunt ſcripta per eundem Cephal. *in conſ. 134. nu. 52. cum ſeq. lib. 1.* Quæ concluſio eſt conſideratione digna pro deciſione litis, quæ nunc agitatur in conſilio Regali, circa ſucceſſionem Comitatus de Baylen.

Nonò, indignitas & incapacitas parentum filiis opponi † non poteſt, ſecundùm Gloſ. communiter rece- 80
ptam *in cap. 1. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi*, vbi Andr. de Iſern. *num. 50.* & latè Additionat. *Nard.* Angel. *in l. fin. in princ. C. de ſecundis nuptiis* ; Riminald. *in princ. Inſtit. ut de donation. nu. 550.* Cald. Pereira *in tract. de nomination. emphyteuſ. q. 19. n. 76. fol. 220.*

Contraria opinio variis vrgentibus rationibus fundari poteſt. Primò, ex text. *in Authen. de hared. quæ ab inteſt. deferunt, § reliquum*, vbi ad hoc notat Angel. in quo probatur, quòd † excluſa vna perſona, etiam deſcen- 81
dentes ab illa excluduntur, Bald. *in l. vlt. col. 1. C. de liber. præter.* & alij quos refert Dec. *in l. illam. n. 13. fol. 102. C. de collation.* vbi ex hoc diſputat elegantem quæſtionem, ſi velit ſtatutum, quod exſtantibus maſculis, mater non ſuccedat ; an habeat locum ſtatutum exiſtentibus cognatis proximioribus, qui de iure communi agnatos excluderent. Et ſicut teſtator † non præſumitur reli- 82
quiſſe odioſo, ita nec ei qui ab odioſo deſcendit, ſecundùm Angel. *in d. Authen* Dec. *in conſ. 589. n. 6.* Simonem de Prætis *de interpretan. defunct. volunt. lib. 1. interpretat. 2. ſolut. 4. nu. 10. fol. 59* Pariſium *in conſ. 20. nu. 47. lib. 3.* Barthol. Socin. *in conſ. 37. nu. 1. lib. 3.* Petr. Surd. *conſ. 85. nu. 10. & deciſ. 41. n. 7.* Et pro hac ſententia etiã facit *l. viua matre, C. de bon. matern. in verſ. in nepotibus*, per quem *text.* dixit Paul. *in l. Gallus, § nunc de lege n. 6. ff. de liber. & poſthum.* quod excluſa fœmina ab emphy- 83
teuſi, vel alia re, † excluſi cenſentur deſcendentes ab illa : de quo ego *infra, in q. 6* latius tractabo : & inquit Bald. *in l. quoties, nu. 2. C. de ſuis & legit. hæredib.* quod in feudo fœmina regulariter non ſuccedit, nec maſculus deſcendens de illa, quia caret principio producente, & medium eſt inhabile. Et cum filij naturales non poſſunt ſuccedere, ita nec ab illis deſcendentes, vt per *d. l. vlt. C. de natural. liber.* volunt Bald. *in l. 2. in fin. C. de natural. liber.* Alciat. *in conſ. 102. n. 3. lib. 9.* Franciſc. Mantic. *lib. 8. de coniect. ment. defunct. tit. 12. n. 21. pag. 347.* Cæterum DD. communiter *in d. l. ſi viua matre* deducunt, quod nepotes & alij deſcendentes non debent eſſe melioris conditionis, quàm filij, de quo per Paulum de Caſtr. *in conſ. 119. lib. 1. & in conſ. 91. lib. 2.* & Bald. *in conſ. 34. lib. 1.* & Roman. *in conſ. 445.* & per alios quos refert Gloſ. Pariſ. *in addition. ad Alexan. in conſ. 56. litera A. lib. 5.* vbi hoc etiam tradit Alex.

Secundò pro hac ſententia facit, quia forma, & origo, 84
† quæ à radice deducitur, in quodlibet deriuatur, *l. in ratione, l. 1. §. ſi filio*, ibi : *formam & originem, ff. ad leg. falcid. l. qui id quod, in princ. ff. de donation. l. tutor, ff. de fideiuſſor.* & quod corruptum eſt in radice corruptum eſt in conſequentia : ſecundùm Baldum *in l. qui rem, C. locati* : cum *concordantibus* per Zaſium *conſ. 5. nu. 95. lib. 1. & in conſ. 18. n. 30.* Et quod excluſo aliquo à maioratu, 85
† cenſeantur excluſi omnes deſcendentes ab illo in infinitum, volunt Molin. *de primog. cap. 7. n. 4* Burg. de Paz *q. ciuil. 3. n. 15. 16. & 17.* quos citat Menoch. *in conſ. 442. n. 12. nu. 5.* Et excluſa radice, excluditur quicquid ab ea proueniat,

prouenit, ſecundùm Bald. *in l. maximum vitium, C. de liber. præterit.* cum *concordantib.* vt per eund. Menoch. *in conſ. 172. lib. 1.* tradit Anton. Peregrin. *in tract. de fideicomiſ. art. 27. num. 6. & num. 18. fol. 25.* & tradit notanter Guillel. Benedict. *in c. Rainutius de teſtam. in verb. duas habens filias, num. 124 cum ſeq. fol. 27.* Et ſemper eſt
86 inſpiciendum principium, † & prima origo ; *l. 1. ff. de orig. iur. l. ſi procuratorem, in pr nc. ff. manda. l. clam poſſidere, in princ. ff. de acquirend. poſſeſ.* Gloſ. Pariſ. *p. 2. conſuetud. Pariſ. in §. 62. num. 70. fol. 167.* Et omne quod dicitur per medium, † ſapit naturam medij, ſi illud medium ſit naturale, & non ſimpliciter inſtrumentale, quia per medium ſpecificatur, & naturatur ; vt notat Bald. notabiliter *in conſ. 389. lib. 2.* Cum ergo principium, & origo ſit vitioſa, per quam ad vlteriores filij ſpurij deſcen-
88 dentes peruenitur, hoc vitium, † & origo vitioſa in deſcendentes deriuatur etiamſi ſint in decimo, vel vlteriori gradu ; veluti ſi quis ſeminet ſemen malum, quia omne id quod ex illo naſcitur, infectum eſt, & eodem laborat morbo & vitio. Quod latius tradit Matthæ. *ab Afflict. in conſtitution Neapolitan. in proœmio, Poſt mundi machinam, nu. 17, & 18.*

Et ad hoc facit quod inquit Bald. *in l. bonorum, Cod. qui admitti:* vbi dicit, quod rei origine ſublata, tollitur quidquid ordinatur ab illa, & qualis res eſt in origine,
89 † talis eſt in acquiſitione, per *l. Caius, ff. de manumiſſ.* Quod dictum etiam refero *in quæſt. 4. infra, illatione 1.* Item facit, quia cum extremum, à quo hic deſcendens à filio ſpurio, aut aliàs illegitimo, ſit inhabile & incapax, impedit coniunctionem alterius extremi, ſcilicet, illius qui talem ſucceſſionem prætendit. Et deſtructo medio propter quod peruenitur ad extremum, vel finem ; finis,
90 vel diſpoſitio † in extremo tollitur, ſecundùm Imolam *in l. qui habebat, ff. de vulgari:* Bald. *in conſ. 162. n. 279. lib. 1.* & alios, vt per Rolandum *in conſ. 57. nu. 57. lib. 3.*
91 Burſatum *in conſ. 97. num. 8. lib. 1.* Et quando actus † à principio non ſumit initium, non poteſt ex illo fieri productio ; *l. quæcunque cerimus, ff. de action. & oblig.* notat Guillel. Bened. *in d. loco, n. 175. fol. 32.* Quia vbi ex-
92 trema ſunt vitioſa, † non coniunguntur : *l. bonorum, ff. rem ratam haberi, l neceſſario, §. quod ſi pendente, ff. de peric. & commod. rei vend. l. huic ſcripturæ, ff. ad l. Aquil. Gl. in l. 2. Cod. de inoffi. donat. l. donationes, C. de donat. inter vir. & vxo.* cum *concordan.* facit notabilis *l. vlt. n. 44. p. 4.* vbi Gregor. Lop. etiam tractat, an baſtardi poſſint
93 † portare arma parentum ? *in gl.* in verb. *Las honras,* Epiſcop. Cou *in epitome de ſponſalib. 2. p. c. 8. n. 17. fol. 137.* Curtius Iun. *in conſ. 81. num. 10.*

Hæc etiam alia non leui ratione confirmantur, quia
94 baſtardi & ſpurij † non poſſunt portare arma patris, nec inſignia : ſecund. Bald *in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit.* quia ſecundum eum, baſtardi non ſunt de domo, nec agnatione ; & ibi *Bald.* & alij ſcribunt, quod illegitimi prohibentur habere honores : quod tradit Cæſar. Lamb. *in tract. de iure patro. lib. 1. part. 2. art. 26. 2. g. principali, n. 2. fol. 140.* faciunt ſcripta per Ioan. Lop. *in rubr. de donation. inter vir. & vxor. c. 38. nu. 17. pag. 109.* vbi additio. Gam. *deciſ. 143.* Corbuſo *in tract. de iure emphyteuſ. in parte, de priuatione ob lineam finitam, num. 53. cum aliis.* Et vbi agitur de conſeruatione
95 domus, & familiæ, † per baſtardos non conſeruatur, ſecund. Bald *in l. libertinum, C. de interdict. matrim.* notat Afflict. *deciſ. 96. num. 16.* vbi *num. 4. vſque ad num. 10.* alia ad propoſitum adducit ; & Menoch. *conſ. 164. nu. 10. lib. 2. & conſ. 117. num. 51. & 52. li. 2.* Et ſpurij, non dicuntur filij Magnatum, neque de domo Magnatum, & ita olim fuiſſe conſultum, quod ſpurij *de Petra mala,* non dicerentur de domo *de Petra mala,* ſecund. Bald. *in l. ex libera, C. de ſuis & legiti. hæredib.* pro quibus facit *l. 1. tit. 11. p. 7.* vbi Greg Lop. *in gloſ.* in verb. *Amiga,* plura bona adducit ; & tradit idem Gregor. *in l. 4. tit. 15. p. 4. in* verb. *Son dende,* vbi ex Bald. *in cap. per tuas de maiorit. & obedient.* ſcribit, quod etiam filij legitimati non ſunt de ſtirpe, & poſt alios quos citat, & notat Iul. Ferre. *in tract. de gabell. num. 63.*

Et filij ſpurij, & illegitimi non ſunt de parentela, † nec de familia, nec de cognatione, *l. ſi ſpurius, l. hac* 96
parte, C. vnde cognati : l. tutelas, vbi Bart. *ff. de cap. minut.* cum *concordan.* vt per Alex. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, num. 56. ff. ad Treb.* Felin. *in c. in præſentia, num. 22. de probation.* Palac. Rub. *in c. per veſtras, de donat. inter vir & vxor. notab. 3. 5. 10. num. 3. pag. 440.* Maran. *in ſpecul. aureo, p. 6. & vlt. num. 61.* Rox. *in lib. de ſucceſſ. abinteſt. c. 21. num. 41. & 42. pag. 105.* vbi ex prædictis DD. & Roch. de Curt. *in tract. iuris patron. in verb. ipſe, vel is, à quo cauſam habuit, & in verb. competens alicui, num. 11. fol. 36.* tradit idem dicendum eſſe in diſpoſitione facta de parentela, vel conſanguinitate, quia non veniunt filij illegitimi : de quo videnda ſunt quæ latè ſcribit Tiraq. *de retract. §. 1. gloſ. 8. num. 4. pag. 13.* Præpoſit. qui alios citat *in c. per venerabilem, in princ. num. 9. fol. 105. qui filij ſint legitimi :* Et idem quod Roxas, & Roch. de Curt. vult Cæſar Lambert. poſt *Anton.* quem citat ; is inquam *in tract. de iure patron. lib. 1. p. 2. c. 27. art. 2. q. principali, num. 1. fol. 141.* & coitus damnatus † nullam agnatio- 97
nem admittit, vt per Zaſi. *conſ. 17. num. 2. lib. 2.* vbi etiam tradit filios illegitimos non eſſe de domo, caſata, ſeu parentela, Gambar. *de offic. Legat lib. 7. num. 28. pag. 228.* Et faciunt ſcripta per eundem Cæſar. Lamb. *in 26. art. precedenti, fol. 140. num. 1. cum ſeq.* vbi reſoluit, filios illegitimos non eſſe admittendos ad ius patronatus ; & in *art. 29. ſeq. num. 6.* tradit ex Gloſſ. *in Clement. 1. in verbo, liberi, de baptiſmo,* filios illegitimè natos non includi in diſpoſitione legali quantum ad commodum & honores. Et tradit Selua *de benefici. p. 3. q. 7. num. 12. fol. 157.* Staphil. *de literis gratiæ, pag. 227. nu.* . Et conducunt quæ ſcribo *ſupr. p. 1. q. 51.* & quæ ſcribit Beroi. *in conſ. 176. num. 65. lib. 2.* vbi plura probat, quod baſtardi, & ſpurij † non dicúntur de poſteris, nec de familia, & minus ne- 98
potes nec deſcendentes ex illis etiam legitimi ; & an illegitimi ſint de familia tradit poſt alios Ioan. Lap. *in cap. per veſtras. de donat. inter virum & vxor. §. 10. num. 14. pag. 44.* Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 4. præſump. 88. num 13. fol. 155.* & etiam Cephal. *in conſ. 440. num. 82. lib. 3.* Molin. *lib. 1. cap. 4. num. 46. & 47* Auend. *in l 40. Taur. gloſſ. 11. num. 44. fol. 122.* Peregrin. *in tract. de fideicommiſ. art. 22. n. 83. fol. 205.* & notatur etiam per Gregor. Lop. *in proœm. tit. 13 p. 4. in gloſſ. 2. & in gloſſ.* in verb. *Las honras,* Matth. de Afflict. *deciſ. 96. num. 9.* & plura contra ſpurios ſcribit notanter Ioſeph. Ludouic. *deciſ. 18. num. 13. cum ſeq.* Roland. *in conſ. 79. num. 40. cum ſeq. lib. 3.* quod conſilium refero *in 1. p. q. 48. n. 144.* Dec. *in conſ. 165. Viſo num. 2.*

Et ſpurij dicuntur turpes perſonæ, & ſunt infames † infamia facti & iuris, vt per Roland. *in conſ. 87. n. 2.* 99
& 3. lib. 3. & in conſ. 79. num. 46. lib. 2. & in conſ. 74. num. 30. lib. 1. & in conſ 9. num. 50. lib. 2. Anton. Theſ. *deciſ. Pedem. 126. num. 3.* tradit Menoch *caſu 464. n. 17.* Roland. *in conſ. 67. num. 7. lib. 3.* Gambar. *de offic. legati, lib. 7. num. 74. d. pag. 219.* Et quod baſtardi ſint infames infamia facti, docet *l. 2. tit. 6. p. 7.* ibi : *Infamado es aquel de derecho, aquel que no nace de caſamiento derecho ſegun manda la ſanta Igleſia :* vbi Gregor. Lop refert per ipſum notata *in ſumma. tit. 13. part. 4.* ſuper verbo, *En verguença ;* faciunt ſcripta per Celſum *in conſ. 73. n. 35.* latè Thom. Gramma. *c conſ 48. num. 12.* Et an baſtardi poſſint † eligi Cardinales declarat Gomeſi. *in regul. de* 100
triennal. poſſeſ. q. 2. pag. 678. Gambar. *d. loco, num. 83.* & confirmo ex aliis quæ ſcribo *ſupr. d. quæſt. 48.* Et idem quod docet *lex partita,* tradit Curt. Iuin. *in conſ. 8. n. 9.* & ſpurius non vocatur Nobilis, vt tradit Rebuf *in praxi beneficiali, tit. de diſpenſatione cum regularibus, n. 31. pag. 423.* tradit Farinac. *in tract. de delictis, cap. 13. numer. 70. fol. 131.* & ſpurij dicuntur etiam † extranei pa- 101
tris, vt per *totum titulum, de patria poteſtate,* Lamb. *in d. art. 29. num. 23.* Quod notandum eſt ad plures fundationes maioratuum, in quibus vocantur conſanguinei in defectum deſcendentium.

Sed & † cõmunis vſus loquendi attẽdi debet ad ſcien- 102
dum

dum an baſtardi dicantur de domo ? ſecũd. Bart. *in l. pronunciatio, §. familiæ, ff. de verb. ſign.* Angel. Alex. & Imol. *in d. §. ſi quis rogatus,* quos citat Ioann. Guttier. *conſ. 3. num. 12.* vbi etiam tradit *nu. 11.* conſuetudinem in hoc eſſe attendendam, & Iul. Ferre. *in tract. de duello, n. 104. & 105.* Card. Paleo. *in tract. de notbis & ſpuriis, c. 60. n. 5. fol. 72. vol. 8. tractat.* qui alia ad propoſitum ſcribit *in q. 59. præcedenti,* vbi examinat, an filij ſpurij dicantur de familia ? Et quod filij ſpurij, nec illius deſcendentes
103 non dicantur de domo, † nec de familia, tradunt Bald. *in l. fin. C. de verb. ſign.* Ioan. Andre. *in additionib. ad Speculator. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. §. in addizione,* quæ incipit, *Accuſatio :* Anchar. *in conſ. 389.* Alex. *conſ. 74. lib. 3.* & alij quos citat Tiber. Decia *conſ. 3. num. 99. lib. 1.* Et
104 quod filij † non poſſunt portare arma parentum, ſi ſunt ſpurij, tradit Guid. Pap. *deciſ. 580.* & quod filij ſpurij non ſint coniuncti, volunt Bald. *in l. id quod panperibus, C. de Epiſcop. & Cleri.* & alij quos citat Marant. *in Speculo, verſ. ſecundus actus, num. 20. fol. 196.* & plura ſcribit Chaſſan. *in Catal. gloriæ mund. p. 11. conſideratione 11 fol. 8.* & varia contra filios ſpurios tradit Cald. *de nominatione emphythe. q. 25. n. 15 p. 1.*

Et quod filij ſpurij non admittantur ad retractum ; reſolvit Aug. Morla *in emporio iuris, p. 1. tit. 9. de empt. & vendit. num. 8. pag. 411.* qui aliud dicit in filiis naturalibus, de quo legenda ſunt quæ ſcribit Tiraq. *lib. 1. de retract. §. 1. gl. 8. num. 5.* & facit quod notat Bald. *in l. cum filij legitimi, ff. de ſtatu homin.* notatur latius per Chaſſan. *in Catal. glo. mund. in 1. p. 24. concl. fol. 12. col. 3. in fin.* vbi refert conſuetudinem Franciæ in hoc, & Guid. Pap. *in q. 580.* & Tiraq. qui in hoc, ſicut in aliis copioſus fuit, *in tract. de nobilit. c. 15. nu. 12.* vbi latiſſimè hoc tractat, & *in tract. de utroque retractu, lib. 1. §. 1. gl. 8. n. 6. pag. 113.* Nicol. Boer. *deciſ. 127. n. 21.* Curt. Iun. *conſ. 49.*
5 *num. 3.* vbi tradit, baſtardos † non eſſe de domo, nec de agnatione ; *Menoch.* qui loquitur in filiis ſpuriis, *in conſ. 181. n. 14. lib. 2.* Aymon. *in conſ. 110. nu. 4. 5 & 6.* Bened. de Barg. *in tract. de legitimation. 8. vol. tractat. nu. 9. cum ſeq. fol. 25.* & alia ſcribunt Rox. *de ſucceſſ. ab inteſt. c. 20. n. 90. cum ſeq.* Paleot. *in d. tract. n. 31. nu. 3.* Iul. Clar. *in §. Emphyteuſis, q. 3.* Ant. Gam. *deciſ. 2. n. 1.* nec poſſunt prærogatiuis vti gentilitiis maiorum ; tradunt præter prædictos, Otalo. *in tract. de nubilit. 2. p. 3. p. c. 3. n. 4.* Molina *lib. 1. de primogen. c. 4. n. 45.* Iul. Ferret. *in tract. de duello, nu. 104. fol. 25.* & quod ſpurij non veniant appellatione coniunctorum, ex pluribus docet Alex. *in conſ. 144. n. 1. cum ſeq. lib. 7.* & Tiraq. *in loco citato,* ſcribit, quod etiam
6 filij legitimi baſtardorum † non admittuntur ad retractum, ex Matth. de Afflict. Maſuer. & alij, quos citat ; & Greg. Lop. *in l. 1. tit. 13. in gl.* in verb. Las honras, *pag. 4.* qui ferè omnes addendi ſunt ad Epiſc. Couarr. qui hoc tractat *in epitome de ſponſalib. 2. part. c. 8. §. 6 n. 17.* Molin. *lib. 1. de primogen. c. 4. nu. 46. fol. 28.* & materiam tractat Matien. *in tit. de matrim gl. 1. rubrica, n. 126. & 127. & in l. 9. & 10. tit. 8. de ſucceſſ. & in l. 7. tit. 11. gloſ. 2. n. 1. cum ſeq. lib. 5. Recop. fol. 355.* & non præſumitur quis velle, vt bona veniant ad infames : *in c. 1. §. naturales, ſi de feud. fuerit controverſia inter dominum & agnatum,* Maſcard. *in tract. de probationib. lib. 1. conclu. 67. nu. 3.* & hoc refert Ioan. Guttier. *practic. quæſt. lib. 2. q. 155.*

Et hæc magis recepta ſunt, licet Matth. ab Afflict. *in c. 1. quis dicatur Dux, vel Marchio : n. 17. fol.* 48. tradat, quod licèt de iure DD. omnes dicant quod ſpurius non ſit de *caſata,* conſuetudo aliud vult, & allegat caſum (vt ipſe dicit) in terminis *in l. generaliter, §. ſpuriis, ff. de*
107 *Decurionib.* decidentem, quod † ſpurius nobilis poteſt eſſe Decurio, quod latius fundat Aluar. Valaſc. *conſultatione* 17. Et quod filij ſpurij non poſſint tranſigere ſuper morte patris, tradunt Petr. Bell. *de re militari, fol. 139. n. 64.* quem citat Iul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. fin. practerimi. q. 58. n. 26. pag. 274.* & tradit Iul. Ferre. *in tract. de feriis & inducis, n. 113. fol. 130.* qui latius ſcribit, & refert Cin. *in l. ſi quis, C. ad l. Iuliam Maieſtat.* & filij ſpu-
108 rij † non ſunt nobiles, vt per Alex. *in conſ. 60. n. 13. lib.* 2. Et de filiis ſpuriis legenda ſunt quæ in fauorem ſpuriorum tradit Chaſſan. *in conſuetud. Burgun. rubr. 8. §. 3. n. 8. pag. 1123.* & idem quod Matth. de Afflict. tradit Iul. Ferret. *in tract. de gabel. num. 417. fol. 206.* quia imò filij legitimati † ſunt infames, vt tradit Chaſſan. *in conſue-* 109
tud. Burgun. rubr. 8. §. 5. n. 12. pag. 1151. qui refert Azo. & alios : quod † non credo veram ; & eſt contra *legem* 110
12. Tauri.

Si igitur hoc verum eſt, & communiter omnes maioratus facientes, maximè Nobiles, præcipiunt ſucceſſoribus in maioratu ; vt propria arma portent ; & inſignia, ſub maximis pœnis ; & baſtardis, † & ſpuriis hoc prohi- 111
bitum eſt ; quomodo ſuccedet ille in maioratu, qui non poteſt adimplere conditionem ; & grauamen à teſtatore adiectum de portando arma. Quod grauamen validum eſt, vt notat Guid. Pap. *in deciſ. 251.* per tex. *in l. mulier, §. ſi quis hæreditarium ſeruum, ff. de condit. inſtituti.* quem refert Chaſſan. *in d. Catal. glor. mundi, in p. 1. concl. 46. fol. 18. col. 4.* vbi citat *l. hoc iure, §. vlt. ff. de donat.* quæ probat, quod donatio alicui facta, † vt nomen teſtatoris 112
portet, non dicitur propriè donatio, de cuius ſubſtantia eſt ; quod ex liberalitate procedat ; ſed dicitur quædam remuneratio in recompenſam oneris nominis ferendi, & facit tex *in l. Titia, §. vlti. ff. de aur. & argen. legat.* ibi *Subſcriptio nominis mei.* Quem ad prædictam opinionem ponderat Arias Pinel. *in l. 1. p. 3. n. 102. fol. 159. col. 2. in verſ. reſpondeo : C. de bon. matern.* Cui adde quod notat Dec. *in conſ. 273.* Guid. Pap. *deciſ. 467.* Boer. *in deciſ. 146. n. 6.* & Gl. Pariſ. *in conſ. 1. pro Duce de Villahermoſa, nu.* 113
36. & 115. vbi tradit qualiter † prohibitio alienandi, & ſubſtitutio facta ſub expreſſa commemoratione arma & nomen ferendi, eſt in rem, & non in perſonam ; vbi dicit hanc eſſe communem opinionem DD. de quibus vide quæ latius ſcribo *in 4. p. ſupra, ead. allatio. 8. n. 36. cum ſeq.* Si igitur filij baſtardi, & deſcendentes ab illis non poſſunt portare arma & inſignia teſtatoris, cui non conueniunt verba legis, non conuenit eius diſpoſitio ; *l. ſi ſervum, §. non dixit. Prator, ff. de acquir. hæredit.* notat Bald. *in l. 1. col. 4. verſ. quarto oppono, C. ſi quis omiſſ. cauſa teſtat.* & hoc eſt vulgare. Et per illum *tex.* ſcribit Greg. Lop. *in l. 2. in tit. 15. in gl. in verbo,* El mas propinquo, *col. 1. in princip. p. 2.* Quod ſi in inſtrumento maioratus cauetur, quod deficientibus filiis, & cæteris deſcendentibus, maioria deueniat in proximiorem ex genere ſuo, ſi teſtator iuſſit propria arma deferri, ſuccedunt illi qui ſunt de genere agnati, non cognati.

Quod autem cognati non poſſint portare arma teſta- 114
toris, † probatur *in l. ſua familiarum, ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* notatur per Bart. *in tract. de armis,* &. Anchar. *in c. dilecta de exceſſib. Prælat.* & per alios quos refert Chaſſan. *in d. Catal. 26. concl. fol. 12. col. 1. & 40. concl. fol. 15. col. 1.* de quo legendus eſt etiam D. Ant. de Padi. *in l. naturales, n. 8. ff. de præſcri. verb. pag. 240.* vbi tradit, quod Reges Hiſpaniæ non inferunt inſignia matrum in armis, & hæc doctrina Greg. Lop. eſt notabilis. Sed quod de conſuetudine in Francia, & in Italia, baſtardi poſſint portare arma & inſignia parentum, volunt Rain. *in tract. de nobil. 2. p. 5. quæſt. principal.* Bart. *in tract. de 2 ſig. & armis, col. 2.* Angel. *in conſ. 191. n. 2.* Domin. *in c. ſtatutum, de hæretic. in 6.* & alij quos citat Matien. *in d. l. 7. gl. 2. n. 5. lib. 5. Recop. fol. 355.* Item in cauſato † non poteſt eſſe magis quam in influenti cauſa : & 115
baſtardus, & nati ex illis, non † ſunt de agnatione, quãvis 116
ſint de ſanguine, ſecũd. Bart. *in l. pronunciatio, §. famil. ff. de verb. ſign. & in l. tutela ff. de capit. dimi.* & ſupra dixi.

Et quod ad fideicommiſſum relictum intuitu & con- 117
templatione agnationis, † non admittantur filij naturales, tradunt Capt. *conſ. 90. n. 4.* Corn. *in conſ. 219. n. 4. lib. 2.* quos citat Mant. *de coniect. men. defunct. lib. 8. tit. 7. n. 6. pag. 330. 331. & 332.* & excluſa vna perſona, † tota linea quę ab illa fundamentũ capit, excluſa cẽſeatur, *l. vltima, C. de verbor. ſignific.* & deficiente fundamento deficit ædificatum : *c. cum Paulus, 1. q. 1.* facit *l. redemptoris, ff. de rei vendicat.* & ad excluſionem prioris in

119 gradu, † necessario sequitur exclusio sequentis: *l.1.§. fratre*, & quod ibi notatur, *ff. si quis aliquem testa. prohib.* notat latius Bartholo. Socin. *in cons.31. Prosequendo ordinem: num.3. lib.1.* Alex. *in cons.75. vn.14. in fin. lib.1.* Et ideo, cui non potest spurius, vel alius illegitimus succedere, nec legitimus nepos ex eo succedere potest, propter medium infectæ radicis à qua procedit, vt volunt Odofred. Cin. post Glos. ibi *in dict. l. fin. C. de natural. liber.* Ioann. Andr. *in additionib. ad Speculator. tit. de succes. ab intest. in additione*, quæ incipit, *Accusatio*, latè Alexan. *in cons.174. num.2. lib.3.* in quo loco refert Ioan. Andr. *in additionib. ad Speculator.* Rainerium, Iacobum de Bellouiso, Baldum, Salicetum, Cinum, & Odofredum, & alios concludentes, quod auus non potest relinquere nepoti nato ex filio spurio; & tradunt Chassanæus *in consuetud. Burgund. rubr.* des fiefs, §. 5. *num.75. pag.447.* Rebuf. *in praxi benefic. tit. de rescript. mixt. n.27. pag.592.* Augustin. Beroi. *in cons.176. n.65. lib.2.*

Et qualiter descendentes ex fœmina, licet sint masculi, excludantur tanquam procedentes ex radice infecta, latè tradit Masuerius *in pract. Ferrar. in additione*, quæ incipit, *Fœmina, pag.291. col.2. in parte forma libelli, quo agitur ad reuocationem feudi.*

Quare inquit ad propositum nostrum Bald: *in d. l. vlt. C. de verb. signific.* quod quemadmodum filij bastardi non continentur appellatione *domus*, nec sunt de *casata*, qui tamen sunt filij primitiui, ideſt, primus amor;
120 multo minus continentur † nepotes etiam legitimi ex bastardis nati, quia nulla consequentia potest esse legitima ex illegitimo nascendi principio, & radice corrupta: Vnde si primus *philos*, ideſt primus amor, est contra bonos mores, secundus *philos*, ideſt amor deriuatus ad nepotes, sine peccato originali esse non potest: Vn-
121 de qui primitiua inficit, † deriuata vitiat: quæ sunt elegantia verba in hac materia; citat ad hoc tex. *in d. l. vlt. C. de naturalib. liber.* & hanc doctrinam refert Decius *in cons.335.* incipienti, *Viso consilio, num.1. & 2.* & idem voluerunt Ancharran. *cons.389.* Cardin. Alexand. *in c. per venerabilem. col.3. qui filij sint legitim.* Tiraquel. *in tract. de nobilit. c.15. num.24 pag.* 106. Et est regula generalis, quod quemadmodum filius illegitimus non
122 succedit patri, ita nec eius filius † quamvis legitimus sit: quam tradunt Tiraquel. *in tract. de primogen. q.12. num.12.* Cephal. *in cons.58. num.32. lib.4.* Tiber. Decia. *in cons.3. num.39. lib.1.* & alij quos citat Francisc. Mantic. qui plura in proposito scribit notanda, *de coniectur. vlt. defunct. lib.11. tit.12. num.34. & 35. pag.534.* faciunt tradita per eundem Decium *in cons.433. Visa copia*, & quod notant Doctores *in cap. 2. de præbend.* vbi
123 tradunt, quod incapacitas † non tollitur, etiam tempore immemoriali; notat Aymon. Cravet. *cons.82. num.7.* de quo legendum est quod scribit Balb. *in tract. de præscription. 4. part. princip. al. quæst. 18. pag.353.* Episcop. Couarru. *in allega. 2. part. c.8. & 6. num.17. fol.138.* Angel. Matthæucius *in tractat. de fideicommiss. lib.3. cap.22. nu.3. fol.152.* & est etiam alia egregia doctrina Bald. *in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. qui testamen. facere poss.* vbi dicit, quod bastardi non habent lineam quoad patrem. Et quemadmodum filius naturalis non potest
124 succedere † in feudo, ita prohibentur succedere filij legitimi & naturales filiorum illegitimorum, vt vltra prædictos tradunt Iacob. Aretin. *in summa, de succes. feud. & naturales, vers. sed puta*, Matth. de Afflict. *in c. 1. §. naturales filij, si de feud. fuer. contr. inter domin. & agnat. num.3. fol.191.* qui ex pluribus confirmat. Et
125 quis nō potest se iuuare nobilitate aui, † si pater qui fuit causa immediata, non fuit nobilis, vt resoluit notan-
126 ter Aymon *in cons.163. num.4.* Et qualiter Princeps † possit habilitare à principali, circa illius qualitatem, resoluit Masuerius *in pract. Ferrar. in parte forma libelli, quo agitur ad reuocationem feudi: in additione, quid in spurio pag.292. col.1.*

Et ex istis confirmatur quædam sententia Rebuf. *in praxi benefic. tit. de dispensa. super defect. natal. 24 pag.* 410. vbi tenet, quod nepos legitimus descendens ex filio spurio, † non potest habere beneficium aui: & idem 127
latius tenet, *ac pacifico possessore, num.276. pag.313.* vbi inter alias rationes adducit, quia filij illegitimi, spurij, & similes, sunt infames, quod vltimum latius tracto *suprà, à num.2.* Et quod filius patris nobilis, & qui erat in dignitate positus, & ex ancilla natus, sit spurius; resoluit notanter Matthæus ab Afflict. *decis. 203. Vult dispositio*: quod reputo notabile & dignum ad excludendum à successione grandis status filios cuiuldam nobilis, quem ex iusta consideratione non nomino. Et qualiter legitimentur filij concubinæ; cum qua fuit contractum matrimonium; resolvit notanter Cœpola *cautela 250.* & legi debet *cautela 251.*

Ex quibus omnibus concludo, † quòd quemadmo- 128
dum fil.j illegitimi excluduntur à maioratibus; ita omnes descendentes ex illis in quocunque sint gradu. Et ad hoc faciunt quod scribit Mafuer. *in tit. de retract. §. per. incip. Item filij*, vbi dicit, quod filij legitimi bastardorum, † non admittuntur ad retractum rerum vendi- 129
tarum: & idem tenet Matthæus ab Afflict. & Guillelmus Benedict. quos refert Tiraquel. *in l. 1. de retract. dig. fol. 8. num.6. pag.113.* Et pro ista sententia faciunt plura extraordinaria quæ scribo *infra, hac par. q.4. illat.2.* Quæ conclusio adeò vera est, † quòd si testator 130
in prima vel secunda vocatione maioratus vocet filios legitimos & naturales, in omnibus sequentibus censetur eandem repetere qualitatem, etiamsi hoc non dicat; vt latè probat Menoch. *cons.117. num.51. cum sequentib. lib.2.* quod latius dixi *in quæstione præcedenti.* Quæ omnia cum maiori euidentia procedunt, vbicunque per fundatores maioratuum vocantur filij, & descendentes legitimi, sicut communiter reperitur in fundationibus maioratuum: quia tunc excluſi censentur omnes qui procedunt à filiis illegitimis: & quod nepotes ex filio spurio ex parte matris ex coitu procreati, per quem mater incurrit in pœnam mortis, non possint succedere, tradunt Tello *in l.9. Taur. nu.24.* qui refert Mathesilanum, & Matienç. *in l.7. tit.8. glos.8. nu.5. fol.228.*

Tandem difficultas nunc consistit in † respondendo 131
ad tex. *in d. l. vlt. C. de natural. liber.* ex qua prodita sunt omnia argumenta, quæ pro contraria parte adducta sunt & responsio stat facilis attentis verbis illius legis, quæ sequuntur post allegatum versiculum, vbi ita demum nepos ex filio naturali ad successionem admittitur paternam, quando id per auum expressè conceditur, & ab illo hæres instituitur, nam hoc cessante, nepos ex filio naturali non admittitur ad talem successionem aui, nec proaui. Nam inquit lex: *sed hoc in iis tantummodo casibus sancimus, in quibus voluntate aliquid consequuti sunt: iura etenim ab intestato in aui successionem nemini eorum penitus aperimus: & hoc non solum eis accedere censemus à substantia aui paterni naturalis, sed etiam proaui, vel eius cognationis, si quis saltem huiusmodi vocabulum in tam degeneres homines extendere maluerit.* Cuius texrus verba ideo libentius retuli, vt ad memoriam repetamus, quo animo sint nostræ leges circa filios, qui non sunt ex iustis nuptiis procreati; cui adde *l.2. tit.17. part.4.* & quod *d. l. fin. C. de natur. liber.* procedat tantum in successione ab intestato, & non in successione ex testamento, clarè constat ex *illa lege*; & volunt Bald. *in cons.146. n.5. lib.1.* & *in cons.363. in fin. lib.3.* Cephal. *in cons.103. n.13. lib.1.* in quo *consilio* latè materiam tractat, quando excluſo, vel exhæredato filio nepos excluſus cēseatur de quo legēdum est quod scribit Bart. Soc. *in cons.148. n.7. lib.1.* Tell. *in l.9. Taur. n.24.* Et ad istam respōsionē facit quod scribit Rebuff. *in praxi benefic. pag.500. num.13.*

Et pro hac sententia, quam teneo, facit etiam elegans. *l.68. tit.18. part.3.* ibi, *Sepan quantos vieren como tal rico home da è otorga en feudo a fulano recibiēte por sí, y por sus hijos, y nietos, è todos los otros que del descēdierē de legitimo matrimonio, o fuerē varones.* Pōderaigitur illa verba

Descendientes de legitimo matrimonio. Ecce qualiter lex vult, quòd illi qui in feudum debent succedere in infinitum, debent esse de legitimo matrimonio procreati, & de stipite legitimo, quæ lex est singularis, & expressa pro hac sententia, cum *descendentium*
132 appellatione † veniant omnes descendentes in infinitum: *l. liberorum, ff. de verbor. signific. l. vltim. C. de suis & legitim. hæred. Auth. de hæred. ab intest. venien. §.1.* notat Carolus Ruin *in cons.92. nu.1. lib.2. & in cons.92. num.6. lib.3.* Alciat. *in l. iusta interpretatione, 201. pag. 220. ff. de verbor. signific.* vbi hoc extendit, quod proprie *descendentium* appellatione veniunt omnes descendentes in infinitum: De quo legendus est Curtius Iun. *in casu notabili, in cons.114. num.19.* Imo *filiorum* appellatione, veniunt omnes descendentes, secundum Bald. *in cons.303. lib.2.* & *in cons.13. num.2. lib 3.* latè Aymon. *in cons.155. num.8.* & Simon de Pretis *lib.3. de interpret. defunct. voluntat. dubit.3. solut.2. num.20. folio 311.* qui post Aymonem hoc probat ex testimoniis sacræ Scripturæ. Ex quo ipse infert *num.22.* quod nedum filij gravati, sed nepotes, & cæteri descendentes impediunt, ne dies fideicommissi cedat, quod in successione maioratuum est certissimum; & scripsi latè *in q.6.* Et ista conducunt pro intellectu *l.12. tit.* de las herencias, *lib.5 Recopil.* in illis verbis, *Y no huniere heredero de los que suben, o descienden de la linea derecha, o de treuiesso.* Et hæc mihi videntur vera, & in proposito nostro tenenda conclusio.

Quæ si vera est (prout dico) quid erit dicendum de pluribus Nobilibus huius Regni qui possident maioratus; licèt descendant ex non legitimo coitu? Ipsi videant qualiter possideant. Ex istis infertur, verum esse quod resoluit Otalor. *in tractat. de nobilitat. part.4. c.9. n.2. pag.330.* quòd filij illorum, qui commit-
133 tunt crimen diuinæ vel humanæ læsæ Maiestatis, † amittunt priuilegium nobilitatis, per *c. vergentis, de hæretic. & cap. statutum, in 2. & cap.2. §. hæretici, eod. tit. in 6.* & *l. quisquis, §. filij, C. ad leg. Iul. maiest.* & *l.2. tit.2. part.7.*

154 Cogita tamen, an hæc conclusio coarctari possit, † vbicunque generatio, & familia filiorum legitimorum illius, qui maioratum instituit, deficeret, quia ex verisimili mente illius qui maioratum ordinauit, quæ debet haberi pro expressa, iuxta illum text. egregium *in l. Titius, §. Lucius Titius, ff. de liber. & posthu.* credendum est, quod ne sua memoria in totum extingueretur, & bona libera remanerent, ipse admitteret talem descendentem à filio spurio. Et pro hac conclusione facit text. *in l. generaliter, §. spurios, ff. de Decurion.* vbi probatur, quòd
135 non † extantibus aliis, spurij admittuntur ad officium decurionatus: Quem ad hanc conclusionem inter alia adducit Deci. *in cons.271.* quod scripsit pro Duce de Metina contra Marchionem de Tarifa super iure capiendi Thinnos; quæ lis fuit paucis ab hinc annis præteritis definita per sententiam reuisionis in fauorem Ducis à Metina. Et text. *in d. §. spurios*, citat ad hoc Chassan. *in Catalogo gloria mundi, p.11. consider.15. fol.9.* & faciunt scripta per eundem *in consuetudinibus Burgund. rubr.1. §.6. num.28. pag.251. & rubr.4. §.10. pag.749.* facit doctrina Ripæ *in tract. de peste, p.1. fol.32.* quem citat Auendanus *p.1. de exequendis mandatis, c.3. num.5.* Is (inquam) *in d. cons. num.12. & 13.* multis
136 mediis probat, quod spurius † potest habilitari ad successionem in defectum aliorum legitimorum: facit etiam pro ista opinione, *d. l. vlt. C. de natur. lib. & l. vlt. tit.13. part.6.* quas supra retuli, & illum textum *in d. §. spurios*, examinando successiones filiorum naturalium, notat in proposito, Gregor. Lop. *in l.1. tit.11. part.7. in glossa magna, in verbo*, amiga, *post medium.*

Et pro hac opinione etiam induco textum elegantem *in d. l. pronuntiatio, in fine*, ibi, *Item appellatur familia plurium personarum quæ ab eiusdem vltimi genitoris sanguine proficiscuntur.* vbi Alciat. ante dicta verba, in parte, *ex eadem domo*, dicit, quod filij illegitimi & naturales; dum tamen non sint spurij, sunt de familia. Vocatur igitur † de sanguine filius spurius, quamvis non sit ita nobilis: & est etiam bonus text. *in d. l. liberorum, in fine, ff. eodem titulo*, ibi, *Etenim idcirco filios filiasve concipimus atque edimus, vt ex prole eorum, earumve, diuturnitatis nobis memoriam in auum relinquamus.* Perpetuatur igitur memoria primogenitoris per filium spurium, & illius descendentes. Nec est omittendus elegans textus iuncta Glossa, *in verb. sed omnes, in l. cognoscere, §. liberorum, ff. eod. tit.* Et pro hoc dicto facit *l. 9. Taur.* superiùs toties relata: & naturale est quòd filij procreentur, & educentur, per quos conseruetur memoria patris, vt latè notatur per Bartholom. Socin. *in cons. 98. num.4. & 7. lib.3.* Et istam meam opinionem refert Flores de Mena *in pract. c.16. nu.8. fol.128.* Azeved *in cons.20. n.27.* Et facit etiam *l.10. Taur.* hodie *l.8. tit.8. lib.5. Recopil.* vbi permittitur patri, † quando non ha- 138
bet filios legitimos, relinquere filio naturali quantum voluerit: & faciunt quæ scribo *supra, in quæstione præcedenti, vers. vlterius.*

Et istud habebit sine dubio locum † in maioratibus 139
factis per parentes in fauorem filiorum, post publicationem *legis 27. Taur.* hodie *l.11. tit.6. lib.5. Recopil.* per quam pater vocare prius tenetur filios, & alios illegitimos descendentes, quam parentes collaterales & consanguineos, vel extraneos. Cum qua lege in dubio testator se conformare videtur: *l. hæredes mei. §. cum ita, ff. ad Trebel.* cum *concordan.* quæ scribo *supra, in princ. istius partis*, quæ æquiparat filios legitimos, & filios naturales: ad quod est singularis etiam *l.10. tit.4. part.6.* Sed an parentes constituentes maioratus seruare teneantur ordinem *d. l.27.* ficuti in meliorationibus, vt obiter hoc dicam, tracto *in præfatione prima part. tract. à nu.11.* & testatur & Domin. Anton. de Padill. *in l. cum acutissimi, n.34. fol.148. C. de fideicomm.* apud nos ad quædam primogenia, atque maioratus, naturales filios, deficientibus legitimis, esse vocatos. Et pro ista sententia faciunt plura scitu digna quæ scribo *in 4. p. istius operis, q.29.* ad ista legenda: & inquit Aymon. *in consil.326. nu.1.* Quod vbi ex omnibus lineis non adsunt filij legitimi & descendentes, † admittuntur filij naturales: & filij natura- 140
les multis gaudent priuilegiis, vt per Roland. *cons.67. n.74. lib.3.* & nostræ leges Regales multum fauent filiis naturalibus, vt docet *d. l.11.* olim *l.27. Taur. l.4. & l.10. Taur.* hodie, *l.8. tit.8 lib.5. Recopil.* quæ permittit, vt pater possit relinquere omnia bona filio naturali, licet ipse parentes habeat. Ad quæ addo Cardinalem Paleotum *in tract. de nothis & spuriis cap.33. nu.4. & cap.34. n.1. cum seqq. fol.60. & cap.35.36.37.38. & 39.8. volu. Tractatuum*, Otaloram *in tract de nobilit. part.3. principal. cap.3. num.3. pag.159.* Auendan. *in dictionar. fol.18.* Boerium *decis.127. n.20.* Episcp. Couarru. *in epitome de sponsalib. part.3 c.8. §.4 n.4. fol.126.* Grego. Lop. *in l.2. tit.13. & in l.3. tit.15. & l.4. eod. tit. part.4. & facit l.1. tit.11. part.7. & l. fin. tit.16. part.4.* Et ista etiam confirmantur per ea quæ scribit Caldas Pereira *in d. l. si curatorem habens, C. de in integrum restit. minor. in verb. sine curatore, n.95. fol.115.*

Et id maximè procedit si primus conditor maiora- 141
tus fuit † illegitimus, quia quamvis ipse ad honorem & gloriam propriam conseruandam ordinet, quod maioratus non deueniat nisi ad filios ex legitimo matrimonio natos; existimandum tamen est, quod superueniente casu, in quo deficerent descendentes legitimi, ipse odio non haberet tales descendentes à filio illegitimo. Et pro hac opinione potest recta ratione induci text. *in l. arenam, C. de inoffic. testam.* ibi, *Nisi & ipse similis conditionis sit*: vbi probatur, quod parer potest exhæredare filium infamem, nisi & ipse similis conditionis sit: & facit Gloss. *in l. fratris, in verbo, infamia, C. eod. tit.* quæ vult, quod licet frater, turpi persona instituta per fratrem, † habeat inofficio- 142
si testamenti querelam, & probatur *in illa lege*, & in *l. 12. tit.17. part.6. & in l.2. & 3. tit.8. part.6.* id procedit

145 niſi frater etiam † turpis perſona ſit: & idem tenet Salicet. *ibi*, & Iaſ. *num.* 6. *limit.* 7. Angel. *in l.* 1. *ff. de inoffic. teſtamen.* & facit doctrina Bald. *in l. improbum, C. de his qui not. infam.* & quæ ſcribit Deci. *in c.* 3. *num.* 3. *de excep.* & eſt bonus text. *in c. nihil iniquius* 3 2. *q.* 9. *& l.* 27. *tit.* 7. *part.* 1. ibi, *Ca derecho es, e razon, ca ſegun la vida e fuero que home eſcoge, que por aquel ſe juzgue e vina:* & facit noua doctrina Angul. *in l.* 11. *tit.* 5. *lib.* 5. *Recop. gloſ.* 13. *num.* 4. *&* 5. vbi ſuſtentat, quod ad exclu-
146 dendum filium naturalem vltimi poſſeſſoris † à vinculo Tertij, ſufficit quilibet tranſuerſalis, qui deſcendat à primo inſtitutore, niſi collateralis, ſit etiam naturalis, vel deſcendat à naturali. Et pro hac parte etiam facit doctrina Ancharran. *in conſilio* 339. *Pro maiori, nu.* 12. vbi notanter dicit, quod quando Regnum incipit in
147 fœmina, † non excluditur per agnatos remotiores, qui à fœmina trahit originem, & ab ea tanquam à radice habent cauſam in Regno; & in iure cauſa originaria
148 † eſt inſpicienda, *l. ſi id quod. ff. de donation. l. tutor. ff. de*
149 *ſpe. tuſſor.* Et quia à primordio tituli † poſterior formatur euentus *l.* 1. *C. de impon. lucra. deſcriptio. lib.* 10. & ibi alia ad propoſitum tradit.

Et pro iſta limitatione etiam adduco quoddam celebre dictum Philippi Decij *in cap. in præſentia, num.* 37. *de probat.* vbi dicit, quod licèt alias filij naturales non
150 excludant ſubſtitutum; † fallit, ſi teſtator ſubſtituens eſſet naturalis propter ſimilitudinem illius qualitatis. Pro quo dicto aliqua refert Tiraquell. *in l. 5. connubial. gloſſ.* 1. *part.* 5. *num.* 26. *fol.* 91. & tradit Franciſc. Mantic. *lib.* 11. *de coniectur. ment. defunct. tit.* 9. *nu.* 15. *pag.* 507. vbi ſequitur Deci. contra Ripam contrarium tenentem *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, num.* 22. *ff. ad Trebel.* & faciunt etiam ad propoſitum quæ ſcribo *infrà, hac parte, quæſt.* 6. Dicunt tamen Angel. & Paul. de Caſtro *in dub. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtitu.* per illum textum in illis verbis, *Si quis naturales filios habuerit*; iunctis illis verbis, *Iuſta ſobole*: quòd ſi teſtator inſtituerit filium naturalem tantùm, licèt non videatur talem ſobolem abhorrere, tamen filij naturales
151 talis filij † non excludunt ſubſtitutum: qui textus ad hoc eſt mirabilis, ſecundum prædictos quos refert Iaſ. *ibi, num.* 5.

Ex qua doctrina inferri poteſt, quòd ſi quis faciat maioratum in aliquem filium naturalem, & ſubſtituat eidem alios ſi ſine liberis deceſſerit, ſi talis filius relinquat filium naturalem, non excludit ſubſtitutum: quorum dictorum veritas pendet à notatis *in dicto §. cum autem, & in dd. ex facto, §. ſi quis rogatus, in* 1. *ff. ad Trebel. & in l. Lucius*, 2. *§. vltim. ff. de legat.* 2. *& in l. cum pater, §. voloteod. tit. & in l. hæredibus*, 3. 1. *ff. ad Trebel.* & ſcriptis per Emanuel. Suarez *tom.* 1. *commun. opin. liter. N. pag.* 314. *& litera F. in verb. filij naturales.* 2. *pag.* 288. Ioann. Gratian. *regul.* 97. *num.* 1. *cum ſequentib.* præcipuè *num.* 14. vbi hoc refert, Natta *in conſ.* 178. *num.* 6. vbi reſoluit patrem poſſe legitimare filium ſpurium, vt ſuccedat in bonis patris, excluſis agnatis. Et iſtam ſententiam, de qua *in num.* 27. *cum ſeqq.* tenere videtur Greg. Lop. *in d. l.* 32. *tit.* 9. *part.* 6. *in gloſ. in verb.* No valdra, *verſ. & ſi filius fol.* 68. *col.* 4. *in princ.* licet in contrarium faciat tex. *in c.* 1. *§. naturales, ſi de feud. fuer. controuer. inter dómin. & agnat.* per quem tenet ibi *Lauden.* quòd quemadmodum filius naturalis non ſuccedit in feudo, exſtantibus filiis legitimis & naturalibus, nec ſuccedere poteſt, etiamſi non extent alij filij legitimi & naturales: quem refert & ſequitur Curtius *in tract. de feud. par.* 3. *q.* 17. *n.* 40. *pag.* 275.

Et circa materiam præſentis quæſtionis, & omnium quæ ſupra ſcripta ſunt in noſtra materia maioratuum, vidi dubitari in practica in negotio maximi momenti,
152 † an nepos ſpurius ex filio legitimo conceptus, poſſit nominari ad maioratum in defectum filiorum legitimorum, & deſcendentium, virtute facultatis conceſſæ ad faciendum maioratum, aut virtute *legis* 27. *Taur.* hodie *l.* 11. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopil.* In qua quæſtione videtur ex eadem *l.* 27. hoc licitum non eſſe: & ex his quæ ſcribunt Angel. *in l.* 2. *C. de hæred. inſtituen.* Bald. *in conſ.* 67. *ſi dicta inſtitutio, num.* 3. *lib.* 1. & *in conſil.* 406. *caſus talis eſt, lib.* 3. & per alia quæ ſcribo *part.* 1. *quæſt.* 48. quibus, videri meo, maximè contradicunt verba *dicta l. vltim. C. de naturalibus liberis*: quæ retuli *ſupra, num.* 30. Et faciunt ad propoſitum quæ referendo doctrinam Baldi, & alia, ſcribit Simon de Pretis *lib.* 3. *de interpretan. defuncti voluntat. interpretat.* 1. *dubitat.* 3. *ſolut.* 2. *numer.* 11. *fol.* 188.

Vidi etiam dubitari circa materiam *d. l.* 27. an filius natus ex vxorato † & ſoluta, ſit capax ſucceſſionis, & 153
in eo habeat locum diſpoſitio *eiuſdem l.* 27. in illis verbis, *Que ayan derecho de los heredar?* quia ſecundum plures Doctores, nati ex vxorato & ſoluta, non dicuntur nati ex dãnato coitu, inter quos ſunt Salicet. *in l. ſi qua illuſtris, C. ad Orphicianum, & in auth. ex complexu, C. de inceſt. nupt.* Ang. Aret. *in §. nouiſſimè, Inſtit. ad Orphician.* Alex. *in conſ.* 139. *circa finem*, Bartholom. Socin. *in conſ.* 140. *lib.* 1. quos citat Deci. *in conſ.* 3 121. *num.* 5. & id etiam volunt Paleot. *de nothis & ſpuriis. c.* 41. *num.* 1. *cum ſequentib.* 8. *volum. tractatuum, fol.* 64. Martin. Lauden. *in tract. de legitim. num.* 47. *fol.* 92. *eod. volum.* & idem volunt Imol. *in* 6. *p. §.* 1. *ff. de verbor. obligationis* Matth. ab Afflict. *in c.* 1. *§. naturales, num.* 4. *ſi de feud. fuer. controuer.* quos & Paleotum citat Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſ. art.* 22. *num.* 87. *fol.* 206. ad quos addo Cephalum *in conſ.* 48. *num.* 25. Hieronym. Gabr. *conſ.* 29. *nu.* 4. & 5. Hippolyt. Riminald. *conſ.* 187. *num.* 13. & 14. Burſat. *conſ.* 76. *num.* 34. Ioſeph. Ludouic. *deciſ.* 18. *num.* 29. Anton. Gomez *in l.* 9. *Taur. nu.* 14. Matienço *in l.* 7. *tit.* 8. *Recop. gloſſ.* 11. *nu.* 8. *fol.* 229. & punctum tradit Epiſc. Couarrun. *in epitome de ſponſalib. part.* 2. *c.* 8. *§.* 5. *num.* 16. qui dubitat: & ſunt videndæ *leges vlt. tit.* 14. *l.* 1. & 2. *tit.* 14. *l.* 1. & 2. *tit.* 15. *part.* 4. *l.* 4. *tit.* 3. *part.* 6. Hippolyt. Riminald. *in conſ.* 293. *lib.* 3. Petrus de Petra *in tracta. de fideicommiſ. quæſt.* 11. *num.* 230. Litet in contrarium *Petram* citet Decius *in conſ.* 306. Et pro hoc vltimo facit *l.* 10. *tit.* 13. *part.* 6. & *l.* 1. *tit.* 15. *part.* 5. & quæ poſt *d. num.* 1. cum aliis ſcribit Paleotus *d. c.* 42. *num.* 8. notanter Petrus Surd. *deciſ.* 200. *num.* 19. & 20.

Et quod vxoratus de Iure Canonico † committat 154
adulterium cum ſoluta, probatur *in canone: 32. q.* 4. & volunt Abbas *in c. tranſmiſſa, de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ, & in cap. vltim. de adulter.* Tiber. Decian. *in pract. crimin. lib.* 6. *c.* 23. *num.* 14. *fol.* 56. qui tradit ſecus eſſe de iure Ciuili, per *l.* 1. vbi notatur; *C. de adulter.* & faciunt quæ ſcribit Caldas Pereira *in tract. de nominat. ad emphyteu. q.* 21. *num.* 1. *cum ſequentib. fol.* 233. & quòd natus ex vxorato & ſoluta, & natus ex vxorata & ſoluto, † ſint ſpurij, ex pluribus re- 155
ſoluit Menoch. *conſ.* 60. *num.* 14. & 15. *lib.* 1. pro quibus eſt *l.* 2. *tit.* 15. *part.* 4. *in finalibus verbis*, quæ ad hoc eſt expreſſa. Pro qua ſententia plura ſcribit Anton. Peregrin. *in tract. de iure fiſci, lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 35. *pag.* 169. & legendus eſt omnino *Gama* & Additio, *deciſion.* 23. & melius omnibus Alexander Trentacinq. *in tracta. de ſubſtitution. part.* 4. *cap.* 7. *num.* 39. *fol.* 145. ad iſta omnino legendus eſt Petrus Surdus *deciſ.* 83. *num.* 8. notanter Guid. Papæ *deciſ.* 280. vbi latè tractat punctum, an filij nati ex vxorato & ſoluta ſint ſpurij? & legenda ſunt quæ ſcribit Aymon. *in conſ.* 166. *nu. cum ſequentib. pag.* 267.

Et quòd legitimatio facta de filio procreato ab vxo- 156
rata, † ſit propriè diſpenſatio, tradit Decius *in conſil.* 494. *num.* 10. qui ad hoc citat Paulum & Curtium: & ad Guidonem Papæ addo Cephalum *in conſ.* 48. *nu.* 26. & 27. & Socin. Iun. *conſil.* 31. *num.* 6. *lib.* 2. Menoch. *caſu* 420. *num.* 106. Guid. Papæ *conſ.* 17. *num.* 2. & *conſ.* 18. *nu.* 4. ad quos addo Pacianum *in tract. de probation. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 15. & aduerto quod Ancharran. *in conſ.* 335. *num.* 2. ſcribit, quod tales filij ſunt ſpurij: Decius *in d. conſ.* 306. latè Hippolyt. Riminald. *in conſ.* 293.

lib. 3. *per totum*: in qua quæſtione ante oculos haberi debet *l.* 11. *Taur.* hodie: *l.* 9. *titu.* 8. *lib.* 5. *Recopil.* & legi debet Auendanus *in dictionario, verb.* hijos, *fol.* 196. & notabile conſilium Romani *num.* 10. vbi tradit, quod diſpenſatio filiorum illegitimorum non valet, & eſt ſubreptitia, ſi non narratur, quòd quis eſt filius natus ex coniugata & coniugato: & noſtrum punctum & materiam tractat Anton. Gama *deciſ.* 143. qui refert Couarru. *in tract. de ſponſalib. part.* 2. *c.* 8. *§.* 5. & quod *naturalis* appellatione, veniat etiam natus ex coniugato & ſoluta, volunt Matth. ab Afflict. *in c.* 1. *§. naturales, nu.* 4. *ſi de feud. fuer. controuerſ.* Imol. *in l. ex ea parte, §.* 1. *ff. de verbor. obligat.* quos & Paleotum citat Anton. Peregr. *in tract. de fideicommiſ. art.* 22. *nu.* 87. *fol.* 206. & punctum etiam in terminis Cephal. *in conſ.* 278. *nu.* 24. *lib.* 2. qui *in conſ.* 186. *num.* 78. *eod. lib.* vbi indiſtinctè tenet, quod natus ex vxorato, & ſoluta, eſt inſucceſſibilis, & diſpenſatio eſt odioſa, vbi quis natus eſt ex vxorato, ſecundum Deci. *in conſ.* 264. *num.* 3. & *in conſ.* 288. *nu.* 6. & *in conſ.* 393. *num.* 10 Roland. *in conſ.* 89. *num.* 49. *lib.* 1. Cephal. *in conſ.* 285. *num.* 22. *lib.* 2. Et quod de Iure Cano- 157
nico natus ex coniugato & ſoluta, † ſit ſpurius, tradit Guid. Papæ *conſ.* 18. *num.* 3. per *citanda*; *qui filij ſint legitimi.*

Et totus mundus ſeruat, quòd filij naturales † ſunt 158
nati ex ſoluto & ſoluta, vt teſtatur Caccialupus *in d. l. ſi qua illuſtris, num.* 30. *C. ad Orficianum*, de quo legenda ſunt quæ ſcribo 4. *p. q.* 14. citat Falco. *in regu.* 298. *num.* 17. Et quod filius naturalis ſit ille qui natus eſt ex ſoluto & ſoluta, tradit Petr. Anton. *in tract. de fideicommiſ. q.* 11. *num.* 170. & 187. & 190. poſt Alciat. Carol. Ruin. Aymon. Bart. quos citat: & legendi ſunt omnino Bartholom. Socin. *in conſ.* 148. *n.* 5. & 6. *lib.* 1. Chaſſan. *in catalog. gloriæ mundi: par.* 7. *conſiderat.* 3. *fol.* 2.

Et ex iſtis etiam quæ in hac quæſtione tractata ſunt; poteſt definiri alia magna quæſtio, & quæ quotidie contingit in hac Regali Cancellaria, an deſcendentes à filio ſpurio, cuius deſcendentia eſt multum antiqua, 159
poſſint gaudere † nobilitate parentum; ſi probant ea omnia quæ requirunt leges Regales, quæ de nobilitate loquuntur, quæ habentur *in tit.* 11. *lib.* 2. *Recopil.* præcipuè in *l.* 8. *eiuſdem tituli.* Qua in re lector animaduertat ad doctrinam Domin. Anton. *in d. l. naturalis; num.* 13: *ff. de præſcript. verb.* vbi, iure optimo damnat opinionem tenentium; quòd filij illuſtrium perſonarum, Ducum, Comitum, vel Marchionum, ſunt liberi à contributione, & gaudent nobilitate parentum.

Item in hac materia notandum eſt, quòd ſi poſſeſſor bonorum maioratus fateatur in teſtamento, vel in aliqua diſpoſitione, quòd aliquis eſt ſuus filius legitimus & naturalis, ad hoc vt ſuccedere poſſit in maioratu, talis confeſſio tanquam contra ius, & quia eſt prohibi-
160 tum relinquere bona maioratus filiis illegitimis, † non iuuat ſucceſſorem, *l. cum quis decedens, §. Titia honeſtiſſima fœmina, ff. de legatis* 3. *l. qui teſtamentum, ff. de probation. l. nec profeſſio, C. de teſtam.* notat Bart. *in l. ſi fortè, ff. de caſtrenſ. peculi.* cum *concordan.* Et ille qui alienare
161 prohibetur, † confiteri non poteſt in præiudicium ſucceſſorum, in quorum fauorem alienatio eſt prohibita ſecundum Bald. *in c. fin. num.* 7. *de confeſſ.* Tiraquel. *in d. gloſ. 5. q.* 10. *num.* 114. 116. & 118. & dicit Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 51. *fol.* 106. *de bonis matern.* quòd ſententia
162 lata † contra poſſeſſorem maioratus non præiudicat ſucceſſori quando fuit lata præmiſſa confeſſione poſſeſſoris maioratus.

Et iſta procedunt etiam ſi confeſſio fuit facta cum iuramento, & in articulo mortis, ſecundum Petrum & Cinum *in l.* 1. *de ſacroſanct. Eccleſ.* & Bart. *in d. §. Titia*, & alios quos refert Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus, num.* 91. *C. de reuocand. donation.* & inquit Boſſi. *in practica crimin. tit. de part. ſuppo. num.* 25. *pag.* 385. quod tractatus parentum tractantium aliquem,
163 vt filium, non nocet in cauſa † feudali, in qua parentes directè non poſſunt diſponere: & an, & quando tra-

ctatus parentum probet filiationem tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio? tradit Menoch. *de arbitrar. Iudi. lib.* 2. *cent.* 1. *q.* 86. *pag.* 241. Decius *conſ.* 153. *num.* 4. fortè
164 tamen talis confeſſio multum proderit † in poſſeſſione petenda bonorum maioratus, licet in proprietate non profit, argumen. text. *in cap. tranſmiſſa, qui filij ſint legitimi.* Ad quod eſt doctrina Gloſſ. Patil. *in conſuetud.* Pariſ.
165 *part.* 1. *§.* 3. *num.* 88. *fol.* 84. vbi dicit, quòd quamvis † non ſtetur Prælato atteſtanti, & confitenti feudum eſſe antiquum, ad hoc, vt in feudare poſſit ſine Capitulo, & ſolemnitatibus, iuxta dictam ſententiam Bart. *in d. l. ſi fortè*; prodeſt tamen ſecundum eum, confeſſio ad tenendum in poſſeſſione feudatarium. Et licet confeſſio ad-
166 uerſarij non probet titulum in beneficialibus, ſufficit tamen ad obtinendum † in poſſeſſorio, ſecundum Nicol. Miles *in verb. poſſeſſor recuperanda*, Ioſeph. Maſcard. *in tract. de probation. lib.* 1. *concl.* 305. *num.* 7. *fol.* 187. & ad hoc eſt etiam celebris doctrina Alciat. *in l. Scæuola* 29. *num.* 20. *pag.* 66 *ff. de liber. & poſthu.* vbi dicit, quod licèt matris confeſſio dicentis, aliquem filium mariti non eſſe, non præiudicat filio in proprietate: in poſſeſ-
167 ſione tamen filio præiudicat per *l.* 11. *§. ſi cui ff. de ventr. inſpicien.* Pro quo facit doctrina Anton. *in c. in literis, num.* 24. *de reſtit. ſpoliator.* Et in poſſeſſorio † ſufficit quaſi poſſeſſio filiationis, & in deciſoriis, ſecundum Alexan. *conſ.* 51. *col.* 2. *verſ. & magis, lib.* 1. Alciat. *in tract. de præſumption. præſumpt.* 37. *num.* 5. Cephal. *conſ.* 137. *num.* 6 Roland. *conſil.* 22. *num.* 29. *lib.* 3. Decius *in c. per tuas, nu.* 9. *de probation.* & eſt communis ſecundum eum, *conſ.* 54. *num.* 3. & plures citat Menoch. *de arbitr. Iudic. lib.* 2. *cent.* 1. *num.* 70. *caſu* 89. *pag.* 241. De quo legenda ſunt quæ ſcribo *infra, part.* 3. *q.* 15. & facit doctrina Bald. *in conſ.* 370. *lib.* 5. & per text. *in d. §. ſi cui*; ſcribit Gregor. Lopez *in l.* 17. *tit.* 6. *part.* 6. *in gloſ. vlt.* quod ex facto matris fit præiudicium filio in iudicio poſſeſſorio, & non in iudicio petitorio.

Iſti tamen noſtræ concluſioni contradicere videtur *l.* 45. *Taur.* ibi, *En el ſiguiente en grado*: vbi ad hoc, vt in ſucceſſorem in maioratu tranſeat poſſeſſio, requiritur quòd ſit ſequens in gradu. Et poſſeſſio de qua in *illa* 168
lege habet admiſtam † cauſam proprietatis, vt animadnerto *in* 3. *par. huius operis, q.* 24. *anum.* 4. Et quod confeſſio partis non ſufficiat ad obtinendum in poſſeſſorio habente miſtam cauſam proprietatis, vult Rebuf. *in prax. beneficialis. gegul. de non tollend. iur. quæſ. gloſſ.* 6. *nu.* 9. *pag.* 269. & de iſtis omnibus legenda ſunt quæ ſcribo *in* 3. *part. q.* 15. De illa autem quæſtione, an ſententia lata ex confeſſione litigantis in maioratu præiudicet † 169
ſucceſſoribus? vide ſcripta *in* 4. *part. quæſt.* 14 *num.* 8. Et qualiter agnitio matris dicentis aliquem eſſe eiuſdem filium, † eidem tantum præiudicet, probatur *in l.* 3. 170
ad finem principij. ff. de iure iurand. & *in l.* 1. *poſt princ. ff. ſi mulier ventris nomi.* cum *concordan.* vt per Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſu* 89. *num.* 72. Barbol. *in rubric. ff. ſolut. matrim. nu.* 17. *pag.* 12. *part.* 1. *rubric. tom.* 1. & quod matrimonium præſumatur † reſpectu filiorum vt ſint le- 171
gitimi, volunt Abb. *in cap. latores, qui filij ſint legitimi. nu.* 6. Bald. *in l. & ſi contra, C. de nuptiis*: & alij, vt per Decium *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num.* 39. *de conſtitut.* & *in l. nuptias, nu.* 4. *ff. de reg. iur.* Alciat. *reg.* 2. *præſumpt.* 5. Gloſ. Pariſ. *in addition. ad Decium in d. c.* Menoch. *in tract. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 1. *n.* 46.

In qua materia animaduerto ad concluſionem ſingularem, quòd ſi duo fratres ex eiſdem parentibus nati contraxerunt matrimonium cum duabus ſororibus natis ex eiſdem parentibus, ſententia lata contra matrimo-
nium vnius ex fratribus ob conſanguinitatem, † non 172
præiudicat matrimonio alterius, vt volunt Gloſſ. *in c. dilecto, de præbend.* vbi Dominic. & Abbas, Alberic. *in l. denuntiaſſe, §. quæritur, ff. de adulter.* quos citat Fulvius Pacianus *in tractatu de probation. lib.* 1. *c.* 26. *num.* 87. *fol.* 70.

Et ex iſtis etiam infertur ſolutio quæſtionis de facto contingentis in hac Regali Cancellaria, ſi forſan

173 parentes † confiteantur in supplicatione data Pontifici, quòd scientes se esse consanguineos, vel affines; contraxerunt matrimonium, an præiudicet filiis qui prætendunt successionem maioratus tanquam filij legitimi.

Sed an filius natus ex matrimonio putatiuo, & in figura matrimonij parentibus ignorantibus impedi-
174 mentum, sit legitimus successor in maioratu? † reloluo *in dict. 3. par. huius operis, quæst. 15.* vbi lector legere poterit, quia est necessariissimum pro intellectu istius materiæ. Et vide quæ scribit Molina *lib. 3. c. 1. num. 12.* de filiis natis ex matrimonio putatiuo, an succedant in maioratibus? ad quem addo nouissimè Menochium *in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 77. num. 1. cum sequentib. fol. 124.* Tell. *in l. 6. Taur. num. 6.* Cardinal. Paleotus *de maiorat. tit. de nothis, & spuriis, c. 10. numero 2. fol. 50. & cap. 13. numero 6. folio 51.* Menochium qui refert Molinam *in cons. 442. numero 67. & sequentib. libro 5.*
175 Et an filius † conceptus ante dispensationem succedat in maioratu, tradit Gregor. Lopez *in l. 2. tit. 15. part. 2. glos. 10.* in verbo, *Sino el hijo mayor*, vbi Ahumada *numero 4. folio 143.* qui allegat bonum textum *in l. 9. tit. 8. libro 5. Recopil.* vbi tradit quæstionem vtilem, & quotidianam, si consanguinei intra quartum conuenti de contrahendo matrimonio, mittunt pro dispensatione, & in supplica ponunt quòd se adinuicem non commiscuerunt, & anteaquam ad eorum notitiam dispen-
176 satio peruenerit, se carnaliter cognoscunt, † an dispensatio prosit? & quod præsumptiones quæ faciunt pro filiis, aliis sint præferendæ, tradunt Cephal. *in cons. 48. numero 8. libro 1.* Carolus Ruinus *in consil. 51. numero 20.* & sunt alij quos citat Ioseph. Mascard. *in tractatu de probation, libro 3. conclu. 1225. numero 27. folio 156.* Et quòd legitimatus per oblationem Cu-
177 riæ, † non succedat in primogenitura, resoluit Ioann. Cirier *in tractatu de primogenit. libro 1. qu. 15. fol. 27. col. 3. & 4.*

QVÆSTIO III.

Monachi & Clerici vtrum in maioratibus succedant.

SVMMARIVM.

1 *Conditor maioratus potest prohibere, ne Monachi, & monasteria in maioratibus succedant.*
2 *In re propria quilibet est moderator & arbiter.*
3 *In donatione facta Ecclesiæ gravamen potest apponi, vt illi alienare non liceat.*
4 *Clerici, & Ecclesiastica personæ non tenentur pro suis possessionibus ad collectas, nec ad onera localia.*
5 *Nisi aliud à testatore dispositum sit in fundatione.*
6 *Patronus quando possit amouere Capellanos absque authoritate Episcopi.*
7 *Statutum, aut consuetudo, prohibens Clericum succedere in primogenitura, valet; cùm ante clericatum iniungitur.*
8 *Fundator iuris patronatus an possit in dote Ecclesiæ apponere, quòd reuertatur ad vsus profanos, si pacta & conditiones non seruentur.*
9 *Et quid in Capellania, vel Anniuersario sub conditione. Et an possit statuere, vt beneficium solummodo conferatur illis qui sunt de sua consanguinitate & parentela,* num. 11.
10 *Pactum initum in contractu dotis, vt annui redditus redimibiles pro dote dati, pro bonis immobilibus habeantur, an valeat.*
12 *Statutũ laicorum prohibens alienationem immobilium allodialium, siue feudalium in Ecclesiam, valet.*
13 *Non dicitur aliquid contra Ecclesiam fieri, nisi quando aufertur aliquid, quod ei competit,*
14 *Statutum excludens fœminas propter masculos valet in præiudicium Monialium.*
15 *Pactum valet, quòd ingrediens Religionem non succedat,* & num. 19.
16 *Testator potest excludere Monachum à fideicommisso.* & num. 17.
18 *Et prohibere, ne appellatione* filiorum *veniant Monachi. Et quid in maioratu,* num. 21. 22. & 23. *& quid in melioratione Tertij,* num. 24.
20 *Pactum ne Religiosi emant possessiones, de quibus Decimæ soluebantur, valet.*
25 *Monachi Sancti Francisci, & similes, sunt incapaces maioratuum. Et quid in Regno & Comitatu,* num. 27. & 28. *Et quid si Monachus S. Francisci fiat Episcopus,* nu. 35. & 36.
26 *Conditio,* si sine liberis, *an verificetur in eo, qui Religionem ingreditur.*
29 *Bannito condemnato, illico filij admittuntur ad fideicommissum, eius morte non expectata.*
30 *Qui renuntiauit Legitimæ cum iuramento, mortuus reputatur.*
31 *Antonius Gomez circa Monachi successionem reprobatur.*
32 *Decedens cum filio de ordine Mendicantium, dicitur sine liberis decedere.*
33 *Masculus de Ordine fratrum Minorum, non prohibet fœminam succedere, per statutum insuccessibilem.*
34 *Stante statuto, quòd mortua vxore in matrimonio sine liberis, maritus lucretur dotem; si ea ingrediatur Religionem Ordinis Mendicantium, an maritus dotem ex forma statuti lucretur.*
37 *Monachi Sancti Dominici, & alij similes, an admittantur ad maioratum. Quid si maioratus iurisdictionem non habeat.* num. 63. *Quid in feudo.* num. 43.
38 *Monialis an in feudo succedere possit,* & numero 41.
39 *Et quid in fideicommisso,* nu. 39. *Quid in administratione Capellæ & Maioratu.* nu. 42.
40 *Monasterium an habeatur loco filij,* & nu. 50. & 51. *Et an excludat substitutum.* num. 52.
44 *Rex si efficiatur monachus, Regnum an transeat ad monasterium.*
45 *Fratres S. Ioannis Ierosolymitani an succedant in feudo? & an sint Religiosi? sententia affirmans.* n. 45. *Negans,* nu. 48.
46 *Milites S. Iacobi an sint Religiosi,* & nu. 49.
47 *Fœmina cùm propter masculos remotiores excluditur, non censetur exclusa propter masculum, qui monasterium successionis incapax ingreditur.*
53 *Monasterium an gaudeat vsufructu bonorum aduentitiorum, sententia affirmans. Negans,* nu. 54.
55 *Mors ciuilis quando naturali æquiparatur,* & numero 56.
57 Lex 40. Tauri *procedit, vbi antecessor in maioratu fuit Monachus.*
58 *Vnus est primogenitus natura, alter primogenitus vocatus à iure.*
59 *Pactum lucrandæ dotis in mortis casum collatum, purificatur morte ciuili per ingressum Religionis.*
60 *Emphyteusis concessa pro aliquo & descendentibus, non pertinet ad monasterium finita vita Monachi.*
61 *Dispositio textus permittentis patri reuocationem meliorationis vsque ad mortem, an procedat cùm pater sit Monachus.*
62 *Monachus an possit præsentari ad ius patronatus.*
64 *Resolutio quæstionis, de qua* num. 37. & num. 65. *Authoris sententia,* à nu. 66. 89. 97. 108. 115. 116. & 117.

67 *Dignitatis & authoritatis defunctorum etiam post mortem habenda est ratio.*
68 *Quæ verisimiliter testatores statuissent, si de hoc fuissent interrogati, habentur pro dispositis;* & num. 71.
69 *Cum adest prohibitio de non alienando bona, monasterium excluditur.*
70 *Bona prohibita alienari, confiscari non possunt.*
72 *Casus omissus in dispositione iuris non remanet, cùm verisimiliter creditur, quòd testator idem disposuisset in eo, quod declarauit in expresso.*
73 *Coniecturata voluntas testatoris pro expressa habetur,* & n. 96.
74 *Expressum dicitur, quòd ex mente colligitur, & quòd ex multis coniecturis;* num. 94. *Et id quod contrahentes verisimiliter expressissent, si de casu cogitassent,* n. 95.
75 *In conditionibus non tam verba, quàm voluntas contemplatur.*
76 *In donationibus debemus prius recurrere ad coniecturandam mentem disponentis.*
77 *Substitutus ex coniecturis præfertur monasterio,* & num. 78. & 80.
79 *Statutum excludens fœminam fauore agnationis conseruandæ, non admittit personam sui natura, vel ex accidenti inhabilem.*
81 *Vocans secundogenitum, non censetur vocare Clericum.*
82 *Reipublicæ interest, quòd sint nobiles & diuites qui eam defendant.*
83 *Testatores præsumuntur excludere Monachos à maioratu.*
84 *Pia Causa non admittitur contra voluntatem testatoris.*
85 *Filius magis fauendum est, quàm pia Causa.*
86 *Fauor filiorum est naturalis pia Causa ciuilis.*
87 *In dubio qualiter contractus fieri debeat, & scriptura conuentionalis: debent poni in ea, quæ sunt naturalia & substantialia contractus, & ea quæ de consuetudine apponi consueuere.*
88 *Decima est soluenda, si vendatur res emphyteutica, licet in contractu nihil de hoc cautum sit, & non quinquagesima.*
90 *Testator tacitè videtur excludere monasteria à successione maioratuum.*
91 *Quod vna via prohibetur, alia non est concedendum.*
92 *Prohibitio expressa magis operatur quàm tacita.*
93 *Expressa voluntas testatoris magis operatur quam tacita.*
98 *Fideicommissum cum relinquitur agnatis, monasterium non admittitur.*
99 *Monasterium non est de familia testatoris.*
100 *Maioratuum & fideicommissorum notabilis differentia,* à nu. 100. 105. & 107.
101 *Prædium si detur alicui, vt post eius mortem ad Petrum deueniat, si Petrus decedat, an pertineat ad hæredes Petri.*
102 *Grauatus sub conditione,* si sine liberis decesserit; *si Presbyter fiat, an extinguatur fideicommissum, si prior fideicommissarius decesserit.*
103 *Fideicommissum conditionale an transmittatur ad filios hæredes,* & n. 104. & 106.
109 *Et quid in fideicommisso puro.*
110 *In Gallia Monachi parentibus non succedunt.*
111 *Pia Causa quæ dicatur.*
112 *In substitutionibus, in dubio illis an sit fauendum.*
113 *Quid in interesse pecuniario.*
114 *Conditio posita in institutione, an censeatur repetita in substitutione directa.* & num. 115. 116. & 117.

Post numero 117. inuenies summaria quæ desiderantur.

TErtiò quæro; An Monachus, vel monasterium, eius nomine, succedant in maioratu pro vita monachi, vel alio modo. Et quid de Clericis. In qua quæstione sunt tres articuli principales.

Primus articulus est, vbicunque testator expressè prohibuit, monachum, vel monachum, aut monasterium succedere in talibus bonis: & in isto casu bona maioratus monasterio † minimè deferuntur, siue talia bona habeant annexam dignitatem, vel iurisdictionem, siue non. Posse autem constitutores maioratuum istam prohibitionem apponere, nemini dubium esse potest.

Quod primo probatur ex generali regula, *l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles.*

Secundò, quia in re propria quilibet est moderator, † & arbiter, *l. in re mandata, C. mandati*: cum *vulgar.* Quæ regula adeò vera est, quod nedum de gratia permissum est hominibus de rebus suis disponere, verumetiam de stricto iure, vt per regulam *d. l. in re mandata, l. sed si lege, §. cohæret. ff. de petit. hæred.* Et per alia similia iura tradunt Bertrand. *in cons. 77. lib. 1.* Rebuf. qui latè hoc tractat *in l. obuenire, 130. pag. 683. ff. de verbor. significat.* quod reputo notandum in materia maioratuum, & meliorationum; & quotidiè proderit; & per regul. *d. l. in re mandata,* concludit expressè Deci. *in cons. 259.* testatorem posse disponere; quod bona non transeant in monasterium, quem citat Simon de Pret. *lib. 2. de interpret. defunct. voluntat. solut. 5. num. 26. fol. 93.* & idem repetit Decius *in cons. 419. num. 2. & 3.* faciunt scripta per Gratum *in cons. 162. num. 5. lib. 2.* Et pro istis est etiam text. notabilis *in l. adoptat. C. adoptat.* vbi: *Vt quas leges indulgent actiones, conditiones, pactionesque contineat: Hisque penitus cognitis, vel recipiantur, si complacitæ sunt, vel reijciantur, si sunt molestæ.* Et ad confirmationem istorum etiam faciunt quæ scribo, *p. 1. q. 51. n. 1. tom. seqq.*

Tertiò, per regulam *l. traditionibus, ff. de pact.* & in bonis donatis Ecclesiæ rectè notat Ancharra. *in cons. 217. num. 3. & 197. num. 3.* facit *l. 30. in fin. tit. 11. part. 5.* & faciunt scripta per Iason. *in l. fin. num. 97. C. de iure emphyteut.* Et valet pactum vt fœminæ non succedant, & quod res deueniant ad certum genus personarum, vt latè tradit Bart. *in cons. 72. per totum,* vnde in donatione facta Ecclesiæ apponi potest; † vt non liceat Ecclesiæ 3
alienare: & si contra factum fuerit, possit res à donante reuocari, *§. sanctissimos* in *Authent. de non alienan.* Glos. *in l. sancimus, in 1. in verb. præfatarum, C. de sacrosanct. Eccles.* cum *concord.* vt per Tiraquel. *lib. 2. de retract. in fine, num. 15. pag. 972.* Ex qua doctrina iustificatur dispositio text. *in l. 2. tit. 14. par. 1.* vbi Greg. Lopez & *l. 3. tit. 6. lib. 1. ordi am.* quod latè explicat Socin. Iun. *in l. filius familias, §. Diui, num. 167. cum seqq. ff. de legat. 1. fol. 192.* & tradit latè Ioan. Lopius *in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 16. num. 12. pag. 47.* vnde meritò ipse, *§. 47. n. 18. pag. 138.* resoluit, quod licet res emphyteutica non possit transire in Ecclesiam, transit quoad æstimationem; post Specul. & Iaso. quos citat.

Ex quo fit, quòd licet Clerici, nec Ecclesiasticæ per-
sonæ † non teneantur pro suis possessionibus ad collec- 4
tas, nec ad alia munera, nec onera laicalia, *l. placet, C. de sacrosanct. Eccles. cap. non minus, de immunit. Eccles. cap. quanquam, de censibus in 6.* cum *concord.* fallit, † nisi 5
aliud à testatore dispositum sit in fundatione, vt prob. t Anchar. *in cons. 28. Dubium facit,* quem citat Guillelm. Benedict. *in cap. Raynunt. in verb. si absque liberis moreretur in 2. num. 26. fol. 335. de testam.* Imo valet pactum appositum in donatione facta Ecclesiæ, de quo est tex. *in cap. sanctissimas, in Authen. de non alienan.* Glos. *in l. sancimus, num. 1. in verb. præfatarum, C. de sacrosanct. Eccles.* & volunt Alber. *in hoc Authen. porrectum, C. de sacrosanct. Eccl.* & alij plures, quos citat Tiraquel. *lib. 2. de retract. in fin. num. 15. pag. 972.* & *ibi num. 11.* videbis, an isto casu liceat donanti accipere possessionem propria authoritate; quòd si non obseruentur quædam conuenta, liceat ma-

num iniicere in re donata, ſecundum Abb. *in cap. verum, circa fin. de for. comp.* Natta *conſ.* 27. *num.* 2. vbi tamen dicunt eſſe neceſſariam Iudicis declarationem antequam præcedat apprehenſio. Et adduco textum notabilem *in Clement. quia contingit*, vbi : *In ipſorum fundatione, de relig. domibus*, & Concil. Trid. *cap.* 9. *ſeſſ.* 22. ibi: *Niſi forte in inſtitutionem*: & ſeſſ. 25. cap. 8. ibi: *Niſi aliter forte etiam in hunc euentum in eorum fundatione, aut inſtitutione fuerit expreſſum*; facit *l. nec ex prætorio* 27. *ff. de regulis*, vbi, *Niſi tunc cum inchoatur pactio inter eos præceſſerit* : iunctis verbis præcedentibus : & hoc in terminis concludit Anton. Peregr. *in tractatu de fideicommiſſ. art.* 28. *num.* 78. *fol.* 264. & eſt bonus text. *in cap. olim, in* 1. *de reſtit. ſpoli.* & ad doctrinam Anchar. addo expreſſam *l.* 55. *tit.* 6. *part.* 1. ibi : *Saluo ſi el Rey lo huuiſſe defendido por ſu priuilegios, o por ſus cartas.* Et ad regulam *d. l. in traditionibus*, plura ſcribit Lambert. *de iure patronat. lib.* 1. *part.* 1. 9. *quæſt. principal. fol.* 79. *num.* 1. *cum aliis*, & *num.* 33. & *lib.* 1. *part.* 1. & 2. *art.* 9. *quæſt. principal. num.* 1. *cum ſeq. fol.* 87. & 88. vbi tractat,
6 patronum poſſe deſtituere, † & amouere Capellanos abſque authoritate Epiſcopi, ſi hoc in fundatione cautum fuit cum conſenſu Epiſcopi : & idem *part.* 3. *lib.* 2. *artic.* 13. 1. *quæſt. principal. folio* 209. *colum.* 3. & 4. quæ quæſtio de facto contigit in negotio maximi momenti.

Quartò ex doctrina Ioan. Andr. *in regeſtine culpa, in quæſt. vlt. colum. penult. verſ. quia in prædentibus*, vbi Franc. *de regul. iur. in* 6. qui tenent, quod valet ſtatutum,
7 aut conſuetudo † prohibens Clericum ſuccedere in primogenitura, vbi conſuetudo vel ſtatutum iniunctum eſt ante Clericatum : & idem voluit Alberic. *in l. cum quis, C. de natur. liber.* Bald. *in l. Deo nobis*, §. 1. *numer.* 5. *folio* 57. *C. de Epiſcop. & Cleric.* & tenuerunt alij infiniti relati à Tiraq. *lib. de primogen. q.* 43. *nu.* 5. *cum aliis, pag.* 316.

Et iſta ſeruiunt ad deciſionem quæſtionis quotidiè contingentis, an fundator iuris patronatus poſſit apponere in dote quam dat Eccleſiæ tempore fundationis, quòd reuertatur dos ad vſus profanos, ſi pacta † & conditiones non fuerint ſeruatæ ? de qua per Anchar. *conſ.* 193. *ſubtiliter, & ad plenum, in fin.* Felin. *in c. cum venerabile, num.* 33. *de except.* quod diſputat Cæſ. Lambert. *in tractatu de iure patronatus lib.* 1. *part.* 1. 4. *art.* 9. *quæſt. principal. num.* 3. *folio* 95. de quo per Ripam *in l. nemo poteſt, num.* 127. vbi Ioan. Guttier. *nu.* 450. & 451. *ff. de legat.* 1. E. iſcop. Conar. *in lib. de ſponſalibus, par.* 2. *cap.* 3. §. 1. *num.* 10. & *in capitua nobis, num.* 8. *de teſtam. fol.* 150. qui allegat *deciſ.* Rotæ *in antiquis* 868. Menchac. *de ſucceſſ. creat.* §. 7. *num.* 17. in quo articulo animaduertere oportet dictum caput, & ad Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 8. *de reformat.* & ad ea quæ ſcribit Epiſcop. Sarmien. *lib* 1. *ſelectar. interpret. cap.* 8. *num.* 24. & 25. & *cap.* 11. *num.* 11. *cum ſeqq. fol.* 33. & Ahumada *in leg.* 1. *tit.* 15. *par.* 1. *num.* 1. *cum ſeqq. glo. fol.* 6. *in verb. dote. fol.* 105. & faciunt quæ ſcribo *infra*, 4. *par. quæſt.* 1. *limit.* 6. vbi etiam de hoc ago: & ad omnes addo Ioan. Lop. *in rubr. de donat. inter vir. & vxor.* §. 16. *num.* 14. *verſ. Quintò quod quis poſſit facere*; vbi reſoluit, quod quiſquis poteſt
9 facere † Capellaniam, vel anniuerſarium ſub conditione, quòd ſi non dicantur Anniuerſaria, vel Miſſæ, vel alia quæ teſtator iubet fieri, bona quæ relinquit, ipſo iure redeant ad hæredes libera : & ipſi hæredes poſſint occupare propria authoritate: & ad omnes addo Simon de Pretis, *lib.* 2. *n.* 5. *fol.* 135.

Proſunt etiam prædicta ad quæſtionem diſputatam per Ioan. Guttier. *pract. quæſt. lib.* 3. *quæſt.* 84. *num.* 1. *cum*
10 *ſeqq. pag.* 661. vbi reſoluit, quod † pactum initum in contractu dotis, vt annui redditus redimibiles qui per dotem dantur, habeantur pro bonis immobilibus, valet. In qua quæſtione magis inclino ex iam dictis, & ſtatim dicendis, talem conditionem validam eſſe, & omnino ſeruandam.

Infertur etiam ad aliam concluſionem ; An fundator iuris patronatus poſſit ſtatuere tempore fundationis, vt beneficium ſolummodo conferatur illis, † qui ſunt de 11
ſua conſanguinitate & parentela: de qua per Philip. de Sarra *in rubric. de iur. patron.* Paul. de Citadin. *in tract. de iure patror. par.* 3. *quæſt.* 9. 2. *cauſa*, Rochus *in eodem tract. in verbo, pro eo, quæſt.* 12. *in fin.* Iatius Lambert. *in eodem tract. lib.* 1. *par.* 1 9. *quæſt. principal. n.* 32 *fol.* 80 & *num.* 79. *fol.* 84. tradit Pariſ. *in conſ.* 48. *n.* 7. poſt Cardin. *in conſ.* 48.

Quintò, † valet ſtatutum laicorum prohibens alienationem immobilium, ſiue feudalium, ſiue allodialium 12
in Eccleſiam : & non dicitur contra libertatem Eccleſiaſticam, ſecundum Iacob. Butrig. *auth. caſſa, C. de ſacroſ. Eccleſ.* & *in l. Iſſidinis, C. qui potior. in pign. habean.* vnde inquit Deci. *in d. auth. caſſa, num.* 17. quod non dicitur aliquid fieri † contra libertatem Eccleſiaſticam, niſi 13
quando ab Eccleſia auferatur illud, quod ei competit, & iam acquiſitum eſt de iure communi: quod ex pluribus confirmat Gloſ. Pariſ. *in conſuetud. Pariſ. part.* 1. §. 41. *num.* 90. *cum al. ibi, fol.* 296, vbi *num.* 94. plures refert in confirmationem huius ſententiæ: pro quibus facit regula generalis *l. vlt. C. de acquir. poſſeſſ.* & *l. vlt. C. de caduc. tol.* ad quod eſt magnificanda reſolutio Bart. *in conſil.* 37. *lib.* 1.

Sextò, pro iſta ſententia eſt doctrina Barthol. Socin. *in conſ.* 81. *n.* 5. *lib.* 1. vbi tradit, † valere ſtatutum excluden- 14
dens fœminas propter maſculos, & ligans fœminas, quæ erant moniales ante factum ſtatutum; quod latè fundat, & refert ad hoc Anton. *in cap. Clerici, de foro compet.* & alia plura iura & rationes, & idem Barthol. Socin. *in conſ.* 241. *lib.* 2. Socin. Iun. *in l. filius familias*, §. *Diui, num.* 171. *fol.* 193. *de legat.* 1. ad quem addo Matth. de Afflict. *deciſ.* 348. vbi tractat, an ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, excludat monialem, quod omnium latiſſimè tradit Burſat. qui plura ſingularia in iſta materia ſcribit *conſ.* 93. *num.* 29. *cum ſequentibus, lib.* 1.

Septimò valet pactum ; † quòd ingrediens Religio- 15
nem non ſuccedat, ſecundum Bart. *in l. vltim. numero* 6. *C. de pact.* De quo dicto agit Tell. *in leg.* 6. *Tauris, num.* 56.

Octauò, iſta ſuſciuntur ex quatuor dictis, quæ ſcribit Bartholom. Socin. *in conſ.* 45. *numer.* 1. *cum aliis, lib.* 3.

Nonò, ad hoc adduco dictum Decij. *in conſ.* 419. *num.* 2. vbi tradit, † teſtatorem poſſe expreſsè excludere Mo- 16
naſterium à fideicommiſſo : licet tacitè excluſum non cenſeatur. Et idem voluit *in conſ.* 426. & *in cap. in præſentia, de probat. num.* 58. & faciunt ſcripta per eundem Deci. *in conſ.* 259. quem citat Simon de Pretis, *lib.* 2. *de interpret. defunct. volunt. ſolut.* 5. *num.* 26. *fol.* 93. de quo eſt notabilis additio Gloſ. Pariſ. *in addit. ad Alexan. in conſ.* 121. *in addit.* quæ incipit, *Contrarium, lib.* 2. Ripa *in l. ex facto*, §. *ſi quis rogatus, num.* 38. *cum ſeqq. ff. ad Trebell.*

Decimò, ad hoc facit † ſententia Bart. *in authen. in-* 17
greſſi, num. 50. *C. de ſacroſan. Eccleſ. in repetitione* ; & *in l. ſi ita quis*, §. *ea lege, num.* 9. *ff. de verb. oblig.* vbi Iaſ. *nu.* 35. idem Iaſ. *in l. filius familias*, §. *diui, num.* 43. *lect.* 1. *ff. de leg.* 1. Barba. *conſ.* 46. *col.* 2. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 57. *n.* 6. *lib.* 1. volentes poſſe teſtatorem prohibere, ne bona alienentur in perſonam Eccleſiaſticam : & teſtator poteſt prohibere, † ne appellatione *filiorum* veniant Mona- 18
chi, ſecundum Bald. *in l. ſi ita quis*, §. *is cui, ff. de leg.* 2. Paul. de Caſtro *in l. Deo nobis, num.* 4. *C. de Epiſc. & Cleric.* Deci. *in cap. in præſentia, num.* 132. *de probat.* & alios plures quos citat Sforcia Oddus, qui communem vocat *in tract. ſubſtit. par.* 6. *in Compendioſa, dub.* 2. *num.* 24. *fol.* 164. Et pacto etiam fieri poteſt ne emphyteuſis tranſeat ad Eccleſiam, ſecundum Bart. *in d. authent. ingreſſi*, quod eleganter explicat Carol. Ruin. *in conſ.* 151. *num.* 22. *cum ſeqq. lib.* 1. Nec minus facit doctrina Bart. *in conſ.* 37. *Quidam Cola Pauli*, vbi probat, quod valet ſtatutum † vt Monachus non poſſit ſuccedere, ſi nondum 19
eſt

eſt factus Monachus tempore teſtamenti, de quo per Tiraq. *in tract. de primogen. quæſt.* 43. *num.* 10. *pag.* 318. faciunt quæ in proposito ſcribit Ioan. Cirier *in tract. de primogen. quæſt.* 6. *lib.* 2. *fol.* 97. & quod ſcribit Rebuf. *in tract. de decimis, quæſt.* 14. *num.* 49. *pag.* 61. qui probat,
20 quod valet pactum vel ſtatutum, † ne Religioſi emant poſſeſſiones, de quibus decimæ ſoluebantur: quod probatur, *in c. nuper, de decim.* & *in l.* 4. *tit.* 20. *par.* 1.

Vndecimò poteſt teſtator ordinare, ne bona veniant ad aliquas perſonas, etiam per alienationem neceſſariam *l. codicillis*, §. *matri*, vbi DD. *ff. de leg.* 2. confirmat Anto. Peregr. *in tract. de iure fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 103. *pag.* 166.

Duodecimò iſtam ſententiam aliis non ſuperioribus rationibus, & authoritatibus ducti, tenent in bonis maioratus, Ioan. Lop. *in repetit. rubr. de donat. inter vir. & vxor. d.* §. 16. *n.* 4. & 14. Epiſc. Conar. *reſolut. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 12. *fol.* 81. vbi expreſsè dicit in primogeniis, & meliorationibus admittendam eſſe eam conditionem, ex qua primogenium, vel melioratio poſteris defertur ea compe-
21 ditione, † vt nec Monachis, nec Presbyteris competere poſſit, & Epiſc. Couar. & alios plures refert Ant. Pereg. *in tract. de fideicom. art.* 28. *n.* 70. *fol.* 263. & tradit nouiſſimè Flores de Mena, §. 17. §. 2. *n.* 1. *cum ſeqq. fol.* 126. Imo eo ipſo quod poſſeſſor talium bonorū Monachus, vel Presbyter factus fuerit, bona ad ſequentem in gradu pertineant: & iſta opinio eſt veriſſima, & tradit Molin. *d. c.* 12. *n.* 54. quem nouiſſimè citat Cald. Pereir. *in propria ſpuriy denominat. ad emphyteuſ. q.* 6. *n.* 12. *fol.* 37. & idem tenet Marzar. qui citat Epiſc. Couar. *in d. loco, in lib. de fideicom. q.* 31 *fol.* 26. & Epiſc. Couar. etiam refert & ſequitur Franc. Mantic. *de coniect. men. de fun. lib.* 11. *tit.* 7. *n.* 19. *pag.* 405. licet in hoc poſt Molinam diſtinguat Ioan. Guttier. *lib.* 2. *Canonic. q. cap.* 25. *n.* 6. *pag.* 468. Quinimo ex generali Galliæ conſuetudine Monaſterium non ſuccedit Monacho, nec Monachus conſanguineis, teſte Matthæſil. *de ſucceſſ.* §. *idem per conſuetud. Regni*, & *tit. de locato*, §. *item per ingreſſum*, Guillel. Benedict. *in c. Raynutius in verb. & vxor. n.* 24. & 295. de quo plures conſuetudines refert Tiraq. *in tract. le mort*
22 *p.* 2. *declarat.* 14. *n.* 9. *pag.* 148. & mens † & voluntas teſtatoris principaliter fundata ad comeruandam agnationem, eſt ſeruanda ad excluſionem Monaſterij, ſecundum Carol. Ruin. *in conſ.* 98. *n.* 21. *lib.* 2. Alciat. *reſp.* 502. Menoch. *in conſ.* 145. *n.* 10. *lib.* 2.

Et pro iſta ſententia faciunt etiam plura quæ ſcribit Menoch. *in conſ.* 167. *num.* 4. *cum pluribus eqq.* vbi diſputat illam celebrem quæſtionem, ſi pater filiæ relinquat, ſi nubat mille ſi vero Religionem intrauerit, ducenta; An ſi Religionem intrauerit, debeat habere mille, vel ducenta.

Tandem iſta concluſio probatur *in authen. niſi rogati, C. ad Trebell.* quam ad hoc ponderat, & alia plura iura notanter, doctiſſimus Menoch. & nouiſſimè *in tract. de præſumpt. lib.* 4. *præſump.* 83. *num.* 1. *cum ſeqq. fol.* 140. ad quem addo eleganter *conſilium* Pariſij, 22. *num.* 4. *cum ſequentibus, lib.* 3. ad hæc omnia legendum, vbi latiſſimè reſoluit, quòd quando teſtator reliquit fideicommiſſum ad conſeruandam domum, caſatam, & agnationem, excluditur Monachus à ſucceſſione talis fideicommiſſi; quod tradit Caldas Pereira *vb. ſupra, num.* 12. qui *Pariſium* non citat; & hanc opinionem tenet in terminis maioratus, referens Couarruuiam, & Molinam, Ludouicus de Molina *in tractatu de iuſtitia & iure, tractatu* 2. *diſputat.* 27. *pag.* 1268. Solutionem autem ad ea, quæ in contrarium facere poterant, lector colliget ex iam citatis locis.

Patet igitur ex prædictis, quod in iſto primo caſu, Monachus, vel Monialis ad Monaſterium † ſunt inhabila
23 ad ſucceſſionem bonorum maioratus. Quam definitionem etiam confirmare poſſumus per Lambert. *in tract. iuris patronat. lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 1. *cum aliis, fol.* 97. & ſequitur alios citans Ioan. Guttier. *quæſt.* 32. *num.* 30. vbi hos citat. In qua materia animaduertere oportet dicta ad Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *c.* 9. *de regular.*

Ex prædictis etiam definitur, an verum ſit quod tradit Moli. *lib.* 2. *de primo. d. c.* 12. *n.* 55. *fol.* 134. vbi vult, quod pater in melioratione Tertij † non poteſt excludere 24
Monachos & Clericos, quem refert & ſequitur Angul. *in l.* 11 *glaſ.* 7. *n.* 3. *fol.* 219. & *l.* 6. *lib.* 5. *Recopil.* cui addo eundem Molinam *in annot. n.* 10. & plures DD. quos in materia citat Caſtil. *de vſufr. lib.* 1. *c.* 65. *n.* 4. & 5. *fol.* 281.

Secundus articulus eſt, vbicunque Monaſterium, in quo Monachus profeſſionem fecit, eſt talis qualitatis; quòd non poteſt bona in communi poſſidere; & † incapax eſt bonorum temporalium, & tunc licet conditor 25
maioratus nihil cauerit circa ſucceſſionem talis Monachi, excluditur à maioratu, & admittitur ſequens in gradu; ſiue iſte factus fuit Monachus ante ſucceſſionē, ſiue Monaſterium ingrediatur iam factus poſſeſſor bonorum maioratus. Et iſta concluſio probatur ex ratione text. *in Clem. exiui de paradiſ. de verb. ſign.* quem text. latiſſimè declarat in proposito Ant. Gab. *lib.* 4. *commun. opin. tit. de hæred. inſtit. concl.* 1. *in* 1. *cum ſeq. pag.* 232. *col.* 1. Et quia ſi Monaſterium eſt incapax ſuccedendi in aliis bonis minimè vinculatis, maiori ratione debet eſſe incapax bonorum vinculatorum, vt ex infra dicendis plenius conſtabit.

Et iſtam ſen[illegible]m tenent in terminis Bart. *in l. cum pater*, §. *hæ[illegible] leg.* 2. vbi dicit, quod dies fideicommiſſi ce[illegible]iente aliquo in monaſterium fratrum Minor[illegible]od non poteſt habere bona in communi: cuius opinio confirmatur ex traditis per Alex. *in conſ.* 13. *Circa primum, lib.* 3. *col.* 1. vbi ſtat cum prædictis Iul. Clar. *lib.* 5. *ſentent. q.* 29. *pag.* 28. Anton. Gabr. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 4. *de fideicomm. con.* 2. *n.* 75. *pag.* 249. N col. Boer. *deciſ.* 354. *n.* 8. *cum ſeqq.* Roland. *in conſ.* 79. *n.* 41. *lib.* 2. vbi latè probat, † quòd conditio, *Si deceſſerit* 26
ſine filio, verificatur in eo qui ingreſſus eſt Monaſterium incapax bonorum in communi: & eſt communis opinio ſecundum Roman. *in conſ.* 296. vbi Mandoſ. citat alios, qui communem profitentur; Burſat. *in conſ.* 63. *n.* 26. *lib.* 1. & faciunt quæ ſcribit Guill. Bened. *in c. Raynutius de teſtam. in verb. & vxor. nomine Adelaſiam. n.* 464. *fol.* 92. & iterum *n.* 520. *fol.* 97. & *in verb. ſi abſque liberis moriatur, in* 1. *n.* 18. *fol.* 277. Idan. de Cirier *in tract. de primog. q.* 21. *fol.* 335.

Et quod † Regnum non tranſeat ad Monachos, & 27
multominus ad fratres Minores, reſolut per plura, Conrad. *in templo Iudic. lib.* 2. *c.* 2. *de Rege, n.* 2. *fol.* 100. Et ad hoc etiam eſt doctrina Angel. *in l. ex facto, n. prin. ff. ad Trebel.* quam refero *in* 3. *p. huius operis, q.* 5. & omnes fatentur, quod in iſto caſu talis Monachus habetur pro mortuo quoad ſucceſſionem, vel capacitatem, & quod fideicommiſſarius illico admittatur ad fideicommiſſum non expectata morte fratris Franciſcani: & eſt communis opinio ſecundum Emmanuel. Coſta, *in l. Gallus*, §. *& quid ſi tantum, p.* 2. *pag.* 34. *ff. de liber. & poſthu.* quamuis ipſe contrarium teneat cum Salicet. *l.* 1. *n.* 6. *C. de hæred. inſtit.* & aliis quos ibi refert, licet *in c. ſi pater, de teſtam. in* 6. *p.* 1. *verb. ſi abſque liberis, n.* 61. *pag.* 159. dicat, communem opinionem recentiorum eſſe in contrarium; quam & ipſe probare videtur. Sed Fortu. *in d.* §. & *quid ſi tantum, n.* 51. communem opinionem ſequitur, & eſt etiam communior opinio ſecund. Soci. *in l. cum anus, n.* 101. *ff. de condit. & demonſt.* & tradit Anto. Peregr. qui alios citat *in tract. de iur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 5. *n.* 21. *pag.* 118. Andr. Gail. *obſerv. lib.* 3. *obſer.* 136. *n.* 7. *pag.* 250. & tradit Angel. Matthæac. *in tract. de fideicom. lib.* 3. *c.* 23. *n.* 1. *cum ſeqq. fol.* 154. & communem opinionem ſequitur Cæſ. Lamber. *in tract. de iure patron. lib.* 2. *p.* 1. 4. *art.* 7. 9. *principal. n.* 4. *fol.* 61. *col.* 2. poſt Bald. quem citat *in auth. niſi rogati, col.* 1. *C. ad Trebel.* pro cuius confirmatione multa ſcribit Roland. *in d. conſ.* 97. *n.* 40. *lib.* 1. cui addo Felin. *in c. inter dilectos, n.* 3. *de fide inſtr.* vbi dicit, quod Comes factus Monachus † amittat Comitatum, citat 28
Gloſ. *in cap.* 1. *de purg. vulgar.* Et plura etiam ſcribit Tiraquel. *in tractat. le mort, par.* 2. *declarat.* 5. *num.* 26. Mantic. *de coniectur. ment. lib.* 11. *tit.* 7. *num.* 8. *pag.* 493. Et eſt ad hoc egregia doctrina Bald. *in l. fratres, nu.* 3. *fin. verb. C. de inoffic. teſtam.* & pro iſta reſolutione alia

ſcribo *in d.q.3.& in p.1.huius operis,q.2.à n.14.*& quod tradit Molina *lib.2.de primog.c.9.n.42.fol.295.* vbi reſolvit, quòd ſi fundator alicuius maioratus ingreditur Monaſterium incapax bonorum, non poteſt renocare maioratum factum in ſæculo.

Et ex iſtis infertur, veram eſſe quandam doctrinam Alex. *in conſilio 25.lib.1.num.9.* vbi dicit,quòd ſi poſſeſſor bonorum reſtitutioni ſubiectorum, delictum aliquod committat,per quod efficiatur bannitus, quia habetur pro mortuo, & impune poteſt offendi, & eſt ſicut deportatus: illicò illius filij, morte patris non ex-
29 pectata, † admittuntur ad fideicommiſſum, & ad rem reſtitutioni ſubiectam; refert Gloſ.*in §.relegati, Inſt. quibus modis ius patr. poteſt.ſolu.* & *in cap.domino guerram; hic finitur lex Conradi,* & alia plura iura quæ dicunt,quod bannitus cum publicatione bonorum,& qui ex forma ſtatutorum, quæ communiter fiunt per Italiam, poteſt impunè offendi, habetur pro mortuo ſicut deportatus. Quod vltimum ettam traditur per eundem Alexand.*in conſil.116. Animadverſis,num.3. lib.2.* vbi Gloſ.Pariſ.*in additionibus,in verb. deportato.* Pro quibus eſt expreſſa *l.4.tit.18.pa.4.poſt medium.*Et mortui reputatur iuſtè exhæredatus, bannitus Franciſcanus monachus,hæreticus, vt latè prob[illegible] Boer. *deciſ.* 104. *n.5.* Imò ille qui renuntiau[illegible]mento Legi-
30 timæ,† mortuus reputatur,adeò q[illegible]r non tenetur eum hæredem inſtituere,vt plenè fundat Guid.Pap. *in deciſ.295. n.1.*

Infertur etiam ex prædicta reſolutione non bene deciſum fuiſſe Anton.Gom.*in l.40.Taur.num.66.* vbi
31 diſputando iſtam quæſtionem † concludit, quòd vbicunque maioratus non conſiſtit in adminiſtratione iuriſdictionis, poteſt in tali maioratu ſuccedere Monachus,& eius nomine Monaſterium,etiamſi ſit fratrum Minorum:quod dictum ex iam ſcriptis ſtare non poteſt: ad quemaddo Bald.*in l.data opera, num.44. qui accuſar.non poſſunt,* Queſadam *in quæſt.q.32.num.13.verſ. cum liceat.* Et contra eum etiam facit regula Bald.*in l. cum acutiſſimi,num.22.C.de fideicommiſſ.* vbi dicit,quod ille qui decedit cum filio,qui ſit de ordine Mendican-
32 tium, † dicitur decedere ſine liberis,quia iſti ſunt fanditus non capaces,& habentur pro mortuis,omninoque extinctis:per *l.ex facto,§.ex facto.ff.de vulgar.*& *l.nam & nocere,§.ſi deportatus.ff.de bon.libert.*& hoc ſequitur Bartholom. Socin. qui aliqua pro confirmatione iſtius ſententiæ ſcribit *in conſil.92. Circa primum,num.4.lib.* 1.& eſt expreſſa ſententia *Bart.*quam *Socin.*non refert *in l.1.§.qui habebat,num.3.ff.de bo. poſſeſ contra Tabul.* vbi dicit, quòd maſculus de ordine fratrum Minorum,
33 † non prohibet ſuccedere fœminam vigore ſtatuti eam excludentis per exiſtentiam maſculorum: refert ad hoc *d.§.ſi deportatus:*& hoc ſequitur ibi Alexand.*in addit.* qui alios concordantes citat:& idem tenet Luc.de Pen. *in l.vlt.& 3.in final.verb.fol.67.col.4.in fin.C.quand. & quib.quarta pars debeat,*poſt Bart.*ibi* Porcius *in conſil.* 23.*n.1.cum ſeq.*

Et conducunt ſcripta per Guillelm.Benedict.*in cap. Raynuntius, in verb.in eodem teſtamento,num.125. folio* 213.*de teſtament.*Et quod ſcribit Iaſon,qui dicit, ſuper hoc conſuluiſſe, *in l.ſi deceſſerit, num.11 ff.qui ſatisdar.*
34 *cogantur,*vbi dicit, † quòd ſtante ſtatuto,quod mortua vxore in matrimonio ſine liberis, maritus lucretur dotem, quòd ſi mulier ingrediatur Religionem Ordinis Mendicantium, quod maritus ſimiliter tunc debet lucrari dotem ex forma ſtatuti, ſicut ſi naturaliter eſſet mortua. Ad quod facit notabilis *deciſio* Anton. Capic. 135.*num.7.&* 8. vbi reſoluit quid in Sororibus primi, ſecundi, & tertij Ordinis Sancti Franciſci, & alia ad propoſitum notabilia. Et pro prædictis etiam facit ſingularis *l.ſi mater C.de inſtitution. & ſubſtitut.* ibi: *Si mater vos ſub conditione emancipationis hæredes inſtituit, & priuſquam voluntati defunctæ pareretur, ſententiam deportationis pater meruit, vel aliter defunctus eſt morte eius,vel alio modo patria poteſtate liberati im-*

adeundi hæreditatem cum ſua cauſa quæſitis. Cum quâ lege concordat *l.5.titul.4.part.5.*notant Doctores præcipuè Iaſ. *in d.l.ſi mater,* & idem Iaſ. *in d.§. & quid ſi tantum,n.28.*

Sed pone, quòd quis eſt frater Franciſcanus, & poſtea fuit effectus Epiſcopus, & ſic habilis ad ſuccedendum & capax:quæro an poſſit † ſuccedere in maioratu 35
tanquam habilitatus,& ad capacitatem reductus, & reſtitutus? Iſta quæſtio decidi poteſt ex quodam conſilio *Federici de Senis* 27. & doctrina Baldi *in l. Deo nobis, §.1.num.6.fol.57.C.de Epiſcop. & Cler.* & ex aliis quæ ſcribo *in 1.par.huius tract.quæſt.2.*Et ex ibi ſcriptis, & doctrina Andr.de Iſern.*in cap.3.§.hoc quoque,de ſucceſſ. feud.* quam latius confirmo *in quæſt.6. infra eodem,* & *per l.45.Taur.*ego magis ſentio,talem Epiſcopum† non 36
eſſe admittendum ad ſucceſſionem maioratus, ad quod etiam lector videat Gloſſ.& DD.præcipuè Barth.Soci. *in l.ſi cognatis,n.6.*cum aliis,*ff.de rebus dubiis,*& Molin. *lib.3.cap.2. num.17.fol.* 10. vbi tradit, an Monachus tempore ſucceſſionis delatæ in monaſterio incapaci reperitur,poſſit poſtea ſuccedere,ſi ad monaſterium capax transferatur?& quod Clericus vel Monachus maſculus excludat fœminam,volunt Anton.*in cap.quod Clericus, de foro comper.*Lapus *allegat.*103.Roman.*in ſingul.*441. Tiraq.*in tract.de primog.q.*44. & alij plures, quos citat Cald.Perei.*de nomin.ad emphyt.q.19.n.28.fol.*182. vbi etiam tractat, an excludat frater ſeniorem, & an Monialis excludatur à fratre.

Tertius articulus,& caſus eſt,vbicunque teſtator nihil prohibuit circa ſucceſſionem Monachi, aut Monialis in maioratu, & monaſterium, quod Monachus ingreditur eſt capax poſſidendi bona in communi, vt in monaſteriis D.Dominici,Hieronymi,aut Auguſtini,aut aliis ſimilibus? In quo † articulo eſt tota difficultas. 37
Qua in re ſi ſequenda eſt doctrina Bart. *in d.§.hæreditatem,*difficultas eſt plana:nam ibi affirmat,quod quando Monachus eſt in monaſterio,in quo poſſunt poſſideri bona in communi,& eſt capax ſucceſſionis, ſubſtitutus non debet admitti donec Monachus vita functus ſit,per illum text. & *l.Statius Florus, §.Cornelio Fulcri, ff.de iure fiſci,*& idem voluit Bart.*in tract.Monaſter.lib.* 4.*in verſ. iſti etiam hæredes inſtituti,n.6.fol.*110. Bald. *in l.cum acutiſſimi,n.12.C.de fideicommiſſ.*latè Anto.Peregrin.*tract.de fideicom.art.28.n.80.fol.*265. qui refert Couar.*in prædicto loco,* & ibi plura in iſta materia ſcribit,& in Monialibus S.Claræ,loquitur Cephal.*in conſ.* 56.*n.46.* & rectè quadrant quæ ſcribit Montalu.*in l.* 10.*tit.5.lib.3.for.fol.*18.*col.1.in verſ.item nota:*& iſtam opinionem ſequuntur ferè omnes, qui de iſta materia loquuntur:& inter alios Curt.Iun.*conſ.48.in fin.*Iacob. Philipp. Portius qui refert Pariſium, & Alciat. *in conſ.* 23.*n.31.*Marc.Ant.Cuch.*de inſtit.cathol.l.b.3.tit.1.de Regular.num.*108.*pag.*246.*col.2.*Caſtil.*in l.27 Taur.fol. mihi* 113.*col.1.verſ.hinc dicit,*Bart.Feli.*in conſ.*8.Alex. *in conſ.*139.*Viſo themate,à n.*8.*lib.*2.vbi ex hoc concludit,quòd filia facta monialî, non conſolidatur actio de dote in patrem:& idem *in conſ.*12.*n.1.eod.lib.*vbi conſuluit in fauorem cuiuſdam Monaſterij,*& in conſ.*10.*n.* 1.*cum ſeqq. Viſo inſtrumento, lib.*5. vbi plenè ſuſtentat, quod ſi fœmina habens feudum † ingrediatur Monaſterium, non redit feudum ad dominum feudi, niſi poſt 38
mortem Monialis. Pro quo facit expreſſa ſententia Matth.ab Afflict. *in conſtitut. Neapol.lib.3.rubr.24.de ſucceſſ.Nobil. n.*58. vbi reſoluit,quod filia fœmina non excludit Monachum S.Bened.à ſucceſſione, niſi in bonis feudalibus.& plura in fauorem iſtius concluſionis, tradit Aimo. Cranet.*in conſ.*152.*n.*1.cum aliis, Auguſt. Beroi.*in c.in præſentia,n.*154.*de probat.*Ant.Gam.*deciſ.* 6.quod latius fundat Cald.Perei. *in tract.de nominat.ad emphyt.q.6.n.*14.*fol.*57.vbi refert Molin.Anton. Gom. & alios iſtam materiam tractantes;& in terminis probat Monialem admittendã eſſe ad maioratum durante illius vita:& idem voluit Matienç.*in l.1.tit.7.gloſ.1.num.*18. *fol.*195.*lib.5.Recop.* Auend.*in l.*40.*Taur.gloſ.*4. *per to-*

*tam,num.*4.39.*&* 4.*fol.*94.*&* 95. vbi ex profeſſo iſtam quæſtionem diſputauit.

Et multa pro iſta opinione adducuntur per Anton. Gam.*deciſ.*316.*num.*2. eſt hodie 317. *& in additione* 318. vbi extendit iſtam opinionem,quod monaſterium
39 poteſt habere bona fideicommiſſi † ad excluſionem ſubſtituti; etiam poſt vitam Monachi: & conferunt ſcripta per Andr. Gail. *d.obſervat.*136. ſic fundatur *in deciſione Pedemont.*127.*num.*9.quod fœmina nupta extra familiam, non excluditur pro vita ſua à ſubſtitutione,in qua vocantur proximiores de agnatione, ex doctrina Alex:*conſ.*81. *col.vlt.lib.*6. Pariſ. *conſ.*47.*n.*68. *lib.*3.& inquit Gloſ.Pariſ.*vbi ſupra,*quod Monaſterium
40 † gaudet feudo pro vita Monachi, & non poteſt cogere monaſterium ad eruacuandam manum ſuam in fra annum, & in Monacho conſeruantur iura agnationis; vt per plura concludit Alex.Trentacinq. *in tract. de ſubſtit.part.1.cap.*7.*num.*14 *fol.*33.contra *Speculat.*& Monaſterium eſt capax bonorum emphyteuticorum pro vita Monachi; ſecundum Gloſ. *in d.auth ingreſſi, C.de ſacroſ.Eccleſ.*& *in d.cap.in præſentia,*vbi Barba.*num.*12. Felin:*num.*49.*de probat.*Ancharr. *in conſ.*420:& alios plures quos citat Burſat.*in conſ.*199.*num.*2.*lib.*2.& Monaſterium excludit ſubſtitutum ſecundum Abb.& alios *in cap.in præſentia.de probat.*& plures quos citat Franciſc.Mantic.*de coniect.mente defunct.lib.*11.*d.tit.*7.*n.*4: *pag.* 496: Et Monachus eſt capax ſucceſſionis feudi; 41
† vbicunque ſeruitium præſtari poteſt per ſubſtitutum; ſecundum Bald.*in cap.1.de benefic.fœmin.*quod latè diſputat Matth.de Afflictis *deciſ.*320. Ioan.*n.1.cum ſeqq:* Quod argumentum vrget illos, qui magni faciunt argumentum de ſucceſſione bonorum feudalium ad bona maioratus; quod qualiter intelligendum ſit? latius tracto *in q.6.infra:* & quod Monachus adtractum ad meliorationem vinculatam,tradit Segura *in l.cum hæredi,§: cum filiæ,n.*64.*ff.de vulg:*

Ex quibus confirmatur quod tradit *d. deciſ.* Anton. Gam.*6.num.*2. vbi vult; quod fœmina monialis ſuccedere 42
† poteſt tam in adminiſtratione Capellæ, quam maioratus, ſi onus annexum per alium expediri poteſt, vbi Mena *in addit.*multa refert. Sed cauè legenda ſunt quæ ſcribit in iſta materia ſucceſſionis Monaſteriorum in maioratibus; & moderanda ſecundum quæ ſcripta ſunt in iſta quæſtione. Et an Monachus ſit capax ſucceſſionis feudalis, † vide notabilem *l.6.tit.26. part.4:* 43
ex qua videntur ceſſare tradita per Alexan: Gloſ: Pariſ: & alios antiquiores: & punctum latè tractat Curtius *in tractatu de feudis,par.3.quæſt.3:fol.*18.*colum.*1.*cum ſeqq.*Burſat.*conſ.*63.*num.*23.*cum ſeqq.*Beroi.*conſ.*16.*n.* 14.*lib.*1. Oſaſc. *deciſ: Pedemont.*27. *num.*4. *per totam* Molin.*de inſtitia & iure,tract.*2. *diſput.*48.*pag.*760. in qua refert & ſequitur Gam.*in d.deciſ.*6. vbi legi debet additio Menæ,& eadem Gloſ.Pariſ.*2.par.conſuetud.Pariſien.*§.11.*num.*58.*fol.*262. Ioan.Falcon. *reg.*321: elegãter Burſat: *in d.conſ.*199: *num.*12.*lib.*2. qui plures ad probandum,quod feudum regulariter non tranſit ad Monachum, Monialem, vel Clericum: & inter alios Afflict. *d.deciſ.*320. Capicium *deciſ.*10: & 115. lex: *conſ.*10.*lib.*5. Syluan.*conſ.*30.*num.*60.Thomas de Marin.*de feud.ex pacto & prouidentia,tit.*2.*num.*143. Cephal.*in conſ.*151.*num.*43.*lib.*2. Aretin: *in d.cap.in præſentia,n.*48. & notabiliter Aimon.Cranet. *in conſ.*305. vbi tractat quid in milite Ieroſolymitano, & in Conuerſis, & in Clericis.

Quibus eſt addendum quod ſcribit Bald. *in d.l. Deo nobis, §. hoc etiam, C.ae Epiſcop. & Cleric. num.*2. vbi 44
vult,quòd ſi Rex efficiatur Monachus,† Regnum non tranſit in Monaſterium,etiam innuente Rege,quod refert & confirmat Matth.de Afflict.*deciſ.*265.*num.*37.& 45
de fratribus † S.Ioannis Ieroſolymitani, cum ſuccedant in feudo, tractat idem Matth. de Afflict. *in cap. 1.qui Clerici, num.*9.*fol.*187.*ſi de feud.fuerit controuer. inter domin.& agn.* vbi reſoluit quod tales Fratres ſuccedere poſſunt in feudo.Pro quibus facit quod milites Ieroſolymitani non ſunt propriè Religioſi,vt tradit Mandos. *in reg. Cancell.reg.3.q.12.n.3.& reg.*16.*q.*51.*n.*4.*folio* 106. Licet quod iſti milites non poſſint ſuccedere in feudo,voluerit Oſaſc. *in conſ.*42.*n.*38. & Ruin. quem citat. Et quod iſti milites Regularibus aſſimilentur; concludunt Felin: *in c.*2.*n.*8.*de foro comper:* Gemin: *in c.2.§.laici,ver.quæro qui dicatur de reb.alien.non alien.* Decii:Pedemont.27.*n.*18.& alij quos citat Marc. Ant. Cucch. *lib.de inſtit:Cathol.lib.*3.*tit.*18.*nu.*4.*pag.*270. qui idem † concludunt in Militibus S. Iacobi,& Conc. 46
Trid:*ſeſſ.*23.*c.*17. *pag.*259. eos vocat Fratres, Manuel Rodrig. *in addit. Bullæ,§.*9.*pag.*501.*col.*1. & quod iſti milites qui militant, poſſint habere bona feudalia, reſoluit Curtius *in tract.de feud.par.*3.*num.*29.*pag.*270.& plures citat Thomas Sanchez *in lib.de matrimon.lib.*2: *diſp.*18.*n.*8.*pag.*290.Barboſ.*in 2.p.rubr.ff.ſolut.matri im.* *n.*82.*pag.*72.ad quos addo Firmian:*in tract de Epiſcop: 4.p.4.lib.q.3.col.*5.poſt Ioan.Andr.*in addit: ad Specul: tit.de pecul. Clericim fin.*Cætar Lambert: *in tractatu de iure patronat.lib.*2.*5.art:*7.*q:principal.p:*1.*n:*1.& 2.*fol:* 6: *col:* 3: tractantes an tales Milites ſint Religioſi, & poſſint teſtari? Menoch. *conſ.*54.*n:*14: *cum ſeqq.lib.*1: & *in conſ.*118.*n.*29.*&* 162.& faciunt ſcripta per Molin.*lib:*1.*de primog.c:*13.*n.*98.*folio* 113.& per eundem Molinam *lib.*3.*c.*5.*n.*76.*fol.*44 in quo loco vltimò tradit,quòd quoties fœmina propter maſculos remotiores 47
excluditur, † non cenſetur excluſa propter maſculum qui Monaſterium incapax ſucceſſionis ingreſſus fuit: pro quo faciunt quod ſuperius ſcripſi:& de iſtis Militibus Ieroſolymitanis ſcribit Pariſ. *in conſ.*44.*n:*20.*lib:* 4.Marc:Anton.Eugen.*in conſ.*43.*per totum,*latius Gambara *de offic:& poteſtate iudic.de leg.lib.*6.*nu.*243: *cum ſeqq:pag:*182.Tiber: Dec. *in tract.crim:lib.*4.*c.*9.*n.*36. *fol.*157.Sforcia Oddus *in tract.ſi ſtatu: in Campanaioſa, par:*5:*num:*12:*fol:*72.& Iudices laicos poſſe tractare de Commendis & præceptoriis S. Ioannis Ieroſolymitani; tradit Amede:de Apontes; *in tract.laudemiorum: quis ſit Iudex in cauſa feudali,fol.*70.*col.*1. *in fin.& col.ſeq:* de quibus legenda ſunt ſcripta per Ioan:Azor.*in lib.inſtit: Moralium lib.*3.*c.*13.*pag.*1399.

Sed quod milites Ieroſolymitani † non poſſint in 48
feudo ſuccedere, tenent Roland: *conſ.*170.*lib:*2: Brun. *conſ:*17: Alciat. *reſp:* 29. & alij quos citat & ſequitur Neuizan:*conſ.*30.*n.*31.Roland.*conſ.*23.*n.*39:*lib.*1. Menoch.*de arbitr.iudic:lib.*2:*cent:*3.*caſu* 231:*nu.*5: & legendi ſunt Dominic:de Soto *lib:*8: *de inſtit:& iur.q.*5. *art.*3.Brun:*conſ:*17. Curt: *in tract.de feud.in 2.p.tertia partis,n.*29:*ver:ſeptimo limita;* Nardus *in addit.ad Andream de Iſernia in c:*1.*de vaſſallo mo:ite,fol:*116. Ioan. Franciſ:*in tract:de Baron:pragm:*1.*n:*63.*pag:*36. Epiſco: Couar:*in epitom:de ſponſal:*2.*par.c.*3.*§.*1.*n.*18: *fol.*29. Greg:Lop.*in l.*1.*tit.*7 *de los religioſos p.*1:Epiſc:Sarm: *lib:de redat. ib:Eccleſ:p:*2.*c:*8 *n.*18: poſt Nauarr:quem citat,& *lib.*4.*c.*1:*n.*13.*fol.*50. Azened:*in l:*3.*tit.*6.*lib:*6: *Recop:n.*3.*cum ſeqq.fol:*90. Et quod tales Milites Rhodiani non ſint liberi à ſolutione decimarum, nec ſint exempti à iuriſdictione Regia,tradit idem Azened. *in l:*1.*tit.*6.*lib.*6: *Recop:n:*11: *fol.*90. Et legenda omninò ſunt quæ ſcribit Lafarte, *in tract.de gabell:c.*19:*n.*92. Et de pluribus Ordinibus Militum S.Michaëlis;† S.Ia- 49
cobi,& aliorum tractat Simon de Pret.*lib.*3.*de interpr: defunct:volunt:interpret,*2.*dub.*1.*ſolut.*8.*n.*3.*fol.*259. & de Ieſuitis,vel Teatinis; tractat Ioſeph.Lucou:*deciſ:*71. *n:*7.Pro Bartolo etiam facit,quia monaſterium habetur loco filij,† vt plerique tenent per tex.*in cap præſentia, de probat:* & *in auth:niſi rogati C.ad Trebel:* & tenent 50
plures quos refert Tiraq.*in l.ſi vnquam,in verb.ſuſceperit liberos,n.*42.*pag.*333.*C.de reuoc. donat:* Cephal.*in conſ* 62.*n.*52.*lib.*1.Cur.Iun.*conſ.*293.*n.*11.*lib.*2.& plures citat Almar.Valaſ: vbi hoc declarat *in conſ.*4.*n.*8.

Sed iſtud fundamentum non eſt tutum,quia multi peritiſſimi opinantur;quod Monaſterium non habetur loco filij,& inter eos Bart.*in d.authen.niſi rogati,*& *in auth: ſi quis mulier,C.de ſacroſan.Eccleſ.*in duobus locis,Bald.

in d. authen. num. 21. fol. 164. vbi dicit, quod illa regula non procedit nisi in casibus à iure expressis, Ripa *in l. ex facto, n. 87. ff. de vulgar. fol. 90.* vbi dicit, quod nunquam Monasterium habetur loco filij. Et idem quod Baldus voluit Decius, *in cap. in præsentia, num. 50. de probat.* tradit Episcop. Couarruu. *lib. 1. resolut. cap. 19. num. 6.* Curt. Iun. *consil. 297. num. 24. lib. 2.* Tiraquel. *in dicto loco, num. 47. pag. 333.* Burſat. *cons. 51. num. 42. lib. 1.* qui refert Episcop. Couarru. *vbi supra, cap. 19, numero 7:* Decisio Pedemont. *126. num. 21.* Caldas Pereir. *in tract. de renouat. emphyteus. quæst. 9. num. 9. fol. 167.* vbi cum Baldo *in prædictis locis* concludit, quod monasterium
51 † habetur loco filij ad hoc tantum, vt excludatur substitutus, si decesserit sine filiis: & faciunt scripta per eundem Caldam, *quæst. 20. num. 27. fol. 229.* vbi tradit, quod in ista materia, verbum, *filius*, est accipiendum propriè; & idem quod Baldus, Ripa, & alij, tradit vnico verbo Molina *dict. lib. 2. cap. 9. num. 45. folio 298.* per textum *in authent. nunc autem, C. de Episcop. & Cleric.*

Et Ecclesia non habetur loco liberorum vbicunque concurrit cum liberis, secundum Barbaciam, *in l. cum acutissimi, num. 71. C. de fideicommiss.* post Baldum quem citat, qui hoc non dicit, & Salicetum *in dict. authen. si qua mulier*, quem citat Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. num. 125. fol. 338.* ad quos addo singulare dictum Baldi *in cons. 196. Testamentum Puciarilli, lib. 1.* vbi vult, quòd si testator substituit filium suum, Monasterium non excludit substitutum, quem refert & sequitur Ripa *in l. ex facto, §. si quis rogatus, num. 4. fol. 165. ff. ad Trebell.* contra Decium *in cons. 426. In dubiis*, qui Baldum non retulit, quod in praxi est singulare, & mente tenendum. Et monasterium non habetur loco filij, vbicunque per testatorem est determinatum, quod non succedat, secundum Baldum, *in cons. 416. Super puncto præmisso, num. 3. lib. 4.* & regulari-
52 ter Monasterium † substitutus excludit *d. authent. nisi rogati, C. ad Trebel.* vbi Ripa *num. 37.* communem dicit, Alex. *cons. 121. num. 11. lib. 2.* Costa *in cap. si pater, de testam. in 6. in verb. si absque liberis, n. 64.* & alij, vt per Mich. Graff. *lib. de succes. ab intest. §. fideicom. q. 42. pag. 207.* ad hoc legendus.

Sed pro opinione *Bartoli* etiam facit, quia monasterio (quatenus capax est) omnia deferuntur quæ Monachus habebat, *authen. ingressi, C. de sacrosanct. Eccles. l. 17. tit. 1. part. 6.* ex quo inquit Glossa *in authen. idem est, C. de bonis qua liberis*, quòd si pater ingrediatur aliquod monasterium, & filius habet aliqua bona adventitia, monasterium † debet gaudere vsufructu talium
53 bonorum pro vita Monachi: cuius Glossæ sententiam sequuntur Cin. Alberic. Bart. *num. 42. & 49.* & *in dict. authen. ingressi*, Bald. Paul. Raphael. & Corne. *in dicta authen. idem est.* & est communis opinio secundum Barthol. Socin. *in cons. 10. num. 20. lib. 1.* & Crotum *in d. l. Gallus, §. & quid si tantum, num. 30.* & est receptior opinio secundum Pinell. *in l. 1. C. de bon. mater. par. 1. n. 49. fol. 41.* quam & ipse audacter sequitur, & glos. Paris. *in dict. §. num. 2.* Marc. Anton. Cucch. *in loco supra citato, num. 110.*

Ista autem opinio non caret contradictoribus, quia
54 plures *in d. authen. ingressi*, † tenent contra illam Glossam; & sequitur inter alios Episcop. Couarru. *in cap. 2. num. 8. de testament. in 3. edition.* vbi agit de opinione Pinel. *vbi supra*, & sequitur etiam Gregor. Lopez *in l. 5. tit. 17. in glos. in verb. El vsufruto, part. 4.* Et quod Monachi excludant fœminas, statuto stante quod masculi fœminas excludant, volunt Lapus *alleg. 101.* Paris. *cons. 47. num. 19. lib. 3.* & Brunus, quem citat Iacob. Portius *in cons. 23.* ad quod faciunt quæ in isto proposito notabiliter scribit Guillelm. Benedict. *in cap. Raimuntius, de testament. in verb. duas habens filias, num. 126. fol. 27.* & plures allegationes ad propositum cumulat Castillo *de vsufructu, lib. 1. cap. 65. num. 5.* Item pro Bartolo etiam facit, quia licet Monachus habeatur pro mortuo civili-

ter *l. Deo nobis, C. de Episcop. & Cler. l. 29. tit. 7. part.* ibi: *Esto es, porque es muerto quanto al mundo, y vivo quanto a Dios.* Quod explicat Alber. *in d. auth. ingressi num. 23. fol. 13.* melius *in l. Deo num. 2. cum seqq. C. de Episc. & Cleric. fol. 35.* Guillelm. Benedict. *in cap. Raimuntius, in verb. duas habens filias, num. 210. cum seqq. de testam.* Mors autem ciuilis non æquiparatur naturali, nisi † in casibus à iure expressis, secundum Glos. *in cap.* 55
placuit, 19. quæst. 1. cui similis *in cap. susceptum, de rescr. in verb. non morte*, notat Ias. *in d. l. 1. num. 1. C. de hæred. instit.* & *in authen. si qua mulier, num. 19. C. de sacrosan. Eccles.* & Ægid. Bosi. qui plures citat *in pract. crim. tit. de bon. public. num. 49. pag. 512.* Gregor. Lopez *tit. 18. par. 4. glos. 1.* Menchac. *lib. 2. controu. cap. 27. num. 15. fol. 97.* Francisc. Marcus *decis. 1198. num. 3. fol. 361.* Et est communis opinio secundum Gomez, *in reg. de impetran. benefi. per obitum famil. quæst. 5. pag. 413.* Boer. *decis. 323. num. 6.* & alios quos citat Michael Graff. *d. §. fideicommissum, quæst. 41. pag. 208.* Andr. Gail. *observat. lib. 2. obseru. 140. num. 18. pag. 256.* Et apud Iurisconsultos mos semper intelligitur naturaliter, nec mors ciuilis repetitur, sed quasi magistrale nomen à iuris præceptoribus compositum est, secundum Costam *in d. §. & quid si tantum, nu. 4. pag. 42.* quod ante eum dixit, *Luc. de Pen.* quem *Costa* non retulit vel obliuione, vel data opera, *in l. vnica, C. de impo. lucrat. descript. lib. 10. fol. 70 col. 1. in vers. & cum dicimus mortem.* Ad quod faciunt quæ scribit eleganter Rebuf. *in l. in vulgari substitutione. pag. 772. ff. de verb. signific.* & latissimè Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 4. in ver.* apres le repas, *n. 1. cum seqq. pag. 593.*

Sed hæc etiam sine dubitatione non transeunt, quia mors ciuilis regulariter † æquiparatur naturali, vbi mors 56
ciuilis operatur eundem effectum quem mors naturalis, & ex vtraque idem resultat effectus, secundum Glos. *in Clement. ne Romani, §. sanè, vers. moriente, de elect. in 6.* & *in Clement. 2. verb. mori, de elect.* & *in cap si Episcopus, de supplen. neglig. prælat. lib. 6.* & probatur *in d. §. & quid si tantum*, vbi latè Carol. Ruin. *num. 1. cum seqq. pag. 201.* notatur per Felin. *in cap. licet vndique, de elect.* Anton. Peregr. *in tract. de iure fisci, lib. 3. cap. 5. num. 19. pag. 116.* Petrum Barbos. *in l. si cum dotem, in princ. num. 46. & 47. pag. 420. ff. solut. matrim.* Euerard. *loco 55. ab aquipollentibus, pag. 400.* Paris. *in cons. 65. num. 9. lib. 2.* Ias. *in l. ex ea parte, §. insulam, n. 2. fol. 149.* & in aliis libris *fol. 163. ff. de verb. oblig.* latissime Quintil. Mandos. *reg. 30. de verisimili not. quæst. 7. num. 5. cum seqq. fol. 79.* Roland. *in consil. 395. num. 32. lib. 3.* Segura *in l. cohared. §. filiæ, n. 54* vbi additio. *ff. de vulgari*, nouissimè Auend. *in leg. 4. Taur. glos. 4. num. 2. fol. 7.* Glos. Paris. *in additio. ad Alex. consil. 139. lib. 2.* Suar. *alleg. 2. fol. 183. colum. 2.* Molina *lib. 1. de primog. cap. 13. num. 94. fol. 112.* Et est communis opinio, secundum Ioann. Lop. *in rubr. de donat. inter virum & vxorem, col. 423. in vers. ratio huius est*; hodie *§. 71. num. 2. pag. 271.* vbi Barahona *in addit.* Pro quorum sententia est casus notabilis, *in l. si decesserit. ff. qui satisdare cogan.* & *in l. 28. tit. 4. par. 3.* quæ hoc decidit in arbitro, qui Religionem ingreditur. Marc. Cucch. *in tract. de legitima. vers. ex substantia, fol. 73. col. 2. num. 18.* Alex. Trentacinq. *in tract. substitut. par. 4. cap. 6. num. 4. fol. 134.* Alex. *in cons. 1. num. 35. lib. 5.* vbi Glos. Paris. & text. *in d. cap. susceptum, de rescrip.* procedit tantum in literis ad beneficia, quæ sunt strictè interpretanda, & ad vnguem, secundum Dominic. *cons. 52. ante n. 4.* quod confirmat Quint. Mand. *reg. 32. de interpret. benef. vacant. q. 5. n. 4. fol. 104.*

Ex quibus infertur verum esse quoddam dictum Gregor. Lopez *in l. 2. tit. 15. part. 2.* in glos. *Si dexasse*, vbi dicit, quod † dispositio *l. 40 Taurine*, quæ in succes- 57
sione præfert nepotem patruo, procedit etiam vbicunque antecessor factus fuit Monachus: quod ego verissimum puto; & confirmo ex notabili ad propositum doctrina Ægidij à Bellamer. *in cons. 33. Quod si ad personas, col. 1.* vbi vult, quòd si ex fundatione iuris patronatus

patronatus præsentatio ad aliquod beneficium pertineat ad primogenitum, si primogenitus ingrediatur Religionem, non potest præsentari, sed deuoluitur ad secundum, quia primus quoad mundum mortuus est. Et
§ quia vnus est primogenitus naturæ, † alter primogenitus vocatus à iure, secundùm Bald. *in l. eam quam, num. 44. C. de fideicommiss.* & Bellameram citat Rebuf. *in tract. de pacifico possessore, in præfatione, n. 129. pag. 291:* Sed & idem Rebuf. *in l. in vulgari 163. §. si quis in testamento, pag. 772. de verbor. signifi.* scribit, quod si Titius deposuerit centum aureos apud aliquem, volens, vt si quid ei contigerit, vel acciderit, quòd reddantur Ecclesiæ, vel Caio; si Titius fuit ab hostibus captus, vel exilio datus, pecunia non restituetur Titio, nec Ecclesiæ, donec Titius mortuus fuerit: post Baldum, quem
59 citat *in rubri. C. depositi*, & quod pactum lucrandæ dotis in mortis casum collatum † purificetur morte ciuili per ingressum Religionis, probatur *in l. Deo nobis*, vbi Bald. *C. de Episcop. & Cleric.* tradit Mandos. *cons. 61. nu. 10.* vbi *num. 9.* hoc resoluit facta bonorum publicatione propter delictum. ¶ Ad ista conuenit quod scribit Matth. ab Afflict. *decisione 33. numero 13.* vbi tradit, quòd si sit concessa emphyteusis pro aliquo, & descendentibus, non pertinet emphyteusis ad Mona-
60 sterium finita vita Monachi: † nec Monasterium venit *descendentium* appellatione, ex doctrina Antonij *in c. in præsentia, de probat.* & aliis quæ citat.

Et hæc etiam deseruiunt pro declaratione cuiusdam dubij disputati à Tello *in l. 17. Taur. num. 6.* vbi tractat, an dispositio illius textus permittentis patri reuocationem meliorationis † vsque ad mortem, procedat vbi- 61
cumque pater factus fuit Monachus? Sed & Monachus de iure communi succedit ac si Monachus non esset, atque etiam vt suus hæres, nec perdit iura sanguinis secundùm Lapum *alleg. 109.* Abb. *in cap. quia nos, de testam.* & iure sanguinis succedit. *d. Deo nobis, C. de Episcop. & Cleric.* & iure suitatis potitur, secundùm Bart. *in authen. si qua mulier, C. de Sacrosanct. Eccles.* de quibus longius per Tiraquell *in tract. de nobilit. c. 26. n. 8. & seq.* & *in tract.* le mort; *part. 2. declaratione 14. num. 25. pag. 158. & lib. 1. de retract. §. 1. glo. 8. num. 19. pag. 117.*
62 Et potest † Monachus præsentari ad ius patronatus, vt per plura probat Cæsar Lambertin. *in tract. de iure patron. par. 1. lib. 2. 7. q. princip. arti. 11. nu. 11. cum seq. fol. 63.* de quo legendum etiam est quod scribo *supra*. Et quod Monachi possint succedere in maioratibus non
63 † habentibus iurisdictionem, resoluit ex pluribus Matien. *in l. 1. tit. 7. glo. 1. n. 18. fol. 165.*

Tandem in nostra quæstione Anto. Gom. *in d. l. 40. num. 66.* vtitur quadam distinctione, & concludit quod
64 Monachus, † & Monasterium est capax succedendi in maioratu, vbicumque maioratus non consistat in iurisdictione, vel gubernatione, quia si gubernationem requirat, veluti Regnum, Ducatus, aut Marchionatus, aut aliud simile, dicit esse repellendum, & admittendum sequentem in gradu propter illius incapacitatem. Ad quod refert *Bald.* qui in Regno id expressè tenet, *in c. cum magistrum, q. vlt. de elect.* Et ad hanc sententiam plures refert ibi *Ant. Gom.* & idem in regno tenet Gregor. Lop. *in d. l. 2. tit. 15. in glo. in verbo*, Seyendo home para ello, *fol. 47. col. 4. & seq.* quod etiam latè probat Molin. *lib. 1. de primog. c. 13. num. 8. cum seq. num. 110.* & facit quod scribo *supra*, ex Bald. *in d. l. Deo nobis, §. hoc etiam*, & Anto. Gom. & alios refert Cald. Pereir. *in d. tract. de nominatione ad emphyteusim, d. q. 6. num. 14.* & Tiraquel. *in d. glos. 8.* vult, quod Monachi qui habent ius succedendi, retinent ius contractus; licèt statim teneat contrarium, *n. 20.* Et pro vita Monachi conseruatur agnatio, vt per Paris. *cons. 20. nu. 62. lib. 1.* Cephal. *cons. 53. n. 98. lib. 1.*

Et ex istis omnibus resolui videtur iste tertius articulus, quòd Monasterium capax bona in communi, habendi, est etiam † capax pro vita Monachi successionis
65 maioratus non habentis iurisdictionem, & dignitatem annexam: quæ opinio & resolutio multis tormentis quati potest. Et primo contra prædictam opinionem considero, † quod finis, & mens eorum qui faciunt maioratus, in id tendunt, & illud respiciunt quemadmodum successores in maioratibus cum quadam memoria immortalitatis repræsentent pompam, gloriam, nomen, familiam, arma, & cætera omnia, quæ homines naturaliter exoptant absque aliqua temporis interpellatione (quod omnibus quam notissimum est:) sed si Monacho & Monasterio deferantur bona maioratus, etiam si solum modo sit pro vita Monachi, clarum est, quod durante eius vita, memoria gloria, nomen testatoris extinctum est, & menti, & voluntati testatoris maximè contrauenitur; & ingens iniuria interim eidem fit. Potest enim Monachus viuere post adeptum maioratum triginta, vel quadraginta, vel quinquaginta annos, vel alios plures. Et quomodo Monasterium repræsentabit honorem, & pompam institutoris maioratus? qualiter portabit arma? & ad executionem deducet alia grauamina, & vincula, quæ ab institutoribus maioratuum in maioratibus iniunguntur? Certè nullus, qui lumine, & ratione naturali non caret, audebit affirmare, quod omnes testatores, & conditores maioratuum non abhorrebunt tales successiones Monasteriorum in bonis maioratus. Et est verisimile, quod si conditores maioratuum de hoc casu cogitassent, expressè prohibuissent eas successiones Monachorum tàm quam propriæ intentioni, & desiderio conditionibus, & grauaminibus contrarias. Ad quod faciunt plura iura, quæ magni faciunt repræsentationem gloriæ, nominis, autoritatis testatoris, *l. Titio, §. vltim. ff. de aur. & argen. leg. ibi:* Subscriptio nominis mei: *l. Quintus, §. ad autoritatem ff. de ann. legat. l. regula, §. pen. ff. de iur. & fact. ignor. ibi:* Gloriam repræsentet: *l. legatum, de vsufru. ibi:* Conseruandæ memoriæ, *l. cum filius, §. pater, ff. de legat. 2.* ibi: *In honorem nominis mei*, & ideò Decius *in cons. 273.* excludit Hospitale, quia non potest familiam, & memoriam, & nomen conseruare testatoris, quem citat Cephal. *in cons. 196. num. 27. lib. 2.* quod refero *in prima part. quæst. 51.* Sed de iure, ista repræsentationem, & honorem conseruari interest Reipublicæ, vt patet per *Pragmaticam Madriti, anni 1534.* hodie *l. 7. titul. 7. lib. 5. Ordinam.* ibi: *Honra y conseruacion de la nobleza.* Et dignitatis, † & autori- 67
tatis defunctorum etiam post mortem habenda est ratio, *l. si quis sepulchrum, §. sumptus, ibi* Vel dignitate defuncti, *l. & si quis, §. æquum autem accipitur, ibi*, ex dignitate eius qui funeratus est, *ff. de relig. & sumpt. funer.* Certum autem est, vt ad superiora redeam. Quod ea quæ verisimiliter testatores statuissent, si de hoc in- 68
terrogati fuissent, † habentur pro dispositis, iuxta textum celebratissimum *in l. Titius, §. 1. ff. de liber. & posthum.* & aliqua ex prædictis, & alia ad propositum considerauit in ista materia Burlat. *in cons. 199. num. 11. lib. 2.* vbi *num. 28.* adducit fundamentum satis vrgens ad probandum, quod bona maioratus non possunt transire ad Monasterium, scilicet, quod vbicumque est facta prohibitio † de non alienando bona, Monasterium ex- 69
cluditur, secundùm Glos. Bart. & Paul. de Castro *in l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig.* Anchar. *in cons. 420.* Iason. *in authen. ingressi, C. de Sacrosanct. Eccles.* & ibi alios plures citat, sed ego hoc in *Iasone* non inuenio.

Et ego hoc confirmo, quia vbicumque bona sunt prohibita alienari, † non possunt confiscari talia bona, 70
etiam pro vita delinquentis, secundùm Alex. *in cons. 2. num. 12. lib. 1.* quæ conclusio notanda est ad ea quæ scribo *in 4. part. quæst. 23.* & *quæst. 40. à nu. 13.* vbi refertur ista doctrina *Alexandri.*

Certum autem est (vt ad superiora redeam) quod ea quæ verisimiliter testatores statuissent, si de hoc interrogati fuissent, † habentur pro dispositis iuxta tex- 71
tum celebratissimum *in l. Titius, §. 1. ff. de liber. & posth.* per quem DD. inter alia plura dicunt, quod licet casus omissus remaneat in dispositione iuris communis, id fallit, si verisimiliter credatur, quod testator idem dis-

72 poſuiſſet in caſu omiſſo, † quod declarauit in caſu abeo expreſſo: notat eleganter Angel. *in d. §. & quid ſi tantum*, vbi Iaſon, *num.* 24. plura ſcribit, & idem Iaſ. *in l. cum res, num.* 13. *ff. de legat.* 1. Angel. *in §. 1. de legitim. patro. tutel.* Hippol. *in l. ſed ſciendum, num.* 4. *ff. de parricid.* Decius *in conſ.* 18. latiſſimè Tiraq. *in d. l. ſi vnquam, in princip. num.* 56. *cum aliis*, & confirmat Franciſ. Mantic. *in tract. de coniect. ment. defunct. lib.* 3. *tit.* 19. *nu.* 17. *pag.* 101. & trado ſupra *in initio iſtius ſecundæ partis.* Et iſta

73 coniecturata † voluntas teſtatorum eſt ſeruanda, ac ſi expreſſa fuiſſet, *l. licet Imperator ff. de leg.* 1. cum *concordan.* quæ ſcribo *in principio huius* 2. *part.* & tradit Mantic. *in d. loco, num.* 4. & 5. nec refert teſtatorem eam prohibitionem non expreſſiſſe, aut *prædicta.* Et quia id

74 quod ex mente colligitur, † dicitur expreſſum, *l. prætor, in princ. ff. de nou. oper.* notat Barthol. Socin. *in conſ.* 127. *Quoniam in præſenti conſultatione, li.* 3. Deci. *in conſ.* 380. *Viſa longa.* Greg. Lop. *in l.* 6. *tit.* 11. *p.* 6. *in glo.* in verb. *Señaladamente.* Et facit regul. *l. quoniam deſideria, C. de natur. liber.* & dixi latè *in princ. iſtius* 2. *p.* Et ſcimus, quod in conditionibus non tam verba, quàm

75 voluntas † contemplatur. *pater Seuerinam ff. de condit.*

76 *& demonſtrat.* Et in donationibus debemus † primò recurrere ad coniecturandam mentem diſponentis, *ex cum dilecti*, vbi Abb. *n.* 3. *de donat.*

Ex quibus *Dec.* eleginter probat *in d. conſ.* 259. quod vbi ex certiſſimis coniecturis deductis à mente teſta-

77 toris conſtat, quod voluit excludere † Monaſterium, ſubſtituens præfertur monaſterio, quod eſt notabile conſilium in iſta materia, & ſequitur Epiſco. Couar. *d. c.* 19. quod conſilium refert Iacob. Put. *lib.* 1. *deciſ.* 55. *n.* 4. qui ex eo deducit, quod ſi conſtat teſtatorem voluiſſe bona in familia conſeruari; monaſterium excluditur à ſucceſſione, & idem tradunt, ipſe Decius *in conſ.* 419. Pariſ. *in conſ.* 88. *num.* 77. *lib.* 2. Menchac. *de ſucceſſ. creat. §.* 21. *num.* 169. Mant. *de coniect. ment. defun. lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 25. Mandel. *in conſ.* 495. *num.* 2. *& in conſ.* 170. *nu.* 1. Cagnol. *in l.* 2. *q.* 22. *n.* 120. *C. de pact. inter empt. & vendit.* Menoch. *in tract. de præſumpt. lib.* 4. *q.* 83. *nu.* 26. *& num.* 45. Pariſ. *in conſ.* 22. *nu.* 9. *lib.* 3. Aymon. *in conſ.* 152. *num.* 2. Ludouic. *in conſ.* 109. *num.* 14. Vincen. de Fran. *deciſ.* 29. *num.* . Sfortia *in tract. de Compendioſa: part.* 6. *artic. fi.* . Et coniecturæ poſſunt eſſe ſecundùm *Decium* ſi teſtator dicat, *ſi deceſſerit ſine filiis maſculis legitimis, & naturalibus, ac de eorum vero & non pẽto matrimonio, & eorum vero corpore deſcendentibus*: & ſi teſtator dicat, quod *bona remaneant in familia*, & ſequitur D. Anton. de Padilla *in d. l. cum acutiſſimi, num.* 44. &

78 45. *fol.* 151. Et ad prædicta † facit ratio, videri meo, noua & elegans, nam aut Monaſterium vult ſuccedere ex capite Monachi, vel vult ſuccedere ex proprio capite: ſi vult ſuccedere ex capite Monachi, non poteſt, quia eſt incapax ſucceſſionis, & habetur pro mortuo iuxta reſolutiones textuales & vulgares. Si ſuccedere vult ex proprio capite & monaſterij nomine; nullatenus ſuccedere poteſt: cum bona maioratus non poſſint tranſire in monaſterium, cùm natura bonorum maioratus ea ſit, quod pertineat ad ſucceſſores vocatos per diſpoſitionem fundatorum, & legum: quod autem Monachus ex proprio capite ſuccedere non poſſit, probatur *in l. Deo nobis, §. hoc etiam cognitum*, vbi Bart. & Bald. *C. de Epiſcop. & Cleric.* & volunt Felin. *in cap. cum dilecta, num.* 15. *de reſcriptis*, Beroius *in conſ.* 26. *num.* 16. *lib.* 1. Paul. de Caſtr. Capra, Natta, Syluan. & alij quos citat Burſat. *in conſilio ſupra allegato* 63. *num.* 25. *&* 26. *lib.* 1. in quo conſilio multa tractantur de ſucceſſione Monachorum in feudis. Et quod hæreditas non deferatur Monacho, ſed Monaſterio, tradunt poſt alios Epiſcop. Couarr. *in cap. quamvis pactum, de pactis in* 6. *part.* 3. §. 2. *num.* 2. Tellus Fernand. *in l.* 6. *Lauri. num.* 54. Et iſta etiam confirmantur ex ſcriptis *in decre.* 126. *nu.* 11. *cum aliis.*

Et propriùs facit quod ſcribit Angel. *in conſ.* 282. *Inadherentia ſtatuentium, in fin. num.* 5. qui probat, quod ſtatutum excludens fœminas fauore agnationis conſeruandæ, † non admittit perſonam ſui natura, vel ex 79
accidenti inhabilem, vt Religioſum, quem citat, hoc confirmando; Socin. Iun. *conſ.* 158. *num.* 45. *lib.* 2. qui loquitur in excluſione Cardinalis: & idem probat Gratus *in conſ.* 5. *num.* 20. *lib.* 2. qui dicunt in iſtis ſucceſſionibus conſiderandum eſſe, quod admittantur qui poſſunt honorem, & nomen familiæ conſeruare. Et quod vbicumque apparet teſtatorem voluiſſe conſeruare agnationem; ſubſtitutus qui eſt agnatus non debet per Monaſterium excludi, tradunt ex Dec. *in d. conſ.* 259. *num.* 2. Epiſcop. Couar. *lib.* 1. *reſolution. cap.* 19. *num.* 11. Pariſi. *in conſ.* 22. *num.* 9. *lib.* 3. Mantic. *in tract. de coni. ét. men. defun. lib.* 12. *titul.* 7. *num.* 21. *pag.* 446. Et quod hodie ſit magis communis opinio, quod Monaſterium † 80
non excludat ſubſtitutum, profitetur Burſat. *in d. conſ.* 199. *num.* 17. *lib.* 2. quod omnibus clariùs ſuſtentat per varia fundamenta Ioann. Guttierrez *in quæſtionib. Canonic. quæſt.* 32. à *num.* 15. legendus. Et quod in Francia ſubſtituti excludant Monaſteria, tradunt Nicolaus Boerius *deciſ.* 354. *num.* 8. Guillelm. Benedict. *in cap. Raimundus, de teſtam. in verbo & vxorem, num.* 223. Rebuf. *in conſ.* 173. *n.* 11. *&* 12. Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſ. artic.* 28. *n.* 91. *fol.* 266.

Et ex iſtis etiam confirmatur quædam notabilis doctrina Ripæ *in reſpon.* 13. *num.* 16. *&* 17. vbi dicit, quod ſi quis in aliqua vocatione vocet filium ſecundogenitum domus de Claramonte, excluſo primogenito, † 81
non cenſetur vocare filium ſecundogenitum Clericum, in quo non poteſt perpetuari, & conſeruari memoria teſtatoris, ſed ad alium tertiogenitum ius primogenituræ transfertur, per rationes quas ibi adducit: ex qua doctrina confirmantur quæ dicta ſunt: de quo legenda ſunt quæ ſcribo *infra.* Ad quem addo Pariſi. *num.* 100. *& vltim. num.* 10. *cum ſeq. lib.* 2. vbi latè fundat quod ſtatutum factum ob conſeruandam agnationem, non vocat maſculum agnatum inhabilem ad generandos filios legitimos, & in quibus agnatio legitima conſeruari, & perpetuari non poſſit; de quo conſilio ago *infra, quæſt.* 4. *in princ.* ſed idem Pariſius *in conſ.* 22. *nu.* 9. *cum ſeq. lib.* 3. fundat quod à fideicommiſſo facto ea ratione, vt bona remaneant in domo & cala, & vt bona in agnatione honor & dignitas conſeruentur; excludun-
tur Monachi. Et intereſt etiam † Reipublicæ, quòd 82
ſint nobiles & diuites qui eam defendant, *l.* 3. *tit.* 10. *part.* 2. ibi: *Los ricos omes, è caualleros, ſon como ſoldados para guardarla.* Et l. 1. tit. 21. ead. part. ibi: *Los nobles omes que fueron pueſtos para defender la tierra.* Et proœmium eiuſdem tituli, & *l.* 23. *eod. titul.* ibi: *Aſſi como eſcudo y defendimiento.*

Præterea cum teſtatores, & fundatores maioratuum magis communiter excludant Monachos, & Moniales à ſucceſſione maioratuum, licèt in aliquo maioratu talis excluſio, & priuatio deficiat, † debet haberi tanquam ſi appoſita fuiſſet: & iſta tacita excluſio teſtatori præſumitur placuiſſe propter prædicta, & quia omnibus placet, iuxta *cap. prudentiam, de offic. deleg. l. ſi ſeruus plurium, in fine, ibi:* Conſuetudo patris familias, *ff. de leg.* 1. eundem operatur effectum quantum ad hoc, ac ſi expreſſa fuiſſet, & præſumitur obliuione Teſta-
toris, vel Tabellionis omiſſa: *l. vlt. C. de fideiuſſor. cap. cum M. de conſtit. d. certi, l. circa, C. locati*, de quo plura ſcribo *in* 1. *part. huius operis, quæſt.* 48. *& quæſt.* 67. quæ ad hoc lector videat, ſi expedierit. Et pia cauſa non admittitur † contra voluntatem teſtatoris, *l.* 1. *C. de* 84
Sacroſan. Eccleſ. & magis fauetur filiis quam piæ Cauſæ, *c. ſin.* 17. *q.* 4. notat Socin. *in l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr.* ſecundùm Corraſium, quem citat Ripa *in l.* 1. *ff. de vulgar. num.* 19. *fol.* 65. Et filiis † magis fauen-
dum eſt, quam piæ Cauſæ, vt ex pluribus autoritatibus docet Tiraquel. *in l. ſi vnquam, C. de reuocan. donat. in verb. libertis, num.* 90. *pag.* 125. & conducunt ſcripta per eundem, *num.* 89. & confirmat latè Franciſc. Mantic. *de coniect. anco. defun. lib.* 1. *tit.* 7. *n.* 13. *pag.* 494. dicens

86 dicens inter alia, quod fauor filiorum † eſt naturalis fa-
uor, piæ cauſæ eſt ciuilis. Quibus addo *l.* 6. *titul.* 19. *part.* 3. & doctrina Bart. *in l. de die, §.* 1. *num.* 5. *ff. qui ſatisdare cogant.* vbi tradit, quòd ſi ſit contentio inter
87 aliquos, † qualiter fieri debeat contractus, & ſcriptura conuentionalis, quod tunc debent poni omnia quæ ſunt naturalia, & ſubſtantialia contractus, & illa quæ de conſuetudine apponi conſueuerunt; facit text. *in l. & quæ nondum, §. quod dicitur, ibi:* Ad eam quæ quotidiè ſolet inſeri cautionibus, *ff. de pignor. & in l. ſi filia, in princ. ff. famil. erciſcund.* & *in l.* 1. *ff. de vſuris*: bona Glo. *in l. ſi fundus, §.* 3. *in verb. exigat, ff. de leg. commiſ.* & induco notabilem textum *in l. ambiguitates, C. de teſtam.* ibi: *Vel alia prætermiſſa ſit obſeruatio, non ex mente teſtatoris, ſed vitio tabellionis, vel alterius qui teſtamentum ſcribit.*

Ex quibus aliquando in facto inferebam (vt obiter hoc dicam) quod cùm hodie in omnibus contractibus emphyteuticis, recipientes rem in emphyteuſim, & cenſum perpetuum, quod nos vocamus; obligent ſe ad ſoluendam decimam partem pretij, ſi res vendiderint, vel in alium tranſtulerint: quod licet in contractu ali-
88 quo hoc deficiat, ſoluetur † Decima, non Quinquage-
ſima, quæ de iure, ceſſante conſuetudine, ſolui debebat, iuxta *l. vltim. tit.* 8. *par.* 5. & ea quæ notantur *in l. vlt. C. de iure emphyteut.* & *in cap. potuit, de locat.* & in aliis ſimilibus locis. Et iſta illatio confirmatur ex doctrina Gloſ. Pariſi. *in* 2. *part. conſuet. Pariſien. §.* 53. *num.* 10 *fol.* 59. vbi dicit, quod in Regno Franciæ frequentior & receptior vſus laudemiorum in cenſu, eſt ad ratam vnicæ vnciæ pretij, & in caſu venditionis duntaxat. Vnde dicit, quod infertur quod in locis in quibus conſuetudo dicit deberi laudemium, non expreſſa quantitate, debet intelligi ad rationem vnicæ vnciæ, ſeu decima pars pretij, niſi de alia communi obſeruantia, aut modo vtendi, probetur: cum ille ſit vſitatior modus, argum. *cap. ſopitæ, & cap. ſuper eo, de cenſib. & l. illud vſitatiſſimum ff. de excuſation tutor.*

Quæ dicta ſunt confirmantur per doctrinam Acoſtæ *in cap. ſi pater, de teſtam. in* 6. *in verb. ſi abſque liberis, num.* 66. *pag.* 132. vbi determinat, quod ſi in Regno Caſtellæ pater filium meliorauerit in Tertia parte hæ-
reditatis, eúmque rogauerit, vt ſi ſine liberis deceſſe-
rit, eam partem alteri filio reſtituat, & filius melioratus ingrediatur Monaſterium; in talibus bonis ſubſti-
89 tutus ſuccedere debet, † & non Monaſterium: ex doctrina Socini *in d. l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr.* & aliis quæ citat: Et hanc meam opinionem confirmo ex *l.* 2. *tit.* 15. *par.* 2. & *l.* 40. *Taurl.* 5. *titul.* 7. *lib* 5. *Recopil.* quæ iura docent filios maiores, & primogenitos eſſe admittendos ad ſucceſſionem Regnorum, & maio-
ratuum, quæ nec loquuntur, neque per ſomnium cogitauerunt de ſucceſſione Monaſteriorum, neque Monachorum in maioratibus: & verba dictarum legum propriè, & non fictè ſunt intelligenda & naturaliter, & non impropriè, vt *ſupra* dictum eſt; vt probatur *in l. non aliter, ff. de legat.* 3. cum *concordan.* quæ ſcribo *in initio iſtius ſecundæ partis, & in l. ex ea parte, §. inſulam, ff. de verborum oblig.* & *in l. vltim. C. de his qui ven. ætat. impetr.* cùm ſimilibus, quæ ſcribo *part.* 1. *quæſt.* 51. & conducunt etiam ſcripta per Caldam Pereir. *in tractat. de nominatione ad emphyt. quæſt.* 20. *num.* 26. *fol.* 229. Et quod Monachi non ſuccedant in maioratibus Hiſpaniæ, tradit nouiſſimè Ioann. Azorius *in tract. inſtitut. moralium, lib.* 12. *cap.* 8. *pag.* 1499. qui refert Molinam *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 71. Et iſtam ſententiam, quod ratione ſimilitudinis, vt agnationis, & memo-
riæ conſeruentur, excludantur Monachi à maioratuum ſucceſſione, tenet Molina *lib.* 2. *de inſt. & iure, diſputatione* 623. *n.* 5. *pag.* 362. qui plura ſcribit in iſta quæ-
ſtione.

Prædictis etiam patrocinatur, quia cùm teſtatores facientes maioratus, ſemper prohibeant, ne bona vin-
90 culata tranſeant in Monaſteria, vel Eccleſias, † tacitè videntur excludere monachos à ſucceſſione, & poſſeſ-
ſione talium bonorum; & quod vna via prohibetur, † alia non eſt concedendum; *l. vltim. C. ſi mancip. ita fuer. alie.* cum *vulgar.* & vbi talis adſit prohibitio, ea quæ 91
hic tractantur magis procedunt, cum apertiſſimè conſtet de voluntate teſtatoris, quod voluit monachos & monaſteria à ſucceſſione excludere. Et licet negari non poſſit, † prohibitiones expreſſas magis operari quam 92
tacitas, ſecundùm Glo. *in l. cum pater, §. libertis, in gloſ.* 1. & ibi Bart. & alij, *ff. de legat.* 2. de quo Bart. & alij; præcipuè Ripa *num.* 47. *fol.* 127. qui aliquos effectus ponit prohibitionis expreſſæ, *in l. filius familias, §. dixit, ff. de legat.* 1. vbi Loazes *con.* 4. *verſ. & eſt aduertendum.* Et expreſſa voluntas † teſtatoris magis operatur 93
quam tacita; *l. ſi ex pluribus, ff. de ſuis & legit. hæred. l.* 2. *§. vlt. ff. de bon. poſſ. ſecund. tabul.* quæ iura ad hoc notat Aretin. *in l. ſi ita quis, §. ea lege, col.* 4. *verſ. ſicut etiam notandum hic, ff. de verb. oblig.* cum *concordan.* vt per Tiraquel. *de ll. connub. glo.* 7. exprez, *num.* 49. *fol.* 306. vbi *num.* 57. tractat de illa prohibitione ſcripta. Expreſſum tamen dicitur † quod ex multis coniecturis 94
colligitur ſecundùm Bald. *in conſi.* 3. *Factum tale eſt, quidam nomine, Palacius, num.* 2. *lib.* 5. Guillelm. Benedict. *in c. Rainaldus, col.* 144. *verſi. quoad intellectum teſtamenti*, cum *concordan.* vbi poſt Tiraquel. *in d. glo.* 7. *num.* 164. Et expreſſum etiam dicitur, id quod contrahentes † veriſimiliter expreſſiſſent, ſi de caſu cogitaſ- 95
ſent, ſecundùm *Alex.* qui hoc in ſpecie tradit *in conſ.* 46. *num.* 2. *lib.* 1. quod repetitur *in conſ.* 29. *num.* 6. *per d. l. Titius, §.* 1. *ff. de liber. & poſthum.* Et tantum valet voluntas † tacita coniecturata, quantum expreſſa; *l. cum* 96
proponebatur, ff. de legat. 2. *l. inter veſtem, ff. de aur. & argen. leg. l.* 28. *in fine, titul.* 9. *part.* 6. vbi Gregor. Lopez qui refert Curt. Sen. *conſ.* 51. & latè ſcripſi *in princip. iſtius ſecundæ partis.*

Coniecturæ igitur (de quibus *ſupra* egimus) † ſuf- 97
ficiunt ad excluſionem Monachorum, & expreſsè dicuntur excluſi, & ideò admittendi non ſunt ad ſucceſſionem maioratuum, iuxta ea quæ ſcripta ſunt *in 1. articul.* Et vbicumque fideicommiſſum relictum eſt † 98
agnatis, & agitur de conſeruanda agnatione, Monaſterium non admittitur ad fideicommiſſum, vt volunt Aymon. *conſ.* 152. *num.* 2. Pariſi. *in conſ.* 22. *num.* 9. *lib.* 3. Sforcia Oddus *de ſubſtitut. in Compendioſa* 3 *part.* 6 *nu.* 26. *fol.* 164. latiſſimè, & notanter Franc. Mantic. *de coniect. men. defunct. lib.* 8 *titul.* 11. *num.* 25. *cum ſequentibus; pag.* 348. Et iſta confirmantur, quia † Monaſterium non 99
eſt de familia teſtatoris, vt tradit Tiraquel. *lib.* 1. *de retract. §.* 1. *d. glo.* 8. *num.* 20. *pag.* 117. ob quam, & alias rationes Molina *d. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 95. *fol.* 113. eligere videtur ſententiam, quod Monachi non ſuccedant in maioratibus, & expreſſiùs idem Molina *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 13. *fol.* 9. quem citat Caldas Pereira *lib. de nominatione emphyteu. quæſt.* 13. *num.* 59. *fol.* 153. Aluarad. *in lib.* 2. *de coniect. men. defunct. cap.* 3. *num.* 2. facit, quod in monaſterio ſancti Benedicti tenent Regius *in conſ.* 23. *num.* 7. Purpurat. *in conſ.* 557. *num.* 4. *per totum, lib.* 2. & notabile *conſilium* Marci Bruni 23. *num.* 137. ad quos addo Beroium *in quæſt.* 34. decidentem, quod teſtator ex conſeruatione nominis, videtur excludere fœminas, & monachos, quem citat Ioann. Garſia *in tract. de nobilit. glo.* 1. §. 1. *n.* 40. *fol.* 12.

Hac autem opinione habita pro vera, non obſunt doctrina Bart. *in d. §. hæreditatem*, & alia quæ *ſupra* tradita ſunt. Nam tam nouiter quam verè conſidero, quod in fideicommiſſis aliter in hoc eſt iudicandum, † quàm in maioratibus, & vocationibus perpetuis; quia 100
ſi fideicommiſſarius in prædicto caſu non admittitur vſque ad mortem naturalem, & veram hæredis, eſt, quoniam poteſt fideicommiſſarius ipſe prius mori, & ſubſtitutio euaneſcere, iuxta *l. vnicam, §.* 2. *C. de caduc. tollen.* & iſtam rationem inter alios aſſignat Barth. Soci. *in l. cum auus, nu.* 104. *in verſ. probo antecedens. fol.* 187. *ff. de condit. & demonſtrat.* Coſta *in d. §. & quid ſi tantum,*

tum, part. 2. num. 12. pag. 34. quod elegantius omnibus explicat Alex. *cons. 36. num. 3. lib. 3.* Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. casu 165. pag. 326.* & tradit idem Alex. *cons. 36. num. 5. lib. 7.* & plenè, & subtiliter Socin. Iun. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 54. cum seq.* & prius *num. 36. ff. ad Trebell. & in cons. 14. lib. 2.* plenius omnium Menoch. *in cons. 200. nu. 80. cum pluribus seq. lib. 2.* qui quando casus contigerit, legendus est; Parisi. *in cons. 4. num. 5. cum sequentibus, & cons. 5. num. 1. cum sequentibus, & in cons. 7. num. 32. lib. 3.* Et idem est in donationibus simplicibus, quæ quando sunt caducæ in persona primi substituti, circa cæteros fiunt caducæ, vt tradit Alciat. *respon. 99. nu. 21.* ex doctrina Oldradi *co. 177.* Speculator *in titul. de testamen. §. 1. in addition. magn. vers. occurrit hic.*

Ex quorum sententia confirmatur doctrina Ioann. Andr. *in additionad* Speculator. *titul. de instrum. edit. §. nunc aliqua, in verbo, per supersora, in fine,* vbi resoluit, quod si tibi donauero prædium, vt post mortem tuam deueniat ad Petrum, si Petrus prius donatario de-
101 cedat, † prædium non pertinet ad hæredes Petri; quem sequitur Gregor. Lop. *in l. 7. titul. 4 part. 5. in glos. pen.* In quo tamen contrarium tenent Ioan. de Laudan. *in cons. 224. num. 28.* Abbas *in cons. 85. num. 2. & 3. lib. 1.* Paul. de Castro *in cons. 164. num. 7. lib. 1.* & alij quos citat & sequitur Costa *de maior. bonor. Reg. Coronæ, part. 1. num. 7. pag. 392.* de quo legenda sunt quæ scribo *infra, hac 2. par. quæst. 9.* & notabilis in ista materia doctrina Alex. *in cons. 2 num. 19. vers. non obstat quod vltimo dicebatur, lib. 1.* vbi vult, quod si gratuatus sub conditione, *si sine liberis decesserit,* Presbyter factus est;
102 † extinguitur fideicommissum, si fideicommissarius prior decesserit; & idem volunt Carol. Ruin. *in cons. 85. num. 4. lib. 2.* Mant. *de coniect. men. defun. lib. 11. tit. 7. nu. 23. pag. 497.* & tradit notabiliter Alex. *in cons. 14. num. 14. lib. 1.* vbi ponit regulam, quod si persona per fideicommissum vocata, decedat ante; rimò vocatam, deficit fideicommissum, per *hæres meus, ff. de condit. & demonstr.* & *l. si cum hæres, ff. quando dies legat.* & tradunt Nicol. Boerius *decis. 354. num. 12.* Castillo *in tract. de vsufructu. c. 8. num 39. fol. 72.* & materiam latius tractant Gregor. Lop. *in l. 34. titu. 9. part. 6. in glo.* in verb. *El su heredero*, Episcop. Couarr. *in c. Raynaldus, §. 1. num. 4. fol. 135.* Mantic. *de coniect. ment. lib. 1. tit. 14. num. 2. pag. 11. & lib. 4. tit. 11. num. 7. & 8. pag. 54. 74. & 75. & lib. 6. titul. 1. num. 4. pag. 111. & lib. 10. tit. 3. num. 1. pag. 226. & art. 5. pag. 63. & lib. 7. tit. 6. n. 10. & 11. q. 3. pag. 111.* Pereg. *in tract. de fideicommissar. 9. fol. 77. & art. 15. num. 39. fol. 135. & art. 48. num. 78. fol. 440.* Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 40. num. 17. & præsumpt. 86. num. 19. & præsumpt. 39. nu. 83. & præsumpt. 14. num. 4. & præsumpt. 61. num. 2. & præsumpt. 158. & 159.* Simon de Pretis *de interpretat. defun. volun. lib. 13. interp. 1. dubit. 1. solut. 3. num. 4. fol. 205.* Et
103 quod fideicommissum conditionale † non transmittatur etiam ad filios hæredes, voluit Gloss. *in l. vnic. C. de his qui ante apert. tabel.* & volunt Paul. de Castr. Alex. Ripa, Ifson, & alij *in l. cum filiofamilias, ff. de legat. 1.* Carol. Ruin. *cons. 181. in princ.* & *in cons. 183. lib. 2.* Paris. *in cons. 32. num. 37. lib. 1.* Cephal. *cons. 32. num. 3. lib.*
104 1. qui communem dicunt contra † Glo. *in l. a cui, ff. de action. & oblig.* & alij, quos citat Roland. *in cons. 46. nu. 5. lib. 3. & in cons. 97. num. 16. lib. 4.* ad quod addo Ias. *in cons. 203. in fine, lib. 2.*

105 In bonis autem † maioratus ista ratio cessat, quia licet vocatus post Monachum ante eum decedat, substitutio facta in maioratu non remanet acducta, sed bona maioratus ad alios vocatos deferuntur, vt plenè trado *infra, hac parte q. 11.* Et pro hoc facit, quia licet sit iuris regula, quod relictum in vltima voluntate sub conditione, siue institutio sit vniuersalis, siue legatum,
106 † siue fideicommissum, non transmittitur ad hæredes, si honoratus pendente conditione decesserit, *d. l. vnica, §. sin autem sub conditione; l. si ex pluribus, vers. alia causa: ff. de suis & legitim. hæred. l. rationes, in fine, ff. de acquiren. hæred.* cum *concordan.* vt per Anton. Gabr. *lib. 4. commun. opinion. tit. de hæredib. instituen. conclus. 2. num. 1. cum aliis pag. 233.* Simon de Pret. *de interpretan. defunct. volunt. interpretation. 1. dubit. 1. solut. 1. nu. 14. fol. 180.* & plures citat Ifson *in cons. 124. num. 1. lib. 4.* Ista regula fallit quando testator voluit prouidere conseruationi agnationis secundùm Curti. Sen. *cons. 76.* Deci. *cons. 624.* & alios plures, quos citat Gabr. *in loco citato, num. 23.* vbi alia reperiuntur ad propositum istius conclusionis: ad quem addo Aymon. *cons. 204. num. 3. & 4. & cons. 310. num. 5.* Et cum ratio sit diuersa inter simplex fideicommissum, † & maioratum perpetuum, 107
diuersum ius seruari debet. Nec iustè aduocatur sententia *Bart.* & aliorum quoad decisionem istius nostræ quæstionis. Et bona fideicommissorum, de quibus Iurisconsulti, & nostri DD. sæpè loquuntur, longè distant in vocationibus, conditionibus, grauaminibus, vinculis, & aliis plerisque bonis, à bonis maioratus (vt patet ad sensum) & in alio proposito rectè animaduertit Peral. *in l. 3. §. qui fideicommissam, num. 39. pag. 159. ff. de hæred. instituen.* & latius trado *infra, quæst. 6.*

Nec obstat doctrina *Abba.* & aliorum *in d. c. in præsentia, de probation.* volentium (vt supra dixi) quod Monasterium excludat substitutum. Quia multi Doctores, † & magnæ autoritatis contrarium tenent, inter 108
quos sunt Hostiens. & Ioan. Andr. *in c. Raynaldus, de testam.* & alij plures quos citat Mantic. *d. lib. 11. & tit. 7. num. 10. vers. verum ego, pag. 496.* Et ista consideratio confirmatur notanter, quia vbi fideicommissum est purum, † moriente fideicommissario ante restitutionem 109
fideicommissi, imò ante aditionem hæreditatis, transmittit ius illud fideicommissi ad proprios hæredes, secundum Bart. & DD. *in d. l. cum filiofamilias, ff. de leg. 1.* per tex. *in l. vnic. §. in nouissimo, & §. cum igitur, C. de caduc. toll.* tradit Curt. Iun. *in cons. 92. num. 6. lib. 1.* Cephal. *in cons. 114. num. 1. lib. 1.* Et ista est communis opinio secundùm Ias. *in ead. l. cum filio, num. 118.* & ibi Rip. *col. vlt.* post Alex. & alios quos citat Episco. Couar. *in c. Raynaldus, §. 1. n. 3. fol. 135. de testam.* & etiam conueniunt quæ de successione bonorum emphyteuticorum, an Ecclesia, vel monasterium possit in illis succedere? tracto *supra, p. 1. q. 73.*

Prædictis omnibus etiam conuenit, quod ex generali Galliæ consuetudine Monachi, & Religiosi cuiuscunque Ordinis fuerint, † non succedunt ab intestato 110
propriis parentibus; prout referunt Masuer. *in sua praxi, tit. de successionib. fol. 83. col. 3. vers. item per consuetudinem,* Nicol. Boer. *decis. 354. num. 8.* Tiraq. *in tract.* le mort: *p. 2. declarat. 14. num. 9.* quod in simili materia tradunt Neuiza. *in Silua nuptial. in fi. num. 47.* Plaça *de delictis, lib. 1. c. 19. num. 23.* Cald. Pereï. *de nominat. ad emphyt. q. num. 43. fol. 70.* Et quando dicatur pia Causa? † lector omnino legat, quæ eleganter tradit Zan- 111
ch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, p. 8. num. 266. pag. 265. ff. ad Trebell.* Curt. Iun. *cons. 33. num. 9. & cons. 35. num. 7.* Et licèt in dubio sit amplectenda sententia, quæ pro Religione facit, *l. sunt personæ, ff. de religios. & sumpt. fun. Iunia Petronia, ff. de manu. c. vlt. de re iudic.* In ambiguo etiam accipienda est sententia, quæ voluntati, & menti testatoris est magis proxima, *arg. l. si seruus plurium, §. vlt.* cum concordan. *l. quoties idem sermo, ibi,* quæ rei gerendæ aptior est, *ff. de reg. iur.* & in substitutionibus non † fauetur piæ Causæ, *c. 1. de testamen. in* 112
6. volunt Paul. de Castr. *in cons. 136. Dubitatio vertitur, col. 3. & 4 lib.* Aret. *in cons. 53.* Dec. *in cons. 159. & 273. & 391.* quos & alios citat Parisius *in cons. 86. num. 74. cum seq. lib. 2.* Et regula *dict. l. sunt personæ,* non procedit in interesse pecuniario, vt nouiter existimauit Gloss. Parisien. *in consuetud. Parisien. part. 1. §. 22. num. 130. fol.*
202. † Quod tamen mihi videtur contra mentem omnium iurium, quæ Ecclesiis meritissimè fauent; quarum pars semper in dubio est adiuuanda: de quo legendum

dum est quod scribo *infra*, & quæ notanter scribit Menoch. *in d. tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. num. 134. fol. 339.* vbi resoluit, quando Ecclesiis sit fauendum contra filios? Caldas Pereira *in tract. de nominatione ad emphyteu. quæst. 7. numero 43, folio 70.* Cephal. *in cons. 43. numero 18. libro 1.* & Religionis fauore mens testatoris est latè interpretanda, vt tradit Angel. Matthæacius *in tract. de fideicommiss. lib. 4. quæst. 21. numero 2.* quibus est iungenda celebris doctrina Baid. *in l. si quis sub conditione, ff. de hæred. instit.* vbi
114 tradit, quòd † conditio posita in institutione, non censetur repetita in substitutione directa: quam doctrinam exponit Mantic. *de coniectur. mente, lib. 10. tit. 6. n. 2. fol. 232.*

115 Et quæ dicta sunt magis sibi locum † vendicant vbicumque pater, vel mater, facientes maioratum, vel meliorationem, habebant eo tempore quo maioratum, vel meliorationem fecerunt, filium Monachum, vel Monialem, eos non vocauerunt: nam tunc magis credendum est quod voluerunt excludere monasterium vt probatur ex doctrina Romani *in cons. 370.* Paul. de Castro *in l. cum acutissimi, C. de fideicommiss.* Socin. *in d. l. cum auus, n. 35. ff. de condition. & demonstrat.* Deci. *in l. generaliter, §. autem, num. 11. C. de institution. & substit.* & aliorum quos citant Tiraquel. *in l. si vnquam, C. de reuocan. donation. in verbo, filius, num.* 18. Acosta *in cap. si pater, de testamen. in 6. in verb. si absque liberis, num. 9. pag. 116.* pro qua sententia faciunt quæ scribo *hac part. quæst. 6.* Et vbicumque testator vocat filios mulieris legitimæ, quia tunc magis excluditur monasterium, vt in alio proposito animaduertit Gregorius Lop. *l. 8. tit. 4. part. 5.* in verbo, *De su muger legitima.*

116 Et procedunt † etiam prædicta maiori cum ratione, & fundamento, vbi lis sit, in possessione, & non in proprietate, quia cum sit necessaria maior indagatio, & requiratur plena examinatio, an monasterium & monachus sit capax istius successionis? resecuatio est facienda ad iudicium proprietatis, ex his quæ scribit Decius *in cons. 467. num. 12.* & plenius trado *in 3. part. quæst. 15. per totam quæstionem*; licet, vt ibi, & in aliis locis: animaduerto, iudicium possessionis in ista ma-
117 teria habeat admistam causam proprietatis: † Et fortius prædicta procedunt, vbicumque substitutus est ex liberis testatoris, quia magis excluditur monasterium; secundùm Bald. *in authen. nisi rogati, C. ad Trebel.* & alios quos citant Nicolaus Boerius *decis. 354. numero 7.* Alex. Trentacinq. *in tract. substitution. part. 1. cap. 7. nu.* 18. Menchac. *de succes. progres. §. 20. nu. 41. lib. 3.* quos citat nouissimè Anton. Thesaur. *decis. Pedem. 163. nu. 3.* Tandem est verior, & communior sententia, quod substituti excludunt monasterium, vt latè tradit Olasch. *decis. Pedem. 127. n. 1. cum seq.*

125 *Clericus qui non potest habere feudum, an possit illud retinere.*
126 *Possessio, vel quasi possessio continuata per homines alicuius ciuitatis, etiam absque illius mandato, an ciuitati prosit.*
127 *Facilius quid conseruatur; quam de nouo acquiritur.*
128 *Statutum excludens fœminas dotatas ob masculos fratres; an procedat quando tractatur de exclusione iam facta continuanda.*
129 *Statutum prohibens alienationem, & nouam acquisitionem, an impediat retentionem.*
130 *Decurio non prohibetur redire ciuitatis retinere.*
131 *Rex quando ob amentiam sit successionis incapax.*
132 *Cæcus retinere potest iurisdictionem iam cœptam, sed ad nouam aspirare non potest.*
133 *Regularis qui non potest beneficium obtinere illud retinere potest, &* nu. 137.
134 *Plus est aliquid de nouo creare, quàm exequi iam præactum.*
135 *Infertur intellectus ad* l. 40. Tauri, & nu. 136.
138 *In casibus in quibus monasteria possunt habere bona maioratus, an transeat in monasteria bonorum possessio.*
140 *Pater si faciat meliorationem Tertij in filium de bonis præsentibus & futuris & eius nomine propossessore constituat, an possit reuocari melioratio quoad futura? sententia affirmans.* num. 140. *Negans tamen,* num. 141.
142 *Clerici an succedant in maioratibus,* & num. 152. & 159.
143 *Familiæ dignitas conseruatur in Clericis.*
144 *Statutum excludens fœminam dotatam extantibus masculis, an procedat si agnatus sit Clericus,* & num. 145. 156. & 166. *Quid si sit Religiosus,* nu. 153.
145 *Clericus est feudi capax si seruire potest. Quæ si feudum sit dignitatis?* num. 148.
146 *In eadem persona concurrunt Comitatus, & Episcopatus. Quid in Ducatu?* nu. 149.
147 *Clericus beneficiatus in Ecclesiastica dignitate constitutus bona patrimonialia retinet.*
150 *Priuilegium datum monasterio, an extendatur ad Clericos seculares.*
151 *Princeps an possit inuestire Clericum in præiudicium agnatorum.*
155 *Bona emphyteutica qualiter in monasterium transire possint.*
157 *An possit quis excludere Clericum à meliorationc Tertij & Quinti bonorum.*
160 *Consuetudo Hispaniæ circa successionem Clericorum in maioratibus.*
161 *Mos prouinciæ obseruandus est.*
162 *Impotentes an possint habere maioratus,* & numer. 163.
164 *Qui dat maioratum, prohibere potest ne Clerici Monachi, & mente capti in eo succedant.*
165 *Ratio statutorum repellentium fœminas ob masculos, est propter familiæ conseruationem.*
167 *Cardinales an succedant in bonis feudalibus.*
168 *Si extingueretur familia testatoris propter Clericos successionem, est repellendus.*
169 *Fœmina ex masculis descendens non admittitur, vbi ratio conseruandæ agnationis habita est.*
170 *Qualiter colligatur, Clericum ad primogenituram non admittendum, remissiuè.*
171 *Ob Clericatum primogeniti, filius secundogenitus,* primogenitus *dicitur.*
172 *Conditio, Si decesserit sine filiis, ad eos non refertur, qui liberos habere non possunt.*
173 *Clerici qualiter excludant substitutum.*

SVMMARIVM.

118 *Proximior quis dicatur ad succedendum Monacho, tempore prof. ssionis, an mortis?* & numero 119.
120 *Quis dicatur proximior ad succedendum alicui captiuo.*
121 *Facta melioratione tertiæ partis bonorum, cum grauamine, vt quis restituat alij filio, si sine liberis decedat, si filius melioratus Monasterium ingrediatur, potior est causa substituti.*
122 *Patronus alicuius Capellaniæ, si intret Monasterium capax bonorum, an possit in monasterium ius patronatus renunciare.*
123 *Et an Monasterium admittatur ad retractum pro Monacho.* num. 123.
124 *Notabilis distinctio in quæstione, de qua suprà à* num. 37. *Et an volens ingredi monasterium, possit ante ingressum renunciare maioratum,* & num. 139.

174 *Fratres S. Iacobi, Calatraua, & Alcantara, qualiter succedant in maioratibus.*
175 *An imputentur filio in legitima, expensa factæ ad obtinendam militiam Hierosolymitanam, & in vestibus, & aliis similibus rebus.*
176 *Regnum non transit ad Monasterium, Monachum, vel Canonicum regularem.* nu. 176.
177 *Pater vtrum habeat vsumfructum in bonis filij, qui Commendam habet.*
178 *Commendataria an possint facere maioratum de fructibus Commendæ.*
179 *Clerici præsumuntur excluſi à maioratibus, vbicumque conditores maioratuum filios habebant Clericos, & illos non vocauerunt. Quid si Clericus vocetur, & ex vlterioribus clauſulis conſtet de voluntate teſtatoris, voluiſſe Clericos excludere.* nu. 181. *Quid ſi conditor maioratus ſit Clericus,* numero 183.
180 *Voluntas ex non facto an declaretur.*
182 *Conceſſionis cauſa ceſſante, ceſſat conceſſio.*
184 *Maioratus, vel melioratio facta in contractu, qualiter diſtet à maioratu, vel melioratione facta in vltima voluntate.*
185 *In contractibus an habeatur Monaſterium loco filij.*
187 *Conditor maioratus ſi expreſsè cauit, quòd Clericus non ſuccedat, & poſſeſſor poſt aliquot annos ab adita poſſeſſione ordinem Clericalem aſſumat, an ei auferatur poſſeſſio,* & num. 188.
189 *In ſubſtitutionibus ſufficit adeſſe qualitatem in tempore quo diſpoſitio ſubſtitutionis ſumit effectum.*
190 *Quando requiratur quòd qualitas duret.*
191 *Comes factus Epiſcopus an poſſit retinere Comitatum.*
192 *Filius grauatus reſtituere hæreditatem ſi efficiatur Presbyter, ſi ſine filiis decedat, nullo habitu Clericali ſuſcepto, an ſubſtitutus admittatur.*
193 *Filius primogenitus monaſterium ingrediens viuente patre, an poſſit primogenium vendicare mortuo patre intra annum probationis egrediens.*
194 *Monacho an poſſit relinqui fideicommiſſum pro vita ſua.*
195 *Monaſterium an admittatur ex perſona Monachi ad retractum.*
196 *Bona alienari prohibita an tranſeant in Monaſterium ex dedicatione expreſſa, vel tacita.*
197 *Emphyteuſis an tranſeat ad monaſterium titulo vniuerſali.*
198 *Grauatus dotare puellas, an poſſit dotare in monaſterio.*
199 *Fœmina an excludat Monachum fratrem.*
200 *Statutum excludens fœminas extantibus maſculis, an comprehendat Moniales.*
201 *An poſſit quis ſuſcipere habitum tempore mortis in præiudicium ſubſtituti.*
202 *Cardinalis, & Epiſcopus, an poſſint ſuccedere in feudo.*
203 *Frater minor, ſi poſt mortem parentis tranſferatur ad Ordinem capacem, an poſſit obtinere hæreditatem, emphyteuſim, aut maioratum.*
204 *In ſubſtitutionibus non eſt fauendum piæ Cauſæ, nec monaſterijs; nec ſubſtitutio contra regulas iuris debet extendi.*
205 *Quæ in hac quæſtione ſcripta ſunt, an procedant in Canonicis regularibus, remiſſiuè.*
206 *Vaſſallus cum Religionem ingreditur, ad quem deuoluatur feudum.*
207 *Siquis hæredem inſtituat eum, quem Monachum eſſe ignorabat, an valeat inſtitutio.*
208 *Monaſterium an retineat iura ſuitatis.*
209 *Eremitæ, Ieſuitæ, Fratres, & Sorores tertij Ordinis S. Claræ, gaudeant priuilegijs monachorum.*

SVpposita itaque contrariæ opinionis veritate, ex ea infertur, proximiorem † ad ſuccedendum in maioratu eſſe illum, qui proximus Monacho reperitur eo tempore, quo monaſterium ingreditur; & non illum qui proximior reperitur tempore mortis talis monachi: quod ſi contrariam opinionem tenere lector velit, proximitas aliter iudicabitur, ſcilicet mortis tempore monachi: & eſt animaduertendum, quod iſta proximitas † non eſt conſideranda in tempore illo, in quo Monachus ingreditur: ſed in quo profeſſionem facit: puta ante profeſſionem non dicitur monachus; vt tenet Bart. *in dict. authen. ſi qua mulier, num.* 20. & *in l. nulli*: per illum text. *C. ne ſanctum baptiſma iteretur*; & probatur *in c. religioſus, de ſent. excommunic. in* 6. notat Decius *in dict. c. præſentia, num.* 73. de quo plura notabilia tradit *Tiraquel.* quem lector ad hoc omnino legat, *lib.* 1. *de retract.* §. 1. *glo.* 8 *num.* 21. *cum ſequentib.* Marc. Anton. Cucch. *in inſtitution. catholic. lib.* 3. *de regularib. tit.* 1. *n.* 79. *pag.* 244. *col.* 2. Menoch. *dict. præſump.* 83. *num.* 74. *fol.* 146. eleganter Auguſt. Beroi. *in conſil.* 28. *num.* 3. *vol.* 1. Paul. de Caſtr *in conſil.* 211. *lib.* 2. Iulius Clarus *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 28. *num.* 6. Riminal. *conſil.* 477. *num.* 8. Petr. Surdus *deciſ.* 303. *num.* 3. & in Ieſuitis ſeu Theatinis tradit Ioſeph. Ludouic. *deciſ.* 71. *n.* 16. & punctum etiam tractat Rebuf. *in praxi beneficiali, ti. de diſpenſatione facta cum Regularibus, num.* 23. *pag.* 422. & *conſil.* 2. & legi debet Bart. *in l.* 1. *num.* 3. *ff. de pœnis*; qui contradicit doctrinæ Philippi Franchi *in dict. cap. Religioſus*, §. 1. Et hic addenda ſunt quæ ſcribo *in hac ſecunda parte, quæſt.* 9. Et quis dicatur proximior ad ſuccedendum † in maioratu aliqui captiuo, an ille qui eſt proximior tempore captiuitatis, vel ille qui reperitur proximus tempore mortis captiui? tradit & reſoluit Gregor. Lop. *in l.* 8. *tit.* 29. *gloſſ. in verb.* Heredar, *part.* 2.

Secundò infertur veram eſſe quandam doctrinam Coſtæ *in d. verbo, Si abſque liberis, numero* 68. *pagina* 162. vbi dicit, quod ſi in hoc † Caſtellæ Regno pater filium melioranit in tertia parte hæreditatis, & eum rogauit, quod eam partem alij filio reſtituit, ſi ſine liberis deceſſerit, & filius melioratus ingrediatur monaſterium, in his bonis quæ conſtituunt filiorum legitimam, potior eſt cauſa filij ſubſtituti, quam Monaſterij.

Tertiò ex prædictis diffiniri poteſt quæſtio, de qua alias conſilium præbui, ſi Monachus eſt patronus alicuius Capellaniæ, & intret in monaſterium capax bonorum, † an poſſit renuntiare ius patronatus in monaſterium? Et ex prædictis videtur talem renunciationem, & donationem validam fore, ex tex. *in c. illud, & c. ex inſinuatione, de iur. patronat.* & per ea quæ ſcribit Lamber. *in tract. de iur. patro. libro* 1. *p.* 2. *articul.* 2. *q. principali, folio* 133. *col.* 4. & per *c.* 1. *de iur. patro. libro* 6. & idem Lamber. *libro* 2. *p.* 1. *articul.* 10. 7. *q. princ. numero* 1. *cum ſequentib. folio* 63. *col.* 1. Qua in re ante omnia eſt conſideranda fundatio iuris patronatus; & an vocati ſint conſanguinei, & de parente a, ſecundum ea quæ ſcribo *infra, in* 3. *p. quæſt.* 18. & 4. *p. in initio*, à *numero* 39. Et iſtis conſideratis diffiniri poteſt, an monaſterium poſſit habere ius patronatus pro vita Monachi, vel perpetuo? & an monaſterium admittatur ad retractum pro Monacho? reſoluit Cifuent. *in l.* 70. *Tauri, q.* 15. & ibi Couarr. Gom. *num.* 10. ad quæ addo, quod ius adeundi potius acquiritur Monacho, quam monaſterio ſecundum opinionem Legiſtarum, quamvis Canoniſtæ contradicant, vt tradit Cagnol. *in l. inuito* 70. *num.* 15. *fol.* 153. *ff. de reg. iur.* de quo legenda ſunt quæ ſcribunt Suar. *in l.* 9. *tit.* De los pleytos, *lib.* 3. *fori, nu.* 25. vbi D. Valdes *pag.* 62. refert Epiſco. Couar. *lib.* 1. *reſolution. c.* 19.

Poteſt tamen in iſta laborioſa quæſtione principali quædam adhiberi diſtinctio, † quòd ſi quis poſtquam iam ſucceſſit in bonis maioratus, monachus factus ſit, proprietas bonorũ maioratus à monaſterio nõ auferatur. Si autem tempore quo monacho ius ſuccedendi competere

tere poterat, iam erat monachus; repellatur à tali ſucceſſione: ad quam diſtinctionem facit regula *l. per vſucapionem, C. de vſur. ſe iuus, C. de pact.* & *ſupra citata l. vlt. C. de acquir. poſſ. l. arboribus*, §. *non ſolum, ff. de vſufruct.* & quod ſcribunt Abbas *in c. cum veniſſet, col.* 2. *de reſtit. ſpoliat.* quem citat Iaſon, *in l. generaliter, num.* 4. *ff. de acquir. poſſ. l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. l. plurium*, §. & *ſi placeat ff. de verb. oblig. l. in ambiguis*, §. *non eſt nouum, ff. de regul. iur.* vbi latè *Decius.*

Hinc eſt, quod mulier, licet contrahere non poſſit ſine licentia propinquorum; poterit, nihilominus refutare donationem ſibi factam antea quam ei acquiratur, ſecundum Imol. *in conſil.* 74. *In caſu præmiſſo*: confirmat Peralta *in l. Titia cum teſtamento*, §. *ea conditione, num.* 3. *pag.* 426. *ff. de leg.* 2. ſed & Cephal. magis in terminis *in conſil.* 1. *num.* 73. reſoluit, quod Clericus
125 qui alias non poſſit habere feudum, † illud tamen poteſt retinere: Et licet furioſus non poſſit de nouo acquirere poſſeſſionem; poteſt tamen retinere poſſeſſionem quam antea habebat, vt per Auguſtin. Beroium *in conſil.* 56. *num.* 16. *lib.* 2. Ioſeph. Ludouic. *deciſ.* 1. *in fine*: pro quibus eſt textus *in l. ſi iudex, ff. de iudiciis*. Et conducit doctrina *Bart. & Paul.* quæ quotidie in iudiciis † racticatur, *in l. ſicut*, §. 1. *ff. quod cuiuſque vniuerſ.*
126 *nom.* vbi volunt, quòd poſſeſſio, vel quaſi poſſeſſio † continuata per homines alicuius Ciuitatis, etiam abſque mandato Ciuitatis prodeſt ipſi Ciuitati: & licet non ſufficiat ad acquirendum ipſi Ciuitatis: prodeſt ad retinendum: notat & confirmat Ripa *reſponſ.* 144. *num.* 4. de quo videat lector eleganter Cæpol. *in tract. de ſeruit. in rubr. de ſeruit. iuris paſcendi, num.* 26. *pag.* 349. Balb. *in tract. præſcript.* 4. *part. quæſt.* 3. *pag.* 292. Rebuf *in cap. cum Eccleſia Sutrina, pag.* 141. *de cauſa poſſeſ. & proprier.* de quo legenda ſunt quæ ſcribo *part.* 3. *quæ-*
127 *ſtione* 6. & vniuerſum ius facilius † conſeruatur quam de nouo acquiritur: vt traditur per plura iura & DD. quos refert Tiraquel. *in l. boues*, §. *hoc ſermone, limitat.* 1. *numero* 38. *cum aliis, pagina* 144. *ff. de verb. ſignificat.* Et vtria ſingularia ſcribit Aymon. *in conſil.* 292. *numero* 2. & 148. *numero* 2. Rebuf. *in cap. poſtulaſtis, de clerico excommunicato, numero* 47. *pag.* 488.

Ex quo inquit in noſtra materia Socinus Iun. *in conſil.* 1. *num.* 19. *cum aliis, lib.* 1. quod Statutum ex-
128 cludens fœminas dotatas ob maſculos † fratres, non procedit quando tractatur de excluſione iam facta continuanda; nec vt acquirant de nouo, ſed iam patri acquiſita retineant: ad quod etiam referi Benedict. Capra *in conſil.* 19. *col. vltim.* dicentem quod licet quædam filiæ prohiberentur petere legitimam, non tamen retinere: & ſtatutum quod prohibet alienationem, &
9 nouam acquiſitionem; † non videtur impedire retentionem, ſecundum Decium *in conſil.* 100. *num.* 10. & *in conſil.* 398. *num.* 4. Iacob. Pute. *deciſ.* 392. *num.* 2. *lib.* 2. Et licet Decurio prohibeatur redditus Ciuitatis conduc-
10 cere, non † tamen prohibetur retinere; *l. Decurio, ff. de Decurionib.* tradit Auend. *part.* 2. *de exequen. mand. c.* 12. *num.* 13. *fol.* 108. Et ſunt notabiles etiam leges pro hac diſtinctione *in l. ſi qui animo*; & *in l. poſſeſſionem, in fin. lib. verbis*, & *l. mauvis, in princ.* & §. *infans. ff. de acquir. poſſ.* & eſt ad hoc notabilis doctrina Angeli & Alex. *num.* 18. *in l. precibus, C. de impuber. & aliis*, & aliorum quos refert Deci. *in conſil.* 298. *num.* 4. Et adduco etiam bonum textum *in c. grandi, de ſupplen. neglig. Prælat. lib.* 6. vbi ſecundum omnes probatur, quod ſi Rex, poſt quam Regnum habuit, efficiatur furio-
131 ſus, † adhuc Rex manet, & eidem dandus eſt curator. Si autem à principio eſt furioſus ante Regnum adeptum, eſt incapax ſucceſſionis, vbi hoc tradunt Ioan. Andr. Archidiac. Dominic. Ancharr. & Franciſ. Bald. *in c. 1. de ſucceſſ. feud.* & omnes *in c. 1. an mutus, aut Surdus*, ad quod alios concordan. referunt, Anton. Gomez *in dict. l. 40. num.* 69. & Tiraquel. qui alia ſimilia ad noſtrum propoſitum adducit *in tractat. de primogenit. quæſt.* 23. *num.* 2. *cum aliis, pag.* 209. Et cæcus retinere poteſt iuriſdictionem iam cœptam, † & ad nouam ai- 132
pirare non poteſt: *l.* 1. §. *quamvis, ff. de poſtulan.* Gloſſa, iuncto textu *in l. infamia, C. de Decurion. lib.* 10. tradit Bart. *in l. cæcus, ff. de iudiciis*; Bald. *in l. quoties, C. de ſuis & legitim. hæred.* Latiùs Vantius *in tract. de nullit. tit. de nullit. ex defectu iuris, dict. num.* 42. *pag.* 369: vbi addit; quod mutus ſeudum paternum retinere poteſt, *c. mutus*; *An mutus vel ſurdus*, vbi lege Andr. de Iſern: *num.* 3. & *ibi* Nardum additionatorem, *fol.* 187. & ad Vantium addo Matiençum *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopil. gloſ* 1. *num.* 21. *fol.* 165. Nicolaum Boerium *deciſ.* 204. *num.* 33. & text. *in dict. c. grandi*; ponderat Nicol. Boer. *in conſuetud. Biturienſib. rubr.* les Couſtumes de Tours, *pag.* 162. *col.* 1. Regularis qui † non poteſt ob- 133
tinere beneficium, poteſt illud retinere, *Deciſio* Rotæ *in antiquis* 114. notat Staphile. *de literis gratiæ, in verb. Vacatio* 4. *beneficij, num.* 7. *pag.* 136. facit etiam *l. diſcretis, C. qui teſtam. fac. poſſ. l.* 13. *tit.* 1. *par.* 9. in verſ. *O troſi dezimos, que el mudo.* Et plus † eſt aliquid de nouo 134
creare, quam exequi iam productum, ſecundum Bal. *in authen. & qui iurat*: *num.* 71. *C. de bon. author. iudic. poſſ. ſiden.*

Et iſta omnia, maximè quæ diximus *in numero præcedenti*, notanda ſunt † pro intellectu *d. l.* 40. licèt in 135
contrarium faciat *c. qui clericus, ſi de feud. fuer. controu.* qui probat, quòd ſi habens feudum, efficiatur Clericus, amittit feudum etiam iam acquiſitum? vbi hoc notat Matthæus Afflict. & habetur *in c.* 1. *in fin. de benefic. fœm.* latè Curti: Sen. *in conſ.* 62. *n.* 1. tradit Cald. Perei. *in l. ſi curatorem habens. C. de in integr. reſtitut. minor. in verbo, minoribus, num.* 32. *fol.* 172. Roland. *in conſ.* 23. *num.* 12. *lib.* 1. Sed in ſucceſſione maioratus diuerſimodè eſt iudicandum. Et † quod iſta materia ſucceſſionis 136
primogenituræ, & vt quis capax dicatur, longè diſtent; quod quis iam ſemel ſucceſſit in primogenitura; & aliter ſit iudicandum, cum quis prætendit ſuccedere de nouo, tradit Cephalus, licèt prædicta non referat; *in conſilio* 1. *num.* 177: *lib.* 1. in ſucceſſione cuiuſdam Comitatus: qui ad hoc refert Decium *in l. diuus, num.* 6. *ff. de regul. iur.* Carol. Ruin. *in conſil.* 56. *num.* 17. *lib.* 1. & confirmò ex *deciſ.* Rotæ 114. *in antiquis, incipien. Nota*; vbi tradit, quòd ſi Regularis, qui non poteſt obtinere beneficium abſque diſpenſatione, & poſſedit, & præſcripſit; poteſt illud † retinere; adeò quòd ſi 137
ſpoliatus eſt, reſtituendus erit: notat Staphilæus *de literis gratiæ, & iuſtitiæ in verbis ſextus vacationis modus, n.* 6. *p.* 136.

Et in caſibus in quibus monaſteria poſſunt habere bona maioratus, tranſeat in monaſteria poſſeſſio bonorum maioratus; virtute *l.* 45. *Tauri*; † pendet ex ſu- 138
perioribus, & doctrina Gloſſæ *in capit. ſi quis mulier, in gloſ.* 1. *verſ. ſed numquid monaſterium*; vbi Archidiac. 19. *quæſt.* 3. Innocen. *in cap. in præſentia, de probationib.* vbi Bald. & alij, & ex pluribus quæ ſcribit latiſſimè Tiraquellus *in tractatu, le mort ſaiſit le vif: in præfatione, declaratione* 6. *num.* 9. *pag.* 31. & 2. *part. declaration.* 14. *num.* 24. & *ſequentib. pag.* 57. & *in tract. de nobilit. c.* 26. *num.* 8. & *ſequentib.* Et ſanè ſi monaſterium eſt capax ſucceſſionis maioratus, ſecundum prædictas diſtinctiones, ſine dubio competet ei beneficium *dictæ legis*, quod latius trado *in* 3. *part. quæſt.* 3. vbi legendum eſt.

Et eſt præterea rectum conſilium pro illo qui vult monaſterium ingredi, & poſſidet aliquem maioratum, quod faciat renuntiationem maioratus in filium, vel fratrem, aut alium proximum ſibi ſucceſſurum: quæ renunciatio † ante ingreſſum monaſterij valebit, *l.* 139
quia autem, ff. de his qui in fraud. creditor. cum *concordan.* quæ ſcribo *in 4 parte tract. 4 quæſtion.* 23. Et facit textus *in l. reus*, §. *vltim. ff. de muneribus, & honorib.* coniuncta Gloſſ. & text. *in l.* 1. §. *vltim. ff. nihil nouari appellat. interpoſ.* vbi Gloſſ. *in verbo, participare:*

ſed hoc pendet à quæſtione *ſuprà* tam latè diſputata, an monaſterium, vel Monachi ſint capaces ſucceſſionis maioratus? & in hoc eſt animaduertendum ad Concilium Tridentinum, *ſeſſ.25.cap.* 6. quod loquitur de renunciatione Monachorum, & Monialium; & plura ſcribit in iſta materia Corbulus, *in t act. de iure emphyteut. part.* 1. *de cauſa priuationis feudi ob mortem ciuilem, cauſa* 7. *num.*1. *cum ſeq. fol.* 17. Et iſtis prædictis libet confirmare doctrinam Peraltæ, *in l. unum ex familia, in princ. num.* 21 *pag.* 560. *ff. de leg.*2. notanter in noſtra materia probat, quod ſi pater facit meliorationem Tertij in filium, & conſtituit ſe pro poſſeſſore nomine filij, & melioratio fuit facta de bonis præſentibus & futuris, licet tale conſtitutum faciat irreuocabilem donatio-
140 nem quoad bona præſentia; † poteſt tamen melioratio reuocari quoad bona futura ante acquiſitionem bonorum; quod dicit eſſe verum, & ſingulariter notandum.
141 Sed contrarium † probatur ex textu *in l. quamuis, ff. de precarijs*, per quem ſcribit Alex. *in l.* 3. *§. incertam, ff. de acquir. poſſeſſ.* quòd ſi conſtituto me poſſidere bona præſentia & futura; ad ea ſe extendit conſtitutum: quem citat Rebuf. *in rubr. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. pag.* 244. *verſ. Quinto requiritur: col.* 1. Quod latiùs in noſtra materia tractat Tell. *in l.* 17. *Taurin.* 211. *cum ſeq.* & Molin. oblitus Peraltæ, & Telli *lib.*4. *de primog. cap.*2. *num.*7. *folio* 120.

Prædictæ quæſtioni de ſucceſſione monaſteriorum & Monachorum in maioratibus, eſt alia germana: & ideo eam ſub præcedenti examinandam aſſumpſi; vtrùm Clerici ſint capaces ſucceſſionis maioratuum? In qua quæſtione vltra doctrinam *Ripæ*, quam cito *ſupra*, (omiſſis pluribus quæ hic tractari poterant) communis eſt
142 opinio, quod † Clerici ſunt capaces ſucceſſionis maioratuum, vbicunque per teſtatores non excluduntur: quã tenet Anto. Gomez *in dict. l.*40. *Tauri num.*66. & Gregor. Lopez *in dict. l.*2. *gloſſa*, fiendo hombre, *fol.*48. *col.* 1. Molin. *lib.* 1. *de primoge. cap.*13. *num.*97. *fol.*113. Matienç. *in l.*1. *tit.*7. *lib.*5. *Recop. glo.*1. *num.*19. *folio* 165. *col.*3. & Molin. *de iuſt. & iure, dict. diſput.*623. *num.*6. Martin. Laudenſ. *in tract. de primogen. quæſt.*30. Ioann. Cirier, *in eodem tractatu quæſt.*24. *num.*20. Conrad. *in templo Iudicum, lib.*1. *cap.*2. *n.*21. *folio* 100. Acoſta *de maioratu Regiæ Coronæ, num.*32. *pag.*407. Ad quod eſt expreſſa doctrina Abb. *in cap. Eccleſia, de conſtit.* vbi tenet, eſſe Clericum capacem ſuccedendi in primogenitura: & alios concordantes refert Tiraquel. *in tractatu de primogenit. quæſt.*44. *num.*6. *pag.*22. vbi hanc opinionem & ipſe ſequitur, & latè fundat. Pro quibus adduco quod tradit Lap. *in alleg.*100. vbi vult, quod familiæ di-
143 gnitas † conſeruetur in Clericis, notat Barthol. Socin. *in conſil.* 128. *num.* 6. *lib.* 4. Et non valet conſuetudo, quod Clerici non ſuccedant in maioratu, ſecundum Paul. de Caſtr. *in famoſo conſil.*164. *In præſenti caſu, lib.* 2. *num.*7. quem citat Ioan. Gratian. Falcon. *reg.*155. *num.* 13. & pro hac opinione eſt bonus text. *in Authen. de ſanctiſſ. Epiſcop. §. ſed & hoc præſenti*, ibi, *monaſterium ingrediantur, vel Clerici fiant.* De quo eſt etiam bonum *conſilium* Curt. Sen. 61. *per totum.* Et ad hoc facit doctrina Bald. *in conſ.*30. *num.*2. *lib.*1. vbi dicit, quod Sta-
144 tutum, † quod excludit filiam dotatam ſtantibus agnatis, procedit etiam ſi agnatus ſit Clericus. Et idem quod *Bald.* volnit Barthol. Socin. *in conſ.*241. *num.*2. *lib.*2. poſt Paul. & & alios quos citat, & *conſ.*127. *num.*61. *lib.*4. Socin. Iun. *conſ.*80. *num.*3. & 15. *lib.*4. Felin. *in dict. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.*80. & ibi Decius *num.*52. *de conſti.* Abb. *in cap. quod Clericis, num.*42. *de foro compet.* & alij plures quos citat Burſat. *conſ.*93. *num.*27. Carol. Ruin. *conſ.*195. *num.*4. *lib.*2. Michaël. Graſſ. *lib. de ſucceſſ. ab inteſt. §. ſucceſſio ab inteſt. quæſt.*8. *num.*4. *pag.* 365. Et quod Clericus Legatus à latere admittatur ad ſucceſſionem primogenituræ, reſoluit Ripa *reſpon.*131. *num.* 15.
145 Et Clericus † eſt feudi capax ſi ſeruire poteſt, & in feudo conditionato ſub annuo cenſu, vt per Bald. *in cap. quæ in Eccleſiarum, num.*11. *de conſtitution.* Cinum, Bald. & alios *in l. quiſquis, C. de Epiſcop. & Cleri.* Bald. *in authen. niſi rogati, colum.*3. *ad Trebell.* & alios plures quos citat Cephal. vbi latè de materia *conſ.*151. *nu.*20. *lib.*2. ad hoc legendus; & tradit Franciſ. Mantic. *de coniect. mente defunct. lib.*11. *tit.*9. *num.*31. *pag.*510. melius idem Cephal. *in conſ.*1. & 2. *lib.*1. *per tota conſilia*, elegãter Iaſon *in conſ.*117. *per totum, lib.*4. Iulius Clarus *§. feudum, quæſt.*78. Siluanus *in conſ.*3. *num.*53. cum aliis Chaſſanæus *in conſuet Burgund. rubr.*3. *§.*5. *pag.*450. & omnium latiſſimè tradit Oſaſc. *deciſ. Pedemont.*27. *n.*5. *cum ſeqq.* vbi traduntur plures caſus, in quibus Clerici ſuccedere poſſunt in feudis. Et in eadem perſona concurrit Comitatus † & Epiſcopatus, *cap. inter dilectos, de fide inſtrum.* vbi Felin. *n.*3. 146

Et Clericus † beneficiatus in Eccleſiaſtica dignitate 147
conſtitutus, tenet bona patrimonialia, *cap. Epiſcopi*, 12. *quæſt.*1. *de teſtam.* Confirmatur hoc *in conſ.*1. *feudal. n.* 10. vbi traditur, Clericum ſecundogenitum eſſe admittendum ad primogenituram, in excluſionem tertiogeniti: & quod Clericus propter clericatum non excludatur à ſucceſſione feudorum, niſi † ſint feuda Dignitatum, vt Marchionatuum; tradit Zaſius *in conſ.*20. *lib.*2. 148
*num.*8. ex Præpoſit. *in cap.*1. *de his qui feud. dari poſſunt.* Quod magis in terminis reſoluit Rebuf. *in tract. de nominat. quæſt.*21. *num.*71. *pag.*260. vbi quod Clerici † 149
non poſſunt habere Ducatus, per *cap. vnicum, An mutus & cap. qui Clericus, ſi de feudo ſit contentio inter domin. & agnat.* Alex. *in conſ.*92. *lib.*6. Curt. *in conſ.*61. & 62. Matth. ab Afflict. *deciſ.*324. & eſt in propoſito peregrina & notabilis remiſſio, & abundans Menoch. *in conſ.*181. *num.*70. *lib.*2. Et quod priuilegium datum monaſterio, † non extendatur ad Clericos læculares, volunt Gloſſa, 150
vbi Abb. *num.*41. *in cap. in præſentia, de probationibus*, Salicet. *in authen. niſi rogati, C. ad Trebellian.* Mantic. *de coniect. mente defunct. lib.*11. *cap.*7. *num.*22. *fol.*260. Et quod Princeps poſſit † inueſtire Clericum in præiudi- 151
cium agnatorum, tradit Marc. Brunus ab Anguil. *conſilio* 23 *num.*204. *& num.*257. Et quod Clericus durante vita ſua admittatur † ad primogenituram, cum omnia iura 152
familiæ actiua & paſſiua exerceat, reſolnit Anton. Peregr. *d. art.*28. *num.*82. *fol.*265. ex Decio *conſ.*114. Ioan. de Amicis *conſ.*14. Pariſ. *in conſ.*100. *lib.*1. Et quod ſicut laici excludunt fœminas ex ſtatuto quod fœminæ non ſuccedant, excludant illas † etiam ſi ſint re igioſi; tradit 153
Guillelmus Benedict. *in cap. Raynutius de teſtam. in verbo, duas filias, num.*44. *fol.*29. Et iſta adeò vera ſunt, quod ſi nepotes ſint vocati ad fidei commiſſum, † Clericus & 154
Sacerdos in eo comprehenditur, vt fundat Deci. *in conſ.* 299. *num.*9. quem citat Franciſc. Mantic. *de coniectur. mente defunct. lib.*8. *tit.*8. *num.*25. *pag.*336. Et eſt generale quod Clericus agnatus excludit fœminam à ſucceſſione, vt poſt alios probant Felin. *in d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.*80. & Deci. *num.*51. *de conſtit.* Lapus *d. allegat.*100. Et qualiter bona † emphyteutica poſſint 155
tranſire in monaſterium? diſputat nouiſſimè, & notabiliter Corbulus *in tract. de iure emphyteut. in tract. de cauſa priuandi ob mortem ciuilem, num.*16. *cum ſequentibus folio* 22. ad quem addo Matth. ab Afflict. *deciſ.*83. *num.* 13.

Et quod ſtatutum, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, habeat locum ſtantibus maſculis Clericis, † licèt non poſſint matrimonium contrahere, volunt 156
Georg. Natta *in tract. quod ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant, fol.*9. *col.*3. *verſ.*16. Albert. Brunus *in eodem tract. art.*12. *princip. in* 8. *& vlt. quæſt.* Pariſ. latè *in dict. conſ.*100. *num.*8. *lib.* 2. Et quod in melioratione, quam quis facit in Tertio & Quinto bonorum, † poſſit 157
quis excludere Clericum, vult Ioan. Lop. *in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.*16. *num.*14. *folio* 48. *in edition. nona.* Quod hodie difficile videtur, attenta *l.*27. *Taurin.* nunc *l.*11. *tit.*5. *lib.*5. *Recopil.* per quam pater præcisè vocare tenetur filios, & deſcendentes; & ideò videtur, quod in Tertio † non poteſt excludere filium Cleri- 158
cum.

cum. Quod confirmo per regulam *legis, nemo poteſt, ff. de legat.*1. quam latè declarat *ibi* Ioan. Guttierrez; cum qua *lege* concordat *l.*32. *tit.*9. *part.*6. vbi latè Gregorius *Lopez.* Et ita videtur intelligendum quod ex eodem Ioan. Lopio, & Epiſcopo Couarru. ſcribo *ſupra.* In quo puncto animaduerto, diuerſo modo eſſe iudicandum in meliorationibus factis ante publicationum legum Taurinarum, quam in meliorationibus factis poſt publicationem illarum legum & legendi ſunt Molina *lib.*2. *de primog. en. cap.*12. *num.*54. *folio* 333. Angul. *in d. l.*11. *glo.*
197 *num.*3. *fol.*219. Et quomodo Clerici † poſſint ſuccedere in primogeniis? tradit etiam Ioan. Cirier, *in tract. de primogenitura, lib.*1. *quæſt.*24. *fol.*36. & quod filius Clericus non poſſit grauari in legitima expreſsè, reſoluit per multas authoritates Pariſius *in conſilio* 109. *numero* 3. *lib.* 3. & in caſu *dict. legis* 27. *Tauri*, omnes concludunt, quod Tertium bonorum eſt legitima filiorum.

Et licet iſta opinio (iuris rigore ſeruato) vera ſit,
160 cum in Hiſpania † video, quod pauci Clerici ſuccedunt in maioratibus, & quod communiter maxima pars facientium maioratus, prohibent Clericos ab iſtis ſucceſſionibus: maximè mihi perſuadeo Clericos non debere ſuccedere in maioratibus, & faciunt quæ ſcribit Cæſar Lambertin. *in tract. de iure patronat. lib.*1. *art.*3. *q.*9. *num.*24. *fol.*92. & quæ ego ſcribo *in prima parte, q.*48.
161 Et mos † prouinciæ ſeruandus eſt, *l. minimè, l. ſed ſi de interrogatione, ff. de legibus, l. ſi non ſpeciali, l. teſtamenta omnia, C. de teſtam.* cum *concordant.* Et ſi cum iſta conſuetudine concurrant aliquæ coniecturæ, ego excludere Clericos à maioratibus: ſaltem habentes alios fratres
162 in eodem gradu. Nam licet impotentibus † non ſit denegandum feudum, vel aliæ dignitates, vt per Bald. *in cap.*1. *§. vlt. Epiſcop. vel Abb.* Præpoſit. *in cap.*1. *num.*4. *fol.*95. *An mut. vel ſurd.* faciunt notata per Epiſcop. Couar. *in epitom. de ſponſalibus* 2. *par. cap.*8. *§.*2. *numero* 11. *fol.*118. Angel. *in conſ.*334. *Nulla mulier, n.*5. Et communiter videmus impotentes poſſidere Regna, & Ducatus, & alia ſimilia. Et dominus Rex Henricus frater dominæ Reginæ Catholicæ (licet omnibus notiſſimum erat eſſe impotentem) fuit Rex nihilominus vſque ad obitum ſuum, vt teſtatur Anton. Nebriſ. *in hiſtoria Regum Catholicorum, cap.*1. *in verſ. Cumque apud omnes*, & tradit latius Matienç. *in l.*1. *glo.*1. *num.*21. *tit.*7. *lib.*5.
63 *Recop. fol.*165. Et negari non poteſt, † quin conſtitutores maioratuum deſiderant ſucceſſores talis qualitatis, quòd poſſint filios legitimos procreare, quibus poſteritas eorum in dies propagetur, & creſcat, & memoria eorum in æternum duret, vt colligitur ex forma, & conſtitutione, & verbis omnium maioratuum; & communiter hoc homines exoptant, vt experientia docet; facit *l. pronunciatio, §. familiæ, ff. ae verbor. ſignific.* & inquit Aymon *in conſ.*113. *num.*3. *verſ. ſecunda coniectur.* Quod ſi teſtator, mo iente Ioanne hærede vniuerſali ſub tenuit Antonium, ſi non eſſet in ſacris; per ingreſſum Religionis, mortuus dicitur ciuiliter; maximè ſi grauarit portare nomen & arma. Et quod ille qui dat maioratum, poſſit prohibere ſucceſſionem fœminarum,
164 Clericorum, Monachorum, mente captorum, nouiſſimè in paucis verbis tradit Epiſcopus Simancas *in lib. diſceptat. cap.* 16. *pag.* 26. Et quod vbicunque agitur de conſeruanda agnatione, vel familia Monachi, non admittantur ad ſucceſſionem fideicommiſſi, tradunt Anchar-ran. *quæſt. familia.*72. Gratus *in conſ.*111. *num.*48. *lib.*2. Mandell. *conſil.*54. quos citat Burſat. *in conſil.*97. *num.*23.
165 Et ratio quare maſculi præferuntur fœminis eſt, † quia per maſculos familiæ conſeruantur, & perpetuantur; vt notat Paul. *in l. mutus, num.*5. *de procurat.* Iaſ. *in l. qui filiabus, num.*21. *ff. de legat.*1. cum *concordan.* vt per Barb. *in conſ.*2. *Clementiſſimi, circa medium, lib.*1. & Ludouic. Bolognin. inter *Alex. conſ.*53. *Innocato, lib.*4. Et benè conducit dictum Baldi *in l. cunctos populos, num.*10. *C. de Summa Trinit. & fide Cathol.* vbi vult, quod ſi eſt prouiſio generalis, & facta principaliter ob bonum publicum, vt quod maſculus excludat fœminam à ſucceſſione, nam excludet etiam monialem; vel quod primogenitus excludat ſequentes; nam etiam ſi ſint Clerici, † excludentur; qui refert & ſequitur Paul. de 166
Caſtr. *conſ.*423. *Ex puncto tranſmiſſo, num.*3. *lib.*2. qui etiam citat Cardin. *in cap. perpendimus, de ſent. excommunic. in* 6. His conuenit dictum Ripæ *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, in* 1. *num.*18. *ff. ad Trebell.* vbi ex Alex. *in conſ.*100. *lib.*4. dicit, quod hæc conditio, *Si deceſſerit ſine liberis*, eo ipſo purificatur, quod grauatus aſſumpſit ſacros Ordines, quia exiſtens in ſacris quantum ad procreationem liberorum habetur pro mortuo. quod tamen reprobat Franciſc. Mantica, *de coniectur. mente defunct. lib.*11. *tit.*7. *num.*23. *pag.*497. dicens, quod nec dictum illud verum eſt, nec *Alex.* hoc dicit, ad quod addo doctrinam Bart. *in l. hæredibus. §. vlt. nu.*4. *ff. ad Trebell.* vbi dixit, quod ſi pater inſtituit filium iam in ſacris conſtitutum, & adiecit conditionem hanc, *Si deceſſerit ſine filiis*, bona deueniant in Cãium, illa verba, *Sine liberis*, intelliguntur de liberis quos ipſe filius tunc habere poteſt ideſt de *Eccleſia*: quod punctum latè & eleganter examinat Menoch. *in conſ.*245. *n.*1. *cum ſeqq. lib.*3. vbi multa bona ſcribit in materia noſtræ quæſtionis; & tradit nouiſſimè Alex. Trentacinq. *in tract. de ſubſtit. p.*4. *c.*7. *n.*3. *fol.*145. Et quod etiam Cardinales † non ſuccedant in bonis feudalibus, reſoluit etiam Minadoius *in conſtitution. Regni Neapolitan. verſ. in aliquibus, verbo, filiorum, num.*6. *pag.*17. contra Iaſonem *in conſ.*117. *lib.*4. 167

Et pro deciſione huius; & præcedentis quæſtionis, facit *l.*11. vbi: *Otroſi, el Clerigo, ni home de Religion*; & *l.*12. *ſequens tit.*21. *part.*2. & quæ ſcribit Rebuf. *in tract. de nominat. quæſt.*21. *num.*71. Et hoc maximè procederet, vbicunque ſi Clericus ſuccederet in maioratu, † ex- 168
tingueretur familia & vocati à teſtatore, ita quod poſt obitum Clerici non reperirentur ſucceſſores: nam tunc veriſimile eſt, quod teſtator qui cupit memoriam ſuam perpetuare, ſi de hoc caſu conſultus fuiſſet, excluſiſſet Clericum à maioratu. Ad quod etiam ſpectat Angeli dictum *in conſ.*283. *in fin.* vbi vult, quod ſtatutum excludens fœminas ob maſculos, non procedit quando maſculus qui ſuccedere poteſt, eſt Monachus, vel ineptus ad generandum, & ſui generis finis, quia ceſſat ratio conſeruandæ agnationis. Quod refert Socin. Iun. *in dict. conſ.*1. *n.*65. qui corrupte refert *Angelum.* Ideò multum laborauí in inueniendo iſtam doctrinam; & tradit idem Soci. *in conſ.*10. *num.*23. *eodem lib. & in conſ.*158. *lib.*2. Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, part.*9. *num.*52. *pag.* 28. *ff. ad Trebell.* & faciunt quæ ſcribo ſupra; quibus conuenit doctrina Guillelm. Benedicti *in cap. Raynutius, de teſtam. in verbo, duas habens filias, num.*34. *fol.*15. vbi tradit quod vbicunque fœminæ ſunt capaces feudi, ita & Clerici; allegat Ioan. Fabium *de legitima patronorum tutela, in fine*, Barbatium *in tract. de præſtantia Cardinalium, quæſt.*5. & idem Benedictus priùs *num.*33. reſoluit, quod Clerici muti, & ſurdi, ſunt capaces ſucceſſionum feudorum vbicunque non requiritur ſeruitium perſonale, ſed præſtatur pecunia, vel frumentum, vel alia res. Et pro hac doctrina facit egregium dictum Molinæ *lib.*3. *de primogeniis, cap.*5. *num.*68. *fol.*42. vbi tradit, quod ſi in primegeniorum ſucceſſione, vbi ratio conſeruandæ agnationis habita eſt, vocantur deſcendentes per lineam maſculinam, non cenſebitur ſub ea vocatione comprehenſa fœmina, quæ ex maſculis deſcendit: nam cum primogenia perpetua eſſe debeant, eorumque ſucceſſio tractum ſucceſſiuum præ ſe ferat, † non 169
debet admitti ea perſona, per quam agnatio in poſterum ſupprimenda ſit, etſi per lineam maſculinam deſcendere dicatur; de quo legendus eſt Caldas Pereira, *de nominatione emphyteu. quæſt.*24. *num.*88. *fol.*260. Et cum quis excludit Clericum à ſucceſſione; videtur habuiſſe animum conſeruandæ agnationis, vt ſingulariter tradit Curtius Senior, *in conſ.*40. *colum.*3. *verſ. quarto etiam*,

quem citat Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 4. præſum.*
170 69. *num. 10. folio 101.* Et ex quibus † coniecturis colligatur, quod quis noluit vocare ad primogenituram Clericum, tradit Menoch. *in conſ. 442. num. 6. & 7. lib. 5. & in conſ. 161. & 181. num. 64. lib. 2.* Et ob Clericatum
171 primogeniti, filius ſecundogenitus † dicitur primogenitus; vt tradit Cephal. *in conſilio 107. numero 22. lib. 1.*

Et qui tenere velit eam opinionem, Clericum non poſſe ſuccedere in maioratu; eam etiam fundare poteſt ex pluribus quæ ſcribit Chaſſanæus *in conſuetudin. Burgund. rubr. 3. §. 5. fol. 114. in impreſſione antiqua, pagina 450. colum. 2. num. 2. ver. primò probo*, vbi latè tradit quid in militibus Rhodij, & in aliis ſimilibus perſonis. Et facit *dictum conſilium* Ripæ 131. quod etiam eſt ſingulare in noſtro propoſito: & *d. l. 6. tit 26. par. 4.* ibi: *O tal clerigo que lo no pudieſſe ſeruir por razon de las Orde-*
172 *nes*; & † conditio (*ſi deceſſerit ſine filiis*) ad eos non refertur qui liberos tollere non poſſunt, puta Clericos, vt per Carol. Ruin. *conſ. 114. num. 5. lib. 3.* & latius *in conſ. 143. eodem lib.* & aliis pluribus quæ habentur *in d. deciſ. Pedemont. 27. num. 4.* Ad quæ addo Decium *in d. conſ. 299. num. 9.* volentem, quod Sacerdoti non poteſt poni iſta conditio, *Si deceſſerit ſine liberis*, poſt Bart. *in d. l. hæred. §. 1. ff. ad Trebell.*

173 Et materiam qualiter Clerici † excludant ſubſtitutum, reſoluit vltra prædictos, Menoch. *in tractatu præſumptionum, lib. 4. præſumpt. 83. num. 65. fol. 145.* ad quos addo Theſaur. *deciſ. 163.* vbi reſoluit, an ſubſtitutio facta, mortuo aliquo ſine liberis, comprehendat Clericos: quæ conferunt ad intellectum, & praxim *d. l. 6. titul. 26. part. 5.* & *ibi* Oſaſcus *num. 17.* & *18.* tradit, quod Fratres Hieroſolymitani, vel Milites dicuntur perſonæ Eccleſiaſticæ, quod vltimum traditur etiam per Roland. *conſ. 23. num. 39. lib. 1.* latiſſimè Curtius *in tract. de feudis, part. 2. quæſt. 10. num. 13. cum ſequentibus, pag. 257.* vbi querelatur de Ioan. Cirier: Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 3. centur. 2. caſu 231. num. 5. pag. 443.* in quo loco ſcribit plura pro intellectu & confirmatione iſtorum, & *conſilio 54 num. 17. cum alij. s. lib. 1.* Cephal. *conſ. 97. per totum*, maximè *num. 15.* Burgos de Paz *conſil. 17. num. 2. cum ſequentibus*, Concilium Tridentinum *ſeſſion. 23. pag. 359.* Aluar. Valaſc. *conſil. 14. num. fin.* licet contrarium appareat ex ſcriptis per Quint. Mandoſ. *regul. 16. obſervation. quæſt. 51. num. 4. fol. 106.* & materiam latè tractat Muſcherus *in additionibus ad Ferrariam, in titul. forma libelli, quo agitur ad renouationem feudi, in additionibus, quæ incipit, Religionis, pag. 293. col. 2.* Mandoſius *regula 3. quæſt. 12. num. 3.* & qualiter primogenitus excludat ſecundogenitum Clericum: reſoluit Bartholom. Socin. *in conſil. 36. num. 5. lib. 1.* & de Militibus omnium Ordinum plura ſcribit Chaſſanæus *in Catalogo gloriæ mundi, part. 9. conſiderat. 4. cum ſequentibus.* Et an fratres Templarij fuerint laici, tradit Gloſſ. *in cap. 1. de verborum ſignificatione in 6. in verbo, perſoluantur*, Decius *in cap. cum & planè. n. 4. de priuil.* Ripa *in c. decernimus, num. 3. de iudicijs.*

174 Et quod † fratres Sancti Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, ſuccedant in maioratibus, tradit Molina, *lib. 1. de primogen. d. cap. 13. num. 99. fol. 113.* Et de iſtis etiam legenda ſunt quæ ſcribo *ſupra*. Et quid de Canonicis regularibus? legenda ſunt quæ ſcribit Chaſſanæus *in d. loco*, hodie *§. 5. num. 18. cum ſeq. pag. 454.* Curtius *in dict.*
175 *loco, num. 27.* Et quod † non imputantur filio in legitima expenſæ factæ ad obtinendam militiam Hieroſolymitanam, & in veſtibus, & aliis ſimilibus rebus, tradit Marcus Cucchus *in tract. de legit. verſ. rurſus hæc verba, n. 37. fol. 62. col. 1.* quod non eſt extra materiam meliorationum: quod ante eum expreſsè tradit Ripa *in l. in quartam, num. 166. ff. ad l. Falcidiam*, quem Marcus non citat.

Rurſus circa ſucceſſiones Clericorum, in iſta materia legendi ſunt Decius *in conſ. 299. num. 10.* Pariſius *in d. conſ. 109. num. 3. lib. 3.* Peregrinus *in tract. de fideicommiſſis, art. 28. nu. 40. fol. 259.* & *art. 46. num. 67. fol. 446.* Pereira *in tractatu de nomination. quæſt. 12. num. 34.* & *quæſt. 16. num. 28.* & *quæſ. 22. num. 4.* Iulius Clarus *§. feudum, quæſt. 76.* Conrad. *in templo Iudicum, lib. 1. cap. 2. de reg. §. 1. de origine Regum, num. 21. fol. 100.* Et quod Regnum ad Monaſterium, vel Monachum, vel Canonicum regularem † non tranſeat, tradunt Bald. *in l. Deo* 176
nobis, §. hoc etiam, num. 12. C. de Epiſcop. & Cleric. & *in l. data opera, num. 44. C. qui accuſ. non poſſ.* Alex. *in conſ. 98. num. 7. lib. 6.* Barb. *in tract. de præſtan. Cardi. 5. quæſt. Baſil. 1. par. num. 13.* Anton. Corſet. *in tract. de poteſt. Regia, 4. part. quæſt. 60.* & alios quos citat Conrad. Laudenſ. *in lib. templum omnium Iudicum, lib. 2. capite 2. de Rege, §. 1. de origin. Regi. quæſt. 2. numero 3. folio 100.*

Et quæ dicta ſunt de fratribus Rhodianis, ſancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, & quæ ſcripſi *ſupra*, proſunt ad deciſionem quæſtionis, quæ in practica contigit inter duos Duces, vtrum pater habeat vſumfructum † in bonis filij qui Commendam habebat, cum tales 177
Commendæ verè ſint beneficia; ad quod legenda ſunt quæ ſcribo *part. 1. quæſt. 1. à num. 180.* & quæ ſcribit Ioan. Lapus *in rubric. de donation. inter virum & vxor. §. 39. num. 2. pag. 111.* vbi additio *Barahonæ*; & clarius *§. 65. num. 65. pag. 224.* vbi etiam Barahon. *in addit.* Et quod † Commendatarij poſſint facere maioratum de 178
fructibus Commendæ, tradit nouiſſimè Molina, *in tractatu de iuſtitia & iure, tractatu 2. diſput. 141. pag. 773.*

Erit autem non minima coniectura inter alias, quod teſtator voluit excludere Clericos, & Monachos à maioratu, vbicunque ille qui maioratum fecit, filium, vel filios Clericos, vel Monachos habebat tempore conſti- 179
tutionis maioratus, & eos non vocauit, ſed proprias filias, vel alios conſanguineos; quia tunc veriſimile eſt, quod remotiores Clericos & Monachos excludere voluit; argument. *l. ſi viua matre, C. de bonis materni.* cum *concord.* Et voluntas † ex non facto declaratur, vt per 180
Aymon. *in conſ. 41. n. 10.* quod retuli *ſupra, in init. iſtius partis.*

Ex qua ratione infertur, quòd licèt teſtator vocauerit filium Clericum ad maioratum in defectum aliorum fratrum; ſi tamen in vlterioribus vocationibus conſtet de voluntate teſtatoris, voluiſſe Clericos excludere; † hoc magis eſt ſeruandum, quia præſumitur pater amo- 181
re paterno proprium filium vocauiſſe ad maioratum: Quæ præſumptio, & coniectura ceſſat in aliis ſucceſſoribus, qui non ita proximi, nec dilecti ſunt teſtatori: nam & cauſa amoris ceſſante, ceſſat amor; vt oſtendit Tiraq. *de legib. connubial. 2. n. 21. & in tract. de ceſſante cauſa, par. 1. nu. 33. fol. 13.* & cauſa proxima magis operatur quam remota, *l. ſocium qui in eo, §. 2.* vbi Bald. *ff. pro ſocio*: cum *concord.* vt per eundem Tiraq. *d. tract. de ceſſan. cauſ. limit. 20. n. 4. fol. 163.* Et cauſa conceſſionis ceſſante, † ſcilicet filiationis; ceſſat conceſſio, *c. reliqui*, 182
vbi Abb. *notab. 3. de cuſtod. Euchar.* Et cauſa permiſſionis ceſſante verè, vel præſumptiuè, ceſſat permiſſio, ſecundùm Bald. *in l. 1.* per illum textum *in verſ. non agitur, ff. de offic. eius cui mandata eſt inviſditio*, & alios citatos per Tiraq. *d. tract. p. 1. n. 197. fol 77.* Vnde licet teſtator permiſerit in hoc caſu, vt filius ſuccederet in maioratu, licet eſſet Clericus, cauſa filiationis extincta, debet ceſſare permiſſio ſucceſſionis.

Erit tamen è contrario coniectura, quod conditor maioratus voluit Clericos admittere ad maioratum, vbicunque primus † conditor fuit Clericus, ſicut reperiun- 183
tur plures maioratus in Hiſpania. Nam tunc veriſimile eſt, quod non voluit facere Clericos incapaces maioratus propter ſimilitudinem qualitatis, iuxta *conſilium* Ancharrani *339. Pro maiori, n. 12.* & alia quæ refero *in quæſtion. præcedenti, à num. 61. cum aliis*, & in aliis locis quos *ibi* refero. Quibus congruit quod ſcribit Carol. Ruin. *in conſ. 150. n. 26. lib. 1.* vbi reſoluit, quod emphyteuſis tranſit ad Eccleſiam, cùm datur perſonæ, quæ non

non poteſt filios legitimos procreare. Quod verum iudico.

Et quod maioratus, vel melioratio facta in contractu
184 longè † diſtat à maioratu, vel meliorationè facta in vltima voluntate, ad hoc vt excludatur Monachus à maioratu, probari poteſt per doctrinam Specul. *tit. de locato, §. nunc aliqua, verſ. 120.* quem refert, & ſequitur Bald. *in l. filium cum deſinimus, ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris*; & alios plures quos refert, & ſequitur Tiraquel. *in l. ſi vnquam, C. de reuocan. donat. num. 46. pag.*
185 *335.* concludentes, quod in contractibus, † monaſterium non habetur loco filij; quod latius tradit Burſatus oblitus de Tiraquell. *in d. conſ. 199. num. 23. lib. 2.* vbi inter alia refert Felinum, *in d. cap. in præſentia, de probation. num. 58.* dicentem: Quod fatuitas eſt dicere, quod Monaſterium habetur loco filij. Et qualiter poſſet ſuccedere in Regno, vel alio maioratu filius filij primogeni-
186 ti, † qui effectus fuit Clericus, vel Monachus poſt ſuſceptum filium? tradit notanter Acoſta *in lib. de maioratu Regiæ Coronæ, n. 33. pag. 408.* ad quem iungo Ferraram *in praxi in parte, forma libelli, quo agitur ad renouationem feudi, n. 25. pag. 289. col. 2.*

Sed vidi in facto dubitari de quæſtione notabili: Conditor maioratus expreſsè cauit, quod non ſuccederet Clericus in maioratu: deceſſit vltimus poſſeſſor maioratus, ſucceſſit ei alius proximus in gradu, qui tunc non erat Clericus: Tranſactis autem aliquibus annis poſt delatam ei ſucceſſionem, aſſumpſit Ordinem Clericatus: an ſit ei auferenda poſſeſſio bonorum maiora-
187 tus, & ſequenti in gradu competat? Ego † in primis inſpicienda eſſe credo prohibitionis, & vocationis verba, & rationes, quæ per fundatorem in tali prohibitione inſcripta ſunt: hoc enim ad vnguem ſeruari debet; argum. *cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. l. 44. Tauri, l. cum pater, §. dulciſſimus ff. de legat. 2.* Quibus ceſſantibus, ego
188 magis ex iure eſſe exiſtimo, † non eſſe auferendum ſucceſſionem tali Clerico, argum. *regul. Iuris in ambiguis, §. non eſt nouum ff. de regul. iur. cap. factum legitimè, de regul. iur. in 6.* & aliorum quæ ſcribo *in 1. part. quæſt. 2.* & in *hac 2. par. quæſt. 6. num. 244. cum ſeqq. cap. grauidè, de ſuppleu. neglig. prælat.* cum *concordan.* quæ ſcripſi *ſupra* ad hæc legenda: faciunt ſcripta per Menochium *de arbitrariis, caſu 231. num. 9.* Et eſt regula iuris, quod in ſub-
189 ſtitutionibus, ſufficit † adeſſe qualitatem in tempore quo diſpoſitio ſubſtitutionis ſumit effectum, *l. ex facto, §. ſi quis autem ſuſceperit. ff. ad Trebell.* cum *concordan.* vt per Ripam *conſ. 132. num. 15.* quod latè tradit Simon de Pretis *lib. 1. de interpret. defunct. volunt. ſolut. 9. num. 6.*
190 *cum ſeq. fol. 44.* vbi ſcribit quando requiratur, † quod qualitas duret: & *lib. 3. dubit. 3. ſolut. 2. num. 10. fol. 316.* Et ad hanc quæſtionem facit textus, *in cap. qui Clericus, ſi de feud. fuer. contron.* & quod ſcribit Caldas (vt *ſupra* retuli) *num. 33.* vbi vaſſallus effectus Clericus, amittit feudum: de quo agit Curtius Senior *in conſ. 62.* licèt in contrarium faciat ſententia Matth. ab Afflict. *in cap. 1. §. præterea, num. 66.* & *67. quæ ſit prima cauſa benefic. amitten.* vbi tradit, quod oportet quod primogenitus duret habilis vſque ad finem, & quod non mutet conditionem, tradit Cephal. *conſil. 1. num. 12. lib. 1.* vbi poſt Imol. *in cap. inter dilectos, de fide inſtrum.* & ibi Felin. Carol. Ruin. *conſil. 43. num. 9. lib. 1. tract.* Latè in materia præſentis quæſtionis, an Comes factus Epiſcopus
191 † poſſit retinere Comitatum? quem lector legat, & *in conſil. 2. ſeq. per totum*: ad quem addo quæſtionem, quam late diſputat Simon de Pretis, *de interpret. defunct. volunt. lib. 3. ſolut. 3. num. 25. fol. 306.* vbi tractat, an valeat grauamen fideicommiſſi Clerico impoſitum; quod ſi decederet ſine filiis legitimis, & naturalibus, ſuccedat alius: & quid ſi teſtator inſtituat filium hæredem, &
192 eum grauauit † reſtituere hæreditatem ſi efficiatur Presbyter, an ſi contingat ſine filiis mori, nullo habitu Clericali ſuſcepto, an ſubſtitutus admittatur? tradunt Alexan. *in conſ. 100. lib. 4.* Iaſon *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, n. 42. ff. de liber. & poſthum.* Menoch. *in conſ. 243. num. 43. lib. 3.*

Et non eſt ſilentio prætereunda doctrina notabilis Baldi *in cap. 1. §. ſi naturales, num. 8. ſi de feud. fuerit controu.* vbi tradit quod ſi Princeps conceſſit feudum pro illo & hæredibus, quia in materia feudali intelligitur de filiis, ſeu deſcendentibus, hoc non verificatur filiis conſtitutis in Sacris; & cenſetur conceſſio facta pro collateralibus, quem citat Iulius Clar. *in §. feudum, quæſt. 79. num. 4. pag. 220.* Et quod conditio iniuncta in fideicommiſſo, quod aliquis ſit Clericus, valida ſit, tradit Alex. *in conſil. 100. num. 4.* vbi Gloſ. Pariſ. *addit. 1. lib. 4.* Et an Princeps poſſit habilitare filium Clericum primogenitum excluſum à maioratu, in præiudicium filij ſecundogeniti, ſcribo *in 4. parte iſtius operis, quæſt. 23.*

Et nota etiam in præſenti quæſtione; quod ſi filius primogenitus ingrediatur monaſterium viuente patre, qui egreſſus fuit à Religione intra annum probatio- 193
nis; mortuo patre, primogenitum vendicare † poteſt, vt per plura probat Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens, C. de in integrum reſtit. minor. in verbo, minoribus, num. 27. fol. 170.* hodie *pag. 117.* niſi aliæ conjecturæ adſint in contrarium vbi lege alia in iſta materia no- 194
tabili. Et quod Monacho † poſſit relinqui fideicommiſſum pro vita ſua, volunt Angel. Bald. & Imola *in l. hæreditas ff. de hæredibus inſtit.* Paul. de Caſtro *in conſil. 355. Ad primum, lib. 2.* Barbac. *in conſil. 55. lib. 2.* Alciat. *in conſil. 208. num. 2. lib. 9.* Simon de Pretis, *lib. 3. de interpre. defunct. volunt. ſolut. 2. num. 6. fol. 369.* Et an Mo- 195
naſterium † ex perſona Monachi admittatur ad retractum, tanquam conſanguineus proximior? tradit Ciſu. *in l. 70. Tauri. q. 15.*

Et an bona prohibita alienari, tranſeant in Monaſterium ex dedicatione † illius qui fuit alienare prohibi- 196
tus; tradit Alberic. *in d. auth. ingreſſi, C. de ſacroſanct. Eccl. num. 17. fol. 13.* Et an Regnum tranſeat ad monaſterium, Rege Monacho facto? tradit Anton. Corſet. *in tract. de poteſt. Regia, part. 4 num. 25.* Et de Ieſuitis, & de fratribus Societatis Ieſu, legenda ſunt quæ ſcribit Fulvius Pacianus, *in tract. de probat. lib. 2. cap. 34. num. 163. folio* 197
133. Et quod † emphyteuſis poſſit tranſire ad Monaſterium titulo vniuerſali, reſoluit latè Auguſt. Beroius *in conſil. 93. num. 56. cum ſequentibus*, & *in conſil. 94. num. 1. lib. 1.* per *conſilium Ancharrani 164. & 421.* & alia 198
quæ refert. Et an grauatus † dotare puellas poſſit dotare in monaſterio, tradit Pariſ. *in conſil. 26. n. 36. lib. 1.* in quo in primis dicit, eſſe inſpiciendam voluntatem teſtatoris: Et in *pragmatica dotium*, in filia quæ monaſterium fuit ingreſſa, latè tradit Bart. *in dicto tract. pragmaticæ dotium, c. 4.*

Et an fœmina excludat maſculum † Monachum in 199
monaſterio, quod poteſt habere bona in communi? reſoluit Matth. ab Afflict. *in conſtitut. Neapolitan. libro 3. rub. 23. n. 58. fol. 206.* ad quem addo Lapum *alleg. 100.* volentem quod ſub ſtatuto excludente fœminas, exiſtentibus maſculis, comprehendatur monachus; licet poſt illius mortem agnatio non poſſit conſeruari; quod volunt Albertus Brunus, *in tractatu de ſtatuto excludente fœminas ob maſculos, 13. art. principal. quæſt. 11.* Pariſ. *in conſil. 47. num. 67. lib. 3.* quem citat Caldas Pereira *de nominatione ad emphyteut. quæſt. 24. num. 91. fol.* 200
291. ad quos addo *elegans conſilium* Carol. Ruin. *200. num. 9. lib. 2.* vbi rectè ſuſtenrat quod ſtatutum excludens fœminas ſtantibus maſculis, † excludat fœminas 201
Mon. ales: Et quod fœminæ Tertij Ordinis ſuccedant in feudis, tradunt Romanus *in conſil. 36.* Curtius *in tract. de feud. par. 3. num. 22. pag. 228.* Et quod quis † non 202
poſſit ſuſcipere habitum in præiudicium ſubſtituti tempore mortis, tradunt Faber & Angel. *in §. liberi nostrum, Inſtit. de libertinis*, Doctores *in cap. vltim. de ſucceſſ. ab inteſt.* Rebuff. *in l. Diuus, num. 137. pag. 33 ff. ad Silanianum*, Menoch. *in conſil. 108. num. 22. lib. 2.* & *conſil. 226. num. 18.* & *71. lib. 3.* quod dictum fuit *ſupra in hac 2. part. quæſt. 1. num. 3.* Et quod Cardinalis, † & Epiſcopus 203
poſſint ſuccedere in feudo, volunt Gloſ. & Bald. *in c. 1. de benefic. fœmin.* Bald. *in l. nullus, C. de malefic. & mathe.*

quos

quos citat Ioan. Garc. Falcon. *reg.* 321. *num.* 3. Et quòd si Monachus post mortem parentum, qui tempore mortis erat frater Minor, transferatur in Ordinem capacem,
203 † non possit obtinere hæreditatem, emphyteusim, nec maioratum, resoluit Caldas Pereira, *de nominatione emphyteu. quæst.* 12. *num.* 62. *fol.* 138. ex Federico *cons.* 6. *col.* 2. & 3. Gregor. Lopez *l.* 22. *t.* 3. *part.* 6. *glos.* 1. pro quo faciunt quæ scribo, *part.* 1. *quæst.* 2. & *part.* 2. *quæst.* 6.
204 Tandem quod in substitutionibus † non sit fauendum piæ Causæ, nec Monasteriis, nec substitutio debeat extendi contra regulas iuris, probatur *in cap.* 1. *de testam. lib.* 6. & volunt Aretin. *in cons.* 53. *col. penult.* Decius *in cons.* 273. *col.* 1. & 2. Paul. de Castr. Socin. & alij, quos citat Paris. *in cons.* 86. *num.* 74. *cum seqq. lib.* 2. & de materia istius quæstionis plura elegantia & necessaria tradit nouissimè Menoch. *in d. tract. de præsumpt. lib.* 4. *d. concl.* 83. *n.* 1. *cum seqq. fol.* 140.
205 Et an ea quæ dicta & scripta sunt † in ista quæstione, procedant in Canonicis Regularibus, lector videre potest in *singulari consilio* Iacobi Portij 164. *num.* 16. 88.
206 & 93. Et quando vassallus ingrediturr Religionem, † ad quem deuoluatur feudum, constat ex Glossa *in cap.* 1. *de benefic. fœmin.* & Doctoribus Curt. *in tract. feudorum, part.* 3. *num.* 32. *pag.* 271. Et si aliquis hæredem instituit qui sit Monachus, & ignorabat ingressum in monasterio
207 & † qualiter institutio, & hæreditas quæritur Monasterio, tradunt Paul. de Castro *in l.* 1. *num.* 2. *C. de iure deliber.* Mantica *de coniect. ment. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 19. *fol.* 60. Et qualiter renuntians fideicommisso conditionali, si postea fuit ingressus Religionem, ac professionem fecerit, & conditio fideicommissi euenerit post mortem rogati, tangit Episcop. Couar. *in cap. quamuis, de pact. in* 6. *relectio.* 3. §. 2. *num.* 5. *fol.* 114. Et an monasterium re-
208 tineat iura suitatis, tractat Valdes *in addit. ad Suarez. in l.* 6. *tit. de los emplazamientos, pag.* 62. Et an Eremitæ,
209 † Iesuitæ, Fratres & Sorores tertij Ordinis, & Sanctæ Claræ, gaudeant priuilegiis Monachorum, resoluit Franciscus Marcus *decis.* 630. & vbicunque monasterium excludit substitutum, non tamen excludit, nec vtitur priuilegio contra aliud monasterium substitutum, vt resoluit Tiraquel. *in tract. de priuilegijs piæ Causæ, priuileg.* 26. *pag.* 60.

15 *Si quis nascatur à principio mutus, vel demens, an succedat in primogenitura.*
16 *Honores gradatim deferendi sunt, si honorandi sint idonei.*
17 *Lex vbi loquitur de filiis, non intelligitur de illis, quorum conceptioni lex resistit.*
18 *Testator si prohibeat alienationem certæ rei sine requisitione consanguineorum; bastardi an debeant vocari ad alienationem faciendam.*
19 *Dispositiones generaliter loquentes restringuntur de habilitate.*
20 *Statutum quòd continuetur possessio in hæredem, intelligitur de vero & iusto hærede.*
21 *Concessio pro hæredibus quibuscunque intelligitur de habilibus.*
22 *Proximus in gradu, si sit habilis, cæteros excludit.*
23 *Filius instituens habens potestatem nominandi in defectum filiorum & descendentium, quoscunque voluerit, an possit nominare proprium filium spurium.*
24 *Et quid in feudi inuestitura, remissiuè.*
25 *Primogenitus si sit inhabilis propter delictum, vel monachatum, admittitur sequens.*
26 *Intellectus* ad l. 2. tit. 15. par. 2.
27 *Rex est anima & vita Reipublicæ.*
28 *Primogenitura non est interpretanda contra consuetudinem Regni.*
29 *Cæcus an retineat iurisdictionem.*
30 *Et succedat in maioratu.*
31 *Mulier habens Comitatum, si nubat intra annum luctus, an amittat dignitatem, & iurisdictionem.*
32 *Mente captus, & furioso similis, an excludat fœminam à successione, cùm agitur de conseruanda agnatione.*
33 *Secundogenitus si dicat primogenitum esse incapacem & ambo primogenitus & secundogenitus petant aliquid à Tertio, cum quo teneatur Tertius suscipere iudicium.*
34 *Primogenitus an dicatur qui non habet fratrem.*
35 *Contentio si oritur inter duos primogenitos masculos de primogenitura, quis debet habere.*

Post num. 35. inuenies alia summaria.

QVÆSTIO IV.

Successio maioratus ad quos pertineat.

SVMMARIVM.

1 *Successio maioratus pertinet ad filium maiorem, & illo defuncto ad nepotem filium filij.*
2 *Filius primogenitus habet intentionem fundatam contra filium secundogenitum in successione maioratus,* & n. 4.
3 *Contentio si oriatur inter primogenitum & secundogenitum super maioratus successione, in dubio debet in primogeniti fauorem pronuntiari.*
5 *Non solum quis præsumitur diligere filium primogenitum, sed etiam illius liberos, & descendentes.*
6 *Ex ordine testantis, & priori nominatione maior dilectio præsumitur.*
7 & 10 *Primogenitus admittatur ad maioratum, si sit capax.*
8 *Fœmina an excludat masculum, si sit inhabilis vel exclusus iudicio testatoris.*
9 *Beneficia legum capacibus & non capacibus tribuenda sunt.*
11 *Proximior non consideratur, cùm est inhabilis.*
12 *Succedentes ab intestato non censentur vocati, quando sunt inhabiles.*
13 *Primogenitus rebellis censetur mortuus.*
14 *Dispensatio semper intelligitur ad habiles.*

QVartò principaliter quæro, ad quos pertineat successio maioratus? & vnico verbo dico, quod tam de iure, quam de consuetudine pertinet † ad filium maiorem: & illo defuncto ad nepotem filium filij maioris: *l.* 2. *tit.* 15 *part.* 2. *l.* 40. *Tauri.* Et tenent omnes qui hactenus de re hac scripsere: & id plusquam manifestum est omnibus. De quo vide Molinam *lib.* 3. *cap.* 1. *num* 1. *cum aliis*: Ad quem addendum est, quod filius primogenitus habet † intentionem fundatam contra filium secundogenitum in successione maioratus. Ex quo sequitur, quòd si sit contentio inter filium primogenitum, & filium secundogenitum super successione maioratus, quia filius secundogenitus nititur quòd non potest venire ad primogenitum, est pronunciandum † in dubio in fauorem primogeniti, vt punctualiter determinat Rolan. *cons.* 59. *n.* 49. *lib.* 3. & idem tradit *in cons.* 97. *nu.* 98. ex Corn. *cons.* 186. *n.* 11. *lib.* 3. Barthol. Socin. *in cons.* 113. *n.* 8. *lib.* 3. Pro quibus scripta per Iason. *in cons.* 107. *n.* 1. *lib.* 4. vbi probat, quòd filius † primogenitus habet intentionem, & præsumptionem fundatam in successione primogenituræ aduersus alios fratres: quod notandum est, quia plerunque contingit.

Quibus addenda quæ scribo *in* 1. *p. q.* 25. & infra *hac* 4. *illat.* 1. & quod scribit Cephal. *in cons.* 251. *n.* 75. *lib.* 2. vbi ex Carol. Ruin. *cons.* 158. *n.* 3. *lib.* 3. Aim. *cons.* 62. *num.* 10. Curt. Iun. *cons.* 16. *n.* 6. resoluit, quod non solum quis diligere † præsumitur filium primogenitum, sed illius liberos & descendentes: quod tradit in quodam maioratu Hispaniæ. Quæ conclusio confirmatur ex regula æquissima, & morali, *l. cum auus, ff. de condit. & demonstr. l. cum acutissimi, C. de fideicom. l.* 10. *tit.* 4. *part.* 6. &

& l. Publius Mœuius, §. vlt. ff. de condition. & demonstr. &
6 *iurium concordan.* in quibus probatur, quod † ex ordine testantis, & priore nominatione, maior dilectio præsumitur: vt latius probo supra *in principio istius partis*: Et quod quis teneatur se probare primogenitum, tradit Fuluius Pacian. *in tractat. de probationibus lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 8. *fol.* 32. & faciunt tradita per eundem, *cap.* 36. *n.* 14. *fol.* 140.
7 Sed ita demum admittitur filius maior si sit † capax; nam illo non existente capace, ad filium secundum; vel ad vlteriores, maioratus pertinet: & idem si non sit vocatus secundum leges, & conditiones maioratus; *d. l.* 2: ibi, *Seyendo home para ello.* Et si pater secundogenitum vocauit, Molina *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 28. & 31. vbi etiam tradit *num.* 29. de exclusione primogeniti quando concurrere non possunt duo maioratus: & pro Molina facit egregia sententia Bart. *in l.* 1. *§ sed si patronus, num.* 2. *fol.* 182. *Digestis de coniungen. liber. cum emancip.* vbi
8 vult, quod fœmina excludit masculum, † si masculus sit inhabilis, vel exclusus iudicio testatoris: pro quo faciunt quæ scribo *in* 1. *p. q.* 2. Hinc fit, quod ingrati non possunt succedere ab intestato, vt per Corsetum *in singulari incipien. Ingratitudo*; quem citat Hippol. *in cons.* 104. *num.* 13. *vib.* 2. Et id est regulare, quod beneficia
9 legum capacibus, † & non incapacibus tribuenda sunt, *l. Lucius Titius, §. Lucius Titius ff. de legat.* 2. qui in fideicommissis loquitur: *l. si is qui hæres, ff. de vulgar. & pupillar. l.* 7. *tit.* 5. *part.* 6. *l.* 5. *tit.* 16. *ead. part.* ibi, *Que no sea de aquellos a quien deſiden las leyes deſte nuestro libro*: & *l.* 6. *eodem titul.* vbi eadem verba habentur: & notantur per Roman. *in cons.* 438. *In casu consultationis* & facit *l.* 12. *tit.* 21. *part.* 2. ibi, *No fuesse home para ello:*
10 † & est expressior ad propositum *l.* 20. *tit.* 3. *lib.* 4. *ordinam.* ibi, *Quando acaeciere que alguno de nuestros vassallos que de nos tiennen tierra, murieren, sean prouidos de la libranca de su sueldo: sus hijos primogenitos, que fueren habiles para ello:* hodie *l.* 10. *tit.* 4. *lib.* 6. *Recopil.* vbi Azeued. *n.* 3. & 4. *fol.* 69. & *l.* 8. *tit.* 18. *part.* 2. ibi, *E tal home que sea para ello.*

Et id tenet in terminis Bald. *in l. omnes populi, col.* 9. *in vers. aliud exemplum: ff. de iust & iure*, quem sequitur Corneus *in cons.* 4. *Videretur prima facie, col.* 5. *lib.* 4. & alij quos refert Tiraquel. *in dicto tract. de primogen. q.* 23. *pag.* 29. vbi ex hoc disputat, an demens, vel furiosus succedat in primogenitura: de quo etiam legenda sunt quæ scribit Conrad. Laudens. *in lib.* qui vocatur *Templum Iudicum, lib* 1. *cap.* 2. *de Rege*: §. 1. *de origin. Regum, q.* 1. *n.* 15. *fol.* 99. & quæ ego scribo *infra, ad lation.* 2. & de text. *in §. Titius Damam*, agit Francisc. Mantic. *in tract. de coniectur. ment. defun. lib.* 6. *tit.* 11.
11 *num.* 20. *pag.* 238. Et † proximitas non consideratur quando proximior est inhabilis, vt latè resoluit Chassan. *in consuetudinib. Burgund. rub.* 7. §. 1. *pagin.* 90. qui capacem facit fratrem posterinum, contra alios fratres. Et pro confirmatione istorum plura etiam scribit Burgos de Paz. *q.* 1. *ciuil. n.* 1. *cum sequentibus*, ad ista legendus: Anton. Corset. *de potesta. Regia, part. quinta, numero* 8.
12 Et facit, quia succedentes ab intestato † non censentur vocati quando non sunt habiles, secundum Bald. *in l. pactum quod dotali, q.* 3. *Cod. de pact.* vbi Salicet. Alex. *in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. nu.* 8. & alij quos citant Greg. Natta *in cap. quamuis pactum, limit.* 9. *de pact. in* 6. Menoc. *in rr. de præsump. lib.* 4.
13 *præs.* 2. *n.* 17. *fol.* 5. Et † primogenitus rebellis censetur mortuus *cap.* 1. *§. vassall. is, qui fuerit prima causa beneficij amittendi.* notat Marc. Brun. ab Anguil. *cons.* 23. *n.* 192. & per text. *in d. l. vt gradatim*, tradit Quintil. Mandos. *reg.* 20 *Cancellaria. q.* 7. *nu.* 6. *fol.* 151. quod dispensatio
14 † semper intelligitur ad habiles: & tradit inter alios plures, Ioann. Lopius *in rubric. de donation. inter vir. & vxor. §.* 27. *num.* 28. *pag.* 493. vbi bona additio *Barbosæ.*

Ex quibus fit, quòd si quis à principio nascatur mutus, vel demens; † non succedit primogenitus, sed secundogenitus, secundum Bald. *in auth. hoc amplius, C. de fideicomm. & in l. si quis priorem, §. talem, Cod. de secund. nupt.* Martin. Laudens. *in tract. de primog. q.* 40. Corset. *in tract. de potestat. Regia, part.* 2. *quæst.* 15. Conrad. *in templ. Iud. c. lib.* 2. *c.* 2. *de Rege num.* 15. *fol.* 99. & pro his est textus notabilis *in l. vi gradatim, in princip. ff. de munerib. & honorib.* ibi, *Si idonei sint.* In quo probatur; † quòd honores gradatim deferendi sunt, si honorandi sint idonei, non alias. Et facit simile, quod vbi
17 lex loquitur de filiis; † nunquam intelligitur de filiis quorum conceptioni lex resistit, secundum Geminianum *in c. statutum, in fine princ. de hæretic. in* 6. & alios, vt per Ripam *in l. si vnquam, quæst.* 25. *nu.* 66. *fol.* 134. *C. de reuocan. donation.* & quod notat Angel. *in cons.* 191. *Super puncto, num.* 1. vbi scribit, quod si testator prohibeat † alienationem certæ rei sine requisitione consanguineorum, bastardi non debent vocari ad alienationem; sic inquit Bald. *in l. eam quam, nu.* 8. *Cod. de fideicommiss.* per *d. §. Titius Damam*; & *cap.* 1. *de filiis presbyterorum*, quod legitimatus sub nube, etiam cum clausula, *Non obstantibus*, si est multum odiosus; quia ex sacrilegio, vel monachatu; non sufficiunt verba generalia ad eum legitimandum. Et est generale, quòd dispositiones
19 generaliter loquentes † restringuntur de habilitate; vt probatur *in l.* 1. *Cod. de sacrosan. Eccles. l.* 1. *§. nuntiatio, ff. de nou. oper.* & vtrobique latè DD. præcipuè Iason, notat Bart. *in proœmio Digestorum, §. vlt. num.* 3. & *in l. inter omnes, num.* 3. *ff. qui satisdar. cogan.* Ias. *in l.* 1. *§. Prætor ait, num.* 3. *ff. eod. tit.* & *in l. alienam, num.* 2. *C. de procurat.* & *in l. qui Romæ, in princ. ff. de verb. oblig.* Gomez *in reg. Cancellar. pag.* 240. Segur. *in l.* 1. *§. si vir vxori, nu.* 139. *ff. de acquir. possess.* Tiraquel. *in tract. le mort, par.* 2. *declarat.* 2. *nu.* 1. vbi tradit quod dispositio generalis limitationem recipit de habilitate, Chassan. *in consuetudinib. Burgund. rubr.* 7. §. 1. *in verb. habiles, fol.* 228. *col.* 2. *vers. fic. Baldus in rubrica*, vbi refert doctrinam illam Baldi *in rubr. de caus. possess. & proprietat.* dicentis; quod statutum, quòd continuetur possessio in
20 hæredem, † intelligitur de vero & iusto hærede. Et in multis locis hæc reperiuntur; & plura singularia ad propositum scribit Aymon *consil.* 256. *nu.* 8. & ex his dixit Bald. *in cap.* 1. *§. donare, quale olim feud. amittit:* quod vassallus feudum legare non potest † etiam quan-
21 do concedens tale feudum dicit, quod illud præstat *pro hæredibus suis quibuscunque*, quia debet intelligi de habilibus: quam opinionem sequitur Alexand. *consil.* 30. *Quoniam omne datum, num.* 11. *lib.* 1. de quo legenda sunt quæ scribo *p.* 1. *quæst.* 2. In hoc tamen contrium tenet idem Bald. *in l.* 1. *quæst.* 24. *ff. de rerum diuis.* & Alexand. (quod mirandum est) *in consil.* 7. *nu.* 5. & *in consil.* 95. *num.* 7. Et de hoc puncto vide melius quam alibi Gloss. Parisien. *in addition. ad Alexand. in dict. cons.* 30.

Tandem † proximus in gradu cæteros excludit, si sit habilis, & capax successionis, non aliàs, *l. si post mortem*, 10. *§. liberti. ff. de bonor. possess. contra tabulas*, tradunt Baldus, Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, de testamen. verb. morte tua, in* 2. *nu.* 72. Rolan. *de success. ab intest. lib.* 7. *vo.* 6. *tractatuum, fol.* 64. & alij quos citat eruditissimus Caldas à Pereira *in tract. de nominat. ad emphyt. quæst.* 12. *nu.* 49. & prius *num.* 50. *fol.* 135. & *quæst.* 17. *numer.* 47. *fol.* 191. in quo loco citat Acostam *de patrio & nepote pag.* 122. qui ponit exemplum in filia petente successionem bonorum de Corona Regia, quam petere fœmina non potest; & legi debet Acosta *in tract. de maiorat. bonorum Regiæ Coronæ. n.* 34. *pag.* 409.

Et ex istis quandoque in practica inferebam, quòd si quis facit maioratum in filium, † & eidem dedit potestatem nominandi ad maioratum in defectum filiorum, & descendentium quascunque personas quas ipse voluerit non licet illi, qui electionem, & nominationem liberam habet, nominare proprium filium spurium inca-

pacem succedendi, quia tales filios lex odio habet, vt *supra in 2. quæst.* probatum fait. Et pro hac illatione conducunt, plura quæ scribo *in 1. part. quæst. 1. & q. 2. & in ead. 1. part. q. 4.* 8 Et quid si in feudi inuestitura dica-
14 tur, quod possit † facere quidquid voluerit, vide Iaſ. *in l. cum filio familias, nu. 39. ff. de legat. 1.* Anton. Rubeus *in conſ. 11. nu. 5.*

Et ex istis Gloſ. Pariſ. *in 1 p. conſuetud. Pariſ. §. 8. q. 3. nu. 27. fol. 107.* ponit regulam generalem, quòd si prior natus sit inhabilis propter ingratitudinem, siue religionis professionem, siue alio quouis modo sit incapax,
15 dummodo sit ipso iure incapax, † sit locus posteriori natu, qui obtinuit verum & solidum ius primogenituræ, vt ibi latius per eum: & notat Tiraquel. *in tract.* le mort: *part. 2. decolar. 5. nu. 27. pag. 82.* Et facilius perdit quis ius succedendi in primogenitura propter delictum, & ad sequentem fratrem ius successionis primogenituræ deuoluitur, quam amittit ille qui iam acquisitum habebat, vt per Matth. ab Afflict. *in c. 1. §. præterea si vaſſallus, gloſ. 3. nu. 14. quæ sit prima cauſa beneficij amittendi*, confirmat Menoch. *in conſ. 101. nu. 11. lib. 2.*

16 Ex quibus infertur, magnos huius Regni viros † errare in interpretatione *d. l. 2. tit. 15.* dum volunt quod *d. l. 2.* in illis verbis, *ſiendo home para ello*, procedat vbicunque Rex succedit in Regno in defectum, quod Rex prædecessor non habet filios vel nepotes, quia succedere non potest nisi sit habilis: non etiam secundum eos procedet in filiis, vel nepotibus, quos dicunt posse succedere in Regno, etiamsi sint inhabiles, quia (vt ex prædictis patet) dicta lex procedit vtroque casu. Et hanc interpretationem adiuuat ratio quæ militat in vtroque casu, ne Regnum & Respublica perclitetur ex Regis inhabilitate, & incapacitate, cuius ipse caput, protector,
17 & administrator, anima, † & vita est: vt patet ex *proœmio tit. 2. part. 2. & l. 2. 3. & 4. & l. vlt. tit. 3. l. 14. tit. 5. l. 2. & 3. tit. 20. l. 1. 2. & 3. tit. 11. part. 2.* Et conducunt quæ scribo *in q. 6. infra hac parte n. 1.* Et quod vbicunque Rex primogenitus non est capax, neque sufficiens ad administrandam Rempublicam, Regnum, & aliæ dignitates Regales pertineant ad secundogenitum, ex pluribus probat Zasius *in conſ. 8. nu. 8. lib. 1.* quod consilium refero *p. 1. in initio, & 4. p. q. 1.* & tradit idem Zasius *conſil. 20. nu. 41. lib. 2.* vbi ex Baldo *in dict. authen. hoc amplius, C. de fideicommiſ.* scribit, quod primogenitura non
28 est interpretanda † contra consuetudinem Regni, & ex Oldra. *in conſ. 94.* recenset, quod Iacob Patriarcha iure primogenituræ abstulit Rubem, & dedit Ioseph; & Dauid abstulit primogenituram à primogenito, & transtulit eam in Salomonem, & tradit Ripa *in l. nemo poteſt. n. 5. fol. 119. ff. de legat. 1.*

Notandum tamen est, quod licet cæcus non possit iudicare, & de nouo effici iudex, iuxta *l. 4. tit. 4. part. 3. & l. 2. tit. 15.* de los juezes, *lib. 2. ordinam.* si alicui Baroni,
Iago 29 vel Comiti succedit filius cæcus, remanet iudex, † & retinet iurisdictionem, secundum Bart. *in l. cæcus, & ibi* Iacobin. de Sancto Georgio, quos citat Nicol. Boer. *deciſion. 204. num. 35.* qui id tradit in successione primo-
30 geniti. Ex quo sequitur, quòd maiori ratione † cæcus succedit in alio maioratu particulari, in quo non est necesse iurisdictionem exercere, nec est administratio & gubernatio necessaria, nisi expresse per testatorem excludatur; quia tunc siue sit administratio iurisdictionis, siue non, seruari debet præceptum condentis maioratum, quod pro lege est: & hoc facit pro sententia Tiraquel. *in tract. de primogen. quæſt. 21. num. 15. pag. 207.* vbi nulla legali authoritate ductus dicit, quod admittitur ad successionem feudi: quod est contra textum *in lib. 6. tit. 26. part. 4.* & quid in maioratu? tradit Matienç. *in l. 1. tit. 7. lib. 5. Recopilat. gloſ. 1. num. 21. fol. 165.* post Gregor. Lop. *in l. 2. titul. 15. part. 2. in gloſſ.* Siendo home, *ad finem, verſ. ſed quid ſi ſucceſſor*, & plura citat Barahon. *in additionibus ad Ioann. Lopium in textu, notabili 3. n. 25. pag. 497.* Et pro hac illatione adduco singulare ad plura dictum Bald. *in l. 1. in 1. fol. 160. Cod. de ſecund. nupt.* vbi vult, quòd si mulier quæ habet Comitatum, nubat infra annum luctus, † non 31
amittit talem dignitatem & iurisdictionem, quia est quoddam hæreditarium, & magis retentio, quam noua acquisitio, per textum *ibi*, & alia quæ refert.

Ex prædictis etiam deducitur confirmatio sententiæ tradita à Pariſio *conſ. 100. & vlt. num. 10. cum ſequentib. lib. 2.* vbi probat quod masculus mente captus, & furioso similis, † non excludit fœminam à successione 32
vbicunque constat quod agitur de cõseruanda agnatione qui ad hoc refert *vulgatum conſilium* Bartholom. Socin. 47. *lib. 3.* & Dec. *conſil. 112.* Barba. *in cap. quod Clericis, de foro competen.* & alia plura iura & authoritates. Quæ doctrina notanda est ad ea, quæ tractantur *infra, hac parte, q. 6. de ſucceſſione maſculorum & fœminarum.*

Et quòd si secundogenitus dicat primogenitum inhabilem & incapacem esse, & ambo primogenitus, & secundogenitus petant aliquid ex bonis maioratus à Tertio, † an teneatur iste Tertius suscipere iudicium 33
cum vno tantùm, aut cum ambobus? lege Matth. ab Afflict. *in cap. 1. de gradibus ſucceſſ. nu. 9.* Tiraq. qui hoc latè tractat *in tract. de primogenit. q. 99. & vlt. nu. 1. cum ſequentib.* Et quod primogenitus † dicatur, qui non ha- 34
bet fratrem nec vnquam habuit, probatur *in c. Ioſeph, de verb. ſignif.* quem citat Quintil. Mandoſ. *in regul. Cancellariæ, q. 5. nu. 2. fol. 17.* Et quòd si sit contentio inter duos primogenitos masculos, de primogenitura, † de- 35
beat habere primogenituram formosior & robustior, tradunt Felin. *in cap. capitulum ſanctæ Crucis, num. 19. de reſcript.* Ioann. Cirier. *in tract. de primogenit. quæſt. 11. concluſ. 1.* Tiraq. *in tract. de primogen. q. 17. ſeptima & octaua opinione*, & Alciatum citat Fuluius Pacian. *in tract. de probation. lib. 2. cap. 11. num. 12 fol. 32.* Et ex his plura inferuntur, ex quibus materia ista multum declarabitur.

ILLATIO PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Filius ingratus an ſuccedat in maioratu, latè diſputatur.*
2 *Nobilis debens ſuccedere parentibus ex pacto matrimoniali, ſi malè eos tractet, an debeat priuari hæreditate ex tali pacto quæſita.*
3 *Per ingratitudinem contra mortuum an poſſit reuocari legatum.*
4 *Rex an poſſit priuare filium non ſolum hæreditate, ſed etiam Regno, propter ingratitudinem.*
5 *Idem an ſit non habere filium, & ingratum habere.*
6 *Sententia Authoris circa priuationem ob ingratitudinem, & num. 8. 12. 13. & 14.*
7 *Priuatio præſupponit habitum.*
9 *Filius quæ ſunt à genere non amittit.*
10 *Primogenitis bona ab anteceſſoribus deferuntur.*
11 *Intellectus ad text.* in cap. licet de voto.
12 *Ab indigno licèt auferatur hæreditas, non tamen aufertur prælegatum.*
15 *Ingratus ad retractum an admittatur.*
16 *Primogenitura ius apud exteros vni legitimæ defertur.*
17 *Filius filij ingrati non priuatur maioratu.*
18 *Ingratitudo patris, non eſt ingratitudo filij.*
19 *Nec priuatio filij, priuatio nepotis.*
20 *Exhæredari an poſſit quis propter factum vel culpam alterius.*
21 *Ex defectu conditionis in donatione appoſita, donatio corruit.*
22 *Qui à principio poteſt aliquid concedere, poteſt legem, quam voluerit, in ſucceſſione apponere.*
23 *Occidens poſſeſſorem maioratus an poſſit eidem ſuccedere, refertur ſententia affirmans.*
24 *Negans tamen, verior videtur.*
25 *Dolus cuiquam patrocinari non debet.*

26 *Ex*

27 *Maritus occidens vxorem an priuetur lucro à ſtatuto ſibi debito.*
28 *Hæredi ante apprehenſam poſſeſſionem an competat Interdictum* vti possideris.
29 *Homicida an poſſit ſuccedere præbendis occiſi in bonis quæ ab ipſo occiſo prouenerunt.*
30 *Alterius circumuentio, alij non præbet actionem,*
31 *Filius occiſoris an excludatur à maioratu, Authoris ſententia, nu. 35. 40.*
32 *Intellectus ad text.* in c. 1. si vassal. feud. priuetur.
33 *Differentia inter bona feudalia, & bona maioratus,*
34 *Intellectus ad text.* in l. si duobus, §. si prius, ff. de bon. poſſ. contra tabulas.
36 *Frater interficiens fratrem liberos non habentem, repellitur à ſucceſſione.*
37 *Vbicunque filius excluditur propter delictum, talis excluſio nocet nepoti.*
38 *Excluſa vna perſona, excluſa cenſentur omnes deſcendentes ex illa.*
39 *Et tota linea, quæ ab illa fundamentum capit.*
42 *Qualis eſt res in origine, talis eſt acquiſitione.*
43 *Subſtitutus per fideicommiſſum ſub conditione mortis, ſi fratrem interficiendo faciat conditionem mortis exiſtere, non conſequitur fideicommiſſum.*
44 *Si quis vi aut fallaciis faciat, vt mulier ventrem ad lucem non perducat, indignus ſucceſſionis maioratus efficitur.*
45 *Ius ſuccedendi ſi ſit connexum & inſeparabile, ſi quis occidat eum, cui ſucceſſurus eſt, an ſuccedat occiſo, & n. 46.*
47 *Et agitur de doctrina quodam* Ioann. Lopij *circa tale ius ſuccedendi, & n. 48.*
49 *Homicida an poſſit ſuccedere occiſo ex teſtamento occiſi.*
50 *Quid ſi aliquis fratrem, vel alium poſſeſſorem maioratus, caſu interficiat.*
51 *Si filius occidat patrem, an amittat bona reſtitutioni ſubiecta.*
52 *Si quis ſeipſum occidat, filij eius an amittant maioratum.*
53 *Occidens, vel aliter indignus, interimeſt hæres, & poteſt adire hæreditatem, & interim exercere omnes actiones hæreditarias,*
54 *Filius iuſtè exhæredatus an poſſit ſuccedere in maioratu;*
55 *Et quid in iure patronatus. Quid in fideicõmiſſo, n. 57*
56 *An habeatur pro mortuo.*
58 *Primogenitus in dubio capax præſumitur, & cæteris præfertur,*
59 *Teſtatores potius præſumuntur diligere primogenitos, quàm ſecundogenitos & vlteriores,*
60 *Secundogenitus an poſſit idem inferre pro rebus maioratus vbicunque primogenitus eſt inhabilis.*

1 PRimò infertur, quod filius ingratus patri, † non potest succedere in primogenitura, & succedit secundus, si non & ipse ingratus est; quæ (vt prædixi) fuit opinio Gloss. Paris. *in d. §. 8.* & idem tenet ifuentes *in l. 40. Tauri, q. 12.* quæ fuit prius sententia Oldradi *in conſ. 44.* & Alberic. *in l. donationes quas diuus, fol. 255. nu. 4. in verſic. item ſi primogenitus caperet Regnum. C. de donation. inter vir. & vxor. col. 5.* Montal. *in l. 1. tit. 3. lib. 1. for. in gloſ. in verb.* A su fijo, *fol. 8. co. 3. poſt medium*, quæ quædam in hac materia maioratum scribit confusa & incerta, & absque digestione: & idem tenet Guillel. Benedict. *in cap. Raimundus. in verb. in eodem teſtamento nu. 204. fol. 222. col. fin. de teſtam.* Ripa *in l. nemo poteſt, n. 4. ff. de legat. 1.* apud quos ista quæstio latè discutitur: & illam etiam disputat Gregor. Lopez *in l. 9. tit. 7. part. 2.* vbi relinquit cogitandum; qui licet dicat, quod *Alberic.* tenuit illam sententiam *in 1. conſtitution. Cod. col. 5.* hoc Albericus ibi non dicit, & vitiosè eum retulit. Et pro *Alberici*, & aliorum sententia adduco *l. 1. tit. 4. part. 4.* & plures citat Anton. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 22. num. 97. fol. 207.* Et materiam explicat latè Acosta *in tract. de Regni ſucceſſion. nu. 22. cum ſequentib. pag. 435.* Auend. *in l. 40. Taur. gloſ. 1. nu. 29. fol. 75.* vbi latissimè materiam tractat: Ioan. Cirier. *in tract. de primogenit. lib. 2. q. 6. fol. 98.* Padilla *in l. vnum ex familia, §. 1. n. 17. ff. de legat. 2.* Molina *lib. 1. de primogen. cap. 9.* & in terminis maioratus, Caldas Pereira *in 3. p. de poteſt. eligen. c. 17. n. 34. & 35. fol. 192.* qui refert Acostam *in d. tract. pact. 152.* Aluar. Valasc. *de iur. emphyt. q. 45.* & Caldas loquitur in successore ad maioratum.

Et facit quod scribit Nicol. Boër. *deciſ. 244. Quoad primum dubium, nu. 12. fin. verb.* vbi vult, quòd si Nobiles debentes succedere parentibus ex pacto matrimoniali, malè tractent parentes, priuari debent † hæredi- 2
tate ex tali pacto quæsita. Quod est notandum ad ea, quæ habentur *in l. 17. Taur.* hodie *l. 1. tit. 6. lib. 5. Recopil.* & *ad l. 44. in eiusdem ll.* hodie *l. 4 tit. 7. in ead. Recopil. lib. 5.* & scribit Bart. *conſ. 60. nu. 5. lib. 1.* quod filius mala mente exhæredatus, excluditur iure patronatus per *l. ſi patronus, §. ſi quis non mala mente, ff. de bon. libert.* Et quod † per ingratitudinem factam contra mortuum, 3
po sit reuocari legatum; quia si viueret, verisimiliter ipse legatum reuocaret; tradit eleganter Guillelm. Benedict. *in cap. Raimutius, de teſtamen. in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, nu. 831. fol. 127.* per textum *in l. 3. cum ſeq. ff. ad mend. legat.* & Gloss. *in l. ſororem, C. de his quibus vt indig.* & *in l. fideicommiſſ.* & faciunt quæ scribo *p. 1. q. 48.*

Et quod Rex possit priuare filium non solum hæreditate, sed etiam Regno, tenet nouissimè audacter, & absque consueta consideratione, doctissimus Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens, in verb. ſine curatore, numer. 41. fol. 87. Cod. de in integr. reſtitut. minor.* per 4
doctrinam Oldradi, & aliorum. Qui † omnes erant in principiis, existimantes, quod Regnum defertur iure hæreditario; quod falsum est; vt probo *in 4. p. q. 1.* Ista confirmantur, quia idem est non habere filium, & 5
ingratum habere, † vt per Nic. Laum Boër. *deciſ 185.* Anton. Gabr. *lib. 3. commun. opin. titul. de ſecund. nupt. concluſ. 1. nu. 25. pag. 218.*

Ego in hac quæstione ex iuris mero rigore intrepidè teneo, † quod filius primogenitus, cui ius ma- 6
oratus defertur, non potest priuari maioratu; qui non illi delatus est à patre, vel ab alio, contra quem ingratus fuit, sed ab anteceſſoribus illius; contra quem ingratitudo fuit commissa; quod intribus, & rationibus probatur. Et *primo*, quia priuatio † præsupponit habitum, 7
l. decem, ff. de verb. obligat. cum *ſimilibus.* Cum ergo 8
† ingratitudo præsupponat aliquod meritum ex parte ingrati, quod causare potuit ingratitudinem; & præsupponat etiam aliquod beneficium ex parte illius, contra quem ingratitudo commissa fuit (vt patet ad sensum) si neque ex parte ingrati est quod gratulari debeat, cùm bona ille non acceperit ab illo contra quem fuit ingratus; sed ab anteceſſoribus; & nec ex parte istius aduersus quem ingratitudo adesse poterat, præcessit aliquod beneficium in fauorem illius qui de ingratitudine culpatur; sequitur de primo ad vltimum, quod non potest dici ingratus: nullam enim gratiam ab isto accepit, sed à maioribus illius. Et pro istis faciunt quæ de priuatione ad habitum tradunt Doctores, præcipuè Iaſ. *in d. decem*, & Euerard. *in centum locis, loc. 60. de priuatione ad habitum.* Et pro hac opinione induco textum famosum *in l. Titius, ſi uerum in fine, ff. de obſeq. à liber. & libert. parent. & patr. præſt.* ibi, *Iſte nihil amplius quam operam ſuam accommodare videri poteſt.*

Secundò ista sententia comprobatur ex textu famoso *in l. 3 ff. ae interdict.* & *relegat.* quæ responsum habere non potest, vbi filius nunquam † amittit illa quæ sunt 9
à genere, vel anteceſſoribus. Ad quàm sunt addend. *l. iura ſanguinis, ff. de reg. iur. l. ius agnationis, ff. de pact. l. 2. tit. 21. part. 2* ibi. *Porque les viene de luene como heredad.* & l. 3. eodem titulo, ibi, *Fidalguia (ſegun diximos en la ley antes deſta) que viene a los homes por linage.* & *l. locatio, §. earum, ff. de publican.* & *l. id quod*

nostrum, in ratione sui, *ff. de reg. iur.* & carmen Ouidij *lib. 3. Metamorphos.*

Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco.

10 Quod autem primogenitis † bona deferantur ab antecessoribus, & non ab vltimo decedente, siue eo qui ingratitudinem prætendit, rectè probatur *in cap. 1. ibi, Per inuestituram patris & aui*, vbi Andr. de Isern. Iacob. de Bellouis. Bald. & alij, *de feud. March.* facit *l. coheredi, §. cum filia, ff. de vulgari*: notat Glos. Paris. *in consuetud. Parisien. 8. 22. num. 83. fol. 195.* & rectè explicat Peral. *in l. 3. §. qui fideicommissum, nu. 30 pag. 158. ff. de hæred. instituen.* & hoc clarissimum est; & trado *infra, hac 2. p. quæst. 8.*

Tertiò, ista conclusio probatur ex ratione *l. vlt. Cod. de reuocan. donation.* vbi hæredes donantis propter ingratitudinem donatarij non possunt reuocare donationem à defuncto factam: & idem probatur *in l. 10. tit. 4. part. 5.* vbi latè Gregor. Lopez *cap. vlt. de donation.* vbi DD. & Iatius Ripa *in d. l. vlt.* notant Scribentes *in d. l. 17. Taur.* facit text. *in l. vnum ex familia, §. 1. ff. de legat. 2.*

Ex quibus infert Episcop. Couarru. *in cap. si heredes, de testam. num. 9. &* 10. falsam esse communem interpretationem text. *in c. licet de voto*; dum ex eo multi
11 DD. deducunt, † quod filius Regis, qui non adimplet parentum voluntatem, nec exequitur quod ab illis præcipitur, amittat Regnum. Quia quod cauetur in casu illius *textus*, secundum eum procedit, quia filius Regis succedit in Regno promiserat exequi votum parentis: & monitus à Romano Pontifice, vt id faceret, renuit adimplere, ob quam causam fuit excommunicatus: & quia in excommunicatione perseuerauit, fuit Regno indignus. Et ita illum textum ante *Episcop. Couarru.* tam verè, quàm eleganter explicauit Glos. Paris. §. 8. *glos. 3. num. 10. q. 3. fol. 113.* quas sequitur D. Anton. de Padilla *in authen. hoc amplius, Cod. de fideicommiss. num. 18.* Vnde etiam apparet, iuridicum non esse intellectum, quem ad illum textum scripsit maximus Roderic. Suarez *in euidentialibus ad l. quoniam in prioribus, nu. 20. pag. 12. C. de inoffic. testam.*

12 *Quarò* hanc conclusionem, † quòd successor in maioratu non possit ex quacunque ingratitudine priuari per antecessorem in maioratu, tenet in terminis Peralt. *in d. l. vnum ex familia, §. 11.* qui incipit, *si de falcidia: nu. 9. pag. 540. ff. de legat. 2.* Ioann. de Terrarub. *in tract. de primogen. quæst. 10.* & idem Peralt. *in l. 3. §. qui fideicommissam, num. 80. pag. 215. ff. de hæred. instituen.* vbi dicit, hoc de facto fuisse sententiatum in fauorem Ducissæ de Najera filiæ Comitis de Valencia, quam pater exheredauerat authoritate *l. 40. Taur.* eo quòd contraxerat matrimonium clandestinum cum Duce de Najera: non tamen istam opinionem probat, sicut hic verificatur; & Anton. Gom. *in l. 40. Tauri, num. 71.* & huius etiam sententiæ videtur fuisse Gregor. Lopez *in l. 10. tit. 4. part. 5. in gloss.* in verb. *Alguna gracia*; vbi ponit quæstionem, quòd si in aliqua maioria caueatur (prout aliquando fit secundum eum) quod inobediens patri, seu possessori maioriæ, priuetur successione an procedat etiam in illo inobediente, qui non primo loco, sed vlteriori sperabat succedere? Et determinat, quod non habet locum: per text. *in l. vlt. ff. de bon. libert.* & *in l. Titius*, vbi Bart. *ff. de testamen. milit.* cuius dicti veritas dependet ab aliis quæ scribo *in quæst. 6. infra eod. in vers. tandem pro intellectu, à nu. 65.*

Ista confirmantur, quod licet ab indigno auferatur
13 hæreditas, † non tamen auferatur prælegatum. *l. eum qui, §. fin. ff. de his quibus vt indign.* & volunt Bald. *in margarita, verb. legatum: q. 7.* & *in l. cum virum, C. de fideicom.* Vincent. & Alex. *in l. in fideicommissaria, ff. ad Trebel.* & alij per Rebuff. *in l. Diuus ff. ad Silanian. num. 12. pag. 21.* & legendus est Baeza *lib. de decim. tutor. cap. 14. nu. 32. fol. 98.*

Quinto, hoc † docet communis vsus & practica, nec enim videmus, quòd ingrati contra possessores & antecessores in maioratu priuentur primogenituris: imo totum contrarium: & ab antiqua practica, & vsu recedi non debet: *l. minime, ff. de legib.* cum *concordan.* non obstat huic sententiæ doctrina Oldradi, & aliorum, quia est contra textum *in d. l. 3. ff. de interd. & releg.* & alia superius citata. Et vtcunque sit, primogenituræ Galliæ, & Italiæ in multis differunt à nostris maioratibus Hispaniæ, vt plenius dixi *in princ. 1. partis huius tractat.* & Cifuentes *in dict. l. 40. Tauri*, non loquitur in primogenitura, quæ prouenit filio ingrato à genere, & ab antecessoribus; sed in maioratu originem habente à patre, contra quem fuit ingratitudo commissa: & hoc sentit expresse, dum citat *l. 17. Taur.* quæ tractat de reuocatione meliorationis factæ per patrem: quam non dubium est posse ex ingratitudine donatarij. Et idem est in maioratu.

Sextò, ista conclusio ostenditur ex pluribus quæ scribit Tiraquel. *lib. 1. de retract. §. 1. glos. 8. nu. 44. cum aliis pag. 124.* vbi resoluit, † ingratum admittiad retractum. 14
Et istam etiam nostram sententiam validare possumus diuinæ Scripturæ † autoritate, *Deuteron. c. 21.* vbi dicitur, *Si habuerit homo duas vxores, vnam dilectam, & alteram odiosam, genueritque ex eis liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus, voluerit que inter filios suos substantiam suam diuidere, non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odiosæ filium dilectæ; agnoscet primogenitum, debitque de his quæ habuerit cuncta duplicia: ipse enim est principium liberorum eius, & huic debentur primogenita.* Et quamvis (vt prædixi) Glos. Paris. *in d. §. 8. nu. 27.* teneat prædictam contrariam sententiam; ex his tamen quæ scribit *in d. §. 7. n. 9. &* 10. palam sentit, quod filius non potest priuari primogenitura propter ingratitudinem, quando illa prouenit iure sanguinis, sed solùm quando ex iure hæreditario. Et ideo *Glos. Paris.* apertissimè probat nostram sententiam, & non contrariam; & hoc clarius tenet *n. 12.* Et ad hanc sententiã plures Authores citat, videlicet Molinam, Acostam, & alios Ahumada *in l. 9. tit. 7. part. 2. glos. 2. nu. 1. fol. 130.* Et (vt dixi *in dicto princip. 1. part.* ex Ioan. Andr. *in c. licet, col. 2. de voto*) ius † primogenituræ apud exteros, vt legitima, defertur; & hoc modo saluari possunt *Guillel. Benedict.* & *Tiraquel.* contra quos Peralt. *in d. l. 3. §. qui fideicommissam. ff. de hæred. instit.* valdè stomachatur, eos nimis increpando, qui viri non ita acriter castigari merentur. Quamvis pro opinione *Oldradi*, & aliorũ, possit capi quædã cõiectura deducta à mente illius, qui author fuit maioratus, qui si cogitasset quod successor pro tempore in maioratu, aliquam iustissimam causam ingratitudinis committeret contra patrem, verisimiliter caueret, & statueret in maioratu, quod illo casu contingente, posset filium priuare: argum. text. *in l. Titius, §. Lucius Titius, §. de liber. & posthum.* & aliorum quæ scripsi *in quæst. præcedenti.* Sed non expedit ita passim voluntates defunctorum extendere, vt iuri primogenituræ faciliter derogetur.

Posito autem (sine veritatis præiudicio) quod prædicta doctrina Oldradi, & aliorum esset vera, eam limitat eleganter Alexand. *in cons. 87. Accuratè pro viribus: n. 4. lib. 6.* vbi intelligit procedere hanc sententiam in sola persona filij ingrati, non etiam in filio filij ingrati. quia iste † non est priuandus successione primogenituræ, nec 17
pertinet secundum eum ad fratres ingrati; ad quod citat Bald. *in l. tutela, §. vlt. ff. de legitim. tut.* & *in c. 1.* per illum textum, *de filiis natis ad Morganatic. contract.* & notata *in c. 1. Episcopum, vel Abbat.* vbi Bald. & refert alias authoritates: & *Alexand.* sequitur Glos. Parisien. *in dict. cons. in addition.* quæ incipit, *Transiret*, quamvis illud limitet in successione primogenituræ delatæ ex testamento, iuxta notata per eundem Alexan. *in cons. 4. lib. 4.* Et pro doctrina *Alex.* facit *d. l. 3. ff. de interdict. & relegat.* Conducunt & alia superius scripta, & textus qui ad hoc est expressus *in l. 2. §. si emancipatus. ff. de bonor. possessor. contra tabul.* & *l. cognouimus.* & *authent. idem est de Nestorianis, C. de hæretic.* quod tenet *Molina*, licet non ita

ita clarè, nec aliquo fundamento ductus, *lib. 1. de primogen. cap. 9. num. 58. fol. 73.* & faciunt scripta per Ioann. Gratian. *regul. 199. nu. 10.* & iterum *nu. 22.* & idem in nostris terminis & quæstione tenet *Lucas de Penna*, qui nec ab Alexan. nec à Glos. Paris. refertur *in l. 1. Cod. de priuileg. eor. qui in sacro Palat. milit. col. 3. vers. quinto,*
18 *quoniam si pater, fol. 258.* Et ingratitudo patris † non est ingratitudo filij, secundum Bald. *in l. maximum vitium, nu. 15. C. de liber. præterit.* per textum *in l. Diui fratres, ff. de iure patronat.* Et priuatio filij, non est priuatio † nepotis, secundum eundem Bald. *ibi*, per *l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posth.* & *l. qui in aliena, §. interdum, ff. de acquir. hæred.* quod procedit nisi aliud à fundatore maioratus cautum sit: sicut ego in practica vidi in quodam maioratu, argumen. text. *in Authen. de nupt. §. dispon.* & eorum quæ scripsi *in 1. p. q. 50.* & *in 2. p. q. 1. à num. 2. & q. 3.* & in aliis pluribus locis *istius libri*: & ita obtentum fuit in praxi, licet magna fuerit con-
20 tentio, propter text. *in l. pater familias. ff. de hær. d. instit.* vbi probatur, quod non potest quis exheredari † propter factum & culpam alterius: quem textum dicunt ad hoc singularem, Bald. *in l. 1. nu. 10. Cod. de his quæ pœnomi.* Ias. *in l. si seruus, §. si plurium, nu. 8. ff. si quis caution.* Roman. *in singul. 111.* Corset. *in singul. verb. testator*, Paul. de Castr. *in l. Seius & Augerius, ff. ad l. Falcid.* ad quem respondet *cons. 2. nu. 17. cum seqq. lib. 2.* Et ad hoc faciunt quod scribunt Bald. & Corn *in d. l. 1. C. de his quæ pœn. nom.* & alia plura, quæ congerit Paris. *in cons. 8. nu. 22. cum seq. lib 3.*

23 Et ex his etiam inferri potest, † quod quamvis quis tam atrocem committat ingratitudinem contra possessorem, & antecessorem in maioratu, quod illum occidat manibus violentis, vel occidi faciat, non est priuandus iure primogenituræ, quando qui occisus fuit, non fuit author maioratus.

¶ Sed contra istam illationem est doctrina Bald. *in cap. 1. §. similiter, nu. 3. quibus mod. feud amit. fol. 16.* vbi
24 dicit, † quòd si frater occidat fratrem suum, vt accrescat illi portio paterna, vadit feudum ad alios agnatos: citat Glos. quam dicit esse notabilem *in cap. 1. si vassal. feud. priuet. cui deferatur*; vbi Andr. de Iser. *nu. 2. fol. 69.* hodie *fol. 176.* & iterum *ad finem*, vbi latè Liparul. *fol. 18. col. 3.* & resoluit notanter Alex. *in cons. 10. nu. 9.* Et cum hac doctrina Baldi, videtur sentire Gregor. Lopez *in l. 2. tit. 15. part. 2. in gloss.* sino el hij mayor; *in vers. quid autem si filius*; & clarius opinionem istam tenet Molin. *in tract. de primog. lib. 3. cap. 2. nu. 32. fol. 12.* qui refert Bald. & Ioan. Lop. & Gregor. Lop. ad quem addo Nicol. Boer. *decis. 25.* & nouissimè Petr. Barbosa oblitus doctrina Molinæ *in l. si ab hostibus, §. fin. nu. 2. pag. 108. ff. solut. matrim.* & prius *nu. 12. pag. 107.* vbi hoc refert; & in hoc maioratu, & fideicommisso, hoc tenet Anton. Peregr. *in tracta. de fideicomm. art. 22. nu. 99. fol. 207.* Quorum doctrina mihi verior apparet, & in proposito tenenda: quia † dolus & delictum cuiquam patrocinari 25
non debet: *l. si ab hostibus, §. 1. ff. solut. matrim.* quæ videtur ad hoc expressa: *l. vlt. Cod. de reb. cred. l. itaque in princ. ff. de furt. l. si renumerandi, §. Maurus, ff. mand. l. ita demum, ff. de arbitris.*

Ex quibus legibus etiam apparet, quod † ex delicto 26
quis non debet consequi præmium: & ad hoc plures concordantes refert Tiraq. *in tract. de utroque retract. lib. 1. §. 1. glos. 9. nu. 62. pag. 149.* ad quem addo Carol. Ruin. *in cons. 129. nu. 1. lib. 2.* & inquit Bart. *in d. l. si ab hostibus, §. si vir. ff. solut. matrim.* vbi dicit, quòd maritus qui occidit vxorem, priuatur † lucro quod à sta- 27
tuto sibi debetur; & idem est in quocunque alio coniuncto, qui si interficiat illum, cuius successio ad eum deferebatur, priuatur successione; secundum Bart. *in l. cum ratio, §. vlt. 8. de bon. damn. & in l. vlt. nu. 10. si quis aliq. test. prohib.* ad quod alios DD. refert istud confirmando Dec. *in cons. 525. nu. 2. cum seq.* & confirmatur ex aliquibus notabilibus quæ cumulat Ioan. Lop. *in repet. rubr. de donat. inter vir & vxor. col. 13. cum seq.* hodie, *§. 70. nu. 16. pag. 268.* & Rom. *cons. 461. Occidens*; Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2 cent 4. cas. 395. num. 15. pag. 654.* qui legi debet post Rolan. *cons. 56. lib. 1.* Nic. Boer. *decis. 261. nu. 2.* qui id tradit in muliere, quæ reperitur noctu occisa: & idem Nicol. Boer. *in consuetud. Bituricens. tit.* des Coustumes de Tours, *pag. 66. col. 1.* vbi ponitur exemplum contra Ducem Mediolanum: & põdero bonum text. *in l. siue hæreditaria, Digestis. de neg. gest.* ibi, *Sed ita scilicet hoc dici potest, si ipsa ruina, vel incendium sine vitio eius acciderit: nam tum propter ipsam ruinam, vel incendium damnandus sit, absurdum est eum, istarum rerum nomine, quæ ita consumptæ sunt, quidquam consequi:* de quo textu meminit Ias. *in l. si à furioso, nu. 4. ff. si cert. pet.* Natta *in cons. 73. nu. 14.* qui addit bonum textum *in l. legatorum, fin ff. de interdict. & relegat.* ibi, *Neque enim immunitatem pœna tribuere debet.* Confirmatur, quia licet hæredi, ante apprehensam pos- 28
sessionem, † non competat interdictum *uti possideris*, secundum Ioann. Faber. *in §. retinenda, nu. 8 Instit. de interdict.* Alexand. *in l. cum hæredes, nu. 9. ff. de acquiren. possess.* fallit vbi vnus eorum qui litigabat alterum interfecit; quia successor potest agere illo interdicto, secundum Bald. *in c. licet causam, nu. 34. de probation.* Menoch. *de retinen. possess. rem. 3. nu. 6. pag. 183.*

Imò homicida † non potest succedere hæredibus oc- 29
cisi, in bonis, quæ prouenerunt ab ipso occiso, secundum Glos. *in l. Lucius, in glos. fin. ff. de in ius fisci*, quam sequuntur & commendant Bart. & alij ibi, *quod traditio*; Anton. Gom. *in l. 22. Tauri, n. 14.* Hippol. *in cons. 93. nu. 8. lib. 2.* & Ioann. Gratian. *in regul. 208. nu. 4. &* 5. notant Bart. *in l. 1. ff. si quis aliq. testari prohib.* Barth. Socin. *in cons. 124. nu. 1. cum seq. lib. 3.* Hippol. qui refert Gandin. *cons. 93. nu. 10. lib. 2.* Portius Imolen. *cons. 19. nu. 11.* Roland *in tract. de lucro dotis. quæst. 91. num. 13.* Anchar. *in Clem. 1. in fine, de pœnit. & remiss.* Simon de Petris *in tract. de interpre. defun. volun. lib. 3. dub. 3. solut. 3. nu. 7. fol. 317.* Molin. *lib. 3. de primog. cap. 2. nu. 32. fol. 12.* Anton. Gom. *in tract. de delict. c. 3. nu. 51. fol 50.* Ial. Clar. *lib sententiarum, §. homicidium, nu. 22. pag. 42.* Hippol. de Bonacur. *in lib. comm. opin. verb. homicidium.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsump. 170. nu. 14. pag. 300.* Nicol. Boer. *decis. 244. nu. 12.*

Et pro ista opinione faciunt scripta per Mencha.*de succes.creat.*§.9.*num.*121.Micha.Grat.*in lib.de succes.ab intest.*§.*testamentum*, q.82.*pag.*552. Tiraq. *in tract. de nobilit.c.*31.& per *dd.st ab hostibus*, *ff. solut.matrimon.* Inquit etiam ad propositum Rebuf. *in tract. de nominat.q.*21.*num.*37.*pag.* 255. quod nominatus procurans mortē beneficiati,ab illius beneficio excluditur. ¶ Item
30 alterius circumuentio † alij non præbet actionem.*l.alterius*, *ff.de reg.iur.*& inquit idem Rebuf.*in c.Ratnuntius*, *de testam. pag.*539. *col.*1. *in prin. num.*39. quòd quando substitutus mortis causam & occasionem dedit, ei non succedit, qui ad hoc citat Guillelm Bened. ibi, *de vulgari, num.*25.& plura ad propositum scribit Phanuc.*in tract.de lucro dotis, glo.*14.*num.*2. *cum seqq.pag.* 821.& alia in materia scribit Anton.Peregr.*in tract. de iur.fisc.lib.*2.*tit.* 2.*num.*1.*cum seqq.pag.*70. Tiber.Decia. *in pract.crim.com.*2.*lib.*9.*de pœnis parricidij*, *c.*16.*num.*
28.*fol.* 173. & conducunt quæ ad propositum scribit Guillelm.Benedict.*in d.c.Raiuun.in verb.condidit, in c. num.*10.*cum seq q. fol.*159.& *in verb. mortuo itaque testatore, num.*30.*cum plurib.seq.fol.* 358.*in cons.*525.*num.*
1.& 2.Fulu.Pacian.*in tract.de probation.lib.*2.*c.*3. *num.*
18.*fol.*16.Anton.Gom.*in l.*80.*Taur. numero* 64. textus, vbi Andr.de Isern.*in c.*1.*an ille qui fratrem*: *numero* 3.*fol.*188.vbi Matthæus ab Afflictis *numer.*1.*folio* 235.

31 Notandum tamen est quod filius occisoris † non excluditur à maioratu, quia ipse nullum delictum commisit, & pœna debet tenere suos authores, *l.sancimus, C.de pœnis*, cum *mille similibus*: & ad hoc facit etiam ille textus, qui ad hoc ; & alia plura similia ponderati meretur, *in d. l.* 3.*ff. de interd.& releg.*& conducunt
32 scripta per Alex.*in d. cons.*87. quamvis huic dicto † contradicat tex.*in d.c.*1.*st vassall.feud.prin.cui defera*: vbi dicitur, *Vassalli feudum delinquentis, ad agnatos quantumcunque pertineat, filios tamen ad id nullatenus admittit*: de quo textu *in d.c.*1. lege Menoch.*in cons.* 226.*num.*205.*cum seqq.lib.*3. Sed ad istum textum replicari potest, quòd procedit vbi vassallus contra dominum delictum commisit, quia tunc iustum videtur, excludi & priuari filium sicut patrem, quia iam filius procedit ex radice inf. cta, & semine malo, propter offensionem in dominum factam,cui summam debet reuerentiam;argu.tex.*in l.*9.*tit.*26.*part.*4. *& in l.* 9. *quæ incipit*, matando.*eod. tit.* Et ideo in isto casu feudum ad agnatos peruenire debet.

Præterea ratio differentiæ inter feudum & maioratum, in hoc quem tractamus casu, sicut in aliis plurimis
33 † est diuersissima : nam feudum talis est naturæ, quod à principio datur feudatario & eius successoribus, sub hoc,& aliis similibus pactis : videlicet, quod dominum non offendat, nec vxorem, & filios, nec nepotes: vt patet ex *tit.noua forma fidelit.*& *c.ferma*22. *q.*5.*l.*4. *d.tit.*26.*p.*4.vbi Greg Lop.*in glos.*3. de hoc latius agit. In maioratu autem istud locum non habet; quia successor in maioratu nulli obedientiam, nec fidelitatem nisi Regi præstare tenetur, vt clarissimè patet. Ex quibus apparet,quod prædictus textus non obest huic dicto,de quo *in isto versus notandum,n.*44.

34 Magis vrgere videtur † tex. *in l. si duob.* §. *si prius, vers.si remoto, ff.de bon.poss.contra tabulas*,ibi, *Filius quoque rectè videatur petere bonorum possessionem : si verò ille non possit hæreditatem obtinere, filius quoque excludatur.* Qui textus etiam non obest prædictæ sententiæ; quia loquitur in bonis liberis, & in quibus nepos succedere Auo potest : & in bonis maioratus aliud dissimile est, quia in illis succeditur primo fundatori. Nec ex iure patris, vel vltimi possessoris aliquid illis defertur : *dd.coheredi*, §.*cum filia*, *ff. de vulgar. & pupil.*

35 ¶ Sed nihilominus tenendum est, † quod in isto casu, quemadmodum occisor excluditur à maioratu, si iniustè occidat fratrem, vel alium possessorem maioratus, excludantur eius filij : quod probo ex doctrina Ioan.Andr.*in addition.ad Speculat.in rubr.de successor. ab intest.in* 4.c.Speculat.*fol.*148.*col.*1.*in princ.rubricæ*; vbi dicit,quòd si frater † interfecit fratrem liberos non 36
habentem, & intestatum decedentem ; quod etiam filij interficientis illi non succedunt : vbi ad hoc refert Guidon.de Suza, & *l.vlt.ff.de bo. damnat.* Quod mihi verissimum videtur in terminis, in quibus loquitur, refert & sequitur Ioan.Lop.*in rubr.d.c.per vestras*,§.7. *num.*16. & pro Speculatore ex text.*in cap.*1.§.*similiter, quib.mod.feud.amitt.*& quod per illum volunt Curti. *in tract.de feud.*4.*p.*2.*princ.*11.*causa priuationis feudi.n.* 33.*pag.*330.& tradit Phanuncius *d.glos.*14.*num.*3. qui ad hoc refert Alex.*con.*30.*num.*3. *ib.*1.Aluarot.*in c.*1. *si vassall.feud.primer.*Caroi.Ruin.*conf.*214. *col.*2. *lib.*1. Hippolyt.*in cons.*93.*num.*9. & tradunt in notabili casu Præposit.Aluarot.*num.*4.Matth.de Affl. *d.n.*33.& 34. *in c.*1.§.*insuper*, *de prohibit.alienat.feud. per Federic.* Et vbicunque filius excluditur †propter delictum,tunc 37
talis exclusio nocet nepoti : *l.*1.§.*filium*, *l.*3.§.*si manicipatus*, *l.si is qui filium*, *ff.ad bon. poss.contra tabulas*, notat Alex.*in cons.*75. *col.*14.*lib.*1. in hoc rectè expendit, & de facto contigit in quodam maioratu opulento quamvis videri meo;illa iura potius probant contrarium,iunctis Glossis,& Doctoribus.

Et pro hac sententia facit,quia exclusa vna persona; † exclusæ censentur omnes descendentes ex illa;secun- 38
dum Glossam *in l.Gallus*,§.*nunc de lege Vellei.ff. de liber.& posth.*Bart.*in l.liberorum, num.*16.*ff. de verb. sign.* & alios quos refero *in p.* 6. & exclusa vna persona, † 39
centetur exclusa tota linea quæ ab illa fundamentum capit:*l.vlt.C.de verb.sign.c.*1 §.*hoc autem.qui feud.dar. possunt*, cum *similib.* quæ etiam refero ; *in quæstione* 2. Hinc fit quod sicut fœmina excluditur à successione feudi ; ita masculus ex fœmina ; vt resoluit Guillelmus Benedict.*in cap.Rainuntius,de testam. in verb. duas habens filias*, *num.*31.*folio* 15. de quo legenda quæ scribo *infra,p.*2.*q.*6.Et vide Molin.*lib.*3.*c.*2.*n.*41.*fol.* 36.

Ex quo fit, quod licet talis occisor filios habuerit, etiam qui nati erunt ante commissum delictum, excludentur à maioratu eodem modo,ac si post delictum nati fuissent. Nec enim est iustum ; † quod tales filij suc- 40
cedant in maioratu, in quo non succederent, si pater non occidisset possessorem maioratus, ex cuius morte ius ad eos deuolutum fuit : ad quod conducit ratio, & mens *leg.*1.*ff. si quis aliquæ testat.p. obib.l.*2. *C.eod.tit. l.testamenti,C.ac in offi.testam.l.*26. 27. 8.2. & 30.*tit.*1. cum materia harum legum : *l.*4.11.12. & 13.*tit.*7.*part.* 6.& *in d.l.*13.Greg.Lop.*in glos.* in verb. *del heredero*, tangit quæstionem, quòd si frater occidit fratrem. feudum;aut maioratus non confiscatur,nec tranfit ad filios sed ad alios agnatos : quod est notandum pro intellectu istius materiæ ; & ibi refert Bald.*in d. c.*1.§.*similiter*,& text.*in l.post legatum*, §.*si pater.ff.de his quib. vt indig.*& alia iura ; & leges quæ cum istis legibus concordant de iure communi,quas ibi referunt Additionatores ; & sunt tales filij incapaces ad succedendum,non propter eorum vitium aut incapacitatem ; † sed quia ex 41
vitio, & dolo, & fraude paterna non debent præmium reportare;*l.in hæredem,in princ.ff. de calumn. l.hæredem, ff.de dolo.l.quod diximus*,§.*vlt.n. quod autem.ff. quod met causâ.sicuti*,*ibi*, Ex delicto defuncti lucrari non debet: *ff.de reg.iur.*cum *concordanti* vt per Glos.Deci.& alios, *ibi*,& facit quod legitur de Caim *in facia pagina*, quia ex eo quod fratrem occidit,ipse & eius posteritas puniti fuerunt : & idem contigit in Saüle Rege,quia mandato Domini non obtemperauit,ipse & successores Regnum amiserunt ; faciunt scripta per Ant. Peregrin. *in tract.de fisco.lib.*3. *num.*1. *cum seqq.pag* 135. Et de ista historia meminit Boer. *d. decis.*261. *num.*2.Ex quibus apparet nihil obesse ea quæ dicta sunt,& scripsi *in illatione seq.* dum dictum fuit filios ante delictum concepetos, non esse incapaces post factum delictum per *l.* 3. *ti.*9.*lib.*4.*ordin.*& alia iura, vbi etiam scribo aliqua pro confirmatione istius doctrinæ.

Et

Et ad hoc etiam facit doctrina Bald. *in l.bonorum, num.*25.*C.qui admitti, ad bonor. possess.*vbi dicit, quod filius dependet à patre: & origine sublata, tollitur quid-
42 quid ordinatur ab illa:& † qualis est res in origine,talis est in acquisitione, per *l.cuius.ff.de manumiss.* & pro hoc est etiam doctrina Bald. *in cons.*40. *lib.*4. vbi di-
43 cit, † quòd frater substitutus per fideicommissum sub conditione mortis, si fratrem interficiendo faciat conditionem mortis existere,non consequitur fideicommissum,ne dolus ei prosit. Pro quo induco textum in ratione sui, *in l.Cicero Milesiam.ff.de pœn.* ex qua lege, & ex superioribus inferri potest,quòd si aliquis vel vi,vel fallaciis faciat, vt mulier ventrem ad lucem non pro-
44 ducat, efficitur † indignus successionis maioratus, qui erat illius qui gestabatur in vtero, si ad lucem proditus legitimo patri fuisset:quod contingere potest, quia malitia hominum ad hoc & ad alia plura propter cupiditatem prona est.Et iam accidit in Hispania, quod quidam illustris miles occidit filium fratris adhuc infantem,vt illi succederet in maioratu,qui postea(Dei maximo mysterio) Genuæ contra hominum existimationem, per Officiales Caroli V. nostri Regis & Imperatoris,& Regis Philippi,qui tunc forte ibi vt hospes degebat,captus, & ad Hispaniam in triremibus fuit traductus, & Pinciæ vltimo supplicio affectus. Et aliud ferè similiter casum referunt Tancred.*in opere suo,c.*13. *q.*9.Greg.Lop.*in l.*2.*tit.*11.*part.*5.*in glos.*in verb. *Por consentimiento*,& pro intellectu text.*in d.l.Cicero*, vide Dec. *in cons.*535 *numer.*1.*cum aliis,l.*3. *tit.*7.*part.*7.

Et ex his etiam constat nimis † periculosam esse
45 sententiam Baldi *in l.*1. *num.*3 *fol.*44. *C.unde vi* : quo in loco contradicens omnibus superioribus, dicit,quod quando ius succedendi est connexum naturæ, & inseparabile, si quis occidat illum, cui succedere debebat, non prohibetur illi succedere ; per text. *in l. cum ratio, in fin. ff.de bonis damnator.* & *in l. his consequenter, vlt.ff.famil.erciscun.*quem sequuntur ibi *Paul.* & *Roman*,licet contrarium teneat *ibi*, *Salicet.* & Alex. *in d.l.si ab hostibus,num.*4. Et qui *Baldi* doctrina idem dici potest in successione bonorum maioratus,qui occidit antecessorem, quia hoc ius succedendi in maioratu videtur connexum naturæ, & inseparabile, vt ex superioribus patet.

46 ¶ Sed hæc doctrina *Baldi* falsissima mihi † videtur, & contra omne ius, & rationem, contra naturalem æquitatem,& bonum regimen Reipublicæ. Quam tamen,qui confirmare velit, legat Petrum Barbosam *in d. l.si ab hostibus*, §.*fin.ff. solut.matrim.nu.*25.*pag.*110. vbi resoluit, quod occidens illum, qui ius habebat succedendi in maioratu, priuatur à successione maioratus: non tamen eius filius per rationem *Baldi*,de qua, & de eo non meminit. ¶ Et ista præstant argumentum, la-
47 psum etiam fuisse *Ioan. Lopi.* qui falsus † authoritate Baldi *in d.l. C.unde vir & vxor*, & *in d. rubr. de donation. inter vir. & vxor.col.*3 6.^a.70. hodie *pag.*268. ex ea deducit,quòd si quis occidat eum,cui debet succedere iure sanguinis, non priuatur successione ipso iure: imo sibi acquiritur,& postea fisco applicatur. Pro quo facit *l.*10.*tit.*delos homicidios,*lib.*8.*ordinam.*verb. *Aya la mitad al Rey*, quæ verba sunt ferenda,non latæ sententiæ;ex *regula leg. & si quis*,§. *Diuus*, *ff. de relig. & sumptib. funer.* vbi probatur, quod priuatio non inducitur nisi in casibus à iure expressis : quod tradoo *in* 1.*p. istius operis,quæst.*1.& quod scribit Bald.*in l.eam quam, num.*10.*Cod.de fideicommiss.* vbi vult, quòd si frater occidat frarrem, delinquens potest adire, & sic hæreditas deuenit ad fiscum ; quod tradunt Roland.*cons.*56.*lib.*1. Plaça *lib* 1. *de delict. cap.*22. *num.*39. Albens. *cons.*7. *num.* 10. quos & alios citat Menoch. *de arbitr. iud. lib.*2. *cent.*5.*casu* 395.*pag.*654. *num.*15.Quintil.Mandos. *in tract.designat gratia, fol.*88.*col.*3. *vers. sic etiam videmus*,& resoluit Iul. Clar. §. *homicidium, num.*22. *pag.*42.qui ad hoc legi debet:& Quintil. Mandos.*in tr. de ingratitud.c.*117.& 118.

Et quamvis † in bonis minime restitutioni subiectis 48
forsan doctrina *Ioannis Lopij* procedere possit, si tamen sunt bona maioratus & fideicommisso subiecta,intrepidè contra illam tenendum est ; ex scriptis *in* 4.*p. istius operis, quæst.*23. & per ea quæ tradit in hac ipsa specie Carol.Ruin. *cons.*129. *num.*4.*lib.*2. vbi probat, quod bona ad vocatos,& non ad fiscum pertinent:& faciunt quæ scribit Molina *lib.*1.*de primogen.d.cap.*9. *num.*23. *fol.*67. Petr.Barbos.*in d.l.si ab hostibus*,*fin.ff.solut.matrim.n.*21. *pag.*108. & quòd si frater occidat fratrem, si feudum sit notum,transeat ad dominum;si antiquum; pertineat ad agnatos ; probatur *in c.*1. *an ille qui interfecit fratrem*;& est communis distinctio secundum Præpositt. *in cap.*1.*quæ fuit prin.cauf. benef. amitten.* & tradit latius Zasius *in tit.ad quem feud.reuert. num.*103.*fol.*20. ¶ Quod autem homicida non possit succedere occi- 49
sio ; † ex testamento occisi ; tradit Menoch.*in tract.de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.*170. *num.*14. *fol.*300. Quibus congruit doctrina Gregor.Lop.*in l.*8.*tit.*29.*part.*3. *in glossa*, in verb. *El padre*,vbi vult quòd si aliquis occidit possessorem maioratus ; vel cautus est in maioratu, quod qui iniuriam fecerit possessori ; non succedat in maioratu, non potest pater nomine filij, qui est in potestate, agere pro maioratu, text.*in l. qui in seruitute, ff.de bonis liberor.*quæ doctrina est intelligenda, & moderanda secundum ea; quæ supra sunt scripta.

Vnum etiam est notatu dignum in ista materia quod colligitur ex mente Bald.*d.* §.*similiter*, & omnium qui in isto puncto loquuntur,quòd si quis occidat fratrē, vel alium, ob cuius mortem successio maioratus ad occisorem peruenit,occidit tamen casu, vel ex improuiso,vel ob aliam causam non ordinatam, vt ad eum successio maioratus deferretur; videtur † quod non amittere de- 50
bet successionem maioratus, saltem filij occisoris non erunt indigni. Quod vidi in facto ; in negotio maximi momenti: & ad omnia superiora addenda sunt quæ scribit Andr.de Isern.*c.*1.*an ille qui interfecit fratrem.n.*1. *cum seqq.fol.*188 vbi *Lipanulus*:& quod frater non possit priuari iure primogenituræ ; tradit Tiraq.*in tract.de primogen.q.*2.*ad fin.pag.*208. per text.& Anchatran. *in c licet, de voto.*

Ex istis etiam deducitur, veram esse doctrinam Rolan.*in cons.*56. *num.*5.*cum aliis*,vbi per text.*in l.Imperator ff.de fideicomm.libert.* latè sustentat, quòd si filius qui succedere debebat in bonis restitutioni subiectis; occidat patrem, talia bona † non amittuntur propter 51
hoc delictum, nec fisco applicantur : pro quo facit doctrina Bart.*in d.l.*1.*ff.si quis aliq.testar. prohib.*& plura ad istud propositum scribit Bartholom.Socin.*in dicto consil.*124.*n.*3.*cum aliis, lib.*3.

Vlterius est animaduertendum circà superiora;quòd si quis seipsum occidat, licèt sit in casibus, in quibus bona maioratus propter delictum amittuntur ; † non 52
priuantur successores bonis maioratus : quod probatur ex doctrina Baldi *in d. c.*1. *an ille qui interfecit fratrem domini, num.*4. *fol.*59. vbi dicit, quòd si vassallus occidat seipsum, non amittit feudum, quia postquam fuit mortuus, bona fecerunt transitum ad hæredem,per *l.*2. *Cod.qui testamen.facer.possunt*: cuius opinio hodie fulcitur ex *l.*9.*tit.*13.*lib.*8.*Ordinam.*de cuius legis intellectu agunt Episcop.Couarr.*resolut.lib.*2.*cap.*1. *versus finem*; Anton.Gom. *de delict.fol.*354. *col.*1. Greg.Lop. *in l.*2. *in verbo*, Aver pena, *tit.*27.*part.*2. vbi etiam Montal. & hoc verissimum mihi videtur:Et tradit Ioan. Falcon. *reg.*55.*num.*1. Cald. Perei. *in l.si curatorem habens*, *in verb.sua facilitate, num.*16. *fol.*208 *Cod.de in integr. restit. minò*,vbi citat quæ hic tractantur. Et pro hac sententia facit quod scribit Corneus *in cons.*295.*lib.*2.& notanter Decius *in cons.*438. *num.*4. vbi loquuntur de statuto,ex quo pro homicidio quod capite punitur, & bona publicantur, quod intelligitur de homicidio commisso per aliquem in persona alterius : non de illo qui seipsum occidit ; vbi Decius tradit,quòd quis non præsumitur se occidisse metu criminis, sed tædio vitæ, vel

aliàs,

aliàs. Et quod Medicus qui elleborum furoris curandi cauſa inſtituto dederit, ſi mortuus fuerit, ſubſtitutus non ſuccedit; tradit Rebuff. *in c. Rainuntius, de teſtam. nu. 57. pag. 544.* per reg. *d. l. ſi ab hoſtibus, ſ. fin. ff. ſolut. matrim.*

Sciendum etiam circa ita eſt, & ſingulariter ponderandum, quòd occidens, vel aliter indignus, † interim
53 eſt hæres, & poteſt adire hæreditatem, & interim exercere actiones hæreditarias, *l. his conſequenter, §. 1. ff. famil. erciſcund.* notant Bald. & DD. *in l. hæredi as, Cod. de his quib. vt. indign.* probatur *in l. ex facto, §. Iulianus,* vbi notat Iaſ. *ff. de vulgar.* Ægid. Boſſi. *in pract. crim. tit. de his quib. vt dign. n. 17. pag. 701.* quæ doctrina notanda eſt pro intellectu text. *in l. 45. Tauri*, de qua latè agitur *in part. 3. iſtius operis*, an talis occidens, vel illius filius poſſint vti remedio *illius legis.*

Ex facto etiam agitatum vidi in materia præſentis quæſtionis, an filius à patre iuſtè exhæredatus, poſſit ſuccedere in maioratu relicto cum conditione, quod hæres grauati ſuccedat in tali maioratu: & magis vide-
54 tur filium iuſtè exhæredatum † non poſſe ſuccedere in tali maioratu, cùm idem ſit de emphyteuſi quam filius exhæredatus habere non poteſt, ſi accepta ſit pro recipiente, filiis, & hæredibus; ſecundum Bartol. *in l. iuriſiurandi, §. ſi liberi, ff. de oper. libert.* Alex. *in l. quod dicitur num. 19. ff. de verb. obligat.* Cuman. *in l. filius familias, §. cum pater, num. 2. ff. de leg. 1.* Angel. *conſ. 184.* Rubeus *in l. Gallus, §. quidam rectè, nu. 185. ff. de liber. & poſthum.* & idem ſit in feudo, quod filius iuſtè exhæredatus non ſuccedit in eo, ſecundum Iacob. Zadiz. *in ſumma de feudis in rubr. an filius ſuccedat in feudo*, Aluarot. *in cap. 1. §. & quia videmus, nu. 12. qui feud. dar. poſſ.* Curt. *in tract. feudor. in 3. p. quomodo ſuccedant deſcendentes maſculi, n. 7. pag. 254.* quos & Pariſ. *conſ. 1. nu. 7. lib. 1.* citat Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. q. 45. nu. 1. fol. 243.* ad quem addo Cæſarem Lambert. *in tract. de iure patron. lib. 1. p. 2. q. 2. art. 21. fol. 139. nu. 1. cum ſeqq.* vbi latè probat, quod filij
55 exhæredati † amittunt ius patronatus, per text. *in l. filius & in l. ſi operarum, ff. de iur. patronat.* & *in l. vel qua, §. exhæredatis, ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* & doctrinam Bart. *in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberi, ff. de oper. libert.* & Lambert. mox citatus, *in art. 20. præcedenti, nu. 3.* tradit, quòd ex ſtatuto fundatoris poteſt apponi in limine fundationis, quòd primogenitus ſuccedat, etiamſi non ſit hæres.

Et faciunt ſcripta per Crotum *in l. filius familias, §. Diui, col. penult. verſ. Nono quæritur, n. 172 ff. de leg. 1.* & Tiraq. *lib. 1. de retract. §. 1. gloſſ. 8. num. 48. pag. 126.* qui *in numeris præcedentibus*, aliqua ad propoſitum ſcribit, quæ omnino legenda ſunt; & reg. tex. *in l. 1. §. ſed ſi patronus, ff. de coniung. cum emancip. liber.* vbi habetur,
56 quòd filius exhæredatus † habetur pro mortuo, de quo per Bart. *in l. 1. §. qui habebat filium, nu. 3. & 5. ff. de contrab.* Socin. *in l. Centurio, nu. 16. ff. de vulgar.* Tiraq. *in lib. de primogen. q. 53. nu. 16.* Menoch. *in conſ. 206. n. 45. lib. 3.* Molin. *lib. 1. de primogen. d. cap. 9. n. 30. fol. 67.* & Crotus *in d. loco, nu. 172.* ponit caſum in terminis, quòd ſi quis filios hæredes inſtituit, & prohibuit alienare bona ſua, quia volebat ad eorum deſcendentes peruenire: nam ſi quis mortuo patre filium ſuum iuſtè exhæredauit, & alterum hæredem ſcripſerit, filius exhæredatus †
57 non admittitur ad fideicommiſſum, nec poteſt petere bona Aui; quem refert & ſequitur Franciſ. Mantic. *lib. 3. de coniect. men. defunct. tit. 3. nu. 20. pag. 66.* licet poſtea contrarium teneat, *lib. 8. tit. 12. n. 24. pag. 347. per l. filius familias, §. cum pater, ff. de leg. 1.* Crotum autem, *in d. loco* refert & ſequi videtur Acoſta, *in q. de patruo & nepote: p. 3. nu. 9. pag. 437.* licèt in contrarium faciat text. *in d. l. filius famil. §. cum quis, ff. de leg. 1.* cum concord. ſcriptis per D. Ant. de Padilla *in l. cum aduiſſimi, nu. 23. Cod. de fideicomm.* vbi reſoluit, quòd diſpoſitio illius legis procedit, etiamſi filij ſuſcepti à grauato ſint exhæredati, vel ſe abſtinuerint ab hæreditate paterna.

Notandum etiam eſt in iſta materia, quòd ſi ſit dubium, an filius primogenitus ſit capax ſucceſſionis ma-
ioratus, & ſit lis inter eum & ſecundògenitum, vel alios tranſuerſales; in ambiguo † præferendus eſt primoge- 58
nitus, quia primogenitus perfectior præſumitur, iuxta *leg. 2. tit. 15. part. 2.* Et teſtatores potius præſumuntur diligere † primogenitos, quam ſecundogenitos, aut vl- 59
teriores: quod habetur *Regum. c. 13.* & *Zachar. c. 12.* & *Ioan. 1. c.* & in aliis locis, vt per Guillel. Benedict. qui hoc latius tradit *in c. Rainuntius, in verb. in eodem teſtamento, in 1. num. 173. cum ſeq. fol. 218. de teſtam.* & Tiraq. *in tract. de primogen. in princ. num. 37. pag. 122.* quibus addo notabile conſilium Stephan. Bertrand. *conſil 1. num. 8.* vbi dicit, in dubio eſſe præſumendum, patrem facere donationem in primogenitum. Et quæ ſcribo *in princ. iſtius quæſtionis, nu. 4.* circa iſtud propoſitum: & faciunt ſcripta per Molinam *lib. 1. de primogen. cap. 13. nu. 58. fol. 168.* ¶ Sed an ſecundogenitus † 60
poſſit litem inferre pro rebus maioratus vbicunque primogenitus eſt inhabilis, diſputat latè Matth. ab Afflict. *in cap. 1. col. 3. verſ. Sed iuxta hoc quæro, de grad. ſucceſſ. num. 9. fol. 14.*

ILLATIO SECVNDA.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus committens crimen læſæ maieſtatis, aut Sodomiæ, non ſuccedit in maioratu, nec filius illius. Quid in filio ſodomitæ, nu. 4.*
2 *Caro filij dicitur caro patris aucta.*
3 *In feudo delictum patris nocet filio.*
5 *Priuatio non habet locum niſi in caſibus à iure expreſſis.*
6 *Pater quamuis ſit incapax, filius poteſt obtinere ea, quæ ſunt à genere.*
7 *Filius ſi delinquit viuo patre, nepos non repellitur à ſucceſſione.*
8 *Delictum patris non nocet filiis in his, quæ per ipſum filiis non acquiruntur.*
10 *Patruus præfertur nepoti in caſu* numeri 1. & l. quiſquis, §. filij, C. ad l. Iuliam maieſt. *non habet locum in fratribus.*
11 *In aliis criminibus, præter hæreſim, & læſæ maieſtatis, non efficitur filius incapax maioratus propter patris delictum.*
12 *Filius ſi contra patris voluntatem vxorem ignominioſam ducat, an excludatur nepos à ſucceſſione aui.*
13 *Aui horis opinio.*
14 *Filij ante delictum concepti an excludantur à ſucceſſione maioratus, latè diſputatur: & reſoluitur, n. 22.*
15 *Quod alicui obſtat ſucceſſoribus illius obſtat.*
16 *Cum quis ſuccedere prohibetur, etiam deſcendentes ex eo.*
18 *Filius præſumitur laborare vitio parentum.*
19 *Deſtructo medio antecedenti, deſtruitur conſequens.*
21 *Filij hæreticorum qualiter ſint infames, remiſſiùs.*
23 *Concepti ante delictum non ſunt incapaces.*
24 *Inhabilitas patris non nocet filiis natis.*
25 *Filius licet propter culpam ſuam feudum amittat, nepos retinet ex perſona aui.*
26 *Delictum patris quando tranſeat in filios.*
27 *Filij concepti ante ingratitudinem patris non excludun, ur à ſucceſſione maioratus.*
28 *Sententia lata in cauſa nobilitatis contra patrem, an præiudicat filiis? latè diſputatur, à num. 28. vſque ad 34. Et quid ſi ab ea non ſit appellatum? remiſſiùs num. 42.*
29 *Extrema cùm non ſunt habilia, coniungi non debent.*
30 *Ex poſſeſſione non continuata non datur ſucceſſio.*
31 *Sententia lata ſuper ſtatu, vel conditione, pro veritate habetur.*
32 *Sententia lata contra fratrem in cauſa nobilitatis, non præiudicat fratri.*

35 *Sententia, quæ tranſiit in rem iudicatam, reſcinditur, quando per notorietatem facti conſtat contra illam.*
36 *Sententia iniuſta tranſacta in rem iudicatam ſuſtinetur ex ſola præſumptione pro Iudicis ſententia.*
37 *Præſumptio ceſſat, cùm de iniuſtitia conſtat, & cedit veritati opinio.*
38 *Sententia cùm eſt euidenter iniqua, appellatio operatur effectum ſuſpenſiuum.*
39 *Executori non licet exequi ſententiam notoriè iniuſtam.*
40 *Sententia euidenter iniuſta nullitati æquiparatur.*
41 *A ſententia poteſt appellari, cùm iniuſtam continet iniquitatem.*
43 *Filius furioſi ſuccedit in primogenitura, quamuis pater in illa non ſucceſſerit. Et qualiter poſſit ſubſtitui. num. 50.*
44 *Subſtitutio exemplaris expirat, cùm furioſus redit ad ſanam naturam.*
45 *Rex ſi efficiatur furioſus, an debeat filio concedi Regni adminiſtratio.*
46 *Filius furioſi à natura an poſſit ſuccedere in primogenitura, & n. 48.*
47 *Furioſus non poteſt matrimonium contrahere,*
49 *Mutus an poſſit contrahere matrimonium, & eius filij an ſuccedant in maioratu.*
51 *Exceptio furoris an impediat ſuccedi in maioratu ex beneficio l. 45. Taur.*
52 *Furioſus quando poſſit ſuccedere in maioratu.*
53 *Filij furioſi an amittant maioratum propter alienationem.*

SEcundò infertur, quòd quamvis filio primogenito regulariter deferri debeat ius primogenituræ, ſi tamen iſte filius committat crimen hæreſis, vel læſæ maieſtatis, aut Sodomiæ, quæ tria crimina ſunt grauiſſima (vt latius oſtenſum fuit *in 1. part. iſtius operis, q. 1.*)
1 priuatus † eſt iure primogenituræ non ſolum ipſe, ſed illius filij maſculi & fœminæ: *c. ſtatutum, de hæretic. in 6. l. quiſquis, §. filij. Cod. ad l. Iuliam maieſt. l. 2. tit. 15. part. 2.* in illis verbis, *No auiendo hecho coſa porque lo deuieſſe perder.* vbi latè Gregor. Lop. *l. 2. tit. 2. part. 7. c. 1. ſi vaſſal. feud. priuet.* vbi per Præpoſit. *num. 3.* quem textum retuli ad alium finem *in illatione præcedenti.*

Horum autem iurium ratio eſt, quia cum infecta ſit radix, & lex præſumat, quod viſti filij patri aſſimilari debent, vt probatur *in d. §. filij*, notat Alberic. *in l. ſi quis defunctum, nu. 4. C. de apoſtat. fol. 41.* nequaquam tales filij gaudere debent bonis, quamvis non ab ipſo patre, ſed ab anteceſſoribus veniant; quia adhuc concurrunt rationes text. *in d. §. filij*, & aliorum iurium concordantium, & ideo in his bonis maioratus, patrum incapacitas, & inhabilitas atque vitium ad filios porrigitur. Et hoc eſt ſpeciale in his criminibus propter immanitatem, & grauitatem illorum: & quod in ſpecie animaduertit Tiber. Dec. *in pract. crimin. lib. 5. c. 45. de filiis, num. 6. fol. 293.* & notanter fundat Roland. *in conſ. 8. n. 43. cum ſeqq. lib. 3.*

Et ex iſtis rationibus apparet, quod hæc procedunt, etiamſi filius qui delictum commiſit, nondum erat poſſeſſor bonorum maioratus, quia illius pater viuebat; nã adhuc macula & morbus palmitibus adeſt, ſicut & viti. Et eadem ratio concurrit in vno caſu, quàm in alio: & lex conſiderationem habet ad ſtirpem vitioſam, cuius rami ſtipiti credendum eſt quod aſſimilabuntur: Et intereſt Reipublicæ quod filij puniãtur pro delictis parentum, vt hac ex cauſa parentes, qui magis in filiis, quam in ſeipſis terrentur, arceantur à ſceleribus, quorum pœnam ad filios ſciunt eſſe etiam peruenturam: Et hæc eſt vna ex vrgentioribus rationibus, quare filij puniuntur ob delicta parentum, ſecundum Zenzelinum *in extrauaganti 22. incipienti, Dierum, in verbo. quomodolibet*, & ſcribit Cicero *in quadam epiſtola* ad Brutum, *Nec vero me fugit, quàm ſit acerbum parricidium ſcelera filiorum pœnis*
lui. Sed hoc præclarè legibus comparatum eſt, vt charitas liberorum amiciores parentes Reipublicæ reddat. Et caro filij dicitur † caro patris aucta ſecundum Paul. de Caſtr. 2
in conſ. 264. col. 3. lib. 2. pro quo eſt expreſſa *l. 1. tit. 7. part. 2.* & filius eſt vnus cum patre ipſo, vt dicit text. *in c. iam itaque, 1. q. 4.* Et præſumitur quod filius imitari debet patris geſta, ſecundum Speculatorem *in proœmio, verſ. cæterum, nu. 17. fol. 3.* Tiber. Dec. *in d. c. 4. d. n. 6.* Et præſumitur filius eiuſdem affectionis eſſe ſicut pater fuit, ſecundum Bald. *in l. liber. 1 col. 2. n. 4. C. de oper. libertor.* ſic Barba *conſ. 34. lib. 2. col. 3. verſ. modo ſacratiſſimus Imperator*, tradit, quod natus ex patre partiali contra Regem, eodem modo præſumitur eius filius; confirmat Thomas Gram. *conſ. 31. n. 6. p. 1.* pro quibus facit regula *l. fin. ff. de ſtatu liber.* quæ probat, quod infecto ſtipite inficitur ſequens: & natura ſemper gignit vnumquodque quale ipſum eſt, & ideo cauſa naturalis tranſit in filium, qui ex ſemine patris producitur. Et ad hoc propoſitum, & qualiter qualitas parentum ad filios in omnibus tranſmittatur, plura refert Tiraq. per multa folia *in tractat. de primog. q. 40. n. 1. cum ſeqq.*

Iſta confirmantur, quia in feudo delictum patris † 3
nocet filio, licet non noceat agnatis: *c. 1. ſi vaſſall. feud. priget. c. ſi vaſſallus culpam, ſi de feud. fuer. controuer. inter domin. & agn. c. 1. an ille qui interfecit fratrem.* Et eſt ratio ſecundum DD. in prædictis locis maximè Andr. *de Iſer. in c. 1. §. denique quæ fuit prima cauſa benef. amitten.* & Bald. *in l. qui ſe patruũ. C. unde liberi*: quia pater & filij cenſentur eadem perſona, *vulg. l. vlt. C. de impub. & aliis*: cum qua *l. vlt.* concordat. *l. 1. tit. 15. part. 2.* de qua *l. vlt.* latiſſimè agit *Tiraq.* varia ſcitu digniſſima adducendo *in l. ſi vnquam, in princ. n. 13. cum pluribus ſeqq. C. de reuocan. donat.* & ex quibus lector facillimè percipiet hanc noſtram concluſionem veriſſimam eſſe, & rationem Andr. *de Iſer.* etiam ſequitur Alexand. *in conſ. 30. n. 17. lib. 1.* & horum opinio eſt tenenda, quidquid dicat, & teneat Dec. *conſ. 445. n. 68.*

Et hoc mihi tenendum videtur in iſtis delictis: quamvis in crimine Sodomiæ adhuc † dubitari poteſt; quia 4
licet per *pragmaticam* Regum Catholicorum, hodie eſt *l. vnica, tit. 21. lib. 8. Recop.* delictum ſodomiæ æquiparetur crimini hæreſis; iure tamen cautum non reperitur, quod filij ſodomitarum ſint eodem morbo & vitio maculati, ſicut illi qui committunt crimen hæreſis, vel læſæ maieſtatis. Nec eſt eadem ratio in delicto ſodomiæ, quæ eſt in prædictis criminibus, nec eodem modo genus maculatur, ſicut in delicto læſæ maieſtatis, quo nihil in republica perniciоſius, & deteſtabilius; vel in delicto hæreticæ prauitatis, quo nihil eſt apud Deum optimũ grauius, & punitione dignius: quare dixit Enricus Boic. *in c. in quibuſdam, de pœn.* quod licet bona ob delictum non tranſeant in fiſcum, hoc fallit in crimine læſæ maieſtatis. & ita intelligit *c. Imperialem, §. penult. de alien. feud.* notat Barth. Socin. *in conſ. 226. n. 40. lib. 2.* ¶ Et priuatio non habet locum † niſi in caſibus à iure expreſſis ſe- 5
cundum Gloſſam, Communem *in c. vlt. de iure patronat.* quod latè tractaui *p. 1. q. 1.*

Nec ſuperiora locum etiam ſibi vendicant in aliis delictis; nam quamvis pater ſit incapax, † filius tamen ob- 6
tinere poteſt ea quæ ſunt à genere, vel ab anteceſſoribus. *l. 3. ff. de interd. & releg.* vbi Bart. *n. 2. fol. 212.* dicit, quòd ſi delictum fiat per patrẽ qui nihil habet in feudo, vtpotè, quia auus viuebat, delinquẽte ſublato de medio, eius delictum non nocet † nepoti immediatè ſuccedẽti auo: & 7
ita tenet Bald. *in l. 2. tabularum, C. de legit. hæred.* & eſt indubitatum ſecundum Gloſſ. Pariſ. *in conſuet. Pariſien. part. 1. §. 30. n. 133. fol. 245.* & notatur per Lud. Gozad. *in conſ. 75. n. 2. & 17. & in conſ. 34. n. 12.* & per text. *in d. l. 3. ff. de interdict.* dicit Alber. *in proœmio ff. §. diſciputi, col. 2.* non poſſe patrem priuare filium Regno, cum id habeat à genere.

Quod confirmatur ex ſcriptis per Tiraq. *lib. 1. de retract. §. 11. gloſſ. 6. num. 25. & §. 32. gloſſ. 1. num. 2. & in tract. de nobilit. cap. 36. num. 4. cum ſeq. pag. 519.* &

dicit idem Bart. *in l. si constante. n. 69. fol. 20. ff. solut. matrim.* Quòd delictum patris † non nocet filiis in his 8
quæ per ipsum filiis non acquiruntur; quo nihil expressius ad nostrum propositum addaci potest. Pro quo facit quod scribit Iulius Ferret. *in tract. de gabel. nu. 417.* & est etiam doctrina Bald. *in c. 1. §. insuper, col. penult. de prohib. feud. alien. per Federic.* vbi dicit, quod in feudo quod filius non habet à patre, sed ab antecessoribus, & genere, delictum patris non præiudicat filio: sequitur Abb. *in cons. 13. In præsenti casu, q. 7. lib. 2.* quos refert Dec. *in d. cons. 445. n. 69.* facit *l. iura libertorum patronorum. ff. de iur. patron. l. emancipatum. ff. de Senator.* & conducunt scripta per Iaf. *in l. adoptivum, §. patronum, n. 3. ff. de in ius vocand.* & faciunt scripta *in illatione præcedenti*, & quæ scribo *in 4. p. q. 23.* ¶ Et ex istis tandem pono pro regula, quòd filii illius qui commisit crimen
9 hæresis, aut læsæ maiestatis, † non sunt capaces successionis maioratus, quamvis adhuc patre viuente commissa sint ista delicta; & successio deueniet ad alios fratres; & in defectum fratrum ad consanguineos vocatos ad maioratum.

Nec habet locum *l. 40. Taur.* quæ præfert nepotem patruo 10
10 † quia est intelligenda vbi nepos est habilis, & capax: *l. Lucius Titius, §. Titius Damam Lucius, ff. de legat. 2. l. vt gradatim. ibi* Si idonei sint. *ff. de muner. & honor.* quod in aliis locis tracto; & *d. l. quisquis*, procedit etiam in nepotibus, sicut in filiis, secundum Cinum *ibi, q. 3.* Alberic. Bald. Angel. & Salicet. qui communem dicit Ioann. de Platea *in §. publica, Instit. de publi. iud.* & alios quos refert Iaf. *in cons. 106. lib. 4. num. 3.* vbi dicit, quòd ista est communis opinio, & nullus contradicit secundum eum; & hoc aliis pluribus rationibus & iuribus probari poterat, de quibus per Menchac. *de success. creat. p. 2. lib. 1. §. 1. nu. 68.* Roland. *in cons. 8. n. 43. lib. 3.* Bursat. *in cons. 7. n. 31. lib. 1.* & quod *d. l. quisquis. §. filij*, non procedat in fratribus, latè tenet Dec. *in cons. 64. n. 1. & 2.* Ex quibus omnibus non possum non mirari de doctissimo Molin. *lib. 4. de primog. c. fin. n. 51. fol. 200.* vbi magnis viribus & authoritate probare conatur, quod filij proditorum & hæreticorum sunt capaces ad succedendum in maioratibus; contra quem etiam faciunt quæ scribo *in p. 1. q. 1. à n. 50. cum seq.*

In aliis autem criminibus, citra prædicta, delictum
11 patris † non facit filium incapacem successionis maioratus, siue in illo successerat pater, siue non: vt omnia constat ex supra scriptis, & ex aliis quæ scribo *in illatione præced.* Et in ista materia est textus celebris *in l. 3. §. si emancipat. filius. ff. de bonor. possess. contra tabul.* vbi probatur, quòd si filius contra voluntatẽ patris duxit vxorem ignominiosam, propter quod pater filiũ exhæredauit,
12 nepos tamen † admittitur ad aui successionẽ, ex quo *textu* quidã Aduocati volebant in practica probare, quòd si possessor maioratus contraxit matrimonium contra grauamen & conditionem à fundatore maioratus præscriptam, quod non cõtraheret matrimonium sub pœna amissionis maioratus, quod licèt maioratu priuetur possessor, non tamen filius eius amittere debet maioratum, facit *l. diui fratres, ff. de iur. patron.* quam cito *illat. 1.* & quod trado *supra q. 2.* vbi etiam refero *d. §. si emancipatus*, quem ad contrarium citat Alex. *in cons. 75. nu. 14. lib. 1.* vt trado *sup. illat. 1.* & infra *illat. 8.*

13 Quæ opinio nunquam † mihi placuit, ex his quæ scribo *supr. q. 2. vers. contraria opinio*, & infra statim, & *q. 6. vers. deinde in hac materia.* Quod præcipuè verum erit, si fundaror maioratus prohibuit successores contrahere matrimonium cum descendentibus à Iudæis, vel Sarracenis, vel alio morbo laborantibus, quia in isto casu iniquissimum esset admittere filium ad successionem ex illo semine infectum: & hoc sufficit firmare ex ipsa naturali iustitia, & ratione, si iura deficerent. Et pro ista sententia etiam faciunt quæ scribo *p. 1. q. 51.*

Sed vt ad superiora redeam, pro prædictis est expressa *l. si quæ pœna. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.* ibi, *Si qua pœna pater familias fuerit affectus, vt vel ciuitatem amittat, vel seruus pœnæ efficiatur, sine dubio nepos filij loco succedit.*

Sed circa istam materiam dubitatur, an filius filij maioris qui commisit aliquod delictum, per quod sit incapax successionis maioratus, qui quidem concepti fuerũt ante delictum, † sint liberi à prædicta incapacitate. Et 14
primo aspectu dicendum videtur, quod tales filij sunt incapaces, sicuti illorum pater, per text. *in l. Diuo Marco, C. de quæst.* vbi priuilegium parentum in casu *illius text.* transit vsq; ad pronepotes, nisi is qui adest in priori gradu aliqua infamia aspergatur: & conducit textus *in l. si duobus, §. si primus. ff. de bonor. poss. contra tabul.* Et quod alicui obstat, successoribus illius † obstat, *l. quod ipsis. ff. de* 15
reg. iur. Et absurdum videtur, quod quis plus iuris habeat quam auctor suus, *l. aliud, §. absurdum. ff. de reg. iur.* cum *concordant.* vt per Tiraq. *lib. 1. de retract. §. 1. glos. 9. n. 47. pag. 142.* quod tradit latè Guillel. Bened. *in c. Raimundus de test. in verbo, duas habens filias, n. 175. fol. 32.* Et quando vna persona † prohibetur succedere, descen- 16
dentes ex ea prohibentur succedere, *§. ex diuerso. Inst. de hared. quæ ab intest.* latè Dec. *in cons. 311.* Roland. *in cons. 74. n. 2. lib. 1.* quia procedunt secundum illos à radice infecta. Et dicit Andre. de Iser. *in §. præterea vassallus, quæ sit prima causa benef. amitt.* Quod propter crimen læsæ maiestatis filius delinquens viuo patre sit inhabilis, & † 17
non succedit in feudo, sed venit ad secundogeniti; quod dictum etiam confert ad ea quæ in præcedentibus tractata sunt, facit text. *in l. meminimus. C. de legit. hared. & l. nullus. C. de decurion. lib. 10.* & radice amputata, necesse est, vt rami decidant, secundùm Ioan. Andr. *in c. ad Apostolicæ. de re iud. in 6.* & faciunt illi versus.

Qui viret in foliis, venit à radicibus humor.
Et Patrum in filios abeunt cum semine mores.

Et conducunt quæ notabiliter scribit Matthæus de Afflict. *in decis. Neapol. 96. In sacro Concilio. & l. vitia, C. de acquiren. poss.* ibi: *A maioribus contracta perdurant. & successorem autoris sui culpa comitatur.* Et quod filij præsumantur † laborare vitio parentum, tradit latè Me- 18
noch. *in tract. præsumpt. lib. 5. præsumpt. 38. n. 1. cum seqq. fol. 42.* Et destructo medio, per quod deuenitur ad extremum, vel finem; finis, vel dispositio in extremo tollitur, vt tradit Imola *in l. qui habebat. ff. de vulg.* Bald. *cons. 162. & 279. lib. 1.* Paul. Corneus, & alij quos citat Bursa. *in cons. 97. n. 8. lib. 1.* Et deficiente gradu antecedenti sub stitutionis, non fit transmissio ad alium gradum. Et destructo medio antecedenti, † destruitur consequens: *l. si mater, §. si filius, l. qui habebat. ff. de vulg.* notat Iason *in cons.* 19
148. col. 1. l. 2. Secundũ hoc est intelligendum quod scribit Glos. Paris. *in consuet. Paris. part. 1. §. 8. glos. 3. n. 12. fol. 113.* vbi dicit, quod propter crimen læsæ maiestatis in Regiam Coronam, vel in Rempublicam commissum per aliquem de sanguine Regio, potest perduellis etiam cum futura sua posteritate priuari † omni spe, & iure 20
futuro in successione Coronæ Franciæ; & ita dicit per arresturn ponuntiatum fuisse; & ista videtur communior opinio, vt constat ex relatis per Molin. *lib. 4. de primog. c. 11. n. 55. fol. 201.* quam tenet & defendit contra *Calderinum*, Castro *in lib. de iusta hæreticorum punit. lib. 2. c. 26. vers. an autem*, idem etiam in filiis hæreticorum, & eam tenet Tiber. Dec. *in pract. crim. to. 1. lib. 5. c. 45. n. 3. fol. 292.* qui ad hoc refert Villadiego *de hæret. q. 23.* & inibi Episcopum Cou. *lib. 2. resolut. c. 8. n. 4.* & legendus est Dec. *eod. c. n. 6. vers. limit. 11.* & ibi *n. 8.* tradit qualiter † filij hæreticorum sint infames, per *l. quisquis, §. filij.* 21
C. ad l. Iul. maiest. & *in c. vergentis, de hæret.* & per alia iura, & Episcop. Couarr. defendit in hæreticis istam opinionem.

His autem minime refragantibus, est vera, & tenenda conclusio, quòd filij qui concepti fuerunt ante quam quis committeret crimen læsæ maiestatis, † non pri- 22
uantur successione maioratus, quia illis iam erat acquisitum ius primogenituræ. Quod *primò* probatur ex *l. 1. Cod. de bon. damnator.* vbi filiis qui concepti sunt ante damnationem, est danda legitima quam habere debebant

debebant in bonis patris. *Secundò* fortius vrget *l. 6. titul. 27. part. 2.* in versic. *Pero esto no se entiende de los hijo que huuiessen hecho antes que errassen mas de lo que es*, iunctis verbis sequentibus. Et est etiam alia lex, quam nullus nostrorum refert, *titul. 9. lib. 4. Ordinam.* ibi: *Ni su hijo que oviese despues de la traycion.* Cuius verba sunt: *Calos derechos que fallaron los antiguos de España en todas las cosas alli do pusieron pena a los hijos por razon de sus padres, siempre guardaron esto, que no oviessen pena los que ante auia hecho que el hecho malo fiziessen; fueras ende si fuessen con ellos aparceros en los yerros.* Ponderandum igitur est illud verbum: *En todas las cosas*; quod est generalissimum, & aptum ad comprehendendum omnia. Animaduerto tamen, quod ista lex non inuenitur hodie *in libro Recopilationis*: facit tamen *l. 3. tit. 8. lib. 8. Recopilat.* cuius sunt verba, ibi: *Pero dezimos que ningun traydor, ne aleuoso, ni su hijo que ouo despues que hizo la traycion.* Quod animaduertit Molin. *in d. num. 55.* & facit quod scribit Tiraquel. *in l. si vnquam; in verb. donatione largitus, num. 333. C. de reuocand. donation. pag. 297.* & hoc latè tradit Ioann. Garcia *in regul. 55. num. 24. cum seq. fol 24.* vbi hoc refert. ¶ Et ex
23 his dixit Calderin. *in cons. 3. de hæretic.* Quòd pœnæ † statutæ aduersus hæreticos, & illorum filios non comprehendunt filios natos ante delictum, & idem tenent in crimine læsæ maiestatis Petr. Cinus; & Angel. *in d. l. quisquis* Præpositus *in cap. quo iure, 8. distinctione*; & alij plures quos refert Tiraquell. *in d. tract. de primogen. quæst. 31. num. 2. cum aliis. pag. 228.* & Calderinum refert & sequitur Ioan. Lopius *in repetitione. c. per vestras. de donation. inter virum & vxor. §. 25. num. 17. pag. 480.* vbi legendus est Barahona *in addit. quæ incipit*, Eius filij *& in addit. seq.* latè & resolutiuè Episcop. Simancas *in lib. de instit. Catholic. cap. 29. num. 4. cum sequentib. fol. 90.* De quo etiam per Alexand. *in l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebel.* Ægid. Bossius *in pract. crim. in tit. de crim. læsa maiest. num. 138. pag. 257.* & *in titul. de bonor. publica. num. 38. cum aliis, pag. 511.* Gregor. Lop. *in l. 2. tit. 2. part. 7.* in verb. *Todos los hijos*, licèt relinquat cogitandum.

Et ista opinio de iure Regio *Partitarum* est verior; licet contraria sit communior & verior de iure communi, vt tradit Anton. Gomez *in tract. de delict. tom. 3. cap. 1. num. 16. fol. 33.* Et est æquior opinio, licèt alia sit verior, secundùm Iulium Clarum *lib. 5. recepta. sentẽ. §. hæresis. num. 17. pag. 35. & §. læsa maiestatis. nu. 12. pag. 65.* Roxas *in l. de hæretic. litera F. singul. 68. pag. 57.* Burgos de Paz *d. quæst. 3. num. 69.* nouissime Auend. *in l. 4. Tauri, glos. 7. num. 13. fol. 6.* & istam secundum opinionem Tiraquel. Simancæ, & aliorum, tenet etiam Episcop. Couarr. *resolut. lib. 2. cap. 8. num. 6. vers. quartò solet*; & istam etiam sententiam tenet Ioann. Faber, quem nullus citat *in §. 2. num. 2. Instit. de ingenuis*; Paris. *in cons. 2. num. 184. lib. 4.* & Licentiatus Polo *in cons.* quod fecit pro domino Petro contra Ducem de Arcos, & alios, super successione status de Baylem; cumulat pro hac opinione septuaginta & vnum authores Cephal. *in cons. 594. num. 5 cum sequentib. lib. 4.* Sic inquit Cardinal. Alexand. *in cap. 1. in solutione primi argumenti. titul. de feudo Marchiæ*, quod inhabilitas patris † non nocet filiis iam natis, confirmat Tiraquel. *in* 24
tract. de primogenitur. q. 24. num. 20. pag. 213. & ista secunda opinio, tanquam benignior, & humanior, sequenda videtur, arguin. *regule, Odia, de reg. iur. in 6. l. ea quæ, §. in re dubia, ff. de reg. iur.* cum *concordan. ibus*, quam etiam sequitur Ioann. de Anania, *in cap. vergentis, n. 18. fol. 118. de hæretic.*

Licet pro contraria opinione valde vrgeant *l. 3. & 4. tit. 3. lib. 8. Recopil.* quæ generaliter faciunt incapaces officiorum, & multarum rerum, filios eorum qui condemnati fuerunt propter hæresim, reconciliati, vel combusti, vt latius *in dictis legibus* cauetur, ad ista legendis: quam opinionem sequitur, & multis iuribus & authoritatibus probat nouissimè Menoch. *in tract. præsumpt. lib. 5. præsumpt. 53. n. 17. cum seq. fol. 41.* quæ sententia fulcitur ex pluribus, quæ tradit idem Menoch. *cons. 99. n. 208. cum seq. lib. 1.* & cum *dictæ leges 3. & 4.* generaliter & absque distinctione loquantur, sunt intelligendæ generaliter, quamvis sit diuersa, vel ratio maior in vno casu quam in alio, iuxta regulam *l. 1. §. quod autem. ff. de aleæ lusu, & aleatorib. l. 1. §. & generaliter, ff. de leg. præstand.* cum *concordant.* quæ scribo *part. 1. q. 1.* & sequitur idem Didac. Perez *in l. 3. lib. 4. Ordinam. in glos. in verbo.* Despues que hizo la traycion, *pag. 886. col. 2. titul. 9.* Roxas *de hæretic. part. 2. assert. 44. n. 356.* & *in singular. 68 nu. 3.* & Cifuentes *in l. 4 Tauri, vers. secundo limitatur*; Claudius Aquens. *in l. si quis id quod. col. 5. ff. de iurisdict. omn. indic.* Petrus Matthæus *glossator in nouæ compilationè Bullarum. super constitutione Honorij 4. fol. 35.* Sed in contrarium facit *Anton. Gomez* palinodiam canens *in editione ann. 1562. tom. 3. c. 2. n. 16. & seq. versiculo, omissis, cum seq. pag. 670.*

Et istam sententiam, scilicet quod filij hæreticorum etiam concepti ante hæresim patris, sint incapaces, validissimis rationibus contra Calderinum sustentat doctissimus Castro *de hæresibus, lib. 2. fol. 286.* & tradit Penna *in director. inquisitor. par. 3. quæst. 114. versi. & filios ante genitos.* Ioann. Gutter. *part. 2. quæst. Canonic. c. 30. n. 37. & 38* qui vocat veriorem, & communiorem opinionẽ. Et ista opinio videtur magis procedere in successione Statuum, Marchionatuum, Ducatuum, Comitatuum, & aliorum maioratuum; qui habent dignitatem, villas, vel locos subiectos; quod maximè notandum est, & pro hac sententia etiam facit *d. l. 2. tit. 2.* in verb. *Todos*, iunctis illis verbis: *Que nunca puedan auer honra de vanalleria, ni dignidad, ni officio*: & faciunt plura quæ scribit Burgos de Paz Iunior, *q. 3. ciuili. n. 12. cum pluribus seq.* ad hæc legenda.

Ex his dicit Glos. *in l. adoptio. in fin. ff. de in ius vocan.* quòd licèt filius propter culpam suam perdat feudũ etiam antiquum; † tamen nepos retinet ex persona aui; 25
cuius Glossæ meminit inter alios Greg. Lopez *in l. 22. tit. 13. part. 6. in glos. vlt.* de quo vide elegans consilium Paul. de Castr. *in cons. 311. lib. 1.* & Alex. qui plures refert *in cons. 10. Fœderatis, nu. 7. lib. 3.* & Glos. *Parisien. in consuetudin. Parisien. §. 30. quæst. 36.* & istis addè Barthol. Soin. *in cons. 175. nu. 15. lib. 2.* vbi latè sustentat, quòd filius conceptus ante damnationem non facit deficere fideicommissum, vt bona remaneant apud fiscum, quia non succeditur in fideicommisso condemnato, sed illi qui fideicommissum reliquit ad quem iungo Ripam *in l. ex facto, §. ex facto, nu. 3. ff. ad Trebell.* Roland. *in consil. 97. nu. 8. lib. 2.* Hieronym. Gabriel. *in cons. 21. nu. 3.* & 4. & quæ in propria materia scribit Anton. Peregrin. *in tr. de iure fisci, lib. 5. tit. 6. n. 1. cum seq. pag. 119.* qui in disputatione & conclusione eorum, quæ hic tractantur, pauca scribit, cum esset sua propria materia; & faciunt quæ iden scribit *lib. 3. tit. 10. n. 1. & aliis, pag. 138.* & est communis opinio, quòd in crimine læsæ maiestatis † puniuntur filij concepti ante delictum, vt tradit Tiber. Decian. *in pract. crim. lib. 7. c. 41. n. 12. fol. 175.* ex Speculatore *tit. de sententiis. §. 2. vers. 5. quæro*, Alberico. & Salic. *in d. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest.* Gigante *de crim. læsa maiest. de pœnis quæ filij, q. 5.* Tello, Angelo, Aretin. Geminiano, quos citat.

Nec obstant quæ in contrarium adducta sunt; quia procedunt in illis rebus, quæ ad filium per patrem quæruntur, non in aliis rebus; vt probat text. *in l. 3. ff. de interdict. & releg. & in l. emancipatum, §. vlt. ff. de Senator. & in l. 2. C. de liberr. & eorum liber. & in l. diui fratres, & in l. iura libertorum paternorum. ff. de iure patronat. & in l. quæritur. ff. de bon. libertor. & in l. si arrogator*, & ibi notatur, *ff. de adoption.* quod confirmat Tiraq. *in tr. de primogen. q. 12. n. 4. pag. 114. & q. 23. nu. 19. & 20. pag. 213. & q. 90. n. 112. 113. 126. 127. 128. 29. & 130. & in lib. de nobilit. c. 35. n. 4. pag. 519.* & faciunt quæ scribit Otalora *de nobilit. 2. part. 3. part. c. 9. n. 12. fol. 221.* & quæ scripsi *supra, illat. 1. à n. 6.*

Tandem quando delictum patris † transeat in filios multa refert Andr. ab Exea *cap. cognoscentis, de constitutionibus, num.* 41. *pag.* 277. ex quibus infertur determinatio quæstionis singularis: Nobilis quidam commisit crimen hæresis, ob quod fuit reconciliatus, an filij illius, vel descendentes amittant nobilitatem à genere antiquo procedentem? de quo agitur per Otaloram *in tract. de nobilit.* 4. *part. cap.* 9. *num.* 1. *cum seq. pag.* 333. quem sequitur Simancas, *in lib. de institutionibus Catholic. n.* 29. *& n.* 78. *fol.* 127. qui ad hoc citat Ioan. Lopium *de Regno Nauarræ, p.* 1 §. 6. *cum seq.* Ioan. Igneum *l.* 3. §. *final. ff. ad Silanian.* & Decium *in cons.* 318. qui nihil de hoc tractat.

Infertur etiam intellectus ad aliam elegantem quæstionem, quæ in practica etiam contingit. Quidam fecit maioratum, in quo inter alia ordinauit, quod si successor in bonis maioratus committeret aliquam ingratitudinem contra patrem, vel matrem, priuaretur maioratu ipse, & eorum filij, & descendentes: nam si quis commisit ingratitudinem contra patrem, filij eius 27
† concepti ante ingratitudinem commissam, non debent priuari bonis maioratus, quod est singulare, & in practica notandum ad ea quæ scribo *supra, quæst.* 4. *in princ.* vbi tractauimus filius filij ingrati priuari possit à maioratu propter ingratitudinem a patre commissam; quæ notanda sunt pro intellectu textus, *in d. l.* 40. *Tauri*, nam filius primogeniti conceptus ante delictum patris præfertur filio secundogenito, secus verò si conceptus fuit post patris delictum. Hæc autem vera sunt vbicunque bona maioratus non amittuntur per delictum: nam cum amittuntur, vana est disputatio.

Ex his autem quæ scripta fuere *in principio huius secundæ illationis*, possumus obiter sumere argumentum ad quæstionem, quæ semper venit in practica in hac Regali Cancellaria; An si † pater alicuius litiget super nobilitate, quam nos communiter in Hispania (*Hidalguia*) vocamus, & sit pronuntiatus plebeius? filij possint de nouo litigare super nobilitate. Et prædicta clarè docent, quòd filiis obstat res iudicata contra patrem. Quod etiam fortificatur, quia cum reuolutum & extinctum sit ius illius, per quem ad alios ius deriuatur, resoluitur etiam ius filiorum, *l. lex vectigali fundo, ff. de pignor.* notatur per Decian. *d. alind. §. absurdum, ff. de regul. iur.* & sunt sicut fistulæ, per quas aqua ducitur, quarum vna præcisa, ad alias aqua nec deriuari, nec duci potest. Item, cum iuxta dispositionem *Pragmaticarum*, litigans super nobilitate teneatur probare possessionem nobilitatis, non solum de sua persona, sed de patre, & auo, ad hoc, vt quis in ea obtinere possit patris probationem, postquam pronuntiatus fuit pro plebeio, per sententiam in rem iudicatam transactam, cùm res iudicata pro veritate habeatur, est impossibilis. Et cum patris probatio sit fundamentum & radix, hac radice amputata, rami aridi, & absque fructu remanent, quod in terminis nobilitatis tradit Aymon. *in cons.* 163. *num.* 4. *&* 5. Quare videtur, quod si sententia sit in præsentia patris, & ex ordinato processu lata, noceat filiis, ita quod amplius audiri non debent, cum contra medium, à quo habeant rem iudicatam, & ex tali sententia possessio patris ad nihilum fuit redacta, & interrupta fuit
29 possessio filij, & sic cum † extrema non sint habilia, coniungi non debent, *l. huic scripturæ ff. ad l. Aquil. l. qui sella, §. in rusticis, ff. de furt. rust. prad.* latè per Bart. & alios, *in l. si is quis pro emptore. ff. de usucap.* & hoc vbique reperies, & prolixa opinione est moralis, & notanda doctrina Raphael. *in cons.* 45. *Quidam Franciscus*, quem aliud agendo refero, *in quæst.* 7. *in hac* 2. *part. à num.* 10. quam lector ad hoc propositum omnino legat, & ad hanc sententiam induco etiam textum expressum *in l. Pomponius, §. quæsitum, ff. de acquir. poss.* vbi ex pos-
30 sessione non continuata non † datur accessio. Quare etiam inquit Ioan. Faber *in §. præiudicialis, num.* 41. *de actior.* quod sententia lata in causa nobilitatis, facit ius quoad omnes: ex quo dicit, quod cum ex consuetudine Franciæ succedant aliter nobiles, quàm ignobiles; alter duorum fratrum dicebat se nobilem, & petebat annagium tanquam nobilis, alter negabat se ipsum esse nobilem, si lata sententia quod erant nobiles, facit ius quoad omnes. Et hanc opinionem refert, & sequitur Titaquel. *in tractat. de nobilit. cap.* 37. *num.* 1. *pag.* 520. illud pro hac opinione generali adducens, quod sententia lata super statu, † vel conditione, pro veritate habe- 31
tur, & facit ius vbique, & inter omnes absentes, & non vocatos, *l. ingenuum ff. de statu hominum*: quod generaliter & in omni casu vbi est quæstio de statu, vel de iure cohærente personæ, intelligunt Cin. Bald. Angel. & Salicet. *in l.* 2. *C. quib. res iudic. non nocet*, & alij quos refert Tiraq. *in d. loco num.* 7. qui id limitat post Cin. Bald. & alios *in d. l. ingenuum*, & in aliis locis, nisi alij prætendant ius æquè principale: & tradit Iason *in d. §. præiudiciales, num.* 27. & rectissimè quadrant quæ latè scribunt Otalora *in tract. de nobilit.* 2. *part.* 5. *partis principal. cap.* 8. *num.* 1. *cum seq. pag.* 207. Episcop. Couarr. *in pract. qq. cap.* 13. *nu.* 5. & facit. *l.* 19. *titul.* 22. *part.* 3. & Tiraq. *in tractat. res inter alios acta, limitatione* 18. & Ioan. Fabrum *in d. loco*, citat. Petr. Surd. *decis.* 289. *num.* 12.

Ex qua opinione, & ex legibus Regni fundatur prædicta communis, quod quando duo fratres litigant super nobilitate, & vnus pronunciatur plebeius, hæc sententia alteri fratri † non nocet, cùm prætendat ius æquè 32
principale, nec è conuerso. Pro qua practica est textus egregius, qui non refertur per aliquem, nec ab aliquo quopiam vidi ponderatum *in l. ad probationem, Cod. de probation.* Præterea pro dicta opinione, quod lata in causa nobilitatis sententia contra patrem, † filij 33
audiri non debeant, facit text. *in l.* 1. *§. vlt.* cum *l. seq. ff. de liber. agnoscen. l.* 1. *§. denuntiari, ff. de ventr. inspicien. l.* 17. *tit.* 16. *part.* 6. & conducunt scripta per Episcop. Couarr. *in pract. quæstion. cap.* 13. *num.* 5. vbi latissimè agit de intellectu textus *in d. l. ingenuum*. Ex quibus videtur, quod quamvis postea constaret ex magnis probationibus, & manifestis, de nobilitate, aut *hidalguia*; 34
adhuc res iudicata † nocebit, nam si aliter diceremus, nullus esset litium finis, quia quilibet qui haberet contra patrem sententiam in rem iudicatam transactam, vellet litigare, dicto colore ductus: quod iura, & ratio valde execrantur, & forsan cum probationibus falsis.

Præterea, quomodo constare potest de notoria iustitia filij, qui vult litigare super nobilitate, patre victo? cum pro parte fiscalis, & populi, cum quibus vult litigare filius victus illico opponi possit de re iudicata, & peti, quod filius non audiatur, nec admittatur ad probationem propter rem iudicatam, quam contra se habet; & cum non appareant probationes, minime constare potest de iustitia euidenti, & notoria filij; & huius sententiæ (quamvis non ita fundauit) fuit Auditor Otalora *in tract. de nobilit.* 2. *part. tertiæ partis principalis, cap.* 8. *fol.* 207. *num.* 1. vbi *num.* 2. dicit, quod hoc fallit, quando secluſa persona patris, † ostenderet titulum ab auo, vel 35
proauo, vel ab antiquissimis parentibus, pro quo facit textus *d. l.* 3. *ff. de interd. & relegat. & in l. iura sanguinis, ff. de reg. iur.* & est singularis *l.* 9. *ibi*: Por razon del linage, *tit.* 7. *part.* 2. & confirmari potest ex notabili Abbatis doctrina *in c. suborta, nu.* 14. *de re iudic.* vbi dicit, quod licet sententia in rem iudicatam transacta amplius rescindi non possit (vt sint iura vulgaria) tamen si per notorietatem facti constaret sententiam esse iniustam; tunc per alium citra Principem poterit ex iusta causa retractari. Hoc probatur ratione: Quia sententia iniusta, quæ transiuit in rem iudicatam, sustinetur solum † ex sola præsumptione, quæ est pro iudicis processu, vt 36
in cap. in præsentia, de renuntiation. cum aliis adductis latissimè per Anton. Gabriel. *lib.* 2. *commun. opinion. de senten. conclus.* 4. 5. *&* 6. Menoch. *in tract. præsumption. lib.* 2. *præsumpt.* 67. *num.* 23. *cum sequentib. pagin.* 191. *& præsumpt.* 8. *num.* 25. Sed vbi notoriè constat de

37 de iniustitia, † cessat præsumptio, & cedit veritati opinio, vt probatur *in cap. veritati*, 8. *distinct.* & est casus perpetua memoria dignus *in iure nostro* 26. *ff. de testamentar. tutela*, & eiusdem opinionis fuerunt Innocent. & alij, *in cap. fraternitas, de frigi. & malefic.* idem Innocen. per textum ibi; *in cap.* 2. *de purgatione canonica*, Bald. *in l.* 1. *C. sent. rescin. non posse*; Ro and. *cons.* 6. *num.* 36. *cum sequentib. lib.* 3. Parisi. *cons.* 89. *num.* 60. *lib.* 1. *& cons.* 54. *col.* 1. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 110. *num* 72. *lib.* 1. Barthol. Socin. *l.* 1. *num* 6. *ff. de execut. rei iudic.* Iason: *in l.* 1. *num.* 9. *C. de error. calcul. fol.* 106. Ægidius Bossius *in pract. crim. titul. de nullit. aduers. sentent. n.* 7. *pag.* 573. Vantius *in tract. de nullit. tit. quæ poss. dicer. de nullit. nu.* 57. *pag.* 92. Menoch. *in tract. præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 79. *nu.* 9. *pag.* 76. Tiraquell. *l b.* 1. *de retract. §.* 4. *glos.* 1. *num.* 37. *pag.* 421. Cephal. *cons.* 535. *num.* 35. *&* 601. *num.* 10. *lib.* 4. elegans *consilium* Guid. Pap. 368. *sententia lata*, Ioseph. Masca. *de probation. lib.* 1. *quæst.* 8. *probatione per euidentiam facti, num.* 16. *fol.* 17. & alij quos refert Iason *in l.* 1. *eum qui, §. in popularibus, num.* 8. *fol.* 85. *ff. de iure iurando. & in l.* 1. *num.* 11 *ff. de nou. oper.* & *in l. de periurio, n.* 15. *fol.* 148. *ff. de in lit. iur.* Cephal. *in consil.* 263. *num.* 18. *lib.* 2. Petr. Surd. *decis.* 260. *num.* 30. Rebuf. *tom.* 1. *ad constit. Regias, tit. de sent. executorial. art.* 7. *glos.* 10. *num.* 7. *pag.* 367. Vantius *in tract. de nullit. ex defect. proces. num.* 117. *pag.* 695. latè Anton. Gabriel: *lib.* 2. *comm. opin. tit. de sentent. conclus.* 10. Manuell. Alben. *consil.* 14. *num.* 3. *lib.* 1. Lancell. vbi declarat. *in tract. de attent. part.* 3. *cap.* 24. *de reo, & contra attent. quæst.* 1. *num.* 70. *pag.* 433. & Robert. à Maran. *in pract. iudiciaria, fol.* 244. *num.* 144. Menoch. *in tract. de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 79. *num.* 4. *pag.* 75. & *lib.* 2. *præsumpt.* 67. *num.* 51. *pag.* 192. *& casu* 484. *num.* 3. *cum sequent.* & Greg. Lop. *in l.* 33. *tit.* 14. *part.* 5. *in glos.* in verbo, *alegaciones*, Thomas Grammatic. *consil.* 44. *num.* 2. *part.* 2. Matth. ab Afflict. *decis.* 3. *num.* 5. Azeued. qui citat Hippolyt. Roland. *in l.* 3. *tit.* 10. *lib.* 4. *Recop. num.* 158. *fol.* 157. Idem *in l.* 2. *tit.* 17. *num.* 30 *fol.* 242. *lib.* 4. *Recop.* Hieron. Gabr. *in consil.* 43. *num.* 47. *lib.* 1. Cæsar Gontard. *in l. vnica, C. si de mom. poss. limit.* 9. *num.* 5. *pag.* 360. qui plura scribit. Quam quæstionem latè declarat, & distinguit Anton. Gabr. *lib.* 2. *commun. opin. tit. de sent. conclus.* 9. *num.* 1. *cum aliis pag.* 137. Quod confirmo ex doctrina Cumani *in consil.* 156. *Visa serie: col. fin.* vbi dicit, quod post latam sententiam, ex iusta causa erroris quis auditur, allegat *l. si mater, in princ. ff. de excepti. rei iudic.* & confirmat Dec. *in consil.* 600. *num.* 11. ad quod faciunt scripta per Marant. *in Speculo aureo, part.* 4. *distinct.* 16. *num.* 50. *fol.* 114. & tradunt Bart. & Bald. *in l.* 1. *de error. calculi*, & alij, vt per Vantium *in tit. de nullit. ex defect. proces. n.* 129. *pag.* 696. qui à *num.* 122. *vsque ad num.* 131. plura in puncto scribit, & Ripa *in l. qui Romæ* §. *duo fratres, num.* 28. *cum sequent. fol.* 289. *ff. de verborum obligat.* Tiraquel. *in tract. de cessante causa, limit.* 22. *num.* 6.

38 Istis conuenit, quod quando sententia est euidenter iniqua, vel iniusta, appellatio suspendit † eius effectum: & appellatio operatur effectum suspensiuum, & deuolutiuum, secundum Bald. *in c. pastoralis, §. præterea, num.* 5. *de offic. Deleg.* Aufrerius *in addition. ad Capell. Tolosan. quæst. vlt.* Osasch. *decis. Pedem.* 25. *ad finem, versic. fallit tamen*, Menoch. *de adipiscen. poss. rem.* 4. *num.* 854. *pag.* 123. Et quod etiam executori liceat non exequi sententiam † iniustam notoriè, 39
volunt Innocent. *in cap. cum in iure, de offic. Deleg.* Anchar. *in consil.* 382. & alij quos citat Episcopus Couarru. *resolution. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 101. & plures citat Menoch. *lib.* 1. *de arbitr. quæst.* 38. *num.* 21. Quæ confirmo, quia clausula, *appellatione remota*, non habet vires vbicunque constat de notoria iniustitia, vt per Iacob. Put. *decis.* 38. *part.* 2. Lancell. *in tract. de attent. part.* 2. *cap.* 12. *de attent. appell. penden. limit.* 9. *num.* 25. *pag.* 236. qui refert eundem Iacobum Puteum *decis.* 414. *part.* 3. Nattam *in consil.* 172. *num.* 6. *lib.* 1. notabiliter Alexand. *in consil.* 106. *num.* 27. *lib.* 3. Menoch. *de adipiscen. poss. dict. remed.* 4. *n.* 850. *pag.* 123. Et sententia euidenter iniusta, nullitati æquiparatur, † secundum Doctores *in dict. c. cum iure, de offic.* 40
Delegat. Barbat. *consil.* 1. *col.* 1. *in fine lib.* 2. Barth. Socin. *in consil.* 101. *col. penult. lib.* 3. & alios quos citant Menoch. *de adipiscen. poss. dict. rem.* 4. *num.* 852. *pag.* 123. Celsus *in consil.* 87. *num.* 4. 5. & 6. & à sententia, à qua regulariter non potest appellari, potest
41 † appellari quando continet expressam iniquitatem, vt per Rebuf. *tom.* 1. *ad constitut. Regias, tit. de sent. executorial. artic.* 9. *glos.* 6. *num.* 9. *pag.* 401. Et faciunt quæ de sententia lata per errorem in causa matrimoniali, notanter resolvit Episcop. Couarr. *in Epit. de sponsalib. part.* 2. *cap.* 8. §. 12. *& fin. num.* 12. *cum sequentibus*; *fol.* 155. faciunt scripta per Marantam *in Speculo aureo part.* 6. *iudicior. versic. expedita secunda parte, num.* 154. *fol.* 245. & Auenda. *in tit. de supplicatio. n.* 4. *fol.* 91. vbi resolvit, quod semper potest allegari nullitas quæ prouenit de iure naturali, sicut citatio: Quæ omnia possunt in sententiis prolatis à Iudicibus ordinariis, vel ab Auditoribus in prima instantia visionis, secus verò in sententiis prolatis in causa reuisionis: quia seruanda est dispositio *legis* 4. *tit.* 17. *lib.* 4. *Recopilat.* quæ licèt fuerit contra rationem disputandi, æqua, & iusta est, propter communem & publicam vtilitatem, ne lites ex litibus oriantur: Et an sententia lata in causa nobilitatis contra patrem, præiudicet filio vbicumque 42
† ab illa non fuit appellatum, vide quæ scribo *in* 4. *part. huius operis, quæst.* 14. *ad finem*:

Sed vt ad nostram materiam redeamus, de qua digressi sumus; omnia quæ *in hac illatione & in superioribus* scripta sunt, procedunt vbicumque incapacitas filij prouenit ex delicto; vel morbo parentis, quia erat illegitimus, & in aliis similibus rebus. Si verò pater non possit habere maioratum, nempe quia erat furiosus tempore in quo successio maioratus competebat, vel alium similem defectum patiebatur, † tunc inhabilitas 43
illius non facit filium incapacem qui mentis sit compos: immò ius patris transmittitur in filium: quod in specie respondit Bald. *in consil.* 389. *Consuetudo: col.* 2. *in versic. item pone primogenitum esse furiosum*; *lib.* 2. & Barth. Socinus non relato Baldo, *in consil.* 47. *col.* 4. *in versic. sea posito, lib.* 2. Ioann. Le Cirier, *in tract. de primogenit. lib. q.* 3. *fol.* 88. Menoch. *cons.* 2011. *num.* 118. *lib.* 3. & quando furiosus debet restituere, est habilis ad successionem, secundum Bart. *in* 2. *ff. de bonor. poss. furiosi sanati*, & alios concordantes refert Tiraq. *in d. tract. de primog. q.* 23. *num.* 14. *cum seqq.* & nepos, subducto filio de medio, reducitur ad conditionem filij, *l. sed si in conditione, §. nepotes, ff. de hæred. instituend.* & nepos ex filio, parte exciuso, censetur & ipse primogenitus sicut filius: & hæc adiuuant quæ scribit idem Tiraq. *in d. tract. q.* 40. *num.* 68. cum aliis: facit *l. ex facto, ff. de vulga.*: cum qua concordant *l.* 11. *tit.* 5. *part.* 6. In quibus iuribus probatur, quod † substitutio exemplaris expirat, casu 44
quo filius mente captus, & furiosus, vel alio vitio laborans habeat filium, vel nepotem: quia tunc cessat causa.

Et hæc confirmat quod scribit glos. Parisien. *in consuetud. Parisien. §.* 29. *in fine, num.* 9. *fol.* 228. vbi dicit, quod filio primogenito Regis captiui, vel mentis impotis, si tamen sit idoneæ ætatis, debet concedi Regni administratio: & idem tenet Gregor. Lop. *in l.* 3. *titul.* 15. *part. in glos.* in verb. *Perdiasse el sentido*, vbi etiam dicit, quod si Rex efficiatur furiosus, debet concedi Regni administratio † eius filio: quod 45
etiam est notabile pro intellectu *l.* 40. *Tauri*, quæ præfert nepotem patruo. Nam illud procedit etiam si nepos ex filio sit procreatus ex patre furioso, mente capto, vel alio simili morbo laborante: & Baldum & alios *in d. cons.* 389. citat Molina *lib.* 1. *de primogen. cap.* 3. *num.* 35. *fol.* 203. de cuius resolutione non parum

dubito : quia vbicumque primogenitus eſt fatuus, vel aliter inſufficiens ad ſuſcipiendum Regni gubernationem, pater poteſt relinquere Regnum ſecundogenito, ſecundum Bald. *in authen. hoc amplius, C. de fideicommiſſ. & in proœmio Gregoriano, & in titulo de ſucceſſione feudi, in princip.* Martinum Laudenſem *in tract. de Principib. verſic.* 22. Felinum *in cap. prudentiam, in princ. ff. de offic. Deleg.* Iaſonem & Ripam *num.* 3. & 4. *in l. nemo poteſt, ff. de legat.* 1.

Sed eſt animaduertendum, quòd licèt Tiraquel. *in prædict. loco,* affirmet, quod filius furioſi à natura ſuccedere poteſt in primogenitura, quamvis illius pater ſuccedere non poſſit, motus per allegatam doctrinam Baldi, quem refert Menoch. *in conſ.* 211. *num.* 118.
46 *lib.* 3. hoc minimè tenendum iudico, † nec verum puto, quia cum furioſus non poſſit contrahere matrimonium, & in conſequentiam non poſſit habere filios legitimos qui ſuccedere poſſint in maioratu; exinde ſubinfertur, quod filij talis furioſi à natura ſunt incapaces ad ſuccedendum in maioratu. Quod autem furioſus non poſſit contrahere matrimonium, †
47 tur *in cap. dilectus, de ſponſalibus, & in cap. neque furioſi, 32. quæſt.* 7. *& in l. 6. titul.* 20. *part.* 4. cum *concordan.* vt per Epiſc. Couarr. *in epitom. de ſponſalib. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 5. *fol.* 21. Matiençio *in rubr. titul.* 1. *lib.* 1. Recopil. *num.* 67. *fol.* 10. quod diſputat Thomas Sanchez *in tract. de matrim. lib.* 2. *diſput.* 8. *num.* 15. *pag.* 54.

Ex quibus iuribus colligitur reſolutio in iſta materia, quòd ſi aliquis eſt furioſus à natura, ita quod perpetuo morbo laboret, nec habet conſenſum ad contrahendum
48 matrimonium; non † poſſunt illius filij ſuccedere in maioratu, quia ſunt filij illegitimi. Si vero tempore quo furore correptus fuit, iam contraxerat matrimonium; filij illius ſunt capaces ad ſuccedendum in primogenitura; quamvis patri nunquam ius primogenituræ delatum fuerit. Et idem erit vbi contraxit matrimonium, & filium concepit tempore in quo habebat dilucida intervalla: nec *Baldus* meretur referri ad id, ad quod illum citat *Tiraquellus*: quia *Baldus* ſolum dicit, quod ſi primogenitus ſit furioſus furore perpetuo, non auferetur illius filio Regnum: nec *Baldus* vult, quod ſi primogenitus eſſet furioſus à natura, illius filius eſt capax ſucceſſionis: & pro iſta opinione faciunt quæ refert & ſcribit Matiengo *in rubri titul.* 1. *lib.* 5. *Recop. num.* 26. *fol.* 23. Gratian. Falcon. *reg.* 214. *num.* 8. & in iſta materia an filius furioſi ſuccedat, allego textum ſingularem ab omnibus derelictum *in l. hæredibus* 77. *§. Titius, ff. ad Trebell.* & qualiter mente captus poſſit contrahere matrimonium, tradit Pariſi. *in conſ.* 88. *num.* 40. *lib.* 3.

Et quid in muto, an poſſit matrimonium contrahere, †
49 & filij illius ſint capaces ſucceſſionis, vltra remiſſionem ordinariam text. *in cap.* 1. *an mutus, vel ſurdus,* de quo tractaui *ſuprà, quæſt.* 3. reſoluitur ex text. Gloſ. & Doctorib. *in c. tuæ, & in c. cum apud, de ſponſalib. Gloſ. in c.* 1. *verb. opera,* 43. *diſtinct.* Hoſtienſ. *in ſumm. de ſponſalib. §. qualiter contrahatur*; & aliis pluribus quos citat Tiraquell. *in tract. de legib. connubial. gloſ.* 7. *expreſ. num.* 16. *&* 17. *fol.* 302. Cald. Peirera *in tract. de nominat. ad emphyt. quæſt.* 1. *num.* 30. *fol.* 9.
50 Et qualiter † poſſit ſubſtitui filius furioſi, vltra alios tradunt Iaſon *in l. ex facto, ff. de vulgar.* Guillelm. Benedict. *in cap. Raimundus, de teſtam. in verb. ſi abſque liberis, in* 2. *num.* 31. *fol.* 115. Et an mutus poſſit contrahere matrimonium, traditur *in c. cum apud, de ſponſalib.* & per Pariſi. *conſ.* 63. *lib.* 4. Tiber. Decian. *in pract. crimin. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 15. *fol.* 92. Epiſcop. Couarr. *in epitom. de ſponſalib. par.* 2. *num.* 9. *fol.* 22. ad
51 quem addo *l.* 5. *tit.* 2. *part.* 4. Sed an exceptio † furoris impediat, & auferat ſucceſſori in maioratu illud egregium beneficium *l.* 45. *Tauri næ,* lector reſoluet ex doctrina Angel. *in conſil.* 135. *Paucis*: de quo lege quæ ſcribo *in* 3 *part. quæſt.* 15. *in verſi. & magnifacienda eſt, num.* 19. Et de materia, quando furioſus poſſit ſuccedere in maioratu habente, † vel non habente dignitatem annexam? plura ſcribunt Molina *lib.* 1. *de primogen. cap.* 13. *num.* 27. Cald. Pereira, *de nominatione emphyt. quæſt.* 13. *n.* 58. *fol.* 153. de quo lege quæ ſcribo *ſupra in principio iſtius* 4. *quæſtionis.* 52

Tandem ex notatis in hac quæſtione, præcipuè à *num.* 14. infertur, quod ſi quis cum eſſet furioſus † alienauit fortè bona maioratus, non poſſunt illius 53
filij amittere maioratum, in cuius fundatione cautum fuit, quod ſi poſſeſſor bonorum maioratus alienaret in parte, vel in totum, bona amitteret, & ad alium vocatum deuenirent, quod in pluribus maioratibus reperitur: & in facto vidi in hoc Regio prætorio pro qua concluſione facit, regula *Clement. ſi furioſus, de homicid. l. furioſi, ff. de reg. iur.* cum *concordant.*

ILLATIO TERTIA.

SVMMARIVM.

1 *Filius ſecundus dicitur primogenitus, deficiente filio maiori.* & num. 3.
2 *Stante ſtatuto, quòd filius primogenitus ex primo matrimonio ſuccedat, excluſis filiis ſecundi matrimonij, ſi non adſint filij primi matrimonij, an ſuccedant filij ſecundi, & quare.*
4 *Clauſula domini Regis Henrici, de qua* in l. 11. tit. 7. lib. 5. Recop. *intelligitur de omnibus primogenitis in infinitum.*
5 *In ſucceſſione Regni, & in alia ſpecie indiuidua, pluralitas non reſolnitur in ſingularitates.*
6 *Hæres hæredis cenſetur hæres prioris.*
7 *In donatione facta à Principe pluribus, portio poſt ius quæſitum cæteris acquiritur.*
8 *Princeps ſi concedat feudum pro ſe, & filiis, veniunt deſcendentes in infinitum.*
9 *In beneficiis à Principe conceſſis lata debet fieri interpretatio.*
10 *Subſtitutione facta de duobus antiquioribus propinquis de domo, deficientibus illis, duo alij antiquiores admittuntur.*
11 *Fundatur maioratus ſi caueat ne primogenitus ſuccidat, ſed ſecundogenitus, quia confuſionem agnationis nominis ſui, familiæ ac armorum abhorruit, quomodo intelligatur.*
12 *Secundogenitus dicitur ille, qui reperitur tempore conditionis euenientis.*
13 *Secundogenitus ſemel excluſus primogenitura, ſemper dicitur excluſus.*
14 *Subſtitutio facta de primogenito an extendatur ad ſecundogenitum.*
15 *Filius maior habens duos maioratus, prohibitus tamen ſuccedere in vno, ob quem prætenditur eſſe incapax ſuccedendi in alio, an poſſit eligere.*
16 *Primogenitus renuncians maioratum, an teneatur aliquid facere pluſquam renunciare.*

TErtiò, ex prima concluſione, quam *in principio huius quartæ quæſtionis* poſui pro regula dixi, quòd filius maior debet præferri in ſucceſſione maioratus tanquam ſi ſit primogenitus: infertur, quòd ſi filius maior decedat abſque filiis legitimis, & naturalibus; filius ſecundus qui illum ſequitur, aut illius filij; † dicuntur primogeniti, & admittuntur ad maioratum: x
quod probatur *in l.* 2. *tit.* 18. *part.* 3. ibi: *Los otros hijos varones vno en pos de otro.* Et notat Andr. de Iſern. *in c.* 1. *§. præterea, col. penult. verſ. ed quia ponitur, titul. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt.* & ſequuntur Alciat. *in l. proximus, ff. de verb. ſignif.* eleganter Roma. *in conſ.* 438. *num.* 14. & alij, quos refert Tiraquel. *in d. tract. de primogen. quæſt.* 3. *num.* 6. *pag.* 73. ad quos iungo Zaſium *in conſ.*

conſil. 20. *num.* 12. *lib.* 2. licet *num.* 14. diſtinguat, an conſtitutio vocet filium primogenitum, vel filium maiorem? quod nos ſeruare non debemus; & hoc in Hiſpania inuiolabiliter obſeruatur; & tradit eleganter Menoch. *conſ.* 97. *num.* 9. *cum aliis, lib.* 1. vbi latè probat illum dici primogenitum, qui ſuccedit in locum primogeniti, qui mortuus fuit, vel delictum commiſit viuente patre, & ibi alia ad propoſitum ſcribit: & latè per *totum conſilium* tractat, an ille qui vocauit primogenitum, cenſeatur vocare ſecundogenitum? & idem Menoch. *in conſ.* 442 *num.* 23. *lib.* 5. & dicit Gloſ. Pariſ. *in* 1. *part. conſuetud. Pariſi. §.* 8. *num.* 11. *fol.* 164. quod conſuetudo deferens hæreditatem primogenito, non reſpicit illum tantum qui primo natus eſt: nec ſentit omnino de certo homine ab ipſo initio natiuitatis, ſed de certificando tempore delatæ hæreditatis; & ius primogenituræ cum effectu acquirendi, non ſentit de illo quem in rerum natura certum eſt prius natum fuiſſe, ſed illo etiam qui fuit poſterior natu; ſed priore deficiente, efficitur primus: & tradit Tibe. Decia. *reſpon.* 7. *num.* 60. *lib.* 1. in quodam maioratu Hiſpaniæ: quibus adde Fulgo, *in conſ.* 102. *præſuppoſito,* & Epiſc. Couarr. *in pract. qq. cap.* 38. *n.* 9. *verſ. ſexto Regia*; & hoc latè tradit Pariſ. *conſ.* 19. *n.* 127. *cum aliis lib.* 2. Franciſc. Mant. *in tract. de coniect. men. defunct. lib.* 8. *tit.* 10. *n.* 6. *pag.* 341. vbi *n.* 7. refert Iacob. de Aren. Bald. Cin. & Salic. *in l. ſi quis priori, §. talem, C. de ſecund. nupt.* dicentes, quod ſtante ſtatuto, quod filius primogenitus ex primo matrimonio ſuccedat excluſis filiis ſecundi matrimonij, ſi
2 non ſit filius primi matrimonij, ſed ſecundi matrimonij, † competit ei ius primogenituræ, quia ſecundum matrimonium (habito reſpectu ad tertium) dicitur primum, & tertium dicitur ſecundum, facit text. *in l. ſed ſi ex modica, §. ſi filius, ff. de bon. libert.* & quod ſcribit Dec. *in l. filia dotem. C. de collat.* & Gloſ. Pariſ. *in part.* 1. *conſuet. Pariſ. §.* 3. *gl.* 1. *num.* 3. *quæſt.* 5. *fol.* 66. quam retuli *in* 1. *part. huius operis, quæſt.* 2. *num.* 8. & inde etiam eundem *in eodem §. num.* 8. *quæſt.* 6. Et ex his confirmatur alia ſententia Gloſ. *in dictis conſuetudinibus, Pariſ. §.* 10. *num.* 29. *fol.* 127. vbi dicit, quod ſi primogenitus mortuus fuit ante patrem, ſed prius renunciauerat futuræ ſucceſſioni patris, & omni iuri primogenituræ cum iuramento, accepta certa ſumma, iuxta formam *c. quamvis pactum, de pact. in* 6. is qui tempore mortis
3 patris † reperitur antiquior filiorum, habere debet ius primogenituræ.

Ex quibus omnibus infero, veram eſſe opinionem
4 tenentium, quod † clauſula domini Regis Henrici, de qua *in l.* 11. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopil.* intelligitur de omnibus primogenitis in infinitum: quæ fuit ſententia Ioan. Lop. *in rubr. de donation. inter vir. & vxor. §.* 69. *num.* 14. *pag.* 269. de qua per Molin. *lib.* 1. *de primogen. cap.* 5. *num.* 22. *fol.* 32. & latius *cap.* 6. *num.* 21. *fol.* 43. Matienç. *in d. l.* 14. *gl.* 8. *num.* 1. *cum ſeq. fol.* 199. qui ſequitur *Ioan. Lop.* Et pro iſta ſententia plura ſcribit Menoch. *in conſ.* 97. *num.* 1. *cum ſeq.* licèt poſteà *n.* 101. partem magis quam veritatem colens dicat, quod ſecundogenitus non dicitur propriè primogenitus: & pro opinione *Ioan. Lop.* & aliorum facit, quod in ſuc-
5 ceſſione † Regni, & in alia ſucceſſione indiuidua, pluralitas non reſoluitur in ſingularitates, vt in Regno Aragoniæ, & Maioricarum, explicant Oldrad. *conſil.* 231. *num.* 3. & alij vt per Tiraquel. *in tract. de primog. quæſt.* 24. *num.* 13. & *quæſt.* 51. *num.* 1. & *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. part.* 8. *num.* 293. Menoch. *in conſ.* 322. *num.* 65. *lib.* 4. & legendum eſt quod ſcribo *infra quæſt.* 10. & finita donatione iuxta tenorem *prædictæ legis* 11. Rex faciat iniuriam, ſi donationem non firmauerit in conſanguineos hæredes, aut ſucceſſores donatarij, reſoluunt Acoſta *in tract. de ſucceſſ. Regni Portugalliæ, pag.* 72. *verſ. quinimo,* Cald. Pereira *de renonat. emphyt. quæſt.* 8. *num.* 2. *fol.* 56. & verba *prædictæ l.* 7. ibi: *Que las ayan por mayorazgo, y ſinquen al hijo legüimo mayor de cada vno dellos: y ſi muriere ſin hijo legitimo que tornen los bienes del que aſſi muriere, a la Corona de nueſtros Reynos,* intelligitur de filiis, nepotibus, & pronepotibus, & cæteris deſcendentibus iuxta regulam *legis, liberorum, ff. de verb. ſign.* & alia quæ ſcripſi *part.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 2. *cum ſeq.* quod latè tradit Mantica *de coniectur. men. defunct. lib.* 8. *titul.* 9. *num.* 1. *fol.* 181. Ant. Peregr. *in tract. de fideicommiſ. art.* 25. *num.* 8 & *art.* 22. *n.* 43. ad quos addo Aluar. Velaſc. *conſtitut.* 119. Auend. *in l.* 40. *Tauri, gloſ.* 2. *num.* 78. *fol.* 90.

Et pro hac ſententia ſe offert mihi regula certiſſima, quod hæres hæredis cenſetur † hæres prio- 6
ris, *l. hæredis appellatio, l. appellatione, l. ſciendum, ff. de verb. ſign. l. qui per ſucceſſionem quamvis legitimam, ff. de reg. iur.* vbi latè Decius: & tradunt Tiraquel. *in tract.* le mort: *p.* 2. *declaration.* 5. *num.* 10. *pag.* 73. Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. rem.* 4. *num.* 236. *pag.* 76. *in d. l. hæredis appellatio.* 63. *num.* 236. *pag.* 76. Rebuf. *in d. l. hæredis appellatione* 170. *pag.* 797. Ruſus ſpeciale eſt in donatione facta à Principe pluribus, † vt portio 7
etiam poſt ius quæſitum cæteris acquiratur; *l.* 1. *C. ſi liberalitas Imperialis ſocius: lib.* 10. quod refert, & confirmat Auguſt. Beroi. *in conſ.* 10. *tit.* 6. *lib.* 1.

Et confirmo, quia ſi Princeps concedat † feudum 8
alicui *pro ſe, vel filiis,* veniunt deſcendentes in infinitum, ſecundùm Bald. *in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtitution. & in cap.* 1. *verſ. & ſi clientulus, de alienatione feudi*: Alex. *in l. Gallus, §. inſtituens, ff. de liber. & poſth.* Nattam *in conſ.* 54. *n.* 13. & ad hoc etiam eſt egregia, & notabilis doctrina in iſto propoſito Ioan. Lop. *in rubr. de donation. inter virum & vxorem. §.* 69. *num.* 29. *pag.* 260. Quæ regula maximè procedit in beneficiis Principum, in quibus lata debet fieri interpretatio † in præiudicium Principis concedentis, vetra- 9
dit Bart. *in d. l. liberorum, num.* 8. & latius confirmo *in d. quæſt.* 15. *à num.* 16. & hoc tenendum eſt, quicquid nouiſſimè teneat Ioan. Guttierr. *lib.* 2. *practicar. quæſtion. quæſt.* 92. *num.* 3. vocati etenim intelliguntur omnes deſcendentes in infinitum ad maioratum.

Et cum hac mea opinione reſidet Matiençio *in dict. l.* 11. *gloſ.* 8. *num.* 9. *fol.* 199. & pro iſta ſententia facit doctrina Bart. *in l. ſi cognatis, num.* 10. *ff. de rebus dubios,* & aliorum: & faciunt quæ ſcribo *in* 1. *parte tractatus, quæſt.* 18. *à num.* 16. *cum ſequentibus,* & doctrina Andr. de Iſernia relata per Matth. ab Afflict. *deciſ.* 112. *à num.* 7. & addùco etiam *famoſum conſilium* Anchar. 27. *nu.* 16. vbi vult, quod ſi fuit facta ſubſtitutio † de duo- 10
bus propinquis de domo, intelligitur non ſolum de duobus propinquioribus, ſed quod deficientibus illis, vel repudiantibus, veniant, & perpetuo admittantur alij duo antiquiores: quod dictum extollit, & ornat inter alios Stephan. Berttrand. *in conſil.* 30. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 1. & illud *conſilium* Anchar. 27. citat etiam Decius *in conſil.* 321. *num.* 1. *& in conſil.* 316. *num.* 16. quæ duo conſilia refert in propoſito, licèt illa non ſequatur Aymon *in conſil.* 161. *num.* 8. & *in conſil.* 180. *num.* 1. & plures citat Menoch. *in conſil.* 85. *num.* 26. qui Ancharranum ſequitur, & Aymonem ſequitur Simon de Prætis *lib.* 3. *dubit.* 4. *ſolut.* 2. *num.* 19. *fol.* 334. Et facit ad hoc indiuidua doctrina Cyni *in authent. ſed ſiquis, in fine, C. de ſecund. nupt.* quam eleganter explicat Alex. *in conſil.* 53. *num.* 3. *&* 10. *lib.* 6. qui etiam citat Salicetum *in dict. authent. ſed ſi quis,* & faciunt plura notabilia, quæ tradit Ant. Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. art.* 13. *n.* 29. *&* 30. *fol.* 122. & *art.* 51. *n.* 21. *&* 22. *num.* 16. *fol.* 129. Et ad conſilium *Ancharrani* alios Authores citat Molina *lib.* 1. *de primogen. cap.* 5. *num.* 18. *fol.* 32. & tradit Aymon *in conſil.* 161. *&* 180.

Notandum etiam eſt, quod ſi à fundatore maioratus cautum ſit, quod filius primogenitus non ſuccedat in maioratu, ſed filius ſecundogenitus, quia fundator abhorruit confuſionem agnationis nominis ſui, & familiæ, ac armorum; talis diſpoſitio † eſt intelligenda, & 11
moderanda, ſi filius ſecundus ſit maſculus, & quòd ſi fœmina

fœmina fuerit, nequaquam eſt admittenda ad ſucceſſionem, talis maioratus: quia ſi admitteretur eſſet, propria, & vera confuſio nominis, & armorum, ac bonorum vinculatorum, & ex diametro contradiceret menti teſtatoris & rationi, qua motus fuit ad faciendam, & ordinandam talem diſpoſitionem. Et illa vocatio de filio ſecundogenito eſt temperanda, ſi ſit habilis, & idoneus, & in ipſo concurrant qualitates à fundatore requiſitæ, & in quo memoria teſtatoris conſeruetur, & perpetuetur; argumen. *l. Lucius Titius, §. Lucius Titius de legat. 2. lex gradatim §. & ſi lege ff. ad municipal.* cum *concordan.* quæ ſcripſi *in prin. c. iſtius. 4. quæſtionis.*

Et pro hac concluſione quam ſemper ego veriſſimam putaui, varij varia ſcripſerunt ſuper Marchionata de Moya, in qua ſecundum iſtam ſententiam pronunciatum fuit pro maſculo in ſupremo Regali Conſilio: & ideo ego in hoc latius non inſiſto, nec profundas, nec importunas allegationes, quæ ſuper hoc factæ fuerunt, hic inferere placuit: ſufficit (vt prædixi) quod ita diffinitum fuit in Regali Conſilio, poſt magnam Iudicum, & Aduocatorum contentionem, *argum. l. 3. & l. vltim. C. de legib. cap. in cauſis, de re indic. l. 28. tit. 18. lib. 14. tit. 22. part. 3. & deciſ.* Matt. ab Afflict. 45. *num.* 4. vbi tradit, quòd ſententia magnæ Curiæ debet eſſe in conſideratione, & reuerentia poſtea iudicantium: & quæ idem ſcribit *deciſ.* 96. *num.* 11. *& deciſ.* 190. *num.* 7. & ſcripta per Alex. *in conſil.* 160. *num.* 9. *lib.* 7. Gomezium *in Regulis Cancellariæ, pag.* 26. *&* 45. Marant. *de ordin. iudicior. pare.* 6. *n.* 241. *fol.* 278 Burgos de Paz. *in proœmio ll. Tauri, num.* 461. Menoch. *in conſil.* 264. *num.* 47. *lib.* 3. Ant. Gam. *deciſ.* 228. *per totum.* Burſat. *conſil.* 32. *num.* 28. & *conſil.* 19. *num.* 29. *& conſil.* 56. *num.* 4. *conſil.* 62. *num.* 20. *lib.* 1. Roland. *in conſil.* 70. *num.* 18. *lib.* 1. Rebuff. *in Concord. in proœmio, in verbo, ſumma, pag.* 8. *cum ſequent.* Dominus Anton. de Queſada *quæſt.* 16. *num.* 8 Menoch. *in tract. de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 71. *n.* 13. Aymon *in conſil.* 198. *num.* 7. additio ad Capellam Toloſan. 275. *num.* 8. Burſat. *in conſil.* 120. *num.* 2. Quintilian. Mandoſ. *in verbo, commiſſiones appellationis, in* 1. *commiſ. fol.* 50. Ant. Theſaur. *deciſ. Pedemont.* 232.

12 Et eſt iſtis addendum, quod ſecundogenitus † dicitur ille qui reperitur tempore conditionis euenientis, & ſic tempore delatæ ſucceſſionis, vt tradit Menoch. *in conſil.* 269. *num.* 24. *lib.* 3. & idem de primogenito ſcripſi *part.* 1. *quæſt.* 2. *à num.* 10. *& part.* 2. *quæſt.* 6. Et in hac materia eſt memorabilis doctrina Alciat. *in l. proximi* 92. *pag.* 159. *ff. de verb. ſig.* vbi dicit, quod Conſultus reſpondit, *Cum filios teſtator ſubſtituit eum, qui tunc ſecundogenitus eſt filiorum ſororis ſuæ, & defuncto primo colligat ſecundus cum tertiogenito, tertius admittitur*: quod tradit Alciat. *conſil.* 560. *incipienti: Filium Agnetis, & in conſil.* 594. & confirmat *in conſil.* 220. *num.* 24. pro quibus eſt expreſſum *conſilium* Romani 428. quod citat Felin. *in rubr. de maiorit. & obed. num.*

13 11. Iungo etiam quod ſecundogenitus † ſemel excluſus à primogenitura, ſemper remanet excluſus, ſecundum Pariſ. *in conſil.* 72. *num.* 79. *lib.* 4. Beroium *in conſil.* 120. *num* 41. *lib.* 2. Menoch. *in conſil.* 220. *num.* 147. *lib.* 3. & ibi etiam tradit Menoch. 127. Quod ſubſtitutio

14 † facta de primogenito non extenditur ad ſecundogenitum, quia ſubſtitutio fideicommiſſaria non extenditur de perſona ad perſonam, & idem Menoch. *in conſil.* 91. *num.* 9. *lib.* 1.

Animaduerto etiam circa id quod dictum fuit *ſupra, in verſic. notandum tamen eſt*; ad vnum quotidianum & ſingulare, quod ſi filius maior † qui prohibitus eſt

15 ſuccedere in maioratu ſi habeat alium maioratum, vult renunciare maioratum illi competentem, ob quem prætenditur eſſe incapax ſuccedendi in alio maioratu, vultque acceptare, & habere maioratum, in quo eſt prohibitio quòd non ſuccedat, filius maior eſt admittendus: quod probo per *l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopil.* per totam legem, præcipue in illis verbis: *Succeda ſolamente en vno de los tales mayorazgos en el mejor y mas principal, qual el quiſiere eſcoger*, & per *l. ſi Ruſſinus, C. de teſtam. mil.* & alia plura quæ ſcribo *in* 4. *part. quæſt.* 23. *in verſ. non obſtat dict. lex.* 45. vbi refertur doctrina Bart. *in l. item qui in poteſtate, ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* Nicolai de Neapol. & aliorum, facit regula *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. l. ſi iudex in communi, ff. de minor.* cum *concordan.* Et an primogenitus renuntians maioratui, teneatur facere pluſquàm renuntiare, videtur quo ad aliud † non tenetur, ex 16
Calderino *conſil.* 15. Cardinale *in Clement. 1. notab.* 15. *de fœnit.* quos citat Rebuf. *in praxi beneficiali, tit. de diſpenſat. ratione ætatis, in verſic. quoad vixeris, nu.* 9. *pag.* 399. de quibus legenda ſunt quæ ſcribo *in* 3. *part. quæſtionis* 18.

ILLATIO QVARTA.

SVMMARIVM.

1 *¶ Nepos filij maioris adhuc in vtero exiſtens præfertur patruo.*
2 *Filius in vtero exiſtens, in rebus ſibi vtilibus, pro nato habetur.*

QVartò infertur, quod nepos filij maioris cum eodem debeat gaudere priuilegio, quod competit filio maiori, iuxta *dict. l.* 40. licet non ſit natus, ſed adhuc ſtet in vtero, præfertur † patruo: quia filius 1
qui eſt in vtero in illis quæ ſunt ſibi vtilia, † habetur 2
pro nato, *l. qui in vtero, ff. de ſtatu hominum, l. etiam,* vbi Glof. & DD. *ff. de minoribus, l.* 1. §. *ſciendum, ff. de legat.* 1. *l. Titius, §. ſi à Prætore, ff. de excuſation. tutor.* notat Bald. *in rubr. de in integr. reſtit. ad finem*, & in *cap.* 1. *col.* 1. vbi Felin. *col.* 2. *de præſcription.* de quo ego latius tractabo *infra in materia poſſeſſoria, part.* 3. *q.* 2. quæ videri poſſunt pro intellectu huius puncti.

ILLATIO QVINTA.

SVMMARIVM.

1 *¶ Primogenitus an dicatur, qui ante Comitatum natus fuit, ſub diſtinctione traditur.*
2 *Nobilis an dicatur qui natus fuit ante adeptam nobilitatem.*
3 *Filius, vel nepos, an repræſentet patrem, vel auum, qui ante fundationem maioratus è vita deceſſerunt*
4 *Priuilegium datum à Principe, antequam in Regno ſuccedat, an valeat.*

QVintò, Ex his poteſt inferri, & diſputari: num primogenitus dicatur qui natus fuit ante adeptum Ducatum, vel Marchionatum, aut aliud quidpiam ſimile. In quo puncto relinquo vnum caſum indubitabilem, qui eſt, vbicumque qui eſt filius Regis, Ducis, aut Marchionis, & antea quam pater vita functus eſſet, filius Princeps, aut primogenitus filios procreauit; tunc tales filij, quamvis procreati ante adeptum Regnum, vel Comitatum, ſunt legitimi, & veri ſucceſſores: ad quod eſt expreſſa *l.* 1. *tit.* 12. *part.* 2. quæ eſt lex ſingularis in hac materia, vbi vide *Gregor. Lop.* Sed dubium eſt, † vbicumque pater, qui erat homo par- x
ticularis, & poſt filiorum aliquorum procreationem Dux, Marchio, vel Comes factus fuit aliquorum locorum, quos Princeps iure maioratus eidem, & primogenitis deſcendentibus conceſſit? (prout non ſemel contigit:) Cui quæſtioni reſpondit Guido de Suza *in l. Senatoris filium, ff. de Senatoribus*, conſtanter affirmando, quod natus ante Regnum adeptum dicitur primogeni

primogenitus, & idem tenet Alex. 1. *part. ſtatutorum, quæſt.* 157. *ſed ſupponamus*: quos ſequitur affirmando hanc eſſe meram veritatem, Gloſ. Pariſ. *in dict. conſuetudin. §.* 8. *num.* 56. *fol.* 111. Cuius contrarium tenet Bald. *in l. Imperialem, §. vlt. in verſ. Et ideo ſi conſuetudo, C. de nupt. & in l. cum ſatis, num.* 11. *C. de agric. & cenſit. lib.* 11. poſt Bart. *ibi*, qui idem in terminis tenet, & ibi Rebuf. *num.* 5. *pag.* 135. & hoc videtur tenere Cifuent. *in l.* 40. *Tauri, quæſt.* 40. & in hanc opinionem plures refert Decius *in cap. inter cæteras, num.* 3. *fol.* 58. *de reſcript.* vbi dicit, quod hæc eſt communis opinio, quo in loco Gloſ. Pariſ. *in addition.* ſe firmat in opinione quam tenuit *in dictis conſuetudinibus*, referendo *Corraſium* & *Ripam* ad eandem opinionem; & facit hiſtoria quæ ad hoc propoſitum refertur de Xerxe, & Archemane per *Iuſtinum*, cuius verba tranſcribit Roderic. Suarez, *in l. quoniam in prioribus, limit.* 11. *in fine, pag.* 192. *C. de inoffic. teſtam.* & tradit nouiſſimè *Menoch.* vbi hoc refert. *in tractat. de præſumpt. lib.* 4 *præſumpt.* 92. *num.* 5. *fol.* 174. Azeued. qui plures citat *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 6. *Recopil. num* 114. *fol.* 10. belliſſimè Ioan. de Cirier, *in tract. de primogenit. lib.* 1. *quæſt.* 12. *per totam*, *fol.* 19.

Attende tamen, quod ipſe D. Pariſ. *in dict. loco,* 2
† tenet, quod nobilis dicitur ille qui natus fuit poſt datam nobilitatem: quia vulgaris, & natiua nobilitas nunquam adeſſe poteſt niſi perfectè adfuerit tempore natiuitatis, vel niſi expreſsè id per Principem concedatur. Vnde fit, quòd priuilegia nobilitatis, quæ per Reges Hiſpaniæ conceduntur, quorum aliqua ego vidi, non nobilitant filios ante conceſſionem priuilegij natos, ſed eos qui poſtea naſcuntur: & probatur *in l.* 4. *&* 5. *tit.* 1. *lib.* 4. *Ordinã. hodie l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 6. *Recop.* De quo puncto, & ſuperiore quem ſcripſi de doctrina Guidonis de Suza, vide Tiraquell. (cui nihil incognitum fuit) *in tract. de nobilit. c.* 15. *num.* 7. *pag.* 100. & *in tract. de primogenit. quæſt.* 31. *num.* 1. cum aliis; & de doctrina Guido de Suza vide etiam Gregor. Lop. *in dict. l.* 2. *tit.* 15. *in gloſ.* in verbo, *Sino al hijo mayor*, vbi diſtinguit, Quod ſi dicatur quod primogenitus Regis ſuccedat, intelligitur de nato ante Regnum. Et ſi dicatur, quod primogenitus à Rege ſuccedat, non ſuccedit natus ante Regnum: quæ diſtinctio mihi videtur eſſe potius nominis & vocis, quam ſubſtantiæ: Ant. Gom. *in l.* 40 *Tauri, quæſt.* 13. *num.* 67. & *in tomo delictorum, cap.* 2. *n.* 16. *verſic. Sed his non obſtantibus, fol.* 33. & nouiſſimè Cald. Pereir. *in l. ſi curatorem habens, C. de in integr. reſtit. minor. in verbo, ſine curatore, n.* 99. *fol.* 118. vbi probare videbatur opinionem Guillelm. de Cuneo *in dict. l. Senatoris filium, ff. de Senator.* tenentis, quod filius natus ante adeptam nobiliatem, non eſt nobilis: lege eum qui plura refert, & Præpoſitum *in cap. iam itaque, 1. quæſt.* 4. *fol.* 42. Et ideo conſilium eſt illis, quibus Deus ita patrocinatur, vt ex parua fortuna ad ſimiles dignitates aſcendant: quod ſi volunt, quod filius maior procreatus ante dignitatem adeptam ſuccedat in Marchionatu, vel alio ſtatu, faciant in illum expreſsè maioratum: alias erit magna contentio inter talem filium, & fratres eius. Et de materia legenda ſunt quæ nouiſſimè ſcribit Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæſt.* 13. *num.* 4. *fol.* 108. Ahumad. *in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. *gloſ.* 10. *in verbo*, ſino el hijo mayor, *n.* 1. *fol.* 143. Epiſc. Couarr. Reſolut. *lib.* 2. *c.* 8. *n.* 5. Menoch. *in tract. præſumpt. lib.* 5. *præſump.* 34. *num.* 38. *fol.* 43. Nicolaus Boer. *in conſuetud. tit.* les Couſtumes de Tours, *art.* 7. *pag.* 147.

Ex his autem quæ *ſupra* tradita ſunt, infertur deciſio ad ſingularem quæſtionem, & quæ de facto contigit: † An filius, vel nepos præſentet patrem, vel auum qui mortui fuerunt ante fundationem maioratus? & magis videtur in iſto caſu non eſſe concedendam repræſentationem per prædicta, & regulam *l. ſancimus, la* 1. *C. de nuptiis*, & *l. cum teſtator, C. de teſtam. manumiſſ.* & regulam *l. nemo plus, ff. de reg. iur.* & illorum quæ ſcribo *ſupra*; *quæſt.* 21. *num.* 116. *cum ſequent.* & quæ ſcribit Molin. *lib.* 3. *de primogen. cap.* 7. *num.* 1. *& 2. fol.* 54. & doctrina Bald. *in d. l.* 11. *ff. de Senator.* & eiuſdem Baldi *in l. venia, ff. de in ius vocand.* Et quod ad dignitatem filij inſpiciatur tempus conceptionis, probatur *in l. emancipatum, §. ſi quis conceptus, ff. de Senatoribus*, & *in l.* 2. §. *auo, ff. de Decurionibus*; tradit Quintilian. Mandoſ. *de ætate minor. quæſt.* 2. *num.* 14. *fol.* 5. Et an donatio facta antea quam Imperator coronetur valeat; tradunt Speculat. *in tit. de reſcripti præſentatione, §. ratione cauſæ, verſic. Item quod etiam obtentum*; Marian. Socin. *in cap. cum cauſam, de iuram. calumn. num.* 6. *fol.* 65. de quo legenda ſunt quæ ſcribo *part.* 1. *quæſt.* 23. Et valet † primo- 4
gium datum per Principem, antea quam ſuccedat in Regno, ſecundum Gloſſam *in cap. ad Apoſtolicæ, de re iudicat. in* 6. Ioan. Andream *in cap.* 1. *de renunciat. lib.* 6. Franciſcum Marcum *deciſ.* 777. *num.* 5. & ad hoc facit *conſilium* Oldradi 180. Decij 194. & eſt latiſſima remiſſio Caſtaldi Reſtauri *in tract. de Imperatori quæſt.* 46. *num.* 1. *cum ſequent. fol.* 70. Et facit Gloſſa *in cap. grandi, in verbo, per partem, de ſupplenda negligentia Prælatorum*: de qua per Capicium *deciſ.* 121. *num.* 13. & legi debet Chaſſanæus *in conſuetudinibus Burgundiæ, Rubrica* 8. §. 5. *num.* 41. *pag.* 1164. vbi tractat de Rege Franciæ, & Duce Milanenſe. Et quid ſi duo eligantur Imperatores, quis eorum poſſit concedere priuilegium, tradit notanter Oldr. *in conſil.* 22. & *in conſil.* 23. *ſequenti* tradit, ſi duo electi Imperatores concedunt priuilegia, quis poſſit vti illis quouſque declaretur quis eorum eligi debeat.

ILLATIO SEXTA.

SVMMARIVM.

1 *¶ Pater an poſſit relinquere maioratum nepoti; ſi filius maior ſit prodigus.*

SExtò infertur, quod quamvis filius † maior, ſit 1
prodigus, non poteſt pater relinquere maioratum nepoti, filio maiore excluſo, & præcipere quod filio dentur alimenta: quam opinionem tenet Greg. Lop. *in l.* 3. *tit.* 16. *in gloſ.* 1. *in fine part.* 6. licet nullum inſtum fundamentum afferat. Sed pro hac ſententia facit ille textus notabilis *in l.* 3. *ff. de interdict. & relegat.* & hoc tenendum eſt, quicquid caueatur *in l. penult. ff. de curat. furioſ.* & *in l. cui bonis, ff. de verb. oblig.* & *in l.* 13. *tit.* 1. *part.* 6. nam hæc procedunt in bonis liberis, & quæ procedunt ab ipſo patre curatorem filio dante.

ILLATIO SEPTIMA.

SVMMARIVM.

1 *¶ Ignobiles an ſuccedant in maioratu.*

SEptimò, ex his quæ *in principio huius quæſtionis* dicta ſunt per textum *in dict. l. Lucius Titius, §. Titius Damam, ff. de leg.* 2. & alia ſupra tradita infert ad propoſitum noſtrum Paulum de Caſtro *in conſil.* 335. *Laudatio, & inueſtitura, num.* 2. *in fine, lib.* 1. † quòd in feudo nobili non ſuccedit, nec ſuccedere x
poteſt ignobilis, neque eſt capax ſine Domini voluntate expreſſa. Ad quod etiam refert textum *in l. fideicommiſſa, §. ſi ſeruo, ff. legat.* 3. & *l. apud Iulianum, §. vltimo, ff. de legat.* 1. cum *lege ſequenti*, quam doctrinam citat Tiraquell. *in tractat. de nobilit. c.* 37. *pag.* 551. *num.* 28. ex qua doctrina, illi qui faciunt

maximum argumentum de rebus feudalibus ad res maioratus, inferre poſſunt, quod ſi fœmina, quæ non erat excluſa à maioratu, ſucceſſit in eo, quæ forſan cum eſſet nobilis, alicui ignobili, & plebeio nupta, habeat filium, ſic erit incapax maioratus propter ignobilitatem. Hæc autem doctrina *Pauli de Caſtro*, licet in ſuo caſu vera eſſe poſſit, nequaquam ad ſucceſſionem maioratus eſt trahenda, niſi in maioratu pro conditione adjectum ſit, quod non ſuccedant in eo ignobiles, aut illi qui ſunt de genere iudæorum, vel Sarracenorum, iuxta ea quæ ſcripſi *in 2. part. huius operis, q. 1.* & iterum *quæſt. 51.* & iſta eſt veritas.

ILLATIO OCTAVA.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Filius primogenitus ſi conditionibus non paret, ad ſequentem ius defertur.* & num. 2.
3 *Conditio appoſita in qualibet parte teſtamenti facit à principio inſtitutionem conditionalem.*
4 *Inſtitutus ſub conditione non dicitur hæres, niſi adimpleta conditione.*
5 *Datum ſub conditione, videtur ademptum ſub contraria conditione.*
6 *Tranſactio ſi fiat ſuper bonis maioratus, cum conditione, quòd impetretur facultas Regia, non habet effectum, ſi non impetretur.*
7 *Legatum dicitur extinctum, cùm non ſeruantur conditiones appoſitæ per teſtatorem.*
8 *Qui non ſeruat conditionem, & præceptum iuſtum teſtatoris, priuatur emolumento ſub conditione relicto.*
9 *Subſtitutus vt admittatur ad portionem primi graduati, requiritur implementum conditionis adjectæ primæ ſubſtitutioni.*
10 *Facultas Regia ſi detur ſub conditione ad obligandum, aut hypothecandum bona maioratus, eſt nulla, ſi non adimpleatur conditio.*
11 *Conditiones debent obſeruari prout verba ſonant.*
12 *Qui non ſunt nati tempore exiſtentis conditionis, an poſſint renouare alienationem.*
13 *Qui dicit conditionem euenijſe, probare debet.*
14 *Confirmatio Papæ, vel Principis, facta cum conditione, non habet effectum niſi conditione adimpleta.*
15 *Ob defectum conditionis non impletæ ceſſat conſenſus in diſponente.*
16 *Dominium rei legatæ non tranſijt in legatarium, donec conditio impleatur.*
17 *Grauatus onere armæ & nomen portandi, ſi conditioni non obſequitur, ad alium vocatum ius defertur, & fit directè, & ipſo iure translatio.*
18 *Inſtitutus ſub conditione, ea deficiente, dicitur non inſtitutus.*
19 *Vt acquiratur ius primogenituræ, debent conditiones appoſitæ ad illius acquiſitionem prius adimpleri.*
20 *Qui non paret modo, amittit lucrum, ſicut qui non paret conditioni.*
21 *Donatio ob non obſeruantiam qualiter annulletur.*
22 *Propter vnum capitulum non obſeruatum an repellatur quis ab agendo.*
23 *Qui plura promiſit facere ſub pœna, ſi venit contra aliqua, in pœnam incidit.*
24 *Conditionaliter vocatus, ſub contraria conditione, ſi non fecerit vel præſtiterit, excluſus cenſetur.*
25 *Ex defectu conditionis donatio corruit, perinde ac ſi à principio facta non fuiſſet.*
26 *Excluſus ſub vna conditione an cenſeatur vocatus ſub contraria conditione.*
27 *Paria ſunt nihil fieri, & fieri ſub conditione, quæ non purificetur.*
28 *Succeſſores ſi non ſeruant conditiones amittunt omne ius.*
29 *Deficiente conditione, diſpoſitio non ſortitur effectum.*
30 *Conditio cauſam finalem an importet.*
31 *In tantum quis dicitur dominus, in quantum conditiones & priuilegia ſeruantur.*
32 *Pertinere non dicitur aliquid, quando fuit adjecta conditio, antequam conditio eueniat.*
33 *Verba iſta*, hæres meus portet nomen & arma, *important conditionem.*
34 *Teſtator videtur facere fideicommiſſum cùm vocat agnatos, & deinde primogenitorum agnatos.*
35 *Fundator cùm grauat ſucceſſorem contrahere matrimonium cum certo genere perſonarum nominis & familiæ, pœnam tamen adijcit, an per contrauentionem in aliquam incidat? diſputatur.*
36 *Pœna & priuatio non habet locum niſi exprimatur.*
37 *Non adimplens grauamen nomen & arma deferendi, an condemnandus ſit ad reſtitutionem rei cum fructibus.*
38 *Filij inſtituti cum grauamine aſſumendi nomen & inſignia, & ſi non adimpleant, ſubſtituti admittantur, cenſentur poſiti in conditione, non in diſpoſitione.*
39 *Teſtator poteſt hæredem priuare, & bona alij adjudicare in pœnam ſi eius voluntatem non adimpleat.* & num. 46.
40 *Valida eſt conditio, quod hæres teſtatoris cognomen accipiat, & admittitur ad hæreditatem vocatus in defectum illius, qui conditioni prædictæ non paruit.* & num. 42
41 *Similitudo nominis affectionem arguit.*
43 *Conditio nominis & armæ deferendi, latiſſimè eſt interpretanda, vt cõprehendat omnes, quibus ratio eius poteſt conuenire. Quid ſi nomen ſit maternum.*
44 *Onus aſſumendi nomen & armas, an arguat ſubſtitutionem fideicommiſſariam.*
45 *Pœna ex grauatnine nomen & arma, deferendi non habet locum, cùm quis morte præuentus adimplere non poteſt.*
50 *Onus deferendi arma & inſignia adjectum, quo tempore poſſit adimpleri.*
51 *Delens arma alicuius, illius poſſeſſionem turbare dicitur.*
52 *Poteſt quis alteri prohibere, ne portet arma, vel* Diuiſam *domus ſuæ.*
53 *Qualiter poſſit quis acceptare feudum pro ſe, & poſt mortem ſuam pro agnatis ſuis deferentibus nomen & armas remiſſiuè.*
54 *Delinquentibus, in eorum ignominiam, imagines ſtatuæ, & armæ, ſunt detrahenda.*
55 *Defunctorum intereſt, vt eorum imagines etiam in ſepulchris videantur.*
56 *Imagines & reliquiæ ſanctorum qualiter venerentur in illorum memoriam.*
57 *Littera ſculpta in marmore, qualiter Capella fuit ædificata, & dotata, probant iuſpatronatus.*
58 *In muris ſi reperiantur armæ Principis, præſumitur quod à Principe ædificati fuerunt.*
59 *Inſignia & armæ, an tranſeant in ſubſtitutum directum militarem, aut in fideicommiſſarium.*
60 *Subſtitutus ſub conditione ſi aliter nomen & arma teſtatoris non portauit, ad purificationem conditionis an ſufficiat quòd vna adſit.*
61 *Teſtator in dubio videtur vocare eum, qui proprium nomen habet.*
62 *Examinatur doctrina quadam* Peraltæ, *an poſſit executor grauare aliquem, vt in vno quarterio clypei portet arma ſua & inſignia.*
63 *Nomen proprium venit magis quàm appellatiuum.*
64 *Nomen qualiter ſumatur remiſſiuè.*

65 *Qui*

65 *Qui acceptat ſucceſſionem maioratus, videtur acceptare omnes conditiones & grauamina à canditore adjecta.*
66 *Acceptans aliquid ab homine, ſiue à lege delatum, videtur acceptare cum ſuis oneribus.*
67 *Qui aliqua diſpoſitione vel priuilegio vti vult debet vti cum omnibus ſuis qualitatibus.*
68 *Hæreditas ſi denoluatur in ſequentem in gradu propter defectum primi, ille ſequens per additionem hæreditatis videtur cognouiſſe onus fideicommiſſi iniunctum hæredi, primo loco ſcripto.*
69 *Capitula in donationibus adiecta ſeruari debent.*
70 *Veniens ex teſtamento, cum oneribus & ſubſtitutionibus venire debet.*
71 *Diſpoſitionis ſubſtantiam an poſſit quis approbare, & improbare ipſius qualitatem.*
72 *Si pater bona aliqua filio pro legitima relinquat, & filius ſimpliciter accipiat, an valeat grauamen.*
73 *Ad grauamen in fideicommiſſo iniunctum, perfecta illius ſcientia an requiſatur*
74 *Conditio nomen & arma deferendi iuſta eſt.*
75 *Et grauatus debet eam adimplere.*
76 *Vocatus ille præſumitur, qui nomen & arma teſtatoris portare poteſt.*
77 *Arma & inſignia defunctorum memoriam conſeruant.*
78 *Vxor hæres à teſtatore inſtituta, ea tamen lege ne teſtatoris bona in ignobilem transferat, qui nomen eius & arma portet, an poſſit quemcumque velit eligere, dum ſit nobilis.*
79 *Grauatus nomen & arma deferendi, an ſatisfaciat portando nomen & arma mixta, & cum aliis coniuncta.* & num. 157.
80 *Caſus mixtus an in fauorabilibus ſub ſimplicibus contineatur. Contraria opinio.* num. 82.
81 *An in odioſis? Quid in conſeruatione teſtamenti.* num. 86. *Authoris ſententia.* num. 88. 89. 93. 96. 102. 120. 124. 143. 144.
83 *Duæ qualitates ſi ſimul concurrant, quarum qualibet de perſe poteſt operari ſuum effectum, an vna alteri deroget.*
84 *Prohibitus facere probationem per teſtes, non prohibetur facere per teſtes & inſtrumenta.*
85 *Diſpoſitio fauorabilis non dicitur quæ mixtum in ſe fauorem & odium continet.*
87 *Grauatus portare nomen & arma, an teneatur propria derelinquere.*
90 *Admixtum naturaliter aſſumit naturam eius, cui admiſcetur.*
91 *Verba teſtamenti ſunt intelligenda ſimpliciter, & non ſecundum quid.*
92 *An debeatur legatum relictum ſub conditione, ſi filius meus deceſſerit ſine filiis maſculis. & ſi habuerit fœminas, reſtituat tantum, & ille cum & fœminis decedat.*
94 *Confuſio eſt vbi duæ materiæ vel eiuſdem generis, vel diuerſæ coniunguntur. Et vbi multitudo, ibi confuſio.* num. 104.
95 *Res per miſtionem, propriam naturam primordialem amittunt.*
97 *Duabus cauſis concurrentibus, vna quæ nocet, & altera quæ prodeſt. qualis earum attendatur.* & num. 130.
98 *Præſumptio negatiua, eſt potentior affirmatiua.* & num. 99. & 101.
100 *Primogenitus excluditur à maioratu ex nominis & armorum incompatibilitate.*
103 *Teſtamenti fauor vbi concurrit, attenditur cauſa quæ prodeſt.*
105 *Res ſunt illius, cuius ſunt inſignia.*
106 *Tabellio & mercator an poſſint prohibere, ne alij eorum ſignis vtantur.*
107 *Bona Principis præſumuntur illa, quæ eius armis inſignita ſunt.*
108 *Nomen & arma aliena delens, & ſuum apponens, falſum committit.*
109 *Faciens ſe nobilem, cùm non ſit, de falſo punitur.*
110 *Per arma & inſignia probatur rem eſſe illius, cuius ſunt inſignia.* & num. 111
112 *Vaſſallus non poteſt ſigna domini amouere; domino autem licet amouere ſigna vaſſalli.*
113 *Reipublicæ intereſt, ne claræ & honeſtæ familiæ ex ſuppoſitione infectarum pereant.*
114 *Signa & ſigilla ſunt, vt res ipſis ſignatæ cognoſcantur. Cui enim competit ſignum, competit res ſignata.* num. 149. & 155.
115 *Plures mercatores ſi ſocietatem diſſoluant, apud quem ſigillum ſtare debeat.*
116 *Et de virtute ſigilli.*
117 *Conſenſus Regius ſine ſigillo an probet.*
118 *Vtens ſigillis diuerſis pœna falſi tenetur.*
119 *Arma diuerſa ferre an liceat.*
121 *Conditiones adjecta à teſtatore non poſſunt pro parte impleri.*
122 *Conditio per teſtatorem appoſita dicitur eſſe de forma.* & num. 123.
125 *Magiſter dicitur quis ab arte, in qua ſe principaliter exercet.*
126 *Actus mixtus à potentiori nomen ſumit.*
127 *Arma principalia trahunt ad ſe alia tanquam potentiora.*
128 *Mixtum non continetur ſub ſimplici, quando verba ad literam intelligenda ſunt.*
126 *Magis dignum quando venit acceſſoriè, non trahit ad ſe minus dignum. Aliter ſic.* num. 135.
131 *Contractus à præponderanti iudicatur.*
132 *Intellectus* ad l. 23. tit. 6. lib. 7. Recop.
133 *Actus à maiori parte nominatur.*
134 *Principale, non acceſſorium debet attendi.*
136 *Religioſa ſunt quæ religioſis rebus adhærent.*
137 *Res an dicatur Eccleſiaſtica, quando de illius ſpecie participat.*
138 *Ad cognoſcendum rei qualitatem, caput inſpicitur, non membra.*
139 *Copula inter duo adjectiua cadens ad quam referatur.*
140 *Connexa inſeparabilitatem inducunt.*
141 *Genus à digniori ſui parte nomen aſſumit.*
142 *Potentius trahit ad ſe naturam minus potentis, cùm permiſcentur.*
145 *Succeſſor an committat fraudem nomen & arma acceſſoriè portans ad commodum ex teſtamento conſequendum.*
147 *Arma nobilium apud principalem domus remanent. Et pro inſignibus accipiantur.* num. 158.
148 *Arma & inſignia alterius deferens, qualiter puniatur.*
150 *Succeſſores in Capella an poſſint apponere Arma diuerſa à fundatore Capellæ.*
151 *Eccleſia quando poſſit prohibere ne arma in mœnibus depingantur.*
152 *Arma & inſignia memoriam defunctorum conſeruant. Et qualiter probent nobilitatem.* num. 160.
153 *Curia ſuprema mixta ex Clericis & laicis, an poſſit de cauſis criminalibus cognoſcere.*
154 *Identitas armorum præſumptionem agnationis inducit.*
156 *Perplexitas, ex qua inconuenientia ſequuntur, fugienda eſt.*
159 *Conditio aſſumendi nomen & arma an poſſit à Principe remitti.*
161 *Nomen & inſignia aliena qualiter poſſit quis aſſumere.*

Poſt num. 161. inuenies alia ſummaria.

OCtauò infertur, quod ſi ille qui vult ſuccedere in maioratu, non exequitur, nec obedit conditio-

nibus per conditorem maioratus iniunctis, quæ licitæ
1 fuerint, licet sit filius primogenitus, † excluditur à maiorato, & in filium sequentem transfertur, aut alium vocatum : *l. quoties, C. de donation. quæ sub modo l. 7. tit. 4. part. 5.* & probatur multis legibus *rituli, ff. de condition. & demonstrat.* facit *l. 1. & 2. ff. de instit. & substit.* Et qui donat sub conditione, ea deficiente habebit omne ius quod primò habebat, vt dicunt Odofr. *in l. ea lege, C. de condition. ob causam*, Matth. ab Afflict. *in constit. Neapol. l. 3. Rubr. 5. num. 42. fol. 263.* Curtius Iun. *consil. 73. num. 25.* Et conditio apposita in qualibet
2 parte testamenti, † facit à principio institutionem conditionalem, *l. pen. C. de instit. & substit.* notat Simon de Prætis *lib. 2. de interpret. defunct. volunt. interpret. 3. dubit. 1. solut. 3. num. 66. fol. 547.* faciunt scriptæ per Cephal. *in cons. 6. num. 4.* Paris. *in consil. 26. num. 10. & 11. lib. 4.* & per Menoch. *in consil. 381. num. 44. lib. 4.* vbi post Alciat. *resp. 210.* & alios; tradit, quod conditio debet impleri per modum exclusionis, id est, quod si non impletur, excluditur quis ab initio, & exordio contractus; & citat textum *in l. qui fundum, ff. de rescind. vend.* & alia iura.

Et institutus sub conditione † non dicitur propriè,
3 neque impropriè hæres, nisi adimpleta conditione. cum ante illius euentum nihil in esse ponatur, vt resoluunt Paris. *in consil. 48. num. 2. lib. 1.* Roland. *consil. 57. num. 20. lib. 1.* & rectè Bursat. *in consil. 121. num. 22.*
4 *lib. 2.* Et vocatus in casu alienationis, † dicitur secundo loco substitutus, vt per Paris. *consil. 70. lib. 3.* Carol. Ruin. *in consil. 122. col. 4.* maximè *versic. quinimo, lib. 2.* quos citat Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 122. pag. 240. ff. ad Trebel.* Et quod agens teneatur in ista materia probare se ex sua parte impleuisse conditionem; volunt Barth. Socin. *in consil. 273. col. 2. vers. secundo principaliter lib. 2.* Gozadin. *consil. 94. n. 45.* Menoch. *cons. 1. n. 369.* vbi *n. 35.* ex Aymon *cons. 127. n. 14.* scribit, hanc exceptionem impedire litis ingressum; & *n. 370.* ex Alex. *in cons. 127. num. 5. lib. 7.* (& scribo infra,) tradit hanc exceptionem conditionis non impletæ obiici non posse, nisi ab eo cuius interest. Et ad doctrinã Barth. Socin. *consil. 273.* addo quod scribo *par. 1. quæst. 50. n. 69.* Et quod notat Barth. *in l. nec illa, ff. de reb. dub.* vbi vult, quod qu undo agitur, quod hæres non adimpleuit legatum; sufficit probare adimpleuisse: & idem volunt Bald. *in consil. 93. nu. 5. lib. 3.* Gratus *consil. 102. num. 11. lib. 2.* Bursat. *in consil. 167. n. 10. lib. 2.*
5 Et datum sub conditione, † videtur ademptum sub contraria conditione, *l. si legatum, ff. de adimen. legat. l. aliquando, ff. de condit. & demonstr. l. si penum, ff. quand. dies leg. cedat*, tradat Barth. Socin. *in consil. 21. num. 5. lib. 3.* Carol. Ruin. *in consil. 20. num. 5. lib. 2.* Menoch. *in cons. 278. n. 39. lib. 3.* Et cum quis non facit id ad quod tenetur, censetur facere aduersus id quod facere tenetur, *§. si aduersus, Instit. de nuptiis: l. qui non facit, ff. de reg. iur.* notant Aretin. *in cons. 160. n. 3.* Franc. Mantic. *de coniect. ment. defunc. lib. 12. tit. 13. n. 9. pag. 626.* Et recusando quis adimplere voluntatem testatoris, quam poterat faciliter adimplere, & cum esset in potestate eam obseruandi, videtur noluisse habere fideicommissum. *l. 1. §. prætermittere, versic. sub conditione, ff. si quis omissa caus. testam.* notant. Barth. *in l. is qui potest, ff. de acquir. hæredit.* Roland. qui ex aliis confirmat *in cons. 70. num. 68. lib. 3.* Et fructus percepti iudicio testatoris pẽdente conditione fideicommissi non imputantur filio in Legitimam nec in Trebellianicam, *l. iubemus*, vbi Baid. & alij *C. ad Trebellianum*, & plures citat Suid. *dec. 21. n. 3.*

Hinc fit, quod si fiat transactio super bonis maioratus cum conditione, quod impetretur facultas Regia, &
6 non aliter; si non impetretur, defecta est conditio, † & transactio non habet effectum, vt probat in alio proposito Socin. Iun. *in consil. 162. n. 34. lib. 2.* sit etiã quod
7 legatum dicitur extinctum, quando quis †. non seruat conditiones appositas per testatorem, vt per Cardin. *cons. 3. tit. de testam.* Gratus *cons. 82. num. 29. & per totum lib. 2.* Simon de Prætis *lib 4. ae coniectur. ment. defunct. dubit. 3. vers. ad quintum n. 7. fol. 474.* & plura etiam ad propositum scribit Aug. Beroius *in cons. 27. n. 2. cum seq. lib. 2.* Natta *consil. 378. 3. & cons. 352. n. 12. lib. 2.* Et qui prius paruit voluntati testatoris, habetur pro primogenito & maiore, vt per Paris. *in consil. 19. n. 137. lib. 2.* Simon de Prætis *lib. 3. de interpret. defunct. volunt. dubit. 4. interpret. 3. solut. 2. num. 18. fol. 334.*

Nam & ille qui non seruat conditionem & iustum præceptum testatoris, † priuatur emolumento sub con- 8
ditione relicto, *l. siquis sepulchrum. §. Prætor ait, vers. nisi aliquid, ff. de relig. & sumpt. funer. l. vlt. iuncta authent. hoc amplius, C. de fideicom. l. vlt. C. de reuocan. donation.* ibi *vel quasdam conditiones: l. 4. & 5. tit. 4. par. 5. l. 12. 13. 14. 15. 16. tit. 4. par. 6. l. 14. 21. 22. tit. 9. eadem part. l. 1. tit. 4. part. 4.* notatur per Glos. & DD. *in l. penult. C. de legat.* Barth Soc. *in cons. 174. col. penult. vers. non est mirabile. lib. 2.* Francisc. Mãtic. *in tract. de coniect. men. defunct. lib. 3. tit. 3. n. 5. pag. 64.* vbi ex pluribus Authoribus ponit regulam, quod ille qui spernit honestum præceptum testatoris, quasi defuncti odium pronocauerit, omni cõmodo priuatur, & ab omni beneficio excluditur: idem Socin. *in regul. de his quæ pœnæ nomine*; pleniusque Paris. *in dict. consil. 26. n. 11. cum seq. lib. 4.* Et testatori odiosus efficietur qui contemnit ipsius præceptum, secundum Alex. *consil. 136. col. vlt. lib. 1.* Paul. de Castro *consil. 197. in fin. lib. 2.* & alios quos citat Roland. qui similia adducit, *cons. 70. n. 7. lib. 3.* & & latius *n. 62. cum sequentib.* vbi plura singularia ad propositum scribit, quod donans aliquid sub conditione, ea deficiente, donans habet omne ius quod habebat. Et priuatio in isto casu propter contrauentionem habet effectum fideicommissi, secundum Bertrand. *in consil. 191. n. 5. lib. 6.* Aymon *in consil. 1. n. 6.* Emanuel Suarez *receptarum sententiarum, verbo, hæreditate, n. 30. & 31.* Clarum *lib. 3. sententiarum q. 69.* Episc. Couarruu. *in cap. Raynaldus, §. 1. n. 7. de testam* Bursat. *in consil. 167. n. 9. lib. 2.* Et est regula, quod ille qui non paret voluntati testatoris, debet priuari commodis ex testamento venientibus, *l. cum pater, §. liberis, ff. de leg. 2.* Aretin. *consil. 6.* & alij plures, quos citat Simon de Prætis *lib. 5. de interpretan. defun. volunt. interpretat. 1. dubit. 1. nu. 38. fol. 480.* vbi *n. 16.* scribit, quod ab illo qui non paruit conditioni, modo, aut voluntati testatoris, potest condici quod recepit, ex *l. liberto, §. Lucius, ff. de ann. legat.* & *l. si hæres, ff. de condition. caus. dat.* & Alex. *consil. 102. col. 2. 7. lib. 2.* pro quibus alleg. *l. dictam legem C. de condition. ob caus.* & alia supra citat.

Et vt magis lectores videant quantum importet adimplere conditiones; animaduertant ad singularem conclusionem, quòd vt substitutus admittatur ad portionem primi grauati, † requiritur implementum con- 9
ditionis adjectæ primæ substitutioni: alias excluditur, etiam quòd verificata esset conditio ipsius secundæ substitutionis, secundum Paul. Castren. *in consil. 152. col. 3. lib. 2.* Fulgos. *in consil. 14.* Alex. *in consil. 159. lib. 3.* & alios quos citat Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. part. 2. n. 67. pag. 27.*

Ex quibus fit, quod si daretur facultas Regia ad obligandum vel hypothecandum bona maioratus cum aliqua conditione, † si non seruetur conditio, licentia 10
est nulla: quod suadetur ex prædictis, & per ea quæ scribit Paris. *in consil. 18. n. 2. lib. 1.* idem Paris. *in dict. consil. 19. n. 55. cum aliis.* Et conditiones debent seruari, † prout verba sonant: & vlterius non est quærendum de causa, & ratione quæ monit testatorem: vt probat Dec. *consil. 89. n. 3.* Quod confirmo: Quia conditio formam inducit, secundum Bald. *in authen. matri & auiæ, n. 3. C. quando mulier, tutel. officio fungi possit*: Alex. *in l. 1. ff. de condit. & demonstr.* & alios quos citat Glos.

Glos. Paris. *in consil. 1. pro Duce de Villahermosa nu. 85.* qui ex hoc infert, quod qui non sunt nati, neque in rerum natura tempore existentis conditionis † non pos-
12 sunt renocare alienationem. Quod confirmo ex his quæ scribo *infra*. Et ex his venit quod qui dicit conditionem euenisse; hoc † probare debet. *l. ex his; C. quand. dies legat. ced.* notat. Menoch. *in tract. præsump. lib. 6. præsump. 91. num. 13. fol. 149.* faciunt scripta per Anton. Peregr. *in tract. de fideicomm. art. 15. nu. 6. fol. 135. & artic. 43. nu. 10. fol. 393.* Bursat. *in consil. 171. nu. 37. lib. 2.* Et conditio debet esse impleta in totum: & si deficiat particula, non videtur impleta, vt in pulchro casu in ista
13 materia tradit Oldrad. † *consil. 242. n. 3. in primo, cum aliis.*

14 Ex quo fit, quòd confirmatio † Papæ vel Principis, facta cum condit one, vt puta si dispouant quod habeatur diligens informatio, vel aliud si nile; non habet effectum nisi conditione illa impleta, & habita tali informatione: vt ex Lapo *allegatione 15.* Rota *in antiquis, dec. f. 85.* aliàs *in tit. de rescript. decis. 21. & dec. 773.* aliàs *dec. 15. in tit. de dolo, & contum.* Alex. *consil. 31. num. 33. lib 4.* vbi *nu. 17.* ponit regulam, quod ob defe-
15 ctum conditionis non impletæ, † cessat consensus in disponente, facit *l. legem, C. de donation. l. cum res, eod. tit. l. si donationis, C. de contrahen. empt. dict. l. dictam, Cod. de condition. ob caus. l. 1. C. de donation. quæ sub modo*, vbi Cynus, Alberic. & Salicet. *l. 6. tit. 4. part. 5.* vbi *Gregor.*
16 *Lop.* Hinc fit, quod dominium rei legatæ † non transit in legatarium donec conditio impleta fuerit, licet regulariter contrarium sit, secundum Bart. *in l. si ita scriptum, §. si sub conditione, ff. de leg. 2.* Anton. Rubeum *consil. 58. in fine*, & alios, vt per Menoch. *in tract. præsump. lib. præsump. 199. n. 12. fol. 361.*

Ex quo dixit ad propositum idem Paris. *in dict. consil. 19. Ad resolutionem, n. 127. lib. 2.* quod si testator instituit filium suum primogenitum, sub ea tamen lege, quod teneretur arma deferre, & nomen; & eo recusante tali conditioni & mandato obtemperare, sustituerit filium secundum, & mortuo testatore, filius primogeni-
17 tus contemnat parère conditioni iniunctæ, priuatur † primogenitura, & non ipse alius subs tituius est primogenitus nuncupandus: cum non tantum is primogenitus appelletur qui maior ætate est, & primo natus, sed ille qui à iure primò vocatus est, secundum Bald. *in l. eam quam, nu. 44. C. de fideicommiss.* & dixi latius *in 3. illat. supra, eod.* & subdit *Paris.* Quod statim quod primogenitus declarauerit, nolle prædictæ conditioni obsequi; fit directò, & ipso iure translatio successionis in secundogenitum: quia vbicunque succesiio transfertur in secundum, antea quam realis acquisitio in persona prioris fuerit radicata; transiatio fit ipso iure, & directò, nulloque alio facto requisito: vt notat Corne. *in l. 1. n. 1. versic. nec obstat, C. de his quæ pœnæ nomi.* probat etiam Angel. *consil. 168. Testator*, quod si testator hæredem instituit sub conditione, *si non alienauerit*, & casu contrauentionis vocauit alium, si fecit contra conditionem; desinit esse hæres à principio, & in alium hæreditas transfertur: & facit notabile *consil.* Paris. *46. num. 45. & 46. li. 4.* & quod in ista materia fideicommissorum tradunt Aym. *consil. 24. per totum*, Bursat. *in cons. 173. nu. 52. li. 2.* Et de prædio concesso conuentui sub conditione, si infra annum diceret ducentas Missas, tradit Guid. Papæ *consil. 37.* & quod non obseruans conditiones teneatur ad restitutionem fructuum, tradunt Cephal. *in consil. 595. lib. 3.* Anton. Petra. *de fideicommiss. q. 3. nu. 28. pag. 34.* notat etiam Bart. Socin. *in l. Mutian. in fine, ff. de condition. & demonstr.* & plura singularia scribit Paris. *in consil. 8. num. 171. cum sequentibus lib. 2.*

Et institutus sub conditione, ea deficiente; non dici-
18 tur priuari hæreditate, † sed haberi pro non instituto, secundum Paul. de Castro *in consil. 292. Circa primum dubium videtur quod instituti. col. 2. versic. item testator, lib. 2.* quem citat Aymon. *in consil. 15. num. 3.* & confirmat Molina *lib. 2. de primogen. c. 12. nu. 20. fol. 328.* & conditione pendente, bona non esse dicuntur fideicommissariorum, vt tradit Cephal. *in consil. 395. num. 26. lib. 3.* Et cum donator donat aliquid alicui pro illo & liberis seu descendentibus, de vno in alium, seruando ordinem primogenituræ ad acquirendũ iu primogenituræ; † prius 19
debent conditiones adimpleri, & postea ius primogenituræ defertur, & defecta conditione, perinde est ac si primogenitura à principio data non fuisset, vt tradit Augustin. Beroi. in quodam maioratu Hispaniæ Comitis de Tendilla *in consil. 84. n. 74. lib 2.* per *l. si quis fundum, in fin. lib. verb. ff. de contrahen. empt.*

Ex quibus omnibus confirmo resolutionem Nauarr. *in Man. cap. 23. num. 62. & 67.* Episcop. Couarr. *4. Decret. 2. part. c. 6. n. 8. & n. 17.* quos citat Ludou. de Molina *in lib. de iust. & iure, tract. 2. disp. 96. pag. 591.* volentium quod non seruantes conditiones illis iniunctas tenentur statim restituere quod acceperunt, nulla expectata sententia. Quod reputo notandum.

Et inspecto exitu, ille qui non paret modo, † amittit 20
lucrum, sicut ille qui non paret conditioni, vt probatur *in dict. l. 1. C. de donation. quæ sub modo*: quod tradunt Barthol. Socin. *in l. quibus diebus, §. Termilius. num. 8. ff. de conditionib. & demonstrationibus.* Alciatus *in cons. 52. Dico in causa Manonis, nu. 2. & 3. lib. 8.* Augustin. Beroi. *in cons. 10. nu. 15. lib. 2.* Simon de Pretis *lib. 2. de interpretan. defunct. volunt. interpret. 2. dubit. 2. num. 119. fol. 515.* facit textus *in authen. hoc amplius, Cod. de fideicommiss.* cum *concordantib.* vt per Mandosium *in tract. de Monitoriis, quæst. 1 num. 2. fol. 2.* Et qualiter donatio 21
ob non obseruantiam pactorum † annulletur, tradit Curtius Iunior *in cons. 34. nu. 7.* Et forma data in facultate Regia est ad vnguem seruanda: quod si seruata non fuerit habetur ac si data non fuisset, secundum Bald. *in l. cum mulier ff. solut. matrim.* & *in l. cum is. C. de pact. inter empt. & vend.* quas doctrinas ad hoc allegant Matth. de Afflict. *decis. 355. nu. 14. & 15.* Osasch. *decis. Pedemont. 166. num. 6.* & titulus conditionalis est imperfectus, vt per *l. venditio, in princ. ff. de contrahend. empt.* Tiraquel. & alij in ista materia primogenituræ, tradit Cephalus *in cons. 311. nu. 37. lib. 3.* Paris. *in consil. 130. nu. 15. lib. 4.*

Sic in contractibus propter vnum † minimum capi- 22
tulum non obseruatum, etiamsi non respiciat substantialia contractus, repellitur quis ab agendo, secundùm Bald. *in l. pacta conuenta, ff. de contr. empt.* confirmat Alciat. *respon. 108. nu 20.* facit *l cum quæritur, ff. de administ. tutor. l. nam alsurdum ff. de bonis liberor. l. Iulianus, §. si quis colludente, ff. de action. empt. l. si vnus, primo., Digestis, de contrahen. emption.* cum *concordantib.* vt per Tiraq. *lib. 1. de retract. §. 23 gloss. 1. per totam, pag. 573. & lib. 2. de retract. in fin. nu. 4. pag. 969.* de quo legenda sunt quæ scribo *supra, part. 1. quæst. 55.*
¶ Et ille qui † plura promisit facere sub pœna, si ve- 23
nit contra aliqua, & non contra omnia, incidit in pœnam, *l. Lucius, ff. de action. empti*, iuncta Glos. Speculat. *tit. de action. seu petition. §. 2. vers. Quando autem*, & *in tit. de legat. §. 5. versic. 29. & 73.* quem citat Corn. *in cons. 243. nu. 4. lib. 1.*

Et pro hac opinione facit, quia vbicunque quis conditionaliter vocatur, si quid fecerit, vel præstiterit, sub
† exclusus censetur: & è conuerso; vt *supra* scribo, *l. si* 24
post mortem, §. vltim. ff. de legat. 1. l. si legatum purè, ff. de adimend. legat. l. si aliquando, ff. de condition. & demonstrat. notat Bart. *in l. 2. §. vltim. ff. de donation.* Aym. *in consil. 202. nu. 26.* Iason. *in l. qui filiabus, in princip. n. 21. ff. de leg. 1.* & *in l. 1. §. item acquirimus, ff. de acquir. poss.* Menoch. *in consil. 322. nu. 39. lib. 4.* Et plura ad propositum scribit Roland. *consil. 63. num. 16. cum aliis, lib. 4.* Cephal. *in cons. 275. nu. 11. lib. 1.* & *in consil. 312. n. 242. lib. 3.* Bursar. *cons. 167. nu. 8. cum seqq. lib. 2.* Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 2. casu 318. num. 15.* qui plures citat Bursat. *in cons. 70. num. 65. lib. 2.* ¶ Et ex defectu con-

25 ditionis donatio † corruit perinde ac ſi principio facta non fuiſſet, *l. pecunia. ff. ſi cert. pet. l. neceſſario, ff. de periculo & commod. rei vend.* notat Socin. Iun. *conſ. 4. numer. 16. lib. 2. & conſ. 180. num. 40. eod. lib.* de quo legendus eſt Carolus Ruinus *in conſ. 101. num. 8. lib. 1.* Menoch. *in conſ. 262. num. 6. 7. & 8. lib. 2. & in tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 175. num. 12. fol. 305.* qui refert per ipſum notata *in conſ.... num. 4. & in conſ. 262. num. 6. 7. &* 8. Aymon. *in conſ. 202. num. 25.* Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. artic. 11. n. 127. fol. 102.* qui ad hoc allegat textum expreſſum *in Authent. de nupt. §. quæ verò, & in d. authen. cui relictum,* Cephal. *conſ. 559. num. 24. lib. 4.* vbi è contrario, *num. 3.* tradit,

26 quòd excluſus ſub vna conditione, † cenſetur vocatus ſub contraria conditione; & Simon de Pretis *lib. 4. de interpretand. defunct. volunt. interpret. 3. dubit. 2. num. 7. fol. 472. col. 1.* & *in verſic. ad quintum, num. 7. fol. 474. col. 4.* & tradit Alvar. Vazq. *conſ. 82. num. 11.* Quintil. Mandoſ. *in tract. de inhibit. q. 27. num. 2. fol. 11. & in reg. 32. Cancell. q. 20. n. 2. fol. 120.*

27 Et paria ſunt nihil fieri, † & fieri ſub conditione quæ non purificetur, Ripa *lib. 1. reſponſor. c. 2. num. 23.* Curtius Iun. *conſ. 92. num. 6. cum ſimilib.* vt per Roland. *conſ. 59. num. 8. lib. 3.* Cephal. *in d. conſ. 312. nu. 92. lib. 3.* & faciunt ſcripta per eundem Roland. *conſ. 70. nu. 67. eod. lib. 3.* quem maximè ſibi locum vendicat, vbicumque grauamen & conditio continet, quod ſi ſucceſſo-

28 res † non ſeruauerint conditiones, cadant, & amittant omne ius: vt tradit Natta *in conſ. 373. num. 23. & 24. lib. 2.* per Gloſ. *in l. 1. ff. de in diem adiect.* cum *concordant.* faciunt ſcripta per Anton. Peregr. *in tract. de fideicommiſſ. art. 43. num. 16. fol. 394. & art. 29. num 14. fol. 268.* vbi tradit, quid operetur effectus defectæ condi-

29 tionis. Et deficiente conditione, † diſpoſitio non ſortitur effectum, *l. hæc venditio, ff. de conorahend. empt.* cum *concordant.* vt per Menoch. *conſ. 273. num. 13. lib. 3.* &

30 conditio importat cauſam †, finalem, ſecũdùm Bart. *in l. demonſtratio, §. quod autem, ff. de condit. & demonſtrat.* cum *concordant.* vt per Tiraq. *in tract. de ceſſante cauſ.*

31 *limit. 1. nu. 60. fol. 113.* Et in tantum † verè dicitur dominus, in quantum conditiones & priuilegia ſeruantur, vt per Aymon. *conſ. 241.* Andr. Gaill. *obſeruationum lib. 2. obſeruat. 54. num. 10.* Oſaſch. *deciſ. 139.* Ioan. Franciſc. *in tract. de Baronibus pragm. par. 2. nu. 32. pag. 226.*

32 Et pertinere † non dicitur aliquid, quando fuit adiecta conditio, anteaquam conditio veniat, *l. ſi dies 3. §. 2. ff. quando dies legati;* notat Acoſta *in d. l. §. 1. num. 3. pagin. 236.* & facit quod ſcribit Guido Papæ *in deciſ. 251.* vbi dicit, quòd iſta verba (*Hæres meus portet nomen &*

33 *arma*) important † conditionem, per *l. hæc verba, §. ſi quis hæreditarium ſeruum, ff. de condit. & demonſtr.* notat Guillelm. Benedict. *in c. Raynuntius, in verbo, Raynuntius, num. 44. de teſta.* Chaſſan. *in Catal. glor. mund. 46. concluſ. folio 18. col. 4. in verſic. Quadrageſima ſexta concluſio,* quod etiam refero *infra, quæſt. 12. part. 3. à num. 2.* & inquit Ripa *in l. fœminæ, num. 44. Cod. de ſecund. nupt.* quòd ſi vxor inſtituat maritum hæredem ea lege, vt aſſumat nomen & arma patris ſui & familiæ, non tenebitur maritus hæreditatem conſeruare filiis; quia non ex mera liberalitate fuit inſtitutus; *l. hoc iure, §. vlt. ff. de donation.*

Hinc eſt, quòd teſtator videtur facere fideicommiſ-

34 ſum, cùm vocat † agnatos, deinde primogenitorum agnatos cum onere vt aſſumant nomen & arma familiæ, vt volunt Marzarius, Riminald. Pariſ. quos citat Menoch. *in conſ. 117. num. 23. lib. 2.* & idem Menoch. *in tract. præſumption. lib. 4. præſump. 68. num. 13. fol. 99.* Et iſta ſeruiunt ad egregiam quæſtionem ex facto tractatam in negotio maximi momenti: Fundator maio-

35 ratus † grauauit ſucceſſorem contrahere matrimonium cum certo genere perſonarum nominis, familiæ, & generationis, nec adiecit pœnam, ſi contrarium faceret: fuit dubitatum, an inciderit in pœnam non ſeruato grauamine & conditione. ¶ Ex prædictis etiam videtur in pœnam incidiſſe, quia contrauenerit grauamini & conditioni. In contrarium facit, quia pœna & priuatio † non habet locum, niſi exprimatur & apponatur; *l. ſi quis, §. Diuus, ff. de relig. & ſumpt. funer.* cum *concordant.* quæ ſcribo *part. 1. q. 1.* & idem erit in aliis ſimilibus conditionibus & grauaminibus. ¶ Sed circa iſtam quæſtionem omnino legenda ſunt quæ ſcribit Peregr. *in tract. de fideicommiſſ. d. art. 11. num. 133. fol. 103.* vbi tractat, qualiter fideicommiſſum applicetur in iſto caſu, & cui debeat applicari, qui *num. 121. fol. 101.* ex Grato *conſ. 6. num. 75. lib. 2.* & aliis, reſoluit, quòd non adimplens grauamen, nomen & arma deferendi, eſt † condemnandus ad reſtitutionem rei 37
cum fructibus: & quod vbicumque filij ſint hæredes inſtituti cum grauamine aſſumendi nomen & inſignia: quod ſi non feciſſent, ſubſtituti admittantur: tales filij † non cenſentur poſiti in diſpoſitione, ſed in conditio- 38
ne, reſolvit egregiè Pariſ. *in conſ. 19. n. 96. lib. 2.* quem citat Menoch. *in conſ. 95. nu. 89. lib. 1.* Et pro his etiam facit, quia teſtator poteſt hæredem priuare, & bona alij adiudicare in pœnam, † ſi voluntatem teſtatoris non 39
adimpleuerit, *l. vxorem, §. hæres ff. de leg. 3. paterfam. ff. de hæred. inſtit.* cum *concor.* vt per Alex. *in conſ. 52. Viſo teſtamento, & conſ. 57. lib. 1.* Quorum iurium fundamento, & per text. *in l. facta, §. ſi in danda, in verſic. Si verò nominis ferendi, ff. ad Trebel.* tenet in terminis Decius, quem prædicti non præferunt, *in conſ. 273. num. 2. verſic. Sed tamen:* validam eſſe illam † conditionem, quòd 40
hæres cognomen teſtatoris accipiat, & admittitur ad hæreditatem vocatus in defectum illius qui conditioni prædictæ non paruit: quem, poſtquàm hoc ſcripſi, relatum reperi à Tiraquel. *in legibus connubial. gloſ. 1. fol. 91. num. 27.* vbi inter alia refert egregium caſum *in l. cum filius, §. pater, ff. de legat. 2.* ibi: *Sempronio nepoti meo plus tribuas in honorem nominis mei,* per quem text. tradit Gomez *in reg. de Idiomate, pag. 237. in princ.* quod ſimilitudo nominis affectionem inducit: & eſt etiam text. notabil. *in l. filia teſtamento, §. Seia, ff. de auro & argen. legat.* ibi: *Cum ſubſcriptione nominis mei,* & conducunt ſcripta nouiſſimè per Ioan. Garciam *in tract. de nobil. in initio, num. 40. fol. 12.* Theſaur. *in præfatione ſuarum deciſionum, num. 43. & deciſ. 270. num. 14. cum ſeqq.*

Et quòd ſimilitudo nominis † arguit affectionem, 41
probatur *in l. cum filius 78. §. pater, ff. de legat. 2.* vbi notat Imola Parpalius *in rubr. ff. ſolut. matrim. num. 16.* vbi nouiſſimè Petr. Barboſ. *tom. 1. in 1. part. rubric. numer. 22. pag. 14.* Et inquit notanter Abbas *in cap. poſtremò, num. 4. fol. 106. de appellat.* Quod eſt iuſta cauſa recuſandi Iudicem, quando eſt de eadem ſtirpe, etiam vltra decimum gradum, ſi habeat idem cognomen: quia propter idem cognomen ſemper durat affectio inter eos: & idem tradit ibi Franc. *num. 6. fol. 33.* & *in dicto loco* Tiraquel. alia ad propoſitum noſtrum ſcribit, quæ Lector (ſi expedierit) legat. D. Anton. de Padill. *in rubr. C. de fideicommiſſ. num. 5. verſ. Quarta ratio,* vbi tradit, iſtam conditionem eſſe honeſtam: & addit, Quòd ſi quis ea conditione † maioratum inſtituat, vt poſſeſ- 42
ſor ferat ipſius nomen & arma, & vt in tumulo fundatoris ſepeliatur; quòd iſta omnia ad vnguem ſunt ob-
ſeruanda: tradit Nicol. Boer. *deciſ. 146. num. 6.* ad hæc legendus, Cephal. *conſ. 196. num. 10. cum ſequent. lib. 2.* vbi plura ad propoſitum ſcribit, & inter alia, conditionem † nominis & arma deferẽdi latiſſimè interpre- 43
tandam, vt cõprehendat omnes, quibus eius ratio poteſt conuenire ad iſta legendus, & *in d. conſil. 312. nu. 120. lib. 3.* vbi tradit, excuſandum eſſe grauatum portare nomen & arma propter ignorantiã, ſi ſit ſingularis ſucceſſor, de quo *infra* tracto: & plura etiam ſcribit Matien. *in l. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. gloſſ. 1. num. 1. cum ſequentib. fol. 180.* Et facit quod habetur *Deuteronom. cap. 25.* ibi: *Et progenitum ex ea filium nomine appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Iſraël.* Et quod onus aſſumendi nomen, † arguat ſubſtitutionem fideicommiſſariam, 44
non

non vulgarem, tradunt Ancharran. *conſ. 27.* Bartholin. Socin. *in conſ. 12. ad fin. lib. 3.* Tiber. Decian. *in conſ. 4. numer. 15. lib 2.* vbi hoc declarat *n. 14.*

Et quòd valeat grauamen deferendi nomen & ar-
45 ma, † etiamſi nomen ſit maternum, oſtendit ex pluribus Burg de Paz *in conſ. 3. num. 45. cum ſequentib.* Et dictæ pœnæ peti poſſunt, etiamſi excedant quadruplum, vt per *l. 1. in fin. ff. de penu. legat.* tradunt Roman. *ſingul. 244.* Lego Titio, Guillelm. Benedict. *in cap. Raynuntius, in verbo, abſque liberis, num. 228. de teſtam.* quos citat Rebuff. *in l. vnica, C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt, in gloſſ. in verb. proferuntur, num. 34. verſ. Decimo poteſt teſtator, pag. 460.* Et generaliter teſtatores poſſunt imponere pœnas priuationis hæreditatis, ſi condi-
46 tiones, grauamina, † & onera non obſeruauerint, *l. 1. & per totum ff. de his quæ pœnæ nom. ex Raynaldus,* vbi Couart. *§. 1. num. 7. de teſtam.* tradunt Alexand. *in conſ. 138. numer. 24. lib. 1* Pariſ. *in conſil. 91. numer. 66. lib. 2.* & alij plures, quos citat Burſat. *in conſil. 167. numero 8. lib. 2.* vbi communem *vocat 3. & citat alios, qui communem* dicunt. ¶ Et an incidat in pœnam, ſi pro parte impleat onus & grauamen, nomen & arma deferendi,
47 & in parte non impleuit? † lege Speculatorem *part. 1. in titul. de arbitris, §. ſequitur, num. 40. fol. 48.* Et facit quod ſcribo *ſuprà, a num. 18.* Et adduco etiam bonum textum *in l. libertis,* ibi: *Ne de domo exeat, ff. de conditionib. & demonſtrat.* notat Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. caſu 318. pag. 531.* & latiſſimè omnium, Pariſ. qui plura ad propoſitum iſtius quæſtionis ſcribit *in dicto conſilio 19. num. 28. cum ſequentibus, libro 2.* Et
48 quòd hoc grauamen † valeat, & cuius effectus ſit, tradit Celſus *conſ. 26. n. 95.* Et in materia alia ſcribit Ioan. Nenizan. *in ſylu. nuptial. libro quarto, num. 126. pagin. 365.* Et idem Celſus *in conſ. 20. num. 18. 40. & 57.*

Et quòd pœna appoſita per teſtatorem nomen & ar-
49 ma deferendi non † habeat locum, vbi eius morte præuentus non potuit illud adimplere; & idem ſit in quocumque grauamine, tradit Simon de Pretis *lib. 4. de interpretan. defunct. volunt. dubit. 4. num. 34. & 35. fol. 452.* per text. *in l. pater Seuerinam, & in l. multa ff. de condition. & demonſtration.* & doctrinam Alexand. *in conſ. 110. num. 12.* Decius *in dict. conſ. 173. & in conſ. 290.* & idem tradit Cephal. *in dict. conſ. 196. n. 9. lib. 2.*
50 & quòd onus deferendi † arma & inſignia adiectum in hæreditate vniuerſali, poteſt quandocumque impleri, nec cadat ab hæreditate, niſi ſciens renuat deferre, vel ſit determinatum tempus delationis; ſecùs in legatis, tradit Burſat. *in conſ. 1. num. 41.* ex Baldo *in l. ſi plures, Cod. de condition. inſer.* Arnald. Ferro, *in conſuet. Burdegalenſ. tit. 5. de teſtament. §. 22. col. fin.* Et quantum intereſt habere nomina bona, eleganter tradit Ioſeph. Maſcar. *in tract. de probat. lib. 2. concl. 831. n. 22. cum ſeqq. fol. 148.* Et delens arma alicuius, † dicitur in-
51 tendere illius poſſeſſionem, vt per Rebuff. *tom. 3. de maior. poſſeſſor. pag. 254.*

52 Et quis poteſt † alteri prohibere ne portet arma, vel *diuiſam* domus ſuæ, ſecundum Bart. *in tract. de inſign. & arm. num. 5.* & Bald. *in l. 2. Cod. quæ res vendi non poſſ.* Alexand. & Ias. *num. 2. in l. ſi vnus, Cod. de teſtam.* Tiraq. *in tract. de nobil. c. 6, num. 17. pag. 68.* Et qualiter
53 poſſit vnus acceptare feudum pro ſe, † & poſt mortem ſuam pro agnatis ſuis diſferentibus arma, reſolvit Paul. de Caſtr. *in conſil. 47. lib. 2.* Etſi inter duos mercatores eſt lis, vel inter duos fabros eſt contentio de ſigno, ille qui agit, non poteſt lite pendente vti ſigno, ſecundùm Bald. *in l. 1. Cod. vt memini liceat;* & Petrum de Vbaldis, quos citat Lancellotus *in tract. de attentat. part. 2. cap. 6. tit. lite pendente, declaratione 4. num. 4. pag. 158.* Et delinquentibus, in eorum ignominiam, ſtatuæ & ar-
54 ma † ſunt detrahenda *l. eorum, ff. de pœn.* notat Roman. *in ſingul. 476. & 666. incipient. An rebellium,* Iaſon. *in §. pœnales, numero 15. Inſtitut. de action.* Cæpola *in tract. de ſeruit. cap. 7. numero 10.* Epiſcopus Conar. *lib. 2. reſolutionum, cap. 9. num. 4.* & tradit Tiber. Decian. *in pract. crimin. tom. 2, lib. 7. cap. 39. num. 27. fol. 169. & cap. 41. numero 28. fol. 177.* Intereſt etenim defunctorum, vt eorum imagines etiam in ſepulchris videantur, vt ex Horatio *in Epod. Od. 8.* & aliis pluribus oſtendit Tiraquel. *in tract. de nobil. cap. 20. num. 150. pag. 170.* ad quem addo *l. 19. tit. 13. part. 2.* Chaſſan. *in Catalog. glor. mund. cap. 3. conſider. 44. &* 45. vbi tradit qualiter Imagines † & Reliquiæ Sanctorum venerentur in illorum memoriam, Rebuff. *in l. 2. de emnonis ciuilibus num. 4. fol. 108. lib. 11.* Et literæ ſculptæ in marmore, qualiter Capella fuit ab aliquo ædificata & † 57
dotata, probant ius patronatus, ſecundum Bald. *conſ. 310. An ius patronatus, lib. 5.* Decius *conſ. 135. num. 1.* confirmat Ripa *in cap. cum Eccleſia, num. 97. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* Et ſi in muris reperiantur arma Principis, † præſumitur quod a Principe ædificati fuerunt, 58
tradit Roland. *in conſil. 84. num. 23. lib. 2.* & facit quod habetur 1. *Reg. cap. 24. in fine,* ibi: *Iura mihi in Domino, ne deleas ſemen meum poſt me, nec auferas nomen meum de domo patris mei.* Et Lucæ 6. cap. ibi: *Oſtendite mihi numiſmata cenſus.* De quo per *acciſionem Genuæ 201. num. 3.* vbi tradit, qualiter *marca* probet dominium: & de illis qui in naue ponunt arma aliena, tradit Straccha *de mercatura, tit. de nauibus & nauigiis, & tit. de nauibus, numer. 3. pag. 287.* & prius *titul. de nauigiis, numer. 22. pagin. 257.* an aliquis poſſit facere ornamenta, & pingere, vel ſculpere arma ſuæ familiæ in domo conducta, tradit Cartochus *in tract. de locato, parte, neceſſitas, quæſt. 9. num. 6. fol. 193.* ex Aretino *conſil. 80.* Et honoris cauſa Patronis eſt conceſſum, vt habere poſſint in Eccleſiis depicta familiæ inſignia, quæ ab alio abradi non poſſunt ſine domini iniuria, vt volunt Bart. *in l. 2. §. ne eius nomine, ff. de operibus public.* Cæpola *in tract. de ſeruit. vrban. cap. 71. de prætura.* Menoch. *in remed. 15. recuperan. poſſeſſ. num. 48. pag. 480.* Et quòd inſignia & arma † tranſeant in ſubſtitutum 59
directum militarem, non autem in fideicommiſſarium, volunt Bart. *in tract. de inſign. & arm. col. 3. verſ. Quæro qualiter,* Annan. *in conſ. 86. in fine* Sforcia Odd. *in tract. ſubſtitution. compendioſ. part. 5. verſic. Quoad ſextum, num. 14. fol. 85.* & quòd ex grauamine delationis armorum, & nomine arguatur qualitas maſculinitatis, concludit ex pluribus Tiber. Decian. *reſpon. 7. num. 33. cum ſequentib. lib. 1.* & plura de inſignijs notabilia cumulat. Auend. *in lib. de exequen. mandat. cap. 21. num. 1. cum ſeq. part. 2.*

Quibus omnibus eſt addenda doctrina Barthol. Socin. *in conſ. 259. ante num. 1. lib. 2.* vbi tradit, quòd ſi aliqua † eſt ſubſtituta ſub conditione alternatiua (*ſi Lu-* 60
cius Titius, vel eius liberi noluerint aſſumere cognomen & arma teſtatoris) ad veritatem alternatiuæ, & purificationem dictæ conditionis; ſufficit quod altera non verificetur: ſcilicet quòd *Lucius Titius aſſumpſerit cognomen & arma,* vel *eius liberi*, per *l. ſi hæredi plures, ff. de condit. inſtitut.* & *in l. ſi is qui ducenta, §. inter,* & ibi Bart. *ff. de reb. dub.* & ibi addueit alia in hac materia. Et donatio quæ hac lege fit, vt donatarius nomen ferat, ſeu inſignia, non requirit inſinuationem, vt tradit Molin. *lib. 2. num. 25. fol. 28. c. 8.* & faciunt ſcripta per Alciat. *lib. 3. de verb. ſignific. pag. 61.* poſt Barth. Socin. *in conſ. 258. lib. 2.* ad quæ addo elegantem reſolutionem Alciati *in tract. de ſingul. certam. cap. 7. num. 50. pag. 111.* & Chaſſan. *in Catal. glor. mund. p. 1. concl. 48. col. 4.* decidentium poſſe quis portare arma alterius ex illius conſenſu, per doctrinam Bart. *in tract. de armis,* Baldi *in cap. quanto, de tureiuran.* & alia plura quæ refert. Et quòd grauamen deferendi arma & nomen gentile, ſignificet primogenituram; & quòd maſculus fœminæ præferatur, tradit Epiſcop. Sarmien. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, n. 17. fol. 115. ff. de legat. 3.* qui ad hoc citat Gnidonem *in dict. dec. 467.* & loquitur in maioratibus Hiſpaniæ.

Et ex his obiter inferre libet, quòd ſi ſit contentio inter duos prætendentes, ſe eſſe vocatos ad aliquem maioratum,

n.26 61 maioratuum,ſi partim iura ſint obſcura, † ſententia debet ferri pro illo qui habet nomen, vel cognomen teſtatoris, vel propriæ generationis,quem teſtatorem veriſimile eſt magis dilexiſſe, ſi de hoc fuiſſet interrogatus propter nominis ſimilitudinem & affectionem parentelæ. Et pro hac conſideratione faciunt quæ ſcribo *in 4.part.tract.quæſt.51.a num.15 cum aliis*,& infra *q.6.à n.59.& 60.*

Item infertur à dicta veriſimilitudine, alienam eſſe quandam ſententiam Peralt.*in l.unum ex familia*,§.*ſed etſi fundum, num.15.pag.591.ff. de leg.2.* vbi inquit, quòd ſi pater plurium filiorum commiſit alicui executori facultatem meliorandi vnum ex filiis, quem meliorare, vel nominare voluiſſet, & meliorauit vnum; quod poteſt illum grauare, quod in vno quarterio clypei portet arma & inſignia eligentis: id enim non eſt veriſimile teſtatorem commiſiſſe, nec dare voluiſſe alteri gloriam propriam, arma & inſignia, maximè ſi ſit
62 nobilis. † Quod veriſſimum credo,& pluribus teſtimoniis probari poterat: ad quem addo Auguſt. Beroi. *in conſ.77.num.22.lib.2.*vbi vult,quòd non reperitur modus de iure ad faciendum aliquem de familia,vel agnatione:ſed ſolum per modos iuris ciuilis per arrogationem, adoptionem, vel legitimationem; & ibi tradit vnum,quod non credo verum, & contra prædicta omnia,quòd grauamen deferendi nomen & arma cenſetur adiectum ad quandam iactationem, & tanquam modus ſeu conditio diſpoſitionis, ſub qua bona relicta fuerunt: de dicto autem *Peraltæ* tracto *part.1.quæſt.71.ad fin.*

Et in materia animaduerto, quod regulariter debet apponi nomen & cognomen, ſecundum Angel. *in l. quoties, §.ſi qua nomen, ff. de hæred. inſtitut.* vbi Imol. Alexand.*in l. hac conſultiſſima, Cod. qui teſtam. facere poſſ.* & *in conſil.98. lib.4.* & alios, vt per Rebuff. *in tract.de nomination. quæſt.14. num.61. pag.192.* & faciunt ſcripta per Maſc. *in tract. de probat. lib.2. concluſ.875. num.1.& 2.* Aymon.*in conſ169. num.4.* & de origine & mutatione nominum plura notabilia & ſcitu digna ſcribit Quintil. Mandoſ. *in gloſſ. facultatem,*
63 *§.volentes,fol.49.col.2.*Et quòd nomen proprium † veniat magis quam appellatiuum, reſoluit Curt. Iun. *in conſ.47.num.4.* per *text.*quem dixit expreſſum *in l.cum ita,§. in fideicommiſſo, ff.de legat.2.* Quinimò ſecundùm illud, non ſolum in inſtitutione, ſed etiam in ſubſtitutionibus loqui videtur de nomine proprio.
64 Quibus autem modis ſumatur † nomen,tradit Rebuff. *in l.6. ff.de verb. ſignific. pag.72.*& ad quem competat ſucceſſio maioratus in caſu priuationis, ſi teſtator hoc non declarauit: videnda ſunt quæ ſcribo *in 1.par.q.50. num.19.* & ſupra, *n.42.*

65 Et eſt ſciendum in hac illatione, quòd eo ipſo quod quis † acceptat ſucceſſionem maioratus, videtur acceptare omnes conditiones & grauamina à conditore maioratus iniuncta, *l.ſi duo,in fine,ff.de acquir. hæred.* ex quo notant Bald. Paul. & Aretin.*ibi*: Quod acceptans
66 † aliquid ab homine, ſiue à lege ſibi delatum, videtur acceptare cum ſuis oneribus: & hæres cenſetur approbare diſpoſitionem teſtatoris minùs ſolemnem ob obſeruationem factam, ſoluendo legata,ſecundum Aymonem *in conſil.277. numer.5.*& quòd ex obſeruantia, Menoch. *in conſil.423. numer.21. libro quinto.* Et qui
67 aliqua diſpoſitione, vel priuilegio vti vult, † debet vti cum omnibus ſuis qualitatibus, *l.vnica,§. & ſi præfatam, & §.ſin autem aliquis, verſ. Cum enim, Cod.de iure deliber.* tradit Neuizan. *conſ.87. num.14.* quem citat Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.15. num.643. gin.532.* ad idem eſt textus *in l.2. §.vltim.ff.de ſuis & legit. hæred.* vbi ſi hæreditas alicui delata, quæ ſit per fideicommiſſum alteri relicta, deuoluatur ex edicto ſucceſſorio in ſequentem in gradu propter defectum primi, ille ſequens per additionem hæreditatis ab eo
68 factam, videtur † cognouiſſe onus fideicommiſſi iniunctum hæredi primo loco ſcriptum: & probatur *in l.1.§. pro ſecundo,Cod.de caduc.tollend.* Quod confirmatur ex aliquibus quæ ſcribo *in 1. parte, quæſtione 55. in princip.*& tradit notabiliter Aymon *in conſilio 246. numero 2.* vbi extendit, quod hoc procedit, licèt onus excedat commodum legati, per *l. Imperator, §. ſi centum, verſic. Enimverò, digeſtis, de legat. 2. l.planè 2. §.ſi cui Stichus, ff. de legat.1.*& facit notabile *conſilium* Decij *583. numero ſexto.* Et omnia capitula adiecta in
69 donationibus ſunt obſeruanda: † & propter vnum capitulum non obſeruatum,licèt ſit minimum,donatio eſt inualida,vt ex Baldo *in l.pacta conuenta, notabil.2. Digeſtis,de contrahend.emption.*& aliis tradit Natta *in conſil.273. numer.31.& 32. libro ſecundo,* Et vbi ex eodem fonte vtrumque oritur, vtrumque ſimul debet recipi, aut repudiari,*l.in venditione,ff.de action.empti*,notat Bald. *in l.penult. Cod.de inſtitution.* Auend.*1. p. de exequend.mandat.capit.4. numero 13.* Burgos de Paz *in conſil.14. numer.32.* ad hoc videndus Aluarad.*de interpret.volun.defunct. lib.2. capite ſecundo, numero primo, & 2.fol.30.* facit *l.Papinianus,§.ſi conditione, l.ſi ponæ, §.ſi hæreditatem, ff. de inoffic. teſtam.* per quas decidit Decius *conſil.149. num.1.* quòd acceptando quis quod in teſtamento eidem relictum fuit, videtur conſentire in tranſlatione iuriſpatronatus:& lege Cellium *conſ.22. numer.29.* & omnino Iaſonem *in conſil. 148. ad finem, libro primo*, vbi reſoluit, quòd veniens ex teſtamento † debet venire cum omnibus oneribus & ſubſtitutionibus,per regulam *l.Pomponius,§.cum quis ff.de acquir. poſſ.* & alia iura. Et iſta faciunt ad notabilem quæſtionem diſputatam per Amede. de Ponte *in tract. laudemiorum, quæſt.16. fol.19.* vbi reſolvit, ſi creditor recepit cenſus, ille debitor ſciens vel ignorans, an videatur remittere laudemium: quod eſt notatu dignum.

Circa quod ſingulariter eſt animaduertendum,quòd quis poteſt approbare † ſubſtantiam diſpoſitionis, & 71
improbare ipſius qualitatem,textus eſt notabilis *in l.3. §.vltim.Digeſtis,rem rat. hab.* vbi Gloſſ. Bart. & DD. *in l.Pomponius, la 1. poſt principium,in verſ.Scæuola*, vt Bart. notat *colum. 1. Digeſtis, de neg. geſt.* confirmat, exemplificat,& declarat Peralt.*in l.cum pater, §.à filiæ, numer.62. pag.334. ff. de leg. 2.* quod etiam ſcripſi, & alia ad propoſitum *part.1.dict.quæſt.55.num.22.*& tradunt Bald. *in l.1. Cod. de furtis*, Matth. ab Affflict.*in cap.1.de pace tenen.num.7. fol.207.* facit ſimile, quòd quis poteſt ſe fundare ex eo quod impugnauit, ſi non impugnat ipſum factum, ſed ſolemnitatem facti,ſecundum Abbatem *in cap.ex parte Decani, notab.5.de reſcript.*Anton. *in cap.cum olim,de cenſib.*cum *concordant.* vt per Felin.*in cap.Capitulum, de reſcript.* Dec. *in conſil.361.numer.2.* Sed ſi hoc non exprimat, approbans actum ſimpliciter, videtur approbare cum ſua qualitate, *l.1.§.ſi quis ſimpliciter, Digeſtis, de verb. obligat. l. Pomponius, Digeſtis de neg.geſt.* Bart. *in l. Aurelius*, §. *idem quæſit.ff. de tiberat.legat.*notat Ripa *reſponſ.155. numero quarto*; Licèt contra ea quæ dicta ſunt faciant quæ ſcribunt Bertran.*conſ.173.lib.3.* Odofred.*conſ.26. num.33.* Anton.Gabriel. *lib.6.commun. opin.concluſ.1. titul.de legit.num.13. pagin.370.* vbi volunt, quòd ſi pater in teſtamento relinquat filio aliqua bona pro Legitima, & filius ſimpliciter accipiat, † non valet grauamen per patrem iniunctum,etiamſi pater dicat,quod 72
plus petere non poſſit pro legitima: quod confirmatur ex doctrina Baldi & Pauli *in l. ſi quando, §. & generaliter, Cod. de inoffic.teſt.* quam cito *in dict. quæſt.55. num.2.*

Et quod ad hoc,vt cogi poſſit fideicommiſſarius, vel illius hæres ad grauamen iniunctum,requiratur,† quod 73
agnouerit fideicommiſſum, & quòd habeat perfectam ſcientiam fideicommiſſi,tradit notater Alex.*in conſ.24. n.11.lib.3.*vbi *n.12.*reſoluit, an ad notitiam fideicommiſſi ſufficiat quòd reperiatur teſtamentum apud illum quod conſilium eſt neceſſarium ad excuſandos prætendentes ignorantiam clauſularum maioratus.

Eſt

Eſt igitur tenendum (vt ad rem redeam)dictam con-
74 ditionem arma † & nomen deferendi,iuſtam eſſe: quod tamen eſſe vanitatem vanitatum tradit doctiſſimus & religioſus vir Epiſcop. Simanc. *libro de inſtitution. Catholic. cap.9. nu.135. fol.21.* contra quem facit dicta authoritas *1.Reg.cap.24.* & *prædict.l.18.nu.13. part.2.* ibi: *E la ſeñal que trae otro ſi en ſus armas,o ſu moneda, e ſu carta, en que ſe nombra que todas eſtas deven ſer muchò honradas*; nec minus facit *l.8.tit.1.lib.4.Recopilat.* vbi *Azeved.* & circa hæc legenda ſunt etiam quæ notiter Burgos de Paz *in proœmio ll.Tauri, nu.24.* cum aliis; & Mandoſius *de mutatione nominis,in verbo, facultatem, §.volentes, fol.49.col.3.* & quod ſcribit Guillelm.Benedict. *in cap.Raynuntius, in principio, nu.25. fol.8.* Quod grauamen nomen & arma deferendi tantæ
75 eſt efficaciæ,quòd taliter grauatus neceſſe habeat † implere conditionem, nomen & arma teſtatoris aſſumendo, priuſquam hæres eſſe poſſit, per *l. mulier, §.ſi quis ſeruum, ff.de condit.inſtit.* & doctrinam Guido.Pap. *de-*
76 *ciſ.251.* Et ille præſumitur † vocatus, qui portare poteſt arma & nomen teſtatoris & agnationis, vt per Anton.Theſaur. *deciſ.Pedem.248. nu.6.* Anton.Peregr *in tract.de fideicommiſſ.art.25.nu.27.fol.238.* Et prædicta magis locum ſibi vendicant, vbicumque grauamen,nomen & arma deferendi eſt geminatum, vt tradit in ſpecie Barthol.Socin.*in conſilio 259.allegato ſuprà, nu.54.* & Pariſ. *in conſ.19.nu.25.lib.2.*

Et quod quis poſſit portare nomen matris, quando eſt mater nobilior patre, probatur *in cap. Raynuntius, de teſtament.* tradit Cæſar Lambertin. *in tract. de iure patronat. lib.2.part.2.4. artic.3. quæſt. princip. nu.3.*
77 *fol.150.* Et arma & inſignia memoriam † conſeruant defunctorum, ſecundùm Annan.*in conſ.76.* per *l.legatum, ff. de adminiſtrat.rerum ad ciuitatem pertin.* & *l. Quintus, §.Pomponius, ff.de ann. legat.* notat Zaſius *in conſ.2.nu.32.lib.1.* Et quòd grauatus portare nomen & arma, non gaudeat bonis relictis, niſi obſeruauerit grauamen, & quòd ſit cauſa finalis diſpoſitionis, reſoluit Tiber. Decian. *reſponſ.7.nu.118. lib.1.* per *deciſion.* Guid.Pap. *ſupra citatam 267.& 500.* Soc. & Dec. quos citat & faciunt ſcripta per Peregrinum *in tract. de fideicommiſſ. artic.11. nu.121. fol.101.* & eſt etiam memoriæ mandanda doctrina Aymonis Crauet.*in con-*
78 *ſil.830.* vbi reſoluit, quòd ſi teſtator vxorem † hæredem inſtituit, ea tamen lege, ne bona ipſius teſtatoris transferre ei liceat in aliquem, qui non ſit ex nobili & clara ſtirpe, & quòd nomen & arma ipſius teſtatoris non portet, ad arbitrium & electionem ejus poteſt inſtituere vxor hæredem quem velit: dum tamen ſit nobilis, & nomen & cognomen teſtatoris ferat, quamvis non ſit ex familia ipſius teſtatoris:quem citat Mantica *de coniectur. ment. defunct. lib.8.titul.17. nu.9. folio 190.* & ibi tradit, an legatum relictum puellis, quæ ſint nobiles de domo caſata & parentela, intelligatur de naturalibus? vbi legendum eſt in noua editione.

Eſt etiam diſputatione dignum in iſta materia, Quid
79 ſi teſtator grauauit † deſcendentes onere arma, nomen & cognomen deferendi; ſi arma, nomen, & cognomen ſolùm deferant, ac nomen, & cognomen, & arma cum aliis coniungant; an nihilominus cenſeantur conditionibus paruiſſe? In quo videtur, quòd conditioni & grauamini pareatur, niſi à teſtatore aliud ordinatum ſit: quia in fauorabilibus ſub ſimplicibus
80 contineatur † caſus mixtus, *l.ſi ita ſcriptum, in principio, ff.de hæredib. inſtituen.* tradunt communiter DD. *in l.2.ff.de verborum obligation.* præcipuè Alciat. *nu.26. cum ſequentibus*, Franciſc.Mantic. *in tract. de coniectura mente defunct. lib.7. tit.1. nu.20. pagina 254. & tit.19. nu.15. pagina 500.* Quintilian. Mandoſ. *in regul. Cancell. reg.12. & 16. nu.2. folio 59.* Azeued. *in bono caſu, in l.3. nu.8.lib.7.Recopilat. nu.2. fol.163.* & Iaſ. *in §.omniun, nu.28. Inſtit. de action.* quem citat *Deciſ.Pedemont.126. nu.13.* Alex. *in conſil.140. nu.4. lib.5. & conſil.82. nu.17. lib.3.* idem Alex. *conſ.144. nu.7. lib.6.* vbi hoc extendit, † etiam in odioſis,quan- 81
do ad caſum mixtum veriſimiliter poteſt adaptari mens ſtatuentium, ex *l.ſi ita facta, ff.de iniuſt.rupt.* vbi Bald. Angel. & Imol. latè Falcon. *regul.317.* Staphileus *de literis gratiæ, in parte, ſpectantium, nu.2. pagina 222.* Licèt contrarium, quòd caſus ſimplices etiam in fa-
uorabilibus non comprehendant caſu, mixtos, † te- 82
neat Ludouicus de Sardis *in tract. de legitimatione, 8.volumin.tract.C.de legitimatis per reſcripium nu.35. folio 39.*de quo legendum eſt quod in iſta materia primogenituræ, quando maſculus & fœmina naſcuntur, ſcribit Fuluius Pacianus *in tractatu de probation. lib.2. cap.11.nu.22.fol.33.* & compoſitum ſub ſimplici comprehenditur, *l.cui eorum, §. affinitatis, ff.de poſtulando; l.nurus, & l.generi, & l.ſoceri, ff. de verborum ſignificat.* notat Alex. *conſil.248. nu.9. lib.6.* quem punctum latiſſimè explicat Socinus Iunior *in rubric ſoluto matrimonio part.2.nu.101. cum ſequent.ff ſoluto matrimonio, num.11.*

Et quoties duæ qualitates ſimul concurrunt,quarum quælibet de per ſe poteſt operari ſuum effectum; tunc † vna qualitas alteri non derogat, ſecundùm Bart *in l.* 83
ſi Conſul, ff.de adoption.num.1. Bald.*in l.Titia textores, ff.de legat.1.* vbi Alexand. *num.6.* & Iaſon, *num.6.* Felin. *in cap.2. num.19.de probation.* & cum aliis, vt per Andr.Gaill. *in tract. de Arreſt.Imperij, cap.6. num.26. pagina 379.* vbi tradit inter alia, exercentem duas artes,diuerſas mechanicas, obligari ad ſtatuta utriuſque Collegij: qui etiam allegat Roman. *in conſilio 412.* & mixtum & compoſitum aſſumant naturam illius ſpeciei,ſecundùm quam,minùs iuri derogatur,ſecundùm Abbat. *in cap.ſuper quæſtione, §.ſi verò, vltimo notabili. de offic. Delegat.* Rebuff. *in tract. de nomination. quæſtione 15.nu.7. pagina 215.* Et prohibitus facere probationem per teſtes, † non prohibetur facere per teſtes 84
& inſtrumenta, ſecundùm Bart. & alios *in l.certi conditio, §.quoniam, ff.ſi certum petat.* & alij, vt per Cephalum *conſilio 26. num.25.* Et vbi in perſona vnius concurrunt duæ qualitates, vna permiſſiua & affirmatiua; altera prohibitiua, ſiue negatiua, attenditur permiſſiua, ſecundùm Dominic. *in cap.ſtatutum 8. cum verò*, per Gloſ.*ibi*: In verbo, *eiuſdem ciuitatis, de reſcript. in 1.6.* Bartholom. Socin. *in l.1. §.veteres, ff.de acquirend. poſſeſſion.* Iaſon *in conſilio 74. verſ. ſexto & vltimo, lib.3.* Natta *463.nu.17. lib.2.* vbi ex Baldo *in l. hac conſultiſſima, C.qui teſtament. facere poſſ.* & aliis, probat quod ſtatutum exorbitans loquens in caſu ſimplici non trahitur ad caſum mixtum. Et fauorabilis † 85
diſpoſitio non dicitur quæ mixtum in ſe fauorem & odium continet, vt per Decium *in l venire nos, ff.de in ius vocand.* Ioan.Guttierr. *lib. Canonicarum quæſtionum, quæſt.12. num.44.* Et quando agitur de conſeruatione † teſtamenti, ſub ſimplicibus continetur mixtum, *d.l.* 86
ſi ita facta, ff.de iniuſt.rupt. quam ad hoc commendat Iaſo *in l.ſi mater,num.9. C.de inſtit.& ſubſtit.* Et grauatus † portare nomen & arma non tenetur propria 87
arma derelinquere: & diuerſa eſt in hoc conſuetudo in Hiſpania & Gallia, vt tradit Anton.Theſaur. *in dict. deciſion.270. nu.9.* & Gloſſ. *in dict. l.2. ff. ad l.Aquil.* & alia ſimilia citat Petrus Barboſa *in l.5.num.50. pagina 327.ff.ſoluto matrimonio.* Et in mixtis † ſequimur 88
naturam eius ſimplicis quod fauorabilius eſt; & benignius, Alberic. poſt Gloſſ. *in l.2.§.1.ff.ad l.Aquiliam.* Quod æquius videtur: licèt plura faciant in contrarium.

Primò ad hoc facit, quia ſimplicia mixtis valdè ſunt contraria & diuerſa,*l.Imperium,verſic.mixtum, ff.de iuriſdictione omnium iudicum*,notat Baldus *in conſil.235. Quædam mulier, num.6. lib.1.* & probatur *in l.63. Tauri*, hodie *l.6.titulo 15.lib.4.Recopilat.* Et diſpoſitio ſimpliciter loquens non comprehendit cauſas qualificatas, *l.1. ff. de donation. cap.ſtatutum, cap.licet, §.an cui,ff.de aur.& argent.legat.*tradunt Decius *in conſ.381.*

*num.*10. & *in consil.* 472. *num.*7. Quintil. Mandos. *in reg.*19. *Reseruationis, quæst.*10. *num.*3. *fol.*133. maxime in odiosis, *l. hoc legatum, ff. de leg.*3. tradit Cephal. *in cons.*204. *num.* 44. *lib.*2. idem Mandos. *in act. regul. reg.*12. *reseruation. quæst.*16. *num.*2. *fol.*59. Et mixta ex simplicibus contrariam aut diuersam naturam habentibus, videntur constituere tertiam, ac separatam speciem, *l. si statu libera, §. vltim. D. gestis de statuliber. l.*1. *in princip. ff. de ventre inspic.* cum *concordantibus*, vt per Tiraquell. *in libro de ll. connubialib. glossa* 5. *in*
89 *verbo*, contracter, *num.*69. *fol.*274. Et casus † mixtus sub simplici continetur, quando eadem est ratio, non aliàs, secundùm Alexand. *in l. si extraneus, Digestis de condition. ob causam*, Dec. *in consilio* 333. *numero* 2. Menoch. *in cons.*112. *num.*62. *libro* 2. Hieron. Gabr. *in cons.*197. *numero* 12. vbi latè. Et statutum loquens in casu simplici non extenditur ad casum mixtum, secundum Baldum *in l. omnes populi*, *col.*12. *Digestis de iustit. & iur.* Ancharran. *in cap. Canonum statuta, in verb. sed venio ad quartum membrum, de constitution. confirmat* Alexand. *consil.*116. *num.*10. & 11. *libro* 2. Decius *consil.*333. *numero* 1. laté Tiraquell. *in tractat. le mort, part.*2. *declarat.*4. *num.*3. & 4. *pag.*60. Et dispositio prohibens alienare feudum, non comprehendit casum mixtum, vt putà fructus, vel decimas feudi, vt per *l. qui verò, Digestis de liber. & posthum.* & doctrina Gozadin. *cons.*8. *numero* 41. *cum sequentib.* inter *consilia Montis Ferrati*, tenet Burſat. *in cons.*49. *numero* 67. *libro* 1. & *l.*23. *tit.*8. *lib.*7. *Recopil.* quæ prohibet conducere defesas, si caret gregibus, procedit in defesis, quæ habent pastum & culturam mixtam, vt tradit Azeued. *num.*2. *fol.*163. quia ob fauorem publicum, mixtum comprehenditur sub simplici. Et natura-
90 liter † admixtum assumit naturam eius, cui principaliter admiscetur, *l. quæsitum, §. qui sine manumissione, ff. de serv. exportan.* confirmat Roman. *cons.*171. *num.*7. tradit Menoch. *remed.*3. *de retinen. possess. numero* 678. *pag.*274. *colum.*2. *in fine.* Et qualiter Papa deroget iuripatronatus mixto, resoluit Iacob. Puteus *decis.*157. *num.*3. *libro* 3. Et ideò quando sententia continet criminalem & ciuilem pœnam, potiùs iudicatur causa criminalis, secundùm Aretin. *in cap. cum in tua, nota.*1. *de testib.* Alexand. *cons.*82. *lib.*1. Ferrar. *in pract. tit. de forma libelli, quo agitur ad turbandam possessionem, col.*2. Ægid. Bos. *in pract. crimin. tit. de appel. n.*8. *pag.*570.

91 Secundò, verba testamenti sunt intelligenda † simpliciter, & non secundùm quid, *l. hoc legatum, Digestis de legat.*3. vnde testator grauando successores onere, arma & nomen portandi, grauare videtur, quòd ea sola portent, & non secundùm quid, & cum aliis mixta. Confirmatur ex doctrina Caroli Ruini *consilio vigesimo quarto, numero* 12. & 13. *libro secundo*, vbi probat, quòd si maritus dedit facultatem liberam vxori eligendi post eius mortem, provt illi placuerit, & diuidendi hæreditatem, non potest eligere fœminam nuptam, etiam procedentem à familia, quia non est propriè de familia, sed secundùm quid. Et cùm aliquid fit cum adiuncto, non est illud propriè, *l. Lucius, §. quæsitum, Digestis de legat.*3. de quo legenda sunt quæ scribit Rebuff. *in l. quod iussit, in præfatione, numero* 65. *de re indic.* vbi ex hoc post Iason. *in consilio* 205. *numero tertio, libro secundo*, tradit, quòd fratres patrueles dicuntur simpliciter fratres: & tradit, an valeat argumentum secundùm quid & simpliciter. Ex quibus confirmo singularem in ista materia doctrinam Bart. *in l. auus, numero quinto, Digestis de condition. & demonstration.* vbi
92 vult, quòd si testator dixit, † *si filius meus decesserit sine filiis masculis, & si habuerit fœminas, restituat tantum*: si decesserit cum masculis & fœminis, non debetur legatum: de quo per Barthol. Socin. *ibi numero* 77. Mantic. *de coniectur. men. defunct. libro vndecimo titulo* 15. *numero quinto, pagina* 545. qui latè disputat & confirmat, quia sub simplicibus continetur mixtum, non ex verbis, sed ex mente, quando subest eadem vel maior ratio, vt declarant Aretin. *in l. si ita scriptum, Digestis de liber. & posthum.* Tiraquel. *de ll. connubial. glossa tertia, numero* 70. quod est notabile: & idem volunt Alexand. *in l. si extraneus, in fine, Digestis de condition. ob causam*, Decius *in consilio* 333. *num.*2. quos citat Petr. Surd. *decis.*174. *nu.*15. vbi ex Carolo Ruino *cons.*167. *nu.*20. *lib.*1. tradit, quòd in præiudicium Tertij, casus simplex non comprehendit mixtum.

Tertiò, testator apponendo illud onus † & grauamen, affectare videtur, quòd successores propria arma & nomen portent, vt magis repræsentent suam gloriam & pompam: quæ non ita repræsentari & significari potest, vbi confusione & immixtione confunduntur: nam confusio est, † vbi duæ materiæ, vel eiusdem generis, vel diuersi coniunguntur, *l. adeò, §. voluntas, versic. Sed sine voluntate, Digestis de acquir. rer. domin.* cum qua concordat *l.*34. *tit.* 28. *parte tertia*, & per immixtionem res mutant propriam † naturam primordialem, *l. sed etsi plures, §. filio, Digestis de vulgar. l. si Ania, Cod. de donation. l.*19. *titulo secundo, parte tertia*, faciunt quæ scribo *in quarta part. tractat. quæst.*19. *numer.* 12. ex quo disputat Barth. Socin. *in l. cum auus, numer.*53. *Digestis de condition. & demonstrat.* an lex illa habeat locum in casu mixto, quando sunt grauati simul descendentes & extranei. Et hæc gloria † & honor maximè æstimari debet, & potius quàm pecuniarum commodum, *l. Iulianus, Digestis si quis omiss. causa testam.* notat Ancharr. *cons*197. *numero quarto.* Et aliud est vnum simplex sine qualitate, & aliud est vnum tale, scilicet cum qualitate, secundùm Gloss. *in Clement. vnica, de probation. in gloss. magna*, & *in Clement. dudum, de sepulturis, in verbo, pacta, ad finem*; quas citat Præpositus *in cap. ad id, numero tertio, desponsalibus*, qui alia refert. Et quando est ius patronatus mixtum, Papa derogat pro medietate: in laico merè, non admittitur: vt probat Iacob. Petrus *decis.*157. *parte tertia*, ad quem addo melius Cæsarem Lambertin. *in tract. de iure patronat. libr.*2. *parte tertia, art.*4. 8. *quæst. principalis, numero* 2. *fol.*237. vbi etiam tradit, an attendatur potiùs causa permittens, quàm prohibens.

Quartò, vbi concurrunt duæ causæ, vna quæ nocet, altera quæ prodest, † attenditur potiùs causa quæ 97
nocet, quàm quæ prodest, *l. si quis graui, §. vltim. Digestis ad Silanian. l.*3. *§. vltim. Digestis de legat. præstan. l. antepenult. §.*1. *Digestis mandat.* notat Barth. *in l. stipulatio, §. si quis autem, Digestis de nou. ope.* vbi Iason. & idem Iason. post Bart. & alios *in l.*3. *Digestis de condition. ob turp. caus.* & *in l.*1. *§. veteres, numero septimo, Digestis de acquirend. possess.* & *in l. si arrogator, numero* 47. *Digestis de adoption. & in dict. consil.*75. *versic. Quinto facit, libro tertio*, Socin. Iun. *in l. ea, Digestis de verb. obligat. numero* 352. Alexand. vbi *Gloss. Parisienses.* plures citat *in consil.*100. *numero* 10. *libro tertio*, D. Anton. de Padill. *in l. altius, Cod. de seruitut. numero* 22. *pag.*177. Menoch. *in cons.*326. *numero* 55. *libro tertio*, qui ex hoc tradit in materia fideicommissi, quod vbi concurrunt duæ regulæ, vna affirmatiua, altera negatiua, est facienda repetitio qualitatis: qui ex hoc *numero* 59. scribit, quod est bona consequentia, testator non vocauit proximiores, nec censetur vocare proximiores, ad quod refert Molinam *libro tertio, de primogen. Hispanorum, capite nono, numero* 91. & quæ ego scribo *in libro maioratuum, parte secunda, quæst.*6. *a numero* 19. & præsumptio negatiua
98 † est potentior affirmatiua, secundùm Baldum *in l. filium, lect.*1. *part.*7. *ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* Paris. *in consil.*29. *num.*63. *lib.*2. Menoch. *lib.*2. *de arbitr. casu* 472. *numer.*27. & *in consi.* 152. *numer.*47. *lib.*2. quod notabiliter tradit Tiraquell. *in tract. de primogenit. quæst.*24. *num.*1. *pag.*216. Cæpola *in l. venditioni, Digestis de vsucap. pro empt. num.*33. *pagin.*408. Decius *in cons.*3. *num.*4. Menoch. *in tract. de præsumpt. reg.*3. *præsumpt.*39. *numer.*62. *pag.*302. Ex quo venit, quod illud quod stat in dubio, & pendenti, possitque se habere ad prohibitum, & ad permissum, stat ad prohibitum, *l.*1. *§. si pendeat, ff. ad Macedon.* cum *concordant.* per Cagnol. *in l. fin. Cod. de pace, n.*36. *pag.*28.

Quod confirmo, quia vbicumque reperiuntur duæ regulæ, vna prohibitiua, *l.*3. *§. liberti, versic. sed patroni, Digestis de suspect. tutorib.* iunct. *l.*1. *§. consequens, eodem titul.* vbi Iacob. de Aren. Dinus, & Bart. *l. si Ruffinus*, vbi Bald. Fulgos. Alexand. Aretin. & Iason. *C. de testament. milit.* cum *concordant.* vt per Tiraquell. *in l. boues, §. hoc sermone, Digestis de verbor. significat. limitatione* 7. *numero sexto pag.*195. faciunt tradita per Zasium *in l. iudicatæ, num.*4. *pagin.*871. *Digestis de except. rei indic.* Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiss. art.*11. *numero* 62. *fol.*93. Et potentior, & firmior est præsumptio negatiua quàm affirmatiua, vt per Menoch. *in cons.*473. *in fine, & in tractat. præsumpt. libro primo. præsump.*29. *num.*13. *pag.*32. faciunt tradita per Nattam *in cons.*194.
99 *num.*9. *lib.*1. Hinc fit quod præsumptio † negatiua, est potentior affirmatiua secundùm Bald. *in l.*1. *num.*7. *ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* Parisi. *in consil.*29. *numer.*83. *lib.*2. Menoch. *lib.*2. *de arbitr. iudic. libro secundo, casu* 472. *numer.*27. Tiraquell. *lib.*1. *de retract. §.*30. *gloss.*1. *num.*29. *pag.*65c. Licèt contra hoc faciat notabile *consilium* Ancharr. 37. *num.*5. vbi vult, quod in mixtura potius consideretur fauor quam odium, si
100 ista duo concurrant, quod tradunt Iason *in l.*2. *num.*5. *ff. de verbor. obligationib.* Menoch. *in tertio remedio de retinend. possessione, num.*678. Contardus *in l. vnica, C. si de momentan. possessione, limitation.*2. *numer.*25. & 27. *fori*, & alij quos citat Farinac. *in practic. quæstion.* 93.
100 *numer.*150. *fol.* 421. Et primogenitus excluditur † à maioratu ex nominis & armorum incompatibilitate, vt per Molin. *lib.*3. *cap.*2. *num.*30. *fol.* 348. de quo per Barth. Socin. *consil.*79. *num.*25. *lib.*4. & *cons.*288. *numero* 12. *lib.*2. Dec. *cons.*283. *num.*11. Gregor Lop. *in l.*5. *tit.*24. *part.*4. in gloss. *Son quatro*, vbi ex hoc disputat, si naturalis Regni transferat se in Regnum Franciæ, an possit obtinere beneficia in isto Regno: de quo etiam per Alciat. *in dict. l.*2. *ff. de verb. oblig. n.*35. ad ista legendum.

Et vbi concurrunt duæ leges, vel statuta, vnum permissiuum, & alterum prohibitiuum, & annullatiuum, si
101 aliàs non constat de mente statuentium, † attenditur illud quod prohibet: *l. si Ruffinus, Cod. de test. mil.* notant Paul. de Castro *in l. non est nouum, Digestis de legib.* vt per Vantium *de nullit. tit. quot & quibus modis nullitas defenai possit, num.*55. *versi. & nota in primis, pag.*141. licèt contrarium ibi *in verb. eiusdem ciuitatis, de rescr. in* 6. Natta *cons.*463. *numer.*27. *lib.*2. qui ad hoc refert textum, & ibi Socin. *in l.*1. *§. veteres, ff. de acquir. possess.* vbi etiam tradit, quod statutum lo-
102 quens in casu simplici, si est exhorbitans, † non trahitur ad casum mixtum, ex Bald. *in l. hac consultissima, Cod. qui testamen. facere poss.* & aliis quos citat. Et mixtum dicitur, quod participat de duobus, vt tradunt Ripa *in rubr. de iudiciis*, Lancellot. *in tract. de attent. parte tertia, cap.*28. *num.*124. *pag.*84. qui id tradit in mixto possessorio quatuor modis, ex Bald. *in l. incerti, numero* 12. *Codic. de interdict.* Et sanguinis qualitas non est attendenda, sed accidentalis, vt in terminis primogenituræ tradit Burſat. *in consil.*148. *lib.*2. *ex l. cum allegas, Codic. de castrens. pecul.* Alciat. *in l.*2. *num.*38. *Digestis de verb. obligat.* Et materiam tractant idem Tiraquel. *in præfat. Retractus, num.*66. Dec. *in dict. l. si Ruffinus num.*11. Alciat. *in l.*2. *in princ. n.*40. *Digestis de verb. oblig. & in tract. præsumpt. reg.*1. *præsumpt.*30. *num.*4. & alij quos citat Menoch. *de recuper. possess. rem.*1. *num.*11. *pag.*311.

103 Quintò, vbi concurrit fauor testamenti, † attenditur, causa quæ prodest *dict. l. si mater, Cod. de inoffic. testam.* vbi legi debet Ias. *nu.*10. Vbi igitur contrariorum eadem sit disciplina, vbi testatoris interest, vt conseruatione propriæ voluntatis attendatur, causa nociua magis consideranda, & attendenda est, quam quæ prodest, vt rectius exequutioni mandetur testatoris voluntas: quod maximè procedit, concurrente verisimilitudine, quod id voluit testator, quia tunc est magis attendenda causa quæ prodest, secundùm Imol. *in cons.*35. *In casu præmisso, colum.*3. *versi. in contrarium, & colum.*4. *versi. ad tertium*, quem citat Tiraquel. *in l. si vt quam, in princ. num* 60. *pag.*67. *Cod. de renocan. donation.* Ergo (vt dictum est) quia contrariorum eadem est disciplina, attendenda est causa quæ nocet, vbi verisimile est testatorem hoc voluisse, provt in nostro casu.

Sextò, vbi est multitudo, † ibi est confusio, *cap. reli-* 104
gionum diuersitates, de religios. domibus cum *concordant.* vt per Alberi. *in l. si quis hoc genus, num.*6. *fol.*24. *Cod. de Episc. & Clericis.* Et ad recognoscendum singulos, nomina sunt comparata *l. ad recognoscendos, Cod. de ingen. manumiss. l.*5. *in vers.* Ca por esso penan, *tit.*33. *part.*7. & cui competit signatum; competit signum, vt in notabili quæstione tradit Bald. *in cap.*1. *quid sit inuestitura, num.*6. *fol.*31. de quibus lector videat Felin. *in prooemio Gregor.* Epise. *num.*29. *cum seq.* Et signa, & vexilla facit præ unii quod res sunt illius, cu-
ius sunt † insignia, *l. stigmatata, Cod. de fabricen. lib.* 105
11. cum *concordant.* vt per Ias. *n consil.*170. *nu.*2. *lib.*1. Iacob Rebuff. *in l.*1. *Cod. de nau. non excusand. tit.*11. *fol.*88. & *in l. diurnos, Cod. de frument. Alexand. lib.*11. *n.*1. *fol.*110.

Septimò, facit doctrina Ioan de Platea *in l. stigmata, num.*2. *Cod. de fabricen. lib.*11. vbi vult, quod Tabellio † fidelis, & mercator bonæ fidei, prohibere possunt 106
ne alius faciat eorum signum, seu marcam; & idem in optimo gladiorum artifice, gladios propter artis peritiam, & sui operis bonitatem vendente: quia eius interest, ne alius minus peritus artifex tale signum afferat, ne confusio operum inducatur: ad quod conducit *l.*19. *tit.*14. *lib.*7. *Ordinam. noui, & l.*18. *tit.*21. *parte* 2. ibi: *Desta guisa sino ellos, & l.*5. tit. 5. part. 2. ibi: *En manera de igualarse al Rey, & l.*23. dict. tit. 21. ibi: *Ni otro ninguno, & l.*12. 13. *cum seq. tit.*23. *ead. par.* ad quas addo Chassan. *in Catal. glor. mund. considerat.*40. *fol.*21. *col.*4. & melius *consideratione* 17. & 18. *fol.*12. Et bona Principis esse præsumuntur, quæ Principis gentilitiis ingnibus, & armis † insignita sunt, se-
cundum Bart. *in l. defensionis facultas, Codic. de* 107
iure fisci, lib. 10. & *in tract. de insignii, & armis, in princ.* Mascard. *in tract. de probat. lib.* 2. *conclus.*806. *fol.*123. faciunt scripta per Menoch. *in tract. præsumpt. lib.*2. *præsump.*59. *nu.*2. & *lib.*3. *præsump.*50. *nu.*10. & *præsumpt.*30. *nu.*31. D. Valdes *de nobilit. Regum Hispaniæ, c.*15. *fol.*130. *cum seq.* Et velum Regium & signa Regia semper sunt Principi reseruanda, *l.*1. & 2. *Cod. vt nemo priuat. titulos*: notat Gloss. Paris. *p.*2. *consuetud. Parisin. §.*52. *nu.*4. Et contrarium facientes in Regno hoc castigantur, per *l.*8. *tit.*1. *li.*4. & *l.*1. *ti.*10. *lib.*5. *Ordinam.*

Et qui delet nomen meum, † & suum apponit, fal- 108
sum committit; *l.*1. *§. qui in rationibus*, iuncta gloss. *ff. de falsis*, probatur *in l. falsi, ff. eod. tit. de falsis*; per quam scribit Rebuff. *tom.*1. *ad constit. Regiæ, tit. de liter. obligator. artic.*4. *gloss.*4. *nu.*6. & 7. quod si quis arma mea vasis, vel lanicibus, vel aliis supellectilibus impressa deleat, vel mutet, vel sua apponat; fal si teneatur de quo lege quæ scribit Menoch. *de arbitr. iudic. l.*2. *casu* 320. *num.*1. *cum seq.* & faciunt scripta per eund. *casu* 318. *nu.*1. Et faciens † se nobilem cum non sit, punitur de 109
falso, *l. vnica, C. ad l. Visellium*: tradit Bossius *in pract. crim. tit. de falsis, nu.*52. *pag.*366. de quo ago infra. Et per arma, & insignia probatur rem esse illius, cuius sunt † insignia. *l. qui liberorum, §. vlt.* & ibi Bart. *ff. de* 110
operib. publ. notat Boëri. *cons.*5. *nu.*8. & 13. Et feudum mixtum dicitur hæreditarium, quando est resi ri cum ad

primogenitos tantum', secundùm Thom. de Marin. *de feudis iuris Francorum, tit.*13. *num.*12.13.15.18. *& in tit.*10. *de feudo mixto, num.*3. Bursat. *in consil.*148. *num.*35. *lib.*2. Et non potest quis vti armis, & *diuisis* alienis contra voluntatem, vt probatur *in toto tit. Cod. vt nemo priuat.* & *in Auth. de mand. Princip.* §. *pœnæ*, notat Bart. *in tract. de insign. & armis, colum.*2. & probat latè Paris. *consil.*29. *numero octauo lib.*1. facit *l.*16. *tit.*9. *part.*2. Et signa faciunt præsumi esse aliquid in dominio alicuius, *dict. l. stigmata, Cod. de fabricensib. lib.*11. notat Ioseph. Mascard. *in tract. de probation. lib.*1. *conclus.*157. *num.*3. *fol.*119. probatur *in l.*1. *C. nulli licere in frœnis equestr. lib.*11. tradit Mascard. *in dict. tract. de probat. conclus.*264. *num.*6. *fol.*166. *& lib.*2. *conclus.*1051. *fol.*301. Et volens probare equum, esse suum si non probat intersignia, non satisfacit; secund. Ioan. Andr. & Felin. *num.*27. *in cap. auditis, de præscript. fol.*54. & per insignia apposita in capite, vel in aliis armaturis cognoscuntur milites, iuxta *l.*12. *tit.*23. *part.*2. facit *l.*21. *tit.*21 *ead. part.* & faciunt scripta per Mutienç. *in l.*6. *numer.*12. *lib.*5. *Recop. gloss.*2. *fol.*403. Auend. *in tract. de exequen. mand. p.*2. *n.*2. *cum seq. fol.*215.

Et quando insignia gentilitia sunt affixa alicui domui, probatur esse illius, † cuius sunt insignia illa gentilitia, secundum Ioan. de Platea *in dict. l. stigmata*, Cagnol. *in l.*1. *num.*177. *ff. si cert. pet.* Mascard. *in tract. de probat. lib.*1. *conclus.*551. pro quibus pondero *l. lex quæ tutores, Cod. de administr. tutor.* & faciunt quæ scribit Menoch. *in tr. de præsum. lib.*2. *præs.*58. *n.*4. *pag.*184. *& lib.*3. *præsumpt.*64. *pag.*355. Benuenutum Strach. *in tract. de mercatura, part.*2. *num.*71. *cum seqnent. pag.*92. eleganter Anchar. qui non citatur *in cap. dilecta, numer.*13. *fol.*115. *de excessibus prælat.* vbi Abb. *numer.*4. Et si inter duos fabros, aut mercatores est contentio de signo, ille qui agit, non potest, lite pendente, vti signo, secund. Bald. *in l.*1. *Cod. vt nemini liceat*; & alios vt per Lancel. *in tract. de attent. part.*2. *cap.*6. *de attent. lite*
112 *pendente, declarat.*4. *numer.*4. *pag.*158. Et vassallus † non potest signa domini amouere: domino autem licèt amouere signa vassalli, vt per Gloss. Paris. *in consuetud. Paris. part.*1. §.1. *gloss.*1. *numer.*29. *fol.*25. & faciunt plura notabilia quæ scribit Molin. *in tract. de primog. lib.*2. *cap.*14. *num.*1. *cum sequentib. fol.*343. Et quod Barones possint facere arma depingi in subfeudo, tradunt Freccia *authori.*4. *de subfeud.* Ioann. Francisc. *in tract. de Baronib. pragma. num.*32. *pag.*276. & scripta per Rebuff. *in l. subsignatum*39. *pag.*293. *ff. de verb. signif.* & per eund. Menoch. *lib.*1. *præsumpt.*83. *num.*5. & Matienç. *in l.*6. *tit.*12. *lib.*5. *Recopil. gloss.*1. facit text. *in l.*1. *Cod. de naui. non excusand. lib.*11. *l. minime, Cod. de Episc. audien. l. qui cum. ff. ad l. Iuliam peculatus: Authen. de mandat. princip.* §. *titulos*, de quo plura scribit Tiraquel. *in tract. de nobili. cap.*12. *num.*1. *& sequentib.* & notat Guillelm. Bened. *in cap. Raimuntius, in princ. num.*57. *fol.*9. *de testam.* vbi dicit, quod interest Reipublicæ cognoscere quæ sint claræ & honestæ familiæ, ne
113 pereant, & confundantur commixtione quadam, † & suppositione infectarum, per *l.*1. §. *penult. ff. de ventr. inspic.* & ibi alia plura tradit ad istum præsens propositum singularia: ad quem addo Cæpolam *in l. qui mancipia, Digestis de ædilit. edict. pag.*117. & tradit idem Guillelm. Benedict. *in dict. cap. Raimuntius, in verb. & uxorem nomine Adelasiam, num.*997. *fol.*141. quod nobilis potest prohibere, ne villanus, vel rusticus nomen & arma domus suæ vsurpet, vel aliquis de infecto sanguine nomen immaculatorum assumat: faciunt scripta per August. Beroi. *in consil.*136. *numer.*12. *lib.*3. Et cuiusque de genere interest claritatem generis sui conser-
114 uare, & inuenta sunt † signa, & sigilla, vt res ex ipsis signatæ cognoscantur, secundùm Bald. *in authen. dos data, Cod. de donation. ante nuptias*, vbi addit, quod *bullæ* mercatorum præsumuntur esse illorum, quorum sunt signa, Cæpola *in l. Labeo, §. si intelligatur, num.*7. *&* 8. *Digestis de ædilit. edicto*, Mascard. *in tract. de probation. lib.*1. *conclus.*160. *fol.*121. *& conclus.*551. *fol.*334. Et quod nobilis non possit propria authoritate assumere arma nobilium, voluerunt ante *Guillelm. Benedict.* Bart. *in tract. de insigniis & armis, colum.*1. Bald. *in l.*1. *Cod. quæ res vendi non possint*; & *in cap. quanto, de iureiuran.* Anton. & Abbas *in cap. dilecta, de excessibus prælatorum*, & alij quos citat Tiraquell. *in tract. de nobilit. capit.*6. *num.*17. *pag.*68. & idem Cæpol. *in l. signatorius*74. *num.*8. *& 10. pag.*608. *Digestis de verb. signif.* tractat quæstionem ad nostrum propositum adaptabilem, si plures mercatores dissoluant societatem, † apud quem 115
debeat stare signum, seu sigillum societatis de quo vide quæ *infra* scribo *in vers. & est ad propositum*, & quod scribit Alberic. *in l.*1. *ad finem, Digestis quemadm. testam. aperian. & in l. si procuratorem, ff. de procuratoribus* vbi dicit, quod si quis neget sua sigilla, vel voluntate sua apposita, probandum erit ab eo, vel eius voluntate sigillatum, nec erit necesse probare sua esse arma, vel sigilla, cùm alieno anulo, vel sigillo quis signare possit: quod sequitur Gloss. Paril. *in consuetud. Parisien. par.*1. §.5. *num.*14. *fol.*75. & *de annulo signatorio*, vltra text. & Rebuff. *in l. signatorius annulus. ff. de verb. sign.* lege Quintilian. Mandos. *in glos. facultatem* §. *à quibus, vers. anuli, & in tract. de Monitoriis, quæst.*60. *nu.*31. *fol.*27. *colum.*2. ibi, *de sigillo*; & legendus est Rebuff. *in Concordant. in rubr. de Regia ad prælaturam nominat. faciendo, §. vltim. pag.*238. *vers. vltima probationis*, Pett. Surd. *decis.*137. *num.*2. Et † de virtute sigilli scribit etiam, 116
Purpurat. post Iasonem, quem citat *in l. pacta nouissima. num.*74. *Cod. de pact.* Cephal. *in cons.*141. *num.*11. *lib.*1. Et incidit in falsum qui remouet sigillum, secundùm Bartol. *in l. Paulus, Digestis de falsis*, Decianum *in practica criminali, tom.*2. *cap.*17. *num.*46. *fol.*132. Et quod consensus Regius sine sigillo † non probet, tradunt 117
Matth. de Afflict. *in titul. de prohibi. feud. alien. quæst.*24. *num.*33. *in fin.* Mascard. *in tract. de probation. lib.*1. *conclus.*416. *num.*122. *fol.*254. & de sigillo idem Mascard. *libro tertio conclus.*1217. *num.*10. *fol.*245. & legenda est *l.*1. *tit.*20. *p.*3. vbi latè Gregor. Lop. & Parlador. *lib.*2. *rer. quotid. part.*1. §.11. *ampliat.*2. *num.*11. *pag.*200. Menoch. *in tract. præsumpt. lib.*2. *præsump.*58. & 59. Otalora *in tract. de nobilit. part.*4. *cap.*5. *num.*6. *pag.*309. Auend. *cons.*46. *num.*4. faciunt *l.*10.11. *&* 44. *titul.*18 *part.*3. *l.*23. *ad finem, tit.*11. *ead. part.* idem Me-
118 noch. *casu* 113. Et quod vtens diuersis sigillis † teneatur pœna falsi, tradunt Bald. *in l. comparationes, Cod. de fide instrument.* Franchus *in cap. significauit, num.*17. *fol.*47. *de appellation.* vbi post alios, plura scribit de sigillo. Et gerens se pro Doctore, cùm non sit, & pro Clerico, cum non sit clericus, punitur vt falsarius, vt tradit Decius *in cap. tuarum, num.*42. *&* 43. *de priuileg.* Mascard. *in tract. de probation. lib.*3. *conclusione* 1303. *per totam*, Menoch. *in tract. præsumption, lib.*2. *præsumption.*57. *num.*1. *cum sequentibus*, eleganter Gloss. Parisien. *in consuetudin. Parisien. parte prima*, §. 3. *numero* 12.

Octauo adduco *l.*3. *Cod. de vestib. holoseric. lib.*11. *tit.*8. & ibi Bart. & alij, vbi non debent lanæ, vel panni tingi aliquo colore, simili colori sacri muricis.

Nono, inquit eleganter Ripa *respons.*13. *n.*17. licitum non esse diuersa arma deferre, † scilicet, domus 119
de Claramonte, & Castronouo, & esse turpe deferre arma patris, & familiæ, cuius quis est hæres, & truncus, & accipere arma aliena. Et licèt stigmata non faciant militem, tamen præsumitur quis esse talis, qualis per signa demonstratur, secundùm Baldum *in l. directis, Cod. de testament. manumiss.* & propter suam nominationem, qui dicit se nobilem cùm non sit, punitur extraordinariè pœna falsi secundùm Chassaneum *in consuetud. Burgund. rubric.*6. §.4. glossa, *entre gens nobles: num.*10. de quo plura refert & tradit Auend. *p.*2. *de exequend. mandat. c.*14. *n.*23. *fol.*292.

Decimò verisimile est, quod si de isto casu testator interroga-

120 interrogaretur, minime permitteret, † quod arma propria cum aliis commiscerentur, & confunderentur; quia ex commixtione facile est, quod nomen suum obumbretur, maximè temporibus superuenientibus: & hoc ratio, & experientia apertissimè docent: & sic in simili casu arguunt circa onus ferendi nomen & arma, Parisius *consil.*22. *num.*55. *lib.*2. Roland. *cons.*58. *num.*83. *lib.*3. concludentes, quod in isto casu censetur dispositum, quod verisimiliter testator dispositurus esset, si de hoc interrogatus fuisset. Nam etiam in odiosis simplicium appellatione veniunt casus mixti, quando disponens cogitauit de vtroque, & de vtroque expressit, quamvis separatim, *l. si ita facta, ff. de minust.* 126
testam. quem ita intelligunt Ias. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, fallent.*4. *ff. de liber. & posth.* & *in l.*2. *in princ. ff. de ve. b. obligat.* Staphilæ. *de liter. grat. & iustit. de prærogatiu. dubitat.*2. *num.*2. *pag.*222. Et licet in impetratione beneficij non sit facienda mentio beneficij vniti, *c. super eo, de præbend. lib.*6. fallit vbi vtraque Ecclesia esset æquè principalis, secund. Ioan. Brunell. *in tract. de dignit. Legat. conclus.*19. confirmat Rebuf. *in tract. de Nomination. q.*9. *n.*15. *pag.*150. & faciunt quæ scribit idem Rebuf. *in l. coniunctionem*29. *pag.*234. *ff. de verb. sign.* & successores non possunt
121 recte duobus dominis seruire, & Regnum in se diuisum desolabitur: & conditiones † adjectæ à testatore, non possint pro parte impleri, *l. cui fundus*, & *l. penult. ff. de condition. & demonstrat.*

Vndecimò inquit Ripa *in c. cum Ecclesia Sutrina, num.*97. *de caus. possess. & propr.* quod si arma, seu insignia essent depicta, seu sculpta in Ecclesia, facit præsumi quod bona fide quis sit in quasi possessione iurispatronatus, per *l.*1. *C. nem. licet alie. reb. sign. impon.* & *l.*2. *in princ.* & *l.*3. §. *vlt. ff. de oper. pub.* quod notat ibi *Bart.* contra Religiosos facientes abradi arma alicuius de Ecclesia, & poni arma alterius; tradit Rom. *singul.*473. & ibi *Ripa* scribit alia ad propositum, quem citat Purpura, ad hoc etiam legendus *in rubr. si cert. pet. num.*154. ad quos addo Molin. *in tract. de primog. lib.*2. *cap.*14. *num.*49. *fol.*35. Neuiza. *in Silua nuptial. lib.*2. *diuisi non nubendum, pag.*166. *num.*67. & si quis remoueat sigillum alterius, punitur vt falsarius, secund. Bart. *in l. falsus, ff. de falsis*, Tibe. Decian. *in tract. crimin. tom.*2. *cap.*17. *num.*46. *fol.*132.

122 Duodecimò, † conditio per testatorem apposita, dicitur esse de forma, *l. Gallus, §. & quid si tantum*, vbi Bart. *ff. de liber. & posth.* notat Peralt. *in l. neminem, num.*9. *pag.*81. *ff. de leg.*2. & confirmo *supra*, *num.*18. conditiones autem debent impleri in forma specifica, *l. Mœuius*, & *l. qui heredi, ff. de condit. & demonstr.* Et conditio nunquam leuem solemnitatem inducit, *l. Prætor, in princ. ff. de collation. bonor.* notat Bald. *in authent. matri & auiæ, col.*2. *C. quando mulier offic. tutel. fung. poss.* Alex. Aretin. *in l. moribus*, quæ est secunda, *ff. de vulgar.* cum *concordant.* vt per Felin. *in c. cum directa, de rescript. num.*12. Tiraquell. *lib.*2. *de retract. §.*2. *glos.*1. *& vnica, num.*3. *pag.*874. Et ista
123 † maiori ratione procedere, vbi testator ordinauit, quod punctualiter, & ad literam obseruarentur conditiones, & mandata ab eo adjecta, quæ in isto casu sub simplici non continentur, secundum Bald. *in leg. precibus, num.*15. *C. de impuber.* Alex. *in l. post aditam, num.*4. *eodem tit.* Barth. Socin. *in l.*1. *num.*36. *vers. nono limitat. ff. de vulgar.* & alios, vt per Menoch. *remed.*4. *de adipiscen. possess. num.*222. *pag.*75. Et ista opinio tanquam menti & proposito testatoris magis conueniens, in dubio est amplectanda, *l. Titius, §.*1. *ff. de liber. & posth. l. quoties, ff. de reg. iur.* ad quam etiam facie resolutio Alex. *cons.*125. *num.*10. *lib.*7.

124 Et ista sententia † maximè procederet vbicumque successor grauatus onere nomen & arma ferendi, alia portat tanquam principaliora, & ea de quibus grauatus fuit, veluti accessoria, quia tunc videtur magis excedere à voluntate grauantis, quia alia arma magis æstimat, & in eis glorificatur *l. quæritur, ff. de stat. homin.* vbi *Bart.* cum qua concordat. *l.*10. *tit.*1. *p.*6. *l. legatis seruis, §. si vnus*, *l. seruis vrbanis*, §.1. *ff. de leg.*3. vbi Barth. tradit regulam, quod si magister exerceat duas artes, denominatur ab illa arte, in qua † se principa- 125
liter exercet, notat Socin. Iun. *in cons.*38. *num.*11. *lib.*1. & *in l.*1. *in princ. num.*28. *ff. de acquir. posse* & in mercatore hoc tradit Stracha *in tract. de mercatura, part.*1. *num.*56. *pag.*31. vbi refert egregium *consil.* Ias.74. *In casu, lib.*3. & per regul. *d. l. quæritur*, tradit Menoch. *de adipiscen. possess.*4. *n.*29. *pag.*58. Quod actus mixtus
126 à potentiore nomen sumit, † & dispositio facta in casu simplici, non extenditur in materia exorbitanti, ad casum mixtum; secundum Bartholom. Socin. *in cons.*81. *num.*8. *num.*3. per regul. *l. si ita scriptum. ff. de liber. & posthum.* & induco bonum textum *in l. per minorem, ff. de iudiciis*, ibi *maior enim quæstio minorem causam ad se trahit*, & ideo accidentalis causa potentior naturali præfertur, vt in successione primogeniturę, tradit Bursat. *in cons.*148. *num.*42. quem *supra* retuli: & faciunt scripta per eundem Bursat. *in eodem cons. num.*31. Et in rebus vnitis retinetur, quod melius est in vtraque, vt tradit Speculator *lib.*4. *tit. de coniugatis, num.*14. *fol.*76. Et iuspatronatus licet sit temporale, & spirituale, assumit naturam à potentiori spirituali secundum Abbat. *in cap. de iure, de iure patronatus*, Lambertin. *in tract. iurispatronat. lib.*3. *quæst.*9. *art.*1. *fol.*38. *num*18. facit *l. si quis nec causam*, vbi latè DD. *ff. si cert. pet.* Et mixtum ex pluribus, ex quibus non venit accessoriè vnum ad aliud, sed æquè principaliter, debet denominari à digniori; secundum Bald. *in authent. habita, column. penult. C. ne filius pro patre*, Bart. *in l. fin. ff. de collation.* & alios quos citat Rebuf. *in cap. extirpandæ*, §. *quia vero, pag.*368. *col.*1. *de præben.* Et arma † principalia trahunt ad se alia tanquam 127
accessoria, & idem veluti de accessoriis est iudicandum, *l. cum principalis, ff. de reg. iur. in* 6. cum *concord.* vt per Menoch. *in tract. de præsumpt. lib.*4. *præsumpt.*110. *num.*36. *fol.*215. vbi inter alia tradit, principale, & accessorium esse indiuiduum; facit & quod scribit Dec. *in cap. præterea, num.*8. *de offic. Deleg.* & *in cap. quanto, num.*2. *de iudiciis*, Hippol. *in singul.*17. & idem quod Menoch. tradit Quintil. Mandos. *reg.*20. *quæst.*9. *num.*3. *fol.*152. & arma magis pretiosa trahunt ad se minùs pretiosa, quæ sequuntur naturam rei magis æstimatæ, *l. id quod*, §. *vlt. ff. de acquir. rer. dom.* cum qua concordat. *l.*35. *tit.*28. *p.*3. notat Fab. *in* §. *si autem, fol.*25. *Instit. de rer. diuision.*

Et mixtum † non continetur sub simplici, quando 128
verba ad literam intelligenda sunt, secund. Dec. *in l. vlt. num.*17. *C. de edict. D. Adria. tollen.* Menoch. *de adipiscen. possessor. rem.*4. *num.*225. *pag.*75. Et mixtum sequitur naturam simplicis dignioris, *c. quanto*, vbi Abb. *notab.*2. & Dec. *num.*2. *de iudiciis*: vbi Dec. adducit regulam, quod accessorium sequitur naturam principalis, etiam si dignius sit; *l. & si non sint*, §. *præueniamus, in fine*, *l. cum aurum*, §. *vlt. ff. de aur. & argen. leg.* licet quandoque minus dignum trahat ad se magis dignum, si habet connexitatem cum digniori, §. *si tamen alienam purpuram, Instit. de rer. diuis.* *Clement. per literas, de præben.* Vnde si præbenda sit coniuncta cum Canonicatu, collatâ præbendâ, Canonicatus qui dignior est, collatus videtur; secund. Ioan. And. Anton. de Butr. & omnes *in c. cum M. de constitution.* & alios quos citat Dec. *in rubr. de iudiciis, num.*2. *fol.*126. Et quando † magis venit acces- 129
sorię, non trahit ad se minus dignum, secund. Domini. *in cap. super eo, de præbend. in* 6. Rebuf. *in cap. extirpandæ*, §. *qui verò, vers. nota tertio, pag.*368. *col.*1. Et quando in vna & eadem persona concurrit duplex obligatio; prævalet illa quæ est principalis, & maioris potentiæ, *l. generaliter, l. cum reus, ff. de fideiuss. l. si reus, ff. de duob. reis*, notat Ant. Gomez. *in l.*45. *Taur. num.*98. Et ideò licèt causa quæ nocet sit

inſpicienda, vbi concurrit cum cauſa quæ prodeſt, (vt
130 ſupra dictum fuit:) fallit, † ſi cauſa quæ prodeſt, ſit potentior, ita vt aliam offuſcet, *l. non intelligitur*, §. *ſi quis palam*, *ff. de iur. fiſci*; notat Bart. *in d. l. ſi quis graui*, §. *vlt. in l. ſi ſeruus plurium*, §. *vlt. ff. de leg.* 1. Alex. *in conſ.* 100. *num.* 8. *lib.* 3. Iaſ. *conſ.* 74. *lib.* 3. ad quod plures refert Tiraquell. quem ſitere pudet me (is inquam) *in tract. de utroque retract.* §. 30. *gloſ.* 1. *num.* 29. *pag.* 650. Cæpola *in l. venditioni*, *num.* 33. *ff. pro empt.* ad hæc videndus, Aymon *conſ.* 276. *n.* 8. *verſ. quinto reſpondeo*, Felin. *in c. fin. de except.* Gomez. *in reg. de triennali poſſeſſore*, *q.* 23. *pag.* 782. & conducunt ſcripta per Alciat. *in tract. præſumptio. reg.* 1. *præſumpt.* 30. *num.* 6. ibi, & facit ad hæc bonus text. *in l. ſed ſi ex meis*, §. *arbor. ff. de acquir. rer. domin.* §. *ſi Titius*, *Inſtit. de rerum diuiſ.* & *l.* 43. *tit.* 28. *part.* 3. ibi:
131 *Que las principales raizes*, & contractus † à præponderanti iudicatur, ſecundùm Alex. *conſ.* 119. *num.* 4. *lib.* 3. per notata *in cap. ad quæſtionem*, *de rer. permut.* & per Bald. *in l. Ariſto*, §. 1. *ff. de donation.* Et arma Regis quis portare poteſt tanquam acceſſoria, non etiam vt principalia, ſecundùm Barth. *in tract. de inſign. & arm. num.* 2. Chaſſan. in Catal. *glor. mund. fol.* 9. *col.* 3. *ad fin.* & facit doctrina Ant. & Abbat. *in cap.* 1. *de verbor. ſign.* vbi volunt, quod ſi terræ pro maiori parte cultæ accedat pars minor nouiter culta; tota tranſit ſub nomine terræ antiquitus cultæ, inſpecta maiori parte; & idem volunt *in cap. quid per nouale*, *eod. tit.* maximè Butrig. *num.* 7. Cephal. *in conſ.* 169. *num.* 8. *lib.* 2.

132 Ex quo infertur † intellectus *ad l.* 23. *tit.* 6. *lib.* 7. *Recopil.* quæ loquitur *de rotura defeſarum*, quæ intelligenda & limitanda videtur ſecundum prædictam doctrinam *Abb. & Anton.* quæ ad hoc eſt ſingulatis: quod confirmo per textum *in l. ſi in partem*, *l. ſi ſtillicidium*, §. *vlt. ff. quemadm. ſeruit. amitt.* Gloſ. *in l.* 1. §. *illud*, *ff. de aqua quotid. & æſtiu.* & ea quæ ſcribunt Menchac. *lib.* 1. *controuerſ. c.* 2. *n.* 7. Tiber. Decian. *in pract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 44. *fol.* 158. Rebuf. *in tract. de decim. quæſt.* 14. *num.* 20. Abb. *in conſ.* 71. *num.* 1. *lib.* 2. Felin. *in cap. cauſam quæ*, *num.* 5. *de præſcription.* Et quando diuerſa reperiuntur, quorum aliqua ſuadent vnam diſpoſitionem, alia alteram, actus
133 † nominatur à maiori parte *d. l. quæritur*, *ff. de ſtatu hom.* per quam rationem, pulchram quæſtionem decidit Bart. *in l. Ariſto*, *ff. de donation.* quem citat Grat. *conſ.* 9. *num.* 147. *lib.* 1. Et vbi bona ſunt ſita in diuerſis locis, offerendus eſt libellus ad petendam poſſeſſionem, vbi eſt maior pars fortunarum, ſecundùm Bald. *in l. vltim. num.* 45. *C. de edict. diui Adrian. tollen. l.* 2. *C. vbi Senator. vel Clariſſ.* tradit & declarat Menoch. *rem.* 4. *de ad piſcen. poſſ. quæſt.* 59. *num.* 480. *pag.* 92. Azeued. *in l.* 4. *tit.* 14. De los deſpojados, *n.* 55. *fol.* 190. Et in omni materia, conſideratio habenda eſt ad illud quod prin-
134 cipaliter † non acceſſoriè, vel ſecundario agitur, *l.* 1. *ff. de authorit. tutor. l. ſi ſponſus*, §. *donationis*, & §. *generaliter*, *ff. de donat. inter vir. & vxor.* cum *concordant.* & per Tiraquell. *in tract. de ceſſan. cauſ. limit.* 22. *num.* 23. *fol.* 197. & conducunt alia plura quæ ſcribit idem Tiraquell. *in tract. res inter alios acta*; *pag.* 2. *cum ſequent.* Quod procedit, etiam ſi acceſſorium ſit maioris valoris, quia inſpicimus quod eſt principale; *l. ſi in emptione*, vbi notat Bart. *num.* 2. *ff. de contrab. emption.* quod in noſtra materia maioratuum ad plura eſt maximi momenti.

Et Vniuerſitas ſcholarium iudicatur Eccleſiaſtica; vel ſæcularis, ſecundum quod in ea eſt maior pars ſcolarium Clericorum, quam laicorum; & è contra ſecundùm Abbat. *in cap.* 1. *num.* 12. *de locat. fol.* 86. & *in rubr. de appell.* vbi Dec. *num.* 14. *fol.* 273. & *in c. cum ab Eccleſiarum*, *num.* 6. *de offic. Ordina.* ſed vbi ſunt tot Clerici, quot laici; Vniuerſitas iudicatur Eccleſiaſtica, vt per eundem Abbat. *in cap. extirpanda*, §. *qui verò*, *num.* 7. *de præben. fol.* 40. vbi lege Rebuf. *in verſ. nota tertio*, *pag.* 368. Tiber. Decia. *in pract. crimin. lib.* 4. *c.* 9. *de Cleric. & Religioſ. num.* 41. *cum ſeq. fol.* 157. Azeued. *in l.* 10. *tit.* 1. *l.* 4. *Recopil. num.* 25. *fol.* 13. Alciat. *in l.* 1. *ff. de verb. oblig. num.* 44. *pag.* 187. & Felin. *in tract. quand. liter. Eccleſiaſtic. nocet. patr. num.* 6. *limitat.* 10. *in vltimis verbus*, *num.* 5. & *in cap. ex literis*, *de conſtitution.* vbi Abb. *num.* 3. & 4. Cæſar. Lamb. *in tract. de iure patronat. lib.* 1. *a.* 10. *prima quæſt. princip. num.* 10. *fol.* 9. quod etiam tract. Bart. *in l.* 3. *num.* 15. *ff. de Colleg. illicit. fol.* 149. Epiſc. Couarr. *in pract. qq. c.* 34. *nu.* 1. Robert. Marant. *in Spec. aur. p.* 4. *Iudic. diſtinct.* 90. *num.* 23. *fol.* 100. Gambara. *de offic. Legat. lib.* 3. *num.* 381. *pag.* 86. Barth. Socin. *conſ.* 6. *num.* 17. *lib.* 1. Maria. Socin. *in cap. ſi quis Clericus*, *num.* 17. *fol.* 74. *de foro compet.*

Et eſt regula generalis, quod magis dignum trahit ad ſe † minus dignum, vt probatur *in d. l. quæritur. ff. de ſtat. hom.* & *in cap. ſacris*, *de ſepulturis*, vbi Abb. & Cardin. & *in l. cum in diuerſis*, *ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* & *d. l. imperium*, *ff. de iuriſd.* vbi Iaſ. *num.* 3. *fol.* 64. poſt *Alex.* octo ſimilia in propoſito adducit, de quo etiam per Lamber. *in eod. tract. iuriſpatron. lib.* 3. *qu.* 9. *fol.* 37. *num.* 5. vbi de hoc plenè agit: Siluan. *conſ.* 9. *num.* 24. Dec. *conſ.* 352. *num.* 5. Alciat. *in l.* 2. *num.* 24. *ff. de verb. oblig.* Menoch. *remed.* 4. *de adipiſcen. poſſeſſ. num.* 29. *pag.* 58. & eſt nobilis caſus *in cap. quod in dubiis*, *de conſecra. Eccleſ. vel Altar.* & *in cap. non æſtimemus* 13. *q.* 2. per quæ, & alia iura *ſupra* citata, poteſt diffiniri egregiè alta, & ſpiritualis quæſtio, quæ iſtis diebus contigit in hac Granatenſi ciuitate in ſanctiſſimis Reliquiis, quæ repertæ miraculosè fuerunt in Monte Sancto, quæ ſunt Reliquiæ ſanctorum Martyrum Cæcilij, Theſiphontis, qui Sancti, ſunt canonizati per Eccleſiam Romanam, iam ſunt mille anni præteriti: cum quibus Reliquiis ſunt iuncta, & connexa aliorum ſanctorum corpora, qui licèt pro Sanctis, & Martyribus habeantur, non ſunt per Eccleſiam Catholicam canonizati: & faciunt ſcripta per Siluan. *conſ.* 10. *num* 13.

Et quando vnum ens habet effectum vnius ſubiecti, & formam alterius; debemus illud nominare à ſubjecto formali tanquam à dignioti, & potentiori: regula eſt ſingularis *l. nam inutilis*, *ff. de accept. leius ciuile*, *ff. de iuſt. & iur.* quam ornat Rebuf. *in d. l. quod iuſſit. ff. de re iudic. num.* 72. Et quæ religioſis adhærent, † religio- 136
ſa ſunt: *l. quæ religioſis*, *ff. de rei vendic.* quem in ſimili propoſito ponderat Rebuf. *in praxi beneficiali*, *tit. de Vicar. num.* 16. *pag.* 294. per quam legem, inquit idem Rebuf. *in tract. de Decimis*, *q.* 61. *n.* 6. quod ſi domus habet duo oſtia, inſpicitur principalius, & id quod eſt anterius, ad ſolutionem Decimæ: & res dicitur eſſe Eccleſiaſtica, † quando participat de illius 137
ſpecie, tanquam de potentiori, vt tradit Aym. Cravet. *conſil.* 247. *col.* 2. & *conſ.* 273. *num.* 1. & *in rubr. ff. de leg.* 1. *num.* 150. & 152. confirmat Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2. *Centur.* 3. *caſu* 256. *num.* 40. *pag.* 465. & legendus eſt idem Menoch. *caſu* 371. *num.* 13. Et per eandem *l. quæ religioſis*, tradit idem Rebuf. *in d. l. quod iuſſit*, *nota.* 1. *num.* 69. *pag.* 70. quod quando ſententia interlocutoria eſt lata cum principali, cenſetur pars diffinitiuæ: & ad cognoſcendam qualitatem rei, † caput 138
inſpicitur, non membra.

Et quando mixtum participat de extremo fauorabiliori, & de extremo alio minus fauorabili, ſemper præfertur qualitas dignior, & fauorabilior, vt per Beroium *in cap. in litteris*, *de reſtitut. ſpoliator.* Et ideò Ieſuitæ dicuntur de ordine Mendicantium, licèt habeant bona, quia ex eorum regula, & conſtitutionibus ſunt in arctiſſima paupertate, vt latè probat Hieron. Gabr. *in conſ.* 28. *num.* 7. *cum ſequent.* pro quo facit quod ſcribit Molina *lib.* 3. *de primog. cap.* 13. *num.* 74. *fol.* 105. vt tracto *in part.* 4. *quæſt.* 23. & eſt notabilis reſolutio Alex. *in conſ.* 20. *num.* 8. *lib.* 3. quod in materia fauorabili, quando copula cadit † inter duo adjecti- 139
ua, ſeu inter duas qualitates, & non conſtat expreſsè, vel conjecturis ad quam refertur, ad nobiliorem refe-

re nda

ferenda eſt. Et inquit Bald. *in l.* 2. *in princip. notab.* 4. *C. communia*, *de legat.* quod in vnitis, magis dignum trahit ad ſe minus dignum, quod reſoluit rectè Ripa *reſponſ.* 92. *num.* 7. quæ magis procedunt in connexis,
140 † quæ inducunt inſeparabilitatem, *l. cum actum*, *ff. de neg. geſt. l. cognitio*, *l. pariter*, *l. vſumfructum*, *l. ſi mater*, *ff. de liberal. cauſ.* cum *concordant.* vt per Rebuf. *in cap.* 1. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet. pag.* 265. *col.* 1. Menoch. *de arbitra. iudic. lib.* 1. *quæſt.* 45. & *lib.* 2. *caſu* 95. *num.* 1. *cum ſeq.* & dicit Gloſ. *in l.* 1. *in princ. ff. de verb.*
141 *oblig.* quod genus à digniori ſui † parte nomen ſumit: & notatur per eundem Iaſ. vbi Pariſ. *in addition.* ad Bart. *in l.* 1. *in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi tradant, quod denominatio fit à potentiori; & id quod poten-
142 tius eſt, trahit ad ſe naturam minus potentis: † cum ſimul permiſcentur, *cap. duo ex tribus*, vbi Domin. *notab.* 3. *de offi. deleg. in* 6. notat Tiraquell. *lib.* 1. *de retractu*, §. 1. *gloſ.* 7. *num.* 82. & tradit in bono caſu in materia poſſeſſorij, vel petitorij, in retractu: Cæſar Grauenſis *in l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſſ. limit.* 2. *n.* 26. *cum ſeq.* 170. qui in iſta materia de mixtura, legi debet: & hoc in pulchra quæſtione tradit Burſat. *in conſ.* 148. *num.* 42. *lib.* 2. vbi ex hoc in caſu in quo conſuluit, decidit, quod qualitas quod quis ſit hæres, præfertur qualitati ſanguini circa ſucceſſionem feudi, & primogenituræ: ad quod contradicit quod ex Bald. *in l. ſi quis Decurio*, *col. fin. C. de falſis*, ſcribit Hieron. Gabriel. *conſ.* 2. *num.* 17. vbi ponit regulam, quod quando duæ qualitates concurrunt, quæ ſeparari nequeunt, vel attenditur potentior; vel ſi ſunt æquè potentes, illa cui ius commune magis fauet; & idem Gabr. latius *conſ.* 8. *num.* 18. & *conſ.* 197. *num.* 7. vbi reſoluit, quod mixtum † aſſumit naturam vnius ſimplicis, etiam ſi ſit
143 minus dignum, provt minùs iuri communi derogatur, ex Abb. *in cap. ſuper quæſtionum*, §. *ſi verò*, *num.* 5. *de offic. Deleg.* Dec. *in conſ.* 453. *num.* 4. & aliis Authoribus ab eo citatis, & idem *in conſ.* 197. & *num.* 12. vbi ſcribit, quod mixtum non continetur ſub ſimplici, quatenùs nocet Tertio.

Et quando inſpatronatus eſt mixtum Clericis, & laicis, ad hoc, vt ei derogari poſſit, vt Eccleſiaſticum eſt iudicandum, *cap.* 1. *de iure patro. lib.* 6. volunt Abb. *in cap. eam te*, *eod. tit.* Pariſ. *in conſ.* 128. *num.* 13. *lib.* 4. Burg. de Paz. *conſ.* 31. *num.* 11. quod eſt notabile ad leges Regni, prohibentes, ne literæ Apoſtolicæ exequantur, quando ſunt conceſſæ in derogationem iuris patronatus laicorum: ad quem addo Azeued. *in l.* 23. *tit.* 8. *lib.* 7. *Recop. n* 1. *cum ſequent. fol.* 164. vbi tractat, an carens gregibus, poſſit producere defenſas quæ habent paſtum, & culturam, & ſi ſunt mixti iuris: de quo legenda ſunt quæ ſcribit Iacob. Pur. *deciſ.* 157.
144 *part.* 3. Et plura † ſingularia propter mixturam permiſſa, tradit Lambert. *de iure patro. lib.* 1. *quæſt.* 6. *n.* 4. *cum aliis*, *fol.* 6. & honor defunctorum repræſentatur in imaginibus, & ſtatuis, *l. ſi ſtatua*, *ff. de iniuriis*: & inquit Bart. *in l. qui libertate*, §. *nec eius*, *ff. de oper. public.* quod delinquit radens ex Capellis arma alicuius; notat Auend. qui ſimilis ſcribit *lib.* 1. *de exequend. mand. cap.* 1. *num.* Roma. *ſingu.* 474. Menoch. *de arbitr. iudi. lib.* 2. *centu.* 3. *caſu* 281. *num.* 5. *pag.* 487. & in hoc ſunt alia pleraque ſimilia quæ omitto.

Rurſus in odioſis, ſub ſimplicibus non continetur mixtum, *l. maritus*, *iuncta l. vim paſſam*, §. *præſcriptione*, *ff. de adult.* notant inter alios Dec. *conſ.* 213. *n.* 4. Quintil. Mandoſ. *in tract. de ſignatur. gratiæ*, *in parte*, *diſpenſationes matrimoniales*, *ad fin. fol.* 90. *col.* 3. Et ſucceſſor videtur committere fraudem, qui acceſſor ièl
145 portando nomen & arma, vult commodum † ex teſtamento conſequi, & quaſi cum quadam imagine, & colore vtilitatem bonorum maioratus percipere, & gloriam & honorem alteri nomini, & armis dare; quod permittendum non eſt: *l. eos. ff. de falſis*, ibi, *Illicitis inſigniis vel falſo diplomate vias commeauerit*, & *l.* 2.
146 *tit.* 7. *part.* 7. Et nobilis ſi ſit proditor, amittit † inſi-

gnia, vt per Dec. *in d. l. eos*, tradit Roma. *in ſing.* 476. *eorum arma*, *& in ſingu.* 669. *An arma*, quem citat Tiraquell. *de pan. tempor. cauſ.* 31. *num.* 21. *pag.* 130. & plura ſingularia de inſigniis tradit Auend. 2. *p. de exeq. mand. cap.* 21. *num.* & pertinent etiam ſcripta per eundem, *d. p.* 1. *c.* 1. *n.* 11. *verſ. & quia menſurarum*: & inquit text. *in cap. diſplicet*, *verſ. & oues*, 23. *q.* 4. ibi, Et vos oues Chriſti eſtis, & characterem Domini portatis, *l.* 21. *tit.* 21. *p.* 2. ibi: *E la otra*, & eſt ad propoſitum notabilis doctrina Bartol. *in l. vlt. in finalib. verbis*, *C. pro ſocio*, quod licet arma nobilium ſint omnibus liberis, & 147
deſcendentibus communia: tamen remanent † apud principalem domus, & in eo tanquam capite ſtat ſplendor genituræ, per *d. l. cum in diuerſis*, & *l. cum ſcimus*, *C. agricol. & cenſit. lib.* 11. quam doctrinam celebrat Tiraquell. *in tract. de primog. in præfat. n.* 138. quæ doctrina quadrat ad ea quæ ſcribo *infra q.* 6. *&* 7. *p.* 4. *n.* 20. Et qualiter deferens arma & inſignia alterius, puniatur? † & poſſit prohiberi ne alius portet? tradit latè 148
Carol. Ruin. *in conſ.* 99. *num.* 16. & 17. *lib.* 1. & quod lite pendente ſint defenda arma Regia, tradit Lancello. *in tract. de attentatis*, *p.* 3. *c.* 29. *n.* 41. *pag.* 90. Et inſignia, vel vexilla alicuius Societatis; ſeu exercitus habentis Capitaneum, vel Magiſtrum, debent permanere penes illum; vt ex Bart. *in tract. de inſignis*, *& armis*, tradit Chaſſan. *in Catal. glor. mund. conſiderat.* 50. & inſcriptio cum armis ſignificat rem eſſe Principis, *l. defenſionis facultas*, *C. de iur. fiſci*, *lib.* 10. notat Pereg. *in tract. de iur. fiſci*, *lib.* 7. *tit.* 3. *num.* 10. *pag.* 401. Et ei cui † competit ſignum, & res ſignata competit: 149
vt in notabili caſu tradit Oldrad. *in conſ.* 6. vbi ex hoc diſputat, quis poſſit erigere furcas, ſi duo cognitionem habent.

Et multum vrgent quæ ferè in terminis noſtris ſcribunt Anchar. *in conſ.* 113. *Iura qua loquuntur*. Ioan. de Anan. *in d. conſ.* 86. *Pro expeditione*, vbi Bolog. *in ad. dit.* quæ duo conſilia vitiosè refert Roch. de Curt. *in tract. de iure patron. in verb. in Eccleſia*, *n.* 14. *fol.* 48. & prædicta duo conſilia lector ad hoc omnino legat, & Lambert. *de iure patron. lib.* 3. *art.* 4. *q.* 5. *princip.* 6. 150
vbi tractat, an † ſucceſſores in Capella poſſint ponere arma diuerſa à fundatore Capellæ? qui etiam citat Anchar. plura ad propoſitum adducentem, *conſ.* 356. & idem Lambert. *lib.* 1. 3. *art.* 4. *q. princip. p.* 2. *n.* 2. *fol.* 151. vbi ponit regulam, quod mixtum ex diuerſis naturis aſſumit ſibi naturam potentioris: & dictum conſilium *Ancharrani* citat etiam Capicius *deciſ.* 27. *num.* 41. vbi tractat quando Eccleſia † prohibere poſſit de- 151
pingi arma in muro, & alia ſcribit ad propoſitum, & Silua nuptialis *lib.* 2. *num.* 67. *pag.* 166. ad quod eſt notabilis doctrina Bartol. *in l. qui liberalitate*, §. *nec cui nomine*, *ff. de oper. publ.* vbi dicit, Nota contra Fratres, vel alios Religioſos, qui Capellam aliquorum defunctorum attribuunt ſub nomine alterius, quia hoc facere non poſſunt. Et nota contra eos qui abraduntarma alicuius, & ponunt arma ſua, vel alterius; & tradunt Roma. *ſingul.* 474. Chaſſan. qui plura ſcribit *in Catal. glor. mund. p.* 1. *conſiderat.* 21. *verſ. hinc videmus*, & inquit Anania *in d. conſil.* quod arma & inſignia, † memoriam conſeruant defunctorum: quod notat 152
Zaſius *conſil.* 2. *lib.* 1. *num.* 13. & regula *d. l. ſi ita ſcriptum*, *ff. de liber. & poſth.* non procedit in fideicommiſſo, in quo conditio eſt rigorosè, ſecundum Bart. *in l. cum auus*, *num.* 5. *ff. de condition. & demonſtrat.* quod latè diſputat Franciſc. Manti. *lib.* 11. *de coniecturis. mentis. defun. tit.* 15. *num.* 15. *pag.* 545. Tandem facit quod ſcribit Ripa *in tract. de peſte*, *in parte*, *de remediis ad conſeruandam vbertatem*, *num.* 145. *fol.* 21. & bona *l.* 1. *tit.* 15. *p.* 1. ex qua confirmatur doctrina Bald. *in d. l. vltim.* de qua agit Roch. de Curte *in tract. iur. patron. in verb. honorificum*, *num.* 99. *fol.* 29. Et nomina præſumptionem, & coniecturam faciunt res eſſe illorum quorum nomina inſcripta, vel arma poſita ſunt, vt tradit Menoch. *lib.* 3. *de præſumpt. præſumpt.* 64. & *lib.* 6. *præſumpt.* 73.

num.

*num.9.fol.*138.ad quem iungo Oſaſc. *deciſ.*40. *num.*2.
Et ex iſtis obiter infero, verum eſſe quod ſcribit Rebuf. *in tract. de decim. q.* 10. *num.*36. *pag.*33. vbi vult
153 quod Curia ſuprema mixta ex Clericis & laicis † non poteſt cognoſcere de cauſis criminalibus: ad quod facit *l.*8. *tit.*3. *lib.*1. *Recopilat.*

Et qui inſignibus altioris ordinis vtuntur, grauiter puniuntur, vt tradit Iul. Paul. *lib.*5. *receptar. sentent. tit. ad l. Corneliam, de teſtam.* confirmat Menoch. *de arbitr. iudic. lib.*2. *cent.*4. *caſu* 320. *num.*12. *pag.*537. Et plura ſingularia de materia ſcribit Rufticus *in tract. quando liberi in conditione poſiti, lib.*2. *cap.*6. *quaſi per*
154 *totum*, & quod identitas armorum † inducat præſumptionem agnationis, aut cognationis, tradit Chaſſan. *in Catal. glor. mund. part.* 1. *conclu.* 41. *fol.*17. Et iniuriоſum eſt arma alterius ab aliis vſurpari, ſecundùm Angel. *in conſil.* 280. Zaſium *in conſil.* 22. *num.*9. vbi etiam refert Iſonem *in rubr. C. vt ne liceat ſine iudice*: dicentem, eum qui inſignia rebus per alium poſſeſſis, antequam iudicatum ſit, imponat; condemnandum eſſe, adempto appellationis auxilio. Et bona in alienam familiam venire, & Maiorum inſignia non conſeruare, ſatis lugubre eſt; vt egregiè tradit Ancharr. *in conſil.*356. *num.*8. Et quod regulariter quis poſſit portare arma coniuncta & vnita cum aliis, tradit Ant. Theſaur. *deciſ.*270. *num.*15. qui id exemplificat in magno noſtro Rege Philippo Catholico: in qua deciſione citat hic ſcripta. Et an minor, vel inferior poſſit præſcribere inſignia ſuperiorum, tradit Roman. poſt Ioan. Andr. quem citat *ſingul.*293. Balb. 2. *p.* 5. *part. princip. q.*3. *n.*11. *pag.*474. faciunt ſcripta per Petr. Gregor. *in ſyntagm. iuris, cap.*21. *n.*7. Capicium *deciſ.*
37. *n.*41. & notabiliter Auend. *in lib. de exequen. mand.*
155 *par.*2. *n.*4. *fol.*182. Et ex † ſigno cognoſcitur ſignatum, vt ex Bald. *in c. cauſa, col.*2. *de probation.* Felin. *in c. nonnulli, n.*1. *de iudiciis*, Ripa *in l.*1. *n.* 74. *ff. ſi cert. pet.* & aliis plurib⁹, tradit *Deciſio Genuæ* 201. *n.* 2. *cum ſeqq.* vbi ſcribit, quod Marca præſumptiuè probat dominium; & alia plura & legendus eſt etiam ad iſta Carol. Ruin. *in d. conſil.* 99. *num.*17. *lib.*1. Matienç. *in l.*6. *glo ſ.*1. 2. &3. *tit.*12. *lib.*5. *Recopil. fol.*403.

Et de nouo veniens poteſt prohiberi accipere ſignum alterius bibliopolæ hoſpitis, vel alterius artificis, ſecundùm Alberic. *in l. quæro, ff. de iure patron.* Rebuf. *in l. ſtigmata, C. de fabricen. lib.* 11. *cum concordant.* & per eundem Rebuf. *in l. vnic. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt: glo ſ.*1. *num.* 44. *pag.* 390. vbi *num* 45. ſcribit; quod mortuo artifice, hæres ſignum, vel inſignia retinebit, alij vero non habebunt inſignia defuncti ſimplicia, ſed quicquam eis addetur. Et perplexitas, ex qua ſequitur contrarietas, vel ali-
156 quod inconueniens, † fugienda eſt; vt per Rebuf. *in cap. extirpanda, §. qui verò, pag.*386. *col.*2. *de præben.* Et eſt difficillimum Nobilibus, quod alij ſe ingerant familiæ, & quaſi poſſeſſionem portandi arma prætendant, vt tradit Zaſius *in l.*1. *§. item acquirimus, num.*20. *ff. de acqui. poſſeſſ.* Chaſſan. *in conſuet. Burg. rubr.*6. §.4. *num.*10. *pag.*850. & etiam inquit in terminis Celſ. *conſ.* 26. *num.*95. quod grauatus nomen & arma portare,
157 † debet ea abſque aliqua mixtura ſumere, & portare. Et de puncto & materia legenda ſunt quæ ſcribit Molin. *lib.*2. *de primog. cap.*14. *n.*28. *cum ſequent. fol.*347. quod cautè legendum eſt propter prædicta; & Ioan. Franciſc. de Ponte *in conſ.*4. *per totum*, in cauſa Ducis de Frias, ſuper ſtatu de Touar, qui refert *Molin.* & alia, ſed non ſunt perfecta. Et ad omnes addo text. *in cap. ſi iudex laicus, de ſent. excom. in* 6. Et quod nobilibus Romanis erant tria nomina, tradit Tiraquell. *in tract. de nobilit. cap.*37. *num.*166. *pag.*566.
158 Tandem eſt ſecundum, † quod arma pro inſignibus accipiuntur, vt probat Rebuf. *in l. armorum appellatione* 41. *pag.*315, *verſ. octauo arma pro inſignibus, ff. de verb. ſign.* & legendus eſt idem Rebuf. *tom.*2. *ad conſtit. Regias, tit. de pannorum mercatoribus. ar.*1. *glo ſ. vnic. num.*8. *pag.*252. vbi poſt Bald. *in l.*1. *C. quæ res vendi non poſſunt*, tractat de eo, qui ſignum ſua authoritate imponit. Et qualiter milites Rhodij, & alij ſimiles priuentur Crucis inſigniis, & armis, tradunt Bald. *in cap. vt noſtrum, de appell.* Rebuf. *in l. quod inſſit, ff. de re iudic. num.*299. *pag.*107. Et quod † conditio ſu- 159
mendi nomen, & arma, non poſſit à Principe remitti, tradit Ant. Theſ. *deciſ. Pede.*270. *num.*6. qui ad hoc citat Epiſcop. Couarr. Molin. & alios, & ibi ſcribit alia plura ad propoſitum notanda, de grauamine nomen, & arma deferendi: & *num.*9. notat quæſtionem noſtram, an talia arma ſint deferenda ſyncera, pura, & ſimplicia ſine aliqua intermixtione. Et quomodo inſignia † & arma appoſita in ſcutis, domibus, & aliis rebus 160
probent nobilitatem? tradit latè Ioan. Guttier. *lib.* 3. *pract. quæſt. q.*16. *n.*105. *cum ſeqq. pag.*205. & de armis, lege Alciatum *lib.* 5. *paradox. cap.* 13. & Ferronum quem citat Rebuf. *in l. armorum appellatione.* 41. *pag.* 315. *ff. de verb. ſignific.* & inſignia, & arma tranſeunt in directum hæredem militarem, non in fideicommiſſariū: vt per doctrinā Bart. *in tract. de inſignijs, & armis, col.*3. *verſ. quæro qualiter*, tradunt Anania *in d. conſ.*86. *in fi.* Guillel. *in cap. Rainuntius, de teſtam. inverb. ſi abſque liberis, el* 2. *n.*26. Sforcia Oddus *in tract. de ſubſtitution. tract. compendioſæ part.*5, *præmiſſo ſexto, n.*14. *fol.*85. Sed quod quis poſſit aſſumere † nomen, & inſignia aliena, dummodo alteri non fiat præiudicium, tradunt Bart. *in* 161
tract. de inſignijs, Bald. *in l.*1. *C. quæ res vendi non poſſunt* Vinius *lib.*2. *commun. opin. opi.*193. *pag.*461. Vbi autem teſtator ordinauit, quod quis non portet arma coniuncta, vel mixta cum aliis, hoc ad vnguem eſt ſeruandum, & ceſſabunt difficultates.

SVMMARIVM.

162 *Primogenitus minor ſi conditionibus non pareat, an habeat reſtitutionem.*
163 *Minor reſtitutionem habet aduerſus conditionem poteſtatiuam.*
164 *Et illi ex iuſta cauſa eſt ſuccurrendum.*
165 *Et an reſtituatur aduerſus moram à ſe commiſſam? opinio affirmans.* & num. 169. *Negans*, 174. *Authoris ſententia.* à num.175. vſque ad 179.
166 *Quid in legato per conditionis defectum.*
167 *Hæres minoris an poſſit petere reſtitutionem aduerſus modum non impletum in vita minoris.*
167 *Speciale beneficiū per verba generalia non tollitur.*
170 *Statutum prohibens petere reſtitutionem, qualiter debeat interpretari.*
171 *Minor an excuſetur à pœna contra non ſoluentes gabellam.*
172 *Reſtitutionis beneficium non cenſetur excluſum niſi contrarium probetur:*
173 *Minor intra quod tempus poſſit reſtitutionem petere.*
177 *Minor ſi reſtituatur an recuperet fructus, quos ſecundus vocatus percepit, vbi reſoluitur difficultas,* à num. 162. *præacta.*
178 *Et an abſentibus, & ignorantibus currat tempus in hac ſpecie.*
179 *Minor an dicatur læſus ad petendam reſtitutionem prius quàm conditio eueniat.*
180 *Succeſſores in maioratu qualiter poſſint ignorantiam allegare.*
181 *In his quæ quis inquirere tenetur, ignorantia non excuſat.*
182 *Vbi de priuatione agitur, notitia clara requiritur:*
183 *Poſſeſſor maioratus alienans rem aliquam illius, ignorando eſſe vinculatam, an tali ingnorantia excuſetur.*
184 *Primogenitus an moram purgare poſſit, ſi conditionibus non paruerit.* & n. 186.
185 *Donatarius qui aliquid ex pacto exequi tenetur, an poſſit moram purgare.*

187 *Verbà*

187 *Verba*, ex nunc, *quid importent.*
188 *Mora non poteſt purgari, quando renunciatur omni legum auxilio.*
189 *Fructus qualiter ad fideicommiſſarium pertineant.*
190 *Quid quoad inducendam exceptionem.*
191 *Et qualiter purgetur.*
192 *An requiratur interpellatio.*
193 *Authoris ſententia.* & num.194. & 195.
196 *Teſtator ſi non adiciat tempus ad conditiones exequendas, intra quod tempus ſunt exequendæ.*
197 *Conditio poteſtiua eſt exequenda per legatarium quamprimo poterit. Et vbi quid in maioratu?*
198 *Tempus implendi conditionem ignorantі an currat.*
199 *Ex vinculis & grauaminibus à teſtatore adjectis colligi debet, quo tempore eas ſucceſſores implere teneantur.*
200 *Succeſſor in maioratu tenetur parere omnibus conditionibus copulatiuè adjectis.*
201 *De mente teſtatoris vbi conſtat, an fiat concurſus copulæ.*
202 *Pœna priuationis quibus in caſibus locum habeat, ſi non obſeruentur omnes conditiones a teſtatore ordinatæ, maximè per copulam ſcriptæ.*
203 *Primus ſucceſſor, & omnes in infinitum tenentur conditionibus parere, ſi tractum habeant ſucceſſiuum.* & num. 205.
204 *In donatione, in qua continentur plures ſubſtitutiones, tot dicuntur donationes quot perſonæ in ſubſtitutionibus continentur.*
206 *Conditio appoſita in perſona vnius an cenſeatur in alio repetita.*
207 *Conditio pœnalis de caſu ad caſum non extenditur.*
208 *Conditio an cenſeatur repetita in diuerſis orationibus.*
209 *Subrogatus non aſſumit naturam ſubrogati quoad pœnam.*
210 *Conditio appoſita in primo legato, in ſubrogato repetita intelligitur.*
211 *Pœna in fine appoſita an reſpiciat omnia præcedentia.*
212 *Pœna in vna parte teſtamenti, an cenſeatur in alia repetita.*
213 *Lex cum non imponit pœnam, ab homine impoſi non poteſt.*
214 *In pœnalibus hæres hæredis an dicatur hæres.* & num. 215. & 218.
216 *Repetitio qualitatis ex voluntate teſtatoris colligitur.*
217 *Conditiones ex tacita voluntate an cenſeantur repetitæ.*
219 *Pœna priuationis fideicommiſſi perſonam non nominatam an comprehendat.*
220 *Grauatus contrahere cum perſona de tali cognatione, an maioratum amittat, cùm teſtator pœnam contrauenienti non iniungit.*
221 *Grauamen appoſitum vlterioribus, an cenſeatur datum primis.*
222 *Onus cum perſonaliter adiungitur, an cenſeatur hæreditas grauata.*
223 *Pœna impoſita contra authorem qualiter non extendatur ad hæredem.*
224 *Conditiones an exequi ſufficiat, ſatisfaciendo menti illius qui eas iniungit.*
225 *Mens verſimilis circa mentem teſtatoris magis conſideratur quam verborum rigor.*
226 *In conditione voluntaria an ſufficiat voluntarium per æquipollens.*
227 *Actus habens eandem vim, quam deſiderat forma, valet, licet ad vnguem forma non ſeruetur.*
228 *Clauſula vbi eſt irritans, non ſufficit effectus; ſed requiritur quòd forma præcisè obſeruetur.*
229 *Succeſſores in maioratu nihil poſſunt innouare in conditionibus per teſtatorem iniunctis, nec alias nouas ponendo, nec antiquas remittendo.*
230 *Princeps an poſſit modificare donationem à ſe factam.*
231 *Donans an poſſit nouas conditiones adijcere.*
232 *Hæredes teſtatoris an teneantur probare ſe legata adimpleuiſſe.*
233 *Allegans ingratitudinem, illam probare tenetur.*
234 *Quid in donatione.*
235 *Conditionem qui dicit impletam id probare debet.*
236 *Patres non poſſunt recedere à contractu antequam exiſtat vel non exiſtat conditio.*
237 *Conditiones appoſitæ in aliqua clauſula maioratus.*
238 *An cenſeantur in aliis repetitæ.*
239 *Copula, Et, poſita inter duo legata, quando repetitionem inducat. Quid in diuerſis perſonis in eadem, oratione poſitis.* num. 244.
240 *Conditio in teſtamento appoſita, cenſetur in codicillis repetita.*
241 *Diſpoſitio à teſtatore in primo teſtamento cum certa qualitate, ſi in ſecundo teſtamento repetatur ſine illa qualitate, an talis qualitas repetita cenſeatur.*
242 *Conditio in vna oratione adjecta, quando videatur in alia repetita.*
243 *Clauſula maſculinitatis appoſita in fideicommiſſo vniuerſali, an cenſeatur in particulari repetita.*
245 *Bona aliqua ſi quis antiquo maioratui addat, an cenſeantur grauamina & conditionem prioris repetere.*
246 *Diſpoſitio ſequens, ſecundum naturam præcedentem facta intelligitur.*
247 *Maſculi ad fideicommiſſum vocati cenſentur, cùm teſtator in vocationibus factis in codicillis ad vocationes factas in teſtamento ſe refert.*
250 *Ad inueſtituram originalem ſemper eſt recurrendum, niſi contrarium appareat.*
251 *Proximior ad ſucceſſionem vocatus tenetur parere conditionibus, ſub quibus alij fuerunt vocati.*
252 *Verba importantia modum vel conditionem.* & num.253. 254. 255. 257. 258. 262. 263. 264. 277. 278. 279. 281. 283. & 289.
256 *Legatum potius præſumitur in diem, quam ſub conditione.*
259 *Verba in dubio moralia indicantur.*
260 *Conditio ſæpè pro pacto apponitur.*
261 *Grauamen appoſitum in ſucceſſione primogenituræ an ſit conditio.*
265 *Hæres an priuetur hæreditate ſi modum non adimpleat, cùm eius fauorem modus concernit.* & num.269.
266 *Donatio ob cauſam dicitur, quando cauſa fauorem donantis reſpicit, qua excludit liberalitatem.*
267 *Modus Tertij vtilitatem reſpiciens, cauſa finalis dicitur.*
268 *Fideicommiſſum an poſſit dari cauſa donationis implendæ.*
270 *Donatarius Regis ſi modos in donatione appoſitos non obſeruet, donationem amittit.*
271 *Diſpoſitio omnis in dubio pura cenſetur.* & num. 272.
273 *Dictio* Item, *quando ſit repetitiua conditionum præcedentium.*
274 *Modus quando comparetur conditioni, & conditio accipiatur pro pacto.*
275 *Actus an haſcatur in modo.*

276 *Conſenſus expreſſus debet eſſe, quando de implemento conditionis agitur.*

280 *Legitimatio cum dictione* (dummodo) *facta, quæliter debeat obſeruari.*

282 *Infertur intellectus* ad l. 27 i Tauri *hodie*, l. 11. tit. 6. lib. 5. Recopil. *& n.* 287.

284 *Obligatus an ſit ille, qui obligatur, dummodò alium indemnem conſeruet, ſi conditio non purificetur.*

285 *Maioratus cum Regali facultate inſtitutus, dummodo filiis alimenta competentia relinquantur, an valeat ſi talia alimenta non relinquuntur.*

286 *De natura dictionis, dummodo non eſt annullare, ſed ad formam reducere. & n.* 288.

290 *Verba modalia habent vim conditionis, quando hoc ex mente teſtatoris conſtat.*

291 *Grauatus an interpellari debeat, vt modum impleat.*

292 *Conditio qualiter reſpiciat modum aut conditionem? remiſſiue.*

293 *Modus quando debeat impleri per viam compulſionis, & conditio per modum excluſionis.*

294 *Gradu perempto, an conditio extinguatur, præcipuè deferendi nomen.*

295 *Hæres an poſſit reuocare donationem ob pacta, & conditiones non ſeruata.*

296 *Reuocatio cum pendet ex contractu, ius reuocandi tranſeat ad hæredem.*

Poſt numer. 296. inuenies ſummaria quæ deſiderantur.

162 NOtandum etiam eſt in iſta materia, quòd ſi primogenitus grauatus aliquibus parere conditionibus eas non exequatur, ſi ſit minor † habet reſtitutionem aduerſus non implementum conditionum, ſeu vinculorum, ſicut in cæteris rebus. Nam minor reſtitutionem
163 habet aduerſus conditionem † poteſtatiuam non impletam, *l. 3. §. & ſi hæres inſtitutus, l. ſi ſine, in princ. ff. de*
164 *minor. l. ſi quis patrem ff. ad Macedon.* ibi *ſed minori* † *ex iuſta cauſa ſuccurrendum, l. vlt. ff. qui pro tutor.* bonus textus *in l. Imperatores, §. 1. ff. de public.* & bona *lex 5. tit. 19. part. 6.* & ad iſtam ſententiam eſt Gloſſa expreſſa *in l. pupillorum, C. de admin. tutor. in verb. rei amiſſæ*, quæ tractat de intellectu textus, *ibi*, cuius ſunt verba, *Pupillorum, ſeu minorum defenſores, ſi per eos donationum conditio neglecta eſt, rei amiſſæ periculum præſtent*; dicit prædicta Gloſſa, quod in caſu illius textus, minori competit reſtitutio ad rem auocandam, vel datur actio contra tutorem, & datur optio, & electio ad agendum, notat Bald. *in l. pupillorum*, Aretin. *in conſ. 67. Diligenter, & maturè, col. 3. verſ. venio ad quartum*, Carol. Ruin. *conſ. 199 Viſo ſtatuto, lib. 1. & conſil. 33. Quæſtio iſta, lib. 3. numer. 8.* Quemada *in quæſt. fiſcalib. quæſt. 13. fol. 42.* Decius *in conſil. 161. verſ. poſtremo*, qui id limitat in implemento conditionis legalis, facit regula *l. minoribus, C. de his quib. vt indig. l. 15. titul. 7. part. 6. l. 11. titul. 8. lib. 5. Recopil. l. vltim. tit. ul. 9. lib. 3. fori.*

165 Et minor reſtituitur † aduerſus moram à ſe commiſſam, ſecundum Alex. *in conſ. 141. n. 10. lib. 5.* poſt Bald. *conſ. 180. lib. 4.* Sforcia Odd. *in tract. de in integr. reſtit. part. 2. quæſt. 82. art. 9. num. 111. pag. 877.* ad quem addo Mauricium *in tract. de in integr. reſtit. cap. 365. n. 1. & 2. pag. 230.* & textum egregium *in l. Iulianus, §. fin.* vbi Bart. *ff. ex quib. cauſ. maior.* in qua conceditur reſtitutio abſenti, vt reſtituatur, & aſſequatur le-
166 gatum, quod per conditionis † defectum, & ceſſationem conſequutus non fuerat. De quo textu agit idem Mauricius *in d. tract. c. 345. pag. 223.* quibus adde Roman. *in ſingul. 93.* vbi dicit, Hoſpitale eſſe reſtituendum aduerſus defuncti voluntatem non impletam. Et in notabili caſu in quibuſdam Monialibus grauatis, ne bona ſub pœna ad quoſdam Fratres venirent, probat per plura (oblitus de iſtis) Ioan. Guttier. *lib. 2. practic. quæſt. quæſt. 115. numer. 8. cum ſequentib.* & vide Bernard. Diaz de Lugo *in regul. 219. numer. 3. ſimilitudine 2.* Coſtam *lib. 2. ſelectar. cap. 4. l. hac conditio 2. pag. 263. col. 2. num. 2.* qui alios citat Mauric. *in tract. de in integr. reſtit. cap. 286. per totum*, licet præcedentia & ſequentia non referat: Cæſar. Lambert. *de iure patronat. lib. 1. 4. q. princip. articul. 11. num. 1. fol. 32.* Aym. Crauet. *in conſ. 204. numer. 23.* Quemada *in quæſt. fiſcalib. quæſt. 13.* facit text. *in l. ex cauſa, §. ſi in commiſſum ff. de minorib. l. 6. titul. 7. part. 5.* in verſic. *Eſſo miſmo dezimos*; & donatarius pupillus qui conuenta non adimpleuit excuſatur, ſecundum Cornetum *conſ. 252. dubio 2. lib. 3.* Ripam *in l. vltim. n. 108. C. de reuocand. donation.*

Et hæres † minoris poteſt petere reſtitutionem ad- 167
uerſus modum non impletum in vita minoris, ſecundum Matth. de Afflict. *deciſ. 310.* quem citat Hieronym. Gabr. *in conſ. 5. n. 21.* De quo legenda ſunt quæ ſcribit Bertazol. *in l. ſi quis maior, C. de tranſact. num. 387.* Et ad hanc concluſionem etiam pondero notabilem caſum *in l. Titia cum teſtamento, §. ſi ea conditione, ff. de legat. 3.* ibi, *Si ea conditione libertos fideicommiſſum relictum eſt, ne à filiis eius recederet, & per tutores factum eſt, quominus conditionem impleret, iniquum eſt eum, cum ſit inculpatus, fideicommiſſi emolumento carere*: ad quod etiam facit, quod per verba † generalia non tollitur 168
ſpeciale beneficium, *l. Decurionibus, C. de ſilentiar. lib. 11.* notat Bartol. Socin. *in conſ. 299. Quæſtio iſta, num. 8. lib. 3.* de quo vide quæ ſcribo *in q. 1. in 1. part. tractat. n. 98.* Et ſemper minor † reſtituitur, niſi contrarium in iure reperiatur, ſecundum Bald. *in c. 1. §. 1. fol. 26. quo tempor. miles.* & Laurent. Calcan. qui ex aliquibus confirmat *in conſ. 74. n. 47.* & conducunt plura quæ refert Tiraq. *lib. 2. de retract. §. 35. gloſſ. 2. num. 9. pag. 709.* Gloſ. Pariſien. *in Conſuetud. Pariſ. §. 1. gloſ. 7. n 6. fol. 41.* Et minor reſtituitur aduerſus † negligentiam, ſecundum 169
Calcaneum 75. *n. 47.* Seraphin. *in tract. de priuileg. inramen. priuileg. 33. n. 3. pag. 200.*

Et ſtatutum † prohibens petere reſtitutionem in 170
integrum, cum ſit correctorium, debet ſtrictè interpretari, ſecundum Pariſium *in conſil. 13. num. 43. 44. & 45. lib. 1.* Anton. Auguſtin. *in conſ. 38. num. 2. lib. 2.* Sforcia Oddus *in tract. de in integr. reſt. part. 1. q. 15. art. 1. n. 16. pag. 392.* qui varia ex hoc infert, & nos inferre poſſumus ad leges noſtri Regni. Imò fortius ſcribit Carol. Ruin. *in dict. conſ. 199. num. 4.* quod minori competit reſtitutio, etiam patre mortuo. Et dato caſu quod conditio aliquo modo impleri non poſſit, per textum ſingularem, quem ad hoc ponderat *in l. Iulianus, §. fin. ff. ex quib. cauſ. maior.* Et hoc confirmatur in reſolutione Iulij Ferreti *in tract. de gabell. n. 335.* vbi tradit, quod † 171
minor excuſatur à pœna contra non ſoluentes gabellam appoſita; pro quo facit *d. l. part. 6. tit. 7. part. 5.* & faciunt ſcripta per Ægid. Boſſium *in pract. crimin. tit. ſi aduerſus rem iudicatam reſtitutio poſtulatur, n. 24. pag. 568.* Ioan. Garcia *in tract. de nobilit. gloſſ. 6. §. 1. n. 54. fol. 176.* Ioann. Guttier. *lib. 1. practicar. q. 51.* Et hanc noſtram quæſtionem decidit & tenet in terminis Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens, C. de in integr. reſtit. minor. in verb. vel aduerſarij dolo. num. 30. cum ſequentibus, fol. 274.* vbi refert quæ hic tractantur: pluribus allegationibus ornat idem Pereira *in loco citato, num. 79.* hodie *pag. 1283. in volum. tractatuum reſtitution.* & *in verb. laſ. n. 39. fol. 305.* hodie *pag. 1308.* & tradit Tiraquel. *lib. 1. de retractu. §. 35. gloſ. 4. n. 41.*

Et reſtitutionis beneficium † nunquam cenſetur ex- 172
cluſum, niſi contrarium probetur, ex famoſa Gloſſa *in l. poſtquam liti, C. de pact.* quam late ornat Caldas Pereira *in d. l. ſi curatorem habens, in verbo, implorari in integrum reſtitutionem, num. 48. cum ſequentibus, fol. 178.* & in *verb. per quod priſtinum ius, num. 51. fol. 409.* hodie *pag. 1434.* Otalora *in tractat. de nobilit. 2. part. 3. partis, cap. 9. numer. 22. pag. 216.* Simon de Pretis *lib. 3. de interpret. defunct. volun. interpret. 1. dubii. 5.*

bit. 5. ſolut. 4. num. 37. fol. 215. Lancellot. *in tract. de attentatis, p. 3. cap. 29. num. 157. pag. 86.* poſt Beccium *in conſil. 12.* Parladorius *part. 2. cap. 11. n. 6. pag. 117.* faciunt tradita per Menoch. *in tract. præſumpt. lib. 5. præſumpt. 2. num. 28.* Iaſ. *in l. 1. num. 10. ff. de in ſid. omn. iudic.* Balb. *in tract. de præſcription. 4. p. 4. partis, quæſt. 29. num. 6. pag. 371.* Auend. *lib. 1, de exeq. mand. cap. 4. n. 17 fol. 46.* Azeu. *in l. 3. tit. 7. lib. 7. Recop. n. 56. fol. 153.* Menoc. *in tr præſumpt. l. 2. præſumpt. 48. n. 43.* & ad hoc eſt melior textus de iure, qui non refertur *in authent. quod obtinet, C. de dote cauta non num.* & faciunt ſcripta per eundem Menoc. *de adipiſc. poſſeſſ. rem. 4. n. 906. pag. 129.* & *de recuper. rem. 17. n. 15. pag. 543.* Anton. Gabr. *in communib. tit. de reſtit. ſpoliator conclus. 5. n. 241. pag. 289.* per quam Gloſſam, & ſcripta per Decium *in d. l. poſtquam liti, C. de pact. n. 4.* tenet Menoch. *de retin. poſſ. rem. 3. n. 845. pag. 251.* & per prædicta diſputatum fuit, an *lex. 4. tit. 17. lib. 4 Recop.* quæ tractat de excluſione nullitatum; excludat reſtitutionem in integrum? & denegandam eſſe ſcribit ibi Azeued. & *in l. 8. tit. 20. lib. 4 Recop.* & Gloſſ. *in d. l poſtquam liti*, ex pluribus ornat Barthol. Socin. *in conſ. 299. n. 4 cum ſeq. lib. 2.* & per d. Gloſſ. *in d. l. poſtquam liti*, tradit Gregor. Lop. *in l. 36. tit. 5. part. 5. in gloſ. in verb. menos de la mitad, verſ. prolimitatione*, quod *lex. 143. in quaterno gabellarum*, non procedit; petita reſtitutione in integrum, quia per illam legem non tollitur beneficium reſtitutionis. Et quod per verba generalia nunquam comprehendantur minores, tradit Rebuf. *in tract. de nominat. q. 8. n. 17. pag. 138* Et infero etiam, veram eſſe ſententiam Azeued. *in l. 3. tit. 10. lib. 4. Recopil. n. 6. fol. 143.* vbi contra
173 Auendanum & Villalobum reſoluit, quo minor, anno tranſacto qui datur abſentibus, † poteſt reſtitutionem petere; pro quo faciunt ſcripta per Caldam Pereiram *in l. ſi curatorem habens, C. de in integr. reſtit. part. 2. quæſt. 82. art 7. n. 64. pag. 875. & art. 8.* Mauricium *in tract. de in integr. reſtit. c. 169. pag. 115.* ſed Auendanum ſequitur Guttierr. *lib. 1. pract. quæſt. q. 76. n. 1. pag. 144.* ſed (ô Deum immortalem) contrarium ipſe tenet poſt alios, quos citat *lib. 3. practic. quæſt. q. 32. num. 7. cum ſequentib. pag. 398.*

Et per iſta verba generalia, quòd quis non poſſit inquietari, vel moleſtari directè, vel indirectè, non derogatur reſtitutioni in integrum, vt tradunt Barthol. Socin. *in conſ. 1. lib. 2. Ripa in cap. 1. de reſcript. num. 48. fol. 349.* Et hoc videtur tenendum; licet Aymon. Cranet. *in conſil. 193. n. 1.* cum aliis, latè teneat minorem non eſſe reſtituendum aduerſus alienationem quam fecit contra prohibitionem teſtatoris, qui in caſu alienationis ſtatuerat, quod bona ad vxorem deuenirent. Quod conſilium notandum eſt ad eos qui alienant bona maioratus qui grauati ſunt, ne alienent ſub pœna, quod ad ſequentem in gradu deferantur. Et quod maior viginti quinque annis non audiatur contra renunciationem primogenituræ, tradit Gloſ. Pariſ. *in conſuetudin. Pariſien. §. 8. n. 25. fol. 115.* & quod non
174 habeat reſtitutionem, † nec poſſit moram purgare, probat Matth. Felician. *inter conſilia Pauli, conſ. 259. lib. 1.* Iatius omnibus Pariſ. *conſil. 19. n. 83. lib. 2.* qui citat dictum Authorem, & alia plura. Illud autem conſilium *Aymonis* vitioſè citat Marzarius *in epitome, de fideicom. q. 45. in fine*, & Aymon. *in d. conſil. 193.* refert Ioan. Ceph. *in conſ. 356. n. 21. lib. 3.* vbi illum ſequitur, & *in num. 7. cum aliis pluribus ſequent.* iſtam vltimam opinionem tenet, ſcilicet, minorem ſcientem grauamen & conditionem, non eſſe reſtituendum, ſi non obtinuit, & contra fecit: quod ſequi videtur Sim. de Prætis *lib. 4. de interpret. defun. volun. dubit. 11. n. 2. fol. 443.* hodie *pag. 1294. in volum. tractatuum reſtitutionum.* Et qualiter minor reſtituatur aduerſus non petitam inueſtituram, tradunt Gloſ. *in c. 1. §. præterea, de prohib. feudi*; *per Federicum*, Hoſtienſ. *in ſumma, titul. de feud. §. quibus modis*; & alij quos citat Chaſſa

in conſuetud. Burg. rubr. 3. des Fiefs, §. 2. numero 7. pag. 410. Et an minori detur reſtitutio in beneficialibus, tranſacto triennio, tradit Rebuf. *in tract. de pacti. poſſeſſ. num. 397.*

Ego quidem ſine dubio teneo, minorem eſſe reſti- 175
tuendum aduerſus † culpam grauaminis, & conditionis non impletæ, ſi omnia integra ſunt: ſecus è contrario, ſi non omnia integra ſunt; argument. *l. quod ſi minor, §. Scæuola, ff. de minor.* quem vltra antiquos explicat Emmanuel Coſta *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, part. 2. numero 49. ff. de liber. & poſthum.* Epiſc. Couarr. *lib. 1. reſolution. cap. 5. num. 7.* Cald. Pereir. *in l. ſi curatorem habens, in verbo, læſis, numero 47. fol. 308. C. de in integrum. reſtitut. minor.* Ex qua diſtinctione infertur, quod ſi minor fuit grauatus non contrahere matrimonium ſub pœna amiſſionis maioratus cum certo genere perſonarum, & contrauenit nubendo voluntati, & præcepto teſtatoris, non poteſt petere reſtitutionem contra talem inobedientiam, & contemptum, vt probatur ex regula *dicti §. Scæuola, ff. de minor.* Quod etiam obiter tetigi *part. 1. quæſt. 50.* Et idem erit in omnibus caſibus in quibus res non ſit integra, ita vt poſt obtentam reſtitutionem res non poſſit reduciad primum ſtatum. Et prædicta opinio quod minori ſit concedenda reſtitutio, magis locum vindicabit, vbicumque culpa ab eo commiſſa fuit in omittendo, per Gloſſam *l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum, & in l. auxilium, in verb. ceſſabit, ff. de minor.* Angel. *in tractat. de Inuentario*: Corſet. *in ſingul. in verb. pœna*, Paul. Caſtrenſ. *in l. 2. C. de liberi. & eor. liber.* & alios quos refert Tiraquell. *in tract. de pœnis tempe. cauſa 44. num. 43.* pag. 82. & opinionem *Cald. Pereiræ* in quantum vult denegandam eſſe reſtitutionem filiæ, quæ alij nupſit, non cui pater præcepit, ſi omnia non ſunt integra, veriorem credo: per regul. *d. §. Scæuola*, licet ipſe per eam non moneatur: & in practica eſt ſeruanda, contra Aretin. *conſil. 67.* quem ſequitur Mauricius *in tract. de in integrit. reſtitut. cap. 287. pag. 189.* qui vitioſè refert Curtium.

Ex quibus etiam infertur intellectus ad id quod diſputat Molina *lib. 3. de primogenit. cap. 13. num. 63.* vbi tractat, an minor reſtituatur aduerſus negligentiam † quam habuit non intentando remedium tenu- 176
tæ in termino præfixo; per *l. 9. & 10. titul. 7. lib. 5. Recop.* quod nouiſſimè diſputat Ioan. Guttierr. *libro 2. practicar. quæſt. 89. per totam.* Pro quibus facit regula *l. 3. §. ſi hæres*, vbi Barthol. *ff. de minoribus.* vbi probatur, quod minor reſtituitur, ſi ex ſua parte contractum non impleuit, & volunt Baldus *in d. l. pupillorum, C. de repudian. hæredit.* Paul. *in conſ. 47. l. 2.* & alij quos citat Aymon *in conſ. 204. num. 23.* qui refert notata *in d. conſ. 193.* Et qualiter in remedio tenutæ ſit concedenda reſtitutio, tradit Petr. Auguſt. Morla, *in emporio iuris, part. 1. titul. 5. de in integr. reſtitut. quæſt. 6. num. 6. fol. 254.* Et quòd ſi filia grauata contrahere matrimonium cum aliquo, non pæruit, ſed ex voluntate matris alij nupſit, & poſt factum matrimonium deceſſit; & mater fuit eius hæres; an poſſit petere reſtitutionem tanquam hæres filiæ? diſputat latè Ioan. Mauricius *in tractat. de in integrit. reſtitut. quæſt. 286.* vbi concludit poſſe petere reſtitutionem, poſt Curtium, quem citat *conſ. 67.* ſed eſt conſilium *Aretini*; quod conſilium non inuenio nequein Curtio Seniore neque in Curtio Iuniore.

Sed dubitur, an hic minor vocatus ad maioratum, petita & obtenta reſtitutione, recuperare poſſit fructus, quos ſecundus vocatus percepit eo tempore quo maioratum poſſedit propter eius inobedientiam? Et breuiter videtur, quod fructus habere † non de- 177
beat; cum propria culpa ceciderit à poſſeſſione bonorum maioratus, & alter interim bona fide poſſederit bona, & tanquamm verus dominus: & ideo ad eorum

reſtitutionem non tenetur : *l.bona fide, ff.de acquir.rer. domin.§. ſi quis à non domino, Inſtit. de rer. diuiſ.* cum *vulg.* licet aduerſetur regula *l.quòd ſit minor, §.reſtitutio, ff.de minor.* de qua plenius ago *in 4. p.* & ex Tiraquel. *dicto loco.num.1. cum aliis*, reſolui poteſt, cum tempus conditionum exequendarum currat minoribus, & ex
178 *gloſ.3.& 4.& ſeq.* Intelliges etiã an abſentibus, vel ignorantibus obſit, † non obſequi & implere conditiones appoſitas per conditores maioratuum intra tempus ab eis præſcriptum? & *in d.gloſ.4. n.13.* poſt Bald. *in l.1. q.9.C.de inſtitut. & ſubſtitut.* tractat, an tempus implendæ conditionis currat ignorantibus, ibi. *ignorantibus.* Et an minor dicatur læſus ad petendam reſtitutio-
179 nem † priuſquam conditio eueniat, lege in Bartolo *in l.1. §. quidam, in fine, ff. quando appellandum ſit :* Bald. *in l.Caius, ff.de adminiſtr.tutor.* Fulgoſ. *in l.nam & poſtea, §.ſi minor, num.4.ff.de iureiuran.* Sforcia Oddo *in tract. de reſtit. ut. in integr.p.1.q.19.art.5. num.60. pag.435.* quod reputo ſingulare in iſta materia.

180 Poſſunt etiam † ſucceſſores in maioratibus allegare ignorantiam conditionum, & vinculorum, vbicunque ignorantia fuerit probabilis & verisimilis, ac non affectata, argum.text. *in l.ſtatuliberos, §.ſi quis haredi, ff. de ſtatuliber.* & *in l.ſi in diem, ff. de condit. & demonſt.* & aliorum iurium & autoritatum, quas citat, & cumulat ad propoſitum Tiraquel. *d. §.35.num.1. cum aliis pag.* 711. Ex quibus vera reſolutio in practica ſumi poteſt, perpenſa antiquitate maioratus, & aliis coniecturis, & circunſtantiis : & faciunt quæ ſcribit idem Tiraquel. *eod lib.1.§.1.gloſ.6.num.250.& §.8.gloſ 7.num.22.pag.* 454. & §.36. *gloſ.2. num.57. pag.* 717. & tradit Ripa *in d.l.vlt. C. de reuocan. donat.q.31. num.107.* & ignorantia vel ſcientia colligitur ex notitia teſtamenti, ex vicinitate, & publica voce, & fama, vt explicat Simon de Pretis *lib.3.de interpret.defun. volun.ſolut.2.num.52. fol.* 349. eleganter Alex. *in materia fideicommiſſi*, vbi Gloſ. Par. *in conſ. 3. num.2. cum ſeqq. lib.3.* Et de iſta materia ignorantiæ plura refero & ſcribo *ſupra p. 1. q.51.* Et ſcribit Andreas ab Exea *in c.2.num.52. cum ſeqq.pag.281. de conſtitut.* Et in his quæ quis inquirere
181 † tenebatur, non excuſat ignorantia, *c.ad falſariorum, de crim. falſi.* notat Quintil. Mandoſ. *in tract. de ætate minor.q.26. num.6. fol.25.* vbi addit ignorantiam non excuſare in his quæ quis facile ſcire potuiſſet : & faciunt quæ ſcribo *infra p.4.q.13.*

Animaduerto autem aliud ſingulare, quod vbi agitur de amiſſione alicuius iuris acquiſiti, debet ſcientia legitimè & clarè probari, nec ſufficit fama, aut coniecturæ, aut præſumpta ſcientia, ſecundum Carol. Ruin. *in conſ.66.num.19. & 20.lib.3.* Aym. *in conſ.193.n.8.* Mohed. *deciſ.160.* Robert. Lancel. *in tract. de attent.2. p.c.4. de attent.lite pend. in præfat.num.66.pag.47.* vbi ſcribit *num.66.* quod vbi agitur de priuatione, requiri-
182 tur † quod notitia ſit clara, nec ſufficiunt coniecturæ : ad quos addo Abbat. *in conſ.3. num.5. lib.2.* vbi reſoluit quod alienans feudum ignoranter, non amittit illud : & in dubio præſumitur ignorantia, & debet probari, quod per fraudem & dolum fuit alienatum : notant Gratus *in conſ.10. in Ciuil.* Seraphin. *in tract. de priuileg.iuram. priuileg.4. num.132. pag.34.*

Ex quo infertur notabilis in iſta materia concluſio, quòd ſi poſſeſſor maioratus alienauit aliquam rem maioratus, ignorando eſſe rem vinculatam, & maiora-
183 tui ſubiectam, † excuſatur : & contra eam requiritur plena probatio, vt incidat in pœnam. Quæ concluſio confirmatur à pluribus quæ ſcribit Seraphin. *in dicto loco.* Inſuper in iſta materia, addo ſingulare dictum Burſati *conſ.1. num.41.* vbi ſcribit, quod hæres grauatus arma, & inſignia portare, poterit quocunque tempore implere, nec ab hæreditate cadit niſi ſciens renuat deferre, vel ſit determinatum delationis tempus; ſecus in legatario, per notata per Cin. & Bald. *in l. ſi plures, C. de condition. inſert.* & Arnald. Ferro. *in conſuetud. Burdegalenſ.tit.5.de teſtam. §.22. col.fin.* & faciunt quæ ſcribo *infra, in verſ. ſed quæritur circa iſta, num.308.* Et quod in iſta materia ignorantiam excuſet communis opinio, ſeu credulitas, volunt Lapus *allegation. 89. num.9.* Ancharr. *in conſ.117.* Felin. *in c. in noſtra : corollar. 37. de reſcript.* & alij quos citat Quintil. Mandoſ. *in regula de annali poſſeſſ.34. quæſt.3.num.10. fol.175.* Quod notandum eſt ad ea quæ ſcribo *in dicta quæſt.51.* Rurſus ad memoriam eſt repetendum quod ſcribit Bartholom. Socin. *in conſil. 258. lib.2.* quòd ſi quis inſtituit Titium, & ſi Titius, & eius filij nolint nomen, & gentilitia teſtatoris inſignia deferre, ſubſtituit Caium, ſi Titius nullos liberos ſuſcipiat, ſubſtitutioni locus non eſt : quia caſus diſſimilis eſt, & de pœna agitur : de quo dicto dubitat Alciat. *lib.3. de verbor. ſignific. pag.61.*

Et eſt etiam animaduertendum in iſta materia, quod in tantum ſucceſſor in maioratu tenetur † obſeruare, 184
& adimplere conditiones à teſtatore adiectas, quòd ſi tempore debito conditionibus non obediat, non poteſt moram purgare : *l. Thais ancilla, §. intra, ff. de fideicommiſſar. libert.* de quo agit Ripa *in l. inſulam, num.103. & num.115. fol.280. ff.de verbor. obligation.* per quam legem tenet Paul. de Caſtr. *in l.ſuus quoque §. ſed & ſi filio, num.8. fol.79. ff. de hared. inſtituend.* quòd ſi filius non impleuit conditionem infra tempus præfixum à teſtatore, non poteſt moram purgare infra paucos dies ad hoc vt ſubſtitutum excludat : quia ſecundum *Paul. de Caſtr.* ad actionem conſequendam, vel aliud ius de nouo, non admittitur purgatio moræ, ſecus ad conſeruandam rem iam acquiſitam; & per dictum *§. intra*, vult. Bald. *in l. 1. C. de his quæ pœna nomine, numer. 31.* quod quando diſpoſitio eſt conſumpta, non purgatur mora : & idem latius tradit Iaſon poſt Bart. *in l.ſi ita quis, §.Seia cauit, numer.26. fol.217.ff. de verbor.obligat.* & notanter per eundem Iaſ. *in l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te, num.10. eod.m titulo*, faciunt ſcripta per Rochum de Curte *in tract. de iure patronat. in verb. honorificum, num.62. fol.23.* & de intellectu textus *in dicto §.intra*, tractat etiam idem Iaſon *in l.lecta, n.18. ff.ſi certum petatur*, Ioann. Gratian. *regul.82.num.3. & regul.397.num.1.*

Et iſta opinio etiam confirmatur ex ſcriptis per Decium *in conſ.452. num.8. cum ſeqq.* cui addo Alex. *in conſ.9.num.5. lib.7.* vbi Gloſſ. Par. concordantes refert & adducit etiam *Alex.* bonum textum *in l.ſi intra, ff.de ſtatuliber.* & facit text. *in l.vltim. §. ſed quia, C. de iur. deliberan. & in cap.1. in princ. quo tempore miles :* vbi ſi vaſſallus infra annum & menſem poſt mortem domini non petit inueſtituram, amittit feudum. Et de textu *in dicto §. intra*, tractat ad propoſitum Corbulus *in tract.de iure emphyteut. in parte, de cauſis priuationis ob alienationem, ampliat.7.fol.79.* Et donatarium, qui aliquid ex pacto † exequi tenebatur, non poſſe moram 185
purgare, voluit Bald. *in conſ.250. Si tibi, lib.3.* & facit quod ſcribo *p.1.q.48. à num.17.* Et quod poſt terminum à teſtatore præfixum mora purgari non poſſit, probatur *in l. ſtatuliberum, §. Stichum, ff.de legat.2.* vbi Peralta, *num.1.cum aliis*, poſt Scribentes omnes de hoc agit : & probatur *in l.1. C.de condition. inſert.* & *in l. ſi ſuper poſſeſſione, C. de tranſaction.* quæ iura ad hoc citat Vincent. Carrocius *in tract. de locato, verſ. de mora, fol.203. col.3.* & inquit Ripa *in d. l.vlt. num.111. C.de reuocand. donation.* Quòd ſi donatarius non præſtitit alimenta promiſſa donatori, non poteſt moram purgare; per doctrinam *Baldi* ad noſtrum propoſitum notabilem *in d.c.1. num.3. fol.26. quo tempore miles :* & facit *conſilium* Pauli *ſupra citatum, 259. lib.1.* Pariſij, Marzarij, Cephali, quos *ſupra* citaui, & quod ſcribit Tiraquel. *lib.2. de retract. §.2. gloſ.1. & vnica, numer.4.pag.875.* vbi agit de textu *in d. §. intra in l. thais ancilla, ff. de fideicom. libert.* Et conducit diſtinctio in hac materia tradita per Anton. Peregrin. *in*

in tract.de fideicommiſſ.art.16. num.127. fol.158. qui omnino legi debet in iſta materia : & ad Bald. *in dict. cap.1.quo tempore*; addo Ripam *in l.fin. C. de reuocand. donation.n.129.*

Et iſta concluſio eſt magis clara vbicumque à teſta-
186 toribus, & fundatoribus maioratuum iſtæ pœnæ ipſo iure imponuntur, prout plerumque fit : † quia in iſto caſu non admittitur purgatio moræ *d.ſi is, cui*, vbi Bart. Bald. & recentiores *ff.de condition.indebit.* Gloſſ. *in c. vltim.* quam ibi ita intelligit Baldus *colum.2.verſ. Bernardus tractat.hæc, de elect.* Gloſſ. *in cap.licet, gloſ. vlt.* & ibi Anton. *colum.1.& 2. de ſupplen.neglig. Prælator.* Dinus *in l.ſi ſeruum, §.ſequitur ff. de verb.oblig.* Gratus *conſ.49.num.23.& conſ.93.num.78.lib.1.* Alexand. *in l. ſi inſulam, num.24.ff.de verb. oblig.* Anton. Gabr. *lib.3. commun.opinion.tit.de tranſact.concil.1.nu.24.pag.156.* & alij infiniti, quos citat Tiraquell. *in l.ſi vnquam, C. de reuocand.donation.in verb. reuertatur, numero 310.*
187 *pag.519.* Et verba, *ex nunc*, denotant, † quod conditionibus non impletis reuocatio fit ipſo iure ſine alia dilatione : *l.ſancimus, §.cum autem, Cod. de inofficioſ. teſtam.* Alberic. *in dictionario, verbo, nunc.* Pariſ. *in conſil.46.num.44.lib.4.* faciunt notata in noſtris terminis per Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. artic.51. num.82.fol.492.* & plures citat Burſat. *in conſ.167. numer.15. lib.2.* qui ad iſta legi debet; & facit quod tradit Roman. *in conſ.427. colum.2.* Afflict. *deciſ.174. num.3.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ.90. num.25.* vbi ſcribunt, quod vbicunque in contractu eſt clauſula reſolutiua contractus, mora purgari non poteſt; & ibi *Ioſeph. Ludouic.* alios citat; & tradit ſingulariter Decius *in dict. conſil.452. num.27.* & nouiſſimè, & notanter Antonius Theſaur. *deciſ. Pedemontan. ſupra, allegat.270. num.23.*
188 *& 24.* & quod mora non poſſit purgari, quando † eſt renunciatum omni legum auxilio, concludit Iacob. Puteus *deciſ.465. part.2.* Burſat. *in conſil.84. num.6.* & de purgatione moræ vide quæ ſcribo *ſupra, part.1. dict. quæſt.48.* Quæ concluſio magis locum ſibi vendicat, vbi ille qui prætendit ſucceſſionem maioratus, petiuit illico bona maioratus ob non impletas conditiones; ex his quæ ſcribunt Roman. *conſ.103.* Cæpola *cautel.135.* Alexand. *conſ.106. lib.4.* Iaſon. *in l.2. quæſt.29.* Codic. *de iure emphyteut.* & *in dict.l. ſi inſulam, numero 16. ff. de verb.oblig.* & alij, vt per Ioann. Guttier. *conſ.12. num.20.*

Et illud reputo notabile quod ſcribunt Angel. poſt Bart. *in l.fideicommiſſaria ff. ad Trebell.* volens, quod
189 fructus † non pertinent ad fideicommiſſarium niſi ex mora, vel interpellatione; & idem volunt Angel. Paul. Imol. Iaſ. & Ripa *in l.1.§.de illo, ff.ad Trebell.* Cæphal. *in conſil.49. in fine*, & *in conſ.50. lib.1.* & alij plures, quos citat Burſat. *in conſil.44. num.11. lib.1.* qui communem vocat; & eſt notabile in noſtra materia, & quotidie videbis contra eos qui non obſeruant conditio-
190 nes. Quibus eſt addendum, † quod mora poteſt purgari, quoad inducendam exceptionem *l.1. ff. de pœn. legat. l. cui fundus*, vbi Bart. *ff.de condit. & demonſtr.* quem citat Franciſc. Mantic. *lib.11.de coniect.men. defunct.tit.18.pag.565.* qui refert Barthol. Socin. *in l.in teſtamento, num.11. ff.de condition.& demonſtration.* Et quod de Iure Canonico mora purgari poſſit, tradit nouiſſimè Ioann. Guttier. *in conſil.33. num.4.& 5.* Et quod hæres poſſit purgare moram contra conditionem, & grauamen in donatione appoſitum, tradit Corn. *in conſil.110. ad finem, lib.1.* Epiſcop. Couarr. *lib.1. reſolution. cap.14.nu.6.verſ.quinimo.* Et quod ad euitandam pœnam mora purgari poſſit, quando annuatim aliquid eſt conſtitutum; eſt ſolemnis doctrina Bartol. *in l.1. ff. de pen.legat.* quam ſolemnem & approbatam vocat Felin. *in conſ.34.num.23.* & de purgatione moræ plura ſcribit
191 Flores de Mena † *deciſ.144. addition. Gama*, & Bart. *in l.ſi quis maior, num.33. Cod. de tranſaction.* Ioan. Garcian. *reg.397.& 398.* Seraphin. *de priuil. iuram. priuileg.48. num.1. cum ſequentib. pag.256.* Burſat. *in dict. conſ.84. num.1. cum aliis*, Ioſeph. Ludouic. *deciſ.90. numer.27.* Iacobus Puteus *deciſ.465. part.2.* idem Burſat. *in conſ.26. num.44.* Oſaſc. *deciſ. Pedem.49.* Matienç. *in l.7. tit.4. lib.5. Recopil.* & *in l.10. tit.16. gloſſ.2. num.2. fol.433.* Menoch. *caſu 7.* & *de recop. poſſ. rem.9. 156.* Azeued. *in l.10. tit.1. lib.4. Recop. fol.11.& in l.14. tit. 13. eod. lib. num.5. fol.59.* Corbulus *in tractat. de iure emphyteut. tit. de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem, limitat 41. fol.222.* & de purgatione moræ legenda ſunt quæ ſcribit Bertazolus *in l. ſi quis maior, Cod. de tranſact. num.741.* Poſt breuiſſimum tamen tempus poteſt mora purgari, ſecundum Gloſſ. *in l. Æmilius, in verb. reſtitui ff.de minor.* quam refert Bald. *in cap. vnico, in princip. de noua forma fidel.* & tradit notanter *Deciſio Pedemont.71. num.50. cum ſequentibus*, de quo latius per Peraltam *in l.cum quidam, numer.11. pag.275. ff.de legat.2.* vbi *num.10.* tractat, an requiratur interpellatio in iſtis, & aliis ſimilibus rebus; quod plenius reſoluit, & fundat Pariſienſ. *conſil.19. num.200. cum aliis, lib.2.* vbi latè probat † interpellationem non eſſe ne- 192
ceſſariam: Sed contrarium volunt Corneus *in conſ.408. num.7. lib.1.* Aretin. *in conſ.149.* quos citat Menoch. *in conſ.1. nu.37. lib.1.* pro quibus faciunt ſcripta per Azeued. *in addition. ad practicam Piſanam, lib.4.c.6.n.120 fol.131.*

In qua quæſtione placet mihi † diſtinctio Matth. de 193
Afflict. *deciſ.370. Tria dubia, num.8. & 9.* vbi ſcribit, quod quando pœna imponitur pro facto affirmatiuo, non requiritur interpellatio ad hoc, vt mora committatur, per *cap. de multa, de conceſſ. præben.* & *l.1. Cod. de ſecund. nupt.* & doctrinam Ioan. Andr. *in cap. ex communicationi, de raptorib.* Bald. *in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis caution.* & alios Autores. Sed vbi pœna imponitur ipſo iure pro negligentia, ſeu culpa in non faciendo, opus eſt interpellatione, & monitione, vt pœna incurratur, per *cap. ex parte, cum tribus ſeqq. de Cleric. non reſiden. l.ſi ex cauſa. ff. de verbor. oblig.* Gloſſ. Bart. & Bald. *in l.1. Cod. de his quibus vt indign.* & plura quæ refert & tradit Tiraquell. *in dict. tract. de pœna temperand. dict. cauſa 44. num.47. pag.183.* de quo etiam vide quæ latiſſimè ſcribit Rebuff. *in cap. extirpandæ, §. quæ verò, pag.396. verſ. quoad ſecundum, de præben.* vbi de iſtis notanter agit Ioſeph. Maſcard. *in tract. de probation. lib.2. concluſ.1070. num.8. cum ſeqq. fol.317.* nouiſſimè Petr. Barboſ. *in l.ſi mora, num.... cum ſeqq. pag.37. ff. ſolut. matrim.* In quo puncto eſt animaduertenda diſtinctio Burſati *in conſ.167. num.14. lib.2.* vbi dicit, quod ad priuationem incurrendam requiritur † monitio: ſe- 194
cus verò quoad moram, & intereſſe; ex Rimin. Iun. *conſil.67. num.25.* Matth. Afflict. *deciſ.205.* Mandoſ. *annal. caſ. ad memoriam repetend. regula l. magnam, C. de contrah. ſtipulat.* cum qua concordant *l.35. tit.11. & l.8. tit.14. part.5.* cum additis per Ximenez *tit.38. de contrah. ſtipul. pag.213.* & per Auguſtin. Beroium *in conſ.139. num.39. lib.3.* Gratus *in conſil.93. num.67. lib.1.* Et quod in cauſa appellationis non poſſit mora purgari, tradunt Nigrus *in liſt inſulam, nu.331. & 332. ff. de verb. oblig.* Franciſc. Beccius *conſ.111. num.4.* Lancellot. *in tract. de attent. part.2. cap.12. de attent. appell. pend. limit.15. num.14. pag.261.* Quæ notanda ſunt quia vidi in facto arduo de eo, qui grauatus in quodam maioratu, vt habitaret in quodam loco: & Pariſ. *in dict. conſ.19. num.197.* loquitur de eo qui grauatus fuit nomen & arma deferre, quem citat Simon de Pretis, *li.5. de interpret. defun. volun. interpret.2. dubit.2. num.187.* & conducunt ſcripta per Alex. *in conſ.10. n.3. lib.7. & in conſil.110. n.3. lib.3.*

Et in iſta materia eſt magnifacienda doctrina *Pauli de Caſtro*, quæ ad varia prodeſt; is inquam *in conſilio 100. lib.2.* tradit, quòd ſi quis promiſit Iudici præſentare aliquem intra octo dies ſub pœna, quòd ſi non præſentauerit, ipſe ſoluet tot, talis promiſſor etiam poſt lapſum termini non conſtituitur in mora, † niſi 195
fuerit interpellatus: idem conſuluerunt Decius *in conſil.145.*

ſſil.143.col.2. Tiber.Decian. *reſponſ.11. num.15.lib.2.* faciunt ſcripta per Burſat. *in dict.conſ.167. numer.14. lib.2.* & tradit Simon de Pretis *de interpret. defun. volun.lib.5.dicta interpret.2.dubit.2.num.184. cum ſequentib. fol.518.* vbi ponit magnum tractatum de materia Moræ. Et ſuperioribus addo Gregorium Lopez *in l.8. tit.14.part.5.* in Gloſſ., *Maguer*, Aymo. *in commentar. ſuper conſuetud.* Iſern. *tit.12. art.51. num.26.* & Ægid. Boſſius, *in tit.de Principe, & priuileg.eius, nu.59.* Capicius *deciſ.205. num.5. & 6.* & quod notanter ſcribit Guillelm.Benedict. *in cap.Raynuntius, de teſtament. in princ.num.46.fol.8.* vbi vult, quòd ſi hæres in damnum fideicommiſſarij nollet teſtatoris nomen aſſumere, vt hæreditatem adire non poſſit: & conſequenter nolit eam reſtituere in totalem fideicommiſſi perditionem, quod non ad ita hæreditate periret, tunc talis conditio hæredi eam implere nolentiiremitti debet de æquitate prætoria, in commodum fideicommiſſarij, ne fideicommiſſum pereat.

Sed quæritur circa iſta, pone, quod ille qui fecit maioratum, non ſtatuit tempus ſucceſſori ad conditiones implendas, vt ſucceſſor intra aliquod tempus eiſdem parére teneatur, intra quantum tempus hoc exequi te-
196 neatur? In quo † dico, quod licet in legatis conditio poteſtatiua ſit exequenda per legatarium quampri-
197 mùm † poterit, *l.hæc conditio, ſi in Capitolium: ff. de condition. & demonſtrat.* in ſucceſſionibus maioratus hoc ſeruandum non eſt: quia in eiſdem à communiter accidentibus agitur de magno præiudicio, & eſt idem ſeruandum quod in ſucceſſione hæreditatis, in qua hæres non excluditur niſi mortuus ſit antea quam conditiones exequutus fuerit, vel lapſum fuerit tempus à Iudice præfixum ad conditionem exequendam, ſecundum Gloſſ. *in l.ſi quis inſtituatur hæres in diem, in verb. præſinito ff. de hæred.inſtituen.* iuncta *l.ſuus quoque, §.ſed & ſi filius*, & ibi notat Bart. *Digeſtis eod. tit.* & tenet Cynus *in l.1. quæſt.1. Cod. de inſtitution. & ſubſtit.* & alij quos refert Alexand. *in conſil.46. num.1. lib.7.* vbi dicit, iſtam eſſe communem opinionem; & ad hoc inquit *prædictam Gloſſam* eſſe ſingularem; & quod non obſtante, quod terminus ſit appoſitus à teſtatore adhuc monitio requiratur, ſi teſtator pœnam non appoſuit, ſcribunt Paul.de Caſtro *in conſil.292. num.4. & in conſil.371. num.5. lib.2.* Gozadin. *in conſil.34. colum.2. verſic. non obſtat num.* 8. quos citat Aymon. *in conſil.59. num.7.* per text. *in Authen. de Eccleſiaſtic. titulis, §. ſiquis autem*, & legenda ſunt ad hæc quæ ſcribit Hieron. Gabr. *in dict.conſil.5. num.35.* & Molin. *lib.2. de primogen. cap.14. num.15. & in numeris ſequentib. fol.* 345. Et ex dicto Alexand. *conſil.46. lib.7.* colliges, quemadmodum vocatus ad maioratum petere poſſit quod poſſeſſori maioratus Iudex aſſignet tempus ad implendas conditiones, quibus grauatus eſt ad executionem deducere.

198 Et quod tempus † implendi conditionem non currat ignoranti: probatur *in l.2. Digeſtis de condition. & demonſtr.* tradunt Bald. *in l.1. quæſt.9. C. de inſtitution. & ſubſtitution.* Tiraquell. *in tract.de retractu, §.35. gloſ.4. num.15. pag.715.* Et in iſta quæſtione, ante omnia
199 inſpicienda † ſunt vincula, & grauamina à teſtatore adiecta: quia ex eiſdem recte apparebit, quo tempore exequi ea ſucceſſores teneantur: Et legenda ſunt quæ ſcribit Simon de Prætis *lib.1. de interpret. defunct. volunt. ſolut.4. num.26. fol.14. & lib.2. interpret.2. num.24. fol.* 31. latius *lib.4. dub.9. num.15. fol.402. & lib.5. dubitat.2. num.15. & 16. fol.485.* Acoſta *in l. cum tale, §. ſi arbitratu, cap.4. Digeſtis de condition. & demonſtr.* Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, part.3. num.63. pag.55. Digeſtis ad Trebell.* Anton. Theſaur. *dict. deciſ. Pedemon.270. num.25.* qui id diſputat in grauamine aſſumendi nomen & arma, ad hoc legendus; & idem Antonius Theſaur. *deciſ.77. num.1.* Andr. Gaill. *Obſeruat. lib.1. tract.de pace: cap.7. num.21. pag.290.* in quibus locis legi poſſunt quæ hic deſunt: & in quo loco grauatus teneatur implere conditionem, relinquitur arbitrio Iudicis, ſecundum Baldum *in l.11. n.18. C. de condit. inſtit.* Menoch. *caſu 468. n.3.*

In iſta etiam materia ſcire expedit, quòd ſi plures conditiones copulatiuè ſunt iniunctæ ſucceſſori maioratus, omnibus parére † tenetur *dict. l. ſi & plures §. ſi* 200
plures 11. Inſtit. de hæred.inſtituend. 13. tit.4. part.6. & notat Roman. *conſil.131. Prima dubitatio*, de quo per Decium *conſil.89.* Petr. Surd. *deciſ.135. num.1.* faciunt notata *in l. generaliter, Cod. de inſtitut. & ſubſtit.* & per Alexand. vbi Gloſſ. Pariſ. *in conſil. 88. num.1. lib.7.* & facit *dict. conſilium* Socini 259. Roland. in notabili caſu, *conſil.59. num.14. lib.3.* Auguſtin. Berous *conſ.38. num.13. lib.* Curtius Iun. *in conſil.89. num.5. lib.1. & in conſil.57. num.7.* Et etiam in materia pœnali, omnibus conditionibus eſt parendum, ſecundum Bart. *in l. quid ergo, §. pœna grauior, in princ. Digeſtis de his qui notan. infam.* notat Decius *conſ.417. n.m.1.* & ad iſta eſt etiam bona *l.24. tit.11. part.5.* vbi Gregor. Lop. Et quod ex materia ſubiecta cognoſcatur an requiratur concurſus plurium conditionum copulatarum, docent Roman. *in conſil.104.* Felin. *in cap.2. de reſcrip.* Alciat. *in conſ.50. per totum, & in conſ.92. nu.4.* & in aliis conſiliis, quos citat Buſat. *in conſ.40. num.55. lib.1.* & quod vbicunque ſucceſſio iuris patronatus competit aliquibus hæredibus de parentela, & non ſufficiat quod ſint hæredes, ſed requiratur qualitas parentelæ, & ſic quòd duæ qualitates ſint neceſſariæ, reſoluit latè Pariſius *in* 201
conſ.48. num.11. Quibus eſt addendum, quod vbi de mente teſtatoris conſtat, † non fit concurſus copulæ; vnde conditio in teſtamento adiecta (*ſi hæres ſine maſculis deceſſerit*) & fœminas reliquerit, vocet conſortes intelligitur etiam ſi fœminæ nullæ adſint; confirmat Alciat. *reſponſ.444. num.4.* de quo per Alex. *conſ.130. lib.2.* Ripa *in cap. ex parte, num.55. fol.353. de reſcrip.* ad iſta legendus, quod eſt memoriæ mandandum ad plura negotia. Et de natura copulæ, quando requirat omnia copulata eſſe vera, plura ſcribit Ioann. Gratian. *reg.109. n.1. cum ſeqq.*

Eſt etiam animaduertendum ad ea quæ ſcribit Alex. *in conſ.110. num.3. cum pluribus ſequentibus, lib.3.* vbi plura tradit circa punctum, & quæſtionem, quando & in quibus caſibus pœna priuationis locum habeat, † ſi 202
non fuerint obſeruatæ omnes conditiones à teſtatore ordinatæ, maximè ſi per copulã fuerint ſcriptæ & quid in vna oratione & quid in diuerſis orationib. Ad quos addo egregiam *deciſ.* Ant. Theſ. 189. decidentem, quòd ſi ſoror renuntiauit, & donauit bona ſua duobus fratribus, & illis decedentibus ſine liberis, reſeruauit ſibi bona, ſi vnus tantum decedat ſine liberis, portio illius ad ſororem ſtatim deuenire debet, per *l.fin. §.filium, ff. de legat.2.* Aymon. *in conſ.109.* Oſaſch. *deciſ. Pedemon.* 110. ad quos iungo Corneum *in conſ.204. dub.1. lib.4.* Angel. *in conſ.205.* quos citat Zanobius *in l. hæredes mei §. cum ita, Digeſtis ad Trebell. part.8. num.317. pag.* 271. Et an conditio diuidi poſſit. vltra text. *in l. qui duobus, & l. cui fundus, Digeſtis de condition. & demonſtr. & l. fiſtulæ §. per fundum, ff. de contrab. empt.* & quæ ſcribit Tiraquel. *lib.1. de retractu, §.1. gloſſ.21. num.11. pag.382.* legenda eſt reſolutiua interpretatio Gloſſ. Par. *in tract. Indiuiduorum, in recopilatione facta* per Gaſparem Caballinum *part.2. n.387. pag.217.*

Et non ſolus primus ſucceſſor in bonis maioratus † 203
tenetur conditionibus omnibus parère, ſed omnes ſucceſſores in infinitum, ſi ſunt conditiones quæ habent tractum ſucceſſiuum, vt puta, nomen & arma deferendi, & aliæ conſimiles; quod paſſim cauetur in ſcripturis maioratuum, & iure probatur ex textu, *in l. legatum ff. de adimen. legat.* ibi, *Legatum ſub conditione datum, dum transfertur, ſub eadem conditione transferri videtur*: quia ſubſtitutio eſt ſecunda inſtitutio, quod tenent & declarant Ancharr. *in conſ.166. Iſte magiſter Gerard.* & Roman. *in conſil.131. Prima dubitatio*, Decius *in dict. conſil.89. & 417.* latiſſimè Anton. Peregrin. *in tract.*

tract.de fideicommiſſ. artic.16. fol.144. qui copiosè *in* materia reſoluit: quibus addo notabile *conſilium* Bart. Socini *52. num.1. cum aliis, lib.1.* quem lector omnino legat, & Gregor. Lop. *in dict. l.13. in verbo, tales conditiones*, Pariſ. *in conſ.19. num.2. lib.2. & in conſil.15. num.6. lib.3. & conſil.14. num.20. lib.2.* & quæ ſcribo *infra, quæſt.6.* & in donatione in qua continentur plu-
204 res gradus ſubſtitutionum; † tot dicuntur donationes, quot perſonæ contentæ in ſubſtitutionibus, ſecundum Andr. de Iſern. *in cap.1. §. præterea ducatus, de prohib. feudi alienat. per Federic.* & Ripam *lib.3. reſponſor.c.2.* Sicut ergo primus ſucceſſor in bonis maioratus tenetur
205 omnibus conditionibus parere, † ita ſequentes deſcendentes: cum in effectu omnes ſint donatarij, & habeant ius à primo inſtitutore, & in conſequentiã conditiones exequi tenentur, *l.1. l. quoties, C. de don. quæ ſub modo l. legem, Cod. de donation. l.7. tit.4. part.5.* & tradit Ioan. Lop. *in l.27. Tauri, num.14.* latius Molina *lib.1. de primogen. c.12. num.23. fol.45.* ad quod aduertendum eſt, quia plerique ſucceſſores in maioratibus antiquis, credunt ſe eſſe exemptos ab implemento grauaminum, & conditionum per teſtatorem adiectarum; & ad hoc facit text. *in dict. §.ſi ultim. Digeſtis de ſuis, & legit. hæred.* relata *ſupra* ex reg. textus *in l. Titia Seio, ff. de legat.2.* quàm ad hoc in ſimili, caſu ponderat Ripa *reſponſ.132. num.4.*

Et hoc eſt tenendum in iſta materia: licet regula ſit, quod quando copula, & ponitur inter perſonas quibus ſubſtitutio fit, ſiuè ibi ſit diuerſitas rerum, ſiue vnitas, ſiue in eadem oratione, ſiue in diuerſa, conditio appo-
206 ſita in perſona vnius, † non cenſetur repetita in perſona alterius: ſecundum Bart. *in conſil.3. num.4.* per *l. vltim. §. Seio, Digeſtis de legat. 2.* & idem probatur *in l. Iulius Paul. Digeſtis de condit. & demonſtr.* vbi hoc tenet *Bart.* & idem poſt Dinum *in l. mulieri, & Titio, in princ. Digeſtis eod. tit.* vbi per illum textum faciunt differentiam, an conditio inſeratur poſt nominationem vtriuſque perſonæ, vt tunc in perſona vtriuſque cenſeatur appoſita conditio, vt *in dict. l. mulieri*: an vero inſeratur conditio poſt nominationem alterius, & tunc ſecus, per *dict. §. Seio*: notat latiùs *Alex.* qui hoc plenius fundat *in conſ.158. num.2. cum aliis lib.6.* & Natta *in conſ.476. num.14.* vbi agit de intellectu textus *in l. ſi tibi rem, ff. de adim. legat.* de quo textu agit etiam Anton. Gomez *in l.1. variar.c.12. num.69. fol.127.* quod etiam facit ad ea quæ notantur *in quæſt.6. infra eod.*
207 Hinc eſt quod conditio pœnalis de caſu ad caſum † non extenditur, *l. pater Seuerinam, ff. de condit. & demonſtr.* vbi Bart. notat; Decius *conſil.278. colum. vltim.* Barth. Soc. *in conſ.259. col.3. lib.2.* vbi *n.5.* ex hoc concludit: quod quis in caſu impotentiæ deferendi nomen & arma per mortem, vel aliàs, non incurrit pœnam; quem citat Cephal. *in conſil.96. nu.25. lib.2.* quæ conſilia ad aliud refero *infra quæſt.6.* Et ad intellectum textus *in d.l. pater Seuerinam*, addo Iaſon. *in conſ.124. lib.4.* Simon de Prætis, *de interpret. defunct. volunt. interpret.3. dubit.4. ſolut.1. num.96. fol.331.* facit notabi. *l.5. tit.4. part.5.* Illam verò *legem, pater Seuerinam*, eleganter explicat Tiber. Decian. *reſponſ.4. n.27. lib.2.*

Fit etiam quod relictum nomine alieno non debentur ab alio ſubſtituto, *l.1. §. id quod ex ſubſtitutione, l. in rationes, §. quod vulgo ff. ad l. falcid.* *l. licet Imperator*, vbi Bart. Angel. & Alex. *ff. de legat.1. l. cum pater, §. à ſubſtituto, l. pater meus, §. quod alicui, ff. de legat.2. l. unica, §. ita itaque, C. de caduc. tollen.* cum *concordant*, vt per Tiraquell. *de priuileg. pia cauſa, priuileg.36. pag.77.* notat Ant. Gom. *to.1. variar.c.12. num.36. fol.118.* Dominus Ant. de Padilla *in l. quoties, nu.3 fol.66. C. de fideicomm.* Molin. *tib.3. de primog. c.5. n.68.* nouiſſimè, & latiſſimè Menoch. *in tract. præſumpt. lib.4. præſumpt.131. n.1. cum ſeqq. fol.239.* Mantica *de coniecturament. defunct. lib.8. tit.2. n.15. pag.311.* idem Menoch. *in d. lib.4. præſumpt. 71. fol.110.* & faciunt ſcripta per Menochium *in conſil.393. n.49. & 50. lib.4.* & facit bona remiſſio Menæ *in addition.27. Gamæ* ad quos addo Alciat. *reſponſ.99. num.24.* vbi tradit regulam, quod clauſula, vel conditio non cenſetur repetita in † diuerſis orationibus, 208
& quidem æquè principalibus; & prius *reſponſ.96. numer.24. cum pluribus ſequentib.* & legendus eſt etiam Anton. Gomez *dict.c.12. num.80. fol.129.* notanter ſicut in cæteris, *Menoch.* qui rectè diſtinguit *in tract. præſumpt. lib.2. præſumpt.7. nu.1. cum ſeqq. pag.115.*

Oritur etiam, quod ſubrogatus non aſſumit naturam ſubrogati † quoad pœnam, ſecundum Bart. *in l. multa*, 209
Digeſtis de condition. & demonſtrat. Iaſon. *in l. ſi eum, §. qui iniuriarum, Digeſtis ſiquis cautionibus.* Simon de Prætis *de interpret. defunct. volum. lib.2. interpret.22. dubit.2. ſolut.2. num.180. fol.170.* & Decium *in l. certi conditio. ff. ſi certi. pet.* & alios quos citat Anton. Gabr. *lib.6. commun. opinion. tit. de reg. iur. concluſ.22. num.58. pag.322.* de quo per Zanchum *in hæredes mei, §. cum ita, part.4. nu.241. pag.97. Digeſtis ad Trebell.* licet regulariter conditio † appoſita in primo legato repetita 210
intelligatur in legato ſubrogato, *l. cum fundus, in fine, Digeſtis de condit. & demonſtr.* cum *concordant*, vt per Franciſc. Mantic. *lib.12. de coniectur. ment. defunct. tit.6. num.18. pag.444.* & licet regulariter pœna in fine appoſita, † reſpiciat omnia præcedentia, ſecundum Gloſ- 211
ſam *in caſi poſtquam, in verbo, omnino, de elect. lib.6. & in Clement. fin. §. fin. de pœnis*, Bald. *in l. quiſquis, Cod. ſi cert. pet.* & alios, vt per Ludouic. Gomez *in reg. de annali poſſeſſore, quæſt.82. pag.666.* Doctrinam autem Bartoli *in dict. l. multa*, refert & ſequitur Rebuff. *in l. ſciendum 70. §. idem dicitur, pag.453. verſic. duodecimus eſt quoad pœnam, Digeſtis de verb. ſignif.* per text. *in l. fin. C. de periculo. nomin. lib.11.* & Doctrinam *Baldi in l. fin. quæſt.22. Cod. de hæred. inſtituend.* Alex. *in conſil.146. lib.6.* qui *in verſic. undecimus, & in verſic.4. caſus: pagina precedentis*, hoc dicit procedere cum maiori ratione, cum grauamen apponitur per hæc verba (*infrà ſcriptis*) vel (*ſuprà ſcriptis*) vel (*ipſos*) ſi mens teſtatoris aliud dictet, ex Barthol. Socin. *in conſil.250. In cauſa, col.4. lib.2. & in conſil.57. In cauſa, lib.3.* pro quo faciunt quæ de virtute iſtorum verborum ſcripſi *infra, hac par.q.6. num.690.* & quæ ſcribit Simon de Prætis *de interpret. defun. volun. lib.4. dub.4. num.14.* quæ notanda ſunt, & in caſu conditionis noluntatis, ad caſum conditionis impotentiæ, tradunt Anchar. *in conſil.357. Ex ſerie*, eleganter Tiber. Decian. *reſponſ.4. num.34. lib.2.* quem refert Ioan. Franciſ. de Ponte *in d. conſ.4. nu.50.* vbi alia ad propoſitum ſcribit. Et licet alia etiam regula iuris dictet, quòd pœna in vna parte teſtamenti, vel in vno 212
capitulo adiecta, † in alio repetita non cenſetur ſecundum Bart. *in l. in teſtam. in 1. ff. de condition. & demonſtr.* per illum *text.* quem citat Guillel. Bened. *in c. Raynunt. de teſtam. in verbo, ſi abſque liberis, in 2. n.43. fol.285.* eund. Bart. *in conſ.7. n.3. lib.1.* Bald. *in l. cum pater, §. pater certum, ff. de leg.2.* & alios, vt per Decium *in l. factum, §. in pœnalib. n.5. ff. de reg. iur. & in conſ.38. in fine, & in conſ.90. n.2.* Menoch. *caſu 2. §. n.11.* præſertim ſi ratio ſit diuerſa, vt notant Imola & Card. *in Clement. vlt. §. vlt. de pœnis*, Gomez. *de ann. poſſeſſ. q.82. pag.667.*

Quod confirmo, quia vbicumque lex noſtri imponit 213
pœnam, † ab homine imponi non poteſt, vt per *l. at ſi quis, §. Dinus, ff. de relig. & ſumpt. funer.* tradunt Dec. *in conſ.90. col.1.* & alij quos citat Menoch. *in conſ.28. n.22.* & de doctrina *Bart.* meminit Dec. *in conſ.437. n.4. & in conſ.581. n.10. & in conſ.672. n.9. & in conſ.290. n.2. & 4.* & faciunt ſcripta per Simon. de Prætis *lib.1. de interp. defunct. vol. interp.1. dub.1. & dubit.3: ſolut.4. n.28. fol.15.* & eſt bonum *conſilium* Iaſonis *124. n.1. lib.4.* Rolandi *in conſ.27. n.14. lib.1.* Socin. Iun. *in conſil.16. n.31. lib.2.*

Et quod pœna appoſita in vna parte diſpoſitionis, non referatur ad alias præcedentes, volunt Gloſſ. *in c. fin. de pœn.* Carol. Ruin. *in conſil.38. & 86. lib.5.* Anton. Gabr. *lib.6: commun. titul. de clauſulis, concluſ.9. num.21. pag.499.* Et quod in pœnalibus, hæres hæ-

redis

214 tedis † non dicatur hæres, volunt Iason & Deciùs *in l.fin.C.de hæred.instituend.* quos citat Cagnol.*in l. qui per successionem* 155. *num.*10.*fol.*245.Cephal. *in consil.* 499.*num.*29. *lib.* 4. & plures citat Tiraquel. *in tract.* Le mort *par.*2.*declarat.*5.*num.*7.*pag.*72. & facit notabile *consilium* Curtij Senior. 3. *num.* 10. Menoch. *in tract.præsumpt. lib.*3.*præsumpt.*144. *& vlt.n.*12. *&* 13. *pag* 486. vbi resoluit, quod licèt dispositio principalis extendatur, non tamen quoad pœnam, ex Alciato *reg.*3.*præsumpt. vlt. n.*3. & hoc inibi dicit Menoch. *in tractat. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 175. *numer.* 18. *folio* 305.

Ex quo, inquit in ista materia Rolandus *consilio* 59. *num.*56. *lib.* 3. Quod si fuit vocatus ad maioratum secundogenitus cum grauamine nomen & arma deferendi, in exclusionem primogeniti, si contingat talem maioratum deuenire ad primogenitum, quia secundogenitus filios non habuit, non tenetur talis primogenitus deferre nomen, vel arma, cum sit ratio diuersa, in qua primogenitus qui successit in Comitatu, debet deferre nomen & arma domus suæ: quæ ratio non ita militat in secundogenito, qui non est successor Comitatus: quod in casu in quo ipse consuluit, difficile
215 † mihi videtur; licet pro eo faciant textus *in l. quæ conditio ff.de condition.& demonstr.* ibi, *At quæ conditio ad certas personas accommodata fuerit, eam referre debemus ad eum dumtaxàt gradum, quo ea persona instituta fuerunt:* de quo textu ago *infra, quæstione* 6.& de materia vide quæ scribit Molina *lib.* 1. *de primogen. c.* 6. *n.*23.*fol.*45. Anton.Gomez *dict.c.*12. & infinita singularia de repetitionis qualitate scribit Menoch.*cons.*117. *n.*54.*cum aliis.lib.*2. *& in cons.*111.*n* 8. *cum aliis, cod. lib.& in cons.*86.*n.*39. *cum sequentib.* latissimè hoc tractat, & *in cons.* 177. *n.* 12. *lib.*2. & Simon de Prætis *lib.*2. *de interpret. defun. volun. interpret.* 4. *dubitat.* 2. *solut.* 2. *n.*132. *cum sequentib. fol.*169. vbi dicit, quòd
216 repetitio qualitatis † colligitur ex voluntate testatoris, secundum Alex.*in consil.*47.*col.*1.*n.*3.*lib.*3. quem citat Natta *in dict. cons.*476. *num.*18. ad ista legendus: varia etiam, & singularia scribit Zânchus *in dict. l. hæredes mei,§.cum ita,part.*10.*n.*77.*cum sequentib pag.*295. *ff.ad Trebell.* Ioseph.Mascard.*in tract.de probation.lib.*2. *conclus.*1266.*per totam,fol.*208.& tradit idem Zanchus *part.*4.*num* 339.*pag.* 108. & faciunt quæ scribit Menoch. *in tract. præsumpt. lib.*4. *præsumpt.*175. *fol.*304. resoluit quando conditionalis dispositio, pura, modalis, vel in diem, vel pœnalis iudicetur. De quo etiam legenda sunt scripta latissime per Molinam *lib.*2. *de primogen.c.*12.*n.*1.*cum sequentib.fol.*324.

217 Et est communis opinio quod conditiones † censentur repetitæ ex tacita voluntate, vt testatur Flores de Mena, *in addition. ad Gamam,decis.*26. Et licèt dispositio principalis extendatur, non tamen extenditur quoad pœnam, vt tradunt Ioan. Andreas, & Geminianus *in c. dispendia, de rescript. in* 6. & alij quos citat Menoch. *in tract.de præsumpt.lib.*3.*præsumpt.*144.*n.*12. consulto
218 † tamen cautè legenda & obseruanda in materia maioratuum, secundum ea quæ supra scripta sunt; vbi *n.*33. tradit, quod pœna à modo discernitur, propter verisimilem mentem testatoris: quæ omnia in quæstione & lite maximi momenti fuerunt vtilia & necessaria in quadam muliere, quæ grauata fuit contrahere matrimonium cum consanguineo, quæ mortua fuit anteaquam nuberet, & bona maioratus ad sororem peruenerunt, à qua bona petita fuerunt, quia non contraxit matrimonium cum illo consanguineo.

Quibus etiam congruit alia singularis conclusio, quæ vult quòd pœna † priuationis fideicommissi non
219 comprehendit personam non nominatam, veluti hæredem, vel aliam similem, vt per textum *in l. multa ff. de condit. & demonst.* volunt Bart. *ibi,* & *in consil.*7. *Factum tale est,* Andr.Martin. Alex.& Iason. *in l.fin. C.de hæred.instituen.* Alex. Aretin.& Iason. *in l.si quis filium, §. fin.ff.de acquir. hæredit.* Bald. *in l.*1.*C.de his quæ pœnam.* vbi vult, quòd quando dispositio testatoris mutatur in aliquem alium modum, quàm ab eo expressum, & propter causam aliquam, non intelligitur in ea mutata, vel alterata dispositio: & sic pœna à testatore adiecta repetitur, quem citat Roman *in cons.*409.*n.*10. Et ad doctrinam Bart. *in dict.l.multa,* plures refert Tiraq. *in tract.* le mort: *part.*2.*declarat.*7. *num.*2. *pag.*71. & *lib.*2.*de retract.§.*1.*glos.*6.*n.*18.*pag.*846. Anton.Peregr. *in tract.de fideicommiss.artic.*32. *n.*7.*fol.*293. latè Aretin. *in l.pater familias.col.*2. *&* 3.*ff. de vulgar.* Alex. *in consil.*40.*n.*4. *lib.*6. Decius *num.*4. & plenius Cagnol. *n.*16.*in l.qui per successionem,ff. de reg.iur.* & alij quos citat Simon de Prætis *in dict.tract. de interpret.defunct. volunt.lib.*4. *dub.*4.*n.*40.*fol.*453. ad quem addo Tiraq. *in tract.* le mort, *part.*2. *declarat.*5. *num.*7.*pag.*71. D. Anton.de Padilla *in l.voluntas, C. de fide commiss.n.*23. *fol.* 57.

Ex quibus, præcipuè ex doctrina Bartoli *in dict. l in testamento,in* 1.*ff.de condit.& demonstr* dubitatum fuit in practica in maioratu maximi valoris, in cuius fundatione grauati erant successores contrahere matrimonium cum certis personis † de quadam agnatione: & 220
hoc erat appositum pro conditione: sed fundator maioratus nullam appositi pœnam contra inobedientes, & contrauenientes: & fuit orta difficultas an contra facientes essent condemnandi ad amissionem bonorum maioratus, & sub Iudice lis est: ad casus dubij solutionem omnino videas scripta per Decium *in c.secundo requiritur.*n.2.& 3.*fol.*310.*de appell.* Grauamen autem, & onus appositum vocatis ad maioratum secundo, aut
tertio, aut vlterioribus locis non † censetur datum loco 221
primo vocatis, nisi id expressum sit, vt constat ex text. & doctrina Baldi ibi *in dict. l.quoties, la* 2.*C. de fideicommiss.* vbi Bald. rationem assignat. Et quando onus impersonaliter † iniungitur, censetur hæreditas gra- 222
uata; voluerunt Carol.Ruin. *in consil.*97. *col. vlt. lib.*2. Hieron.Gabr. *in consil.*117.*n.*34.*lib.*1. Menoch. *consil.* 87.*n.* 27. & *dict. præsumption.* 131.*n.*13. Et qualiter pœna imposita contra Autorem non extenditur contra † hæredem, recte explicat Anton. Gabr. *in pract.* 223
crimin.concl. 35.*pag.*441.

Attendendum etiam est in ista illatione, quod † sufficit parère his conditionibus, conformando se cum vo- 224
luntatibus testatorum: nec est necesse, quod in indiuiduo exequantur *l. vlt. C. de donation. quæ sub modo,* egregia *l.*5.*tit.*4 *part.*5. ibi, *Ca en esse caso,y en todos los otros semejantes,en qualquier manera que se cumpla la voluntad del que la puso; vale el donadio sobre que fuera puesto:* & est tex. notabilis *in l.si mater, C.de institut.& substit.* vbi Decius, Burgos de Paz *consil.*32. *num.*16. Episcop.Couarr. *in pract.quæst.cap.*39.*num.*7. & inquit Oldrad.*in consil.*257, *Factum tale est,* quod sufficit conditionem in effectu impleri, licet verba lædi videantur: notat Aymon *consil.*59. *num.* 5. in conditione posita, quod intra annum quis vxorem duceret: & faciunt scripta per Ioan. Gratian. *reg.* 82. *num.*7. *&* 10. *& sequentibus.*

Sic tradit Corneus *consil.*124. *num.*6. *cum sequentib. lib.*2. Quod magis consideratur verisimilis mens circa 225
implementum conditionis, quam verborum rigor: quod refert, & confirmat Francis. Mantic. *lib.* 11. *de coniect. men. defunct.tit.*15. *num.*3.*pag.*544. Et de materia legenda omnino sunt quæ scribit Sarmiento *lib.* 2. *Selectar.interpret.cap.*1.*num.*13. *cum sequentib.fol.*47. Alex. vbi Glos.Par.*addit.*3. plures refert *in consil.*100.*num.*5. *cum sequentib. lib.*4. vbi ponit casum notabilem, de testatore qui vocauit ad fideicommissum Thadæum filium, si Antonius fuisset presbyter, quia si non fuit presbyter, sed decessit sine liberis, admitteretur Thadæus ad fideicommissum: ad quod plures authores refert Menochius *in tractat.præsumpt.lib.*4.*præsump.*73 *num.*4. *& præsumpt.* 18.*num.*33. *fol.* 320. vbi istam materiam latè tractat. Et istam materiam plenius omnium scribit Simon de Præt.*lib.*1.*de interpret. defunct. volunt.fol.*14.

num. 1. *cum sequentibus fol.*76. ad quem addo Alciat. *lib.*3. *de verb.signific.pag.*62. *vers. Tertium huius tractatus:* & quod habita mente, non refert quid ex æquipollentibus fiat, tradit Gloss. Paris. *in consuetud. Paris. part.*1.*§.*13. *gloss.*6. *num.*2. *fol.*159. notat Alexand.*in cons.*137.*lib.*2.Iason *in l.cum seruus, Digestis de verb. obligat.*

Et dicit Socin. Iun. *in cons.*106.*num.*23.*lib.*1. quod
226 etiam in conditione voluntaria, sufficit † aliquando implementum per æquipollens. Et substitutio sub ea facta potest trahi ad alium casum, quando ita apparet de voluntate testatoris: ponderat ad hoc doctrinam Bartoli *in l. Gallus §. & quid si tantum num.*3. *Digestis de liber.& posthum.* & hoc tenet Socin. *ibi notab. vlt.* & notat idem Socin.Iun. *in consil.*181. *num.*30. *lib.*2. Quod maxime procedit quando est conditio necessaria ad ipsum actum, vel ad effectum actus: quia si sit facta in vno casu, ad alium casum porrigitur, in quo resultet idem effectus: nam si relinquitur filiofamilias ad hoc, vt ipse effectualiter habeat, requiritur quod sui iuris efficiatur: vnde si vnus casus exprimitur per quem sui iuris efficiatur, ad alium sibi similem porrigitur, vt probatur *in l. mulier, in princip. Digestis ad Trebell.* notat Bart. *in dict. §. & quid si tantum,* Dec.*in cons.*176.*num.*5. licet in contrarium faciant scripta per eundem Dec.*cons.*63. *col.*2. *&* 3.*cons.*89. *num.*3. *& consil.* 290. *col.*3. Roland. *cons.*56. *num.* 22. *lib.*3. & si
227 actus habet † eandem vim quam desiderat solemnitas seu forma, valet & tenet, licet ad vnguem forma non fuerit seruata, *l.obseruare,Cod.de Decurion. lib.*10. notant Paulus, *in l.vniuersis, Cod.de precib. Imperat.offeren.* Paris. *in cons.*20. *num.*16.*lib.*4. Et in ista materia maioratuum est textus insignis *in l.legatum,ff. de usufruct. legat.* ibi, *Memoriæ defuncti conseruandæ gratia:* & ibi, *Memoria testatoris alio,& licito genere celebretur;* per quem vult ibi Bart. & *in l.vlt.ff. de conditionibus institut.* quod quando testator adiecit conditionem impossibilem putans esse possibilem ob aliquem finem licitum, debet adimpleri ille honestus finis eo modo quo possibile est: & notat Iason *in l.seruo manumisso,num.*1. *fol.*109.*ff.de condict.indeb.* cui adde Bart. *in tract. Minoricarum,n.*4. *& in cons.*109.

Est tamen in isto puncto animaduertendum, quod
228 vbi est clausula irritans, † non sufficit effectus; sed requiritur quod forma præcise obseruetur, vt ex *reg. cap. cum dilecta, de rescript.* probat Rebuff.*in lib.Concordator.in parte forma mandati Apostolici, pag.*555. *versicitem clausula,non aliter:* notat Felin.*in dict.cap.cum dilecta,ampliat.*10. vbi ponit regulam, *l.si mater,* procedere, quando casus sunt omnino æquipollentes, quem refert Rochus de Curte *in tract.de iure patronat: in verbo,construxit,num.*24.*fol.*263.

Deinde scire expedit in ista materia, quod succesfo-
229 res † in maioratu non possunt aliquid innouare circa conditiones adiectas per primum institutorem, nec circa grauamina, nec remittere conditiones ab eo institutas *l.perfecta,Cod.de donation.quæ sub modo:* ibi, *Perfecta donatio conditiones postea non capit: quare si pater tuus donatione facta quadam post aliquantulum temporis fecisse conditiones videatur, officere hoc nepotibus eius fratris tui filijs minimè posse, non dubium est,* & hoc pluribus, & iuribus confirmat Ludouic.Peguera *in lib.feudali.fol.*85.*num.*104. *cum multis seqq.* Et est notabile *consilium* Pauli Cast. quod in aliis locis refero 165.*lib.*2.& alind 259.*Omnis difficultas,lib.*1.*n.*4.*&* 5. vbi tradit, quòd consensus substitutorum remittentium conditiones à testatore adiectas, non nocet eorum filiis, qui tertio loco vocantur. Et ad hoc faciunt plura quæ scribo *in* 1.*par.huius operis,q.*26. vbi latè trado, non esse licitum patri post maioratum, aut donationem, vel meliorationem filio factam nouas iniungere conditiones, vel primas mutare, aut transformare, filio ad id consensum non præstante: sed nec Principibus id permissum est, quicquid dicat Ioan. Lop. *in Rubr. de donat. inter vir.& vxor.col.*mihi 399.*cum sequent.* hodie §.69.*n.*13. *pag.* 257. vbi tenet † Principem posse modificare do- 230
nationem à se factam, per *cap.quanto,de censibus,n.*11. ad quem addo doctrinam Rebuff.*in l.cum Ecclesia Sutrina,de causa possess.& propriet.pag.*301. *col.*2. *versic. Secundo voluit Gloss.* vbi resoluit, quod si volo petere pœnam contra eum qui promisit aliquid loco pœnæ, si non fecerit, ille, qui prætendit alium in pœnam incidisse, tenetur probare, per *l.hoc iure, & l.ita stipulatus, circa medium,ff. de verb. oblig. & l. magis puto,* §. *non passim,ff.de reb.eorum qui sub tutel.*

Ex quibus apparet, quod nec ab ipso donante nouæ
† conditiones adjici possunt. Si igitur hoc denegatur 231
donanti, & illi qui liberalitatem facit, maiori ratione successoribus non est permittendum; & eadem ratione non possunt conditiones remittere, *l.eum qui,* alias incipit *Iauolenus,ff.de annal.leg.l.fideicommissi,§.cum Pollidius.ff.de vsur.* per quæ iura ita tenet Paul.de Castro *in cons.*259.*Omnes difficultates dubiorum,lib.*1.*num.*4. *&* 5. facit egregia doctrina Baldi,*in l.*1.*C.de legat.* & text.*in cap.*1.*in princ.ibi,* Nulla ordinatione defuncti manente, vel valente, *de succession. feudi,* notatur per Decium *in cons.*389. *Visa longa serie,* & conducit scripta per Paris.*in cons.*2.*n.*3.*lib.*1. vbi latè de hoc tractat, & possumus applicare *l.id quod nostrum.ff.de reg.iur.l.*3.*ff.de interdict.& relegat.* in ratione illarum. Et de hoc puncto vide quæ scribit Molina *lib.*1.*de primogen.n.*8. *num.*21.*fol.*57. Quod confirmo ex scriptis per Bursat. *in cons.*167.*n.*10. *lib.*2. vbi tradit, quòd hæredes testatoris tenentur probare † se adimpleuisse legata reli- 232
cta per testatorem, per apostillam ad Bart.*in l. nec illa, ff.de reb.dub.* & doctrinam Baldi *in cons.*93.*nu.*3.*lib.*3. Natta *cons.*569.*lib.*2.Grat.*cons.*102.*n.*11. *lib.*2.

Rursus in materia præsentis quæstionis, non est omittendum vnum memorabile, quod licet regulariter allegans ingratitudinem, illam † probare teneatur, *l.* 233
omnimodo, Cod.de inoffic.testam.l.vlt. & authen. hæres, Cod.de secund.nupt. quod latè explicat Mascard.*in tract. de probation.conclus.*897.*num.*...*cum sequentib.fol.*197. *lib.*2. Siquis alleget donatarium non impleuisse contenta in donatione, non ipse, sed donatarius † probare 234
tenetur, quod ex Corneo *in cons.*101. *lib.*3. Ripa *in l. vltim. Cod. de revocand. donation. quæst.*55. *num.*197. tradit Mascard. *in loco citato,num.*12. de quo legenda sunt quæ scribit Surdus *de aliment. tit.*1. *quæst.*48.*numer.*53.*cum seqq.* Et confirmo, quia ille qui dicit conditionem impletam, esse † id probare debet: *l. cum qui* 235
nouissimus, ff. ad Trebell. notant Socin. Iun. *in cons.*67. *num.*1.*& sequentib.lib.*4. Mascard.*in tract. de probation. lib.*1. *conclus.*343. *num.*5. *fol.*203. faciunt scripta per Anton. Peregr. *in tract. de fideicomm. art.*15. *num.*6. *fol.*135.*& art.*43.*nu.*8.*& 9. fol.*393.*& n.*46.*fol.*398.

Et istis iungo, quod licet donatio facta cum conditione, non dicatur esse perfecta ante implementum conditionis; tamen partes recedere non possunt à † con- 236
tractu ante quam existat, vel non existat conditio, secundum Glossam *in l.necessario,§.si res,in verbo,perfectum ff.de peric.& commod.rei venditæ,* Alexand. *in cons.*46.*num.*2. *lib.*5. cum *concordant.* vt per Episcop. Couarr.*resolution.lib.*1.*cap.*14.*num.*16. *vers.& responderi,* Cephal.*in cons.*312.*nu.*28.*&* 29.*lib.*3. Menoch.*in consil.*388.*num.*38.*lib.*4.*& num. sequentib.* quod est notabile in ista materia. Et quod si dominus non obseruat vassallis iuramentum de conseruandis iuribus subditorum, non maneant illi obligati, tradunt Purpuratus *in l. lecta, num.*44. *Digestis si cert. pet.* & alij quos citant Tiraquell. *in l.si vnquam, C.de revocand. donation. in verbo,donatione largitus, nu.*118. *& lib.*1. *de retractu, §.*1.*glos.*5.*nu.*1. Menoch.*in cons.*109. *nu.*9.*lib.*2. *& in tract.de præsumpt.lib.*6.*nu.*22.*fol.*68.

Animaduerto etiam in hac materia, quod conditiones appositæ in aliqua clausula maioratus, † cesentur repe- 237
titæ in aliis clausulis eiusdem maioratus, *l.*1. *§.pro secundo, Cod. de cadue.tollen. l.cum sine,§. cum ab eo.ff.*

quand. dies legat. cedat, notat Gregor. Lopez *in l.2. tit.15.part.2.in verbo*, El mas propinquo, *colum.2. verſic.unde ſi aliquis*, Molina *lib.1. de primogen. cap.6. num.24.& 25.* Socin. Iun. *conſil.144. numer.19.lib.3.* Ioann. Guttier. *conſil.18. num.27. cum ſequent.* vbi ex hoc latè probat, quod conditio nubendi mulieri appoſita in inſtitutione, cenſetur repetita in prælegato, & ibi ſcribit plures coniecturas, ex quibus conditio repetita cenſetur. Quod tamen ego intelligo procedere, niſi clauſula habeat ſpecificam & propriam determinationem: nam regula eſt elegans, & quæ valde eſt amplectenda in interpretatione clauſularum maioratus, quod ſi in principio adeſt clauſula quæ habeat propriam & ſpecificam determinationem, & poſtea ſit alia clauſula, quæ habeat etiam ſuam propriam, & ſpe-
238 cialem determinationem,† tunc clauſula in fine appoſita non habet relationem ad primam clauſulam, nec prima ad vltimam, nec vna declarat vel ampliat aliam; vt egregiè dicit Bald. *in l.1. Cod.de legit. hæred.* Cardinal. & Imola per textum *in cap.cum dilecti. de donationib.* cum concordantibus quæ referunt Iaſon *in l. tranſigere, num.18. C.de tranſactionib. & in l. coheredi*, §. *qui diſcretas numero octauo, fol.121. Digeſtis de vulgar. & in l. talis ſcriptura, ff. de legat. 1. & in l. doli clauſula, num.4. fol.148. & in l.qui Romæ*, §. *duo fratres, num.47. Digeſtis de verb. oblig. & in conſil.51. num.2. & in conſil.97. numer.1. lib.1. & conſil.173. lib.2. & & in conſil.170. libro quarto*, Decius *in conſil.11. numer.15.* & ſcribo *infra*, *quæſt.* 12. & tradit notanter Curtius Iunior *in conſil.112. lib.1.* Alexand. *in conſil. 48. num. 8. lib.1.* & pro hoc facit doctrina Bartoli *in l. Seiæ*, §. *Caio*, *ff. de fund. inſtruct.* vbi dicit, quod quando copula, & ponitur inter duo legata vni relicta, qualitas adiecta in primo legato, ſi ſit in eadem
239 oratione,†intelligitur repetita in ſecundo legato: ſecus ſi ſit in diuerſa oratione perfecta, quia non intelligitur repetita, per *dict.l.Seiæ*, §. *Caio, & l.vltim.* §. *cui dulcia, Digeſtis de vino, tritico, & oleo, legat.* explicat Alexand. *in conſil.66. num.6. lib.3.* Iaſon *conſil. vltim. lib.4.* Roland. *in conſil.31. num.36. lib.4.* Euerard. *in loco 50. à natura copulæ, pag.375.* quæ theorica ad multa prodeſſe poteſt: de qua etiam vide notabile *conſilium* Barthol. Socin. 49. *num.5. lib.1.* & quod quando clauſulæ ſunt multum ſeparatæ, qualitas in vna appoſita non cenſeatur in alia repetita, volunt Bart. *in conſil.39. numer.2. lib.1.* Signorol. *conſil.156. in fine*, Bart. Socin. *in conſil.27. num.15. lib.4.* Iaſon *in l. Titia*, §. *idem reſpondit num.5. ff. de verb. obligat.* & alij quos citat Menoch. *conſil.117. num.79. lib.2. & conſil.216. num.190. libro tertio*, vbi plura in iſta materia ſcribit, materiam omnium pleniſſimè ſcribit Maſcard. *in tract. de probation. lib.3. concluſ.1266. num.1. cum ſequentib. fol.208.* & eſt ampla materia, & maiori examinatione digna; quia circa iſtam materiam varia DD. in iure tradunt. Circa quam materiam legenda omnino ſunt quæ ſcribit Zanchus *in l.haredes mei*, §. *cum ita, part.10. numer.103. cum ſequent. Digeſtis ad Trebell.* Ioann. à Garronibus *in Rubr. de ſecund. nupt. num.95.* latiſſimè Beroius *in conſil.120. num.66. lib.2.* vbi plures ponit regulas.

Item eſt notandum, quod conditio appoſita in teſta-
240 mento, † cenſetur in Codicillis repetita: *l. Caio, in princ. Digeſtis de aliment. legat.* notat Angel. *in conſil.293. quoniam in vltimis voluntatibus*, pro quo textus notabilis *in l. cum tacitum, ff. de probation.* notatur per Paul. de Caſtro *in l.cum ſeruus, num.1. Digeſtis de condit. inſtit. fol.104.* & latius per eundem *in l.quæ conditio, Digeſtis de condition. & demonſtr. & in l. ſi cui*, §.1. *numer.2. fol.26. ff. de legat. 1.* Dec. *in conſil.190. Circa primum dubium: num.5. & 6.* & eleganter per Socin. *in dict.l.quæ conditio*, & faciunt ſcripta per Tiraquell. *lib.1. de retract.*, §.1. *gloſſ.14. num.26. pag.505.* nouiſſimè Menoch. *in tract. de præſumpt. lib.4. præſumpt.177. num.1. cum ſequentibus fol.306.* quæ eſt notabilis ad eos, qui facto maioratu in teſtamento aliqua adduxit in Codicillis. Qua in re, & in praxi, eſt magnificanda doctrina Bart. *in l. Statius Florus, ff. de iure fiſci*, vbi vult, quod ſi teſtator in aliquo teſtamento diſpoſuit aliquid cum vna qualitate, & poſtea faciat ſecundum teſtamentum, & repetat eandem diſpoſitionem, omiſſa illa qualitate,† intelligitur potius reiecta 241
quam repetita: & eſt communis opinio ſecundum Curtium Iunior. *in conſil. 163. num.14.* Iulium Clar. *lib. ſententiar. §. teſtamentum, quæſt.76. num.8. pag.75.* pro quibus eſt doctrina Pauli de Caſtr. *in conſil. 347. Reſpondendo per ordinem num.1. lib.2.* vbi vult, qualitatem appoſitam in primo actu, non cenſeri repetitam in ſecundo, qui ex interuallo fuit confectus; idem volunt Alexand. *in conſil. 122. num.2.* Iaſon *in l. Titia*, §. *idem reſpondit, num.8. Digeſtis de verb. oblig.* Simon de Pretis *de interpr. defunct. volunt. lib.2. interpret.4. ſolut.2. num.162. fol.170.* notanter Menoch. *in conſil.117. num.80. & 81. lib.2.* & alij quos citat idem Menoch. *in tract. de præſumpt. lib.2. præſumpt.84. num.12. pagin.222.* De quo tamen legenda ſunt quæ latius ſcribo *ſupra, in 1.part. quæſt.74.* Et quod ſubſtitutio noua, facta in codicillis ſub noua forma & conditione, remoueat & renocet ſubſtitutionem factam in teſtamento, traditur notanter per Aymon *in conſil. 80. num. 1. 2. & 3.* Et de hoc puncto, quando conditio in vna oratione adiecta, videatur in alia repetita, † vide elegan- 242
tem diſtinctionem Pauli Caſtr. *in conſil.410. Viſo facto, & dubiis: lib.1. & in conſil.27. Super primo quæſito: num.8. cod. lib.* ex cuius ſcriptis poteſt reſolui iſta materia, & per ea quæ ſcribit Franciſc. Mantic. *in tr. de coniect. men. defun. lib.10. tit.6. n.31. pag.446.* & ex traditis per Paul. Pariſ. *in conſil.23. n.13. lib.1.* vbi tradit, qualiter qualitas, & conditio vni legato adiecta ſub vna oratione contenta, intelligatur repetita in altero legato in eadem oratione comprehenſo.

Et in hac materia eſt magnificienda doctrina & reſolutio ſingularis Curtij Iun. *in conſil.112. num.7. & 8. lib.1.* vt tradit, quod ſiquis vinculauit diuerſa bona, & in quibuſdam bonis, ad quæ non habebat tantam affectionem, nec erat tanti valoris, vocauit maſculos ad illorum ſucceſſionem, videtur vocare in aliis bonis, ad quæ habebat maiorem affectionem, & quæ erant magis pretioſa, eoſdem maſculos; & tandem concludit, quod clauſula maſculinitatis appoſita in fideicommiſſo vniuerſali,† cenſetur repetita in fideicommiſſo par- 243
ticulari: quod etiam eſt notandum ad ea quæ ſcribo *infra, quæſt.5.* Quibus eſt addendum, quod etiam per copulam, &, † non inducitur repetitio conditionum 244
in diuerſis perſonis, etiam ſi in eadem oratione ponantur, & ad eandem rem, ſeu quantitatem, *l. ſi Seio, ff. de legat. 2. l.* Iulius Paulus *ff. de condit. & demonſt.* Bart. *in conſ. incip. Quidam condidit teſtamentum: in fine*, quem citat Lauren. Calcan. *conſ.108. num.1.* & plura tradit Carol. Ruin. *conſ.33. num.3. lib.2. & conſ.93. num.4. & 13. eod. lib. & conſ.112. num.2. & 5. lib.3.* Et iungo etiam, quod ſiquis addat bona aliqua maioratui antiquo; † cenſetur apponere in dubio, & repetere omnes 245
conditiones, grauamina, & vocationes prioris maioratus: *l. inter Socerum, §. cum inter. ff. de pact. dotal. lib.1. ſi ex toto, in princip. l. quod in rerum*: §. *ſi poſt teſtamentum. ff. de legat.1.* facit regula *l. etiam, Cod. de iur. dotium*, faciunt tradita per Iaſon. *in l. cum filio, num.39. ff. de leg.1.* Riminald. *conſ.64. num.8. lib.1.* ſemperque diſpoſitio ſequens † intelligitur facta ſecundum natu- 246
ram præcedentem: *l.1. §. ſiquis ſub conditione. ff. vt legat. nom. caue. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur.* tradunt Zaſius *conſil. 13. num.3. lib.1.* Ruin. *conſil.48. nu.15. lib.2.* Riminald. *conſil.147. num.7. lib.1.* Socin. Iun. *conſil.65. lib.1.* & Prouincia addita Regno, eſt gubernanda legibus Regni, cui addita fuit; ſecundum Bart. *in l. ſi conuenerit, §. ſi venerit, & §. ſi nuda. ff. de pign.* & alios, quos citat Curt. Sen. *conſil.56. col.5. & 6.* & faciunt alia plura quæ ſcribo *part.1. quæſt.10. & part. q.8.*

Et

Et inquit Cardin. *in cap. cum ſecundum, de iure patronat.* quod ſi aliquis conſtituat ius patronatus ex contractu irreuocabili, & deinde moriens adiectis quibuſdam clauſulis, & bonis, alium vocauerit Patronum; is qui in prima diſpoſitione vocatus eſt, ad vtraque bona admitti debet; notat Rochus de Curte, *de iure patronatus, parte. ipſe, vel is: quæſt.19. num.35. fol.76.* facit regula *l. legem, Cod. de locat.* & quod tradit Bartol. *in l. ſi mihi, & Titio, circa finem, Digeſtis de verb. oblig.* vbi ponit regulam, quod renouatio contractus intelligitur facta ſecundum qualitates contractus renouati, ſi de diuerſitate non appareat: & confirmat Aymon, *de* 249
antiq. temp.4. part. num.220. fol.338. & maſculi † cenſentur vocati ad fideicommiſſum, ſi teſtator ſe referat in vocationibus factis in codicillis, ad vocationes factas in teſtamento: vt reſoluunt Pariſ. *in conſil.2. num.50. cum ſequentib. lib.2.* Menoch. *lib.1. de arbitr. quæſt.78. num.54.* & quando ſunt diuerſæ leges, & ſtatuta, & vna lex procedit per modum Regulæ, tunc dicta in vna præſumuntur repetita in omnibus aliis, ſecundum Bartol. *in l. Prætor ait*, §. *eritque differentia, num.1. ff. vi bonor. raptor.* Butr. & Imol. *in Clement.1. de ſupplen. negligen.* & aliis, vt per Menoch. *in tract. de præſumpt. lib.2. præſumpt.8. numero octauo, pagin.116.*

Et ad originalem inueſtituram ſemper recurrendum
250 eſt, † & ſecundum eam recognitiones ſequentes debent fieri, niſi de certa ſcientia appareat quòd ſint corrigendæ, ſecundum Bart. *in cap. . de feudo guardiæ, & conſil.* [illegible] *Quando conſtat, lib.2.* Curti. *in tract. de feu[illegible] quæſt.7.* & alios plures quos citat Gloſſ. Par[illegible] *ud. Pariſ. part.1. §.53. num.10. & part.2[illegible]ro 4.* Tiraquell. *lib.2. de retract. §.32. numer.[illegible]* facit quod ſcribit idem Bald. *in c.1. §. hoc quoque, in fine, de ſucceſſione feud.*, vbi vult, quod ſi feudum ſit conceſſum [illegible] operantur hæc verba, quod ſortiantur naturam feudi antiqui: notat Alexand. *conſil.10. colum.1. lib.3.* Dec. *conſil.53.* Iaſon. *conſil.1. lib.2.* & alij plures quos citat Roland. *conſil.32. num.7. libro tertio*, Tiraquell. *lib.11. de retractu, §.32. gloſſa vnica, num.133. cum ſequentib.* De quo legenda etiam ſunt quæ ſcribo *ſupra, part.1. quæſt.64.* & quod proximus ad ſucceſſionem,
251 † & ad fideicommiſſum vocatus, teneatur parère conditionibus, ſub quibus alij fuerunt vocati, tradit Iacob. Pute. *deciſ.448. lib.2.* Et quod conditiones tranſeant ad hæredes in vltima voluntate, reſoluit Buſtat. *in conſil.16. lib.1.*

Per quæ autem verba cenſeatur adiecta conditio, vel modus, quia etiam eſt neceſſarium ſcire pro intellectu
252 huius materiæ, † & ad inſtituendum quando id quod teſtator ſuffit in maioratu, ſit modus, vel conditio? vide Gloſſam & DD. præcipuè Bart. & Socin. *in l.1. ff. de condition. & demonſtr. l.1. & 2. tit.4. part.4.* vbi legi debet Gregor. Lop. *gloſſ.1. lib.21. tit.9. part.6.* quæ eſt notabilis in iſta materia; & melior omnibus eſt *lex 2. & 14. tit.4. part.6.* quæ ſunt ſingulares; & Corneus *in conſil.244. num.13. lib.1.* & *l. liberis*, §. *ſcriptura, ff. de manumiſſ. teſtam.* Gloſſ. *in l.1. Cod. de his quæ ſub modo*; Iaſon *in l. ſi ita quis*, §. *Seia cauit, num.2. Digeſtis de verb. obligat. fol.161.* Et quod licèt verba diſpoſitionis dicant, quod *ſub conditione teneatur*, non inducant conditionem, ſi natura verborum hoc non importat, voluit expreſſe Bart. *in l. ſocietatem*, §. *arbitrorum, num.2. ff. pro ſocio*; per reg. *l.1. Cod. de his quæ ſub modo.*

Et de his verbis quæ ſæpiſſime in contractibus, & in teſtamentis apponuntur quando teſtator dicit, *lego tibi centum ea conditione, vt aliquid facias*, † ſintne
253 modalia, vel conditionalia? vide Alexand. *in conſil.102. Viſis, & ponderatis: lib.1. & conſil.119. Viſo proceſſu; eod. lib. & conſil.150. num.2. lib.6.* Marcus Anton. Eugenius *in conſil.93. num.7. & 41.* & tradit Alexand. *in dict. conſil.102.* quod in dubio præſumitur modus, & non conditio; & Neuizan. *in Sylua nupt. lib.6. n.47. & pag.582.* Menoch. *lib.2. de arbitr. caſu 494. num.12.* Iaſon. *in conſ.162. lib.2.* Ioann. Faber. *in §. huic autem proximè, fol.55. de legat.* Barth. Socin. *in conſ.21. lib.3. num.20. & 22.* Peralta *in l. Titia cum teſtamento*, §. *ſi ea conditione, num.11. pag.431. Digeſtis de leg.2.* & quæ refert Gregor. Lop. *in dict. l.21.* Epiſcop. Sarm. *lib.2. ſelectar. interp. c.3. per totum, fol.58.* Franciſc. Mantic. qui ad omnia iſta legendus eſt, *in tract. de coniect. men. defunct. lib.10. tit.5. num.15. pag.440. & 441.* Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. art.11. nu.113. fol.100. & num.158. & art.43. num.13. fol.393.* Zanchus *in l. hæredes mei*, §. *cum ita, part.3. nu.40. pag.49.* *Digeſtis ad Trebellian.* qui citat Epiſcop. Sarmien. *in d. cap.3.* Simonem de Prætis *lib.4. d. interpr. defunct. voluntat. dub.4. num.53. fol.453.* & *libro 5. dubit.2. nu.119. fol.516.* Carol. Ruin. *in conſ.127. num.2. lib.1.* Iaſon *in l. quocumque*, §. *non ſolum. per totum, ff. de verb. obligat.* Molin. *lib.2. de primogen. cap.15. num 28. cum ſequent. fol.357.* Auguſtin. Beroi. *in conſil.6. [illegible] .5. lib.2.* nouiſſimè Menoch. *in tr. præſumpt. lib.4. præſumpt.175. num.1. cum ſequent. fol.304.* Hieron. Gabr. *cor ſil.5. numer.4.* notanter Gratus *in conſ.108. num.3. lib.2.* Natta *in conſ.373. num.28. & 29. lib.2.* Sylueſter *in ſumma ſua, verb. conditio, fol.112.* Barboſ. *in part. [illegible] ff. ſolut. matrimon. num.34. pag.20.* Nauarr. *in ſumma, cap.22. n.61. pag.642.* quibus addo Bart. *in l. quibus, ſi Termilius, num.5. Digeſtis de condition. & demonſtr.* vbi expreſsè dicit, quòd dicta verba ſunt modalia, † quando poſtea 254
ſequitur dictio, *Vt*, quæ eſt modalis; & ita intelligit text. *in l. Mæuia, ff. de manumiſſ. teſtam. & in l. ea conditione, Cod. de reſcind. vend. & in l. quoniam, Cod. de rer. permut.* & idem tenet Dec. *in l. debitori, num.12. fol.28. Cod. de pact.* qui alios citat: ſecùs ſecundùm Iaſonem, ſi ponatur poſt prædicta verba dictio, *Si*; refert Baldum hoc expreſsè tenentem *in l. cum res*, per illum text. *C. de donation.* notat ſingulariter Aymon. Cranet. *in conſ. 59. num.1.* vbi per doctrinam Bart. *in d. §. Termilius*, & aliorum quos refert, tradit, quòd de natura conditionis eſt, quòd impleatur, ſeu purificetur antè conditionem actus. Sed quando aliquid venit implendum poſt executionem ipſius actus, dicitur modus, & non conditio, ibi: *Et non conditio.* Quod vlera plures antiquos tradunt Fortunius Garcia *in l. iuris gentium, in princ. num.38. & in l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, nu.33. ff. de pactis*, Galiaula *in rubric. Digeſtis de verb. oblig. num.182.* Menoch. *in conſ.60. num.47. & in conſ.78. num.16.* & aliquos citat Petr. Surd. *in tract. de alimentis tit.9. quæſt.16. [illegible] .44. fol.359.* Seraphin. *in tract. de priuileg. iuram. priuileg.73. num.46. & 47. pag.375.* & eſt conſiderandus effectus, non verba teſtatoris: & addo Oldrad. *in conſil.108.* Titius veniens, *numero ſecundo*, vbi dicit, quòd licèt teſtator conditionem aliquam vocauerit; non tamen eſt conditio in caſu de quo loquitur, & Item *in verbo, dicto caſu* tradit Carol. Ruin. *in conſ.139. num.2. lib.1. & in conſ.127. nu.2. eod. lib.1.*

Ex quibus confirmari poteſt quod ſcribit Molin. *in tract. de iuſt. & iur. tract.2. diſput.208. pag.1270.* vbi vult, quòd quando † maioratus inſtituitur ſub condi- 255
tione vt ſucceſſores in illo nihil de bonis alienent, aut aliquid faciant, vel adimpleant, non eſt conditio, ſed modus: ad iſta legendus eſt Seraphin. *in tract. de priuil. iuram. priuil.73. num.47. pag.379.* & text. *in l. libertus*, §. *hac ſcriptura, ff. de manumiſſ. teſtam.* cum aliis traditis per Tiraquell. *lib.1. de retract. §.1. gloſſ.2. numer.32. & 33. pagin.48.* & Petr Surd. *deciſion.38. numer.6.* & legatum potùs præmitur in diem,† quàm ſub 256
condition, *l. quadam*, §. *Titio, ff. quando dies*; notat Alciat. *in hæc verba, numer.3. Digeſtis de legat.1.* Mantic. *de coniectur. ment. libro 10. fol.251.* Et qualiter in ſucceſſione primogenituræ accipiantur illa verba, cum conditione, onere & grauamine, in lite Comitis de Tendilla Hiſpani, † tradit 257

Auguſt.Beroi.*in conſ.*84.*num.*62.*lib.*2.Et de puncto & materia qualiter dicatur modus,vel conditio, legenda ſunt quæ ſcribit in maioratibus Molina *de iuſt. & iur. lib.*2.*diſp.*611.*pag.* 258.Sed quòd iſta verba,*ſub conditione*,ſint conditionalia, & non modalia,probatur *in l. ſi ea conditione*,*C.de condit.inſert.*& videtur facere pro diſtinctione *Iaſonis*:ad quod eſt etiam expreſſa doctrina Baldi *in l.unica*, *ad finem princ. C. de caduc.tollend.* vbi tenet; quod quando teſtator diceret, *lego tali ſub iſta conditione, ſi Titius hæres erit*, vel *ſi adierit*, ex quo dicit *ſub iſta conditione*; dicitur tunc conſtare de animo teſtatoris, quod voluit eſſe conditionale, & ſic impedire tranſmiſſionem;per text.*in l.in tranſmiſſionibus*,*§.*1.*verſ.niſi fortè*, *ff. de condit. & demonſtr.* quem ſequuntur Paul.de Caſtr.& Iaſon.*in l.*3.*num.*33.*&* 34. *fol.*12.*ff.de legat.*1.contra Bart.*in dict.§.Termilius in l. quibus.ff.de condit.& demonſtr.*& idem quod *Paul.* & alij,tenent Decius *conſ.*2.Aretin.*conſ.*92.Epiſcop.Sarmien.*dict.lib.*2.*ſelectar.interpr.c.*3.*n.*5. & alij quos citat Zanchus *in d.l.hæredes mei*,*§.cum ita*,*part.*4.*num.*78. *pag.*74.*col.*2.*ff. ad Trebell.* ad hæc legendus, traditur etiam per Menoch.*conſ.*60.*nu.*47. *lib.*1. Iaſ.*conſ.*202. *num.*3.*lib* 2.

In qua materia eſt inſignis doctrina *Felini*, & ad multa conducibilis, *in conſ.*34.*nu.*12.vbi tradit, quòd donatio facta per hæc verba,*cum hac conditione & gra-*
258 *uamine*,inducunt talia † verba formam,per doctrinam Baldi *in authent.matri & auiæ, Cod. quando mulier tutel. offic.fungi poſſit*:& ibi *Felin.*reſoluit,quòd hoſpitale inſtitutum ſub conditione quòd non alienet, & ſi alienauerit,tranſeant bona ad aliud hoſpitale; alienando,pœnam incurrit,nec aliud hoſpitale poterit alienare:pro quo facit *l.ſi hæres*,*ff.de condict. ob cauſam*,*l.liberto*,*§.Lucius*, *ff. de annuis legat. l.*2.*ff. de his quæ ſub modo*;& doctrina Bart.*in d.§.Termilius*, *num.*16. & ibi Socin. *num.*14. & alij quos citat Surdus *in dict. tract. de aliment.d.*1.*t* 9.*num.*56.*folio* 360. & verba in dubio
259 iudicantur † modalia. non conditionalia; ſecundùm Bart.*in l.cum mota*,*col.*2.*C.de tranſact.*cum *concordant.* vt per Decium *in d.l.ſi debitori*,*num.*13.*C.de pact.*Menoch. *de arbitrar.iudic.lib.*2.*cent.*5.*caſu* 484.*num.*12. *pag.*786. Gratus *in conſ* 102. *num.*1. *lib.*2. *&* nouiſſimè Maſcard.*in tract.de probat.lib.*1.*concluſ.*343. *numer.*1. *fol.*203.& plures citat Franciſc.Minti. *de coniect.men. defun.lib.* 10.*d.tit.*5.*num.*12.*pag.*440.vbi *num.*15. tractat de *d. §.Termilius*, & plura ad propoſitum ſcribit. Licèt contrarium teneat Alex. *conſ.*150. *num.*2. *lib.*6. per *d.l.à teſtatore*,*ff.de cond.& demonſtr.*quem ſequitur ibi *Gloſſ.Pariſ.*& citat Alex. *conſ.*112. *col.*2.*& in conſil.*119.*col.*2.*lib.*1.de quo etiam per Pariſ.*in conſ.*119. *num.*256.*lib.*2.& faciunt quæ ſcribo *infra*, *in verſ. Et eſt notandum*,*à num.*312.Et quòd illa verba,*oblato pretio*, faciunt modificationem,& non conditionem, voluit Ioann.Baptiſta Roſellis *inter conſilia*, *Pauli*, *conſil.*249.*Statutum Paduæ*, *col.*2. *verſ. Non obſtat quod tertio*, *ib.*2. quem citat Tiraquell. *in tract. de utroque retractu*,*lib.*1.*in fine*,*num.*123.*p gin.*791.Et quòd con-
260 ditio † ſæpe apponatur pro pacto, tradunt Decius *in l.debitori*, *notab.*3.*Cod.de pact.*Tiraquelll.*tib.*1. *de retract.*§.2.*gloſſ.unica*,*num.*76.Zanchus *in l.hæredes mei*, *§.cum ita*,*part.*3.*num.*40.*pag.*49.*ff.ad Trebell.*Et quòd
261 grauamen appoſitum † in ſucceſſione primogenituræ ſit conditio tradit Auguſtin. Beroi. *in conſ.* 84. *num.*62. *lib.*2. in quodam maioratu Comitis de Tendilla.

Et certè cùm verba ſint inuenta, vt dicentis intentionem exprimant, *l.Labeo*,*ff.de ſuppellectil. legat.* & communis vſus loquendi doceat, quod quando quis facit mentionem expreſſam conditionis, minimè de modo ſentit, maximè illi qui non ſcinnt differentiam
262 inter verba modalia & conditionalia;† verior mihi videtur ſententia *Balei*, & in practica magis ſeruanda: pro qua ſententia faciunt plura quæ ſcribit Pariſ. *conſil.*19. *num.*284. *cum aliis lib.*2. vbi reſpondet ad doctrinam Bart. *in dict.l.cum mota Cod.de tranſact.* & ad alia quæ in contrarium faciunt:& quod voluit ibi *Cinus* ſic diſtinguens, quòd aut legatum, cuius cauſa adjicitur, vel alius actus qui geritur, poteſt procedere ſecundùm mentem diſponentis ſine implemento cauſæ, & tunc cauſa præſumitur adiecta per modum cauſæ;aliàs autem præſumitur adiecta per modum conditionis; quod refert & confirmat Petr.de Ferara *in forma libelli pro legato rei ſingularis*, *in §. coram vobis*, *num.*15.*pag.*410. & ad hoc eſt ſingularis & peregrina *l.in his*,*ff. de condit. & demonſtr.* quam in aliis locis commendo; & quod tradit Dec. *in conſ.*2. *num.*2. vbi fundat, quòd iſta verba, *cum iſta lege & conditione*, propriè ſunt intelligenda:quem citat Zanchus *in l. hæredes mei*, *§.cum ita*,*ff. ad Trebell. part.*4. *numer.*350. *pag.*109. & conducunt plura quæ allegat idem Zanchus *in ead.*4. *part. num.*78. *pag.*74. & legenda ſunt quæ ſcribit Molina *lib.* 2. *de primog cap.*14. *num.*11. *fol.*344.& Rebuff. *in l. conditionalis* 54 *pag.*392. *ff.de verbor.ſign.*vbi plura ſingularia ſcribit *Burſat.* qui loquitur in quadam vocatione maſculorum per hæc verba,*hoc pacto & conditione*, in *conſ.*221. *num.*9. Et vbi aliquid expreſſum eſt per verba denotantia modum,tamen apparet expreſsè vel tacitè partes voluiſſe, quod primo impleatur illud quod erat expreſſum per verba de ſui natura importantia modum, quod implere debens conſequatur emolumentum & commodum ſibi præſtandum, talia verba mutant naturam, † & non faciunt modum, ſed conditionem, vt reſoluit Bart. *in* 163
l.quibus diebus,*§. Termilius*, *ff.d*[redacted] *& demonſtrat.* per *dict.l.Thais ancilla*, *§.ſ*[redacted] *fideicom. libertat.* quem citat Alexand.*in* [redacted] *num.*1.*lib.*1. ſcribit etiam Iaſo. *in conſil.* 160. *num.*15. *verſ. Nec prædictis fundamentis obſtat*, *lib.*2. quòd iſta verba, *ea* 264
conditione,important † modum;quando poſt illa verba ſequitur dictio,*Vt*,ſecùs ſi ſequitur dictio,*Si*:& ita intelligit *d.l.Mauia*, *ff. de manum.teſtam.*& alia iura ſupra citata, & lege etiam de iſtis Gamam *deciſ.* 158. *num.*2.

Et eſt animaduertendum in iſta materia, quòd quando modus,ſeu eius implementum concernit merum fauorem hæredis, aut grauati,non priuatur hæreditate,† 265
ſi modum non impleuerit, *l.Titio centum*, *in principio.ff. de condit.& demonſtrat.l.*2. *§. vltim. ff. de donat.* notat Alex. *in conſ.*127. *lib.*7. Decius *in conſ.*452. *colum.*2. Crauet.*in dict.conſil.*59.*num.*2. *cum aliis*,Carol.Ruin. *conſ.*43 *num.*10. *libro* 2. facit quod in ſimili notat Angel.*in l.ſed hoc ita ff.de re iudic.* quòd donatio ob cauſam dicitur,quando cauſa † reſpicit fauorem donantis, 266
quæ excludit liberalitatem: ſecùs eſt in alia cauſa extrinſeca, quæ non impedit, quominus dicatur donatio ex liberalitate; ad quod alios concordantes citat. Dec. *in l.diuus*, *num.*3.*pagina* 154.*ff.de regul. iur.*vbi *Gloſſ. Pariſ.* plures refert. Et vbicumque modus reſpicit vtilitatem Tertij,† tunc modus cenſetur cauſa finalis diſ- 267
poſitionis, *l.Titio centum*, vbi Bart. *l. quibus diebus*,*in fine*, *ff. de condition. & demonſtr.l. ſi tibi purè.ff.de legat.*3.cum *concordant.*vt per Carol.Ruin. *conſ.*1.*nu.*9. *lib.*1. Et quòd poſſit dari † fideicommiſſum cauſa con- 268
ditionis implendæ:probatur *in l.à teſtatore*, *Digeſtis de condition.& demonſtr.*& *in l.quartam ff.ad l.falcidiam*, tradit Petr.Barboſ. *in* 1.*part. rubr.ff.ſolut. matrimon. num.*53.*pag.*30. Et quòd ex defectu modi non impleti non debeat quis priuari hæreditate, niſi modus † fue- 269
rit cauſa finalis inſtitutionis.voluit Bald. *in conſil.*219. *Petrus Nicolit.col.*2.*lib.*2. Et quod modo non impleto intra terminum datum, obligatio non reſoluatur, tradunt Bart.*in l.quibus diebus*,*§.Termilius*,*ff.de condition. & demonſtr.* & in notabili caſu Carol. Ruin. *in conſil.*139. *numer.*3. *lib.* 1. & inquit idem Bald. *in conſil.* 127. *Quidam nobilis*, *libro primo.* Quod Eccleſia non poteſt vaſſallo opponere, quòd non impleuit pro

pro parte ſua, quando ex defectu implementi damnum non ſentit, & ſua non intereſt: quod latè confirmat Aymon. *in d.conſ.*59.*num.*2.*cum ſequent.*

Et eſt etiam ſciendum ſpeciale eſſe in Rege, quòd ſi donatarius Regis non ſeruat modos in donatione
270 appoſitos, † amittit donationem, ſiue modus ſit cauſa finalis donationis, ſiue non; licèt in donationibus priuatis aliud ſit, vt traditur *in d. l.* 1. *C. de donation. quæ ſub modo.* Ad quam concluſionem ponderat Gregor. Lopez *l.*2. *titulo* 13.*part.* 2. *in gloſſa*, in verbo, *Ono les guardaſſen.*Legatur text. *in l.fin. C. de reſcind. vendit.* per quem tradit Rebuf. *lib.*2. *ad conſtit. Reg. titulo de reſciſſion. contractuum in præfatione*, *num.*49. *pag.*163. Quòd ſi dedero domum alicui, vt me alat, ſi ad id cogatur, vel reſcindatur contractus.

271 Et eſt notandum, quòd omnis † diſpoſitio in dubio dicitur pura, ſi in ea non inferatur dies, vel conditio; nec præſumitur inferi; *d.l.*1. *ff. de condit. & demonſt.l.libertis libertabuſque*,*in fine*, *ff. de adim. legat. l.eum qui calendis*, *§. quoties*, *ff. verb. obligat.* notant Bart.& Iaſon. *in l. cum mota*, *num.* 20.*fol.*83 vbi Dec. *num.*6.*fol.*49.*C.de tranſact.*idem Iaſ.*in l. qui Romæ*, *§. Flauius*, *n.*5. *fol.*171.*ff. de verb. obligat.* Seraphin. *de priuil. iuram. priuileg.*73. *num* 18. *pag.*374. & Gloſſ. Pariſ. *in conſuetud. Pariſ.part.*1.*§.*37.*glo.*2.*num.*8.*fol.* 181. vbi in *numeris antecedentibus & ſequentibus* tra-
272 dit etiam plenam theoricam de dictione, † *Item*, quando ſit repetitiua conditionum præcedentium, cui addo Iaſonem *in §.quòd ſi agat*; *num.*45. *Inſtitut. de action.* & hanc theoricam *Gloſ. Pariſ.* retuli etiam *in* 6. *q. infra*, *eod. in verſ. Hinc etiam fit.* Et donatio
273 † præſumitur pura, & non conditionalis, ſecundùm Oldrad. *in conſ.* 114. *Factum tale eſt*; *quædam mulier*, Abb. *in conſ.* 55. *In quæſtione qua vertitur*, *col.*2.*verſic. Sed his non obſtantibus*, *lib.*1. & alios quos refert Tiraquell. *in l. ſi vnquam*, *in verb. libertis*, *num* 19. *pag.*93.*C.de reuocand.donat.* & tradit Mantic. *dict. titul.*5.*lib.*10.*num.*7.Molin.*lib.*2.*de primogen. cap.*12. *num.*9.*fo.*326.& faciunt quæ ſcripſi *ſupra*, *in verſic. Et verba in dubio*, *num.* 304. & legi debet Gama *deciſ.* 157. & *additio Menchac.* 158. vbi latiſſimè. Et
274 modus quomodo † comparetur conditioni in iſta materia, & in grauamine nomen & arma deferendi, tradit nouiſſimè Anton. Theſaur. *dict. deciſ. Pedem.*270. *num.*21. *&* 22. vbi tradit, non eſſe recedendum in iſta materia à proprietate verborum. Et ex ſuperioribus locis quando erit opportunum, plura ſcire poteris pro deciſione variarum litium. Et quomodo conditio accipiatur pro pacto, vel lege? percipere licet ex eodem Tiraquell.*lib.*2. *de retractu*,*§.*2.*gloſſ.unica*; *num.*76.
275 *pag.*896. Et quòd in ſententia † modus non ſuſpendat, ſed ex eo naſcatur actio, reſoluit Vantius *in tract. de nullitat. tit. de nullit.ex defectu proceſſus*; *num.*117. *pag.* 687. ex doctrina Bart. *in l.eum qui*, *§. Iulianus*; per illum textum., *ff. de conſtit. pecun.* Gloſſ.& DD. maximè Imol.*in cap. quoniam Abbas*, *de offic. delegat.* & ex aliis inibus quæ citat, ad hæc legendus. Et faciunt quod ſcribo *infrà*.

Eſt etiam aliud memorabile in materia conditionum, quòd vbicumque tractatur de implemento con-
276 ditionis, conſenſus † debet eſſe expreſſus, non tacitus, ſecundùm Iaſonem *in l.*2. *§. voluntatem*; *num.* 6. *ff.ſolut.matrim.* Iacob.Put. *deciſ.*282.*part.*3. Et quòd
277 illa verba, *oblato pretio*, † ſignificant admonitionem, & non conditionem, tradit Tiraquell. *in tract. de retract. lib.*1. *in fine. num.*123.*pag.*791. per *l. muto*, *§. ſub conditione*, *ff. de tutel.* & de dictione *Dummodo*, an importet modum, vel conditionem? legenda ſunt quæ ſcribit Carol. Ruin.*conſ.*12.*num.* 37.*lib.*3.Dominic.poſt Paul. Eleazar. *in c. non poteſt*, *§.*1.*col. vlt.in verſ.Nota benè*, *de præbend.in* 6.Curt.Sen. *in conſ.*16. *n.*12.Bertrand. *conſ.*202.*num.*4.*lib.*1.& Guido Pap. *in conſ.*205.*col.antepenult.verſ.Secundum eſt dictum*, *num.* 23.Ripa *lib.*2.*reſponſ.cap.*7.*col.*1.Bald.*in authent.matri & auiæ*, *num.*3. *C. quando mulier tut. offic. fungi poſſ.* Alex. & Iaſ. *in l.* 2. *ff. de vulgar.* Felin. *in cap. cum dilecta*, *num.* 5. *verſic. Secundùm ſiguem*, *de reſcript.* Tiraquell. *lib.*1.*de retr.*§.8. *gloſ.*8.*pag.*456.Iaſ. *conſ.*202. *num.*3.*lib.*2.Aymon qui plures refert *conſ.* 10.*num.*14.Socin.Iun.*in conſ.*148. *in fine*, *lib.*2: Curt. Sen.*conſ.*74.*num.*4.Tiber.Dec.*reſponſ.*8.*num.*70.*lib.*1. ibi, *Quòd dictio*, † dummodo *importat modum*,Ceph. 278
*in conſ.*228.*num.*29.*lib.*2.Menoch.*conſ.*60. *num.*47. & Auguſt.Beroi. *conſ.*23. *num.*25. qui id tradit *in verbo*, *cum hoc tamen*, Auend. *reſpon.* 26.*num.*4.Epiſc.Sarm. *lib.*2.*ſelectar.interpret.cap.*4. *num.*5. *fol.* 63. vbi quod important conditionem verba hæc; *Dummodò*, *& ſi modò*,& idem voluit Curt.Sen.*in conſ.*73. *n.*8. vbi ex Bart.*in d.l.*1.*C.de legat.*& aliis pluribus probat, quòd dictio, *Dummodo*, † facit conditionem: præcipuè re- 279
fert textum *in cap. fin. de tranſlat. Prælator. cap. ex tua*, vbi Ioan. Andr. & Cardinal. *de authorit. & vſu pallij*; *l. dummodo*, cum Gloſſ. *ff. de procurat*; *l.* 2. *ſiue venditor*, *ff. de hæred. vel act. vend.* vbi tandem concludit,quod legitimatio † facta cum hac dictione, 280
Dummodo,ad vnguem eſt ſeruanda, tanquam forma in ea appoſita. Et quòd eſt modificatiua, tradunt Dec. *in cap. ex literis*, *num.*14.*de reſcript.*Menoch.*lib.*1. *de arbitr.quæſt.*86 *num.*28.& *in conſ.*60.*num.*47. *lib.*1. & *in conſ.*134.*num.*36.*&* 38.*lib.*2.T.Bot.Dec. in quodam maioratu Hiſpaniæ *reſpon.*7.*n.*74.*lib.*1.Et quod verba, 281
Dummodo, inducant † conditionem, & actus perſeuerantiam, tradunt Bart. *in l.* 1. *C. de legat.* Alberic. *in l.poſt mortem*, *ff. de adoption. n.*9. & *in dictionar. in verbo*, *Dum tamen*; idem Bart. *in l.*1.*num.*17.*ff. a.condit.& demonſtr.*& *in l. qui concubinam*,*§.vxori*,vbi Alberic.*ff.de legat.*3.& alij,vt per Burſat. *conſ.*44. *n.*27. *lib.*1.qui loquitur in licentia data ad alienanda bona feudaria cum modificatione & dictione, *Dum tamen*: & legenda omnino ſunt quæ ſcribit Oſaſc. *deciſ. Pedem.*167.*num.*14.Et dictio, *Dummodo*, exigit vt omnino exiſtat illud, cui adiungitur, ſecundùm Ioann. Andr. *in cap. ex earum*, *de authorit. & vſu pallij*, & alios, quos citat Mandoſ.*in tract. de ſ hib. quæſt.* 30. *num.*3.*fol.*12.Beneuent, Stracha *in tract. de mercatura*,*tit. manda.num.*8.*pag.*172. Alex.*in l.*1.*an princ.ff.ad l.falcid.* quem citat Gratus *in conſ.* 86.*num.*1. *lib.*2. & notatur etiam per Simon de Prætis *lib.*2. *de interpret. diſpoſ. volunt.interpret.*3.*ſolut.*3. *num.* 60. *fol.*176. vbi tradit, quòd iſta dictio, *Dummodo*, eſt modificatiua; & reſtrictiua, poſt *Iaſonem*, quem citat *Deciſio Pedemont.* 128.*num.*16.

Ex quibus infero † intellectum ad *l.* 27.*Taurinam*, 282
hodie *l.*11.*tit.*6.*lib.*5.*Recop.* in illis verbis, *Con tanto que la hagan entre ſus deſcendientes legitimos*, cuius legis verba formam inducunt taliter, quòd melioratio Tertij aliter facta non valet, vt animaduertunt *ibi* Palat.Rub. Andr. & Cardinal. *de authorit. & vſu pallij*; *l. dummodo*, cum Gloſſ. *ff. de procurat*; *l.* 2. *ſiue venditor*, *ff. de hæred. vel act. vend.* vbi tandem concludit,quod legitimatio † facta cum hac dictione, 280
Dummodo,ad vnguem eſt ſeruanda, tanquam forma in ea appoſita. Et quòd eſt modificatiua, tradunt Dec. *in cap. ex literis*, *num.*14.*de reſcript.*Menoch.*lib.*1. *de arbitr.quæſt.*86 *num.*28.& *in conſ.*60.*num.*47. *lib.*1. & *in conſ.*134.*num.*36.*&* 38.*lib.*2.T.Bot.Dec. in quodam maioratu Hiſpaniæ *reſpon.*7.*n.*74.*lib.*1.Et quod verba, 281
Dummodo, inducant † conditionem, & actus perſeuerantiam, tradunt Bart. *in l.* 1. *C. de legat.* Alberic. *in l.poſt mortem*, *ff. de adoption. n.*9. & *in dictionar. in verbo*, *Dum tamen*; idem Bart. *in l.*1.*num.*17.*ff. a.condit.& demonſtr.*& *in l. qui concubinam*,*§.vxori*,vbi Alberic.*ff.de legat.*3.& alij,vt per Burſat. *conſ.*44. *n.*27. *lib.*1.qui loquitur in licentia data ad alienanda bona feudaria cum modificatione & dictione, *Dum tamen*: & legenda omnino ſunt quæ ſcribit Oſaſc. *deciſ. Pedem.*167.*num.*14.Et dictio, *Dummodo*, exigit vt omnino exiſtat illud, cui adiungitur, ſecundùm Ioann. Andr. *in cap. ex earum*, *de authorit. & vſu pallij*, & alios, quos citat Mandoſ.*in tract. de ſ hib. quæſt.* 30. *num.*3.*fol.*12.Beneuent, Stracha *in tract. de mercatura*,*tit. manda.num.*8.*pag.*172. Alex.*in l.*1.*an princ.ff.ad l.falcid.* quem citat Gratus *in conſ.* 86.*num.*1. *lib.*2. & notatur etiam per Simon de Prætis *lib.*2. *de interpret. diſpoſ. volunt.interpret.*3.*ſolut.*3. *num.* 60. *fol.*176. vbi tradit, quòd iſta dictio, *Dummodo*, eſt modificatiua; & reſtrictiua, poſt *Iaſonem*, quem citat *Deciſio Pedemont.* 128.*num.*16.

Ex quibus infero † intellectum ad *l.* 27.*Taurinam*, 282
hodie *l.*11.*tit.*6.*lib.*5.*Recop.* in illis verbis, *Con tanto que la hagan entre ſus deſcendientes legitimos*, cuius legis verba formam inducunt taliter, quòd melioratio Tertij aliter facta non valet, vt animaduertunt *ibi* Palat.Rub. Andr. & Cardinal. *de authorit. & vſu pallij*; *l. dummodo*, cum Gloſſ. *ff. de procurat*; *l.* 2. *ſiue venditor*, *ff. de hæred. vel act. vend.* vbi tandem concludit,quod legitimatio † facta cum hac dictione, 280
Dummodo,ad vnguem eſt ſeruanda, tanquam forma in ea appoſita. Et quòd eſt modificatiua, tradunt Dec. *in cap. ex literis*, *num.*14.*de reſcript.*Menoch.*lib.*1. *de arbitr.quæſt.*86 *num.*28.& *in conſ.*60.*num.*47. *lib.*1. & *in conſ.*134.*num.*36.*&* 38.*lib.*2.T.Bot.Dec. in quodam maioratu Hiſpaniæ *reſpon.*7.*n.*74.*lib.*1.Et quod verba, 281
Dummodo, inducant † conditionem, & actus perſeuerantiam, tradunt Bart. *in l.* 1. *C. de legat.* Alberic. *in l.poſt mortem*, *ff. de adoption. n.*9. & *in dictionar. in verbo*, *Dum tamen*; idem Bart. *in l.*1.*num.*17.*ff. a.condit.& demonſtr.*& *in l. qui concubinam*,*§.vxori*,vbi Alberic.*ff.de legat.*3.& alij,vt per Burſat. *conſ.*44. *n.*27. *lib.*1.qui loquitur in licentia data ad alienanda bona feudaria cum modificatione & dictione, *Dum tamen*: & legenda omnino ſunt quæ ſcribit Oſaſc. *deciſ. Pedem.*167.*num.*14.Et dictio, *Dummodo*, exigit vt omnino exiſtat illud, cui adiungitur, ſecundùm Ioann. Andr. *in cap. ex earum*, *de authorit. & vſu pallij*, & alios, quos citat Mandoſ.*in tract. de ſ hib. quæſt.* 30. *num.*3.*fol.*12.Beneuent, Stracha *in tract. de mercatura*,*tit. manda.num.*8.*pag.*172. Alex.*in l.*1.*an princ.ff.ad l.falcid.* quem citat Gratus *in conſ.* 86.*num.*1. *lib.*2. & notatur etiam per Simon de Prætis *lib.*2. *de interpret. diſpoſ. volunt.interpret.*3.*ſolut.*3. *num.* 60. *fol.*176. vbi tradit, quòd iſta dictio, *Dummodo*, eſt modificatiua; & reſtrictiua, poſt *Iaſonem*, quem citat *Deciſio Pedemont.* 128.*num.*16.

Ex quibus infero † intellectum ad *l.* 27.*Taurinam*, 282
hodie *l.*11.*tit.*6.*lib.*5.*Recop.* in illis verbis, *Con tanto que la hagan entre ſus deſcendientes legitimos*, cuius legis verba formam inducunt taliter, quòd meliora- 283
t

tractat. de fideicommiſſ. art. 11. *num.* 125. *fol.* 101.

Et quòd quis non ſit obligatus, ſi obligetur, dummodo alium indemnem conſeruet, niſi conditio † pu-
284 rificetur, tradit Hieron. Gabr. *conſ.* 65. *num.* 1. & legendus eſt Oldrad. *in conſ.* 243. *num.* 1. quæ conferunt ad facultates Regales, quæ conceduntur ad faciendum maioratus cum modificatione, *dummodo aliquid fiat*, & ad eaſdem facultates quæ conceduntur ad hypothecanda, vel alienanda bona maioratus cum dicto verbo limitatiuo, *Dummodo*: & ad quod tractat Molin. *lib.* 2. *diſt.* 15. *m.* 29. *fol.* 357. de facultate data ad conſtitutionem maioratuum, dummodo filiis alimenta competentia relinquantur; vbi reſoluit, quòd ſi virtute talis facultatis maioratus ſit factus, & filiis non ſint relicta
285 alimenta competentia; maioratus nihilominus † ſuſtinetur: & *Molinam* refert & ſequitur Petr. Surd. *in tractatu de alimentis tit.* 8. *priuileg.* 93. *num.* 7. *fol.* 335. pro quo facit quod ſcribit Matth. de Afflict. *in conſtit. Neapol. conſtitut. incipienti, In aliquibus, num.* 20. & *deciſ.* 178. *col.* 1. & 2. vbi vult, quòd ſi ſtatutum excludit filiam ob maſculum, dummodo maſculus eam dotet; ſi maſculus hoc non faciat, non poteſt filia petere hæreditatem, ſed dotem ſuo remedio conſequi debet: quod latè confirmat Hieronym. Gabr. *in conſ.* 5. *num.* 10. & *per totum*, quod nota, quia ſæpè videbis. Et pro hac ſententia *Molinæ* plura notabilia ſcribit Rebuf. *in l. mihi 1. part.* 156. *pag.* 752. *ff. de verbor. ſignificat.* pro quo facit, quia de natura dictionis, *Dum-*
286 *modo*, eſt annullare, ſed ad formam † reducere, *l. cum ab eo, C. de contraben. emption.* Bart. *in l. quibus diebus, § Tertullus, ff. de condit. & demonſtr. num.* 4. & tradit Auguſt. Beroius *in conſ.* 55. *num.* 6. *lib.* 2. & *in conſ.* 60. *num.* 25. *lib.* 3. & *in conſ.* 60. *num.* 25. *lib.* 3. & vbi ponitur iſta dictio, *Dummodo*, non reſcinditur diſpoſitio, ſed competit actio illi, in fauorem facta fuit diſpoſitio, ſecundùm Iaſonem *in l. penult. num.* 3. *C. de inſtit. & ſubſtit.* Rota *deciſ. in nouiſſ.* 233.

Ex quibus infertur, quòd in caſu *dictæ legis* 27. *Taurinæ*, melioratio facta non ſeruata forma illius legis,
287 non irritatur in totum: † ſed vocationes & ſubſtitutiones reducuntur ad diſpoſitionem *prædictæ legis*; vt tradit ibi Angul. *gloſ.* 15. *num.* 1. & 2. & faciunt quæ ſcribit *gloſ.* 13. *num.* 4. ad quem addo notabilem doctrinam Simonis de Pretis *lib.* 3. *de interpret. defunct. volunt. interpret.* 2. *dubit.* 1. *ſolut.* 8. *num.* 17. *fol.* 258. vbi reſoluit, quòd ſi ſit facta ſubſtitutio exemplaris contra formam *legis, humanitatis, C. de impub.* non irritatur in totum diſpoſitio, ſed admittuntur vocati ſecundùm ordinem *dictæ legis*: quod eſt ſummè notandum; & confirmo etiam ex textu. *n. l. ex facto, §. Lucius, ff. de vulgar. & in l. ſi quis habens, ff. qui, & à quib. & in l. vnica, § in primo, C. de caducis tollend.* & *l.* 2. & 3. *de hæredibus inſtituen.* & doctrinam Bartol. *in l.* 3. *§. ſi ita teſtator, ff. de liber. & poſthum.* & faciunt plura quæ ſcribo *infra, hac ſecunda parte, quæſt.* 10.

Et ex iſtis etiam infertur intellectus ad facultates & diſpoſitiones quæ conceduntur ad obligandum, & hypothecandum bona maioratus pro reſtitutione dotium, dummodo certa pars depoſitetur, & ſecura maneat; ſi illud quod in facultate fuit diſpoſitum, non fuit factum, an bona maioratus remaneant obligata pro illa quantitate, in qua facultas non fuit executa? quod
288 quotidie videbis: & † de dictione, *Dummodo*, legenda etiam ſunt quæ ſcribit Rebuf. *in praxi beneficiali, in forma ſignaturæ ſimplicis prouiſionis, pagin.* 102. *num.* 11. & 12. Quintill. Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, titulo de defectu natalium, folio* 80. *colum.* 3. & idem Mandoſ. *in gloſ. facultatem, fol.* 20. *col.* 3. *ad finem.* Et quod dictio, *Dummodo*, poſita rei imperfectæ, in
289 futurum faciendæ, inducat † conditionem, probatur *in cap. vt præteritæ, de electione.* & tradit Dominic. *in cap. non poteſt, §. illud num.* 12. *fol.* 185. *de prabend. in* 6. & conducunt etiam ſcripta per Carol. Ruin. *conſ.* 37. *num.* 1. & 8. *lib.* 1. Rebuff. *in praxi benefic. in declaratione nouæ prouiſionis, verſic. Dummodo, pag.* 215. & *in forma ſignaturæ ſimplicis prouiſionis, verſic. Sine præmiſſo, num.* 10. *pag.* 142. Deci. *conſ.* 526. *num.* 2. vbi de dictione, *Dum*, Ruin. *in conſ.* 43. *num.* 5. *lib.* 2. & volunt Quintil. Mandoſ. *in reg.* 31. *quod commiſſio cauſa, quæſt.* 13. *num.* 8. *fol.* 97. poſt *Domini.* quem citat *in d. cap. non poteſt*, & hîc addenda ſunt quæ ſcribo *infra in* 4. *p. q.* 11. *à num.* 21.

Et eſt animaduertendum, quòd quando aliquid eſt expreſſum in diſpoſitione teſtamentaria, vel alterius generis per verba importantia de ſui natura modum & conditionem; † apparet tamen tacitè vel expreſsè 290
teſtatorem voluiſsè, quòd primò impleatur illud quod erat expreſſum per verba de ſui natura importantia modum qui impleri debet, vt conſequantur emolumentum, talia verba mutant naturam, & non faciunt modum, ſed conditionem, *l. Thais ancilla, §. ſtichus, ff. de fideicommiſſar. libert. d. l. in conditionibus, §. 1. l. quæſitum, §. 1. de condit. & demonſtr.* & tenet Bart. *in d. §. Termilius*, & fundat latius Alex. *in d. conſil.* 119.

Ex qua diſpoſitione inferri poteſt ad clauſulas maioratus, quæ habent verba modalia: quia ſi ex verbis præcedentibus & ſequentibus, & ex mente teſtatorum colligi poſſit, voluiſſe teſtantem in conditionibus grauare ſucceſſores, quamvis ex iuris rigore verba modalia appareant, ſeruanda erit voluntas teſtantis. Ad quod lectores videant *inſigne conſilium* Aymonis 59. *num.* 6. vbi tradit, an † grauatus interpellari debeat, vt mo- 291
dum impleat? & tradit idem Aymon *conſ.* 319. *num.* 17. Alciat. *reſp.* 210. *num.* 4. Menoch. *conſil.* 131. *num.* 7. & 8. quod eſt notandum ad ea quæ ſupra ſcribo *de interpellatione*. Et quòd verba quæ reſpiciunt executionem, & non ſubſtantiam, vel eſſentiam executionis, impediant tranſmiſſionem, volunt Aretin. *in l. qui liberis, in princip. ff. de vulgar.* & alij quos cito *ſupra, p.* 3. *quæſt.* 30. *à num.* 48. Quomodò autem cognoſcatur, an conditio reſpiciat modum, vel executionem? † vi- 292
tra prædictos tradunt Dec. & Cagnol. *in l. in omnibus obligationibus, ff. de regul. iuris*, Crotus *in l. nemo poteſt, num.* 132. *ff. de legat.* 1. & alij quos citat Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita ff. ad Trebell. part.* 4. *n.* 347. *pag.* 109. Et quòd voluntas teſtatoris efficiat, vt magis conditionalis, quàm modalis ſit diſpoſitio, reſoluit Anton. Gama *deciſion.* 157. *n.* 2. ex quo decidit, quòd ſi teſtator iuſſit ſoluere aliquid fideicommiſſariis de ſuis bonis, priùs debet impleri conditio: & conditione non impleta, non tranſit fideicommiſſum ad hæredes, ſed ad ſubſtitutos.

Et in iſta materia conſideranda ſunt verba Bald. *in cap. dudum, in* 2. *num.* 27. *de elect.* vbi inquit, quòd modus † debet impleri per viam compulſionis, ſi ex- 293
pediat domino: ſed conditio debet impleri per modum excluſionis, id eſt, ſi non implerur, excluditur quis ab initio & exordio contractus, notant Iaſo *in l. ſi teſtamentum, num.* 3. *C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Zuchard. *in l.* 1. *num.* 137. *C. de pactis.* Et an gradu ex diſpoſitione legis perempto, † conditiones illi cohærentes 294
extinguantur? vide *l. peculium, §.* 1. *ff. de legat.* 2. vbi *Bart.* & eundem Bartolum *in authent. ex cauſa, C. de liber. præterit.* Alciat. *in l. ſi is qui coheredi, num.* 9. *pag.* 216. *ff. de vulgar.* Deci. *conſ.* 273. vbi reſoluit, an gradu perempto duret conditio deferendi nomen? de quo legenda ſunt quæ ſcribo *p.* 1. *quæſt.* 24. *à num.* 40. & *infra quæſt.* 10. Et quòd hæres poſſit reuocare donationem ob pacta & conditiones non ſeruatas, † volunt Bald. 295
in l. fin. C. de reuocand. donat. Abb. & alij quos referunt Beccius *conſ.* 9. *num.* 14. Syluan. *in tract. de feudi recognit. quæſt.* 29. *col. fin. limit.* 7. Anton. Gabr. *de malefic. concluſ.* 35. *n.* 14. Petr. Surd. *in tract. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 48. *n.* 52. *fol.* 57. vbi ponit regulam, quòd vbicumque reuocatio pendet ex contractu, † ius reuocandi 296
tranſit ad hæredem, ex Innocentio, Cardin. Imol. & Barbac. *in cap. final. de donation.*

SVMMA

SVMMARIVM.

297 *Primogenitus, ſi non pareat conditionibus ex cauſis poſteà emergentibus, an cadat in pœnas à teſtatore præſcriptas. Authoris placitum.* num. 301.
298 *Ex cauſis de nouo ſuperuenientibus recedere licèt à diſpoſitione.*
299 *Negotia plura ſunt quàm vocabula.*
300 *De momentaneis voluntatibus, & quæ non ſunt fundata in recto iudicio, curandum non eſt.*
302 *Defectus modicus bona fide errantis non impedit implementum conditionis.*
303 *Conditio, & non pœna, in dubio adjecta cenſetur.*
304 *Vocatus ad fideicommiſſum cum onere quod portet nomen proprium inſtituentis, grauamen adimplet, nomen familiæ & agnationis portando.*
305 *Teſtator ſi aliquem hæredem inſtituat* ſecundùm conditiones infra ſcriptas, *& poſtea nullam exprimat conditionem in dubio videtur teſtamentum pro perfecto habuiſſe.*
306 *Conditiones, quæ per relationem apponuntur in aliqua clauſula maioratus, ſeruari debent.*
307 *Conditionibus qui non paret, rem ſibi relictam an teneatur cum fructibus reſtituere.*
308 *Filius eius, qui conditionibus non paruit, an admittendus ad maioratum, proponitur. Et reſoluitur.* num. 312. 313. 314. 315. 316. 318. 319. & 320
309 *Cum perſona, de cuius ſucceſſione tractatur, prohibetur ſuccedere, prohibentur etiam deſcendentes ex ea.* & num. 310.
311 *Feudi alienatio ſi fiat iure permittente, filij præferuntur agnatis; ſi verò fiat iure refragante, agnatus præfertur filio.*
317 *Renuntiatio patris non nocet filio in his quæ filius conſequitur ex propria perſona.*
321 *Succeſſores in maioratu debent perſeuerare in executione conditionum.*
322 *Grauamen aſſumendi nomen & arma non debet eſſe momentaneum.*
323 *Subſtitutus; ſi hæres & eius filij nomen & arma non aſſumunt, non debet admitti, caſu quo nulli naſcantur filij, qui nomen & arma portare poſſint.*
324 *Conditiones voluntariè adjectæ per teſtatorem in maioratu, ſunt in forma ſpecifica adimplendæ.*
325 *Statutum prohibens opponere exceptiones contra inſtrumentum, non cenſetur prohibere exceptionem conditionis non adimpletæ.*
326 *Paria ſunt, aliquid à principio purè fuiſſe factum, vel ſub conditione poſtea purificata.*
327 *Primogenitus non admittitur ad maioratum in caſu* Pragm. anni 1534. *licèt alias de teſtatoris voluntate conſter.* & num. 332. *vſque ad finem quæſt.*
328 *Diſpoſitiones exorbitantes à iure communi extenduntur ad caſus ſimiles ob publicam vtilitatem.*
329 *Conſtitutio etiam pœnalis extenditur ad caſum ſub mente legis, vel ſtatuti comprehenſum.*
330 *Leges extendere noſtrum non eſt præcipuè cùm ſunt exorbitantes, & limitatoriæ.*
331 *Intellectus ſemper debet ſumi, qui nos ad ius commune reducit.*
333 *Princeps an poſſit per legem generalem reducere ad iuſtitiam ius primogenituræ.*
334 *Maioratus inſtituius in ſecundogenito regulatur tanquam in primogenito.*
335 *Indecens eſt hæredi primogenito nomen & arma ſuæ familiæ dimittere.*
336 *Primogenitus excluſus propter ſecundogenitum, an cenſeatur excluſus propter fœminam natam ex maſculo ſecundogenito.*
337 *Vocati ſub conditione negatiua qualiter admittantur.*
338 *Secundogenitus habens liberos, an præferatur primogenito non habenti liberos.*
339 *Reſtitutio vni ex liberis facienda, de quo filio intelligatur.*

EST etiam ſummè notandum in iſta materia & illatione, & pro perfectiori intellectu eorum quæ hîc tractantur: Quòd ſi primogenitus non paret conditionibus per teſtatorem adjectis, arma propria teſtatoris, vel nomen deferendi, vel aliis conſimilibus grauaminibus, ex cauſis forſan vrgentibus, & quæ de nouo ſuperuenerunt, & quæ ſi in vita illius, qui maioratum & grauamina fecit, contigiſſent, illas remiſiſſet, † neque ſeruare compuliſſet, non cadit in 297
pœnas à teſtatore præſcriptas, & iniunctas contra ſucceſſores in maioratu conditionibus non obedientes: hoc probatur ex *l. Caio, §.* 1. *ff. de adim. legat.* vbi *Bart.* ibi enim legatarius grauatus fuit cum quopiam morari; tamen ſi honeſtè & commodè non potuit viuere cum eo quem teſtator iuſſit, non amittit legatum: quod dictum ad aliud propoſitum retuli, & confirmaui *in* 1. *parte huius operis, quæſt.* 57. *à num.* 11. & *part.* 4. *quæſt.* 28. facit *l. Lucius, §. Titius, ff. de liber. & poſthum. l. quoniam deſideria, C. de natur. l. vlt. ff. qui ſatisdar. cogant. l. ſi hominem, ff. mandati*; *l. cum ſeruus, verſic. Nam etſi viuus, ff. de condit. & demonſtr.* ibi: *Quod ipſe viuus facturus ſit, ab hæredibus ſuis fieri puſſiſſe intelligitur*: quæ omnes leges ſunt notabiles,
ptq iſta mea opinione, & omnes diſpoſitiones intelliguntur, & procedunt rebus ſic ſtantibus, *l. quod Seruius, ff. de condict. ob cauſam, l. cum Cornelius, ff. de ſolution.* quod etiam procedit in diſpoſitionibus iuratis, vt patet ex *cap. quemadmodum, de iureiuran.*

Et ex cauſis de nouo ſuperuenientibus recedere † licet à qualibet diſpoſitione etiam teſtamentaria, *l.* 298
vtilitatem, ff. de confirm. tutor. l. fratres, §. vltim. ff. de adminiſt. tutor. & eſt regula, quam notanter exemplificat Ancharr. *in conſil.* 83. quam etiam ad alium finem refero *in diſt. quæſt* 57. & *in* 4. *part. huius operis, quæſt.* 1. *limit.* 1. vbi plura ad propoſitum videre eſt facile: & iſta conſideratio notanda eſt ad ſucceſſores in maioratibus, qui quamvis velint exequi grauamina & conditiones per conditores maioratuum iniunctas; adimplere non poſſunt propter aliqua obſtacula, quæ plerumque ex temporum varietate apud mortales contingunt, quæ conditor maioratus cum nulla prudentia & pleniſſima ordinatione prævidere potuit: nam plura ſunt negotia quam † vocabula, *l. natura, ff. de præſcript. verb.* vnde 299
maioratum amittere non debent, nec incurrunt in pœnas: quæ conſideratio arbitrio Iudicum & Aduocatorum in pluribus negotis practicari poteſt, ante oculos ſemper, ſicut ſpeculum, habendo teſtatorem ſupremas voluntates; ne ab illis recedatur, in quantum poſſibile fuerit. Nec oportet paſſim, & ſine delectu iſtam conſiderationem practicare, nec eſt curandum, nec Iudices curare debent de voluntatibus ſucceſſorum in maioratu, quæ viuis & fundamentalibus rationibus, & legum authoritatibus non conformantur. Nec enim de momentariis voluntatibus, & quæ non ſunt fundatæ in recto iudicio, eſt † curandum, vt conſuluit 300
Imperator *in l. filia in vrbitate, C. de inoffic. teſtam.*

Prætereà prò iſta conſideratione, quam Iudico habendam eſſe tàm in conditionibus & grauaminibus à teſtatore adjectis, quàm innocationibus & ſucceſſionibus maioratus; † Ego magni facio text. *in l.* 3. *C. de in* 301
officioteſtam. vbi dicitur, *Si mater filius duobus hæredibus inſtitutis, tertio poſt teſtamentum ſuſcepto, cùm mutare idem teſtamentum potuiſſet; ſed hoc facere neglexit, meritò vtpotè non iuſtis rationibus neglectus de inofficioſo querelam agere poterat. Sed cùm eam in puerperio vita deceſſiſſe proponas, repentini caſus iniquitas per coniecturam maternæ pietatis emendanda eſt.* Ponderanda igitur ſunt verba vltima illius legis, quæ ad varia negotia ſunt conducibilia: & merito inquit

Bald.

Bald. *in l. pro hæreditariis, Cod. de hæredit. action.* quòd licèt conditio debeat ſpecificè adimpleri ; modicus tamen defectus bona fide errantis non impedit im-
302 plementum conditionis, † iure benignitatis, per *legem, quamvis, ff. de condition. & demonſtrat.* quem citat Tiraquell. *in tractatu de rebus exiguis, pagin. 52. verſicul. Quartò per illum.* Iſtius etiam materiæ vicinum eſt quod ſcribit Angel. cui ſe ſubſcripſit *Bald.* inter conſilia ipſius Baldi, *conſ. 229. Punctus lib. 4. in antiquis* ; in nouis verò *conſil. 329. eodem lib.* quem ſequitur licet ſub *alio numero*, addens etiam *Ancharran.* Alciat. *conſil. 653. num. 5.* Marzar. *in epitome de fideicommiſſ. quæſt. 45.* vbi volunt, quòd ſi in caſu alienationis bonorum fideicommiſſi ſit ſubſtitutus aliquis locus pius ; hoc potiùs ad terrorem factum cenſetur, quàm ad pœnam. De quorum reſolutione & meritò dubitat Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 5. num. 129. pag. 241. ff. ad Trebell.* & pro *Angelo* facit doctrina Hieron. Gabr. *conſ. 105. num. 5.* vbi tradit, quòd con-
303 ditio in dubio, † & non pœna cenſetur adjecta ; ex notatis per Bart. *in l. pater Seaevinam, ff. de condit. & demonſtr.* Bald. *in l. 3. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Dec. *in conſ. 200.* quod eſt ſummè notandum, quia ſæpè habebis in practica.

Ad memoriam eſt etiam repetendum in iſta materia, quòd fundat Menoch. *in conſ. 97. num. 147. lib. 1.* vbi
304 probat, quòd vocatus ad fideicommiſſum † cum onere & conditione, quòd portet nomen ipſius vel alterius, non videtur grauatus quòd portet nomen proprium, ſed nomen familiæ & agnationis : quod vidi in ſpecie in cauſa maioratus : pro qua ſententia faciunt quæ ſcribo *part. 1, quæſt. 51. à num. 154. cum ſequentib.* Nec omitto quod ſcribit Curt. Jun. *in conſ. 204. num. 27. lib. 3.* vbi vult, quòd ſi quis inſtituat aliquem *ſecundum conditiones infra ſcripias*, & poſtea nullam conditionem expreſſit, diuertendo ad extra-
305 neos actus, † in dubio videtur habuiſſe teſtamentum pro perfecto, per iura quæ ibi refert : quod in ſucceſſione cuiuſdam ſtatus iam euénit, ad quem addo Calcaneum *in conſ. 92. num. 9.*

Noto etiam in iſta materia, quòd ſi aliquis faciat maioratum, & in tenore illius dicit ſe velle, quòd ſucceſſores in tali maioratu ſeruare teneantur condi-
306 tiones quæ apparebunt in alia ſcriptura, † ad quam teſtator ſe retulit : quæ tamen ſcriptura & coditiones non apparent (quod plerumque contigit) non ex hoc conſ. ctio maioratus eſt conditionalis, ſed purus iudicari debet : ad quod eſt textus expreſſus *in l. ſi teſtamentum, in verſic. vicos Reipublicæ, C. de inſtit. & ſubſtit.* & *in l. cum pater, §. fin. ff. de legat. 2.* & *in l. ſi quis ita ſcripſerit, ff. de hæred. inſtituen. & in l. illa conditio. ff. de condit. inſtitut.* notat Ripa *reſponſ. 191. num. 10.* notanter Iaſo *conſ. 8. col. 3. verſic. Quinto principaliter, lib. 3.* Et iſta concluſio confirmatur ex traditis per Bartol. *in tractatu, Ad reprimendum, verb. prout,* & per text. notabil. *in l. ſi donatio, C. de donation.* & traditis per Alex. Iaſon. Deci. & alios *in authent. ſi quis in aliquo documento, C. de ſedendo :* & Deci. *in conſ. 169. num. 5.* & ex aliis quæ ſcribo *ſupra in 1. part. quæſt. 48. à num. 54.* & *quæſt. 64.* Nec de iſta materia, aliena eſt regula *legis, iure ciuili, ff. de condit. & demonſtr. l. in iure ciuili, ff. de regul. iur.* vbi latè Decius & Cagnol. *l. 2. titulo 4. part. 5. l. 14. titul. 4. part. 6. l. 22. titul. 9. eadem part.* tradunt Grammatic. *deciſ. 130. num. 85.* Iaſ. *in l. 3. §. vltimo, num. 3. ff. de condit. cauſ. dat.* Tiraquell *lib. 1. de retract. §. 2. gloſ. 1. num. 8. pag. 388.* & *§. 15. gloſ. 2. n. 17. pag. 556.* Rebuf. *in tract. de pacific. poſſeſ. num. 410. pag. 337.* Et omni-
307 no etiam ſciendum eſt, † quod ſi quis non pareat conditionibus, tenetur reſtituere rem eidem relictam cum fructibus, ſecundùm Cin. Bald. Angel. & Paul. *in l. fin. C. de indict. vid. tollend.* & alij quos citant Pariſ. *in conſ. 95. num. 44. lib. 2.* Anton. Peregr. *in tract. de fideicommiſſ. art. 11. num. 123. fol. 101.*

Item pro perfectiori intellectu iſtius illationis, non ſine iuſta ratione dubitari poteſt de quæſtione, quæ iam de facto in hac Regali Cancellaria contigit : faciens maioratum poſuit aliquas conditiones : quas à ſucceſſoribus ſeruari præcepit ſub pœna, quod ſi ſucceſſores in maioratu eas non ſeruarent, bona maioratus deferrentur ad ſequentem in gradu : Succeſſor in maioratu non ſeruauit aliquas conditiones : qua ratione, & quia voluntati teſtatoris non obtemperauit, bona maioratus amiſit iuxta teſtatoris præceptum. Iſte qui renuit conditionibus parêre, habet filios & alios conſanguineos, qui vocati ſunt in defectum conditionis illius, cui ſemel ius maioratus fuit delatum, vel ea ratione, quòd conditionibus adjectis non paruerit : Quæritur, an † iſto caſu præferatur filius illius qui 308
noluit conditionibus parêre, aut præferantur conſanguinei ? In quo articulo licèt pro parte conſanguineorum multa adduci poſſent ad iuſtificandam eorum partem, præcipuè doctrina Ioan. Andr. *in cap. ad Apoſtolicam, de reiudic. in 6.* quem ſequitur Baldus *in l. 1. ff. de Senator.* vbi dicunt, quòd excluſa fœmina, cenſentur excluſi deſcendentes ex illa, quamvis ſint maſculi : quod latius tracto *in quæſt. 6. infra eodem,* & illud, quod cum ſublata ſit media perſona, ſequens non poteſt admitti, vt probatur *in l. meminimus, C. de legit. hæred. l. D. Marco, C. de quæſtionibus :* ad quod etiam facit illa regula generalis, Quod quando vna perſona, de cuius ſucceſſione tractatur, prohibetur ſuccedere, † prohibentur etiam deſcendentes ex ea, *l. 1.* 309
ff. ſi quis aliquem teſtar. prohib. vbi notatur *l. mulieri & Titio, ff. de condit. & demonſtr.* vbi etiam traditur, & poterat iſta opinio perſuaderi ex pluribus quæ ſcribit ad iſtud propoſitum Tiraquell. *in tract. de primogen. quæſt. 12. num. 5. cum ſequent. pag. 115.* quem Lector (gratia diſputationis) legere poterit, & ſententia Bart. *in l. 3. in fine, ff. de interdict. & relegat.* Bald. & aliorum *in l. adoptiuum, §. vlt. ff. de in ius vocan.* & *in l. liberti, libertaque, ff. de oper. libert.* qui volunt quòd ſi pater feudo priuatur, quia contra proprium contractum deliquit, filij & alij deſcendentes ſunt priuati : de quo etiam per Iaſon. *in l. vltim. num. 230. C. de iure emphyt.* eundem poſt Alexand. *in l. ſi mihi & Titio, ff. de legat. 1.* & ego ſcribo *in 4. parte, quæſt. 23. num. 16.* & tradit Greg. Lopez *in l. 22. titulo 13. part. 2. gloſ. vltim.* Et ſi primus † ſubſtitutus remanet per conditionis 310
defectum excluſus, tanto magis ſecundo loco poſiti ; *l. qui habebat, ff. de vulgar.* vt tradunt Oldrad. *in conſ. 177.* Iaſ. *in conſ. 220. lib. 2.* Barthol. Socin. *in conſ. 116. lib. 1.* Carol. Ruin. *in conſ. 153. num. 5. lib. 2.* Decius *in conſ. 218. num. 13.* Burſat. *in conſil. 1. num. 5.* & eſt communis opinio, quòd ſi alienatio feudi ſit facta iure permittente, † filij præferuntur agnatis. Si 311
verò facta fuerit iure refragante, agnatus præfertur filio, ſecundum Curtium *de feud. 4. part. in 3. regul. verſ. quarto circa præmiſſa*, Iacob. *de feud. in verb. & cum pacto, de non alien. num. 35.* quos citat Iulius Clarus *lib. 4. ſententiar. §. feudum, quæſt. 42. num. 8. pag. 196.* Roland. *conſ. 68. num. 6. lib. 4.* Beroium *in conſ. 77. num. 8. lib. 1.* qui communem dicit, & latè materiam tractat, & legendus eſt *in conſil. 78. n. 12. cum ſequentib. eodem lib.* & leges omnium latiſſimè Burſat. *in conſ. 148. num. 5. cum ſequent. lib. 1.* & prius *in conſ. 13. num. 33. cum ſequent.* vbi probat, quod filij alienantis præferuntur in iſto caſu ſubſtitutis : & iſta ſeruiunt pro declaratione eorum quæ ſcribit Molina *lib. 1. de primogen. cap. 10. num. 8. cum ſequent. vſque ad finem*, quæ cautè legenda ſunt.

Verior tamen mihi videtur opinio, cum limitatione de qua *infra, num. 319.* † Quod in iſto caſu competit 312
ius ſucceſſionis in maioratu filio illius, qui noluit conditiones ſeruare : cum verè iſte ſit proximior patri, & ſequens in gradu illi qui conditionibus non paruit. Quæ concluſio confirmatur ex his quæ ad propoſitum ſcribit Cephal. *in conſio. 282. in 6. argumen.* quem citat

Zanchus

Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. part. 5. num. 127. pag. 240.* qui ad iſtam materiam omnino legi debet : & hoc tenet etiam Portius Imolenſ. *in conſ. 55. num. 107.* & ad hoc facit doctrina Andreæ de Iſern. *in cap. 1. col. 3. in verſ. ſi vero de alienation. feudi paterni,* vbi dicit, quòd ſi ex diſpoſitione conceſſionis feudo pater priuetur, quod agnatis eſt deferendum ; hoc † non procedit vbi talis alienans habet filios, quia agnatis præferantur : cuius authoritate, & aliis rationibus motus, tenet in terminis Tell. *in l. 27. Tauri, num. 10.* Quod filij illius qui contra conditionem à teſtatore iniunctam, de non alienando bona maioratus, alienauit ; præferuntur (ficta alienatione) aliis conſanguineis vocatis. Et pro hac ſententia inducit textum *in dict. l. 3. ff. le interd. & relegat.* & idem vult ibi Matienço, *gloſſ. 4. num. 10. fol. 159.* hodie, *l. 11. tit. 6. lib. 5. Recopilat.* & pro opinione *Tellij* faciunt plura quæ ſcribit Cephal. *in conſ. 282. num. 7. cum ſeqq. lib. 2.* & pondero textum *in l. cum ita, §. in fideicommiſſum, Digeſtis de legat. 2.* ibi, *Qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore quo teſtator moreretur, & qui ex his primo gradu procreati ſunt,* Et conducunt plura quæ ego ſcribo *in dict. 4. p. huius operis quæſt. 23.* Et cum ſemel bona peruenerit in lineam illius qui alienauit,
314 ab ea exire † non debent, donec illa linea fuerit finita propter alienationem quæ filiis præiudicare in nihilo poteſt iuxta quod etiam ficit *l. 40. Laurina*, in ratione ſui, quæ vult lineam ſemper eſſe continuandam, & ſucceſſionem de patre in filios, & in alios vlteriores.

Et iſtam ſententiam mirum in modum confirmat doctrina Bartoli *in l. liberorum, num. 26. Digeſtis de verbor. ſignif.* vbi vult, quod quando filia excluditur à ſucceſſione propter delictum vel ingratitudinem, nepos excluſus non cenſetur : ſecus ſi propter fauorem decedentis, vel alterius.

Cum igitur teſtatores prohibentes bona maioratus alienari, ea præcipuè ratione moueantur, quia volunt vt in perpetuum bona ad ſucceſſores primogenitos perueniant, & in æternum memoria eorum conſeruetur, conſequens eſt, quod cum mens, & intentio teſtatoris conſeruari & perpetuari poſſit per filios alienantis, ſi-
315 cut in cæteris conſanguineis tranſuerſalibus, † bona non debent auferri filiis propter exceſſum parentis, vt dentur proximioribus conſanguineis, nec patris delictum filiis debet eſſe impedimento : & hanc eandem concluſionem probat Cephal. *conſil. 282. per totum conſilium, & conſ. 243. nu. 11.* quem citat *in dict. conſ. 282.* Burſat. *conſ. 13. num. 53.* & idem voluit Carol. Ruin. *in l. 1. num. 39. & 40. Digeſtis de vulgar.* & adducо etiam pro iſta concluſione textum ſingularem *in l. ſi pater familias Titium, ff. de hæred. inſtit.* Et culpa † patris alie-
316 nantis filio non debet præiudicare, ſecundum Paul. de Caſtro *in conſ. 259. Omnis difficultas, num. 8. lib. 1.* facit in ſimili ſententia Abbatis *in cap. verum, num. 3. de condition. appoſ.* vbi probat, quòd ſi Prælatus contra conditionem appoſitam in donatione, alienauit rem Eccleſiæ acquiſitam, non nocet Eccleſiæ talis alienatio.

Et hanc etiam ſententiam pluribus mediis, & rationibus probat *Burſat.* ad iſta legendus *in d. conſ. 13. numer. 53. cum ſeqq. lib. 1.* pro quibus omnibus eſt caſus mihi notabilis *in l. 3. §. ſi emancipatus, ff. de bonor. poſſ. contr. tabul.* de quo textu tracto *q. 2. & q. 4. illatio. 2.* Et iſta ſententia fulcitur ex doctrina Baldi, *in conſ. 89. D.*
317 *Thomas, num. 10. lib. 1.* vbi inquit, quod renunciatio † patris non nocet filio in his quæ filius conſequitur ex propria perſona, per *d. l. 3. ff. de interd. & relegat.* & pro iſta ſententia eſt etiam bonum conſilium Baldi *in conſil. 237. in primis videndum, nu. 28. lib. 1.* & *in conſ. 315. num. 2. lib. 2.* & quæ ſcribit Burſat. *conſ. 91. n. 13. & 14.* & text. *in l. Iuriſconſultus, ff. de gradibus, & in §. 1. Inſtit. eod. tit.* ibi, *Pater & filius ſunt in primo gradu inter ſe.* Et iſtam ſententiam probare videtur Peralta *in rubr. ff. de hæred. inſtitut. num. 119. pag. 68.* vbi reſoluit, an filius ſtatim agere poſſit, ſi ſit in patria poteſtate, vel emancipatus, & Pariſ. *conſil. 70. lib. 3.* ad hoc legendus, & confirmatur ex doctrina Andr. de Iſern. *in cap. 1. §. præterea Decatus, de prohibit. feud. alienat. per Federic.* vbi vult, quod in donatione, in qua continentur plures gradus ſubſtitutionum, tot dicuntur donationes ; quot perſonæ ſunt vocatæ : quod confirmatur ex pluribus quæ ſcribo *in quarta parte in principio.* Igitur cum omnes ſint vocati in infinitum † vnus poſt alium 318
patre alienante filius ſit donatarius, & ſequens in gradu, & de linea in qua maioratus ſemel deuenit, aliis eſt præferendus : & conferunt plura, quæ ſcribit Roland. *in conſ. 64. nu. 36. & 37. cum aliis lib. 2.* & Tellum refert, & ſequitur Angul. *in l. 11. tit. 5. lib. 5. Recop. gloſſ. 6. num. 10. fol. 218.*

Licèt in contrarium faciat *cap. vnic. de vaſſall. quæ contra conſtitutiones Lothar.* & quæ ſcribit Aluar. Valaſc. *de iure emphyteut. quæſt. 42. num. 16.* & contrariam tenet in terminis Pariſ. *in conſil. 91. num. 67. lib. 2.* Roland. *conſ. 70. num. 70. lib. 3.* latius omnibus idem Pariſ. *conſ. 19. nu. 84. cum aliis lib. 2.* qui latè probat filios alienantis ob alienationem eſſe excludendos.

Sed ſi velimus tenere primam opinionem, † limita- 319
tur niſi grauamen ſit talis naturæ, quòd filius habet maculam procedentem à matre, vel alias quia pater cõtra præceptum teſtatoris matrimonium contraxit cum aliqua muliere deſcendente à Iudæis, vel Sarracenis, vel contra prohibitionem, vel grauamen appoſitum per fundatorem maioratus, vt contra hæreticum de certa familia, vel certo genere perſonarum : ita quod per contrauentionem fuit factus odioſus teſtatori, iuxta ea quæ ſcribo *part. 1. quæſt. 50. & quæſt. 51.* nam in iſto caſu, filius tanquam maſculatus admittendus eſt : quia venit etiam ex radice infecta, quæ concluſio iuſtificatur ex his quæ ſcribo *in 1. part. operis, quæſt. 51.* Nec æquum eſt, vt filius ex delicto, exceſſu, & inobedientia, & contemptu, & contrauentione patris, reportet commodum, & honorem. Et his conuenit quod ſcribit Peralta *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, colum. penult. pag. 382. ff. de legat. 2.* vbi decidit, quod ſi teſtator † prohibuit bona alienari, & in 320
caſu contrauentionis vocauit familiam, vel conſanguineos, vel alios de genere, vel agnatione, non deſignando de quo genere, familia, vel agnatione, intelligitur talis vocatio de coniunctis ipſi teſtatori, & non de conſanguineis admiſſis vltimo loco. Et circa prædicta legendus eſt Anton. Theſaur. *deciſ. Pedemont. 270. num. 27.* vbi diſputat, an primi donatarij culpa, qui non obſeruauit onus deferendi nomen, & arma, vel aliud ſimile præjudicet filiis.

Sciendum etiam eſt, quòd ſi faciens maioratum grauauit ſucceſſores onere nomen, & arma portandi, aut alia ſimilia onera adiecerit, non ſatisfacit ſucceſſor, ſi ſemel arma & nomen teſtatoris accipiat, & poſtea deponat, ſed debet perſeuerare ; quia iſta Præcepta, 321
& onera habent † cauſam ſucceſſiuam, & perſeuerantiam in futurum : & ideo perſeueratio eſt neceſſaria, & taliter teſtatoris voluntas non ſeruaretur : ad quod facit *l. cum inter Caſtellanum*, cum ibi notatis, alias, *inter Statilianum, ff. de recept. arbitris,* & quod notat Bart. *in l. ſicut, §. ſi ſuperuacuum, ff. quibus mod. pign. vel hypothec. ſoluit.* Iacob. de Aten. & Bald. *in l. ſi Titio, in principio, ff. de condition. & demonſtration.* probat latius Bartholom. Socin. *in conſil. 174. num. 6. lib. 2.* Ex cuius lectura *in num. 12.* colliges etiam an ad hoc, vt poſſeſſor maioratus incidat in pœnam à teſtatore iniunctam, ſi non portauit propria arma, vel nomen, aut aliud quidquam fecerit requiratur quod interpelletur per proximum ſucceſſorem ? & plura pro confirmatione *dicta l. inter Statilianum*, quod in his quæ requirunt tractum ſucceſſiuum, non ſufficiat momentaneum implemen-
tum, tradit Burgos de Paz. *conſil. 1. num. primo.*

*Gratus conſ.*81.*num.*28.*lib.*2. de quo etiam vide egregium *conſilium* Auguſtini Beroij 27.*lib.*2.*per totum*, vbi tractat de fideicommiſſo relicto marito per vxorem, cum grauamine, quod non habeat concubinas. Et in terminis, & in ſpecie, quod grauamen aſſumendi no-
321 men, & arma, non debeat eſſe momentaneum, † ſed quod requiratur perſeueratio; tenent nouiſſimè Bolognet.*conſ.*12.*num.*12. Anton. Theſaur.*dicta deciſ. Pedemontan.*270.*num.*5. quem legi poſtquam ſuperiora ſcripſi: ad quod iungo, quod conditio ſi nupſerit, ſi filios ſuſceperit, dicuntur momento temporis perfici, nec requiritur perſeuerantia: ſecundum Decium *in l. ſi quis hæredem*, *num.*2.*Cod.de inſtitut.& ſubſtitut.* Iaſon. *in l. in ſubſtitutione*, *n.* 10. *ff. de vulgar.* Menoc. *de adipiſcend.poſſeſſ.remed.*2. *num.*38.*pag.*16. Et quid definiendum ſit vbi quis portare vult arma duarum generationum tanquam principalia? decidi poteſt ex *l. generaliter.ff. de fideiuſſor.* & traditur per Bonifacium *in Clement.*2.*col.*2. *de præbend.* & aliis relatis per Rebuff. *in tract.de nomination.q.*15.*n.*15.*pag.*216.

Nec eſt omittendum, quod per regulam text. ſingularis *in dicta l.pater Seuerinam.ff.de condit.& demonſtr.* ſcribunt Bartholom. Socin. *in conſ.*279. *lib.*2. Ripa *in l.*1.*nu.*9.*ff.de vulgar.* volentes, quod ſubſtitutus, ſi hæ-
323 res, & eius filij non aſſumerent cognomen, & arma teſtatoris, † non eſt admittendus, dato caſu quod nulli naſcantur filij qui poſſint arma & cognomen aſſumere. Et quod actio & obligatio competant ad modum implendum, tradunt Bart. *in l.quibus diebus*, §. *Termilius ff. de condition.& demonſtr.* Alexand. *in d.conſ.*102. *num.*6. *lib.*1. vbi Gloſſ. Pariſ.

Addo etiam, quod conditiones voluntariè adiectæ
324 per teſtatorem in maioratu, ſunt implendæ † in forma ſpecifica, ſecundum Bart. & communem *in l. Gallus*, §. *& quid ſi tantum*, *ff. de liber.& poſth.* quem ſequuntur communiter DD. ſecundum Barthol. Socin. *in conſ.*5. *num.*5. *lib.*3. & quod eleganter ſcribit Roderic. Suarez *in l.quoniam in prioribus*, *ampliat.*10.*num.*52. *verſ. perpetuo nota: Cod.de inoffic.teſtam.* vbi dicit, perpetuo notandum, quòd ſi filio eſſet appoſita in legitima aliqua conditio, quam ipſe approbaſſet, & conſenſiſſet, quòd ſi ipſe conaretur implere conditionem, & non poſſet, idem iudicatur fauore filij, ac ſi impleſſet: per *l. virum*, *ff. de condit.inſtit.* & per doctrinam Bald. *in l.ſi pater*, 10. *Cod.de inſtit.& ſubſt.* Et pro hoc facit reg. *l. in iure ciuili*, *ff. de condit.& demonſtr.* cum *concord.* Et de iſta quæſtione, quando conditiones debeant impleri in forma ſpecifica, plura ſcribit nouiſſimè Menoch. *in tr. de præſumpt. lib.*4. *præſump.* 185. *fol.*319. & quod ex ſcientia vtriuſque, ſcilicet implere debentis, & eius cui debet impleri, conditio habeatur pro impleta, licet impleri debeat in forma ſpecifica, voluit Barth. Socin. *in l.quamvis*, *ff. de condit.& demonſtr.* poſt Cyn. Petr. & Alberic. quos citat Sim. de Pret. *lib.*5. *de interpr. defun. volun. interp.*2. *dub.*2. *n.*116. *fol.*515.

In materia etiam præſentis illationis aduerte, quòd ſi ſtatutum prohibeat opponere exceptiones contra in-
325 ſtrumentum, vel teſtamentum, † non cenſetur prohibere exceptionem conditionis non adimpletæ, ſecundum Alexand. *in conſ.*119.*num.*2. *lib.*1. Decium *in conſ.* 119. *col. fin.* Aymon. *in conſ.*151. *nu.*10. & alios quos citat Simon. de Pret. *in d. lib.*5. *interpret.*2. *dub.*2. *n.*132. *fol.*516. Et an conceſſio facta per Principem de aliquo Caſtro, cum aliqua conditione, præferatur ſecundæ conceſſioni factæ ſimpliciter, ſi inter primam & ſecundam conceſſionem conditio appoſita in prima non fuit verificata, eleganter reſoluunt Pariſ. *in conſ.*11. *per totum*, *lib.*1. Hieron. Gabr. *in conſ.*186. *per totum*, & Pariſ. *in d.conſ.num.*64 tradit regulam in iſta materia neceſ-
326 ſariam: quòd † paria ſunt aliquid à principio purè fuiſſe factum, vel ſub conditione poſtea purificata, ex *l. fin.* §. *Titius*, vbi Angel. Iaſ. *num.*3. *ff. de vulgar. l. ſi pupillus*, *in fin. ff. de condit.inſtit. l. ſed & ſine ſua*, §. *fin. ff. de acquiren.hæred. Gloſſ. in l.neceſſario*, *verb. quòd ſi ſub conditione*, vbi Bart. *Digeſtis de pericul. & commod. rei vend.* & tradit Tiber. Decian. *reſponſ.*32. *num.*125. *lib.*2.

Nono infertur, quod in caſu *Pragmaticæ datæ Madritij anno* 1534. vbicunque duo maioratus coniunguntur per matrimonium, † non ſuccedit filius maior 327
in duobus maioratibus: ſed in vno tantum, licet aliud à teſtatoribus diſpoſitum ſit. Ad quam legem rationem aſſigno *in princ.huius* 2. *part.* & de illa Pragmatica in aliis locis tracto, præcipuè *in p.*1. *quæſt.*30. vbi reſoluitur, quod *dicta lex*, quæ eſt hodie 7. *tit.*7. *lib.*5. *Ordinament.* non extenditur vltra caſum matrimonij, in quo lex illa loquitur, licet ex ratione *illius legis*, & publica vtilitate, ob quam verè fuit condita, alij caſus, in quibus ſit eadem ratio, incluſi videantur; argum. *l. his ſolis*, *Cod.de reuocan.donat.* ibi, *Satis etiam tacitè cautum putamus*; & aliorum quæ ſcribo, 1.*part.quæſt.*22. *à num.*5. & diſpoſitiones exorbitantes † à iure communi 328
extenduntur ad caſus ſimiles ob publicam vtilitatem, Gloſſ. & DD. *in l. ſi conſtante*, *in princ. Digeſtis ſolut. matrimon.* & *in l.miles*, *in princ. Digeſtis de re ind.* notat Alexand. *conſ.*68. *num.*6. *lib.*3. vbi Gloſſ. Pariſien. alios citat, & eſt bonus text. *in authen. ſed & permutare Principi licet pro maiori, vel æquali. ſi Reſpublica hoc expoſcit*; facit reg. ſingularis *l. ita vulneratus*, §. *multa*, *ff. ad l. Aquil.* & tradit idem Alexand. *conſ.*34. *num.*6. *lib.*5. & faciunt quæ ſcribo *in initio* 2. *partis.* Et conſtitutio † etiam pœnalis extenditur ad caſum ſub men- 329
te legis, vel ſtatuti comprehenſum, nec dicitur tunc propriè extenſio, *cap.*1. *de tempor.ordinat. lib.*6. tradunt Imol. Dominic. & Francus *in c. ſi poſtquam*, *de elect. in* 6. Iaſ. *in l.*1. *num.*57. *ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.*

Sed non eſt noſtrum leges extendere, præcipuè cum 330
ſunt exorbitantes, & limitatoriæ, provt illa lex eſt; maximè vbi agitur de excluſione filiorum primogenitorum, quos ad maioratus vocant leges, & conſuetudines Hiſpaniæ, & vltimæ defunctorum voluntates; & diſpoſitiones illæ, ſeu dicta lex non ſolum eſt exorbitans, ſed eſt odioſa: cum per illam etiam admittantur ad ſucceſſionem primogenituram filij maiores: & per *l.*40. *Taurinam*, & talis excluſio per *dictam legem* facta, eſt odioſa, & pœnalis, quia continet excluſionem, & priuationem, iuxta text. Bald. & Cornæum *in l.*1. *Cod. de his, quæ pœnæ nom.* & aliorum concordantium, quæ ſcribo infra *in hac parte*, vbi inter alia cito Molin. *lib.*1. *de primog.c.*9. *num.*10. *fol.*15. id decidentem in caſu, quo filius primogenitus excludatur per ſecundogenitum, quia filius maior habet alium maioratum: & refert etiam Gamam *deciſion.* 27. Quæ concluſio confirmatur, quia ſemper ſumi debet intellectus † qui 331
nos reducit ad ius commune, quia eſt fauorabilior, *l. ſi vnus*, §. *pactus ne peteret*, *Digeſtis de pact.* cum *concordant.* vt per Felin. *in cap. cum omnes*, *& in cap. cum acceſſiſſent*, *de conſtitution.* & quæ ego latiſſimè tracto *in* 1.*p.quæſt.*58. *num.*148. *& in* 3.*p.q.*9. *num.*153. & facit reg. *odia*, *de reg.iur. in* 6. *l.factum*, §. *in pœnalibus*, *ff. de reg.iur.* cum *concord.*

Præterea (ſi veritatem loqui licet, quæ ſummopere eſt amplectenda) licet *dicta lex* ob vtilitatem publicam ſuſtineri poſſit, vt probaui *in principio iſtius ſecundæ partis*, cum magno † moderamine eſt ſeruanda in pra- 332
xi, & ſtrictè, & ſuo caſu ſeruanda, tanquam lex exorbitans: nam difficillimè Princeps poteſt derogare, & alterare clauſulas maioratus, per quas filij primogeniti vocantur ad ſucceſſiones maioratuum, provt probatum fuit *in dicta ſecunda parte*, & *in principio* 4. *part.*

Pro confirmatione *dictæ Pragmaticæ*, & *legis* 7. & illius inſtiſtificatione, eſt ad memoriam repetenda doctrina Molinæ *lib.*4. *de Hiſpanor. primogen.cap.*3. *numer.*16. vbi tradit, Principem † poſſe per legem gene- 333
ralem reducere ad inſtitiam ius primogenituræ: quod ante eum voluit Bald. *conſil.*432. *lib.*1. & ambos citat Menoch.

Menoch. *in conſil.* 331. *num.*112. *lib.*4. Et quod maioratus conſtitutus in ſecundogenito † reguletur
334 ſicut in primogenito, tradunt Bartholom. Socin. *in conſ.* 47. *num.* 12. *lib.* 3. Decian. *reſpon.* 7. *num.* 52. *lib.* 1. Et etiam incapax eſt filius maior, vbicumque teſtatores aliud ordinant, provt faciunt multi conditores maioratuum.

Quod non ſolum procedit, vbicumque teſtator id apertiſſimè ordinauit, ſed etiamſi tacitè ex coniecturata mente defuncti colligatur, quando defunctus arbitratus eſt primogenitum non eſſe ita habilem portare nomen & arma teſtatoris ſicut ſecundogenitus. In-
335 decens etiam eſt, primogenito hæredi dimittere † nomen & arma ſuæ familiæ, vt tenet Ripa *in rubr. de ſecund. nupt. num.* 12. qui refert Alberic. *in proœmio Digeſtorum*, §. *diſcipuli*; quas doctrinas, aliud agendo, refero *infra*, *quæſt.* 6. & legatur notabile *conſilium* Rolandi 59. *lib.* 3. & quod ſcribit Molina *lib.* 3. *de primogen. part.* 3. *cap.* 2. *num.*28. *fol.*12. & faciunt quæ ſcribit idem Ripa *reſpon.* 131. *num.*13. *cum ſeqq.* & Lambertin. *de iure patronat. part.* 1. *lib.*2. *artic.*14. *quæſt.* 7. *principal. fol.* 66. *num.* 10. vbi tractat de lege fundatoris iuriſpatronatus, vt beneficiatus prohibeatur præſentari ad iuſpatronatus. Quibus eſt addendum, quod ſecundogenitus dicitur, licet octauo loco ſit genitus, vt latè probat Cephal. *conſ.* 312. *num.* 4. *cum ſeqq. lib.* 3. per ea quæ habentur in Rubr. *ff. de vulgar.* & per Decium *in l. in teſtamento*, *Cod.de te-*
336 *ſtament. milit.* vbi probat, † an excluſus primogenitus propter ſecundogenitum cenſeatur excluſus propter fœminam natam ex maſculo ſecundogenito. Et quod in Hiſpania, & Luſitania filij Regum ſecundogeniti, dicantur *Infantes*, tradit Quintil. Mandol. *in tractat. commiſ. in* 4. *commiſ. cauſæ proximitatis*, *in verb. minores*, 20. *col.* 1. & *de ætate minor. cap.* 3. *num.*25. *fol.* 9. de quo etiam per Rebuf. *in cap. liberorum appellat.* 220. §. *etenim*, *pagin.* 968. *verſ. dicuntur*
337 *etiam*: *ff. de verb. ſignific.* Vocati † autem ſub conditione negatiua, qualiter admittantur? vide per Molinam *lib.*4. *de primogen. cap.*10. *num.*6. *fol.*75.

In qua materia illud eſt memorabile, quod ſcribit Ioan. Cirier *in tract. de primogenitura*, *lib.*2. *quæſt.*3. *fol.*5. & *col.* 2. vbi tradit, quod quando primogenitus non habet liberos, & ſecundogenitus habet libe-
338 ros, præfertur † primogenito: per *legem*, *in albo*, *C. de Decurionibus*, *lib.* 10. Et pro hoc facit quod idem ſcribit *fol.*55. *col.*1. & in materia *legis*, *ſi vnquam*, *C. de reuocand. donatio.* cum *concordan.* & de præcepto facto per teſtatorem in fauorem hæredum in aliquo fideicommiſſo, ſub pœna prohibitionis hæreditatis, ſi moleſtauerint hæredes, tradunt Bart. *in l. vxorem*, §. *hæredes*, *ff. de legat.*3. Bald. & Iaſon. *in l.*1. *C. de his quibus vt indignis*; & alij quos citat Peregrin. *in tract. de iure fiſci*, *lib.*2. *num.* 19. *pag.* 103. Et ſi reſtitutio bonorum vni ex filiis debet fieri, † intelligitur de primo filio, & ſic de primogenito, vt declarat Rebuffus *in l. boues*, §. *hoc ſermone*, *lex* 89. *pag.* 540. *ff. de verb. ſignification.* vbi tradit, quod licet poſſit eligere, ſi non elegerit, intelligitur de primogenito: & ſi Regnum debet peruenire ad primogenitum, intelligitur de primogenito, non de ſecundogenito, ſecundum Baldum, Martinum Laudenſem, Cardinalem Georgium Nattam *in cap.*1. *de filiis natis ex matrimonio*, & alios quos citat Tiraquell. *in dict. num.* 110. *pag.* 79.

QVÆSTIO V.

Qualiter inducatur tacitè maioratus, & fideicommiſſum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum an inducatur per qualiacumque verba.* & num. 3.
2 *An per coniecturas.* & num. 24.
4 *Fideicommiſſum inducitur, tametſi verba non omninò illud inducant.*
5 *Fideicommiſſum inductum in perſona filij magis dilecti, cenſetur inductum in conſanguineis qui ſunt minus dilecti.*
6 *Fideicommiſſum dicitur reale, quando eſt inductum in fauorem agnationis.*
7 *Fideicommiſſum in dubio ſuſtinendum eſt, ne interdat.*
8 *An ad hoc, verba ſint impropriè accipienda. Et quòd in dubio ſit pronunciandum non eſſe locum fideicommiſſo.* & num. 11.
9 *Fideicommiſſum facilius inducitur fauore agnationis quàm cognationis in rebus quæ ad decorem ſpectant.* & num. 10.
12 *Prohibitio alienationis inducit fideicommiſſum.* & num. 14. 15. & 17. *Et quando.* num. 18. 30. 31. 32. & 33. *Quid ex geminata prohibitione.* num. 19. *An debeat fieri nomine proprio, vel appellatiuo.* num. 25. *remiſſiuè.*
13 *Fideicommiſſum quando inducatur, vel bona ſint libera;* & num. 16. *remiſſiuè.*
20 *Maioratus an inducatur ex coniecturis.*
21 *Ablatiui abſoluti fideicommiſſum inducunt.*
22 *Verba narratiua an inducant fideicommiſſum.*
23 *Nouiſſimus plurium ſubſtitutorum, cùm in tota hereditate grauatur, an inducatur fideicommiſſum.*
26 *Maſculos verbum ſæpè repetitum inducit fideicommiſſum.*
27 *Teſtator ſi præcipiat bona in agnatione remanere, an inducatur fideicommiſſum.*
28 *Subſtitutiones directæ an faciant fideicommiſſum.*
29 *Prohibitio alienationis facta in maioratu primo vocato an ad alios extendatur.*
Fideicommiſſum præſumitur ex qualitate rei relictæ. ibid. & num. 39.
34 *Teſtator ſi ſtatuat quòd bona veniant de hærede in hæredem, intelligitur de deſcendente in deſcendentem, etiamſi non ſit hæres.*
35 *Grauatus reſtituere ſi deceſſerit ſine hæredibus maſculis, an intelligatur ſine filiis & deſcendentibus.* & num. 36.
37 *Succeſſoris appellatione qui veniant.*
38 *Pater cùm acquirit aliquid pro ſe & filijs, acquirere præſumitur pro filijs non vt filijs, ſed vt hæredibus.*
40 *Primogenituram qui vult in alijs quàm in Marchionatu, Ducatu, vel Comitatu probare, id euidenter probare debet.*
41 *Examinatur doctrina quædam* Molinæ, *an ex prohibitione alienationis inducatur fideicommiſſum.*
42 *Tacitum fideicommiſſum reciprocum vt inducatur ex aliqua ſubſtitutione, quæ requirantur.*
43 *Maioratum faciens ſi præcipiat quòd in illo ſuccedatur ſicut in antiquo, hoc ſufficit.*
44 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*
45 *Lex relatiua, equiparatiua, vel interpretatiua, extenditur ad omnem caſum in quo habet locum lex relata, equiparata, vel interpretata.*

46 *Noua inueſtitura, ſi de illa non appareat, facta præſumitur ſecundum antiquam.*
47 *Feudum quando dicatur paternum.*
48 *Monaſterium cum alteri incorporatur, illius naturam aſſumit.*
49 *Eccleſia habens feudum, ſi alteri vniatur, nec aliter fiat conuentio; tranſit in Eccleſiam, cui fit vnio.*
50 *Priuilegium habens ad inſtar alterius priuilegij cenſetur habere idem priuilegium quod priuilegiatus habet.*
51 *Fideicommiſſum prorogatum an cenſeatur idem fideicommiſſum.*
52 *Prorogatio varios operatur effectus, remiſſiuè.*
53 *Contractus renouatus videtur factus ſecundum naturam prioris*
54 *Quælibet renouatio tacitè recipit quicquid prius inerat.*
55 *Grauaminis cauſas ſufficit generaliter referre, referendo ſe ad acta.*
56 *Additio facta ad maioratum antiquum, debet intelligi ſub eiſdem vinculis & grauaminibus.*
57 *Quicquid continetur in termino ad quem fit relatio, debet contineri in termino referente.*
58 *Res vna vbi vnitur alteri, omnia tranſeunt ad rem vnitam.*
59 *Cùm quis in primogenitura vocat aliquam perſonam, & ſuos, eorum appellatione veniunt omnes deſcendentes in infinitum.*
60 *Teſtator rem aliquam ſeruari mandans, illius alienationem prohibere videtur,*
61 *Eccleſia non poteſt, fundum alienare, ſi quis pecuniam leget, vt ex ea talis fundus ſibi emantur.*
62 *Ex grauamine aſſumendi nomen teſtatoris an inducatur fideicommiſſum.*
63 *Dictiones*, vt ſupra, *ſupra præſcripta, dicta, diſpoſitionem cum omnibus qualitatibus ad præcedentia reſtringunt.*
64 *Relatio fit in dubio ad acceſſionem, & non ad immediatum verbum.*
65 *Fideicommiſſum indefinitè factum, de omnibus bonis an intelligatur.*
66 *Teſtator ſi bona aliqua ad maioratum antiquam addat, ſtatuat tamen in maioratu ſecundo, vt aliquid ſicut in primo obſeruetur, ſi ibi appareat aliter eſſe ordinatum, diſpoſitio primi maioratus, ad quam ſe retulit in ſecundo, eſt obſeruanda. Quid ſi in additionem nihil exprimatur.* num. 69.
67 *Veritas eſt inſpicienda, non tamen erronea relatione curandum.*
68 *Recognito erronea non nocet, probata priori inueſtitura.*
70 *Prima inueſtitura eſt radix, & ſequentium fundamentum.*
71 *Si facta ſit pro maſculis & fœminis, & poſtea in aliis renouatiuis pro maſculis tantùm dicatur, fœminis an præiudicetur.*
72 *Feudi pars cùm eſt antiqua, totum feudum antiquum an præſumatur.*
73 *Si quis caueat per ſcripturam, quod relinquit bona, vt in ſua poſteritate conſeruentur fideicommiſſum reale, & perpetuum facere videtur.*
74 *Nobiles primogenituram & fideicommiſſum facere præſumuntur.*
75 *Liberi poſiti in conditione an cenſeantur vocati.* & num. 76.
77 *In melioratione tertiæ & quintæ bonorum partis, ſi melioratus grauetur hereditatem reſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit, ſi liberos relinquat, an cenſeantur ſubſtituti.*
78 *Bona fideicommiſſi conditionalis, an poſſint alienari.*
79 *Gravans portari nomen & arma ſua videtur agnationem velle conſeruare.*
80 *Ex verbo*, Perpetuò, *an inducatur primogenitura.*
81 *Fideicommiſſarius alicui ſubſtitutus* (ſi ſine liberis deceſſerit) *an teneatur probare ſubſtitutum ſine liberis deceſſiſſe.* & num. 83.
82 *Negatiua quòd aliquis non ſit, quomodo probetur.*
84 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio an præſumatur.*
85 *Subſtituti proximiores de parentala, ſemel ſubſtituti intelliguntur. Et an hoc procedat in maioratibus*, num. 89. & 91.
86 *De iure communi an ſit perpetuum fideicommiſſum.*
87 *Fideicommiſſum non inducitur inter non vocatos.*
88 *Ad inducendum fideicommiſſum quales debeant eſſe coniecturæ.*
90 *Maioratus præſumitur ex qualitate rei relictæ.*
92 *Verba enunciatiua an inducant fideicommiſſum.*
93 *Et quid de verbo*, in infinitum, *&* perpetuum? *remiſſiuè.*
94 *Onus vt celebrentur ſingulis annis Miſſæ aliquæ adiectum bonis per fideicommiſſum relictis, ma oratum an efficiant?* & num. 95. & 96.
97 *Fideicommiſſi confeſſioni ab hæredibus factæ an ſtetur ſint ſucceſſores contradicere*, & num. 98.
99 *Quid ſi error probetur.* & num. 103. 105. & 106. *Quid de procuratoris confeſſione.* num. 107.
100 *Teſtator ſi poſt omnes vocatos Animam ſubſtituat, an inter eos fideicommiſſum inducatur.*
101 *Fideicommiſſum quando ſit fauorabile, vel odioſum; & an inducendum, aut non? remiſſiuè.*
102 *Per fideicommiſſarij confeſſionem an inducatur fideicommiſſum.*
104 *Erranti nullus eſt conſenſus.*
108 *Confeſſio in ſupplicatione Principi, facta quòd bona ſunt feudalia, an probet feudum.*
Verba geminata an oſtendant fideicommiſſum & ſpeciem illius. ibid.
109 *Donationem ſi faciat pater in filium per viam maioratus vinculatam; & poſt in teſtamento idem Tertij ſine onere relinquat, an onus & vinculum remittat? remiſſiuè.*
110 *Coniecturæ an valeant ad ampliandum fideicommiſſum.*
111 *Dubio exiſtente an bona ſint fideicommiſſi? an ſit pro poſſeſſore iudicandum.*
112 *Clauſulæ appoſitæ in maioratibus, quòd bona illius vadant de vno ad alium; de ipſis vocatis intelliguntur.*
113 *Et quid quando dicitur quod vadant de hærede ad hæredem? remiſſiuè.*
114 *Verba quòd bona maneant in cippo & vadant de maſculo ad maſculum, fideicommiſſum inducunt.*
115 *Totum patrimonium ſi non vinculatur, reſiduum liberum manet.*
116 *Fideicommiſſa perpetua & temporalia qualiter differant? remiſſiuè.*
117 *Bona donata an veniant in fideicommiſſo, quando quis non fuit expreſsè rogatus.*

QVintò principaliter quæro, per qualia verba inducatur tacitè maioratus, & fideicommiſſum? quia etiam ſcire hoc eſt neceſſarium pro intellectu noſtræ materiæ. Et dico, quod regulariter fideicommiſſum, † cenſetur inductum per qualiacumque verba, *l. etiam* 1
hoc modo, *l. eo modo*, *ff. de legat. 1. l. 2. C. communia de legat.* notat Bart. *in l. talis ſcriptura*, *ff. de donation.* Barthol. Socin. *in conſ. 251. Quoniam in præſenti conſultatione*, *lib. 2.* facit text. *in l. fideicommiſſa*, *§. hæc verba*, *ff. de legat. 3.* & conducunt quæ latius ſcribit idem Socin. *in conſ. 227. Præſens conſultatio pulchra eſt*, *lib. 2. n. 1. cum ſequent.* Ludou. Gozadin. *in conſil. 102. num. 2.* & *in conſil. 101. num. 1.* & *in conſil. 30. num. 7.* vbi tradit, quòd fideicommiſſum inducitur † per coniecturas: & hoc notandum eſt; quid- 2
quid ſcripſerit Roderic. Suarez *allegat. 2. fol. 129. col. 1.*
vbi

vbi ex Baldo *in l. cum virum, C. de fideicommiſſ.* tradit, quòd fideicommiſſum non inducitur per coniecturas, niſi in caſibus à iure expreſſis: quod dictum, eſt contra mentem, & verba omnium, qui in hac re loquuntur: & conſtat ex pluribus quæ ſcribit Simon de Prætis *lib. 3. de interpret. defunct. volunt. ſolut. 12. nu. 3. fol. 294.* quod etiam lato ſermone ſcribit Auguſt. Beroius *in conſ. 84. nu. 40. cum ſeqq. lib. 2.* quo in loco plures ponit coniecturas ad inducendum fideicommiſſum: latiùs idem Simon de Prætis *lib. 3. dub. 1. ſolut. 9. num. 1. cum ſeqq. fol. 279. & ſolut. 10. per totam, fol. 282.* & hoc tenet, & citat Aluar. Valaſc. *conſult. 82. nu. 4.* licet fideicommiſſum cùm ſit onus, non præſumatur ſecundùm Oldrad. *in conſ. 21.* Decium *in conſil. 63.* Deciſio Rotæ *in antiquis*, 864. Sforcia Oddus *in tract. de exemplar. ſubſtitution. p. 5. verſ. ſexto quæro, num 26. fol. 61.* Et per verba
3 † geminata fit fideicommiſſum, vt tradit idem Gozadin. *in conſ. 48. nu. 5.* & *in d. conſ. 102. nu. 6.* De quibus etiam notatur per Ioan. Fabrum *in §. verba autem, Inſtit. de ſingul. reb. per fideicommiſ. relict.* & Socin. *in rubr. ff. de*
4 *legat. 1. nu. 12.* & fideicommiſſum inducitur, † tametſi verba non omnino illud inducant: *l. vnum ex familia, §. vlt. ff. de legat. 2.* notat Franciſc. Mantic. *lib. 11. de coniectur. ment. defunct. tit. 2 nu. 1. pag. 470.* Et fideicommiſſum inducitur per verba. *Volo quod mea bona conſeruentur in familia*: & concludunt Barthol. Socin. *in l. qui Romæ, §. coheredes, num. 16. ff. de verborum oblig.* Carol. Ruin. *conſ. 208. num. 16. lib. 1.* Curtius Iun. *in conſ. 161. num. 9.* Ias. *in conſ. 96. col. 3. lib. 4.* Menoch. *in conſ. 484. n. 13. lib. 5.*

Et fideicommiſſum inductum in perſona filij magis
5 dilecti, † cenſetur inductum magis in conſanguineis qui ſunt minus dilecti: vt tradit Hieronym. Gabr. *in conſil. 123. nu. 46.* & idem quod Barthol. Socin. *in d. §. coheredes*, tradit Anton. Petra *in tract. de fideicommiſſ. q. 5. num. 75. pag. 58.* vbi ex pluribus reſoluit, quòd fideicommiſſum dicitur reale, † quando eſt inductum in fa-
6 uorem agnationis. Et in dubio, fideicommiſſum ſuſtinendum eſt, † ne intercidat: *l. cogi, verſ. ſed ſi quis*, vbi
7 Bart. *in l. 1. & 2. notab. l. ex facto, §. vlt.* vbi Alexand. *n. 2. l. Scævola, ff. ad Trebellian.* cum *concordant.* vt per Franciſc. Mantic. *lib. 3. de coniectur. ment. tit. 2. nu. 18. pag. 63.* qui refert, quod in pulchra quæſtione hoc tradit Paul. de Montepico *in l. Titia, §. Titia cum haberet, num. 1044. ff. de legat. 2.* Epiſcop. Covarr. *in cap. Rainuntius, §. 2. num. 5. verſ. quam ob rem, de teſtamen.* & idem Mantic. *lib. 10. tit. 1. nu. 5. pag. 424.* Et plura in confirmationem iſtorum ſcribit Burſat. *in conſil. 204 num. 47. lib. 2.* & legenda eſt peregrina doctrina Guillelm. Benedict. *in cap. Raimundus, in princ. num. 46 fol. 8.*

8 Et quod, ne fideicommiſſum intercedat, † verba etiam ſint impropriè accipienda pro fideicommiſſo, tradunt Bart. *in d. l. cogi, num. 1. & 2.* & Alexand. *in dicta l. ex facto, §. vlt.* Mantic. *lib. 8. de coniectur. ment. defunct. tit. 18. num. 35. pag. 369. & lib. 3 tit. 2. num. 18. pag. 63.* vbi tradit, quòd fideicommiſſum debet ſuſtineri, etiam ſi recedatur à propria verborum ſignificatione; & *lib. 3. tit. 6. nu. 2. pag. 71.* Et multò facilius inducitur fauore
9 agnationis, † in rebus quæ ad decorem familiæ reſpiciunt; vt per eundem Manticam *lib. 6. tit. 12. num. 8. pag. 241.* & tradit idem *lib. 7. titul. 1. num. 14. & 28.* Cephal. *in conſil. 196. num. 10. & in conſ. 268. nu. 26. lib. 2.* Tiber. Decian. *conſ. 1. num. 346. lib. 1.* idem Cephalus *in conſ. 476. nu. 7. lib. 4.* Et punctum etiam tractat Cephal. *in conſ. 330. num. 18. lib. 3. & in conſ. 344 num. 17. eodem lib.* Burſat. *in conſil. 202. nu. 47. lib. 2.* Menoch. *in tract. præſumpt. lib. 4. præſumpt. 180. num. 4. & 190. num. 20.* Pro quibus, in materia maioratuum, facit *l. 2. titul. 15. part. 2.* in illis verbis, *Pero con todo eſſo los omes ſabios y entendidos acatando el pro comunal de todos*: quam legem refero in aliis locis iſtius lecturæ: & per hanc legem, & alias, ſcribit Peralta *in l. 3. §. qui fideicommiſſam, num. 121. pag. 238. ff. de legat. 2.* quod in conſti-
tutione maioratuum vertitur fauor publicus. De quo egi *p. 1. q. 27.* & notat Molina *lib. 1. de primogen. cap. 4. n. 28. fol. 24. & eodem lib. cap. 18. n. 1. cum ſeqq.* præcipuè *num. 8. fol. 142.*

Et in hoc puncto vnum eſt memorabile quod ſcribit Aymon *in conſ. 180. in fin.* quod facilius inducitur, & † præſumitur fideicommiſſum fauore agnationis, quàm 10
fauore cognationis: quod reputo veriſſimum. Sed quod in dubio ſit pronunciandum, non eſſe locum † fideicommiſſo, quia hoc eſt fauorabilius, probatur *in* 11
l. ſine fuerit, ff. de rebus dub. tradunt Decius *in conſ. 593. num. 5.* Alciat. *in conſ. 525. num. 12. & conſ. ſequent. num. 6.* Roland. *in conſ. 43. num. 60. lib. 4.* licet in contrarium faciant ſcripta per Menoch. *in tract. præſumpt. lib. 4. præſumpt. 67. num. 21. fol. 98.* & in puncto legenda ſunt quæ ſcribit Peregr. *in tract. de fideicommiſſ. artic. 1. per totum*, præcipuè *num. 38.* Anton. Petra *in eodem tractatu, quæſt. 9. num. 61. pagina 583.* ¶ Et dicit reſolutiuè Guid. Pap. *in deciſ. Delphin.* quæ incipit, *Ex verbis ſequentibus inducitur fideicommiſſum, ſcilicet*; *Prohibeo* 12
† *ne alienes extra familiam, aut, Iubeo in mea familia permanere, vel, Peto quòd fundus de familia mea non exeat: & peto à te ne velis recipere in coheredem Titium in fundo Iuliano, &c. & in perſonas maſculorum, excludendo filias*: provt tradit idem Guid. *deciſ. 469.* in illa quæſtione: & alia pleraque ſimilia, quæ in practica ſunt neceſſaria, tradit *in d. deciſ.* cui etiam addo Roman. *ſingul. 154. Teſtator*, & Decium *in conſ. 38. num. 1. & in conſ. 282. nu. 1. cum ſeqq.* & *conſ. 336. nu. 4. & conſ. 422. num. 2. & 425. nu. 6.* Barthol. Socin. *in conſ. 57. num 2. lib. 3.* & *in l. qui Romæ, §. coheredes, num 11. fol. 20. ff. de verb. oblig.* Decium *conſ. 287. n. 5.* Alex. *conſ. 98. n. 4* cuius verba tranſcribit eleganter Iaſon *in conſ. 154. col. 6. verſ. quinimo, lib. 4.*

Et nouiſſimè, & eleganter de materia, quando inducatur fideicommiſſum, † vel bona ſint libera? plura 13
notabilia ſcribit Menochius *in tract. de præſumpt. lib. 4. dict. præſumpt. 67. & 68. fol. 97. cum ſequentibus*, vbi latè reſoluit, *dict. præſumpt. 67. num. 12.* quando ex his quæ ſcripta non fuerunt, inducatur fideicommiſſum: & materiam iſtam etiam tractat *præſumpt. 69.* vbi *num. 15.* tradit, quod quando teſtator vocat primogenitum, vel natu maiorem, cenſetur inducere fideicommiſſum perpetuum: ex Oldrado *conſ. 21.* & Romano, Aymone, Gabriele, quos citat *in conſ. 117. nu. 14. lib. 2.* & *in conſ. 220. num. 34. lib. 3.* ¶ Et quod per prohibi-
tionem alienationis fideicommiſſum inducatur, tra- 14
ditur etiam per Gozadinum *dict. conſ. 30. num. 17. & conſ. 52. num. 3. cum alijs*, Ias. *in l. filius familias, §. Drui, ff. de legat. 1. num. 13.* latiſſimè per Anton. Rubeum *in conſ. 1.* pleniſſimè Anton. Gabriel. *tom. 2. commun. opin. lib. 4. titul. de fideicommiſſ. concluſ. 9. num. 1. cum alijs pagin. 254.* Tradit tamen Cephalus *conſ. 152. num. 22. lib. 2.* quod ex ſola prohibitione † alienationis non in- 15
ducitur primogenitura, præſertim non ſequuta alienatione.

¶ Et qualiter, & in quibus caſibus † inducatur fi- 16
deicommiſſum, abundantiſſimè tradit Simon de Prætis *lib. 3. de interpretand. defunct. volunt. interpr 3. dub. 1. ſolut. 4. fol. 276. uſque ad ſolut. 12. fol. 295.* vbi legendum: ibi inter alia *d. ſolut. 9. nu. 8. & 9. fol. 280.* tradit, quod inducitur fideicommiſſum ex vocatione maſculorum, & ex illis qui ſunt de domo: & legendus eſt *ſolut. 2. fol. 305. num. 15. & dubit. 8. ſolut. 2. nu. 8. lib. 3. fol. 369.* & idem tradit *ſolut. 10. num. 19. fol. 284.* de illis verbis, *De hærede in hæredem, & de maſculo in maſculum*, Menoch. *in conſil. 480. num. 15. lib. 8.* tradit, quod alienatione prohibita per verba diſpoſitiua inducitur fidei- 17
commiſſum: Flores de Mena *in addit. ad Gamam. deciſ. 30.* latè Decius *in conſil. 287.* vbi quod non ſolum in caſu alienationis, ſed etiam in caſu mortis: & addo Marcum Brunum de Anguiſ. *conſil. 85. num. 151.* Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. artic. 14. folio 127.*

argumen. notatorum *in l.peto, §.fratre, ff.de legat.2.* & citat Barthol.Socin.*consil.227.col.4.lib.2.* Decium *consil.271.num.9.* Ruin.*cons.92.num.28. lib.3.* Socin.Iun. *cons.163.nu.8.& 9.lib.2.*& Menoch.*de arbitr.Iud.lib.2. cent.1.casu 37.nu.3. pag.*168. tradit,quod sola simplex prohibitio non alienandi extra familiam, non inducit disponentem voluisse omnino bona in familia conseruari: sed & idem Menoch.*in consil.215. nu.175. lib.3.* scribit, quod vt patrimonium in vno conservetur, & non diuidatur, iudicandum est fideicommissum esse factum in fœminarum fauorem, sicut in masculorum fauorem, quia fœmina nubere potest viro nobilissimo, qui assumat nomen, & insignia familiæ testatoris, & eius nomen conseruet: & idem *in consil.30.nu.7.lib.1.* & idem Bursat. qui plures citat *in cons.170. num.58. lib.2.* præcipuè Barthol.Socin. *in cons.152. nu.3.lib.1.* Guillielm Benedict. *in cap.Raiuntius, de testament. in verb.in eodem testamento: §.1.n.*174.

18 Et de materia,quando per prohibitionem alienationis inducatur fideicommissum, † plura scribit Michael Grassus *lib.de succession. ab intestat.sententiar. §.fideicommissum:q.5.pag.*180.Bursat.*in cons.202.nu.16.lib.2.* vbi ponit doctrinam: quod ex prohibitione alienationis non inducitur fideicommissum nisi sit perpetua, ex Curtio *in l.filiusfamilias, §.Diui, num.2.ff.de legat.1.* Anton.Gabr. *lib.6.commun.opin. titul. de fideicomm:s. conclus.10.nu.12.* Bolognet.*in l.1.nu.*179. *C.de pact.* & confirmo per scripta per Bursat.*in cons.221.n.23.lib.2.* Et alia circa istud punctum, an & quando prohibitio alienationis inducat fideicommissum, petenda sunt ab Anton.Gabr.*d.conclus.9.* vbi *num.12.*scribit doctrinam *Curtij,*& aliorum: & explicat nouissimè Petra *de fideicommiss.q.6.n.*7.

19 Et quod fideicommissum inducatur † ex geminata prohibitione alienationis, tradit notanter,& singulariter Cephal. *in cons.152. nu.76. lib.2.* quod dictum refero etiam *in 1.p.q.22. num.*95. Et quod non sequuta alienatione, & prohibita vsque ad vnum gradum, non inducatur primogenitura, determinat in indiuiduo
20 Osasch. *cons.42.nu.*39. Et quod † maioratus inducatur ex coniecturis tradunt Molina *lib.1.de primog. c.5.* Alvar.Valasc.*d consil.82.nu.2.* vbi hoc refert, & fideicommissum præsumitur tantibus aliquibus coniecturis,vt per Decium *cons.425.& 426.* Manzolum *in consil.6.n.13.& 14.* & alios quos citat Ioseph.Mascard. *in tract.de probat.concl.774.n.3. fol.*103.

21 Et ablatiui absoluti † prolati ab illo qui habet potestatem grauandi, inducunt fideicommissum: *l.fideicommissa, §.cum essent, ff.de legat.3.* ad cuius legis intellectum vide Alexan. *in cons.199. Viso processu, num.5.*
22 *& 14.lib.2.* Et verba etiam † narratiua inducunt fideicommissum, *l.cum proponebatur, l.vnum ex familia, in princ. ff.de legat.2.* Et vbicunque nouissimus plurium
23 substitutorum grauatur in tota hæreditate inter institutos, & substitutos, † inducitur fideicommissum, vt probat singularis *l.Titia Seio, §.Seia libertis, ff.de legat.2.* vbi hoc tenet *Bart.* & communiter DD. *in l.penultim.C.de impuber.& aliis*; & ita dicit illum textum singularem *Barthol. Socin.* qui hoc rectè tractat *in consil.249.nu.6.lib.4.* Et plura scribit Sforcia Oddus *in dicto tractatu substitutionis exemplaris, part.5.vers.sexto quaro, num.26. fol.*60. Anton. Peregrin. *in tract.de fideicomm.art.13.nu.14.fol.*120. Menoch. *in tract. præsumpt. lib.4.præsumpt.61.& 62. fol.86.& 87.* Mantic. *de coniect.ment.de funct.lib.7.tit.5.nu.1.cum sequentibus, pag.*267. Anton.Gabr. *lib.4.comm.opin. tit.de substitut. concl.1.nu.1.cum seqq.pag.*237. Et de intellectu & vera resolutione textus, *in d.§.Seia libertis*, latissimè agit Ripa *in l.hæredes mei, §.cum ita, nu.14.cum aliis, ff.ad Trebellian.* vbi post Barthol.Socin. *in cons.*[illegible]*4.lib.5.* tradit, quòd ad hoc, vt coniecturis inducatur fideicom-
4 missum, oportet quòd sint coniecturæ † necessariæ, aut multum probabiles, per *l.Lucius, §.tres hæredes, vers. respondit non proponi Seium rogatum, ff.ad Trebell.* & alia: de qua materia latè etiam agit Episcop. Couarr. *in cap.Raynuntius, §.8. de testam.* & notabiliter Iason omnino videndus *in l.penult.nu.10. C.de impub.& aliis: & cons.33. & 141. lib.1.* & quæ refert Gregor.Lop. *in l.13 in glos.2.tit.5.part.6.* Roland. *cons.34.nu.57.lib.4.* Parisi.*cons.43.nu.26.cum aliis, lib.2. & cons.44. nu.28. eodem lib.* notanter August. Beroius *in cons.84. nu.38. cum seq. lib.2.* vbi inter alia tractat multum interesse, quòd prohibitio † sit facta *nomine appellativo*, vel *nomine proprio*, & loquitur in quodam maioratu Hispaniæ Comitis de Tendilla:sed cum prudentia, & consideratione legenda sunt quæ scribunt exteri in materia maioratuum Hispaniæ, vt in aliis locis animadverto, præcipuè *1.partis*; ad quod alios citat Hieron.Gabr. *in cons.117.num.3.* Simon de Prætis *d.lib.de interpret. defunct volunt. lib.3.interpr.2. dubit.1. solut.10. nu.25. fol.*285.

Et verbum,*Masculos*, sæpè repetitum † inducit fideicommissum, vt tradit Barthol Socin. *in cons.63. col.8. num.14.& 15.lib.3.* Et an valeat consequentia, *testator voluit bona conservare in agnatione: ergo inducitur fideicommissum*, † vide Alex. *in d.l.qui Romæ,ff.de verb.oblig.* Decium *in cons.422.* & quæ refert Anton. Rube. *in cons.120 Viso,nu.9.*Curtius *cons.121.num.15.* Aymon *cons.98. num.1.* & alios quos citat Menoch. *cons.117. nu.18.lib.2.* omnium latissimè Mascard. *in tractat. de probat. lib.2.conclus.775. num.7. fol.*103. qui *in d. conclus.774.num.6.* scribit ex Abbat. *cons 60.nu.10.* quod ex constitutione primogenituræ sequitur factum fuisse fideicommissum:de quo per Menoch.*in tract.præsumpt. lib.4.dicta præsumpt.68. num.11. fol.99.* vbi per totam conclusionem plura scribit in materia præsentis quæstionis: Et an hoc procedat in substitutionibus directis, † vide textum *in l.vel in singulis.* & *in l.pater, ff.de vulgar.*Et qualiter hoc intelligatur,vide Gloss.Parisien. *in cons.2.pro Duce de Villahermosa,nu.22.cum seqq.* Ex quibus apparet, quòd hoc non procedit in his substitutionibus: & probatur *in l.iubemus,C.de testamen.* & tenent Cynus & Bald. *in l.unica. §.pro secundo, C. de caduc.tollend.* & Roman. & Paul. quos refert Barthol. Socin.*in cons.140. Considerato testamento Marci,num.1. lib.1.* Et quod prohibitio alienationis facta in maioratu primo vocato,† extendatur ad alios descendentes, tradit Greg Lopez *in l.6.tit.11. p.6.in glos.* in verb. *Casus herederos*, ad quem addo Molinam *lib.1.de primogen. cap.4. num.22. fol.21.* qui tamen non citat Greg. Lopez.

Et ex qualitate rei relictæ, præsumitur testator voluisse rem in agnatione permanere, & præsumitur tacitum fideicommissum, secundùm Baldum *in l. quoties, C.de fideicommiss. la 1.num.8.* quod dictum etiam retuli *in 1.part.hujus operis, q.51.nu.133,in vers.& hujus officina,* notat Carol.Ruin. *in cons.208. col.8. vers.etiam, num.16.lib.1.* & alij, quos citat Anton.Gabr. *d.tit. de fideicommiss. conclus.10. nu.44. pag.*296. vbi hoc declarat,& repeto *infrà.num.24.* & tradit Tiber.Decian.*resp. cons.50.num.13.lib.1.* legendus in ista materia, & Ioan. Gutierrez *lib.3.practic.quæst.17.& 18.nu.174.pag.*292. Menoch. *in d.cons.117. nu.20. lib.2.* Roland. *cons.23. num.24.lib.4.& ibi,nu.23.* tradit,quod quando testator prohibet alienationem bonorum,quia voluit, quod bona vadant de hærede in hæredem, † inducitur fideicommissum,refert Decius *in cons.38.num.4. & 218. in fine,& 337.col.4.* Cephal.*in cons.624. nu.28.lib.2.* Menoch.*in cons.277.n.11.lib.3.*Et confirmo,quia quando testator digreditur ad plures gradus substitutionis, videtur iniungere onus fideicommissi ad omnes gradus, secundùm Barthol Socin.*in cons.250.num.10.vers.quare istic.lib.2.* Curt.Iun.*in cons.121.num.15.lib.1.* Parisi.*in cons.18.nu.38.lib.2.*Aymon *in d.cons.98.nu.3.*Menoch, *in cons.117.nu.9.lib.2.*Celsus *in cons.20.nu.47.*Et quòd ex prohibitione alienationis inducatur fideicommissum, si alienatio sequatur,non aliàs; † tradit Cephal *in consil.525.nu.103. lib.4. ex l.peto, §.fratre, ff.de leg.2.* & Decio

Decio *in cons 38.num.1.& in cons.377. num.4.& 6. & in cons.422. num.4.& 6.* Et quod vbicumque concessio est realis, extendatur de persona ad personam, volunt Roman. *in cons.246.nu.4.* Alex.*in cons.114. nu.5. lib.4.* Iason *in l.non tantum, nu.7. ff.de re indic.* & alij, quos citat Menoch. *in tract. de præsumption. lib.3.præsumpt.103.nu.46.pag.*394. & concordantes *ad dictum consilium Barthol. Socini* 150. referunt Paris. *in d.consil.18.nu.38.lib.2.* Menoch. *in cons.220. num.12. & in cons.232.nu.12.lib.3.* Tiber.Decian.*in cons.89.num.16. lib.3.& in cons.59.nu.5.lib.2.* vbi dicit hoc magis pro-
32 cedere, † vbicunque post omnes masculos vocatur extraneus,& Marzarius *in cons.4.* & ita intelligenda sunt quæ in hac quæstione tractat Molina *lib.1.de primog. cap.5.n.38.fol.36.* & concordantes citat etiam Menoch. *in tract.de præsumpt.lib.4. d.præsumpt.68.nu.10.fol.99.* & legendum est quod scribo *supra, hac parte, in initio, à num.*284.

Et quod ex prohibitione alienationis extra familiam inducatur fideicommissum, tunc demum vbicumque constat testatorem voluisse vocare etiam descendentes, vt inter se gravati sint restituere, non aliàs,
33 † volunt Aymon *in d.cons.98.nu.14.* Menoch. *in consil.85.nu.118.lib.1.*Episcop.Couarru. *lib.3.resolut.c.5. n.4.vers.hinc apparet:*quem & alios citat idem Menoch. *in cons.342. num.47.lib.4.* & quæ dicta sunt, quod ex prohibitione alienationis inducatur fideicommissum; maximè procedunt, si dicat testator,& vocet masculos, vt tradit Roland. *in d.cons.23.lib.4.* qui citat Barthol. Socin.*cons.57. col.1.& 2.lib.3.*

Quæ dicta sunt confirmantur, quia quando testator voluit, quòd bona sua veniant de hærede in hæredem,
34 † tunc intelligitur de descendente in descendentem, etiam si non sit hæres,*l.ex facto, §.vlt.ff.ad Trebell.* Bart. *in l.Gallus,§.etiam,ff.de liber.& posthum.* Dec. *in d.consil.38.*Parisius *in cons.48.nu.25.lib.4.* Rebuf.*in l.sciendum 70. §.idem dicitur, vers.nonus, quando testator, pagina 452. ff.de verborum signif.*tradit Ferrara *in practic. in parte,decederet sine filiis, num.11. pag.*473. notanter Aymon *in cons.289. nu.4. vers.septimo, quod intentio,* Anton. Gabr. *titul.de verbor.signific. conclus.2. num.9. pag.*336.Parisius *cons.89.n.40.lib.2.*Corneus *cons.253. num.6.lib.4.& cons.272 num.1.eodem lib. & cons.263. num.3.lib.1.& cons.199. nu.69.lib.2. & cons.88.num.7. lib.1.& cons.262.nu.8.eod.lib. & cons.173.nu.10.lib.2. & cons.100.nu.5.lib.3.* Matth.de Afflict.*decis.14.n.10.* Hieron.Gabr. *cons.32. nu.28.* idem Hieron.Gabr. *consil.132.* Alexand.*cons.26. lib.5.& cons.18.eodem lib. & cons.8.lib.3.* Dec.*cons.294.* Lambert. *de iur.patronat. lib.1.part.2.q.2.artic.3.fol.131.& art.7.fol.133. col.4. & idem q.2.art.29.n.22.fol.142.*Episcop.Couar.*lib.2. resolution.cap.18.nu.4.* Iulius Clarus *lib.recepta. §.feudum,q.75.& q.9.* Simon de Prætis *lib.3.de interpr. defunct.volunt. interpr.3. dub.1.solut.10. nu.19. fol.284.* Matthæus Gribaldus *inter consilia Portij, cons.40.n.13.* Pinel. *in l.1.C.de bon.matern. part.3.nu.85.* Roland. *in cons.67.nu.30.lib.1.* vbi ex pluribus resoluit,quòd grauatus restituere si decesserit sine hæredibus masculis,
35 † intelligitur sine filiis & descendentibus,Francis.Mantic.*de coniect.ment.defunct.lib.8.titul.11.nu.6.pag.*343. August.Beroius *in cons.110. per totum, & in cons.112. num.7.lib.2. & in cons.64.nu.19.& 20. & in cons.65. nu.93.* & prius *num.92.& cons.66. num.11. & cons.67. num.75.& nu.68.& in cons.68.per totum,& in cons.69. nu.4.lib.1.& in cons.93.nu.8.cum seq. eod.lib.* Curtius Iun.*in cons.270.num.59.lib.2.*Osascus *decis.Pedem.23. num.33,& decis.161.nu.8.* Bursat. *cons.148. per totum, lib.2.& in cons.151.nu.44.eod.lib.* & latissimè *in cons.2. lib.2.& cons.3.nu.25.*doctissimus Euerard.*in centum locis,loco 12.vers.secundo istum,* Simon de Prætis *lib.3.de interpret.defunct.volunt. fol.184.nu.10. & lib.3. interpret.3.solut.11.nu.38.fol.290.*& plenius *eodem lib.interpret.1.dubit.4. solut.5. nu.1.cum seqq. fol.196.* Cephal. *cons.499.num.13.lib.4.* Menoch. *lib.4.de præsumption. præsumpt.89.nu.57.fol.163.& præsumpt.130.num.18. fol.238.* vbi ex pluribus Authoribu. ponit regulam, quòd si testator instituit filium suum, & cauit, quod si ipse decesserit sine filiis, † restituat Caio; & eius hæ-
36 redibus: intelliguntur de hæredibus sanguinis: Celsius *in cons.6.*tradit Bald. *in l.1.ff.de verum diuis.* Gregor.Lop. *in l.68.tit.18.part.3.& of.5.*in verb. *Que del,* Rebuf. *in l.hæredis appellatione, 170. pag.799. ff.de verb. signific.* idem Mantic. *lib.8.tit.18.nu.5.pag.*362. Aluar.Valasc. *de iur.emphyt. q.44. per totam*, qui omnes varia circa istam quæstionem scribunt:Socin.Iun.*in l.Gallus, §.quædam rectè,nu.42.fol.52.ff.de liberis & posthumis,*Anton. Peregr. *de fideicommiss.artic.32.* quod in facto in hac Regali Cancellaria contigit in negotio maximi momenti,in quo testator vocauit *successores,& hæredes,*non *filios*, & illis opponebatur, quod licèt essent filij, non
37 erant hæredes. *¶* Et *successoris* appellatione qui † veniant, resoluit Ripa *responsi.183.nu.17.& in l.dabimus, §.si quis cum tutor,nu.2.fol.215.ff.de priuileg.credit.* & faciunt quæ scribo *in 4.part.q.1.à num.8.. cum seq.* & quæ scribit Simon de Prætis *lib.1. de interpr. defunct. voluntate, dubit.1. interpr.1. solut.2. num.7. folio* 184. Et quod in materia feudali *successoris* appellatione veniat tantum masculus, probatur *in cap.1. §.& si Clientulus, de alienat.feud.,& in cap.1.qu. f.udum dare possint.*

Quibus addo, quòd quando pater acquirit aliquid pro se & filiis, acquirere præsumitur pro filiis; non vt
38 filiis,† sed vt hæredibus; secundùm Glossam *in l.si tibi, §.pactus,ff.de pact.* vbi Bart. *num.8.* eundem Bart. *in l. quod dici,ur,ff.de verbor.oblig.* & alios plures quos citant Alciat. *in tract. præsumpt. regul.3. præsumpt.31. & 32.*& Menoch.*in eod.tract.lib.3.præsumpt.38.nu.14.* plenius *eod.lib.præsumpt.48. nu.1. cum seq.* faciunt quæ nouissimè scribit Petr. Barbosa *in l.quia tale, num.35. pag.*318.*ff.solut.matrim.*Guid.Pap.*decis.*591. ¶ Et quòd
39 fideicommissum inducatur † ex qualitate rei relictæ,tradit etiã vltra eos,quos allegaui supra,Alciat.*resp.*99. *n.5.* Roland.*in cons.23.n.41.lib.4.* Anton.Petr.*de fideicommiss.q.1.n.98.& 102.*Ripa *in l.filiusfamilias,§.diui, num.4. ff. de legat.1.* Capicius *decis.*108. *num.4.& 5.* notanter Gratus *in cons.5. nu.19. lib.2.*& alij quos citat Menoch. *d.cons.117. num.20. lib.2.* latiùs Francisc. Mantica *in tract.de coniectur.ment.defunct.lib.6. tit.12. num.8. pag.*241. Menoch.*cons.318.num.32. lib.4.& in consil. 429. num.6. lib.5.* vbi tradit, quòd qui vult probare primogenituram in aliis, quàm in Marchionatu, Ducatu,vel Comitatu; † id euidenter docere de-
40 bet, vbi allègat Roderic.Suares *in l.quoniam in prioribus,limit.11.nu.40.de inoffic testam.* Caldas Pereira qui id rectè explicat,& exemplificat *in domo foriega,*in *l. si curatorem habens, C.ae in integr. restit.minorum, in verb.sua facilitate,num.4.fol.*202. & scripsi *in 1.p.q.51. à num.*135. *& q.10.à.num.*70. maximè si sint castra,vel prædia maiora; quòd est lugubre ad extraneorum manus peruenire, secundùm Zasium *cons.1.nu.11. & 12. lib.2.* Socin.Iun. *in cons.143. nu.34.lib.1.* Andr.Gaill. *obseruat.lib.2.obseruat.127. num.2.* Et ista est ratio *legis* 46.*Tauri,* hodie *l.6.tit.7.lib.5.Recopilat.* vt animaduertit ibi Matienç. *glos.1.n.2.fol.*174.vbi citat Baldum *in d.l.quoties, C.de fideicom.* Capicium *decis.*108. *nu.4.* in notabili casu Matienç. qui plures refert *in l.6. tit.7. glos.1.nu.2.fol.*174. Et quando fideicommissum censeatur reale,scribo *infra,q.6.* Et quod fideicommissum inducatur ex geminata prohibitione alienationis, tradit Decius *cons.38. num.2. vers.quartò, quia in isto casu: per doctrinam Baldi in proœmio Digestorum, col.vlt. in princ.*& ibi *Alex.*Quinimò Maiores nostri tantam vim habere prohibitionem alienationis existimauerunt, vt dicant talem prohibitionem inducere, quod testator voluerit præferre descendentes masculos fœminis, vt tradit Ripa *in d.l.hæredes mei, §.cum ita,num.76. ff. ad Trebell.*ex Antonio *cons.1.in 1.dubio,* & sentit Iason *in cons.140.lib.2.* quod reputo singulare, & notandum ad

ea quæ ſcribo *in quæſt. ſequenti*, ſed cautè eſt practicandum.

Ex his autem quæ ſcripſi, an ex prohibitione alie-
41 nationis † inducatur fideicommiſſum? ſemper dubitaui de doctrina doctiſſimi Molin. *lib.1. de primogen. cap.4. num.22. fol.21.* vbi nimis generaliter tradit, quod maioratus & fideicommiſſum inducitur ex prohibitione alienationis facta in re: & Doctores quos ipſe refert, loquuntur quando bona fuerunt prohibita alienari extra familiam: ad quod eſt animaduertendum. Et in hac materia illud ſcitu dignum iudico, quòd vbicumque Caſtrum, vel alia ſimilis res fuit Maiorum teſtatoris; ſumitur coniectura, quod illam voluit vinculare, vt colligitur ex doctrina Iaſonis *in conſ.41. In duabus, col.3. verſ. tertiò principaliter, lib.3.* quem citat Tiraquel. *in præfatione retractus, num.436.* quem citat Anton. Gabr. *lib.3. commun. opin. titul. de verb. oblig. concluſ.1. nu.148. & finali.* faciunt quæ refert Ioan. Guttier. *lib.3. practic. quæſtionum, d.cap.17. num.274. pag.292.* & tracto *infra.* Et an ex prohibitione alienationis inducatur fideicommiſſum, res verſatur in magno pelago, vt ex pluribus docet Anton. Pett. *in tract. de fideicommiſſ. in præfatione, num.3.*

Et eſt etiam notandum, quod ad hoc, vt tacitum
42 ſi fideicommiſſum † reciprocum inducatur ex aliqua ſubſtitutione facta deſcendentibus, duo copulatiuè requiruntur: quod ſubſtitutio fiat vltimo deſcendenti, & quod fiat per ſignum vniuerſale, videlicet in tota hæreditate, ſecundùm Dinum: Bart. *in l. vel ſingulis, ff. de vulgari*, Dinum, & Bart. *in d l. Titia, Seio, §. libertis ff de legat.2.* & alios quos refert Iaſ. *in conſ.143. nu.2. lib.2.* & lege Curtium Seniorem *conſ.42. num.24.* Celſum *in conſ.20. num.47* latiſſimè Zanchum *in d.l. hæredes mei, §. cum ita, part.6. num.87. cum ſeqq. pag.167. ff. ad Trebellian.* vbi totam materiam reſoluit. Et hæc ſufficiant quantum ad hoc, quia eſt longa materia. Et qualiter inducatur maioratus, & perpetuus ſit, latè tradit Molina *lib.1. de primogen. cap.5. num.1. cum aliis.*

De vno tamen antequam dehinc abeam, lectores moneo animaduertant, quòd ſi poſſeſſor maioratus faciat alium maioratum diſponendo, quòd ſuccedatur in hoc maioratu nouo quem facit, ſicut ſucceditur in maioratu antiquo, quamvis nullas alias ponat conditiones, nec
43 aliud exponat; † hic ſecundus maioratus regulari debet in omnibus, tam in vocatione, quàm in ſucceſſione, & conditionibus, & ſubſtitutionibus, vt in aliis quibuſlibet contentis in primo maioratu, ſiue provt diſpoſitum fuit in primo maioratu, quia relatum † eſt in re-
44 ferente cum omnibus qualitatibus, *l. aſſe toto, ff. de hæred. inſtituen. l. ſi ita ſcripſero, ff. de condit. & demonſtr. l. ait prætor, §. ſi iudex, ff. de re iudic.* cum concordant. adductis ibi per Iaſon. notat Bart. *in l.1. ff. de recept. & in l.1. §. familiæ, ff. famil. erciſc.* & *in l. ſi quis ſeruum, §. vlt. ff de legat.2. in verſ. quid ſi teſtator, &* & *in l. ſanctio legum, ff. de pœnis*, de quo latè per Tiraq. *in legib. connubial. in gloſſ.7. in verb.* Exprez, *num.182. cum pluribus ſeqq. fol.321.* cui addo text. vbi Aretin. *nu.15. in l. Titia, §. idem reſpondit, ff. de verb. oblig.* vbi dicit, quòd dictiones relatiuæ non ſolum referunt, ſed qualificant: & lex
45 relatiua, æquiparatiua, vel interpretatiua, † extenditur ad omnem caſum, in quo habet locum lex relata, æquiparata, vel interpretata, vt probatur *in l. nihil*, vbi notat Bart. *ff. de coniungen. cum emancip. liber.* & idem tenent Geminian. & Philipp. Franch. *in cap. diſpendia, de reſcript. in 6.* Iaſon *in l. poſt dotem, num.40. ff. ſoluto matrim.* & facit text. *in cap.1. in fine, de eo qui fin. fec. agnat.* per quem dicit Curtius poſt Paul. de Caſtr. quem ipſe refert, *in tract. de feud part.1. q.8. nu.18. pag.60.* Quod in dubio, ſi non apparet de inueſtitura noua, ſed de antiqua,
46 præſumitur † noua facta ſecundùm conditiones inueſtituræ antiquæ: cui addo Roman. *in conſ.1.* vbi dicit,
47 quod feudum ſemper † dicitur paternum, & nō nouum, quoties in conditione feudi, quod filio conferatur, aliud cautum non eſt: citat text. *in cap.1. de reſcript.* & alia iura, & melius facit text. *in cap. recolentes de ſtatu monachor.* vbi probatur, quod ſi vnum monaſterium incorporatur alteri, † aſſumit naturam illius cui incorpo- 48
ratur: cuius quo concordat bonus textus *in l.27. tit.7. part.1.* vbi latè Gregor. Lopez *in verb. Viuieſſen*, vbi notabiliter loquitur.

Ad quod etiam facit doctrina Andreæ de Iſernia *in cap.1. & inter, de capitul. Corradi*, vbi dicit, quòd ſi Eccleſia habens feudum, alteri vniatur, † tranſit feudum 49
in Eccleſiam cui fit vnio, niſi ex natura vnionis, (putà, quia vnitur Eccleſiæ Mendicantium) vel ex natura conceſſionis feudi aliud appareat, quod refert, & declarat Præpoſitus *ibi, num.3. fol.98.* vt de hoc ſcripſi *in 3. part. huius operis, q.11. paulò poſt principium, & part.1. q.10. & hac part.2. q.4. illatione 8.* ſic probat per plura Oldrad. *conſ.209. nu.1 cum aliis*, quod priuilegium † habens ad inſtar alterius priuilegij, cenſetur habere priui- 50
legium, quod ille priuilegiatus habet: & ponit exemplum in priuilegio dato Magiſtro Calatrauæ. Et qualiter ex his verbis, quod quis dicat ſe facere vinculum, videatur facere maioratum, legenda ſunt quæ ſcribo *in principio iſtius ſecundæ partis.* ¶ Et fideicommiſſum prorogatum per ſucceſſorem in alio fideicommiſſo ad bona emenda, † dicitur idem fideicommiſſum: ſicut of- 51
ficium prorogatum, dicitur idem officium, ſecundùm Decium *in conſ.497. num.2.* refert text *in l. ſed ſi manente, in princ. ff. de precar l. ſi cum dies, in princ.* cum Gloſſa, *ff. de arbitr.* & Bart. doctrina *in l.4 in princ. ff. de damn. infect.* cui addo Decium *in cap. de cauſis, in princ num.6. de offic. Delegat.* notat Iaſ. *in l. ſi conuenerit, nu.1. ff. de iuriſd. omn. iudic.* & *in l. vlt. num.42.* vbi Paul. & Alex. *ff. de feriis*, Hippol. *ſingul.300.* quibus addo Bart. *in l. meminiſſe, nu.3. ff. de offic. Proconſul.* & Gloſ. Pariſienſ *tit.1. de maiorn. feudo, §.41. nu.38. fol.290.* eundem Decium *conſil.362.* Quæ doctrina, & reſolutio maximi facienda eſt pro illis, qui addunt bona maioratus ad vinculum, & maioratum factum per patrem, vel alium anteceſſorem: maximè ſi ſit factum per verbum, *Provt*, vel per alia relatiua verba, ſi forſan dubitetur, an in additione facta ad maioratum antiquum, de conditionibus, & vocationibus noui maioratus, provt etiam *in 3. part. quæſt.8.* Et punctum reſoluunt Decius *in d. conſ.362. & in conſil.497.* Socin. Iun. *in conſ.75. lib.3.* quem ſequitur Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. art.16. num.114. fol.157.* Et de prorogatione, quòd varios effectus operetur, plura ad propoſitum † ſcribit nouiſſimè Maſcard. 52
in tract. de probation. lib.3. concluſ.1241. nu.1. cum ſeq. fol.180.

Et contractus renouatus † videtur factus ſecundùm 53
formam prioris contractus, ſi de diuerſitate non appareat, Bart. *in l. ſi mihi, & Titio. ff. de verb. oblig.* Bald. *in l.1. num.31. C. quando non peten. par.* & alij quos citat Decius *in conſ.407. Viſis, & diligenter: num.8.* Aymon *in tract. de antiq. tempor. part.4. nu.220. fol.338.* Et quælibet † renouatio tacitè recipit quidquid prius inerat, 54
vt probatur *in d.l. ſi mihi:* & notat Alex *conſ.30. lib1.* & alij quos citat Tiraquel. *lib.1. de retract. §.1. gloſ.10. num.27. pag.230.* & dicit Angel. *in l. vbi autem. §. illud. ff. de verborum oblig.* Quod licèt de iure appellans ab interlocutoria, teneatur ſigillatim exprimere cauſas grauaminis, † ſatis eſt, quod per quandam relationem ex- 55
primatur, vt allego pro cauſa grauaminis exceptionem pacti mihi competentem, provt de ea conſtat in Actis, & idem Angel. *in conſ.313. Quadam domina Nanna*, & alij, vt per Alex. & Gloſ. Pariſ. *in conſ.126. lib.6.* de quo tamen lector videat Robertum à Maranta *in Speculo aureo. part.6. de ordin. iudiciorum*, Decium, vbi Gloſ. Pariſ. *in additionibus* poſt Franchum *ibi, in cap. conſuluit, in 2. num.3. & 4. fol.296. de appell.* eundem Alex. vbi Gloſſa Pariſ. *in conſ.80. n.9. lib.1.* Tiraquellus *de legib. connub. gloſſ.7. exprez. n.190. fol.323.*

Tandem huius opinionis, ex aliis diuerſis rationibus reperi, poſtquam hæc ſcripſi, quod fuit Gregor. Lop. *in l.37. tit.9. part.6. in gloſſ.* quæ incipit: *Con todo lo que*, vbi

vbi per *illum text. & alia iura* dicit, quòd ſi quis addidit maioriæ antiquæ, nihil vltra addens de prohibitio-
56 nibus, & vinculis, quod debet † intelligi ſub eiſdem vinculis, & conditionibus; ex textu *in cap. cognouimus, 12. quæſt.2.* & ex *l.2.* vbi Ioann. de Platea, *C.*
57 *de agricol. & cenſit. lib.11.* Et facit, quia † quicquid continetur in termino ad quem fit relatio, continetur in termino referente; & qui explicat, nihil de nouo facit *l. adeò, §. cum quis, ff. de acquir. rer. domi.* notat Bald. *in conſil.338. Ea quæ veniunt per modum declarationis lib.2.* Pro quibus addūco text. notabilem, vbi Bald. *in l. ex his, Cod. de donat. inter vir. & vxor.* Et confirmatur etiam iſta opinio ex pluribus quæ ſcribo *in 1. part. huius operis, quæſt.10. à principio*; & pro hoc faciunt aliqua, quæ *infra* ſcribo in materia poſſeſſoria, *quæſt.8.*
58 Quod maximè procederet, vbi additio fieret per viam vnionis, quia vbi vna res vnitur alteri, † omnia tranſeunt ad rem vnitam, vt de Eccleſia vnita, tradit Gloſ. *in cap.1. in verb. vniendo, ne Sede vacan.* notat Ioan. Faber, *in §. ſed etiam, inſtit. de fideicommiſſ. hæredit.* & *in §. fuerat, num.29. Inſtit. de actio.* & *in §. in perſonam*, vbi Iaſ. *num.10. eod. tit.* & de aliis tradit Tiraquel. *in 1. l. connubial. num.30.* Et ciuitas vnita alicui Ciuitati, debet regi ſtatutis illius ciuitatis cui vnitur, ſecundùm Burt. *in l. ſi conuenerit, §. ſi nuda. ff. de pignor. action.* Rebuff. *in praxi benef. pag.284. num.57.* & ad hoc alia ſimilia adducit Iaſ. *in l. ſi eadem, num.1. cum aliis, ff. de aſſeſſor.* ad quod etiam faciunt quæ ſcribo *in 3. part. huius operis, à principio ferè quæſtionis.*

Et eſt animaduertendum in iſta materia, quod ſi quis vocauit ad ſucceſſionem primogenituræ aliquam
59 perſonam, & ſuos; † ſuorum appellatione veniunt deſcendentes in infinitum, vt probatur *in l. penult. ff. de precario, & in l. cum uſufructuarius, ff. de uſufruct. & in l. plenum, §. idem Neruà, ff. de uſu, & habitat.* Quæ iuta; & alia ad hoc ponderat Rebuff. *in l. liberorum 220. §. etenim, Digeſtis de verb. ſigni. col.369.* qui ad hæc etiam refert Guido. Pap. *deciſ.230. Petrus, & deciſ.548. Mulier*; & *in conſil.133. Anton. colum.1.* Guillelm. Benedict. *in cap. Raynuntius; de teſtamen. in verbo, & vxorem, num.177.* Bertran. *in conſ.138. Pro faciliori, lib.3.* quòd vidi in facto in ſucceſſione ſtatus, & Ducatus *de Segorbe.* Et notò, quod
60 ſi † teſtator mandauit rem ſeruari, videtur prohibere illius alienationem, ſecundùm Bald. *in l.2. Cod. de uſucapion. pro emptore*, Euerardum *in centum locis*; *loco 97. à deſtructione antecedentis, pag.370.*

Et non eſt omittendum, quinimò quotidiè videbis,
61 quòd ſi quis legauerit pecuniam Eccleſiæ, vel pio loco, ſub modo, vt ex ea emat ſibi fundum, † Eccleſia non poteſt dictum fundum alienare, vt per *l. Titio centum, reſponſo 2. Digeſtis de condit. & demonſtr.* vbi Paul. de Caſtr. & Imol. Bald. *in l. fin. Cod. de pactis inter emptor. & vendit.* Alexand. *in l. filius familias, §. diui, Digeſtis de legat.1.* Euerard. *loco 41. pag.71.* Et
62 quod † inducatur fideicommiſſum perpetuum ex grauamine aſſumendi nomen teſtatoris, tradunt Pariſienſ. *in conſil. 18. num.42. libro ſecundo*, Marzarius *conſil.4. col.4. verſ. ratio hæc*, Menoch. *in conſ.339. nu.15. lib.4.*

Et pro maiori iſtorum intelligentia eſt ſciendum,
63 quòd dictio (*vt ſupra*) eſt † relatiua præcedentium cum omnibus qualitatibus, vt probant Ruin. *conſ.18. num.12. lib.2. & conſil.145. num.2. lib.3.* Pariſienſ. *conſil.19. num.68. lib.1.* & alij quos citat Rolandi. *conſil.34. num.29. lib.4.* vbi addit, quod dictio, *ſupra ſcripta*, & ſimilia, diſpoſitionem ad caſum prius expreſſum reſtringant; ex Decio *conſil.377. num.5.* Crauet. *conſ.89. num.3.* & aliis, & dictio, *Dicta*, habet etiam relationem ad præcedentia cum ſuis qualitatibus, ſecundùm Corneum *conſ.9. lib.1.* Socin. Iun. *conſ.102. num.3. lib.3.* Decium *conſ.278. col. vltim.* vbi tradit, quod verbum, *Dicta*, facit relationem non ſolum ſubſtantiæ, ſed etiam omnium qualitatum, & *in conſ.291. num.6.* confirmat Roland. *dict. conſ.34.* Aymon. *conſ.47. num.4.* vbi per textum *in l. à filio, §. teſtator, ff. de alimen. legat.* tradit regulam, quod relatiuum debet intelligi reſpectu ſubſtantiæ actus, & omnium qualitatum, de quibus lege quæ ſcribo *infra, q.6. prope finem.*

Et his eſt iungendus textus *in l. vlt. §. Titia*, & ibi Bart. *ff. de libera. legat.* vbi probatur, quòd in dubio relatio fieri non debet ad immediatum verbum, ſeu ad qualitatem, ſeu acceſſionem, † ſed ad principalem diſ- 64
poſitionem: notat idem Bald. *in l. Centurio, ff. ae vulgar. quæſt.3.* Paul. de Caſtr. *in conſ.283. Viſis, & ponderatis, num.4. lib.1.* Iaſon. *in l. ſi quis filium, colum.3. num.10. Cod. de inoffic. teſtam.* Gloſſ. Pariſien. *in conſuetud. Pariſ. tit.1. de materia feudali, §.13. num.8. fol.160.* ad quem addo Paul. de Caſtr. *in l. Stichum qui meus erit, ff. de legat.1.* Iaſon *in l.1. num.3. Cod. de Sum. Trinit. & fide Cathol.* Et quod vbicumque teſtator ordinat, quod bona vadant in deſcendentes maiores natu, cenſeatur grauare, quod vnus alteri reſtituat, volunt Roman. *in conſ.438. num.13.* & alij quos citat Menoch. *in conſil.117. num.15. lib.2. & in conſ.376. nu.5. lib.4. & in conſ.326. nu.70. & 71. eod. lib.* Et quòd quando fideicommiſſum fuit factum indefinitè, intelligatur † de 65
omnibus bonis, tradit Alexand. *in conſ.91. Pro deratis, num.2. lib.1.* quem citat Curt. Iun. *in conſ.43. n.5.*

Eſt etiam ſummè notandum, quod ſi teſtator addat aliqua bona ad maioratum antiquum, & ſtatuat aliquid in hoc maioratu ſecundò ſeruari, ſicut in priori fuit ſtatutum, & in maioratu antiquo reperiatur illud quod ordinauit diuerſo modo fuiſſe ſtatutum, attendendum † eſt quòd reperitur in primo maioratu, ad quem te 66
retulit teſtator, & illud obſeruandum eſt, nec eſt curandum de illa erronea relatione, ſed veritas † eſt inſpi- 67
cienda: *l. cum falſo, ff. de cond. & demonſtrat. l. cum falſa, l. non idcirco, Cod. de inſt. & ſubſt. ignor.* faciunt notata *in l. ſi aliquam rem, ff. de acquir. poſſ.* & *l. qui rem, Cod. locat.* cum materia, & doctrina Bald. *in conſ.375. Quando conſtat, lib.2. eiuſdem*, & aliorum *in c.1. de feud. guard.* vbi volunt, quòd recognitio erronea † 68
nihil nocet, & tanquam erronea rejicitur probata priori inueſtitura; & ad originalem, & priorem inueſtituram ſemper eſt recurrendum: ad quam ſententiam plures concordantes refert Gloſſ. Pariſ. *in 1. p. conſuet. Pariſ. §.33. nu.10. fol.266. & 2. p. §.52. nu.4. fol.53.* & legenda ſunt quæ ſcribit eadem Gloſſ. Pariſien. *in tract. de uſur. nu.199. pag.229. in recopilatione Caballini*, & rectius facit, quod per textum *in l. teſtamento. ff. de cond. & demonſtr.* tradit eadem Gloſſ. Pariſ. *1. p. conſuet. §.5. num.77. fol.81.* & quæ ego ſcribo *in 1. p. q.64.* & doctrina Paul. de Caſtr. *in conſ.406. Super primo quæſito videtur dicendum, lib.1. nu.2.* vbi vult, quòd agnoſcentes bona allodialia pro feudalibus non præiudicant teſtatori, nec habentibus cauſam ab eo. Imò in dubio conſtito de conditionibus maioratus antiqui, ſi in eo quod additum eſt, expreſe aliud non dicatur; † eſt ſe- 69
quenda in omnibus natura, & ordo maioratus antiqui: argum. *legis primæ, §. belliſſimè ff. vt legat. nom. caueat.* & quod notant Præpoſit. *in prælud. feud. diuiſ.6. verſ. & nota.* Zaſius *conſ.15. lib.1. n.4.* & facit quod inquit Bald. *in c.1. §.1. de feud. Guard.* quod prima inueſtitura † eſt 70
ſtadix, & ſequentium fundamentum: ad quæ plura adducit idem Zaſius *in tit. qualiter, feud. conſt. n.23. & 24.* & faciunt quæ *ſupra ſcripſi*, & plura ad propoſitū ſcribit Rolan. *conſ.69. nu.48. lib.3.* Iul. Clar. *in 4. recep. ſenten. §. feudum, q.20. nu.21. pag.180.* & concuncnt quæ egregiè ſcribit Alex. *conſ.18. n.13. & conſ.29. n.22. & 23. lib.5.* & facit eleganter reſolutio Curt. *in tr. de feud. p.2. verſ. de feudis laicorum, q.7. n.42. & 43. pag.178.* vbi concludit, quòd ſi prima inueſtitura vno modo cadet, & ſecunda reperiatur altera, vtputà, ſi prima inueſtitura ſit facta *pro maſculis & fœminis*; & poſtea in aliis renouatiuis dicatur *pro maſculis* tantùm, † non 71
ſit præiudicium fœminis, & idem Cardinal. *in conſ.92. Nobiles viri*, per text. *in cap.1. de vaſſallo decrepitæ*

ætatis, & in cap. 1. §. 1. de ſucceſſ. feud. quod eſt notabile, & inibi *Curtius* alia ad propoſitum adducit: & tradit notanter Matth. de Afflict. *in conſtit. Neapol. tit. de ſucceſſ. nobil. rubr. 26.* Quod cum pars feudi eſt antiqua,
72 † totum præſumitur antiquum, quem citat *Menoch.* qui hoc confirmat, *de arbitr. iudic. lib. 2. Cent. 2. caſu* 191. *num. 5. pag.* 371. & benignior fit interpretatio pro nouo, ſecundum Decium *in conſ.* 445. *num. 5.* Pariſ. *in conſ. 13. in fine lib. 2.* latè Burſat. *in conſ. 63. nu. 2. cum ſequentib. lib. 1.*

73 Et animaduerto in iſta quæſtione, quòd † ſi quis caueat in aliqua ſcriptura quod relinquit bona, vt in ſua poſteritate conſeruentur, videtur facere fideicommiſſum reale, & perpetuum, ſecundum Paul. de Caſtr. *in conſ. 234. Viſis & conſideratis: & in conſ. 418. Super primo,* quem citat Curti Iun. *in conſ. 43. num. 11. lib. 1.* quod vidi in praxi, & tradit Pariſ. *col. 12. lib. 1. in conſ. 1. numer. 31. lib. 1. & in conſ. 1. num. 34. lib. 3. & in conſ. 75. num. 10. lib. 2.* Animaduerto etiam, quòd nobiles præ-
74 ſumuntur † facere fideicommiſſum, & primogenituram, vt reſoluit Tiber. Dec. *reſp. 33. num. 83. lib. 1.* per text. *in l. pater, §. Iulianus, ff. de leg. 3.* & doctrinam Soc. *conſ. 47. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 72. num. 81. l. b. 4.* Et quod non præſumitur inductum fideicommiſſum in fauorem illorum qui non ſunt ex deſcendentibus, ſicut in fauorem deſcendentium; volunt Salicet. *in l. 1. Cod. de condition. inſert.* & alij quos citat Iulius Clarus, §. *teſtamentum, quæſt. 77.* Cephal. *in conſil. 419. numer. 54. lib. 3.*

Hoc etiam in loco memoria eſt tenenda Gloſſa illa celebratiſſima, quæ occaſionem & cauſam præbuit varia & infinita ſcribendi, *in l. Lucius, in 2. ff. de hæredib. inſtitut.* quæ dicit, quod filij poſiti in conditione, &
75 non in diſpoſitione, † nequaquam ſubſtitui cenſentur; quam Gloſſam ſequuntur plures, & illius opinionem communem dicunt; quos omnes diligentius refert magiſter meus obſeruantiſſimus Epiſc. Couar. *in cap. Raymuntius, §. 3. num. 2. fol.* 97. vbi de materia illius plura ſcribit elegantia: cui addo Alex. *in conſ. 109. lib. 1. & in conſ. 108. cod. lib.* Iaſ. *in l. 1. Cod. de pact. nu. 12.* vbi communem dicit: & eſt communis ſecundum eundem Iaſ. *in l. pecuniam, num. 1. ff. ſi cert. per.* Gozad. *in conſ. 7. num. 5.* Suarez *in l. quoniam in prioribus, limit. 5. Cod. de inoffic. teſtam. & alleg. 2. fol.* 129 vbi dicit Gloſſam illam eſſe communiter receptam: & idem dicit Euerard. *in centum locis, loco à contrario ſenſu, pag.* 86. & eſt communis, vera, & canonizata opinio, ſecundum Decium *in conſ. 270. num. 1.* & Ripa *in l. Centurio, num. 159. ff. de vulgar.* tradit notanter Gloſſ. Pariſ. *in conſ. 1. num. 48.* & melius *num. 93. cum pluribus ſeqq.* latiſſimè Iul. Clar. *lib. 3. ſententiar. quæſt. 77. §. teſtamentum,* Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. Cent. 2. caſu* 148. *pag.* 307. Ant. Gabr. *tom. 2. commun. opin. lib. 4. tit. de fideicommiſſ. concl. 4. pag.* 250. Roland. *conſil. 18. per totum, lib. 3.* Menoch. *conſil. 135. per totum,* Franciſc. Mantic. *in tract. de coniectur. ment. defunct. lib. 11. tit. 20. num. 1. & 15. cum ſeqq. pag.* 573. Nicol. Boer. *deciſ. 155. per totam,* Burſat. *conſil. 51. num. 6. lib. 1.* latius *in conſ. 202. num. 27. cum ſeqq. lib. 2.* Celſus *conſ. 5. num. 7. & in conſ. 20. n. 9. cum pluribus ſeqq.* qui omnino legi debet, Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, p. 7. num. 1. cum ſeqq. ff. ad Trebell.* Socin. Iun. *in l. Centurio, nu. 293. cum ſeqq. folio 116. ff. de vulgar.* Cephal. *in conſ. 17. nu. 10. & in conſ. 93. n. 1. cum ſeqq. & in conſ. 114. num. 23. lib. 1.* latè Syluan. *in conſ. 53. per totum,* Andr. Gail. *obſerv. lib. 2. obſerv. 136. num. 20. pag.* 751. Tiber Decian. *reſponſ. 41. per totum, lib. 1.* in quibus locis multa ſingularia inuenies pro intellectu iſtius materiæ, quæ hoc in loco minimè repetenda duxi; & notat Emmanuel Coſta *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 30. pag. 11. Digeſtis de liber. & poſthum.* vbi poſt alios reprobat Angelum *in l. in legatis, Cod. de legat.* qui tenebat in legatis, & fideicommiſſis rerum
76 ſingularium, † liberos in conditione poſitos, videri ad fideicommiſſum inuitatos, diuerſum autem eſſe in hæreditate: & legendus eſt Burſat. *in dict. conſ. 202.* qui *in dict. num. 27.* refert plures Doctores cum dicta Gloſſa dicit eſſe Communem contra eam, & Menoch. *d. lib. 2. de arbitr. caſu* 148. qui poſt alios quos citat, iſtud relinquit arbitrio iudicis; & iſtum articulum notanter etiam explicauit D. Anton. de Padill. *in l. cum acutiſſimi, Cod. de fideicommiſſ.* Menoch. *in conſ. 135. num. 32. & in conſ. 137. num. 48. cum ſeq. & in conſ. 150. num. 12. & in conſ. 152. num. 1. & in conſil. 197. num. 3. cum ſeqq. lib. 2.* Burſat. *conſ. 1. per totum, & in conſil. 51. 52. 75. num. 14. & in conſ. 86. nu. 2. lib. 1. & in conſ. 71. num. 16.* Port. Imolen. *conſil. 1. nu. 69. & conſ. 8. nu. 26. cum aliis, & conſil. 13. nu. 16. & 23. & conſil. 14. nu. 5. & conſ. 40. num. 1. cum ſeq. & conſ. 42. num. 1. & ſeq. & conſ. 43. num. 1. & conſ. 45. nu. 1. & conſil. 52. nu. 3. & conſil. 55. nu. 72. & 90. & conſil. 57. num. 22. & conſil. 46. nu. 1. & per totum,* Molin. *de primog. cap. 6. numero primo, libro 1.* Peralt. *in rubr. ff. de hæred. inſtit. nu. 174. pag. 112.*

Ex quo infert D. Anton. de Padill. *vbi ſupra numero* 48. deciſionem quotidie contingibilem, quod ſi in melioratione tertiæ, & quintæ partis bonorum facta à patre, ſi melioratus fuerit grauatus, ſi ſine liberis deceſſerit, hæreditatem reſtituere; ſi liberos relinquat, melioratus † non cenſetur filius ſubſtitutus, nec licebit 77
reuocare rem à patre alienatam, ſi alienatio aliùde non ſit prohibita: ero quo facit, quia regulariter bona fideicommiſſi † conditionalis poſſunt alienari, vt per 78
Riminald. *in conſil. 148. num. 8.* Zanchus *in dict. l. hæredes mei, §. cum ita, part. 5. num. 107. pag. 138. ff. ad Trebell.* Et nouiſſimè materiam tractat Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 76. fol.* 1[illegible]5. Anton. Theſaur. *deciſ. Pedem. 96. num. 1. cum ſeq.* Et an dicta Gloſſ. procedat in contractibus, ſicut in teſtamentis, quia hoc vidi in practica ſiege Gabriel. *vbi ſupra, concl. 50.* Soc. Iun. *in conſil. 108. lib. 3.* Zanchum *in dict. l. hæredes mei, §. cum ita, part. 7. ff. ad Trebell.* Carol. Ruin. *in conſil. 89. lib. 1.* Aym. *in conſil. 288.* Doctrinam tamen *D. Anton. de Padill.* credo eſſe maximè dubitabilem ex his, quæ ſcribo *infra, hac p. quæſt. 11.* Et quod grauans portare nomen † videatur agnationem conſeruare, & ſubſti- 79
tuere vocatos ſub conditione; tradit Ludouic. Gozad. *in conſil. 64 nu. 10.* Et quòd ex verbo, *Perpetuo,* † cen- 80
ſeatur inducta primogenitura, & filij vocati in diſpoſitione, tradit expreſsè Roland. *in conſil. 6. num. 30. lib. 4.* ex Carol. Ruin. *in conſil. 108. num. 13. lib. 2.* & reſoluit Molina *dict. cap. 5. num. 33. & 34.* & de materia Gloſſ. & prædictorum vnum integrum tractatum fecit Ioſeph. de Ruſticis, *in tract. an & quan. liber. in condit. poſit.* Anton. Peregr. nouiſſimè *in tract. de fideicommiſſ. art. 28. num. 1. cum ſ. q. fol. 254.*

Animaduertendum etiam eſt, quod fideicommiſſarius ſubſtitutus alicui (*Si deceſſerit ſine liberis*) non † 81
tenetur probare grauatum deceſſiſſe ſine liberis: ſed illi incumbit onus probandi, qui dicit grauato ſuperuixiſſe liberos, & ſic defeciſſe conditionem, quod probatur *in l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebell.* vbi Ripa *num.* 9. poſt Angel. Epiſcop. Couarr. *reſolut. lib. 2. cap. 6. num. 6. verſ. tertio ab eadem,* Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens, Cod. de in integr. reſt. minor, in verbo, infra legitimum tempus, num. 20. fol.* 394. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. 11. num. 4.* ad quos addo Nattam *conſ. 395. numer. 4. lib. 2.* Curt. *in l. precibus, num. 9. Cod. de impuber. & aliis;* Maſcard. *in tract. de probat. lib. 2. concluſ. 666. num. 39.* Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 49. num. 33. pagin. 168.* Nicol. Boer. *deciſ. 38. num. 30.* Maſcard. *libro tertio, conclu. 1246. num. 2. fol.* 185. latius *conclu. 1245. num. 1. cum ſeq. fol.* 286. Molin. *lib. 3. de primog. cap. 9. num. 22. fol.* 71. Decius *in cap. in præſentia, num. 50. de probation.* Burſat. *in conſil. 9. num. 6. lib. 1.* Et quod fauore fideicommiſſarij præſumatur, quod grauatus ſine liberis deceſſerit, volunt Bald. *in conſil. 104. ad finem, lib. 4.* Decius *in conſil. 652. num. 7.* & alij quos citant Oſaſch. *deciſ. Pedemon. 108. num. 2. & 114. num. 24.* Zanch. *in d. l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad*

Trebell. p. 1. num. 97. pag. 17. Sufficit tamen probare, quod habuit liberos ante mortem, quia ex hoc probatur, quod viuebant tempore mortis, ſecundùm Rebuff. *in cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſ. & propriet. pag. 293. col. 1. in princ.* Et negatiua, alios non
82 eſſe hæredes, probatur hoc modo, † *dico, nullos alios eſſe hæredes, qui vult dicere contrarium probet;* vt tradit latè Iaſ. *conſ. 34. num. 1. lib. 1.* quem citat Tiraq. *lib. 1. de retract. §. 11. gloſſ. 1. num. 9. pag.* 501. & declarat, & rationem aſſignat Andr. Alciat. *de præſump. reg. 1. præſump. 40. pag.* 132. & iſtam ſententiam latius confirmat D. Anton. de Padill. *in dict. l. cum acutiſſimi, num. 52.* &
83 hoc notabiliter tradit Carol. Ruin. *conſ. 109. num. 37. lib. 3.* vbi etiam † probat fundatam habere intentionem allegantem vnicum filium habuiſſe defunctum, & in iſto caſu in ambiguo pro poſſeſſore pronuntiandum eſt, vt probat *Deciſ. Pedem. 108. num. 18.* quæ iſtam quæſtionem latè tractat; & legenda eſt deciſio ſequens: Purpurat. *in dictis deciſionibus, poſt deciſion. 108.* & quæ ſcribit Franciſc. Mant. *lib. 1. de coniect. men. defunct. 9. pag.* 160. vbi poſt Ripam *in dict. l. ex facto, §. ſi quis autem,* & alios quos citat, tractat, & diſputat an ſubſtitutus pupillo, teneatur probare deceſſiſſe in pupillari ætate, vel ipſa mater: & dictum Alciati *in conſ. 636.* vbi probat quod ad excludendum ſubſtitutum non ſufficit probatio ſolius poſſeſſionis, & tractus filiationis. Ad quos addo Barthol. Socin. *in l. quid nos, §. cum in bello, ff. de reb. aub.* Iacob Pute. *deciſ. 85. p. 1. num. 6.* & Carol. Ruin. *in conſil. 109. nu. 37. lib. 3.* Quod maſculi, in quorum defectum fœminæ ſunt vocatæ, præſumuntur defeciſſe, etſi aliter non probetur: quem citat Simon de Pret. *lib. 5. de interpr. defun. volun. dub. 4. num. 210. fol.* 548. ad quæ libenter addo notabilem doctrinam Alexand. *in conſ. 179. nu. 10. lib. 7.* vbi ex Cuman. *in l. a poteſt. ff. de acquir. hæred.* reſpondit, Quod ſufficit fratri probare mortem fratris abſque eo quod probet, quod deceſſit ſine liberis.

Eſt præterea notandum, quod fideicommiſſaria ſub-
84 ſtitutio † non præſumitur, quia eſt odioſa, & onus, ſecundum Alexand. *in conſ. 17. num. 5. lib. 3.* Decium *conſil. 89. col. vltim. & in conſ. 336. in fin.* Et fauorabilis eſt eius extinctio, & reſolutio; & in dubio contra fideicommiſſum eſt pronunciandum, vt tenet Angel. *in l. qui Rome, §. duo fratres,* vbi Alexand. *col. 11. ff. de verbor. oblig.* Rota *deciſ. in antiquis, 864. Teſtator, in fin.* Barth. Socin. *in conſ. 113. col. 10. lib. 2.* Tiber. Decian. *reſponſ. 1. num. 91. lib. 2. & reſp. 26. num. 83. eod. lib.* vnde dicit Paul. de Caſtr. *in conſ. 392. lib. 2.* Quod
85 ſi quis ſubſtituit proximiores de parentela intelliguntur ſemel † ſubſtituti: explicat notanter Gloſſ. Pariſ. *in conſ. 2. pro Duce de Villahermoſa: num. 22. cum ſeqq.* notat Roland. *conſ. 46. num. 2. lib. 3.* Maſcard. *d. concl. 774. num. 8.* & in dubio (vt dictum eſt) contra fideicommiſſum eſt pronunciandum, ſecundum Cephal. *conſ. 45. num. 12. & conſ. 86. num. 15. lib. 1.* Alciat. *conſ. 525. numer. 12. & 526. num. 6.* quos citat idem Roland. *conſ. 56. num. 36. lib. 3.* idem Cephal. *in conſ. 533. num. 17.* Burſat. *in conſ. 97. num. 1. lib. 1.* latius *in conſ. 203. num. 2. & 3. lib. 2.* vbi ex Aym. *in conſ. 180.* & aliis probat, quod ſi ſint probationes dubiæ, eſt pronunciandum contra fideicommiſſum; tradit Menoch. *in conſ. 85. num. 50. lib.*
86 1. Et de iure communi, fideicommiſſum in dubio non † eſt perpetuum, vt probat Epiſc. Sarmien. *in l. vnum ex familia, §. ſed ſi fundum, num. 2. fol.* 178. *Digeſtis de leg. 2.* Et ad hoc etiam legenda ſunt quæ ſcribit Zanch. *in dict. l. hæredes mei, §. cum ita, part. 1. num. 56. & 96. ff. ad Trebell.* & ideo tradit eleganter Baptiſta de S. Blaſio *in conſ. 168. num. 3. inter conſilia diuerſorum, de vltim. volun.* Quod minus fauorabile dicitur teſtamentum, in quo filius eſt grauatus fideicommiſſo: quem citat Si-
87 mon de Pret. *lib. 4. de interpr. defun. volun. dub. 2. nu. 5. fol* 460. Et fideicommiſſum † non inducitur inter non vocatos, vt tradunt Iaſ. *in conſ. 228. verſ. quinto, lib. 2.* Cephal. *in conſ. 269. numer. 50. lib. 2. & in conſ. 17. num. 26. lib. 2.* Burſat. *in conſ. 195. num. 4. lib. 2.*

Ex quibus magna cum ratione dubitare poſſumus de his quæ ſcribit Molin. *lib. 1. de primog. cap. 4. numer. 37. fol. 27.* licet pro *Molina* faciat doctrina Andr. de Iſern. *in conſtitut. Regni Neap. in ſucceſſionibus, in rub. de ſucceſſ. Nobilium in feudis, col. 3. in verſ. ſed ſi vnus eſt, & in titul. de natur. ſucceſſ. feud. col. fin.* Ioan. Cirier. *in tract. de primog. lib. 2. quæſt. 4.* Pariſ. *conſ. 72. num. 111. lib. 4.* Hieron. Gabr. *in conſ. 107. num. 5.* volenti, quod in ſucceſſione primogenituræ ſuccedunt tranſuerſales in defectu deſcendentium. Et ad inducen-
88 dum fideicommiſſum † coniecturæ debent eſſe ciaræ, & efficaces, reſultantes ex verbis teſtamenti, vt per Albenſem *conſ. 31. n. 10.* Aym. *conſ. 98.* Burſ. *conſ. 51. & 52.* & alios quos citat Ant. Theſaur. *dec. Pedem. 248. n. 13.* licet pro vnitate patrimonij ſit præſumendum.

Et quando fideicommiſſa ſunt perpetua, vel temporalia, declarat nouiſſimè Ant. Peregr. *in tract. de fideicomm. art. 20. num. 1. cum ſeqq. fol.* 274. ad quem addo notabilem doctrinam in propoſito Bart. *in l. pero, §. frater. ff. de legat. 2. num. 3.* vbi reſoluit, quod quando teſtator impoſuit onus reale in bonis, volens quod perpetuo conſeruentur in familia, vel inter conſanguineos; cenſetur inductum perpetuum fideicommiſſum in bonis, tradunt Pariſ. *conſ. 1. num. 43. lib. 1.* Curti. Sen. *conſil. 51. num. 24.* & alij quos citat Burſ. *conſ. 173. nu. 56. lib. 2.* & legi debet Petra *in tract. de fideicomm. q. 3. per totam,* tradit etiam Iaſ. *in conſ. 96. col. vlt. lib. 4* Auguſtin. Beroi. *in ſupra allegato conſ. 84. num. 72. lib. 2.* conſultus in quadam cauſa maioratus Hiſpaniæ Comitis de Tendilla. Et ad hoc facit, quod quælibet res præſumitur libera, & non reſtitutioni ſubiecta: *l. altius. C. de ſeruit. & aqua. l. cum eo. ff. de ſeruit. urban.* cum ſimilibus quæ ſcribo *in 4. part. huius operis, quæſt. 20. poſt principium.*

Sed eſt conſiderandum, quod ſaltem in noſtra materia hoc procedere † non videtur, quando ex diſpoſi- 89
tione teſtatoris, & eius mente colligi poteſt, quod voluit facere vinculum aut maioratum, & bona vinculare in fauorem ſucceſſorum: nam cum maioratus ſint Regno honorabiles (provt ego in aliis locis trado) in dubio iudicari debet, quòd teſtator voluit facere maioratum, & grauare ſucceſſores onere reſtitutionis ad primogenitos ſequentes in gradu, maximè quando non agitur de præiudicio deſcendentium ab illo, qui maioratum fecit; pro qua ſententia faciunt plura quæ ſcribit Marzar. *in epitome de fideicomm. q. 1.* ad iſta legendus: & in terminis primogenituræ hoc tradunt Abb. *in conſ. 60. n. 10. lib. 1.* Maſcard. *d. concl. 774. nu. 6.* ad hoc etiam videndus, & *concluſ. 775.* vbi plura ſcribit, quòd præcipuè procedit vbi qualitas rei relictæ hoc ſuadet, & *l. 44. tit. 5. part. 5.* & aliis quæ ſcribo *in 4. parte tractatus, quæſt. 1. num. 5.* & vbi res quæ relinquitur fuit † 90
Maiorum, quam veriſimile eſt velle inſtitutorē ad ſuos ſucceſſores perpetuo progredi: ad quod pondero Gloſſam *in l. quoties ab omnibus, C. de fideicomm.* & quod notat Iaſon *in l. filius familias, §. diui, notab. n. 4. ff. de legat. 1.* vbi Loaz. *col. 27. verſic. ex iſtis,* & ante eos Cynus *in l. ea lege, col. 4. verſic. & hæc omnia, C. de conditt. ob cauſ.* & alij, vt per Tiraquel. *lib. 1. de retract. in princ. num. 30. & in num. præcedentibus & ſequentib.* ex multis hoc confirmat: & notat Montaluus *in l. 13. tit. 10.* De las compras, *in gloſſa in verbo,* De patrimonio, *lib. 3. fori. fol.* 162. & dixi ſupra. Et hoc confirmatur, quia in dubio eſt præſumendum pro ſubſtituto, vt per *l. ex facto, §. pen. ff. ad Trebell.* & Bart. & Angel. *in l. qui duos. §. cum in bello, ff. de reb. dub.* & alios Authores tradit Nicol. Boeri. *deciſ. 38. num. 30.* & 31. qui dicit hoc fallere in matre contra ſubſtitutum qui vult eam excludere. Et quod in dubio fieri debeat interpretatio pro hærede contra fideicommiſſarium, tradit Soc. *in conſ. 239. n. 4. lib. 2. per l. apud Iulianum, §. Seio, ff. de legat. 1. & l. Titia, §. qui in vita, ff. de legat. 2.*

Tandem noto, quod verba enuntiatiua † inducunt 91

fideicommiſſum, *l. Pamphilo, in princ.* vbi Bart. *ff. de legat. 3.* cum *concordant.* vt per Socin. Iun. *conſil. 179. num. 9. lib. 2.* in quo conſilio examinat, an verbum, *volo*, inducat fideicommiſſum, Iaſon *in l. ſerui electione, in princ. num. 30. Digeſtis de legat. 1.* & *in l. cunctos populos, num. 13. Cod. de ſum. Trinit.* de quo lege quæ eleganter ſcribunt Aym. *in tract. de antiq. temp. part. 1. num. 83.* cum *ſequentib.* Franciſc. Mantic. *de coniect. men. defunct. lib. 3. tit. 12. num. 1.* cum *ſequentibus pag. 81.* Menchac. *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 3. tit. de hæred. inſtituend. num. 1.* Simon de Pret. *de interpr. defun. volun. lib. 2. interpr. 3. ſolut. 3. num. 18. fol. 156.* vbi alios citat: & tradit Burgos de Paz Iun. *quæſt. ciuil. num. 114.* & quæ ſcribo *ſupra, part. 1. quæſt. 20.* & *quæſt. 48.* Et quod
93 verba iſta, † *in infinitum, & perpetuum*, inducant fideicommiſſum perpetuum, ſcribo *in 4. part. quæſt. 20.* ad quæ addo Menoch. *conſil. 80. num. 11. lib. 1.* Portium *in conſil. 6. num. 23.* Cacheran. *deciſ. Pedem. 50.* quos citat Burſat. *in conſil. 170. num. 15.* & *in conſil. 202. num. 16. lib. 2.* qui alios vltra prædictos citat. Et quid de verbo, *Quocumque tempore*, ſcribit Zazius, *in conſ. 12. nu. 79. lib. 1.* Et quid operetur verbum *perpetuò*, in priuilegio appoſitum, tradit Grammat. *deciſ. 59. nu. 13.* vbi reſoluit quando in priuilegio conceditur aliquid pro eo, & ſucceſſoribus, an extinguatur in primo ſucceſſore.

Præterea eſt animaduertendum ad *deciſionem* Antonij Gamæ *30. num. 1. cum ſequentibus* vbi diſputat quæſtionem quotidianam, An onus faciendi celebrare ſingulis annis Miſſas, adiectum bonis per fideicommiſſum relictis, maioratum efficiant bonaque ſint alienabilia, aut per æ limationem inter hæredes diuidantur?
94 & tandem concludit † non eſſe maioratum: vt ibi plenius legi poteſt. Et traditur per eundem Gamam *deciſ. 48.* & *deciſ. 224.* & *deciſ. 286. num. 1.* vbi tractat, an ex onere, impoſito rei legatæ inducatur maioratus vbi vide additionem nouam, *Mena*; & melius *dict. deciſ. 30.* qui refert quaſdam remiſſiones non certas, & *in deciſ. 345. num. 1.* vbi probat, quod maioratus non cenſetur conſtitutus ex onere Miſſarum, ad quas bona in perpetuum relicta ſunt, & legendus Aluar. Valaſc. *conſ. 27. num. 2.* & *dict. conſil. 82. num. 8.* De quo legenda ſunt etiam quæ ſcribo *in initio 1. partis, à num. 80.* & egregium *conſilium* Anchar. *27. num. 14.* Aymon. *conſ. 180. ad fin.* Simon de Pret. *lib. 3. de interpret. defun. volunt. interpret. 3. dub. 1. fol. 9. num. 15. fol. 281.* Menoch. *in conſil. 85. num. 123. lib. 1.* qui ſcilicet Anchar. Aymon. Menoch. Simon de Pret. reſoluunt, an ex perpetuo onere Miſſarum inducatur fideicommiſſum? de quibus Autoribus non meminit Gama; & Curt. Iun. *in conſ. 87. num. 6.* & *8. lib. 1.* & Natta *in conſil. 531. num. 28.* & *29.* Barth. Socin. *in conſil. 12. num. 18. lib. 3.* latè Aluar. Valaſc. qui plures refert *in dict. conſ. 27. num. 3.* Fulgoſ. Socin. Iun. & alij plures quos citat Simon de Pret. *vbi ſupra*: quod vidi in practica in duobus maioratibus, in quibus dubitabatur an bona eſſent vinculata: Et ideo hoc memoriæ eſt † mandandum: ad quæ addo textum
95 *in l. Lucius 12. ff. de adimen. legat. l. annua 20. §. Attia fideicommiſſum ff. de ann. legat. & in l. annua, eod. tit.* & de illo textu *in dict. §. Attia*, meminit Iaſon *in l. 2. num. 45. Cod. de iure emphyt.* vbi dicit, quod eſt caſus ſpecialis fauore piæ Cauſæ; qui notanter agit de intellectu textus *in l. nihil proponi ff. de legat. 1.* & de puncto legi debet Anton. Petra *in tract. de fideicommiſſ. quæſt. 5. num. 74. fol. 58. lib. 15. tit. 11. part. 5.* Epiſcop. Couar. *in cap. Raynutius, de teſtam. §. 10. num. 8.* & ad hoc eſt elegans *conſilium* Iacobi Philip. Portij *40. nu. 12.* vbi reſoluit, quod vbicunque teſtator iniungit grauamen perpetuum Miſſarum, maſculis etiam in conditione vocatis, inducitur fideicommiſſum perpetuum, quaſi neceſſarium antecedens ad perpetuum fideicommiſſum: & idem Portius *in conſil. 40. num. 3. verſic. tertia contectura*, quam vis contrarium attentet *num. 21.* & *à num. 3.* tradit quod quando teſtator grauauit hæredes ſuos in perpetuum ad faciendum anniuerſarium videtur inter illos † facere fideicommiſſum: & idem 97
repetit ipſe Portius *in conſil. 46. nu. 17.* Ruſticus *lib. 5. cap. 5. num. 12.* eleganter Menoch. *in conſil. 347. numer. 34. lib. 4.* Puteus *conſil. 40.* Riminald. Iun. *conſil. 279. num. 63.* & *64. lib. 2.* Petr. *in tract. de fideicommiſſ. quæſt. 6. num. 45. pag. 87.* & *quæſt. 5. num. 73. pagin. 58.* ibi *Tertia coniectura*, & eſt communis opinio, & in practica recepta, quod ſi verba inducunt perpetuitatem, aut indiuiduitatem bonorum, arguitur primogenium, & maioratus, vt reſoluit Auend. *in l. 41. Tauri, gloſſ. 3. num. 12. fol. 144.*

Notandum eſt etiam, quod fideicommiſſi interpretationi & confeſſioni ab hæredibus factæ † non poſ- 97
ſunt ſucceſſores contradicere, vt volunt Calcan. *in conſil. 48. num. 19.* Aretin. *in conſil. 36. num. 3.* Bart. Socin. *in conſil. 89. num. 16. in fine lib. 1.* Carol. Ruin. *conſil. 40. num. 4. lib. 4.* Roland. *in conſil. 90. num. 37. lib. 4.* eleganter idem Carol. Ruin. *in conſil. 108. numer. 19. libro ſecundo & in conſil. 17. num. 1. libro quarto, & in conſil. 56. numer. 13.* & *18. libro primo*, Simon de Pret. *libro quinto, dubit. 4. & vltim. numer. 356. fol. 355.* Alciat. *conſil. 39. num. 2. libro octauo*, & talis confeſſio nedum nocet immediato & ſingulari ſucceſſori, † ſed omnibus ſingularibus ſucceſſoribus, etiam 98
mediatis, vt per Aymonem *in conſil. 29. numero primo*, Siluan. *in conſil. 57. num. 4.* Menoch. *conſil. 202. numero 106. libro tertio*, qui alios citat; Maſcard. *in tract. de probation. concluſ. 778. numer. 38. libro ſecundo, fol. 106.* ad quem addo Pariſ. *in conſil. 11. num. 39.* & *40. libro tertio & in conſil. 17. num. 21. eod. lib.* Franciſc. Mantic. *in tract. de coniect. men defun. lib. 3. tit. 1. numer. 28. pagin. 60.* & ſcribo ſupra, *in initio iſtius partis.*

Sed quod hæres poſſit contrauenire confeſſioni à defuncto factæ, probando † errorem, voluerunt Bald. 99
in l. 1. Cod. ex delict. defunctorum, latius Matth. de Afflict. *deciſ. 233. Pater in quodam inſtrumento.* De quibus legenda ſunt quæ ſcribo *in 4. part. quæſt. 14.* & ſupra, *part. 1. quæſt. 64.* & quæ ſcribit Burſat. *dict. conſil. 170. num. 45.* Et quod tranſigens ſuper bonis fideicommiſſi, & ea remittens, videatur fateri fideicommiſſum, tradit Menoch. *in conſilio 86. numer. 16. & 17. lib. 1.* Et quod vbicumque teſtator poſt omnes vocatos ſubſtituit Animam, videatur † inter omnes 100
vocatos, inducere fideicommiſſum, tradit Menoch. qui declarat *in conſil. 274. num. 37. libro tertio, & in dict. conſil. 85.* poſt Paul de Caſtro, quem citat *in conſ. 14. Si contingat dominam Liſiam: col. 2. verſic. reſtat reſpondere, libro primo, & in dict. conſil. 347. num. 34. lib. 4. pagin. 252.* An autem fideicommiſſum ſit fauorabile, † vel odioſum, & an inducendum, & præſu- 101
mendum ſit, vel non? latiſſimè tradit Franciſc. Mant. *in tract. de coniect. men. defun. libro ſeptimo tit. 1. numer. 1. cum ſequentib.* Marzar. *in conſil. 1. num. 36.* & *37.* Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 76. num. 72. fol. 121.* Aluarad. *de coniectur. ment. lib. 2. §. 2. num. 24.* quod nouiſſimè & notanter tradit Ioſeph. Maſcard. *in tract. de probation. lib. 2. concluſ. 774. per totam, fol. 103.* & peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 1. numer. 23. fol. 31.* Et quod tollere grauamen fideicommiſſi ſit fauorabile, tradunt Iaſon *in l. ſi pater puellæ, Cod. de inoffic. teſtam.* Pariſ. *in conſilio 71. num. 74. libro tertio.*

Quibus eſt addendum, quod per confeſſionem fa- 102
ctam per fideicommiſſarium, † probatur fideicommiſſum: quod perſuaderi poteſt ex Gloſſa *in l. non intelligitur, §. quando, verbo, probationibus, Digeſtis de iure fiſci*, & ex *conſilio* Bart. Socin. *12. numer. 24. lib. 3.* Pariſ. *conſil. 17. numer. 22. lib. 2.* Carol. Ruin. *conſil. 128. lib. 2.* vbi latè procedit; idem Pariſ. *in conſ. 75. nu. 56. cum ſeqq. lib. 2.* Caſtel. *in l. 27. Tauri, in gloſſa, in verbo, fideicommiſſo. fol. 112. col. 4.* Socin. Iun. *in conſil. 180. num. 34. lib. 2.* Simon de Prætis *de interpr. defunct. volunt. ſolut. 6. num. 1. fol. 211.*

ad

ad iſta legendus, & *lib. 3. interp. 2. dub. 1. fol. 12. num. 19. fol. 290.* Tiber. Decian. *in conſil. 1. num. 311. lib. 1.* & punctum diſputat ad vtramque partem Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. artic. 63. num. 6. fol. 393.* facit notabilis doctrina Andr. de Iſernia *in Rubr. ex quibus cauſ. feud. amittat. num. 1. fol. 1119.* vbi additionator Liparulus; & notat Burgos de Paz, qui alios citat, *conſil. 9. num. 1.* Quid maximè procedit vbicumque eſt confeſſio geminata ſecundum Car. Ruin. *in dict. conſil. 128. num. 13. lib. 2.* latius Menoch. *in conſil. 265. num. 18. lib. 3.* Et quod confeſſio prædeceſſoris ſicut nocet ſucceſſori in re feudali, ita & in recognitione, eius confeſſio particulari hæredi noceat; reſoluit notanter Iacob. Putc. *deciſ. 365. num. 11. lib. 2.*
103 Sed † non credo indiſtinctè verum, ſaltem in ma-
104 teria maioratuum quia errantis nullus † eſt conſenſus: *l. cum facto, l. non idcirco, C. de iuris & facti ignor.* cum *concordant.* & hoc vltimum perſuadetur ex ſcriptis per Socin. Iun. *in conſil. 112. num. 3. lib. 1.* & pro hoc vltimo faciunt quæ ſcribit Gloſ. Pariſienſ. *in conſuetud. Pariſ par. 1. §. 5. num. 76. cum ſequentib.* Et quod
105 confeſſio erronea † non inducat fideicommiſſum; volunt Cornel. *in conſilio 186. lib. 3.* Socin. Iun. *in conſil. 148. in fin. lib. 2.* Car. Ruin. *in conſil. 10. num. 89. lib. 3.* quem citat Franciſc. Mantica *de coniect. men. defun. lib. 3. titul. 1. num. 29. pag. 60.* Menoch. notanter *in conſil. 86. num. 94. lib. 1.* Maſcard. *in tract. de probationib. lib. 2. concluſ. 744. num. 1. cum ſequentib. fol. 80.* Petr. *de fideicommiſſ. quæſt. 13. num. 248. cum ſequentib. pag. 492.* qui ex profeſſo materiam tractat: quos refert Simon de Prætis *lib. 2. dict. ſolut. 12. num. 20. fol. 290.* & *interpret. 1. ſolut. 3. num. 60. fol. 120.* vbi ſcribit, concedendam eſſe reſtitutionem aduerſus talem confeſſionem. & *lib. 1. interpret. 1. dubit. 3. ſolut. 5. num. 21. fol. 17.* Quod confirmo: quia per confeſſionem partis non probatur teſtamentum factum ſed minus ſolemniter, ſecundum Bart. & DD. præcipuè Decium *in l. 2. C. de bonor. poſſeſſ. ſecun. tab.* Ripa *in l. admonendi, num. 186. ff. de iureiuran.* Aymon. *de antiquit. temp. par. 1. num. 120. fol. 64.* faciunt ſcripta per Oſaſch. *deciſ. Pedemont. 34. num. 39.* & *40.* eleganter Burſat. *in conſilio 170. num. 5. lib. 2.* vbi ex Corne. *in conſil. 186. num. 6.* & *in conſil. 199. num. 6.* vult, quod ſiquis producat teſtamentum non ſolemne, ſibi non præiudicat, *lib. 3.* Socin. Iun. *in conſil. 180. num. 83. lib. 2.* Curt. Sen. Iun. *in conſil. 190.* & aliis authoribus probat, quod
106 confeſſio erronea † in fideicommiſſis, non præiudicat: quibus congruit notabilis ad propoſitum Oldradi *in conſilio 178.* vbi tradit, quòd per verba appoſita in conceſſione feudi facientia mentionem de feudo nouo, vel antiquo, qualitas feudi non mutatur: confirmat latè Curt. Iun. *in conſil. 49. num. 68.* & ad Curtium *in dict. conſil. 49.* addo Ioan. Guttier. *lib. 3. quæſt. 84. num. 4. pagin. 663.* Et quod in re dubia talis confeſſio multum operetur, tradit Menoch. *conſil. 391. num. 9.* ex Ruin. *conſil. 128. num. 8. lib. 2.* Et quod ponens alicui poſitionem, quod res ſit maioratus, hoc videatur fateri, ſcribit Burgos de Paz. *in dict. conſil.*
107 *9. num. 2.* & quod confeſſio procuratoris † in iſto caſu non præiudicet, tradit Matth. de Afflict. *deciſ. 83. n. 4.* & legendum etiam eſt quod ſcribit Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 3. num. 62. fol. 53. ff. ad Trebell.* Pro quibus etiam facit ſententia Baldi *in l. alias, num. 3.* & *4. C. de his quibus vt indign.* vbi ſingulariter vult, quòd ſiquis producat teſtamentum non ſolemne, ſibi non præiudicat; quem citat Matth. de Afflict. *deciſ. 25. num. 5.* & Simon de Prætis *lib. 5. dub. 4. num. 81. fol. 541.* & idem ſcribit Menoch. poſt Socin. Iun. quem citat *in conſil. 288. num. 41. lib. 3.* Ad quod etiam legenda ſunt quæ ſcribo *in 4. part. quæſt. 14.* & quod tradit Alex. *in conſil. 29. num. 25. lib. 5.* vbi ex *l. Publia, §. fin. ff. depoſiti,* & Bart. *in l. cum falſa, C. de iur. & fact. ignor.* ſcribit, quod confeſſio facta Principi in ſupplicatione, quòd bona ſunt feudalia, 108
† probat feudum: quod eſt proprijſſimum ad ſuppli- 108
cationes factas Principibus, quod aliqua ſunt bona maioratus: & quod quando onus eſt imperſonaliter iniunctum, dicatur grauata hæreditas, & grauamen impoſitum omnibus gradibus, volunt Carol. Ruin. *in conſil. 97. col. vltim. lib. 2.* Hieron. Gabriel. *conſil. 137. num. 34. lib. 1.* Bald. *in conſil. 279. lib. 1.* Menoch. *in conſil. 85. num. 27. lib. 1.* & *in tract. præſumpt. lib. 4. præſumpt. 131. num. 12. 13. 14. fol. 240.* & ſcribo *infra, quæſt. 6. num. 413.* & quod verba geminata non ſolùm oſtendant fideicommiſſum, ſed ſpeciem fideicommiſſi, volunt Barthol. Socin. *in l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verb. oblig.* & *in col. 25 lib. 2.* quem citat Gozadin. *in conſil. 52. num. 6.* & an ſiquis faciat in filium donationem Tertij vinculatam per viam maioratus, & poſtea in teſtamento relinquat idem Tertium ſine onere, † videatur remittere vinculum, & onus; lege 109
quæ ſcribo *in 1. part. quæſt. 74.*

Animaduerto etiam in iſta quæſtione vnum ſingulare, quod quemadmodum coniecturæ ſufficiunt ad inducendum fideicommiſſum, vt conſtat ex ſuperioribus; † valent etiam ad illud ampliandum vel reſtrin- 110
gendum, ſecundum Barth. Socin. *conſil. 63. col. 1. lib. 3.* Pariſ. *in conſil. 30. num. 3. lib. 3.* Cephal. *in conſil. 379. num 5. lib. 3.* Et quando ſingulæ coniecturæ de per ſe non ſufficiunt ad inducendum fideicommiſſum, plures ſimul coniunctæ operantur: ſecundum Iaſon. *in l. centurio, num. 58. ff. de vulgar.* Tiber. Decian. *in conſ. 59. num. 13. lib. 2.* quos addo ad Molinam *lib. 1. de primogen. cap. 5. num. 42. fol. 37.*

Vnum etiam aureum animaduerto, quod dabit commodum, & honorem: Quod vbicumque eſt dubium, an aliqua bona ſint fideicommiſſi; in tali dubio † eſt 111
iudicandum pro poſſeſſore, ſecundum Aymonem *in conſ. 180. finalibus verbis*: cuius opinio fulcitur ex pluribus quæ ſcribo *in principio tertiæ partis*, de commodis poſſeſſionis. Addo etiam quod clauſulæ appoſitæ in maioratibus, quod bona maioratus vadant de vno in alium, † intelligitur de ipſis vocatis, ſecundum Aſe- 112
xand. *in conſ. 204. num. 4. lib. 2.* Menoch. *in conſ. 304. num. 41.* & *in conſ. 305. num. 5. lib. 4.* Et quid importent illa verba, † quod *bona vadant de hærede in hæredem*, 113
reſoluit Pariſ. *in conſ. 36. num. 38.* & *in conſ. 41. num. 28. 41. 50.* & *in conſil. 55. num. 3.* & *4.* & *in conſil. 88. num. 11. lib. 2.* & *in conſil. 2. num. 13.* & *in conſil. 3. num. 51. lib. 1.* Et verba, quod bona *remanèant in cippo, & vadant de maſculo in maſculum*, † inducunt 114
fideicommiſſum, vt reſoluit idem Pariſ. *in conſil. 53. num. 35.* & *36. lib. 3.* Et quod verbum, *hæredes*, verificetur in primis ſucceſſoribus in re quæ non eſt tranſitoria ad hæredes; volunt Barth. Angel. & alij *in l. Gallus, §. etiam ſi à parente, ff. de liber. & poſthum.* Bald. *in l. fin. C. de hæred. inſtit.* & alij vt per Pariſ. *in conſ. 137. num. 4. lib. 4.* & materia iſtius quæſtionis lector omnino legat abundantiſſimum; & doctiſſimum *conſilium* Menoch. *197. per totum, lib. 2.* vbi aqua (videri meo) puriſſima hauritur: ad quem iungo eundem Menoch. *lib. 4. præſumpt. dict. præſumpt. 68. per totam*, Ant. Petr. *in tractat. de fideicom. quæſt. 5. per totam.*

Et vbicumque non eſt vinculatum totum patrimonium, ſed tantùm portiuncula, † reſiduum ſit liberum, 115
& diuiſibile; reſoluit Gama *deciſ. 218. num. 1.* Et quantum diſtent fideicommiſſa † perpetua; & tem- 116
poralia, tradunt Decius *in conſil. 321.* Ceph. *in conſ. 137. num. 36.* & alij quos citat Petra *in tractat. de fideicom. quæſt. 11. n. 518. pag. 309.* Et de iſta materia quando inducatur fideicommiſſum & maioratus? non ſunt omittenda quæ ſcribit noniſſimè Perez de Lara *in tractat. Capellaniarum, part. 1. cap. 5. num. 40. cum ſequent. pag. 38.* qui *n. 46.* ponit doctrinam quando conditor maioratus in eius fundatione profeſſus fuit ſe facere maioratum, vel facit tales vocationes maſculorum maiorum cum prælatione reſpectu fœminarum, vel ponit grauamina nomiſmis & armorum; & an bona † donata ve- 117

niant in fideicommiſſo, vbicumque quis non fuit expreſsè rogatus, declarat Guido Papæ *deciſ.* 403. & iſtis conſentit egregia doctrina Burſati *in conſil.* 13. *num.* 55. vbi tradit, quod vocati in hæreditate tota, vel ſubſtitutione magis cenſentur vocati in caſu alienationis; & decem & ſex differentias inter fideicommiſſa, & maioratus, recopilat Simancas *in tract. de maiorat. cap.* 5.

QVÆSTIO VI.

De maſculorum & fœminarum ſucceſſione.

SVMMARIVM.

1 *Breuitas commendatur.*
2 *Legum interpretationem propter peccata ignoramus.*
3 *Veritas in paucis conſiſtit.*
4 *Voluntas teſtatoris eſt regulanda ſecundum quod teſtator opinabatur.*
5 *De curioſitatibus ſuperſtitioſis non eſt curandum.*
6 *Rem clarum nimium ſubtilizare velle, nihil aliud eſt quam perniciosè errare.*
7 *Subtilitates ſecundum mentem, non ſecundum verba conſiderari debent.*
8 *Fœmina an ſit capax ſucceſſionis bonorum feudalium*
9 *Fœminæ regulariter ſunt capaces bonorum maioratus.* & num. 11. 13. 22. 23. & 49.
10 *Fœminæ legitimæ hæredes dicuntur.*
12 *In Hiſpania fœminæ capaces ſunt ſucceſſionis Regnorum.*
14 *Priuati non coguntur accipere Curatores inuiti.*
15 *Regium officium eſt facere iuſtitiam.* & n. 18. & 19.
16 *Regni ſucceſſio & maioratus æquiparantur.*
17 *Idem iuris eſt in membris quod in capite.*
20 *Executio ſententiæ non impeditur propter exceptionem, quæ contra fœminam obijcitur.*
21 *Fœmina in dubio an in poſſeſſionem maioratus mittenda.* & num. 34.
24 *Rationes differentiæ inter bona feudalia, & maioratus.* & num. 25. & 30.
26 *Argumentum de feudalibus ad bona maioratus an valeat.* & num. 29. & 33.
27 *Fideicommiſſum an poſſit fieri inter viuos.*
28 *Maioratus non eſt feudum.*
31 *Feudum & donatio qualiter differant.*
32 *Intellectus ad textum in* cap. 1. de eo qui ſibi & hæred. ſuis.
35 *Ad excluſionem fœminarum euidens coniectura requiritur.*
36 *Feudi natura mutari non debet, niſi expreſsè caueatur.*
37 Lex 40. Taurina *locum habet, etiam ſi primogenitus filiam relinquat. Ampliatur.* num. 39. & *reſoluitur* à num. 74.
38 *Ius primogenituræ tranſmiſſibile eſt ad filiam.*
40 *Qui vocat ſecundogenitum qui tunc erit, videtur vocare ſecundogenitum qui reperietur tempore purificatæ conditionis.*

Poſt num. 40. inuenies alia ſummaria.

NVnc vero pro perfectiori intellectu huius prolixi & moleſti operis, altiſſimi Domini noſtri Ieſu Chriſti nomine inuocato, & auxiliante eius genitrice Domina noſtra Virgine Maria, quos precor vt illuminent mentem meam, & manum dirigant ad ſcribendum ea, quæ iuri, & veritati conſona ſint, quorum adiutorio confiſus, magis quam propria ſcientia, & virtute (ſicut inquit Imperator *in l. 1. C. de Offic. Præfecti Africæ*, & notat tam doctè, quam Chriſtianè Alberic. *in proœmio C. n.* 4. 5. & 9) aggredior ſextam quæſtionem huius ſecundæ partis: In qua agendum principaliter erit de vera & breui reſolutione controuerſiarum, quæ quotidiè oriuntur inter maſculos & fœminas ſuper ſucceſſionibus maioratuum, in quibus integri ſtatus † conſumi ſolent: & verè nihil eſt in Auditoriis Regalibus ita certatum, propter incredibilem litigantium pertinaciam, qui cauſarum patronis multoties credere nolunt; & propter varias ſententias, quas Scribentes in hac ſcientia (quæ nec modum, nec finem habet) quandoque ſtudio aliquid noui dicendi, plerumque ducti amore partium, quibus patrocinium præſtant, quorum negotia anima chariora habent, multoties deſiderio contradicendi, ad quod naturaliter homines ſunt inclinati, vt inquit Iuriſconſultus *in l. item ſi vnus, §. principaliter, ff. de arbitr. l.* 17. *tit.* 22. *part.* 3. & *proœmio part. in verbo*, Otroſi, *l.* 7. *in verſic.* Eſto ſeyendo, *tit.* 1. *part.* 2. de qua re latiſſimè agit Tiraquell. *in tract. de nobilit. c.* 31. *n.* 532. *pag.* 463. Burgos *in proœmio legum Tauri, num.* 276. *cum aliis, fol.* 40. in lucem producunt. DEVS OPT. MAX. mihi faueat, vt veritatem amplectar, omiſſis his, quæ alios impediunt, vt liberè eam profiteri, & ſcribere non valeant, & vt aliquid pro communi vtilitate ex meo labore reſoluatur: multa enim abſcondit Dominus à ſapientibus, & reuelauit paruulis, *cap. ſubditus*, 95. *diſtinct. c. nullus*, 38. *diſtinct.* & veram legum interpretationem propter † peccata ignoramus, vt probatur *in c. non eſt: quæſt.* 1. *forus, in fine, de verb. ſign.* latè Burgos de Paz. *in proœmio* ll. Tauri, *n.* 247. *cum aliis.*

Et ad rem accedendo, quia factis, & non verbis res iſta agitari debet, loquar quantum potero ſubſtantialiter, quoniam veritas † conſiſtit in paucis, & non in multiloquiis, vt exiſtimat Iuris Conſultus, *in l. ita vulneratus, §. multa*, ibi: *Vnum interim propoſuiſſe contentus ero, ff. ad l. Aquil.* notat Aretin. *in conſ.* 7. *Procedendum*, & *in conſil.* 101. & 104. Alex. *in conſil.* 61. *lib.* 5. de quo plura notabilia tradit Rebuff. *in l. vnica, C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt proferun. notab.* 2. *n.* 1. *cum aliis pag.* 361. Quinimo voluntas teſtatoris eſt regulanda, non ſecundum verba, ſed ſecundum † quod teſtator opinabatur, ſecundum Socin. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum.* quem citat Neuiz. *in Sylua nupt. verſic. non eſt nubendum: num.* 56. *pag.* 41. Nec de ſuperſtitioſis ſubtilitatibus † multum curabo: quia ſæpè ſæpius vidi per eas veritatem obumbrari; & Conſultus hoc cauendum eſſe tradit *in l. ſi ſeruum, §. ſequitur, ff. de verb. obligat.* ibi: *Plerumque ſub authoritate iuris, ſcientia perniciosè erratur*: vbi Iaſon: & Imperator *in l. ſancimus, C. ad Trebell.* & *in l. nuper, C. de naturalib. liber.* Et velle nimium ſubtilizare vbi res eſt clara, † nihil aliud eſt, quam perniciosè errare, ſecundum Bald. *in l. precib. num.* 23. *C. de impuber.* Mantica *lib.* 12. *de interpr. defun. volunt. tit.* 17. *num.* 3. *pag.* 641. notat Tiraquell. *in tract. de pœn. temper. cauſa* 12. *num.* 3. & 4. *pag.* 44. Bald. *in l. veteres, C. de contrahen. empt.* Iaſon. *in §. pœnales num.* 41. *Inſtit. de action.* Segura *in director. indic. part.* 1. *c.* 5. faciunt ſcripta per Fulvium Pacian. *in tract. de probat. lib.* 2. *c.* 41. *n.* 84. *fol.* 160. facit *l. ſicut, §. ſi debitori, ff. quibus mod. pig. vel hypot. ſoluit.* Bald. *in conſ.* 132. *lib.* 2. Simon de Pretis *lib.* 3. *de interp. defun. volun. interp.* 1. *dub.* 5. *ſolut.* 4. *n.* 4. *fol.* 210. Mantic. *in tract. de coniect. men. defun. lib.* 4. *tit.* 5. *artic.* 10. *n.* 4. *fol.* 64. & *lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 42. *fol.* 196. qui loquitur in ſucceſſione maſculorum & fœminarum: in quo reſolutionem ponit Rebuff. *in dict. l. vnica, notab.* 8. *n.* 5. *cum aliis*, vbi docet, Scribente plano & facili ſtylo procedere debere: quod etiam probatur *in rubrica C. de nouo Codice compon.* ibi: *Clariorem efficientes*, vbi Alber. *n.* 21. *fol.* 4. & *in l. communem, C. de natur. liber.* & *in c. vltim. de conſtit.* & *in c. Abbate, de verb. ſign.* & *in c. erit autem lex*, 3. *diſtinct. l.* 8. *tit.* 1. *par.* 1. & ſubtilitates † ſunt conſiderandæ ſecundum mentem, & non ſecundum verba: nam alioqui prætextu ſubtilitatum ſæpè errabitur in interpretandis defunctorum voluntatibus, vt tradit *Gloſ. Par.* quæ

quæ in omnibus tam doctè, quam audacter loquitur *in conſuetud. Pariſ. §.* 12. *gloſ.* 4. *num.* 7. *fol.* 149. per *dict. §. ſequitur, & l. ſicut. §. ſi debitori, ff. quib. mod. pig. vel hypot. ſoluit*, licèt non me lateat, quod Bald. dicat *in l. vnica, poſt princip. C. ſi ſeruus extero ſe emi mandan.* in Iure noſtro nullam eſſe ſubtilitatem abſque vtilitate, ſaltem in acumine intellectus: & conducunt notata per Tiraquell. *lib. de pœn. temp. cauſa.* 11. Ripa *in rubr. ff. ad Trebell. num.* 6. *fol.* 152. & eruditos & tyrones rogo, atque obſecro, vt hanc noſtram reſolutionem, quæ nobis ſolùm fuit labor, nullo alio emolumento captato, boni conſulant; rei enim dignitas, & ſtudioſorum ſemper optata vtilitas, ad id magis me perduxit; quam illa commoda, quæ pleroſque, dum ea non conſequuntur, ab huiuſmodi labore reuocant.

Et ad negotium inſtitutum deueniendo, paulò altiùs materia ab ipſis profundis radicibus aſſumenda eſt: quia cognitis principiis facilior ad alia erit tranſitus. Supponendum igitur eſt, quod licet regulariter
8 fœmina ſit † incapax ſuccedendi in bonis feudalibus, quamvis deficiant maſculi in eodem gradu, vt roborat *cap.* 1. *§. filia vero, de ſucceſſ. feud. & in cap.* 1. *§. hoc autem notandum, qui feud. dar. poſſunt*, cum quibus concordat *l.* 6. *tit.* 26. *part.* 4. & ſcribitur, & ampliatur per Bart. Socin. *in conſ.* 19. *num.* 1. *cum aliis, lib.* 1. Ioan. Falcon. *reg.* 325. tam in lecturis, quam in tractatibus, & conſiliis, & vbique notatur per Curt. *in tract. de feud.* 1. *part.* 3. *part. principi. pag.* 210. *cum aliis.* Et quod fœminæ excludantur ſtantibus maſculis, ſit de iure diuino, *Numerorum cap.* 127. tradunt Ang. *in diſputat. incip. Nobilis quidam*, Cardin. Florent. *conſil.* 2. Salicet. *in l. cunctos populos, C. de ſumm. Trin. & fide Cath.* & alij, quos citat Porti. *in conſil.* 116. *num.* 4. Tiber. Decian. *conſ.* 1. *num.* 298. & *num.* 315. *lib.* 1. Et quod fœminæ non ſuccedant in primogenituris, tradunt Pariſ. *in conſil.* 72. *num.* 34 *lib.* 4. Roland. *in conſ.* 58. *num.* 28. & iterum. *num.* 73. *lib.* 3. qui ad hoc citat Fabrum *in §. caterum, Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* Alex *in conſ.* 29. *lib.* 1. vbi quod in bonis teſtament.
9 maioratus regulariter fœminæ † ſuccedere poſſunt, cum non ſuperſint maſculi in eodem gradu, niſi per authores maioratuum expreſsè, aut per euidentiſſimas coniecturas excludantur. Quod conſuetudine totius Hiſpaniæ receptiſſimum eſt, & omnibus notum.

Et iure etiam iſta concluſio probatur, primò, quia ſucceſſio hæreditatum tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato pariter maſculis & fœminis defertur, nulla inter hos duos ſexus habita differentia, vt probatur *in authen. in ſucceſſione, C. de ſuis & legitimis hæredib.* & in *Authent.* vnde ſumitur, ũ quibus ſta[illegible] *l.* 3. *tit.* 13. *par.* 6. dixit *Heredan todos los bienes de finado, quier ſean varones, quier ſean mugeres*: facit vulgata *l. maximum vitium, C. de liberis præterit.* ad quem alios Alex. *conſil.* 1. [illegible]24. & *n.* 12. *lib.* 5. & vtrobique *Gloſ. Pariſ.* & eſt æquitas abſuna, vt excludantur fœminæ & includãtur maſculi, ſecundũ Bald. *in l. ſi defunct. C. de ſuis & legit. hæred.* quẽ citat Alex. *in conſil.* 52. *num.* 34. *lib.* 4. qui loquitur notanter in iſta materia, dicens, quod ex de iure diuino ſucceſſio filiarum fœminæ dicuntur † legitimæ hæredes,
10 vt notabiliter tradit Soc. Iun. *in conſil.* 1. *num.* 3. *lib.* 1.

Secundo, quod fœminæ debeant admitti ad ſucceſ-
11 ſionem maioratum, † quemadmodum & maſculi, conſtat ex *l.* 2. *tit.* 15. *par.* 2. in qua hoc deciditur in Regno: & idem deducitur ex *l.* 6. *tit.* 18. *par.* 3. & dicit Anchar. *in conſil.* 339. *n.* 13. quod in Regno fœmina excludit agnatos remotiores: notat Decius, qui tamen Anchar vitioſè refert *in conſil.* 269. *n.* 4. Quem citat Celſus *in conſil.* 25. *num.* 1. & alia conſimilia ſcribit, & tradit Menoch. *in conſil.* 250. *n.* 42. *lib.* 3. Vantius *de nullitat. tit. de nullit. ex defect. iuriſd. ct. ordina. n.* 73. *pag.* 383. Et fœ-
12 minas in Hiſpania eſſe capaces † ſucceſſionis Regnorum, viſum fuit in Domina Regina Catholica Eliſabet, cuius nomen, & egregia facta per vniuerſum orbem circumferuntur, & in Domina Regina Ioanna eiuſdem filia mater Caroli Quinti Hiſpaniæ Regis, patris Domini noſtri Regis Philippi ſecundi, quem Deus per plures annos Regnare ſinat, & in aliis Reginis Hiſpaniæ antiquioribus; præcipuè in Regina Domina Eluira, vxore Domini Sancti II. & in Domina Vrraca vxore Domini Alfonſi VI. & in Domina Regina Berenguela, vxore Domini Ferdinandi III. qui vocatur Sanctus: & plures citat nouiſſimè Ioan. Garc. Falcon. vbi de hoc etiam meminit *regula* 323. *num.* 5. & de ſucceſſione dictarum Reginarum Dominæ Elbitæ, Dominæ Eliſabeth, Dominæ Ioannæ; meminit Gloſ. Pariſ. *in conſuetud. Pariſienſ. par.* 1. §. 29. 3. *fol* 227. quamvis erranit in nomine dictæ Dominæ Ioannæ, & eam vocauerit *Mariam.* Et licet in Regno Franciæ non poſſint fœminæ ſucceſſere; admittuntur tamen in Regno Nauarræ, & Apuliæ, ſecundum Iacob *in tit. de cauſis quib. vaſall. ſucceſſion.* Bald. *in l. quoties, C. de ſuis & legit. hæred.* & *in cap.* 1. §. *hac quoque, de feud.* Guil el Bened. *in cap. Raimuntius, de teſtam. in verbo, duas habens filias, num.* 116. *fol.* 26. vbi alia videre licet de ſucceſſione Regni Franciæ: & de aliis Reginis ſtrenuis meminit Iulius Ferretus *in tract. de victo bello, num.* 25. *fol.* 40. vbi meminit de ſorore Caroli V. Imperatoris.

Item Bald. *in l. vlt. C. ad Tertullian.* tradit regulam generalem, quod ſi admittantur ad ſucceſſionem Regnorum, à fortiori admitti debent † ad ſucceſſionem 13
maioratuum, & ſtatuum particularium, quorum Domini in Hiſpania ſemper Regem tanquam caput & Dominum recognoſcunt. Et non ita Reipublicæ præiudicatur, quando ad fœminas bona maioratus perueniunt, ſicuti vbi hoc accidit in Regno, vt patet ex illo Eſaiæ 3. *verſ.* 4. ibi: *Dabo pueros Principes eorum*, & Eccleſiaſtes 10. ibi: *Væ tibi terra, cuius Rex eſt puer*, quæ verba ſunt tranſlata *in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. Quare inquit Guillelm. Bened. *in cap. Raimutius, in verbo Adjectæ impuberi, num.* 50. *fol.* 243. *col.* 2. *de teſta.* quod licet priuati † non cogantur accipere Curatores inuiti, vt 14
in §. 2. *Inſtit. in tit. de curator. cum concordant.* hoc non procedit in Rege: quia in eo non eſt eadem ratio, ſicut in priuatis propter Reipublicæ periculum quam adminiſtrant: nam Regum officium † eſt facere iuſti- 15
tiam, *cap. Regum* 33. *quæſt.* 5. De hoc tamen dicto *Guillelmi*, vide quæ ſcribo *in* 4. *part. huius tract. quæſt.* 38. & plura quæ ſcribit Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens in verbo, hunc contractum, num.* 47. *cum ſequentibus, fol.* 33. *C. de in integr. reſtit. minor.* vbi hoc refert.

Et licet hoc prædicta ratione confirmare ſufficeret, vt tamen nihil deficiat, hoc argumentum à fortiori fulcitur ex doctrina *Pauli de Caſtro*, quæ vulgariter ad multa adducitur: & eam ego in aliquibus locis huius Operis refero; *in conſ.* 194. *In cauſa maioris Hiſpalenſis, lib.* 2. vbi dicit, quòd ſicut ſucceditur in Regno, ſuccedatur † in maioratu, & in aliis dignitatibus par- 16
ticularibus: cuius doctrinæ inter alias plures ex noſtris meminere Epiſc. Couar. *Reſolut. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 5. *verſiculo, Quartò, ad huius partis*, Peralta, qui in hoc rectius omnibus, fundat, *in l.* 3. §. *qui fideicommiſſam, n.* 138. *in verſic.* 2. *videndum: pag.* 252. & prius *n.* 122. *ff. de hæred. inſtituend.* & hoc ſequitur Dominus Anton. de Padilla *in Rubr. C. de fideicommiſſ. n.* 6. quibus addo Decium *in conſil.* 389. *n.* 7. Aymon. Crauetta *in conſil.* 256. & plures citat Burgos de Paz *conſil.* 9. *n.* 3. & tradit latius Molina *lib.* 1. *de primogen. c.* 3. *n.* 1. *cum aliis*, & *eodem lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 64. *fol.* 109. quem citat Petr. Surd. *deciſ.* 326. *n.* 13. & pro iſta doctrina eſt melior textus de iure, quem prædicti non referunt: eſt tamen expreſſus *in cap. in Synodo*, 63. *diſtinct.* vbi Gloſſa, tradit per illum textum regulam generalem, quod idem iuris eſt in membris, † quod eſt in Capite: refert text. *in cap.* 17
1. 16. *q.* 2. & *in capite cognouimus*, 12. *qu.* 2. & alias concordantes. Quæ iura & alia plura ſimilia ad iſtud propoſitum refero *in* 1. *par. huius tract. quæſt.* 26. *à n.* 9.

18 Et quod successio Regnorum, † & maioratuum particularium æquiparentur; probatur *in dict. l. 2. tit. 15. part. 2.* iuncta *l. 40. Taurina*, in quibus statuitur, quod in successione Regni & maioratus nepos præferatur patruo: quam quæstionem Otho Imperator olim gladio diriméndam esse existimauit: quia leges & rationes pro vtraque parte æquo libramine vrgebant: ad quos addo Ancharr. *in consil.* 341. Oldrad. *in consil.* 724. Auguſt. Beroi. *in consil.* 120. *n.* 26. *lib.* 2. Conradum *in Templo Iudicum, lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 20. *fol.* 99. Et qualiter in Hispania, & in diuersis aliis Orbis regionibus fœminæ procedant in Regnis, & primogenituris, latius omnibus docet Tiraquell. *in tractat. de primogenit. quæst... num.* 1. *cum sequent. pag.* 106. & traditur etiam per Chassanæum *in consuetud. Burgun. rubr.* 3. *num.* 8. *fol.* 112. *col.* 2. *num.* 42. *in vers.* 1. *in Ducatu*: & facit *l. septima, titulo* 9. *lib.* 3. *Recopil.* & quod scribit Auguſtin. Beroius *in consil.* 120. *num.* 25. *lib.* 2.
19 & adduco regulam, quam ponit Cardin. *in consil.* 64. *Quod dominæ Nera*, vbi dicit, quod fœminæ † pariter succedunt cum masculis, præterquam in bonis feudalibus. Et quod fœmina sit capax succedendi in Marchionatu pariter cum masculis, tradit latè Gozad. *in consil.* 8. *n.* 17. & probat egregia *l.* 4. *tit.* 18. *par.* 3. *Pero Seyendo Reyna, o Condesa, o otra Dueña que heredasse señorio de algun Reyno, o de alguna tierra.* Et tradit notanter in grandi negotio Auguſtin. Beroi. *in consil.* 67. *num.* 19. *lib.* 1. Et ad donationem factam de Castro venire fœminas, tradunt Angel. *in consil.* 242. Bald. & Alex. quos citat Decius *in consil.* 468. *num.* 15. Et quod fœminæ possint acquirere possessionem in sedendi in Ecclesia, & offerendi, resoluit Perez de Lara *in tractat. de Capellaniis lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 22. *pag.* 250. ex Fabro: *in §. aliam, Instit. de bonorum possess.* Quibus omnibus addo notabilem textum *in cap. significauit, de rescriptis*, vbi mortuo fratre, qui erat Comes, soror ipsius successit in Comitatu: quo in loco Baldus dicit, quod Comitatus transfertur de fratre in sororem: de cuius *textu* intellectu, vide quæ scribit Socin. Iun. *in consil.* 28. *n.* 26. *lib.* 2. Rebuff. *in cap. extirpanda, §. qui vero, de præbend. pag.* 408. & illum textum, & alia plura refert Burgos *in proœmio ll. Tauri, num.* 42. *cum aliis.* notat Abbas *in cap. dilecta, num.* 1. *de maioritat. & obed.* qui etiam refert. *cap. cum dilectissimam*: 12. *quæst.* 2. & Alex. *in consil.* 1. *num.* 24. *lib.* 5. & latè de materia agit Carol. Ruin. *in consil.* 38. *num.* 7. & 8. *lib.* 1. Corsetus *in tract. de potestate Regia, quæst.* 94. *num.* 58. qui ad propositum plura scribit in laudem dominæ Reginæ Elisabeth, & legendus etiam est Auguſt. Beroi. *in consil.* 110. *num.* 13. & 64. *lib.* 2. & *consil.* 120. *per totum, lib.* 2. & quæ scribit Auiles *in proœmio Correctorum, num.* 1. *cum sequentib. fol.* 11. Alex. *in consil.* 24. *num.* 12. *lib.* 5. Osasch. qui plures refert, *decis. Pedemont.* 26. *num.* 19. & facit quod cauetur Numer. *cap.* 27. ibi: *Homo cum mortuus fuerit, absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas. Si filiam non habuerit, habebit successores fratres*: quæ authoritas seruit ad confirmandum id quod scribit Neuizan, *in Sylua nupt. in versic. non est nubendum; pagina* 83. *num.* 169. vbi post Felin. & alios quos citat, scribit quod est de Iure diuino, quod stantibus masculis fœminæ non succedant. Quod animaduerterunt Theologi *in dict. cap.* 27. per *dict. cap.* ibi, *Quod si fratres non fuerint, dabitis hæreditatem fratribus patris eius: Si autem neque patruos habuerit; dabitur hæreditas eius his qui proximi sunt*, dicentes dicti Theologi, quod vbi textus dicit, *dabitis hereditatem fratribus patris eius*, intelligitur de patruis masculis, ita quod non pertinebat ad amitas.

Et ex istis potest etiam sumere fundamentum quædam doctrina Socini Iun. *in consil.* 67. *num.* 3. & 4. *lib.* 1. vbi tradit, quòd cum regulariter fœminæ sint capaces omnium bonorum sicut masculi, non admittitur in executione sententiæ exceptio requirens altiorem in daginem, quâ excipiens, † fœminam excludere vult, 20
dicendo eam esse incapacem succedendi in bonis, de quibus agitur; & idem voluit Ripa *respons.* 80. *numer.* 71. quod est singulare, vbi resoluit, an in isto casu obsit exceptio proprietatis fœminæ agenti Interdicto Adipiscendæ, Recuperandæ, aut Retinendæ: † & an fœmina in dubio in possessionem maioratuum sit admittenda, Molina *libro tertio, cap.* 4. *num.* 41. *fol.* 27. Burgos *in consil.* 29. *num.* 86. vbi latè probat, fœminam in dubio mittendam esse in tenutam, & Alciat. *consilio* 162. *num.* 1. & *consilio* 199. *num.* 56. vbi resoluit fœminam in dubio in possessionem esse mittendam, & *Decisio Pedemont.* 23. *numer.* 34. Gratus *consilio* 10. *numero primo, lib.* 1. Burgos de Paz *quæstione* 4. *ciuili, numer.* 24. Auguſtin. Beroius *in consil.* 67. *numer.* 64. *libro primo.* Quibus tamen est addendum quod scribit Mohedan. *decis.* 127. *Bonorum*, vbi vult, quod fœmina agens ad reuocationem attentatorum in causa feudali, restituitur ad illum statum, quamvis ex quo fœmina regulariter est incapax feudi, dici possit, quòd apparet de non iure suo: quem citat Robert. Lancell. *in tract. de Attent. part.* 3. *c.* 23. *q.* 1. *n.* 14. *pag.* 428.

Et hæc † tenenda sunt, quamvis caueatur *lib.* 4. *Ethicorum*, quòd corruptio vitabilitatis est quando dominium ad mulierem peruenit; & dicit Liuius *lib.* 4. de *bello Macedonico, Maiores nostri, nec priuatam quidem, rem agere fœminas sine authore noluerunt*: ad quod faciunt alia plura, quæ scribit Lucas de Penna *in l. si quis fol.* 94. *col.* 2. *C. de profess. & Medic. lib.* 10. cui iungo D. Auguſt. *in l. de nupt. & concupisc. c.* 9. dicentem, *Nec dubitari potest naturali iure, viros potius fœminis, quam viris fœminas principari*: de quo latius agit Tiraq. *in lib. de legib. connubialib. gloss.* 1. *part.* 1. *numer.* 9. *cum aliis*, præcipuè *num.* 47. & *gloss.* 7. *num.* 1. *folio* 325. cui adde Socinum Iun. *in consil.* 65. *num.* 32. *cum aliis, lib.* 1. vbi sustentare vult, fœminas esse incapaces bonorum quæ habent Regalia, honorem, & dignitatem: & idem traditur *in Decis. Pedemon.* 26. *num.* 9. vbi refertur Bald. *in dict. cap. significauit; de rescript.* & Laudens. *in tract. de primogen. col.* 5. Decius *consil.* 85. *num.* 5. Carol. Ruin. *consil.* 208. *numero septimo, libro primo*, Menoch. *in consil.* 205. *num.* 34. *lib.* 3. Conrad. *in Templo Iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *de Rege, num.* 23. *fol.* 100. dicentes, quod fœminæ sunt inhabiles ad succedendum in Comitatibus, & Baroniis, Nicol. Boerius, *consilio* 10. *num.* 3. & inquit Lucas de Penna *in dict. l.* 1. Quod fœmina, quæ succedit in Regno, non est *Regina*, sed *ruina*; & quod fœminæ in propagatione sui generis materia sunt ruinæ, notatur per eundem *in l. vltim. Cod. quando & quibus quarta pars debet. lib.* 10. *fol.* 66. *colum.* 4. vbi inter alia scribit, nullum Sanctorum Patrum nisi perrarò fœminas sustuliſſe: narratur quòd solus Saphe qui in peccato mortuus est, filias genuit omnes: Et quod Iacob inter duodecim Patriarchas, vnius filiæ pater est, & ob ipsam periclitatur: & traditur etiam per eundem Lucam de Penna *in l. iubemus, Cod. de præpositis sacri cubiculi, lib.* 12. *fol.* 224. *colum.* 3. *post medium*, & Exodi *cap.* 2. ibi, *Erit autem agnus absque macula masculus anniculus.* Et in sacra Scriptura non reperitur, quod fœmina vnquam successit in Regno, vt tradit Matth. de Afflict. *in constitut. Neapol. lib.* 3. *rubr.* 23. *num.* 2. Et ex ore Dei Moyses responsum accepit, vt stantibus masculis fœminæ non succederent, vt ex Numer. *capite* 27. & *capite vltim.* tradit Franciſc. Mantica *libro* 6. *de coniectur. men. defunctorum, titulo* 7. *numero* 17. *pagina*: 230. Et qualiter deceat, & Reipublicæ sit necessarium, fœminas à Regnorum successione excludere, plura scribit Guillelmus Benedict. *in capite Rainuntius, in capite duas habens filias, numero* 116. *fol.* 256. ad hæc legendus.

dus. Et interpretatio per quam fœminæ à successione excluduntur, est fauorabilis: quia reducit nos ad antiquum ius divinum, per quod hæreditas, exclusis fœminis, datur masculis, vt ex *Numer. cap.* 27. & aliis probat Socinus Iun. *in consil.* 168. *num.* 64. *lib.* 1. Antonius Thesaurus *decis.* 37. *num.* 6. Et fœminas esse incapaces succedendi in Dignitatibus, & in aliis habentibus administrationem, & iurisdictionem, maximè in Alemannia, latè ostendit Carolus Ruinus *consil.* 40. *num.* 6. & 9. *libro* 1. ex Bart. *in l.* 2. *ff. de regul. iuris*, & *in l.* 1. *C. de mulieribus, & in quo loco: libro* 11. *col.* 2. *& aliis pluribus*, & in *consil.* 208. *num.* 19. *eodem libro*, faciunt scripta per Ioan. Franciſc. *in tract. de Baronibus, in proœmio, num.* 29. *cum sequentibus, pagina* 8.

Nam ista omnia, & alia similia, Hispani seruare non tenentur contra leges, & vniuersalem consuetudinem huius Regni, quæ fœminas admittunt ad successionem Regnorum, & omnium statuum, & maioratuum. Ex quibus infero, valde periculosum esse arguere circa successionem masculorum & fœminarum, in maioratibus, & statutis Italiæ, in quibus cauetur, quòd stantibus masculis fœminæ non succedant: nam stantibus dictis statutis, præsumptio stat pro masculis. Et cùm in Hispania fœminæ propinquiores præferantur in successione maioratuum masculis remotioribus;
23 † pro fœminis stat præsumptio & ius commune, ad quod maximè est animaduertendum. Quæ sententia confirmatur ex doctrina Abbat. *in dict. cap. dilecti, de maiorit. & obedient.* vbi ex dictis *Hostiens. & Innocent.* colligit, quòd mulier potest succedere ex testamento in Dignitatibus habentibus iurisdictionem: item in Terris & Castris quæ non sonant in aliquam Dignitatem: quod dicit intelligendum esse cum limitatione; nam si res est feudalis, fœmina non succedit, etiam masculis non extantibus, nisi in concessione feudi dictum fuerit, quòd fœmina possit succedere: & vbi pro masculis & fœminis est facta concessio, debet intelligi secundùm naturam feudorum, vt fœmina admittatur ordine successiuo; & masculis non extantibus: Si verò res non est feudalis, si est Dignitas, putà Regnum, Comitatus, aut Ducatus; aut quid simile; & tunc ex consuetudine à iure approbata succedit fœmina: quod ipse latiùs fundat, & ita intelligit text. *in dict. cap. significauit, de rescript.* & confirmat latè Carolus Ruinus *in consil.* 99. *num.* 8. *libro* 1. notanter Decius *in consil.* 85. *num.* 4. & 5. Et quòd in fundo empto, & sic in proprio includantur hæredum appellatione fœminæ, volunt Barthol. Socin. *in consil.* 257. *lib.* 2. Corn. *in consil.* 16. *n.* 11. *lib.* 1. & alij quos citant Burſat. *in consil.* 4. *n.* 16. Roland. *in consil.* 60. *nu.* 16. *lib.* 1. Gabr. *in titul. de feud concluſ.* 1. Tiraquel. *lib.* 1. *de retract. §.* 32. *glos.* 1. *num.* 31. Iulius Clarus *tit. de feudis, q.* 8. Ant. Thesaur. *decis. Pedem.* 146. *n.* 8. *cum sequent.*

Ex his autem (priusquam ad vlteriora progrediamur) manifestè patet vna longa differentia † inter bona
24 feudalia, & bona maioratuum, cùm fœmina regulariter sit inhabilis ad succedendum in feudo: & è contrario, capax successionis maioratus. Rationes differentiæ plures sunt; sed duæ fortiùs vrgent. *Prima* est, quia successio bonorum maioratus in totum dependet à voluntate constituentium maioratus, ac pro lege est seruandum, quod in hoc, & in aliis clausulis maioratus statuerint, *d. l.* 40. *Taurina*, cum *concordant.* Secunda est, quia illi qui possident bona maioratus, non tenentur pro eis seruire Regi, quia non conceduntur cum isto onere: bona autem feudalia conceduntur per Dominos feudi cum onere quòd eis seruiant in bello, & in aliis similibus; *cap. domino guerram, hic finitur lex: l.* 5. *tit.* 26. *part.* 4. cum *concordant.* Et hac ratione fœminæ sunt incapaces succedendi in bonis feudalibus, quia non possunt iuuare dominium in pugna, vt per Glossam communiter ibi approbatam *in cap.* 1. *§. hoc autem, qui feud. dare possunt*, & *in cap.* 1. *cum mutus, vel surdus*, cum *concordant.* vt per Alexand. *consil.* 16. *col.* 1. *lib.* 5. Barthol. Socin. *consil.* 259. *num.* 2. *lib.* 2. & est communis opinio secundùm Roland. *in consil.* 67. *num.* 6. *lib.* 2. explicat Cephal. *consil.* 151. *num.* 22. *lib.* 2. & notanter Burſat. *in consil.* 131. *num.* 26. *cum sequentibus, lib.* 2. Tiraquel. *de legib. connubial. in l.* 1. *num.* 78. *fol.* 17. De quo legi debent Andr. de Isernia; & Aluarotus *in cap.* 1. *§. hoc autem, num.* 10. *fol.* 8. *de his qui feudum dare possunt*, & notabile *consilium* Curtij Senioris 49. *per totum.* Item feudum dicitur contractus, † & accedit na- 25
turæ contractus, & non vltimæ voluntatis, vt patet ex *cap.* 1. *qui successores teneantur, in vsib. feudorum*, vbi ad hoc ponderat *Bald.* & alios concordantes refert Barthol. Socin. *in consil.* 67. *num.* 5. *lib.* 1. & *in consilio* 165. *num.* 4. *lib.* 2. ad quod alios etiam concordantes citat Burſat. *in consil.* 148. *num.* 28. *lib.* 2. & addo *l.* 5. *tit.* 15. *in vers.* E aun por mayor guarda, *part.* 2. vbi habentes terras à Rege tenentur ire ad bellum ad seruitium Regis, licèt in donatione de hoc non sit facta mentio; & ibi ad hoc notat illam legem. *Gregor. Lopez* in verbo, *Vayan*; facit *l.* 1. & 15. *tit.* 3. *libro* 4. *Ordinam.* & sunt aliæ plures differentiæ, quas omitto, & aliquas lector legere potest apud Doctor. Burgos de Paz *in proœmio ll. Taur. num.* 71. *cum aliis*, cuius lectura est vtilis, quæ ad me peruenit, postquam superiora scripseram. Et licèt aliqui faciant comparationem de feudis ad fideicommissa, vt tradunt Decius *in consil.* 445. *num.* 18. Marzar. *consil.* 1. *col.* 9. Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiss. art.* 27. *num.* 4 *fol.* 251. non credo indistinctè verum; quinimo passim reperiuntur plures differentiæ inter bona feudalia, & bona fideicommissi. Et tradit notanter Curt. Iun. *in consil.* 64. *num.* 14. de qua materia legenda sunt quæ scribit idem Curtius *in tract. de feud. part.* 1. *pag.* 11. *quæst.* 1. & *quæst.* 4. *pagina* 31. & *part.* 2. *quæst.* 4. *n.* 8. *pag.* 95.

Ex his etiam cognoscitur † grauiter errare eos, qui argumentantur de feudo ad maioratum, maximè in successionibus, cuius sententiæ inter alios fuere Bald. *in l. cum antiquioribus, num.* 11. *versic. Sexto hoc probatur, C. de iure deliber.* Barthol. Socin. *in consil.* 47. *nu.* 6. *lib.* 3. vbi dicit, quod maioratus pro maiori parte accedit ad naturam feudi; Anton. Gama *decis.* 92. *num.* 3. Cephal. *in consil.* 251. *num.* 40. *lib.* 2. Parisius *consil.* 72. *lib.* 4. Auguſt. Beroius *dict. consil.* 120. *nu.* 26. vbi declarat Roland. *in consil.* 38. *nu.* 70. *lib.* 3. Pinellus eleganter *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 99. *fol.* 135. *C. de bonis matern.* Ioan. Guttierr. *consil.* 13. *num.* 4 Aluar. Valasc. *consil.* 82. *nu.* 10. Anton. Cordub. de Sara Senator noster *in l. si quis à liberis, §. si mater, dist. fol.* 196. *ff. de liber. agnosc.* Celsus *consil.* 38. *num.* 10. Roland. *consil.* 41. *num.* 51. *lib.* 4. D. Anton. de Quesada *lib. diuers. quæst. cap.* 6. *num.* 12. *qui num.* 30. post Marzar. *in lib. de fideicommiss. p.* 1. 92. tentat dicere, Quòd fideicommissum largo modo † potest fieri inter 27
viuos; Petr. Ant. à Petra *in tract. de fideicommiss. quæst.* 8. *num.* 323. *pag.* 138. & *q.* 11. *num.* 144. *pag.* 258. vbi tradit, quod sicut succeditur in feudo, succeditur in fideicommisso, Simancas *in libro de constit. Catholic. cap.* 9. *num.* 260. *fol.* 45. qui nihil refert, Petr. Auguſt. Morla *in Emporio iuris, part.* 1. *tit. etiam de transact. q.* 3. *num.* 6. *fol.* 211. Roland. *in consil.* 39. *num.* 51. *lib.* 4. quod tractant Episcop. Couarr. *resolut. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 16. D. Anton. de Padilla *in d. rubr. de fideicommiss. num.* 7. Menochius *in consil.* 89. *num.* 65 & *in consil.* 161. *num.* 40. *lib.* 2. & legi debet Bobadill. *in Polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 157. *fol.* 1066.

Rursus licèt maioratus sit ad instar feudi; non † tamen est feudum, vt notanter in nostris terminis tradit Auguſt. Beroius *in succeſſ. primogen. in consil.* 120. *nu.* 28. *lib.* 2. vbi scribit, quòd non omne simile est idem, & quòd sit magna differentia inter successiones feudorum, & primogenituras, & notanter *in consil.* 71. *num.* 36. *libro* 1. qui loquitur in successione patrui & nepotis in primogenitura. Ex quo Respublica magnum detrimentum temporibus præteritis accepit propter inaduertentum

tiam Iudicum & Aduocatorum : vnde vera eſt opinio
29 illorum qui dicunt, quod non licet argumentari † de feudo ad maioratum, niſi vbi eadem eſt ratio in vno, quæ in alio, quod tradit Peralta *in dicto §. qui fideicommiſſum, num.* 49. 78. & 173. & notat latiùs Pinel. *in dict. l. 1. part. 3. num. 99. in verſ. Quod autem à fortiori : C. de bonis matern.* & differunt in aliquibus ſecundùm Epiſcop. Couarru. *reſolut. lib. 1. cap. 15. nu. 14.* Burgos *in præmio ll. Tauri, num. 72.* Matien. qui differentias ſcribit *in leg. 6. gloſ. 3. num. 26. folio 177. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* quibus adde Tiraquellum *in dict. tract. de primogen. quæſt. 23. num. 3 pagina 212.* & dicit Ancharr. *in dict. conſ. 339. num. 20.* quod ſucceſſiones in Regnis aliter regulantur quàm ſucceſſiones in feudis:
30 † quia ſucceſſiones in feudis multum exorbitant à iure communi : ideò non ſunt trahendæ ad conſequentiam, *l. quod vero, ff. de legib.* Ad quod addo notabilem doctrinam *Alexandri* quam in caſu grandi habuit in practica *in conſ. 24. num. 11. lib. 5.* quod ſi Princeps donauit Caſtrum cum omnibus iuribus quæ ibi habet non reſeruato dominio, non videtur concedere Caſtrum in feudum, ſed pleno iure : qui refert textum *in cap. 1. de inueſtituræ de re aliena facta,* & Oldrad. *in conſ. 159.* de
31 nouo agit ibi Gloſ. Pariſ. & repetit Alexand. *num. 22.* Et quòd † feudum & donatio longè diſtent, tradit inter alios Barthol. Socin. *in conſil. 66. lib. 3.* cum *concordant.* vt per Tiraquellum *in l. ſi vnquam, C. de reuocand. donation. in verbo, donatione largitus, num. 337. cum ſequent. pagina 298.*

Et ex iſtis infertur intellectus ad famoſum textum, quem videbis in ore Aduocatorum, *in cap. 1. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis,* per quem quotidie fundare vo-
32 lunt, quòd ſi tenor † maioratus dicat, quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, maſculus remotior excludit fœminam propinquiorem ; quod explicant Corneus *in conſil. 24. num. 24. cum ſequent. lib. 2.* eleganter Pariſius qui plures citat *in conſil. 16. nu. 22. lib. 1.* vbi reſoluit, quòd maſculus qui ſupereſt primo inueſtito, excludit fœminam vltimi prædefuncti, & plures citat Burſatus *in conſ. 63. num. 8. lib. 1.* qui prius *num. 6.* reſoluit cum pluribus, qui communem dicunt, quòd ſtante ſtatuto excludente fœminas propter maſculos, nunquam admittuntur fœminæ, donec ſuperſunt maſculi ; ſed tantummodo ordine ſucceſſiuo veniunt fœminæ, ſcilicet poſt omnes maſculos : & ibi alia ad propoſitum adducit Gozadin. *conſ. 53. num. 10. cum ſequent.* qui concordant illum text. cum *cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud.* nam, vt probat ille text. *in d. cap. 1. de eo qui ſibi aut hæredibus ſuis* ; loquitur in feudi ſucceſſione, ibi : *Non enim in feudi ſucceſſione,* & expreſsè ibi *Andr. de Iſernia* intelligit illum textum ſolum in feudi ſucceſſione, & non in aliis bonis : & ita illum textum interpretatur *Molina,* licèt non referat Andr. de Iſernia *lib. 3. de primogen. cap. 8. num. 9. folio 63.* & ſecundùm iſta intelligenda ſunt quæ in hoc propoſito ſcribit D. Anton. de Padilla *in rubr. C. de fideicommiſſ. num. 7.* Et an valeat æquiparatio † de feudo ad maioratum, reſoluit Molina *lib. 1. de primogen. cap. 7. folio 51.* vbi etiam diffinit, an valeat argumentum de maioratu ad emphyteuſim : & quòd ſint quædam feuda quæ non pertinent niſi ad primogenitos maſculos, tradit Rebuff. *in tract. feudorum, num. 33.* qui ad hoc refert *cap. licet, de vot.* vbi Doctores, Bart. *in l. 1. C. de Summa Trinitate, & Fid.* & alios plures DD.

Ex his igitur fit, quòd vbicumque fœminæ per authores maioratuum non priuantur euidentiſſimè, aut per indubitabiles coniecturas, ab eorum ſucceſſione ;
33 vel non adeſt maſculus in eodem gradu ; † ſunt veræ & legitimæ ſucceſſores bonorum maioratuum ; ſiue habeant dignitatem annexam, ſiue non. Ad quod inter alia plura facit quod ſcribit Pariſius *in conſ. 21. nu. 31. lib. 1.* volens quòd conſtitutiones feudales quæ fœminas excludunt, ſint odioſæ, & in dubio fœmina non
debet † excludi : quem & Decianum citat Menochius 34
in conſil. 391. num. 41. libro 4. & hoc tradit in ſpecie Decius *in conſil. 553. num. 5.* quem citat Menochius *caſu 266. num. 5.* Et pro his ſtant leges & conſuetudo generalis huius Regni : quod eſt maximi momenti in iſta materia, vt latè docet Pariſius *in conſil. 23. nu. 25. cum aliis, lib. 1.* quod trado *part. 1. num. 48.* & hoc magis communiter teſtatores ordinant in conſtitutionibus maioratuum. Quod eſt maximum fundamentum ad amiſſionem fœminarum ad maioratus : quia iſta tria vincula magis operantur quàm vnum, *authent. itaque, C. comm. de ſucceſſion.* cum *concordant.* quæ ſcribo *in quæſt. 7. infra, hac part. à num. 10.* & vult Simanc. *lib. 3. de primogen. cap. 11.* vbi tradit, in dubio non eſſe fœminas excludendas. Et coniectura † requiritur euidens ad excluſionem fœminarum, & ad hoc 35
quod maſculinum non concipiat fœmininum, ſecundùm Corneum *in conſ. 202. num. 6. lib. 3.* quibus conuenit, quòd fœmina excluſa per ſtatutum non cenſetur excluſa per teſtatorem, niſi ab hæreditate illa, in qua ſtatutum loquitur, ſecundùm Barthol. Socinum *in conſil. 55. in fine, lib. 3.* Curtium Iun. *in conſil. 49. num. 10.* & alios, quos citat Zanchus *in l. hæredes mei, ff. ad Trebellianum, part. 9. num. 49. pagina 281.* Et confirmo, quia feudi natura non † debet mutari, niſi expreſsè 36
hoc cautum ſit, vt tradit Zaſius *in conſil. 12. num. 42. lib. 1.* allegat Doctores *in cap. 1. de feud non haben. naturam feudi :* quam doctrinam aliud agendo cito *p. 1. quæſt. 48.*

Ex quibus etiam fundamentum capere poteſt ſententia tenentium, quod *lex 40. Taurina,* quàm ſuprà retuli, habet etiam locum † vbicumque primogenitus 37
non ſolum relinquit filium, ſed etiam, quando ſuperſtite tantum filia, decedit : quia adhuc patruo præfertur, ſi fœminis non ſit prohibita ſucceſſio maioratus in ſpecie de qua agitur : quæ fuit ſententia Epiſcopi Couarru. *in pract. quæſt. cap. 38. num. 18.* vbi agit de intellectu *d. l. 40.* qui ad hoc inter alios refert Andream de Iſernia *in dict. cap. 1. in principio, num. 1. de eo qui ſibi, aut hæredibus ſuis,* & Sebaſtian. Neapod. *in conſuetudinibus Neapolit. titulo de ſucceſſion. ab inteſtato, in verbo, maſculis,* & alios plures Scribentes, quos ibi Lector legere poterit ; cui iungenda eſt doctrina *Gloſ. Pariſienſ.* quam dictus Epiſcopus non refert *in conſuetudinibus Pariſienſ. part. 1. §. 8. gloſ. 3. num. 5.* vbi dicit, † quòd 38
ius primogenituræ eſt tranſmiſſibile ad filium primogeniti ; imò ad eius filiam, etiam ſi primogenitus moriatur ante patrem : quia eſt ius formatum à filiatione diſtinctum, ſecundùm Baldum, Aretin. Alex. & Iaſon. *in l. is poteſt, ff. de acquirend. hæredit.* vnde moriente filio & filiatione extincta, non extinguitur, ſed tranſmittitur ad liberos non ſolum maſculos, ſed etiam fœminas. Imò ſecundùm illum in alio loco, ſcilicet *in dictis conſuetudinibus, §. 10. num. 30. fol. 127.* hoc procedit etiam, quando filius primogenitus abdicat à ſe ius primogenituræ viuente patre : nam & tunc ſecundùm eum non admittuntur fratres primogeniti, ſed filius & filia primogeniti in excluſionem patruorum.

Ex quo dicto ampliatur † *dict. l. 40. Taurina,* in illis 39
verbis : *Muero en vida* ; quia procedit etiam primogenito renunciante, vel facto monacho ; nam non eo minus filius eius præferretur patruo, ſicut ſi mortuus eſſet. Et per eandem rationem, quam reputo veriſſimam, & ex mente *d. l. 40.* & hanc ſententiam vis ac poteſtas prædictæ legis & verba adiuuant : & hæc ſententia fulcitur per *d. l. 7. tit. 7. lib. 5. Ordinam. noui, ibi :* Hijo, o hija, *& in aliis verbis ſequent.* Et iſtam concluſionem licet non in terminis *d. l. 40.* fundat, & æquiorem putat Pinellus *in l. 3. num. 26. C. de bonis matern.* & in terminis *d. l. 40.* eam probat Molina *lib. 1. de primog. cap. 2. n. 10.* & eam ampliat, etiamſi dicatur in diſpoſitione, *Suceda el fijo mayor que ſincare viuo al tiempo de [illegible] poſſeedor, lib. 3. c. 8. n. 18. fol. 66.* de

quo lector videat, vltra ea quæ refert *Molin.* Anton. Gabr. *lib. 4. comm. opinion. tit. de hæred. inſtit. concl. 2. n. 59. pag. 136.* Menoch. *in conſ. 376. nnm. 37. lib. 4.* Aluar. Vaez *de iur. emphyt. quæſt. 50. num. 14. & 15. fol. 258.* Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 95. num. 22. fol. 179.* Franciſc. Mantic. *de coniectur. men. defun. lib. 11. tit. 20. num. 28. pag. 579.* Burſat. *conſil. 71. n. 7.* & punctum latè tractat nouiſſimè Auendan. *in l. 40. Taur. gloſſ. 8. num. 1. cum ſequent. fol. 102.* quod vlterius non examino, quia ſuper hoc pendent duæ lites ſuper duobus grandibus ſtatibus.

Et idem dicendum eſt, quãdo teſtator dicit, quòd ſuccedatur ordine primogenituræ, vt probat Reb. *in l. proximus 92. pag. 558. ff. de verbor. ſign.* interim tamen lector videat Simonem de Pret. *lib. 3. de interpret. defun. volun. dub. 3. ſolut. 2. num. 33. fol. 313.* & iterum *num. 48. fol. 314.* & quæ ſcribo *in princ. iſtius 2. part. num. 348.* & ſingularem in propoſito doctrinam Rip. *in rubr. C. de ſecun. nupt. num. 12. fol. 305.* vbi reſoluit, quòd ille
40 qui vocat ſecundogenitum, qui tunc erit, † videtur vocare ſecundogenitũ, qui reperiretur tempore purificatæ conditionis : & idem Ripa notanter *in conſ. 131. num. 16. & 17.* & lege aliqua notabilia, quæ in illo propoſito adduco *1. part. quæſt. 22. à num. 100.* & notabile *conſ.* Iaſon. *220. in fine, lib. 2.* vbi per regulam *legis final. ff. ad Trebell.* tradit, quòd quando teſtator ſubſtituit ſuperſtites, non eſt extenſio de perſona ad perſonam, ſed declaratio ; quod reputo notabile. Et paria ſunt vocare ſuperſtitem, vel proprio nomine, nominare, ſecundum Decium *in conſ. 79. in princip.* Pariſ. *in conſ. 9. num. 24.* & *in conſil. 37. num. 53. lib. 2.* Zanchum *in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 4. num. 142. ff. ad Trebell. & num. 145. pag. 85. & 84.*

SVMMARIVM.

41 *In retractu conſanguineali nepos præfertur patruo.*
42 *Filiæ, appellatione filiorum comprehenduntur.* n. 46.
43 *Maſculinum genus quando concipiat fœmininum.*
44 *Pariſij opinio, quòd in primogenituris fœminæ non ſuccedant, refellitur.*
45 *Statutum loquens in primogenito habet locum in primogenita.*
47 *Conditio,* Si ſine liberis deceſſerit, *impleta dicitur, quando grauatus filium relinquit.*
48 Ex d. l. 40. Tauri *reſoluitur quæſtio, an in fideicommiſſis filius intret in locum patris.*
50 *Donatio facta per Regem competit fœminis, ſicut maſculis, niſi res ſit feudalis,* & num. 51. & 53.
52 *Cùm ex proœmio colligitur, rem ob merita & ſeruitia fuiſſe donatam, fœmina ad donationem admittuntur.*
54 *Hæredes ſanguinis dicuntur etiam qui naſcuntur ex fœminis.*
55 *Agnatus proximior quando vocatur, an comprehendatur fœmina.*
56 *Filia teſtatoris de agnatione dicitur.*
57 *Hæres inſtitutus ex vniuerſo, ſi repudiat, hæres ſingularis efficitur vniuerſalis.*
58 *Subſtitutio facta ſimpliciter abſque mentione maſculorum, an deficiat relicta per filium fœminæ.*
59 *Filia excludit patruum natum poſt natiuitatem filiæ.*
60 *Natis magis fauetur, quam naſcituris.*
61 *Nepos qui tempore mortis aui non erat natus an ſuccedat.*
62 *Concepti poſt emancipationem patris non veniunt appellatione agnatorum.*
63 *Neptis ex filio primogenito repræſentat maſculum.*
64 *Linea qualiter accipiatur.* & num. 66.
65 *Quid ſit, & quotuplex.* & num. 68.
67 *Linea in dubio recta intelligitur.*
69 *Et qui à recta linea deſcendere dicantur.*
70 *Quilibet deſcendens ex ſtipite facit propriam lineam reſpectu ſuorum deſcendentium.*
71 *Neptis an ſuccedat in Baronia, refertur opinio negãs.*
72 *Authoris ſententia.*
73 *Arguitur contra* Peraltam *circa intellectum text.* in l. 2 tit. 15. part. 2.
74 *Indefinita negatiuè concepta vniuerſalem ſignificationem habet.*
75 *Negatio aquè in diſtantia & propinqua agit.*
76 *Maiorem vim habet Negatiua in negando, quàm Affirmatiua in affirmando.*
77 *Patruus quando excludit neptem in ſucceſſione maioratus.* & num. 87.
78 *Pater ſi omittat filias ſubſtituere, tacitè videtur eas excludere.*
79 *Teſtator ſubſtituens filias filiorũ maſculis deficientib. multò magis proprias filias ſubſtituere cenſetur.*
81 *Prædilectus in primo caſu cenſetur prædilectus in ſecundo.*
82 *Verba impropriantur, ne ſequatur abſurditas.*
83 *Fideicommiſſum inter maſculos factum cenſetur, quando teſtator maſculos tranſverſales filia præpoſuit.* & num. 84. & 85.
86 *Pater excludens filias propter maſculos, neptes an videatur excludere? Authoris ſententia.* n. 103.
88 *Expreſſum dicitur, quod ex mente colligitur. Et ſimiliter quod ex præfatione & proœmio* & num. 96.
89 *Arma ſi ſucceſſores portare ſint grauati, an ex hoc cenſeantur fœminæ excluſæ a maioratu. Authoris ſententia* à num. 93. *vſque ad* num. 104.
90 *Arma & inſignia memoriã conſeruãt defunctorum.*
91 *Teſtator in dubio videtur vocare arma & nomen ſuum deferentem.*
92 *Verba,* de nomine meo, *&* de armis meis, *agnationem ſignificant.*
95 *Præfationes inueſtiturarũ mentẽ defuncti declarant.*
97 *Fœmina non cenſetur excluſa à ſucceſſione maioratus niſi priuatio exprimatur.* & num. 101.
98 *Pœna excluſionis fœminarum imponi non poteſt per coniecturas.*
99 *Statutum excludens matrem à ſucceſſione filij, non excludit à ſucceſſione filiæ.*
100 *Statuta excludentia fœminas à ſucceſſione qualiter debeant interpretari.*
102 *In materia correctoria & exorbitanti non operatur tacitum tantum ſicut expreſſum.*
104 *Fœmina vt comprehendatur in ſucceſſione bonorum feudalium, exprimi debet.*

Poſt num. 104. inuenies alia ſummaria.

IN retractu conſanguineali etiam † nepos præfertur 41
patruo, ſecundum Cifuent. *in l. 40. Tauri, q. 7.* Quæ concluſio probatur expreſsè *in l. 8. tit. 11. lib. 5. Ordinam.* de quo vide ſcripta per Tiraq. *lib. 1. de retract. gloſſ. 9. pag. 520. n. 1. cum aliis,* vbi ſcribit, an admittatur in materia retractus repræſentatio : & inquit notanter Oldrad. *conſ. 224.* quòd allegatio, quod filius primogeniti ſuccedat, non requirit probationẽ ; notat Matth. de Afflict. *in conſtit. Neapol. lib. 1. rubr. 24. fol. 76. n. 62.* & pro prædictis eſt etiam *dict. l. 3. tit. 13. par. 6.* ibi : *Pero dezimos que quando algun home muriſſe ſin teſtamento, dexando vn hijo con nieto, hijo de algun ſu otro hijo, o de fija, que fueſſen ya muertos ambos a dos, el hijo y el nieto heredaran la heredad del defuncto igualmente. E no empece al nieto, porque el Tio el mas propinquo pariente : por que aquella regla del Derecho que dize, que el que es mas propinquo de aquel que finò ſin teſtamento, deue auer los bienes del, ha lugar, quando el finado no dexa ningun pariente de los deſcendientes.* Et ad hoc eſt etiam text. notabil. *in Authent. de hæred. ab inteſtat. venien. §. 1.* & videtur expreſſa *d. l. 40. Taur.* tam quia principalem conſiderationem habuit ad lineam deſcendentem, & dicit, quòd filius ſemper repræſentet patrem, vt in illis verbis, *Hijo, o nieto, o deſcendiente legitimo.* Ex quibus lex prouidet, & vocat tàm ſexum maſculinum quàm fœmininum,

vt patet ex *l.pronunciatio, in principio, ff. de verborum ſignificat.* ibi : *Pronunciatio ſermonis in ſexu maſculino, ad virumque ſexum plerumque porrigitur.* Et appellatione filiorum † etiam filiæ continentur, *l.ſi quis ita, in princip.ff.de teſtam.tutel.l.ſi ita ſcriptum.in princip.ff.de leg.2.* cum *concordan.* vt per Ioannem Garciam, *in regul.209.num.1.cum ſequent.* vbi regulam ampliat & limitat : & tradit Gloſ.Pariſ. *in conſuetud.Pariſien. §.3. num.3.cum ſequent.* vbi *num.5.* ſcribit, quòd res dicitur eſſe certa pro eo, qui fundatur in regula, quod maſculinum † concipit fœmininum : quod eſt notabile dictum ad plura & in materia indifferenti : quæ ita conuenit fœminis ſicut maſculis, ſi maſculinum proferatur in lege, vel ſtatuto ciuitatis, maſculinum concipit fœmininum ; quia in tali materia indifferenti eadem eſt ratio, ſecundùm Bartol.*in l.1.in fine, ff. de pecul.* & *in l.iura, ff.de legib.* & alios, vt per Alexan. vbi Molina *in conſ.135.lib.1.* & Decius *in l.fœmina, num.90.de regul.iur.* & *conſ.527.num.7.& 531.num.7. & 570. nu.1. cum alijs*, Tiraquel. *lib.1. de retract. gloſ.9. num.233. pag.206.* Socin.Iun.*in conſ.10.num.21. lib.2.* facit *l.6. tit.33 partit.7.* Cùm ergo in maioratibus pariter ſuccedant fœminæ cum maſculis (vt ſupra probatum fuit) lex prædicta quæ loquitur in ſexu maſculino, porrigenda eſt ad ſexum fœmininum.

Ex quibus infero, periculoſam eſſe in Hiſpania ſententiam Pariſij *in conſ.72.num.8.libro 4.* vbi vult, quòd † in primogenituris non ſuccedunt fœminæ, quia conſtituuntur ad conſeruandas agnationes : quam concluſionem ex pluribus confirmat Menoch.*in conſilio 204. num.12.cum ſequentibus, libro 3.* præcipuè ex ſcriptis per Tiraquel.*in tractat.de primogen.q.10.num.56.* Et ad iſtud eſt etiam notabile *conſilium* Baldi 285. *Conditione, lib.4.* vbi per ſex rationes notabiles probat, quòd verbum, *Filij*, concipit filiam, & benè facit text. *in l. iuſta, ff.de verborum ſignificat. in fine*, ibi : *Appellatione filij, filiafamilias comprehenditur* : & *l.Herennius*, quæ eſt 122. *ff.eodem titulo*, latiſſimè Rebuff. *in l.1. ff. de verbor.ſignificat. pag.9.* & licèt *d.l.40.* de primogenitis loquatur, † idem dicendum eſt in primogenitis fœminis, quando maſculi non adſunt in eodem gradu : quia ſtatutum loquens in primogenito habet locum in primogenita, ſecundùm Baldum *in l.in multis, ff. de ſtatu homin.* Roman.*conſil.98. Quoad id : circa fin.* notat Decius *in d.l.fœmina, num.115.* vbi tamen Gloſ.Pariſ. dicit, quod ad hoc procedit, vbi eadem eſt ratio : & ad hoc etiam facit notabilis doctrina Baldi *in conſ.275. Quod pro regula, nu.6.lib.2.* vbi dicit, quòd conſuetudo præferens maſculum fœminæ in primogenitura, intelligitur de maſculis eiuſdem gradus : quod ſi ſint remotioris gradus, primogenita illos excludit, notat Tiraquel.*in d.quæſt.10. pag.113.nu.25.* Burgos *in proœmio ll.Taur.nu.122.* vbi alia inueniuntur, Molin. *lib.3. cap.5.nu.71. fol.42.* Anton.Theſaur. *deciſ.Pedem.37. num.3.* licèt alia in contrarium referat : limitat tamen dictum *Baldi* Cephal. *conſil.251. num.65.* quod etiam confert ad id quod poſtea tractabitur. Et *liberorum* appellatione tam maſculi quàm fœminæ veniunt, *l.* † *cognoſcere, §.liberorum. ff.de verborum ſignific.* ibi : *Liberorum appellatione continentur non tantùm filij qui ſunt in poteſtate, ſed omnes qui ſui iuris ſunt, ſiue virilis, ſiue fœminei ſexus ſint.* Et quòd conditio, *Si ſine liberis deceſſerit*, † dicatur impleta, quando grauatus filiam relinquit, vbi ſubſtituti ſunt ex deſcendentibus teſtatoris, tenent poſt Paul. de Caſtro *in conſil.402. lib.1.* omnes Doctores Italiæ quos citat Petr.Surd. *deciſ.66. num.6. & 7.* ad iſta legendus. Et in iſta materia magni facio textum perpetua memoria dignum *in l.1.§.non tantum, ff.de Carbonian.* ibi : *Non tantum maſculi, ſed & fœmina ex virili ſexu deſcendentes Carboniani edicti habebunt commodum.*

Ex quibus patet, quòd rectè ad hanc opinionem ponderatur *dict.l.4c.* Ex qua (vt obiter hoc non prætermittam) ſoluitur illa antiquiſſima quæſtio, quam Doctores antiqui, & recentiores in innumerabilibus locis diſputant *in tecturis, & in conſiliis*, vtrum in fideicommiſſis filius intret in locum patris ? de qua per Gloſſam *in l.cum ita, §.in fideicommiſſo*, vbi Baldus, & alij, *ff.de legat.2.* nam plerique ſequuntur illam Gloſſam ; alij tenent opinionem *Baldi* : multi diſtinguunt, an fideicommiſſum ſit familiæ relictum, vel agatur de fideicommiſſo inter tranſuerſales, ſecus ſi tractetur de fideicommiſſo inter deſcendentes, vt per Cumanum *dict.§.in fideicommiſſo*, de quo per Decium *conſ.217.* nam ex illa lege conſtat, quòd filius ſemper intret in locum patris, ſiue agatur de ſucceſſione aſcendentium, ſiue tranſuerſalium. Item vt ad inſtitutum redeam) pro dicta ſententia Epiſcopi, & aliorum, faciunt plura ſcripta per Decium *in dict.conſil.217.* & Gregor. Lopez *in dict.l.3.in gloſ.* in verbo. *Ningun pariente*. Et in fauorem fœminarum † multa ſcribit Ludouic. Cozadin. *in conſ.53.num.1.cum aliis*, Alexand. *conſ.17.libro 7.* vbi Gloſ.Pariſ. & plures pro opinione *Epiſcopi*, quem citat & refert Roland. *conſ.39.num.48.libro 4.* Ad quæ omnia addo notabile *conſilium Alexandri*, quod in practica eſt valde vtile, *119.num.2.& 3. lib.5.* vbi reſoluit, quòd vbicumque fœminæ ſunt vocatæ, deficientibus omnibus maſculis filiis vocatis ; illa pluralitas reſoluitur in ſingularitates : & ſic quòd ſi quilibet ex maſculis habet filiam, illa cenſetur vocata : & idem voluit Carol.Ruin.non relatis Alexandr.*in conſ.9. nu.3. lib.1.* & Cephal.*in conſ.30.num.50.lib.1.* Et ex iſtis omnibus infertur, quàm periculoſum ſit in Hiſpania quod ſcribit Tiraquel.*in tract.de primogen.quæſt.4.nu.13.* vbi tradit, quòd fundatio primogenituræ arguit conſeruationem agnationis. & ſic excluſionem fœminarum : quod confirmat Menochius *in conſ.205.nu.14.lib.3.*

Ex iſtis etiam apparet verum eſſe dictum Ioannis Lopij † *in repetitione rubricæ de donation inter vir. & vxor. col.404.* hodie §.69. *nu.25. pagina 259.* vbi inquit, quòd quando Rex fecit alicui donationem alicuius rei cum vinculo, quod deueniat ad filium maiorem in infinitum, ſi donatarius ſine filiis maſculis decedat, relicta filia legitima, ad illam peruenient maioratus : quia ſecundùm eum in iſtis conceſſionibus fauorabilibus maſculinum concipit fœmininum, *d.l. ſi ita ſcriptum*, cum *concordant.* Et quod in donatione Principis facta alicui, & ſucceſſoribus, fœminæ admittantur, † niſi res donata ſit feudalis, tenent ante Ioannem Lopium Angelus, quem ipſe non refert *in conſ.272. Super puncto primo : in fine*, Cardinal. *in conſilio 64.* Bald. *in conſ.301.in bonis feudalibus, lib.3.* & confirmat Decius *in conſ.32.num.3.cum ſequent. & 193.num.2. & 208. num.6.& 269.num.2.& 390.num.6.& 607.num.14.* & melius Alexan.*in conſ.160.num.1.cum aliis, lib.2.* Socin. Iun.*in conſ.76. num.48.lib.1.* Et vbicunque ex proœmio priuilegij colligitur, † quòd tres donata fuit ob merita & ſeruitia, admittantur fœminæ ad donationem, tradit *Deciſ.Pedem.23. num.31.* per text. *in cap.vnico, quemadmodum feudum ad fœminam pertineat*, & doctrinam Alexandri *in conſ.119. num.10. & 123. num.4. lib.5.* & alia quæ refert : & conducunt ſcripta per Ripam *reſponſ.80.num.65.* cum aliis ; Pariſ. *conſ.4.num.8. lib.1.* vbi tradit plures caſus, in quibus fœminæ ſunt capaces ſuccedendi in bonis feudalibus. Ex quo infero, quòd donationes, quas fecit Dominus Rex Henricus, de quibus fit mentio *in nouo Ordinamento, l.11. titulo 7. lib.5.Ordinam.* quæ competunt ſucceſſoribus titulo maioratus, † habent locum etiam in ſucceſſoribus fœminis : doctrina autem *Ioannis Lopij* procedit, niſi ex tenore donationis Principis aliud colligatur expreſsè, vel per coniecturas, aut conditiones & grauamina iniuncta, vt fundat idem Ripa *conſ.171.num.5.cum aliis.* Quod exemplificari poteſt in caſu tradito *infra, num.21.* & ita intelligo *dictam legem Regiam.* Et hæredes ſanguinis dicuntur etiam † qui naſcuntur ex fœminis, quamuis non ſint ex familia, vt probat Cæſar Lambert. *de iur. patronat.lib.3.art.4. 5.q.princip.num.11.fol.22.* & filia, & neptis ex filio, propriè agnata, & non cognata dicitur *l.2. §.1. ff.de ſuis & legit. hæred. l.duodecim tabularum, C.de ſuis & legit.hæred. §.item veteſtas, Inſtit.de hæred ab inteſtat.* iuncto *§.cæterum, Inſtit.de legat.* & volunt Alex. *in l.Gallus, §.nunc de lege, ff.de liber. & poſthum.* Celſus *conſ.120. nu.25.* Crotus *conſ.16. num.4. & alij*, quos citant Tiraq. *lib.1.de retract. §.1. gloſ.9. num.201.* Burſat.*in conſ.157.nu.43. lib.2.* Non tamen comprehenditur talis fœmina, † quando vocatur agnatus proximior : quia in ea finitur agnatio, ſecundùm Baldum *in conſ.473.Circa quæſtionem, col.2.lib.5.* Corn. *in conſ.335.* Decium *in l.2.num.95. ff.de reg.iur.* Curt. Iun. *in conſ.154.nu.13.& 14.lib.1.& in conſ.172. n.6. & 7.lib.1.* & alios, vt per Aim. *in conſ.180.n.1.*

Præterea filia teſtatoris dicitur † de agnatione, vt patet ex *d.l.pronunciatio, ff.de verbor.ſignific.* & *l.ſilius, ff.de ſuis & legit.hared*, notat Alex.*in conſ.17.n.6.lib.7. & conſ.24.num.10.lib.5.* & alij, vt per Gloſ.Pariſ. *in d. conſ.17.in addition* quæ incipit, *Agnatione* : & ad hoc facit quod ſcribit Bald. *in l.cum acutiſſimi, nu.5. verſic. Quæro ſi pater vnū ex filiis, C.de fideicom.* vbi dicit, quòd ille qui in inſtitutione aliquem prædilexit, videtur prædilexiſſe omnem eius poſteritatem, cuiuſcunque ſexus ſint ; notat Socin. Iun. *in conſ.168. nu.90.lib.2.* videtur igitur teſtator habere æqualem affectionem ad omnes deſcendentes vtriuſque ſexus, nulla habita differentia : & ita etiam coadiuuantur ex doctrina Raphaël. Fulgoſ. *in conſ.102. præſuppoſito, col.2. in verſ. In contrarium*, vbi dicit, quòd ſi extant maſculi, & repudiant, vel ſunt incapaces, admittitur fœmina, quæ aliàs non admitteretur ; per *l.necem, §.ſi deportatus, ff.de bon. liberior. l.ſi patronus, §.vltimum, ff.eodem titulo, l.2. §.filium*, vbi Bart. *ff.ad Trebel.* de quo in aliis locis latius tracto ; præcipuè *part.2.quæſt.2.* & tradit Simon de Prætis *lib.3. de interpret.defunct.voluntat.dub. ſolut.2. nu.36. fol.33.* facit *l.1.§.ſi in fundo, l. quoties, §.ſi duo, l.ex facto proponebatur, ff.de hared.inſtit.* quæ iura probant, quòd ſi hæres inſtitutus ex vniuerſo repudiat, † hæres ſingularis efficitur vniuerſalis, tradit Mantic. *de coniect. mentis defunct lib.9 tit.13.num.9.pag.422.* Et quando aliquis, qui eſt in primo loco repudiat, fingitur ac ſi ex eo numero non eſſet ? *l.1. §.quibus, ff.de ſucceſſ. edict.* tradunt Roman. & alij *in l.fin.C.qui admitti* : Rebuff. *in tract. de nominat.q.17.num.38.pag.238.*

Item pro opinione *dicti Epiſcopi*, & aliorum facit, quòd ſubſtitutio facta ſimpliciter abſque mentione maſculorum † deficit, relicta per filium fœmina ; ſecundùm Ioan.Andr. & Anton. *in cap.Raynaldus, de teſtam.* Anchar. *in conſil.130.* per regulam *dicta legis, ſi ita ſcriptum* ; & *l.qui duos, ff.de legat.3.* tradit latè Alex. *in conſ.37. Viſo, hemate, nu.1. cum ſequent. lib.6.* vbi vide Gloſ.Pariſ. & *in conſ 78. Attenta : n.1. lib.5.* Socin.Iun. *in conſ.158. nu.26.cum aliis, lib.2.* Gloſ. Pariſ. *in dict. §.13.num.6.ad finem*, & notat Decius *in conſ.370. & conſ.568.num.4.* Anton.Rub. *conſ.141.* & rectè Barthol. Socin. *in conſ.55.lib.3.* Carol.Ruin. *conſ.141.n.7.lib.3.* latiſſimè Simon de Prætis qui varias diſtinctiones ponit *lib.3.de interpr.defunct.volunt. dub.3.ſolut.2. nu.24. cum ſequent. fol.312.* & idem *in conſ.90.* niſi appareat quòd diſpoſitio eſt facta fauore agnationis, ſecundùm eundem Socinum *in l.cum annis, col.51. verſic. Quartus caſus, ff.de condit.& demonſtr.num.85. & in conſ.6.lib.3.* Corn. *in conſ.147.lib.1.col.4.* Dec. *in conſ.15.* & alios, vt per Socinum Iun. *in conſ.181. nu.41.lib.2.* Ex quibus conſtat hanc eſſe communem, & notatur per eundem Socinum *in conſ.158. nu.27. lib.2.* & *in conſ.119. nu.35.lib.1.* explicat & ampliat Epiſcop. Couar. *in d. cap.Raynaldus, nu.2. fol.130.* qui omnes varios caſus ex hoc decidunt.

Vltimò pro prædicta opinione, quòd *d.l.40. Tauri*, procedat etiam in fœmina, patet ex *d.l.2. tit.15.* in illis verbis : *E aun mandaron que ſi el hijo mayor muriesſe antes que heredaſſe, ſi dexaſſe fijo o fija que huuieſſe de ſu muger legitima, que aquel o aquella lo huuiſſe, y no otro ninguno.*

Ex quibus infertur, quòd ſi poſſeſſor bonorum maioratus habeat filium vnicum, qui filiam genuit, & poſtea pater poſſeſſor bonorum maioratus habuit aliquem filium ex primis, vel ſecundis nuptiis, filia illa † excludit patruum poſtea genitum : quia, cùm ſi patruus natus antea fuiſſet, eum excluderet, iuxta ſuperiùs ſcripta ; à fortiori ratione excludere debet nondum natum : valet etenim argumentum de maiori ad minus, ſeu à fortiori, etiam in materia pœnali, *l.nec in ea, ff.de adulter. l.in ſuis, ff.de liber.& poſthum.* latè Dec. *in cap. quia in tantum, de præben.* & *in conſil.76.* notat Roma. *ſingul.204.* pleniùs Euerard.*in centum locis, loco 65. à minori, ſeu à fortiori, pagina 446.* nam illi qui nondum ſunt nati, † non eodem fruuntur priuilegio, quo iam nati. Et ideò nepos qui tempore mortis aui non erat natus, ei non ſuccedit, † ſecundùm Gloſſam, Cin. Bald. Salicet. & Paul.de Caſtr. *in l.ſi quis filium, C. de inoffic. teſtam.* Gloſſ.Bart. Angel. & Salicet. qui dicit, omnes ita tenere *in l.vlt.C.ad Orphitian.* & alij plures, quos citat Tiraquel. *lib.1. de retract. §.1. gloſ.9. num.81. pagin.156.* Et concepti poſt emancipationem patris † non veniunt appellatione Agnatorum, Gloſ.*in l.qui ſe patri*, vbi Bart. & alij, *C.vnde liberi*, ad quod alios citat Tiraq. *vbi ſuprà.*

Et hanc ſententiam adiuuat quædam doctrina Gloſ. Pariſ. *in conſuetudin.Pariſien. tit. de mater. feuda. § 2. num.1.* vbi dicit, quòd licèt iuxta conſuetudinem Franciæ, ſtatutum in primogenito non habeat locum in primogenita ; id fallit in fœmina repræſentante maſculum, putà in nepte † ex filio primogenito præmortuo : ſiue enim concurrat ex perſona ſua cum nepotibus ex aliis filiis, vel filiabus præmortuis, ſiue medio repræſentationis cum patruis, vel amitis ſuis, habet ius primogenituræ in ſucceſſione avi, vel aviæ paternæ : & fœmina in hoc caſu habet verum & ſolidum ius primogenituræ, ſecundùm eandem Gloſſ. Pariſien. §.36. *n.1. fol.122.* & dicit Barthol. Socin. *in conſ.53. num.8. lib.3.* quòd † linea paterna dicitur, cuius caput eſt pater ; & linea materna, cuius caput eſt mater : quem & alia refert Epiſc.Couar.*in epit.de ſponſal.p.2.cap.6.§.6. num.8. fol.67.* cui adde *l.2. tit.6. part.4.* ibi : *Linea de parenteſco*, vbi Greg. Lopez refert ſingularem doctrinam Pauli de Caſtro *in l.maritus, C.de procurat.* vbi dicit, quòd linea maſculina incipit à filio maſculo ſtipitis ſeu radicis, & linea fœminina à filia fœmina eiuſdem ſtipitis, & ibi Greg. Lopez alia ad propoſitum ſcribit, cui adde Decium *in conſ.399. num.5.* & plures qui ſequuntur Paul.de Caſtr. *in d.l. maritus*, citat Menoch. *d.conſ.205.n.20.lib.3.*

Et quòd pater vel mater, vel alius aſcendens dicatur de linea, ſeu prole filij, latè fundat Baldus *in conſ.339. Quæritur virum de linea, libro 3.* & vide eundem Baldum *in conſ.264. Dicta Nicolina, lib.4.* Carol.Ruin. *conſ.13. num.6.lib.3.* Et quid ſit linea, † & quotuplex ſit, & qualiter intelligatur, tradit Bald. *in conſ.334. In quæſtione, quæ vertitur, num.6.9.& 10.lib.3.* vbi tradit, qui dicantur deſcendentes de linea patris : de quo eleganter per Anchar.*in conſil.95.num.7.* Socin.Iun. *in conſ.186. num.15 lib.2.* Cuma. *conſ.2.* Pariſ. *conſ.10. num.30. cum aliis, lib.2.* vbi ſcribit, quòd ſi ſint vocati ſimpliciter conſanguinei ex parte patris, veniunt maſculi & fœminæ, licèt contrarium teneat Bartol. *conſ.10.nu.2.* pro quo facit elegans *conſilium* Cornei 276. *Conſtat matrem, lib.4.* vbi vult, quòd ſtante ſtatuto, quòd proximiores ex parte patris excludant matrem, licèt amita ſit proximior ex parte patris ; illa non admittitur, ſed maſculus remotior : quem citat Socin.Iun. *in conſ.23. num.30. lib.2.* Licèt in contrarium faciant ſcripta per eundem Socinum Iun. *in conſ.30.num.45.& 46.libro 2.* quem lege. Bartolum autem *in d.conſ.10.* citat Iaſo *in conſ.205.col.4.verſ.Tertiò ponderanda ſunt : lib.2.* ambo dicentes, quod filius conſanguinei mei, non dicitur mihi conſanguineus ex † parte patris, ſed ex parte matris : & ſic deſcendens ex aliqua muliere mihi conſanguinea,

non dicitur mihi coniunctus ex linea patris, ſed ex linea matris: & legendus eſt Roland.*conſ.22.n.28.lib 4.* vbi tradit, quòd linea patris eſt illa quæ originem habet, & deſcendit à patre, ex Ruiu. *conſ 23.n.6. lib.3.* & aliis, & trado *infrà, n.549 & q.7.n.68.*

67 Et cum facimus mentionem de linea, intelligitur † in dubio de linea recta, non inflexa, vt traditur per eundem Baldum *in conſ.221. Statuto cauetur, lib.1.* & plura de linea ſcribit Oliuerius *in tract. de gradib. cognation. q.9. num.1. cum aliis, pag.60.* quem lector legat, & Burgos de Paz *conſ.29. num.23. cum aliis, & num.71.* de quo videnda ſunt quæ ſcribo *infra hac parte, q.7.nu.11.* Et

68 quòd triplex ſit linea, † ſcribit notanter Auguſt. Beroi. vbi hoc rectè declarat *conſ.77. num.14. lib.2.* Et quòd idem ſit dicere ex *linea paterna*, vel *ex parte patris*, tradunt Curt.Iun. *in conſ.5. num.24.* Cephal. *in conſ.591,*

69 *num.2. lib.4.* Et recta linea dicuntur † deſcendere liberi primogenitorum, & non ſecundogeniti, nec eius liberi, vt declarat Menchaca *lib.3. part.1. §.27 nu.2.* Et quando vocantur *deſcendentes de linea*, omnes in infinitum de linea comprehenduntur, ſecundùm Bart. *in conſ.22.* Bald. *in conſil 321. lib 1.* idem tradit Salicet. *inter conſilia* Baldi *in d. conſil.334. lib.3.* Anchar. *in conſ.95. & inter conſilia* Angeli *conſil.321.* Corneus *in conſil.198. lib.3.* Barthol. Socin. *in conſil.33. lib.3.* Carol. Ruin. *in conſil.149. lib.2.* & comprehenduntur omnes maſculi in infinitum, vbi linea maſculorum vocatur, ſecundùm Alex. *in conſil.43. nu.12. lib.3* Simon de Prætis *lib.3. de interpr. defunct. volum. interpr.3. dubit.5. ſolut.11. nu.51. fol.292.* quod vidi in grandi negotio; faciunt ſcripta per Cephalum *in conſil.344 num.11. & 12. lib.3.* Carol. Ruin. *in conſil.92. nu.1. lib.2. & in conſil.92. nu.6. lib.3.* Et vbicunque teſtator vocat lineam virorum, & poſtea lineam fœmineam, non admittuntur fœminæ, donec ſit extincta tota linea virorum, ſecundùm Pariſ. *in conſ.51. nu.24. cum tribus ſequentibus, lib.2.* Socin. Iun. *conſ.186.*

70 *num.. lib.2.* Et quilibet deſcendens ex ſtipite † facit propriam lineam reſpectu ſuorum deſcendentium, vt per Decium *in conſil.379. num.1.* & quod quando ſupereſt aliquis de aliqua linea, ſit admittendus in excluſionem proximiorum, tradunt Corneus *in conſil.263. lib.2.* Natta, qui plures refert *in conſil.22.* Oſaſch. *deciſ. Pedemont.23. num.34.* qui etiam plures refert. Quæ conferunt pro intellectu eorum, quæ de continuatione lineæ ſcribit Molin. *lib. 3. de primogen. cap.4. num.14. fol.24.*

Et (vt ad ſuperiora redeam) prædicta conditio, quod filia ex filio primogenito præferatur patruo maſculo in

71 ſucceſſione maioratus, † eſt tenenda: licèt Ioan. Faber Doctor magnæ autoritatis *in §. ceterum, num.4. Inſtit. de legit. agnator. ſucceſſ.* teneat, quod ſi filia ex conſuetudine non ſuccedit in Baronia, imò maſculus ſecundogenitus, eam excludit. Et quidam Baro habuit duos filios, quorum primogenitus in vita patris moritur relicta filia, & poſtea moritur Baro, quod hoc caſu filius maſculus ſecundogenitus excludit neptem: quamvis (vt ipſe dicit) aliqui teneant contrarium. Quo non relato inquit etiam Gloſ. Pariſienſ. *in conſuetud. Pariſ. part.1. §.3. gloſ.1. num.7. quæſt.5. fol.66.* Quod ſi filius primogenitus prædeceſſerit relicta filia, quod hæc neptis filia primogeniti clientelare obſequium præſtans patrono non eſt admittenda, quamvis maſculum repræſentet: & Chaſſanæus *in conſuetud. Burgund. rubr.7. fol.260. n.54. in verſic. Ioan. Faber* dicit, quem refero infra, ſe credere dictam doctrinam *Ioannis Fabri* veram eſſe, ſi ius nondum eſſet quæſitum filio primogenito: videlicet, ſi mortuus eſt ante patrem, ſecus ſi poſt: per notata per Iaſon. *in l. maximum vitium, C. de liber. præterit.*

Quibus non obſtantibus contraria opinio, ſuperius

72 fundata, eſt † tenenda; & *Ioan. Faber. & Gloſ. Pariſ.* loquuntur in Baroniis, & in rebus feudalibus, quarum fœminæ regulariter ſunt incapaces, vt ſupra probatum fuit. Et ſententia *Fabri* non procedit niſi in rebus feudalibus, ſecundùm Tiraquel. *in tract. de primogenit. q.14. num.6.* Sed & in feudalibus dicit poſt *Fabrum*, quem refert, quod fœminæ in illis ſuccedunt: vnde conſuetudo Hiſpaniæ, quæ admittit fœminas ad maioratus, non eſt miraculoſa.

Et ex iſtis patet, à iuſto, & vero † alienatum fuiſſe 73
doctiſſimum Peraltam *in rubr. ff. de hared. inſtituen. num.126. pag.81. col.1. in principio*, vbi ex *d.l.2. tit.15. part.2.* & aliis probare conatur *dictam l.40.* procedere, vbi nepos eſt maſculus; ſecus ſi fœmina ſit, quia non excluditur patruum. Quod eſt contra veritatem, & receptiſſimam noſtri Regni conſuetudinem: nec quicquam valet inductio: quam approbatiſſimus vir facit *de dict. l.2. titul.15.* ex illis verbis: *Que ſi fijo varon hi non ouieſſe, la fija mayor heredaſſe el Reyno*, quia (vt ſupra dictum fuit, & latè fundatum) tunc maſculus excludit fœminam quando reperitur in eodem gradu, non aliàs: & lex illa apertiſſimè vult ex verbis ſequentibus, quod filia vltimi poſſeſſoris, non ſtante filio in eodem gradu, Regnum habeat, excluſis aliis quibuſcunque: ad quod faciunt verba *prædictæ legis*, ibi: *En otro ninguno*: Nam negationis ea eſt vis, vt totum quod ſequitur neget, & 74
indefinita † negatiuè concepta vniuerſalem ſignificationem habet, *l.ſi is qui ducenta, §. virum, ff. de reb. dub.* notat Iaſon in *l.1. num.63. ff. de offic. eius cui mandata eſt iuriſdictio: & in l. qui duos, nu.2. ff. de in ius vocand. & in l. ſi ita quis, §. ea lege, nu.31 ff. de verb. oblig.* Et ea eſt vis negationis, vt ſua virtute æquè in diſtantia, † & pro- 75
pinqua agat, Gloſ. *in cap. cum dilectus, in verbo, à ſuſpenſis, de conſuetud.* cum *concordant.* vt per Epiſcop. Couar. qui hoc bene explicat *lib.1. reſolut. cap.13. num.7.* Et plus vigoris habet negatiua in negando, quàm affirmatiua † in affirmando, Gloſ. *in l. hoc genus, ff. de condit. & demonſtr.* quam rectè ornat, & confirmat idem 76
Peralta *in l. vnum ex familia, §. ſed ſi fundum, num.30. pag.602. ff. de legat.2.* & traditur per Vantium *in tract. de nullit. tit. ex dejectu iuriſd. ordinar. num.121. pag.287.* Iatius Tiraq. *in l. boues §. hoc ſermone, limit.7. pag.190. cum aliis, ff. de verbor. ſignif.* videtur igitur *dicta lex* excludere in eo caſu omnes præter filiam deficiente maſculo in eodem gradu.

Et eſt tandem vera concluſio, filiam vltimi poſſeſſoris maioratus eſſe præferendam patruo in ſucceſſione 77
maioratus, † niſi fœminæ expreſsè fuerint excluſæ à tali ſucceſſione, vel per euidentes coniecturas, & à iure approbatiſſimas, quæ eliciantur, aut ex tenore maioratus, aut ex verisimili & indubitatiſſima mente conſtituentis maioratum, quæ ſecundùm rationem naturalem, & experientiam, & commune omnium deſiderium, alium intellectum non patiatur abſque læſione mentis teſtantis: ad quod facit viua *lex, quiſquis 116. ibi:* Proculus mentem teſtantis, *ff. de verbor. ſignif.* quod latius trado *in principio iſtius ſecundæ partis*, quod exemplificari poteſt, vbicunque ille qui fecit maioratum, cum haberet vnicum tantum filium maſculum, vel plures filios, vocauit ad ſucceſſionem maioratus filios, & illius deſcendentes in infinitum, & filias quas etiam habebat, minimè vocauit, ſed eas omiſit: nec in ſubſtitutionibus, & vocationibus ſequentibus fœminas vocauit, † quia cum 78
filias proprias, quarum caro & ſanguis eſt vnum cum patre, omiſerit vocare, nec credendum eſt patrem obliuione hoc feciſſe, & paſſim nos docent leges, & experientia, & rationes naturales, exiſtimandum eſt mentem teſtatoris in id tendere, vt ſemper ille ordo ſuccedendi continuetur in alios deſcendentes: aliàs crudelis prorſus pater, & inhumanus, & propriarum filiarum inimicus iudicari poſſet, ſi diceremus quod vlteriores deſcendentes voluit admittere, & filias excludere: ad quod eſt in iſta materia celebris doctrina Caroli Ruini *in d. conſ.149. & in conſ.150. & conſ.151.* maximè *num.3. &* *in conſ.154. num.3. lib.1.* vbi voluit, quod ſi teſtator ſubſtituit filias filiorum deficientibus maſculis, † multò 79
magis cenſetur filias proprias ſubſtituiſſe: idem Pariſ. *conſ.53. nu.18. & 19. lib.2.* quos citat Franciſc Mantic. *lib.8. de coniect. mente defunct. tit.7. num.2. pag.330.* faciunt

faciunt ſcripta per Menoch. *conſ.vlt. num.111. lib 2.* poſt Gozadin. Curt. & Crot. quos ibi citat idem Menoch. *conſ.269. num.73. lib.3.* & ad hoc facit vulgata *l.ſi viua matre, §. in nepotibus, C. de bonis matern.* vbi DD. præcipuè *Pinel.* varia ad propoſitum adducunt, & doctrina Baldi *in l. de quibus, ff. de legib.* vbi dicit, quod ſi Statutum excludit filiam propter filium, † excluditur etiam 80
neptis, quia fuit excluſa propter ſexum, qui eſt idem in nepte: quia remotior non debet eſſe melioris conditionis, refert Cin. *in l.1. C. quæ ſit longa conſue.* notat & confirmat Angel. Aretin. *in §. ius autem ciuile, num.30. Inſtit. de iuſt. & iure*, & probat notabiliter Curt. Iun. *in conſ.11. n.7. &* 8. vbi ad hoc aſſignat Bartol. Barbac. & alios plures, Alex. *in conſ.56. n.4. lib.5.* vbi *Gloſ. Pariſ.* plures citat.

Et quod prædilectus † in primo caſu cenſeatur 81
prædilectus in ſecundo caſu, tradit Menoch. *in tract. præſumpt. lib.4 præſumpt.39. num.36. fol.54.* Et verba 82
impropriantur, † ne ſequatur abſurditas, quod ſint melioris conditionis minus dilecti, quàm magis dilecti, vt per plura probat Ruin. *conſ.79. num.14. lib.3.* ad quod facit quod eleganter ſcribit Corn. *conſ.229. col. fin. verſ. tertia via. lib.3.* Curt. Iun. *conſ.121. col.6. num.12.* Aym. *conſ.155. num.7.* vbi volunt, quod inter maſculos cen- 83
ſetur factum † fideicommiſſum, quando teſtator maſculos tranſverſales filiæ propriæ præpoſuit: dicta autem regula *d.l.ſi viua matre, §. in nepotibus*, limitatur & intelligitur eleganter per Socinum Iun. *in conſ.158. n.47. lib.2.* quando filiæ fuerunt competenter dotatæ, & quando neptes non concurrunt cum perſonis, per quas non ſperatur familiæ & nominis conſeruatio: & eandem regulam limitat etiam eleganter Carol. Ruin. *in conſ.15. in fine, lib.3.* quando verba diſpoſitionis aliquo modo ſaltem impropriè poſſunt comprehendere caſum omiſſum: quia tunc fit extenſio ad euitandum prædictum abſurdum, & non aliàs. Et quod dictum eſt confirmatur ex ſcriptis per Barthol. Socin. *conſ.14. num.3. & 4. lib.3.* vbi dicit, quod quando teſtator habebat filios maſculos, & filiam fœminam, & maſculos vniuerſaliter inſtituit, fœminam verò in rebus certis, & ſubſtituit adinuicem filios maſculos, & non fœminas: fi- 84
liæ fœminæ † non faciunt deficere fideicommiſſum, quia conditio, *Sine liberis*, ex præſumpta mente teſtantis, intelligitur de maſculis, ne teſtator videatur prætuliſſe filias filiorum, filiis propriis; quàm lector in iſto propoſito omnino legat; & Tiber. Decian. *in conſ.31. num.85. lib.1.*

Ad hoc facit alia conſimilis doctrina Raphaëlis Fulgoſ. & Pauli *in l.1. C. de condition. inſert.* vbi dicunt, quod ſi quis inſtituit vniuerſaliter filios maſculos, & filiam inſtituit in certam quantitatem dotis: poſteà cauit, quod ſi quis filiorum maſculorum decederet ſine filiis, portionem ſuam fratri ſubſtituto, & filiis ex eo præmortuo, reſtitueret; quamvis illa verba, *Sine filiis*, comprehendant tam maſculos, quàm fœminas, vt *in d. l. ſi ita ſcriptum*, cum *concordant.* quæ ſupra ſcripſi; tandem hoc caſu non comprehendit fœminas, quia hoc videtur fuiſſe de mente teſtantis, quoniam teſtator prædilexit lineam maſculinam: patet, quia inſtituit maſculos hæredes vniverſales: filiam verò fœminam inſtituit in certam quantitatem, & ideò ſtandum eſt propriæ ſignificationi, vt illud verbum, *Sine filiis*, ſolum comprehendant maſculos, & de maſculis ſolum intelligatur, 85
† non de fœminis. Et mouentur etiam ad hoc ex *d.l.ſi viua matre: C. de bon. matern.* ad quod etiam conducunt duo conſilia Paul. Caſtrenſ. vnum *in conſil.58. Viſo dicto themate ponitur in facto, lib.1.* aliud *in conſ.49. caſus iſte frequenter contingit, & ſine difficultate, lib.2.* & adeſt latum *conſilium* Alex. *38. num.1. cum ſeqq. lib.6.* vbi Gloſ. Pariſienſ. ad hoc concordantes refert; & doctrinam Pauli, & Raphaelis, approbat Socin. *in d. l. cum anus. nu.87. ff. de condit. & demonſtr.* & pleniſſimè Iaſon *in conſ.140. & 141. lib.2. num.3.* vbi refert Ioannem Andream *in addition. ad Speculatorem, tit. de ſucceſſ. ab inteſtat. verſic. & eſt ſciendum*: & idem voluit Barthol. Socin. *in conſ.94. num.3. lib.4.* & alios refert Pinell. *in d.l.3. num.24.* eleganter Menoch. *in conſ.95. num.50. cum ſeqq. lib.1.* Curtius Sen. *in conſ.87. num.2. lib.1.* Tiber. Decian. *inter conſilia Portij, conſil.44. nu.3.* Franciſc. Mantic. *lib.11. de coniect. volum. titul.3. num.5. pag.475.* & tangit vnico verbo Molina *lib.3. de primogen. cap.5. num.26. fol.33.* & eſt communis opinio ſecundùm Ludouicum Gozadin. *in conſ.98. In cauſa Tridentina, n.5.* vbi hunc articulum, & materiam plenè tractat: & tradit Anton. Gomez *lib.1. vltim. volunt. cap.5. num.25. fol.45.* & addo abundans conſilium *Barbac.* quod plerique exiſtimant Alex. *in conſ.52. Circa hanc dubitationem, lib.4.* contra quem latè ibi arguit Gloſ. Pariſ. *in additione* quæ incipit, *Ergo*; Curtius Iun. *in conſ 111. num.16. lib 1.* nec minus conducit doctrina Bartoli *in l. vlt. num.2. ff. ad Trebel.* vbi Angel. & Paul. eiuſdem Bart. *in l. Lucius, nu.18. ff. de vulg.* vbi Iaſon *num.28.* communem eſſe aſſerit: & *in §. præiudiciales, num.33. Inſtit. de action.* & idem Bart. *in conſ.54.* & idem vult Paul. *in l. Publius Manius, §. vlt. ff. de condit. & demonſtr.* Alex. *in l. coheredi, §. qui diſcretus, num.3. ff. de vulgar.* Maſcardus *in tract. de probation. lib.3. concluſ.1127. num.... fol.14.* Et hanc ſententiam pluribus iuribus, & authoritatibus omnium latiſſimè confirmat Roland. *conſ.82. num.24. cum aliis, lib.3.* & ibi *num.33.* refert infinitas authoritates ad probandum, quod quando ſubſtitutus eſt filius, vel agnatus; verba, *Sine filiis*, intelliguntur de maſculis tantum; ex coniecturata mente defuncti: & materiam, & punctum ex profeſſo diſputat notanter Simon de Prætis, vbi tractat latè de doctrina Socini *lib.3. de interpret. defunct. volum. dubit.3. ſolut.2. nu.25. cum ſeqq. fol.312.* Ex iſtis etiam venit, quod egregiis fundamentis probat Curtius Iun. *in conſ.111. num.16. cum ſeqq. lib.1.* quod quemadmodum pater † excluſit 86
filias propter filios maſculos: eodem modo videtur excludere neptes, & alias deſcendentes, propter maſculos deſcendentes: & faciunt ſcripta per eundem Curtium *in conſ.112.113.114.115. & 116.* quæ ſunt de eadem materia: & conducunt quæ notabiliter, & plenius omnibus ſcribit Hieron. Gabr. *in conſ.97. nu.15. cum ſeq.* ad iſta legendus.

In iſto igitur caſu patruus excludet neptem, † in 87
qua viget idem ſexus, ad quem teſtator videtur reſpectum habuiſſe: & dicitur vna, & eadem diſpoſitio circa filias, & neptes inſpecta vnitate rationis, & cauſæ, ſecundùm Cinum *in d.l.1.* niſi probatum fuerit, quod pater filios, vel generos odio habebat: quia tunc ceſſat ratio, textus *in dict. l. ſi viua matre, C. de bon. matern.* & *concordant.* Et iſta concluſio comprobatur ex quodam notabili conſilio Oldradi 141. *Thema tale*, & ex ſcriptis per Socinum Iun. *in conſ.90. nu.20. & conſ.112. nu.18. & conſ.118. nu.25 lib.1. & conſ.68. num.25 lib.2.* vbi *num.90.* limitat, & intelligit doctrinam Baldi, quam ſuprà retuli *in verſic. & ad hoc facit*, vbicumque vocatus eſt de liberis, & vrget ratio ſanguinis: ſecus quando teſtator prædilexit, vocatum, non ex eo tantum, quod erat de liberis; ſed quia erat maſculus, & per quam ſperabat agnationem conſeruare, quia tunc fœminæ non conſentiunt vocatæ, licèt deſcendant à primo vocato, & prædilecto: & hoc modo exemplificari, & verificari poſſunt verba *d.l.40. Tauri*, ibi: *Saluo ſi otra coſa eſtuuiere diſpueſta por el que inſtituyò el mayorazgo.* Nam 88
expreſſum dicitur, † quod ex mente colligitur, ſecundùm Gloſ. Bald. Angel. & modern. *in l. prætor, in princ. in verbo, expreſſius, ff. de noui operis nunciat.* Curtius *in tract. de feud. part.1. q.4. num.2. pag.31.* & dixi *in principio huius 2. partis, num.3.* & doctrina *Pauli*, & aliorum non procedit in ſubſtitutionibus factis nepotibus, aut pronepotibus, vt probat Barthol. Socinus *conſil.227. nu.10. verſic. ſecundum, lib.2.* Burgos de Paz *in conſilio 29. num.81.*

Item verificari poteſt, conſtitutorem maioratus voluiſſe patruum eſſe potiorem neptem, † vbicumque gra- 89
uauis

uauit successores onere portandi proprium nomen & arma, quia in isto casu ex sua mente videtur fœminas excluisse, quia fœminæ non possunt arma parentum portare, vt explicat Chassanæus *in Catal. glor. mundi, part. 1. fol. 11. col. 2. conclus. 46.* per *l. ius familiarum, C. de relig. & sumpt. fun.* & doctrina Bartoli *in tract. de Armis*, & Anchar. *in cap. dilecta, de excess. Prælat.* In qua materia est singularis doctrina *Menochij*, quam habui in practica in negotio maximi momenti: is inquam *in cons. 220. num. 33. lib. 3.* tradit, quod si quis instituit hæredes cognatos cum grauamine nomen & arma deferendi; videtur inducere perpetuum fideicommissum inter illos cognatos, licèt non sint de eius familia, nec agnatione: ad quod est elegans *consilium* Parisij 19. *num. 33. lib. 2.* vbi notanter fundat, quod si quis vocauit ad fideicommissum filios filiæ cum grauamine nomen & arma deferendi: videtur voluisse conseruare agnationem; quem citat Cephal. *in cons. 196. num. 21. lib. 2.*
90 quod est notabile. Et arma & insignia † memoriam conseruant defunctorum, vt tradit Anan. *consil. 86.* Zasius *consil. 2. lib. 1. num. 13.* & inquit notanter Rebuffus *in l. signatorius annulus 74. pagina 491.* quod mulier, marito mortuo, non potest signare annulo mariti, si transferat se in aliam familiam. Et in dubio testator
91 vocare videtur habentem arma, † & nomen suum, vt notat Guido Pap. *cons. 173. num. 4.* & ad hoc facit doctrina Ripæ *in l. Centurio, num. 194. fol. 83. ff. de vulgar.* vbi dicit se respondisse, quod si testator filios masculos in conditione posuit, & deficiente linea masculina, extraneum substituit cum onere deferendi nomen & arma ipsius testatoris, quod tunc filij masculi censentur substituti, quia expressè apparet testatorem voluisse familiam suam æternam reddere: & idem vult *Gregor. Lopez* licèt dictos Authores non referat, *in l. 2. titul. 5. p. 2. in gloss. in verbo*, El mas propinquo, *in versic. sed pone quod in instrumento maioria:* & idem tenet Molina *libro 1. cap. 5. num. 34.* & hoc tradit in alio egregio casu Laurent. Calcaneus *cons 48. num. 11. & 12.* pro quo facit, quod scribit Roland. *cons. 70. num. 25. lib. 3.* vbi ex Glos. *in l. pater, §. fundum, ff. de leg. 3.* inquit, quod verba,
92 † *de nomine meo, & de armis meis*, significant agnationem: & hoc citat nouissimè Anton. Thesaur. *decis. 188. num. 11.* & tradit Ioan. Garc. *in tract. de nobilit. in initio, num. 40. fol. 12.* vbi refert Beroi. *in quæst. 34.* dicentem, quod ex conseruatione nominis & armorum, non succedunt fœminæ; & idem quod *Ripa* scribit Franciscus Mantic. *lib. 11. de coniectur. mente defunct. tit. 3. num. 5. & 6. pag 473.* qui refert eundem Ripam *in l. 11. C. de pact. num. 9.* ad quos omnes addo Aymon. *in consil. 113. num. 3.* vbi tradit, quod substitutio, & vocatio facta de cognomine, & armis *de Ambello* arguit conseruationem agnationis, in tantum quod dicitur ratio expressa conseruandæ agnationis, quod est maximè notandum; & tradit Cephal. *in cons. 664. num. 50. lib. 5.* Et quod paria sint relinquere familiæ, vel domui alicuius, tradit Bart. *in l. si cognatus, in fin. ff. de reb. dub.* Carol. Ruin. *in cons. 264. n. 6. lib. 2.*

Sed ista conclusio, & limitatio ad *dict. l. 40.* semper
93 apud me dubitationem habuit, † cùm inter Hispanos fœminæ deferant arma parentum, & antecessorum, quod inuiolabiliter obseruatur, & ista consuetudo mutanda non est, *l. minimè, ff. de legib.* & testatores cum ea se conformare videntur, *l. heredes mei, §. cum ita. ff. ad Trebellianum*, iuncta *l. de quibus, ff. de legibus.* Ex quo licèt grauent successores onere arma portandi, non videntur fœminas excludere à tali delatione armorum, & ab insigniis quæ iure sanguinis eisdem competere videntur, veluti maiorum imagines, de quibus loquitur *l. quæ tutores, C. de administr. tutor.* Et in Gallia etiam fœminæ arma parentum portant, authore Chassanæo *vbi suprà*, vbi addit, quod consuetudo in delatione armorum est inspicienda: ad quod faciunt quæ subtiliter scribit Augustinus Beroius *consil. 77. num. 22. lib. 2.* Et hoc confirmatur ex traditis per D. Burgos de Paz *in dict. proœmio ll. Tauri. num. 111.* & ibi singulariter tradit, quod conditores maioratuum, non ex eo quod in scripturis maioratus disponunt, quod maioratus constituunt ob tuendam, & conseruandam familiam: & memoriam, & alia similia, censentur fœminas voluisse excludere, † nisi aliter exclusio colligatur; & 94
ita dicit sententiatum fuisse per Iudices peritissimos; quod cautè intelligendum est, & moderandum, tam ex verbis maioratus, quàm ex dispositione iuris: cum sit verum, quod istæ probationes inducunt causam finalem, *l. vltim. ff. de hæred. instit. l. item quia, §. vltimo, ff. de pactis, l. cum hi, in principio*, & ibi Bart. *ff. de transact. l. cum pater, §. dulcissimus, ff. de legat. 2.* quæ iura, & alia plura quæ refert Tiraquel. *in lib. de cessante causa, limit. 1. num. 64. cum sequentibus, folio 115.* docent ex talibus præfationibus coniecturari mentem defuncti, legum, statutorum, & contrahentium: & quod præfationes † inuestiturarum declarent mentem defuncti, tradunt Barthol. Socinus *in consil. 67. num. 10. lib. 1.* Gozadin. *in consil. 1. num. 14. & 16.* Carol. Ruin. *in consil. 43. num. 8. lib. 1.* Menoch. *consil. 160. num. 31. lib. 2.* & quod illud quod ex præfatione † colligitur & 96
proœmio, dicatur expressum, probatur *in d. l. vlt. ff. de hæred. instituen.* tradit latè Molina *lib. 1. de pr mogen. cap. 5. num. 2. fol. 30.* & faciunt quæ scribo infra, & supra, *in principio istius secundæ partis.* Et (vt supra dixi) durum est excludere fœminas à successione maioratuum, † nisi vbi priuatio sit expressa, vel per tam eui- 97
dentissimas coniecturas, vt salua mente testantis ab eis recedi non possit, cùm talis exclusio sit priuatio, quæ non est præsumenda nisi in casibus à iure expressis; *cap. vltimo, de iur. patron.* cum *concordant.* vt per Aymonem *in tract. de antiq. tempor. p. 3. num. 86. fol. 242.* & quæ scribo *part. 1. quæst. 11.* & per hoc argumentum multis relatis, hoc tenet Cephalus *consil. 616. num. 66. lib. 5.* vbi ponit regulam, quod priuatio fœminarum non inducitur, nisi in casibus specificatis. Et excludere filiam à successione est quædam pœna, † quæ imponi 98
non potest per coniecturas, vt tradit Parisius *in consil. 89. num. 38. lib. 2.* per *l. is qui, §. fin. ff. de vulgar.* & *l. in testamento, ff. de condit. & demonstrat.* & faciunt quæ scribo *infra.*

Ad quod etiam facit doctrina Archidiac. *in cap. si quis suadente, 17. quæst. 4.* dicentis, quod statutum excludens matrem à successione filij, † non excludit à 99
successione filiæ, tradunt Iason *in rubric. ff. de acquiren. possess.* Socinus Iunior *in consil. 3. num. 5. lib. 1.* vbi latè scribit qualiter statuta excludentia fœminam à successione, † debeant strictè interpretari, & debeant intel- 100
ligi in proprio casu: & idem Socinus *cons. 23. num. 43. & in cons. 31. num. 3. lib. 1.* Et esse iniquum † excludere 101
sobolem fœminam, vbi verba testatoris concludenter id non petunt, maximè vbi non agitur de maioratu, vel bonis simili modo in perpetuum affectis, resoluit Pinel. *in d. l. 3. Cod. de bonis matern. num. 27.* Quod confirmatur, quia vbicunque sumus in materia correctoria, & contra ius commune; tacitum † non operatur tan- 102
tum sicut expressum, secundùm Imolam *in l. ex facto, §. si quis rogatus*, vbi Alex. *num. 12. ff. ad Trebellianum*, Ias. *in l. cum quid, num. 20. ff. si certum pet.* Matth. de Afflictis *decis. 44. num. 13. & 14.* facit Glos. *in cap. cupientes, §. quod si per viginti, de electione in 6.* & doctrina Baldi *in l. sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis caution.* vbi tradit hoc procedere in materia exorbitanti.

Aduertant igitur Iudices, ne proniores sint ad excludendas fœminas à successione maioratuum: & ad memoriam repetant, quod Paul. de Castro *in cons. 79. Casus iste frequenter contingit aliter, & in cons. 409. num. 2. lib. 2.* resoluit, quod aut substitutus est de descendentibus testatoris, si pater excludit filiam, multò magis videtur excludere neptem, & proneptem, *d. l. si viua matre*, quia testator videtur voluisse conseruare agnationem: Aut substitutus, est extraneus, & tunc

per

per solam exclusionem filiarum ab vniuersali suc-
103 cessione, † non sequitur quod neptis sit exclusa: quia non potest dici, quod testator habuerit rationem conseruandæ agnationis; & ista est magis communis opinio, secundum Carol. Ruin. *in cons. 110. num. 12. lib. 1. & cons. 111. num. 16. & in consil. 116. num. 10. & in cons. 139. num. 16. eodem lib.* quos citat Francisc. Mantic. *lib. 7. de coniectur. men. defun. tit. 15. num. 10. pag. 250.* de quo lector videat eundem Francisc. Mantic. *lib. 11. tit. 14. num. 22. ad medium, pag 542.* & Ioan. Guttierr. qui ista refert *in cons. 13. num. 24.* Animaduerto autem
104 obiter, quod vt fœminæ comprehendantur in successione bonorum feudalium, † id debet clarè exprimi, vt tenet Menoch. *in consil. 1. num. 453.* ex Roma. *consil. 33.* Corne. *cons. 16. n. 4. lib. 1.* Dec. *in l. 2. num. 56. ff. de reg. iur.* Cuma. *cons. 137. col. 1.*

SVMMARIVM.

105 *Fœmina proximior an excludat masculum remotiorem, late disputatur à* num. 105. *ad* 134. *vbi limitatio quædam adijcitur, & vsque ad* num. 340. *à quo resoluitur difficultas.*
107 *Limitatio, & intellectus ad textum* in l. 27. Tauri. & num. 108. 109. 110. 115. 116. & 117.
111 *Nepotes & alij descendentes stante patre, non sunt hæredes necessarij.*
112 *Priuilegium datum filiis existentibus in primo gradu, an extendatur ad alios descendentes.*
113 *Res illa non est inspicienda quæ euenire potest, quando præsens status ad illam non tendit.*
114 *Verba sunt intelligenda per prius, non per posterius.*
118 *Descendentium appellatione comprehenduntur propriè descendentes in infinitum.*
119 *Pater, aut mater, an possit, vocatis filiis masculis, vel fœminis ad meliorationem, excludere descendentes propter masculos transuersales, transeundo de vna linea ad aliam.* & num. 120. & 121.
122 *Argumenta ad probandum, quod fœmina proximior excludit masculum remotiorem.* & num. 123. & 124.
123 *Natura accusatores sunt qui faciunt differentiam inter successionem masculorum, & fœminarum.*
124 *Masculus in eodem gradu fœminæ præfertur.* & num. 125. & 126.
128 *In Anniversarijs, & aliis similibus rebus masculus in eodem gradu fœminæ præfertur. Et quando fœmina præferatur masculo.* num. 131.
129 *Parentes naturaliter magis amant masculos, quàm fœminas. Et illius descendentes in portione, quàm filio relinquunt.* & num. 132.
130 *De continuatione lineæ incapacis & inhabilis non est curandum.*
133 *Copula, &, ordinem aliquando significat.*
134 *Pacta circa successionem masculorum, & fœminarum sunt interpretandi secundum Regni constitutiones.*
136 Lex 40. Tauri *limatur per* Antonium Gomez.
137 *Representatio an habeat locum in collateralibus.* & num. 138. *Et in retractu consanguineali.* num. 148.
139 *Hereditas magis debetur descendentibus, quam collateralibus.*
140 *In maioratu succeditur in millesimo gradu.* & num. 141.
142 Lex 40. Tauri, *procedit etiam in maioratu facto per viam contractus.*
143 *Et in melioratione Tertij, & Quinti vinculata.*
144 *Substitutus à testatore præfertur ei qui venit ex representatione.*
145 *Dispositiones debent interpretari, vt minus corrigant ius commune, quàm fit possibile.*
146 *Nihil est tam naturale, quàm vt quælibet res dissoluatur eo genere quo colligata est.*
147 *Testator, & fundator maioratus videntur se conformare cum legibus Regni.*
149 *Fœmina si semel ad maioratum fuit admissa propter defectum masculorum, & postea masculus superueniat, an excludat talem fœminam, latè disputatur.* & num. 150. *& sequentibus. Et argumenta pro vtraque parte; & resolutio.* ibid.
151 *Natura dominiorum acquisitorum est, quod sit perpetua.*
152 *Constitutio quæ loquitur de primogenito præferendo, intelligitur de illo qui reperitur primogenitus tempore successionis.*
153 *Res cum est consummata & effectum sortita; non est rescindendum quod legitimè factum est.* & num. 155. 163. & 166.
154 *Venientes ab intestato qualiter censeantur vocati ad maioratum.*
156 *In fideicommissis satis est adesse qualitatem tempore existentis conditionis, aut diei.*
157 *Maioratus possessor an possit in præiudicium filij secundogeniti, qui reperitur maior tempore mortis paternæ, inuestire primogenitam filiam primogeniti.*
158 *In beneficij fundatione si caueatur, quòd præsentetur Sacerdos, an sufficiat, quòd præsentatus postea Sacerdos fiat.* & num. 161. & 162.
159 *Ad beneficium obtinendum capacitas tempore vacationis est consideranda.*
160 *Habilitas ad officium est necessaria tempore quò officium assumitur.*
164 *Legitimatio semel facta per susceptionem filiorum*
165 *Authoris sententia.*
167 *Cessante causa cessat effectus; non tamen cùm effectus est tam consummatus & perfectus.* & num 168. & 169.
170 *Domus hæreditatis semel effectus an remaneat hæres.*
171 *Ius alicui acquisitum an tollat si causa deficiat.*
172 *Res maioratus semel ob debita & deficientiam bonorum alienata, an debeat declarari, si postea bona libera superueniant.*
173 *Qualitas superueniens non mutat effectum antea introductum, nisi in his quæ sunt compatibilia.*
174 *Testator si ordinet, quòd maioratus ad masculum deueniat, & vltimus possessor absque masculo cum filia, quæ tempore mortis nondum erat prægnans, decedat, & illa postea masculum peperit an iste excludat masculum proximiorem tempore mortis aui.*
175 *Tempus quo requiritur possessio debet inspici, cùm agitur de prælatione alteri alteri facienda.*
176 *Filia exclusa à successione ob masculos, illis deficientibus admittitur.* & num. 180.
177 *Et quomodo intelligatur.*
178 *Filia dotata masculis extantibus an perpetuè excludatur.* & num. 179. 181. & 182.
183 *Fœmina omnibus masculis deficientibus, an admittatur ad maioratum, vbi fœminæ in perpetuum excludantur.* & num. 190.
184 *Filia continetur sub linea patris masculina, quando filij masculi non supersunt.*
185 *Quæ per seminalem rationem procedunt, tandiu durant in sua specie, quandiu semen, vel fructus eius in sua essentia reperitur.*
186 *Maior affectio an sit in posteros remotiores, quàm in proximiores.* & num. 187.
188 *Authoris sententia.*
189 *Causa proxima & non remota est consideranda.*
191 *Fœmina quando sit impar successionis feudi.*
192. *Fœmina non admittuntur ad donationem Regiam, pro qua seruitium in bello præstari debet.*

193 *Prælatus habens terram, aut feudum à Rege, tenetur ire perſonaliter ab bellum aduerſus inimicos Fidei, in ſeruitio Regis.*

194 *Ratio quæ ex proœmio colligitur, in donationibus Regis interpretandi reſtringendis, vel ampliandis, debet inſpici.*

195 *Voluntas diſponentis ex proœmio colligitur.*

196 *Fœmina an excludantur vbi non ſunt inuitatæ.*

197 *Argumentatur contra ea, quæ tradunter à n. 149. ſuprà, & num. 198. & 200. quibus reſpondetur, à num. 201.*

199 *Viduis competit priuilegium maritorum.*

201 *Primogeniti proximiores dicuntur qui reperiuntur tempore mortis.*

203 *Excluſus à maioratu propter furorem, vel aliam inhabilitatem, ſi efficiatur capax, an admittatur ad maioratum.*

204 *Filij eius, qui excluſus fuit à maioratu, ſi tempore excluſionis deberent admitti, an admittantur ad maioratum, ſi quando excluſus fuit, nondum erant nati.*

105 *Fœmina per maſculum excluſa, qualiter in perpetuum duret excluſa.*

206 *Excluſus in primo gradu ſucceſſionis, non admittitur amplius.*

207 *Inconceſſione ex teſtamento collata in euentum conditionis incertæ cenſentur vocati omnes qui reperiuntur vocati tempore quo extat conditio.* & num. 208.

209 *Filij non nati admittuntur ad fideicommiſſum, quando non erant alij nati tempore quo venit fideicommiſſi dies.*

210 *Semel excluſus à patre, à filio cenſetur excluſus.* & num. 211.

212 *Qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi. Et ibi qualiter hoc intelligatur.*

213 *Qui tempore habili in maioratu ſuccedit, an amittat illum maioratum propter alium ſuperuenientem.*

214 *Filius familias Clericus effectus an poſſit teſtari de uſufructu qui patri competebat.*

215 *Filia excluſa vltimi poſſeſſoris propter maſculum, an admittatur maſculo defuncto.*

216 *Quid ſi filij, vel filiæ vltimi poſſeſſoris decedant.*

217 *Maſculus qui geſtabatur in vtero tempore quo vltimus poſſeſſor è vita deceſſit, fœminæ præfertur.*

218 *Primogenitus an intelligatur tempore mortis, vel exiſtentis conditionis.*

219 *Alienatio bonorum maioratus ſi ſub priuationis pœna prohibeatur, & illius poſſeſſor eius bona alienet, an filius poſteà natus excludat fœminam exiſtentem tempore alienationis.*

Poſt num. 219. inuenies alia ſummaria,

EX his etiám, quæ ſupra ſcripta ſunt, & ratione dictarum legum, nempe *l. 2. tit. 15. part. 2. & l. 40. Tauri*, decidi poteſt antiquum illud, & anxium, atque difficile bellum, quod in multis litibus maioratuum, per tribunalia circumfertur (adhuc tamen ſub Iudice lis eſt) quod etiam eſt neceſſarium pro intellectu iſtius quæſtionis, & materiæ; an maſculus remotior excludat fœminam proximiorem à ſucceſſione maioratus.

105 In qua quæſtione † licèt non poſſit dari certa regula propter varietatem caſuum, & diuerſitatem vltimarum voluntatum, & vnuſquiſque diuerſimodè interpretetur, provt mentem defuncti cognitu difficillimam vult coniecturare, quod in Regalibus Auditoriis experientia apparet, quibus de cauſis huius dubij definitio difficillima eſt, pro virili tamen rem explicare conabor, ne in dubio tam practicabili, & neceſſario lectori defeciſſe videar. Et licèt debiles ſint ad huius negotij magnitudinem vires noſtræ; Dei tamen adiutorio confiſus, cum teneat huius negotij rationem reddere, malui certamen hoc aggredi, quam vt miles puſillanimus pedem referre.

Ex iam dictis igitur conſtat habendum eſſe pro regula, quod fœmina proximior excludit maſculum † remotiorem à ſucceſſione maioratus, vbicumque 106
fœminæ non repelluntur à ſucceſſione. Quam ſententiam ætate noſtra, latè defendit doctiſſimus Epiſcopus Couarruu. *reſolut. lib. 3. cap. 5. num. 5. verſ. Rurſus:* vbi lector rationes huius ſententiæ, & Authores videre poterit, quæ hic tranſcribere nolo: cuius opinio mihi ſemper placuit. Et pro eadem primò pondero *dictam legem 2. titul. 15. part. 2. & l. 40. Tauri*, per quas patet, quod vbi non adeſt maſculus in eodem gradu, fœmina præfertur maſculo remotiori, etiam in ſucceſſione Regni, in cuius adminiſtratione tam exacta, & conſtans gubernatio eſt neceſſaria, vt ſupra dictum fuit. Et quod *dictæ leges* diſponunt in filiis, vel nepotibus eorum qui vltimo loco poſſederunt Regna, vel maioratus; per eandem rationem locum habent, vbi lis eſt inter vocatos qui non ſunt filij, vel nepotes vltimorum poſſeſſorum. Et harum legum credo, quod voluit mentionem facere quædam reſponſio data Madritij, *anno 1552. petition. 108.* vbi cum per dictam petitionem fuiſſet ſupplicatum Carolo Quinto Imperatori & Regi noſtro, quod diffiniretur in dictis Curiis, an maſculus in remotiori gradu excluderet fœminam propinquiorem, fuit reſponſum, quod obſeruarentur leges iſtius Regni, quaſi quòd hoc eſſet determinatum per *dd. ll. 40. Tauri, & d. l. 2. tit. 15. partit.*

Secundò, pro hac concluſione † induco *l. 27. Tau-* 107
rinam, hodiè *l. 11. titul. 6 lib. 5. Recopilat.* vbi in melioratione Tertij ſunt ante omnia ſubſtituendi deſcendentes, & in eorum defectum aſcendentes, & poſteà tranſverſales: ita quod dum adfuerint legitimi deſcendentes, ſiue maſculi, ſiue fœminæ, tranſverſales non admittuntur, nec poſſunt vocari, etiamſi ſint maſculi. Et ordo ſubſtitutionum *in d. l.* datus ſeruari debet, vt animaduertunt ad hoc noſtrum propoſitum Gomez Arias *ibi, num. 59.* & Tellus *num. 17.* qui iſtam inductionem in tetminis latius aperit, cuius ſententiam refert, & ſequitur Angulo *in d. l. 27.* hodiè *l. 11. titul. 5. lib. 5. Recop. gloſſ. 7. num. 3. fol. 219.* Molina *lib. 2. cap. 12. num. 53. fol. 333.* & legendus eſt. *in annotationibus, num. 10.* & quæ ego ſcribo *infra 4. part. illation. 8.* Sed vt ego ex *Molina* colligo, non loquitur, niſi in filia fœmina teſtatoris, quam dicit non poſſe excludi per maſculos tranſverſales nec loquitur in vlterioribus fœminis deſcendentibus.

Et eſt animaduertendum, quod licèt *dict. l. 27.* nihil videatur de fœminis ſentire, hoc apertè patet ex verbis *prædictæ legis*, ibi: *Entre los deſcendientes legitimos, que ayan derecho de les poder heredar.* Nam *deſcendentium* appellatione veniunt omnes vtriuſque ſexus, ſiue nati ex fœmina, ſiue ex maſculo, vt *in Authent. de hared. ab inteſt. venient. in princip. colum. 9. in l. vltim. C. de ſuis, & legitim. hared.* ad quod concordantes *infrà* referam. Quod magis procedit, vbi geminatè vocantur deſcendentes, vt tradit Cephal. *in conſil. 394. num. 5. lib. 3.* Ex quibus confirmatur opinio de qua *ſuprà*, dum probatum fuit, quod diſpoſitio *d. l. 40. Taur.* procedit in primogenito moriente in vita patris, ſuperſtite filio, argumento verborum *dictæ legis*, ibi: *Dexare hijo, o nieto, o deſcendiente legitimo*; maximè, quia illud verbum: *o deſcendiente legitimo*, ponitur tanquam diuerſum ab illis verbis: *Hijo, o nieto.* Et iterum ibi: *Eſtos tales deſcendientes.* Et poſteà; *Que ſiempre el hijo, y ſus deſcendientes*; quod eſt tenendum, licet Pariſ. *conſil. 72. num. 133. lib. 4.* teneat, quod licet appellatione *deſcendentium*, veniant fœminæ, & maſculi: regulariter tamen in ſucceſſione primogenituræ dignitatis, & in ſucceſſione maioratus ſapientis ſucceſſionem feudalem, deſcendentes debent eſſe maſculi,

maſculi, & non fœminæ, à qua ſucceſſione feudali prorſus excluduntur: quam citat Roland. *conſil. 58. num. 28. lib. 3.* pro quibus facit ſententia *Romani*, & aliorum, quos *ſuprà* retuli dicentium, quod vt fœmina admittatur ad bona feudalia, debet expreſsè vocari. Sed inductio *prædictæ legis 27.* tuta mihi, & concludens
108 † non videtur: nam quod diſpoſitum eſt in *dicta lege* eam rationem habet, quia lex voluit concedere parentibus liberum arbitrium meliorandi filios in Tertio, & faciendi ſubſtitutiones eiſdem placitas cum limitatione, & modificatione, quod vocationes, & ſubſtitutiones facerent iuxta formam præſcriptam *in illa lege*. propter præiudicium, quod filiis fit ex melioratione Tertij, ſiue ſint maſculi, ſiue fœminæ, quibus lex voluit gratificare in eo, quod parentes reuerentur, & neceſſitarentur eas vocare ante omnes alios aliæs; in defectum deſcendentium filiorum, vel nepotum, quos primo vocant, & meliorant, ad quod dirigitur tota intentio *illius legis*, nec lex voluit decidere noſtram quæſtionem, quicquid ibi dicant prædicti Scribentes. Nec inductio prædictæ legis eſt generalis, cum illa loquatur in melioratione Tertij facta per parentes in fauorem filiorum, & noſtra quæſtio ſit in quibuſlibet extraneis facientibus maioratum, inter quos eſt diuerſa ratio, & longa differentia.

Prætereà diſſimilis eſt ratio, quæ adeſt inter primos
109 vocatos, † & proximiores à teſtatore deſcendentes, in quorum præiudicium parentibus licet facere melioratione. quare iuſtum eſt, quod eos vocare teneantur, ſiue ſint maſculi, ſiue ſint fœminæ, quia ſecundum naturam eſt, quod ſicut honorantur, gratificentur, *l. ſecundum naturam, ff. de regul. iur.* cum *concordant. l. ab eo, C. de fideicommiſſ.* & inter vlteriores deſcendentes, quibus parentes non ita gratificare tenentur, vt patet ad ſenſum: & inter filios, vel nepotes quibus legitima debetur, eſt neceſſarius ordo vocationis, & videntur inuitati ordin ſucceſſiuo, vt probant Gloſſ. & Doctores *in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & poſthum.* Caccialupus *in cr conſilia Alexand. conſil. 14. num. 12. lib. 4. Deciſion. Pedemont. 81. num. 12.* Iulius Clarus, *§. teſtamentum, quæſt. 80. concluſ. 2.* Simon de Pretis *lib. 3. interpr. 3. dubit. 4. ſolut. 2. num. 7. fol. 332.* Et ex hac ratione differentiæ
110 poteſt inferri egregia limitatio, & intellectus † ad *d. l. 27.* quod licèt parentes teneantur vocare prius omnes deſcendentes ad meliorationem Tertij, intelligendũ eſt de his qui ſunt in proximis gradibus, & qui iam nati ſunt, & tempore factæ meliorationis, habent iam ius ſuccedendi: quod ſuadetur ex verbis *prædictæ legis*, ibi: *Con tanto quelos hegan entre ſus deſcendientes legitimos.* Nam qualitas adjuncta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi, *l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxalib. l. Titius, ff. de teſtam. milit.* & ne-
111 potes, † & alij deſcendentes ſtante patre in medio, non ſunt hæredes neceſſarij, vt in propria ſpecie animaduertunt Tello *in l. 27. tit. 8.* & Angulo *gloſ. 6. num. 7. fol. 218.* qui dicunt in tali caſu eſſe hæredes extraneos: quod veriſſimum eſt, & ex mente omnium legum. Et *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam.* quæ tollit grauamen de legitima, non habet locum in nepote teſtantis, non obtinente primum locum, *l. ſed ſi in conditione, §. nepotes, l. ſexus, in princ. ff. de hared. inſtituen. l. 3. §. ſi ſub ea, ff. de contra tabul. l. 1. §. ſciendum, ff. de ſuis, & legit. hared.* notat Ioan. Lopius *in d. l. 27. Tauri, num. 34.* vbi addit, quod nepotes non poſſunt querelare; quia nulla legitima eis debetur patre eos præcedente, quod eſt ſatis ad propoſitum eorum quæ hic tractantur. Et priuilegium datum filiis exiſtentibus in primo gradu
112 † non extenditur ad alios deſcendentes; *l. iubemus, C. ad Trebell. l. ſed & ſi milites, §. 1. ff. de excuſation. tutor.* latè Curtius Iun. *in conſil. 323. numero 2. lib. 2.* Nec minus faciunt alia verba, ibi: *Que vala para ſiempre, o porel tiempo que el teſtador declarare,* & regula *legis 1. Codice de teſtament. l. pluribus, §. & ſi placeat, ff. de verb. obligat.* & pro hac opinione eſt textus *in l. 1. §. ſi quis proximior, ff. unde cogna.* vbi conceptus poſt mortem illius de cuius hæreditate agitur, nec ipſe admittetur, nec obſtat aliis; & *in l. Titius, eodem titul.* & *in l. ſi quis filio exhæredato*, vbi Bart. *ff. de iniuſtit. rupt.* vbi dicitur: *Sed hæc ita; ſi aui mortis tempore in vtero nepos fuit: cæterum ſi poſtea conceptus eſt., Marcellus ſcribit, neque vt ſuum, neque vt nepotem, aut cognatum ad hæreditatem, vel bonorum poſſeſſionem poſſe admitti*, & in *l. Paulus, §. Paulus, ff. de bonis liberator.* & facit text. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2. l. ſi cognatis*, vbi Bart. & alij, *ff. de rebus dubio.* & conducunt alia plura iura, & authoritates quæ ſcribit Tiraq. *lib. 1. de retract. §. 1. gloſ. 9. num. 80. cum ſequentibus, pag. 155.*

Prætereà inſpici non debet quod euenire poteſt,
† quando præſens ſtatus ad illud non tendit: *l. inter* 113
ſtipulantem, §. Sacram, ff. de verb. oblig. l. 1. vbi Bart. *ff. de in lit. iuram.* & conducunt etiam quæ ſcribit Iaſon *in l. non ſolum, §. morte, num. 6. fol. 28. ff. de nou. oper.* quæ ſententia non parum confirmatur per regulam *l. boues, §. hoc ſermone. ff. de verbor. ſignificat.* & *l. dotis promiſſio, verſic. vltim. ff. de iur. doti.* & *l. ſtipulationum.* & *l. licet, §. inter ſocerum, §. vltim. in fine, ff. de pact. dotal.* cum *concordan.* adductus per Tiraquell. *in d. l. boues, §. hoc ſermone, in regular. num. 43. cum ſequentib.* Hinc magis proprium eſt, quod legatum, ſine fideicommiſſum relictum fratribus intelligitur de primis tantum fratribus, non de vlterioribus, ſecundum Bart. *in l. Lucius, §. quæſitum, poſt princip. ff. de legat. 3.* Buttrigar. & Bald. *in l. ſubemus, §. vltim. ff. ad Trebell.* eundem Bald. *in l. vxor, poſt princ, C. qui accuſ. non poſſ.* Angel. *in l. 1. ff. de inoffic. teſtam.* & alios plures quos citat Tiraquell. *in d. §. num. 82.* qui *num. 85.* hoc confirmat per aliam regulam
ad propoſitum, quod verba † ſunt intelligenda per 114
prius, non per poſterius, *l. hoc legatum*, vbi notat Bart. poſt Petr. *ff. de legat. 3. l. qui hæredi, in princ.* & ibi. & iterum §. 1. & ibi etiam Imol. *in princ.* & Socin. *4. notab. ff. de condit. & demonſtr.* & *in l. ſi quis ita, ff. de aur. & arg. legat.* & ibi alia ad propoſitum ſcribi *in numeris ſeqq.* Et pro hac ſententia vrget aliud ingens fundamentum, quia longè inter filios, & nepotes qui habent ius ſuccedendi in legitima parentum, & alios quibus parentes legitimam non debent, cum Tertium ſit legitima filiorum: vt animaduertunt Segura *in l. coheredi, §. cum filiæ, ff. de vulgar.* & *in l. vnum ex familia, §. ſed ſi fundum, ff. de legat.* Snarez *2. in l. quoniam in prioribus, quæſt. 7. num. 1. pag. 209. Cod. de inoffic. teſtam.* Tell. *in d. l. 27. num. 3.* & alij pleriques,
† & ideo non eſt mirandum, quod lex obliget paren- 115
tes ad vocandum ad talem melioratioem filios, vel eos qui habent ius ſucceſſionis præciſum: in aliis verò deſcendentibus ceſſat ratio, & diſpoſitio *prædictæ legis*, & ideò diuerſimodè eſt iudicandum; cum ratio legum eas ampliet, limitet, & reſtringat, *l. cum pater. §. dulciſſimis, ff. de legat. 2.* de qua *infra* tractabitur: & pro hac limitatione, & ratione differentiæ facit doctrina Bald. *in l. maximum vitium, C. de liber. prater.*

Et ad iſtã concluſionẽ eſt etiã bonus text. *in Authen. de hared. §. ſi igitur*, ibi: *Si igitur defunctus neque deſcendentes, neque aſcendentes reliquerit*, in quibus verbis, & in aliis præcedẽnibus lex habuit conſiderationẽ ad tẽpus, quo ſucceditur defuncto, ad hoc quod deſcendẽtes, vel aſcendẽtes, aut alij ad ſucceſſionẽ admitãtur. Ex quo fit, quod pater tenetur obſeruare ordiné, & formã *prædictæ* † *legis* in fauorẽ illorũ qui nati ſunt tẽpore cõfe- 116
ctionis melioratorionis, poſſuntq; parẽtes vocare poſt extinctos eos, qui continentur *in d. lege*; & cum ea lex ſit oxorbitans, & reſtrictiua voluntatum parentum, non eſt extendenda vltra caſum in quo loquitur, nec eſt extrahenda à terminis in quibus diſponit.

Ex quibus non abſque ratione dubitari poteſt de doctrina Anguli *in d.l.* 27. hodie, *l.* 11. *tit.* 5. *lib.* 5. *Recopil. gloſſ.* 13. *num.* 4. *fol.* 237. vbi in ea eſt ſententia
117 quod ſi vltimus poſſeſſor meliorationis † relinquit filium naturalem, & tranſverſalem, deſcendentem tamen à fundatore, debet talis præferri filio naturali vltimi poſſeſſoris. Cuius ſententia plana eſt vbicumque melioratio fuit vinculata in fauorem deſcendentium legitimorum: quia tunc non eſt dubitandum, quod collateralis, & tranſverſalis excludit filium naturalem; licet contra hæc omnia faciant verba *illius l.* 27. *Entre ſus deſcendientes legitimos*, cum deſcendentium
118 appellatione comprehendantur propriè, † deſcendentes in infinitum, *l. fin. C. de ſuis & legit. hæred.* & §. 1. *in Authent. de hæred. ab inteſt. venien.* cum *concordant.* vt per Carol. Ruin. *conſ.* 92. *n.* 6. *lib.* 3. Cephal. *conſ.* 303. *n.* 55. *lib.* 3. & plures citat Franciſc. Mantica *lib. de coniect. men. defunct. tit.* 11. *n.* 1. *cum ſequent. fol.* 342. *& eod. lib.* 8. *tit.* 18. *n.* 13. *pag.* 364. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 61. *n.* 7. *fol.* 173. & Simon de Pret. *lib. de interpr. defunct. volun. dubit.* 1. *ſolut.* 11. *n.* 24. *fol.* 289.

Et ex illis poteſt definiri difficilis, & alta quæſtio, & quæ in practica contingit. An ſtante *d.l.* 17. *Taur.* pater vel mater poſſint, vocatis filiis maſculis
119 vel fœminis ad meliorationem, † excludere neptes deſcendentes propter maſculos tranſverſales? quod tradunt Gomez Arias *ibi*, *num.* 59. & Tell. *num.* 16. & Angul. *gloſſ.* 7. *n.* 4. *fol.* 219. Molin. *lib. de primogen. c.* 13. *n.* 33. *fol.* 333. & tango *in* 1. *par. initio.* Et eſt obiter notandum, quod *d.l.* 27. maximam conſonantiam habere videtur cum diſpoſitione *l. humanitatis, in verſ. vel ſi filia, C. de impuber.* cum concordant. & *l.* 11. *tit.* 5. *part.* 6. deducitur etiam non eſſe neceſſarium parentibus, cum faciunt meliorationem vinculatam,
120 † continuare totam lineam alicuius filij, ſed poſſe ad libitum tranſire de vna linea in aliam: quod ſuadetur er verbis generalibus *prædictæ l.* 27. ibi. *El grauamen que quiſieren, aſſi de reſtitucion, como de fideicomiſſo.* Et ex aliis verbis, ibi: *Que valan para ſiempre, o por el tiempo quel el teſtador declarare.* Quod licet prædicta non referat, tenet ibi Tell. *n.* 13. cum limitatione, quòd non ſit in legitima: quia in ea dicit eſſe neceſſarium ſubſtituere deſcendentes, cum ex facultate Regia ſit
121 melioratio: † de quo multum dubito, cum ex facultate Regia legitima ſortiatur eandem naturam cum Tertio bonorum: & ideo de vtroque idem erit iudicandum ob eandem rationem, *d.l. cum pater, §. dulciſſimus, ff. de legat.* 2. cum *concordant.* quæ ſcribo *infrà, hac quæſt.* & connexorum idem eſt iudicium: *cap. tranſlato, de conſtit. l. eum actum, §. planè ſi quid connexum, ff. de neg. geſt.* cum ſimilibus & ex contrario ſequeretur maximum inconueniens, quod ſi quis ex facultate Regia faceret maioratum de Tertio & legitima in vnũ filium; & in defectum, quod talis filius in quem fecit maioratum, non haberet filium maſculum; quod in Tertio neceſſitaretur vocare & ſubſtituere vnum, & in legitima alium (quod non eſt dicendum) & ſequeretur, quod vnus ſuccederet in parte bonorum maioratus, & alius in alia parte, & ſic bona maioratus diuiderentur contra naturam & proprietatem bonorum maioratus. Et intellectus datus ad *l.* 27. tenẽdus videtur quem tenent Tell. *ibi n.* 5. & Matien. *in l.* 11. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopil. gloſ.* 4. *n.* 3. *fol.* 169. licet contra hoc, & opinionem Tellij, & noſtram arguat nouiſſimè Auend. *in d.l.* 27. *gloſ.* 2. *num.* 10. *fol.* 56. pro quo facit quod ſcribunt ibi Palac. Rub. *n.* 14. Matien. *gloſ.* 7. Ant. Gomez. *in l.* 17. *Taur. n.* 25. Molin. *lib.* 1. *de primogen. c.* 6. *n.* 20. Et punctum tractat Ioan. Guttier. *lib.* 3. *punct. quæſt. practicar. q.* 53. *pag.* 513. *n.* 4.
122 Tertio principaliter noſtra opinio corroboratur † quia de iure proximiores conſanguinei remotioribus præferuntur in ſucceſſione, ſiue ſint maſculi, ſiue ſint fœminæ: *l.* 2. §. *hæreditas, ff. de ſuis & legit. hæredib. Authent. de hæred. ab inteſt. venien.* §. *ſi verò neque fratres*: & §. *ſi plures, inſt. de legit. agn. ſucceſſ. l.* 1. §. *gradatim, ff. vnde cognat. l.* 3. *tit.* 13. *p.* 6. *ib. Quier ſean varones, quier ſean mugeres, & l.* 6. *eod. tit.* declarat Epiſc. Couar. *in epitom. de ſucceſſ. ab inteſt. n.* 10. vbi tractat ad quem vſque gradum iſta ſucceſſio progreditur: & exponit idẽ Epiſc. Couar. *reſolut. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 5. *verſ. quinto hinc examinari.* Cum igitur de iure proximiores remotioribus in ſucceſſionibus præferantur, cum hoc ſe conformare videntur illi qui faciunt maioratus, iuxta ſæpius relatam *l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.*

Quartò, naturæ accuſatores ſunt, † qui faciunt differentiam inter ſucceſſionem maſculorum, & fœminarum: *d.l. maximum vitium, C. de liber. præterit.* Nec defuerunt egregij Authores, qui de laude & virtutibus mulierum multa ſcripſerunt, inter quos doctiſſimus *Plutarch.* librum edidit de hoc, cui titulus eſt, *Mulierum virtutes*: quem & alios ad hoc refert Tiraq. *de legibus connubial. l.* 9. *gloſ.* 1. *p.* 9. *n.* 229. *fol.* 168. *col.* 1. (qui vt poſteros, & præſentes, fœcundiratem ingenij; & eruditionis magis doceret, non ſolum in profeſſione propria rarus apparere voluit, ſed etiam in alienis miraculoſus exiſtere decreuit:) & alia conſimilia de virtutibus mulierum ſcribit idem Tiraq. *l.* 11. *n.* 11. *fol.* 181.

Quintò, hoc in Hiſpania magis vſitatum eſt, † & conſuetudine, optima legum interprete, eſt receptum, vnde minimè mutari debet *d.l.* ex, & minimè dubitari poteſt quin conditores maioratuum cum iſta conſuetudine ſe conformare voluerint: *l. ſemper in ſtipulationib.* ibi, *Quod in regione, in qua id actum eſt frequentatur*: *ff. de regul. iur.* & dictum fuit abundanter *in* 1. *par. huius operis, q.* 48. *à n.* 14.

Sextò, illam ſententiam tenet vltra eos, quos refert Epiſc. Conarr. *in loco citato*, Anchar. *in dict. conſil.* 339. qui dicit, quod quando fœmina excluditur propter maſculum, † & quando maſculus eſt in eodem gradu, 124
non in remotiori, ibi: *Remotiorem*, niſi apertè appareat fundatorem maioratus voluiſſe agnationem conſeruare: nam tunc maſculus remotior excludit fœminam proximiorem, ſecundũ Ananiam *conſ.* 4. vbi Bolognin. Aymon. *in conſ.* 180. & 250. & alios plures quos citãt. Ant. Gabr. *lib* 6. *commun. opin. tit. de verb. ſignif. concl.* 6. *n.* 60. Ant. Theſ. *deciſ. Pedem.* 37. *n.* 8. & Sigiſmund. *inter conſilia feudalia. conſ.* 39. *n.* 25. Curt. *in tract. feudor. p.* 3. *n.* 17. *pag.* 224. vbi dicit, quod quando feudum eſt tale, in quo conſuetudine, vel pacto, fœminæ poſſunt ſuccedere, & pactum vel conſuetudo diſponerent, quod primogenitus vel primogenita ſuccederet, tunc filia magis propinqua excludit maſculum remotiorem: quamvis idem *Curtius* parti magis quam veritati patrocinium præſtando *conſ.* 11. *Thema tale proponitur, col.* 6. *cum alijs*, contrarium per plura fundamenta ſuſtentat dicendo, quod maſculus etiam remotior excludit fœminam proximiorem quia inter omnes maſculos fuit facta reciproca ſubſtitutio, & per alia fundamenta: pro quo facit, quod ſcribit Socin. Iun. *in conſ.* 65. *n.* 60. & 61. *lib.* 1. de ſucceſſione maſculorum ex omnibus lineis, vna linea extincta.

Eſt igitur tenenda concluſio, quod regulariter fœmina proximior excludit maſculũ remotiorem. † Si verò 125
ſint in eodem gradu, maſculus ſemper præfertur fœminæ, licet fœmina ſit natu maior: quod patet ex *d.l.* 2. & aliis infinitis, quę omitto, contentus cum noua remiſſione Caldæ à Pereir. *de nominatione ad emphyt. q.* 14. *per totam fol.* 154. Nec mihi placet, quod tentauit dicere Ant. Gam. *deciſ.* 51. ſcilicet, quod iſta regula non procedit vbicunque maioratus fuit à fœmina inſtitutus, per doctrinam Ancharr. *conſ.* 239. & alia quæ refert. Quæ concluſio procedit etiam ſi teſtator dicat, quod in ſucceſſione maioratus maiores ætate præferãtur minoribus: quia illud verbũ, *Maiores*, eſt intelligendum, dummodo maior ætate ſit maſculus: nã ſi fœmina ſit, licet ſit grãdior ætate, non eſt maſculo anteponẽda: vt late fundat Alex. *in cõſ.* 39. *n.* 3. *cũ aliis, lib.* 1. quod verißimũ credo.

Et

Et adeò habet locum prædicta concluſio, quod dixit Guid. Papa, *deciſ.* 606. quòd ſi in matrimonio ſit facta donatio primo naſcituro, & naſcatur primo filia, ſi poſteà maſculus naſcatur, debet maſculus habere donationem, etiamſi ſecundo natus fuerit: quod dictum refert & confirmat Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. in eodem teſtamento, in princip. num.* 173. *de teſtam.* vbi adducit ad propoſitum quoddam aliud dictum ſingulare, quod lector legat. Sed & idem Guido *deciſ.* 505. inquit, quòd ſi factum eſt pactum in contractu matrimonij, quod pater filio primogenito dabit tale caſtrum ſeu alteri ex ipſo matrimonio ſi maluerit, ex quo matrimonio nati ſunt duo liberi maſculi: deinde moritur pater nulla facta declaratione, pertinebit tamen primogenitura ad primogenitum: monetur per text. *in l.* 2. & *in l. qui liberos, ff. ſi pars hæredit. petat.* quem punctum latius tractat Tiraquell. *in dict. tract. de primogen. quæſt.* 65. *pag.* 367. Et quando exprimitur vt
126 fœminæ ſuccedant cum maſculis. † intelligitur ſi maſculi non adſint: *cap.* 1. §. *filia, de ſucceſſ. feud. cap.* 1. §. *quin etiam Epiſcopum vel Abbatem*, notat Fulgoſ. *in conſil.* 229. *col.* 1. Alexand. *in conſ.* 29. *lib.* 1. vbi Gloſſ. Pariſien. refert Iaſon. *in conſil.* 114. *lib.* 1. & alios plures. Quod procedit etiamſi in loco adſit ſtatutum, quod fœminæ & maſculi pariter ſuccedant, ſecundum Signorol. de Homodeis *in conſ.* 220. quibus addo Decium *in conſil.* 139. *col. vltim.* Roman. *conſ.* 367. *circa princip. num.* 16.

Et prædicta ampliantur etiamſi detur caſus in quo propter defectum maſculorum maioratus perueniat ad fœminam, ex qua naſcantur fœmina, & maſculus: quia, licet talis maſculus ſit minor ætate, adhuc fœmi-
27 næ † præfertur ſecundum Præpoſit. *in dict. cap.* 1. *n.* 3. *fol.* 63. *ae eo qui ſibi, aut hæredib. ſuis*; qui ad hoc citat Odofred. *in ſumma feudali, in rubr. qui ſucced. in feud. in verſ. ſed quæritur ecce aliquis inueſtitus*, & Angel. *in conſ.* 121. & alios Authores. & addit, quod quamvis feudum declinet ad fœminam propter non exiſtentem maſculum, ex quo habuit initium à ſtipite maſculino, ab eo ſumit naturam ſuam, & maſculi præſumuntur fœminis: & filij, vel alij deſcendentes ex fœmina, licet deſcendant ex radice infecta, tamen habito reſpectu ad primum ſtipitem, non mutant ſexum ſuum maſculinum: quod dictum ad plura eſt ſingulare; & pro priori dicto *Præpoſiti* facit text. *in l. ſi inſtituta, & in l. pater filium, & l. ſi is qui, ff. de inoffic. teſtament.* notat Curti. *in d. n.* 17.

Item maſculus in eodem gradu præfertur fœminæ
128 non ſolum in ſucceſſione maioratuum, † ſed etiam in vocatione ad ius patronatus, vel ad faciendum dicere Anniuerſaria, aut alias ſimiles res, quarum executio, & nominatio ad maiores natu ex teſtatorum diſpoſitione appareat: quod patet ex ſuperioribus, & *l.* 7. *titul.* 15. *part.* 6. ibi, *Pero ſi muger fuere entre ellos, maguer ſea mas honrada, o de mas alto linage que los varones, no las deue ella tomar; mas alguno de los varones*: quam legem ad aliud refero *infra in hac quæſtione*. Et pro hac extenſione conducunt quæ ſcribit D. Anton. de Padill. *in rubr. C. de fideicommiſſ. nu.* 9. licèt in contrarium faciant quæ in hac propria quæſtione ſcribit Ant. Gam. *deciſ.* 59.

Et ex iſtis etiam infertur, quòd ſi dubitetur, an teſtator voluerit, quod maſculus minor præferatur fœminæ maiori in dubio pro maſculo iudicari debet etiamſi verba teſtatoris valde refragentur: quia, vt ſupra ſæpiſſimè dictum fuit, videtur teſtator ſe conformare cum iure, quod excludit fœminam maiorem ob maſculum in eodem gradu etiam minorem.

Quod confirmatur ex doctrina Bart. *in l. vt iuriſiurandi, §. liberi, ff. de oper. libert.* vbi dicit, quod ſi pater accepit emphyteuſim pro ſe, & filiis maſculis, & fœminis deſcendentibus, intelligi debent verba ordine ſucceſſiuo: & videtur accipiens eum accipere ſecundum ius municipale, præferens maſculos fœminis: & idem voluit Ancharran. *in Clement.* 1. *de iure patronat.* & eſt communis opinio ſecundum Albertum Brunum *in tract. de ſtatut. excluden. fœmin. ob maſcul. art.* 8. *quæſt.* 22. quem punctum latè examinauit Epiſcop. Conarr. *lib.* 2. *reſolut. cap.* 18. *nu.* 1. *cum ſeqq.* cui adde *Alexand.* qui etiam ſequitur Bart. *in conſil.* 9. *Ponderatis, num.* 1. *cum aliis, lib.* 5. & confirmat ex aliquibus fundamentis Gozadin. *in conſ.* 90. *In cauſa Mantuanæ num.* 8. Quo in loco *Bartoli* opinionem à *Decio* defendit, qui eam impugnauit *in conſ.* 208. de quo vide plura quæ tradit Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.* 41. *nu.* 1. *cum aliis, fol.* 233. Et naturaliter † parentes magis 129
amant maſculos quam fœminas, vt per Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, de teſtam. in verb. duas habens filias, num.* 134. *fol.* 28. Quibus adde, quod quando emphyteuſis eſt conceſſa pro maſculis, & fœminis, maſculis deficientibus lineæ diuiſæ ſunt: ita quod fœminæ vnius lineæ præferuntur maſculis alterius lineæ, nec habet locum text. *in cap.* 1. *de eo qui ſibi, aut hæredib. ſuis.* De quo textu legenda ſunt quæ refert Ximenez *in illius ſcholio, lib.* 2. *feudor. tit.* 17. *pag.* 321. quia procedit ille textus ſolum in cauſa feudali, vt probat notanter Auguſtin. Beroius *in conſ.* 152. *num.* 39. & 40. *lib.* 1. vbi etiam *num.* 41. ponderat ad hoc text. *in cap.* 1. *de duob. fratrib.* quæ duo iura iſtis temporibus in ore Aduocatorum fuerunt cum magna altercatione ſuper ſucceſſione ſtatus de Cabra: de eo autem quod ſcribit *Beroius*, ſcribit Caldas Pereira *in tractat. de renouat. emphyt. quæſt.* 4. *num.* 25. *fol.* 23. Et quod non ſemper ſit linea, ſed quod in ſuis caſibus de vna ad aliam poſſit fieri tranſitus, probatur *in cap.* 1. §. *filia, de ſucceſſ. feud. & in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. & tradunt Corne. *in conſ.* 224. *num.* 27. *lib.* 2. Gozadin. *in conſ.* 53. Ceph. *in conſ.* 251. *num.* 70. *lib.* 2. Quod confirmo, quia de continuatione lineæ † incapacis, & inhabilis non eſt curandum: *pater filium*, vbi Gloſſ. *ff. de inoffic. teſtam. l.* 3. §. *ſciendum, ff. de ſuis & legit. hæred. l. ſancimus, §. cum autem, Cod. ad* 130
Trebell. l. ſed ſi ex modica, §. ſi filius, ff. de bon. libert. & volunt vltra prædictos Carol. Ruin. *conſ.* 149. *num.* 13. *lib.* 2. Decius *in conſ.* 374. *num.* 4. Gloſſ. Pariſ. *in addit. ad Alexand. in conſ.* 9. *lib.* 5. *in additione*, quæ incipit, *Virumque*.

Quæ confirmo per doctrinam Curtij *in conſil.* 323. *num.* 20. *lib.* 2. vbi tradit, quod quando ex eodem ſtipite ſunt maſculus † & fœmina, præfertur maſculus: 131
ſecus vero quando ex diuerſis deſcendunt, quia tunc fœmina præfertur in proportione patris ſui, & anteceſſorum, per regul. *dict. l. cum acutiſſimi*; *Cod. de fideicommiſſ. & l. cum auus, ff. de condition. & demonſtr.* & Curti. Sen. *in conſ.* 44. *num.* 23. quod ſicut pater dilexit filium; videtur diligere illius deſcendentes † in por- 132
tione quam filio reliquit: & conducunt quæ ſcribit idem Curti. *in conſil.* 49. *num.* 57. & quæ ſcripſi *in* 4. *part. quæſt.* 16. Et pro intellectu text. *in dict. cap.* 1. *de eo qui ſibi aut hæred. ſuis*, legendus eſt Auguſtin. Beroi. *in conſ.* 152. *num.* 37. *lib.* 2. Franciſc. Mantic. *lib.* 8. *de coniect. men. defun. tit.* 18. *num.* 16. *pag.* 364. *& num.* 58. *pag.* 356. Gregor. Lop. *in l.* 3. *tit.* 23. *part.* 6. *in gloſſ. in verb.* Mugeres *fol.* 88. *col.* 4. *verſ. item quia in maioria*; & *verſ. habetur ergo perinde.* Ferrara *in practica Papienſi, in libello quo agitur ad reuocationem feudi: verſ. nec ſuperſtitibus, nu.* 2. *pag.* 286. vbi reſoluit, quod vbicunque aliquis inueſtitur de feudo pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis, & fœminis, quod donec ſuperſint filij vel alij deſcendentes maſculi, nunquam admittitur fœmina, nam illa copula, Et in iſto caſu denotat ordinem, † etiamſi à principio feudum fuiſſet fœmininum, per 133
c. 1. §. *quin etiam: Epiſcopũ, vel Abbatem*, & alia iura quæ refert: & idem *in parte, de nomine recti feudi, num.* 11. *pag.* 281. Et adduco quod ſingulariter voluit Andr. de Iſern. *in d. cap.* 1. *num.* 8. *de eo qui ſibi, aut hæredib. ſuis*, vbi tradit, quod † pacta facta circa ſucceſſionem maſcu- 134
lorum, & fœminarum, ſunt interpretanda ſecundum conſtitutiones Regni.

Dicta autem regula,& concluſio,quod fœmina pro-
135 ximior excludit maſculum remotiorem, † limitatur vbicunque agitur de conſeruanda agnatione:vt probat poſt alios Barthol. Socin. *in d.l.cum auus, nu.*80. *ff.de condit.& demonſtr.*Carol.Ruin.*in conſ.*154.*nu.*7.*lib.*2. & faciunt ſupra ſcripta.

Præterea pro maiori intellectu text. *in d.l.*40.*Taur.* inferere hic libuit ſententiam Antonij Gomez *in l.* 8.
136 *Taur. num.* 20. vbi limitat † illam legem, quando illi qui concurrunt ad ſucceſſionem maioratus, ſunt merè collaterales, tam reſpectu poſſeſſoris, quam primi fundatoris, vtputa, ſi conſtituens maioratum in defectum deſcendentium vocauit proximiores in gradu ex collateralibus; & contigit, quod moriatur vltimus poſſeſſor relicto fratre ſecundo viuo, & relicto filio ex alio fratre minore præmortuo;quod præfertur frater ſecundus filio fratris præmortui, & eandem ſententiam probat Dec. *conſ.*1.Gozad.*conſ.*4.Curti,Iun.*conſ.*161. & alij quos citat Anton.Gabr.*lib.*4.*commun. opin. tit. de fideicommiſſ. concl.*3. *num.*18. *pag.*250. Pro quibus
137 facit quòd in † collateralibus non habet locum repræſentatio,ſecundum Ioann. Fabrum, qui rationem aſſignat.*in §.caterum,Inſtit.de legit. agn. ſucceſſ.* notat Nicol.Boer.*in conſuet. Aurelian.tit.de ſucceſſ.c.*3. *pag.*9. *col.*2.*verſ.*2. *intelligitur.*

Quæ opinio maximè ſibi locum vendicaret, quando repræſentatio pretenderetur vltra filios fratrum; cum
138 in tali † caſu repræſentatio ceſſet, ſecundum Bart. & Salicet.*in authent.poſt fratres,Cod.de ſuis,& legit. hæred.* vbi Paul.de Caſtr.idem Paul.*in authent.defuncto, Cod.ad Trebell.* & vide alios plures quos citat Anton. Gabr.*lib.*4.*commun. opin.tit. de ſucceſſ. ab inteſtato concluſ.*1. *num.*15. *pag.*264. de quo legendus eſt Molin. *lib.*3.*de primogen.cap.*7.*num.*6.*fol.*55.*& cap.*8.*nu.*11. *fol.*64.Mantic. *de coniectur.men.defun.lib.*8.*tit.*9.*nu.*4. *pag.*378. & idem quod Anton. Gomez vult. Gloſſ. *in l.*2.*tit.*15.*part.*2.*in gloſſ.*El mas propinquo, *in verſ.ſed quid ſi aliquis in diſpoſitione maioriæ, fol.*47. *colum.*1. Auend.*in l.*40.*Taur.gloſſ.*14. *num.*27.*fol.*127. & Antonij Gomez, & Gregorij opinio vera mihi videtur, non obſtante *dict.l.*40. quæ non loquitur in iſto caſu, licet aliud teneat Epiſcop.Couarr.*in pract. quæſt.c.*38. *num.*10. quem ſequitur Molina *lib.*3.3.*cap.*7.*num.*10. *fol.*56. & contra Antonium Gom.tenet etiam Matienço *in l.*5.*tit.*7.*gloſſ.*4.*num.*3.*fol.*172.*lib.*5.*Recop.* nouiſſimè Ahumada *in l.*2. *tit.*15. *part.* 2. *gloſſ.*17. *num.*7. *fol.*147. Ioann.Guttierr.*lib.*3.*pract. quæſt.*66. *num.*13. *cum ſeq.fol.*574. Et pro deciſione iſtius quæſtionis vide Tiraquell. *in tract. de primogen. quæſt.* 41. *num.*4. *pag.*314. & ad hoc eſt notabile conſilium Curtij Iun. *conſ.*111.*num.*16.Decij *conſ.*15.*col.penult.*Roland.*conſil.*82.*num.*41.*verſic.non obſtant tot authoritates, lib.*3. dicentium, quòd ſi ſubſtitutus eſt de deſcendentibus teſtatoris, & patruus, non excluditur à nepte; aut eſt ſubſtitutus extraneus, & tunc neptis non excluditur: de quo legendus eſt Sfortia Oddus *in tract.compendioſa ſubſtitutionis, part.* 6. *verſ. circa quartum, num.*8. *fol.*157. qui communem vocat. Pro quibus etiam fa-
139 cit, quia hæreditas magis † debetur deſcendentibus, quam collateralibus, *l.*1.*Cod.de impon.lucrat. deſcript. lib.*10. cum *concordan.* vt per Tiraquell. *lib.*1. *de retract.§.*32.*gloſſ.*1.*& unica,n.*52.*pag.*677.

Ex prædicta etiam *l.* 20. præcipuè in illis verbis, *Que ſiempre el hijoy ſus deſcendientes*, iunctis præcedentibus, & ſequentibus apparet, quod deſcendentes, & tranſuerſales,& illi qui ab eiſdem deſcendunt; vo-
140 cantur ad maioratum † in infinitum,dummodo deſcendant à primo ſtipite, & trunco illius qui maioratum fecit:quod probatur in feudis *in cap.*1.*de natura feudi, & in cap.*1.*de gradib. ſucceſſ.* & tenet Iacob. Aluarat. & ibi Præpoſitus,*num.*15.*fol.*11.*in §.*1. *qui feud. dare poſſ.* facit quod notat Bald.*in cap. vnico, num.*6.*de feud. Marchiæ*, vbi inquit, quod quando agitur de ſucceſſione Regni,Ducatus,aut Marchionatus,ſucceditur etiam † in milleſimo gradu:quod præter alios notat Anton. 141
Gom.*in dict.l.*40. *Tauri num.*5.qui ad hoc inducit *l.*9. *tit.*1.*part.* 2. vbi hoc tenet Gregor. Lop. *in gloſſ. in verb.*Parientes, *& l.*2.*in fine,tit.*15.*part.*2. vbi hoc repetit idem Gregor.Lop. *in verb.*El mas propinquo: & notatur per Ægid.Boſſium *in tit.de Princip. & priuil.eius,num.*94.*pag.*614.latè Fulvius Pacian. *in tract. de probation. lib.*2. *cap.* 12. *num.*42. *fol.*36. & dixi *in quæſt.*7.

Eſt etiam attendendum antequam omittamus intellectum, & praxim *dicti.l.*40. quod ea procedit non ſolum in maioratu facto per diſpoſitionem teſtamentariam, † ſed etiam per viam contractus: vt patet ex *illa* 142
lege in illis verbis, *Por el primero que inſtituyò*:& quia eadem eſt ratio in vno caſu, quæ in alio:notat Molin. vbi *ſupra,num.*15.*fol.*59. de quo legendus eſt Anton. Gabr.*lib.*4.*comm.opin.tit.de ſucceſſ.ab inteſtat. concl.*2. *num.*4.*pag.*265.Quod tenendum eſt,quidquid in quadam,donatione facta primogenito reſponderit Anton. Rube. *in conſ.*145. *num.*6.*cum ſeqq.* Item eſt conſiderandum,quod *dicta lex* procedit tam in maioratu facto licentia Regali,quam in melioratione Tertij & Quinti † vinculata in fauorem filiorum, & deſcendentium 143
quod patet ex *l.*44. *Taur.* vbi hæc duo æquiparantur. Alia autem circa intellectum textus *dicti. l.* 40. ſcribit reſolutiuè Epiſcop.Couarr. *in pract.quæſt.dict. cap.*38. Tiraquell.*in d.tract.de primogen.q.*40.*&* 41.vbi tractat de repræſentatione.

Circa *cuius legis* intellectum etiam notandum eſt, quod ſubſtitutus à teſtatore præfertur † ei qui venit ex 144
repræſentatione, quia ſubſtitutus venit ex expreſſa diſpoſitione:& qui venit ex repræſentatione,venit ex tacita: vt volunt Curti. Iun.*conſ.*4.*num.*15. Aym. *conſil.*70. *num.*13. *& in conſil.*176. *in fin.* & Menoch. *in conſ.* 200. *num.* 16. *lib.* 2. Et nouiſſimè circa praxim *illius legis* animaduerto,quod cum ex diſpoſitione *illius legis* filius regulariter repræſentet patrem, quod illa lex ponit pro firmiſſima regula, & cum verbis tam claris,& præciſis, quod limitatur per eandem legem, niſi aliud per fundatorem maioratus diſpoſitum ſit. Nam ſicut repræſentatio per illam legem inducta eſt clara,& manifeſta; ita ordinatio & diſpoſitio fundatoris maioratus contrarium ſtatuentis debet eſſe clara & manifeſta, vt derogetur illi legi: tam ex regula iuris quæ habet, quod non mutatur quare ſtare prohibetur? *l. ſancimus, Cod.de teſtamen.* cum *ſimilibus* Et iſtæ diſpotiones ſemper debent interpretari, † vt minus cor- 145
rigant ius commune, quam ſit poſſibile, vt oſtendunt Corne.*in conſ.*191.*&* 311.*lib.*4. Rube.*in conſil.*311. *lib.*4. Anton.Rube. *in dict.conſ.*145.*num.*7. Et ex alia regula, quod † nihil tam naturale eſt, quam vt quæli- 146
bet res diſſolvatur eo genere, quo colligata eſt:*l. nihil tam naturale,ff. de reg. iur.* cum *vulgar.* quam ex alia regula,Quod res dicitur eſſe certa & manifeſta;& fundatam habet intentionem ille, qui habet regulam pro ſe;& præſumptionem in ſui fauorem,iuxta Gloſſ.*in l. omnis diffinitio,ff. de reg.iur.& in rubr. eodem tit.*in 6. cum *concord.*vt per Dec. *in l.*1. *nu.*8.*ff. de reg. iur.* & quæ refero *p.*1.*q.*30.

Et pro iſta doctrina eſt ad memoriam repetendum, quod teſtator † & fundator maioratus,videntur ſe con- 147
formare cum legibus Regni, ſcilicet cum *l.* 2.*tit.*15. *part.*2.*& l.*40.*Taur.* Et eſt aduertendum in verbis vltimis *dictæ legis*, ibi, *Saluo ſi otra coſa ſe huuiere diſpueſto*: quod voluntas expreſſa dicitur quæ ex coniecturis colligitur,iuxta Gloſſam *in l.prætor.§.interdum, verbo expreſſum,ff.de nou.op.nunciat.*quam ornat Theſaur. *deciſ.* 248. *num.* 3. & ego latè confirmo *in initio iſtius* 2.*part.* Quod principium eſt maxime aduertendum pro deciſione plurium litium, quæ in iſta materia repræſentationis ſe offerunt. Et an repræſentatio † ha- 148
beat locum in retractu conſanguineali (vt obiter hoc ſciatur) videtur Bald. *in cap.* 1. *an agna. vel fil.& in conſil.*8.*Præſuppoſito ſtatuto, lib.*1.& quæ egregiè ſcribit Tiraquell.*lib.*1.*de retract.§.*11.*gloſſ.*9.*num.*1. *cum aliis, pag.*520. de quo loco multa ſumi poſſunt ad propoſitum eorum quæ hic tractantur, & ad leges Regias de retractu loquentes.

Nunc expedit vt ad vlteriora progrediamur pro intellectu iſtius materiæ:& quæro de difficili quæſtione, Teſtator ordinauit quod maioratus ad fœminam non perueniret, vbicunque adeſſet maſculus, etiam in remotiori gradu; cuius occaſio ne ob maſculi defectum fœmina ad maioratum fuit admiſſa,& maſculus poſtea
149 natus fuit:an excludat † fœminam habentem & poſſidentem iam maioratum. In quæſtione relinquo vnum caſum indubitabilem, videlicet vbicunque fœmina accepit ſemel poſſeſſionem maioratus,& maſculus ſuperuenit, qui forte tempore mortis prædeceſſoris erat abſens,& credebatur mortuus; & tunc ſine dubio fœmina repellitur à ſucceſſione maioratus. Et idem eſt vbicunque mulier edidit poſthumum, de quo grauida remanſit tempore mortis vltimi poſſeſſoris, ſecundum Peralt. *in rubr.ff.de hæred.inſtitut.num.*123.*pag.*77. Et pro hac opinione *Peraltæ* faciunt quæ ſcribit Menoch. *in conſ.*106.*num.*29.*lib.*2.*& in conſ.*281.*num.* 27.*lib.*3. *& in conſ.*413.*nu.*15.*&* 16.*lib.*5.*& in tract. præſumpt. lib.*4. *præſumpt.*93. *num.*4.*fol.*174. vbi addit in noſtra materia, quod *dict.l.*40. non procedit quando ex fœmina ætate maiore ſuſceptus eſt maſculus, qui fuit ſuperſtes eidem fœminæ matri ſuæ,viuo patre, eodemque nepotis auo: ex quo auo ſuperfuit etiam filius ſecundogenitus poſt prædictam fœminam frater eiuſdem fœminæ: quia in iſto caſu nepos non admittitur
150 contra patruum.Quod veriſſimam credo,† quia donec ille qui poſſidet maioratum viuit, non eſt curandum de ſucceſſione aliorum, vt ſtatim tractabitur. Et cum ſit maſculus in eodem gradu, fœminæ ſemper eſt anteponendus, vt ſupra probatum fuit. Et pro *Peralta* facit dictum Tiraquell.*lib.*1. *de retract.* §.11.*gloſſ.*2.*numer.*2.*pag.*506. vbi tradit, quod conſanguineus natus poſt petitum retractum ab alio conſanguineo,ſed erat conceptus, & geſtabatur in vtero tempore retractus; præfertur alij conſanguineo in retractu,& faciunt quæ ſcribit idem Tiraquell. *dict.*§.11.*gloſſ.*4.*num.*3. Si verò maſculus conceptus, & natus fuit poſtquam fœminæ ius maioratus delatum fuit non ſpe, ſed realiter.& accepta poſſeſſione; in hoc caſu (vt aiunt) pendent leges, & prophetæ, quia multa vrgent pro vtraque parte.

Et quod fœminæ in hoc caſu non priuentur maioratibus per maſculos poſtea ſuperuenientes:primo probatur ex doctrina Iacobi de Beluiſo, Nicolao de Neapol.& Baldi *in dict.cap.*1.*num.*5.*fol.*39. *de eo qui ſibi, aut hæred. ſuis* vbi dicunt, Quod maſculus ſuperueniens fœminam non excludit in poſſeſſione feudi exiſtentem, quia natura † dominiorum acquiſitorum eſt,
151 quod ſit perpetua, *l. ſine poſſidetis*, *Cod. de probation.* notus Peralt.*in l.Lucius*, 1. *nu.*7.*pag.*238.*ff.de legat.*2. Ioann. Lop.*in rubr.de donat. inter vir.& vxor.* §. 69. *num.*33. *pag.*261. vbi Additionator Barahona hoc refert, Menoch.*in tract.de præſumpt.lib.*3.*præſumpt.*109. *num.*8. & ſequitur Suarez *allegat.*27.*fol.*205. *verſ.tertio quia tempore*:& hanc opinionem *Baldi*, & aliorum tenet, & communem dicit Curti.*in dict.tract.feud.*3. *part.principali, num.*33. *pag.*241. quam ſequitur,aliquibus Authoribus relatis, Ludouic. Peguera *in lib. feud.verſic. ſemblant,num.*20.*fol.*57.

Pro quibus facit, quia conſtitutio quæ loquitur in
152 primogenito præferendo, † intelligitur de illo qui reperitur primogenitus tempore illius de cuius ſucceſſione agitur, ſecundum Andr. de Iſern. *in cap.* 1. §. *hoc quoque,de ſucceſſ.feudor.& in cap.*1. §. *his vero.* denotat eleganter Alexand.*in conſ.*199.*num.*3.*&* 4.*lib.*6. vbi tradit, quod quando res eſt conſummata & fortita effe-
153 ctum per poſſeſſionem aut alias, † non eſt reſcindendum quod legitimè factum eſt.Aym. *conſ.*194.*num.*7. & alij quos refero *in* 1.*part. tract. quæſt.* 12. quibus iungo Bald. *in l.*2.*num.*5.*Cod.de iur.emphyt.* Menoch. *conſil.*97. *num.*5.*cum aliis, lib.*1. Gregor.Lop.*in l.*38. *tit.*8.*in verb.* Segun ſe auiene, *part.*5. & quod voluit Bald.*in l.non inſtam, num.*8. *Cod.ad Trebell.* vbi tradit, quod licet venientes ab inteſtato † cenſeantur vocati, 154
iuxta regulam *l.conficiuntur, ff. de iur. codicill.* cum *concordan.* intelligitur de illis, qui tempore ſucceſſionis ſunt in primo gradu ſuccedendi: & idem voluerunt Gloſſa *in dict.l.non inſtam*, Imol. *in l.ſi Titio, & Mæuio* §. 1. *in fin.ff. de leg.* 2. & alij quos citat Menoch.*in tract.de præſumpt.lib.*4.*præſumpt.*27. *num.*18. *fol.*32.ſic Andr. de Iſern. *in c.Imperialem,de prohibita feud.alienat.per Federic.num.*36.*fol.*267. tradit, quòd ſi feudum fuit diuiſum inter duos filios qui habebant filios, vel rationabiliter ſperabant habere, & poſtea mortui ſunt aliqui eorum, vel incidit in infirmitatem ipſe, vel vxor, & non generant; ex ſuperuenienti caſu non corrumpitur quod tunc prouidè fiebat, per *l.*1. *in fine*, & *l.*2.*ff.de itin. actuque priuato*, & ibi confirmat Additio, & facit quod in noſtra materia maioratuum tradit Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſ. art.*40.*num.*27. *fol.*361. ex Iaſone *in conſ.* 161. *lib.*4. vbi reſoluit, quod ſi fideicommiſſarius pro ſolutione creditorum vendidit bona fideicommiſſi, non poteſt rem venditam repetere pretio oblato:quia non † debet 155
retractari quod legitimè factum eſt.

Et in fideicommiſſis ſatis eſt adeſſe qualitatem tempore exiſtentis † conditionis,aut diei, *l. cum ita*, §.*in* 156
*fideicommiſſo, ff.de legat.*2. *l.eum qui poteſt, ff.de cond. & demonſtr. l.ſi in perſonam, C.de fideicommiſſ.* notant Raphaël Fuſgoſ. *conſ.*33. *col.*2.*verſ. nec me mouet.* Iaſ. *conſ.*206.*Viſo teſtamento,col.*1.*verſ.quantum ergo,lib.*2. & alij plures quos citat Tiraquel. *lib.* 1. *de retract.*§.1. *gloſſ.*9. *num.*95.*pag.*161. Quintil. Mandoſ. *in reg.*33.*de annal.poſſeſſ.quæſt.*32.*num.*4.*fol.*161.idem Tiraquell. *in tract.de primog.quæſt.*13.*num.*1.*pag.*119. Ex quibus Ioan.Lop.*in dict.rubr.de donation.inter vir. & vxor. dict.*§.69. *num.*33.*&* 34.cum aliis diſputat, ſi per pactum primogenitus ad maioratum vocatur, & primogenitis moritur ſine liberis, an ſecundogenitus admittatur. Et an bona donata per Regem Henricum primogenitis, veniant ad ſecundogenitos,primogenitis defunctis ſine filiis.De quo legenda ſunt quæ ſcribo *ſupra, quæſt.*4. *illat.*4.eſt celebre *conſilium* Ancharrani 82. *num.*11. à quo Acoſta *in tractat. bonor. Regiæ Coronæ, num.*31. *pag.*407. deducit, quod poſſeſſor maioratus non poteſt in præiudicium filij ſecundogeniti, qui reperitur maior tempore mortis paternæ, † inue- 157
ſtire primogenitam filiam primogenitimouetur inter alia per textum notabilem *in.l.tale pactum*, §.*fin. ff.de pact.* & facit quod ſcribit Auendan. *in l.* 40. *Taur. gloſſ.*8.*num.*8.*fol.*102.

Ex quibus etiam confirmatur ſententia dicentium, quòd ſi in fundatione beneficij cautum ſit,quod præſentetur ſacerdos; non ſufficit † quod poſtea ſit fa- 158
ctus ſacerdos, ſed præcisè debet adeſſe talis qualitas tempore præſentationis, ſecundum Abb. *in cap. cum in cunctis* §. *inferiora, col.*1.*m. vltim. num.*12. *fol.*127. *de elect.* Rochus de Curte *de iure patronatus, verb.honorificum, quæſt.*4. *num.*21.*fol.*15. Barbati. *conſil.*33. *lib.*2. Lambert.*de iur.patronat.lib.*2.*artic.*27.7. *quæſt. princip.num.*4.*fol.*78. *& cod.lib.part.*2.*art.*6.5. *quæſt. princip.* Alciat.*in l.ex facto,num.*9.*ff de vulgar. & reſponſ.*51. *& reſponſ.*494. *num.*1. & plures citat Ioann. Guttier.*conſil.*4.*num.*19. & tradit *dict.conſ.*1. *num.*12. *cum ſeqq.* Rebuff. *in cap.nulla, de præben. pag.*444. *&* 445.& faciunt quæ ſcribit Gregor. Lop. *in l.*3.*tit.*16. *part.*1.*in gloſſ.* in verb. *Catorze años.* Ripa *in dict.l. ex facto, num.*31. Dec. *conſ.* 129. *num.*1. Celſus *conſ.*59. *num.*1. *&* 3. & quod capacitas ad obtinendum beneficium † ſit conſideranda tempore vocationis,ſeu pro- 159
motionis, reſoluit latè Celſus *conſ.* 59. *num.* 1. *&* 3. per *cap. ordinarij*, §. *in conferendis*; & *cap. ſi cui de præben. in* 6. & alia quæ citat: quæ confirmantur,

quia

quia idoneitas ad præſentandum, ius patronatus debet ad eſſe tempore præſentationis : nec ſufficit, quod poſtea ſuperueniat, vt tradit idem Lambertin. *in tractat. iur.patron.lib. 2.part.1.quæſt.10.art.2. num.3.fol.102.* qui refert notata *in cap.ſi eo tempore, de reſcript. in 6. & dict.cap.ſi cui, de præbend.eod.lib.*& per Abb.*in cap. dudum, el 1. de elect.* ad quem addo Brixienſem *in ſuis quæſtionibus, quæſt.2. num.3.* Decium *in cap. poſtquam, num.23.de elect.* Maſcard. *in tract. de probation. lib.2. concl.878.num.18.fol.182.* & legendus eſt idem Lambert.*in eod.lib.& part.quæſt.7.art.7.fol.62. num.7.* ſed contra Rochum & Lambertin.facit *cap.ſi pro Clericis, de præbend.in 6.*& alia iura quæ in terminis tradit Decius *in conſ.172.num.2.in fine*,Aym.per *dict.cap.ſi pro*, & alia plura iura , & authoritates *in conſil. 201. numero 26.*

Et habilitas ad aliquod officium eſt neceſſaria tem-
160 pore quo officium aſſumitur, † & debet eſſe à principio, & non tempore acquiſitionis,vt notanter reſoluit Decius *in cap.poſt ceſſionem , notab.6. de probation.* & tradit latius Remigius *in notabili quæſtione, in tract. de immunit.Eccleſiaſt. quæſt.17. num.2. pag.313. 314. & 315.* Et verum res inualida , quæ venit ad eum caſum, à quo incipere potuit reconualeſcere ; varia tradit Tiraquell.*in tract. de ceſſante cauſa, limit.9. numero tertio, fol.162.*

161 Quibus eſt addendum, quod clauſula, *Non obſtantibus*, non derogat ordinationi fundatoris,quod Capellanus debeat eſſe Sacerdos,niſi exprimatur, ſicut in iure patronatus laicorum , vt ſcribit Rebuff. *in Concordat. cap.ex forma mandati Apoſtolici,in verb.* Non obſtantibus, *pag.647.*Iſtis conueniunt quæ ſcribit idem Rebuff.*in c.extirpandæ, §. quia vero, pag.366. colum.2.in fine, de præben. in praxi beneficial. tit. de non promotis intra annum, pag.452. num.61. & 62.* vbi tractat qualiter ſuper hoc poſſit diſpenſari. Et facit quod ſcribit idem Rebuff.*in dict.practica , in tertia parte ſignaturæ, in verbo, nec iure patronatus,num.59.pag.173.*& prius *num.44.pag.171.* & textus , vbi Dominic. & Francus *in dict. cap.ſi cui, de præben. in 6.* Quintil. Mandoſ.*in tract.de ſignat.gratiæ, in verſ. derogationes patronatus, fol.49.col.3. verſ.clauſula, non obſtantibus.* Et quod ſit iuſta cauſa diſpenſandi cum illis, qui ſunt de ſanguine & caſata teſtatoris qui fundauit beneficiun , licet non ſit ſacerdos,vt in fundatione requiritur,voluit Rochus de Curte, *dict.tract.iuris patronatus , in verb. honorificum , num.11. fol.15.* qui ad hoc citat Dominicum *in cap.cum Eccleſia*, per illum text. *de præben. in 6.* Cardinal. Florent. *in conſ.11. Quædam ſocietas* , Felin. *in tract.quando literæ Apoſtolicæ noceant patron. colum.2. verſ. corroborari poteſt :* quod tenet Cæſar Lambert. *in tract.iuris patron. lib.2. part.2. art.30.7. quæſt.principal.num.15.fol.81. col.1.*& idem tradit Auguſt. Beroi. *conſ.5.num.27.lib.1.*qui ad hoc refert Gloſſ. *in cap.veniens,verſ.ſine poſſeſſione:70.diſtinct.* & ibi Archidiac. & DD. & alios plures Authores;& *ibi* addit , quod in tali caſu Epiſcopus diſpenſabit,& dabit Vicarium, vel adminiſtratorem ſacerdotem , qui ſeruiat vſque ad legitimam ætatem promoti. Et quod prouiſio non facta
162 ſacerdoti † ſit nulla , licet in fundatione non caueatur expreſsè quod ſit nulla:probat *deciſio* Iacobi Putei *337. lib.1.* Et quod collator ordinarius non poſſit mutare fundationem ſacerdotalem , tradit idem Iacob Puteus *dict.deciſ.337.num.5.* poſt Rebuff.quem citat *in tract. de collation.num.38.* vbi poſt Barbac.*in d.conſ.33*, voluit prouiſionem factam impuberi de Capellania requirente celebrationem duarum Miſſarum nullam eſſe & de puncto legi omnino debet *conſilium* Auguſtin. Beroij,10. *num.3. lib.1.* Quintil. Mandoſ. *in tract. de ſignat.gratiæ, in parte,derogationes aliæ , fol.52. col.1.* Et ſi aliquis inſtituat hæredem tanquam ſacerdotem eo animo , vt Miſſas celebraret pro anima ipſius teſtatoris , ſi non ſit ſacris Ordinibus initiatus , inſtitutio non valeat,quia error eſt in cauſa finali,voluerunt Bald. *in l.eam quam,num.6.* vbi Paul. *num.6. Cod. de fideicommiſſ.*Mantica *de coniect.men.defunct.lib.4.tit.6. numer.20.fol.69.* Quæ notabis , quia quotidiè ſe offerunt in practica : & an ſufficiat, quod quis habeat qualitatem requiſitam per diſpenſationem , tradit eleganter Decius *in conſ.609.num.2. & in conſ.695. num.18.* ad iſta legendus.

Item prædicta opinio (vt ad punctum redeam) con-
163 firmatur per ea quibus probatur , quod quæ ſemel † vtiliter conſtituta ſunt, durant:licet ille caſus contigerit à quo incipere non potuerunt,*l.pluribus,§.& ſi placeat, ff. de verbor.oblig.l.in ambiguis , §. non eſt nouum, ff.de reg.iur.cap.factum legitimè,de reg.iur.in 6. l.8. titul.21.part.4.*Anton. Gam.*deciſ.355. num.8.* Et ideo
164 legitimatio ſemel facta in filij fauorem,quia pater non habebat filios legitimos , non † reuocatur ſi filij legitimi poſtea naſcantur,ſecundum Rainer. Cynum,Salicet.Bald.Angel.Imol.Alexand.& Iaſon. qui hanc dicit eſſe communem opinionem,*in dict.l.ex facto,ff.de vulgar.* Andr. de Iern.Iacob. Aluarot.Cardin.& Alexand. *col.2.ſi de feud.fuer.controu.inter domin. & agna.* Speculat.*titul.de ſucceſſ.ab inteſt.§.1. verſ.ſed ex facto* , ad quod plures alios Authores refert Tiraquell.*in l.ſi vnquam,Cod.de reuocan.donat.in verbo , donatione largitus,num.28.pag.280.*quo in loco , & in *numeris antecedentibus , & ſequentibus* hunc punctum lactiſſimè tractat:ad quem iunge Alexand.& Gloſſ. Pariſ. *in conſil.187. Videtur prima, lib.5.*& Socin.Iun.*in conſ.142. nu.30. lib.1.* Vbi dicit iſtam eſſe veram & communem opinionem.

Sed hoc fundamentum minimè apud Hiſpanos con-
cludit , propter *l. 12. Taurin.* vbi filij legitimati non poſſunt † concurrere ad ſucceſſionem cum filiis legiti- 165
mis,qui nati fuerunt poſt legitimationem impetratam: ex qua lege determinatur illa diſputatio *Tiraquell.* in qua ipſe poſt alios laborauit ; quod tradit hodie Matienç.*in l.10.tit.8. gloſſ.2.num.4.fol.239.lib.5. Recop.* & ſcribit Gloſſ. Pariſ.*in conſuetud. Pariſ. gloſſ.1. §.8. num.32.*quod qualitas primogenituræ ſufficit quod interueniat tempore mortis parentis:& ideò ſi Caſtrum legatum ſit primogenito alicuius domus,ſpectat ad eum qui reperitur primogenitus tempore mortis:& erit effectualis , & verus primogenitus , etiamſi contingat alium poſtea decedere, qui ſi antea deceſſerat, non erat primogenitus. Et quod de his quæ iam radicata ſunt, nihil poteſt immutari. Et quæ perfecta ſunt per ſuperuenientem caſum, conditionem,ſeu voluntatem , alterari non † poſſunt, *l.perfecta, Cod.de donation.quæ ſub modo : l.perfectam, quand.liceat ab empt. diſced. l. cum*
166 *dos.ff.de pact. dotalib.* cum *concord.* Quintil. Manoſ. *reg.32. Cancell.quæſt.12.num.8.& 9.fol.112.* & prius *num.2.*Et cauſa ceſſante † non ceſſat effectus , cum 167
effectus fuit iam conſummatus & perfectus, *l. vltim.ff. vnde libe.* cum *concord.* Rebuff.*in l.boues,§.hoc ſermone,89.pag.541.ff.de verbor.ſignific.* facit *l.1.2. & 3. C. de libert.& eorum liber.l.1.Cod.de ingrat. liber. cap.8. diſcuſſio : 12. quæſt.2. l.10. tit.2. part.3.* ad quos addo Anton.Gam.*deciſ.27.num.4.*ex quo dicit Anchar. *conſil.405.nu.17.* quod licet ſtatus Eccleſiæ Vicariæ mutetur in Rectoriam, non tamen mutatur ius quæſitum in Vicaria. Quibus congruit, quòd ſi maritus reſtituit dotem mulieri ob inopiam , ſi poſtea diues efficiatur, non eſt illi dos reſtituenda, ſecundum Gloſſ.& DD.*in l.vbi adhuc,Cod.de iur. dot.* tradit Nicol. Boer. *in conſuet.Bituricen.tit.de ſucceſſ.deſc.cap.33.pag.185. col.1. & 2.*&Tiraquell.*in tract. de ceſſan. cauſ.p.1.num.195. fol.77.*

Item pro iſta ſententia adduco *l.48.Taur.*ibi, *En todas las coſas para ſiempre.* Præterea , licet regula iuris ſit,quod ceſſante cauſa ceſſat effectus, *cap. cum ceſſante , de appellat.* cum *vulgatis* ; tamen quando effectus
168 cauſæ eſt iam conſummatus, † & in eſſe deductus , & perfectus;cauſa ceſſante, non debet ceſſare effectus : *l. vltim. ff. vnde liberi:l. inter ſtipulantem, §.ſacram* , in illi

169 cauſa non perimitur effectus † iam in eſſe productus, *cap. vltim. de offic. Deleg.* per quem textum tenet ibi *Ioann.de Imol.*quod extincta cauſa, non periit iuris effectus iam in eſſe deductus : ſecus ſi ſit in fieri ; & res ſit integra ; quod latius tractat Tiraquell. *in tract. de ceſſante cauſa , limit. 12. numer.1. cum aliis, pag.136.* Peralta *in l.Mœuius,§. duobus, num:10.cum aliis:ff. de leg.2.pag.543.* Menoch.*in tract. præſumpt. lib.4. præſumpt.189. num. 198. fol.342.* vbi ex hoc diſputat,Si mulier conſtituit dotem ex bonis fideicommiſſi , & moritur maritus, deinde ipſa mulier,an dos tranſeat ad fideicommiſſarium,vel hæredes mulieris. Et facit doctrina Emmanuel Coſtæ *lib.2.ſelect. interpret.in l.cum tale,§.ſi arbitratu,limit.6. num.9. pag.17.* vbi tradit, quòd ſi quis Seiam hæredem inſtituit , ſi Titio nupſerit ; quòd ſi non nupſerit , ſubſtituit eundem Titium: ſi Titio nubere noluerit , hæreditas ex ſubſtitutione ſtatim incipit Titio deberi ; quòd ſi poſtea eidem nupſerit, nihilominus Titius dominus hæreditatis ſemel
170 effectus, † remanet hæres:quod in noſtra materia maioratuum maximè eſt animaduertendum, & tradit Menoch.*conſ.206.num.40. lib.3.* Et pro iſta opinione videtur expreſſa ſententia Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr.7. fol.260. num. 54. in verſic. Et eſt ſimile,* quod probatur *in l.ſciendum,§.vltim. Digeſtis qui ſatisdar.cog.* vbi habetur,quod quando qualitas inhabilitatis à principio non adfuit , ſed poſtea ſuperuenit , non impedit , nec inhabilitat in iure iam delato:quem textum dicit ad hoc inter alios notabilem,Iaſ.*in l.1. §.veteres ; num.32. fol.66. Digeſtis de acquiren. poſſ.* notat Barthol.Socin.*in conſil.81. col.3. lib.3.* Marian. Socin. Iun.*in conſ.5. num.18. lib.2.*& tradit Aym. *conſil.285; num. 2.* quod euentus ſuperueniens infirmare non debet actum,qui ſortitus fuit effectum ; per regul. *l. nec enim ff.de itin.actuque priu. l. ſancimus; Cod.de admiſtr. tutor. l.donationes,Cod.de donation. inter. vir. & vxor.* & alia iura. Quod in facto contigit in quadam alienatione bonorum maioratus ; quæ legitimè prius fuit facta, & poſtea tractabatur,quod reſcinderetur. Et mulier,cui Quarta debetur ex diſpoſitione *auth. præterea,C.vnde vir,& vxor;l.7.tit.13.p.6.*ſi tempore mortis mariti ſit pauper, & poſtea efficiatur diues;Quarta, quæ ei data fuit, non eſt auferenda;ſecundum Decium *in d.auth:præterea,in fine,*& *in conſil.24.*Greg.Lop. *in dict.l.7. in gloſſ.*in verb.*de lo ſuyo.*Et quando res trahit ſecum ſuum effectum;conſideratur tempus in quo fuit inchoata,ſecundum Bald.*in l.3.ſi ſuo.ff.de minorib.* Cifuent.*in l.56.Tauri,verſ.in tertio caſu.*

171 Item ius alicui quæſitum ex cauſa exiſtente ; † licet cauſa deficiat, ius tamen illud quæſitum durat , & retinet , *l. poſt mortem , §.1. l. non putabit, Digeſtis de bonor. poſſeſſ. contra tabul:l.cum vxori, Digeſtis quand. dies legat. cap. ab eo , de electione ; in 6. lement. conſtitutionem , colum. penultim. eodem titulo* , & tenent Ioann. Andr. *in cap. decet , colum.3. in verſ. & idem in ſimili, de regul. iur. in 6.*& Bald. *in l.filiam , lect.1. Digeſtis de Senator.* & iſta ſeruiunt ad confirmationem ſententiæ Gregorij Lopez *in l.6. titul.11.part.6. in gloſſ. in verb.* No la puede vender , *fol.83. colum.4. verſic. quid autem ſi Rex dedit licentiam :* vbi poſt longam diſputationem concludit , Quòd ſi Rex dedit licentiam alicui extrahendi aliquam rem à maioratu pro dote filiæ , ſi res fuit ſemel alienata, non debet reuerti ad maioratum ; ſed perpetuo remanere debet alienata ; & ad quæſtionem ; quam tractat & decidit Molina *lib.4.de primogen. cap.7. numer.13. fol.171.* vbi determinat generaliter , quod ſi res maioratus ſemel ob debita , alienata fuit ob deſi-
172 cientiam bonorum , † ſi poſtea bona libera ſuperueniant ; non debent retractari : & Quintilian. Mandoſ. *reg.32.de interpr.benefic. vacan. num.4. fol.115.* ponit
173 regulam, quòd qualitas ſuperueniens † non mutat effectum antea introductum , niſi in iis quæ eſſent incompatibilia.

Iſta etiam faciunt ad quæſtionem ſingularem , de qua conſultus fui. Fundator maioratus ordinauit quod bona maioratus non poſſint ad Clericum deuenire:mortuus fuit vltimus ſucceſſor , & bona ad laicum deuenerunt, qui poſt aliquos annos effectus fuit Clericus; An excludi debeat à poſſeſſione maioratus?de quo legenda ſunt quæ ſcribit Andr.de Iſernia,& ibi Nardus additionator *in cap.1.de vaſſall. militer, nu.3.fol.117.*& *in cap.1.de benef.fœmin.n.4.fol.178.*& ibi Nardus, qui allegat Capicium *deciſ.115.*

Faciunt etiam pro deciſione quæſtionis quam vidi de facto. Teſtator ordinauit quod maioratus deueniret ad maſculum in defectum deſcendentium mortuus 174
† fuit vltimus poſſeſſor bonorum maioratus abſque maſculo cum filia ; quæ nondum erat prægnans, tempore mortis patris ; ſed poſtea fuit facta prægnans , & peperit maſculum : Deciſum fuit quod talis maſculus non potuit excludere alium maſculum proximiorem tempore mortis aui ; quia tempore ſucceſſionis fuit in conſideratione. Et per ea quæ dicta ſunt, vidi aliquos contendere, valere meliorationem Tertij vinculatam, ſi quando pater eam fecit ; plures filios habebat , licet tempore mortis vnus tantum filius ſuperſit : quod non pono pro conſtanti : & quando loquitur de præ- 175 latione alicuius facienda alteri eſt inſpiciendum † tempus quo acquiritur poſſeſſio , taliter quod ille, qui tunc præfertur, efficitur perpetuus hæres , & tranſmittit ad ſuos, & quos vult ex teſtamento , & ab inteſtato, & ſemper excludit alterum , §. *proximus, Inſtit.de legit. agnat.ſucceſſ.* Bald.Angel.& alij *in l.Gallus*, §.*& quid ſi tantum, Digeſtis de liber. & poſthum.* cum *concordan*, vt per Albert. Brunum *in tract. de ſtatuto excludente fœminas, 10. artic.principali, quæſt.5. fol.53.* Pariſ. *in conſ.48. num.23. lib.2.*& facit bonus textus *in l. ſignis ſub conditione, ff. de teſtam. tutel. l. aquiſſimam, in princip.ff. de bonor. poſſ.ſecundi tab. c. innotuit, de elect.*tradit Tiraq.*in tract. de primogen. quæſt.34. num.22. pag.245.* & ideo licet excluſionis cauſa ceſſante, ceſſet excluſio, *l.ſi inſtitura, l. ſi pater filium, l. ſi is qui ff. de inoffic. teſtam. l. Gallus, §. in omnibus, l. inter cætera, ff.ae liber.& poſthum. l.2. §.ſi mater*, ibi, Cum enim prælatio , *ff. ad Tertullian.*& ideo filia excluſa à ſucceſſione patris † ob maſ- 176
culos , iis deficientibus admittitur tanquam ceſſante cauſa excluſionis, vt ſcribit Angel.*in Authent. de hæredib. & falcidia:§. ſiquis autem , in verbo, auferri,* & Raphaël Fulgoſ.*in conſ.8. D. Petrus, colum.3. in verſ. ex ſententia;* Paul.de Caſtr. *in conſil.191. Viſis & diligenter examinatis, verſ. ex his videtur, lib.2.* hoc intelligitur † quando nulli ſunt maſculi qui poſſint ſuc- 177
cedere : nam ſi qui ſunt qui ſuccedant , & ita excludant filias, illæ perpetuo erunt excluſæ,etiamſi maſculi poſtea deficiant ; ſecundum Bart. *in l.vltim. quæſt. ff.ad Tertull.*Bald.*in auth.ſed & ſiquis,in verſ. ſed per hoc infertur,C.de ſecundis nupt.*& *in l.Gallus, §.& quid ſi tantum,in fine,*vbi Angel.& Aret.*ff.de liber.& poſth.*Et ſufficit maſculum per momentum vixiſſe, & excluſiſſe fœminã,ſecundũ Bald.*in l.in quibus, C.de ſecund.nupt.* & alios plures;quos citat Cald Pereir.*in tr. de nominat. ad emphyt.q.16.n.11.fol.117.*qui *in numeris præcedentibus & ſeqq.* alia ad propoſitum ſcribit;& hoc dictum refero *infra,q.11.*pro quibus eſt text.ſingularis *in dict. Auth.de hæred.& falcid.§.inordinatè*,traditur notanter *in deciſ.Pedem.23.n.17.*vbi citatur Dec.*in conſ.517.n.6.* volens, quod ſi ſoror ſemel fuit excluſa à ſucceſſione per fratrem, excludi etiam debet à fratre patruele, qui ad hoc etiam citat Pariſ.*in conſ.2.nu.7.& in conſil.22.*

*num.*15.*& in conſ.*23.*nu.*50.*& 53.lib.*1.Gozadin. *conſil.*8.*num.*9.& alios:& confirmat Nicola. Boeri.*in conſuetud. Biturican. Rubr.*des ſucceſſions,*art.*29.*pag.*182. & iſta eſt communis opinio ſecundum *Burſatum* qui plures citat *in conſ.*131.*nu.*30.*lib.*2.& tradit Menoch. *in conſ.*1. *num.* 457. Licet contrarium in hoc contra *Bart.* & alios tenere videatur Raphaël Fulgoſ. *in dict. conſ.* 8. in quo puncto Campegius *in tract. de dote, part.*5.*quæſt.*23. *num.*3.*fol.*118. dicit communem eſſe diſtinctionem, quod ſi ſtatutum dicat filiam dotatam non admitti ad ſucceſſionem patris, maſculis extantibus, † quòd tunc perpetuò filia remanet excluſa,etiam maſculis poſtea deficientibus: & hoc caſu propter defectum maſculorum, admittitur filia ad ſuccedendum, ex Bald.*in c.*1.*§.quin etiam,ad finem, Epiſcop. vel Abba.*& aliis pluribus quos citat: & idem tenet Dec. *in conſ.*506.*num.*3.*&* 607.*num.*16. Alexand.*in conſ.*188. *lib.*7.*num* 2.qui ad hoc plures refert, vbi *Molin.*idem tenet,& multos ſequaces citat,tradit latè Andr. Gaill. *obſervat.lib.*2.*obſer.*148.*n.*1.*cum ſequentib. pag.*264. Et hæc eſt communis opinio, quidquid videatur tenere Barth.Socin.*in conſil.*63. *num.*14.*lib.*1. & communem opinionem ſequitur idem Socin. *in conſil.*92. *numer.* 13. *eod. lib.*1. vbi dicit,quod iſta eſt communis opinio, & in practica recepta, & probata, & ſequitur idem Socin.*in conſil.*10. *num.*1. *lib.*3. *& conſ.*33. *numer.*4.*eod.lib.*de quo etiam vide eundem Socin.*in conſil.*50.*eod.lib.& in conſ.*263. *num.*1. *lib.*2. & plures ad hanc opinionem refert Socin. Iun. *in conſil.*1. *num.*1.
179 *lib.*1.vbi dicit, † iſtam eſſe communem opinionem,& ſequendam,& idem Socin.*in conſ.*2.*num.*35. *& in conſil.*31.*num.*1.*lib.*1.& lege eundem *in conſ.*104 *num.*9. *& in conſ.*109. *num.*7. *lib.*7.& plures qui communem dicunt citat Michaël Graſſus *in libro de ſucceſſ. ab inteſtato, quæſt.*3. *num.*8. *pag.*363.

Et iſta faciunt ad confirmationem ſucceſſionis,Molina *lib.*1. *de primog. cap.*6. *num.*22.*fol.*44. vbi ponit pro conſtanti,quod in maioratibus Hiſpaniæ non procedit illa regula, quod ſemel excluſus, perpetuò manet excluſus,quem citat Auend.*in l.*40. *Tauri,gloſſ.*9. *num.*77.*fol.*115. Pro quibus facit egregium *conſilium* Alexand.43.*Conſideratis, lib.*3. quem citat Barth. Socin.*in l.ſolemus,num.*4.*fol.*40.*ff.de condit. & demonſtr.* licet non referat *numerum conſilij*, v lentes, quod vbicumque ad purificandam conditionem non requiritur defectus liberorum certo & determinato tempore, quandocunque liberi deficiant, etiam poſt mortem inſtituti,ſubſtitutus admittetur,per *l.in ſubſtitutione,ff.de vulgari*, & alia quæ referunt: quod tradit eleganter Carol. Ruin. *conſil.*9. *num.* 8.*lib.*1. quorum reſolutio prodeſt ad deciſionem quæſtionis quæ ex facto agitata fuit. Teſtator reliquit conſanguineis ſacerdotibus quædam bona, cum onere & grauamine, vt dicerent certas Miſſas, & quod ſi non extarent Clerici conſanguinei, bona deuenirent ad certum Hoſpitale. Mortuus fuit vltimus poſſeſſor, qui habuit bona, & tempore mortis non reperiebatur Clericus conſanguineus teſtatoris, qui poſſet dicere Miſſas: & ideò bona ad Hoſpitale peruenerunt: poſtea vnus conſanguineus teſtatoris Clericus fuit factus,& petiuit bona ab Hoſpitali, tanquam ceſſante cauſa excluſionis; Dubitatum fuit an iuſtitiam foueret? & obtinuit ſententiam in fauorem: quia ex verbis teſtatoris apparebat, quod quocunque tempore quo adeſſent conſanguinei Clerici, admitterentur ad legatum: & hæc ſeruiunt ad maioratus in quibus cautum eſt, quod in defectum filiorum, & virorum deſcendentium, fœminæ deſcendentes † admittantur:nam ſi fœmina à maſculo fratre vel patruo fuit excluſa,ſi iſti deficiant, fœmina ad maioratus ſucceſſionem eit admittenda · pro quibus faciunt quæ eleganter ſcribit Auguſtin.Beroi.*in conſ.*67. *num.*43.*cum ſequentib.lib.*1. & Molina *lib.*3.*de primogen.cap.*10.*num.*21.22.*fol.*75.per *l.petro,§. fratre,ff.de*
180 *legat.*2. *& l. hæc conditio, in princ. ff. de condit. & demonſtr. & l.ſiquis hæredem,Cod.de inſtit. & ſubſt.* Socin. Iun.*conſ.*172.*num.*24. *cum ſequentib. lib.*2. Curt. Iun. *conſ.*111. *num.*19. *lib.*1.Roman.*in conſil.*438.*num.*12. Pariſ.latè qui loquitur in quodam maioratu Hiſpaniæ *in conſ.*72. *num.* 100. *lib.*4. Quod ſtante ſtatuto repellente filias dotatas ſtantibus maſculis, illis deficientibus, † fœminæ admittantur,licèt maſculi diu poſſederint bona;notat Bald. *in l. Imperator, ff. de poſtulando:* 181
quem citat Fulvius Pacianus *in tract. de probat. lib.* 3. *cap.*32.*ad finem, in additione,fol.*102. Et ad iſta etiam eſt legendus Michael Graſſus *in dict. §. ſucceſſio ab inteſtato,quæſt.*4. *pag.*363.

Et de iſtis aduerbiis,*donec quouſque quamdiù*, & ſimilibus, vide theoricam Gloſſ.Par. *in conſuetud. Pariſien. part.*1. *§.*6. *gloſſ.*3. *num.*15.*fol.*88.& vide *eand. §.*43.*num.*5. *fol.*301. & notatur per Ripam *dict. l. ex facto num.*42. *fol.*87.*ff. de vulgar.* de quo vide etiam Chaſſanæum *in conſuetud.Burgund.tit.de ſucceſſ.Rubr.* 7. femme Mariée, §.12.*fol.*274. *col.*2. *num.*8. Et ad hanc opinionem etiam adduco doctrinam *Iberi* de Bouio, quam refert Alberic. *in* 2.*parte ſtatut. q.* 102. *num.*1. *fol.*32. vbi dicit,quod ſi ſtatuto caueatur,quod frater tenetur dotare ſororem, & ea dotata, nihil amplius poſſit requirere, ſed quod frater ſuccedat in ſolidum, ſi aliquis deceſſit relicto filio, & filia, & filius anteaquam dotaſſet ſororem, deceſſit relicta filia, quæ vult dotare amitam, eſt ad hoc admittenda: quia illud ius iam fuit acquiſitum in perſona filij, & illud tranſmittit ad hæredem † etiam fœminam, *l.cum antiquio-* 182
ribus,Cod.de iure deliberan.l.unica, Cod.de his qui ante apert. tab. & ſufficit, quod ſemel ei ius fuit quæſitum, *l.videamus,ff.quod metus cauſa.* Cum igitur hoc ſtatutum ſit in maſculis ad excluſionem fœminarum, idem dicendum eſt in fœminis ad excluſionem maſculorum, poſt quam iam illud ius eis acquiſitum fuit. Sed hoc non ita viget,ſicut primo aſpectu apparet:quia maior fauor verſatur in excluſione fœminarum per maſculos, quàm in excluſione maſculorum per fœminas,vt ex ſuperioribus patet.Sic ſi filia dotata excludatur per ſtatutum ab hæreditate patris, ſi tempore mortis patris dotata non reperitur, admittitur ad hæreditatem ſi poſtea dotetur ſecundum Bart.*in conſil.*31.Bald. *in l. ſi mater, Codic. de ſuis, & legitim. hæredib.* & alios quos citat Decius *in conſil.*24.*num.*5.

Et ex iſtis infertur, quod ſiquis faciat maioratum in filium, & omnino in ſucceſſione maioratus excludat fœminas in perpetuum, ſi nullus tamen maſculus ſuperſit ex generatione teſtatoris, ſed aliqua fœmina tantum, † ea admittitur. Et veriſimile eſt, quod ſi 183
teſtator de hoc caſu inopinato interrogatus fuiſſet,admitteret fœminam: in qua licet non ita plenè ſicut in maſculo conſeruetur nomen, & poſteritas teſtatoris, memoria tamen teſtatoris in ipſa retinetur;argum. *l. Titius, §. Lucius, D. geſtis de liber. & poſt. & l.*3. *Cod. de inoffic. teſtam.* ibi, *Caſus iniquitas per conjecturam maternæ pietatis emendanda eſt*: nec eſt homo proprij ſanguinis tam crudelis, & fœminej generis tam inimicus, quod ſuperueniente tali caſu,in hoc non aſſentiret: & ad hoc etiam eſt textus notabilis *in l.liberorum, in fine,Digeſtis de verb.ſign.* ibi: *Etenim idcirco filios, filias vè concipimus atque edimus, vt ex prole eorum, earumvè, diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus*, & conducit *l.cognoſcere, §. liberorum, eod. tit.* & faciunt alia quæ ſcribo *in* 2. *quæſt. ſupra, eod. in verſ. cogita tamen, & part.*4. *quæſt.*29. & ex contrario ſequeretur quod bona vinculata libera remanerent,quod credendum eſt teſtatorem abhorruiſſe: & conducit doctrina Alex.*in l.ſed ſihac, §.liberos, n.*5.*ff. de in ius vocan.* vbi vult, quod filia contineatur ſub linea patris † maſculina,quando non ſuperſunt filij 184
maſculi,quem citat Menoch.*in conſ.*205.*n.*12.*lib.*3.facit doctrina Pinell.*in l.*3.*C.de bon.mater.n.*33.*fol.*171.

Et

Et ad hoc etiam facit,quia ſæpè contingit quod aliqui ex deſcendentibus ex fœminis memoriam teſtatorum illuſtrant,& ex veriſimili mente teſtatoris, fit extenſio ad caſum diſſimilem,contrarium, & oppoſitum: *l.vltim.Cod.de poſth.hæred.inſtit.* notatur per Gozadin.
185 *in conſ.*64.*num.*18. & quæ per ſeminalem † rationem procedunt, tamdiu durant in ſua ſpecie, quamdiu ſemen,vel fructus eius reperitur in ſua eſſentia; *l.vetus,* 68. *ff. de vſufruct.* & auſus fuit dicere Marian. Socin: *conſil.*54. *lib.*1. quod maior affectio naturaliter eſt in
186 poſteros, † quamvis remotiores: cùm per eos longiorem noſtri propagationem,& diuturnitatem videamus (ad quod tendit omnis noſtra intentio in concipiendo,& edendo liberos)quàm proximiores:& notat Roland. *in conſ.*68. *num.*50. *lib.*2. Socin. Iun. non relato *Mariano*,ſcribit tamen eadem verba *in conſ.*55. *nu.*53: De quo per eund.Porr. *in conſ.*121. *num.*23. *& in conſil.*122.*num.*13.& nepotum amor eſt maior quam filiorum, vt tradit Petr.Surdus *deciſ.*73.*num.*6.*& dec.*205. *num.*3. *& deciſ.*273. *num.*5. & non eſt inconueniens,
187 quod remotior in gradu ſit magis dilectus † quàm proximior, vt per Alexand. *conſil.*38. *lib.*6. Rubeum *conſ.*22.in fine,quos citat idem Portius Imol.*in d.conſil.*122.*num.*13.

188 Quod tamen videtur † contra textum, & quæ ibi notantur *in dict.l.ſi viua matre, Cod. de bon.matern.* & eſt contra rationem naturalem: & contra *Socin.* & ſequaces,faciunt omnia iura quæ inter ſanguine iunctos ordinem charitatis & affectionis ſingulariter attendunt,& contrarium tenuit Bart.Socin.*in d.l. cum auus, num.* 50.vbi tradit, quod quanto quis eſt proximior, tanto præſumitur teſtator eum diligere: & contra Socin.*in dict.conſ.*facit Gloſſ. *in l.ſi Titio,& Mæuio.§.Iulianus,*& ibi notat Bald.*ff.de legat.*2.vbi dicunt, quod ab inteſtato ille videtur venire ex tacita voluntate defuncti, qui eſt proximior tempore mortis, non ille qui eſt vlterior in gradu: notat Gregor.Lop.*in l.*5. *tit.*9. *part.*6.*in gloſſ.*in verbo, *Deſpues*, per illum textum; & inquit Ripa *in l. ſi filiusfamilias, §.diui; num.*31. *de leg.* 1. quod in ſubſtitutione facta de proximiore ſui generis, intelligendi ſunt proximiores teſtatoris, non hæredis: notat Tellus *in l.*27.*Taurina,num.*7. de quo legenda ſunt quæ ſcribo *infra, quæſt.*8. & facit Gloſſ. *in l.ſi pecuniam, in gloſſ.magna,ff.de condict.cauſa data,* quæ vult,quod licet quidquid eſt cauſa cauſæ,ſit cauſa cauſati, tamen effectus attribuitur cauſæ immediatæ,& non remotæ: vbi notat Iaſo,*nu.*18. & cauſa proxima;
189 † & non remota, eſt conſideranda, *l.ſocium qui meo, §.1.ff.pro ſocio*;volunt Bart. *in l.ſed & ſi plures §. in arrogato,ff.de vulgar.* Decius *in l.certi condictio, §.quoniam, num.*7. *Digeſtis ſi cert. pet. & in l. in eo quod, num.*5.*ff.de reg.iur.*Menoch.*de arbitr.lib.*2. *quæſt.*287. *num.*18.

Item verba, & diſpoſitio teſtatoris impropriantur vt conſanguineus in ſubſtitutione præferatur extraneo, *l.hæredes mei, §.cum ita*, vbi Bart.*ff.ad Trebell.* & *in l. ſi is qui ducenta, §. idem ſi pater.ff. de reb. dub.* notat Bart.Socin.*in conſ.*152.*num.*13.*lib.*1. & iſta ſententia æquitatem in ſe habet. Quamvis in contrarium faciat regula text.*in l.quidam cum filium,ff.de hæred.inſtituti* ex qua colligitur,quod ad hoc, vt conſecturata voluntas teſtatoris ſit alicuius effectus, eſt neceſſe quod teſtator procedat ad diſpoſitionem: aliàs non habetur pro expreſſa,tacita teſtatoris:provt latiùs dixi *in princ. huius* 2. *partis*, Et pro hoc etiam conducit quod ſcribit Albert.Brun. *in conſil.*68.*quia caſus*; vbi dicit, quod ſoror propter fratres dicitur perpetuò excluſa in tantum, quod ſi non exiſtat aliquis ex deſcendentibus ex
190 generatione maſculi, † non admittitur: per text. *in cap.*1.*§. quin etiam Epiſcop. vel Abb.* quem ſequitur alia citans Gozadin. *in conſ.*8.*num.*9. Quamvis ad horum doctrinam replicari concludenter poteſt, quod, textus *in dict.§.quin etiam*, in quo ſe fundant *Brunus* & *Gozad.* loquitur in feudo, in quo propter ſeruitium, quod feudatarius præſtare tenetur, fœmina regulariter eſt incapax feudi; vnde quando ſeruitium per fœminam in feudo præſtari non debet, † eſt ca- 191
pax ſucceſſionis feudi, ſecundum Bald. *in l. quoties, colum.*1.*Cod.de ſuis & legit.hered.*& Rom.*ſingul.*108. *Hodie fœmina*, & alios quos refert Gozad.*in dict.conſil.*8.*num.*23. Dec. *in conſ.*208.*num.*4.*& in conſ.*269. *num.* 6. *&* 413. *num.* 13. explicat notanter Alexand. *conſ.*20. *lib.* 1. *num.* 1. *cum aliis*, & Barth. Socin. *in conſil.*257.*num.*1. *lib.*2. & generaliter fœmina in feudo ſuccedere poteſt,ſi feuda onera ſolùm habeant, quæ per alium expediri poſſunt, vt eſt communis opinio, ſecundum Salicet.*in auth. ingreſſi, Cod.de ſacr. Eccleſ.* Dec.*in c.in præſentia,num.*74. *de probat.* & alios quos citat Ant.Gama *deciſ.*6.*num.*1.

Ex quibus obiter infero, quod ſi Rex dederit alicui terram, vel locum; vt Regi concedenti, & ſucceſſoribus ſeruiat in bello, & illam habeat titulo maioratus, cum fœmina non poſſit tale ſeruitium perſonaliter præſtare, † excludi debet à tali maioratu, etiamſi nul- 192
lus adſit maſculus qui ſuccedere poſſit: ad quod facit *l.*52.*tit.*6. *part.*1. vbi Prælatus † habens terram, aut 193
feudum à Rege, tenetur ire perſonaliter ad bellum contra inimicos fidei in ſeruitio Regis:& eſt notabilis ad propoſitum *l.*14.*tit.*9. *part.*6.quæ incipit, *Caſtillo o villa*,ibi;*Que no ſopieſſen fazer aquel ſeruicio*:& eſt alia non minus ſingularis *l.*68.*tit.*18.*part.*3.*in princip. legis*, in illis verbis: *Todos los otros que deſcendieren de legitimo matrimonio, o fueren varones*: & faciunt *l.*2.3. & 4.*tit.*26.*part.*4.& aliæ ſequentes,& *l.*4. *in fine, tit.* 15.*part.*2.*& l.*1.*&* 24.*tit.*3.*lib.*4.*Ordinam.* In huiuſmodi autem donationibus Regiis interpretandis,reſtringendis, vel ampliandis, † multum valet ratio quæ 194
ex procemio colligitur: vt tradit Burg.de Paz. *in conſil.*25.*num.*19. cauſa enim quæ ex procemio colligitur eſt finalis, vulgata *l.vltim.*vbi DD.*ff.de hæred. inſtitu.* Bald.*in procemio Codicis, §. quibus,& in l.vt liberis, notab.*1.*Cod.de collation.*cum concord. adductis per Tiraquell.*in l.de ceſſante cauſa, limit.* 1; *num.*64.*fol.*114. & mens, & voluntas diſponentis ex procemio † colli- 195
gitur; *l.item quia; §.vltim.Digeſtis de pact.*licum hi,*in princ.* vbi Bart.*ff. de tranſact.* quod ſingulariter procedit,ſecundum Tiraquell. *vbiſupra, num.*6. quod non obtinet hanc vim ex natura præfationis, ſed ex natura cauſæ expreſſæ in ipſa præfatione:Si enim exprimeretur cauſa,quę haud dubio ſua ipſius natura eſſet impulſiua,non fieret nec præſumeretur eſſe finalis,citat Barbar.*in additionibus* ad Abbatem *in cap.poſt tranſlationem, de renunciatione*: vide Molin. *lib.*1. *de primogen. cap.*5. *num.*1.*&* 2. *fol.*30. de eo qui dixit in maioratu, *cupiens memoriam meam conſeruare atque illam perpetuam efficere*; quam doctrinam & alia ad propoſitum ſcribit Menoch: *in tractat.præſumpt.lib.*6. *præſumpt.*2: *num.*11.*fol.*60.exponit Ioann. Garcia *in tract. de nobilit.in princip. num.*28. provt ſcripſi *in dicto princip.*2. *part.* Cæterum quod vbi fœminæ excluſæ ſunt, non admittantur etiam deficientibus maſculis, ad quarum excluſionem ſufficit, † quod non ſint inuitatæ,aut ſub- 196
ſtitutæ, tenet Stephan.Bertrand.*in conſ.*46.*nu.*8. *lib.*1. vbi addit,quod vltimus maſculus poteſt diſponere tanquam de bonis liberis,de quo latius tracto *in* 4.*par.huius operis, quæſt.*29. vbi ſequor ſententiam *Bertrandi*; & veriorem credo, & ibi legenda ſunt quæ hic deſunt in hac incidenti quæſtione,vbi latè diſputatur; an deficientibus omnibus maſculis, fœmina admittatur ad maioratum.

Sed vt ad viam, à qua digreſſus ſum,redeam,ad contrariam opinionem, imò quod maſculo ſuperueniente fœmina excludatur,multa faciunt,† præcipuè ille tex- 197
tus famoſus *in dict. l. ex facto, ff. de vulgar.* cùm qua concordat *l.*11.*tit.*5. *part.*6. vbi probatur, quod ſubſtitutio exemplaris expirat liberis poſteà ſuſceptis,

per quam tenent *Dynus* & alij, *ibi*, quod legitimatio ſemel facta renocatur liberis poſtea ſuſceptis: quæ ſententia eſt hodie approbata, per *d. l. Taurin.* quamvis Tiraquell. *vbi ſupra* contrariam dicat eſſe receptiorem opinionem; facit *cap. ſuggeſtum, de decim.* vbi noua cauſa ſuperueniens tollit priuilegium *l. 43. tit. 18. part. 3. cum concord.* quæ ſcribo *infra, 4. part. limit. 1. num.* .. & in bonis feudalibus plerique concludunt, quod ſi fœmina fuit admiſſa ad feudum propter defectum maſ-
198 culorum, ſi poſtea maſculus ſuperueniat, † excludit fœminam, ſecundum Andr. de Iſern. *in auct. cap. 1. de eo qui ſibi, aut hæred. ſuis*, per Gloſſ. *ibi*, vbi hoc ſequitur *Martin. Laudeo.* & Cardinal. Iacob. de Sancto Georg. *in tract. feudor. in gloſſ. in verbo, & fœminas, colum. 2.* quos citat Hugo Celſus *conſ. 26. num. 47.* Petr. Surd. *deciſ. 330. nu. 12.* qui inter alios refert Molinam *lib. 3. de primogen. cap. 10. num. 25.* ad hæc legendus. Item hæc videtur eſſe voluntas teſtatoris cum ordinauit, quod fœmina proximior excluderetur per maſculum remotiorem, quia reſpexit ad familiam, & agnationem; nam fœminæ poſtquam virum aſſumunt, in aliam familiam ſe transferunt: vnde ſi priuilegium concedatur mihi, & omnibus deſcendentibus maſculis, & fœminis, deſcendentes fœminæ per lineam fœmininā ita de-
199 mum fruuntur priuilegio, † ſi ſint viduæ, & non contraxerint ſecundas nuptias, ſecundum Bart. per text. ibi *in l. quoties, Cod. de priuileg. Scholar. lib. 11.* quod dictum valde commendat Iaſon, *in l. cum quædam puella, in princ. num. 3. ff. de iuriſd. omn. iudic.* Ludouic. Gozad. *in conſ. 34. Circa primum dubium, num. 15.* & idem tenet Angel. & Ioan. de Platea *in d. l. quoties*, Rom. qui dicit ſe de facto obtinuiſſe *in d. l. 1. in princ. ff. ad Silanian.* & alij quos referunt Fel. *in c. de monac. de senten. excommunic.* Ripa *lib. 2. reſponſ. c. 3.* & Tiraquell. *in ll. connubia, in prima lege, gloſſ. 1. part. 1. num. 34. fol. 7.* declarat Arias Pinell. *in l. 3. Cod. de bon. mater. p. 1. n. 34. fol. 195.* Burgos de Paz *conſ. 23. num. 8.* quibus addo omnino Alexand. *in conſ. 125. lib. 7.* vbi notat Gloſſ. Pariſ. D. Anton. de Padill. *in l. voluntas, num. 4. Cod. de fideicommiſſ.* Petr. Barboſ. *in l. quia tale, nu. 37. pag. 319. ff. ſolut. matrim.* Et quod non natus, vel conceptus, ſi ſit
200 proximior præferatur remotiori, qui ſemel fuit admiſſus ad ſucceſſionem, † tenent plures Doctores quos refert Molina *lib. 3. de primogen. dict. cap. 10. num. 25. fol. 76.* quem citat Petr Surd. *deciſ. 230. num. 12.* Quod difficile mihi videtur propter ſuperiora, & ea quæ ſtatim dicentur. Et pro iſtis facit ſingularis, & neceſſaria ſententia Peraltæ *in l. Titia cum teſtamento, §. Lucius Titius, in princ. num. 20. pag. 420 ff. de legat. 2.* vbi tradit, quod cum in filium vnicum non cadat prælegatum, nec melioratio, prout ego latiùs tracto *in 1. part. quæſt. 21.* iſta concluſio ampliatur, etiam ſi à principio habeat cohæredem, qui poſtea deficiat, per text. *in l. optio, ff. de option. legat.* quod tenet Angulo non citato Peralta *in l. 11. tit. 5. lib. 5. Recop. gloſſ. 10. n. 7. fol. 283.*

His tamen minimè refragantibus, prima opinio vera videtur, & pro ea facit dicta ſententia Andreæ de Iſernia *in dict. cap. & in cap. 1. col. 5. verſ. hæc ſunt vera, de natur. ſucceſſ. feud.* vbi dicit, quod in conſtitutione quæ loquitur de primogenito reſpectu ſucceſſionis, debet conſiderari tempus mortis † patris, & idem tenet Bald. *in dict. l. 2. Cod. de iur. emphyt.* & confirmat
201 Decius *in conſ. 443. In caſu ad me tranſmiſſo de Regno Portugalliæ, num. 13. cum ſequentib.* Carol. Ruin. *in conſil. 93. num. 9. & 10. lib. 3.* & facit quod ſcribit idem Bald. *in dict. l. ſi vina matre, num. 3. Cod. de bon. matern.* Alnar. Vaez. *in lib. quæſt. iuris emphyt. part. 1. quæſt. 50. num. 16. & num. 40.* Carol. Ruin. *conſ. 197 num. 9. lib. 1.* Menoch. qui hoc citat *in tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 92. num. 3. fol. 174. & in conſ. 442. num. 6. lib. 5.* pro quibus facit regul. text. *in l. ſi mihi & tibi, §. regula, ff. de legat. 1. l. ſeruus eius, ff. de acquir. hæredit. l. ſi cognatis, ff. de reb. dub. & in l. ſi deportati ſerui, ff. de legat. 3. l. non intelligitur, ff. de iure fiſci: l. 1. tit. 9. part. 6.* ibi, *En el tiempo que murieſſe.* Et proximiores non dicuntur illi, qui tempore mortis † non ſunt proximiores, 202
ſecundum Bald. *in conſ. 46. Verbo inſtitutionis, lib. 1. num. 5.* per *dict. l. cognatis, ff. de reb. dub.* vbi Socin. *num. 30.* Alexand. *conſil. 26. num. 14. lib. 3.* Dec. *in conſ. 299. num. 8.* Anton. Peregrin. *in tract. de iur. fiſci, lib. 3. tit. 6. num. 3. pag. 119.* vbi ponit regulam, quod in fideicommiſſis non nati nihil iuris habent. Et quando loquimur de prælatione alicuius ad alterum, inſpicimus tempus quo ſucceſſio acquiritur: adeo quod ille qui tunc præfertur, efficitur perpetuus ſucceſſor, & tranſmittit, & ſemper excludit alterum, *§. proximus, Inſtitut. de legit. agnat. ſucceſſ. l. vltim. ff. de ſucceſſ. edicto*, notat Bald. *in conſ. 110. Ad conſeruationem domus, nu. 1. lib. 2.* quod confirmat Pariſ. *conſ. 48. num. 23. lib. 2.* imo ſcribit notanter Alciat. *inter conſilia Grati conſ. 8. numer. 5. lib. 1.* quod ſecundogenitus ſemel à fratre excluſus, cenſetur etiam ab eius deſcendentibus excluſus; per text. *in cap. 1. §. quin etiam, ſecundum vnum intellectum, Epiſcop. vel Abba.* & doctrinam Bald. *in cap. 1. de matrim. ad Morganat. contract.* & Bald. etiam refert Grat. *in conſ. 7. num. 11. lib.* quæ doctrina magnificienda eſt pro illis, qui in continuatione lineæ faciunt magnum fundamentum. Ex quibus cauendum eſt ab his quæ ſcribit Pinell. *in l. 2. part. 1. nu. 72. fol. 39. C. de bon. matern.*

Et infertur notabiliter, † quod ſi quis fuit excluſus 203
à ſucceſſione maioratus, nempe quia erat furioſus à natura, vel mente captus, aut aliam inhabilitatem patiebatur vel commiſerat aliquod delictum, cuius occaſione remanſit incapax ad ſucceſſionem maioratus: ſi poſtea talis furioſus redeat ad ſanam mentem, vel in capax fuit à Principe reſtitutus, furioſus non reintegratur ad ſucceſſionem maioratus, ſi ſemel fuit factus inhabilis, & incapax; & erat inhabilis tempore quo illi ius ſuccedendi competebat: nec reſtitutus à Principe maioratum recuperabit in præindicium ſucceſſoris. De quo tamen vltimo, ſcilicet, de condemnato reſtituto, vide quæ in hoc proprio puncto ſcribit Molin. *libro tertio, de primogen. cap. 2. numer. 20. fol. 111.*

Deducitur etiam, quòd ſi quis ſemel excluſus fuit à ſucceſſione maioratus, cuius filij non excluderentur à maioratu, ſi tempore excluſionis nati fuiſſent, iuxta text. *in l. 2. §. ſi emancipatus, ff. de bon. poſſ. contr. tab.* & aliæ quæ ſcripſi *in 4. part. ſupra, eod. illation. 1. & illat. 2.* ſi poſtea filios ſuſcepit, tales filij † non ad- 204
mittuntur ad maioratum, ſi tempore quo pater excluſus fuit, nondum nati, nec concepti erant, quia ſi ſaltem concepti fuiſſent, admitterentur ad ſucceſſionem, ſecundum quæ ſcripſi *in 3. parte huius operis, quæſtion. 2.* & in his, & aliis ſimilibus caſibus, ſemper eſt conſiderandum tempus ſucceſſionis. Et qualiter fœmina † per maſculum excluſa, perpetuò duret ex- 205
cluſa, tradit nouiſſimè Anton. Peregrin. *in tract. de fideicomm. art. 27. numer. 16. fol. 252.* notanter Burlat. *in conſil. 131. num. 29. cum ſequentibus lib. 2.* Et pro his etiam facit, quòd vbicumque ille, † qui eſt in 206
primo gradu ſucceſſionis, excluditur à ſucceſſione, non admittitur amplius; *l. 2. §. ſi ſit agnatus, Digeſtis ad Tertullian.* & *in §. ſi ſit conſanguineus*, & *§. aquiſſimum, eod. tit.* notat Barth. Socin. *in conſil. 102. num. 1. lib. 2.* & pondero etiam caſum ſingularem *in l. quidam ita in teſtamento, in princip. Digeſtis ad Trebell.* in illis verbis, *Non iam puer hoc acceperat*; & *in l. ſi plures, Digeſtis de condit. inſtitut.* ibi, *Si plures inſtitutiones ex eadem parte ſub diuerſis conditionibus fuerint, conditio quæ prius extiterit, occupabit inſtitutionem*: ad idem eſt textus *in l. cum ex filio, §. filio impuberi, ff. de vulgari*, vbi probatur, eidem in diuerſas cauſas, diuerſos poſſe ſubſtitui: & per enuntum vnius ceſſare alterius ſubſtitutionem: licet ſit communis, & recepta

concluſio,

concluſio, quod quando ſumus in conceſſione ex te-
207 ſtamento, † collata in euentum conditionis incertæ, vbi attenditur tempus conditionis euenientis, tunc cenſentur vocati omnes qui reperiuntur vocati illo tempore, quod extat conditio: licet non nati, nec concepti eſſent tempore mortis teſtatoris, ex quo teſtator intellexit etiam de natis in futurum: quam tenent Bart. *in d. l. ſi cognatis, num. 6. ff. de reb. dubiis*: & ibi Barth. Socin. *notab. 4. num. 5.* qui loquitur in primogenito, Decius *in conſ. 217. in fine.* Barth. Socin. *in conſil. 51. num. 41. lib. 4.* Pariſ. *in conſ. 88. num. 32. lib. 1.* & *in conſil. 31. num. 45. eodem lib.* Cephal. *in conſ. 318. num. 67. cum ſequent. lib. 3.* qui refert textum *in l. ſi quoque, ff. de peculio*, facit quod ſcribo infra & plenius *part. 1. quæſt. 15.* & ſupra, *hac quæſt.* & faciunt ſcripta per Molicam *lib. 3. de primog. cap. 10. num. 25. fol. 76.* Hierom. Gabr. *in conſ. 117. num. 37. cum ſequentibus* Menoch. *in conſ. 97. num. 29. lib. 1.*

Ex quibus infero notabilem intellectum ad quæſtionem ſingularem, quam diſputat Greg. Lop. *in l. 10. tit. 31. par. 3.* in gloſ. *Otorgado*, de eo ad maioratum vocauit filium maſculum ex filia, in defectum talis filij, filium naturalem legitimatum: contigit, quod venit caſus ſubſtitutionis antea quam nuberet; ad quem addendi ſunt Molin. *dict. cap. 10. num. 26. cum ſequentib.* Cephul. *in conſ. 312. num. 155. lib. 3.* Mantic. *lib. 5. de interpret. defunct. volunt. tit. 15. num. 22. pag.* 190. ſciunt ſcripta per Molin. *lib. 1. de primog. cap. 6. num. 49. fol. 50.* & *cap. 5, num. 20. fol. 32.* Hieron. Gabr. *in conſ. 130. num 9.* notanter Pariſ. *in conſil. 71. num. 1. cum ſequentib. lib. 4.* melius Socin. Iun. *in conſil. 172. per totum lib. 2.* poſt Roman. *in conſil. 134.* Simon de Pretis *lib. 5. de interpret. defunct. volunt. interpret. 2. dubit. 2. num. 104. fol. 515.* & per Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 93. num. 1. cum ſequentib. fol.* 174. & tradit notanter Carol. Ruin. *in conſil. 164. num. 3. cum ſequentib. ib. 3.* & qualiter habens facultatem eligendi ad fideicommiſſum, aliquem de familia,
208 teneatur eligere ex præſentibus, † & natis, non ex futuris, trado *in 1. part. iſtius operis, quæſt. 72. à num. 13.* pro quo facit text. *in l. ſi quis ſuo, §. legat. C. de inoffic. teſtam.* cum ſcriptis per Molin. *lib. de primogen. cap. 5. n. 53. fol. 39.* & legenda ſunt plura quæ ſcribit Tiraquell. *lib. 1. de retract. §. 1. gloſ. 9. num. 80. cum ſequent. pag. 156.* Roland. *in conſil. 70. num. 22. lib. 3.* ad quod facit doctrina *Bart.* & aliorum, *in d. l. ſi cognatus, ff. de reb. dub.* de qua *ſupra, num. 203.* & animaduerto, quod non nati admittuntur ad fideicommiſſum, quando non erant alij nati tempore quo ve-
209 nit, † & ceſſit fideicommiſſi dies: nam ſi illi nati extant, alios excludunt poſtea natos, ſecundum Paul. de Caſtro *in conſil. 247. n. 3. lib. 1.* Angel. Corneum, Fulgoſ. & Iaſon. *in l. quoties ab omnibus, C. de fideicommiſſ.* Ripa *in l. filius familias §. diui, num. 17. ff. de legat. 1.* vbi Crotus, & Pariſ. *num. 528.* Tiraquell. *dict. gloſ. 9. num. 99.* Tiber. Decian. *conſil. vlt. num. 9. lib. 1.* Federic. Scot. *in conſil. 1. tom. 1. lib. 4. num. 51.* Iacob. Beretta *conſil. 27. n. 7.* Albert. Leonin. *in conſ. 97. n. 24.* Gloſ. Pariſ. *in conſ. 1. pro Duce de Villahermoſa, num. 79.* Zanchus *in l. hæredes mei §. cum ita part. 4. n. 224. ff. ad Trebell.* Menoch. *in conſ. 413. n. 61. lib. 5.* Mantic. *de coniectur. men. defunct. lib. 8. tit. 9. num. 11. pag.* 340. & faciunt tradita per Caldam à Pereir. *in tractat. de nominat. ad emphyt. quæſt. 15. num. 9. fol.* 167. & qualiter non nati, vel concepti tempore factæ alienationis, poſſint eam reuocare, legatur Tiber. Decian. *reſpon. 60. lib. 1.* & de materia eſt doctrina Bart. *in d. l. ſi cognatus*, legenda ſunt ſcripta per Alex. vbi latè Gloſ. Pariſ. *in addition. conſ. 64. lib. 5.* Rebuff. *in cap. Raynuntius, de teſtam. n. 70. pag. 548.* Petr. Surd. *deciſ. 230. n. 4.* Ant. Peregr. *in tract. de fideicomm. art. 22. 69. fol. 202.* & per Petram *de fideicomm. quæſt. 22. num 610. pag. 325.*

Hinc etiam eſt (vt ad ſuperiora redeam) quod ſemel excluſus à patre, † à filio cenſetur excluſus, *l. ſi mater, §. ſi filius. ff. de vulgar. l. Lucius, la 2. ff. de hæred. inſtit.* notant Socin. *in d. l. ſi cognatis, ff. de reb. dub.* Ant. Gam. *deciſ. 7. num. 4.* Et iſta procedunt apud nos maiori ratione, ſtante *l. 45. Tauri.* 210

Infertur † etiam, quod ſi teſtator excluſit à maio- 211
ratu filium primogenitum habentem aliam maioratum, & vocauit ſecundogenitum, ſi maioratus perueniat ad ſecundogenitum mortuo vltimo poſſeſſore, & poſtea maior primogenitus defunctus ſit abſque liberis, ob quod maioratus perueniat ad ſecundogenitum tenentem alium maioratum, non excluditur à tali maioratu: quia conſiderari debet tempus prioris ſucceſſionis. In quo ramen exiſtimo eſſe inſpiciendam mentem teſtatoris, & rationes quas in diſpoſitione inſeruit, quæ ſtrictiſſimè eandem interpretabuntur. Quam quæſtionem vidi in practica multis præteritis annis poſtquam hoc ſcripſi: nam ſi teſtator abhorruit confuſionem maioratus, nominis, & armorum, & hæc cauſa duret poſtquam Maioratus principalis familiæ ad ſecundogenitum deuenit qui alium poſſidebat, non videtur poſſe vtrumque retinere, cum iam reperiatur proximior inſtitutori maioratus, qui tempore mortis, erat remotior non quidem gradu, ſed primogeniti qualitate, quam ſimul cum alio maioratu retinere nequit: per *l. ſubſtituti, ff. de vulgari: l. non ſine, in princ. C. de bonis quæ liber. §. proximior autem, Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* pro quibus faciunt ſcripta per Tiraq. *lib. 1. de retract. §. 1. gloſ. 9. n. 83.* Confirmatur, quia licet qualitas adjuncta verbo, debeat intelligi ſecundum tempus verbi
† iſta regula procedit, niſi ex verbis teſtatoris colligatur 212
quod etiam intellexerit in futurum, vt volunt Alciat. *conſ. 499. in fine*, Ripa *in l. centurio, n. 44. de vulgar.* Euerard. *conſ. 5. n. 20.* Roland. *conſ 39. n. 54. lib. 4.* erit igitur hoc diffinienduum ſecundum ſubjectam materiam caſuum contingentium: & hunc caſum noſtrum ſingulariter & in terminis decidit Ripa *in conſ. 13. n. 17.* & vide quæ ſcribo *ſupra, q. 4. illat. 8.* & notabiliter per eundem Rip. ſcripta *in Rubr. C. de ſecund. nupt. n. 8.* Iacob. Albenſ. *conſ. 107. n. 1. cum aliis*, vbi plura tradit Roman. *conſil. 438. n. 14.* & 10. 11. 12. & 13. text. & ibi Zaſium poſt alios *in dict. l. exiſtimo, n. 3. cum aliis pag. 485. ff. de verb. oblig.* vbi *n. 16.* ex illo textu notat, quod quamvis duæ cauſæ lucratiuæ concurrere non poſſint, *l. omnes ff. de actionib. & oblig.* ſi tamen ſuperueniens cauſa eſſet lucratiua, concurſus recipitur, & nō dicitur proprie concurſus, ſed ſucceſſus: quem textum ponderat Bar. *in l. Mæuius, §. duobus, n. 13. ff. de legat. 2.* Quod eſt notabile pro intellectu, & deciſione iſtius materiæ, & quod ſtante caſu ſupra ſcripto, repellatur à ſucceſſione maioratus, quamvis prius ſucceſſerit (qui eſt noſter caſus) tradit Ant. Gam. *deciſ. 27.* vbi *n. 7.* dicit concluſionem ſatis ſingularem in iſta materia, quod quia † ſuccedit tempore habili in maiora- 213
tu, non amittit illum maioratum propter alium maioratum ſuperuenientem; quod eſt notandum, ad filium primogenitum grauatum, quod ſi habeat alium maioratum, relinquat vnum.

Sed & ex *dict. l. omnis*, & ex doctrina Bartoli *in dict. l. Mæuius, §. duobus*, refertur alia concluſio ſingularis, quod ſi ex *l. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil.* vel ex tenore, & fundatione maioratus, filius maior non poſſit habere duos maioratus, ſed vnum, ſi fortè filius, vel filia ſecunda, quæ habuit maioratum, deceſſit abſque filiis in vita filij maioris, & non ſit alius filius, vel filia, qui ſit in eodem gradu, qui poſſit ſuccedere in maioratu, ille filius maior pro vita ſua habebit illum maioratum, & poſt eius vitam filius ſecundus, vel filia ſecunda: quod eſt memoriæ mandandum. Ad hoc facit, quod quamvis filius efficiatur ſui iuris ob aliquam qualitatem ſuperueni entem, non ceſſat vſusfructus, quem pater habebat in maternis aduentiis, *authent. ſed Epiſcopari, C. de Epiſcop. audien.* cum *ſimilib.* vt per Pinel. *l. 1. C. de bon. matern. par. 1. n. 4. fol. 35.* vbi etiam

n. 43. reſoluit punctum, ſi filius familias efficiatur
214 Clericus, † an poſſit teſtari de vſufructu qui patri competebat: ad quem addo Tellum *in l. 5. Tauri. n.* 4. Molin. *lib. 1. de primogen. cap.* 19. *num.* 28. *fol.* 150. qui etiam refert Suarez *in quæſt. Maioratus, n.* 37. & alios, & Didac. Perez *in l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordinam.* Barahon. *in addition. ad* Ioan. Lop. *cap. per veſtras, de donation. inter vir. & vxor. in Rubr.* §. 42. *in additione*, quæ accipit, *Quod ſi pater, pag.* 142. Et ad prædictas & ad dict. *l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recop.* legenda ſunt omnino quæ ſcribit Menoch. *in tract. præſumpt. lib.* 4. *præſump.* 93. *n.* 7. *fol.* 174. Cephal. *in conſ.* 312. *num.* 82. 91. 107. *lib.* 3.

Ex quibus etiam deducitur verùm eſſe quoddam dictum Gloſ. Pariſ. *in conſuetud. Pariſienſ.* §. 16. *num.* 12. *fol.* 175. vbi contra Hieron. Cagnol. *in repetit. l.* 2. *C. de reſcindend. vend. quæſt.* 16. decidit, quod ſi aliquis vendidit hæredium ſuum, ſub pacto quod ſemper teneretur retrouendere venditori, & eius hæredibus maſculis, ſi venditor deceſſerit relicto hærede maſculo, qui ante redemptionem deceſſit relicta filia hærede; non competit tali filiæ ius redimendi, quia transmiſſio ſiue tacita, ſiue expreſſa de re, vel de iure affecto & limitato ad habentem certam qualitatem, non poteſt etiam per expreſſam ceſſionem fieri ad eum qui caret tali qualitate: refert notata per Albertum Brunum *in conſil.* 80.

Et ex iſtis infertur, quod ſi contingat, fœminas excluſas eſſe à maioratu per teſtatorem, extantibus maſculis etiam remotioribus; & maioratus perueniat ad aliquem vocatum, excluſa filia vltimi poſſeſſoris, contra diſpoſitionem *l.* 40. *Taur.* & poſtea iſte maſculus non habeat niſi vnam filiam, & defunctus fuit abſque
215 liberis maſculis, non debet præferri illa filia, † quæ ſemel propter maſculum, excluſa fuit, alteri filiæ vltimi poſſeſſoris: & qui poſtremus obtinuit maioratum, tam ex ratione prædicta, quia ſemel fuit excluſa per potentiorem maſculum, & illum qui potiora iura obtinebat, & iam redintegrari non poteſt, vt fundatum eſt; quam ex diſpoſitione *d. l.* 40. per quam filius vltimi poſſeſſoris præfertur omnibus: & idem eſt in filia, vt ſupra dixi à *n.* 4. Ad quæ addo notabilem doctrinam Anchar. *in conſ.* 118. *Viſis, & diligenter ruminatis*; vbi vult, quod ſi pater eſt inueſtitus pro ſe, & filiis maſculis, & fœminis, & poſtea fœminæ per ſtatutum inhabilitarentur ad emphyteuſim, filia, mortuo patre, excluditur; de qua doctrina dubitat Felin. *in c. vlt. n.* 2. *verſ. eſt verum, de conſtit.* qui alia ſingularia ad propoſitum ſcribit: ad quæ addo eundem Felin. *in d. cap. vlt. n.* 11. *verſ.* 2. *monuetur*, vbi citat Bart. *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.* dicentem, quod ſtatutum præferens maſculum fœminæ in ſucceſſione ab inteſtato, non habet locum, ſi is de cuius ſucceſſione agitur, mortuus eſt ante ſtatutum, licet fœmina nondum habuiſſet portionem ſuam ante ſtatutum: & ibi etiam Felin. *n.* 3. refert Bart. *in l.* 1. §. *fin. ff. ad Tertullian.* dicentem, quod ſi filia diuiſerat cum fratribus bona patrimonialia, ſi ſtatutum non exprimat etiam præterita, non extenditur ad bona diuiſa.

Eſt tamen animaduertendum, quod fœmina ſemel
5 excluſa propter maſculum, † admitti debet ad ſucceſſionem maioratus non extantibus filiis, vel filiabus vltimi poſſeſſoris, & vbi non extat alia proximior conſanguinea. Nec quicquam refert, quod ſemel excluſa fuerit: quia excluſio intelligitur rebus ſic ſtantibus: & ceſſante cauſa excluſionis, excluſio ceſſare debet: *d. l. ſi inſtituta*, §. 1. *ff. de inoffic. teſtam.* cum concordan. quæ ſupra ſcripſi, & latius *in* 1. *part. huius operis, quæſt.* 89. quod etiam tradit Molin. *lib.* 1. *de primogen. cap.* 6. *num.* 22. *fol.* 44. & *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 72. *fol.* 43. & pro hac ſententia faciunt quæ ſcribit Bolognin. in quodam maioratu Hiſpaniæ *conſil.* 62. vbi per plura probat, quòd excluſus vno modo, admittitur ex alio, quando fideicommiſſum eſt perpetuum; & hoc eſt tenendum, licet non beneſe expediat, Ludou. Peguera *in lib. feudali, in verſic.* Semblant, *n.* 22. *fol.* 57. Et pro iſta concluſione facit egregium conſilium Pariſ. 22. *n.* 19. *lib.* 1. & *in conſil.* 23. *n.* 53. & 54. *eod. lib.* vbi vult eleganter in iſta materia, quod licet in ſucceſſionibus feudalibus, fœmina per maſculum excluſa, ſemper cenſeatur excluſa (vt traditum fuit) tamen iſta regula non procedit in aliis ſucceſſionibus, adeò vt fœmina ſemel excluſa à ſucceſſione patris propter fratrem, non cenſeatur excluſa à ſucceſſione eiuſdem fratris. Ad quod lector animaduertat: quia vidi in practica in negotio maximi momenti: & ad Pariſium addo Gozad. *in d. conſil.* 8. *n.* 52. & quæ nouiſſimè tradit *Caldas Pereir.* vbi hoc citat, *de nomina. emphyt. quæſt.* 24. *n.* 90. *fol.* 191. latè *Cephal.* in quodam maioratu Hiſpaniæ ſuper ſucceſſione ſtatus de Alburquerque *in conſ.* 251. *n.* 93. *lib.* 2.

Excludit tamen maſculus ſuperueniens fœminam, vbi erat iam conceptus, & geſtabatur in vtero tempore quod defunctus † fuit vltimus poſſeſſor: quia 217
talis pro nato habetur, *l. qui in vtero, ff. de ſtatu hominum: l. antiqui, ff. ſi pars hæredit. pet.* quod latius confirmari poteſt ex pluribus quæ ſcribo *in* 3. *par. huius operis, quæſt.* 2. *num.* 1. cum aliis: Et hanc ſententiam quod poſthumus ſuperueniens repellat fœminam, quæ ſemel poſſeſſionem primogenituræ accepit, tenet in terminis *Tiraquell.* licet quod nihil vrgeat, referat, *in tract. de primogen.* 10. *num.* 26. *pag.* 113. & idem voluit *Peralta*, non relato Tiraquell. *in dict. Rubr. num.* 123. *pag.* 76. *col.* 1. *Viſis itaque*: imò etiam fœmina ſuperueniente filia vltimi poſſeſſoris, excludit fœminam, & etiam maſculum quando geſtabatur in vtero tempore mortis patris: ad quod facit doctrina Rebuff. *in l. proximus* 92. *pag.* 557. *ff. de verb. ſignific.* vbi dicit, quod poſthumus cum naſcitur, dicitur proximior ad retractum: Et vbi teſtator vocat 'primogenitos filiorum Titij, an intelligatur de eo qui eſt
† primogenitus tempore conditionis exiſtentis, tradi- 218
tur per Roman. *conſil.* 438. *In cauſa conſultationis*: latius per Tiraquell. *in tractat. de primogen. quæſt.* 62. *eund. lib.* 1. *de retract.* §. 1. *gloſ.* 9. *num.* 95. & 98. & regulariter quando attenditur finis, vel principium, lege magiſtrales doctrinas Euerardi *loco* 100.

Et antea quam hunc articulum concludam, ſciendum eſt, quod ſi teſtator ordinauit, vt ſi poſſeſſor bonorum maioratus alienaret res maioratus, ipſo iure in ſequentem dominium bonorum maioratus tranſiret, & aliquis poſſeſſor res maioratus alienauit, & eo tempore ille qui alienationem fecit, filiam tantum habebat, & poſt alienationem factam, maſculum procreauit; † talis maſculus non excludit fœminam, cui ipſo 219
iure dominium quæſitum fuit. Et ad hæc eſt egregium conſilium *Pauli Caſtrenſ.* quod lector legat, 238. *lib.* 2. & reſoluit Gloſ. Pariſ. 1. *part. conſuetud. Pariſ.* §. 30. *num.* 176. *fol.* 252. poſt Bald. *conſ.* 9. *lib.* 3. ſecundum veterem impreſſionem, & ſecundum nouam *conſ.* 9. *lib.* 1. & hoc etiam in terminis tenet Gloſ. Pariſ. *conſ.* 1. *pro Duce de Villahermoſa, num.* 68. & faciunt ſcripta per Simonem de Pretis *lib. de interpretand. defunct. volunt. ſolut. vltim. num.* 16. *fol.* 338. quod in ſpecie maioratus decidit, & probat Suarez *dict. allegat.* 27. *verſic. Tertiò quia tempore*; vbi reſoluit, quod ſi filio ſpurio inſtituto in maioratu, in quo inſtitutio non valuit, naſcatur filius poſt mortem patris, & inſtitutionem; talis filius eſt incapax, & propter eius non ſunt amouenda bona à ſubſtituto. Et hoc eſt tenendum; quicquid teneat doctiſſimus Molina *lib.* 3. *de primogen. cap.* 10. *num.* 44. *folio* 78.

SVMMA

SVMMARIVM.

220 *Fœmina excluſa à maioratu, cenſentur excluſi deſcendentes ex illa.* & num. 221.
222 *Excluſio vnius gradus arguit excluſionem ſequentis ex illo.*
223 *Subſtitutum de agnatione nepotis ex fœmina an excludat.*
224 *Infecta radice, omnia quæ ab ea procedunt, dicuntur infecta.*
225 *Doctrina* Baldi, *quod quando maſculus vult ſuccedere ex perſona propria, non obſtet eè perſonæ matris, examinatur.* & num. 226.
227 *Succedens per repræſentationem an ſuccedat ex perſona propria.*
228 *Nepos ex filia an dicatur deſcendere per virilem ſexum.* & num. 229. 230. & 231.
232 *Deſcendens ex fœmina an dicatur deſcendere per virilem ſexum, vbi non agitur de ſucceſſione maioratus, ſed de iure patronatus, aut alijs ſimilibus rebus.* & num. 244.
233 *Fœmina poteſt habere iuſpatronatus.* & num. 234. 236. & 237.
235 *Statuta excludentia fœminas ſunt facta ad conſeruandas agnationes.*
238 *Ratio conſeruandæ agnationis vbi ceſſat, nepos ex fœmina dicitur deſcendere per virilem ſexum.* & num. 239
240 *Fœmina ſi prius ſit nominata*, maſculorum *appellatione* veniunt deſcendentes ex fœminis.
241 *Fœmina ſuccedere poteſt in feudo, quando fœmina fuit à principio inueſtita.* & num. 244.
242 *In bonis dotalibus prouenientibus à matre an cenſeatur fœmina ad primogenituram vocata.*
243 *Princeps fœminam inueſtiendo non videtur agnationem reſpexiſſe.*
245 *Fœmina ob ſimilitudinem ſexus non minus videtur diligere fœminam quam maſculum.*
246 *Et ſi inſtituerit maioratum non videtur fœminas excludere.* num. 247. *Et quid in feudo, quando fœminam in certam quantitatem inſtituit.* num. 265.
248 *In vocationibus maioratuum ſemper eſt conſiderandum ad quid teſtator conſiderationem habuit.* & num. 252. & 267.
249 *Subſtitutio ſi fiat ſub hac conditione*, ſi deceſſerit, ſine filiis maſculis, *maſculorum appellatione veniunt maſculi nati ex fœminis. Et quid in feudo?* num. 300.
250 *Subſtitutio facta de filia & eius deſcendentibus maſculis, & inſtitutio facta de cognatis extraneis qualiter differant.*
251 *Infertur intellectus ad* l. 1. §. fin. ff. de iure immunit.
253 *In omni materia attenditur quod principaliter agitur.*
255 *Cùm duo ad regimen alicuius Hoſpitalis præſentantur, ſenior præfertur.*
256 *Proximior maior ætate qualiter in maioratu debeat præferri.*
257 *Maior dicitur qui eſt maior ætate.*
258 *In fœminis non eſt ita recta & exacta adminiſtratio ſicut in maſculis.*
259 *Maritus maior ſupplet ætatem mulieris minoris.*
260 *Patroni ſi diſcordant in præſentando, vox maſculi præfertur.*
261 *Commiſſione facta maſculo & mulieri vt nominent aliquem ad maioratum, ſi diſcordant, maſculi votum præfertur.* & num. 263.
262 *Virorum officium eſt res externas adminiſtrare.*
264 *Fœminæ fragiles ſunt conſilio, & contra propria commoda ſæpè laborant.*
266 *Fœmina excluſa à iure patronatus, qualiter eius filia excluſa cenſeatur.*
268 *Teſtator cùm ſolam maſculinitatem conſiderauit, maſculus ex filia admittitur.*
269 *Maioratum faciens ſi prius maſculos vocauerit, & vocet filios ex aliqua filia, veniunt maſculi ex fœminis; quod dupliciter limitatur.* & num. 271.
270 *Vnum & immediatè dicitur illud, quod naturali ſanguine continuatur, & an actus neceſſitate factus inferat conſenſum.* num. 272.
271 *Actum ex neceſſitate faciens, fraudem an dicatur committere.*
273 *In ſubſtitutionibus & vocationibus ordo vocationum ſeruari debet: & ibi* & num. 281. *qualiter expreſſum faciat ceſſare tacitum.*
274 *Vnum non continetur ſub altero, quando de pluribus diſcretiuè loquitur.*
275 *Fœminæ cùm ſuper maioratu litigant, proximior qualiter præferatur.*
276 *Fœminæ ſi litigent in eodem gradu exiſtentes, præfertur nata ex maſculo: & ibi* Peraltæ *dictum pro intellectu text.* in l. 40. Tauri *examinatur.*
277 *Deſcendentes ex maſculis fœminarum qualiter dicantur deſcendere per lineam maſculinam.*
279 *Voluntas teſtatoris in ſubſtitutionibus eſt regulanda ſicut in inſtitutionibus.*
280 *A prima inueſtitura reliquæ poſteriores ſumunt interpretationem.*
281 *Conſtitutio primogenituræ reſpectu primi interpretatur ſecundum primogenituram reſpectu tertij.*
282 *Onus impoſitum perſonaliter poſt aliquot hæredum gradus, iniunctum omnibus gradibus præſumitur.*
284 *Teſtator videtur eos in ſubſtitutione coniunxiſſe, quos in inſtitutione coniunxit.*
285 *Neptis ex filio ſubſtituta an excludat patruum.*
286 *Sanguinis continuatio facit, quod idem per rerum naturam ſit & vnum.*
287 *Ex grauamine vni iniuncto alius grauatur.*
288 *Electio per feudatorem maioratus commiſſa an extinguatur in primo ſucceſſore.*
289 *Clauſulæ quæ tendunt ad perpetuitatem maioratus in omnibus vocationibus repetitæ cenſentur.*
290 *Legatum quando cum eiſdem conditionibus tranſlatum præſumatur.*
291 *Prohibitio alienationis non expreſſa cauſa, videtur facta in fauorem eorum, quorum facta fuit prima prohibitio.*
292 *Doctrina quædam* Curtij Iunioris *circa fœminarum excluſionem examinatur.*
293 *Subſtitutio an ſit propriè inſtitutio.*
294 *Authoris ſententia.* & num. 296.
295 *Subſtitutus inſtituti naturam in totum non ſequitur.*
297 *Gradus attenduntur in ſubſtitutionibus, ſicut in inſtitutionibus.*
298 *Subſtitutio non regulatur ab inſtitutione, quando inſtitutio fuit inualida.*
299 *Teſtator magis videtur diligere inſtitutum quam ſubſtitutum.*
301 *Verba*, perpetuò, & continuò; *qualiter differant.*
302 *Vna ſubſtitutio non recipit interpretationem ab alia, quando habet diuerſas conditiones & qualitates.*
303 *Teſtator ſi vocet ad maioratum nepotes filiorum maſculos, & illorum deſcendentes in infinitum, maſculi vocati cenſentur.* & num. 304. & 309.
305 *Dilecti in inſtitutione cenſentur prædilecti in ſubſtitutionibus.*
306 *Filius in ſubſtitutione grauatis cenſetur etiam nepotes grauati.*
307 *Expreſſum in vno capite ſtatuti, in alio cenſetur expreſſum.*
308 *Qualitas in vna oratione appoſita qualiter in alia repetita cenſeatur.* & num. 310. & 352.
311 *Conditio poteſtatiua cenſetur repetita in perſona ſubſtituti præcedentis, quid in conditione caſuali, ibi.* & num. 312. & 320.
313 *Prohibitio de non alienando facta filiis an ad nepotes*

potes extendatur. & num. 317. *Sententia negans.* & num. 314. *Authoris opinio.* num. 315.
316 *Infertur intellectus ad* l. 27. Tauri. *&* num. 318.
319 *Doctrina quadam* Gregorij Lopez *circa primo loco vocatum à conditore maioratus, sub amissionu pœna si testamentum non adimpleat.* & n. 324.
321 *Conditiones in maioratibus debent esse vniformes & perpetuæ in omnibus successoribus.* & n. 323.
222 *Et sunt infixæ non solum personis vocatis, sed etiam rebus.*
Post num. 324. inuenies alia summaria, quæ incipiunt à num. 315.

DEinde in hac materia de controuersia inter masculos & fœminas circa successiones maioratuum, scienda est illa regula generalis, quod excluſa fœmina à maioratu; excluſi censentur descendentes ex illa,
220 † licet sint masculi: quæ fuit sententia Bartoli *in l. liberorum, num.* 14. *&* 16. *ff. de verb. sign.* & *in l.* 2. *§. videndum, in fine ff. ad Tertull.* & aliorum plurium quos refert Arias Pinel. *in d. l.* 4. *C. de bon. matern. part.* 1. *num.* 19. *fol.* 66. quem citat Burſat. *in conſil.* 1. *num.* 139. Cald. Pereir. *in tract. de nominat. ad emphyt. quæſt.* 19. *num.* 37. *fol.* 211. notanter Lopez, *in Rubr. de donation. inter virum & vxor. §.* 69. *num.* 26. *pag.* 260. Cald. Pereir. *in* 3. *parte, de poteſt. eligen. fol.* 36. licet contrarium concludat Aluar. Velaſc. *de iure emphyt. quæſt.* 41. *num.* 5. *cap.* 15. *num.* 30. notat Chaſſanæ. *in conſuetud. Burgund. Rubr.* 3. *num.* 70. *fol.* 113. *col.* 2. Deci. *in conſil.* 484. *num.* 2. Aymon. Crauet. *in conſil.* 127. *num.* 3. *&* 184. *num.* 2. Gregor. Lop. *in l.* 3. *tit.* 13. *par.* 6. *in gloſ. in verbo, Mugeres, fol.* 89. *col.* 1. *in fine, & in princ. fol. ſequent.* Coſta *in lib. de patruo, & nepote, par.* 3 *num.* 4. *pag.* 442. *col.* 1. Carol. Ruin. *in conſil.* 18. *num.* 9. *lib.* 3. Menoch. *in conſ.* 172. *num.* 20. *cum ſequent. lib.* 2. *& in conſil.* 318. *num.* 21. *lib.* 4. Corſetus *in tract. de poteſt. Regia quæſt.* 65. *par.* 4. *num.* 29. notanter Peralta qui hoc rectè fundat *in d. Rubr. de hæred. inſtit. num.* 125. *pag.* 81. *col.* 2. *cum aliis*, notat Molin. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 41. & vide *eum lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 38. *fol.* 38. Ant. Gabr. *tom.* 2. *commun. tit. de verb. ſign. concl.* 1. *num.* 22. *pag.* 336. Cald. Peir. *de nominat. ad emphyt. quæſt.* 17. *num.* 52. *fol.* 192. Mantic. *lib.* 11. *de coniectur. men. defunct. tit.* 15. *num.* 3. *pag.* 544. Montaluus qui etiam loquitur in maioratibus Hiſpaniæ *in lib. fori, tit.* 3. *fol.* 12. *col.* 2. Celſus *in conſil.* 26. *num.* 44. Ant. Theſaur. *deciſ. Pedem.* 146. *num.* 2. nouiſſimè Ant. Peregr. *in tract. de fideicommiſſ. artic.* 26. *num.* 1. *cum ſequentib. fol.* 246. ad iſta legendus, & *in artic. ſequent.* & ideo
221 ſi filij maſculi fuerint ſubſtituti, † nepotes ex filia concepti non debent admitti: & communem dicunt Dec. *in conſil.* 239. *num.* 5. Aymon. *conſil.* 22. *num.* 10. tradit. Franciſc. Mantic. *lib.* 8. *de coniectur. men. defunct. tit.* 8. *n.* 23. *pag.* 336. quibus addo egregiam doctrinam Cyni *in Authent. poſt fratres, C. de legitimis hæredibus, fol.* 285. quare inquit Raphael Cuman. *in conſ.* 117. quod excluſa ſorore non admittitur nepos ex ea, quia ex inhabili radice emanauit, & vide eundem *in conſil.* 86. *col.* 2. & dicit Bald. *in cap. quemadmod. feud. ad filiam pertineat, num.* 3. *fol.* 28. quod ſi ſtatutum dicit, quod fœmina non ſuccedat, ſtantibus maſculis parentibus vſque ad quartum gradum, intelligitur de parentibus maſculis agnatis, & non de cognatis. Quod dictum refert, & confirmat Barthol. Socin. *in conſ.* 31. *n.* 6. *lib.* 1. vbi *n.* 4. tradit quod excluſio vnius gra-
222 dus, † excluſionem inducit naſcentibus ex illo: per *l. ſi quis filium, Cod. de inoffic. teſtam.* & alia iura, & idem *conſil.* 28. *num.* 24. *lib.* 4.

Quæ concluſio maximè procedit vbicunque teſtator poſt lineam maſculorum, & deſcendentium maſculorum, vocauit, & ſubſtituit extraneos maſculos: quia tunc nullatenus comprehenduntur maſculi deſcendentes ex fœminis, vt neruosè tradit Auguſtin. Beroi.
223 *in conſil.* 116. *num.* 9. *lib.* 2. & † quod quando ſubſtitutus, eſt de agnatione, quod nepos ex filia non excludat ſubſtitutum: quia durat idem fauor, & propter alias rationes concludunt Bald. *in Auten. ſi quas nuptias, in fine, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Angel. *in l. ſed ſi hæc, §. liberos, ff. de in ius vocand.* & alij plures quos citat Alex. Trentacinq. *in tractat. de ſubſtitut. par.* 4. *cap.* 7. *num.* 10. *fol.* 137. ad iſta omnino legendus. Et infecta radice, omnia ſequentia quæ ab ea procedunt, † cenſentur eſſe corrupta, *dict. l. liberorum*, notat idem Socin. *conſ.* 241. *num.* 7. *lib.* 2. & dictum Baldi refert etiam & confirmat Alex. *in conſ.* 188. *num.* 3. *lib.* 6. vbi *num.* 22. tractat de ſtatuto excludente fœminas, donec extarent maſculi, & aliqui de deſcendentibus ex eiſdem, vbi vide *Gloſ. Par.* & quæ ſuprà dico: & idem quod Bald. voluit etiam Angel. *in conſ.* 281. Aſania *in conſ.* 4. *col.* 2. Deci. *in conſ.* 573. *col. vlt.* Alciat. *lib.* 1. *de verb. ſign. pag.* 9. 224

Ex quibus dubitabilis videtur ſententia Baldi *in authent. ceſſante, C. de ſuis & legit. hæred.* exiſtimantis quod quando maſculus vult ſuccedere ex perſona propria, † non obſtet ei perſona matris: contra 225
quem ibi iuſtè tenet Aretin. per text. *in cap.* 1. *§. qui feud. dare poſſunt*, & ante eum Ioan. Andr. *in cap. Apoſtolicæ, de re iudic. in* 6. idem Bald. *in l.* 1. *ff. de Senat.* Barth. Soc. *in l. Gallus, §. nunc de lege Velleæ, n.* 5. *ff. de liber. & poſth.* & facit doctrina Bald. *in l. pactum, C. de collation.* referenda: & ad hoc reſoluere licebit etiam ex doctrina Bart. *in l.* 1. *§. ſi ſit nepos, ff. de collation. dot.* & *in l.* 1. *§. ſi ſit filius, ff. de coniungen. cum emancip. liber.* & *in l. ſi auus*, vbi Bald. Salicet. Alex. Aretin. & Iaſon. *C. de liber. præter.* & Iaſon. *in conſil.* 320. *col.* 3. *verſ. confirmatur quia licet, lib.* 2. Auguſt. Beroi. *in conſ.* 120. *num* 82. *lib.* 2. Tell. *in l.* 6. *Tauri, num.* 60. Tiraquell. *in tractat. de primog. quæſt.* 40. *num.* 119. *pag.* 290. & *num.* 122. & *quæſt.* 13. *num.* 3. *pag.* 119. Ant. Gabr. *lib.* 4. *commu. opin. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. concl.* 1. *num.* 26. *pag.* 265.
qui omnes reſoluunt, † an nepos poſſit ſuccedere ex 226
perſona propria vbicumque pater, vel mater excluſi ſunt: quod etiam tractat Coſta *in d. quæſt. de patruo & nepote, par.* 3. *n.* 45. *verſic. poſtremò grande illud argumentum, pag.* 443. Menoch. *conſ.* 172. *num.* 19. *& 38. lib.* 2. idem Menoch. *in conſ.* 318. *num.* 29. *lib.* 4. vbi reprobat doctrinam Bar. *in l.* 1. *§. ſi ſit nepos, ff. de collatione dotis*; & *in dict. conſil.* 172. *num.* 24. & iterum, *num.* 38. *lib.* 2. Ant. Peregr. *in tract. de fideicomm. artic.* 27. *num.* 9. *fol.* 251. & etiam egregium conſilium Cephali *conſil.* 431. *num.* 26. *lib.* 3. & Menoch. *conſ.* 201. *num.* 96. *lib.* 3. Ant. Gam. *deciſ.* 385. *num.* 1. Gloſ. Pariſ. *in conſuet. Pariſ. par.* 1. *§.* 22. *n.* 103. *fol.* 197. vbi ponit
regulam, † quod ſuccedens per repræſentationem, nun- 227
cedit ex perſona propria, non iure tranſmiſſionis: & eſt receptior doctrina Bartholi *in dict. l. ſi auus*; ſecundum Burſat. *conſil.* 67. *num.* 24. *lib.* 1. vbi refert contrarium tenentes: & quod filia non poſſit patrem repræſentare, quia in ea non reperitur qualitas maſculinitatis, ſæpè dicit *Bart.* in hac materia, vt teſtatur Alex. *in conſil.* 53. *num.* 6. *lib.* 4. qui ad hoc etiam citat Rainerium, & Fulgoſ. *in l. venia, C. de in ius vocan.* tradit Curtius Senior *in conſ.* 63. *num.* 14. vnde etiam venit, quòd licet neptis ex filio dicatur deſcendere per virilem ſexum, non tamen nepos ex filia, † ſecundū Gloſ. 228
in d. l. Gallus, §. nunc de lege Vellea, in verbo, tametſi, ff. de liber. & poſth. quem ſequuntur ibi DD. communiter, & Epiſc. Cou. *in c. Raynald. in princ. n.* 13. *in fine, de teſt.* Peralt. *in dict. l.* 88. *In cauſa Tridentina, num.* 5. quem ſupra ad aliud propoſitum retuli, Socin. Iun. *in conſ.* 30. *num.* 51. *lib.* 1. Alexand. *conſil.* 125. *num.* 4. *lib.* 7. Hyppolyt. *in ſingular.* 133. Alexand. *in conſil.* 53. *num.* 2. *&* 5. *libro* 6. Decium *in conſil.* 319. *num.* 2. *&* 3. Et in hoc puncto elegantem diſtinctionem, & regulam tradit Gloſ. Pariſ. omnino videnda *part.* 1. *conſuetud. Pariſ. §.* 16. *fol.* 182.
num. 1.

num. 1. *cum aliis*, Franciſc. Mantica *lib.* 8. *de coniectur. mente defunct. tit.* 11. *num.* 9. *pag.* 383. & plura ſcribit Auguſtinus Beroius *in conſ.* 77. *per totum, lib.* 2. Quibus iungo nouum dictum Gregorij Lopez *in l.* 2. *tit.* 8. *part.* 4. *in gloſ. in verbo, Linea de parenteſco*, vbi dicit, quod quando teſtator vocauit ad fideicommiſſum *lineam virorum*, ſeu dixit, *fideicommiſſum vadat per lineam virorum*, tunc dicitur quod nullatenus compre-
229 henditur fœmina, cum ipſa non ſit † in linea virorum: citat textum *in l. pronunciatio, §. familiæ, ff. de verborum ſignif.* pro qua opinione faciunt quæ ſcribit Franciſcus Mantica *dict. tit.* 11. *lib.* 8. *num.* 7. & ſcripta per Menochium *in conſ.* 205. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 3. Quibus addè Campegium *in tract. de dote, part.* 5. *quæſt.* 41. *fol.* 120. vbi eleganter loquitur, & confirmat Menochius *in tract. præſumption. lib.* 4. *præſumpt.* 91. *num.* 6. *fol.* 173. Et pro illo dicto *Gregorij Lopez* facit bona doctrina Baldi *in l. pactum, num.* 13. *fol.* 47. *C. de collation.* vbi dicit, quod quando vitium eſt in linea inſucceſſibili, non in ſola matre excluditur nepos: & idem iudicamus de principio principianti, quod de his quæ ex principio ſequuntur, vt per *l. maritus, C. de procurator.* & alia probat Curtius Iun. Et an admittatur fœmina deſcendens ex maſculo in maioratu facto de deſcendentibus per lineam maſculinam, tradit Molina *libro* 3. *de primogen. dicto cap.* 5. *num.* 69. *folio* 42. ad quem addo Cephalum *in conſ.* 251. *num.* 3. *libro* 2. *& in conſil.* 600. *num.* 31. *lib.* 4. quod conſuluit Pariſius in ma-
ioratu Hiſpaniæ *in conſ.* 72. *num.* 95. *libro* 4. vbi vult, 230
quòd quando diſpoſitio vocat maſculos, fœmina † non dicitur deſcendere per lineam maſculinam: & legenda ſunt quæ ſcribit Petrus Barboſa *in l. quia tale, num.* 39. *pagina* 320. *ff. ſoluto matrimonio, tom.* 2. & in hac materia adde notanter Bartholom. Socinum *in conſ.* 51. *num.* 6. *lib.* 1. qui dicit, quòd conſultus fuit per doctiſſimos viros, quòd ſi teſtator inſtituit filios ſuos maſculos, adjiciens ſe velle, quòd hæreditas ſua vadat de vno in alium deſcendentem per lineam maſculinam, & deceſſit vnus ex filiis, nullo ex ſe maſculo relicto; ſed vna fœmina relicta, ſuperſtitibus fratribus inuicem ſubſtitutis; fuit conſultum, quòd filia illius mortui excludit fratres: quia dicitur de deſcendentibus per lineam maſculinam: quod tamen hodie ceſſat, vt opinatur Molina *lib.* 1 *de primogen. capit.* 6. *num.* 37. *fol.* 48. vbi in hoc ſequitur Paulum de Caſtro *in d. l. maritus, num.* 5. *C. de procurator.* & alios plures quos citat: & opinio *Pauli de Caſtro* eſt communior ſecundùm plures, quos citat Menochius *in conſilio* 205. *num.* 20. *libro* 3. dicentes, hanc eſſe communiorem opinionem: & hoc latè ſuſtentat contra *Pinellum, Iaſonem*, & alios: & idem repetit ipſe Molina *libro* 3. *dicto cap.* 5. *num.* 69. *folio* 42. & *libro* 1. *capit.* 6. *num.* 38. *folio* 48. qui tandem loquitur in caſibus, in quibus ratio conſeruandæ agnationis adiecta eſt; quia in tali caſu, ſi vocentur deſcendentes per lineam maſculinam, non compre-
231 henditur † fœmina à maſculo deſcendens: pro quo facit reſolutio Pariſij *in conſilio* 72. *num.* 95. *lib.* 4. vbi tradit, quòd licèt fœmina dicatur deſcendere ex linea maſculina, & dicatur agnata, & de familia, fallit niſi diſpoſitio vocet maſculos: & Paulum de Caſtro contra Alexandrum ſequitur Caldas Pereira *in tractatu de nominatione ad emphyteu. quæſt.* 24. *num.* 92. *fol.* 292. Et eſt etiam notandum quòd quando teſtator in ſua diſpoſitione fecit mentionem de deſcendentibus maſculis, ex quo non veniunt deſcendentes fœminæ, non veniunt etiam deſcendentes maſculi ex fœmina: quod patet ex prædicta doctrina *Bartoli*, & aliorum, & tenet Ioan. Andr. *in rubr. de teſtament.* & alij, vt per Bartholom. Socinum *in conſilio* 251. *num.* 9. *libro* 2. de quo lector videat elegans *conſilium* Caroli Ruini 49. *per totum, lib.* 1. ad quod alios citat Menochius *in tractatu de præſumption. lib.* 4. *dict. præſumpt.* 91. *num.* 5. *fol.* 273. Et iſtis eſt addendum, quòd ſi excluſa eſt vna perſona
propter defectum conditionis, excluſi cenſentur deſcendentes ex ea, ſecundùm Decium *conſil.* 424. *num.* 20. per regulam *d. l. ſi viua matre, C. de bon. matern.* De quo legenda ſunt quæ ſcribo *ſupra, hac part. quæſt.* 4. *illation.* 8. *&* 4. *part. q.* 19.

In hac etiam materia animaduertendum eſt, quòd vbicumque teſtator in diſpoſitione per eum facta, licèt maſculos vocauerit, & deſcendentes per lineam maſculinam; † non tamen tractat de conſeruatione fami- 232
liæ, vel agnationis: & actus de quo agit, hoc non requirit, ſed tractat, vt id quod ordinat, rectius exequatur, & cum perfecta diligentia; vtputà, quando reliquit alicui, & ſuis deſcendentibus primogenitis ius patronatus cum onere quod dicantur certæ Miſſæ, vel fiat aliquod opus pium pro anima teſtatoris, tunc videtur quòd ſi teſtatoris diſpoſitio non ſit manifeſta circa excluſionem fœminarum, excluſæ non cenſentur. Nam fœmina poteſt habere † ius patrona- 233
tus in Eccleſia ſecundùm Abbatem *in cap.* 1. *& in cap. à nobis, in principio, de iure patronatus*, & alios quos referunt Caſſador. *deciſ.* 1. *de iure patronatus, num.* 4. Decius *in l. fœmina, num.* 42. *ff. de regul. iur.* Lambertin. *de iure patronatus. libro* 1. *folio* 62. *num.* 30. & ſucceſſio iuris patronatus pertinet regulariter ad fœminas ſicut ad maſculos, vt tradit Cæſar Lambertin. *in tract. de iure patronatus, lib.* 1. *part.* 2. 2. *quæſt. principal. nu.* 5. *fol.* 129. *&* 10. *art.* 2. *quæſtionis principal. in eiſdem lib. par. & quæſt. num.* 1. *fol.* 136. ad quem addo Caſſador. *deciſ.* 1. *tit. de iure patronatus, num* 4. *pagina* 4-9. *in deciſion. Canonicis*: & poteſt eſſe executrix, *l. à filio, in principio*, vbi Bart. *ff. de alimen. legat.* Gloſ. *in cap.* 2. *de teſtament.* latè Decius *in l. fœmina, num.* 21. *ff. de regul. iur.* & alij: & Calderin. *in conſil.* 4. *titul. de iure patronatus*, conſuluit, quòd ſi aliquis per teſtamentum reliquit ius patronatus fratribus ſuis, & hæredibus maſculis, quibus deficientibus ſubſtituit Epiſcopum, quod nihilominus deficientibus maſculis, † filia fœmi- 234
na teſtatoris & hæres admittitur ad præſentandum: quod latè confirmat Curtius Iun. *in conſ.* 33. *num.* 24. *cum ſequent. lib.* 2. qui ad hoc refert Anchar. *in conſil.* 80. eſt *conſilium* 81. quòd dictum Calderini refero *in part.* 1. *quæſtione* 15. & expreſſum pro iſta ſententia: de quo conſilio Ancharrani latè agit Lambertinus *in tractatu de iure patronatus, libro* 1. *part.* 2. *articulo* 5. 2. *quæſtione principal. num.* 1. *cum ſequent. fol.* 132.

Et quòd fœmina nupta admittatur ad ius patronatus, ad quem vocatus eſt antiquior de familia, tradit eleganter Hieronym. Gabriel. *in conſ.* 195. *num.* 3. quod eſt notabile. Et arguere in hoc propoſito poſſumus à ratione ceſſante diſpoſitionum excludentium fœminas, & maſculos admittentium, † quæ fundantur in con- 235
ſeruatione agnationum, vt patet ex *dicto §. familiæ, l. cum legitimè, ff. de ſtat. homin.* notat Cinus *in l.* 1. *C. de adult. & in l.* 1. *C. quæ ſit longa conſuet.* Bartol *in d. l.* 2. *§ videndum, num.* 1 *ff. ad Tertullianum*, Curtius *in conſ.* 80. & eſt communis ſecundùm Albert. Brunum *in dicto tractatu, art.* 3. *col.* 2. *&* 3. de quo latius agit Tiraquel. *in tract. de ceſſante cauſa, limit.* 21. *num.* 15. *fol.* 185. & plures pro hac ſententia refert Decius *in conſ.* 372. *num.* 4. *&* 5. Socinus Iun. *in conſ.* 2. *num.* 10. *& conſ.* 3. *num.* 5. *& conſ.* 4. *num.* 3. *& conſ.* 20. *num.* 5. *& conſ.* 30. *num.* 6. *& conſ.* 36. *num.* 11. *lib.* 1. *& in conſ.* 108. *num.* 4. *lib.* 2. & in aliis pluribus conſiliis. Et hoc etiam procedit in teſtamentis, in quibus conſideratur ratio conſeruandæ agnationis, & maſculi de agnatione præferuntur fœminis, vt per Decium *in conſil.* 227. *col.* 3. *in princ.* & alios quos refert Socinus Iun. *in conſ.* 119. *num.* 35. *lib.* 1. Cùm igitur in prædicto caſu teſtator ſolummodo reſpiciat quemadmodum rectius & cum maiori affectione propria voluntas exequatur, nec habeat conſiderationem ad agnationem, † ſequitur quòd in 236
iſto caſu fœminæ nō excludūtur. Et tam in adminiſtra-

tione Capellæ, quàm maioratus, fœmina ſuccedere poteſt, ſi onus ann. xum per alium expediri poteſt, vt probat Anton. Gama *deciſ. 6. nu. 2.* & Fortunius Garcia *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 10. ff. de liberis & poſthumis*, & alij quos citat. Et faciunt quæ ſcribit idem Anton. Gama *deciſ. 337. num. 9.* & doctrina Ancharr. *in Clement. quia contingit, num. 3. folio 65.* vbi tradit, quòd mulieres poſſunt aſſumi ad regimen Hoſpitalium, *ex cap. dilecta, de maiorit. & obedient. & cap. indemnitatibus, de election. in 6.* quod vidi de facto. Et plura in comprobatione quæ hîc tractantur in ſucceſſione cuiuſdam patronatus, quæ ventilata fuit inter maſculum & fœminam, ſcribit Curt. Iun. *in dicto conſilio 323. num. 3. cum ſequent. lib. 2.* ad iſta legendus; ad quem addo notabile *conſilium* Socini Iun. *186. num. 9. & 10. lib. 2.* vbi in ſimili caſu excludit fœminas ab adminiſtratione cuiuſdam legati pij; & plura bona in propoſito adducit. Et ad hoc eſt etiam in terminis *deciſio* Anton. Gamæ *294. per totam*, vbi probat, quòd in vocatione facta ad Miſſas dicendas, maſculus ex maſculo non præfertur maſculo ex fœmina.

237 Et quòd in materia ſepulturæ † & iuris patronatus hæredes ſanguinis dicantur non ſolùm deſcendentes ex maſculis, ſed etiam deſcendentes ex fœminis, tradit Cæſar Lambertin. *in tractatu iuris patronatus, libro 3. 4. artic. 5. quæſt. principal. num. 11. folio 23.* & ex iſtis ſumitur intellectus ad id quod tractat Rochus de Curte *in tract. de iure patronatus, in verbo, competens alicui, num. 2. fol. 34.* vbi quærit, an quando ius patronatus competit illis de parentela, fœminæ admittantur ad præſentationem, maximè ſi ſint nuptæ: quod latè tractat Ioan. Guttierr. *conſ. 3. per totum, maximè num. 9.* ad quos addo Caſſador. *deciſ. 1. de iure patronatus, num. 3. & 4. pagina 409.* vbi tractat, qualiter ad ius patronatus, reſeruatis illis de genere, admittantur deſcendentes ex fœminis. Et iſtud etiam comprobatur ex quadam doctrina Pauli *in l 11. num. 4. & 5 C. de condition inſer.* vbi dicit, quòd in honoribus & dignitatibus, nepos ex filia non licitur deſcendere per virilem ſexum; ſecus in diſpoſitione, quæ ita competere poteſt fœminis vt maſculis, citat textum *in authent. de alien. & emphyth.* & alia iura.

Et quòd, vbi ceſſat ratio conſeruandæ agnationis,
238 maſculi deſcendentes ex fœminis † veniant appellatione maſculorum deſcendentium, tenet Anton. Rubeus *in conſil. 21. Teſtator habens, num. 13.* quia ſecundùm eum, de proprietate vocabuli, appellatione *maſculorum*, veniunt maſculi deſcendentes ex fœminis, per textum notabilem *in Authent. de hæredib. ab inteſt. venient cap. 4.* ibi: *Sine per maſculi, ſiue per fœmina perſonam defuncto iungebantur*: vbi concludit caſum, quem habui de facto in cauſa ſucceſſionis iuris patronatus:
239 quod ſi teſtator † non habuit animum conſeruandi agnationem; ſed maſculos prætulit propter genus maſculinum, non ſolum intelligitur prætuliſſe nepotes maſculos ex filia, ſed etiam pronepotes maſculos ex nepte: quem refert, hoc confirmans, Mantica *libro 8. de coniectur. mente defunct. titulo 18. num. 5. pagina 362.* & hoc eleganter etiam tractat Auguſtin. Beroius *conſil. 77. num. 8. cum ſequent. libro 2.* notatur etiam per Corneum *in conſilio 246. Videtur prima facie, libro 2.* & Carol. Ruin. *in conſ. 49. Quæritur: lib. 1.* Albet. Brun. *vbi ſupra*, Bolognin. *conſ. 69.* & Cœpola *conſil. 7. cauſar. ciuil.* Hieronym. Gabriel. *in conſ. 96. num. 23.* & idem Anton. Rubeus *in conſil. 37. num. 6.* Cor. *in conſ. 246. num. 9. lib. 2.* Guid. Pap. *deciſ. 62. num. 1.* Paul. de Caſtro *in l. 1. not ab. 1. C. de condit. inſert.* Fulgoſ. *conſil. 85. num. 1. & 2.* Alciat. *reſponſ. 15. num. 3. lib. 8.* Gloſ. Pariſienſ. *part. 1. conſuetud Pariſienſ. §. 16. num. 3. & 7.* Duaren. *ad conſuetud. feudal. cap. 10 num. 3.* Mandell. *conſ. 86. num. 4.* Et eſt de mente omnium qui de hac materia tractauerunt: quod latius omnium tradit Franciſc. Mantic. *de coniectur. mente defunct. lib. 8. dicto titulo 18. num. 20. pagina 366.* & tradit Molina *libro 3. de primogen. cap. 5. num. 48. folio 36.* vbi ponit exemplum, ſi maioratus inſtitutor vocauit filiam ſuam, & eius deſcendentes maſculos; ſub hac namque vocatione deſcendentes maſculi, etiamſi à fœmina procedant, vocati cenſentur; quia non eſt conſiderata agnatio, ſed nuda maſculinitas. Quod confirmo ex quodam dicto Franciſci Manticæ *de coniectur. mente defunct. lib. 8. tit. 11. num. 8. pagina 343.* & per text. *in l. 1. C. de legit. tutel.* iuncta *authen. ſicut hæreditas, eodem titulo.* Et iſta ſeruiunt ad confirmationem cuiuſdam ſingularis ſententiæ D. Anton. de Padilla *in l. cum acutiſſimi, num. 22. fol. 144. C. de fideicommiſſ.* vbi limitat doctrinam Bart. *in d. l. cum auus, num. 4.* niſi teſtator non curauit agnationem ſuam conſeruare; quod eſt, cùm fœminas prorſus à ſucceſſione excludit.

Et iſta concluſio fortiùs procederet, vbicumque ius patronatus proceſſit, & habuit principium † à fœ- 240
mina, argum. doctrinæ ſingularis Anchart. *in dict. conſil. 339. num. 12.* quem ſupra retuli *num. 1.* & in aliis locis, præcipuè *in quæſt. 2. ſupra, hac parte.* Quo in loco inquit *Ancharran.* quòd quando Regnum proceſſit à fœmina, admittuntur fœminæ ad ſucceſſionem Regni, notat Socinus poſt Aretin. *in d. l. Gallus, §. nunc de lege Vellea: num. 5. verſic. Secunda concluſio, ff. de liberis & poſthum.* vbi dicit, quòd quando perſona quæ à principio recipit emphyteuſim fuit fœmina, appellatione *maſculorum* comprehenduntur maſculi deſcendentes ex fœminis, citat textum *in d. cap. 1. qui ſibi aut hæredib.* Bald. *in l. quoties, C. de fideicommiſſ.* notat Decius *in dict. conſil. 570. num. 11.* Barthol. Socin. *in dict. l. cum auus, num. 83.* & Decius *in l. fœminæ, num. 100. ff. de reg. iur.* Ferrar. *addition. in pract. in forma libelli, quo agitur ad reuocationem feudi, verſ. Ac nomine, pagina 283. col. 1.* Et in feudo, in quo fœmina eſt inueſtita à principio, ſuccedere poteſt fœmina, † ſecundùm Speculatorem 241
tit. de feud. §. quoniam, verſ. 21. num. 3. Dec. *in conſ 365. Viſo: num. 76. verſic. Secunda ratio*, Deci. *in dict. cap. in præſentia, num. 43. de probationibus*, & omnibus copioſiùs plura ſcribit Roland. *conſil. 76. num. 5. cum aliis, lib. 3.* ad quem addo Alciatum *conſ. 96. num. 32.* vbi tradit, quòd in bonis dotalibus prouenientibus à matre, † cenſetur fœmina vocata ad primogenituram, 242
motus ex *d. cap. 1. de natur. feud.* cum *concordant.* & alios citat Cephalus *in conſ. 306. num. 97. lib. 3.* quem cito ad aliud *infra*, & Anton. Theſaur. *deciſ. Pedemont. 346. num. 7. & 10.* vbi inter alia refert *conſilium* Gozadini *71.* dicentis, quòd Princeps inueſtiendo fœmi- 243
nam non cenſetur reſpexiſſe agnationem, ſed cognationem, & Oſaſch. *deciſ. Pedemont. 27. num. 15.* Anton. Gabriel. *lib. 6. communium opin. tit. de verborum ſignificat. concluſ. 6. num. 98. pag. 345.* vbi refert Gozadinum *in d. conſ. 71. & 79.* Molin. *libro 3. de primogen. cap. 5. num. 73.* relatus per Anton. Peregrinum *in tract. de fideicommiſſ. artic. 25. num. 18. folio 236.* qui aliqua refert in contrarium contra Ancharranum, & idem *artic. 26. numero 13. folio 249.* & legi debet *numero 17. cum ſequent.* & faciunt quæ ſcribo *part. 1. quæſt. 51.*

Sic ſcribit Auguſtinus Beroius *in conſil. 120. num. 13. libro 2.* quòd quando diſpoſitio fit à fœmina, nominando, ſeu vocando deſcendentes maſculos, debet intelligi de deſcendentibus maſculis etiam per fœminam: non autem de deſcendentibus ſolùm per maſculos: quoniam tunc diſpoſitio facta cenſetur graria conſeruandi agnationem; ex Paulo de Caſtro *in conſ. 341. aliàs 41. libro 2.* Decio *in conſil. 303. colum. vltima.* Socino *in dicto §. nunc de lege.* Et in feudis quæ ſumpſerunt originem † à fœmina, poſſunt fœminæ ſuc- 244
cedere, ſecundùm Ripam *reſponſ. 80. num. 66. cum ſequent.* Curtium Iun. *in conſ. 181. num. 1.* & eſt egregium *conſilium* Auguſtini Beroij *120. libro 2. per totum*, in quodam maioratu Hiſpaniæ, quem ad aliud refero *infra*. Et breuiter qui ſcire cupit plures Doctores qui iſtam ſententiam ſequuntur, legat Tiraquel. *in*

in tract. de primogen. quæſt. 10. num. 27. pagina 113. & notatur per eundem, qui plura tàm moralia, quàm ex iure noſtro exempla ſcribit *in libro de legibus connubial. gloſ. 1. part. 1. fol. 91. num. 26.* & plures refert Gloſſ. Pariſien. *in addit. ad Dec. in dict. cap. in præſentia, de probationib. in addition.* quæ incipit, *Ex filia*, notat Curtius *in dict. tract. de feud. 1. part. 3. part. principal. limit. 2. num. 3. pagina 212.* Ex quibus Authoribus conſtat, quòd raro fœmina habet conſiderationem ad
245 familiam & agnationem conſeruandam; † & ob ſimilitudinem ſexus, non minus diligit fœminam quàm maſculum.

Et per prædictum conſilium Ancharr. dixit ad propoſitum Peralta *in l. cum pater, §. à filia, num. 63. pagina 335. ff. de legat. 2.* Quòd ſi fœmina inſtituat maioratum, ſiue vinculum, & in ſcriptura caueat expreſsè quod ad illius ſucceſſionem non admittantur niſi deſcendentes per virilem ſexum, ſeu per lineam maſculi-
246 nam, † admittitur nihilominus fœmina propter perſonæ diſponentis qualitatem, quia mulier erat; citat textum *in capit. 1. de benefic. fœm.* & alia iura: cuius tamen ſententia mihi magis ſingularis quàm vera videtur: & talis interpretatio videtur eſſe contra voluntatem, & verba expreſſa teſtatoris, à quibus nullatenus eſt recedendum propter qualitatem perſonæ diſponentis, *l. in conditionibus primum locum, ff. de condit. & demonſtr.* cum *vulgar.* & non aliter à ſignificatione verborum eſt recedendum, quàm ſi appareat de manifeſta teſtatoris voluntate, *l. non aliter, ff. de legat. 3. l. 4. tit. 33. part. 7.* & ſcripſi latiſſimè *in principio iſtius 2. partis.* Et ad hoc facit quod ſcribunt Raphaël Fulgoſ. *in conſilio 18.* Decius *in conſilio 514.* volentes, quòd etiam in teſtamento mulieris coniectura capi poteſt, vt mariti agnationem quandoque voluerit conſeruare: quod refert & confirmat Franciſc. Mantic. *in egregio libro, de coniect. ment. defunct. lib. 7. tit. 10. num. 7. pagina 234.* Petr. Surd. *deciſ. 66. num. 7.* licèt pro Peralta faciat illud quod eleganter tradit Gloſ. Pariſ. *in conſuetud. Pariſien. p. 1. §. 16. num. 7. fol. 173.* vbi ductus ex dicta doctrina *Ancharr.* & aliis, quæ refert, dicit, quòd ſi inſtitutio, vel ſubſtitutio incipiat à fœmina, putà ſi pater habens duas filias, inſtituerit eas hæredes æqualiter, & caſu quo altera decederet ſine liberis maſculis, ſubſtituit alteram, & eius deſcendentes maſculos, & tunc verbum, *Liberis maſculis*, ſiue ex parte honoratæ, ſiue ex parte
247 gratuatæ, † non ſolùm ſupponit pro maſculo deſcendente ex maſculo, ſed etiam pro maſculo deſcendente ex fœmina: quo in loco hoc latiùs tradit, & rationes annectit ſingulares. Sed hæc doctrina diuerſiſſima eſt ab ea quam *Peralta* tradit, cum in iſto caſu teſtator ſolummodo voluerit maſculos vocare, ſiue deſcendentes ex fœmineo, ſiue maſculino ſexu; dum tamen habeant illam maſculinitatis qualitatem: & ad Peraltam addo Molinam *libro 2. de primogen. cap. 5. num. 49. & nu 73.* Et hæc & alia argumenta faciunt pro iſta ſententia; quæ (ne longior videar) ſciens, omitto.

Ex dicta autem doctrina *Gloſ. Pariſ.* (vt arbitror) hoc dicam, & poteſt deduci intellectus ad quæſtionem maximi momenti, quæ de facto contigit. Quòd ſiquis ad maioratus ſucceſſionem vocet cognatos maſculos,
248 † non cenſetur habuiſſe reſpectum ad conſeruandam agnationem propter qualitatem perſonæ vocatæ: quod eſt ſcitu dignum: pro qua ſententia facit ſatis ad propoſitum doctrina Baldi & Pauli *in l. 1. C. de condit. in-*
249 *ſert.* volentes, quòd ſi ſubſtitutio † facta fuit filiæ ſub hac conditione, *Si deceſſerit ſine filiis maſculis*, maſculorum appellatione veniunt maſculi nati ex fœminis: quia teſtator non habuit animum conſeruandi agnationem: & idem volunt Corn. *in conſilio 246. in fin. lib. 2.* Rubeus Alexandrin. *conſ. 22. num. 11.* Socinus Iun. *in conſ. 2. num. 12. & 13. lib. 3.* Tiraquel. *in tract. de primogen. quæſt. 13. num. 11. pagina 122.* Manticæ *libro 11. de coniectur. mente defunct. tit. 15. num. 4. pagina 544. & lib. 8. tit. 18. num. 32. pagina 368.* Alciat. *conſil. 104. num. 1.* Molina *lib. 3. de primogen. cap. 5. num. 49. fol. 37.* qua in re maximè animaduerto, longam eſſe differentiam inter ſubſtitutionem factam de
filia, † & eius deſcendentibus maſculis, & inſtitutio- 250
nem factam, & maioratum de cognatis extraneis, iuxta regul. *l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr. l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ.* cum adductis ibi per DD. & in aliis infinitis locis.

Ex quibus infero notabilem concluſionem pro in- 251
tellectu *l. 1. §. ſin. ff. de iure immunitatis*, † ſi per Princi-
pem datur priuilegium nobilitatis filiis & filiabus deſcendentibus ex fœminis gaudere debent priuilegio nobilitatis: quod eſt ſingulare & veriſſimum attentis ſuperioribus. Totus lapis angularis huius materiæ verſatur in conſiderando ad quid teſtator reſpexit in vocatione maſculorum. Et an ad vnam ſolam cauſam & ſcopum reſpexerit, vel ad plures cauſas, vt etiam colligere licet † ex his quæ ſcribit Paul. de Caſtro *in con-* 252
ſil. 421. Quod iſta mater. quæ omnia ſunt notabilia pro intellectu & deciſione plurium litium, quæ adſunt in hac Regali Cancellaria ſuper vocationibus iurispatronatus. Nam ponderandum in primis, & animaduertendum eſt, ad quid habuit teſtator reſpectum & oculum in vocatione ſucceſſorum ad ius patronatus, an ad conſeruationem familiæ, vel ad id quod propria voluntas & relictum pro anima rectiùs adimpleretur & perfectiùs; vel ad vtrumque, quia in omni materia † atten- 253
ditur quod principaliter agitur, *l. ſi quis nec cauſam, in principio*, & ibi Bald. & cæteri, præſertim recentiores, *ff. ſi cert. per. l. qui exceptionem*, cum ibi notatis; *ff. de condict. indebit.* latè Tiraquel. *lib. 1. de retract. §. 30. gloſ. 1. num. 4. pagina 641.* nam & fœminæ eo quòd ſunt maſculis deuotiores, meliùs exequi ſolent legata pia, & in fauorem animarum relicta: quod experientia cognitum eſt. Et ad hoc faciunt plura quæ de perfectione fœminarum, & virtutibus earum ſcribit Tiraquel. *in l. 11. connubial. num. 1. cum ſequentibus.* Et inſpiciendum in ſimilibus diſpoſitionibus eſt, † quod conueniat ſaluti 254
animæ illius qui fundauit ius patronatus, vt perſonæ committantur, quæ rectiùs, & cum maiori cura, deuotione, & diligentia exequatur teſtatoris voluntatem, argumento ſingularis doctrinæ Baldi *in conſilio 167. Ordinatio teſtamenti, libro 4.* vbi vult, quòd vbicumque duo præſentantur ad regimen alicuius Hoſpitalis, † ſe- 255
nior præfertur, pro quo eſt præſumptio, quod melius adminiſtrabit: quod tradunt Barboſa *in conſil. 23. col. vltim. lib. 1.* Gregor. Lopez *in l. 7. titulo 15. part. 6. in gloſſ. magna*, Tiraquel. *in tract. de primogenit. in præfation. num. 159. verſic. Trigeſimoquarto, pagina 52.* Rochus de Curte *in tractatu de iure patronatus, verb. honorificum; quæſt. 15. num. 42. folio 16. & verb. in Eccleſia, num. 11. folio 48.* Lambertin. *de iure patronat. part. 3. libro ſecundo, 10. art. 5. quæſtion. principal. nu. 1. fol. 229.* notabile *conſilium* Amædei de Ponte *169. num. 50. lib. 2.* qui loquitur in ſucceſſione Regni Portugalliæ, quæ delata fuit noſtro Regi Domino Philippo defuncto: ad quem propter maioriam delata fuit ſucceſſio, & Alexand. Raudens. *in conſil. 142. num. 124. & in conſil. 149. num. 99.* quæ duo conſilia ſunt ſingularia in iſta materia.

Quorum doctrina limitanda eſt, vbi ex diſpoſitione teſtatoris vocatus ſit proximior: quia † tunc proxi- 256
mior ætate maior præferendus eſt, argumento *dict. l. cum ita, §. in fideicommiſſo, l. pen. §. fratre, ff. de legat. 2.* & eorum quæ ſcripſi *in 1. part quæſt. 72.* Qua in re eſt animaduertendum, quod Cæſar Lambertin. *in prædicto loco* tradit, quod maior dicitur, qui eſt maior † ætate, 257
neque intelligitur de maiore ſcientia, dignitate, aut diuitiis, ex Felino *in rubric. de maioritat. & obedient.* Pro quo faciunt quæ ſcribit Franciſc. Mantica *libro 8. de coniect. mente defunct. tit. 10. num. 1. pagina 340. cum ſequent.* hodie *folio 181.* Simon de Prætis *libro 3. de interpr. defunct. volunt. interpr. 3. dub. 4. ſolut. 2. num. 18. fol. 334.*

In hoc tamen principali puncto maturius est cogitandum : quia mulieres in multis sunt deterioris conditionis quàm masculi ; *l. in multis, ff. de stat. homin.* Et in fœminis non est ita recta & exacta administratio,
258 † sicut in masculis, aliquando propter sexus imbecillitatem, quandoque propter pudorem & reuerentiam maritalem, vel propter alia similia impedimenta : quod experientiâ cognitum est ; & patet ex *l. 1. §. 1. ff. ad Velleianum, l. 1. §. sexum, ff. de postulan.* Quod confirmo ex his quæ scribit Caldas Pereira ad propositum *in tract. de renouat. emphyt. quæst. 16. num. 59. fol. 139.* quibus
259 congruit, quod maior maritus supplet † ætatem mulieris minoris, vt tradit Parladorius *libro 1. quæstionum, capit. 12. num. 2. pagina* 181. Vnde statutum disponens, quòd quis non possit contrahere sine consensu duorum consanguineorum, tale statutum loquens in masculino, non concipit fœmininum ; quia in mulieribus non est eadem ratio, & tanta cognitio, sicut in masculis ; secundùm Ancharranum *in cap. Canonum statuta, de constitut. in 6.* Alexand. *consil. 25. num. 32. lib. 2.* ad quod etiam facit doctrina Baldi *in cap. ad audientiam, circa finem, de rescript.* vbi dicit, quòd si quis in testamento dedit executores fratres suos, non intelligitur de sororibus, notat Decius *in dict. l. fœminæ, num. 108. ff. de regul. iur.* & si masculus & fœmina discordant in præsentando
260 ad ius patronatus, † vox masculi præfertur, secundùm Baldum *in l. 1. ff. de Senator.* Corset. *in tractatu de potestate Regia, part. 4. quæstione 40. num. 28.* Ioan. Lop. *in repetitione cap. per vestras, colum. 150. de donation. inter vir. & vxor.* hodie *in additione nouissima, §. 43. num. 5. & sequent. pagina* 376. vbi Barahon. & notat & limitat Decius *in d. l. fœminæ, num. 47.* de quo latè agit Lambertin. *de iur. patronat. libro 2. 19. artic. 5. quæst. principal. 3. part. num. 1. cum aliis, folio* 231. licèt contrarium teneat Curtius Iun. *in dicto consilio 323. num. 13.* ad ista legendus. Sed pro Baldo est *l. 7. tit. 15. part. 6.* quam ad alium finem infra cito.

Ex qua doctrina inferri potest intellectus *ad l. 31. Taurinam*, quòd si testator committit mulieri, & alteri
261 personæ † masculo, quòd faciant maioratum in aliquem ex filiis, vel meliorationem ; & discordant in nominatione filij, præfertur nominatio facta à masculo.
262 Et virorum † officium est res externas administrare, & mulierum in domo res domesticas agere, vt plenè docet Tiraquel. *in dd. ll. d. l.* 10. & Decius *in d. l. fœmina, in principio*, in quibus locis reperies plura pro confirmatione huius sententiæ. Et si masculus & fœmina, qui
263 sunt executores † vltimarum voluntatum, discordant, præfertur consilium masculi, vt resoluit Castillo *in l. 38. Tauri, folio* 132. *colum. 3. in principio*, qui refert Barbacium *in cap. tua, de testam.* Ioan. Lop. *in cap. per vestras, de donation. inter vir. & vxor.* hodie in textu, *§. 43. num. 6. pagina* 376. vbi Barahon. *in additionib.* Et
264 fœminæ † fragiles sunt consilio, & contra propria commoda sæpè laborant, *l. penult. C. de sponsal.* facit *l. cum de indebito, §. sin autem, ff. de probation.* & probatur *in l. 3. titulo 12. part. 5.* & quod notat Arias Pinel. *in rubr. C. de bonis matern. num. 22. fol. 159.* & plures defectus fœminarum cumulat Alberic. *in l. cum filia, C. de inoffic. testamen. folio* 155. Aymon *de antiquit. temp. part. 1. num. 167. fol.* 82.

Et anteaquàm ad vlteriora progrediar, memoriæ est tradenda resolutio Rolandi *in consilio 82. nu. 41. lib. 3.* vbi limitat doctrinam Ancharrani *in dict. consil. 339.* & aliorum quos *suprà* retuli, vbicumque fœmina masculos vniuersaliter instituit, & inter eos fecit fideicommissum, instituendo fœminam in certam quantitatem,
265 quod in tali casu † fœmina non excludit patruum ex doctrina Fulgosij & Pauli *in l. 1. C. de condit. insert.* Et
266 qualiter † exclusa fœmina à iure patronatus, censeatur exclusa eius filia, ad aliud propositum scribit Parisius *in consil. 48. num. 16. lib. 4.* vbi eriam tradit, quomodo exclusa fœmina ab hæreditate, exclusa censeatur à iure patronatus : vbi resoluit, quod stante statuto, quod masculis stantibus, fœmina non succedat, fœmina excluditur à iure patronatus, ex Abbate *in consil. 59. lib. 1. in cap. cum seculum, de iure patronatus*, Brun. *in tract. de statuto excludente fœminas, 6. artic. principali, quæst. 24. fol. 40.* Rochus de Curte *in tract. de iur. patronat. in verb. ipse, vel is à quo ; quæst. 6. num. 14.* Sed animaduerto, quod Abb. *in dicto consil. 59.* nihil dicit de hoc puncto, & *in dicto cap. cum seculum, num. 4.* contrarium decidere videtur : ideò oportet allegationes originaliter videre. Et punctum etiam tractat Tiraq. *in tract. de primogen. q. 36. num. 2. pag. 263.* qui ad hoc allegat Abb. Anchar. & Cardinal. & fideliter refert *consilium* Abbatis *54. in fin. lib. 1.* Est igitur in isto casu, † sicut in superioribus, mens defuncti diligenter æstimanda, *l. voluntatis, C. de fideicommiss.* validam autem esse conditionem, quod masculi solum succedant in iure patronatus, vel illi de stirpe, tradit Lambertin. *in tract. de iure patronat. lib. 1. q. 9. num. 4. fol. 79.* Ponderandum etiam est in vocatione masculorum, & fœminarum, an testator considerauit solam masculinitatem, licèt non considerauit agnationem : † & tunc masculus natus ex filia admittendus erit, 268
vt per Fulgos. *cons. 86.* Roland. *cons. 76. num. 11. lib. 3.* Francisc. Mantic. *lib. 8. de coniect. ment. defunct. tit. 11. num. 8. pag.* 343.

Secundò (vt ad superiora redeam) dicta communis opinio, quæ habet masculos ex filiabus excludendos esse tanquam natos ex radice infecta ; potest † limitari 269
ex doctrina Barthol. Socini *in d. l. Gallus, §. nunc de lege Vellea. num. 8. in finalib. verbus, ff. de liber. & posthum.* vbi dicit, quod aliàs fuit per solennes Doctores consultum, quòd si esset facta mentio liberorum alicuius filiæ institutæ, vel alterius mulieris, quia non sunt agnati testatoris, nec mulieris, *l. quoties, C. de suis, & legit. hared.* non potest præsumi ratio conseruandæ agnationis, & consequenter veniunt masculi ex fœminis : citat *consilium* Ancharrani *326.* quod est prælegatum *consilium. 339.* quem refert & sequitur Decius *in cons. 570. num. 11.* Gozadin. *in consil. 89. num. 2.* vnde si quis faciat maioratum, & vocet filios ex aliqua filia, quamvis prius masculos vocauerit ; veniunt masculi ex fœminis in tali successione maioratus : & idem repetit idem Socinus *in dict. l. cum anus, num. 82. ff. de condition. & demonstration.* & idem voluit Socin. Iun. *cons. 2. num. 11. & cons. 69. num. 15. lib. 3.* Cephal. *in consil. 484. num. 54. lib. 4.* Carol. Ruin. *in cons. 128. num. 5. lib. 1.* Tobias No. *in consil. 16 num. 11.* & Vincent. Honded. *cons. 12. num. 27. & consil. 57. num. 50. lib. 1.* Mantica *lib. 8. tit. 8. num. 8. versic. similiter*, Alvarad. *lib. 2 cap. 3. §. 4. num. 43.* & alij quos citat Alexand. Trenta. *in tract. de substitut. 4. part. cap. 7. num. 10. versf. quartus & vltimus casus* : & pro hoc extat non contemnenda doctrina Baldi *in d. l. 1. col. 1. versf. quæro quid, num. 3. C. de condit. insert.* vbi dicit, quòd vnum & immediatè dicitur, † quicquid na- 270
turali sanguine continuatur : ex quo infert, quod nepos ex filia dicitur natus ex corpore aui sui materni, ita quod faciat deficere fideicommissum, quo idem auus erat grauatus sub hac præcisa conditione, *Si decesserit sine filiis ex suo corpore natis*, quem DD. ibi sequuntur, & Glos. Paris. *in consuet. Parisien. §. 2. glos. 1. num. 2. fol. 54.* & doctrinam *Barthol. Socini* refert etiam & sequitur eadem Glos. Paris. *in dictis consuetudinibus, p. 1. §. 16. num. 7. fol. 172.* quem citat Roland. *in d. cons. 76. num. 15. lib. 3.* & Socinus etiam *in d. l. Gallus*, refert Mantic. *d. tit. 11. num. etiam 8.* & doctrinæ *Socini* meminit etiam Tiraq. *in tract. de primog. q. 13. num. 11.* & vbi testator vocauit filias primogeniti, magis censetur vocasse masculos talis filiæ, vt probat Cephalus *consil. 251. num. 76. lib. 1.* ex Corneo *cons. 207. lib. 2.* Curt. Iun. *cons. 8. num. 2.* quod consilium non invenio ; Aym. *cons. 62. nu. 9.* Quæ maximè procedunt vbicumque quis simpliciter filios vocauit absque qualitate masculinitatis : nam in tali casu, si post vocationes filiorum, fœminas vocauit, non videtur habuisse animum conseruandæ agnationis, vt tradit Aym. *in cons. 206. n. 5.*

Ista

271 Ista autem sententia *Socini* mihi videtur † quod temperari potest, si testator postquam iam in maioratu vocauit omnem virorum, lineam, & posteritatem, tandem deueniat ad vocationem fœminarum in defectum masculorum : quia in hoc casu per eandem rationem, cum testator in casu isto tunc deuenit ad vocationes fœminarum, & illarum filiorum, quando superuenerit casus, quo non sint filij masculi, nec descendentes ex illis, qui possint succedere in maioratu, & descendat ad vocationes fœminarum, deficientibus masculis, & illorum descendentibus masculis, & quodammodo vrgente necessitate, & præcauendo ne bona maioratus careant successoribus, siue ex descendentibus ex fœminis ; siue ex descendentibus ex masculis, & cuiuslibet sexus sint ; nec eo quod non prospexit conseruationem suæ agnationis, quæ per masculos conseruatur ; non habet locum doctrina *Socini* ; quia successio fœminarum in isto casu intelligitur, omnibus masculis deficientibus, *ex cap. 1. §. filia, de succession. feud. & in cap. 1. Episcop. vel Abb.* notatur *in cap. 1. de natur. succes. feud. cum similib.* & per Alexand. *in consil. 30. num. 5. lib 1.* Ad quod etiam facit textus in ratione sui, *in l. legatum, ff. de adimend. legat.* secundùm quam est intelligenda *l. 17. tit. 9. part. 6.* & est ad hoc etiam bonus textus *in l. fideicommissa, §. si rem, ff. de legat. 3.* cum qua concordat *l. 15. dicto tit. 9. part. 6.* Nec minus conducit *l. si fideiussor, §. si necessaria, ff. qui satisdar. cogan.* vbi Iason, *num. 9. fol. 120.* post alios, & notat idem Iason *in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 31. fol. 182. ff. de verborum obligat.* & facit etiam *l. quòd si minor, §. restitutio, ff. de minor. l. cum postulassem, in fine, ff. de damn. infect. l. si dictum, §. si compromiseros*, ibi : *Nulla enim necessitate cogente id fecit : ff. de arbitr.* bonus textus *in cap. Seius, 7. q. 1.* facit *l. quæ propter necessitatem, ff. de reg. iur.* & dictum Angeli *in l. sed & si susceperit, ff. de iudicijs*, vbi tradit, quod actus necessi-
272 tate factus, † consensum non infert, quem citat Menoch. *in tract. de præsumption. lib. 2. præsumpt. 19. num. 8. pag. 136.* Et faciens actum ex necessitate non dicitur facere in fraudem, vt per Gozadinum. *in cons. 97. n. 15.* Lancellot. *in tract. de attemat. part. 2. cap. 6. de attemat. pend. limit. 8. num. 11. pag. 130. & limit. 14. num. 5. pagina* 136. & text. *in d. cap. 1. de eo qui sibi aut hared. suis*, & doctrina Ancharrani & Floria. *inter consilia* Ancharrani *cons. 359.* vbi vult, quod quando testator masculos, & descendentes masculos vocauerit, licèt postea fœminas in illorum defectum vocauerit, masculus remotior excludit fœminam propinquiorem : & fundat Gregor. Lopez *in l. 3. tit. 13. part. 6. in glos. in verb.* Mugeres, *fol. 89. versf. secundo præmittendum*, & Aymon *cons. 113. num. 3.*

Et non ex eo quod testator in aliqua parte maioratus fœminas vocauerit, recedere videtur à voluntate conseruandæ agnationis in casibus per eum expressis, imò in talibus casibus expressis videtur agnationem conseruare quantum potest, secundùm Socinum *in l. Gallus, §. nunc de lege Vellea, col. vlt. in fine, versic. iidem Doctores : ff. de liber. & posthum* & in *d. l. cum anus, num. 87. versf. secundus casus, & cons. 28. num. 26. lib. 4. & cons. 9. col. vlt. in fine, versf. præsertim, lib. 3.* Decium *consil. 370. num. 30.* & in notabilibus casibus tradunt Curtius Iun. *in consil. 111. num. 13. lib. 1.* Cephal. *in consil. 196. num. 21. lib. 2. in fine*, Petr. Surd. *decis. 66. num. 23.* Burs. *cons. 3. num. 12.* Socin. Iun. *consil. 6. num. 20. & cons. 128. num. 5. lib. 1. & consil. 2. num. 11. lib. 2.* Ias. *cons. 140. col. 4. ad fin. lib. 2.* Paris. *cons. 23. num. 29. lib. 2.* Calcan. *in consil. 47. num. 1.* Cephal. *in cons. 251. num. 50. lib. 2.* & est communis opinio secundùm Gabr. *lib. 6. commun. opin. tit. de statutis, conclus. 6. num. 2.* ad quem addo Curtium Iun. *in cons. 113. num. 14. lib. 1.* Barthol. Socin. *cons. 88. num. 12. lsb. 4. versf. & procedit* : per text. *in d. cap. 1. de eo qui sibi, aut hared. suis*, & Menoch. *in tract. præsumpt. lib. 4. præsumpt. 85. num. 20.* vbi ait, quod animus illius, qui vocauit primò masculos, & in eorum defectum fœminas, est conseruare agnationem in quantum fieri potest inter ipsos masculos : & facit *consilium* Decij *364. num. 2.* vbi tradit quòd si statuto prohibentur succedere fœminæ, quamdiu supersunt masculi, non ex eo censetur fœminas esse vocatas, sed remanent in dispositione iuris communis ; quod nota, quia quotidie videbis. Quæ opinio mirum in modum fulcitur per regulam iuris, quod in † substitutionibus, & vocationibus, 273
ordo vocationum seruari debet : *l. cum patre, §. à te peto, ff. de leg. 2. l. hæredes mei, §. peto à te, ff. ad Trebellianum, l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de leg. 2.* licèt contrarium teneat Molina *lib. 3. de primogen. cap. 5. num. 50. fol. 37.* qui ad contrarium refert Socinum, & Decium *in dictis locis.*

Quod maximè procederet, vbicumque testator in suo testamento separatim, & alio modo, & de per se disposuit circa filios masculos tam natos, quàm nascituros, & circa descendentes masculos ex eis : Item separatim, & de per se circa filias fœminas, eas aliter vocando : quia hoc casu, quando testator loquutus est discretiuè, tunc masculinum non continet fœmininum quia expressum facit cessare tacitum : *l. si ita scriptum, ff. de liber. & posthum. l. Clemens patronus. ff. de hared. instituen.* & expressum fortius, & extendibilius est quàm tacitum : *l. precibus, C. de impuber. & aliis : l. penultim. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacit. contrahit.* notant Socin. *in l. 1. num. 33. ff. quod quisque iur.* Abb. *in cap. dilecti, de foro compet.* & alij quos citat Glos. Paris. *in consuetud. Parisien. part. 1. §. 44 num. 9. fol. 209.* & principalem conclusionem tenent : Qualiter autem expressum faciat cessare tacitum ? legendum est elegans consilium Decij *in cons. 386. n. 6.*

Et prædictam conclusionem deductam ad *d. l. 1. si ita scriptum*, tenet Bald. *in dict. l. in multis, ff. de statu homin.* notabiliter Barthol. Socin. *in consil. 63. num. 15. lib. 1.* Decius *in d. l. fœmina, num. 101. ff. de reg. iur.* Socin. Iun. *in cons. 114. num. 19. lib. 1.* Baldus notabiliter, quem isti non referunt, *in cons. 86. Quia allegationes num. 1. lib. 1.* vbi tradit, quod quando discretiuè deponitur de pluribus, † vnum non continetur sub altero, li- 274
cèt discretionis ratio non appósita credatur includi : & hoc ibi melius aliis fundat : & ex hac doctrina Socini *in d. l. cum anus, num. 87.* & aliorum confirmatur, quod scribunt Parisius *consil. 18. num. 12. lib. 2.* Marzar. *consil. 4. col. 4. versic. de voluntate verò testantis* ; & Riminald. Iun. *cons. 21. num. 27. & 49. lib. 1* Menoch. *cons. 117. num. 23. lib. 2.* volentes, quòd si testator in defectum masculorum, vocauit masculum alicuius fœminæ cum grauamine assumendi nomen, & arma, est maxima coniectura, quod voluit familiam suam conseruare, & perpetuare : & tunc masculus remotior excludit fœminam propinquiorem, vt ex doctrina Ripæ *in dict. l. Centurio, num. 64. & in l. 1. C. de pact.* tradit notanter Augustus Beroius *in d. consil. 77. num. 21. lib. 2.* licèt ipse arguere videatur contra *Ripam*, & facit egregium *consilium* Menochij *220. num. 33. lib. 3.* vbi tradit, quod solent testatores, vbi vident propriam agnationem extingui, vel dubium de eius fine habent, instituere cognatos cum grauamine nomen & arma deferendi : & tradit eleganter Cephal. *in consil. 196. num. 11. & 12. lib. 2.* vbi resoluit, quòd si quis vocauit filios alicuius filiæ cum grauamine nomen & arma deferendi, videtur voluisse agnationem conseruare : & voluit Paris. *in consil. 9. num. 34. lib. 2.* quem citat Cephal. *in dict. cons. 196. num. 21.* volentes, quod in isto casu testator videtur voluisse agnationem conseruare ; quod vidi in facto : & idem repetit Menoch. *in consil. 664. num. 50. lib. 5.* vbi addit Parisium *in consil. 15. num. 77. & 78. lib. 2.* Cephal. *in consil. 251. num. 48. cum sequentib. lib. 2.* & idem Menoch. *in consil. 204. num. 24. & 25. lib. 3. & in cons. 205. num. 14.* ad quos addo Celsum *in cons. 20. num. 18. 40. & 57. & in consil. 26. num. 95.* Anton. Thesaur. referentem Cephal. *in dicto cons. 251.* is inquam *decis. 69. num. 25.*

Limitatur etiam doctrina *Socini*, nisi ex institutione

maioratus, vel aliàs appareat teſtatorem vocaſſe filiam, vel eius neptem particulari aliqua affectione: nam iſto caſu, ſi poſtea ex vocationibus conſtiterit voluiſſe fœminas vlteriores excludere, illa vocatio nihil oberit, veluti quod teſtator in illo caſu motus dilectione fœminam, vel eiuſdem filium vocauerit: & non quia fœminas admittere voluit: & vocationes fœminarum ceſſant, amore ceſſante: argumento notatorum per Tiraquellum *lib. de legibus connubial. l. 2. num. 20. fol. 16.* & *tract. de ceſſan. cauſ. part. 1. num. 38.* & aliorum quæ ſcribo *in hac 2. part. q. 3. à num. 40.* vbi lector legat: & hoc tenent Barthol. Socin. *in dict. l. cum auus, num. 53.* Aym. *conſ. 98. num. 4.* quos citat Anton. Gabr. *tom. 2. commun. opin. tit. de fideicommiſ. concluſ. 6. num. 9. pag. 253.* Et iſta doctrina eſt notanda ad plura, quæ in iſta materia ſe offerre poſſunt.

Tertiò, dicta regula, quod deſcendentes ex fœmina excludi debent ſicut ipſa fœmina, limitatur vbi adeſt maſculus qui cum fœmina litigat ſuper maioratu: nam maſculo non extante, ſed diabus, vel pluribus fœminis
275 quæ ſuper maioratu litigent, † proximior præfertur in ſucceſſione maioratus, quamvis nata ſit ex fœmina, & deſcendat per ſexum fœmininum: ad quod facit notabilis doctrina Baldi *in conſ. 372. Quædam puella fuit dotata: lib. 3. aliàs, conſ. 437. lib. 1. num. 3.* vbi dicit, quod in filia quæ renunciauit hæreditati patris, eſt conſiderandum, vtrum extet perſona quæ ex præſumpta patris voluntate excludat renunciationem: & tunc renunciatio nocet, vt ſi extet alius maſculus: ſecus ſi non ſit perſona quæ excludat renunciantem ex præſumpta voluntate patris: vnde dicit, quod cum renunciatio eſt facta contemplatione maſculi, illa quæ renunciauit (deficiente maſculo) admittitur ad ſucceſſionem cum aliis ſororibus, non obſtante renunciatione: & dicit Decius *conſ. 568. num. 4 & 5.* referendo dictum conſilium *Baldi*, & alia plura, quod teſtator inſtituendo filium maſculum, apparet quod voluit maſculos fœminis præferre: id verum eſt exiſtentibus maſculis, provt teſtator loquutus fuit. Nam quando concurrunt maſculi cum fœmina, voluit teſtator maſculos eſſe melioris conditionis: quia per maſculos agnatio conſeruatur: quando autem talis ratio ceſſat, & concurrunt plures fœminæ, neptis excludit amitam, quamvis ſit proximior: pro cuius ſententia facit *l. 40. Tauri*, & *d. l. 2. tit. 15. part. 2.*

Ex quibus ſcribit Gloſ. Pariſ. *in addit.* ad Alexand. *in conſil. 15. lib. 4.* quod hæc conditio, *Si ſine liberis deceſſerit*, etiam ſtatuto excludente fœminas ob maſculos, intelligatur de filiis maſculis, ſecundùm doctrinam Bartoli *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellianum*, ad quam plures concordantes ſcripſi *in principio huius 2. partis.* Tamen ſi maſculus deceſſerit filia inſtituta, excluditur ſubſtitutus, non obſtante ſtatuto; quem ſequitur contra Alciatum *regul. 3. præſumpt. 32. num. 4.* Epiſcop. Couarr. *in cap. Raynaldus, in principio, num. 2. de teſtament.* Quod mihi † etiam verius videtur ex ratione *l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſ.* & *l. maximum vtium, C. de liber. præterit.* & magna nube text. neptis eſt ſepta, vt ſcribit Zaſius *in tract. ſubſtitut. in verb. conditio ſi ſine liberis: verſ. porrò*, qui fœminis etiam fauet.

Ex his probat Alciat. *conſil. 113. num. 5.* quod licèt excluſa filia, eius filij quamvis maſculi excluſi cenſentur (vt ſupra probatum fuit) excluſa radice, excluduntur omnes rami, limitatur, & procedit quando durat cauſa, per quam radix excluditur, vtputa, quando adſunt maſculi ex maſculis: ſed quando alij non ſuperſunt, admittuntur maſculi ex fœminis.

Sublimitari tamen poteſt hæc tertia limitatio, ſi concurrant ad ſucceſſionem maioratus duæ fœminæ: vna quæ deſcendat per virilem ſexum; & alia quæ deſcendat per lineam fœmininam: nam tunc (iuxta ſupe-
276 rius ſcripta) præferri debet fœmina deſcendens † per virilem ſexum, *l. quoties nihil ſine captione inueſtigari poteſt, eligendum eſt quod minimum habet iniquitatis, ff. de regulis iuris*: & pro hac etiam facit doctrina Petri de Ancharran. *in conſilio 259. Nos Petrus de Ancharrano, num. 2. & 3.* vbi dicit, quod quando extant maſculi etiam ex fœmina deſcendentes, præferuntur fœminis: & ad hoc eſt text. *in dicto cap. 1. de eo qui ſibi, aut hæred. ſuis maſcul. & fœmin.* vbi in feudo paterno ad fœminas deuoluto, maſculi deſcendentes ex fœminis, præferuntur aliis fœminis: quem textum declarat Franciſc. Mantica *lib. 8. de coniectur. ment. defunct. tit. 18. num. 16. pag. 364. & num. 58. pag. 375.* & ſupra de hoc textu multories actum fuit: notat idem Ancharran. *in conſilio 174. Dominus Lazarus, num. 2.* quod eſt notabile in practica.

Et ex hoc confirmatur quod ſcribit Mantica *lib. 8. de coniectur. mente defunct. titulo 18. num. 27. pag. 368.* vbi tradit, quod maſculi etiam deſcendentes ex fœminis, præferuntur fœminis: & ſic declarat *conſilium Grati, 120. num. 22. lib. 2.* Et pro iſta ſublimitatione facit *l. quæritur, ff. de ſtatu homin.* & ad hoc etiam adduco quoddam dictum, quod in materia noſtra tradit Peralta † *in rubr. ff. de hæred. inſtituend num. 122. verſic. tertio eadem, pagina 74. colum. 1. in fine*, vbi vult, quod maſculus ex fœmina natus in caſu vbi fœmina extante maſculo in medio minori etiam natu, non ſuccedit in maioratu, licèt non præferatur patruo: tamen non ſtante patruo, præfertur omnibus aliis fœminis etiam natu maioribus ex poſſeſſore maioratus, cui ſucceditur in illo. Movetur ex doctrina Andr. de Iſernia *in cap. 1. §. & quia, qui feud. dar. poſſ.* vbi Præpoſit. *colum. 9.* eum refert, & qualiter qui deſcendunt ex maſculis ipſarum fœminarum, dicantur deſcendere per lineam maſculinam, licèt non ſint de agnatione, tradit notabiliter Paul. de Caſtro *in conſ. 91. Præſuppoſito quòd dictum ſtatutum: lib. 2.* Ial. *in conſ. 15. col. 4. verſic. ſecundo multum, lib. 3.* de quo legendum eſt quod ſcribo *in initio iſtius ſecundæ partis*, & qualiter in caſibus, in quibus maſculus ex fœmina admittitur ad ſucceſſionem, admittatur, etiamſi mater ſit in medio, eo ſuperſtite; tradunt Ancharran. *in conſilio 359. Nos Petrus, ſuprà allegato*, Socin. Iun. *in conſilio 69. lib. 3.* quod citat Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſ. dicto articulo 26. num. 17. fol. 249.* & tradit idem *artic. 27. num. 8. fol. 251.*

Tandem pro intellectu iſtius materiæ ante oculos haberi debet quædam regula celebratiſſima, & à cuius intellectu dependent omnes ferè lites, quæ ſuper maioratibus quotidie pullulant, & quæ eſt prora recta ad nauigandum in iſta materia, & ad rectè iudicandum, & defendendum cauſas, & facienda patrocinia. Eſt igitur regula, Quod voluntas teſtatoris † in ſubſtitutionibus 277
eſt regulanda, ſicut fuit voluntas in inſtitutione: quæ regula apertè deducitur ex textu *in l. 1. C. de impuber. aliis*, ibi, *Cum hæredes ex diſparibus partibus inſtituti, & inuicem ſubſtituti ſunt, nec in ſubſtitutione facta eſt vllarum partium mentio, verum eſt, non alias partes teſtatorem ſubſtitutioni tacitè inſeruiſſe, quam quæ manifeſtè in inſtitutione expreſſa ſunt*: quem textum ibi Bartol. & Doctores præcipuè Decius, & probatur etiam *in l. 1. ff. de vulgar. & pupil.* & *in l. Lucius, §. pater puerum, ff. ad Trebellianum*; & *in l. qui liberis, §. vltim. ff. eodem titulo* & *in §. ex diſparibus, Inſtitut. de pupill.* & *in l. quæ conditio ad genus, ff. de conditionib. & demonſtrationib.* ibi, *Quæ conditio ad genus perſonarum non ad certas & notas perſonas pertineat, iam exiſtimamus totius eſſe teſtamenti, & ad omnes hæredes inſtitutos pertinere.*

Hinc eſt, quòd in ſubſtitutione, ſicut in inſtitutione, filia paruum excludit, ſecundùm Carolum Ruinum *conſilio 124. num. 4. & in conſilio 143. num. 7. lib. 4.* Marzarium *in conſilio 7.* quos citat Burſat. *in conſilio 64. num. 23. lib. 1.* tradunt materiam Ancharran. *conſil. 27. num. 10.* Menochius *in conſilio 326. num. 78. & 80. lib. 4.* Andr. Gail. *obſeruat. practic. lib. 1. titul. de pace, cap. 6. num. 30.* latè idem Menoch. *lib. 4. de præſumption. præſumpt. 156. num. 17. lib. 2. & in conſilio 581. num. 13.*

lib. 4. & 664. num. 43. lib. 5. & in conſilio 178. num. 10. Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſ. artic. 16. nu. 8. fol. 144.* Maſcard. *in tract. de probation lib. 3. concl. 1346. num. 1. cum pluribus ſequentibus, fol. 288.* qui latiſſimè materiam reſoluit: Curtius Sen. *conſil. 75. nu. 13. verſic. coadiuuantur*, Decius *conſil. 504. num. 9.* Cephal. *in conſil. 379. num. 5. lib. 3.* poſt *Carolum Ruinum*, quem citat.

Et ex hoc venit, quod quando teſtator plures inſtituit, partibus ſingulis eorum aſſignatis, & diſtributis, deinde vni eorum ſubſtituit reliquos, hoc caſu, ſi locus fuit ſubſtitutioni, ſinguli ſubſtituti pro portionibus hæreditariis, in quibus fuerunt inſtituti, ſuccedunt; ſecundùm Gloſſ. Bart. & DD. *in l. qui cum plures, ff. de vulgar.* & alios plures quos citat Menoch. *in tract. præſumption. lib. 4. præſumpt. 18. num. 9. fol. 19.* latiſſimè Ioſeph Maſcard. *in tract. de probation. lib. 3. concluſ. 1346. num. 1. cum ſequentibus*, Ioan. Guttierr. *conſil. 13. num. 10.* vbi Ancharran. *conſil. 27. dicto num. 7.* & aliis reſoluit,
78 Quod ordo datus inter primò nominatos, † ſeruari debet inter reliquos ſubſtitutos, Roland. *in conſil. 34. n 34. lib. 4.* Roman. *conſil. 438.* Tiraquel. refert Anchar. *de primogen. quæſt. 53. num. 4. & 5.* Socin Iun. *conſ. 114 nu. 14. lib. 1.* Tiber. Decian. *reſponſ. 4. num. 5. lib. 2.* & *in conſ. 26. num. 43. & 62. eodem lib.* Anton. Theſaur. qui hos citat *deciſ. Pedemont. 188. num. 7.*

Quinimò prouiſio facta in duobus ſubſtitutionum
279 gradibus, † cenſetur facta ad alium exiſtentem in medio, ſecundùm Iaſon. *in conſil. 148. col. 3. verſic. quarto facit, lib. 3.* & alios, vt per Cephalum *in conſil. 114. num. 17. lib. 1.* & de regula *dict. l. 1. C. de impuber.* meminit Barboſa *in l. diuortio, §. quod in anno, num. 22. ff. ſoluto matrimonio, tomo 1. pag. 1019.* Gratus *reſponſ. 5. num. 4. cum ſequentibus, lib. 2.* Curtius Iun. *conſil. 73. num. 1.* idem Curtius *conſ. 70. num. 1. & conſ. 160. nu. 7.* Auguſtinus Beroius *conſ. 65. num. 2. lib. 1.* vbi probat, quod à prima inueſtitura reliquæ poſteriores ſumunt
280 † interpretationem *& in conſil. 71. num. 5. & 44. eodem lib.* & plures citat Burſat. *in conſ. 46. num. 1. lib. 1.* vbi dicit eſſe recurrendum ad primam inueſtituram, tanquam ad radicem & fundamentum; & *ibi. num. 2.* tradit, quod prior inueſtitura non alteratur per ſequentes in præiudicium vocatorum: ex Baldo *in conſ. 327. lib. 1.* Bruno *conſ. 11.* Gozad. *conſ. 26.* & aliis quæ refert Pariſ. *conſ. 37. num. 58. lib. 2.* Socin. Iun. *conſ. 133. num. 1. lib. 1.* Decius *conſ. 227. num. 5.* & explicat. & reſoluit latiſſimè Franciſc. Mantic. *in tract. de coniect. mente defunct. lib. 10. tit. 6. num. 1. cum ſequentibus, pag. 441.* & prius notanter *lib. 1. tit. 1. num. 20. pag. 135.* & legenda ſunt quæ ſcribit Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita; part. 4. num. 288. pag. 101. ff. ad Trebellianum*, Ioan. Guttierr. *in tract. de nobil. in diuiſione, num 15. & ſequentib. fol. 8.* Et iſtam etiam regulam tradit Peralta *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, num. 15. ff. de legat. 2.* & plures citat Philipp. Porcius *conſ. 14. num. 15.* Hinc eſt, quod vocata domo, vel familia, non cenſentur vocatæ fœminæ, nec deſcendentes ex eis, quando præſumi poteſt, teſtatorem in præcedentibus ſubſtitutionibus voluiſſe agnationem conſeruare, vt per Ruſticum *conſ. 11. num. 19. & 39.* qui plures refert.

281 Et conſtitutio † primogenituræ reſpectu primi, interpretatur ſecundam primogenituram reſpectu tertij, vt per Grammatic. *deciſ. 1. num. 3.* Menoch. *in conſ. 269. num. 39. lib. 3.* & facit doctrina Gregor. Lopez *in l. vltim. 10. part. 6.* in gloſ. *Aquella parte*, quam cito *in 1. part. quæſt. 56.* Quod etiam confirmo, quod vbicunque onus
282 † imponitur perſonaliter poſt aliquot hæredum gradus, iniunctum præſumitur omnibus gradibus, ſecundùm Baldum *in conſ. 279. Factum tale proponitur, quidam nomine Paulus, num. 1. in fine, & num. 2. lib. 1.* quem citat Ioſeph. Maſcard. *in tract. de probation. lib. 3. concluſ. 1137. num. 1. cum ſequentibus*, qui latè materiam tractat (& confirmo *ſuprà, hac part. quæſt. 5.*) Hieronym. Gabr. *in conſ. 117. num. 34. & infrà*, Franciſc. Mantic. *de coniect. mente defunct. lib. 8. tit. 2. num. 6. pag. 309.* Quinimo ſicut per inſtitutionem declaratur ſubſtitutio, ita vna ſubſtitutio declaratur per aliam, vt per Carolum Ruinum *in conſ. 128. num. 12. lib. 2.* Alban. *conſ. 1. nu. 7.* Cephal. *conſ. 401. in fin. lib. 4.* Petram *in tract. de fideicommiſ. quæſt. 6. num. 34. pag. 85.* Et prouiſio legis magis cenſetur realis, quàm perſonalis: *l. non ſolum, §. fin. ff. de liber agnoſc.* cum *concordant.* vt per Matthæum ab Afflictis *in cap. 1. de ſucceſſ. feud. num. 14. fol. 47.* Et ordo datus à teſtatore in prima inſtitutione, & ſubſtitutione
inter maſculos; † multò magis eſt in ſubſtitutione inter 283
fœminas: vt tradunt Barthol. Socin. *in conſ. 49. lib. 1.* Menochius *in conſil. 124. num. 50. lib. 2.* Et dicta in actu præparatorio ad fauorem primogenitorum, cenſentur in ſequentibus repetita: vt notat elegantèr Aymon *in conſil. 135. num. 14.* Et quos teſtator coniunxit in
inſtitutione, † cenſentur in ſubſtitutione coniunxiſſe: 284
l. coheredi, §. qui diſcretas, ff. de vulgar. vbi Bartol. & alij. Bald. *in l. in teſtamento, C. de teſtamen. milit. quæſt. 6. num. 11.* Barthol. Socin. *conſil. 14. num. 2. lib. 3.* Decius *in conſ. 186. num. 4.*

Ex quibus confirmatur doctrina Baldi *in dict. l. cum acutiſſimi, verſic. quæro ſi pater*, vbi dicit, quòd ſi pater
† vnum ex filiis ſubſtituit alteri filio, & ille habuerit 285
neptem, excludit patruum: quia licèt in ordine charitatis filius præcedat charitatem quam teſtator habuit ad filium ſuum inſtitutum, eandem continuatam cenſetur habere ad neptem deſcendentem ex eo: quod latè confirmat Curtius Senior *in conſil. 44 in fine*, qui adducit; quia ſanguinis continuatio facit, quod idem per
† rerum naturam ſit, & vnum. Nec eſt mirum quod ex 286
grauamine vni † iniuncto alius grauetur, *l. ſi ſeruus,* 287
§. qui margaritam, verſicul. non eſt mirum, ff. de legat. 1. quem citat Baldus *in l. Titia Seio, §. Seia liberis, ff. de legatis 2.* & Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Terbellianum, part. 6. num. 182. pagina 983.* Et Ioannes Lopius *in l. 27. Taurina, num. 19.* ex doctrina Bartoli *in dicta l. quæ conditio, ff. de condit. & demonſtrat.* tangit, an grauamen relictum in Tertio vni filiorum, cenſeatur in alio filio repetitum? & an grauamen appoſitum filio in Tertio, tranſeat ad ſubſtitutum? & ibi *Caſtillo.*

Et iſta etiam præſtant argumentum ad deciſionem quæſtionis contingentis in cauſa maioratus maximi
ponderis, † an electio commiſſa per fundatorem maio- 288
ratus, videlicet, quod poſſeſſor poſſit eligere, & nominare vnum ex filiis, extinguatur in primo ſucceſſore, vel tranſeat ad alios ſucceſſores? de quo per Anton. Gamam *deciſ. 206. num. 9.* in quo in primis eſt attendenda forma facultatis datæ à teſtatore, & alia ſimilia; de quibus tracto *in initio iſtius 2. partis*, quod eſt notandum ad ea quæ ſcribo *in 1. part. quæſt. 48.* Et quod
clauſulæ † quæ tendunt ad perpetuitatem maioratus, 289
cenſeantur repetitæ in omnibus vocationibus, probat Molina *lib. 1. de primogen. cap. 4. num. 39. & eodem lib. 1. cap. 6. num. 24. & 25.* Et qualiter conditio appoſita in inſtitutione, cenſeatur repetita in ſubſtitutione, tradit nouiſſimè Menoch. *in tract. de præſumption. dicta præſumpt. 178. lib. 4. fol. 307.* & ibi *præſumpt. 174.* ſcribit, quando legatum † præſumatur tranſlatum cum eiſdem 290
conditionibus: & *præſumpt. 176.* reſoluit, quando conditio & qualitas appoſita in primo teſtamento cenſeatur in ſecundo repetita. Et materiam etiam melius quàm alius reſoluit Maſcardus *in tract. de probationib. lib. 3. concluſ. 1346. num. 1. cum ſequentibus*, & notanter Menoch. *in conſil. 85. num. 46. lib. 1. & in conſil. 152. num. 34. cum ſequentibus, lib. 2.* vbi meminit de textu ad propoſitum notabili, *in l. ſub conditione, ff. de hæred. inſtituen.* Ad prædicta facit, quia † prohibitio aliena- 291
tionis, non expreſſa cauſa, videtur facta in fauorem illorum, quorum facta fuit prima prohibitio, ſecundùm Baldum *in conſil. 283. lib. 2.* Socinus Iun. *in conſil. 49. col. fin. lib. 2.* quos citat Hieronym. Gabr. *in conſil. 140. num. 48.*

Ex quibus cauendum eſt à periculoſa reſolutione Curtij Iun. *in conſ.323. ſupra citato, num.4. cum ſe-*
292 *quentibus, lib.3.* vbi ponit doctrinam, † quod quando teſtator facit aliquam ordinationem inter exiſtentes in primo gradu, cenſetur inter alios conſeruare ius legitimarum ſucceſſionum, & prærogatiua quam primus fundator voluit dare, vt filij maſculi excluderent fœminas, non trahitur ad eos qui ſunt poſtea in vlterioribus gradibus, provt ipſe latè fundat: ad quod facit,
293 quia ſubſtitutio † eſt propriè inſtitutio, ſecundùm Bart. per illum textum *in l. mulieri, §. vltim. ff. ad Trebel. lianum*, notat Iaſ. *in l. ſi à primo, colum. 1. ff. de liberis & poſthum.* Peralta *in rubr. ff. de hæred. inſtituend. num. 18. pag. 14.* Hinc eſt, quod ille qui reprobauit teſtamentum in inſtitutione, non poteſt approbare in ſubſtitutione, *l. non eſt ferendus, ff. de inoffic teſtament.* declarat Nicol. Boërius *deciſ. 147. num. 18. & 19* & faciunt ſcripta per Anton. Gamam *deciſ. 224. num. 8.* & punctum tractat Caldas Pereira *in tract. de nominatione ad emphyteu.*
294 *quæſt. 8. num. 16. fol. 79.* Sed an ſubſtitutio ſit † propriè inſtitutio, communiter concluditur quod non, vt ex Sapian. *in rubr. C. de inpuber num. 4.* Ripa *in l. 1. nu. 2. ff. de vulgar.* & aliis concludit Michael Graſſus *lib. de ſucceſ. ab inteſtat. §. inſtitutio, quæſt. 2. pagina 129.* qui in quæſtione ſequenti ſcribit, an fideicommiſſaria ſit
295 inſtitutio? & quod ſubſtitutus † inſtituti naturam in totum non ſequitur: *l. 1. §. hæc actio, ff. ſi quis teſtament. liber eſſe iuſſus fuer.* & volunt Bald. *in l. certum, C. unde legitimi*, & alij quos citat Menoch. *lib. 1. de arbitr. iudic. quæſt. 53. num. 36.* Quod latius omnium tractat notanter ſicut cætera omnia, Caldas Pereira *de nominatione ad emphyteu. quæſt. 8. num. 20. fol. 80.* Pro quibus facit *l. 1. titul. 5. part. 6. & l. 9. tit. 7. eadem part.* Et ſubſtitutio † dicitur inſtitutio perinde ac ſi ſola facta fuiſſet, ſecundùm Bart. *in l. 3. §. filius, ff. de liber. & poſthum.* quem alij ſequuntur, & quos citat Mandoſ. *regul. 34. de annali. quæſtione 46. num. 15. folio 170.* & plura notabilia tradit Tiraquellus *in tractatu*, le mort, *part. 2. declaratione 9. um. 1. cum ſequentibus, pagina 104.* & legenda ſunt ſcripta per Menochium *de arbitr. iudic. quæſtione 4. num. 4. & rem. d. 4. de adipiſcend. poſſeſſion.*
297 *num. 206. cum ſequentibus, pagina 74.* Et gradus † attenduntur in ſubſtitutionibus, vt probatur *in d. l. 1. ff. de vulgar.* vbi Gloſſa *in verbo, gradus*, tradit Burſatus *in conſ. 170. n. 18. lib. 2.*

Sed ſingulariter animaduerto, quod ſubſtitutio † non
298 regulatur ab inſtitutione, quando inſtitutio fuit inualida, vt tradit Carolus Ruinus *in conſil. 18. num. 7. lib. 2.* Iſtis quadrat, quod per vltimam ſubſtitutionem quo magis quis admittatur, non viderur receſſum à prima, ſecundùm Paulum de Caſtro *in conſil. 77. num. 3. lib. 1.* & *in conſ. 31. num. 1. lib. 2.* Franciſc. Mantica *de coniect. mente defunct. lib. 5. tit. 3. num. 24. pagina 196.* licèt ve-
299 rum ſit, quod teſtator magis præſumitur diligere † inſtitutum, quàm ſubſtitutum, ſecundùm *Bart.* per illum text. *in l. Publius Mævius, §. Titia, ff. de condition. & demonſtr.* notat Decius *in cap. poſtremo, num. 7. de appellation.* Carol. Ruinus *conſ. 129. num. 2. 5. & 11. lib. 3.* & ſupra dixi. Et prædicta regula procedit etiam in ſubſtitutione fideicommiſſaria, vt patet ex *l. Lucius, ff. de vulg. & in l. quoties, in principio, ff. de hæred. inſtit.* & *in l. Lucius, §. Mauia, ff. ad Trebellianum*, notat Decius *in conſ 480. num. 12.* Alciat. *in dict. l. ſi is qui, §. qui diſcretas, num. 3. pagina 218. ff. de vulgar.* Corneus *conſ. 94. num. 5. lib. 4.* & ſcribunt Socinus Iun. *in conſ. 140. nu. 6. lib. 1.* Carol. Ruinus *conſ. 3. num. 17. & conſ. 141. num. 8. & conſil. 160. num. 24. & conſil. 128. num. 13. lib. 3. & conſil. 168. num. 4. & 18. lib. 2.*

Ex quibus confirmatur ſingularis doctrina, & in practica quotidie contingens, Matthæi de Afflictis *in d. cap. 1. num. 4. fol. 153. de eo qui ſibi, aut hæred. ſuis,*
300 vbi reſoluit, quòd ſi datum fuit † feudum cum Regio aſſenſu fratri ſecundogenito pro vita, & ſimilia in perpetuum pro ſe, & hæredibus ſuis in perpetuum, cum hac conditione, Quod ſi ſecundogenitus ſine filiis maſculis decederet, feudum veniat ad primogenitum, & hæredes eius: & filius ſecundogenitus fuit mortuus relicto filio maſculo, deinde filius mortuus eſt relicta vnica filia: iſta fœmina excluderur à deſcendentibus maſculis filij primogeniti: quia illud verbum, *Si ſine filiis maſculis deceſſerit*, intelligitur de deſcendentibus maſculis in infinitum, per illum *text.* & doctrinam Andr. de Iſernia *ibidem.* Et quid operetur dictio iſta, *Perpetuo, & in infinitum*, in noſtra materia maioratuum, & in aliis materiis magno cum labore tradit nouiſſimè Ioan. Garcia *in tractatu de nobilit. gloſ. 1. & 2. num. 24. cum ſequentibus, folio 43.* ad quem eſt recurrendum, quando res exegerit, quibus addo Socinum Iun. *in conſil. 188. num. 3. lib. 2.* vbi ex pluribus Authoribus grauiſſimis reſoluit, quod per iſta verba, *quod maſculi ſemper ſuccedant*, eſt conſiderata agnatio; & tradit *ibi. num. 19.* Et in materia animaduerto ad aliud peregrinum, quod differunt verbum, *perpetuò*, & *continuò*, † vt animaduertit Parladorius 301
libro 1. differ. cap. 1. §. 8. num. 25. pagina 33. Et ſicut teſtator in prima ſubſtitutione, viſus eſt ſe conformare cum iure communi; ita in ſecunda ſubſtitutione: vt per regul. *l. 1. ff. de rebus dub.* vbi Socinus *in l. ſi ſeruus plurium, §. ſin ff. de legat. 1.* tradit Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 1. num. 50. pagina 10. & num. 93. pagina 17. ff. ad Trebellianum*, poſt Curtium Iuniorem quem citat *conſil. 81. colum. 2.* limitat tamen prædicta Iaſon *in conſil. 220. in finalibus verbis, libro 2.* vbicumque fieret tranſitus de perſona ad perſonam. Et quod vna † ſubſtitutio non recipiat interpretationem 302
ab alia, quando habet diuerſas qualitates, & conditiones; tradit Decius *in d. l. 1. de impuber. ad finem*, & *in conſil. 442. num. 3. & in conſil. 593. num. 3.* quem citat Menoch. *in conſ. 220. n. 28. lib. 3.*

Ex prædicta autem regula *dict. l. 1. C. de impuber.* cum *concordant.* primò infertur ad doctrinam Raphael. Cumani *in conſ. 117.* vbi dicit, quod ſi ſit facta ſubſtitutio de filiis legitimis maribus, † & nepotibus, 303
quamvis in ſubſtitutione facta de nepotibus non dictum ſit *de maſculis*: qualitas tamen maſculinitatis repetita cenſetur: & idem voluit Guido Papæ *in quæſt. 485.* ac in *conſ. 87. Pro declaratione num. 1. & 2.* & Decius *conſil. 15.* & alij quos refert Anton. Rubeus *in conſ. 141. Præſupponitur in facto, num. 1.* cui adde eundem Decium *conſil. 270.* Dominus Rainaldus *num. 4.* & Anton. Gabriel. *lib. 2. communium opinionum, titul. de verborum ſignification. concluſ. 1. num. 27. pag. 336.* vbi refert duas communes opiniones, alteram dicentem, quod ſicut ſtante maſculo excluditur filia teſtatoris, & etiam neptis: quæ fuit ſententia Cyni *in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo*, & aliorum quos citat. Alteram plurium qui contrarium tenent, inter quos fuit Bald. *in l. 2. C. de in ius vocand.* Et ſi quis excluſit nepotes propter filios maſculos primogenitos, magis voluit excludere proneptes: vt reſoluit Tiber. Decianus *reſponſ. 31. num. 81. libro 1.* in negotio Hiſpaniæ Comitis de Tendilla: quod conſilium confirmo ex *deciſione* Antonij Gamæ *207. num 9.* vbi tradit, quod vbicunque ſucceſſio primogenituræ datur filio maiori cum excluſione alterius fratris, nepos fungitur vice patris.

Ex doctrina autem *Cyni*, & ſequacium deducitur, quòd ſi teſtator vocet ad maioratum filios maſculos, & illorum deſcendentes: quamvis in iſto verbo, *Deſcendentes*, nihil exponat de maſculis, † tamen hoc 304
ſubintelligi & ſuppleri debet, & repetitum cenſetur: quod confirmo per doctrinam Curtij Sen. *in conſil. 50. num. 36.* vbi tradit, quod in diſpoſitione Principis facta de deſcendentibus maſculis, veniunt tantum maſculi: & ex hoc inquit eleganter Barthol. Socinus *in conſ. 49. libro 1. num. 2.* quod in ſubſtitutione fœminarum, & deſcendentium ex eis, eſt ſeruandus idem ordo, quem teſtator ſeruare voluit in ſubſtitutione deſcendentium

per

per lineam maſculinam: quod deducitur ex Socino Iun. *in conſil. 126. num. 29. & 30. lib. 1.* Menoch. *in conſil. 215. num. 179. lib. 3.* quod dictum ad plura refert ſcire. Ex quibus etiam infertur veritas *deciſionis* Gamæ 27. vbi tractat, An conditio poſita per teſtatorem, quod quis non poſſit duos maioratus habere, cenſeatur in ſequentibus ſucceſſoribus repetita. In quo ego dico, repetitionem eſſe faciendam.

Secundò deducitur, veram eſſe ſententiam *Bartoli*, quæ eſt etiam (vt ego exiſtimo) fiſtula magiſtralis ad declarationem omnium maioratuum: is (inquam)
305 *in l. vltim n. 3. ff. ad Trebell.* dixit, quod illos quos teſtator prædilexit in inſtitutione, † cenſetur etiam in ſubſtitutionibus prædilexiſſe: & idem Bart. *in d. l. Lucius, num. 18. ff. de vulgar.* cum *concordan.* vt per Alex. ibi, & *in conſ. 66. Viſo teſtamento, in principio, lib. 2.* vbi iſtam ſententiam latè confirmat, & Decius *in dict. l. 1. Cod. de impub.* & latius *in dict. conſ. 186. & in conſ. 514. num. 2.* & iſta concluſio probatur *in dict. l. coheredi, §. qui diſcretas, ff. de vulgar. & pupil.* & filiis grauatis in ſubſtitutione;
306 † cenſentur etiam nepotes grauati: vt per Barthol. Socin. *in conſil. 250. In cauſa Bononienſi: num. 4. lib. 2.* & declaratio voluntatis teſtatoris facta in vna parte teſtamenti, ad alias partes teſtamenti extenditur: vt probat Aymon. *conſ. 62. num. 11.* & tradit Roman. *in dict. conſ. 438. num. 1.* dicens, quòd ſi teſtator poſt ſubſtitutionem factam de filio maiori, ſubſtituit alios filios Dorotheæ; videtur eos ſubſtituere cum eadem qualitate; quibus etiam concinit text. *in l. quemadmodum, §. ſin. ff. ad l. Aquil.* vbi probatur, quod ex-
307 preſſum in vno capite ſtatuti, vel alterius diſpoſitionis, cenſetur † in alio expreſſum: & idem probatur *in §. item lapilli. Inſtit. de rer. diuiſ.* notanter Bart. *in l. 4. §. eritque hæc d ff. rensia, ff. vi bonor. raptor.* ad iſta facit bonus textus *in l. ſi plures, ff. de legat. 3.* ibi, *Si plures gradus ſint hæredum, & ſcriptum ſit, hæres meus dato: ad omnes gradus hic ſermo pertinet.* De quo textu agit Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 108. num. 24. fol. 205.*

Et regulariter in aliis caſibus qualitas in vna ora-
308 tione appoſita, † in aliis cenſetur repetita, maximè quando venit acceſſoriè, & non principaliter: vt latè tradit Barbac. *in conſ. 86. col. 6. circa medium, verſ. ita propoſito, lib. 3.* Nicol. Boeri. *deciſ. 314. num. 6.* Ex quibus deducitur, quod ſi teſtator in ſucceſſione maioratus, filios, & nepotes maſculos prætulit, & prædilexit pronepotes, & deinceps vlteriores, fœminis
309 ſunt præferendi, † quamvis nihil à teſtatore dictum ſit: quod etiam probatur *in l. liberorum, ff. de verb. ſign.* ibi, *Liberorum appellatione, nepotes, & pronepotes; caterique ex eis deſcendentes continentur: hos enim omnes liberorum appellatione lex duodecim tabularum comprehendit.* Nec viſus fuit D. Marco, *ſine liberis deceſſiſſe qui neporem reliquit hæredem.* Et natura nos docet, *filiorum appellatione, omnes, qui ex nobis deſcendunt, contineri.* Et pro hoc faciunt quæ ſupra ſunt & quod notat Hugo Celſus *in conſ. 49. num. 24. in fine,*
310 vbi generaliter probat, † quòd qualitas appoſita in perſona primi inſtituti, vel ſubſtituti, cenſetur repetita in perſona ſecundi & vlteriorum ſubſtitutorum: citat Oldrad. *in conſ. 145. ad finem*, Barbac. *in conſil. 57. lib. 2.* & inter *conſil. Alex. conſil. 52. lib. 4.* & idem Celſus *in conſ. 120. num. 6.* Et cum dicitur, quòd *ſuccedatur prout in antiquis inueſtituris ſucceditur*, omnia cenſentur repetita cum omnibus qualitatibus, & pactis præcedentibus, tradunt Alex. *in conſ. 30. lib. 1.* Brunus, Sigiſmundus, Beroius, Pariſ. Syluan. Cephal. Menoch. & alij plures quos citat Burſat. *in conſ. 131. n. 1. lib. 2.* Qua in re non eſt omittenda notabilis diſtinctio Ant. Gamæ *deciſ. 224. num. 5.* vbi ſcribit, quod conditio poteſtativa, vel mixta, cenſetur repetita in perſona
311 ſubſtituti † prætendentis ſucceſſionem maioratus: ſecus in conditione caſuali: ex Gloſſa *in l. vnica, §. pro ſecundo, C. de caduc. toll.* Bart. *in d. l. quæ conditio, num. 4. ff. de condition. & demonſtrat.* vbi Paul. *num. 3.* Iaſon. *in l. licet Imperator, num. 43. ff. de legat. 1.* & Gloſſa *in l. ſub conditione, gloſ. 1. ff. de hærede inſtituen.* intelligitur tamen iſta ſecunda † illatio, quando ſumus in dubio: ſecus quando verba teſtatoris ſunt clara, vt probat Roland. *in conſil. 39. num. 39. libro 4.* 312

Tertio deducitur, quod prohibitio alienationis, & pœna iniuncta, de non alienando, primis inſtitutis, aut ſubſtitutis, in omnibus deſcendentibus † repetita 313
cenſetur, quamvis teſtator nihil de hoc ſanxerit. Nam ſufficit in primis inſtitutis, aut ſubſtitutis de hoc teſtantem meminiſſe: quod in maioratibus pro expedito habeo, quia in illis ſemper adeſt vinculum, quod *res non exeant in æternum de familia, & generatione teſtatoris*, & alia ſimilia verba, ex quibus perpetuitas vinculi & fideicommiſſi colligitur: ad quod facit doctrina Pauli de Caſtro *in conſil. 401. Super primo quæſito: lib. 2.* per *d. l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de legat. 2.* & alia iura quæ refert, quamvis adeo vitioſè, vt vix illum inuenire poſſem; Stephan. Bertrand. *in conſil. 46. num. 7. lib. 1.* qui hanc opinionem latè confirmat, & ita limitat Gloſſ. *in Authent. de reſtitut. §. nos igitur collat. 9.* quæ dicit, quod prohibitio de non alienando facta filio, † non extenditur ad nepo- 314
tem: qui in *Gloſſam* ſequuntur ibi Iacob. de Bellouiſo, & Angel. Din. Rainer. Bart. Imol. & alij. *in l. filius familias, §. Dius, ff. de legat. 1.* Cyn. Bald. & Salicet. *in l. voluntas, C. de fideicommiſſ.* notatur per Alex. *in conſ. 1. num. 13. lib. 1.* & *in conſ. 56. lib. 5.* & *in conſil. 55. num. 11. lib. 3. & 50. num. 2. eod.* & *in conſ. 140. num. 6. l. b. 6.* & *in conſ. 37. num. 5. lib. 6.* vbi Gloſ. Pariſ. alios concordantes refert Barthol. Socin. *in conſ. 73. num. 24. lib. 4.* Deci. *in conſ. 535. num. 11.* & *conſ. 636. num. 7.* Suarez in noſtra materia maioratuum *in l. quoniam in prioribus, limit. 2. n. 18. pag. 148. C. de inoffic. teſtam.* Et eſt communis opinio ſecundum Ant. Rube. *in conſ. 146. num. 2.* notat Socin. Iun. *in conſ. 111. num. 21. lib. 2.* latius *in conſ. 163. num. 4. 9. 14. 15. 16. 17. & 21. lib. 1.* & *conſ. 180. num. 46. eod. lib.* Maſcard. *in tract. de probation. lib. 3. conclu. 1237. num. 77. fol. 176. & num. 39.* vbi limitat, niſi ob rationem adjectam à D. Ant. de Padilla *in l. voluntas, C. de fideicommiſſ. num. 26. fol. 37.* qui citat Suarez *in declaratione legis Regni, limitatione 2. in fine, verſ. Sed hoc obſtaculum*, Menoch. *in conſil. 215. n. 22.* vbi tradit, quod talis ſubſtitutio ex parte grauati eſt odioſa: ex parte eius cui fieri debet reſtitutio, fauorabilis: & idem *in conſil. 220. num. 71. lib 3.* Ioſeph. Maſcard. *in tract. de probation. lib. 3. conclu. 1237. num. 77. 78. & num. 92.* Pro qua opinione eſt *lex*, quam ad hoc ponderat Greg. Lop. *43. tit. 5. part. 5.* notat Tiraq. *lib. 2. de retract. §. 6. n. 23. pag. 848.* Ant. Gabr. *lib. 2. commun. opin. tit. de verb. ſigni. concl. 1. num. 78. pa. 378.* Alciat. *reſpon. 134. n. 5.* conſultus *in quadam cauſa Hiſpaniæ*, & tradit notanter idem Alciat. *reſpon. 98. n. 6.* ad hoc legendus. Hæc igitur *Gloſſa*, & communis opinio † non eſt ſeruanda in maioratibus Hiſpaniæ, vt 315
tradunt Gregor. Lopez *in l. 6. tit. 10. part. 6. in gloſ.* in verbo, *E à ſus herederos*, vbi concludit, quod prohibitio alienationis facta in maioratu primo vocato, extenditur ad ſecundũ, & cæteros deſcendentes: & latius Molin. *de primog. c. 4. n. 12. cũ ſqq. fol. 20.* Pro qua ſententia faciũt plura quæ ſcribit Ioã. Grat. Falc. *reg. 392.* & illud quod ſcribũt Bart. & DD. *in l. qui Romæ, §. cohared. ff. de verb. obl.* Iaſ. *in l. filius familias, §. diui, ff. de l. 1.* volẽtes, quod vbi eſt eadẽ ratio, prohibitio de non alienãdo in nepotib. autẽ pronepotib. eſt eadẽ quæ in filio, & extẽditur ad eos: quod latius tracto *in 1. part. q. 15.* Et pro dicto *Pauli*, & noſtra opinione facit etiam doctrina Aretini *in dict. l. qui Romæ §. coheredes, col. 3. in principio. ff. de verbor. obligat.* vbi dicit, quod quando fuit facta prohibitio alienationis cum cauſa, quia teſtator

vult, *quod bona ſemper in familia ſint apud filios, & deſcentes*: videtur omnibus deſcendentibus prohibita alienatio, & idem voluit Socin. ibi, & in *aliis locis*, vt per Decium *in conſ.* 377. *num.* 5. qui hoc latè explicat, & *in conſ.* 23. & *in conſil.* 182 Anton. Rube. *in conſ.* 1. *num.* 13. & 14. & *in conſ.* 53. *num.* 8. notanter Barthol. Socin. *in conſ.* 43. *n.* 1. *lib.* 3. D. Ant. de Padilla *in d. l. voluntas*, C. *de fideicommiſſ. num.* 26. Epiſcop. Couarr. *reſolut. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 4. vbi communem fatetur. Confirmatur, quia ſi teſtator prohibuerit hæredibus ne alienent, porrigitur ad hæredes, niſi perſonalis, vel nominata fuerit prohibitio, vt hæredi meo Titio, ſecundum Bart. *in d. l. Lucius*, §. *Sempronia*, *ff. de legat.* 3. Doctores *in dict. l. filius familias*, §. *diui*, *ff. de legat.* 1. Deci. *in l. qui per ſucceſſionem*, *in fine*, *ff. de reg. iur.* Rebuf. *in l. hæredis appellatione* 75. *pag.* 44. *ff. de verbor. ſigni.* De quibus legenda ſunt quæ ſcribo *ſupra*, *hac parte*, *q.* 5. & egregium conſilium Menoch. *in conſ.* 376. *per totum. lib.* 4. in quo conſilio nititur probare, quod in iſta materia, an prohibitio alienationis extendatur ad alias perſonas: longa eſt differentia inter prohibitionem factam de non alienando inter filios, vel inter tranſverſales.

316 Ex quibus infertur intellectus † *ad l.* 27. *Taurinam*: nam ſi quis in melioratione Tertij prohibeat alienationem bonorum meliorationis, præcipiendo quod *bona ſint in generatione, & poſteritate apud filios, & deſcendentes*, quamvis ſoli filio prohibitio alienationis iniuncta fuerit, talis prohibitio repetita cenſetur, & facta nepotibus, & deſcendentibus, qui non debent eſſe melioris conditionis, quam filij; *d. l. ſi viua matre*, *C. de bon. matern.* Et notatur per Paul. Caſtrenſ. *in conſ.* 119. *lib.* 1. & *in conſ.* 91. *lib.* 2. & per alios quos refert Gloſ. *in additio. ad Alex. in d. l. conſ.* 56. *lib.* 5. cui adde Arium Pinell. *in d. l. ſi viua matre*, *num.* 23. *cum ſequent.* & addit Steph. Bertran. *in dict. conſ.* 49. quod ratio prohibitionis facta filio eſt etiam in deſcendentibus, vbicumq; grauauit ſucceſſores propria arma deferre: & idem repetit *in conſ.* 173. *num.* 14. *lib.* 3. & ſcribo *infra*, *illatione* 4. Et pro iſta illatione, & iam dictis facit non abilis, *l.* 6. *tit.* 11. *par.* 6. ibi: *Que no la pudieſſe vender, ni enagenar, mas que ſiempre fincaſſe a el, y a ſus hærederos.* Et hoc eſt tenendum, ſcilicet, quod in materia maioratuum, pœnæ de non alienan-
317 do, & aliæ ſimile iniunctæ primis vocatis, † repetitæ cenſentur perpetuò in cæteris deſcendentibus, & vocatis; licèt Bart. *in conſ.* 7. *Andreas Martin.* teneat, quod prohibitio, & pœna poſita primo hæredi, non cenſeatur repetita in hærede hæredis, per *l. multa*, *ff. de condit. & demonſtr.* & *l. ſi plenum*, *ff. quand. dies legat. ced.* & idem Bart. *in d. l. Lucius*, §. *Sempronio*, *ff. de legat.* 3. & alij, vt per Alex. *in conſ.* 140. *num.* 4. *lib.* 3. Deci. *in d.* §. *qui per ſucceſſionem*, *num.* 5. *ff. de reg. iur.* Tiraq. *in tract.* Le mort ſaiſit le vif, 2. *part. declarat.* 5. *num.* 8. *pag.* 72. de quo etiam legenda ſunt quæ ſcribit Menoch. *de adipiſcen. poſſ. rem.* 4. *qu.* 30. *n.* 236. *pag.* 76. & quæ ego ſcribo *quæſt.* 4. *illat.* 8.

318 Lectores autem nouiter † animaduerto circa praxim & intellectum *d. l.* 27. *Taurinæ*, hodiè *l.* 11. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recop.* diuerſimodè eſſe iudicandas meliorationes Tertij, factas poſt editionem *d. l.* 27. cum qua teſtatores ſe conformare videntur, iuxta reſolutionem Bart. *in l. hæredes mei*, §. *cum ita*, *ff. ad Trebell.* cum *concordan.* quæ ſcripſi *in princip. iſtius* 2. *part.* & meliorationes factas poſt publicationem *d. legis*, licèt plerique dicant, quod leges Taurinæ ſunt declaratoriæ iuris communis, non correctoriæ, vt tradit Molina *lib.* 3. *de primog. cap.* 6. *n.* 25. *fol.* 49. & alij quos refero *in princ. iſtius* 2. *part. num.* 17. & ex *lib.* 6. *tit.* 1. *lib.* 2. *Ordinamenti noui*, & ad præterita negotia extendantur leges Taurinæ; nihilominus tamen aduertentia eſt conſideratione digna.

Ex his autem deducitur non rectè definiuiſſe Greg. Lopez *in l. vlt. titul.* 10. *in gloſ. in verb.* Aquella parte *part.* 9. vbi vult, † quòd ſi conditor maioratus grauauit nominatim illum, quem primo loco vocauit, vt impleret ſuum teſtamentum ſub pœna omiſſionis maioratus; & eius conſtitutione in pœnam non adimplentis deuolutus eſt maioratus ad ſequentem in gradu, non amittet maioratum, per doctrinam *Bartoli*, & alia quæ refert. Pro quo facit doctrina Bartol. *in d. l. quæ conditio*, *n.* 4. *ff. de condit. & demonſtrat.* vbi vult, quòd in legatis onus in modum conditionis adjectum, tranſit ad ſubſtitutum, iuxta *regul. l.* 1. §. *pro ſecundo*, *C. de caducis toll.* niſi ſit nominatim onus iniunctum: quod confirmatur in textu *l. ſi plures gradu*, *in fine*, *ff. de legat.* 3. vbi notat Bart. *n.* 2. & per *l.* 1. §. *id quod ex ſubſtitutione*, *ff. ad l. Falcid.* vbi Bart. poſt Dinum, idem Bart. *in l. licet Imperat. num.* 4. *ff. de legat.* 1. vbi Alexand. *n.* 9. communem dicit, & alij quos citat D. Anton. de Padill. *in d. l. quoties principali*, *num.* 3. *fol.* 66. *C. de fideicommiſſis*, & probatur *in l. cum pater*, §. *ab inſtituto*, *ff. de legat.* 2. & ornat Gama *deciſ.* 224. *num.* 13. Quinimo Bartolus *in d. l. quæ conditio*, tradit doctrinam in materia ſingularem, quod licèt conditio videatur repetita, procedit in conditione poteſtatiua, & mixta, † non etiam in conditione caſuali: quod 320
voluit Gloſſa *in l.* 1. §. *pro ſecundo*, *in verbo*, *ſentire*, *C. de caduc. tollen.* & Paul. *in d. l. quæ conditio*, Iaſon *in d. l. licet Imperator*, *ff. de legat.* 1. Ant. Gama. *deciſ.* 324. *n.* 4. text. *in l. ſub conditione*, *de hæred. inſtituend.*

Et iſta concluſio confirmatur. Quia cum maioratus, & eorum fundationes ſint perpetuæ; ita qualitates, & conditiones † omnibus ſucceſſoribus debent eſſe vni- 321
formes, & perpetuæ, & pariformiter omnia determinanda ſunt, iuxta regulam, *l. iam hoc iure*, *ff. de vulgar.* & *l. Titius*, *eod. titul. l. in teſtamento*, vbi Iaſon. *notab.* 2. & Dec. *notab.* 3. *C. de teſtamen. milit. l. quamvis*, *l. hæreditatem*, *C. de impuber.* confirmat Gloſ. Pariſ. *part.* 1. *conſuetud. Pariſien.* §. 2. *gloſ.* 4. *num.* 36. *fol.* 62. qui etiam per *l. vltim. C. de ſentent. & interloc. omn. iudic.* tradit regulam, quod quando duo verba, vel duæ diſpoſitiones recipiunt vnam determinationem, intelliguntur eam vniformiter accipere, & qualitates, † & conditiones ſunt infixæ non 322
ſolum perſonis vocatis ad maioratum, ſed etiam rebus. Vnde illi qui in bonis ſuccedere debent, tenentur obſeruare omnes leges, & conditiones rebus impoſitas, & ad quemcunque bona tranſeant, debet habere eaſdem qualitates, quæ requiruntur in primis vocatis, & res tranſeunt cum onere ſuo; *l. pignoris*, *ff. de pignoribus*, *l. ſi conuenerit nomen*, §. *ſi fundus*, *ff. de pignorat. action. l. ſi debitor*, *C. de diſtract. pignor.* & ibi concordan. *in Gloſſa* cum ſimilibus vt per Pariſ. *in conſ.* 52. *num.* 1. *cum ſequent. lib.* 1. Et quod maioratus inſtitutio ſit in rem, & res perpetua, & 323
† non temporalis; ex pluribus probat Molin. *lib.* 1. *de primog. c.* 4. *n.* 22. *fol.* 21. Et iſta etiam confirmatur ex ſententia Baldi *in l. precibus*; *num* 65. *C. de impuber.* & aliis; vbi ſcribit qualiter fideicommiſſum ſit reale, Bart. *in l. petro*, §. *fratre*, *num.* 3. *ff. de legat.* 2. vbi idem tradit, & Socin. Iun. *in d.* §. *diui*, *num.* 209 & *in conſ.* 13. *num.* 21. & *in conſ.* 30. *num.* 12. *lib.* 4. Marzarius *conſ.* 14. *fol.* 71. *verſic. ſexto.* Tiber. Decian. *conſ.* 41. *num.* 51. & 84. *lib.* 1. maximè vbicumque adijcitur ratio, quod *fundator voluit bona in familia conſeruare*, quia tunc magis colligitur fideicommiſſum fuiſſe reale, vt tradunt Curti. Iun. *in conſil.* 115. *num.* 19. Carolus Ruin. *conſil.* 109. *num.* 14. *libro* 1. Hieron. Gabr. *conſil.* 117. *num.* 33. & 34. Franciſc. Beccius *conſil.* 24. *num.* 24. *cum ſequentibus.* Albenſ. *conſil.* 93. *num.* 2. Menoch. *conſil.* 85. *num.* 19. Cephalus *conſil.* 53. *num.* 43. *cum ſequentibus*, *libro* 1. & eſt communis ſecundum Pariſienſ. *conſil.* 92. *num.* 43. & 53. *libro ſecundo.* ad quod etiam plures refert Rebuffus ad iſta legendus *in l. vnica. Cod. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.*

notab.

notab 1. *num.* 48. *pag.* 136. quæ etiam notanda ſunt ad ea quæ ſcribo ſupra *in quæſt.* 5. *præcedenti.* Nam ego
324 exiſtimo † fore inſpiciendum, num grauamen ſit talis qualitatis, quod teſtatoris interſit, quod per ſecundum ſucceſſorem, vel alium vlteriorem exequatur. Nam tunc nihil refert nominatim iniunctum fuiſſe per prædicta. Et qualiter ſi teſtator bona viliora, & minus dilecta voluit in aguatione, & in maſculos peruenire, fortius videtur idem ſtatuere in bonis pretioſis, tradit notanter Curt. Iun. *in conſil.* 112. *num.* 8. *lib.* 1.

SVMMARIVM.

315 *Grauamen arma deferendi primo ſucceſſori iniunctum, cenſetur in ſequentibus repetitum.*

316 *Diſpoſitio pœnalis de caſu ad caſum non extenditur.*

317 *Qualitas non cadens vniformiter in perſonam ſequentem ſicut in primam præcedentem, an cenſeatur repetita.*

318 *Teſtator excludens filios filij eius qui ad maioratum vocauit legitimatos, vel per reſcriptum Principis, vel per ſubſequens matrimonium, videtur filios nepotum legitimatos excludere, etiamſi non exprimat.*

319 *Quid ſi diſpoſuit, quòd filij aut nepotes Clerici, vel Monachi in maioratu non ſuccedant.*

320 *Maſculinitatis qualitas qualiter repetita cenſeatur.* & num. 321. 325. 326. 327. 329. 354. 360. 361. & 363.

322 *Fideicommiſſum conditionale propter qualitatem maſculinitatis ad hæredem traſmittitur.*

323 *Vincula apposita in prima ſubſtitutione cenſentur repetita in ſecunda.*

324 *Subſtitutio quæ refertur ad alias, debet intelligi ſecundum alterius qualitates, & conditiones.*

328 *Excluſio fœminarum intra certum gradum vocationis contenta, ad illum an referatur? & ibi quid ſi fiat in clauſula de per ſe abſoluta.*

330 *Qualitas in vna ſubſtitutione adjecta non cenſetur in alia repetita; quando in ea fuit aliquid tacitè, non expreſsè diſpoſitum. Quid quando eſt rerum diuerſitas*, num. 332. *Quid quando teſtatoris mens, aut voluntas repugnat.* num. 333. 337. & 352. *Quid quando eſt contra ius commune, vel ab eo exorbitat*, num. 338. *Quid in qualitate extrinſeca.* num. 365.

331 *Subſtitutio vulgaris, & fideicommiſſaria conſeruantur in ſtatu ſuo, & vtraque ſuam naturam retinet.*

334 *Qualitas in dubio præſumitur adjecta diſpoſitioni & perſonæ.*

336 *Statutum cum maſculos deſcendentes vocat, & illos fœminis præfert, ſub verbo*, Fœminis, *an & qualiter cenſeantur excluſi deſcendentes ex illis.*

339 *Filios naturales an vocet teſtator, licet poſt non exprimat, quando in vna parte teſtamenti de filiis naturalibus mentionem fecit.*

340 *Reſolutio quæſtionis.* num. 105. *propoſitæ.*

341 *Cauſa propinqua magis influit quam remota.*

342 *Quod videtur magis ineſſe, ſi non ineſt, nec etiam id quod minus.*

343 *Nati in vita teſtatoris exiſtentes tempore purificatæ conditionis, veluti magis prædilecti, præferuntur poſt eius mortem natis.*

344 *Filia dotata ſi per ſtatutum non ſuccedit, magis excluditur neptis.*

345 *Teſtator videtur conſiderationem ad conſeruandam agnationem habuiſſe, quando maſculos tranſverſales filia propria prætulit.*

346 *Prouiſio facta in duobus ſubſtitutionum gradibus, cenſetur etiam facta quoad alium exiſtentem in medio.*

347 *Teſtator ſe corrigere non præſumitur.*

348 *Dictio*, Aſſi, *eſt præcedentium demonſtratiua.*

349 *Ordo ſucceſſiuus dicitur, quando gradatim defertur fideicommiſſum etiam inter collaterales.* & num. 351.

350 *Edictum ſucceſſorium appellatur, cùm bonorum poſſeſſio de gradu in gradum, aut de capite in caput defertur.*

353 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio regulatur ſecundum rationem tacitam, vel expreſſam.*

355 *Teſtator videtur magis diligere filias, aut neptes, quàm vlteriores fœminas.*

356 *Argumentum hoc non valet*, teſtator remotiores excluſit, ergo proximiores excluſiſſe videur.

357 *Voluntas ſequens colligitur ex præcedentibus, & durare præſumitur.*

358 *Qualitas cenſetur magis repetita, quando plura ſunt in eadem oratione.*

359 *Et ad omnia refertur propter vnitatis vim, ſermonis, & orationis.*

361 *Copula natura eſt copulata ipſa exæquare, ac ad vniformem diſpoſitionem reducere.*

364 *Qualitates maſculinitatis inter deſcendentes à teſtatore per lineam maſculinam, per fœminas, & inter tranſverſales, qualiter differant ad hoc vt repetita cenſeantur.*

366 *Inſtitutio maſculinitatis facta per dictionem*, Semper, *an verificetur in primo maſculo tantum, vel in vlterioribus.*

367 *Dictio*, Perpetuò *in fideicommiſſis accipitur pro* Semper, *& ſine temporis præfinitione inter deſcendentes vocatos.*

368 *Qualitas legitimatis apposita in filio, vel nepote, cenſetur in omnibus ſucceſſoribus repetita.*

369 *Fundator maioratus qualiter admittat, vel excludat fœminas per dictiones taxatiuas*, ſolummodo, tantummodo, ſaluo; &c.

Poſt num. 369. inuenies alia ſummaria:

QVartò infero; quòd grauamen à teſtatore adjectum, vt filius, vel nepos propria arma & no- 315
men deferat, † cenſetur repetitum in vlterioribus deſcendentibus: licèt à teſtatore nec dictum, nec expreſſum ſit. Huius illationis veritas pendet à notatis *in* 4. *quæſt. ſupra eod. illation.* 8. Quibus eſt addendum, quod circa iſtam delationem tradit in terminis Roland. *conſil.* 59. *num.* 51. *libro* 1. vbi ſcribit, quod ſi in capitulis dotalibus cauetur, quod ſecundogenitus teneatur deferre certum nomen, & arma: talis capitulatio non extenditur ad grauandum primogenitum, nec eſt repetita in primogenito, quia
† diſpoſito pœnalis de caſu ad caſum non extenditur, 316
l. pater Seuerinam, vbi Bart. *ff. de condit. & demonſtrat.* notat Decium *conſil.* 173. *columna vltim.* & alij quos Roland. citat; ad quem addo dicta *conſilia* Bertrandi 46. *libro* 1. & 73. *libro* 3. & quæ ſcribit Cæſar Lambertin. *in tractat. de iur. patronat. lib.* 1. 4. *quæſtion. principal. articul.* 11. *num.* 1. *fol.* 32. & *lib.* 2. *part.* 2. 1 *quæſtion. principal. articul.* 16. *num.* 7. *fol.* 125. vbi tractat, ſi teſtator mandauit hæredi conſtruere Eccleſiam intra certum tempus: & hæres moritur, an hæres hæredis teneatur ad pœnam? Quibus congruit, quod ex textu *in fin.* §. 2. *ff. de legat.* 2. Aretin. *conſil.* 1. *col.* 3. *in fine*, tradit Iacob. Pute. *deciſ.* 75. *libro* 1. *num.* 3. vbi vult, quod ſi qualitas non † cadit vniformiter in perſonam ſequentem, ſi 317
cut in primam præcedentem; non cenſetur repetita, vbi ex Bart. *in l. Iulius Paulus*, *ff. de conditon. & demonſtrat.* tradit, quod qualitas non cenſetur repetita quoad perſonas, quando adſunt primæ perſonæ.

Quintò deduco; Quod ſi teſtator excludit filios ſi lijs eius qui ad maioratum vocanit legitimatos; aut per reſcriptum Principis, aut per ſubſequens matrimonium, maiori ratione, etiam ſi non expreſſerit, excluſiſſe videtur filios nepotum, aut aliorum vlteriorum

318 deſcendentium, † qui legitimati ſint: & hoc in terminis tenet Barth. Socin. *in conſil.* 63. *n.* 18. *lib.* 3. licet aliqui in contrarium citent iſtud conſilium *Bartholomæi Socini*, provt refero *ſupra* 2. *part. quæſt.* 1. *in fine*, vbi legendum: quæ concluſio vera videtur ex ſuperioribus, & ex tatione *d. l. ſi viua matre*, *C. de bon. matern.* Et iſta doctrina confirmatur, quia eſt eadem ratio in ſecunda diſpoſitione, quæ fuit in prima, & ita cenſetur facta repetitio, ſecundùm Bart. *in l.* 1. §. *erit*, *ff. vi bonor. rap.* Cephal. *in conſ.* 194. *n.* 27. *lib.* 2. quod etiam dixi *in* 1. *part. quæſt.* 15. Et iſtud notandum eſt ad ea, quæ ſcribo *part.* 1. *quæſt.* 44. *& quæſt.* 48. Et è contrario ſi teſtator vocauit filios legitimatos deficientibus filiis legitimis, videtur onus reſtitutionis in vlteriores repetiiſſe, ſecundùm Menoch. *in conſ.* 379. *num.* 35. *lib.* 4. Et ex iſtis omnibus infertur concluſio ſingularis, & multum notanda, quod ſi conditor maioratus ordinauit, quod filij, vel nepotes Mo-
319 nachi, vel Clerici, † non ſuccederent in maioratu, talis prohibitio extenditur, & habet locum in omnibus vocatis ad maioratum in infinitum: quod in praxi
320 eſt aduertendum.

Sextò generaliùs deduco, quod qualitas † maſculinitatis, quæ adeſt in inſtitutione, aut ſubſtitutione maioratus, quia ſubſtitutio eſt in effectu quædam inſtitutio, in aliis ſubſtitutionibus ſub ſequentibus repetita cenſetur. Quam etiam regulam tradunt Abb. *in conſ.* 36. *Videtur primo quod*, *lib.* 1. & Iaſon. *in l. centurio*, *n.* 59. *ff. de vulgar.* & in *l. qui filiabus*, *in princ. ff. de legat.* 1. *num.* 3. & ſequuntur alij, quos refert Peralta *in l. ſi quis*, *in princ. num.* 168. *pag.* 467. *ff. de legat.* 3. vbi dicit, iſtam eſſe communem opinionem: & idem ipſe ſequitur, vbi etiam communem profitetur *in l. Titia cum teſtamento*, §. *Lucius Titius*, *num.* 5. *&* 6. *pag.* 443 *ff. de legat.* 2. Cui addo Iaſon. *in conſil.* 140. *in* 8. *col. verſic. octauo facit*, *lib.* 2. quamvis idem Iaſon. *conſ.* 137. *num.* 4. *lib.* 4. contrarium teneat, ſequutus Ananiam *in conſ.* 22. Decium *in conſ.* 480. *num.* 2. vbi notanter, & *in conſ.* 405. *num.* 9. *cum ſeqq.* & benè *in conſ.* 514. *&* 515. Socin. Iun. *in conſ.* 3. *num.* 42. & idem *in conſ.* 100. *num.* 20. *lib.* 1. vbi dicit, opinio-
321 nem *Ananiæ* eſſe magis communem: quod ego † dubito præcipuè in iſtis temporibus, licet idem Socin. *in conſ.* 228. *num.* 233. *lib.* 1. iterum dicat, quod opinio *Ananiæ* eſt communior: & plures qui ſequuntur opinionem Abbatis, refert Burgos *in proœmio*, *ll. Tauri*, *num.* 130. *fol.* 121. Theſaur. *dec.* 178. *num.* 3. qui refert Decium, Rubeum, Socinum Iuniorem, Ruinum, Mizolum, Cephalum, S. Iuanum, Decianum, Sforciam Oddum: & pro hac illatione faciunt quæ ſcribit Ant. Gomez *tom.* 1. *cap.* 11. *de legat. num.* 80. *fol.* 129. ex *l. unica*, §. *pro ſecunda*, *C. de caduc. toll.* & aliis; & infinitos Doctores refert Franciſc. Mantic. *lib.* 11. *de coniectur. ment. defuncti. tit.* 14. *num.* 22. *pag.* 542. hodiè *fol.* 283. & legendus eſt *num.* 10. *antecedenti*. Et materiam latè, & nouiſſimè proſequitur Ioan. Garcia *in tract. de nobilit. in diuiſione*, *num.* 12. *cum ſequent. fol.* 7. vbi hoc refert Menoch. *in tract. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 80. *num.* 1. *cum ſeqq. fol.* 310. Caſtillo *lib.* 2. *quæſt. cap.* 4. & faciunt quæ ſcribo *ſupra*, *in* 2. *illatione*. Et probatur iſta concluſio *in l. Caio*, *in princ. ff. de alimen. legat.* & *in l. ſi tibi*, *& in l. ſeq. ff. de adimen. legat.* & *in l. cum pater*, §. *ab inſtituto*, *ff. de legat.* 2. & *in l.* 3. §. *filius*, *ff. de liber. & poſthum.* & *in l. legatorum*, §. *qui plures*, *ff. de legat.* 3.

Et hoc ex ſimili comprobatur, quia licet fideicommiſſum conditionale regulariter non tranſmittatur ad hæredes, iuxta Gloſ. *in l. unica*, *C. de his*, *qui ante*
322 *apert. tabul.* cum *concordant.* id fallit † propter qualitatem maſculinitatis, ſecundum Curtium *in conſ.* 76. & Ant. Rube. *in* 28. *n. conſ.* 8. & ex iſtis dixit Gregor. Lopez *l.* 3. *tit.* 5. *in gloſ. in verbo*, *Segun la quantia*, *par.* 6. quod in maioria prohibitiones, & vincula appo-
323 ſita † in prima ſubſtitutione cenſentur repetita in ſecunda. Et quod ſubſtitutio vna, quæ refertur ad aliam, † debet intelligi ſecundum alterius qualitates, 324
& conditiones, per *l. Titia ſerno*, §. *libertis*, & *d. l. cum pater*, §. *ab inſtituto*, *ff. de legat.* 2. notat Bart. *in l. ſi quis ſeruum*, §. *vlt. eod. tit.* & Alex. *in conſ.* 72. *Pro reſolutione*, *num.* 54. *lib.* 3. & Pariſ. *in conſil.* 28. *Conſideratis*, *num.* 21. *lib.* 2. plures etiam citat Doctores, qui tenent, quod qualitas maſculinitatis in vna parte teſtamenti adiecta, in alia parte repetita † cenſetur: & 325
idem Pariſ. *in conſil.* 22. *num.* 26. *cum aliis*, *lib.* 3. & *conſ.* 72. *ad verum*, *num.* 34. *lib.* 4. & *in conſil.* 42. *Ad reſolutionem*, *lib.* 3. *num.* 16.

Quamvis idem Pariſius (quod maximè dolendum eſt) in pluribus conſiliis contra hanc receptam, & communem ſententiam teneat, præcipuè *in conſ.* 38. *In hac conſultatione*, *num.* 28. *cum aliis*, *lib.* 2. qui ad hoc citat Socin. *in l. vlt. ff. de reb. dub.* qui dicit, quod hoc procedit, etiam ſi dictio aliqua repetitiua ſit appoſita: & contra communem tenet idem Socin. *in conſ.* 69 *num.* 6. *lib.* 3. per *l. Scia*, §. *Caio*, *ff. de fund. inſtruc.* & idem Pariſ. *in conſ.* 87. *num.* 46. *lib.* 4 quibus in locis alios Doctores ad hanc opinionem citat: quare coactus fuit Peralta *in d.* §. *Lucius*, quandam longam diſtinctionem in hoc puncto ſcribere, & *in l. ſi quis in principio teſtamenti*, *num.* 169. *pag.* 467. *ff. de legat.* 2. cui adde Portium *in dictis conſiliis* 38. *&* 39. vbi tradit, † qualiter qualitas in vno capitulo adjecta, non 326
cenſeatur in alio repetita, quando capitula ſunt ſeparata, & habent orationem perfectam: & maximè quando adeſt diuerſitas perſonarum, & rerum: & idem *in conſ.* 4. *lib.* 3. *num.* 22. vbi dicit, quòd qualitas maſculinitatis habet locum ſolum in caſibus expreſſis, & prouiſis, & non in aliis amiſſis: & idem Pariſ. *in conſ.* 35. *num.* 6. *&* 17. *eod. lib.* & *in conſ.* 44. *num.* 17. *lib.* 2. & *in conſ.* 31. *eod. lib.* in quibus locis idem repetit, quod *in d. conſ.* 4. & *in conſ.* 65. *Dominus Cornelius*, *num.* 13. *lib.* 3 quibus iunge notabile *conſilium* Alex. 158. *num.* 2. *cum aliis*, *lib.* 6. & idem tenet Anania, quem omnes referunt *in d. conſ.* 22. cuius authoritate dicit Gregor. Lopez *in l.* 3. *tit.* 13. *part.* 6. *in gloſſa in verbo*, *Mugeres*, *fol.* 88. *col.* 1. *verſ. ſed pono*, *quod Princeps*, quod ſi Princeps conceſſit facultatem faciendi maioriam in vnum ex filiis maſculis, & ille cui data fuit facultas, fecit illam in filium maſculum, & non diſpoſuit, quod non ſuccedat fœmina, ſi poſtea contingat, quod talis filius maſculus habeat vnam filiam tantum, & nullum filium maſculum, quod filia ſuccedit in maioria. Pro quo facit notabile *conſilium* Deciſ. 599. vbi tradit, quod † qualitas maſculinitatis appoſita in inſti- 327
tutione, non cenſetur in ſubſtitutione repetita, maximè ſi ſit in diuerſa oratione: per text. *in l. ſub conditione*, *ff. de hæred. inſtituend.* vbi dicitur: *Sub conditione*, *hærede inſtituto*, *ſi ſubſtituamus*, *niſi eandem conditionem repetamus*, *putè eum hæredem ſubſtitutum eſſe intelligemus*, & pro hac ſententia Ananiæ plura ſcribit Simon de Pretis *lib.* 2. *de interp. defun. volun. interp.* 2. *dub.* 1. *ſolut.* 3. *n.* 71. *fol.* 147. qui latiſſimè materiam proſequitur. Idem autem Gregor. *in d. l. fol.* 89. *col.* 2 *in verſ. ſed quid ſi fœmina*, dicit, † quod ſi excluſio fœ- 328
minarũ fuit intra certũ capitulum alicuius gradus, ſeu vocationis ad illud ſolum refertur, & non ad ſequentia: Si verò excluſio fiat in aliqua clauſula de per ſe abſoluta; referri debet ad omnes gradus, & ad omnes vocationes, per iura quæ ipſe citat: & dicit Ant. Rub. *in conſ.* 31. *præſupponitur in facto*. Et idem repetit *in conſ.* 71. *Plura mihi*, *n.* 6. quod qualitas maſculinitatis † non cenſetur repetita, vbicumque ſubſtitutus non 329
eſt de deſcendentibus teſtatoris: & tenet in effectu idẽ quod Pariſ. *in d. conſ.* & vbicumq; in alia diſpoſitione fuit aliquid diſpoſitum tacitè, non expreſsè, qualitas in ſola ſubſtitutione † adjecta, nõ cenſetur in alia repe- 330
tita, ſecundũ Bald. *in l.* 1. *in princ.* per Gloſ. *ibi*, *in verbo*, *ſi quis in lectura antiqua*, *ff. quod quiſq; iuris*: quẽ ſequitur Alex. *ibi*, & Dec. *in cõſ.* 353. *In caſu propoſito*, *n.* 4. & *in conſ.*

conſ. 416. *In teſtamento illuſtris*, *num.* 12. vbi ex hoc di-
331 cit, quod ſubſtitutio vulgaris, & fideicommiſſaria † conſeruantur in ſtatu ſuo, & vtraque ſuam naturam retinet, quia illa determinatio, quæ æqualiter debet fieri, reſpicit illud quod exprimitur; & non videtur habere locum in eo, quod tacitè intelligitur, provt eſt in conditione *liberorum*, de qua nihil dictum fuit: cui adde Roman. *in conſil.* 56. *In caſu propoſito*, *num.* 3. vbi hoc notabiliter tradit. Et qualitas non cenſetur repetita, vt tradit Menoch. *in conſ.* 124. *num.* 72. *lib.* 2. Et qualitas in vna oratione expreſſa, non cenſetur in alia
332 repetita, quando eſt † diuerſitas rerum, & identitas perſonarum, ſecundùm Bart. *in l. in repetendis*, *ff. de legat.* 3. notat Barth. Socin. *in conſ.* 64. *num.* 3. *lib.* 3. Dec. *in conſil.* 190. Pariſ. *in conſ.* 95. *num.* 31. *lib.* 2. quod incipit, *Vidi proceſſum*, *& conſil.* 87. *num.* 4. *eod. lib.* Roland. *in conſ.* 38. *numer.* 56. *cum ſeq. lib.* 4. Menoch. *conſ.* 177. *num.* 12. *lib.* 2. vbi *in numeris ſeqq.* ſcribit, qualitates non eſſe repetendas, quando clauſulæ ſunt
333 ſeparatæ, & quando voluntas teſtatoris † repugnat, & in diſpoſitione odioſa, & correctoria, & quando in vna parte appoſita eſt reſtrictiuè, & quando eſt materia periculoſa, & quando inutilis foret diſpoſitio; qui ad iſta legendus eſt *in conſ.* 86. *num.* 48. *&* 49. vbi tradit qualitatem non cenſeri repetitam in odioſis, vel quando eſt in diuerſa oratione, ex Decio *in conſ.* 567. Zuchardo *in l. vltim. num.* 83. *&* 84. *Cod. de edict. aud. Adria.* & aliis quæ citat. Ad quem addo Tiber. Dec. *reſponſ.* 12. *num.* 48. *lib.* 1. Et in dubio qualitas præ-
334 ſumitur † adiecta diſpoſitioni, & perſonæ, cauſa demonſtrationis, *l. vltim.* §. *vlt. ff. de libera. legat.* Bart. *in l. cum pater*, §. *menſe*, *ff. de legat.* 2. Iaſon *in l. Centurio*, *nu.* 51. & ibi Ripa *num.* 140. *ff. de vulgar.* quos citat idem *Menoch.* vbi id declarat *in conſ.* 10. *num.* 100. Sed de materia qualiter, & in quibus caſibus qualitas cenſeatur repetita, latiſſimè tractat Simon de Pret. *lib.* 2. *de interpr. defun. volun. inter.* 4. *dub.* 2. *fol.* 2. *n.* 132. *cum pluribus ſeq. fo.* 169.

Et hic etiam non eſt omittenda doctrina eiuſdem Barth. Socin. *in conſ.* 27. *num.* 7. *lib.* 4. vbi dicit, quod qualitas adiecta in vno capitulo non cenſetur in alio
335 repetita, † vt abſurditas euitetur, licet ſequens capitulum nihil operaretur: refert text. & Bart. *in l. cum pater*, §. *filiæ*, *ff. de pactis dotalib.* Et ad iſtam ſententiam eſt notabilis doctrina Gloſſ. Pariſ. *in conſuet. Pariſ. part.* 1. §. 16. *num.* 4. *in fine*, vbi dicit ad propoſitum, quod licet vbicumque lex, vel ſtatutum vocat deſcendentes maſculos, & illos præfert fœminis, tunc ſub
336 verbo, *Fœminis*, ſi aliud non dicatur, † excluſi cenſentur deſcendentes ex illis, per DD. quos ipſe refert. Hoc procedit quando verbum, *Maſculis*, ſtat in generali diſpoſitione, ſeu quatenus eſt generalis: ſecus ſi ponitur in diſpoſitione limitata, ſeu quando limitatur ad certum gradum, vel caſum, quia tunc non extenditur ad alios, ſed limitata cauſa, limitatum producit effectum. Prætereà qualitas non cenſetur repetita, quando
337 talis repetitio † contradiceret menti diſponentis, *dict. l. licèt Imperator*, *ff. de legat.* 1. Sicut è contrario cenſetur repetita, quando conſtat de mente diſponentis, vt notat Pariſ. *in dict. conſil.* 18. Item qualitas non cenſe-
338 tur repetita quando eſt † contra ius commune, vel ab eo exorbitat, *l. vxori*, vbi notatur, *ff. de legat.* 3. Gloſſ. *in l. talis ſcriptura*, *ff. de legat.* 1. notat Bart. *in dict. l. Prætor.* §. *eritque hæc differentia*, *ff. vi bonor. raptor.* & alij, vt per Pariſ. *in dict. conſil.* 95. *num.* 12. *lib.* 4. *& in conſil.* 86. *num.* 2. *eod. lib.* & nouiſſimè, & cum magna, & abundanti doctrina materiam proſequitur Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. art.* 16. *num.* 1. *cum ſeqq.* Et in iſta materia eſt memorabilis, & magni facienda doctrina Bart. *in l. ex facto*, §. *ſi quis rogatus*, *num.* 2. *ff. ad Trebell.* vbi vult, quòd quando teſtator facit mentionem in vna parte teſtamenti de filiis naturalibus,
339 † videtur poſteà vocare filios naturales, quamvis id non exprimat; quem citat Carol. Ruin. *in conſ.* 134. *num.* 19. *lib.* 2. Alex. *in conſ.* 94. *lib.* 2. Decius *in cap. in præſentia*, *de probation. num.* 39.

Ego in hac Doctorum varietate, † & confuſione, 340
qui præcipuè conſulendo in diuerſas ſententias eunt, in hoc puncto, An qualitas maſculinitatis repetita cenſeatur, ſemper exiſtimani, & adhùc exiſtimo, quod regulariter, vbi eadem eſt ratio, qualitas maſculinitatis repetita cenſetur, per ſupradicta. Et quia voluntatis mutatio non præſumitur, maximè in eadem diſpoſitione, *l. cum qui*, *ff. de probation.* cum *concordan.* Et quod ſi teſtator in principio teſtamenti, & in prima inſtitutione maſculos prædilexit, & vocauit, excludendo fœminas; cenſetur eſſe poſteà in vlterioribus diſpoſitionibus eiuſdem voluntatis; & maiori ratione, quia quanto remotiores ſunt ſubſtituti, & deſcendentes, & tranſuerſales fœminæ, tanto magis præſumitur, quod teſtator eas admittere noluit; quia cauſa † propinqua 341
magis influit, quàm remota. Etſi id quod videtur magis ineſſe, non ineſt, † nec etiam id quod minus, *cap. ſi ergo*, 4. *quæſt.* 1. vbi Gloſſ. *cap. ſi Paulus*, 30. *quæſt.* 5. Socin. Iun. *in conſ.* 128. *num.* 66. *lib.* 1. notat Gloſſa, & Abb. *in cap. cum in cunctis*, *de electione*. Quod confirmo per notabilem in iſta materia doctrinam *Curtij Iun.* vbi vult, quod † nati in vita teſtatoris exiſtentes 343
tempore purificatæ conditionis, veluti magis prædilecti; præferuntur natis poſt mortem teſtatoris: & eſt *in conſil.* 56. *ad finem*, quem refert Socin. Iun. *in conſ.* 172. *lib.* 2. *colum.* 1. & alij quos citat Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. art.* 22. *num.* 69. *fol.* 202. Hinc eſt, quod ſi per ſtatutum filia dotata † non ſuccedit, multo 344
magis neptis excluditur, ſecundùm Nicola. Mattarell. *in l.* 1. *Cod. quæ ſit longa conſuetudo*; Imola *in l. ſi vero*, §. *de viro*, *ff. ſolut. matrim.* notat Euerard. *in centum locis*, *loco* 66. *a maiori*, *pag.* 449. Et quando teſtator præ-
tulit maſculos tranſuerſales filiæ propriæ; † videtur 345
habuiſſe conſiderationem ad conſeruandam agnationem, vt probant Corne. *conſ.* 229. *colum. fin. verſ. tertia via*, *lib.* 3. Curt. Iun. *conſ.* 121. *col.* 6. Aymon. *conſil.* 155. *num.* 7. Et vna pars teſtamenti declaratur per aliam, *l. ſi ſeruus plurium*, §. *vltim. ff. de legat.* 1. *l.* 1. vbi Barth. Socin. *ff. de reb. dub. l. verum*, *ff. de petitione hæreditatis*, vbi *Bald.* & faci, quod notat idem Socin. *conſil.* 6. *num.* 17. *& conſ.* 21. *num.* 16. *lib.* 3. Roman. *in conſil.* 438. *num.* 14. Anton. Rube. *in conſ.* 141. *num.* 2. & faciunt quæ ſcribo *ſupra*, & per *dict. l. ſi ſeruus*, §. *vlt.* & Bart auctoritatem *in l. centurio*, *num.* 42. *ff. de vulgar.* inquit ad propoſitum Corne. *in conſil.* 20. *num.* 23. *lib.* 4. quod verba in vna parte teſtamenti poſita vno modo, ſi poſteà ſimpliciter ſcribantur, licèt ſint æquiuoca, interpretantur ſicut ſcripta fuerunt in prima parte teſtamenti.

Hinc eſt quod prouiſio facta in duobus ſubſtitutionum gradibus; † cenſetur etiam facta quoad alium 346
exiſtentem in medio, de quo teſtator idem dixiſſet ſi cogitaſſet, ſecundùm Iaſon. *in conſil.* 148. *colum.* 3. *verſ. quarto facit*, *lib.* 2. Rubeus *conſ.* 120. *num.* 4. Ripa *in l. centurio*, *num.* 3. *verſ. circa iſta dicta Bart. de vulgar.* & alij quos citat Cephal. *in conſ.* 114. *num.* 17. *lib.* 1. Et expreſſum dicitur, quod ex præcedentibus, & ſequentibus verbis ſcripturæ appareat, errore ſcribentis fuiſſe omiſſum: & habendum eſt ac ſi fuiſſet expreſſum in ſcriptura, *l.* 1. & quod ibi notat Bart. *ff. de hæredib. inſtit. l. cum pater*, §. *cum imperfecta*, *ff. de legat.* 2. notat Paul. *in conſil.* 6. *Hoc capite pro euidentia eius*, *lib.* 1. Tiraquel. *in l.* 7. *connubial. numer.* 180. *fol.* 321.

Ex quibus infertur, quod idem eſt in ſubſtitutionibus factis ad diuerſas perſonas, vel in diuerſa oratione, niſi euidentiſſimè contrarium appareat, quia teſtator † non præſumitur ſe corrigere, *l. nam ad ea*, *ff.* 347
de condit. & demonſtr. vbi Gloſſ. Bart. *in l.* 1. §. *aut pauci*, *ff. quod vi*, *aut clam. cum ſimilib.* vt per Alciat. *reg.* 2. *præſumpt.* 28. cui adde Barth. Socin. *conſ.* 27. *lib.* 4. & Alexand. *in conſ.* 156. *lib.* 2. Simon. de Pret. *lib.* 1.

de interpr. defun. volunt. interpret. 1. dubit. 4. ſolut. 7. 8. & 9. fol. 31. quæ præſumptio ceſſat, vbi contrarium apparet, vt notatur per Peralt. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, num. 2. pag. 351. ff. de legat. 2.* & plura in confirmationem iſtius illationis, ſcribit Menoch. *conſil. 117. num. 54. cum ſeq. lib. 2.* ibi, *Credo verum.* Et quod dictio, *Aſſi*, ſit demonſtratiua ad † oculum, præ-
348 cedentium repetitiua, & immediatè, tradunt Gloſſ. *in l. Gallus, ff. de liber. & poſthum.* vbi DD. & probatur *in cap. frequens, in princ. de reſtit. ſpoliator.* & volunt Bart. Socinus *in conſil. 62. num. 5. lib. 3.* Carol. Ruin. *in conſ. 184. num. 6. lib. 2. & in conſ. 170. num. 2. eod. lib.* Riminald. Iun. *conſ. 512. num. 106. lib. 5.* Vincent. Honded. *conſ. 64. num. 7. & conſ. 78. num. 19.* Quæ magis locum ſibi vendicabunt, ſi teſtator ponat verba, quæ ſæpè in iſtis diſpoſitionibus reperiuntur : *Y aſſi ſucceſſiuamente*, quia illa dictio, *aſſi*, idem eſt quod *Ita*, & inducit ſimilitudinem cum eiſdem qualitatibus, & conditionibus, *l. quæſitum, §. præterea, l. qui habebat, §. ſi t. ff. de legat. 3.* De quo etiam per Pariſien. *in conſil. 38. n. 19. & 29. lib. 2.* Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 95. n. 30. fol. 179.* & Carol. Ruin. *in conſil. 102. nu. 11. lib. 2.* Anton. Theſaur. *deciſ. Pedem. 248. num. 15.* qui duo vltimi dicunt talem dictionem ſtare illatiuè, non repetitiuè : quòd non credo verum ; & tradunt de iſta dictione, *Aſſi*, & quod ſit demonſtratiua ad oculum, Gloſſ. *in l. Gallus, in princ. ff. de liber. & poſthumis*, vt probatur *in cap. frequens, de reſtitution. ſpoliatorum*, & volunt Barth. Socin. *in conſ. 62. num. 5. lib. 3.* Vicenti. Homod. *conſ. 64. num. 7. & in conſ. 78. num. 19.* Rebuff. *in Concordat. in rubr. de mandatis Apoſtolicis, §. 1. pag. 514.* Ioann. Garcia *in tract. de nobilitate, in verbo, & exemplis, num. 51. fol. 14.* Ad quæ addo,
349 quod ordo † ſucceſſiuus dicitur, quando gradatim defertur fideicommiſſum etiam inter collaterales, *l. vlt. Cod. de verb. ſign. l. cum ita 3. §. in fideicommiſſo, ff. de*
350 *legat. 2.* & ſucceſſorium † edictum appellatur, cum bonorum poſſeſſio defertur, non ſolum de gradu in gradum, ſed etiam de capite in caput : vt puta, *vnde liberi, vnde cognati, vnde legitimi*, & inter eos Prætor dat ſucceſſionem, quod intelligitur, vt proximioribus excluſis, cæteri admittantur. Ex quo ſit, quod ordo ſuc-
351 ceſſiuus dicitur † non ſolum inter eos qui recta linea deſcendunt, ſed etiam inter collaterales, quod tradit Mantic. *lib. 8. de coniect. men. defun. tit. 18. num. 68. pag. 378.* Et de iſtis verbis, *Ordine ſucceſſiuo*, tractat etiam Cephal. *in conſ. 581. nu. 19. & 20. lib. 4.* Auendan. *in l. 40. Tauri, gloſſ. 3. num. 15. fol. 144.* qui refert Bald. *in conſil. 293. lib. 2.* Corne. *in conſ. 272. lib. 4.* Riminald. *conſ. 182.* Ex quo confirmo id quod in iſta materia ſcribit Molin. *lib. 3. de primogen. cap. 5. num. 65. fol. 42.* de his qui vocant ad ſucceſſionem maioratuum maſculos & poſteà adjiciunt : *Y que aſſi vaya por todos mis deſcendientes.*

Ad hoc etiam facit, quia licet qualitas, vel conditio adiecta in præcedenti diſpoſitione non cenſeatur in ſequenti repetita ; *l. qui fundum, ff. de contrahen.*
352 *empt. Iſi ita quis, in princ. ff. de verbor. oblig.* fallit, † niſi ex præſumpta voluntate diſponentis appareat, ſecundùm Bart. *in l. Seia, §. Cæio, ff. de fund. inſtruct.* per *l. Iulius Paulus, & l. cum ſeruus, ff. de condit. & demonſtrat.* & tenent Geminian. & Philipp. Franch. *in cap. mandato, de reſcript. in 6.* Aretin. *in conſil. 137.* Curti. Iun. *in conſ. 112. num. 7.* Alexand. *in conſ. 47. numer. 3. lib. 5.* vbi Gloſſ. Pariſien. *in additione*, quæ incipit : *Fallit*, alios refert ad hoc dictum, de quo videnda ſunt quæ ſcribo *ſupra 3. hac part. quæſtion. 4. illation. 8.*

Quod maximè procederet, vbi ex verbis teſtatoris tacitis, vel expreſſis appareret mentem habuiſſe excludendi fœminas, aliquam inſerendo rationem, ex qua
353 colligitur fœminas excluſiſſe ; quia inſtitutio, † vel ſubſtitutio regulatur ſecundum rationem tacitam, vel expreſſam, *dict. l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de legat. 2.* ad quod facit *conſil.* Raphaël. Cuman. *2. col. 1. & 25. col. 2.* & aliud Raphaelis Fulgoſ. *15. col. 2.* notat Molina *lib. 1. de primogen. cap. 5. num. 7. cum ſeqq.* & quod notat Staphilæ : *de literis gratiæ, fol. 116.* vbi traditur quòd propter identitatem rationis, repetitio de vno ad alium fieri debet, notat Iacob. Puteus *deciſ. 75. numer. 8. part. 1.* ad quos addo Decium *in l. factum, §. in pœnalibus, l. 198. num. 16. pag. 413. ff. de reg. iur. & in cap. ſecundo requiris, num. 3. verſi. ſexto ſi pœna fol. 310. de appell.* Angel. *in §. ius autem ciuile, Inſtit. de iuſt. & iure* ; Iaſon *in §. ſequens, num. 7. & in §. ex maleficius, num. 2. Inſtit. de action. & in l. fin. ff. de in ius vocand.* eundem Dec. *in cap. translato, lect. 1. num. 1. de conſtitution.* Ex quibus infertur, quod in ſecunda, tertia, vel in vlterioribus ſubſtitutionibus appareat, diuerſam eſſe rationem excluſionis fœminarum, quam in prima, qualitas maſculinitatis † repetita non cenſetur propter 354
ceſſantem, vel diuerſam rationem ; quam Iudices, & Aduocati, veluti ingens ſpeculum contemplari debent, quia totum facit, quod latius infra docebitur.

Et ex hoc ſubinfertur, & ex aliis ſuprà ſcriptis, quod teſtator non tam videtur excludere fœminas primi, & ſecundi gradus : quàm vlteriores, quia credendum eſt † magis diligere filias, aut neptes, quam vlteriores, 355
d. l. ſi viua matre, Cod. de bon. matern. & apparet ex ſuperioribus : & hoc ipſa naturalis ratio docet ; vnde non erit concludens argumentatio, *teſtator in remotioribus gradibus fœminas excluſit : † ergo in proximioribus ex-* 356
cluſiſſe videtur : quia longa eſt differentia (vt dictum eſt) inter proximos, & remotiores. Et ex his etiam deducitur, quod teſtator vocans in primis vocationibus fœminas, in aliis ſequentibus ab eis abhorruiſſe non videtur, quia voluntas ſequèns colligitur † ex præce- 357
dentibus, & durare præſumitur : *dict. l. ſi ſeruus plurium, §. vltim. ff. de legat. 1.* & à primordio tituli poſterior iudicatur euentus, *l. quadam mulier, ff. de rei vendic. l. 1. Cod. de acquir. poſſ. l. 1. Cod. de imponen. lucrat. deſcript.* imò præcedentia magis influunt in ſequentia quàm è contra, ſecundum Gloſſ. *in l. filium, ff. quando dies legat. ced.* cùm *concord.* vt per Curti. Iun. *in conſ. 70. num. 2.* quod latè tracto *in fine iſtius 2. p.* Et iſta maximè procedunt quando teſtator, licèt plura ſtatuat, ſunt tamen in eadem oratione, & reguntur ab eodem verbo, quia tunc qualitas magis † cenſetur re- 358
petita, ſecund. Bart. qui hoc decidit in ſtatuto ; *in d. l. Prætor, §. eiuſque differentia. Digeſtis vi bonor. raptor.* per *l. 1.* iuncta *l. 3. §. quod ait prætor, Digeſtis de incend. ruin. & naufrag. & d. l. Seia, §. Cæio, Digeſtis de fund. inſtruct.* vbi *Bart.* tradit ; quod qualitas † ad 359
omnia refertur propter virtutem vnitatem, vim ſermonis, & orationis : & voluit in notabili caſu Bart. & Barthol. Socin. *in l. fin. Digeſtis de reb. dub.* Corne. *in conſ. 59. in princip. lib. 2.* Nicol. Boer. *deciſ. 155. in princip.* traditur etiam per Barth. Socin. *in conſ. 48. num. 5. lib. 1. & in conſ. 63. num. 14. verſ. ſecundo quia omnia reguntur, lib. 3. & in conſ. 66. num. 14. eod. lib. & in conſil. 27. num. 13. lib. 4.* Quibus eſt ſingulariter addendum, quod qualitas maſculinitatis propter † vim copulæ 160
repetita cenſetur, vt tradunt Iaſon *in conſ. vltim. col. 1. lib. 4.* Carol. Ruin. *in conſil. 15. num. 8. lib. 1. & in conſil. 64. num. 8. lib. 2.* Gozad. *in conſ. 82. num. 9.* Socin. Iun. *in conſ. 71. num. 4. lib. 3.* quarum ratio eſt, quia natura copulæ, eſt exæquare † per omnia copulata ipſa, 161
ac illa ad vniformem diſpoſitionem reducere : *l. quamvis*, vbi Bald. *Cod. de impuber.* & confirmatur per doctrinam Bald. *in dict. §. Cæio, num. 1.* vbi ſcribit, quod quando diſpoſitioni iunguntur copulatiuæ, qualitas appoſita in prima diſpoſitione, cenſetur in ſecunda repetita : ad quod conducunt ſcripta per Aymon. *in conſil. 208. num. 5.* & Menoch. *in conſ. 117. num. 56. & 57. lib. 1.*

Ex quibus infertur, quod ſi quis faciat maioratum in filium primogenitum maſculum, & deficiente eius linea ſubſtituat maſculum, proximiorem, & dicat, *ei ſubſtituo*

362 *ſubſtituo eius primogenitum* ; in hoc primogenito † conſtitutur repetita qualitas maſculinitatis : quod etiam confirmo ex ſcriptis ad idem propoſitum per Iaſ. *in l. vltim. num. 11. Cod. de ſucceſſ. edict.* Roma. *in conſ. 231. & in conſ. 284.* Barth. Socin. *in conſ. 33. lib. 3. & in conſil. 280. lib. 2.* Corn. *in conſ. 139. lib. 2.* Iaſ. *conſ. 118. col. 3. lib. 4.* Rebuff. qui plura ſcribit *in l. coniunctionem 29. pag. 235. ff. de verb. ſignific.*

Ex quibus probat eleganter in iſta materia Curt. Iun. *in conſ. 321. num. 23. cum ſeqq. lib. 3.* quod licet verbum : *Deſcendientes*, comprehendat fœminas, & maſculos ; fallit, niſi prius ſint nominati filij, quorum appellatione ſolum comprehenduntur maſculi : & poſteà per eo ulam, & ſunt vocati deſcendentes ; tunc, vt co-
363 pula repetat † qualitatem præcedentium verborum, illud verbum, *Deſcendentibus*, reſtringitur ad maſculos tantum.

Iſta autem limitantur, niſi talis copula ſit appoſita in clauſula differenti, quia non copulat, nec repetit qualitatem, vt probat Alexand. *in conſ. 66. num. 6. lib. 3.* Bart. Socin. *in conſ. 22. num. 2. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 38. numer. 26. lib. 2.* & alij quos citat Menoch. *in conſ. 177. num. 14. lib. 2.* Ad quæ addo notabilem doctrinam Pa-
364 riſij *in conſ. 35. num. 16. lib. 3.* vbi tradit, longum eſſe differentiam ad faciendam repetitionem † qualitatis maſculinitatis, inter deſcendentes à teſtatore per lineam maſculinam, etiam per fœminas ; & inter tranſuerſales vocatos à teſtatore, per notata per Alex. ind. *in conſ. 38. num. 3. & 4. lib. 6.* & alia. Et in hac materia repetitionis qualitatum præcedentium, eſt animaduertenda quædam theorica, quam tradit Gloſſ. Pariſ. *in conſuetud. Pariſ §. 37. gloſſ. 1. num. 1. cum ſeq. fol. 181.* vbi latè tractat qualiter iſta dictio, *Item*, eſt repetitia qualitatum, & conditionum præteritarum ; quæ theorica eſt multum neceſſaria ad interpretationem clauſularum maioratuum. Et ex ſuperioribus maximè dubito de periculoſa doctrina Angel. *in conſ. 238. num. 3.* vbi dicit, quod agnationis conſeruandæ ratio non poteſt cadere in lineam agnatorum non procedente à trunco, aut ſtipite fundatoris.

Circa hæc etiam non eſt omittendum, quod ſcribit Dec. *in conſ. 599. num. 6.* vbi limitat, & intelligit regulam *dict. l. C. de impuber.* quoad partes inſtitutionis & ſubſtitutionis : ſecus eſt in alia qualitate extrinſeca, quia
365 conditio appoſita † in inſtitutione non videtur in ſubſtitutione repetita, per *l. ſub conditione, ff. de hæred. inſtituend.* ibi : *Sub conditione hærede inſtituto ſi ſubſtituamus, niſi eandem conditionem repetamus, purè eum hæredem ſubſtitutum eſſe intelligemus.* Qui textus facit pro opinione aliquorum, qui tenent, quod qualitas maſculinitatis appoſita in primo teſtamento, non cenſetur in ſecundo teſtamento repetita, in quo filij ſimpliciter ſunt vocati abſque qualitate maſculinitatis : quod volunt Barth. Socin. *in conſ. 163. lib. 1.* Carol. Ruin. *in conſil. 31. & in conſ. 144. lib. 2. & conſ. 35. & 159. lib. 3.* Curt. Iun. *in conſ. 163. num. 14.* quos ſequitur Anton. Gabr. *lib. 4. commun. opin. tit. de teſtam. concluſ. 10. nu. 4. pag. 230.* vbi tamen refert *Corn. Iaſ. & Grat.* contrarium tenentes ; quæ quæſtio de facto contigit in negotio magni ponderis. Et pro priori opinione facit egregia doctrina Bart. *in l. Statius Florus, in princ. ff. de iur. fiſci*, quòd ſi legatum relictum ſit, vt res legatum extra familiam non poſſit alienari, & in alio teſtamento res ſimpliciter relicta ſit ; onus adiectum non intelligitur repetitum : quod ſequitur Carol. Ruin. *in conſ. 93. n. 13. lib. 2.* quod refert, & ſequitur Franciſc. Manti. *de coniect. men. defun. lib. 12. tit. 1. num. 38. pag. 586.* qui refert Natt. *conſ. 484.* atque eundem Natt. *conſ. 476. numer. 14. cum ſeqq.* Roder. Suar. *in l. quoniam in prioribus, Cod. de inoffic. teſtam. quæſt. 8. n. 13. pag. 219.* quod etiam contigit in ſucceſſione cuiuſdam ſtatus, de quo etiam legenda ſunt quæ ſcribit Fulgoſ. *conſ. 40.* Roma. *conſil. 134. num. 7.* Dec. *conſ. 190. num. 7.* & alii quos citat Burſat. *conſ. 189. num. 15. lib. 2.* & quæ ſcribo *in principio 2. partis ſupra*, circa intellectum text. *in l. vlt. ff. de reb. eorum*, & melius *par. 1. q. 74.*

Septimò deducitur declaratio ad ea quæ latè ſcribit Nicol. Boer. *deciſ. 158. num. 1. cum ſeqq.* vbi plenè diſputat, an inſtitutio maſculi facta per dictionem, *Semper*, † verificetur in primo maſculo tantum, vel in vlterio- 366
ribus ? quem citat Rebuff. *in l. nam quem, 149. pag. 736. verſic. aut ſi dicatur, ff. de verb. ſign.* Ad quos addo, quod dictio, *Perpetuo*, in fideicommiſſis † accipitur 367
pro, *Semper*, & ſine temporis præfinitione inter deſcendentes vocatos, ſecundum Bart. Socin. *in conſ. 84. num. 5. lib. 3.* Carol. Ruin. *in conſ. 108. num. 13. & 14. lib. 2.* Pariſ. *in conſ. 37. num. 23. lib. 2.* Porti. *in conſ. 40. num. 14.* Et quid operetur in fideicommiſſis iſtud verbum, *Perpetuò*, tradunt Barth. Socin. *in conſ. 86. nu. 11. lib. 3.* Decian. *conſ. 50. nu. 18. lib. 1.* Riminald. *conſ. 147. num. 13. lib. 2.* Petra *de fideicommiſſ. q. 5. nu. 11. pag. 44.* Roland. *in conſ. 6. num. 30. lib. 4.* vbi ponit doctrinam, quod quando vocatio eſt facta per dictionem, *Perpetuò*, filij poſiti in conditione cenſentur vocati.

Octauò ex prædicta regula infero, quod qualitas le- 368
gitimitatis appoſita in filio, vel nepote primogenito, † cenſentur repetita in omnibus ſu e ſtoribus, vt probatum eſt in *hac parte, q. 1. a n. 77.*

Nonò deduco, verum eſſe quod in notabili quæſtione in noſtra materia ſucceſſionis maſculorum & fœminarum, decidit Gloſſ. Pariſ. *p. 1. conſuet. Pariſ. d. §. 16. numer. 9. fol. 173.* contra Fulgoſ. *in conſ. 86.* Libet etiam in hac quæſtione animaduertere, quod eſt maximum, & ſubſtantiale argumentum ad excluſionem fœminarum, vbicumque fundator maioratus per dictiones taxati- 369
uas, *Solummodo, Tantummodo, Saluo*, vel per † alias dictiones ſimiles admiſit fœminas, vt tradit Gozadi. *in conſ. 53. num. 10.* per *l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſth.* & ibi, idem Gozad. tradit aliud ſingulare, & quod ingenuè fateor me ſæpè perquiſiuiſſe, & clarè non inueniſſe niſi in *d. conſ.* Gozad. *n. 2. cum ſeq. vſque ad n. 17.* vbi concludit, quod ſi quis vocauit fœminas ad ſucceſſionem in defectum maſculorum plurium fratrum, non admittitur, fœmina alicuius frattis, niſi omnibus maſculis deficientibus : nec pluralitas reſoluitur in ſingularitates, provt latius ipſe declarat : quod eſt notatu dignum.

SVMMARIVM.

370 *Agnatorum appellatione veniunt fœminæ, licèt in primo agnatio finiatur. Etiam ſi nupta ſit, & eius filij cognati dicantur, n. 372.*

371 *Ad fideicommiſſum relictum his qui ſunt de certo genere, agnati admittuntur.*

373 *Qualitas maſculinitatis ſi non ſit expreſſa, ſubintelligenda non eſt.*

374 *Excluſio fœminarum tranſuerſalium non præſumitur magis quàm deſcendentium.*

375 *Prox miores cum ad primogenitum vocantur, diuerſum ius eſt inter primogenitum deſcendentem ab hærede inſtituto, & primogenitum agnati proximioris.*

376 *Inſtitutionem renouationis qui petere poſſint, agnati, an cognati.*

377 *Verba agnationem ſignificantia cum verbis cognationis, agnationem an denotent.*

378 *Teſtator plus fratrem quàm vxorem diligere videtur, cum de conſeruando bona in agnatione agit.*

379 *Deſcendentium appellatione veniunt omnes vtriuſque ſexus, & n. 381. & 382.*

380 *Niſi ſubiecta materia aliud exposcat. & n. 394.*

383 *Fideicommiſſum relictum deſcendentibus, aut poſteris, & relictum familiæ, vel cognatis, qualiter differant.*

384 *Proximitas pro conſanguinitate habetur.*

385 *Perſonarum, & generis appellatione, fœmina etiam comprehenduntur, & n. 387. & 392.*

386 *Et habent cognatorum familiam.*

Quid in materia fendali, n. 396.

389 *Fœminæ non veniunt in maioratu,* Generis *appellatione vbicumque grauamina fœminis non conueniũt.*
391 *Verbum,* De nomine meo, *agnationem an inducat.*
393 *Habens facultatem faciendi maioratum in aliquem de generatione, potest illum instituere in consanguineum, siue ex parte matris, siue ex parte patris.*
397 *Verbum,* Sui, *coniunctos vsque ad septimum gradum comprehendit.*
398 *Consanguineorum appellatione an veniant fœminæ.*
399 *Authoris sententia.*
400 *Consanguinei dicuntur quasi communem sanguinem habentes, & n.* 403.
401 *In successionibus abintestato æqualis est successio masculorum & fœminarum.*
402 *Nomina hæc,* Proles, generatio, soboles, posteritas, *synonyma sunt, & nu.* 410.
404 *Nati ex nobis,* noster sanguis *dicuntur.*
405 *Communis vsus loquendi in hac materia successionis masculorum, aut fœminarum, & maioratuum clausulis, considerandus, & n.* 419.
406 *Et an debeat probari.*
407 *Primogeniti, & sobolis appellatione, qualiter fœminæ comprehendantur.*
408 *Proximiorum appellatione non veniunt fœminæ, cùm testator apponit hæc verba,* Ex linea paterna, *& numer.* 409.
411 De domo, *vel de* familia *esse, qualiter differant, secundum communiorem vsum loquendi.*
412 *Et qui* de domo *esse dicantur, & n.* 413. *&* 414.
415 *Et an in illis fœminæ admittantur.*
416 *Prosapia qualiter accipiatur.*
417 *Genus an differat à familia.*
418 Solar conocido, *quid sit.*
420 *Legitimus hæres dicitur agnatus.*
421 *Cognati an veniant familiæ appellatione.*
422 *Parentes an veniant consanguineorum appellatione.*
423 *Dictio,* Propinquos, *generalis est, & refertur ad cognatos, & ad eos qui per fœmininum sexum coniunguntur.*
424 *Verbum,* Linage, *an significet agnationem? & numer.* 426.
425 *Nobilis hoc est,* Hidalgo, *nemo nisi ex agnatione esse potest.*
427 Progenies, *non solum filios, sed nepotes & pro nepotes significat.*
428 Apellido, *an significet agnationem.*
429 *Dispositiones excludentes fœminas an sint fauorabiles? sententia affirmans, & nu.* 431. 432. 433. 434. *Negans, nu.* 435. *&* 436. *Authoris sententia, nu.* 439. 440. 446. *&* 449.
430 *Masculus prius natus præsumitur, cùm dubitatur quis prius natus sit, masculus, an fœmina. Et in dubio in successione maioratus, fœmina præfertur, n.* 442. 443. 452. *&* 455. *Limitatur tamen si fœmina sit proximior, nu.* 450. *Et vbi adest clausula derogatoria in fauorem agnatorum, n.* 451. *& nisi fœmina maioratum instituerit, n.* 453.
437 *A causa principali debet indicari dispositio fauorabilis, aut odiosa.*
438 *Vna & eadem res potest diuerso iure censeri, cum diuersi considerantur respectus.*
441 *De lege ad testatorem argumentum valet.*
444 *Legato pro maritandis puellis pauperibus facto, natæ ex agnatis an descendentibus ex cognato præferantur.*
445 *Honorem & dignitatem sua agnationis quilibet appetere præsumitur, & n.* 447.
448 *Plures filij si ex vno partu nascuntur, quis eorum præferatur.*
454 *Fœmina masculos vocans, Agnationem an videatur velle conseruare? sententia negans, Affirmans, numer.* 456. *&* 457.

Post n. 457. inuenies summaria quæ desiderantur.

PORro in hac materia de successione masculorum & fœminarum illud sciendum est, quod appellatione *Agnatorum*, nisi testator se restrinxerit ad agnatos mares, † veniunt etiam fœminæ, licèt in prima fœmina agnata expiret agnatio, *l. pronuntiatio, §. familiæ, in finalib. verb. ff. de verb. sig.* notatur per Bald. *in l. in filiis, Cod. de Decuri. lib.* 10. & alios quos referunt Paris. *in cons.* 47. *nu.* 41. *cum seqq. lib.* 3. & Socin. Iun. *in cons.* 10. *num.* 24. *lib.* 2. Dec. *cons.* 563. Peralt. *in d. l. cum ita, §. in fideicommisso, n.* 17. *pag.* 363. *ff. de leg.* 2. vbi citat quoddam consilium *Alex.* quod valde commendat *cons.* 125. *col.* 2. *n.* 6. *lib.* 7. dicentis, quod quando testator nominat simpliciter eos, qui sunt de certo genere, vt si dicat, res deueniat per fideicommissum ad illos *de Columna*, vel *de Vrsinis*, vel aliud simile, etiamsi non faciat mentionem *de domo*, vel *familia*; veniunt † ad tale fideicõmissum soli agnati gradatim, & ordine successiuo, etiã fœminæ; & sorores etiam nuptæ sunt de agnatione, & parentela, *d. l. voluntas, C. de fideicomm.* Malcard. latissimè *lib.* 3. *de probat. conc.* 1237. *n.* 42. *fol.* 175. facit text. *in §. i. & in §. caterũ, Inst. de legit. agnat. success.* notat Alciat. qui confirmat. *respons.* 69. *n.* 3. Et quod filia sit agnata etiã si nupta sit, † licèt eius filij cognati dicantur, probatur *in §. illam vetustam, Instit. de hæred. quæ abintest. deferun. & in l. filius emancipatus, & in l. pater nubenti ff. de collat. dot.* & concordantes refert Thes. *decis.* 37. *n.* 4. & tenet notanter Barth. Soc. *in cons.* 227. *n.* 5. *cum aliis, lib.* 2. vbi *n.* 7. *in vers. nec etiam prima obstat,* inquit eleganter in ista materia, quod licèt testator voluerit prouidere masculis respectu transuersalium; non tamen idẽ est in descendentibus, quos non ita excluſisse præsumitur, sicut transuersales; & ideò secundum eum qualitas masculinitatis cùm non sit expressa, † subintelligenda non est: per *l. cum acutissimi, C. de fideicom. & l. vnic. §. ad deficientis, C. de cad. toll.* pro quo faciunt quæ scribo *supra, p.* 1. *q.* 3. *vers. non obstante etiã alia ratione.*

Ex cuius resolutione in nostra materia infertur potest quod in vocationibus maioratuum, quæ semper debent fieri in descendentibus, & in defectum eorum in fauorem transuersalium, iuxta *l.* 27. *Taur.* (vt latius dixi *in proœmio huius operis, à n.* 11.) non ita faciliter iudicare debemus, fœminas exclusas esse, quæ à testatore descendunt, sicut fœminas transuersales, † quas conditor maioratus non ita præsumitur diligere, sicut ab eodẽ stirpem, & principium ducẽtes; quod reputo esse notabile, & verissimum, si viscera legum in hac materia loquentium intueamur, & omnia quæ superius scripta sunt. Et ista sententia fulcitur ex eleganti *cons. Roland.* 39. *n.* 51. *lib.* 4. vbi resoluit, quod si ad primogenium vocantur † proximiores testatoris; est diuersa ratio, & diuersum ius inter primogenitum qui descendit ab hærede instituto, & primogenitũ agnati proximioris; quod confirmo ex his quæ scribo *in* 1. *sp. q.* 3. & in illa quæstione, finita emphyteusi, an possint petere emphyteutæ à domino directo, vt illã renouẽt? quam notanter scribit Iul. Clar. *in §. Emphyteusis, q.* 43. *pag.* 164. tandem resoluit cum Dec. *cons.* 131. quod agnati † transuersales possunt petere renouationem, non cognati: d quæ addo eundem Iul. Clar. *§. fundum, q.* 87. Aluar. Valasc. *in tract. de iur. emphyt. q.* 38. *n.* 17. *fol.* 221. *& q.* 39. *n.* 10. *fol.* 229. Cald. Pereir. *de renouat. emphyt. q.* 17. *n.* 25. *fol.* 149. Nec omitto resolutionem Barth. Socin. *in cons.* 63. *n.* 15. *vers. ex quibus patet, lib.* 2. tradentis, quod vbicumque verba cognationem significantia coniunguntur cum verbis agnationis, significant † etiam agnationem. Et quod maioratus sint inuenti ad conseruandam agnationem, tradunt Barth. Soc. *in cons.* 47. *n.* 6. *lib.* 2. Paris. *in consil.* 72. *num.* 80. *lib.* 4. Tiraq. *in tract. de primog. q.* 71. *n.* 2. & 3. Cephal. *cons.* 252. *n.* 48. *lib.* 2. in successione status de Albuquerque, & *in cons.* 252. *n.* 22. *lib....* & quod quando † tractatur de conseruandis bonis in agnatione, videatur testator plus diligere fratrem, quàm vxorem, resoluit per plura Anchar. *in cons.* 356. *In serie testamenti.*

Præterea

Præterea à appellatione descendentium veniunt omnes vtriusque sexus in infinitum, siue sint masculi, † siue fœminæ, siue nati ex fœmina, siue ex masculo, ex text. *in Auth. de hæred. ab intest. venient. in princ. collat.* 9. & *in l. vlt. C. de suis & legit. hæred.* notat Bart. *in authen. de mandat. Princip. §. oportet autem, n.* 1. *fol.* 18. Parisius *in cons.* 42. *num.* 8. *lib.* 4. Socin. Iun. *in cons.* 90. *num.* 2. *lib.* 1. & *in cons.* 80. *nu.* 4. & *in cons.* 168. *nu.* 19. 49. 53. & 68. *lib.* 2. Natta *in cons.* 64. *nu.* 6. *lib.* 1. vbi tradit, fortius hoc procedere vbicumque adjicitur verbum, *Perpetuò*, Alex. *cons.* 160. *Viso testamento, lib.* 2. Ias. *in l. Gallus, §. nunc de lege Vellea: num.* 12. *ff. de liber. & posthum.* & latè tradit Cels. *in cons.* 120. *nu.* 4. *cum aliis*, Francisc. Mantica *de coniect. mente defunct. lib.* 8. *tit.* 11. *num.* 1. *pag.* 342. Burgos de Paz *in cons.* 29. *n.* 38. August. Beroius *cons.* 96. *nu.* 5. *lib.* 1. & *in cons.* 120. *lib.* 2. *nu.* 6. Simon de Prætis *lib.* 5. *de interpr. defunct. volunt. interpr.* 2. *dub.* 2. *n.* 108. *fol.* 515. & *lib.* 3. *interpr.* 3. *dub.* 1. *solut.* 11. *nu.* 24. *fol.* 289. Menoch *in cons.* 253. *n.* 8. *lib.* 2. latiùs nouissimè idem Menoch. *in tract. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 91. *n.* 1. *cum seq. fol.* 173. Ioan. Garcia *in tract. de nobilit. in initio, nu.* 37. *fol.* 11. vbi ex pluribus limitat, nisi subiecta † materia aliud exposcat: ad quem iungo notabile *consilium* Anton. Natt. 64. *lib.* 1. qui latè resoluit, quando priuilegium immunitatis extendatur ad omnes descendentes. Et de materia text. *in d. Auth. de hæredib. ab intestato*: tractat etiam Rebuf. *in l. liberorum appellatione* 220. *§. præter hæc, ff. de verborum signif. pag.* 966. Cephal. *in consil.* 46. *num.* 46. *lib.* 1. Mantica *de coniecturata mente, lib.* 8. *tit.* 11. *n.* 4. *fol.* 182.

Et pro ornatu text. *in d. Authen. de hæredib. ab intest. venient.* & nostræ materiæ & quæstionis, & lectorum vtilitate, animaduerto de quadam singulari acutissimi; & doctissimi viri doctrina, Curt. Iun. *in cons.* 87 *nu.* 2. *lib.* 1. vbi vult, quod quando testator ad fideicommissum vocauit masculos descendentes, eo quia *descendentium* appellatione, veniunt descendentes in infinitum; † masculi etiam in infinitum censentur vocati in exclusionem fœminarum, & inter omnes masculos censetur factum reciprocum fideicommissum, quem citat Tiber. Dec. *in cons.* 44. inter *consil.* Pottij. *num.* 3. Et pro isto dicto *Curtij*, & *Pottij*, faciunt quæ scribit Corneus *inter d. consil. Pottij. cons.* 43. *nu.* 22. & 23. Quod confirmo, quia in materia feudali, verbum, *descendentibus*, solum ad masculos refertur, secundùm Baldum *in consil.* 350 *In hoc concordat: lib.* 3. Corn. *in cons.* 16. *nu.* 6. *lib.* 1. Burs. *in cons.* 131. *n.* 16. *lib.* 2. & idem quod *Curt. Iun.* voluerunt Socin. Iun. *in cons.* 1. *n.* 116. *lib.* 1. Carol. Ruin. *in cons.* 92. *n.* 1. *lib.* 2. *& in cons.* 92. *nu.* 6. *lib.* 3. pro quo faciunt scripta per eundem Carol. Ruin. *in cons.* 164. *n.* 4. *lib.* 3. Roland. *in cons.* 70. *n.* 22. *lib.* 3. Celsus in vocatione primogeniti *in cons.* 20. *n.* 39. Et quod vbicunque vocati sunt descendentes, filij in conditione, positi censentur substituti, notant Rustic. *lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 9. Menoch. *in tract. præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 76. *n.* 75. *fol.* 121. Port. *in cons.* 46. *n.* 25. Ant. Rub. *in cons.* 22. *n.* 13. Lud. Gozad. *in cons.* 20. *n.* 8. vbi idem dicit esse in appellatione *coniunctorum*, secundùm Alex. *in cons.* 15. *lib.* 2. quod vltimum notatur etiam per Dec. *in cons.* 470. *n.* 7. & *in l. fœmina, n.* 125. *ff. de reg. iur.* & limitat Curt. Sen. *in cons.* 59. *n.* 36. Sed quod magis est, quod *liberorum* appellatione veniant omnes descendentes † in infinitum, tradit Barthol. Socin. *in d. l. cum auus. n.* 35. *vers. puto hanc inductionem*, eleganter Steph. Bertrand. *in cons.* 137. *n.* 12. *lib.* 2. vbi ponit regulam, quod *liberorum* appellatione, veniũt non solum personæ eiusdem gradus, sed etiã veniunt plures gradus, vt filij, nepotes, pronepotes, abnepotes, trinepotes, & alij descendentes in infinitum, Mantica *de coniect. ment. lib.* 11. *tit.* 8. *n.* 19. per *d. l. liberorum, §. diuus, ff. de verb. sign. & in l.* 1. *C. de condit. insert.* & *l. iubemus, §. sin autem, C. ad Trebell.* & tradit idem esse, si testator dicat si decesserit sine prole: nam intelligitur sine filiis, nepotibus, & vlterioribus, per *l. humanitatis, C. de impub.* vbi Lancel. Dec. *col.* 2. & *cap. nuper de donat. inter vir. & vxor. & decis.* Bgerij 356. *n.* 1. & idem quod *Barth. Socin.* ex aliis Authoribus tradit Menoch. *in cons.* 1. *num.* 198. *lib.* 1. Ad quos addo dictum elegans *consil.* Carol. Ruin. 164. *nu.* 7 *lib.* 3. vbi ponit notabilem differentiam inter † fideicommissum relictum descendentibus, aut posteris; & relictum familiæ, vel cognatis: nam in primo casu verba sunt apta ad comprehendendum infinitatem, cum personas, & omnes gradus in infinitum contineat. In secundo casu, verba sunt collectiua personarum, & graduum præsentium, non futurorum. Et *propinquorum* appellatione veniunt etiam fœminæ, secundùm Baldum *in cons.* 334. *lib.* 3. Dec. *in cons.* 370. Et substitutio facta de proximiore sui generis, vel propinquiore, comprehendit masculos, & fœminas, secundùm Baldum *in l. ff. de probat.* & alios quos citat Aym. *cons.* 261. *n.* 2. Et proximiorum appellatione veniunt omnes coniuncti; & proximitas † pro consanguinitate accipitur, vt latiùs tradit Rebuf. *in l. proximus* 92. *pag.* 557. *ff. de verbor. sign.* Et plura ad propositum quæ hic tractantur, scribit idem Rebuf *in l.* 1. *pag.* 11. *ff. de verb. sign.* licèt idem Rebuf. *in cap. nulla. de concess. præben. in verbo. in text. ibi proximi. pag.* 463. resoluit, quod solus qui est cognatus, venit in stricta appellatione *proximi*: per *principium Instit. de seruili cognatione*; & *§. vlt. Instit. de succes. cogna.* & alia iura; & *personarum* appellatione † fœminæ etiam comprehenduntur, vt notat Barthol. Socin. *in cons.* 57. *nu.* 5. *lib.* 1. & Gozadin. *in cons.* 10. *n.* 48. & *in cons.* 45. *n.* 6. Et *Attinentium* appellatione masculi & fœminæ comprehenduntur, secundùm Angel. *in Auth. de hæred. & falcid. §.* 1. *& in Auth. de alienat. & emphyt. §. œconomus*, Barth. Socin. *in cons.* 63. *n.* 13. *lib.* 3. Et quod cognati dicantur de familia, & fœminæ habeant † cognatorum familiam, probatur *in l. fin. C. de verb. signif.* vbi Corneus *num.* 2. & Ias. *num.* 21. & volunt Bart. *in l. cum ita, §. in fideicommiss. num.* 4. vbi Peralta *n.* 18. *vers. quarta conclusio*: quos citat Cald. Pereira *in tract. de nomin. ad emphyt. q.* 7. *nu.* 52. *fol.* 73. Generis † etiam appellatione fœminæ veniunt, & descendentes ex illis, nisi subiecta materia repugnet; & probatur *in l.* 2. *& 3. ff. de liber causa*; & *in l. eum qui, ff. de interdict. & relegat.* & *in l. communi seruo, §. si verò sine liberis, vers. ille videlicet, C. de natural. liber.* & *in d. l. liberorum, ff. de verborum signific.*

Dixi, venire *Generis* appellatione descendentes ex fœminis, nisi subiecta materia repugnet: quia si quis constituit maioratum in aliquos de certo genere, & cum venit ad expressionem vinculorum; † grauaminum, & conditionum, sunt talis qualitatis, quod fœminis conuenire non possunt, nec ab eisdem exerceri, fœminæ non veniant *Generis* appellatione; quod patet ex notabili resolutione Bald *in cons.* 330. *In hoc concordati sunt omnes, n.* 2. *lib.* 3. quod consilium lector legat; quia ex eo deduci possunt multa ad limitationem eorum, quæ iam proximè dicta sunt, & quæ sequuntur; & per doctrinam Socini Iun. *in cons.* 1. *nu.* 94. *lib.* 1. vbi dicit, quod quando est diuersa ratio, nomine *descendentium*, & *posterorum*, licèt sint nomina communia; fœminæ non comprehenduntur, qui ad hoc refert Ant. de Butrig. *in cons.* 9. *col.* 2. quod verissimum existimo: & resoluit Steph. Bertrand. *cons.* 15. *n.* 48. *lib.* 1. quod si testator vocet ad fideicommissum eos, qui sunt de generatione, cum adiectione nominis, & familiæ; non veniunt fœminæ, sed tantum masculi: notat Glos. Paris. *in addit. ad Dec. in cap. nouit, litera E, de iudic.* pro quibus facit notabile *consilium* Bertrandi 30. *n.* 1. *lib.* 1. vbi vult, quod *Generis* † appellatione non venit fœmina propter vocationem cognominis: & *cons.* 15. *n.* 48. Quæ decisio seruit pro confirmatione Glos. *in l. is qui cum plures, in verbo, nomine suo, ff. de leg.* 3. quæ resoluit, quod verbum, *De nomine meo*, inducit † Agnationem, quam ad hoc inter alios notat Alex. *in cons.* 125. *n.* 6. *lib.* 7. ad quod (videri meo) est casus clarus *in d. l. cum ita, §. in fideicommissi. ibi*: Qui eo nomine fuerint, *ff. de leg.* 2. vbi Peralta *nu.* 17. *pag.* 363. tradit Glos. Paris. *in d. cons.* 1. *pro Duce de Villahermosa, nu.* 36. Roland. in eadem causa consultus, *in d. cons.* 70 *n.* 25. *lib.* 3. Idem *in cons.* 110. *n.* 114. *lib.* 2. *& cons.* 24. *n.* 25. *eod. libro*, & scribo supra; & legenda sunt quæ scribit Molina

lib.2.de primog. c.14. n.6.cum seq.fol.343.& lib.3. c.5. n.78.fol.44. Sed quod magis mirot est de doctrina Bertran. *in cons.30.n.2.lib.1.* vbi tradit, quod idem est, aliquē esse de genere alicuius, quod esse de agnatione illius. Ad quæ omnia addo, quod si per verba geminata apponatur grauamen, nomen, & arma deferendi, magis operatur agnationis conseruatio, vt scribo *in 1. p. tract. q.22.* & quod idem sit vocare eos qui sunt *de familia*, vel *de domo*, tradit Iacob. Port. *in cons.121.nu.11.* Et
392 verbum, † *Generationes*, etiam ad fœminas, & eos qui ex eis nati sunt, porrigitur; *cap. statutum, de hæret. lib.6.* & notat Speculat. *tit. de locat. §. nunc aliqua, vers. 55.* & alij, vt per Raph. Fulg. *in cons.132.* & Anchar. *in cons.44. Primo de viribus*, & Alex. *cons.61. Super eo de quo quæritur, lib.1. num.4.* Dec. *in cons.228. n.4 cum seq. & in cons.269. n.2. & 495. n.4.* Curt. Iun. *in cons.321. n.4. lib.2.* Portius *in cons.13. nu.26.* Roland *in cons.56. n.26. lib.3.* & notat Tiraq. *lib.1. de retract. §.1. gl.9. n.238. pag.207. & n.36.* tradit etiam illud *de genere*, quod supra scripsi; licèt plura in contrarium tradat Menoch. *in cons.172. n.28. cum seq. lib.2.* & Greg. Lopez *in l.22. tit.13. p.2. in glos. vlt. in fin.* vbi per illum text. dicit, quod *Generis* appellatione, seu *omnium de genere*, comprehenduntur omnes consanguinei, & cognati: citat etiam text. *in Auth. quib. mod. natur. effic. legit. §. ergo, collat.* & idem voluit Ant. *in c. noui, notab.4. de iudi.* vbi latè Dec. *notab.6. n.3.* Paul. de Castro *in l.1. C. de condit. insert.* quibus adde Dec. *in d.l. fœmina. nu.65. ff. de reg. iur.* & Glos. Paris. *in consuet. Paris. §.12. n.3. fol.132.* vbi idem tradit Episc. Couar. *in cap. Raynaldus, in princ. n.13. de testam.*

Ex quibus infertur, quod si quis habeat facultatem fa-
393 ciendi maioratum in aliquem de generatione, † potest facere talem maioratum in consanguineum, siue ex parte matris, siue ex parte patris: quod notandum est ad quæstionem ex facto tractatam in negotio magni ponderis: in quo dubitatur an filius grauatus contrahere matrimonium cum certo genere & nomine, grauamen adimpleuerit contrahendo matrimonium cum muliere, quæ descendebat à quadam generatione, de qua grauamen loquebatur, per lineam masculinam? In qua quæstione multa sunt consideranda, præcipuè an sit masculus & agnatus qui ponit tale grauamen, vel masculus, vel fœmina simul, & aliæ coniecturæ, quia non potest dari certa regula, sed definiendum erit secundùm casuum contingentiam. Quod etiam confirmatur ex scriptis per Rebuf. *in l. signi appel atione 62. pag.440. ff. de verb. sign.*

Posterorum etiam appellatione veniunt fœminæ, de
394 quo latè per Tiraq. *d. glos. 9.* nisi subiecta † materia, qualitas, militia, personæ, honor, dignitas, iurisdictio annexa, aliud dicter, & sentiat, vt latè probat Carol. Ruin. *in cons.208 n.6. & 7. lib.1.* & quod *Propinquorum* appellatione veniant fœminæ, nisi concurrant præsumptiones, & coniecturæ in contrarium; tradit Burſat. *in cons.11 n.42.* & Dec. *in d l. fœmina.* Celſ. *cons.20. n.59.* & ex *Tiraq.* verbum, *Parentela*, ex communi vsu loquendi com-
395 prehendit † etiam cognatos, *c. cum in tua, de testib.* Glos. *in Clement. Ne Romani, de iureiuran.* Nisi ex mente statuti aliud colligatur, secundùm Angel. *cons.278.* quem citat Aretin. *in l. cum quidam, §. quod dicitur, n.3. fol.135. ff. de acquir. hæred.* quod etiam trado *in 4. p. q.29.* Hinc
396 est, quod in materia feudali, *Generis* † appellatione non venit fœmina, secundùm Andr. de Isern. *in c.1. de succes. feudi*, confirmatur *in cons. feud. 2. n.46.* Et verbum, *Sui*,
397 comprehendit coniunctos † vsque ad septimum gradum, vt volunt Glos. & Lectores *C. ad Turpilian.* Speculat. *in tit. de accusation. §.3. videndo*, vbi Ioan. Andr. Bart. Bald. & alij quos citat Alex. *in cons.32. n.13. lib.6.* Et *meorum, & tuorum, & suorum* appellatione, omnes descendentes continentur, vt per Rebuf. *in l. meorum 91. pag.556. ff. de verb. sign.* Et quid significent verba, *De hærede in hæredem*, tradunt Parisius *cons.88. n.11. lib.2.* Cald. Pereira *in tract. de nominatione ad emphyt. q.22. n.49. fol.261.* Et successorum appellatione veniunt succedentes de iure honorario, vel prætorio, aut per fideicommissum, text. iuncta Gl. *in l. stipulatio ista, habere licere*; iuncta Gl. *in verbo, cæterorum, ff. de verb. obligat.* notat Alex. *cons.10. nu.10. lib.2.* Et comprehendit non solum successorem inter viuos, sed etiam successorem in vltima voluntate, & vniuersalem, & particularem, Paris. *cons.46. lib....* Et stirpis appellatione comprehenduntur † descendentes alicuius, sed non consanguinei ex parte 398
matris; *l. si quis in suo*, vbi Bald. *C. de inoffic. testam.* notat Philipp. Petusi. *in cap.1. col. penult. de testam. in 6.* Avend. *in l.40. Tauri, glos.9. n.23. fol.109.* Rebuf. *in l. Silua cædua 30. pag.243. ff. de verb. sign.* de quo vide notabiliter Alex. *in d. cons.125. num.1. cum 3. seq. lib.7.*

Appellatione autem *consanguineorum* non veniunt fœminæ, secundùm Glos. Paris. *in addit. ad Dec. d.l. fœmina, d. num.* refert ad hoc Alex. *in cons.181. Viso processu, n.10. lib.7.* quod Alexander apertè non dicit, imò potius contrarium sentire videtur in illis verbis: *Non autem dicebat consanguineas fœminas.* † Nec verum puto 399
dictum *Glos. Paris.* quia Consanguinei dicuntur, ideſt, ab eodem sanguine principium ducentes: & contra sententiam *Glos. Paris.* nos Hispani habemus apertam legem *6. tit.15. part.2.* vbi: *De vna sangre son llamados aquellos que han parentesco entre si, e como quier que son todos yguales, no lo pueden ser en las honras, y buenas andanças deste mundo. E porende no tan solamente dene el Rey de guardar a sus fijos, e a sus fijas, mas aun a los otros sus parientes por honra del, y por la allegança del linage que con el han.* Et consanguinei accipiuntur pluribus modis, vt ex *l. post consanguineos. ff. de suis, & legit. hæred.* & *Instit. de grad. cognat. in princ.* & alij, probat Alex. latè *in cons.82. n.1. lib.1.* Ad quod etiam facit *l.1. & 2. tit.6. part.4. & proœmium part. tit.8. part.2. & l.37. tit.6. part.1.* ad quas leges animaduertendum est; quia licèt Alex. *in d. cons.181.* non teneat id, quod *Gl. Paris.* dicit: idem tamen *Alex.* hoc apertè tenet *in cons.153. num.1. lib.7.* Et hæredes sanguinis dicuntur nati ex fœminis, vt notat Lambertin. *de iur. patronat. lib.3. fol.22. n.11.* & in Hispania, *Pariente*, significat idem, quod *consanguinea*, vt per Avend. *in dictionario*, in verbo, *Incesto.* Et dicuntur Consanguinei, † à particula, *con*, & *sanguine*: 400
quasi communem habentes sanguinem, & communi sanguine nati, secundùm Glos. *in §.1. Instit. de legitim. agnat. succes.* Hostiens. *in Summa, de consanguinitate, §. & vnde dicatur*; & alios quos citat Rebuf. *in Concordat. in rubr. de Reg. ad Prælaturam nominatione faciendi, §.1. versic. consanguineis, pag.174.* vbi tradit, qui dicantur Consanguinei Regum.

Et hoc comprobatur, quia hodie in successionibus ab intestato, est sublata differentia agnationis, & cognationis, & æqualis est successio fœminarum, † & mas- 401
culorum; *auth. post fratres; C. de suis & legit. hæred. l.9. tit.13 part.6.* explicat post antiquos Episcop. Couar. *in epitome de succession. ab intestato, n.11.* cui omninò adde quæ ego scribo *in hac 2. parte huius operis, q.7.* quia non retulit quasdam leges Regales, quas ibi ego refero: sicut *Ant. Gomez* quem ibi citaui. Et hæc nomina, † *proles*, 402
generatio, soboles, posteritas, sunt synonyma, *l. cum quis, C. de natur. liber. l. ne diutius, C. de agric. & censit. lib.11.* Episc. Couar. *in cap. Raynaldus, de testam. in princ. n.13. fol.134.* vbi ex hoc disputat, an appellatione *posteritatis, generationis*, aut *progeniei*, veniant & comprehendantur descendentes à fœmina? latè Curtius Iun. *in consil.5. nu.40.* Et quod † Consanguineorum appellatione 403
veniant fœminæ, probatur *in l.1. §. post suos*, & in *l.2. ff. de suis & legitim. & in Auth. de consanguin. & uterin. fratrib.* & voluit Bart. *in Auth. quib. mod. natur. effician. sui*, per illum text. *§. ergo: collat.7.* Greg. Lopez per text. ibi, *in l.22. tit.13. p.2. glos. vlt.* & fundat latiùs Socinus Iun. *in cons.10. n.9. cum seq. lib.2.* Et nati † ex nobis, di- 404
cuntur noster sanguis; Virgil. *Projice tela manu, sanguis meus*, quod dictum, & alia ad istud propositum refert Tiraq. *in l. connubial. glos.1. p.15. num.14. fol.209.* Et quod consanguinei de stirpe masculina dicantur *de casata*, vel *domo*, quamvis sint vltra gradum successibilem, tradit Franchius *in cap. postremo, num.6. fol.33. de appell.* ad hoc legendus, post Imolam, & alios.

Et

Et si certa quantitas fuit relicta puellis, quæ sint nobiles de domo nobili, familia, vel casata, vel parentela; intelligatur etiam de naturalibus, si ita se habeat communis vsus loquendi, & patriæ consuetudo, quod naturales appellentur de domo, familia, casata, & parentela; tradit Mantica *de coniect. mente, lib.8. tit.17. n.11. fol.191.* dicit etiam Præposit. *in cap. postremo num.7.* esse de mente Glossæ, Ioannis Andreæ; & alio-
405 rum, quod consanguineus est intelligendus secundùm communem vsum loquendi, † ille qui fuerit siue ex linea masculina, siue ex linea fœminina, alteri sanguine iunctus, vbi *Abbas* inquit, quod omnes consanguinei sumus, quoniam ab Adam processimus: quod & alia ad propositum latiùs tradit Oliuer. *in tract. de gradib. cognat. quæst.7. num.7. pag.40.* Et hoc etiam communis vsus loquendi docet in Hispania, & in Italia: & hoc vsu receptum est, secundùm Bart. *in l. cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acquiren. hæredit. num.1.* & Bart. refert Ias. *in l. fraires, num.20. fol.157. C. de inoffic. testament.* Alex. *consil.82. num.1. lib.1. & consil.289. n.10. lib.6. & consil.153. num.1. lib.7.* Corneus *consil.167. num.1. & 2. lib.2.* licèt in contrarium referat Alex. Curt. Ruin. Roland. *consil.70. num.24.* dicentes, quod *Consanguineus* importat idem quod *Agnatus*: quod falsum mihi videtur: & in Hispania idem est, vt notat Greg. Lopez *in l.2. tit.15. p.2. in glos.* El mas propinquo, *fol.47. col.1. in princ.* vbi ponit bonas quæstiones in ista materia. Et quòd in mulieribus nuptis attendendus sit nomen patriæ, an scilicet, nominati consueuerunt nomine maritorum, sicut in Genua, & Perusio, & aliis populis, tradunt Corneus *in consil.554. Exordienti, lib 1.* Bertrand. *in consil.15. num.47. libro 1.*
406 Oportet autem de iure communi, † quod probetur communis loquendi vsus ad hoc, vt *consanguineorum* appellatione veniant fœminæ: nam communi, est opinio, quod de proprietate vocabuli, *Consanguineorum* appellatione veniunt tantum Agnati, & non Cognati, vt volunt Bart. *in d. §. quod dicitur, num.1.* Paul. de Castro *num.9.* Cuman. *num.4.* Alex. *num.16.* Aretin. *num.4.* qui notanter disputat; an *parentum* appellatione veniant solum Agnati? Corneus *d. consil.167.* Alex. *in dictis consiliis*, & *in consil.181. num.10. lib.7.* vbi resoluit, quod procedentes tantum ex latere patris, vocantur consanguinei. Et quod statutum etiam iuris communis correctorium præferens proximiores consanguineos ex parte patris, includit etiam fœminas consanguineas, voluerunt Corn. *in cons.248. col.2. vers. nec obstat, lib.3.* & *in cons.95. col.2. lib.2.* & Bald. *cons.45. lib.4.* quos citat Socinus Iun. *in cons.10. num.19. & 20. lib.2.* Paris. in *cons.88. num.13. lib.2.* Paris. *in cons.88. num.13. lib.2.* Tiraq. *lib.1. de retract. §.1. q.9. num.201.* Anton. Thes.
407 *decis. Pedemont.37. num.4.* Et qualiter *primogeniti*, † & *sobolis* appellatione comprehendantur fœminæ, exponit Barthol. Socin. *in cons.31. nu.6. lib.1.* Et quod filij non veniant Agnatorum appellatione, tradit nouiter Pinel. *in l. si curatorem habens, C. de in integr. restit. minor. in verbo, sine curatore constitutus, n.83. pag.1120.*
408 Summè est etiam notandum, quod *proximorum* † appellatione veniunt fœminæ, nisi testator apponat ea verba, *Ex linea paterna*, secundùm Baldum *in cons.115. Super 1. puncto, in princ. lib.4.* notat Tiraquel. *§.1. glos.9. num.201.* quod in practica iam contigit in maioratu maximi momenti: & idem vult Angel. *in cons.283. n.3. & 4.* eleganter Corneus *in cons 275. num.5. lib.4.* maximè si de mente constet, vt per Ant. Rubeum *in cons.63. num.3.* Et facit egregium *consilium* Barthol. Socini *in cons.37. in princ. lib.3.* vbi refert Angel. *in cons.267. Statutum Dalmatiæ*, Bald. *in cap. si pater, de testam. in 6.* modernus *in l. cum acutissimi, C. de fideicomm.* licèt contrarium teneant Bald. *cons.34. n.5. lib.1. & cons.21. per totum consil. eod. lib.* Alex. *cons.142. num.10. lib.2.* quem prauè citat Ias. *in l. si quis id quod, nu.6. ff. de iurisd. omn. iudic.* & idem vult Ias. *cons.52. lib.1. & cons.25. lib.2.* Curtius Sen. *cons.9.* Paris. *cons.20. num.30. & cons.89. nu.44. lib.2. & cons.88. num.13. lib.3.* Alciat. *cons.58 & cons.45. n.9.* & quod in ista materia scribit Salicet. *inter consil.* Anchar. *cons.95.* vbi vult, quod quando facta est mentio de linea patris, comprehenduntur ascendentes; & collaterales; quia intelliguntur de linea, in qua pater subjicitur; secus si fit facta mentio de coniunctis ex prole patris, notat Francisc. Mantica *de coniect. mente defunct. lib.8. tit.12 nu.12. pag.345.* Domus autem dicitur pro Agnatione, secundùm Corneum *in cons.26. Videtur dicendum, lib.4. num.2.* quod etiam volunt Bart. *in l.1. ff. ad Silan.* Barthol. Socin. *in cons.63. nu.15. lib.3.* Socin. Iun. *in cons.103. nu.10. lib.2.* Anchar. *cons.152. num.5.* Burſat. *in cons.157. nu.42. lib.2.* quos & alios refert Rebuf. *in tract. de alien. rer. Eccles. nu.127.* ad quos adde Alex. *in cons.213. nu.3. lib.6.* vbi Glos. Paris. quod fallit, nisi verba præcedentia aliud inducant, secundùm Curtium Iun. *cons.49. nu.6.* & idem Corneus *in cons.41. Videtur in hac consultatione, nu.8. lib.4.* vult quod substitutio facta de Cippo domus, siue sit facta de *casata*, (quam Itali vocant) siue de *conseruatoria*, intelligitur de agnatis, & filiæ agnatæ † non succedunt, quia non 409
ita per eas agnationes conseruantur sicut per masculos, ad quam testator videtur habuisse affectionem: & idem repetit *in cons.55. num.6. lib.1.* quem refert Ludou. Gozadin. *in cons.79. processu, num.6.* Paris. *in cons.35. nu.1. cum seq. lib.3.* latè Thes. *decis.37 nu.7. cum seq.* & idem tradit Zasius *in tract. substit. in fin. lib.* verbis, qui refert Bald. & Franc. *in cap.1. de testam. in 6.* idem Franc. *in cap. si pater, nu.111. eod. tit.* Carol. Ruin. *cons.25. num.5. lib.2.* vbi tradit; quod si testator dicat, quod bona diuidantur inter consortes *de Tabellis*; important idem, quod consortes de domo, vel agnatione de Tabellis. Tiber. Decian. *respons.64. nu.15. lib.2.* qui tractat de eo qui vocat eos qui sunt de Colonello, post Socinum Iun. *in cons.89. num.14. lib.3.* Paris *in cons.51. n.6. lib.2.* quod notandum est ad eos, qui vocant eos qui sunt de nomine Manrique, Mendoça, vel aliud simile.

Et quod vocans *Cippum domus* videatur excludere fœminas, tradit idem Curtius Iun. *in cons.172. num.2. cum seq. lib.1.* Et quod sint synonyma † verba, pro *so-* 410
bolis, pro *genus, stirpes, & posteritas*, tradit idem Curtius Iun. *in cons.5. nu.40.* Et quod Consanguineorum appellatione veniant Agnati, tradit Roland. *in cons.70. nu.74. lib.3.* refert *l. cum quidam, §. quod dicitur ff. de acquiren. hæredit.* & *cons.* Curtij Iun. *46. num.4.* qui hoc non dicit: & secundùm communem vsum loquendi † longè diffe- 411
runt esse aliquem de *domo*, vel de *familia*, vt per Corneum *in d. cons.41. nu.11. decisio: Pedem. 127. num.7.* Et licèt *Attinentium* appellatione veniant cognati, si testator vocet *Attinentes de tali domo*; veniunt solum agnati, vt tradunt Carol. Ruin. *in cons.161. num.2. & 4. lib.2.* Mantica *de coniect. ment. defunct. lib.8. tit.12. n.36. pag.350.* & qui sint de domo, lege † extraordinariam 412
remissionem Tiberij Deciani, *lib.4. cap.16. n.20. fol.177.* Et portantes arma testatoris dicuntur de domo; de consuetudine; secundùm Bart. *in l. pronuntiatio, ff. de verb. sign.* Anton. *in cap. per venerabilem, nu.21. qui filij sint legitimi*, Alex. *in cons.213. n.3. lib 6.* traditur latiùs per Socinum Iun. *in cons.94. num.9. lib.1.* Et domus in materia feudali accipitur pro agnatione, provt notat idem Socinus Iun. *in cons.103. nu.19. lib.2.* & concordantes refert Francisc. Mantic. *in tract. de coniect. mente defunct. lib.8. tit.12. nu.17. pag.347.* vbi plures citat ad probandum, quod illi dicuntur de domo, qui sunt de agnatione: quod etiam tradit Gozadin. *in cons.61. num.6. & in cons.79. num.15.* Anchar. *cons.152. num.4.* Matthæus de Afflictis *in cap. naturales, num.5. fol.190. Si de feudo fuerit controu. inter domin. & agnat.* Siluan. *consil.6. num.14.* qui alios citat.

Et quod per verba, *De domo*, intelligantur solum vocati agnati masculi, tradit notanter Osasc. *decis. Pedemont.127. num.3. & 4.* & tradit Ioan. Garcia *in tract. de nobilit. glos.18. num.41. fol.295.* In sacra tamen pagina, *de domo* dicuntur descendentes etiam per lineam fœmi-

ninam,vt patet *Luc. cap.1. Ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph de domo Dauid:* & traditur per Tiraquellum *d.glo.9. num.193.* Rebuf. *in l. pronunciatio 195. §.iure proprio, pagina 857. ff.de verborum ſignif.* licèt contrarium probari videatur *Deuteronom.cap.25.* ibi: *Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris ſui*, verbis ſequentibus, & præcedentibus.

413 Et prima † opinio magis communis eſt,& ſeruanda videtur, licèt in contrarium arguant Burgos de Paz *in proœmio ll.Tauri. num.117. fol.19.* Molin.*lib.3. de primogen.cap.4.num.10.fol.23.* Et addo ſcripta nouiſſimè per Menochium *in tract. præſumpt.lib.4. præſumpt.89. num.12. fol.155.* Et quod *Domus* capiatur pro pluri-

414 bus deferentibus † eadem arma, & inſignia, & nomen, licèt non ſint conſanguinei, vel agnati, tradit notanter Gratus *in conſ.132. num.17. lib.1. per cap.1. de Schiſmaticis*: & quod mulier poteſt conſeruare domum, arma, & inſignia.

415 Sed in maioratibus Hiſpaniæ, † fœminæ, & ex illis deſcendentes admittuntur ad maioratus, in quibus vocantur illi qui ſunt de domo, vt tradit Burgos *in proœmio ll.Tauri, num.118. & conſ.29. num.76.* & ad hæc vide Gloſ. Pariſienſ. *lib.2. cap.10. fol.343.* vbi tractat, an grauamen portandi nomen, & arma, inducat agnationem; & illud verbum, *De Gra,is*, ſignificat agnationem, ſicut verbum, *De domo*, vt tradit Carol.Ruinus *conſ.110.num.14. lib 2.* per doctrinam Angel. Imol. & Alex. *in l.ex facto. §.vlt. ff.ad Trebellianum*, & tradit idem *conſ.24.num.5. eodem libro.* Et terminus,*Proſapia*,

416 accipitur pro † familia,& agnatione,ſecundùm Gloſ. *in l.ſi quis ex corpore,C.de murileg.lib.11.* & alios quos citat Pariſius *in conſ.51. num.11. lib.2.* Et de iſtis plura ſingularia nouiſſimè tradit Caldas Pereira *de nomin. emphyteu.quæſt.24. num.54. cum ſeq. fol.287.* Pariſ. ad hoc legendus *in conſ.47. num.50. cum pluribus ſeqq. lib.3.& in conſ.35.num.1.cum ſeq eodem lib.& conſ.23. num.360.lib. 1. & in conſ.30. num.8. lib.3. & conſ.57. num.59. eodem libro; & conſ.20. num.18. & conſ.22. num.53.lib.2.& conſ.88.num.13. eodem lib. & conſ.81. num.12.lib.3.* nouiſſimè, & notanter Menoch. *in tract. de præſumpt lib.4. præſumpt.88. num.1.cum ſeq. fol.154.*

417 vbi inter alia tradit, an *Genus* † differat à *familia*? & Ioan. Garcia *in tract. de Nobil. in initio, num.46. cum ſeq. fol.13.& gloſ.1.§.1. num.40.fol.48.* Ad quæ addo, quod in materia feudali, verba *Heredes*, & *ſucceſſores*, intelliguntur pro maſculis, non pro fœminis; *cap.1. §.& ſi clienteli, de alienat.feudi*,tradunt Decius *in cap. in præſentia, num.44. de probat.* Guid. Pap. *q.59. nu.3.* & alij quos citat Cephal. *in conſ.665.nu.3.& num.54. lib.5.* vbi hoc ſingulariter oſtendit procedere, etiam in cæteris deſcendentibus maſculis, ex Guid. *d. quæſt.59.* Decio *in conſ.185. col.3. verſ. non obſtat*, Pariſ. *in conſil.23.num.133.lib.1.* Quod eſt notandum pro quodam inſigni maioratu de Orellana, vbi poſt vocationem maſculorum, ſunt vocati legitimi hæredes: ad quod eſt elegans *conſilium* Alex. 53. *num.1. lib.6.* quem citat Socinus Iun.*in conſ.1.num.11.lib.1.*& lege eum *num.5. & num.19.* & Simonem de Prætis *lib.3.interpr.3.dub.1. ſolut.15. num.51. fol.292.* & omnes referunt vitiosè illud conſilium *Alexandri*, qui eſt vt prædixi *lib.6.* Ex quibus infero intellectum ad leges Regni loquentes

418 *De ſolar* † *conocido*, quia idem eſt quod *de domo*, & *familia*: quod expreſsè tradit Bart. *in l. pronunciatio, 195.* vbi Rebuffus *§.iure proprio, pag.857. ff. de verborum ſignific.* qui allegat Barboſa *in l.cum acutiſſimi, C.de fideicom.miſ.* Alex. *in conſ.125. lib.7.* & *l.cum ita, in fine, ff.de legat.2.* quod eſt notabile; & vidi in grandi negotio.

Ego autem in prædictis, & aliis ſimilibus dictionibus,quicquid ſit de iure communi, ſequendum omninò eſſe exiſtimo communem vſum loquendi, ad interpre-

419 tationem clauſularum † maioratuum, iuxta proprium noſtrum idioma,& communem loquendi modum apud Hiſpanos, qui (vt in aliis locis animaduerto) præferatur propriæ etiam ſignificationi, *l.liberorum,§.quod tamen Caſſius, ff. de legat.3.* cum *concordantibus*; vnde omiſſis his, quæ de iure communi circa hoc ſtatuta ſunt, arbitror omnino amplectendum communem eſſe loquendi vſum, vt ſciamus quando in vocationibus maioratuum, & in clauſulis iurium patronatuum, pariter fœminæ, & maſculi vocati cenſeantur: quod veriſimum eſſe credo.Et probari etiam poteſt auctoritate Barthol.Socini *in conſ.37. num.8. lib.3.* & per doctrinam Innocen. *in cap. inter corporalia, §.ſed neque, de tranſlat.Epiſcop.* vbi tradit, quod intellectus ille prætualet, qui pro ſe habet communem vſum loquendi etiam contra propriam verborum naturam: notat latiùs Oliuerius *in tract. de gradib. cognation. quæſt. 7. num.9. pag.39.* Oportet igitur, quod Iudices in hoc animaduertant ad conſuetudinem, & vſum loquendi: hoc tamen procedit niſi teſtamentum ſit verbis Latinis factum, ſicut quidam inſignis Cardinalis vocatus dominus Alphonſus Carrillo de Albornoz, qui ordinauit quoddam teſtamentum, & maioratum idiomate Latino: nam tunc eſt habenda conſideratio ad regulas, & theoricas ſupraſcriptas; licèt adhuc exiſtimem intentionem teſtantium eſſe inſpiciendam, quos credendum eſt teſtari iuxta prouinciæ morem, vt in aliis locis probatum eſt.

Nec omitto in materia præſentis quæſtionis, quod † legitimus hæres dicitur agnatus, *l.ſi quis, §.funus, ff.de* 420 *relig. & ſumpt.funer. l.cum quidam, §.1. ff.de acquiren. hæredit.* quæ iura ad hoc ponderat Rebuff. *in l. obuenire 130. pag.679. ff. de verbor.ſignific.* pro quo facit text. *in cap.1. §.cum vero Conradus: qui feud. dar. poſſ.* & Gloſſ. *in l.etiam, ff.ſoluto matrimonio*, cum *concordant.* vt per Decium *in conſ.208.num.9. ad fin.* Cald. à Pereir. *in tract.de renouat. ad emphyt. quæſt.4. num.19. fol.22.* Et quod vocans legitimos hæredes, dicatur vocare ſucceſſores ab inteſtato; volunt Alex. Claudius, & Ripa *in l.ex facto, §in.ff.ad Trebellian.* Carol. Ruin. *in conſil.174.num 6.& 12.lib.2.* & alij quos citat Menoch.ad iſta legendus *in conſ.202.num.51. cum ſequentibus,lib.3.*quæ (vt iam dixi) notanda ſunt ad quendam inſignem maioratum, ſuper quo lis vertitur. Et quod familiæ appellatione veniant (latè ſumpto vocabulo) Cognati,† probatur *in l.cum pater,§ cum inter,ff.de le-* 421 *gat.2.* & *in l.fin. C.de verborum ſignif.* tradunt Barthol. Socin. *in conſ.43. lib.3.* Decius *in conſil.481.* quos citat Burgos de Paz *in proœmio legum Tauri, num.106.* Puto etiam quod aliquando *deſcendentium* appellatione,& aliorum ſimilium, de quibus ſupra mentio fuit facta, non veniunt fœminæ, vbicumque ex proximis verbis præcedentibus, vel ſubſequentibus contrarium appareat; provt multoties reperitur: ad quod facit *conſilium* Bertrandi *15.lib.1.* Et quod Conſanguineorum appellatione non veniant † parentes, tradit Baëza 422 *de decima tutor.cap.4 nu.27. fol.47.* per *legem 5.tit.16. part.3.* Et iungo etiam, quod iſta dictio, † *Propinquos*, 423 eſt generalis, & maximè refertur ad cognatos, & eos qui coniunguntur per fœmininum ſexum: *l.1.C.de bon. poſſ. ſecund.tabul. l.item prætor.ff.de ſuis & legit.* tradunt Oldrad. *in conſ.153.* Alciat.*reſponſ.62.num.8.* Et quod *progeniti* appellatione comprehendantur omnes deſcendentes ex maſculina tantum prole, voluit Caſſadorus *deciſ.1.de iure patronatus,nu.2.* per *l.fin.* vbi Baldus *C.de emancip.liberor.* & *l.fin.* vbi idem Baldus.*C.de dot. promiſſ.* Et an familia, & agnatio, & cippus domus diſtent, reſoluit Menoch. ad hoc legendus *dict.præſumption.88. num.16. fol.156.* & omnino Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſ. art.22. num.26.cum ſequentib. fol.196.*

Cogitabam etiam pro maiori declaratione eorum quæ ſupra ſcripta ſunt, cum in hoc Regno Caſtellæ non ſit in vſu hoc verbum, *Agnatio*, neque aliud propriè ſignificans agnationem, an hoc verbum, *Linago*, † ſignificet, & ſignet agnationem, ad quod moueor per 424 *l.3.tit.21. part.2.* ibi, *Fidalguia (ſegun diximos en la*

ley

ley antes deſta) es nobleza que les viene a los homes por linage. Clarum autem eſt, quod ſecundùm leges iſtius Regni vulgatas,quis non poteſt eſſe nobilis (quem nos

425 *hidalgo* vocamus) niſi † ex agnatione, & ex parte patris: idem probat *l.2.eiuſdem tit.21.* ibi: *Y por ende hijos dalgo deuen ſer eſcogidos, que vengan de derecho linage de padre y abuelo:* & *in proœmio tit.6.part.4.* ibi, *E ſin todo eſto, porque todos los hombres viuirian aparadamente por ſi cada vno en ſu linage, como en manera de vando:* quod eſt ponderandum ad fundationem maioratus, quem quis dixit quod fundat ad perpetuandum

426 ſuum genus, per hoc verbum, *linage.* † Et quod hoc verbum,quod bona maneant in conſanguinitate,& non exeant à linagio, ſignificent agnationem, tradit in ſpecie in maioratibus Hiſpaniæ ſuper ſucceſſione ſtatus de Albuquerque,Cephal. *in conſ.251.num.53. lib.2.* quem legi poſt ſuperius ſcripta: quod vſum etiam fuit in ſucceſſione ſtatus de Cabra: quod reputo notabile; de quo etiam tractat nouiſſimè Ioan.Garcia *de nobilit. in initio. num.34. fol.11.* Et quid de verbo, *de Atinentibus*, & de aliis ſimilibus vocabulis, & vocationibus, legenda ſunt quæ ſcribit Simon de Prætis *lib.3. de interpret.defunct.volunt. dubit.4.ſolut.1.num.63. fol.328. & lib.3.ſolut.15. num.10.cum ſequentib. fol.388.cum ſequentib.* Et quod verbum, *Progenies*, ſignificet non

427 ſolum filios, † ſed nepotes & pronepotes, probatur *in l.fin. C.de natur.liber.* quem textum ad hoc citant Bald. *in cap.ſi pater, de teſtament. in 6.* Socin. *in l.1.num.26. ff.ſoluto matrimonio.* Et quod verbum, *Apellido*, ſigni-

428 ficet † agnationem,tradit Peralta *in d.§.in fideicommiſ. num.17.* per Gloſ. *in d.l.is qui cum plures, in verb. nomine, ff.de legat.3.* Et quòd hæc verba, *Deſcendentes, liberi, maſculi*, ſint collectiua, tradunt Barthol.Socin. *in l.Gallus,§.quidam rectè, num.9. ff.de liber.& poſthum.* & Rubeus *num.49. & 71.* idem Socinus *in conſil.85. num.81. & 82.lib.1.*& alij,vt per Menochium *in tract. præſumpt. lib.4. præſumpt.71. num.28. fol.108 & præſumpt.186 num.38.* & quòd ſi ſtatuto caueatur, quod ſtantibus parentibus maſculis fœminæ non ſuccedant, exponitur verbum, *parentibus*, pro *agnatis*,volunt Bald. *in cap.1.quemadmodum feudum ad filios pertineat*, Barthol.Socin.*in conſ.37.n.10.lib.3.*

Poſt iam dicta in iſta ſexta quæſtione, & materia de ſucceſſione maſculorum & fœminarum; ſciendum eſt, quod licèt naturæ accuſatores exiſtant, qui faciunt differentiam inter maſculos & fœminas; *d.l.maximum vitium, C.de liber.preterit.* nihilominus ſtatuta & diſ-

429 poſitiones excludentes fœminas ob maſculos † ſunt fauorabiles: quia fauor publicus verſatur in conſeruatione familiarum, ſecundùm Alberic. *in authent.itaque, C.commu.de ſucceſ.* & alios plures, quos refert Gregor. Lopez *in l.12.tit.33. part.7.in gloſ.* in verbo, *Varones*, per illum *textum*, vbi probatur, quod ſi dubitatur quis natus fuit priùs, maſculus, vel fœmina? præſumitur

430 † maſculus priùs natus fuiſſe: quod etiam tradit Anton.Corſet. *in tract.de poteſtat.Reg. p.4.nu.28.* & quod

431 talia ſtatuta † ſint fauorabilia, probatur etiam *in l.1. §.ſed ſi ſeruus, ff.de ventr.inſpic.*& *in l.ſuper ſtatu,C.de quæſtion.* & iſta eſt communis opinio ſecundùm Ioan. Anania *in conſil.69.in nomine Sanctæ Trinitatis,num.1.* & ſequitur inter alios plures Raphael Cuman *in conſ.2.* & idem vult Bald. *in l.ſancimus, C.de nupt. num.1.* vbi dicit, Quod ſtatutum, quod ſtantibus maſculis, filia dotata ſuccedat, eſt fauorabile inſpecta ratione naturali ipſorum ſtatuentium, quia inductum fuit in fauorem familiarum conſeruandarum: refert notata per Iacob.de Ardizon. & Cyn. *in l.1. C.de adulter.* quod ſequuntur Curtius Sen.*in conſ.9.*Decius latè *in conſ.372. num.5.* cum aliis Alexan. *in conſil.141. Viſo ſtatuto, num.10. lib.7.* vbi tamen Gloſ. Pariſienſ. *in addition.* quæ incipit, *Fauorabile*, contrarium dicit eſſe verius, cum Alberto Bruno *in tract. de ſtat. excluden. fœmin. ob maſcul. folio 5. cum ſequentibus*, Iacob. Puteus *deciſ.38. part.3. num.4.* qui id tamen intelligit maſculis ſtantibus, Theſaur. *deciſ. Pedemont. 263. num.2.*

Hinc eſt, quòd ſi ſtatutum repellat ſororem à ſucceſſione fratris propter fratrem, idem erit in ſucceſſione Avi, ſecundùm Iacob.Butrigar. *in quæſtione*, quæ incipit, *Statutum eſt quod conſuetudo*, quia hoc expedit ad conſeruationem agnationum: quam ſententiam ſequuntur Cynus, Bald. & alij, quos refert Alex. *in conſil.134.Animaduerſis. num.1. cum aliis, lib.6.* & facit quod ſcribit idem Alexand. *in conſ.89. Circa primum num.14.lib.1.*& *in conſil.36. Viſo themate.num.8.* & *in conſ.155. Viſo dicto, eodem libro.* Vnde dicit Raphael Fulgoſ. *in d.l.maximum vitium*, quod ſtatuentes quod ſtantibus maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant, non ſolum naturæ accuſatores, ſed eiuſdem ſunt imitatores: quem refert Tiraquel.*in l.1.ll.connubial.num.88.fol.19.* pro quibus eſt elegans doctrina Lucæ de Penna *in l. vlt. C.quando & quib.4. pars deb. fol.66.col.4.verſ. pro quo eſt*, vbi contra Auguſtinum *lib.3. de ciuit. Dei, cap.21.* ſuſtentat. Quod ſtatuta repellentia fœminas ob maſculos, † ſunt conformia iuri diuino: ad quod inter 432 alia refert illud quod habetur *Numer.cap.27.*ibi, *Homo cum mortuus fuerit abſque filio,ad filiam eius tranſibit hæreditas*; & ſtatim: *eritque filiis Iſraël ſanctum lege perpetua.* Vnde & repromiſſio,ſeu benedictio ſanctorum Patrum impletur in filios, non in filias. Et ex ore Dei Moyſes reſponſum accepit, quòd ſi filij maſculi ſuperſint, filiæ non ſuccedant, vt ex *d.cap.27.& cap.vlt.* tradit Franciſc.Mantica *in tract.de coniect.mente defunct. lib.6.tit.7.num.17.pag.230.* Et iſtam doctrinam,& alia ad propoſitum tradit Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr.7.* femme mariée, *§.12. pag.1061.* Et quòd iſta ſtatuta † ſint fauorabilia, conſiderata cauſa principali, 433 ob quam ſtatuta fuerunt, tradit Aym. Crauet. *in conſil.118.num.9.& 10.* vbi communem dicit,quod etiam tractat Molina *lib.1. de primogen. cap.18. num.5. & lib.3.cap.4.*

Et Legitima poteſt limitari per ſtatutum diſponens, quod extantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant: quia per maſculos domus conſeruantur, ſecundùm Dynum *in regul.indultum,de regul.iur.in 6.* Cynum *in l. ſancimus,C.de nupt.*quos ſequitur Baldus *in l.cum lege, num.3.fol.73. C.de Epiſcop. & Cleric.* & vtilitas publica depoſcit, vt ad agnatos bona, & facultates deferantur,ſecundùm Angel. *in conſ.68.n.4.* Paul.de Caſtro *conſil.83.lib.2.* Et hæc ſtatuta latè confirmat Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr. 7. femme mariée, §.12. fol.269. in princ.1.col.* Et iſta opinio, quod talia ſtatuta ſunt fauorabilia, eſt etiam communis ſecundùm Iaſonem *in l.2. num.5. fol.29. C.de in ius vocand.* vbi alios refert: Campegius *in tract. de dote, p.4.q.49: num.3.fol.121.* Et hanc ſententiam amplectitur Gloſ. Pariſ. *in conſuetud.Pariſienſ. p.1.§.16. num.4. fol.172.* qui ad hoc refert textum *in l.Titia cum teſtamento. §.Lucius, ff.de leg.2.* Cyn. & Salicet. *in l.1. C.quæ ſit longa conſuetudo*, Ioan.Andr. *in addit. ad Specul. tit.de ſucceſſ. ab inteſt.* & alios plures: & dicit eadem Gloſ. Pariſ. *in d. conſ.1. pro Duce de Villahermoſa, num.53.* quod talia ſtatuta ſunt fauorabilia vbi non agitur de excluſione fœminarum à teſtatore deſcendentium in linea directa. Vnde videre licet quàm fragilis ſit hominum memoria, præcipuè horum qui multa ſcribunt, cum Gloſ.Pariſ.*in d.§.16.* contrarium teneat eius quod tenuerat *in d.addit. ad Alexand.* Id autem quod *Gloſ. Pariſienſ.* ſcribit, confirmatur ex traditis per Menoch. *conſil.40. num.32. lib.1.* vbi tradit, quod non eſt veriſimile ſtatutum excludere voluiſſe filiam ob maſculos patri extraneos.

Et quod talia ſtatuta † ſunt fauorabilia, tradit ex 434 pluribus Burſatus *in conſil.202. num.47.lib.2.* Porcius *in conſil.11.num.14.* Et fideicommiſſum dicitur fauorabile, factum ad conſeruandam agnationem, vt notanter probat Pariſius *in conſ.35.num.32.lib.2.* Et ſubſtitutio fideicommiſſaria ex parte grauati eſt odioſa; ex parte illius cui debet fieri reſtitutio, eſt fauorabilis;

vt tradit Menoch. *in conſ.215. num.22. lib.3.* Et quod talia ſtatuta ſint vtilia, & fauorabilia Reipublicæ, eſt communis opinio, ſecundùm Theſaurum *deciſ. 37. nu.6.* Contrarium autem quod talia ſtatuta ſunt odioſa,
435 † tenet Bart. *in l.1.C.de ſumma Trinit. num.33.* quem ſequuntur aliqui, quos refert Decius *in d.l.2.* & *in l.ſi quis cauſam, num.4. ff.ſi cert.pet.* & *in conſ.261.num.4. verſ.non obſtat*, Alexan. *in conſ.158.nu 9. lib.6.* Ludouic. Gozadin. *in conſ.37 Prima facie.num.12.* idem Alexan. *in conſ.128. Conſideratis, num.8. lib.1.& conſ.188. Conſideratis, lib.7.* Gregor.Lopez *in l.7.tit.13. part.6. in gloſ.* in verbo. *Mugeres*, per illum textum, qui ex hoc infert ad maioratum: quibus addo Angel. *in conſ.210. num.1.* & tradit notabiliter Gregor. Lopez *in l.12. tit.33.part.7.* Menoch. *in conſ.91.num.19.* Et in materia eſt magnifacienda doctrina Auguſt. Beroij *in conſ.120. num.72. lib.2.* vbi, Quod ſtatutum excluſiuum fœminarum à ſucceſſione materna, & aliarum fœminarum, eſt merè odioſum, cum bona materna ab agnatis, ſeu ab ab agnatione non procedant; ſed à matre, ſeu fœminis, in quibus ius conſeruationis agnationis, & familiæ, non eſt conſiderabile, & loquitur in maioratu Hiſpaniæ. Et multa ſcribit in propoſito, & in eadem cauſa conſuluit *conſ.678. lib.4.* Natta.

Alij dicunt, quod talia ſtatuta pro parte ſuccedentis
436 ſunt fauorabilia: & ex parte mulierum ſunt † odioſa: inter quos Bald. *in d. l.2. C.de in ius vocan.* quem ſequuntur aliqui, quos referunt Gozadin. *in conſ.19. dubitatur, num.3.* Alexand. *in conſ.85. num.14. lib 4.* vbi etiam Gloſ. Pariſ. alios refert: idem Bald. *in conſ.373. Circa quæſtionem præcedentem, lib.5.* & Angel. Aym. & Aretin, quos citat Menochius *de recuper. poſſeſſ. remed.1. num.22 pag.311.* qui *in numeris ſeqq.* alia plura ſcribit de iſta materia, & Guillelm. Benedict. *in cap. Raynuntius, de teſtam. in verb. duas habens filias, num.129. fol.29.* Ad quos facit reſolutio Curtij Iun. *conſ.7. num.2.* Grati, *conſ.43. num.22. part.1.* volentis, quod ſtatuta excludentia fœminas quoad caput incluſiuum maſculorum ſunt fauorabilia, quoad excluſiuum odioſa: & communem vocat Quintilian. Mandoſ. *lib.de annatis, num.135. fol.22.* & idem quod Bald. voluerunt Iaſ. *in l.qui exceptionem. ff.de condict.indeb.* Socin.Iun. *conſ.1. num.46. lib.1.* Pariſ. *conſ.85. num.28. lib.2.* Gomezius *in §. pœnales, num.35. Inſt.de action.* & alij quos citat Menoch. *de recuper. poſſ. remed.1. num.34. pag.313.* Sed contra Baldum in hoc latè arguit Decius *in d.l.2.* illud inter alia adducendo, quod vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri: *l. eum qui ades, ff.de vſucapion.* &
437 quia à cauſa principali diſpoſitio † debet iudicari fauorabilis, aut odioſa; ſecundùm Calderinum *in conſil.14. tit. de verborum ſignific.* quem ſequitur alios citans Tiraquel. *lib.1. de retract. in præfatione, num.55. & 65.* vbi plura ad propoſitum ſcribit, Lancellot. *in tract.de attent.in præfatione, num.88. pag.8.* Sed ad ea quæ ſcribit Decius reſpondet Menoch. *loco citato*, quod
438 cùm diuerſi conſiderantur reſpectus; vna † & eadem res diuerſo iure cenſeri poteſt: *l.miles, §.pro parte, ff.de legat.2.* Abbas *in dicto cap.cum tua, de decimis*, latè Tiraquel. *lib.1. de retract. §.1. gloſ.18. num.13.* & *in tract. de nobilit. cap.28. num.13.* & alios addit idem Menoch. ſed Gregor. Lopez *in l.vltim. tit.33. part.7.* dicit, quòd ſtatutum diſponens, quod frater ſuccedat fratri excluſa ſorore, intelligitur eſſe fauorabile, licèt fauor ſit cauſa odij, ſecus ſi excluderet filiam ab hæreditate patris, quia eſt odioſum: *l. in ſuis, ff.de liber. & poſthum.* & in effectu tenet idem quod Gloſ. Pariſ. *in d.conſ.* quorum opinio coadiuuatur ex aliquibus quæ ſcribit Gozadin. *in d. conſil.* & horum doctrina notanda eſt ad ea quæ ſcribo *in 1.p. huius operis: q.3.* vbi legenda ſunt alia ad propoſitum eorum quæ hic tractantur: & varietates opinionum latè refert Socinus Iun. *in conſ.1. num.46. lib.1.* qui quatuor opiniones ſcribit. Et egregiam diſtinctionem tradit nouiſſimè Menoch. *in tract. præſumpt. lib.4. præſumpt.67. num.20. cum ſequentibus, fol.98.* Et conſideranda eſt tota diſpoſitio, vt videatur ſi ſit fa- 440
uorabilis, vel odioſa, ſecundùm Angelum *in l. cum ex filio, circa medium: ff.de vulgar.* Simon de Prætis *lib.2. de interpr.defunct.volunt.interpr.3.dub.1.ſolut.3.nu.11. fol.145.*

In tanta ergo † opinionum varietate, in iudiciis ſe- 439
quenda eſt doctrina *Baldi* exiſtimantis, talia ſtatuta eſſe fauorabilia: quia eſt communior ſecundùm Decium, & Ananiam, & Campegium *in tract.de dote, part.5. q.49. fol.121. num.3.* vbi iſtum articulum latè diſputat: & confirmatur ex his quæ ſcribunt Rubeus *in conſil.10. num.18.* Menoch. *in conſil.204. num.84. lib.3.* Gozadin. *in conſ.5. num.6.* Tiraquel. *lib.1. de retract. §.30. gloſ.1. num 5.* Aym. *in conſil 242. col.1.* Menoch. *conſil.4. nu.13. & 14. lib.1.* idem Menoch. *in conſil.117. num.81 lib.2.* poſt Alciat. *in conſil.96. num.31.* qui dicunt hoc magis procedere, vbi tractatur de conſeruanda familia, & agnatione: & *Menoch.* loquitur in primogenitura: & eſt communior opinio ſecundum Burſat. *in conſil.208. n.5.* Riminald. Sen. *in conſil.336. num.34. lib.2.* Cephal. *in conſ.309. num.24. lib.3.* & alios quos citat Anton. Theſaur. *deciſ.37. num.6.* omnes concludentes, quod talia ſtatuta quæ ſunt facta ad conſeruandam agnationem, 440
† ſunt vtilia Reipublicæ, & in conſequentiam fauorabilia. Et hoc docet obſeruantia, & vſus totius Italiæ, vt reſoluit Marzar. *de fideicommiſſ. p.2.q.1. fol.6.* Et magis communis opinio, quod talia ſtatuta ſunt fauorabilia, vt plures hoc atteſtantes citat Burſat. *in conſ.93. num.7. lib.2.* Menoch. *in conſ.95. num.95. lib.1.* idem Menoch. *in tract.de recuper.poſſeſſ.remed.1.nu.34. pag.313.* qui refert Alciat. *in l.venia. C.de in ius vocan.* Socin. Iun. *in conſ.1. num.46.* Pariſ. *in conſ.85. num.28. lib.2.* & alia: pro qua ſententia facit quæ ſcribit Oliuer. *in tract.de ſucceſſ.ab inteſt. num.5.* vbi tradit, quod credendum eſt, iura antiqua diſpoſuiſſe, quod fœminæ pariter non ſuccederent cum maſculis, non propter odium mulierum, ſed potius fauore maſculorum propter dignitatem, & conſeruationem domus, & familiæ.

Qua ſententia habita pro vera, cùm valeat argu- 441
mentum † de lege ad teſtatorem, *l.ſeruus hac lege, ff.de manumiſ. l.ſi ita fuerit ſeruus duobus, in fine*, & ibi Bart. *ff.de manumiſſ. teſtam. l.cum quidam, in verſ.quemadmodum, C.de verborum ſignif.* cum *concordant.* vt per Euerard. *in loco 52. pag.384.* ex ea infertur, quod maioratus excludentes fœminas ob maſculos, ſunt magis fauorabiles, quàm odioſi: & tanquam fauorabiles, ſunt tanquam ad hoc potius ampliandi, quàm reſtringendi; quod verius videtur in maioratibus antiquis.

Et ex hoc ſubinfertur, quòd ſi ſit dubium ex diſpoſitione maioratus, an teſtator excluſerit fœminas; & hoc clarè non appareat ex diſpoſitione teſtantis, in dubio; † in fauorem maſculi eſt ſententiandum: cui magis 442
quàm fœminæ (vt conſtat ex ſuperioribus) fauendum eſt. Et probatur *in d.cap.1. de eo qui ſibi, aut hæred. ſuis*, ibi: *Tandem pro maſculo pronunciatum fuit: & in §. caterum, Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* ibi, *Quod ideo ita conſtitutum erat, quia commodius videbatur ita iura conſitui, vt plerumque hæreditates ad maſculos confluerent.* Ad quod eſt etiam notabile *conſilium* Socini Iun. 171. *num.39. lib.2.* vbi dicit, quòd ſi ſit dubium, an agnati, & cognati ſint vocati, ei parti adhærendum eſt vt ſubſtitutio de qua agitur, fauore agnationis locum habeat, cum iſtud dicatur benignius: refert ad hoc Signorol. *in conſ.179. In nomine Domini, A. pater. col.2. verſ.venio ad tertium*, & Fulg. *in conſ.49. Ex facto proponitur, col.vlt. verſic. nouiſſimè nemo qui ſapiat*: & idem Signorol. *in conſ.372. num.4. & in conſ.173. num.3.* & alij quos citat Franciſc. Mantica vbi hoc declarat *in tract. de coniect.mente defunct. lib.6. tit.15. num.2. pag.249.* Cephal. *in conſ.306. num.99. lib.3.* Gratus *in conſ.63. num.6 lib.2.* vbi ponit regulam, quod ſemper eſt ſumenda interpretatio pro maſculis, & Menochius *conſil.204. n.24. lib.3.*

Quæ illatio † etiam fulcitur ex ratione textus *in d.* 443
l.12.

l.12. titul.13. & ex eo quod homines magis communiter appetunt, & deſiderant, quod maſculi potius quàm fœminæ in dignitatibus, & maioratibus ſuccedant, tam ob ſexus ſimilitudinem, quàm quia maſculi magis repræſentant, nobilitant, & illuſtrant, & perpetuant memoriam, & dignitatem illorum qui maioratus conſtituerunt, quàm fœminæ; quæ cùm nuptui dantur, radiis maritorum magis eluceſcunt, & obumbrantur: & hoc ratio naturalis, & experientia quotidie nos docet. Et homines ſunt inclinati ad conſeruandam agnationem, vt tradit Cardinal. *conſ.60.* Quagliotus de Bononiis *col.vlt.* Socin.Iun. *in conſil.169. num.53. lib.2.* Curtius Iun. *in conſ.111. num.17. lib.1.* Simon de Prætis *lib.5. de interpr.defunct.volunt.interpr.1. dub.1. nu.90. fol.482.* Mandoſ. *in conſil.14. num.14. & in conſil.104. n.24.*

Quod adeò procedit, vt eleganter ſcribat Albenſ. *conſ.69. proponitur in facto*, quòd ſi ſit factum legatum pro maritandis puellis pauperibus conſanguineis teſta-
444 toris; † præferuntur puellæ natæ ex agnatis, puellis natis ex cognatis, quem citat Simon de Prætis *lib.4. de interpret.defunct.volunt. dubit.12. num.73. fol.442.*
445 Et quilibet præſumitur appetere † honorem, & incrementum dignitatis ſuæ agnationis, ſecundùm Abbat. *in conſil.65. num.3. verſ.in caſu autem. lib.2.* Nicol. Boërius *deciſ.204. nu.3.* Maximè ſi ſit nobilis, ſecundùm Zaſium *in conſ.2. num.13. in fine*, & confirmat Franciſc. Mantica *de coniect.mente defunct. l.b.6. tit.15. nu.1. & 2. pag.249.* & ſi teſtator vocauit omnes deſcendentes filiæ, magis cenſetur vocare deſcendentes maſculos, tanquam plus dilectos, fauore agnationis, vt per Aymonem *conſ.155. num.6.* & legi debet Neuizan. *in ſylua nuptiali, in parte non eſt nubendum, num.169. pag.84.*

446 Et iſta magis procedunt † in Nobilibus, qui plus fauent maſculis quàm fœminis, & deſiderant qui portent cognomen, inſignia, & arma domus ſuæ, vt probat Rebuf. *reſponſ.173. Ex vltima, verſic.nec obſtat ſi dicatur.* Et eum hoc qui adhuc viuunt deſiderent, & exop-
447 tent; † mortuos etiam appetiiſſe exiſtimandum eſt: *l. quoniam deſideria, C.de naturalib.liber.* cum *concordan.* quæ refero *in principio huius 2. part.* vbi ſcribo alia ad propoſitum eorum quæ hic tractantur: & inter omnes homines cognationem quandam natura conſtituit, *l.vt vim, ff. de iuſt. & iur.* & pro hoc etiam adduco *l.7. tit.15. part.6.* ibi, *Pero ſi muger fuere entre ellos, maguer ſea mas honrada que los varones y demas alto linage, no las deue ella tomar; mas alguno de los varones*, & *l.17. tit.16. part.3.* ad quam iungo ſcripta per Cæſar Lambertin. *in tract.de iure patronat. lib.3. 5. artic.4. quæſt. principal. num.20. fol.20.* vbi reſoluit apud quem debeant conſeruari, & cuſtoditi inſtrumenta communia: & faciunt quæ ſcribo *in 4. part.quæſt.20.* & faciunt ſcripta per Barboſam *in conſilio Alex.conſ.52. lib.4.* & Anton. Gomez *in l.40. Taur. num.78.* vbi tractat illam
448 quæſtionem, ſi duo, vel plures filij † naſcantur ex vno partu, quis eorum præferatur, cui adde *d l.12. tit.33. part.7.* quam ipſe non refert: eſt tamen expreſſa pro deciſione iſtius quæſtionis, quam ſcribit *Ant. Gomez*, in illa valde laborando: quam etiam abundantiſſimè examinauit, totum ferè ius in illa adducendo, *Tiraquel.* quem nec Anton. Gomez, nec Gregor. Lopez referunt *in d.tract.de primogen.q.17. pag.127. cum pluribus ſeqq.* & ad noſtrum propoſitum etiam quadrat quod notat Tiraquel. *in eodem tract.quæſt.24. num.15. pag.217.* vbi dicit, quod ſtatutum, quod defert hæreditatem primogenito, cæteris excluſis, niſi prohiberet fœminas expreſsè, eas non excludit ſed vt cæteri filij ſuccedent: & materiam etiam tractat Gregor. Lopez *in d.l.12. tit.33. part.7.* in verb. *El varon*: Et vir inſtituens maioratum, maſculos, & non fœminas vocaſſe videtur, vt ex doctrina Cyni, & Ioan. Andr. ſcribit Gama *deciſ.337. num.7.*
449 Et vt magis miremur † de fauore conſeruandi agnationem, nolo omittere quod ſingulariter ſcribit Ripa *in l.ſi vnquam, C.de reuocand. donation. quæſt.37. num.96.* vbi vult, quod ſi quis donauit agnato bona ſua, pacto adiecto, quod poſt mortem donatarij veniant extraneo, ſi donatarius habeat liberos, & donans reſpexit ad conſeruandam agnationem; filius donatarij præfertur extraneo ſubſtituto: de quo legenda ſunt ſcripta per Tiraquel. *in eadem l.ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, num.267. pag.420.* poſt Socinum *d.l.cum auus.* Et in dubio eſt pronunciandum pro agnatis, ſecundùm Bolognin. *in conſ.69.* Neuizan. *in ſylua nuptiali. lib.6. Quomodo iudicandum pro communi opinione, num.47. pagina 382.* & eſt communis opinio, quod ſtatuta prohibentia ſucceſſionem fœminarum, maſculis extantibus, ſunt fauorabilia, vt teſtatur Curtius Iun. *in conſ. 9. num.3.*

Iſta etiam limitatio; dum dictum fuit, quod ſtante dubio, maſculus præferri debet fœminæ in ſucceſſione maioratus, † procedit vbicumque maſculus eſſet in eo- 450
dem gradu cum fœmina: non autem vbi fœmina eſt proximior, & maſculus eſt remotior, quia in hoc caſu in re dubia maſculus non eſt fœminæ præferendus: quia propter proximitatem gradus, de iure præfertur maſculo. Et vbicunque quis fecit teſtamentum habens clauſulam derogatoriam, in fauorem agnatorum, non 451
præſumatur pro teſtamento facto in fauorem filiorum, tradit Barthol. Socin. *in conſ.12. lib.2.* Nicol. Boerius *deciſ.240. num.20.* cum qua teſtator in dubio ſe conformare videtur, iuxta ſæpè citatam *l. hæredes mei, §. cum ita. ff.ad Trebellianum*, vbi *Bart.* & alij. Quod maximè procedit, vbicumque talis fœmina ſit filia vltimi poſſeſſoris qui maioratum habuit, ex his quæ ſupra dicta ſunt. Et in dubio eſt facienda interpretatio in fauorem
† liberorum, vt notabiliter tradit Baldus *in conſ.40.* 452
num.3. lib.3. Item prædicta concluſio, quod in dubio, vbi non apparet ex diſpoſitione teſtatoris, an excluſerit fœminam ob maſculum, & quis eorum præferatur in ſucceſſione maioratus, quando eſt lis inter eum, & fœminam, debeat præferri maſculus: limitari etiam poteſt, † niſi fœmina fuerit quæ conſtituit maioratum: 453
quia veriſimile eſt, fœminas odio non habuiſſe; ſecundùm illam celebrem doctrinam Ancharrani *in conſil.339.* & alia quæ ſupra retuli. Quod extendit Anton. Gama *deciſ.51.* quod confirmatur ex doctrina Raphael. Fulgoſ. *in conſ.85.* vbi tradit, quod quando fœ-
mina vocauit deſcendentes † maſculos, non videtur fa- 454
cere gratiã conſeruandæ agnationis, cum ipſa non habeat agnationem, per *l.1. §. agnati, ff.de ſuis & legit. hared.* & *§.1. Inſtit.de legit.agnator.ſucceſſ.* & alia quæ tradit Roland. *in conſ.76. num.11. lib.3.* notat Franciſc. Mantica *de coniect.mente defunct. lib.11. tit.15. num.4. pag.544.* Simon de Prætis *lib.1. de interpr.defunct.volunt.ſolut.8. num.13. fol.69.* notabiliter & plenius omnibus *Auguſt. Berbius*, ad quem eſt recurrendum in iſta materia, *conſ.1.20. lib.2. num.12.13.14.15.16.48.62. 72.81.* & *86.* & in aliis locis *illius conſilij*: & plures citat Gloſ. Pariſ. ad Decium *in cap. in præſentia, de probation. in additione*, quæ incipit, *Ex filia*: & quod hic tractatur, refert Ioan. Guttierr. *conſ.13. num.20.* Si autem maioratus ſit factus à maſculo ſimul & à fœmina, maſculi coniecturata voluntas eſt amplectenda, & conſequenter in fauorem maſculi † in dubio eſt pronun- 455
ciandum, per ſupra dicta, & *l.quæritur, hermaphroditum, ff. de ſtat. homin.*

Quod confirmo ex doctrina Angeli *in l.ſi quis poſthumos*, vbi Alex. *num.8. ff.de liberis & poſthum.* qui volunt, quòd ſi Clerico concedatur emphyteuſis, & eius filiis, talis conceſſio comprehendat filios illegitimos; quos citat Caldas Pereira *de nominat. emphyteu. q.20. num.23. fol.229.* qui tamen refert Bartolum in contrarium *in l. hæredibus 77. §. fin. num.4. ff.ad Trebellianum.* Opinionem autem Angeli confirmo ex ſententia tenentium, quòd ſi teſtator fecit hæredem ignobilem, & plebeium, quem grauauit, ſi ſine liberis deceſſerit, reſtituere hæreditatem alteri plebeio, non videtur excludere filios naturales, vt volunt Ripa *in l.ex facto, §.ſi quis rogatus, ff.ad Trebellianum, num.16. verſ. intellige tamen,*

Paleotus

Paleotus *de noth. & ſpur. cap. 27. num. 7. volum. 8. tractatuum*, Acoſta, *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, part. 5. num. 63. verſ. unde hodiè*, Menoch. *in tract. præſumpt. lib. 4. præſump. 78. num. 30. fol. 127.* & quod fœminæ
456 velint conſeruare † agnationem, reſolnit ex pluribus Roland. *in conſil. 82. num. 40. lib. 3.* Et melius conſultum præſumitur per prouiſionem patris, quam matris: *l. vlt. Cod. de curat. furioſ.* faciunt tradita per Bart. & ibi Rip. *num. 99. in l. ex facto ff. de vulg. fol. 90.* Tiraquell. *de ll. connub. gloſſ. 9. num. 5. fol. 355.* & hoc tenet in terminis Burgos *in proœmio ll. Taur. num. 131.* pro quibus facit doctrina Fulgoſ. *conſil. 18.* vbi probaui, quod
457 fœminæ exoptant conſeruare † agnationem maritorum: quod ego ſæpè vidi in fœminis Illuſtribus; licet iſti propoſitioni contradicat regula textus *in l. Papinianus, §. ſed nec impuberis, ff. de inoffic. teſtam.* de qua actum fuit *in 1. part. quæſt. 23.* Et hoc vltimum tenet Molina *lib. 3. de primog. c. 5. n. 75. fol. 43.* Beroius *conſ. 120. numer. 12. lib. 2.* Roland. *conſil. 76. num. 17. lib. 1.*

Ex quibus omnibus poteſt determinari alia quæſtio ſingularis, quæ ex facto contigit in quadam cauſa maioratus. Maritus & vxor fecerunt maioratum cum facultate Regali: in quo, primo loco vocauerunt filium, & deſcendentes in infinitum: quibus deficientibus vocauerunt conſanguineum proximiorem per hæc verba, *Succeda nueſtro pariente mas propinquo.* Extincta fuit linea deſcendentium, & perebant bona maioratus conſanguinei viri, & vxoris: & adhuc eſt ſub Iudice lis, quis eorum præferendus eſt. Cui quæſtioni conueniunt quæ ſcribo *part. 1. quæſt. 23.* & eam ex profeſſo diſputauit Gregor. Lop. *in l. 2. tit. 15. part. 2. in gloſſa in verbo*, Si dexaſſe fijo, o fija, *fol. 47. verſ. ſed pone quod maritus & vxor*, & trado *part. 1. quæſt. 23. num. 73.* ad quod faciunt quæ ſcribo *dicta part. 1. ead. quæſt. 23.* & Gregor. Lop. citat Ioann. Guttierr. *conſ. 2. num. 9.* quod confirmo ex doctrina Bald. *in authen. qui rem, num. 5. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* citata in propoſito per Molin. *lib. 3. de primogen. cap. 5. num. 73. fol. 43.* Et ad ea quæ ſcribit *Gregor. Lop.* eſt egregium *conſilium* Anguſtini Beroij 120. *libro 2. per totum*, præcipuè *numer. 15. & 16.* qui copioſè loquitur in quodam maioratu Hiſpaniæ.

SVMMARIVM.

458 *In ſubſtitutionibus habet locum illa regula*, Hoc non dicit ſubſtitutio.
459 *Primogenitus qui in ſubſtitutione ſe eſſe comprehenſum affirmat, id probare debet.*
460 *Subſtitutus in vno caſu, non cenſetur ſubſtitutus in alio diuerſo, niſi exprimatur.*
461 *Caſus omiſſus quando pro omiſſo habeatur, & numer. 478.*
462 *Subſtitutio vulgaris facta in vno caſu ad alios extenditur.*
463 *Quid ſi in ſubſtitutione adijciantur verba hæc*, Tunc, & eo caſu, *& num. 464.*
465 *Maſculi ſi ſint ſubſtituti, fœmina excluſa cenſentur.*
466 *Agnatio conſiderata videtur ex eo, quòd maſculi fuerint prædilecti.*
467 *Excluſio fœminarum habet virtutem excluſiuam, & incluſiuam maſculorum.*
468 *Excluſio quotupliciter conſideretur, & qualiter limitetur, n. 470. & 471.*
469 *Vocatus licet aliquis non ſit, non videtur à ſucceſſione prohibitus.*
472 *Dictio*, Saluo, *in excluſione fœminarum, eſt taxatiua.*
473 *Incluſio aliquorum ad alios extenditur, in quibus eſt eadem ratio incluſionis.*
474 *Excluſa vna perſona à ſucceſſione vnius, an non cenſeatur excluſa à ſucceſſione alterius, quando ceſſat ratio excluſionis, & è contra, & num. 475. Authoris ſententia, n. 479.*
476 *Homo non poteſt omnia præuidere.*
477 *Ille debet ad ſucceſſionem admitti, qui non reperitur excluſus.*
480 *Nominatio aliquorum ad maioratum non excludit alios qui poſt eos habent ius ſuccedendi ex diſpoſitione legis.*
481 *Fideicommiſſum non extare, in dubio indicandum.*
482 *Excluſio fœminarum à teſtatore appoſita, & quæ colligitur ex perpetua maſculorum vocatione, qualiter differant.*
483 *Diſpoſitio negatiua fortior eſt ad negandum, quàm affirmatiua ad affirmandum.*
484 *An faciat regu am.*
485 *Conditio negatiua adimpleta non præſumitur.*
486 *Et perpetua indicatur. Maiorem vim habet quàm affirmatiua, num. 489. & quid in maioratu, numer. 491.*
487 *Verba vniuerſalia negatiuè concepta omnia comprehendunt.*
488 *Lex quæ prohibet, potentior eſt quam quæ permittit.*
490 *Intellectus & ampliatio ad l. 2 tit. 15. part. 2.*
492 *Ex verbis negatiuis de maſculis an cenſeatur facta repetitio. Et quid verba negatiua excludentia fœminas importent, n. 494. Et an reddant actum ipſo iure nullum, n. 495.*
493 *Negatiua maiorem vim habet quàm affirmatiua.*
496 *Infertur intellectus ad l. 27. Tauri, an ſecundus ſucceſſor ad maioratum admittatur, quando quis à maioratu per clauſulam negatiuam excluditur.*
497 *Incluſio maſculorum, & excluſio fœminarum reſtringitur ad gradus expreſſos, & n. 498. & 501. Authoris ſententia. n. 515.*
499 *Primogenitus ſi à maioratu excludatur propter alium ſecundogenitum, excluſio an porrigatur vltra perſonas expreſſus, proponitur Authoris ſententia, nn. 507.*
500 *Teſtator præſumitur magis elegiſſe viam iuris communis, quam ſpecialis.*
502 *Excluſio alicuius ab hæreditate ſibi de iure competenti, pœna eſt, & n. 505. Et exhæreditatio, n. 503. & 504.*
506 *Receſſus a iure communi eſt odioſus.*
508 *Expreſſio an fiat ex veriſimili mente teſtatoris de vna perſona ad aliam.*
509 *Authoris ſententia.*
510 *Subſtituti perſona cùm variatur, nunquam caſus omiſſus comprehenditur, n. 514.*
511 *Subſtitutio facta in vno tempore, non extenditur ad aliud tempus.*
512 *Doctrina quædam* Molinæ, *an vbi eſt eadem ratio, ſubſtitutio extendatur de perſona ad perſonam, examinatur.*
513 *Mandatum licet ſit ſtrictè intelligendum, extenditur ſecundum rationem.*
516 *Ratio ſcripta in teſtamento ampliat vel reſtringit diſpoſitionem, & nu. 523. & 524. An inducat fideicommiſſum? nu. 518. & 528.*
517 *Argumentum à ceſſante ratione valet.*
519 *Expreſſum dicitur in quo eadem viget ratio.*
530 *Quod venit ex ratione, dicitur in diſpoſitione comprehenſum, & n. 521.*
522 *Maſculinum concipere fœmininum quot modis dicatur.*
525 *Ratio conſeruandæ agnationis, propter quam emanauit ſtatutum excludens matrem, & eius lineam propter agnatos, reſtringit, ampliat, aut regulat diſpoſitionem.*
527 *Ratio quid ſit.*
529 *Maſculus natus ex nepte excludit filiam, quando in fideicommiſſo adeſt clauſula prælatiua maſculorum.*

530 *Maſculus*

530 *Maſculus extraneus admittitur in ſucceſſionem fideicommiſſi ad excluſionem neptis, quando eius conditor filium maſculum ad ſucceſſionem vocauit; & in defectum filiorum ſuum fratrem ſubſtituit.*
531 *Limitata cauſa limitatum producit effectum, tam in diſpoſitionibus teſtatorum, quàm in aliis rebus.*
532 *Verbum*, Ipſos, *reſtringitur ad perſonas expreſſas. Identitatem ſignificat, ibid.*
533 *Verbum*, ſupraſcripti, *inducit omnimodam repetitionem qualitatum præcedentium, & de aliis verbis ſimilibus vſque ad 537.*
538 *Maſculi appellatione non venit fœmina.*
539 *Fœmina quando veniat maſculi appellatione, & numer. 541. 544. & 547.*
540 *Verba*, de hærede in hæredem maſculum, *agnationem an ſignificent.*
541 *Maſculi ex fœminis admittuntur, quando agnationis conſeruandæ ratio non vrget, & n. 542.*
543 *Verborum geminatio arguit qualitatem maſculinitatis.*
545 *Agnati vbi vocantur ad maioratum, fœmina à maſculo deſcendens à ſucceſſione excluditur.*
548 *Agnati an dicantur qui ex fœminis deſcendunt, & qualiter.*
549 *Cauſatum quoties propter cauſam tollitur, multò magis ipſa cauſa ſublata cenſetur.*
550 *Nomina appellatiua & collectiua quæ ſint.*
551 *Agnationem videtur teſtator conſeruare velle, quando in linea tranſuerſali maſculos in quocunque gradu ſubſtitutionis vocauit.*
552 *Actus reſeruationis ſuccedendi maſculis deficientibus non operatur nonam conceſſionem.*
553 *Fratris appellatione an veniat ſoror, & qualiter.*
554 *Hæredes maſculi cum vocantur, non admittuntur hæredes ſimpliciter.*
555 *Teſtator ſi velit quòd bona ſuâ maneant in familiâ maſculina, omnes gradatim granati intelliguntur, & hæreditas granata, & bona perpetuo fideicommiſſo ſubiecta.*

IN iſta etiam materia animaduertò, quòd habet regulam, & præſumptionem pro ſe, qui dicit, ſubſti-
458 tutionem † non comprehendere caſum, ſuper quo eſt contentio, ſed omiſſum fuiſſe: *l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſthum.* & volunt Ioann. Andr. *in additionibus ad Speculator. tit. de teſt. §. 1. in verſic. occurrit, in fine*; Calderin. *conſ. 21. Thema tale eſt*, Bartholom. Socin. *in conſ. 62. n. 4. lib. 3.* & alij, vt per Ludouic. Gozadin. *in conſil. 21. n. 8. & in conſ. 29. n. 13. & in conſ. 59. n. 1.* Socin. Iun. *in conſ. 111. n. 27. & 118. n. 17. lib. 1.* Aymon. Crauet. *in conſ. 161. n. 16.* Alciat. *reſponſ. 250. num. 2.* & plures Doctores citat Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 1. num. 55. pag. 116. ff. ad Trebell.* Barthol. Socin. *in conſ. 259. columna penult. verſic. Confirmantur prædicta, num. 5. lib. 2.* Qui ex hoc tradit, quòd ſi teſtator inſtituit Titium, & eius filios ſub ea conditione, *Si nomen & inſignia ipſius teſtatoris ſumpſerint*; & *ſi Titius, eiuſque liberi inſignia illa non ſumpſerint, ſubſtituit Caium*: ſi Titius nullos ſuſcepit filios, ita vt non potuerint inſignia deferre, ſubſtitutus non admittitur; tradit Menoch. *in conſ. 243. num. 43. lib. 5.* Ex quo confirmari poteſt dictum Guid. Pap. *in conſil. 25. Viſo themate, num. 3.* vbi dicit, quòd ſubſtitutio facta ad inuicem filiabus, non extenditur ad liberos ipſarum filiarum, ſed remanet caſus in diſpoſitione iuris communis, iuxta notata per Bart. *in l. Gallus, in princ.* & *dict. l. commodiſſimè*, & *in l. ſi cum dotem, ff. ſolut. matrim.* & ad hoc, alios citat Burgos de Paz *in conſil. 34. num. 12. cum aliis.* Et iſta ratione, & aliis ſuſtentat Iacob. Portius *in conſ. 11. num. 24. cum ſeqq.* Quod primogenitura facta in nepotibus non eſt extendenda ad pronepotes.

Et primogenitus † qui aſſerit ſe eſſe in ſubſtitutio- 459
ne comprehenſum, id clarè debet probare, vt per Cephal. *conſ. 638. num. 28. lib. 5.* ex Barthol. Socin. *in conſ. 63. lib. 1.* Ial. *in conſ. 29. lib. 3.* Pariſ. *in conſ. 31. num. 6. lib. 2.* Socin. Iun. *in conſ. 101. numer. 3. & in conſ. 118. lib. 1.* Ex qua regula ſemper dubitatur de reſolutione Molinæ *libro primo, de primogen. cap. 4. numer. 31.* & faciunt quæ ſcribit Burgos de Paz *conſ. 29. num. 57.* cum aliis.

Hinc eſt, quòd vna perſona ſubſtituta in vno caſu, 460
non cenſetur ſubſtituta in alio caſu diuerſo, † niſi di- 466
ctum ſit, vt per Barthol. Socin. *conſ. 76. lib. 3.* Decius *in conſ. 384. colum. vlt. & 388. & 394.* Ripa *conſ. 331. num. 41.* quibus omnino eſt addendum egregium *conſilium* Barthol. Socini *259. num. 2. cum aliis, lib. 2.* Roland. *conſ. 42. num. 17. cum aliis, lib. 4.*

Et materiam iſtam nouiſſimè & elegantèr: & expreſſè explicat doctiſſimus Menoch. *in tr. de præſumpt. lib. 4. præſump. 65. n. 1. cum ſeqq. fol. 93. & præſump. 71. mer. 21. fol. 107.* ad iſta legendus, qui declarat tres caſus, aut articulos. *Primus*, quando ſubſtitutio extenditur de caſu ad caſum: *Secundus*, quando de perſona ad perſonam: *Tertius*, de tempore ad tempus. Et legenda etiam ſunt quæ ſcribit idem Menoch. *eodem tractatu, & lib. 4. præſumpt. 20. numer. 1. cum ſequentib. fol. 29.* vbi latè reſolnit, quando inſtitutio extendatur de perſona ad perſonam: & nouiſſimè Ioann. Garci. *in tract. de nobilit. in princip. num. 46. fol. 13.* vbi ſequitur Angelum *in l. Gallus, §. ſed quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum.* tenentem ex veroſimili mente teſtatoris, ſubſtitutionem eſſe extendendam de perſona ad perſonam: & tradit etiam latè Molina *lib. 1. de primogen. cap. 4. num. 23. cum ſeqq. fol. 22.* & idem Ioann. Garcia, *gloſſ. 1. §. 1. num. 27. verſic. vbi autem fol. 45.* Menoch. *in dict. tract. præſumpt. lib. 4. præſump. 73. num. 1. cum ſequentib.* Sed quando caſus omiſſus habeatur pro omiſſo, & extenſio poſſit fieri de perſona ad perſonam? † legenda ſunt quæ ſcribit Franciſc. Mantic. *de coniect. ment. defun. lib. 3. tit. 19. per totum, pag. 97. & lib. 8 tit. 10. num. 3. pag. 341.* De quo etiam lege egregium *conſilium* Curtij Iun. *29. n. 7. & 8.* vbi reſpondet ad textum *in l. Titius, §. Lucius, ff. de liber. & poſthum.* Et de iſta materia plura etiam notanda ſcribit Simon de Pret. *lib. 3. de interpret. d. funct. volunt. dubit. 4. ſolut. 1. num. 79. cum ſeqq. fol. 329.* 461

Sed nihilominus eſt ſcienda alia Regula, quæ etiam valde prodeſt ad noſtram materiam: quod ſubſtitutio vulgaris facta in vno caſu, extenditur † ad alios: *l. vlt.* 462
vbi Bart. & Angel. ad hoc notant, *Cod. de inſtitut. & ſubſtitut. l. vltim.* vbi Bart. & alij, *Cod. de poſthum. hared. inſtituend. l. Gallus, §. & quid ſi tantum*, vbi Gloſſ. & DD. dicunt quod in ſubſtitutionibus debet fieri larga interpretatio: Rebuff. *in cap. Rainuntius, nu. 12. de teſtam. pag. 533.* & explicat notanter iſtam regulam Ial. *conſil. 220. lib. 2.* vbi tractat, quando ſubſtitutio extendatur de perſona ad perſonam, *in conſil. 29. colum. 3. & in conſ. 30. colum. 2. lib. 3.* & melius Decius *in conſil. 394. num. 4. cum ſequentib.* vbi tractat latè de extenſione, vel limitatione ſubſtitutionum; & notatur per Socin. Iun. *in conſil. 94. num. 44. & in conſ. 106. numero 11. & 22. lib. 1.* Socin. *num. 89. in l. 1. ff. de vulgar.* qui eleganter iſtam materiam reſoluunt, & Menoch. *in conſ. 171. num. 8. cum ſequentib.* notabiliter per *Aymon. Crauet.* quem lector legat cùm oportuerit, *in conſ. 98. num. 5. cum aliis*, & materiam tractat nouiſſimè & latiſſimè Maſcard. *in tract. de probat. lib. 3. concluſ. 1343. n. 1. cum ſeq. fol. 284.*

Et procedit † iſta regula, niſi in ſubſtitutione vul- 463
gari ſint appoſita iſta verba, *Tunc*, & *Eo caſu*, quia talia videntur excludere omnes alios caſus, & reſtringere ſubſtitutionem vulgarem in caſu expreſſo, ſecundum Ancharran. *conſ. 356. Ex ſerie teſtamenti, verſic. tertio hoc probat, num. 5.* Burſat. *conſil. 51. num. 17. & conſil. 52. num. etiam 17. lib. 1.* Decius qui latiùs con-

firmat *in conſ.* 322. *numer.* 1. Rube. *conſ.* 31. *num.* 5. Dec. *conſ.* 322. *num.* 1. Tiber. Decian. *reſponſ.* 64. *num.* 8. *lib.* 2. Et verba, *Eo caſu*, idem ſignificant, quod *Tunc*, & ſic extenditatem tempotis, ſecundum Angelum *in l. Gallus, in princip. numero ſecundo, Digeſtis de liber. & poſthum.* Dec. *in l. vltim. notab.* 1. *Cod. de impub.* Socin. Iun. *conſ.* 190. *num.* 9. *libro ſecundo*, Bellonus *conſ.* 99. *num.* 9. *libro ſecundo*, Roland. *conſ.* 39. *numero* 19. *lib.* 4. *& conſ.* 59. *numer.* 10. *lib.* 3. Celſus *conſil.* 25. *num.* 8. *& conſ.* 38. *num.* 10. Menoch. *conſ.* 117. *num.* 28. & legenda ſunt quæ de iſtis verbis, *Eo caſu*, ſcribit Franciſc. Mantic. *de coniect. ment. libro tertio, tit.* 14. *num.* 10. *pag.* 84. *& dict. tit.* 19. *lib.* 3. *num.* 11. nouiſſimè Alexand. Trentacinq. *in tract. ſubſtitut. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 41. *fol.* 13. qui plures citat, qui *in numeris præcedentibus* tractat illam almam quæſtionem, quando caſus omiſſus, eſſet omnino diſſimilis expreſſo, An caſus noluntatis trahatur ad caſum impotentiæ, eſt materia *l. pater Seuerinam, ff. de condition. & demonſtr.* Quibus eſt addendum, quod dicta verba excludunt omnem extenſionem ad caſus tacitos & omiſſos, & vltra perſonas in diſpoſitione contentas, vt volunt Cardinal. Albenſ. *in lucubration. ad Bart. in l.* 1. *num.* 13. *Digeſtis de vulgar.* Simon de Pretis *conſil.* 42. *numero nono.*

464 Quod procedit † etiam concurrente maioritate rationis: & licet præſumatur teſtatorem idem dixiſſe, ſi fuiſſet interrogatus, vt tradunt Burſat. *conſ.* 13. *nu.* 6. *& 9. & conſ.* 51. *num.* 24. *& conſil.* 52. *num.* 17. qui refert Auguſtin. Beroium *conſil.* 99. *lib.* 1. qui alios citat, Hippolyt. Riminald. qui etiam plures refert *conſil.* 23. *num.* 26. *& conſ.* 110. *num.* 33. *& 36.* Roland. *in conſ.* 56. *num.* 24. *lib.* 3. qui citat Decium *in conſ.* 211. *num.* 3. qui dicunt, procedere dictam regulam etiam concurrente tacita & vniuerſali mente teſtatoris, & *in conſil.* 59. *numer.* 10. *& in conſ.* 70. *numer.* 13. *& 14. eod. lib.* vbi tamen *numer.* 50. *cum ſequentib* limitat, ſi concurrat mens, & ratio teſtatoris; ex Gozadin. *conſil.* 4. *numer.* 25. *& conſ.* 64. & ex aliis quæ citat. Et notat Cephal. *in conſ.* 196. *nu.* 23. *lib.* 2. ex Decio *in conſil.* 227. *num.* 5. 6. *&* 7. Puriſ. *in conſ.* 92. *num.* 60. *& 61. lib.* 2. & in aliis quæ refert.

Sed quod dicta verba limitatiua nihil operentur, tradit Marzarius *in epitome de fideicommiſſ. part.* 2. *quæſt.* 24. *fol.* 22. qui refert Albanum *conſil.* 59. *numero* 19. *Bellonum conſ. Supputatio. lib.* 1. *cap.* 17. Et quod vocatio maſculorum, & conſeruatio bonorum in familia non ſufficiat ad hoc, quod ſubſtitutio extendatur de perſona ad perſonam, volunt Alciat. *in l. pater, §. fundum, in fine, verſ. tertius caſus, de legat.* 2. Zuchard. *in l.* 1. *numer.* 98. *Cod. de pact.* Aretin. Alexand. Socin. Ruin. & Cephal. & Rubeus quos citat Menoch. *in conſil.* 85. *numer.* 19. *lib.* 1. *& in conſ.* 327. *num.* 83. *lib.* 4. *& in tract. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 69. *numer.* 11. *fol.* 191. Et quod diſpoſitiones non extendantur de caſu ad caſum, quando non apponitur cauſa conſeruandæ agnationis, ſed ſit reſpectus ad certas perſonas, tradit Ioann. Garci. *in regul.* 142. *num.* 9. ex Molina *lib.* 3. *de primog. c.* 20. *nu.* 20.

Memoriæ etiam eſt tradendum, quod tradit Bart. *in l. cum auus, num.* 4. *Digeſtis de condit. & demonſtr.* vbi
465 ſcribit, quod teſtator ſubſtituens maſculos, † videtur ex ſua ſua mente fœminas excluſiſſe: notat Guid. Pap. *in conſil.* 28. *Conſilium pro illuſtri domino Duce de Baneria. numer.* 3. qui ad hoc iniuſtè retulit Gloſſam *in cap. Rainaldus, de teſtam.* nam hoc non vult; & tradit Franciſc. Mantic. *lib.* 11. *de coniect. men. defunct. tit.* 15. *numer.* 1. *pag.* 544. & ad hoc, plures concordantes refert Gloſſ. Pariſ. *in conſ. Pariſ. part.* 1. §. 16. *n.* 6. *fol.* 172. Molina *in tract. de iuſt. & iur. tract.* 3. *diſput.* 190. *pagin.* 1150. Sforcia Oddus *in tract. compendioſa ſubſtitutionis, part.* 6. *art.* 4. *numer.* 3. *fol.* 157. Burgos de Paz *in proœmio ll. Taur. numer.* 129. *fol.* 20. Curti. *in tract. de feud. part.* 3. *verſ. circa primum, numer.* 8. *pagin.* 218. qui refert Franciſc. Curti. *in conſil.* 48. Molin. *lib.* 3. *de primogen. cap.* 5. *num.* 30. *folio* 34. notat eleganter Aymon. Crauet. *in conſ.* 113. *num.* 2. *cum aliis*, vbi plures coniecturas refert ad excluſionem fœminarum, & *in conſ.* 220. *num.* 9. vbi tradit, quod † agnatio videtur conſiderata ex eo quod maſ- 466
culi fuerint prædilecti: ad quod plures Authores citat Curtius *in conſ.* 111. *numer.* 10. *lib.* 1. latè Anton. Gabr. *lib.* 6. *commun. opin. tit. de ſtatutis, concluſ.* 6. *num.* 1. *cum ſeqq.* vbi diſputat, & reſoluit, quod ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, videtur factum gratia conſeruandæ agnationis: & ibi etiam tradit, quod videtur ſola ratio conſeruandæ agnationis: & lege Molin. *lib.* 3. *de primogen. cap.* 5. *num.* 25. *fol.* 33. & inquit Ripa *in l. Centurio, numer.* 160. *fol.* 8. *Digeſtis de vulgar.* quod excluſio fœminarum non ſolum habet † virtutem excluſiuam, ſed etiam incluſiuam 467
maſculorum & agnatorum: & per hoc facit, quia aliquorum incluſio eſt aliorum excluſio: *l. quod in rerum, §. ſi quid poſt, Digeſtis de legat.* 1. *l. cum prætor, ff. de indic. cap. nouæ, de præſumpt.* probatur *in l. ſi patronus, la* 2. *in princip. ff. de bonis libert. & in l. ſi cum vel in vtero, & in l. ſicut certi, Cod. de teſtament. milit.* docet Bart. *& in authen. ex cauſa, numer.* 3. *Cod. de teſtam. milit. & in l. filio præterito, num.* 5. *Digeſtis de inuſt. rupt.* vbi ait, quod excluſio † poteſt duplici- 468
ter conſiderari: Vna expreſſa, veluti quando teſtator verbis expreſſis aliquem excluſit: Altera tacita, ſicuti quando teſtator reliquit hæreditatem aliquibus; hoc etenim caſu, illi qui non ſunt vocati, cenſentur tacitè excluſi: quod volunt Angel. & Paul. *in dicta authen. ex cauſa, num.* 4. Iaſon *in* 2. *col. ad medium*, Corne. *num.* 23. Alexand. *in l. ex facto, num.* 19. *Digeſtis de vulgar.* inde inferentes, quod pater qui reliquit hæreditatem extraneo, tacitè ab ea excludit filium ſuum quem ſcit habere: quod docent etiam Angel. Cuman. Paul. *num.* 6. Alexand. *num.* 10. Iaſ. *num.* 35. *& 36. in l. in ſuis, ff. de liber. & poſth.* facit text. *in l. cum hæres, §.* 1. *ff. de ſtatu liber.* & facit quod ſcribo infra, & *conſ.* Menoch. 86. *num.* 22. *lib.* 1. *& in conſ.* 233. *num.* 8. *& in conſ.* 244. *num.* 22. *lib.* 3. Et doctrina Bart. *in dict. l. cum auus.*, maximè procedit vbicumque teſtator mandauit, quod ſemper & perpetuò eius bona deueniant de vno in alium de caſata, & agnatione: quia tunc omnino fœminæ excluduntur, vt probat Alciat. *reſponſ.* 661. per doctrinam Bartoli *in l. pater filium, §. fundum, ff. de legat.* 3. Bartholom. Socin. *conſ.* 43. *lib.* 3. Decium *conſ.* 23. 182. 270. *&* 495. Iaſon. *conſ.* 140. *lib.* 2. ibi *d. l. cum prætor.*

Circa quam eſt animadvertendum, quod licet quis non ſit vocatus, † non tamen cenſetur prohibitus ſuc- 469
cedere, vt tradunt Alexand. *in conſ.* 185. *num.* 20. *lib.* 2. Decius *in l.* 1. *num.* 38. *ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. & in conſ.* 110. *col.* 2. *& in conſil.* 89. *numer.* 4. *&* 627. *num.* 7. Cephal. *in conſ.* 733. *num.* 29. *lib.* 5. quod eſt ſingulariter notandum: & per regulam *d. l. cum prætor*, tradit in iſta materia Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. artic.* 40. *num.* 34. *fol.* 363. *in princip.* quòd ſi teſtator permiſit certum fundum alienari, cùm hoc, quòd permutetur cum alio; videtur prohibere in aliis fundis permutationem.

Sed regulam *d. l. cum prætor*, eleganter limitat etiam quatuor modis Menoch. *conſ.* 14. *num.* 14. Primò, quod illud excluſum † non dicitur, quod in neceſſarium an- 470
tecedens venit ad actum incluſum, *Secundò*, niſi duo ſint quodammodo connexa. *Tertiò*, ex veriſimili mente diſponentis. *Quartò*, cum in caſu qui excluſus videtur, eadem eſt ratio; qui ad hoc refert authoritates. Et de materia illius legis tractat eleganter idem Menoch. *in conſ.* 86. *n.* 26. *lib.* 1. vbi ex hoc diſputat, ſi teſtator aliqua bona fideicommiſſo ſubiecit, & alia omiſit, an bona omiſſa ſint onere fideicommiſſi grauata: ad quod inter alia plura *num.* 57. refert Iaſonem *conſil. vlt. lib.* 4. Socin. Iun. *conſ.* 197. *n.* 50. *lib.* 3. *& in conſ.* 173. *nu.* 56.

cum

cum ſequentibus. Et addo eundem Menoch. *in tract. de præſumption. lib.* 4. *præſumpt.* 190. *num.* 27. *fol.* 344. vbi limitat regulam *dict. l. cum prætor*, vbicumque conſtat mentem diſponentis eandem fuiſſe de caſu incluſo, quod de excluſo: poſt Iaſon. *in l.* 1. *§. adipiſcimur, num.* 4. *Digeſtis de acquiren. poſſeſſ.* Gratum, *in conſ.* 5. *num.* 83. *libro ſecundo*, & punctum etiam tractat ipſe Menoch. *de arbitr. iudic. quæſt.* 37. *num.* 21. *& caſu* 64. *num.* 18. *& in conſ.* 733. *num.* 1. *&* 29. *libro quinto*, tradit, quod licèt vnus vocatus ſit, & alius non; non cenſetur prohibitus, ex Decio *in l.* 1. *nu.* 38. *Digeſtis de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. & in conſil.* 110. *colum.* 2. *&* 389. *num.* 4. & aliis quæ citat. Et
471 addo, quod ſpecialis incluſio non excludit † illud quod ex alio capite includitur, ſecundum Salicet. *in l. de crimine oppoſito* 2. *Cod. de accuſation.* Decium *in conſ.* 90. *col.* 2. *& in conſ.* 190. *col.* 4. quos citat Cagnolus *in l. omnis definitio* 103. *num.* 69. *ff. de reg. iur.* Rurſus, quando incluſio aliquorum eſt reſpectiua ad excluſionem aliquarum perſonarum, non poteſt operari excluſionem cæterorum, vt volunt Corne. *in conſ.* 271. *colum.* 5. *lib.* 4. Bald. *in l. illam, Cod. de collation.* Bartholom. Socin. *in conſ.* 122. *lib.* 3. quos citat Socin. Iun. qui notanter tractat *in conſ.* 30. *num.* 55. *lib.* 2. & per regul. *dict. l. cum prætor, ff. de iudiciis*: tradit Cephal. *in conſ.* 196. *num.* 1. *lib.* 2. quod teſtator ſubſtituens primogenitum cum omnibus ſuis deſcendentibus, non videtur ſubſtituere ſecundogenitum, & facit *conſilium* 197. *nu.* 20. *eodem libro.*

Et in dicta materia *d. l. cum prætor*; & aliorum quæ
472 *ſupra* ſcripſi, libenter addo, quod † verbū *Saluo*, quod in aliquibus maioratibus reperitur, vbicunq; excluduntur fœminæ, eſt taxatiuum, ita quod fœminæ in totum excluduntur, & deſcendentes ex illis, vt tradit Gozadin. *in conſ.* 53. *num.* 10. per regulam *l. ob is, Cod. de prædiis minor. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum.* Quod confirmo, quia illa dictio, *Saluo*, eſt taxatiua: *l. ſi debitor, §. in venditione, Digeſtis quib. mod. pign. vel hypot. ſoluit.* notant Dec. *in conſ.* 28. *n.* 2. *& in conſ.* 283. *n.* 2. *& in conſ.* 356. *n.* 5. Alciat. *reſp.* 101. *nu.* 12. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſu* 303. *num.* 27. Et pro intellectu regulæ *dict. l. cum prætor*, cum *concordan.* legenda ſunt quæ ſcribit Menoch. *in tract. præſumpt. lib.* 3. *præſump.* 90. *pag.* 373. idem Menoch. *in conſil.* 158. *num.* 56. *lib.* 2. & regulam *d. l. cum prætor*, notanter declarat Auguſt. Beroi. *in conſ.* 79. *num.* 16. *lib.* 1. Et quod enumeratis certis perſonis, aliæ non numeratæ excludantur, tradit Curt. Iun. *in conſ.* 49. *n.* 18. per regulam *d. l. cum prætor.*

473 Eſt tamen notandum, quod † incluſio aliquorum ad alios extenditur, in quibus eſt eadem ratio incluſionis, ſecundum Decium *in cap. ſecundo requiris, nu.* 2. *fol.* 310. *de appellat.* ad idem eſt text. vbi Bart. *in l.* 1. *Cod. de dnerſ. reſcript. l. eius qui in prouincia, ff. ſi cert. petat.* Ex qua infertur, quòd ſi teſtator admittat aliquos ad maioratum, & alios excludat, incluſi cenſentur omnes, in quibus eſt eadem ratio incluſionis; quamvis expreſſi non fuerint in diſpoſitione. Et inquit So-
474 cin. Iun. *in conſ.* 76. *num.* 28. *lib.* quod excluſa † vna perſona à ſucceſſione vnius, non cenſetur excluſa à ſucceſſione alterius, quando ceſſat ratio excluſionis; refert notata *in l.* 1. *§. veteres, Digeſtis de acquirend. poſſeſſ.* Quæ confirmantur, quia materia prohibitæ alienationis per teſtatorem, debet potiſſimùm inſpici ratio, & mens teſtatoris, adeò quòd ſi non lædatur ratio, & mens teſtatoris, non cenſetur prohibita alienatio; ſecundum Angel. *in conſ.* 169. *Super puncto ſupra ſcripto: colum.* 1. Iaſon *in dict. l. filius familias, §. Diui, numer.* 78. *ff. de legat.* 1. Decium *in conſ.* 511. *nu.* 6. *cum concord.* vt per Mantic. *de coniectur. ment. defunct. lib.* 6. *tit.* 14. Maſcard. *in tractatu de probation. libr.* 3. *concluſ.* 1237. *numero* 85. *fol.* 176. quod etiam notandum eſt ad ea quæ ſcribo *in* 4. *part. quæſt.* 1. cum ſuis limitationibus.

E contrario † autem excluſa vna perſona, cenſen- 475
tur excluſæ omnes in quibus eſt eadem ratio excluſionis, & omnes aliæ includuntur ex capite incluſiuo; vt per Bart. *in l.* 2. *§. videndum, Digeſtis ad Tertullian.* Bald. *in l. defunctus*, per illum text. *Cod. de ſuis, & legit. hared. & in l. maximum vitium, Cod. de liber. præter.* Ex quo infertur, quòd ſi teſtator excludit Monachos à ſucceſſione maioratus; excludere videtur (licet hoc non cauerit) fratres religioſos S. Ioannis, & S. Iacobi, & moniales, & alios ſimiles, in quibus ſit eadem ratio excluſionis. Et mens teſtatoris eſt magis inſpicienda quàm verba. Nec enim homines omnia præuidere & prouidere † poſſunt: *l. ſi quis filium, Cod. de li-* 476
ber. præter. l. cum pater, §. donationis, ff. de leg. 2. ibi, *Voluntatis intentio*; facit text. *in l. cum dilecta, de confirm. vtil. vel inutil.* vbi caſus excepti extenduntur ad alios ſimiles. Et ad hoc etiam eſt bonus text. *in l. legatis, in princ. Digeſtis de legat.* 3. Ex quibus etiam deducitur, quod licèt teſtator a ſucceſſione maioratus excluſerit furioſos, & mente captos, excluſiſſe non videtur prodigos, mutos, & ſurdos, ſi tamen habeant intellectum; quia non eſt eadem ratio excluſionis, & ideo diuerſum ius ſeruari debet. Et hoc coadiuuatur, quia ille debet ad ſucceſſionem admitti, † qui non re- 477
peritur excluſus, ſecundum Bald. *in l. vltim. Cod. ad Tertull.* & confirmat Barth. Socin. *in conſ.* 28. *num.* 2. *lib.* 4.

Et iſta illatio etiam fulcitur ex doctrina Ancharr. *in cap.* 1. *de conſtit. in* 6. *col. penult. in verſic. nunc capto quartum meinbrum*, vbi refert Collegium Peruſinū conſuluiſſe in tali caſu: Statuto cauetur, ſtante patruo mater filio ne ſuccedat: modò extant mater, & patruus, & ſoror defuncti, de qua ſorore non eſt facta mentio in ſtatuto; quæſitum fuit, vtrum patruus excludat ſororem, & ſi non excludit, vtrum mater admittatur cum ſorore defuncti? Et quod ſoror excludatur, facit, quia eadem ratio videtur conſeruandæ agnationis: Et quia excluſa vna perſona, debet alia excludi, in qua eſt eadem ratio excludendi. Quibus non † obſtantibus, contrarium 478
conſuluit Collegium Peruſinum, quia iſte caſus omiſſus fuit à ſtatuto, & remanſit in diſpoſitione iuris communis, & concludit, quod ſoror ſimul cum matre admittatur. Et hanc opinionem referunt, ſequuntur, & confirmant Alexand. *in conſil.* 80. *num.* 1. *lib.* 1. Decius *in conſ.* 71. *num.* 2. *& conſil.* 377. *num.* 10. & ad hoc propoſitum eſt aurea doctrina eiusdem Decij *in conſil.* 164. *num.* 2. vbi dicit, quòd ſi ſtatuto prohibentur ſuccedere filiæ quamdiu ſuperſint maſculi, non ex eo ſequitur quod deficientibus maſculis fœminæ ſint vocatæ, ſed remanent in diſpoſitione iuris cōmunis. Aliud eſt enim, quod fœminæ non excludātur à ſtatuto, aliud quod vocatæ ſint ſtatuto. Primo caſu, ſtatutum locum habet, in quo ſtantibus maſculis, filiæ & deſcendentes prohibentur ſuccedere. & ceſſantibus maſculis nō prohibentur ſuccedere. non autem eſt dicendum, quòd ſint vocatæ à ſtatuto, quia manuit ſtatutum ad excluſionem & inducta ad excluſionem non debent operari contrarium: *l. legata inutiliter, ff. de legat.* 1. Et quia licet argumentum à contrario ſenſu procedat etiam in ſtatutis, procedit quando ſumitur ex natura limitati temporis, & quando neceſſarium eſt argumentum ex natura verborum limitatorum, ſecundum Baldum *in l. obſeruare, ficiſci, 3. quæſtione in fine, Digeſtis de offic. Proconſul.*

Ex quo dicto in noſtra materia infertur, quòd ſi te- 479
ſtator excluſit † aliquas perſonas à maioratu, non per hoc videtur alias admittere, & includere quæ à iure excluduntur, nec ad hoc eſt ſumendum argumentum à contrario ſenſu; ſed cæteræ perſonæ excluſæ remanent per diſpoſitionem iuris, & remanent in diſpoſitione iuris communis, cùm quo teſtator in dubio ſe conformare videtur, vt ſupra toties dictum eſt.

Animaduertat etiam lector ad aliud ſingulare,

480 quod † nominatio aliquorum ad maioratum, non excludit alios, qui poſt eos habent ius ſuccedendi ex diſpoſitione legis, ſecundum Bart. *in dict. l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2.* Decium *in conſ. 11. num. 18.* Carol. Ruin. *in conſil. 45. num. 12. lib. 1.* vbi limitat, niſi ſpecificatio, & nominatio facta ſit per dictionem taxatiuam: quæ confirmat latè Auguſtin. Beroius *in conſil. 79. num. 14. cum duob. ſequentib. lib. 1.* quod in ſucceſſione cuiuldam ſtatus euenisſe ſcio. Quod confirmatur, quia excluſus ab vna ſubſtitutione, non prohibetur venire ex alia, ſecundum Baldum *in conſil. 57. lib. 2.* Curtius Iunior *in conſil. 157.* Hieronym. Gabr. *conſil. 132. nu. 44.* de quo lector videat etiam Pariſium *in conſ. 17. n. 10. lib. 1.* Curtium *in conſ. 338. n. 35. cum ſeq. lib. 3.* & quæ ſcribo *in 1. p. q. 15.* Et quod in dubio ſit
481 iudicandum † fideicommiſſum non extare, & agnatos non comprehendere, tradunt Socin. Iun. *in conſil. 97. num. 64. lib. 2.* Menoch. *in conſil. 424. num. 24. lib. 5.* vbi etiam tradit illud quod in aliis locis tractatur, quod in dubio eſt iudicandum contra fideicommiſſum, ex Barthol. Socin. *in conſil. 113. libro primo*, Dec. *in conſil. 465. numer. 13.* Aym. *in conſil. 180. libro primo.*

Conſidero etiam pro intellectu præcedentium, quòd
482 longa eſt differentia inter excluſionem, † quam facit teſtator excludendo fœminas à ſucceſſione maioratus quem inſtituit; & illam quæ colligitur ex vocatione perpetua maſculorum, & aliis ſimilibus coniecturis: nam prior excluſio operabitur effectus quos inducunt diſpoſitiones expreſſæ, & negatiuæ: poſterior habebit effectus quos faciunt diſpoſitiones tacitæ, provt trado *in 4. p. operis, q. 1.* & hoc in pluribus reperitur, provt latè tradit Tiraquell. *in lib. de ll. connubial. gloſſ. 7. exprez, num. 1. cum aliis, fol. 300.* Gloſſ. Patil. *in 1. part. conſuetud. Pariens. §. 44. num. 9. fol. 302.* faciunt notata per Gloſſ. & DD. *in l. precibus, Cod. de impuber. & alii.* Et in primo caſu diſpoſitio eſt negatiua, cuius ea eſt virtus, vt totum quod ſequitur neget, & pariter in propinqua & diſtantia extendatur † *l. ſi is qui ducenta, §. verum, ff. de reb. dub.* cum *concordan.* vt per Epiſcop. Conarr. *reſolut. lib. 1. cap. 13. num. 7.* In ſecundo caſu diſpoſitio affirmatiua non ſic vrget, nec operatur.

483 Et diſpoſitio negatiua † eſt fortior ad negandum, quam affirmatiua ad affirmandum, ſecundum Gloſſ. *in l. hoc genus, ff. de condit. & demonſtr.* cum *concordan.* vt per Aymon. *in conſ. 146. numer. 4.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed. 14. num. 4. pagin. 459.* & faciunt quæ ſcribit idem Menoch. *lib. 2. de arbitr. quæſt. 498. n. 41.* Rebuff. *in l. boues 89. §. hoc ſermone, pag. 545. Digeſtis*
484 *de verb. ſign.* Et diſpoſitiones negatiuæ † faciunt regulam, vt tradit Lancellot. *in tract. de attent. part. 2. cap. 6. de attent. lite penden. in præfatione 3. num. 347.*
485 *pag. 60.* Et conditio negatiua † non præſumitur impleta, ſed aſſerens euenisſe, id probare debet ſecundum Corneum *in conſ. 105. colum. penult. lib. 2.* Decium *in conſ. 177. num. 1.* Socin. Iun. *in conſil. 67. num. 1. lib. 4.* Menoch. *in tract. præſumpt. lib. 4. præſumpt. 187. nu. 8. fol. 314.* Et in ſacra Scriptura mandata quæ negant & prohibent, magis influunt, & operantur, vt in *Exodo, cap. 20.* & per S. Thom. *2. 2. quæſt. 122. art. 2. & ſeqq.* Quintil. Mandoſ. *in tract. de inhibition. quæſt. 2. num. 2.*
486 *& 5.* Et proprium conditionis negatiuæ eſt, † vt ſit perpetuò, vt tradunt DD. quos citat Epiſc. Couarr. *lib. 1. variar. cap. 13. num. 7.* Acoſta *in l. cum tale, §. ſi arbitratis, Digeſtis de condit. & demonſtr.* Molina *lib. 3. de primogen. cap. 10. num. 17. & 18.* quos & Garciam citat Thomas Sanchez *in tract. de matrim. lib. 1. diſputat. 34. nu. 41. pag. 164.* qui loquitur in conditione negatiua de non nubendo. Et ſtipulationes negatiuæ tranſeunt ad hæredes: *l. ſi ſit, l. ſtipulatio iſta, ff. de verb. obligat.* tradit Rebuff. *in l. in vſu 158. pag. 761. ff. de verb. ſign.* Et verba vniuerſalia negatiuè
487 concepta † omnia comprehendunt, etiam inſolita: *l. Seio, §. 1. ff. de ann. legat.* notat idem Aym. *conſil. 308. numero ſexto*, Cephal. *conſil. 58. numer. 76. lib. 1.*

Et potentior eſt lex quæ prohibet, † quam quæ per- 488
mittit: *l. 3. §. 1. verſ. ſed ſi paternum*, vbi Iacob. de Arenis, Dyn. & Bart. qui *eum paragraphum* legunt cum *principio illius legis, ff. de ſuſpect. tutor. l. ſi Rufinus*, & ibi Bald. Raphael. Fulgoſ. Alex. Aretin. & Iaſon. *Cod. de teſtam.* & tradit in noſtra materia Brunus *de ſtatu. exclu. fœmin. 6. art. princ. quæſt. 26. col. 6.* quem citat *Deciſio Pedemont. 100. num. 44.* de quo etiam legenda ſunt quæ ſcribit Franciſc. Mantic. *lib. 12. de coniect. men. defun. tit. 14. num. 13. pag. 639.* Et conditiones negatiuæ maiorem † vim habent, quàm affirmatiuæ: *l.* 489
Titio fundus, ff. de condit. & Demonſtr. latè Auguſtin. Beroi. *in conſ. 27. num. 10. cum ſeqq. lib. 2.* & denotat impoſſibilitatem, ſecundum Curtium *in tract. de feud. part. 3. verb. expedita, num. 22. pag.* 265. per *l. non poteſt ff. de furt. & l. nemo poteſt ff. de legat. 1.* faciunt ſcripta per Petr. Surd. *deciſ. 243. num. 6.* Lancellot. *in tract. de atten. part. 2. de attent. lite penden. ampliat. 10. numer. 3. pag. 99.* & faciunt notata per Tiraquell. *in l. bonues, §. hoc ſermone, limit. 7. pag. 191. de verbor. ſignific.* vbi plura bona tradit idem Tiraquell. *in tract. de primogen. quæſt. 24. num. 12. pag. 217.* & tradit in egregio caſu Dec. *in conſ. 365. Viſo, nu. 7.* vbi loquitur in locatione facta quod nullus ſit de linea alicuius, Pariſ. *in conſ. 92. nu. 21. lib. 3.*

Ex quibus inferri poteſt intellectus, & † ampliatio 490
in practica ſingularis ad *l. 2. tit. 15. part. 2.* in illis verbis, *E no otro ninguno.* Et hoc in terminis decidit Tiraquell. *lib. de primog. dict. quæſt. 24. pag. 217. num. 15.* & confirmo ex ſcriptis per Zaſium *in l. duobus, num. 8. pag. 854. ff. de re indic.* Cephal. *in conſ. 210. num. 19. & 20. & conſ. 211. num. 1. lib. 2.* Natta *in conſil. 274. lib. 2.* vbi ponit regulam, quòd negatiua extenditur in infinitum, & quod conditiones negatiuæ magnam vim, & robur habeant, docet per plura exempla latiſſimè Gratus *in conſ. 27. num. 2. cum ſeq. lib. 2.* & Franciſc. Mantic. *de coniect. ment. defunct. lib. 11. tit. 10. num. 11. pag. 514. & lib. 12. tit. 14. num. 13. pag. 630.* Iacob. Philip. Porcius *in conſ. 104. num. 14.* Et de † 491
conditionibus negatiuis appoſitis ſucceſſoribus maioratus quantum operentur, tradit Molin. *lib. 3. de primogen. cap. 10. num. 17. fol. 75. & num. 40. cum ſeqq. fol. 77.* faciunt quæ de negatiuo verbo, *non poteſt*, tradit poſt alios Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens, in verbo, cum non abſtulit, num. 26. pag. 1061.* *Cod. de in integr. reſtitut. minor.* & facit quod ſcribit Lancellot. *in tract. de attent. in præfatione, num. 75.* ex quibus venit in iſta materia, quòd ex verbis negatiuis de maſculis, cenſetur † repetitio facta, ſecundum Dec. 492
in conſil. 667. numero ſecundo; Socin. Iun. *in conſil. 13. num. 25. & 28. lib. 3.* Marzarium *in conſil. 7.* quos citat Buſſat. *in conſ. 64. numero vigeſimo ſecundo lib. 1.* Et addo, quòd vbicumque maſculi ponuntur in diſpoſitione negatiua, ſcilicet, *ſi non extiterint maſculi filij*, non cenſentur vocati ab inteſtato; ſecus quando tales filij maſculi fuerunt poſiti in conditione affirmatiua, ſecundum Curtium Iun. *in conſ. 43.* referentem Paul. de Caſtr. Anton. Gabr. *libro quarto commun. opinion. titul. de fideicommiſſ. concluſione quarta numero 11. pagin. 251.* Et † negatiua maio- 493
rem vim habet quàm affirmatiua, *l. hoc genus*, vbi Gloſſ. *Digeſtis de condition. & demonſtrat.* Rube. *in conſil. 51. numero quarto*, Aymon. *conſ. 146. numero quarto, & conſ. 294. numero ſexto*, Alciat. *conſ. 6. numer. 17. libr. 4.* Quintil. Mandoſ. *in tract. de monitoriis, quæſt. 77. numer. 3. fol. 39.* Petr. Barboſa *in rubr. ff. ſolut. matrim. 4. part. num. 48. pag. 175.* Et quantum in iſta materia ſucceſſionis maſculorum † & fœminarum 494
importent verba negatiua excludentia fœminas tradit Tiber. Decian. notanter *reſponſ. 12. numer. 12. cum ſequentibus, libro primo.* Et verba negatiua reddunt factum

495 factum † ipſo iure nullum, ſecundum Baldum *in titul. de pace Conſtantiæ, in verſ. hoc quod Romanus.* Romanum *in l. ſi vero, §. de viro, fallentia 13. ff. ſolut. matrimon.* & alios quos citat Baeza *de non melioran. filiab. c. 33. num. 6. fol. 158.*

496 Ex quibus infero † intellectum *ad l. 27. Taurinam*, in illis verbis, *No pueda.* In qua materia eſt animadnerſione digna deciſio Anton. Gamæ *deciſ. 27.* vbi reſoluit quando quis excluditur à maioratu propter clauſulam] negatiuam, quod non admittatur ad maioratum ſecundus ſucceſſor: vbi legi debet additio *Menæ*, poſt Velaſquez *in l. 40. Tauri, num. 13.* Graſſum *in lib. ſentent. §. legatum, q. 53. in fine*, Sforciam *conſ. 19. lib. 1.* & faciunt ſcripta per Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. artic. 25. n. 14. fol. 236.* & *artic. 26. num. 17. fol. 248.*

Eſt etiam animaduertendum in iſta materia, & hoc eſt valde neceſſarium ad lites maioratuum, quæ oriuntur inter maſculos, & fœminas: quòd incluſio maſculorũ, & excluſio fœminarum reſtringitur † ad gradus
497 & perſonas expreſſas, & ſpecificatas, ſecundum Bald. *in d. l. ſi defunctus*, Alex. *in d. conſ. 80. num. 7. lib. 1.* Rube. *conſ. 94. num. 6.* & alios quos refert Gloſ. Pariſ. *in conſ. pro Duce de Villahermoſa, num. 113.* vnde dicit *in d. conſ. num. 109.* quod argumentum à fauore agnationis non poteſt trahi, nec extendi vltra gradum & perſonas expreſſas. Ex quo ſecundum eum, non ſequitur, *proprias filias excluſit, ergo neptes excluſit*; niſi in eodem gradu, & caſu, quo filiæ ſunt excluſæ, per *dictam l. ſi viua matre, §. in nepotibus, C. de bon. matern.* Ad quod eſt in ſimili, notabilis doctrina Baldi *in l. ſed & milites, in principio, in verſicul. & facit ad ſtatutum, ff. de excuſat. tutor.* vbi inquit: Quod ſtatutũ excluſiuum fœminarum cum ſit contra ius commune, non vendicat ſibi locum niſi in perſonis ſpecificatis
498 † etiam ſtante eadem ratione: quod dictum referunt & confirmant Deci. *in conſil. 287. num. 7.* vbi Gloſ. Pariſienſ. aſſerit ita iudicatum fuiſſe; & *in conſil. 625. num. 2.* vbi eadem Gloſ. Pariſien. plures refert, & *in l. unica, num. 7. ff. de in ius vocan.* Carol. Ruin. *in conſ. 85. num. 2. lib. 3.* Ant. à Petra *in tractat. de fideicommiſſ. quæſt. 9. num. 109. pag. 204. col. 2.* Vincent. Honded. *conſ. 8. num. 58.* Theſaur. *in d. deciſ. Pedem. 263. num. 7.* Et ſtatutum excluſiuum non extenditur etiam ex maioritate rationis, ſecundum Corne. *in conſ. 90. lib. 3.* Barthol. Socin. *conſ. 30. num. 19. lib. 2.* & plura ſcribit Cephal. *in conſil. 278. num. 69. cum ſeqq. lib. 2.* & conducunt ſcripta per Marzarium *in conſiliis ſuis, fol. 84. verſ. confirmatur, cum ſeqq. & fol. 85.* & quæ ſcribo *ſuprà*: Anton. Gabr. *lib. 6. de verb. ſignif. concl. 6. num. 70. & 75. pag. 344.* Burgos de Paz. *in proœmio ll. Tauri num. 129.* & idem Cephal. *conſil. 408. num. 57. cum ſeqq. lib. 3.* vbi ex Bart. *in l. omnes populi*, in materia *extenſionis, in 4. q. principal. verſ. item contra prædicta*; *num. 61. ff. de iuſt. & iure* Gloſ. *in authent. quas actiones, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & aliis probat, quod in caſu omiſſo non eſt iudicandum idem quod in expreſſo, etiam ex maioritate rationis, & idem *in conſil. 517. num. 27. lib. 4.* & idem *in conſil. 616. num. 85. cum ſequent. lib. 5.*

Ex quorum reſolutione infertur, quod cum maſculus in eodem gradu, ſecundum ius Hiſpaniæ, & aliarum gentium conſuetudines, excludat fœminam etiam primò natam, vt latius dixi *ſuprà*, ſi forte teſtator excluſit filium primogitum à maioratu, ſi ipſe primogenitu alium maioratum haberet, & incluſerit filium ſecundogenitum, vel fœminam, quod talis excluſio,
499 cùm ſit contra ius commune, † non porrigitur vltra perſonas, & caſus ſpecificatos. Pro quo facit, quod teſtator præſumitur voluiſſe ita diſponere, vt minùs lædatur ius commune, ſecundum Sebaſt. Sap. *in l. precibus, n. 155. C. de impub.* Et quod teſtator præſumi-
500 tur elegiſſe magis viam iuris communis, † quam ſpecialis, *l. in teſtamento, C. de teſtament. milit.* notat Aretin. *in l. vltim. §. 1. col. vlt. ff. de vulgar.* Et diſpoſitio teſtatoris ſic debet interpretari, vt non inducat aliquid exorbitans à iure, licet teſtator potuerit, Gloſ. *in l. talis ſcriptura, ff. de l. 1.* Bart. *in l. vxori, §. 1. ff. de legat. 3.* Franciſc. Mantic. *de coniect. ment. defunct. libr. 6. titul. 6. num. 16. & 17. pag. 226.* Ad quod etiam conducit alia doctrina eiuſdem Baldi *in d. l. 1. C. de ſucceſſ. edict.* vbi dicit, quòd diſpoſitio, & 510
fauor agnationis reſtringitur ad perſonas, de quibus teſtator loquutus fuit: notat Decius *conſil. 261. 309. & 688.* & cum in iſto caſu agatur de excluſione & priuatione primogeniti; non eſt inducenda priuatio niſi in caſibus † claris, & ferè expreſſis: nam exclu- 501
dere aliquem à ſucceſſione ſibi de iure competenti, † eſt pœna, *l. ſi is qui hæres, verbo, pœna, ff. de vulgar.* per quem textum dixit ibi Iaſon, *num. 4.* quod ſtatutum reddens aliquem ſucceſſionis incapacem, dicitur pœnale, correctorium, & odioſum; notat latius Molina *lib. 3. de primogeniis, cap. 4. num. 21. fol. 25.* 502

Quod confirmatur, quia vbi agitur de priuatione alicuius, requiritur expreſſa priuatio, ſecundum Baldum *in authent. ex teſtamento, num. 8. C. de ſecund. nupt.* Iaſon *in l. cum quidam, num. 16. ff. de liber. & poſthum.* Decius *in conſil. 9.* & faciunt ſcripta per Pariſ. *in conſ. 49. num. 64. lib. 3.* Tiraquell. *lib. 1. de retract. §. 1. gloſ. 9. num. 189.* Et excluſio † ab hæreditate, eſt 503
exhæredatio; ſecundum Bart. *in l. 3. §. filius, num. 4. ff. de liber. & poſthum.* Iaſon *in l. 1. num. 1. eodem tit.* Mantic. *lib. 4. de interpret. defunct. volun. tit. 11. num 1. & num. 10. pag. 130.* Et materia ademptionis ſtrictiſſimè eſt interpretanda, vt per Anton. Peregrin. *in tractat. de fideicommiſſ. artic. 18. num. 29. fol. 172.* Et in materia excluſiua, ſeu priuatiua, id quod non eſt expreſſum, non inducit priuationem, ſecundum Baldum *in l. ſuper chirographis, num. 3. ff. ſi cert. petat.* eum *concordan.* vt per Menoch. *lib. 2. de arbitrar. iudic. caſu 275.* & *in conſ. 150. num. 27. lib. 2.* Et ex- 504
cludere aliquem à ſucceſſione maioratus, † eſt ſpecies exhæredationis, vt ex doctrina Baldi *in l. illam, num. 4. C. de collation.* Cornei. *conſil. 202. num. 11. lib. 2.* Menoch. *in conſil. 485. num. 8. lib. 5.* & *conſil. 315. n. 2. lib. 4.* Et quod priuatio teſtatoris in caſu ſpreti mandati, † ſit pœna, probatur *in l. 1.* vbi Bald. *in 1. oppoſit.* & ibi Corne. *in princip. C. de his quæ pœn. nomin.* & plures quos refert Surd. *deciſ. 99. num. 17.* & volunt Socin. *in rubr. ff. de his quæ pœn. nom.* & *in conſ. 4. num. 15. lib. 4.* & alij, vt per Tiber. Deci. *in conſ. 4. num. 25. lib. 2.* & confirmo ex *conſilio* Pariſij *89. num. 38. lib. 2.* & ex reſolutione eiuſdem Molinæ *lib. 1. d. cap. 9. num. 10. fol. 65.* & tradit idem Molina *lib. 1. de primogen. d. cap. 9. num. 11. fol. 65.* Item 505
omnis receſſus † à iure communi eſt odioſus, *cap. 1.* 506
in fine; de filiis presbyter. cum *concordan.* vt per Abbat. *in cap. dilecti, num. 5. de donation.* Aymon. *conſ. 170. num. 3.* Franciſc. Mantic. *de coniect. men. defunct. lib. 7. tit. 1. n. 8. pag. 253.*

Quibus † nonobſtantib. in hac illatione, repetitione 507
faciendam eſſe exiſtimo: & ad hoc faciunt plura quæ ſcribit Burg. de Paz *quæſt. 2. ciuili, num. 41. cum ſeqq.* omnino legenda, & horum opinionem tradit in terminis Gama *deciſ. 27. per totam*, vbi reſoluit, in ſucceſſione maioratus non eſſe recedendum à iure communi, vbi tradit punctum de filio primogenito, qui excludebatur propter ſecundogenitum habentem alium maiorati, & facit *l. qui volebat, ff. de hared. inſtituen.* & quæ ſcribit Socin. Iun. *in conſil. 30. num. 20. lib. 2.* Celſus *in conſil. 20. num. 12.* Et ad iſta adduco ſingularem doctrinam Aretin. *in l. 2. in fine principij, ff. de vulgar.* vbi concludit, quod vbi agitur de excludendo aliquem, tacitum non operatur quantùm expreſſum: quod volunt Gloſſa *in l. generaliter, §. cum autem, in verbo, ſobolem, C. de inſtit. & ſubſtit.* Curtius *in l. cum quid, n. 15. ff. ſi cert. petat.* Menoch. *in tract. præſumpt. lib. 4. præſumpt. 39. & præſumpt. 40. num. 10. fol. 59.*

Hinc eſt, quod licèt aliàs regulariter fiat extenſio
508 ex præſumpta mente contrahentium, † vel teſtatorum, *l. Titius, §. Lucius Titius, ff. de liber. & poſthum. d.l. vlt. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* cum *concordan.* maximè, vbi eſt eadem ratio: quia tunc arguimus intellectiuè ab identitate rationis coniecturatæ mentis defuncti, vt ex text. notab. cum Gloſ. *in l. quamvis, C. de fideicommiſſ.* notat & confirmat Barthol. Socin. *in conſil. 49. num. 7. lib. 1.* quod eſt notabile conſilium in hac materia: & idem tradit *in conſil. 52. num. 10. lib. 1.* vbi dicit hanc non eſſe extenſionem de caſu ad caſum, ſed comprehenſionem interpretatiuam & intellectiuam: & *in conſil. 90. num. 2. lib. 2.* & vide
509 cum *conſil. 10. num. 25. eod. lib.* † nunquam tamen fit extenſio de vna perſona ad aliam perſonam, ſecundum Raphael Cuman. *in dict. l. commodiſſimè*, vbi Iaſon *num. 7. fol. 156.* idem Iaſon & Aretin. *num. 20. fol. 185. in dict. l. Gallus, §. & quid ſi tantum*, & *in l. cum res, ff. de legat. 1.* Decius *conſil. 211. num. 3.* melius *in conſil. 287. num. 8. cum aliis*, & in *conſil. 465. num. 16.* & *291. num. 5.* Pariſien. *in conſil. 11. num. 3. lib. 3.* Alciat. *lib. 3. de verb. ſign. pag. 57.* ad quam concluſionem alios plures Doctores refert *Tiraquell.* & variis rationibus hoc dictum confirmat *in l. ſi vnquam, in verb. liberis, num. 28. pag. 96. C. de reuoc. donation.* Molin. *lib. 1. de primogen. cap. 4. num. 4. fol. 19.* Riminald. *conſil. 224. num. 7.* Alciat. *reſpon. 86.* Cephalus *conſil. 107. num. 18.* & *conſil. 114. num. 6.* & *conſil. 210. n. 49.* Roland. *conſil. 56. n. 24. lib. 3.* Hippol. *ſingul. 499.* Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, p. 4. n. 129. pag. 81. ff. ad Trebell.* Franciſc. Mantic. *de coniectur. men. defunct. libro 3. tit. 19. n. 10. pag. 99.* & *lib. 8. tit. 10. num. 3. pag. 341.* Tiraquell. *in trib. de ceſſan. cauſa, limit. 8. num. 2.* Cephal. *conſ. 582. num. 2.* vbi hoc extendit *num. 3.* etiam in materia fauorabili: & *in conſ. 470. num. 12. libro 4.* & *in conſ. 490. num. 6.* Burgos de Paz *conſil. 9. num. 13.* Ioſeph. Maſcard. *in tractat. probation. lib. 3. conclu. 1346. num. 23.* & *24. fol. 288.* & facit quod ſcribit idem Maſcard. *cod. lib. 3. concluſ. 1237. num. 104. fol. 177.* Pro quibus facit, quia vbicumque perſona ſubſtituti variatur,
510 † nunquam caſus omiſſus compreh n litur: *l. ſi pater familias impuberi 2, ff. de vulgar.* & ſubſtitutio facta in vno caſu in perſona ſubſtituti, non extenditur ad alium caſum in perſonam ipſiuſmet ſubſtituti: *l. ſi pater familias*, vbi notat Imol. *ff. de hæred. inſtit.* & tenet Bart. *in dict. l. Lucius, §. 1. ff. de liber. & poſthum.*
511 Et ſubſtitutio † facta in vno tempore, non extenditur ad aliud tempus: *l. ſi ita quis*, vbi Bart. *ff. de vulgar.* Bartholom. Socin. *in conſil. 75. num. 5. libro 3.* & conducunt ſcripta *ſuprà*.

Ex quibus, vt in aliis locis animaduerto, ſemper
512 dubitaui de quadam doctrina Molinæ † *lib. 1. de primogen. cap. 4. num. 37. fol. 27.* licet pro *Molina* faciat magna caterua Doctorum, vltra eos quos ipſe citat, exiſtimantium, quod vbi eſt eadem ratio, ſubſtitutio extenditur de perſona ad perſonam: quam tractat Curtius *in conſil. 113. n. 10.* Aymon *in conſil. 98. num. 23.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 83. lib. 2.* Curt. Iun. *in conſil. 75. num. 14.* Decius *in conſil. 327. num. 6.* & *in conſil. 315. num. 6. verſ. præterea*, & *in conſil. 116. num. 16.* vbi citat Ancharran. *in conſil. 27.* Pariſ. *in conſil. 11. num. 25.* & *26. lib. 1.* & *in conſil. 50. num. 54. vſque ad finem*, & *conſil. 66. num. 26. 37.* & *50. lib. 3.* Socin. Iun. *in conſil. 168. num. 37. 50.* & *66.* & *conſil. 181. num. 36. cum ſeqq. lib. 2.* & *conſil. 129. num. 35. lib. 3.* Curt. Iun. *in conſil. 121. num. 14.* Marzar. *conſil. 4. num. 20.* Claud. Cantiuncul. *in tract. de offic. iudic. cap. de iure controuer. num. 18.* Alciat. *Parergon. lib. 10. cap. 24.* vbi ait, licèt iſtam eſſe diremptam ex Diui Marci conſtitutione, de qua *in l. 4. ff. de vulgar.* Hippoly. Riminald. *conſil. 22. n. 59.* & *conſil. 23. n. 200.* & latiſſimè eam defendit Paul. Leonin. *inter conſilia Zileti lib. 2. vltimarum voluntatum, conſil. 27. n. 108.* vbi plures refert Iacobus Beretta *conſil. 16. per totum*, præſertim *num. 18. 30. 31.* & *38.* Marzar. *in epitom. de fideicommiſſ. p. 2. quæſt. 1. verſ. ſed pro contraria parte*, & eſt verior, communior, & ſanior opinio, ſecundum Pariſium *in d. conſil. 50. n. 60. lib. 3.* & idem teſtatur Cephal. *in conſil. 114. n. 30. lib. 1.* & *in conſil. 252. num. 21. lib. 2.* quem citat *Manica*, qui hoc etiam tenet *lib. 3. de coniectur. ment. defunct. tit. 19. num. 9. pag. 99.* & difficile iudico tantas componere lites. Nec omitto *Menoch.* idem tenentem *in conſil. 173. n. 39. lib. 2.* & prius *n. 38.* Cephal. ſuper ſucceſſione ſtatus de Albuquerque, *in conſil. 252. num. 21. lib. 2.* Et licèt mandatum ſit ſtrictè intelligendum, † extenditur ſe- 513
cundum rationem, *l. fin. §. ſi. ff. mandat.* notant Alexand. *in conſil. 34. lib. 2.* & alij quos citat Aymon *in conſil. 274. num. 9.*

Et in hac materia caſus omiſſi, memorabile eſt, & in practica maximè commendandum eſſe exiſtimo, quòd ſi teſtator † aliquo modo cogitauit caſum omiſ- 514
ſum, non eſſe curandum, quòd teſtator veriſimiliter idem voluiſſet, ſi interrogatus fuiſſet; ſecundum Ripam *in l. 1. num. 171. ff. de vulgar.* Ex quo venit, quòd ſi teſtator ſciens grauatum habere filios, eum grauando ſimpliciter, etiam ſi deceſſerit cum filiis, dum omiſit dicere ſine filiis, tales filij non excludunt ſubſtitutum, ſecundum Barthol. Soc. *in d. l. cum auus, n. 79.* & *in conſil. 191. lib. 2.* Socin. Iun. *in conſil. 128. n. 38.* Gratum *in conſil. 9. n. 27. lib. 2.* Simon. de Pret. *lib. 3. de interpret. defunct. volunt. interpret. 3. dubit. 4. ſolution. 1. num. 83. fol. 430.* qui citat etiam Tiraquell. *in d. l. ſi vnquam. in princ. n. 65. C. de reuoc. donat.*

Sed prædicta omnia † vera ego exiſtimo niſi in per- 515
ſonis, & gradibus per teſtatorem ſpecialiter non expreſſis ſit eadem ratio excluſionis, quæ adfuit in illis, qui ſpecialiter ſunt expreſſi per rationem diſpoſitionis teſtantis, & ex illius mente percipiatur. Quia ratio ſcripta per teſtatorem in teſtamento tacita vel expreſſa, ampliat, reſtringit, † vel interpretatur illius diſpo- 516
ſitionem: *l. cum pater, §. dulciſſimis*, vbi Bart. Bald. Alberic. & Paul. *ff. de legat. 2. l. pater, §. fundum*, & ibi Bart. *ff. de legat. 3. l. adigere, §. quamvis, ff. de iure patronatus, l. ex facto, in primo reſponſo, ff. de vulgar.* notat Angelus *in conſil. 346. Titius vt hæres*, & dicit Raphael Fulgoſ. *in conſ. 99. Magiſter col. vltim.* quod ratio regit diſpoſitionem, ad quod plures concordantes refert Tiraquell. *in tract. de ceſſant. cauſ. part. 1. num. 139. fol. 54.* adde Alciat. *lib. 2. de verb. ſignif. pag. mihi 51.* Gloſ. Pariſ. *in conſuetud. Pariſ. §. 41. num. 33. fol. 286.* Molina *de primogen. lib. 1. c. 5. n. 7. fol. 30.* Et mens., & ratio idem ſunt, ſecundum Dynum *in reg. vlt. de reg. iur. in 6.* Bald. & Alex. quos citat Menoch. *in tractat. præſumpt. lib. 5. præſumpt. 34. num. 19. fol. 42.* Et argumentum † à ceſſante ratione 517
eſt infallibile, ſecundum Bald. *in l. generaliter, C. de Epiſcop. & Cleric.* & alios, vt per Seraphin. *in tract. de priuileg. iuram. priuileg. 21. n. 2. part. 110.* Et licet arguere à ratione coniecturata alicuius diſpoſitionis, licèt in illa ſpecificè non ſit expreſſa, *l. molites agrum, in princ. ff. de re militari*, quem exclamat Roman. *in conſ. 32.* & tradunt Bald. *in l. maximum vitium, C. de liber. præter.* Staphilæus *de literis gratia & iuſtitia, in quinta forma Expectatiuarum, num. 9. pag. 19.* Et per rationem à teſtatore ſcriptam † inducitur fideicom- 518
miſſum, *l. ſeruo legato, §. ſi teſtator, ff. de legat. 1.* notat Paul. *conſil. 238. num. 2. lib. 2.* quod facit ad ea quæ ſcribo *ſuprà, quæſtio. 5.* Et expreſſum dicitur † in quo 519
eadem viget ratio, ſecundum Aym. Cranet. *de antiquit. tempor. part 4. num. 190. fol. 319.* qui ad hoc refert Abbat. *in conſ. 75. num. 6.* & *7. lib. 1.* quod eſt notabile, & neceſſarium in iſta materia, Bald. *in conſil. 384. lib. 5.* Pariſ. *conſil. 192. num. 4.* & *conſ. 53. n. 27. lib. 2.* & *conſ. 6. num. 86.* & *conſ. 66. num. 60.* & *conſil. 83. num. 21. lib. 3.* & *conſ. 75. n. 38. lib. 1.* & *conſ. 72. n. 98. lib. 4.* Et quod venit ex ratione, † dicitur comprehen- 520
ſum

ſum in diſpoſitione, & virtute eiuſdem legis, & non extenſio: *l. nominis, §. verbum ex legibus, ff. de verborum ſignific.* eleganter Curtius Sen. *in conſ. 35. num. 11.* Barthol. Socinus *in d. l. cum auus, num. 8. verſ. ſed dicitur vna, & eadem diſpoſitio*, doctiſſimus Molina *lib. 1. de primogen. cap. 5. num. 12. fol. 31. in numeris ſequentibus*, plura ad propoſitum adducit, & *in numeris antecedentibus*: ad quem addo Manticam *de coniectur. mente defunct. lib. 6. tit. 14. num. 20. pag. 247.* Azeued. *in tit. 2.* de los hijos dalgo, *lib. 6. Recopil. num. 236. fol. 44.* & Ioan. Garcia *de Nobilit. in diu ſ. num. 48. fol. 13.* Socinus Iun. *in l. filius familias, §. Diui, num. 152. fol. 191. ff. de legat. 1.* notanter Aymon *in tract. de antiquit. temp. dict. part. 4. num. 46. fol. 223.* Et cum *Molina* omnes concludunt, quòd ſi extat eadem ratio, non eſt extenſio,
521 ſed † comprehenſio: ad quod plures citat Valdes *in addition. ad Rodericum Suarez. in l. 1. titulo*, de las ganancias, *lib. 3. Fori, pagin. 31.* Et ratio eſt ſecundùm naturam verborum, ſicut corpus, ſecundùm Baldum *in l. ſi quis ſeruo, C. de furt.* Citier *in tract. de primoge. quæſt. 12. fol. 21.* & faciunt quæ ſcribo *3. part. quæſt. 18.* Et maſcu-
522 linum cùm concipit fœmininum, ratione † dignitatis, dicitur extenſio: ſi ratione affectionis, dicitur coniectura, ſi propter identitatis rationem, dicitur comprehenſio, ſecundùm Barbac. *in conſ. 52. num. 8. inter conſilia Alex. lib. 4.* quem citat Roland. *in conſ. 82. num. 59. lib. 3.* Et quantam vim & effectum habeat ratio, notanter explicat Fuluius Pacianus *in tract. de probation. cap. 11. num. 14. fol. 32.* vbi tractat quæſtionem in iſta materia quando mulier admittatur ad probandum ſe eſſe primogenitam. Et clauſula appoſita per
523 viam rationis, declarat intentionem teſtatoris, † vt tradunt Barthol. Socinus *in conſil. 43. num. 7. lib. 3.* Decius *in conſil. 23. num. 4.* qui tradit, quod attendi debet hæc ratio tanquam principalis, Petrus Surdus *deciſ. 269. num. 9.* Et de intellectu & vera ratione textus *in d. §. dulciſſimis*, agit doctiſſimè Gloſ. Pariſ. *in conſ. 1. pro Duce de Villahermoſa, num. 10.* & *11.*

Præterea ratio cuiuſlibet diſpoſitionis ſiue vltimæ voluntatis, ſiue diſpoſitionis Principis, & cuiuſcunque
524 generis ſit, ampliat, & † interpretatur tales diſpoſitiones, vt colligitur ex iam dictis, maximè ex dicto abundantiſſimo tractatu *Tiraquelli*, & notat Roman. *in conſil. 457. Circa propoſitum, num. 2.* Franciſc. Aretin. *in l. qui Romæ, §. coheredes, col. 2. ff. de verborum obligation.* Decius *in conſil. 287. num. 6.* & ratio generalis ampliat & declarat regulam *l. regula, §. ſi quis, ff. de iur. & fact. ignor.* notat Baldus *in dicto cap. ſecundo requiru*, Alexand. *in conſ. 3. num. 4.* & *conſil. 59. num. 3. lib. 3.* vbi Gloſ. Pariſien. alios refert. Sic concludit Alciat. *conſ. 713. num. 1. cum aliis*, quòd licèt prohibitio facta filio, non extendatur ad nepotem (vt ſupra probatum fuit,) ſi tamen teſtator adiecit rationem, quia volebat bona peruenire ad ſuos deſcendentes; trahitur prohibitio ad pronepotes: quod eſt ſingulare, ſi eſt verum. Et confirmat Pariſ. *in conſ. 92. num. 51. lib. 2.* ex doctrina Alexand. & aliorum *in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de legat. 1.* de quo legendus eſt Franciſc. Mantica *in tract. de coniectur. mente defunct. lib. 6. tit. 14. num. 24. pag. 247.* qui plura circa iſtam materiam ſcribit, ad quam omnino legi debent quæ ſcribit Alfonſ. de Villagut. *in tractatu, de Vſur. quæſt. 35. num. 31. cum ſequentibus, pagina 470.*
525 Et † ratio conſeruandæ agnationis, propter quam emanauit ſtatutum excludens matrem, & eius lineam propter agnatos; reſtringit, vel ampliat, aut regulat diſpoſitionem: vt per Ioan. de Anania *in conſil. 4.* Decium *in rubrica, C. comm. de leg. num. 2.* Albert. Brun. *in tractatu de ſtatut. exclud. fœmin. ob maſcul. 12. articul. quæſt. 9.* & alios quos refert Socinus Iun. *in conſ. 23. num. 28.* & *29. lib. 1.* notat egregiè Angel. *in conſil. 211. num. 5.* Ad quod etiam facit quod ſcribit eleganter Barthol. Socinus *in dicta l. cum auus, num. 87.* Quod ratio conſeruandæ agnationis facit, vt admittatur extenſio de caſu ad caſum, quem, & alios citat Menoch. *in tractatu de præſumption. lib. 4. præſumpt. 85. num. 14. fol. 150.* mouentur per regulam *l. quamvis, C. de impuber.* & conditio latè interpretatur in nomine ferendo, vt comprehendat omnes quibus ratio poteſt conuenire, ſecundùm Bart. *in l. pater, §. fundum, ff. de legat. 3.* Decium *in conſ. 287. num. 6.* & alios quos citat Cephalus *in conſil. 196. num. 22.* & *26. lib. 2.* Ex quibus ſcribit Decius *in conſil. 495. num. 15.* quod vbi militat eadem ratio agnationis conſeruandæ, verbum, *Filius*, appoſitum in vna
526 parte teſtamenti; † intelligitur de maſculis, licèt hoc expreſſum non ſit: & deducitur coniectura etiam ex poſteriori parte teſtamenti ad priorem partem. Et quando teſtator dicit, quòd bona nullo modo exeant de familia, quia vult bona in familia permanere; per hanc rationem generalem videtur etiam fœminas propinquiores excludere, ſecundùm Bartholom. Socinum *in conſil. 63. num. 14. lib. 3.* qui mouetur per *dict. §. dulciſſimis*, & doctrinam Bartoli *in dict. l. pater, §. fundum, ff. de legatis 3.* & hac ratione, & aliis voluit Peralta *in l. ſtatuliberum, §. Stichum, num. 3. pag. 150. ff. de legat. 2.* quòd ſi teſtator prohibuit alienari fundum extra deſcendentes ipſius, etiamſi dixiſſet, quod perpetuò eſſet inalienabilis extra deſcendentes ipſius, eo quod volebat eundem fundum perpetuò remanere apud eos: ſi tamen deficiant deſcendentes, quia ratio prohibitionis concernit ſolummodò fauorem deſcendentium, erunt bona alienabilia, & libera.

Tandem vt tradit Cicerò *lib. de legib. col. 3. in fine, Nihil eſt in omni cœlo, & terra, ratione diuinius, & nihil eſt ratione melius: eſtque pàr homini cum Deo* † *ratio-* 527
nis ſocietas: notat Rebuf. qui plura ſimilia adducit *in l. cenſorta, num. 203. §. item quæ deſeruit, pag. 899. ff. de verborum ſignific.* Quæ maximè procedunt, vbi ratio eſt ſcripta in diſpoſitione, quia tunc etiam in correctoriis licita eſt extenſio, ſecundùm Gloſ. *in Clement. . . in verb. eleganter, de electione*, Bald. *in Auth. quas actiones, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* & ita dicitur potius comprehenſio, quàm extenſio, ſecundùm Paulum de Caſtro *in conſ. 83. num. 2. lib. 2.* quem citat Natta *conſ. 44. num. 42.* quod in negotio maximi momenti pro intellectu text. *in l. 40. Tauri*, ſatis altercatum vidi; & quod ſubſtitutio ſub conditione facta, ſi hæres, & eius filij portauerint arma teſtatoris, non extendatur ſi nulli filij naſcantur, tradunt Barthol. Socinus *in conſ. 259. lib. 2.* Menochi. *in conſil. 326. num. 14 lib. 4.* vbi plura videre licet circa extenſionem ſubſtitutionum. Et † iſta ſunt vtiliſ- 528
ſima pro coniecturandis defunctorum voluntatibus, & faciunt ad hoc quæ *ſuprà* ſcribo, vbi agitur de qualitate maſculinitatis. Quibus eſt addenda notabilis doctrina Cornei *in conſil. 90. num. 13. lib. 3.* vbi loquens de ſtatuto excludente fœminas ob maſculos, inquit, quod in diſpoſitionibus conſiſtentibus in, *Sic volo*, licèt pro ratione allegetur fauor agnationis, non tamen ſequitur diſpoſitionem habere locum ſemper vbi ſit talis fauor, niſi verba ipſa paterentur: quoniam ex quo tunc non ratio de lege; ſed lex de ratione diſponit; cùm tales diſpoſitiones à ſolâ diſponentis emanent voluntate, ratio ipſa non dicitur potens ad alterandam ipſam diſpoſitionem, per doctrinam Baldi *in cap. 1. §. ſed quia diximus, qui feud. dar. poſſ.* refert & confirmat Socinus Iun. *conſ. 1. num. 15. cum aliis, lib. 1.* quem lector legat, quia plura notabilia & ſubtilia ſcribit in propoſito ſtatuti excludentis fœminas ob maſculos.

Et in hac materia non eſt prætereunda notabilis ſententia Baldi *in conſ. 167. Dominus Iornus, lib. 2.* vbi determinat, quod in feudo accepto pro ſe, & deſcendentibus maſculis, & fœminis cum clauſula prælatiua maſculorum, ſi maſculus moriatur relicta filia, maſculus natus ex nepte illius defuncti, † excludit filiam li- 529
cèt proximiorem patris hæredem; & idem volunt Curtius *in tract. de feud. p. 3. num. 18.* & *in conſil. 140. col. 1.* Calderin. *conſil. 13. rubricæ, de feud.* quos citat Anton. Peregrin. *in tract. de fideicom. art. 27. num. 5. fol. 251.*

& in materia eſt magnificienda doctrina Caroli Ruin. *conſil.99.num.11. lib.1.* vbi tradit conuentionem inter Duces Germaniæ factam vocantem lineam alterius poſt mortem omnium maſculorum ex altera, inducere reciprocam ſubſtitutionem inter maſculos eiuſdem lineæ, & per conſequens excluſas eſſe fœminas: quod dictum citat Zanchus, de illo tamen dubitando, *in l. hæredes mei, §. cum ita, p.6. num.141. pag.179. ff. ad Trebell.* & quod ſcribit Aretin. *in conſil.82.* incipit, *Dicta facti narratio, col.4. verſ. poſtremo*, vbi conſuluit in quo teſtator diſponens fecit mentionem maſculorum, & quarto loco dixit, quod veniat in propinquiorem ſuæ ſtirpis, quod debet intelligi de maſculo, non de fœmina: quia talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant. Et non omitto deciſionem in ſucceſſione magni ſtatus, contingentem de fundatore eiuſdam ſtatus, qui filium maſculum ad ſucceſſionem vocauit, & alios maſculos filios inuicem ſubſtituit, & ſi omnes filij deceſſiſſent ſine filiis, ſubſtituit fratrem ſuum: an neptis ex filio faciat deficere fideicommiſſum. In quo caſu licèt ſint duæ opiniones contrariæ; magis communis opinio eſt, quod maſcu-
530 lus extraneus † admittatur ad excluſionem neptis: quam tenent Fulgoſ. & Paul. de Caſtr. *in l 1. C. de condit. inſert.* Deci. *in l. fœminæ, n.98. ff. de regul. iur.* & alij infiniti quos citat Sforaia Oddus *in tract. de ſubſtit. compendioſa, part.6. art.4. num.9. fol.158.*

Nec minoris vtilitatis in hac materia eſt illa regula, quod limitata cauſa limitatum producit effectum
531 tam in diſpoſitionibus teſtatorum, † quam in aliis rebus, *l. in agris, ff. de acquir. rer. domin. l. age cum Geminiano*, vbi latè Iaſon. *C. de tranſact. l. Cancellauerat, ff. de his quæ in teſtam. delen. l. in ratione, §. vltim. ff. ad l. Falcid. l. qui liberos, §. ad ſubſtitutor*, vbi Bald. Imol. Raph. Cuman. Alex. & Iaſ. *ff. de vulgar.* Ex qua lege patet, quòd iſta regula procedit in ſubſtitutionibus, quod in ſpecie notat Deci. *in conſ. 394. Pro vera reſolutione, col.2. num.2. verſ. quantum autem ad aliam*, & limitata cauſa excluſionis, excluſio limitatur, vt notatur per eundem Dec. *in conſ.399. Requiſitus per conſil. num.7.* & per iſtam regulam dixit ſingulare dictum Gloſ. Pariſ. *in conſuetud. Pariſ. §.16.*
532 *num.4. fol.172.* Hinc eſt, quod † verbum, *Ipſos*, eſt perſonaliſſimum, & reſtringitur, & limitatur ad perſonas expreſſas, ſecundùm Bald. *in conſ. 304. lib.5.* Alex. *conſ.173. lib.5.* Cottam *in memorabil. in verbo, hæredis appellatione*, Portium *in conſ.15. num. 22. cum concordan.* vt per Tiraq. *lib.1. de retract. §.1. gloſ.6. num.23. & 25.* Burſat. *conſ.97. num.12. lib.1.* Et dictio, *Ipſe*, identitatem ſignificat, *l. cum precatio, ff. de præcar.* cum *concordan.* per Menoch. *conſil. 82.* & *conſil. 158. lib.1.* idem Menoch. *in conſil. 106. num. 196.* & *in conſil.120. num.20. lib.2.* qui citat Ripam *in l. filius familias, §. diui, num. 111. ff. de legat. 1.*

Ex quibus aliàs inferebam ad deciſionem litis cuiuſdam ſtatus, ad cuius ſucceſſionem fuit data facultas primo ſucceſſori, quod in defectum deſcendentium poſſet nominare ad ſucceſſionem ſtatus perſonam, quã vellet conſanguineam per hoc verbum, *Vos*, quod eſt neceſſarium ad plura in iſta materia maioratuum; & illa verba, *Dictis eius filijs*, reſtringuntur ad principaliter inſtitutos, & nominatos hæredes, vt per Decium *conſil.218. num.9. & in conſil.291. num.5.* Iacob. Por i. *in conſil. 8. num.34. & num.15.* Et ideò non continentur hæredes hæredum, ſecundum Ripam *in l. filius familias, §. diui, num. 111. ff. de legat. 1. & in l. hæredes mei, §. cum ita, num.69. ff. ad Trebell.* Carol. Ruin. *in conſ.29. lib.2.* Socin. Iun. *in conſil. 131. num.74. lib.1.* Burſat. eleganter *in conſil. 64. num. 19. 20. & 21. lib.1.* Simonem de Pretis *lib.1. de interpret. defunct. volun. interpret.4. dub.2. ſolut.3. n.61. fol.176.* vbi plura ſcribit de verbis limitatoriis, Roland. *in conſil.34. num.30. lib.4.* & verbum, *Supra ſcripti*,
533 inducit † omnimodam repetitionem qualitatum præcedentium, vt tradunt Aretin. *in l. penul. ff. de teſtam. & conſil.21.* Neuiza. *conſil.72. num.17.* Portius *conſil. 8. num.8.* & *conſil.15. num.22.* Burſat. *conſil.93. num.10. lib.1.* De quo etiam legenda ſunt quæ ſcribo *ſuprà, hac part. quæſt. 4. illat. 8.*

Ex quibus tradit eleganter in iſta materia, Curt. Iun. *in conſil. 58. num.2.* quod in caſu *l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2.* præferuntur nominati generaliter per dicta verba, *Prædictos hæredes*, aliis in genere nominatis: ac perinde habentur nominati per prædicta verba, ac ſi teſtator nominaſſet nomine proprio, & eſt vnus ex caſibus, in quibus filij præferuntur nepotibus; ad quod plura citat Cephal. *in conſil. 482. num.23. lib.4.* Et qualitas maſculinitatis repetita cenſetur, vbi eſt verbum, *Dictum*, † ſecundùm Alciat. 534
in reſponſ. 96. & *reſpon.38. num.6.* allegantem Aretin. *in conſ.158.* & alios Authores, quem citat Ioan. Garc. *in tract. de nobilit. in initio, num.219. fol.14.*

Et idem eſt in illis verbis, *Modo quo ſupra*, quia talia verba faciunt relationem modi, & formæ eorum quæ ſunt ſupra ſcripta, ſecundùm Bart. *in l. talis, in princ. ff. de legat.1.* Curt. Sen. *conſ.51. num.18.* Deci. *conſ.182. num.3.* Pariſ. *conſ.19. num.67.* & *conſ.41. num.63.* & *conſil.48. num.14. lib.2.* Cephal. *in conſ.153. num.59. lib.2.* Menoch. *in conſ.231. num.78. lib.3.* Ioan. Guttier. *in conſil.12. num.48.* & alios, quos citat Burſat. *in conſ.51. num.14. lib 1.* & quod iſtæ dictiones, *Præfatis Dictis*, & ſimiles faciant relationem ad ſpecificata; tradit etiam Quintilian. Mandoſ. *in regul. Cancellar. reg.29. quæſt.6. num.4. fol.67.* Et quod illa verba, *Modo præmiſſis*, appoſita in vltimo gradu ſubſtitutionum generaliter debeant referri ad omnia præcedentia, referendo ſingula ſingulis; tradunt Deci. *in conſ.186. col.3. num.4.* & *d. conſ.291. col.4. num.6. verſic. non obſtat*, & *conſ.384. col.2. circa fin. n.6.* Aymon. *conſil.98. num.12.* quia prius *num.6.* ſcribit, quod verba, *Prædicto caſu eueniente*, impediunt ſubſtitutionem fieri in ſubſtitutionibus, ex Baldo *in conſil.57. Item inſtituo, col.2. lib.2.* Ancharran. *conſil.356.* Roma. *conſil.121.* & aliis quos citat.

Et iſta † verba, *Dicto, Dicta*, reſtringunt diſpoſitio- 535
nem, vt non poſſit fieri extenſio ad aliam perſonam, in qua militat eadem ratio, vt per Gratum *in conſil.64. num.53. lib.2.* Menoch. *in conſil.20. num.149. lib.3.* vbi idem tradit in verbo, *Eos*, quod dicit eſſe perſonaliſſimum, ex Ripa *in l. filius-familias, §. diui, n.111. ff. de legat.1.* & idem tradit ipſe Menoch. *in conſil.106. n.196.* & *in conſ.111. n.64.* & *in conſ.139. n.22. lib.5.* Et licet ſubſtitutio in vno caſu facta porrigatur ad alium, *l. cum proponas, C. de hæred. inſtituen.* hoc non procedit quando in caſu expreſſo apponitur dictio, *Tunc*, ſecundum Anch. *in conſ.357. Ex ſerie*, Dec. *in conſ.314. Pro reſolutione*, per text. *in l. in ſubſtitutione, ff. de vulgar.* quos citat Rebuf. *in Concordat. rubr. de collationib. §. cum verò, pag.381.* qui addit *l.4. §. fin. ff. de condition. & demonſtr.* † Et quod dictio, *Dictus*, ſit repetitiua 536
præcedentium, tradit Cephal. *conſ.171. n.3. lib.2.* per regulam, *l. ſi repetendus*, vbi Bart. *ff. de legat. 3.* latè Ioan. Guttier. in quadam cauſa maioratus, *in conſil. 18. num.50. cum ſequent.* Burſat. *conſil.52. num.34. & 35. lib.1.* idem Cephal. *in conſil. 259. num.1. lib.2.* & *nom.38.* Roland. *conſil.33. n.29. & 30. lib.4.* Menoch. *in caſu ſingular. in conſil. 173. n.42. lib.2.* Roland. *in conſil. 67. num.82. lib. 3.* Anton. Gabr. *lib.6. commun. opin. titul. de verb. ſign. concluſ. 1. num. 84. & 85.* Pariſ. *in conſil. 85. num.47. lib.2.* Cephal. *conſil.330. num.31.* & *365. num.12. 20. & 419. num.35. 432.* & *num.27. lib.3.* Simon de Pretis *in d. lib. interpret. 4. dubit.2. ſolut.2. num.204. cum ſequent. fol.171.* Ioſeph. Maſcard. *in tractat. de probat. lib.3. concl.1266. n.31. fol. 209.* Roland. *conſil. 31. num. 32. lib. 4.* Et per verba, *Prædictus*, cenſetur perſona expreſsè nominata, & tradit Carol. Ruin. *in conſ. 89. num.9. lib. 2.* per regulam *l. pluribus, in princip. ff. de verbor. obligat.* & alia

alia quæ citat, & *in conſil.179. num.2. eodem libro*, qui idem tradit in dictione, *Eorum*, Carol. Ruinus *in conſil.130. num.3. lib.2.* Quintilian. Mandoſ. *in gloſ. facultatem, §. volentes, fol.43. col.2.* Quod confirmo, quia vbicumque teſtator prohibuit bona alienari, per iſta
537 verba, † *Hæredes ſuprà ſcriptos*, vel *infraſcriptos*, prohibitio facta alicui, non extenditur ad illius hæredem, *l. cum filio impuberi*, iuncta cum *l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulgar.* volunt Crotus *in l. filius familias, §. Diui, num.133. ff. de legat.1.* D. Anton. de Padilla *in l. voluntas, C. de fideicommiſſ. num.24. fol.37.* & quod per verba, *Similiter*, cenſeatur repetita qualitas maſculinitatis, tradit Cephalus *in conſil.581. num.16. lib.4.* Et iſta etiam confirmat ex pluribus Burſat. *in conſ.64. num.19. cum ſeq. lib.1.* vbi refert Anton. Gom. *tom.1. de teſtam. cap.5. num.20.* Et dictio, *Prædictis*, repetit eaſdem qualitates, vt per Petrum Surdum *in conſ.123. num.13. & deciſion.66. num.17. & deciſ.210. num.16.* vbi ex hoc dicit, quod ſi teſtator dicit, quod deſcendentibus maſculis ſiue filiis, vel filiabus, veniant fœminæ, quæ deſcendunt per lineam maſculinam. Et quod propter verbum, *Ipſa*, per verba, *Suprà ſcriptis*, vel *Infraſcriptis*, nepos non ſuccedat cum patruis; tradit Anton. Petr. *in tract. de fideicom. q.11. n.139. pag.257.*

538 Scire etiam expedit, quod nunquam † appellatione filij maſculi, venit fœmina, ſecundùm Abb. *in conſ.36. fol.1.* Cephal. *in conſ.664. num.17. lib.5.* notat idem Decius *in conſ.155. num.2. & conſ.193. num.1. & 318. num.2.* Alciat. *in l.1. §. ſi quis ita interroget, num.10. ff. de verbor. oblig.* vbi dicit, quod contrarium non eſt intelligere literam literaliter, ſed extenſiuè, Cephal. *in conſil.32. num.119. lib.3.* Menoch. *in conſ.205. nu.25. lib.3.* Et quando lex vel ſtatutum, aut teſtator loquuntur per dictionem, *Vir*, nunquam venit fœmina, ſecundùm Baldum *in cap. licèt vniuerſis, de teſtib.* Iaſo. *in l. ſi quis id quod, num.20. ff. de iuriſd. omn. iudic.* tradit Matien. *in l.11. tit.8. lib.5. Recop. gloſ.5. fol.244.* Falcon. *regul.209. num.28.* Hinc eſt, quod verba appoſita, *Si deceſſerit ſine filiis maſculus*, videntur appoſita ad abnegationem fœminei ſexus, ſecundùm Bart. *in d. l. cum auus, num.4. ff. de condit. & demonſtr.* refert, & confirmat ibi Barthol. Socinus *in conſ.94. num.2. lib.4.* Et hoc procedit non ſolum, ſi teſtator dicat *de liberis maſculis*, ſed etiam ſi dicat *de prole maſculina*, ſecundùm Gloſ Pariſ. *in d. §.16. num.6. in fin. fol.173.* qui refert Bertran. *in conſil.245. Viſo teſtamento, lib.3.* de quibus ſupra tractatum fuit. Ad quæ addo egregium dictum Caroli Ruini *in conſ.18. num.9. lib.3.* vbi tradit, longam eſſe differentiam, quod dicatur, quod *maſculi ſuccedant*, vel quod vocentur *maſculi per lineam maſculinam*, quia in iſto caſu excluduntur fœminæ, & maſculi deſcendentes ex illis. Quæ concluſio eſt magnificienda pro doctrina Molinæ *lib.1. de primogen. cap.6. num.38. fol.48. & lib.3. cap.5. num.69. fol.42.* vbi tradit de eo qui vocat *lineam maſculinam*, quæ differentia magis mihi videtur verbalis, quàm ſubſtantiæ: idem tamen quod *Ruin.* tradit Cephal. *in conſ.600. num.33. lib.4.* Et quod *ſobolis* appellatione, veniat maſculina, tradit Gloſ. *in l. fin. in verbo, ſobolis, C. de bonis proſcript.* cui conuenit quod tradunt Nicol. Boerius *deciſ.356. num.1.* & Mantica *de conject. mente defunct. lib.11. tit.8. num.19. fol.263.*

Limitari tamen poteſt doctrina *Abbat.* & aliorum, niſi appareat teſtatorem, vel alium diſponentem apposuiſſe verbum *maſculum* propter frequentiorem vſum:
539 † hoc enim caſu maſculi appellatione non excluditur fœmina, vt exiſtimat Alex. *in conſ.119. num.45. lib.6.* vbi vult, quod vbicumque in aliqua diſpoſitione eſt facta expreſſa mentio de vno, putà, de maſculo, & expreſſio de ipſo facta fuit gratia frequentioris vſus; tunc non videtur facta mentio de illo, ita quod non poſſit fieri extenſio ad caſum ſimilem, non expreſſum, per doctrinam Gloſſæ, & Antoninì *in Clement.1. in verbo, præſidentes, de reſcriptis*, & pro hac limitatione alios Doctores concordantes refert Gloſ. Pariſ. *in d. conſ. Alexand. 119.* cui addo Decium *in d. l. fœmina. num.125. ff. de reg. iur.* vbi eadem Gloſ. Pariſ. refert Alciat. *in l. de teſtatio, §. ſerui, ff. de verborum ſignif.* qui hoc vult; Hippolyt. *in l. vnica, C. de rapt. virgin. nu.232.* Iaſ. *in l. moribus, num.12.* & ibi Ripa *num.10. fol.67. ff. de vulgar.* vbi tradunt regulam, quod incluſio aliquorum, non eſt aliorum excluſio, quando illud includitur gratia frequentioris vſus: & de hac doctrina *Alexand.* (aliud agendo) memini *in 1. p. tract. q.23.* & dictum *Alexand.* confirmatur ex aliquibus quæ ſcribo *in d.1. p. tractatus, q.31. à num.4.* & notat Gloſ. Pariſ. *lib.3. cap.5. n.35. folio 35.*

Et eſt etiam notandum dictum Decij *in conſ.568. n.2. & 3.* vbi vult, quod ſi teſtator in inſtitutione inſtituit vnum filium maſculum, illud verbum, *Maſculum*, videtur appoſitum gratia demonſtrationis; quia in dubio verba appoſita videntur gratiâ demonſtrationis, non taxationis, ſecundùm Bart. *in l. centurio, col.11. num.31. ff. de vulgar.* Sed Bart. indiſtinctè id non vult, vt ex eo patet. Et quod verba, *De hærede in hæredem maſculum*, † ſignificent agnationem, reſoluit Grat. *in* 540
conſ.319. num.15. lib.2. quod reputo notabile ad plures maioratus, in quibus iſta verba loquuntur, de quo legendi ſunt Cuman. *conſ.2.* Socin. Iun. *in conſ.188. lib.2.* quos in propria ſpecie citat Anton. Peregr. *in tract. de fideicommiſſ. art.31. num.43. fol.290.* Et idem eſt quando maſculi ex maſculis vocantur, vt tradit idem Peregr. *art.26. num.20. cum ſeq. fol.240. pag.544.* Et hoc verbum, *Maſculus*, non excludit fœminam, † vbicumque 541
conſtaret teſtatorem minimè voluiſſe agnationem conſeruare, vt conſtat ex mente Decij *in conſ.172. num.3. & 466. num.9.* Couar. *in cap. Raynaldus*, & clarius ex Pinello *in d.l.3. C. de bon. matern. num.26. & 27.* & faciunt quæ ſcribit Franciſc. Mantic. *lib.11. de coniectur. mente defunct. tit.15. num.4.* vbi ex Fulgoſ. *conſ.85.* Roland. *conſ.76. lib.3.* probat, quod vbi non viget ratio conſeruandæ agnationis, ſuccedunt † maſculi ex fœ- 542
minis, Tiraquel. *in tract. de primogen. q.13. num.11.* Socinus Iun. *in conſ.2. lib.3.* Alciat. *in conſ.15. nu.8. lib.1. & in conſ.104. num.1. lib.9.* Corneus *in conſ.246. nu.9. lib.2.* Mandell. Alben. *in conſ.86. nu.4. & 5.* Beroius *in conſ.120. nu.37. lib.2.* Mantica *in lib.8. de coniect. mente defunct. tit.18. nu.12. cum ſeq. uſque ad num.77.* Pinel. *in l.4. C. de bon. matern. num.19. verſ. quæ reſolutio*, Celſ. *in conſ.49. nu.19.* Gloſ. Pariſ. *in conſuetud. Pariſ. p.1. §.16.* Acoſta *in tract. de patruo & nepote, p.3. nu.44. pag.442.* Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. q.41. n.5. fol.234.* qui omnes reſoluunt concluſionem ſupra firmatam; Quòd vbi non † agitur de conſeruanda agnatione, maſculus ex 543
fœmina venit appellatione *maſculorum*, & tradit etiam Simon de Prætis *lib.3. de coniect. mente defunct. dub.4. ſolut.1. nu.64. fol.328.* Roland. *in conſ.76. nu.11. & 15. lib.3.* Cephal. *in conſ.103. num.15. cum ſeq. lib.1. & in conſ.600. num.31. lib.5.* Et noto, quod hoc verbum, *Hæredibus maſculis*, intelligitur de deſcendentibus, ſecundùm Baldum *in l. Caius, col. penult. ff. ſoluto matrim.* & *in l. Gallus, §. etiam, in fine, ff. de liberis & poſthum.* & alios plures, quos refert Decius *in conſ.516. n.14.*

Et geminatio verborum arguit † qualitatem maſcu- 543
linitatis, vt per Decium *in d.l. fœmina, num.105.* cuius ſententia confirmatur ex pluribus quæ ſcribo *in 1. p. tractatus, q.22. à num.82.* maximè ſi ſit in eadem clauſula, Signorol. *conſ.172.* Barthol. Socinus *conſ.100. n.4. lib.4.* Socin. Iun. *conſ.126. n.29. lib.2.* Iaſ. *conſ.174. col.3. lib.4.* Grat. *conſ.89. n.6. lib.2.* Decius *conſ.38. col.2.* Pariſ. *conſ.66. n.36. & conſ.50. 52. & 53. lib.3.* Geminatio enim fingitur vice ſpecialis nominationis, Curtius Sen. *conſ.49. poſt medium*, Socin. *in l. cum filio familias, num.17. ff. de leg.1.* Et è contrario, ſi teſtator bis mentionem faciat de filiis, non adjiciendo maſculos, non videtur † fœminas excludere, & neptis præfertur patruo, vt 544
latè fundat Gozad. *inter conſil. Alexand. conſ.53. nu.17. lib.4.* quem citat Decius licèt dicat, conſilium eſſe Alexand. *conſ.11. num.2.* Sed ego tenorem maioratus, & quæ præcedunt, & ſequuntur, ſicut in aliis rebus,

inſpiciendum eſſe iudico. Et tandem eſt bonum conſilium ad illos, qui deſiderant repetitionem iſtius clauſulæ maſculinitatis, & aliarum, vt faciant quandam clauſulam ſpecialem in qua declarant ſe velle, quod in omnibus clauſulis ſequentibus repetitæ cenſeantur. Et
545 etiam adde, quod in Hiſpanorum primogeniis, † vbi agnati vocantur ad maioratum, fœmina à maſculo deſcendens ab ea ſucceſſione excluditur, vt concludit Molina *lib. 1. de primogen. cap. 6. num. 39. fol. 49.* Et quod filius dicatur proximus patri, ſed non agnatus, tradit Rebuffus *in l proximus 92. pag. 558. ff. de verborum ſignif.* per *l. filius, ff. de ſuis, & legit. hæred. §. ſi plures, Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* contra Alciat. *lib. 3. Parergon, cap. 25.* Sciendum eſt etiam, quod verba ſunt
546 intelligenda per prius, † non per poſterius; & idcò ſtatutum excludens fœminam, extante fratre; debet intelligi de fratre primi gradus, non autem ſecundi gradus; ſecundùm Baldum *in l. hubemus, § ultimo, C. ad Trebellianum*, & *in cap. qui Eccleſiarum, col. penult. de conſtitut. on.* & legenda ſunt quæ ſcribo *1. p. q. 15.* Alex. *in l. ſi dotali, ff. ſoluto matrimonio*, & alij, quos citat Roland. *conſ. 55. lib. 1. num. 18.* Et quando filij ſunt diſ-
547 poſitiuè vocati, dicantur † fœminæ vocatæ; & quando fœminæ faciant deficere conditionem fideicommiſſi, explicat elegantèr nouiſſimè Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 4 præſumpt. 84. & 85. fol. 147. cum ſeq.*

Et eſt etiam notatu dignum, quod licèt regulariter agnatorum numero habeantur qui ex fœminis deſcendunt; tamen filius ſororis ſolus, non autem vlterioris
548 gradus, inter agnatos † annumeratur, *l. duodecim tabularum, §. hoc etiam addendum, C. de legit. hæred.* notat Ferrara *in practica in forma libelli, pro hæred. abinteſt. num. 28. pagina 445.* Et quod vbicunque teſtator vocauit agnationem ſuam nomine poſſeſſiuo, pro nomine intelligatur de deſcendentibus tantum, & non de tranſverſalibus; volunt Bald. *in conſ. 321. lib. 1.* Carol. Ruin. *in conſ. 153. num. 10. lib. 2.* Socin. Iun. *in conſ. 97. num. 64. & 65. lib. 2.* Menoch. *in conſ. 233. num. 20. & 21. lib. 3.* & *in conſ. 424. num. 9. lib. 5.* in quo mihi videtur eſſe conſideranda verba præcedentia, & ſequentia, & aliæ coniecturæ, & vocationes: quibus congruit notabile dictum Decij *in conſ. 516. in fine*; vbi reſoluit, quod ſi per priuilegium admittatur filia ad ſucceſſionem patris; non admittitur ſoror ad ſucceſſionem fratris: quem citat Oſaſc. *dec. ſ. Pedem 23. num. 15.* Et quod in ſtatuto excludente fœminas ob maſculos, non militet ſola vna ratio fauore agnationis; reſoluit Bart. *in l. liberorum, num. 13. ff. de verborum ſignif.* quem omnes ſequuntur, vt reſoluit Maſcardus *in tract. de probation. lib. 1. concluſ. 523. num. 6. fol. 324.* Iungo etiam, quòd quando coniuncti excluduntur per fœminas, fœ-
549 minæ ipſæ magis debent excludi: quia † quoties cauſatum tollitur propter cauſam; multò magis ipſa cauſa ſublata cenſetur, vt per Iacob. Butrigar. Bald. Salicet. & Paul. de Caſtro *in authen. multo magis, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Barthol. Socin. *conſ. 268. lib. 2.* idem Paul. de Caſtro *in l. maritus, C. de procurator.* Alciat. *reſ-*
550 *ponſ. 69. num. 1.* & faciunt quæ ſupra ſcripſi. Quæ † autem ſint nomina appellatiua, & collectiua inſimul & appellatiua, tradunt DD. *in l. Gallus, §. quidam rectè*, præcipuè Socinus *num. 8. & 9. ff. de liber. & poſthum.* Aymon *conſ. 180. num. 2.* ſubtiliter per Menochium *conſ. 173. num. 13. lib. 2.* & in ſucceſſione maioratus an præferatur filia minor ætate filij maioris, filiæ maiori ætate filij minoris? tradit, & diſputat Gama *deciſ. 385.* Et quod ex reſatiuo, *eius*, teſtator videatur deſignare perſonam proximam, non alios; probatur *in l. ſi quis, ff. de uſufruct. accreſcen.* tradunt Alex. *in conſ. 198. nu. 3. lib. 6.* Pariſ. *in conſ. 73. num. 18. & 53. lib. 3.* Burſat. *in conſ. 64. num. 26. lib. 1.* quod in quæſtione maioratus multum profuit; & quod ſi teſtator in linea tranſverſali ſemper vocauerit maſculos in quocumque gradu ſubſti-
551 tutionis, † videatur voluiſſe conſeruare agnationem; tradit notanter Curt. Iun. *in conſ. 280. n. 6. cum ſeq. lib. 2.*

Et quod conſuetudo, quod maſculi ſuccedant, excluſis fœminis, ſit contra ius, & non debeat extendi de perſona ad perſonam, neque de caſu ad caſum, notat Tiber. Decian. *in conſ. 51. num. 30. lib. 2.* per doctrinam Baldi *in l. quicunque, C. de ſeruis fugiti.* & *in cap. 1. in princ. de feud. cognit.* & alia quæ citat: de quo legenda ſunt quæ ſupra ſcripſi. Et quod actus † reſeruationis ſucce- 55
dendi, deficientibus maſculis, non operetur nouam conceſſionem, quia ſunt diuerſa, *Reſeruare*, & *Conſeruare*, quia reſeruatio non tribuit nouum ius: tradit in notabili caſu Aym. *in conſ. 289. num. 3.* per regulam *l. omnes*, vbi Angel. *C. de præſcript. triginta annor.* eundem Angel. *in l. fin. in princ.* per illum text. *C. de tempor. appell.* Et
quod *fratris* appellatione non veniat ſoror, † quando 55
conſtat de mente defuncti, probatur *in l. Lucius, §. quæſitum, ff. de leg. 3.* & tradit Curtius Iun. *in conſ. 280. nu. 5. lib. 2.* Et quod vbicumque vocantur hæredes maſculi, non admittantur hæredes ſimpliciter, ſed tantum hæredes † maſculi, tradit Socinus Iun. *in conſ. 187. num. 5.* 55
& *14. lib. 2.* per notata per Raynerium, Bald. Paul. Aretin. Alex. vbi Iaſ. *num. 22. in l. Gallus, §. etiam ſi à parente, ff. de liber. & poſthum.* Decius *in conſ. 294.* Et vbicunque teſtator voluit bona ſua remanere in familia maſculina, omnes gradatim intelliguntur eſſe grauati, & hæreditas † dicitur grauata, & bona ſunt ſubiecta 55
perpetuo fideicommiſſo, vt tradunt Anchar. *in conſ. 152. num. 9.* Paul. de Caſtr. Alexand. & alij, quos citat Mantica *de coniect. mente defunct. lib. 8. tit. 2. nu. 18. fol. 166.* Et quando agnatus venit ad ſucceſſionem vltimi deſcendentis ſine filiis maſculis, non dicatur, *vt ex nunc*, ſed *ex tunc*; quia dicitur ſuccedere primo inueſtito, tradunt Andr. de Iſern. *in cap. 1. de inueſtitur. de re aliena facta*, Curtius Sen. *in conſ. 50. num. 17.*

QVÆSTIO VII.

Graduum computatio ad ſuccedendum in maioratu quomodo fieri debeat.

SVMMARIVM.

1 *In ſucceſſionibus, & in retractu, & in feudo, graduum computatio debet fieri ſecundùm ius Ciuile.*
2 *Proximior in gradu ſecundùm ius Ciuile & Canonicum, eſt præferendus illi, qui iure Canonico tantum eſt proximior.*
3 *Fratres vterini quomodò ſuccedant in bonis, quæ ex ſua linea procedunt.*
4 *Statuta quod ſtante maſculo filia non ſuccedat, intelligi debent quando maſculi ſunt in coniunctione defuncti. Et habent locum in quæſitis à latere vnde maſculus eſt coniunctus, num. 22.*
5 *Fratres ex vtroque latere præferuntur fratribus ex vno tantum latere coniunctis.*
6 *Statuti interpretatio, & diſpoſitio teſtatoris à pari procedunt.*
7 *Filia dotata an excludatur à fratre vterino, ſtatuto prohibente ne extantibus maſculis filia dotata ſuccedant.*
8 *Filius ſpurius ſi reliquit vnum fratrem coniunctum ſibi ex latere matris ſpurium, & alium legitimum & naturalem, coniunctum ſibi ex matre, ſuccedit frater legitimus.*
9 *In retractu frater vtrinque coniunctus excludit fratrem ex vno latere.*
10 *Vocatus ſecundùm iura, & teſtatoris diſpoſitionem, præfertur ex teſtatoris tantùm diſpoſitione vocato.*
11 *Verbum*, Subſtituo, *cum verbo*, Inſtituo, *coniunctum, fideicommiſſariam ſubſtitutionem importat.*
12 *Frater vtrinque coniunctus qualiter ſuccedat in bonis feudalibus, & num. 13.*

14 *Et*

14 *Et an in feudo ſit differentia, an ſit frater vtrinque coniunctus, vel non?* & num. 15.
16 *Et an ſufficiat probare cognationem.*
17 *In bonis prohibitis extra familiam alienari, ſuccedit frater conſanguineus, ſicut vtrinque coniunctus.*
18 *Memoranda ſententia de Bellouiſa, an duplex vinculum conſideretur, quando ad ſucceſſionem defuncti concurrit frater aliquis patruelis.*
19 *In maioratuum ſucceſſione non attenditur, quod frater ſit vtrinque coniunctus, vel ex vno latere tantum.*
20 *Ad donationem non admittuntur illi, qui non ſunt de familia donantis, à quo bona prouenerunt.*
21 *In iuris patronatus præſentatione præferendi ſunt Clerici, de quorum bonis eſt fundata Eccleſia.*
23 *Proximitas conſideratur inter vtrinque coniunctos, maximè vbi viget conſuetudo fori* de Sepulueda.
24 *Fratris appellatione an veniat frater patruelis.*
25 *Fratris appellatione an veniant vtrinque coniuncti.* & num. 26.
27 *Qui nunquam fuerunt, aut minus idonei, non faciunt gradum.*
28 *Gradum an faciat ille qui propter de maioratum amiſit.*
29 *Linea paterna dicitur, cuius caput eſt pater, & materna, cuius caput eſt mater.*
30 *Linea recta propriè dicitur illa, quæ eſt recta ſurſum, & deorſum.* & num. 31. *ſine anfractu, vel circuitu.* num. 32. & 33.
34 *Quamvis ſimpliciter exprimatur, recta intelligitur. Qualiter diſtet, quem eſſe de ſexu virili, & deſcendentem per lineam maſculinam.* ibidem.
35 *Linea eſt æqualis, & inæqualis.*
37 *Filius naturalis an dicatur de linea.*
37 *Linea eſt triplex, ſuperior, inferior, & ex tranſuerſo.*
38 *Linea magis conjuncta maior adhibetur fauor in ſucceſſionibus.*
39 *De linea principio idem eſt iudicandum, quod de ipſa linea.*
40 *Linea qualiter accipiatur ſecundùm Mathematicos. An comprehendat maſculos & fœminas. num. 45. An incipiat à teſtatore.* num. 46. *Quando effectiuè, vel contentiuè ſtare dicatur.* num. 48. 49. 50. 53. & 54. *& qui præferantur in ſucceſſione ſuccedentes effectiuè aut contentiuè.* num. 57. *Qualiter debet extendi.* num. 100.
41 *Lineam an teneatur probare, qui prætendit maioratum intraſſe in lineam ab eo prætenſam.*
42 *Propinquiores de linea patris ſi vocentur, an veniant tantum deſcendentes à patre, aut alij conſanguinei patris.*
43 *Frater non eſt de latere fratris.*
44 *Verba*, Per lineam maſculinam, *continuationem lineæ ab ipſo teſtatore, & perſonam mediam inter ipſum diſponentem, & deſcendentem denotat.*
47 *Verba*, Ex linea paterna, *in ſuo caſu debent accipi effectiuè.*
51 *Coniuncti ex fratre an ſint de linea.*
52 *Fratres an dicantur de linea.* & num. 55.
56 *Maioratus inſtitutor vocans, conſanguineos, & lineam ex patre patris, agnatos vocare cenſetur, non fœminas nec cognatos.*
58 *Succeſſor in maioratu quomodò teneatur probare, & declarare conſanguinitatis gradus. Quid ſi cum fiſco litiget.* num. 68. *Qui in feudo.* n. 69. & 73.
59 *Proximior qui vult ab inteſtato ſuccedere, quid probare teneatur.*
60 *Parentela an probetur per teſtes ſingulares. An per teſtes de auditu.* n. 62. *Et qui teſtes ſint neceſſarij.* n. 63. *& qualiter debeat deponere.* n. 76. & 77.
61 *Vna & eadem cognominatio familiæ poteſt diuerſas habere deriuationes.*
64 *Conſanguinei agentes cum fiſco ſupernis maioratus tenentur probare, & declarare gradus.* & n. 65.
66 *Agnatus agens an obtineat, licet ſe agnatum non probet, quando in ſpecie non fuit appoſitum.*
67 *Fœmina an dicatur de prole patris, quando prius maſculi ſunt vocati.*
70 *In maioratu ſequitur in milleſimo gradu.*
71 *In illuſtrium ſucceſſione in infinitum ſucceditur.*
72 *Proximitas & agnatia coniecturis an probentur. An ſcripturis.* num. 79. *Et quid in agnatione collateralium.* num. 80.
74 *Proximos eſt quem nemo antecedit.*
75 *Pecuniæ quantitas cum pro maritandis fœminis conſanguineis relinquitur, & aliquæ conſanguineæ petunt prædictam quantitatem, poſſit patronus ſolutionem defendere, quando aliæ, quæ eam non petunt, ſe eſſe proximiores allegant.*
78 *Probatio cum eſt difficilis, an admittantur probationes, quæ alias non admitterentur.*
81 *Identitas perſonarum qualiter probetur.*
82 *Inferitur intellectus ad pragmaticam Cordubiæ, hodiè l. 8. tit. 11. lib. Recop.*
83 *Identitas nominis an arguat identitatem corporis An præſumptionem inducat.* n. 85. & 98.
84 *Scripturam, quæ apud patrem fuiſſe probatur, an cogatur filius exhibere.*
86 *Poſthumus nomine patris cognominatus, filius eius præſumitur.*
88 *Onus probandi incumbit dicenti in aliqua cognatione eſſe plures eiuſdem nominis.*
89 *Deſcendentia ex aliqua familia an probetur per teſtes, famam publicam, nominationem per inſtrumentum & arma.* & num. 90. & 93. *An per chronicas.* num. 94. & 98.
91 *Inſtrumentum cum apud aliquem reperitur, illeniet præſumitur eſſe de quo in inſtrumento fit mentio.*
92 *Pluralitas perſonarum & nominis propriy non præſumitur.*
95 *Origo vt probetur, opinio an ſufficiat.*
96 *Nomen quod pluribus poteſt conuenire, qualiter exprimi debeat.*
97 *Agnationi ſi adiuncta ſit alia qualitas, agnationis pluralitatem denotans, an præſumatur vna agnatio, vel plures.*
99 *Gradus an debeant computari à perſona grauati, aut grauanis.*
101 *Armorum diuerſitas ex nominis diuerſitate inducitur, licèt arma ſimilia ſint.*

QVærò ſeptimò. Quia ad intelligendum an fœmina, vel maſculus ſit proximior ad ſuccedendum in bonis maioratus, eſt neceſſarium facere graduum computationem, quemadmodum iſthæc computatio ſit facienda? In quo ſciendum eſt, quod licèt quoad matrimonium in vtroque foro ſit facienda graduum computatio ſecundùm Ius Canonicum, & iuxta illud probatio debeat fieri, ex Gloſ. *in arbore conſanguinitatis, & in §. hactenus, Inſtit. de gradibus*; quæ eſt ſingularis ſecundùm Franchum *in cap. 2. de teſtibus in 6.* & eſt communis opinio ſecundùm Deci. *in cap. 2. de probation. num. 3.* tamen in hæreditatibus, & ſucceſſionibus, computatio debet fieri ſecundū † iura Ciuile, iuxta prædictas Gloſſas, & DD. & notat Epiſc. Con. *in epiſt. de ſponſal. p. 2. c. 6. §. 6. n. 8. fol. 67.* cui adde expreſſam *l. 3. tit. 7. p. 4.* vbi Gr. Lop. Bald. *in conſ. 469. ſtatuto cauetur quod bona, lib. 1.* Greg. Lop. vbi hoc eleganter notat *in l. 13. tit. 13. p. 6. fol. 88. col. 4.* & Dec. *in conſ. 444. Concurrit patruus*, & *in conſ. 158.* & notantur *in conſ. 334.* Curt. Iun. *in conſ. 7. num. 6. & 7.* Socin. Iun. *in conſ. 11. n. 2. lib. 5.* Carol. Ruin. *conſ. 29. & conſ. 32. lib. 3.* Aug. Beroi. *in conſ. 95. n. 2. & 8. lib. 2.* Et computatio graduum de iure ciuili, eſt vera, propria, & naturalis, procedēs per gradus, ſecundū Corne. *in conſ. 248. lib. 1.* & Soc. Iun. *in conſ. 94. num. 16. lib. 1.* latè Tiraq. *lib. 1.*

de retract § 1.gloſ.9.num.13.pag.134. vbi plures refert, & tradit, quod idem dicendum eſt in retractu, notat Oliuer. *in tract. de gradib. cognation. quæſt.22. num.7. pag.143.* & idem eſt in feudo, quia graduum computatio fieri debet ſecundùm ius Ciuile, vt tenet Præpoſit. *in cap.1.§.& quia,qui feud.dar.poſſ. & in c.1. num.3.fol.95.* an ille qui interfecit fratrem,cui adde Pariſium *in conſil.66.n.5. Dominus, lib.3.* & gradus quid ſit explicat Barth.Socinus *in conſ.57.num.8. lib.1.* Iatius Oliuer. *in d.tract. q.10. pag.69.* & plura etiam ad propoſitum ſcribit Petr. de Ferra. *in forma libelli, pro hæredib.ab inteſt.n.33.cum aliis, pag.445.*

Notandum tamen eſt, quod ille qui eſt proximior in gradu,ſecundùm Ius Canonicum, & ſecundùm Ius Ciuile, † præfertur illi qui ſolum Iure Canonico admittitur, ſecundùm Bart. *in conſ.157.* quem ad hoc refert Barthol.Socin. *in conſ.89. Circa præmiſſum conſultationis, num 15.lib.3.* facit *authen. multò magis,* & *authen. Itaque, C.commun. de ſucceſſ.* notat Barbac. *in cap.1.de iudic.* quos refert Ludouic.Gozadin. *in conſ.19. Dubitatur an Anſelm.num.9.* & pro hoc eſt text. *in Authen. de hæred.ab inteſt.venient. §.ſi igitur defunctus, nec deſcendentes, coll.9.* & *in Authen. de conſanguin. & vterin. verſ.quia vero hoc agere noluit, l.6. tit.13. p.6.* in quibus iuribus probatur, quod ſi defunctus habet fratrem ex parte patris,& alium ex parte matris; † quilibet eorum ſuccedit in bonis, quæ ex linea ſua prouenerunt defuncto,in aliunde autem quæſitis, ſuccedunt æqualiter. Ad quæ iura addo notabiliter Barthol. Socin. *in conſil.25.num.1.cum aliis, lib.3.* vbi tractat de ſtatuto excludente matrem à ſucceſſione, ſtante ſorore, an habeat locum in ſorore vterina tantùm ? & eundem *in conſ.141.num.9.lib.2.* Socin.Iun. *in conſ.94 num.14. lib.1.* cui conuenit quod tradit Carol.Ruin. *in conſ.22. num.4.lib.3.* vbi dicit,quòd ſi ſtatutum vult, quod frater excludat matrem, intelligitur de fratre vtrinque coniuncto,non autem vterino; quod refert Anton.Gabriel *lib.6. communium opin. tit. de ſtatut. concluſ.7. num.10. pag.60.* ad quod eſt expreſſum *conſil.* Bald. *34.num.4.lib.1.* facit *conſil.*Socini Iun. *1.num.5. lib.1.* quem citat Gabriel *vbi ſupra,num.18.* Prò quibus facit *d.l.6.tit.13.p.6.* ibi: *Eſſe heredera todos los bienes del difunto, que le viniere de parte de ſu padre :* Et faciunt quæ ſcribit Matthæus ab Afflictis *in cap.1. de natur. ſucceſſ.feud.n.5. fol.263.*

Hinc eſt, quod frater vtrinque coniunctus præfertur vterino,vt tradunt Plaza *de delictis, cap.45.num.4.* Farinac.*in tract.de delictis,q.13.num.29.fol.128.* Guillel. Benedict. *in cap.Raynutius,de teſtam.in verb.& vxorem, num.665.fol.111.* Ex quo Tell.*in l.8.Tauri,num.4.* dicit, quod licet per illam legem concurrant in ſucceſſione nepotes cum patruis; intelligendum eſt quando frater mortuus, & frater qui prætendit ſucceſſionem, & pater nepotum qui volunt concurrere cum patruis, erant vtrinque coniuncti; tunc enim, quia æqualis erat ſucceſſio patris nepotum, ſi viueret cum alio fratre, nepotes repræſentando patrem, eodem modo ſuccedunt. Tamen quando in aliquo fratre datur maior coniunctio; tunc ſolus ille ſuccedet; nec datur repræſentatio non ſolum nepotum, ſed neque alterius fratrum qui ſunt in eodem gradu: quod latius ipſe fundat & notat, & conſuluit Fulgoſ.vt teſtatur Ioan.Campegius *in tract. de dote, p.5. quæſt.47.* Quod ſtante ſtatuto, quod ſtantibus maſculis, filia fœmina dotata non ſuccedat, † intelligi debet quando maſculi ſunt in pari coniunctione defunctæ perſonæ: ſecus ſi fœmina ſit in potiori gradu. Et ſic ſoror ſuccederet fratri ſuo vtrinque coniuncto, licèt extet frater maſculus ex vno latere tantum coniunctus; non tamen dicat *numerum conſilij Fulgoſ.* & refert quoddam *conſilium* Roman. 424. vbi hoc non dicit: ipſe tamen Campegius tenet contra hanc opinionem: de qua legenda ſunt quæ habentur *in deciſ.*Thom.Minad.36.*in volum. deciſionum Matthæi de Afflict.Capic. & aliorum:* ad iſta legendum eſt etiam notabile *conſilium* Curtij Iun.340. *num.16. cum ſeqent.lib.2.* vbi tradit communem eſſe opinionem, quod frater patruelis non excludit ſororem primam, ſed patruelem, ex Bartol. *in l.Lucius, §.quæſtum, ff. de legat.3.* Bald.*in cap.1. §.ſi vero, de feudo Marchiæ,* Roman. *conſ.16.& 411.* & aliis quæ refert. Et quod frater patruelis veniat fratris appellatione, cum eſt eadem ratio; probat per plura Alex. *in conſ.36. lib.6.* ad iſta legendus; & quæ notabiliter ſcribit Carolus Ruinus *in conſ.15.per totum,lib.3.* & idem Alex. *in conſil.144. per totum,lib.6.* ad quos addo Guillelm.Benedictum *in cap.Raynutius, de teſtament. in verb. ſi abſque liberis, num.32.fol.305.* Curt.*in tractat.de feudis, part.3.nu.55. & 56. pag.29.* & dixit notabiliter Paul. Caſtren. *in l. vltima, C.de verborum ſignificat.* quod ſi teſtator reliquit prædium fratribus ſuis ſimpliciter,intelligitur legatum ſecundùm diſpoſitionem iuris communis. Et ita fratres † ex vtroque latere, præferuntur fratribus ex vno latere tantùm coniunctis, provt eſt de iure communi, per *authen defuncto, C.ad Trebellianum,* refert, & confirmat Decius *in conſ.155. num.3.* & facit bonum *conſilium* Alex.166. *num.4.lib.5.* & dictum *Pauli* confirmat etiam Barthol.Socinus *in conſil.66.num.1. lib.1.* & idem quod Paul. Caſtrenſ. voluerunt Iaſon *in dict.l.vltima,num.26.* Decius *in conſil.299.num.7.* Pariſius *conſil.49.num.18.lib.2.* Carolus Ruinus *conſ.92. num.7.verſic.confirmatur, lib.2.& conſ.165. num 9. eodem lib.& conſ.28.num.8. paulò poſt principium, lib.3.* Socinus Iun.*conſil.40.num.8. lib.1.* idem Carolus Ruinus *conſ.166,lib.2.num.1.cum aliis,* Roland. *conſ.100. num.24. lib.1.* idem Carolus Ruinus *in conſil.120. num.11.lib.1.* Curtius Iun. *conſ.125.num.4.lib.2.* Cephalus *in conſ.623. num.13. lib.5.* Portius *conſ.10. num.11.* Menochius *conſ.187. num.40. lib.2.* Anton. Gomez *in l.8.Tauri,num 9.* Roxas *in epitom. ſucceſſion. cap.6.n.11.& 12. & cap.32. n.12.* nouiſſimè Angul. *in l.11.tit.5.lib.5.Recopil.gloſ.8.n.4.cum ſeq. fol.221.* vbi latè materiam tractat.

Et quod coniuncti ex vtroque latere ſtent in diuerſo gradu, & ſint proximiores quàm coniuncti ex vno latere ad ſuccedendum, voluit Carol. Ruinus *conſ.158. num.20.verſic Secundo etiam poteſt reſponderi,lib.2.* ſic inquit Ancharranus *in cap.canonum ſtatuta, de conſtit. quæſt.14. princip. verſic. occurrerunt aliæ quæſtiones,* quod vbi eſt ſtatutum præferens proximiores; frater vtrinque coniunctus præfertur coniuncto ex vno latere, quia quantum ad ſucceſſionem reputatur à lege proximior: cuius dicta refert, & ſequitur Carol.Ruin. *conſ.29.num.6.lib.3.* quod eſt notandum, quia à pari † procedunt interpretatio ſtatuti, & diſpoſitio teſtatoris,vt declarant Curtius.Iun.*conſ.5.num.18.* Socinus Iun. *conſ.181.num.38.lib.2.* Menoch.*conſ.106.nu.156.* & materiam etiam reſoluit Simon de Prætis *lib.3. de interpretan.defunct.volunt.interpret.3.dubitat.4.ſolut.3. num.47.fol.343.* Socinus Iun.*in conſ.23.num.62.lib.2.* qui refert Bart. *in l.ſi quis legauerit, la 2.ff.de legat.1.* Bald.*in l.maximum vitium, notab.2. C.de liber.præterit.* Et pro hoc dicto, & omnibus ſupra citatis faciunt plura, quæ ad propoſitum illorum, quæ hic tractantur, cumulat Iaſon *in l.re coniuncti, num.19. cum pluribus ſequentibus, ff. de legat.3.* quo in loco quinque ſimilia dicta ſcribit,vbi videre poteris.

Pro quibus etiam facit notabilis doctrina Andreæ de Iſernia *in conſtitution. Neapolit. in conſtitutione de ſucceſſ.Nobilium,* relata ibi per Matthæum ab Afflictis *lib.3.rubr.24.num.24.fol.299.* vbi dicunt, quod ſoror ſecundogenita vtrinque coniuncta præfertur in ſucceſſione primogenituræ ſorori conſanguineæ primogenitæ. Et quod notat Chaſſanæus *in conſuetud. Burgund. rubr.7.* le mort ſaiſit, *fol.229. col.1. verſ. quoniam illi Aduocati,* vbi dicit, quòd licèt frater vterinus ſit proximior in gradu; tamen non eſt habilis, ex quo

quo nepos qui eſt filius fratris ex vtroque latere, eſt proximus per repræſentationem, & ideò virtute illius conſuetudinis, *le mort,* præfertur. *rubric.7.de ſucceſſion. quæſt.9.num.2.cum ſequent.pag.1009.* hodie *pag.989.* & iterum *pagina 7.colum.2.* Et quod in retractu præferatur vtrinque coniunctus, tradunt Ioan. Faber *in §.ſi plures,Inſtit.de legitima agnatorum ſucceſſione,* Cifuent. *in l.70.Tauri.* Tradunt tamen Alex. *in conſ.106. lib.5. num.2.* quod quando quis vult ſuccedere in linea tranſverſali alteri quàm fratri ſuo, vel alteri quàm patruo ſuo; non attenditur perſona patris, vel matris iſtius qui nunc vult ſuccedere: nec quo vinculo coniungatur defuncto, ſcilicet duplici, vel vno tantùm vinculo, ſed ſolum attenditur in iſto caſu qui vult ſuccedere, an ſit in gradu priori, quia qui eſt prior præfertur; *authen. poſt fratres, C.de ſuis,& legit.hæredib.* quem & Bolognin.citat Nicol.Boeri. *deciſ.202.n.2.*

7 Sed an † ſtante ſtatuto, quod ſtantibus fratribus filiæ dotatæ non ſuccedant, excludantur à fratribus vterinis;tradit Barthol.Socinus *in conſ.1. lib.1. & in conſil.241. lib 2.* Georgius Natta *in cap.quamvis pactum, de pactis, in 6. quæſt.10.* Et quemadmodum frater ex vtroque latere excludit fratres ex altero tantum, *dict. authen. itaque, C. commun. de ſucceſ.* cum *prædictis,* ita liberi ipſius fratris coniuncti ex vtroque latere excludunt alios fratres ex altero tantum, licèt liberi non ſint coniuncti defuncto ex vtroque latere, ſed ex vno tantum, *Authen. de hæred. quæ ab inteſt.deferun. §.reliquum :* confirmat Tiraquel.*lib.de primogen.cap.40. num.27.& 28. pagina 272.* & conducit doctrina Ioan. Andr. *in addition.ad Speculatorem, tit.de ſucceſſ.ab inteſt.in l.ſcimus,in princ.quæſt.7.C.de inoffic.teſtament.* de qua per Alex. *in conſ.55. num.2.* ſubſtitutus vtrinque coniunctus habet cauſam teſtati, & inteſtati, ſecundùm Ripam *in l.1. num.123.ff.de vulgar.* Zanchum *in l.hæredes mei, §.cum ita, ff. ad Trebellianum, part.8. num.110. pagina 234.* Et faciunt quæ ſcribit Curtius Iun.*in conſ.125.num.3.lib.1.* & conducunt ſcripta per Parladorium *part.2. cap.15. pagina 121.* qui notabiliter loquitur, & facit egregia doctrina *Angeli,* quam habui in facto in quæſtione valdè agitata, *in Auth. quib.mod. natur. effici. legit. §.vltimo, num.19. fol.29.*
8 *col.2. in verſ. ſed reſtat videre :* vbi dicit, quòd † licèt ſpurij ex eadem matre, vnus alteri ſuccedat ab inteſtato,quia agnaſcuntur adinuicem, iuxta *l.2.ff. vnde cognati,* ſi tamen filius ſpurius, vel naturalis qui decedit, reliquit vnum fratrem carnalem coniunctum ſibi ex latere matris ſpurium, & alium filium legitimum, & naturalem coniunctum ſibi ex eadem matre, tunc ad ſucceſſionem fratris mortui vocabitur frater legitimus & naturalis, non autem alius frater ſpurius vel naturalis tantum. Nam vbicumque de ſucceſſione fraterna tractatur, ille præfertur,qui pluribus vinculis eſt nexus & coniunctus,ſcilicet nexu iuris, & nexu naturæ: ergo ipſe præfertur.

Quæ concluſio confirmatur ex pluribus, quæ duo vincula operantur,ex ſcriptis per Iaſonem *in dict. l. re coniuncti, num.17. cum ſequentibus, ff. de legat.3.* per quæ inquit Lancellot. Conradus *in Templo Iudicum, lib.1.cap.5.de Marchione,§.3.de magnitud.Regum, nu.5. fol.106.* quod ſi quis ſit Marchio & Comes, præfertur illi qui eſt ſimpliciter Marchio. Et ad doctrinam Angeli *in dict.Auth.quibus modis,* addo notabilem *deciſionem* Gamæ 3.qui non meminit de Angelo; & Anton.Gomez *in l.9.Tauri, num.50.* qui refert *Angelum,* & conducunt quæ in iſta propria materia ſcribit Boerius *in conſuetud.Bituricenſ. tit.de ſucceſ.cap.4. cum ſequentib. pagin.90.* & de fratre vterino quod non debeat præferri filiis fratrum ex vtroque latere, licèt dicatur proximior, tradit Chaſſanæus *in conſuetudinibus Burgundiæ, rubric.7. §.1. verb. hæredem habilem :* vbi bene hoc explicat. *pagin.906. & ſequenti.* & quod frater ex vtroque latere poſſit, turpi perſona inſtituta,querelare, reſoluit Caſtillo *lib.2.controuerſiarum, cap.19. num.13.* & quod ad accuſandum frater vtrinque cõiunctus præferatur fratri vterino, reſoluit Farinacius *in practic. quæſt.13. num.29. fol.128.* & quòd fratres vtrinque coniuncti ſuccedant vna cum matre tradunt Fulgoſius & Corneus *in l.fin.C.de legitimis hæredibus,* Cagnolus *in l.quæ tutela, num.5.ff.de regulis iuris, fol.13.* Et quod ſit maximi momenti habere duas vocationes, in quodam caſu ſingulari, vbi agitur de reuocando bona fideicommiſſi alienata, tradunt Paul.de Caſtro *in conſil.77. Viſis & diligenter conſideratis, lib.1. repetitam in conſ.302.eodem volum.* Zanchus *in dict. l. hæredes mei, §. cum ita, part.5. num.131. pagina 239. ff. ad Trebellianum,* & pro hac ſententia ponderat Gregor. Lopez textum *in d.l.vltima, tit.13. part.6.in gloſ.in verbo.* De parte de ſu madre, *& in gloſ. in verbo, Natural,* & in ſucceſſione iuris patronatus multum valet quis eſſe conſanguineus fundatoris, & fundatricis. Ioan.Gutt. *in conſ.4. n.2.* Nic. Boer. *deciſ.185.* & Angeli opinio eſt tenenda.

Præterea prædicta fulciuntur ex doctrina notabili Ioan. Fabri *in §.ſi plures, num.12. Inſtitut. de legit. agnat.ſucceſſ.* vbi dicit, quod in retractu conſanguineali frater vtrinque coniunctus † excludit fratrem ex vno 9
latere tantum coniunctum: de quo puncto Tiraquell. *in lib.1.de retract.§.1.gloſ.10.num.1.cum aliis,pag.522.* quod eſt notabile ad leges noſtras, quæ loquuntur de retractu conſanguineali, & inquit Paulus de Caſtro *in l.fin. C.de verborum ſignific.* per illum textum, quod ſi teſtator mandauit bona ſua reſtituere fratribus ſuis, primò intelliguntur vocati vtrinque coniuncti, poſtea ex vno latere tantùm; quod citat & confirmat Barthol. Socinus *in conſ.49. num.1. lib.1.* & faciunt ſcripta per Anton. Peregrinum *in tract.de fideicommiſſ. artic.20.num.12. fol.181.* ad iſta legendus; & materiam latiſſimè tractat Angel. Matthæacius *in tract.de fideicommiſſ cap.9. num.1. cum ſequent. fol.76.* Pro quibus eſt etiam doctrina Angeli *in conſ.215.Supradictum ſtatutum,* vbi dicit, quod ſtante ſtatuto quod agnati vel patrui excludant matrem, ſi extant patrui, mater, & ſoror vtrinque coniuncti, quod iſto caſu agnati non excludunt matrem, vel ſororem: & idem tenet Ancharran. *in cap.canonum ſtatuta, 14. quæſt. in princ. in verſ.inter conſilia quæ habeo, de conſtit.lib.6.* Alex. *in l. illam, C.de collation.* latiſſimè Iaſon *in conſ.130. lib.1. num.4. cum ſequent.* & pro iſta ſententia faciunt quæ ſcribit Marien.*in l.7.tit.8. gloſ.1. num.6.lib.5.Recopil. fol.211.*

Et ex his etiam inferebam concluſionem (videri meo) valde ſingularem, quòd ſi adſit contentio inter duos pro ſucceſſione alicuius maioratus,& dubium ſit, quis ſit vocatus,quia ambo forſan apparent vocati per teſtatorem, debet in ſucceſſione præferri ille, † qui ſe- 10
cundùm iura & diſpoſitionem teſtatoris vocatus apparet: & eſt anteponendus ei qui ſolummodo ex teſtatoris diſpoſitione vocatus eſt: quia pluribus vinculis copulatus eſt. Ad quod etiam conducit doctrina Alex. *in l.quidam, §.vltimo, col.1. ff. ad Trebellianum,* vbi dicit, quòd concurſus iuris cum facto patris, aut teſtatoris multò fortius operatur: & idem *in conſ.93. nu.8. lib.1.* Dec. *in l.1.C.qui admitti : & in conſ.349.num.3.* & facit doctrina Bart. *in l. centurio, num.38. ff.vulgar.* vbi dicit, quod cum verbum, *Subſtituo,* importet in dubio ſubſtitutionem directam, tamen iunctum cum verbo, *Inſtituo,* importat fideicommiſſariam, ad quod plura ſingularia ſcribit Carolus Ruinus *in conſ. 98. num.13 lib.2.* † & qualiter in ſucceſſione præferantur 11
hi qui habent agnationem, & ſimul cognationem, tradit notanter Auguſtinus Beroius *conſ.143. num.14. cum ſequent.lib.2.* quod confert ad id quod tradit Carol. Ruinus *in conſ.16. num.9. lib.3.* vbi vult, quod licèt ſtatutum excludens matrem, dicatur excludere omnes cognatos, non habet locum quando perſona, de cuius

ſucceſſione tractatur, erat coniuncta non ſolum ex parte matris, ſed etiam ex parte patris; quod dictum citat Anton. Gabriel *lib. 6. commun. opin. dict. concluſ. 7. num. 52. tit. de ſtatut. pag. 361.* & materiam latè tractant, & examinant Bart. & alij plures, quos citat Iaſon, *in l. Lucius, ff. de vulgar. num. 31. fol. 136.* & qualiter
12 frater vtrinque † coniunctus ſuccedat in bonis feudalibus, reſoluit Curtius *in tract. de feud. part. 3. quæſt. 6. n. 50. pag. 292.*

Et hæc ſeruient pro deciſione cuiuſdam quæſtionis diſputatæ à Tello *in l. 17. Taurina, num. 5.* vbi tradit, ſi parentes habeant filios ex duobus matrimoniis, & pater vnum ex primo matrimonio meliorauit; habet tamen alios filios ex priori matrimonio, & filias ſecundi matrimonij; an præcisè teneatur pater ſubſtituere fra-
13 trem † meliorati vtrinque coniunctum ex primo matrimonio: vbi lector legat.

Limitari autem poteſt doctrina *Pauli Caſtrenſis*, & aliorum, quos ſuprà citaui, ſi teſtator vocet ad fideicommiſſum fratres cum hac adiectione, quòd *vocat omnes*, vel *totos fratres*: quia tunc veniunt fratres etiam ex vno latere tantum ad fideicommiſſum; vt probatur ex doctrina Baldi *in l. quod nomine, ff. de condition. indeb.* Alex. *in l. ſi cum dotem, in fine, ff. ſoluto matrimonio* & aliorum quæ ſcribit Roland. *conſil. 85. num. 48. lib. 4.* & ex pluribus quæ ſcribo *in 1. part. quæſt. 1. à num. 20.* quod in praxi obſeruatum fuit in ſimili caſu, & per ſententias viſionis & reuiſionis declaratum: & tradit Angul. *in dict. l. 11. tit. 6. lib. 5. Recopilat. gloſ. 8. num. 27. fol. 229.* vbi *num. 28.* ſcribit quod ſi melioratus in Tertio habet fratres, qui non eſſent de deſcendentibus meliorantis, ſi in melioratione ſunt ſubſtituti fratres, cenſentur tantum vocati fratres meliorati, qui eſſent deſcendentes ex meliorante: non autem alij, licèt eſſent fratres meliorati ex altero patre, vel matre: quod veriſſimum mihi videtur. Et confirmo: quia ſi ſtatutum permittat fratri repellere ſororem à ſucceſſione patris; ſi ſit congruenter dotata, idem eſt in fratribus patruelibus, ſecundùm Iacobum de Arenis in quæſtione per eum diſputata, quæ incipit, *Statutum eſt, vel conſuetudo*, Ioan. Andr. *in additionib. ad Speculatorem, in rubr. de ſucceſſ. ab inteſtat. col. 1. & 2.* Roman. *in l. 1. C. de ſucceſſ. edict.* & latè Iaſon *in conſ. 205. col. 2. & 3. in verſ. item quando vna ſola ratio, lib. 2.*

14 Attende tamen, quòd in feudis † non eſt differentia, an ſit frater vtrinque coniunctus, an ex latere patris tantum: vt probatur *in cap. 1. de gradib. ſucceſſ.* vbi notat Baldus, & Matthæus ab Afflictis *num. 14.* & idem Baldus *in l. 1. C. de legit. hæredib.* quos refert Alex. *in*
15 *conſ. 9. Ponderatis his, num. 14. lib. 5.* vbi Gloſ. Pariſ. refert Corneum *in dict. l. 1. C. de legit. hæred.* & alios plures; & idem dicit ſeruari in Gallia in ſucceſſione *hæreditorum*, provt ipſi vocant: & eſt notabilis remiſſio in hac materia Ripæ *in l. ex facto, num. 98. ff. de vulgar.* Tiraquel. *in tract. de ceſſan. cauſa, limitat. 22. num. 17.* Aymon. *conſ. 186. num. 3.* Ferrara *in practicas in forma libelli, quo agitur ad feudum, in gloſ. nec ſuperſtitibus, num. 10. pag. 287.* Iaſon *in l. cum proponas, num. 2. C. de pact. fol. 73.* Andr. Gail. *obſeruation. lib. 2. obſeruat. 151. num. 1. pag. 167.* & in maioratu hoc ſcribit Celſus *in conſ. 119. num. 4.* & eſt communis opinio ſecundùm Baldum *in conſ. 304. Donatio, num. 3. lib. 2.* & notatur etiam per Tiraquellum *in tract. de ceſſan. cauſ. limit. 27. n. 17. pag. 195.*

Et quòd ſoror vtrinque coniuncta excludatur à maſculo, tradit latè Thomas Minadoius *dict. deciſ. Neapolit. 36. num. 21. cum ſequentibus*, qui ad hoc citat Alex. *in conſ. 29. num. 3. lib. 1.* & alia plura: pro quibus facit doctrina Bart. *in dict. l. Lucius, colum. fin. num. 21. verſ. quæro quidam, ff. de vulgar.* vbi concludit, quod ſi teſtator habeat duos filios ex vna vxore, & alios duos filios ex alia vxore, & illos omnes inſtituit, & inuicem ſubſtituit, vno ex illis repudiante, † omnes admittuntur: & ille qui erat frater defuncti ex vtroque latere, non præfertur aliis: & idem tenet ibi Alexand. Bald. *in l. iam hoc iure, §. vltimo. ff. de vulgar.* notatur per Decium *in conſ. 186. num. 1.* de quo plures Authores citat Tiraquel. *lib. 1. de retract. §. 11. gloſ. 1. num. 14. pag. 503.* in quo loco alia ad propoſitum ſcribit, & tradit Aymon. *in conſ. 43. num. 1.* vbi poſt Baldum *in conſil. 424. An in ſubſtitutione, lib. 5.* Aretin. & Iaſon. *in dict. l. Lucius*, Crotus *in d. l. re coniuncti, col. 49. ff. de legat. 3.* ſcribit quod iſta concluſio procedit in ſubſtitutione pupillari, per quam ſucceditur pupillo, quemadmodum in ſubſtitutione vulgari, & fideicommiſſaria: & tradunt Curtius Iun. *in conſ. 125. num. 3.* Epiſcop. Couarru. *in practic. qq. cap. 38. num. 2.* de qua materia etiam legenda ſunt quæ ſcribit Franciſc. Mantica *in tract. de coniectur. mente defunct. lib. 8. tit. 7. n. 3. pag. 330. & lib. 5. tit. 7. n. 3. pag. 162.* vbi tractat de doctrina Bartoli & Dyni *in l. cohæredi, §. qui diſcretas, ff. de vulgar.* Carolus Ruinus latiſſimè *in conſ. 28. per totum, lib. 3.* plenius, & cum multa reſolutione Alex. Trentacinq. *in tract. ſubſtit. part. 5. cap. 9. num. 2. cum ſequent. fol. 204.* Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 9. num. 26. pag. 278. ff. ad Trebellianum*, Portius Imolen. *conſ. 10. n. 21. & 22.* vbi tradit, quòd *authen. ceſſante, & authen. poſt fratres, C. de legit. hæred.* & iura concordantia procedunt in cauſa inteſtati, non in hominis diſpoſitione: & plures qui ſequuntur Bartolum *in dict. Lucius*, & communem dicunt; citat Michael Graſſus *de ſucceſſ. ab inteſtat. §. fideicommiſſum quæſt. 12. num. 6. pagina 188.* Menoch. *in conſ. 587. num. 14. lib. 2.* vbi plures adducit ad probandum concluſionem ſupra traditam de bonis feudalibus.

Sed circa intellectum textus *in dict. cap. 1. de gradib. ſucceſſion.* vide Lucam de Penna *in l. 1. C. de imponen. lucra. deſcript. fol. 70. col. 2. in principio, in verſic. Vel diſtingue melius, aut aſcendentes, lib. 10.* Paleotum *de nothis & ſpur. cap. 39. num. 7. vol. 8. Tractatuum*, vbi tradit, quòd in feudis habetur ratio agnationis, non cognationis, ex Bald. *in cap. 1. §. ex vero, de ſucceſſ. feudi*, Ripa *in l. re coniuncti, num. 13. ff. de legat. 3.* & quod notanter ſcribit Andr. Gail. *obſeruat. quæſtion. lib. 2. obſeruatione 149. num. 1. pagina 266.* vbi tradit, quòd
16 ad ſucceſſionem feudi † non ſufficit probare cognationem, vtputà, quod ſunt eiuſdem familiæ, vel nominis, & quod eiſdem vtantur Armis; & Maiorum imaginibus, & quod eadem inſignia gentilitia habeant, & quod defunctus non habet proximiores Agnatos, quia poſſunt eſſe Agnati & proximiores; ſed quod non deſcendant à primo acquirente, vel ſtipite; ex Aluara. *in cap. 1. §. his verb. de ſucceſſ. fratrum, vel graduum*, vbi ad hoc eſt textus: & Laudenſis *ibi, num. 8.* & per *cap. 1. §. ſin autem, qui feud. dar. poſſunt. & in cap. 1. de benefic. fratr. & in cap. 1. §. fin. de ſucceſſ. feud.* & addit *Andr. Gaill.* quod in ſucceſſione feudi proximitas non conſideratur reſpectu vltimi vaſſalli, ſed reſpectu vltimæ eius perſonæ, à qua feudum originem habet, ex Baldo *in conſ. 137. num. 1. lib. 2. incip. Dñus Iordanus*, & *in cap. 1. num. 7. de eo qui ſibi aut hæredib. ſuis*, Aluarot. *in cap. 1. num. 7. de alienat. feud. patr.* & faciunt ſcripta per eundem Andream *obſeruat. 154. num. 4.* & quæ ſcribo *infra*, & egregiè per Gloſ. Pariſ. *part. 2. conſuetud. Pariſien. §. 55. num. 146. cum ſequentibus*, vbi reſoluit, quomodo requiratur probatio, quod quis deſcendit à primo ſtipite? Et dicit Gregor. Lopez *in l. 5. tit. 13. part. 6. in gloſ. vlt.* quod ſi teſtator in quadam ſubſtitutione fideicommiſſaria vocauit filios ſuos qui erant ex diuerſis matrimoniis, quod tunc vtrinque coniunctus non præfertur coniunctis ex vno latere tantum, cum ex ſubſtitutione fideicommiſſaria non ſucceda-
tur fratri, ſed teſtatori: *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulgar. & pupillar.* & alia refert: pro quo faciunt ſcripta per Decium *in conſ. 304. num. 2. cum ſequent.* & pro hac ſententia facit quod ſcribit Crotus *in l. filius familias*,

militis, §. Diui. num. 162. ff. de legat. 1. vbi probat, quod in bonis prohibitis extra familiam alienari, ſuccedit
17 frater † conſanguineus, ſicut vtrinque coniunctus: quod refert, & confirmat Franciſcus Mantica *lib. 8. de coniectur. mente defunct. tit. 13. num. 4. pag. 151.* nec minus conducunt ſcripta per Hieron. Gabriel. *in conſ. 121. num. 18. cum ſequent.*

Et eſt etiam memoranda in propoſito doctrina Iacobi † de Belloniſo *in authen. de hæred. ab inteſt. venien. §. ſi vero neque fratres, in quæſt. penult.* vbi dicit, quod
18 quando ad ſucceſſionem defuncti concurrit aliquis frater patruelis, qui eſt in quarto gradu, tunc non conſideratur duplex vinculum: vnde ſi vnus frater patruelis natus eſſet ex eo, qui erat frater vtrinque coniunctus patri illius defuncti, de cuius hæreditate agitur, & alius erat frater patruelis natus ex eo, qui erat frater ex vno latere tantum patri illius vtrinque coniuncto, omnes ſuccedunt; quia illud duplex vinculum ſolum conſideratur quando tractatur de ſuccedendo fratri defuncto, vel quando filij fratrum defuncti veniunt ad ſuccedendum ipſi patruo defuncto: citat textum *in ſi igitur, in dict. Authen. de hæred. ab inteſt.* & idem voluit Bart. *in l. 2. §. legitimè, ff. de ſuis, & legit. hæred.* & Alex. qui alios refert, & in hoc puncto notabiliter loquitur *in conſ. 66. Super propoſita quæſtione, num. 2. cum aliis, lib. 5.* & traditur notabiliter per Ludouicum Gozadinum *in conſ. 19. num. 20.* & hic etiam adde elegans *conſilium* Barthol. Socini *89. lib. 4.* Iacob. Albenſ. *conſ. 79. num. 4. cum aliis*, Matthæus de Afflictis *in conſtitut. Neapolit. lib. 3. rubric. 27. de ſucceſſ. Nobilium, num. 19. fol. 299.* Gregor. Lopez *in l. 6. tit. 13. part. 6. in gloſ. 1.* Tell. *in l. 8. Tauri, num. 3.* faciunt ſcripta per Tiber. Decianum *reſponſ. 15. num. 20. cum ſequentibus, lib. 1.* Ferrara *in practic. in forma libelli, quo agitur ad renouationem feudi, n. 10. pag. 287.* & verius *pag. 294. col. 1. in additionib.*

19 Ex quibus ad noſtrum propoſitum infertur, † quod in ſucceſſione maioratuum, non eſt attendendum, quod frater ſit vtrinque coniunctus, vel ex vno latere tantum: quia frater ex vno latere tantum excludit alios fratres vtrinque coniunctos, dummodo ſit filius, vel nepos eius, ad quem vltimo loco ſucceſſio maioratus pertinuit, & vocatus apparuit, & ſic ex latere vnde bona prouenerunt: quia in his maioratibus non ſuccedit vltimo poſſeſſori, ſed conſtituenti maioratum; quod clariſſimum eſt, & in Hiſpania vſitatiſſimum, & tradō *infra, quæſt. 8.* & coniunctio in iſto caſu, quando non eſt à latere vnde bona prouenerunt, eſt impertinens, & minimè conſiderabilis, nec attendenda; ſicut de feudo dicit Decius *in d. conſ. 444. num. 3. & 4.*

Quæ concluſio confirmatur per notabilem doctrinam Matthæi de Afflictis *in conſuetudinib. Neapolit. lib. 3. dict. rubric. 24. de ſucceſſ. Nobilium, nu. 25. fol. 300.* vbi limitando doctrinam *Andreæ de Iſernia*, quam ſuprà retuli, reſoluit quod Neapoli vbi eſt conſuetudo, quod in bonis paternis ſuccedant proximiores ex parte patris, & in bonis maternis ſuccedant proximiores ex parte matris, frater coniunctus ex latere patris ſuccedit in bonis paternis: & frater coniunctus ex latere
20 matris ſuccedit in bonis maternis, Anton. Gama *deciſ. 258. num. 3.* tradit, quod ad donationem † non admittuntur illi qui non ſunt de familia donantis, à quo bona prouenerunt, per text. *in l. cum pater, §. cum inter, ff. de legat. 2.* & ideo inquit Lucas de Penna *in l. 1. C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10.* quòd coniuncti ex linea materna in feudis maternis ſuccedunt, & præferuntur; quia non dicuntur propriè ſuccedere, ſed ad eos reuerti: notat Nicol. Boerius *in conſuetudin. Aurelian. tit. de ſucceſſ. cap. 10. pagina 92. col. 2. in principio.* & eſt communis opinio, quod vbicumque vinculum ex parte matris per ſtatutum eſt impertinens, ſuccedunt ſimul frater vtrinque coniunctus, & conſanguineus, vt volunt Alex. *in dict. conſ. 9. col. vltima, lib. 5.* Roſellus, *de ſucceſſ. tranſverſalium, verſ. ſed an vnum, num. 109.* Crotum *in dict. l. re coniuncti, num. 6. ff. de legat. 3.* Ripa *in l. ex facto, num. 98. ff. de vulgar.* & alij, quos citat *Hieron. Gabriel.* qui communem vocat *in conſ. 6. num. 1.* vbi plura de materia ſcribit: Petrus Surdus *deciſ. 237. num. 6.* & quod in omni ſucceſſione ſiue feudalium, vel allodialium, præferatur patruus fratri patrueli, tradit Bald. *in conſ. 222. num. 2. lib. 3.* vbi legi debet.

Quibus congruit, quod in præſentatione iuris patronatus † præferendi ſunt Clerici, de quorum bonis eſt fundata Eccleſia: ſecundùm Caietanum *in cap. ſin. de elector. in 6.* Ioan. Andr. & DD. *in cap. 1. de iure patronat.* Hoſtien. *in ſumma, de maiorit. & obed. §. id quod, verſic. quid ſi autem ita*, Philippum de Sarra *in cap. quod autem, de iure patronat.* & alios quos citat Lambertinus *eodem tract. lib. 2. part. 3. artic. 4. quæſt. 5. principal. num. 4. fol. 226.* & *in eodem lib. & part. artic. 16. num. 1. cum ſeqq. fol. 229.* quod vidi in practica in ſucceſſione cuiuſdam maioratus, ſuper quo litigabatur inter duos conſanguineos, qui ſucceſſionem petebant.

Et confirmo per ſententiam Bartoli *in authen. itaque, num. 2. C. commun. de ſucceſſ.* vbi vult quod pater in ſucceſſione filij præfertur in bonis ab eo procedentibus, & mater in bonis ab ea prouenientibus, quod plenius explicant Epiſcop. Couarru. *in epitom. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 2.* Anton. Theſaur. *deciſ. Pedemont. 27. per totam*, vbi ex profeſſo hoc declarat, & refert Epiſcopum Couarru. qui refert *l. 4. tit. 13. part. 6.* quæ omnes tollit difficultates, vbi lege Gregor. Lopez *in gloſ. 1.* & in gloſ. *Igualmente*; & Tiraq. *lib. 1. de retract. gloſ. 11. num. 1. pag. 522. §. 11. & §. 14. gloſ. 2. num. 14. & 12. pag. 540.* Ad quod etiam eſt notabilis doctrina Pauli Caſtrenſ. *conſil. 291. Clarum eſt, quod de iure communi prædictæ ſorores: libro 1.* vbi dicit, quod ſtatutum ſimpliciter, & abſolutè excludens fœminas, & admittens maſculos in totum, † non habet locum niſi in conquæſtis, vel quæſitis à latere vnde maſculus eſt coniunctus, ita quod frater conſanguineus tantum non excludit ſororem vterinam: imo ab illa excluditur in bonis maternis, ſeu quæſitis à matre defuncti: quod dictum refert & confirmat Gloſ. Pariſ. *in conſuetudinib. Pariſien. part. 1. §. 16. num. 13. fol. 172.* vbi dicit, quod fœmina coniuncta ex illo latere, vnde bona proueniunt, præfertur, & excludit maſculum hac parte non coniunctum, tanquam extraneum, etiam ſi aliàs eſſet proximior in gradu, & fœmina remotior. Et facit quod ſcribit eadem Gloſ. Pariſ. *in allegato conſilio Alexandri 9 num. 14. lib. 5.* & doctrina Ioannis Fabri *in dict. §. ſi plures, Inſtit. de legitim. agnator. ſucceſſ. num. 2. in finalib. verbis*, & plura in materia ſingularia ſcribit Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. artic. 20. num. 12. cum ſequentib. fol. 181.* & tradit in bono caſu Menoch. *in conſ. 124. num. 9. lib. 2.* & quod † proximitas conſideretur inter vtrinque coniunctos, maximè vbi viget conſuetudo fori de Sepulueda, reſoluit Perez de Lara *in tract. de Capellaniis, lib. 2. cap. 3. num. 38. cum ſeqq. pag. 299.* & iſtis omnibus quadrat *conſilium* Decij *299. num. 7.* Pariſi. *in conſil. 109. num. 13. lib. 3.* ad quòd etiam adduco doctrinam Baldi *in l. cum virum, C. de fideicommiſſ. num. 22.* vbi vult, quod agnati dicantur etiam prorſus extranei, dummodo feudum habeat originem à diuerſo ſtipite, & non ex eodem fonte, per *cap. 1. §. Corradus verſic. & ſi communiter, qui feud. dar. poſſ.* & *in cap. duo fratres, de duobus fratribus, à Cap. inueſtit.* & iſto modo intelligenda ſunt, & temperanda quæ ſcribit Epiſcop. Couarru. *in pract. qq. dict. cap. 38. num. 2.*

Et iſtis omnibus eſt addendum egregium, & abundans *conſilium* Ioan. Cephali *323. num. 1. cum ſequentibus, lib. 3.* vbi latè tractat, ſi ſtatutum dicat, quod ſi aliqua perſona ab inteſtato deceſſerit, ſuccedant eius

agnati

agnati maſculi priores in gradu, excluſis ſororibus, matre, & auia, & proauia, & filiabus fratrum præmortuorum, & omnibus aliis coniunctis per lineam dictarum perſonarum, vtrum procedat talis ſtatutum in fratribus ex vno latere coniunctis, vel requiratur quòd ſint vtrinque coniuncti? & quod maſculus ex vno latere excludat fœminam vtrinque coniunctam ſcribit Caldas Pereira *de nominat. ad emphyt. quæſt. 5. num. 12. fol. 1[illegible]*. Et quod appellatione fratris † non veniat fra- patruelis, decidunt Bart. *in l. Lucius, §. quæſtum, de legat. 3.* Bald. *in conſ. 327. lib. 3.* Angel. *in l. 1. ff. de inoffic. teſtam.* Alex. *conſ. 97. lib. 2. & in conſ. 105. lib. 7.* Decius *in conſil. 679.* & alij quos cit. Rebuf. *in Concordat. in parte, forma mandati Apoſtolici, pag. 559. & in l. quod iuſſit, ff. de re iud. in præfatione, num. 65. pagina 15.* Cephal. *conſ. 603. num. 73. cum ſequentibus;* Cravet. *in 1. part. quæſt. 51.* & de materia legenda etiam ſunt quæ ſcribit Petrus Barboſa *in l. poſt dotem 41. num. 71. pag. 88. ff. ſoluto matrimonio, tom. 2.* & quod fratres præſumantur eſſe vtrinque coniuncti, niſi aliud probetur, tradit Burſat. *conſ. 98. num. 10. lib. 1.* ex Iaſon. *in l. tres fratres, num. 17. ff. de pact.* vbi etiam *Burſat.* tradit, quod ſecundùm communem vſum loquendi, *fratris* appellatione † intelligitur de vtrinque coniuncto, ex Epiſcop. Couarru. *in epitom. de ſponſalib. 2. part. cap. 8. num. 6.* & plura circa fratres vtrinque coniunctos, vel ex vno latere tantum, ſcribit nouiſſimè Menoch. *in tract. de præſumpt. lib. 4. præſump. 75. fol. 113.*

26 Et quod in dubio, *fratris*, & *ſororis* appellatione, † intelligatur de vtrinque coniunctis, tradit Auguſt Beroius *in conſ. 176. num. 74. lib. 2.* ex Paul. de Caſtro *in l. fin. C. de verborum ſignific.* Et quòd inter fratres vterinos, ex quo ſunt de diuerſo ſemine, & complexionibus ſint diſcordes, reſoluit Neuizan. *in Sylua nuptiali, verſ. non eſt nubendum, num. 57. pag. 41.* Et qualiter ſit facienda diuiſio inter filios ex duobus matrimoniis, elegantèr explicatur per Ferraram *in practica in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, num. 9. cum ſequentib. pag. 270.* Chaſſanæum *in conſuetudinibus Burgundiæ. rubric. 7. §. 10. n. 58. pag. 1030.*

Item circa materiam huius quæſtionis notandum eſt, quod illi qui nunquam fuerunt, aut minus idonei fuerunt, † non faciunt gradum, neque computationem ad gradus: quia ſi medij gradus ſcalæ, per quos ab imo ad ſummum conſcenditur, deſint, aut quia non fuerunt, aut quia minus idonei, ab altero ad alterum, nec aſcendi, nec deſcendi poteſt: quia media, per quæ extrema iunguntur, & per quæ de extremo ad extremum tranſeundum eſt, ſunt nulla, vel inhabilia, ſecundùm Raphael. Cuman. *in conſ. 45. Quidam Franciſcus:* citat *l. 1. § ſed hoc itaque, ff. vnde cognati, & l. ſiquis filio. § ſed hoc ita, ff. de iniuſt. rupt. irritoque facto:* & alia iura; & ibi tradit, an in computatione graduum ſit habenda conſideratio ad media extincta: & ideo Bald. *in dict. l. 1. num. 2. C. de legitim. hæred.* tradit, quod duo vincula non operantur, quando vnum eorum eſt vitioſum, & nullius momenti, quem citat Menoch. *in tractat. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 39. num. 6. pagina 42.* tradit notanter Petrus Rebuffus *d. deciſ. 239. n. 8.*

Ex quibus infertur, quòd ab aliqua perſona, quæ propter delictum maioratum amiſit, † non poteſt fieri graduum computatio: quia media ſcala eſt inhabilis, & ſine viribus. Quod procedit vbicumque propter delictum fuit incapax ſuccedendi in maioratu: & non apprehendit proprietatem neque poſſeſſionem bonorum maioratus: Nam ſi illam apprehendit, & aliquo tempore fuit poſſeſſor, gradum ſine dubio facit; quod ex prædictis conſtat: quod maximè notandum eſt. Et de graduum computatione, vide etiam Ioan. Fabrum *in §. 1. Inſtit. de gradib. cognat.* & Alex. *in lib. 47. lib. 2.* Gregor. Lopez *in l. 11. tit. 1. Part. 6. in gloſ.* in verbo, *Por heredero.*

29 Tandem linea paterna dicitur cuius † caput eſt pater, & linea materna cuius caput eſt mater, ſecundùm Barthol. Socinum *in conſil. 33. colum. 5. lib. 3.* facit *l. 2. tit. 6. part. 4.* & dicit Paulus *in l. maritus, C. de procurator.* quòd linea maſculina incipit à filio ſtipitis, & linea fœminina à fœmina, vbi Paulus addit, quòd ſicut inter plures filios maſculos incipit in vnoquoque vna linea, ita etiam inter plures fœminas in vnaquaque incipit vna linea diuerſa ab aliis, tradit Carolus Ruinus *in conſ. 149. num. 7. lib. 2.* & faciunt plura quæ ſcribit Tiraquellus *lib. 1. de retract. §. 1. gloſ. 9. num. 7. & 244.* Cephalus *in conſil. 334. num. 2. lib 3.* vbi quòd verba referuntur tam ad vnam lineam, quàm ad aliam: de quo ego etiam egi in præcedenti quæſtione, *à num. 408.* & addo Decium *in conſ. 85. Requiſitus pro conſilio; & conſ. 379 Requiſitus, num. 4.* vbi citat Baldum *in conſil. 273. Teſtamento cauetur, lib. 3.* dicentem, quòd linea propriè dicitur illa, † quæ eſt recta ſurſum & deorſum: 30
cui addo eundem Baldum: vbi bene loquitur *in conſil. 334. In quæſtione quæ vertitur, num. 6. 9. & 10. lib. 3.* vbi tradit, linea quomodo intelligatur, & quotuplex ſit, & quid ſit? Celſum *conſil. 93. num. 11.* & Socinum Iun. *in conſil. 20. num. 14. cum aliis, lib. 1.* Cephal. *conſil. 5. num. 36. cum ſequentibus, lib. 1.* Menoch. *in conſil. 326. num. 80. lib. 4.* & notanter *in conſ. 205. per totum, lib. 3.* Curtius Sen. *in conſ. 42. num. 22.* concludentem, quòd licèt linea tranſverſalis non extendatur in infinitum, ſed præcludatur vſque ad decimum gradum; in linea directa aſcendentium, & deſcendentium, hoc non procedit: quia extenditur ad infinitum: & idem voluit Salicet. *inter conſil. Ancharrani, in conſilio 95. num. 9* & materiam tractat Anton. Peregrinus *in tract. de fideicommiſſ. artic. 22. num. 24. fol. 195.* Et dicit Barthol. Socinus *in dict. conſ. 33. Circa præſentem conſultationem, lib. 3.* quod licèt aliàs proauus, & auus maternus ſint de linea materna, non tamen deſcendentes ex eis: & ibi *num. 8.* dicit, quod recta linea dicitur eſſe, quæ ſurſum, † atque deorſum, & aſcendentes, & 31
deſcendentes, non verò tranſverſales comprehendit: & idem Socinus Iun. *in conſ. 20. num. 14. lib. 1.* pro quibus eſt expreſſa *l. 2. tit. 13. & l. 5. eodem tit. part. 6. & l. 2. tit. 7. & l. 2. & 4. tit. 8. eadem part. 6. l. 1. 4. & 7. tit. 11 eadem part.* & ſingularis *l. 2. tit. 15. part. 2.* ibi, *Pueſteron que el ſeñorio del Reyno lo heredaſſen ſiempre aquellos que vinieſſen por linea derecha*, iunctis verbis quæ præcedunt, & quæ ſequuntur, & *l. 4. & 5. tit. 19. part 4.* notat Nicol. Boerius *in conſuetudin. Bituricenſ. aut Aurelian. tit. de ſucceſ. cap. 1. pagina 88.* Alciat. *conſ. 114. num. 5.* & tradit eleganter Carolus Ruinus *in dict. conſil. 149 num. 6. lib. 2.* ad hoc legendus, Matthæus de Afflictis *in cap. 1. de natur. ſucceſ. feud. §. dicto modo. num. 3. fol. 269.* Capicius *deciſ. 159. num. 6.* quem citat Auendan. *in dictionar. in verbo* linea, *fol. 193.* Couarruuias *in practicis quæſtionibus, dict. cap. 38. num. 6. verſiculo etenim:* Et recta † linea dicitur, id eſt, ſine anfractu, vel circuitu: *l. ſi vſusfructus mihi, ff. vſufructuar. quemadm. caueat: l. ſi dominus, ff. de condition. indeb.* tradit Rebuffus *in l. hac verba 73. ff. de verborum ſignif. pag. 489.* & de continuatione tractat etiam Ioan. Guttier. *in conſil. 13. num. 7.* † & de linea legenda ſunt quæ ſcribit Ioan. Cirier, *in tract. de primogenit. lib. 2. quæſt. 4. fol. 65.* & recta linea eſt primogenitorum, non ſecundogenitorum, vt tradit Menchaca *de ſucceſ. creation. §. 27. num. 20.*

Et quando † ſimpliciter linea exprimitur, recta intelligitur, Bald. *in conſ. 321. lib. 1.* Bartholom. Socinus *conſ. 63. lib. 1.* & quod hæc verba diſtent, quem eſſe de ſexu virili, & deſcendentem per lineam maſculinam, tradunt eleganter Pariſ. *in conſ. 40. num. 42. lib. 2.* Caldas Pereira *in tract. de nominat. ad emphyteut. quæſt. 24. num. 92. fol. 292.* Et quid ſit, quando teſtator conſiderauit cuiuſlibet hæredis lineam diſtributiuè, tradunt Socinus Iun. *in conſ. 116. num. 23. lib. 1.* Menochius *in conſil. 200. num. 79. lib. 2. & in tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt.*

præſumpt. 95. num. 39. fol. 180. & traditur per Rebuff. *tom. 1. ad conſtit. Regias, tit. de ſentent. prouiſ. art. 1. gloſ. 2. num. 33. pag. 254.* notat Menoch. *in*
35 *conſ. 326. num. 81. & 82. lib. 4.* & quòd † ſint lineæ æquales, & inæquales, tradit Petr. Gambar. *de offic. & poteſt. Legati, lib. 7. tit. de diſpenſat. legatorum ad matrimonium, num. 387. pag. 238.* & eſt magiſtrale *conſilium* Baldi *334. lib. 3.* & quod filius naturalis di-
36 catur † linea, tradit Dec. *in conſ. 365.* quem citat *Cephal.* vbi hoc latè probat *in conſil. 591. num. 1. cum ſequent. lib. 4.* quod etiam ſcripſi *in 4. part. quæſt. 29.* Et quod linea idem importet quod Agnatio volunt aliqui probare ex Paul. de Caſtr. *in conſil. 111. lib. 1.* quod Paulus non dicit nec verum credo.

37 Et quod triplex eſt linea, † ſuperior, inferior, & ex tranſverſo, tradit & explicat notanter Auguſt. Beroi. *in conſil. 77. num. 21. lib. 2.* vbi multa bona leguntur: & de linea tractat etiam Epiſc. Couarr. *in epitom. de ſponſalib. part. 2. cap. 6. §. 6. num. 4. fol. 66.* quæ & alia
38 plura propoſitum tradit Cephal. *in conſil. 664. num. 22. lib. 5.* & in ſucceſſionibus † maior adhibetur fauor lineæ magis coniunctæ, quam remotæ, *§. noſtra, Inſtit. de ſucceſſ. ab inteſt.* cum aliis, vt per Romanum *in conſil. 196. Præmiſſa conſultatione:* quibus iungo
39 Alex. *in conſ. 53. num. 6. lib. 6.* vbi dicit, quod idem iudicandum eſt de filia, ideſt de principio lineæ, † quod eſt iudicandum de ipſa linea: quem citat Epiſcop. Couarr. *in d. loco, num. 3.* Et quod *linearium* dicatur à linea conſanguinitatis, tradit Tiraq. *in tract.* le mort,
40 *part. 2. declar. 7. num. pag. 201.* & eſt elegans *conſ. Alex. 53.* vbi vide Gloſ. Pariſ. *in additionibus*, qui tradit qualiter † linea accipiatur ſecundum Mathe-
41 maticos, & ſecundum Iuriſconſultos. Et quod prætendere ab aliqua linea, teneatur probare † quod bona maioratus intrauerunt in lineam ab ea prætenſam, conſtat ex *conſilio* Pauli *251. num. 53. lib. 2.* & aliis relatis per Aguirre *in 1. part. de legit. ſucceſſ. Regni Portugall. num. 207. pag. 25.* de quo legatur Paul. *in conſil. 279. num. 2. & 283. lib. 2.* & quod ſubſtitutio reciproca inter filias cenſetur inducta, quibus teſtator ſubſtituit, extincta earum linea; ſed ſolum ſingulæ, ad portionem ſunt grauatæ: & an ſubſtitutis lineis cenſeantur etiam ſubſtituti illi, quibus lineæ fuerunt ſubſtituræ, explicat eleganter Cephal. *in conſil. 430. num. 31. & 32. libro 3.*

In hac etiam materia lectores animaduertant ad ſcripta per Ancharr. *in conſil. 26.* & *in conſil. 94.* vbi tractat, ſi quis vocet propinquiores de proſe patris,
42 † an veniat tantùm deſcendentes à patre, vel alij qui ſunt conſanguinei patris: quod eleganter tractat Corti. Iun. *in conſil. 338. num. 35. cum ſequent. lib. 3.* quod habui in facto in ſucceſſione cuiuſdam ſtatus. Deinde notandum eſt quod ſcribit Nellus *in tractat. bannitorum, in 9. quæſtion. primi temporis, circa finem*, vbi dicit, quod licet frater fratri collateralis ſit,
43 & de latere patris, non tamen eſt de † latere fratris, nec de linea fratris: quia vnuſquiſque ex fratribus propriam lineam facit: de quo vide Ioan. Guttier. *in conſil. 13. num. 12.* Menoch. *in conſil. 376. num. 33. lib. 4.* vbi tradit, quòd filius vnius fratris, non de ſtirpe alterius fratris; & probat *l. 2. tit. 15. part. 6. & l. 2. tit. 7. & l. 2. & 4. tit. 8. part. 6.* notant ambo Socin. *in*
44 *dd. conſiliis*, & addo, quod dictio, † *Per lineam maſculinam*, non ſolum denotat quandam continuationem lineæ maſculinæ ab ipſo teſtatore, quæ non poteſt dari per filiam, ſecundum Barth. Socin. *in l. Gallus, §. nunc de lege Vellea, ff. de liber. & poſthum.* Sed vlteriùs denotat quandam perſonam mediam inter ipſum diſponentem & deſcendentem ab eo, per quem linea
45 maſculina continuetur, ſecundum Paulum de Caſtro *lib. 3.* Et quod linea comprehendat maſculos † & fœminas, tradunt Beroi. *in conſil. 77. num. 2. lib. 2.* per textum *in §. 1. vſque ad §. hactenus, Inſtit. de gradib. cognat.* iuncta *l. ſtemmata, ff. de eod.* Bald. *in conſil. 321. Teſtamento cauetur, lib. 1.* & quos citat Corbulus *in tract. de iure emphyt. de cauſis priuationis ob lineam finitam, num. 40. fol. 56.* qui dicit idem eſſe appellatione *Prolis*, ex Baldo, & Gozadino *conſil. 20. num. 8.* & aliis.

Et quod linea non incipiat † à teſtatore, ſed à filio, 46
vel ab altero vocato, volunt Paul. de Caſtr. *in l. maritus, C. de procuratorib.* Gloſ. *in cap. quod dilectio,* & in *cap. fin. de conſanguin. & affinit.* & alij, vt per Dec. *in conſil. 336. num. 4.* Pariſ. *in conſil. 74. num. 2. lib. 3.* Et quod linea patris dicatur quæ à patre incipit, tradunt Barth. Socin. *in conſil. 33. num. 8. col. 4. lib. 3.* quos citat Menoch. *in conſil. 376. num. 34. lib. 4.* idem Menoch. *in conſil. 327. num. 32. eod. lib.* & addo Bart. *in conſil. 85. in quæſt. prædicta*, vbi vult, quod verba, *Ex linea paterna*, in caſu ſuo † debent accipi effectiuè, & non comprehenſiuè: & Ioan. Andr. *in capite vbicumque, de pœnis, lib. 6.* vbi concludit, quod ſi 47
Princeps condemnat Titium, & cognationem ſuam, illa verba, *Cognationem ſuam*, intelliguntur effectiuè, & de deſcendentibus: ſequitur Aretin. *in conſil. 39.* & de verbis, *Ex progenie talis*, idem concludit Corneus *in conſil. 317. num. 3. & 4. lib. 3.* & confirmat Socin. *in conſil. 97. n. 65. cum ſequent. lib. 2.* Quibus etiam addo Carolum Ruin. *in conſil. 98. num. 2. lib. 1.* vbi probat, quod linea materna non poteſt capi effectiuè, ſed contentiuè: quia filij & deſcendentes ex ea ſunt de linea patris, & non matris: *l. familiæ appellatione, §. 1. ff. de verb. ſign.* pro quo facit quod ex Franciſc. Mantica *in lib. 8. de coniect. men. defunct.* ſcribo *ſupra, quæſt. 6.* Et quando linea effectiuè, vel contentiuè ſtare di- 48
catur? † exponit Auguſt. Beroi. *in d. conſil. 77. num. 1. lib. 2.* poſt Bald. *in conſil 448. lib. 3.* Barth. Socin. *in conſ. 33. lib. 3.* quos citat. Ad quos addo egregium *conſilium* Curtij Iun. *3. num. 39.* Oſaſch. *in conſil. 74. num. 10.* notanter Ant. Peregr. *in tract. de fideicomm. ſ. artic. 2. num. 26. fol. 196.* vbi latè tractat, qualiter effectiuè, aut contentiuè liena, vel generatio, & ſimilia comprehendantur; quæ faciunt ad hanc quæſtionem in practica iam diſputatam: Teſtatrix reliquit fideicommiſſum filio: cum gravamine quod ſi deceſſerit ſine filiis, liceat ei nominare ad fideicommiſſum aliquem *ex generatione ſua*, fuit dubitatum, an talis filius potuerit nominare conſanguineum de generatione, qui non deſcendebat ab ipſa teſtatrice, ſed erat tantum conſanguineus ipſius? Et † de linea legenda ſunt quæ 49
ſcribit Simon de Pretis *lib. 3. de coniect. men. defunct. ſolut. 11. num. 40. fol. 29.* Epiſc. Couarr. *in epitom. de ſponſalib. part. 2. dict. cap. 6. num. 5. fol. 66.* & egregium *conſilium* Burſati *157. num. 40. lib. 2.* vbi tradit, quod ſi ſit vocata *parentela*, vel *Caſata*, veniunt effectiuè non ſolum deſcendentes, ſed etiam contentiuè ex eo collaterales, ex Alex. *in conſil. 13. libro 1.* Carol. Ruin. *in conſil. 24. num 5. lib. 2.* Gozad. *conſil. 79.* Hieron. Gabr. *in conſil. 132. quæſt. 6. num. 59.* Ex quibus confirmo quod ſcribit Molina *lib. de primogenit. cap. 4. num. 31. fol. 25.* vbi in ea eſt ſententia, quòd ſi quis inſtituat maioratum in perſona alicuius, & deſcendentium, nec vltra progrediatur, illis deficientibus, admittuntur proximi conſanguinei. De qua ſententia ipſe ſemper dubitaui: ad quod legi debet quod ſcribit Sim. de Pret. *de interp. defun. volun. lib. 3. dub. 6. ſolut. 10. n. 291.* vbi refert *conſilium 2.* Cumani & prius reſoluit, quod linea maſculina ſolos agnatos comprehendit, & an contentiuè, vel effectiuè, & alia in propoſito lineæ: & quod ſi vocentur filij *de domo*, veniant etiam † contentiuè tranſver- 50
ſales, tradit notanter Socin. Iun. *in conſ. 103. num. 29. lib. 2.*

Et quod cõiũcti † nobis ex fratre, nõ ſint ex noſtra li- 51
nea, licet ſint ex linea patris, vel aui, notat in bono caſu

Decius *in d. consil.* 379. quæ omnia notanda sunt ad cognoscendum proximitatem graduum in successione maioratuum; & in lite satis controuersa de hoc agitatum fuit: & quod etiam † transversales, & fratres dicantur de linea, probat text. *in l. Iurisconsultus, §. nam quoties 9. vers. si ex inferioribus, ff. de gradib.* & tenet Bald. & Socin. *in l. Gallus, §. nunc de lege: col. 2. num. 3. ff. de liber. & posthum.* & alij, vt per Burgos de Paz *in consil. 26. num. 40. cum aliis*, ibi: *quia isto* † *casu, Linea sumitur contentiuè*; Chassanæ. *in consuetud. Burgun. rubr. 7. de success. §. 10. pag. 1026. col. 2.* Roland. *cons. 23. num. 39. & 40. lib. 4.* vbi alia ad propositum adducit: Barth. Socin. *consil. 81. num. 1. lib. 4.* Carol. Ruin. ad hoc legendus *in cons 153. num. 10. lib. 2.* Cephal. *cons. 313. num. 57. lib. 3.* Paris. *consil. 40. num. 42. libro 2.* Mantica *de coniect. men. defunct. lib. 8. tit. 12. num. 12. pag. 145.* qui hoc tractat in eo qui vocauit *familiam suam.* Et plura de linea circa ista scribit nouissimè Menoch. *in tractat. de præsumpt. lib. 4 præsumpt. 83. num. 11. fol. 155.* vbi refert notata per ipsum *in cons. 233. num. 18. lib. 3.* vbi ponit doctrinam, quod linea dicitur *effectiuè*

54 † cuius origo, & causa efficiens est ipse testator pater, atque ita comprehendit solummodo descendentes ab ipso patre: *Contentiuè* autem sumitur linea patris, sub qua ipse continetur; & hæc comprehendit non solum ipsum patrem, & eius descendentes, sed etiam transversales: & tradit idem Menoch. *in consil. 234. sequenti libro 3.* & legenda sunt quæ scribit Petr. Surdus *in consil. 241. num. 47.* in qua materia est magnifacienda doctrina Alciati *in consil. 96. num. 20.* vbi tradit, quod promissio, vel pactum, vt in bonis succedant filius masculus, & descendentes ex eo, non comprehendit natum ex secundogenito: quia licet ambo ipsi filij, hoc est primogenitus, & secundogenitus descendant ex eodem patre, & sic ex eadem linea; attamen filius secundogenitus non dicitur ex linea primogeniti, sed ex linea patris sui primogeniti; quem citat Menoch. *in consil. 326. num. 84. lib. 3.*

Non tamen dicuntur de linea recta, nec comprehenduntur † fratres in vocatione facta de proximio-

55 ribus per lineam rectam: vt constat *ex dictis legibus Partitæ*, & *aliis supra citatis*: quidquid teneat Burgos de Paz *in loco supra citato*, ex *l. Iuris consultus, §. si ex inferioribus ff. de gradibus*, & ex doctrina Hostiens. & aliis quos citat. Et pro hoc facit quod scribit Bald. *consil. 183. lib. 3.* vbi resoluit, quòd quando vocantur ex linea patris, comprehenduntur tantum descendentes ex patre, non transversales: notant Iaso. *in Rubr. ff. de nou. oper. num. 5.* notabiter Alexand. *in consil. 181. num. 10. lib. 7.* Dec. *consil 527. num. 11.* Paris. *in consil. 31. num. 7. cum sequent. lib. 3.* & *in consil. 20. num. 25. lib. 2.* Aymon *consil. 230. num. 4.* ad hæc videndus: & de continuatione lineæ in emphyteusi, legenda sunt quæ scribit Corbulus *in tract. de iure emphyteutico, in parte, de causis priuationis ob causam ciuilem, num. 12. fol. 21.* & *de causis priuationis ob lineam finitam, num. 1. fol. 47.* & *num 96. & num. 27.* Burgos de Paz *consil. 29. num. 26. cum aliis*, & *consil. 26. num. 45.*

Et quod vocans ad fideicommissum, seu maiora-

56 tum consanguineos, † & lineam ex parte patris, censeatur tantum vocare agnatos, & non fœminas, nec cognatos, volunt Bart. *in consil. 10.* Angel. *in consil. 283. num. 3. & 4.* Anton. Peregr. qui plures citat *in tract. de fideicommiss. art. 22. num. 24. fol. 195.* & *artic. 26. num. 31. fol. 25.* Bald. *in consil. 115. super primo puncto? lib. 4.* & *consil. 6. lib. 2.* & *in consil. 334. In quæstione quæ vertitur: n. 9. & 10. lib. 3.* Raphael Cumanus *consil. 2. col. 2.* Curtij Iun. *consil. 5. num. 21.* Gratus *consil. 27. num. 26. lib. 1.* Paul. de Castr. *in consil. 111. num. 3. & 4. lib. 1.* & Carol. Ruin. *in consil. 164. num. 5. lib. 3.* idem Gratus *in consil. 161. num. 14. lib. 2.* idem Carol. Ruin. *in consil. 23. num. 6. lib. 3.* Roland. *in consil. 23. num. 28. lib. 3.* Bart. Socin. *in consil. 31. num. 6. & 7. lib. 1.* Tiraquell. (qui tantummodo refert Bald.) *lib. 1. de retractat. §. 1. glos. 9. num. 209.* Ad quos etiam addo Ripam *in consil. 134. num. 1. lib. 1.* vbi ex Francho *in cap. si pater, de testam. in 6.* vult, quod si quis substituat proximiorem de genere suo, & cognomine, quod nonvenit ad fideicommissum filius sororis, sed frater patruelis: quæ notabis: quia nullibi reperiuntur, & magno cum labore cumulaui, & vidi in negotio maximi momenti. Et pro sententia *Bartoli*, & aliorum pondero egregium casum *in l. sunt autem agnati, ff. de legit. tutor.* ibi: *Sunt autem agnati qui per virilis sexus personas cognatione coniuncti sunt, quasi à patre connati, veluti frater eodem patre natus, fratris filius, nepotis ex eo.* Vnum † ex nepotibus notabis, 57
quod si est contentio inter succedentes ex linea, vt putà quòd aliqui sunt succedentes ex linea contentiuè, alij effectiuè, debent præferri in successione maioratus succedentes ex linea effectiuè.

Item pro perfectiori intellectu huius quæstionis; & materiæ, illud admonendos esse censeo lectores, † quòd 58
ille qui prætendit se esse successorem bonorum maioratus; non satisfacit, si probet se esse consanguineum illius qui maioratum instituit, vel vltimi possessoris: sed præcisè tenetur probare consanguinitatis gradum: quod ex prædictis apertè infertur; vt probatur *in cap. licet ex quadam, in vers. testes autem, de testibus*, & dicit Alex. *in cons. 82. In causa vertente inter Petrum: num. 1. lib. 1.* quod stante statuto, vt causæ consanguineorum compromittantur, non satis erit, si testes interrogati super consanguinitate, dicant eos esse consanguineos, nisi gradus declarauerint: cuius opinionem sequitur *Decius*, vbi latè hoc tractat *in consil. 321. per totum, & in consil. 324.* & *in consil. 13.* & *in consil. 222.* & in *capite postremo*, *de appellatione*, Alciat. *in tractat. de præs. præsumpt. 28. num. 9.* Gratus *in consil. 161. num. 14. lib. 2.* latè Roland. *consil. 32. num. 24. lib. 3.* Cald. Pereir. *de renouatione emphyt. quæst. 17. num. 35.* Episc. Couarr. *lib. 2. resolut. reg. 1. cap. 6. num. 6. versic. Tertio ab eadem radice.* Matien. *in l. 7. tit. 11. glos. 5. num. 5. lib. 5. Recopil. fol. 361.* qui id tradit in materia retractus, Ant. Peregrinus *in tract. de iure fisci, lib. 4. tit. 3. num. 2. pag. 195*, qui citat Mansuerium & Tiraquell. facit *pragmatica anni 1574.* hodiè *l. 19. tit. 10. lib. 1. Recopil.* in vers. *Otro si ordenamos, que el que recusare algunos de los juezes*: & *l. hoc iure, ff. de verb. oblig.* vbi Bart. & alij, & *l. in illa stipulatione, si Calendis, ff. de verb. obligat.* Quibus addo omnibus Alex. *in d. consil. 181. num. 2. 9. & 10. viso lib. 7.* vbi tractat de probatione consanguinitatis; quem isti non referunt: & Ant. Rube. *in consil. 16. num. 15.* Angel. Aretin. *in §. actionum, col. vltim. vers. Sin autem ab intest. Instit. de action.* vbi vult, quòd qui succedere vult ab intestato tanquam proximior † coniunctus, debet probare, nedum se 59
coniunctum, sed etiam proximiorem coniunctum; quem sequitur, refert, & defendit Socin. Iun. *in consil. 26. num. 10. lib. 1.* Et faciunt quæ in propria materia scribit Cald. Pereir. *de renouation. emphyt. quæst. 18. num. 39. fol. 163.* & Tiber. Dec. *in consil. 24. num. 62. lib. 1.* Mascard. *in tract. de probat. lib. 1. conclus. 73. num. 5.* & latius *lib. 3. concl. 1246. num. 1. cum sequent.* Azeued. vbi hoc citat *in d. l. 7. num. 55. & 56. fol. 305.* & quod scribit Ant. Petra *in tract. de fideic. q. 12. n. 714. pag. 406.* vbi tradit, quòd in probanda † parentela non 60
sufficiunt testes singulares, allegat Anch. & *in cons. 277.* & Pet. Surd. *decis. 106. n. 8.* & *in cons. 189. n. 7.* & *decis. 203. n. 11.* qui hoc non dicit.

Et vna eadē cognominatio familiæ potest habere diuersas † deriuationes & descendentias; vnam specialem 61
& propriam de domo ipsius testatoris; aliam generalem de agnatione, familia, & cognominatione: & illa

illa tantùm specialis venit, qui concernit propriam & specialem familiam testatoris; non autem generalem: vt in specie declarat Paris. *in consil. 51. num. 10. lib. 2.* & quæ scribit Matien. *in d. l. 7. titul. 11. lib. 5. Recop. glos. 5. n. 6. fol. 361.* & Paul. Castr. *in consil. 56.*

62 *Super primo quæsito dicendum, num. 4. lib. 1.* tradit quod parentela non probatur per testes † de auditu, quando non concurrunt notata *in d. cap. licet ex quadam, de testib.* ex quibus obtinui contra quosdam qui petebant quandam hæreditatem opulentam tanquam consanguinei, & successores ab intestato cuiusdam defuncti; quia quamvis probauerunt se esse consanguineos defuncti, de cuius hæreditate agebatur, non fecerunt graduum distinctiones; nec probatio fuit concludens, cùm possent esse consanguinei in gradu, in quo non est cessio in bonis his quæ non sunt maioratus; & ita victi fuerunt. Ad quod faciunt quæ scribit Burgos de Paz *consil. 29. num. 67.* & quod scribit Alciat. *in l. pronunciatio, in verbo, neptes, & in verbo, agnatorum, ff. de verbor. sign.* vbi tradit, quòd qui vult admitti ad fideicommissum relictum primogeniei, debet probare se esse in aliquo gradu, qui non sit vltra decimum, & idem Alciat. *in consil. 31. num. 42.* & *in cons. 50. num. 9.* & *in cons. 72. num. 3. & 4. lib. 9.* confirmat Francisc. Mantic. *lib. 8. de coniect. men. defunct. tit. 12. num. 37. pag. 350.* Et quòd singuli gradus ab vtroque latere debeant probari, tradit plures referens Olasch. *in consil. 8. num. 9.* vbi citat Decium *in d. consil. 321.* & alios plures, qui ad hoc est legendus per totum consilium, & materiam resolut notanter Fulvius Pacianus *in tract. de probat. lib. 2. cap. 12. num. 43.*

63 *cum seqq. fol. 36.* Et an ad probandam consanguinitatem † sint necessarij duo testes, resoluit Ioseph Mascard. *in tractat. de probat. lib. 1. conclus. 69. num. 10. & 11. fol. 72.* & tradit Lancell. *in tract. de attent. part. 2. cap. 12. de attent. lite pendent. limit. 50. num. 55. pag. 290.* Et si fuit concessa investitura pro se & descendentibus, agentes debent probare esse descendentes; & possessio non præsumitur, secundùm Iacob Puteum *decis. 296. libro 2.* Imò inquit Aymon *in consil. 144. num. 21.* quòd qui prætendit bonā fideicommissi, excluditur, si supersint alij consanguinei in pari gradu, refert Paul. de Castr. *in consil. 454. num. 2. lib. 1.* & *in consil. 77. num. 6. lib. 2.* Calcan. *in consil. 82. col. 4.* de quo lege quæ scribo *infra 4. par. q 15.* & tenet etiam Ferretus *cons. 50.* Bursat. *in consil. 48. num. 9.* quos citat Ioseph. Mascard. *in tract. de probat. lib. 1. concl. 69. num. 1. fol. 71.*

64 Ex quo apparet falsam esse sententiam † Masuerij *in titul. de probat. §. item si fiscus possidet*, vbi dicit, quòd cùm est controuersia inter fiscum, qui bona mortui occupauit tanquam vacantia, & alium qui dicit se hæredem esse defuncti, satis est probare hoc ad excludendum fiscum, quòd ipse & defunctus communiter & publicè existimabantur esse consanguinei, siue cognati: quod dictum refert Tiraq. *lib. 1. de retract. §. 1. glossi. 16. num. 9. pag. 338.* vbi aliqua refert *in numeris sequent.* contra opinionem *Mansuerij*: & pro confirmatione nostræ sententiæ scribit plura Matien. *in d. l. 7. glos. 5. n. 5.* qui ad hoc ponderat *l. 73. Tauri*, hodiè *l. 12. d. tit. 11. libro 5. Recop.* Et hoc hodie procedit maiori ratione, cùm iuxta pragmaticam, *in volum. pragmatic. fol. 158.* fiscus hodie ab intestato succedit defuncto deficiente consanguineo intra quartum gradum; quod pauci animaduertunt: & fallitur Anton. Gomez *in l. 40. Tauri, num. 5.* Episc. Couarr. *in epitom. de success. ab intest. num. 11.* quem citat Olanus *in antinomia, liter. C. num. 90.* & corrigitur, *l. 6. tit. 13. part. 6.* vbi etiam Greg. Lop. non meminit de *dicta pragmatica*, & in illa fuit mandatum, quòd custodiretur ex dispositione *alterius pragmaticæ datæ Pincia anno 1523. in ordine 15.* & habetur in repertorio capitulorum Curiarum *lib. 3. tit. 1. lib. 5.* quas leges hodie non inuenio *in noua legum Recopilatione*, licèt *l. 3. tit. 9. lib. 1. Recopil.* statuat obiter, quòd Ministri sanctæ Trinitatis, & sanctæ Mariæ Mercedis, non possint succedere stantibus consanguineis intra quartum gradum: & idem cauetur *in l. 9. tit. 10. lib. 1. Recopil.* in successionibus pertinentibus ad Cruciatam, provt latiùs *in d. legibus* habetur. Et quòd fiscus non succedat stantibus consanguineis vsque ad decimum gradum, probatur *in l. vacantia, C. de bonis vacant. lib. 10.* cum *concordant.* vt per Gamam *decis. 193. num. 6.* qui id tradit in hac materia maioratuum. Et legenda sunt quæ scribit in hac materia Roxas *libro de success. ab intest. cap. 34. num. 1. cum sequent.* nouissimè Ant. Peregr. ad ista legendus *in tractat. de iur. fisc. libro 4. tit. 3. bonis vacant. num. 1. cum seqq. pag. 194.* Guill. Benedict. *in cap. Raymundus, de testam. in verb. vxorem nomine Adelasiam, num. 832. fol. 127.* & *l. vacantia, C. de bonis vacantib. lib. 1.* Martinum Laudensem *in tractatu de fisco, quæst. 239.* Roland. *in tractat. de succes. ab intest. num. 23.* Alex. *in consil. 111. num. 4. lib. 4.* Anton. Gam. *decis. 193. num. 4.* & legi debet *lex vlt. tit. 25. part. 7.*

Ex quibus apparet, † quòd caute videnda sunt quæ 65
circa istud propositum scribit Matien. *in l. 5. titul. 4. glos. 4. num. 1. fol. 119. lib. 5.* & ista seruiunt pro intellectu *l. 12. titul. 8.* De las herencias, *lib. 5. Recop.* quæ declarat, qualiter fiscus succedat in bonis defuncti, deficientibus consanguineis: de qua lege agit Tellus *in l. 3. Tauri, par. 3. num. 13. fol. 24.* & Matien. *in ead. l. 12. num. 2. fol. 245.* vbi arguit contrà *Tellum*: quæ lex (videri meo) probat conclusionem supra firmatam, scilicet, quòd fiscus non succedit in bonis defuncti, si supersunt, vel adsunt consanguinei vsque ad decimum gradum, & vltra: quod deducitur ex illa lege in illis verbis, *De los que fuben o decienden por linea derecha, o de trauieso*, cùm descendentium appellatione comprehendantur omnes descendentes in infinitum, *l. liberorum, ff. de verb. sign. l. vltim. C. de suis & legitim. hæred. Authent. ae hæred. ab intestato venient. §. 1. quæst. 6.* & hoc indico hodie seruandum, & dictam *legem partitæ 6.* non obstante *d. l. 3. tit. 9. lib. 1. Recopil.* & alia *suprà* citata.

Et in hac materia animaduerto ad singularem doctrinam Curtij Iun. *in cons. 5. num. 30.* vbi refert Concilium Bononiens. consuluisse, quòd agens vt agnatus debet obtinere, † licèt non probet se agna- 66
tum, quando non fuit in specie oppositum, de quo per Aymonem *in tract. de antiquit. tempor. part. 1. num. 64. fol. 8. in paruis*, & ad id quod scribit Corneus *in consil. 167. col. 2. lib. 2.* vbi resolut, quòd asserenti mulierem habuisse tempora contractus consanguineos proximiores & habiles, incumbit onus probandi: de quo per Tiraquell. *in libro 2. de ll. connubial. glos. 8. num. 29. & 30.* Et qualiter probetur, aliquos esse consanguineos, resoluit Bart. *in tractat. clausularum, clausula 7. glos. 19. in principio, fol. 53.* Et quòd † fœminæ non dicantur de prole patris, quando priùs sunt vocati masculi, tradit Curtius *in d. consil. 5. num. 39.* Et quòd vno modo sit facienda probatio, quando agitur de probatione cognationis, vel matris, tradit Salicet. *in l. quoties, ff. de probationibus*, quem citat Iacob Puteus *decis. 518. num. 4. & 5. part. 2.* Consanguinei autem dicuntur etiam, quando coniuncti sunt vltra quartum gradum, *capite quia circa, capite non debet, de consanguinit. & affinit. capite ad sedem, 35. quæstione 5.* notant Archidiacon. & Ioan. Andr. *in capite 1. de desponsat. impuber. libro 6.* Bartol. *in leg. cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acquir. hæred.* vbi dicit, quòd hoc est etiam secundùm communem vsum loquendi, tradit Alex. vbi Glossa Parisien. *in consil. 82. libro primo, num. 1.* Quod confirmatur ex scriptis per Glossam Baldum, & Decium *in d. capite*

poſtremo, de appellat. Menoch. *de arbitr. caſu* 152. *num.* 4. concludentes ex hoc, quod conſangineus iudex poteſt recuſari, ſtante conſanguinitate vſque ad decimum gradum; quia ad eum progreditur ſucceſſio, per §. *vltim. Inſtit. de ſucceſ. cognat.* & idem Menoch. *caſu* 146. quod conuenit ſcire pro intellectu. *leg.* 19. *tit.* 10. *lib.* 2. *Recop. in verſ.* 5.

68 Sed dicta concluſio procedit, vbicumque quæſtio & controuerſia eſt inter † duos conſanguineos, qui ambo protendunt eſſe vocati ad maioratum, ſuper quo eſt contentio: tunc enim neceſſarium eſt, quòd vterque diſtinguat conſanguinitatis & lineæ gradus ſecundùm ordinem ſupraſcriptum. Si verò ſucceſſor in maioratu liti, et cum fiſco, vel alia perſona non conſanguinea, non tenetur præcisè probare conſanguinitatis gradus, ſecundùm Raph ël. Cuman. *in l. is poteſt*, vbi Alex. & Iaſon. *ff. de acquir. hæred.* & eund. Cuman. *in l. ſed ſi de ſua*, quam legit cum *l. hæres inſtitutus*, & ibi Roman. *ff. de acquir. hæred.* & tradit eleganter idem Cuman. *in conſ.* 43. *in fine.*

Et ita eſt intelligendum quod ex Aymon. *conſ.* 249. Cephalo *conſil.* 153. *n.* 5. *cum ſequent.* Neuizano *conſil.* 10. *num.* 9. tradit Burſat. *conſil.* 93. *n.* 2. *lib.* 1. Cephal. *conſ.* 90. *num.* 26. *lib.* 1. vbi ponit regulam, quòd conſanguinitate probata, præſumitur proximitas, niſi contrarium probetur, & *conſ.* 606. *num.* 11. *lib.* 4. Burſat. *in d. conſ.* 98 *num.* 1. *lib.* 1. Ioan. Guttierr. *conſ.* 24. *n.* 2. Alex. *in conſ.* 279. *Viſis & ponderatis dubitationib.* lib. 7. Barthol. Socin. *in l. ſi inter, ff. de reb. dub.* & *in l. Gallus, in princip. num.* 6. *ff. de liber. & poſthum.* Curt. Iun. *in conſil.* 338. *num.* 33. *lib.* 3. *ſuprà allegato*, Roland. *conſil.* 10. *num.* 25. *lib.* 3. & Gloſ. Pariſ. *in conſuetud. Pariſien. de mater. feudal.* §. 22. *num.* 90. *fol.* 195. vbi ex hoc infert, quod agens ad poſſeſſionem feudi, ſi non ſunt alij cohæredes, nec litigantes; non habet neceſſe probare ſe eſſe proximiorem conſanguineum, & gradus declarare: ſed ſolum ſe eſſe conſanguineum: pro quo dicto ego induco Gloſſam *in cap.* 1. §. *& quia: qui feud. dar. poſſint*, vbi dicit, quod licet in feudis non admittatur ſucceſſio tranſverſalium infra ſeptimum gradum, niſi ille qui incipit admitti, probet per duodecim ſacramentale deponentes, petentem, feudum eſſe infra ſeptimum gradum, & propinquiorem defuncto: hoc verum eſt, quando cotrouerſia eſſet de feudo inter propinquum volentem ſuccedere in feudo ipſo: & Curtem Re-
69 giam, ſeu fiſcum † dicentem, feudum ad ſe eſſe deuolutum; ſecus autem ſi eſſet inter priuatos ſucceſſores dicti feudi: quia tunc ſufficit probatio ordinaria; iuxta ea quæ traduntur per textum, & Gloſſam *in* §. *cum autem, de conuent. inter. dom. & fidel. de inueſtit.* quòd latius tractat Præpoſit. *in d.* §. *& quia*: *num.* 64. *fol.* 13. & ſententiam *Raphaëlis Cumani* etiam ſequuntur plures, quos refert Tiraq. *in tractat. de utroque retract.* §. 11. *num.* 6. *pag.* 500. vltra alios quos citat Epiſcop. Couarr. *reſolut. lib.* 2. *d. cap.* 6. *n.* 6. *verſ. tertio ab eadem*, vbi refert alios, qui contra *Raphaelem* tenent, & eandem doctrinam *Raphaelis* ſingulariter declarat; & *Raphaelem* ſequitur Rebuff. *in l. proximus* 92. *pag.* 559. *ff. de verb. ſignif.* ibi: *Cum alio conſanguineo*: quòd in terminis nouiſſimè reſoluit Fuluius Pacianus *in tract. de probator. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 43. *fol.* 37. vbi ponit regulam magiſtralem, quod in omni materia, quæ non terminatur; & nullus gradus præſcribitur, ſed ex natura ſua, vel ex diſpoſitione legis, aut hominis in infinitum protrahitur; admittitur probatio conſanguinitatis ſine graduum computatione: in quo loco plura ſingularia legi poſſunt pro intellectu omnium, quæ in iſta quæſtione tractantur: qui notanter tradit *n.* 40. & 41. quod vbicumque expreſsè quis mandauit, quod ſucceſſio ſit in perpetuum & infinitum; non eſt neceſſe probare gradus cõſanguinitatis, proyt in feudalibus, & aliis rebus: Et quando ex coniecturis? conſtat ex Alex. *in conſ.* 56. *num.* 1. *lib.* 1. & *in conſ.* 59. *n.* 4. *lib.* 3. Dec. *in conſ.* 481. *n.* 9. Iaſ. *in conſ.* 4. *lib.* 1. *n.* 8. & *in l. fin. n.* 5. *C. de hæred. inſtituend.* & aliis pluribus, quæ refert; quod eſt ſingulare, & memoriæ mandandum ad plura, quæ conueniunt in iſta materia maioratuum & alij etiam ſequuntur *Cumanum*, quos refert, & ſequitur Simon de Pretis *lib.* 5. *de interpr. defunct. volun. dub.* 4. *& vlt. n.* 267. *fol.* 550. vbi materiam latè proſequitur: & quos citat Ant. Gabr. *lib.* 1. *commun. opin. tit. de probat. concl.* 6. *n.* 23. Peregr. *in tract. de fideicommiſſ. artic.* 43. *n.* 60. *fol.* 401. & tradit Alex. *in conſ.* 179. *n.* 10. *lib.* 7. & idem vult Epiſc. Sarmien. *in l. cum ita*, §. *in fideicommiſſo, num.* 18. *verſ. vlt. nota, pag.* 115. *ff. de leg* 2. Cephal. *conſil.* 133. *num.* 53. *lib.* 1. qui plures refert, & tradit iſtam allegationem, ſcilicet, quo proximior quis præſumitur, niſi contrarium probetur, poſſe fieri in allegationibus iuris, ex Alexand. *in l.* 1. *C. vt quæ deſunt. aduocat* & aliis pluribus quæ refert & iſta materia tractat etiam nouiſſimè Maſcard. *lib.* 3. *de probat. concl.* 245. ad hoc legendus, & tradit idem *concl.* 248. *num.* 25. *fol.* 187. & Ioan. Guttier, qui *Cuman.* ſequitur in quadam cauſa iuris patronatus *in conſil.* 4. *n.* 2. vbi refert Molinam *lib.* 3. *de primogen. cap.* 9. *num.* 21. *& 22. fol.* 71. ambo generaliter, indiſtinctè & indigeſtè, non animaduertentes ad ea quæ ſcripta ſunt, quod ſufficit probare conſanguinitatem proximam, licet non probetur nullum alium eſſe proximiorem, licet Molina dum refert Ant. Gabr. contrarium tenere videtur: & facit doctrina Baldi *in l. ſi vxorem, C. de condit. inſert. col.* 3. *num.* 7. vbi dicit, quod vxor præſumitur acquiſiuiſſe de bonis viri, quando eſt contentio inter maritum, aut eius hæredes cum vxore: ſecus ſi cum alio: ſequitur Alex. *in conſil.* 101. *num.* 3. *lib.* 7. & hæc opinio eſt tenenda, quidquid teneant aliqui, quos refert Coſta poſt Tiraq. vbi ſupra *in l. qui duos*, §. *cum in bello, in princ. num.* 5. *ff. de reb. reb. dub.*

Et hoc dictum comprobatur, quia cum in ſucceſſione maioratus admittantur † conſanguinei, & vocati 70
etiam in milleſimo gradu, vt notat Bald. per text ibi, *in cap.* 1. *de feud. Marchiæ*, & alij quos ſupra retuli *in quæſtion. præcedenti*, & vltra illos Greg. Lopez *in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. *in epitom. de ſucceſſ. ab inteſt. num.* 12. Anton. Peregr. *in tract. de fideicommiſſ. art.* 29. *num.* 10. *fol.* 275. & declarat Rodericus Suarez *in l. quoniam in prioribus, limitat.* 11. *num.* 19. *pag.* 102. *C. de inoffic. teſt.* Tiraq. *in tract. de utroque retract.* §. 1. *glo.* 9 *num.* 23. *pag.* 134. vbi plures refert notanter Matth. ab Affl. *in conſtit. Neapol. lib.* 3. *rubr.* 24. *de ſucceſſ. nobilium, num.* 7. *fol.* 298. Socin. Iun. *in conſil.* 76. *num.* 10. *lib.* 1. Molin. *lib.* 1. *de primogen. cap.* 3. *num.* 12. *fol.* 14. & tractat Franciſc. Mantic. *lib.* 8. *de cunctat. ment. defunct. tit.* 12. *num.* 38. *pag.* 341. Auenda. qui hos citat, *in l.* 27. *Tauri*, *gloſſ.* 1. *num.* 12. *fol.* 53. Et in ſucceſſione † illuſtrium ſucceditur in infinitum, vt per Pa- 71
tiſ. *in conſil.* 23. *num.* 130. *lib.* 1. Gozadi. *in conſil.* 8. *num.* 23. Menoch. *in conſil.* 61. *num.* 36. *lib.* 1. latius *in conſil.* 378. *num.* 86. *lib.* 4. & faciunt quæ ſcribit Andr. Guill. *obſeruat. libro* 2. *obſeruat.* 150. *num.* 1. *pagin.* 66. quod in ſucceſſione conſanguineorum Regis Rebuffus *in concordat. Rubric. de Regia ad præſaturam, pagin.* 174. Hippoly. *in ſingulari* 422. *agnati*, Curtius *in tractat. de feudal. part.* 3. *numer.* 49. *pagin.* 285. Et in ſucceſſione Regni hoc tradit Cæpola *cautel.* 96. *pagina* 782. licet contrarium teneat Coſta *in quæſtione de patruo & nepote, parte* 3. *numer.* 61. *pagina* 448. & pro hac opinione facit *lex* 27. *Taurina*: & confirmatur, quia proximitas, & agnatio † coniecturis & in- 72
diciis probatur, licet non ita plenè teſtes non deponant: vt per Albanum *conſilio* 83. Alexand. Rube. *conſilio* 16. *numer.* 17. Marzarius *de fideicommiſſ. parte* 3. *verſic. fratres, & filij, quæſt.* 55.

quinimo

quinimo ad fideicommiſſum obtinendum ſufficit probare ſe eſſe de agnatis, licet non probet ſe proximiorem, vt per Aymon. *conſil.* 249. *col.* 2. Cephal. *conſil.* 133. *num.* 93. Neuizan. *conſilio* 10. *n.* 9. Burſat. *conſ.* 93. *n.* 2. & 3.

73 Et in ſucceſſione feudi † non eſt neceſſe probare proximitatem intra ſeptimum gradum, & vltra centeſimum admittuntur, dummodo a primo proueniant, ſecundum Aretin. *in conſ. penult. colum.* 2. Curt. Sen. *in conſ.* 48. *num.* 20. & 49. & omnes communiter ita concludunt, ſecundùm Cephal. *in conſ.* 173. *numer.* 33. & 34. & *conſ.* 241. *num.* 22. *lib.* 2. quos & alios citat Burſat. *in conſil.* 63. *num.* 5. & 6. *libro* 1. Et cùm in quocumque gradu quis ſit, ſuccedat in maioratu, non habet neceſſe in indiuiduo, & præcisè docere gradum conſanguinitatis, quando non litigat cum alio conſanguineo. Et ſecundùm iſta intelligenda ſunt quæ ſcribit Lancellot. Dec. *in l. ſi aliæ, Cod. de ſucceſſ. edict.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr.* 7. *tit. de ſucceſſ. fol.* 228. *num.* 9. *verſ. Et quod dictum eſt in conſil.* 124. *num.* 1. *lib.* 7 vbi tradit, quòd ſubſtitutus debet probare ſe eſſe proximiorem, quando fuit facta ſubſtitutio, quòd proximiores admittantur; nec ſufficit probare ſe
74 eſſe conſanguineum, quia proximus eſt quem † nemo antecedit, *l. proximus, Digeſtis de verborum ſignificat.* & quod indigeſtè tradit doctiſſimus Molina *lib.* 3. *de primog. c.* 9. *nu.* 21 *fol.* 72.

Et ex prædictis inferebam in practica, ad quæſtionem quotidie practicabilem: Teſtator reliquit certam pecuniæ quantitatem ad maritandas quotannis fœminas conſanguineas, petunt fœminæ conſanguineæ illam quantitatem; opponitur illis, quòd ſunt aliæ proximiores per patronos memoratæ: ſed illæ quæ allegantur eſſe proximiores, nihil petunt, neque ſe opponunt. † an patroni defendere poſſint ſolutionem propter illam allegationem, quòd ſunt aliæ proximiores
75 fœminæ? Ad quod faciunt quæ de allegatione Tertij ſcribo *quarta parte quæſtione* 15. Et an ſit neceſſe probare primum ſtipitem anteceſſorem, vel ſaltem fratrum? videat lector textum *in cap. tua, de conſanguinit. & affinit.* vbi Abb. *num.* 4. Card. & alij, poſt Gloſſ. *in verbo, germanis*, Gloſſ. *in cap. ſeries, in verbo, in primo gradu, & in dict. cap. licet ex quadam, in verbo, gradus, de reſtib.* Gregor. Lopez *in l.* 17. *titulo nono*, *in gloſſ.* Algunos grados, *part.* 4. Roland. *in conſ.* 32. *numer.* 24. *lib.* 3. Lanfranchus omnino legendus *in cap. quoniam contra, de probation. in verſ. Teſtium oppoſitiones, num.* 183. *fol.* 60. qui ponit in iſta materia practicam notabilem; & vide Gloſſ. Pariſ. *in dict. conſ. in addition. ad Alexand.* & addo quod probans certum conſanguinitatis gradum, præfertur probanti incertum, vt ex Tiraquell. probat Menoch. *de arbitr. caſu* 48. *nu.* 28. Et in hac materia eſt omnino ad memoriam repetendum quod ſcribit Alexand. *in dict. conſ.* 82. *nu.* 3. *lib.* 1. vbi probat, quòd cùm ex diſpoſitione textus *in dict. cap. licet ex quadam*, cum *ibi* traditis, teſtes deponentes ſuper conſanguinitate de auditu, debeant dicere
76 quod audierunt à maioribus fide dignis, † eſt articulandum & probandum, quòd illi maiores erant omni exceptione maiores & fide digni; per doctrinam Angeli *in l.* 1. §. *ſi quis neget, Digeſtis quemadmod. teſtam. aperian.* quæ doctrina confirmari poteſt ex pluribus quæ ſcribo *in* 4. *part. quæſt.* 20. latè Burſat. *in conſil.* 93. *num.* 4. & doctrina Alexandri confirmatur ex pluribus quæ ſcribit Menoch. *caſu* 475. *num.* 23. *lib.* 5. licet in contrarium faciat *l.* 29. *tit.* 16. *part.* 3. vbi ſcribit, quòd vbi ſumus in antiquo, & agitur de probando, quòd quis deſcendit à tali ſtipite, ſufficit probatio quæ colligitur ex verbis inſtrumentorum antiquorum Aymon. *de antiq. tempor. parte* 1. *nu.* 73. Albenſ. *conſ.* 84. *num.* 14. cum aliis: & addit Alexand. *vbi ſupra*, quòd in iſto caſu tempus antiquum dicitur quinquaginta & ſexaginta annorum, quia non facilè poteſt probari per homines viuentes actus iam factus ante annos 56. de quo legenda ſunt quæ ſcribo *part.* 1. *quæſtione* 45.

Et quòd ad hoc vt probetur agnatio, vel conſanguinitas inter duos, ſit neceſſe quòd quilibet gradus probetur per duos teſtes, volunt Cæpola *in conſilio* 45. *ciuile, num.* 3. qui citat Innocentium *in cap. ſeries, de teſtib.* Bald. *in l.* 1. *Cod. de teſtamen.* & idem tradit Caccialupus *in l. admonendi, num.* 203. *Digeſtis de iure iuran.* Et qualiter probetur, quòd quis deſcendit ab aliqua familia, tradunt Socin. Iun. *in conſ.* 76. *num.* 65. *lib.* 1. Pariſ. *in conſ.* 23. *num.* 233. *lib.* 1. Hieron. Gabr. *conſ.* 163. *num.* 9. ad quos addo Maſcard. *in dict. tract. concluſ.* 73. Menoch. *lib.* 6. *præſump.* 15. *num.* 48. *fol.* 72. Et quòd vbi agitur de probando, quòd quis deſcendit
77 à tali gente, vel parentela, † in antiquis ſufficiant teſtes de auditu, & publica vox & fama, tradit eleganter Aretin. *conſ.* 37. *nu.* 1. quem citat Auend. *in Dictionario*, verbo, *Iudio*; & plura ſcribit nouiſſimè Ioſeph. Maſcard. *in lib. de probation. vol.* 1. *concluſ.* 511. *num.* 1. *cum ſequent. fol.* 312. vbi commendat *dict. conſil. Alexand.* 90. & tradit idem Maſcard. ad hoc legendus *lib.* 2. *concl.* 840. *per totam, fol.* 154. Curt. Iun. *in conſ.* 220. *num.* 46. *lib.* 2. & prius *nu.* 44 idem Maſcard. *lib.* 1. *concluſ.* 60. *nu.* 72.

Pro dictis facit recepta ſententia, quòd vbicumque de ſui natura probatio difficilis eſt, † admittuntur pro- 78
bationes, quæ aliàs non admitterentur; vt ex pluribus Authoribus docet Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 33. *num.* 75. & 166. & 170. & conducunt ſcripta per Maſcard. *lib.* 1. *de probationib. concluſ.* 411. 409. & 410. & *lib.* 2. *concluſ.* 844. *fol.* 155. Et quòd ex ſcripturis antiquis etiam per verba enunciatiua, & in præiudicium † Tertij probetur agnatio, ex pluribus Autho- 79
ribus probat Burſat. *in conſ.* 151. *num.* 38. *lib.* 2. qui ad hoc citat Bald. Paul. Alexand. & alios *in l. cum aliquis, Cod. de iur. delib.* Abb. *in cap. cum olim, de cenſibus*, Dec. *in conſ.* 595. *num.* 7. Suarez *allegat.* 6. *num.* 11. Aretin. *in conſ.* 76. & alios plures, ad quos addo Simonem de Pret. *lib.* 5. *de interpr. defun. volun. dubit.* 4. *num.* 228. *fol.* 548. Et quòd agnatio † collateralium probetur 80
probando fraternitatem, licèt non probetur de primo ſtipite, tradit Burſat. *in conſ.* 98. *num.* 10. qui ad hoc allegat *Epiſcop. Couarr. & alios.* Et quòd ad probandam identitatem perſonarum requiratur in † iſta materia 81
probatio nominum, & cognominum, reſoluunt Dec. *in conſ.* 13. *num.* 9. Aym. (non relato Decio) *in conſ.* 112. *num.* 3.

Ex quibus ego infero intellectum † ad *pragmati-* 82
cam Cordubiæ, hodie *l.* 8. *tit.* 11. *libro* 2. *Recop.* quæ decidit, quod vbi auus litigantis defuncti fuit à multis annis præteritis, ita quòd teſtes non potuerunt eum cognoſcere, ſufficiant teſtes de auditu ad probandam nobilitatem tàm in poſſeſſione, quàm in proprietate. Sciendum eſt etiam, quòd identitas nominis † facit 83
præſumi identitatem corporis, *l. qui habebat, ff. de manumiſſ. teſtam.* quam ad hoc notat Bald. *conſil.* 70. *Cum appareat, lib.* 4. vbi ſi quis ad probadum deſcendentiam ab aliquo, producat aliquam ſcripturam, in qua fiat mentio alicuius nominis, cuius ipſe deſcendentiam prætendit, præſumitur quòd illa eſt maxima, ſi ſcriptura reperiatur apud producentem, iuxta doctrinam Baldi *in l. ſi qua per calumniam, in fin.* per illum textum, *Cod. de Epiſcop. & Cleric.* De qua per Gregor. Lop. *in l.* 21. *tit.* 5. *part.* 3. *gloſſa magna*, *cum concord.* vt per Felin. *in cap. coram, de offic. deleg.* notat Ripa *conſ.* 19. *num.* 17. Quod confirmo, quia ſi probetur, ali- 84
quam ſcripturam fuiſſe apud patrem, † cogitur filius eam exhibere, vt per Aymonem *in conſ.* 172. *num.* 16. Burgoſ. de Paz *quæſt. ciuili* 5. *num.* 13. & alios quos citat Ioann. Garcia *de nobil.* §. 1. *gloſſ.* 2. *num.* 4. *fol.* 88. & conducunt plura quæ ſcribit Nicol. Boer. *deciſ.* 154. *numero primo*, *cum aliis.*, Marzar. *de fideicommiſſ.*

quæſt. 55. *fol.* 50. omnino legendus *ibi*: quotidie videbis.

85 Et quòd ſimilitudo nominis aliquam † præſumptionem inducat, tradunt Gloſſ. *in l. fin. §. penult. verbo, nam ſolam, ff. ad municipal.* Bald. *in l. conuenticula, numer.* 7. *Cod. de Epiſc. & Cleric.* quos citat Petr. Barboſ. *in rubr. Digeſtis ſolut. matrim. num.* 22. *pag.* 14. qui intelligit in nomine proprio familiæ, ſiue gentilitio, ex Alciato *lib.* 4. *in §. nominatim, num.* 2. *Inſtit. de exhæred. liberor.* & illud conſilium Cephali notanter explicat Menoch. *in conſ.* 321. *num.* 15. *cum ſequent. lib.* 4. Quinimò inquit Bald. *in cap. tuam, num.* 6. *de ordin. cognit.* per *l.* uxorem, *Digeſtis de manumiſſ. teſtam.* Quòd vbi poſthumus vocatur nomine baptiſmali, nomine patris, præſumitur † illius filius, notat Iaſ. *in l. neque profeſſio, nu.* 3.

86 87 *Cod. de teſtam.* Et quòd quis † præſumatur de parentela, ſeu agnatione, ob identitatem nominis, tradunt eleganter Alexand. *in conſ.* 125. *num.* 5. *& 6. lib.* 7. Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, part.* 1. *conſider.* 41. Cephal. *conſil.* 90. *nume.* 18. *libro primo*, per regulam *l. ſi in rem, Digeſtis de re iudic.* & aliorum iurium concordantium, quod eſt ſummè notandum, & quotidie videbis.

88 Et quòd † incumbat onus probandi dicenti in aliqua cognatione, vel deſcendentia plures eiuſdem nominis extitiſſe, cùm in nomine hominis pluralitas non præſumatur, tradunt Abb. *in conſ.* 6. *num.* 12. *lib.* 1. Iaſ. *in l. cum qui, §. in popularibus, num.* 20. *ff. de iureiuran.* Ioſeph. Maſcard. *in tract. de probation. lib.* 3. *concluſ.* 1175. *num.* 24. *folio* 82. Et quòd ille qui prætendit

89 ſe habere deſcendentiam † ex aliqua familia, vel domo, id oſtendere poſſit per teſtes, famam publicam, vel nominationem per inſtrumentum, vel quod gerat arma & inſignia illius familiæ, tradit latiſſimè Calcan. *in conſ.* 8. quem citat Maſcard. *in tract. de probation. lib.* 3. *concluſ.* 1141. *num.* 24. *fol.* 33. Et qualiter probetur agnatio & familia, tradit Menoch. poſt alios quos citat *in tract. præſumpt. lib.* 6. *præſump.* 25. *num.* 48. *fol.* 72. qui alios citat.

Ex quibus infertur, quòd ſi quis litiget ſuper nobilitate, & habeat cognomen Nobilium, vel Illuſtrium, à quibus allegat ſe deſcendere, eſt præſumptio magna,

90 ſtantibus aliis coniecturis † quod eſt de illa agnatione: & Fiſcalis, & Conſilium tenentur apertiſſimè docere contrarium: pro quo etiam facit ſententia Abbatis *in cap. poſtremo, num.* 4. *fol.* 106. *de appell.* Et ille,

91 apud quem † inſtrumentum reperitur, præſumitur eſſe illemet, de quo in inſtrumento fit mentio, vt ex doctrina Pauli *in l. Mauia, colum.* 2. *Digeſtis ſolut. matrim.* tradit Epiſcop. Sarmien. *in l.* 1. *num.* 1. *ff. de liber. & poſthum.* pro quo facit dictum Baldi *in cap. ex literis, num.* 3. *de conſuet.* vbi vult, quòd ſi ſunt duo eiuſdem nominis & cognominis, & vnus poſſidet inſtrumentum debiti, ille præſumitur creditor inſtrumenti: quem referunt & ſequuntur Ial. *in l.* 1. *verſ. Tertiò limita, ff. ſolut. matrim.* Tiraquell. *in tract. de primogen. opinione* 17. *quæſtionis, num.* 11. *pag.* 192. quem allegaui pro quodam nobili (quem nos *Hidalgum* vocamus) qui habebat quandam executoriam anteceſſorum, quam in iudicio produxit, & Fiſcalis & Communitas allegabant, quòd illa executoria non erat anteceſſorum litigantis, pro quibus eſt doctrina Baldi *in l. ſi qua per calumniam, Cod. de Epiſcop. & Cleric. & in l. neque natalis, Cod. de probation.* Maſcard. *lib.* 2. *concluſ.* 609. *num.* 18. ad quod etiam faciunt ſcripta per Aymon. *conſil.* 198. *num.* 2.

Et iſta concluſio confirmatur, quia pluralitas perſo-

92 narum, & nominis proprij † non præſumitur, ſecundum Bart. *in l. ſi quis ſeruum, §. ſi inter duos, ff. de legat.* 2. *& in l.* 2. *num.* 9. *Cod. de bonor. poſſ. ſecundùm tab.* Aymon. *in conſilio* 267. *num.* 1. *& 2. & conſ.* 269. *numer.* 3. Bart. Socin. *in conſ.* 28. *& 40. libro* 3. Abb. *in cap. cum Ioannes, de fide inſtrument.* Dec. *in conſil.* 101. *col.* 1. Gregor. Lop. *in l.* 7. *tit.* 16. *part.* 6. gloſſ. *Ouieſſe*, Simon. de Pret. *lib.* 2. *de interpret. defun. volun. interp.* 1. *dubi.* 2. *ſolut.* 2. *num.* 39. *fol.* 117. Felin. *in cap. auditis, num.* 27. *de præſcript.* Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 2. *centur.* 1. *caſu* 93. *num.* 52. *pagin.* 251. ſic ſi quis deferat inſtrumentum debiti, præſumitur ſibi à creditore traditum; vt tradunt Ioann. Gallus *in quæſt. per Arreſta, quæſt.* 4. Nicol. Boeri. *deciſ.* 154. *Aliud ortum*, Rebuff. *tom.* 1. *ad conſtituit. Regias, tit. de liter. oblig. art.* 1. *gloſſ.* 9. *num.* 33. *pag.* 73. quia non debet præſumi, quòd portitor ſubtraxerit.

Et iſtis addo, quod ſcribit Bald. *in cap. cum ſuper, de renunciat.* vbi inquit, quòd ſi Nobilis qui prætendit ius patronatus, non poteſt probare quomodo † deſcendit per matrimonia legitima; ſufficit probare deſcendentiam per famam, & indicia: notat Laurent. Calcan. *conſ.* 11. *num.* 10. de quo legenda ſunt quæ ſcribit Lambertin. *de iur. patron.* 2. *lib. part.* 2. *art.* 4. 10. *quæſt. princip. num.* 5. *cum aliis, fol.* 196. Burſat. *in conſ.* 151. *num.* 36. *cum ſeqq. lib.* 2. poſt Nat. *conſ.* 235. *&* 378. Alb. *conſ.* 83. Nicol. Boer. *deciſ.* 42. *num.* 32. & quod proximitas, & agnatio coniecturis probetur; tradunt Alban. *in dict. conſ.* 83. Rub. *conſ.* 16. *num.* 17. Marz. *de fideicomm. part.* 3. *verſ. fratres*: Burſat. *conſ.* 93. *nu.* 1. *lib.* 1. & vide omnino Celſum *conſ.* 10. *num.* 3. *& conſil.* 44. *num.* 3. vbi tractat, qualiter probetur deſcendentia, & parentela antiqua: Curt. Iun. *in conſ.* 220. *nu.* 37. & an deſcendentia probetur per Chronicas, & plura alia pro intellectu noſtræ materiæ, tradit Pariſ. *in conſil.* 23. *num.* 233. *lib.* 1. quem citat Menoch. *in conſ.* 112. *num.* 67. *lib.* 2. vbi etiam tractat, quanta fides ſit † 94 danda Chronicis & quod agnatio non probetur, neque per quaſi poſſeſſionem, neque per tractatum, neque per nominationem, neque per famam, nimis generaliter, abſque digeſtione tractat Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 73. *num.* 6. *fol.* 74. ex Decio *in dict. conſ.* 321. *num.* 12. Iaſ. *in conſ.* 81. *lib.* 1. vbi Iaſ. tradit, quòd per ſimplicem nominationem non probatur agnatio: & legi debet Menoch. *in conſ.* 315. *num.* 11. *lib.* 4. Simon. de Pret. *lib.* 5. *de interpr. defun. volun. dubit.* 4. *& vlt. num.* 224. *cum ſeqq. fol.* 548. qui plura ſcitu digna in iſta materia ſcribit, vbi *num.* 223. adducit doctrinam ſatis neceſſariam in iſta materia, & in materia nobilitatis, quod in probanda conſanguinitate non eſt neceſſarium probare primum ſtipitem, ex Decio *in dict. conſ.* 321. *gloſſ.* & DD. *in cap. tua nos, de conſanguin. & affinit. & in cap. licet ex quadam, de teſtib.* Ruin. *conſ.* 141. *num.* 14. *lib.* 5. quod eſt ſummè notandum; & legendus eſt *num.* 260. *fol.* 555. Cephal. *in conſ.* 137. *num.* 44. *& 45. libro primo*, vbi tradit, parentelam probari per nominationem, & famam, & teſtes de auditu.

Et quod ad probandum † originem, ſeu ſtipitem, 95 ſufficiat communis opinio, tradit eleganter Angel. *in conſ.* 194. *Poſt inchoatam cauſam viſis proceſſibus*: Alberic. 1. *part. ſtatutorum, quæſt.* 68. Nicol. Boer. *deciſ.* 13. *num.* 16. Et quod prætendens priuilegium datum alicui familiæ, & non in genere; tradit notanter Menoch. *in conſ.* 30. *num.* 14. Quod etiam confert ad lites nobilitatis Ad quos iungo Maſcardum *in tract. de probation. lib.* 3. *dict. concluſ.* 1141. *num.* 24. *fol.* 33. Et quòd ad hoc vt conſanguinitas probetur, ſit neceſſe probare quemlibet gradum per duos teſtes, tradit Innocent. *in cap. ſeries, de teſtib.* Bald. *in l.* 11. *Cod. de teſtam.* Caccialup. *in l. admonendi, num.* 203. *Digeſtis de iureiuran.* Maſcard. *in tract. de probation. concluſ.* 69. *fol.* 72. *numer.* 11. *& concluſ.* 416. *num.* 190. poſt Cæpolam *conſil.* 43. *num.* 3. licèt contrarium teneant Gloſſa *in dict. cap. licet ex quadam*, vbi Abb. *num.* 10. Alban. *dict. conſ.* 83. *num.* 19. Et quòd vbicumque nomen poteſt pluribus conuenire, † oporteat illud exprimi cum 96 duabus qualitatibus & demonſtrationibus, volunt Bart. *in l. demonſtratio falſa, ff. de condition. & demonſtrat.*

Matth.

Matth. ab Afflict. *deciſ.* 245. *num.* 6. quod latius diſputat Maſcard. *in dict. concluſ.* 1174. *numero* 27. oblitus *de dicta deciſione Matthæi ab Afflictis.* Et de gradibus, vltra leges ordinarias, vide *l.* 9. *tit.* 7. *part.* 6. Quod confirmo, quia vbicumque agnationi eſt coniuncta aliqua qualitas, quæ ſignificat pluralitatem agnationis, præ-

97 ſumuntur plures † agnationes, & non vna, ſecundùm Barth. Socin. *inter conſilia Curtij Senior. conſ.* 40. *col.* 6. Pariſ. *conſ.* 40. *in conſilio* 51. *numer.* 10. *& in conſ.* 88. *num.* 36. *lib.* 2. *& in conſil.* 1. *num.* 39. *lib.* 3. quos citat Menoch. *in tract. de præſumpt. lib.* 6. *præſump.* 15. *n.* 45. *fol.* 72. qui ita declarat *dictum conſilium Cephali* 90. *ſupra allegatum.*

Ex prædicto autem *conſilio* Cephali 90. *libr.* 1. & aliis *ſupra* citatis, poteſt diffiniri quæſtio elegans, de qua in facto fuit controuerſum in negotio magni ponderis, in quo nec per ſcripturas, neque per teſtes, indicia, nec præſumptiones conſtabat; quia negotium erat multum antiquum, an quis eſſet agnatus, vel cognatus teſtatoris? Fuit dubitatum, an agnatus vel cognatus præſumeretur? In quo magis videtur fauorabilius eſſe præſumendum agnatum, ſi

98 habeat idem cognomen † fundatoris maioratus: quod tanquam nouum, ſingulare, & in praxi neceſſarium eſt conſideratione dignum. Et quòd ex nomine proprio declaretur appellatiuum, tradit Bald. *in cap. Rodulphus, num.* 8. *de reſcript.* Menoch. *lib.* 1. *de arbitrar. quæſt.* 99. *num.* 19. *& 20. & in tract. præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 126. *num.* 15. *fol.* 133. Et quòd gra-

99 dus † debeant computari à perſona grauati, & non à perſona grauantis, tradit Iacob. Portius *in conſ.* 40. *num.* 28. & eſt conſilium *Matthæi Gribaldi*, citat Iacob. & Angel. *in authent. de reſtitution. §. nos igitur*, Ripa *in l. filiusfamilias, §. Diui, ad finff. de leg.* 1. *ad* quem addo Alexandrum *in conſ.* 125. *lib.* 5. qui eleganter tractat, & notat Burſat. *in conſil.* 93. *num.* 3. *lib.* 1. vbi *num.* 4. concludit, quòd ſi ſtatutum loquatur in vna parte ſecundum ius Canonicum repetitum intelligitur in alia parte; poſt Iaſonem *in conſ.* 69. *lib.* 3. Socin. Iun. *conſilio vigeſimo quinto, numero* 26. *libro tertio.*

100 Et in materia lineæ, † de qua ſupra actum eſt, vſque ad ſidera eſt extollenda doctrina Baldi *in cap. quæ in Eccleſiarum, numer.* 39. *de conſtitution.* vbi tradit, quòd ſi conceſſam eſt feudum alicui pro ſe, & ſuis filiis, intelligitur vſque in infinitum. Vnde nomen, *filius*, ſignificat ſecundùm naturam huius contractus, totam lineam deſcendentium; ſecùs ſi materia eſſet indifferens: de qua doctrina meminit Alexand. *in conſil.* 53. *numero decimo, libro ſexto*, & eſt multum neceſſaria in noſtra materia maioratuum.

Ad ea tamen quæ ſcripſi ſupra à *num.* 29. addo, quòd licèt Arma alicuius agnationis, vel cognationis ſint ſimilia in pictura; differunt tamen in nomine;

101 data nominis diſſimilitudine, diuerſitas † inducitur Armorum, vt per plura probat Chaſſan. *in catalog. gloriæ mundi, par.* 1. *conſider.* 48. *verſ. Septimus caſus fol.* 22. Et quòd per regulam *l. ſi idem, Cod. de codicil.* & alia, non ſufficiat quaſi poſſeſſio, quando agitur de ſucceſſione, quòd quis deſcendit ab aliqua cognatione, tradunt Dec. *in dict. conſil.* 321. *numero* 9. & alij quos citat Tiraquell. *libro primo, de retract.* §. 1. *gloſſ.* 16. *nu.* 2. *&* 4. quem citat Menoch. *in d. conſ.* 321. *num.* 7. *lib.* 4.

QVÆSTIO VIII.

Proximior quis dicatur in ſucceſſione maioratus, vel teſtatori, vel vltimo poſſeſſori.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio huius quæſtionis, & numero* 2. 3. 5. 7. *&* 8.
4 *Reprobatur quædam ſententia* Gloſſ. Pariſ. *an poſſit Rex diſponere de regno in præiudicium agnatorum, aut collateralium.*
6 *Prior in gradu de rigore iuris præfertur.*
9 *Suſtitutio facta de proximiori ſui generis, intelligitur de proximiore teſtatoris, & n.* 10.
10 *Proximior quis dicatur in retractu conſanguineali.*
11 *Conſanguinei concepti poſt mortem teſtatoris admittuntur ad maioratum.*
12 *Verba*, Succedat ſupremus nouiſſimus, vel extraneus, *quid importent.*
13 *Proximitas pupilli an attendatur ad ſucceſſionem ſubſtitutionis pupillaris.*
14 *Proximitas an ſit conſideranda reſpectu illius qui non ſucceſſit.*
15 *Verba*, Ad ſuos hæredes, *qualiter conſiderentur.*

QVia in præcedentibus quæſtionibus tractatum fuit, qualiter & quomodo quis ſit proximior ad ſucceſſionem maioratus; in hac parte agendum eſt de qu. ſtione, quæ (videri meo) temporibus præteritis erat neceſſe vt gladio dirimeretur ſicut illa de controuerſia inter patruum & nepotem, quæ deciſa fuit ex *l.* 40. *Taurina*, quam latiſſimè ornat Mantic. *de coniect. men. defun. lib.* 8. *num.* 9. *&* 10. *fol.* 181. An ſucceſſor in maioratu dicatur ille qui proximior eſt teſtatori, & illi qui maioratum fecit; an ille qui eſt proximior vltimo poſſeſſori & deſcendenti grauato? Quam quæſtionem diſputat latiſſimè poſt antiquos Barth. Socin. *in l. ſi cognatis, ff. de reb. dub. & in l. hæredes mei, §. cum ita, Digeſtis ad Trebell. & in aliquibus conſiliis*: & illam etiam examinauit copioſiſſimè Epiſcop. Couarr. *practicar. quæſt. cap.* 38. & latiſſimè etiam Peralta diſputauit *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, num.* 24. *pagin.* 376. *Digeſtis de leg.* 2. vbi eſt propria materia: quibus adde Alciat. *in l. moribus, num.* 68. *pag.* 126. *Digeſtis de vulgar.* qui ſequitur Bart. *in dict. l. ſi cognatis.* Et quòd talis repræſentatio non procedat, quando ius ſuccedendi defertur vigore contractus ex gratia, & veriſimili mente concedentis, tradit latè Socin. Iun. *in conſil.* 73. *num.* 31. *lib.* 1. ex Baldo *in d. l. cum ita, §. in fideicommiſſo*, & aliis pluribus quæ refert, quem prædicti non citant.

Ego † (omiſſo verborum multiloquio) paucis me 1 expediam in reſolutione huius quæſtionis. Teneo igitur pro conſtanti, quod regulariter & indiſtinctè, niſi aliud appareat ex verbis & mente teſtatoris; ille dicitur proximior ad ſuccedendum in maioratu qui eſt proximus vltimo poſſeſſori, & non illi qui fecit maioratū: quod ratione viua & concludenti inter alias plures conſtat. Nam ſicut teſtator prædilexit inſtitutum; ita credendus eſt prædilexiſſe illius inſtituti ſucceſſores & poſteros, iuxta *l. cum acutiſſimi, C. de fideicomm. l. cum auus, ff. de condit. & demonſtrat.* cum quibus concordat ſingularis *l.* 10. *tit.* 4. *par.* 6. præcipuè in illis verbis: *Eſto es por que ſe entiende por derecho, maguer en padre no lo dixeſſe paladinamente*: & idem diſponit lex Portugalliæ, quam citat Acoſta *in lib. de patruo & nepote par.* 2. *num.* 28.

*num.*28.*pag.*428. Et iſtam ſententiam nouiſſimè (referendo omnia ſcripta antiquorum & modernorum) latè fundat Roland. *in conſil.*100.*& vltim.part.*1. & idem tenet Molina *lib.*1.*de primog.cap.*6.*num.*47.*fol.*50.*& libro tertio cap.*9. *num.*4. *fol.*69. Carol. Ruin. *in conſil.*162.*num.*8. *lib.*2. idem Roland. *conſ.*38.*lib.*4. per totum, Marzard.*de fideicomm.quæſt.*35.*fol.*28. vbi dicit, quod iſta eſt verior & communior opinio, & quod eam ſemper ipſe tenuit: & plures etiam citat Simon de Pret.*libro* 3.*vltim.volunt.ſolut.*3. *num.*38.*fol.*343. vbi hoc legendum: & iſtam eſſe veriorem opinionem fatetur Portius *in conſ.*55.*num.*85. & latè idem proſequitur *in conſ.*121.*num.*11.*cum ſeqq.* ad hæc legendus, & *in conſil.*122.*num.*6. nouiſſimè Caldas Pereira *de renouation. emphyt.quæſt.*9.*num.*32.*fol.*71. & *de nominar.emphyt. quæſt.*24.*num.*90.*fol.*291. qui corruptè hoc refert; Ioann. Guttier. *libro tertio, practic. qq. quæſt.*66.*numer.*7. *pag.*572. Marcus Aquilinus *in l. Gallus,*§. *& quid ſi tantum, numer.*172. *Digeſtis de liber.& poſthum.* Ioſeph. de Ruſtic. *in conſil.*2. quod poſuit *in tract. An liberi in condit. poſiti, numer.*102. *fol.*120.*col.*4. Tiber. Dec. *conſ.*14.*nu.*1.*lib.*5. & plures citat Mena *in additio. ad deciſion. Gam.*174. Hieron. Gabr. *conſil.*107.*num.*7. & 8. Alciat. *inter conſilia Grazi, conſ.*8.*nu.*3.*lib.*1. & idem Gratus *conſ.*7.*num.*12. Cephal. *conſ.*416.*nu.*19. *cum ſeqq. lib.*3. Auguſt. Beroi. *in conſ.*65.*nu.*92.*lib.*1.*& conſil.*93.*num.*37. *cod. lib. & in conſ.*120.*nu.*3.*lib.*2. vbi loquitur in quodam maioratu Hiſpaniæ, *& num.*56.*& in conſ.*97.*num.*3. *&* 15. *cod. libro, & in conſ.*94.*num.*37. *& in conſ.*112.*num.*6.*cod. lib.*

Et iſta eſt hodie communior opinio ſecundum Burſat. *in conſ.*157.*nu.*12.*lib.*2. *& conſ.*170.*nu.*23. *cod. lib.* idem Hieron. Gabr. *in conſ.*86.*nu.*14. *& conſ.*88.*n.*5. & plures refert Zuchard. *in l. hæred. mei,*§. *cum ita, part.*9. *nu.*3.*pag.*275. *ff. ad Trebell.* vbi legendum: & coadiuuatur ex pluribus, quæ ſcribit Chaſſanæ. *in conſuet. Burgund. Rub.*7.§.10.*fol.*260.*n.*53. *verſ. prædicta de repræſentatione,* vbi etiam latè probat, nepotem patruo præferendum: & probatur *in d.l. cum ita,*§. *in fideicommiſſo, ff. de legat.*2. in illis verbis: *Et qui ex his proximo gradu procreati ſunt,* vel vt legitur in Pandectis Florentinis: *Et qui ex his primo gradu procreati ſunt:* qui *text.* clarè probat hanc concluſionem, quicquid aliqui DD. miſera & nimia ſubtilitate cauillari velint: & inter alios Cephal. *in conſ.*357.*nu.*4.*lib.*3. vbi *n.*1. plures pro noſtra opinione in contrarium citat: & *in conſ.*393.*n.*12. & poſtea *nu.*43. *eod. lib.* Et ad hanc concluſionem eſt textus ſingularis, qui non refertur à Doctoribus *in l.*2. §. *quod autem ff. ad Tertull.* ibi: *Quod autem diximus ius antiquum ſeruari matre non adeunte, cui perſonæ deferatur hæreditas, videndum eſt, vtrum ei quæ nunc proxima inuenitur, cum mater repudiatæ an ei quæ fuit, cum inteſtatum deceſſiſſe certum eſt, vt putà, fuit patruus cum inteſtatus decederet, & patrui filius, cum mater repudiaſſet, patruo nondum delata hæreditate; atque ideò defuncto eo matre deliberante patrui filium vocari.* Et probatur † iſta concluſio ex aliis quæ ſcribo *in princip.*2. *partis,* & eam tenet Aluarus Valaſcus *de iure emphyteu.q.*5.*n.*34. Burg. de Paz *conſ.*39.*n.*51. & plures quos citat Rolan. *in d.conſ.*38.*n.*35. *cum ſeq. lib.*4. ad hæc videndus, & alij quos citat Anton. Gabr. *tom.*2. *commun. opin. lib.*4. *de fideicommiſſ. concluſ.*3. *num.*1. *cum aliis, pag.*249. vbi latiſſimè agit de intellectu textus *in d.*§. *in fideicommiſſo,* & hanc opinionem ſequitur, & communem dicit Ant. Gama *deciſ.*206.*nu.*27. *& dec.*354. *nu.*10. & prius *deciſ.*7. vbi ampliat hoc procedere, etiam ſi dicat diſpoſitio: *ſuccedat conſanguineus meus proximior.* Et tandem tenet Beroius *conſ.*117. *in fine, lib.*2. ex communi, Ancharan. *quæſt. familiar.*72. *num.*35. Menchac. *de ſucceſſion. creation. lib.*2. §.20. 2. *part.& quæſt.*79. *declarat.*2. *num.*119. Natta *conſ.*450. *num.*8. & 9. Couarr. *in cap. Raymuntius,* §. 2. *de teſtam.* quos citat Burſat. *conſ.*1. *num.*23. Franciſc. Mantic. *lib.*8. *de coniect. men. defunct. tit.*12. *nu.*20. *pag.*349. vbi quæſtionem diſputat; & refert alios qui contrarium tenent.

Et de iure etiam Regio † iſta concluſio verior eſt, 3
vt apparet ex legibus Regni, Matien. *in l.*8. *titul.*11. *lib.*5. *Recopil. gloſſ.*3. *nu.*2. Velazq. de Auend. *in l.*40. *Tauri, nu.*22. *&* 23. Spino *in ſpeculo teſtamentor. gloſſa* 19.*nu.*58. eſt *l.*9.*tit.*1.*part.*2. ibi: *Verdaderamente es llamado Rey aquel que con derecho gana el ſeñorio del Reyno, e puedeſe ganar por derecho en vna deſtas quatro maneras. La primera es, quando por heredamiento hereda los Reynos el hijo mayor, o alguno de los otros que ſon mas propinquos parientes a los Reyes al tiempo de ſu finamiento.* Ecce ergo legem, quæ in Regno clarè probat hanc concluſionem;

Scimus autem (vt multoties in hoc opere dixi) quòd quemadmodum ſucceditur in Regno, ſucceditur in maioratu, vt probaui ex *l.*2.*tit.*15.*part.*2. *& dict. l.*40. *Taurina,* quæ in ſucceſſione Regni & maioratus præferunt nepotem patruo, & ex doctrina Pauli *in conſ.* 164.*lib.*2. & aliis quæ ſcribit Molina *lib.*1. *de primog. cap.*2. *&* 3. & hanc ſententiam tenet nouiſſimè *in dict. l.*9. Ahumada *gloſſ.*2. *num.*1. *fol.*126. *& in l.*2.*tit.*15. *par.*2.*gloſſ.*18. *n.*4. *fol.*151. Petr. Surd. *deciſ.*66. qui refert Molinam *lib.*1. *cap.*6. *num.*43. & Petram *de fideicom quæſt.*11. *num.*2. & per ipſum notata *in conſ.*51. *n.*29. Riminald. *conſ.*246. Quia autem facta eſt mentio *de dict. l.*9. obiter lectores admonendos eſſe cenſeo, quod in noſtro Regno ſeruanda † non eſt quædam 4
ſententia Gloſſ. Pariſ. *in conſuet. Pariſien. part.*1. §.8. *gloſſ.*3. *nu.*9. vbi dicit, quod deficientibus liberis, poteſt Rex de Regno diſponere in præiudicium agnatorum, aut quorumcumque collateralium, vtpote patrimoniali, diuidendo illud, vel in alienigenam transferendo: quia ex *illa l.*9. contrarium apertè patet: & clariſſimè probatur in ſæpe relata *l.*2.*tit.*15.*part.*2. ibi: *El mas propinquo pariente.* Et hanc opinionem in emphyteuſi probat Carol. Ruin. *in conſ.*47.*nu.*6.*lib.*3. vbi inquit, quòd ille eſt proximior, qui eſt magis propinquus ei, in cuius perſona fuit emphyteuſis finita quem citat Anton. Gabr. *tom.*2. *commun. opin. tit. de emphyt. concl.*1. *lib.*3. *pag.*149. *n.*27. Et iſta eſt communior opinio, vt teſtatur hodie nouiſſimè Ant. Peregr. *in tract. de fideicomm. art.*20. *n.*2. *fol.*179. qui articulum latiſſimè tractat, & tradit idem *artic.*51. *n.*59. *fol.*490. & plures refert Ant. Petra *in d. tract.*9.11. *n.*51. qui ad hoc refert Epiſcop. Couarr. *in pract. q.*38. & punctum latè proſequitur.

Prædicta autem concluſio (vt ad rem redeam) videri meo, etiam patet ex *d.l.*40. *Taurina,* quæ præfert in ſucceſſione † maioratus filium patruo, cùm tamen pa- 5
truus ſit proximior teſtatori, & illi qui maioratū fecit, quàm filius vltimi poſſeſſoris; *l.*11.§. *proximus, & §. gradatim, ff. vnde cognat.* Et de rigore iuris præfertur is † 6
qui in gradu prior eſt, *l. pater filium, ff. de inoff. teſtam.* §.1. *Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* & patet ex tota contextura *illius legis,* cuius intentum fuit ſemper præferre ſucceſſores vltimi poſſeſſoris aliis propinquioribus illius qui maioratum fecit: quod dicta lex ſtatuit, ſiue in ſucceſſione deſcedentium, ſiue tranſuerſalium. † Quòd 7
autem patruus regulariter ſit propinquior, facit *l.*1.§. *proximus, & §. gradatim. ff. vnde cognati;* & §. *ſi plures, Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* & pro hac etiam ſententia induci poteſt alia *l.*3.*tit.*13.*part.*6. in verſic. *E no empece al nieto,* quam *in* 6.*q.* ad aliud propoſitum induci. Et eſt etiam alia *lex partita* 5.*tit.*9.*ead. part.*6. ibi: *Eſto ſeria como ſi algun home que no ſiziſſe teſtamento, dixeſſe aſſi ante ſiete teſtigos: Fulano que es mi pariente mas propinquo, que ha derecho de heredar lo mio, mandole que de tantos marauedis a tal home. Ca ſi eſte tal no quiſieſſe ſer heredero de los bienes que le eſto mandaua, e lo entraſſe otro que fue mas cercano pariente deſpues del.* Quamvis iſte textus poſſit induci in contrarium, & illa verba: *Mas cercano pariente deſpues del,* intelligi poſſunt, & videtur magis conſonus intellectus, & verus, ideſt, *proximus conſanguineus teſtatoris,* remoto de medio illo qui repudiauit. Et hoc modo intellexiſſe videtur illam legem Gregorius Lopez *in gloſ.* in verb. *Deſpues del,* & ad illum textum addo Baldum *in l. ſi Titio, & Mœvio,* §. *Iulianus,* & ibi notat Bald. *ff. de legat.*2.

8 Ex quibus omnibus prædictis † legibus, & Authoribus, apparet de veritate prædictæ ſententiæ: & pro hac ſententia, Peralta *vbi ſupra,* ponderat etiam *dict. l.*2. *in fine, titulo* 15.*part.*2. vbi hoc tangit Greg. Lopez *in verbo,* El mas propinquo pariente, *fol.*47. *col.*4. *in principio.* Et de iure communi iſta opinio eſt crebrior atque fundatior, vt nouiſſimè ſcribit Gloſſ. Pariſ. *in conſilio* 1. *pro Duce de Villahermoſa,* vbi refert plures idem tenentes, apud quem. & *Peralt. & Epiſcop. Couarr. Iulium Clarum. Gloſſ. Pariſ.* & alios, quos ipſi referunt, & ſupra citatos, inuenies plura circa iſtam quæſtionem; ideò ego amplius non inſiſto, contentus cum pluribus, quæ in iſto puncto tradit Mena *in addition.*72. *ad Gamam.*

Non tamen omitto ſententiam Ripæ *in l. filiusfamilias.*§. *Diui. num.*31. *ff. de legat.*1. vbi affirmat, quòd
9 ſubſtitutio facta de proximiore ſui generis, † intelligitur de proximiore ipſius teſtatoris, & non hæredis, aut grauari; notat Tellus *in l.*27. *Taurina, num.*7. quem ſequitur Roxas *in epitome de ſucceſſion. cap.*32. *num.*4. *pagina* 312. & latè tradit Iaſo *conſil.*19. *col.*1. 2. *&* 3. *libro* 4. & plures citat Zanchus *in dict. l. hæredes mei,* §. *cum ita, part.*9. *num.*1. *cum ſequent. ff. ad Trebellianum, pag.*274. & latiſſimè iſtam ſecundam opinionem proſequitur Auguſt. Beroius *conſ.*176. *num.*67. *lib.*2. Portius *conſ.*121. *num.*7. Tiber. Decian. *reſponſ.*9. *num.*19. *lib.*2. qui latè materiam tractat: & idem in caſu particulari *in conſ.*4. *num.*6. *eodem libro,* Anton. Theſaur. qui hoc refert *deciſ. Pedem.*64. *num.*6. *ad finem.* Sed Portius *in d.conſ.*121. *nu.*11. *cum ſequentibus,* contrarium latè proſequitur, & tradit communiorem & veriorem opinionem eſſe contrariam, vt ſupra dixi. Sed ex numero Authorum quos refert pro opinione *Socini,* & ſequacium apparet, quòd opinio *Socini* eſt communior, de quo latiùs per Peraltam *in d.cap. in fideicommiſſo.*

Rebuffus autem *in dict. l. proximus* 92. *pagina* 557. *ff. de verborum ſignific.* diſtinguit, quòd ſi teſtator loquatur de proximis ſuis, ſcilicet teſtantis, tunc de illius proximis intelligitur: ſecus verò quando ſimpliciter loquitur de proximis, nam inſpiciendum eſt ad quem verba dirigantur, & intelligitur de proximo illius; citat Gozadin. *conſ.*4. *num.*17. & notat idem Rebuffus *in l. pluribus,*§ *verbum ſuum. l.*239. *pag.*1063. *ad finem. ff. eodem titulo,* plures citat Pariſ. *conſ.*89 *num.*41. *lib.*2. Tiraquel. *lib.*1. *de retract.*§.11. *gloſ.*1. *num.*20. *pag.*505. & latè iſtam ſecundam ſententiam defendit Menochius *conſ.*24. *num.*1. *cum ſeqq.* Ant. Cioffius *conſ.*7. *num.*67. Ant. à Petra *in tract. de fideicom. dict. quæſt.*11. *num.*24. Tiber. Decianus *conſ.*26. *num.*75. *lib.*2. Sforcia Odd. *conſ.*39. *num.*30. Cephal. *conſ.*493. *num.*7. *lib.*4. Hippol. Riminald. *conſ.*687. *num.*68. *lib.*6. Botta *conſ.*7. *nu.*11. Et iſta eſt communior opinio ſecundùm eundem Menochium *conſ.*106. *num* 30. *lib.*2. & eam validiſſimis rationibus, iuribus & argumentis ſuſtentat *in conſ.*124. *num.*56. *vſque ad finem conſilij lib.*2. Et eſt verior & communior opinio ſecundùm Anton. Theſaurum *deciſ. Pedem.*65. *num.*5. qui magno cum ſtudio & diligentia refert & cumulat Doctores, qui vtramque opinionem tenent, & ibi refert *Molinam,* & quæ hîc notantur, eum legito; & Menoch. *conſil.*359. *num.*4. *lib.*4. & inquit Gualdenſ. *de arte teſtandi, titulo* 5. *de ſubſtitution. cautel.*21. *num.*3. *pag.*112. veriorem & communiorem eſſe opinionem, quòd in ſubſtitutione fideicommiſſaria
10 † teſtatoris proximitas eſt attendenda. De qua re le-

genda etiam ſunt quæ ſcribit Cephalus *in conſil.*457 *per totum libr.*4. *& in conſ.*600. *num.*24. *eodem libro, & in conſ.*313. *num.*56. *lib.*3. Menoch. *in conſ.*124. *num.*20.25. *& 38. lib.*2.

Pro quibus facit ſententia tenentium, quòd in fideicommiſſis ſuccedatur teſtatori, & non grauato, per regulam *l. coheredi,* §. *cum filiæ, ff. de vulgar.* inter quos ſunt Alex. *conſilio* 64. *num.*2. *lib.*1. Epiſcop. Couarr. *in practic. quæſtion. cap.*38. *num.*4. *verſ. Secundo contra Gloſſam,* Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.*50. *num.*35. *verſic. Doctorum verò argumentatio,* Simon de Prætis *lib.*3. *de interpetan. defunct. voluntate, interpretat.*3. *dubbit.*4. *ſolut.*1. *num.*73. *fol.*329. & eſt communis opinio ſecundùm Molinam *lib.*3. *de primogen. cap.* 9. *num* 4. *fol.*69. Et coniuncti ſunt in feudo antiquo & paterno, & in ſolo ſtipite eſt fundata, & per mille manus agnatorum & deſcendentium à ſtipite ambulat: & vltimus ſucceſſor primi eſt ſucceſſor, & ab eo cauſam habet, à quo radicem habet, & ſemper ſucceditur primo recipienti, & non vltimo morienti, ſecundùm Angelum *in conſ.*110. Auguſt. Beroius *in conſ.*68. *num* 10. *lib.*1. faciunt ſcripta per Zanchum *in l. hæred. mei,* §. *vltimo, part.*9. *num.*3. *pag.*275. eundem Menochium *in conſilio dicto, num.*42. Quibus addo Peraltam *in l.*3. §. *qui fideicommiſſum, num.*52. *pagina* 285. *ff. de hæredibus inſtituend.* vbi reſoluit, quòd in maioratibus non ſucceditur propriè vltimo poſſeſſori: de illo autem conſilio *Gloſ. Pariſ.* vbi inter alia tractat, an alienatione facta, admittatur proximior fundatori, vel illi qui alienauit? legendus eſt *Cephalus,* qui in proprio caſu, & inter eaſdem partes conſuluit, *conſilio* 318. *per totum, lib.*3. & inquit Aretinus *in l. Gallus,* §. *& quid ſi tantum, num.*31. *ff. de liber. & poſthum.* quod iſta pronomina, *ſuum, meum,* quando non conſtat, an ad teſtatorem, vel ad hæredem referantur, in dubio referuntur ad perſonam teſtatoris, non hæredis: & idem Curtius Sen. *conſ.*40. *colum.*7. *num.*12. & eſt communis opinio, ſecundùm Rolandum *conſ.*70. *num.*78. *lib.*3. contra Socinum *in dict. l. ſi cognatis, ff. de rebus dubiis:* ad cuius argumenta reſpondent Rubeus, Carolus Ruinus, & Aricomb. quos *Roland.* citat, ad quem addo plura quæ refert Franciſcus Mantica *de coniectur. mente defunct. lib.*8. *tit.*14. *num.*21. *pagina* 356. Et poſt longam diſputationem, & referendo infinitos Doctores, quæſtionem reſoluit Antonius Peregrinus *in tractatu de fideicommiſſis, articulo* 20. *num.*11. *cum ſequentibus, folio* 179. qui teſtari ſunt opinionem eſſe magis communem, qui addit quod vidit ſeruari in practica opinionem, quam ego defendo, & omnes difficultates tollit *dicta lex* 9.

Vidi autem dubitari in iſta quæſtione quid definiendum eſt, quando fundator maioratus in vocatione ſucceſſorum appoſuit verba, quod ſucceſſores ſint proximiores tam reſpectu fundatoris, quàm vltimi poſſeſſoris, quid ſequendum ſit. In tractu autem conſanguineali † præfertur qui eſt proximior venditori: 11
non illi à quo res proceſſit, ſecundùm Chaſſanæum *in conſuetudinibus Burgundiæ, Rubr.*10.§.1. *num.*332. *columna* 2. *verſiculo, quaro an rectè ſentiant,* vbi hoc tenet, magis motus verbis conſuetudinis Franciæ, quæ ſuper hoc loquitur, quàm iure: quam quæſtionem latiùs diſputat Tiraquellus *lib.*11. *de retract. dicto* §.11. *gloſſa* 1. *num.*12. *pagina* 502. Cifuentes *in l.*73. *Taur.* ad hæc legendus: & quod licèt attendatur proximitas vltimi poſſeſſoris, ſuccedatur tamen inſtitutori; tradit Cephalus *in conſ.*183. *num.*17. *lib.*1. De quo, & de intellectu textus *in d.l. coheredi,* §. *cum filio, ff. de vulgar.* lege Portium *conſil.*121. *num.*23. quod nota ad intellectum quæſtionis, quam tangit Cifuentes *in dict. l.*73. *Taurina,* dum quærit, an retrahens rem venditam velit conſanguineus, ſufficiat quod ſit conſanguineus venditoris: vel requiratur quod ſit conſanguineus illius à quo res proceſſit.

Et ex prædictis, non ſine ratione dubitari poteſt de doctrina tenentium, quod ad fideicommiſſi bona alienata præferri debet proximior teſtatori : non etiam proximior illi qui alienauit : inter quos ſunt Barthol. Socinus *in conſilio 249. num. 11. libro 2.* Iaſon *in conſilio 215. in principio, libro 2. & in conſilio 159. libro 4.* Crotus & Ripa *in dict. §. Diui, num. 31.* & alij quos citat Tiraquellus *libro 1. de retract. dict. §. 11. gloſ. 2. num. 16. pagina 503.* Cephalus *in conſilio 113. num. 77. lib. 3.* Et materiam iſtius quæſtionis, relato *Molina*, & aliis nouiſſimè tractat Angel. Matthæacius *in tract. de fideicommiſſ. libro 2. cap. 15. num. 1. cum ſequentibus, folio 85.*

Eſt etiam animaduertendum, quod ad maioratum
11 factum † in fauorem conſanguineorum, admittuntur conſanguinei, etiam concepti poſt mortem teſtatoris, *l. Paulus, §. Paulus, in 2. ff. de bon. libertorum*, notat Roman. *ſingul. 295.* & eſt communis opinio ſecundùm Tiraquellum *lib. 1. de retract. §. 1. gloſ. 9. num. 39.* & hoc etiam latè probat, & reſoluit Molina *lib. 1. de primogen. cap. 3. num. 15. fol. 14.* Iulius Clarus *lib. 3. ſententiarum, §. teſtamentum, quæſt. 76. num. 14. pag. 76.* & communem dicit Celſus *conſ. 39. num. 6.* & ſequitur *conſil. 122.* & idem tenet Ludouic. Peguera *in lib. feudali, in verſ. inſtans, num. 94. fol. 322.* Cephalus *in conſ. 313. num. 56. cum ſequentibus, lib. 3.* Mantica *lib. 8. de interpret. defunct. volunt. tit. 12. num. 14. pag. 346.* ad quos addo Iaſon. *in l. 2. num. 235. C. de iur. emphyt.* Gregor. Lopez *in dict. l. 2. in gloſ.* El mas propinquo, *fol. 47. col. 4. in princ.* quod vidi in facto : & in alio propoſito reſoluit Molina *lib. 1. de primogen. cap. 6. nu. 49. fol. 50.* Et quomodo cognoſcatur quis ſit proximior in gradu, tradit Anton. Gomez. *in l. 8. Tauri, num. 2.* de quo lege
12 quæ ſcribo *ſupra*. Et quid importent † illa verba, *Succedat ſupremus nouiſſimus vel extraneus*, tradit Rebuffus *in loco citato, pag. 559.* Tiraq. *in d. §. 11. gloſ. 1. num. 1. pag. 499.* vbi, quid de verbo, *Vltimus inimiſſimus*. Et quod agnatio conſideretur reſpectu vltimi poſſeſſoris, volunt Corneus *in conſ. 22. lib. 1.* Rubeus *in conſ. 85. num. 3.* quos citat Caldas Pereira *in dict. tract. de renouat. emphyt. dict. quæſt 9. num. 37. fol. 71.* Et an ad ſucceſſionem ſubſtitutionis pupillaris † attendatur proximitas pupilli, vel patris reſoluunt Barthol. Socinus *in*
13 *l. ſi cognatis, num. 10. ff. de reb. dubiis*, Ripa *in l. 2. n. 50. ff. de vulgar.* latiſſimè, & eleganter Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, p. 8. n. 191. pag. 147. ff. ad Trebel.* quod quotidie videbis.

Et quid ſi teſtator vocauit conſanguineos maſculos de patrimonio, ſeu eius cippo : numquid ſolùm dicatur vocaſſe illos, qui reperiuntur de familia tempore mortis ? diſputat Crotus *conſil. 54.* vbi vult, quòd omnes cenſetur vocaſſe : quem refert & ſequitur Roland. *conſil. 39. num. 55. lib. 4.* in quo conſilio etiam latè diſputat, ſi teſtator adiecit hæc verba : *Meos conſanguineos, qui*
14 *ſunt vocati*, & veniant in tali vocatione. Et quòd † proximitas non ſit conſideranda reſpectu illius qui non ſucceſſit, tradit Gama *deciſ. 93.* Et quid quando teſtator vſus ſit nomine poſſeſſuo, *ipſius*, vel, *ſuam*, an debeat intelligi de deſcendentibus ipſius teſtatoris, an aliorum, tradit Mantica *dict. lib. 8. titulo 12. num. 12. fol. 183.* ex Hieron. Gabr. *in conſ. 132. quæſt. 6. num. 60. & 59.* ad quos addo omnino Pariſium *in conſ. 85. n. 36. lib. 2.* Roland. *in conſ. 70. num. 76. cum ſequent. lib. 3.* & quod *Hippol.* ſcribit *in ſingular. 31.* vbi reſoluit, quòd ſi teſtator reliquit mulieri domum ad habitandum, & poſt mortem illius cauit quod veniat ad hæredes eius, & ſucceſſores, intelligitur de ſucceſſoribus & hæredibus ipſius teſtatoris, & non de hæredibus mulieris, per Gloſſam & DD. *in l. ex facto. in principio, ff. ad Trebellianum*, & doctrinam Bartoli *in l. cum teſtamento, ff. de aur. & argent. legat.* Alexand. *in conſ. 23. lib. 2.* Et quòd
15 verba, † *ad ſuos hæredes*, intelligantur ipſius teſtatoris, volunt Carolus Ruinus *in conſilio 103. num. 15. lib. 2.* Zuchar. *in l. hæredes mei. §. cum ita, ff. ad Trebellianum. part. 4. num. 155. pag. 85.* latiùs *in 9. part. num. 2. pagina 275.* Et ad iſta & alia conſimilia in iſta materia maioratuum conſulo Iudicibus & Aduocatis, vt memores ſint illorum quæ ſcripſi *in principio iſtius ſecundæ partis*, præcipuè de illo textu ſingulari viuo & ſpiranti *in l. in his, ff. de condit. & demonſtra. ionib.*

QVÆSTIO IX.

Filius abortiuus an faciat gradum, & alia ſimilia.

SVMMARIVM.

1 *Diſſimitio quæſtionis.*
2 *Nihil, & inutile, æquiparantur.*
3 *Inhabilis non facit gradum, & num. 4. & 13.*
5 *Mater an teneatur reſeruare filiis prioris matrimonij proprietatem bonorum, quando tales filij ſunt deportati.*
6 *Maſculus qui ſubitò poſt mortem matris deceſſit, qualiter non impediat, quin fœmina in feudo ſuccedat.*
7 *In materia ſucceſſionum, paria ſunt non eſſe, vel à ſucceſſione excludi, num. 7.*
8 *Natus perfectè non dicitur ille qui ita intempeſtiuè natus eſt, vt viuere non poſſit.*
9 *Filius abortiuus non rumpit teſtamentum.*
10 *Nec reuocat donationem.*
11 *Nec facit deficere fideicommiſſum.*
12 *Conſuetudo deferens hæreditatem primogenito, non ſentit tantum de illo qui prius natus fuit, ſed de eo qui priore deficiente efficitur primus.*
14 *Frater Franciſcanus, vel delinquens. qui non ſucceſſit in maioratum, non facit gradum : & attenditur proximitas reſpectu vltimi poſſeſſoris, & non iſtorum.*
15 *Filius qui ſciſſo ventre matris natus fuit, an faciat gradum.*
16 *Authoris ſententia.*
17 *Proximior dicitur conceptus tempore conceptionis.*
18 Proximiorum *appellatione qui veniant.*
19 *Proximior quando vocatur, an nepos repræſentet patrem.*
20 *Filius quando & in quibus caſibus intret in perſonam patris, & num. 22. & 23.*
21 *Succeſſio iuris patronatus, & ſucceſſio primogenitura, qualiter differant.*
24 *Excluſus ſi ſit is qui eſt in primo gradu, an ille debeat admitti qui excluſit exiſtentem in primo gradu, ſi ſuperſit perſona media, à qua excluderetur.*
25 *Vocatio hoc modo concepta, voco illos de genere, aut parentelâ ; & hæc, voco genus aut parentelam, aut*, voco propinquiorem mei generis in gradu parentelæ, *qualiter differant.*
26 *Filius ſpurius aut naturalis an faciant deficere conditionem, ſub qua ſubſtitutus vocatus eſt.*

NOnò præſuppoſita veritate concluſionis, quam *in precedenti quæſtione* diſputaui, poſſeſſor bonorum maioratus deceſſit, vxore prægnante, quæ poſt mortem mariti peperit filium, qui non vixit viginti quatuor horas, iuxta id quod hodie requiritur per *l. 13. Taurinam*, hodie *l. 2. tit. 18. lib. 5. Recopil.* ad hoc vt non ſit abortiuus, & ſit legitimè natus ; quæritur an ſequens in gradu ad ſuccedendum in maioratu dicatur ille qui eſt proximior eius parenti, & qui in effectu fuit vltimus poſſeſſor bonorum maioratus. In quo puncto, quia ſemper intendo non morari niſi in neceſſariis, vel vtilibus, mihi videtur, quòd hic filius abortiuus † nullum
1 facit

facit gradum ; & ſucceſſio maioratus erit illius qui erit proximior patri illius filij abortiui.

Quòd primò probatur ex *l. vxoris abortu, C. de poſthum. hæred. inſtit. & ex l. 16. tit. 6. part. 6.* & ex *d. l. 13.* in quibus iuribus apparet, quòd filius abortiuus iudicatur tanquam ſi natus non fuiſſet, & ideò non eſt impedimento illi qui patri proximus erat ; quia non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum, *cap. non præſtat. de regul. iur. in 6. l. ſi ſtipuler, ff. de verborum obligat. cap. ſi verum, 31. quæſt. 2. cap. congregato, de elect.* cum *concordan.* & nihil, †
2 & inutile, æquiparantur ; *l. vltima*, vbi latè Iaſon, *ff. de iuriſd. omn. iudic.* Et paria ſunt aliquid non eſſe factum, vel inutiliter factum, & vitioſè, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.* cum *ſimilibus* : & facit illud elegans *conſilium Raphaelis Cumani 45.* quod retuli *in quæſtione 7. ſupra, eodem*; *in verſ. circa materiam, num. 43.* & quod ſcribit Guillelm. Benedictus *in cap. Raynutius, in verbo, mortuóque teſtatore, in 2. num. 72. de teſtam.* vbi dicit, quòd ſi is qui proximior eſt conſanguineus, eſt habilis ad ſuccedendum, quia fortè eſt deportatus, vel Franciſcanus,
3 † is non impedit ſequentem, qui ſcilicet proximior poſt eum eſt : hic enim (altero ſublato) proximior dicitur eſſe, ac primus hæres, æquè ac ſi neminem ante ſe haberet : & idem tenet Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. titul. de ſucceſſion. rubr. 7. §. 1.* verbo, *heritier habile*, refert Benedict. text. *in l. ſi qua pœna, ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* & *l. ſi poſt mortem, §. liberi, ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabul.* per quam dicit Bald. *in l. ſi quis prioris, §. talem, C. de ſecund. nupt.* non nocere alij eum qui inhabilis eſt.

Ex quo etiam infert, quòd ſi conſuetudo ſit ; vt primogenitus ex primo matrimonio ſuccedat in Baronia, ſintque ex multis matrimoniis filij ; ſed is qui ſolus erat ex primo matrimonio, fit inhabilis ad ſuccedendum, quia eſt Frater Minor ; is qui illum ſequitur, qui
4 eſt primogenitus ex ſecundo matrimonio ; † ſuccedet in Baronia tanquam primogenitus ; perinde ac ſi nullus ſit filius ex primo matrimonio : & ita dicit fuiſſe determinatum in Regno Apuliæ, cùm Ludouicus Regis primogenitus ſe ſe ſodalitio D. Franciſci dedicaſſet : & idem Baldus *in l. Deo nobis, colum. 4. in verſic. Quarto notabis, C. de Epiſcop. & Cleric.* Alexand. *in l. 1. §. qui habebat, ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabul.* Et eſt ad propoſitum quod de filiis deportatis ſcribit Bart. *in l. filius familias, §. cum quis, ff. de legat. 1.* quem ſequuntur communiter Doctores ſecundùm Antonium Gabrielem *tomo 2. communium opinionum, libro 4. titul. de fideicommiſſ. concluſ. 2. num. 76. pag. 248.* Et facit quod ſcribit Ripa *in l. fœmina, quæſt. 8. C. de ſecund. nupt.* vbi concludit, quod mater † non tenetur reſeruare filiis primi
5 matrimonij proprietatem bonorum quæ habuit à primo marito, vbi tales filij ſint deportati : notat Anton. Gabriel *tomo 2. commun. opin. lib. 3. tit. de ſecund. nupt. num. 27. pag. 218.* & facit text. *in cap. nam & ego : de verborum ſignific.* vbi vnigenitus dicitur qui fratrem habuit ; qui tamen eſt mortuus, quaſi videlicet natus non videatur, quia non duxauit : de qua re plura ſcribit Tiraquellus *in ſæpè citato tractatu de primogen. quæſt. 3. num. 6. cum pluribus ſequentib. pag. 73.* Ex quo loco ſumi poſſunt quæ hic deſiderantur ; cui adde text. *in l. qui mortui, ff. de verborum ſignific.* ibi : *Qui mortui naſcuntur, neque natinèque procreati videntur ; quia nunquam liberi appellari potuerunt* : licèt textus hic in contrarium reforqueri poſſit, quia in noſtro caſu viuus filius natus fuit, quamvis expiauerit ante viginti quatuor horas : ſed hic textus intelligendus eſt ſecundùm *dict. l. 13. Taurinam*, & alia iura *ſupra* citata.

Et faciunt etiam quæ ego ſcribo *in hac ſecunda parte huius operis, quæſt. 3.* vbi tractatur de ſucceſſione Monachorum in maioratu : & ſubſtitutio facta naſcituris filiis inſtitutis poſt mortem, perinde locum habet ſi non naſcantur, ac ſi naſcantur & moriantur, *l. qui ventri, ff. de ventr. inſpic. l. ab exhæredati, §. fin. ff. de legat. 1.* volunt Baldus *in l. fin. num. 7. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Ripa *in l. 1. num. 168. ff. de vulgar.* & alij quos citant Cephalus *in conſilio 380. num. 32.* Simon de Prætis *libro 3. de interpret. defunct. volunt. ſolut. 6. num. 51. fol. 251.* Et maſculus qui ſubitò poſt mortem matris deceſſit, † non cenſetur extitiſſe : & ſic non impedit 6
quin fœmina ſuccedat etiam in feudo, in quo ex legis conceſſione, ſi maſculus ſemel extiterit, vlterius fœminæ non admittuntur, Gloſſ. *in cap. 1. de ſucceſſion. feud. in gloſſ. penult.* & *in capite 1. §. quin etiam : Epiſcop. vel Abb.* vbi Iacobus de Belloviſo, Rayner. Nicol. de Neapol. Baldus, Martin. Laudenſ. Aluarot. & alij, (excepto Andrea de Iſernia) & alij vt per Gloſſam Pariſienſem *in prima parte conſuetudin. Pariſienſ. §. 27. quæſt. 1. num. 8. fol. 221.* Tiraquel. *in titulo de rebus in indic. exigend. verſic. 83. pag. 75.* Item in materia ſucceſſionum paria ſunt non eſſe in rerum natura, & eſſe, † ſed à ſucceſſione excludi, vt locum faciat filio ex- 7
cluſi, *l. 1. §. vltimo, ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabul. l. ſi necem, §. ſi deportatus, ff. de bonis libertorum*, ibi : *Si deportatus ſit, ideóque inhabilis ad ſucceſſionem, nepos admittendus eſt ad bonorum poſſeſſionem, nec ei impedimento eſt filius ipſius nepotis patroni ; quia is mortui loco habetur* : per quæ iura ita tenet Raphael Fulgoſius *in conſilio 102.* quòd ſi extant filij maſculi, & ſunt incapaces ; vel repudiant, admittitur fœmina, quæ aliàs non admitteretur : & faciunt quæ ſcribo *part. 1. q. 2.* vbi hoc latè tractatur.

Item perfectè † natus non dicitur qui ita intempe- 8
ſtiuè & immaturè natus eſt, vt viuere non poſſit, *l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat. homin. l. quod certatum eſt, C. de poſthum. hæred. inſtit.* vbi tota Scribentium ſchola, per *textum, ibi*, tenet, † quòd filius abortiuus non rumpit 9
teſtamentum : & probatur *in d. l. 16. tit. 6. part. 6.* & ideò Tiraquellus *in l. ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos, num. 205. pag. 391. C. de reuocand. donationib.* latè pluribus rationibus ſuſtentat, quòd talis filius non naturaliter natus, non reuocat donationem † virtute 10
illius legis : in quo loco latiſſimè tractat ex infinitis Authoribus, per quot menſes dicitur partus eſſe perfectus, & quantum temporis mulier poſſit eſſe prægnans, & alia plura ad intellectum eorum quæ hic tractantur ; quæ etiam conducunt ad intellectum textus *in d. l. Taurina* ; quia Tellus *in dict. leg.* de hac remiſſione non meminit, quæ eſt plenilima : quæ *d. l. 13.* (vt ſupra dixi) multum facit pro hac concluſione, maximè in illis verbis : *Pero ſi por auſencia del marido, ò por el tiempo del caſamiento, claramente ſe pronaſſe, que no nacio en tiempo, que no podia viuir naturalmente ; mandamos, que aunque concurran en el hijo las calidades ſuſodichas, no ſea auido por parto natural.* Et dicit Baldus *in dict. l. quod certatum*, quod de filio nato tali modo, quod viuere non potuit naturaliter, iudicatur idem quod de abortiuo ; quem ſequitur Patil. & Alexand. *ibi*, & eſt communis opinio ſecundùm Barthol. Socinum *in conſil. 273. In cauſa fratrum Andreæ. num. 20. libro 2.* vbi in terminis noſtris tradit, quòd filius natus tali modo, quod viuere † non potuerit ſecundùm iudicium 11
peritorum, habetur tanquam ſi natus non fuiſſet, & non facit deficere fideicommiſſum : quod eſt notabile conſilium in hac materia. Ad quod addo Matthæum de Afflictis *deciſ. 236. num. 4.* Iulium Clarum *libro 3. Recept. ſent. §. teſtamentum, quæſt. 45. num. 2. pagina 46.* & eſt etiam egregia *l. 8. tit. 33. part. 7.* ibi : *Dezimos, que los hijos que nacen muertos, ſon aſſi como no nacidos, ni criados : è por eſſo no ſe quebranta por ellos el teſtamento, que el padre ò la madre ouieſſen hecho.*

Hæc etiam opinio confirmatur ex eo quod dixit Gloſ. Pariſ. *in conſuetudin. Pariſien. §. 8. num. 11. fol. 104.* vbi dicit, quod conſuetudo † deferens hæreditatem, 12
primogenito, excluſo ſecundogenito, non ſentit præcisè de illo quem in rerum natura prius natum eſſe certum

est; sed etiam de illo qui fuit posterior natu: sed priore deficiente, efficitur primus. Quod confirmatur ex sententia Bartoli, & Baldi, *in authentic. ex testamento, C. de secund. nupt.* qui volunt, quòd mater non tenetur reseruare filiis primi matrimonij, quæ habuit à primo marito, si fuerint suscepti filij in tempore transitus ad secunda vota: & idem vult Baldus *in consilio 153. In primo dubio, lib. 5.* & alij quos citat Anton. Gabriel *tom. 2. commun. opin. lib. 3. titulo de secund. nupt. conclus. 1. num. 23. pagina 218.* & idem concludit *num. seq.* esse quando tempore matrimonij extarent, sed tem-
13 pore mortis matris iam decessissent: & inhabi is † non facit numerum, sed habetur pro mortuo, vel nullo, vt est textus *in dict. l. 1. §. vltimo, ff. de bonorum possessione contra tabul.* deduxit Glos. Parisiens. *vbi supra, num. 27. fol. 106.* Ex quibus omnibus clarè apparet veritas prædictæ sententiæ.

14 Et ex his etiam infertur, quòd Monachus sancti Francisci, vel hæreticus, aut sodomita, vel ille qui commisit crimen læsæ maiestatis, per quod fuit inhabilis ad successionem maioratus; nullum facit, nec constituit gradum, si anteaquam ius primogenituræ illi delatum fuit, Monachus fuit factus, vel commisit aliquod de prædictis criminibus; secùs si ante commissum crimen ius illi delatum fuit, & possidebat bona maioratus: quia tunc facit gradum & numerum. Ad quod faciunt quæ scribo *in prima parte huius operis, dict. quæst. 1.* Et in primo casu, quando ius primogenituræ delatum non fuit propter prædictas rationes, attenditur proximitas respectu vltimi possessoris, non istius qui in effectu non successit, nec fuit capax ad succedendum in maioratu. De quo legenda sunt quæ scribo *supra, quæstione 7.* Quando autem post successionem, & ius iam illi delatum, fuit factus Monachus, vel commisit delictum; tunc proximitas attenditur respectu huius, qui in effectu habuit possessionem, & ius incorporatum, quod illi ablatum fuit per monachationem, vel delictum: quæ sunt memoriæ mandanda. Quibus iungo quæ scribo *in quæstione tertia, supra hac parte in versic. Supposita:* & secundùm prædicta intelligenda & moderanda sunt quæ scribit Parisius *in consil. 146. num. 13. cum sequentib. libro 4.* vbi de istis tractat; & an filius qui mortuus fuit, præsumatur natus fuisse in quinto, vel sexto mense, vel septimo.

His aliud dubium proximum est, an filius qui scisso
15 ventre matris fuit natus, † succedere possit in maioratu, & faciat numerum vel proximitatem? Dubium facit *l. anniculus, §. amittitur, ff. de verborum significatione*, cuius hæc sunt verba: *Falsum est eam peperisse, cui mortua filius exsectus fuit:* quem textum commendat Gloss. *in l. ea mulier, ff. eodem titulo*, Angelus, Paulus, Alexand. & Iason *in l. quod dicitur, ff. de liberis & posthumis*, qui ferè omnes dicunt, quòd legatum factum mulieri, si pepererit filios, non obtinet quando nati fuerunt secto matris vtero: & id dicit Baldus procedere in omni conditione, si pepererit filios, secundùm Baldum *in l. Arethusa, ff. de statu hominum*, & alij, vt per Carolum Ruinum *in l. Gallus, §. & quid si tantum, colum. 24. ff. de liberis & posthumis, in versic. Octauo & vltimo quæro.*

Quibus non obstantibus (quæ verè in substantia
16 non obstant) contrarium in nostro proposito † dicendum est, per text. *in dict. l. quod dicitur*, ibi: *Quod dicitur filium natum rumpere testamentum, natum accipe, etsi exsecto ventre editus sit.* Ad idem est text. *in l. 1. §. sed si matris, ff. ad Tertullianum*, cum *concordant.* quæ refert Tiraquel. *in dict. l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, num. 139. cum aliis, pagina 168.* Et pro hac opinione facit *dict. l. 13. supra citata*, vbi filius est legitimè natus, & non abortiuus, concurrentibus illis quæ in prædicta lege continentur. Et pro hoc dicto etiam facit doctrina Iacobi de Ardizo, *in titulo de succes. feudi, sub rubric. vbi frater succedat fratri*, vbi per textum *in dict. l. quod dicitur*, tenet, quòd exiliens à ventre secto matris, succedit in feudo; quem sequitur Curtius *in tract. de feud. part. 3. quæst. 14. fol. 29. col. 1.* quos adde ad Tiraquel. *vbi supra.* Ad ea autem quæ in contrarium faciunt respondet Tiraquel. *vbi supra.* Ex quibus infertur, quòd hic filius excisus à ventre matris, dummodo in eo concurrant quæ habentur *in dicta lege* facit proximitatem & gradum, si decedat post viginti quatuor horas. Quando autem, & in quibus casibus substitutio facta in defectum liberorum habeat locum, si nulli filij nascantur, vide plenissimum *consilium* Menochij 326. *libro 4.* qui refert opiniones antiquorum & modernorum, ita vt nihil ei addi possit. Et quòd 17
† proximior dicatur conceptus tempore conceptionis, probatur *in l. 1. §. si quis proximior, ff. vnde cognati:* & *in l. filius, in fine, cum duabus legibus sequentibus, ff. de suis & legitim. hæred.* tradunt Signorol. *consil. 1. colum. penult.* Quintilian. Mandos. *in tractatu de stat. minor. cap. 2. num. 13. fol. 5.*

Sed quando in *proximorum* materiam ventum est, quia necessarium est pro intellectu huius materiæ, vide text. *in l. dudum, C. de contrahen. empt.* vbi Glossa dixit, proximos esse consanguineos, vbi *Baldus*, & est textus *in l. quamvis adulterij, C. ad legem Iuliam, de adulter.* & *in l. 1. C. de mulieribus qua prop. ser.* De quo qui plura scire cupit, legat *Tiraquellum*, qui semper & vbique omnes dicendi copia vincit, *in libro 1. de retract. §. 1. glos. 9. num. 15. cum sequent. pagina 131.* & *libro eodem, §. 11. glos. 1.* & 2. & Bald. *cons. 271. lib. 3.* Alex. *in addition. ad Bartolum, in l. si Tertius, in principio, ff. de aqua pluu. arcend.* Decius *in l. si bonorum, fol. 71. C. qui admitti:* Episcop. Couarru. *in epitome de sponsalib. part. 2. cap. 6. §. 6. fol. 65. num. 1. cum sequent.* Et proximiorum appellatione veniunt † masculi, & etiã 18
fœminæ, secundùm Angelum *in cons. 288. Viso facto*, & sequuntur Decium *in cons. 169. Consultus ab illustri:* & Parisius *in cons. 89. In præsenti causa, n. 40. lib. 2.*

Et circa hæc, est etiam sciendum, quòd licèt regulariter nepos repræsentet patrem, non tamen † hoc 19
procedit, quando fit mentio de proximiore, *l. si libertus præterito, §. si libertus, ff. de bonis libertorum*, facit *l. iubemus, in principio*, iuncto *§. vltimo, C. ad Trebellianum*, & quod ibi notat *Baldus.* Ex quo sequitur, quòd quamvis in vocatione maiorauum filius repræsentat, & intrat in locum patris, vt patet ex *dict. l. 40. Tauri*, dispositio *dictæ legis* non habet locum, vbicumque proximior vocatur ad successionem maioratus, vt tenent Episcop. Couarr. *in pract. qq. cap. 38. num. 4.* Anton. Gomez *in l. 40. Tauri, num. 41.* licèt isti duo hoc non decidant in bonis maioratus: & in terminis *legis 40. Taur.* Greg. Lopez *in l. 2. tit. 15. part. 2. in gloss.* El mas propinquo, *fol. 47. colum. 1. vers. Sed quid si aliquis.* Costa *in tract. de succes. Regni Portugall. nu. 21. pagina 401.* Alvar. Valascus *de iure emphyteu. quæst. 50. num. 36.* Caldas Pereira qui receptam sententiam vocat, & plures citat *in tract. de nominat. ad emphyteu. quæst. 17. num. 24. fol. 187.* Octauian. Cacheran. *cons. 72. num. 10.* Anton. Petra qui refert Episcop. Couarru. *in tract. de fideicommiss. quæst. 11. num. 53. pagina 248.* Decius *in cons. 1. in fine, vers. 4.* Parisius *cons. 30. num. 59.* & *cons. 40. num. 17. lib. 2.* Portius *cons. 128. colum. 3.* Franciscus Mantica *de coniectur. mente defunct. lib. 8. tit. 9. num. 10. pagina 339.* vbi latè tractat materiam, quando & in quibus casibus filius † intret in locum 20
patris; Chassan. *in cons. 53. num. 18.* Anchatr. *cons. 82. num. 17.* & *cons. 95. num. 3.* Bald. *cons. 334. num. 3. lib. 3.* Menoch. *cons. 269. num. 49. lib. 3.* Parisius *cons. 37. num. 44.* & *75. lib. 2.* eleganter Curtius Iun. *in cons. 264. num. 34. cum sequent. lib. 2.*

Et quòd in successionibus quæ iure hæreditario non deferuntur, non admittatur repræsentatio, per text. *in dict. §. si libertus*, & *l. tutela, §. si duo, ff. de legit. tutor.* tradit

tradit Molina *lib. 3. de primogen. cap. 6. num. 40.* & *n. 46. fol. 52.* Pro quo faciunt scripta per Portium *in cons. 54. num. 24.* & per Petram *de fideicommiss. quæst. 11. nu. 100. pag. 252.* & disputat Mena *in addition. ad Gamam, decis. 308.* & *decis. 174.* in quibus locis legi debet omnino *ipse Gama*, & Gregorius Lopez ita limitat *dictam l. 40. Tauri*, & alij ex iam relati hoc sentiunt etiam in bonis maioratus: in aliis tamen dispositionibus, & relictis, quæ proximioribus ex variis testatorum vltimis voluntatibus deferuntur, receptum est, quòd filius non intrat in locum patris: quod est notabile ad intellectum textus *in dict. l. 40.* & ad plures vltimas voluntates: quod post Baldum, Cumanum, Florian. Angelum, Aretinum, concludit Decius *in l. 1. num. 19.* concludentes, quòd licèt in dispositione legis, vel statuti, filius intret in locum patris, secùs in dispositione hominis, quos citat Menochius *in tract. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 46. num. 45. pag. 52.* de quibus doctrinis oblitus fuit Anton. Gabr. (de quo mirandum est) *lib. 4. commun. opin. tit. de fideicommiss. conclus. 3. num. 1. cum sequent. pag. 249.* vbi resoluit materiam, quando filius intret in locum patris in fideicommissis: & pro *Decio*, & aliis faciunt scripta per Parisium *cons. 20. num. 27. cum seqq. lib. 2.*

Licèt contrarium, quod ex vocatione *proximiorum*, non excludatur repræsentatio, tam in successione maioratus, quàm in successione emphyteusis iuris patronatus, & anniuersarij, teneat neruosè Molina *libro 3. de primogen. cap. 7. num. 17. cum sequent. fol 59.* & *cap. 8. num. 11. cum sequent. fol. 64.* & nouissimè Anend. *in l. 40. Taur. glos. 20.* & *vlt. num. 21. fol. 139.* Menoch. *in cons. 357. num. 27. lib. 4.* & *in tract. de præsumption. lib. 4. præsumpt. 95. num. 21. fol. 179.* vbi refert & sequitur Molinam *in dict. cap. 8.* quo in loco per totam præsumptionem tractat materiam istam. Et quando filius repræsentet patrem? de quo est egregium *consilium* Portij 8. *per totum*, & quod nouissimè scribit Ioan. Guttierrez *lib. 3. quæst. Practic. quæst. 67.* vbi latissimè disputat quæstionem, & tenet istam secundam opinionem, *num. 18. cum sequent. pag. 587.* Et quòd magna
21 sit differentia inter successionem iuris † patronatus, & successionem primogenituræ, resoluit Tiraquellus *in tract. de primog. dict. quæst. 40. nu. 154.* & *155. pag. 296.* quem citat Menochius *cons. 201. nu. 78. lib. 3.* Pro quibus facit, quòd filius repræsentat patris personam,
22 † etiamsi testator faciat vocationem ex istis verbis, *Proximiores meos*, vt volunt Baldus *cons. 487. num. 3. lib. 3.* Alex. *cons. 88. num. 2.* quod repetitum est *consil. 137. lib. 1.* Iason *cons. 159. n. 2. lib. 4.* Carolus Ruinus *cons. 171. num. 12. lib. 2.* qui tenet contrarium in dispositione testatoris, Anton. Gabriel *dict. lib. 4. commun. opin. tit. de succes. ab intest. conclus. 1. num. 4. pag. 264.* Cephalus *in consil. 537. num. 14. lib. 4.* qui alios citat, & *cons. 465. num. 13.* & *cons. 489. num. 59. eodem libro*, Tiber. Decianus *cons. 1. nu. 349. lib. 1.* & *in cons. 9. nu. 5. lib. 2.* Menochius *cons. 211. num. 75. cum sequent. lib. 3.* Tiraquellus *in tract. de primogen. quæst. 40. num. 22. pagina 271.* Pro quibus est sententia illorum qui tenent, quòd *d. l. si libertus præterito*, loquitur in iure patronatus libertorum, quod est impersonale: inter quos sunt Ioan. Faber, Angel. & Christophor. Portius *in §. item, cum filius, Instit. de hæredit. quæ ab intest. deferun.* Iason *in l. si ante, num. 5. C. de iur. deliberan.* & *in l. si duo, in fin. num. 7. ff. de iureiuran.* Tiraquellus *in tract. de primogen. dict. quæst. 40. num. 152. 153. 159.* & *160. pagina 296.* Anton. Gabriel *lib. 4. commun. opin. tit. de success. ab intest. conclus. 1. num. 31. pag. 265.* Menochius *dict. cons. 211. num. 79.* & quòd per hoc verbum, *Proximior*, non excludatur repræsentatio, voluit Cifuentes *in l. 70. Tauri, quæst. 7.* & quòd *in dict. l. si libertus præterito*, sit casus specialis in iure patronatus, tradit etiam Nicolaus Boerius *in consuetudin. Aurelian. tit. de success. cap. 3. pagina 89. col. 2. vers. Item tertiò fallit.* Quam
vltimam opinionem † semper tenui, & vidi practicari 23
in hac Regali Audientia, & audiui idem fieri in Audientia Vallisoletana: quam etiam tenet nouissimè Ahumada *in l. 2. titulo 15. part. 2. glossi. 17. num. 10. fol. 148.* & idem sequitur hoc referens Ioan. Guttierrez *quæstion. practic. lib. 3. quæst. 66. num. 35. pagina 582.* & latiùs tractat *in quæst. 67. seq.* & punctum & quæstionem latè tractat Castillo *lib. 3. quæstion. forens. cap. 19. num. 1. cum sequent.* Et qualiter in emphyteusi fiat repræsentatio, vltra Tiraquel. *de primogenit. quæst. 40. num. 21.* Valasc. *dict. quæst. 50. nu. 5.* legendus est Caldas Pereira *in tract. de nomin. emphyt. quæst. 22. num. 15. fol. 255.* & Menoch. *dict. præsumpt. 95. num. 43.* & quæ de materia refert nouissimè Mena *in additionibus ad decisionem Gamæ 386.*

Et est notandum in ista quæstione; quòd si ille, qui est in primo gradu successionis maioratus, propter aliquam causam sit excusus, ille debeat admitti, qui excludit exsitentem in primo gradu, licèt supersit persona 24
† media, *leg. aquissimum, ff. ad Tertullianum*, & *in l. 2. §. si sit agnatus.* & *§. si sit consanguineus, ff. eodem tit.* & subtiliter hunc articulum scribit Bartholom. Socinus *in cons. 202. Circa secundam quæstionem*, maximè *in num. 2. lib. 2.* Et hunc punctum etiam rectè tradit Campegius *in tractatu de dote, part. 5. quæst. 48. n. 2. fol. 121.* vbi ponit distinctionem, & idem Barthol. Socinus *in consil. 28. num. 4. cum aliis, lib. 4.* vbi exponit illam regulam, si vinco vincentem te, à fortiori vincam te. De qua materia scribunt Parisius *consil 47. lib. 3.* Ægidius à Bellamera *consil. 32. decis. Neapolit. 21.* & latissimè Anton. Gabriel *libro 4. commun. opin. dicto titulo de successione ab intestat. conclus. 4. num. 1. cum sequentibus, pag. 267.* Socinus *in dicto consil. 202. col. 2.* scribit, An & quando mater excluditur fauore agnatorum, an illud quod aufertur à matre, agnato applicetur, licèt alius supersit qui ex gradus prærogatiua agnato præfertur? & plura tradit in hac materia scitu digna, & necessaria: & traditur per eundem Socinum *in dicto consilio 202. ante numerum 1.* & *per totum, lib. 2.* In materia etiam præsentis quæstionis ad memoriam est repetendum, quod eleganter fundat Aymon. *consil. 180. num. 2. cum sequentib.* vbi tradit, quod licèt verum sit, quod si plures vocantur nomine collectiuo, putà, *familiæ*, aut *agnationis*, censeantur vocati omnes, & primi proximiores, deinde cæteri, secundùm DD. *in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & posthumis*, cum *concordantibus*, secus est quando vocatur *propinquior de genere*: quia ille tantum censetur vocatus. Nec sunt paria dicere, *voco illos de genere*, seu *parentela*: seu *voco genus*, 25
† aut *parentelam*, & voco *propinquiorem mei generis in gradu parentelæ*: quia primo casu habetur affectio simpliciter ad omnes de parentela, aut de genere, cum indefinita æquipolleat vniuersali; secus in secundo casu, quando vocatur propinquior de genere: quia tunc non habetur simpliciter respectus ad genus, sed ad vnum propinquiorem de genere. In materia etiam præsentis quæstionis, & instituti, animaduerto ad extraordinariam doctrinam Cornei *in cons. 91. col. 2. lib. 1.* & *in consil. 202. num. 9. lib. 3.* Barthol. Socini *in consil. 182. col. 2.* & *in fin. lib. 2.* volentes, quod spurius filius, & naturalis, licèt non succedant, faciunt † defi- 26
cere conditionem sub qua substitutus vocatus est: Et idem volunt Carolus Ruinus *in cons. 152. num. 4. lib. 2.* Socinus Iun. *in cons. 168. num. 44. lib. 2.* Menochius *in cons. 95. num. 65.* & *66. lib. 1.* quod in praxi est necessarium, sed periculosum in ista materia.

QVÆSTIO X.

Filius in quem pater fecit maioratum, ſi moriatur ante acceptationem, an nepos admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Primo gradu ſubſtitutionis peremptо, cæteri an pereant, proponitur & diſputatur à num. 1. & num. 3. 4. 5. & reſolutio uſque ad num. 14.*

2 *Gradus an limitentur in caſu quo eueniat conditio primæ ſubſtitutionis.*

6 *Pater ſi meliorauit filium in Tertio, & in illius locum alium ſubſtituit, & melioratus vivo teſtatore deceſſit, melioratio non efficitur caduca, & num. 10.*

7 *Pater ſi impuberem filium hæredem inſtituit, & pupillariter ſubſtituit Titium, & quandocumque deceſſerit Titius, ſubſtituit ei Sempronium; & Titius ante pupillum moriatur, & poſtea pupillus, admittitur Sempronius, & num. 8.*

9 *In donatione, in qua continentur plures gradus ſubſtitutionum, tot dicuntur ſubſtitutiones quot perſonæ contenta in donatione, & num. 11.*

12 *Verba*, De vno in alium reuertendo, *quid operentur.*

13 *Intellectus ad* l. 27. Tauri, *hodie* l. 11. tit. 6. lib. 5. Recopil.

14 *Fideicommiſſum conditionale an transferatur quando factum eſt in contractu.*

DEcimò, circa hanc partem ſucceſſionum maioratus, quæro: Pater fecit maioratum in vnum filium, qui tamen talem maioratum non acceptauit, quia ante acceptationem mortuus fuit, & remanſit filius ex hoc filio primogenito nepos inſtitutoris; quæritur, an hic nepos admittatur propter ſubſtitutionem factam in illius fauorem. Nam videtur, quod cum ille filius mortuus ſit ante acceptationem, fuit peremptus primus gradus † ſubſtitutionis: & in conſequentiam alij ſequentes defecerunt, *l. nam etſi ſub conditione, §. 1. ff. de iniuſt. rupt. & irrit. fact. teſtamen. l. denique, eodem tit.* ibi; *Gradu enim rupto, & infirmato, amplius hæreditas obtineri non poteſt*: explicat Bartholom. Socinus *in conſil. 62. Viſo capitulo ſubſtitutionis, num 7. libro 3.* & conducit *conſilium* Alex. 139. *num. 4. lib. 6.* vbi dicit, quod in ſubſtitutione, in qua poſt multos gradus erant verba, *quod bona remanerent propinquioribus, & ſic ſemper de gradu in gradum, & quod nunquam recederent de parentela*; decidit, quod deficiente primo gradu, cæteri omnes deficiunt. Et quod omnes gradus † ſunt limitati, & facti in caſu in quo eueniat conditio primæ ſubſtitutionis; per *l. poſt additam, C. de impuber. & aliis: & l. ex facto, §. penult. ff. ad Trebellianum*, & notatur per Iaſonem *in l. ſi quis, num. 5. & 6. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* ad quos alios DD. refert Gloſ. Pariſienſ. *in conſ. 1. pro Duce de Villahermoſa, num. 104. pagina 77.* & plures citat Menochius *in conſil. 85. num. 47. lib. 1.* & eſt bonus textus *in l. 9. tit. 7. part. 6.* vbi Gregorius Lopez *in gloſ.* Entendieſſe, & *in l. ſi ex pluribus, in 2. reſponſ. ff. de ſuis & legitim. hæred.* & quæ ſcribit Celſus in materia primogenituræ *in conſ. 20. num. 16. & 53. & 56.* Cephalus *in conſ. 380. num. 11. libro 3.* in bono caſu Petra *de fideicommiſ. quæſt. 6. num. 7. pagina 81.* faciunt ſcripta per Theſaurum *deciſ. 86. & deciſ. 96.* Burſatum *in conſ 97. num. 7.* vbi ponit doctrinam, quod ſi moriatur † inſtitutus, vel ſubſtitutus ante teſtatorem, inſtitutus, vel ſubſtitutus non admittitur defecto primo gradu, per *legem, quamdiu*, vbi Romanus *ff. de acquirend. hæredit.* qui ex Oldrado *in conſilio 20.* & aliis quos refert, limitat, quod ſecundus ſubſtitutus admittitur compendioſè, mortuo primo ſubſtituto: & facit textus *in l. nam etſi miles, ff. de iniuſt. rupt. irritóque fact. teſtament.* vbi ponitur pro caſu ſpeciali in milite, quod ſi miles aliquem fecerit hæredem, rupto primo gradu, qui valet iure militari, qui dependet ex eo non rumpitur: notatur per Pariſium *conſ. 74. n. 12. libro 2.*

Contraria † opinio perſuaderi poteſt ex textu *in l. 3. §. vltimo, ff. de liber. & poſthum.* ibi: *Si ita teſtatus ſit paterfamilias, vt à primo quidem gradu filium præteriret, à ſecundo ſolo exhæredaret; Sabinus, & Caſſius, & Iulianus putant, peremptо primo gradu, teſtamentum ab eo gradu exordium capere, vnde filius exhæredatus eſt.* Vbi eſt *Gloſſa* notabilis ad propoſitum, *in verbo. Filium*, quæ dicit, quod vbicunque ſecundus gradus pendet ex primo, vitiatur ſecundus: ſecus ſi poſſit ex ſe ſubſiſtere, vt latiùs *dicta Gloſſa* exponit, hoc modo intelligendo textum *in d. l. nam etſi ſub conditione: ff. de iniuſto, rupto*, & illam Gloſſam ſequuntur ibi *Bart.* & DD. antiqui, & moderni, ſecundùm Iaſonem *ibi, num. 6. in fine*, vbi Bartholom. Socinus *num. 4.* hanc opinionem defendit; vbi dicit, quod quando deficit primus gradus, ex impotentia adeundi, vel voluntate inſtitutorum, quibus caſibus habet locum ſubſtitutio, vt per Bart. *in l. 1. quæſt. 2. ff. de vulgar. num. 18.* & tunc ſecundus gradus non rumpitur: quia illud quod eſt cauſa incluſionis ſecundi gradus, non debet eſſe cauſa excluſionis, *l. 3. §. ſi emancipatus, ff. de contra tabul.* Aliquando gradus primus rumpitur, quando ſecundus pendebat à primo: & tunc deficit ſecundus gradus: in cuius diſtinctionis confirmationem plura ſcribit Roland. *conſ. 59. num. 20. cum aliis, libro 3.* ex facto conſultus in quadam vocatione ſecundogeniti, in excluſionem primogeniti: & tradit etiam Menochius *conſil. 106. num. 376. libro 2.* Hieron. Gabriel *conſ. 95. num. 19.* & plures citat Menochius *conſ. 215. num. 3. libro 3.*

Ex † quo ad propoſitum noſtrum infertur, quod cum ius ſuccedendi nepoti in maioratu non dependeat à patre, ſed ab eo qui fecit ſubſtitutiones in fauorem filij & deſcendentium, quamvis mortuus ſit filius, non deficit ius ſubſtitutionis in illius fauorem introductum, & ab auo conceſſum. Pro qua concluſione eſt doctrina Baldi *in conſ. 441. Teſtator, lib. 4. & in conſ. 170. Quidam Nicolaus, lib. 5.* vbi vult, quod ſi ſubſtitutus eſt vocatus ſub conditione, *ſi filius ſine liberis deceſſerit*, admittitur, etiam ſi inſtitutus decedat vivo teſtatore: tradunt Calcaneus *in conſ. 103.* Decianus *in conſ. 1. num. 91. & 93. lib. 1.* Menochius *in tractatu de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 65. num. 11. fol. 94.* Et pro hac noſtra ſententia multum facit ratio & deciſio *l. 1. tit. 4.* De los teſtamentos; *lib. 5. Recopil. in verſ. E ſi algunos* Ad quæ addo notabilem *deciſionem Guidon. Pap. 531.* vbi reſoluit quando ſubſtitutio facta in perſona vnius, cenſeatur repetita in perſona alterius ſibi coniuncta; & an efficiatur caduca? & eſt in propoſito egregia quæſtio: Et inquit Bart. *in d. l. 3. §. vltimo, num. 2.* quod quando eſt defectus ex parte inſtituti in primo gradu, indiſtinctè teſtamentum incipere poteſt à ſecundo gradu, ſiue primus nolit eſſe hæres, *l. iam dubitaui, ff. de hæredib. inſtituen. l. cum proponas, C. eodem tit.* ſiue primus ſit excluſus tempore, *l. quamdiu, ff. de acquir. hæredit.* ſiue ſit excluſus morte, *l. 1. §. pro ſecundo, C. de caduc. tollen. l. Thais, §. Splendophorus, ff. de fideicom. liber.* notat Decius *in conſ. 529. n. 4.*

Et pro hac opinione, poſtquam hæc ſcripſi, reperi elegantem doctrinam Peraltæ *in l. Celſus, in principio, num. 13. pag. 314. ff. de legat. 2.* vbi dicit, † quod ſi pater melioret aliquem ex filiis in Tertio, vel extraneo relinquat quintam bonorum partem, & in illius locum, vel defectum ſubſtituat alium vulgariter, vel coniunctim, detur

detur alius collegatarius in melioratione, & alter melioratus vivo teſtatore deceſſit, talis ſubſtitutio, vel coniunctio non efficitur pro non ſcripta, caduca, vel quaſi caduca: ſed ſubſtitutus admittitur, vel coniunctus ad partem meliorationis deficientis, argumento text. *in d. l. vnica, §. in primo, & §. ſeq. C. de caduc. toll.* & Gloſ. *in d. l. Celſus.* Ex quibus iuribus ſecundùm *Albericum* colligitur, quòd ſubſtitutio facta in legato non extinguitur: licèt is cui facta eſt, moriatur vivo teſtatore, ſiue ante teſtamentum, ſiue poſt: Et ibi tradit, quid in ſubſtitutione pupillari? cui addo Decium *in conſ. 427. Licet in caſu propoſito, num. 7. & in conſ. 25.* Barthol. Socinus *in conſ. 63. Viſo capitulo, num. 3. lib. 3.* & Pariſ. *in conſ. 18. num. 38. & conſ. 44. lib. 2.* qui tenent, quod quando ſubſtitutiones ſunt poſitæ de per ſe nec ſubordinantur ab ea, nec ab ea dependent, prima caducata, cæteræ non ſunt ſublatæ; & faciunt plura quæ nouiſſimè ſcribit Anton. Peregrinus *in tract. de fideicommiſ. art. 15. num. 16. cum ſequent. fol. 136.* Et pro iſta doctrina *Peraltæ* eſt in terminis ſententia Alex. *in conſ. 123. num. 4. lib. 1.* vbi inquit, quòd ſi Ambroſius reliquit in teſtamento villam *Sardoni* filio ſuo primogenito Philippo, & poſt eius obitum filio primogenito eiuſdem Philippi, & Philippus vivo teſtatore deceſſit, admittitur Ioannes filius Philippi ex ſubſtitutione vulgari: quia filius non potuit habere ius primogenituræ, per *d. l. vnicam, §. 1. in principio, & §. pro ſecundo, C. de caduc. toll.* & *l. ab omnibus, §. cum quidam, ff. de legat. 1.* & alia iura ſuprà citata: & pro iſta opinione eſt notabilis textus *in l. 1. §. & cum triplici, C. de caduc. tollen.* & quod ſcribunt Roman. *conſ. 438. verſ. quoad quartum*, Paulus de Caſtro *conſ. 16. lib. 2.* Alex. *conſ. 13. lib. 4.* & alij, vt per Aliatum *conſ. 594. num. 1.* volentes, quod ſubſtitutio de eo qui natus non fuit, habetur pro non ſcripta, & ius deuoluitur ſubſtituto. Et pro hac opinione, eſt textus notabilis *in l. 21. tit. 3. part. 6.* & conducunt ſcripta per Peraltam *in l. hæredem, nu. 90. ff. de legat. 2.* D. Anton. de Padilla *in l. eam quam, n. 121. C. de fideicom.* & quæ ſcribit Ioan. Garcia *in tract. de tacito fideicommiſſo, n. 33. pag. 18.*

Pro hac etiam opinione rectè venit doctrina Bartoli *in dict. l. quamdiu, ff. de acquir. hæredit.* vbi dicit, quod ſi teſtator filium † ſuum impuberem hæredem inſtituit, & ei pupillariter ſubſtituit Titium, & quandocumque deceſſerit Titius, ei ſubſtituit Sempronium; & contigit quod Titius ante filium pupillum moriatur, & poſtea decedat pupillus, quod poterit Sempronius, peremptо primo gradu, ad ſubſtitutionem admitti: & idem tenent Bald. Angel. Imol. Paul. & Aretin. & idem Paulus *in conſ. 152. Præſens dubium: lib. 1.* Guid. Pap. *in deciſ. Delphina, 550.* Iaſon *in l. 11. col. 5. num. 28. ff. de vulgar. & pupillar.* & alij plures quos refert Gloſ. Pariſ. *in addition. ad Alexand. in conſ. 1. litera A, lib. 1.* Andreas Gaill. *obſerv. lib. 1. obſervat. 136. num. 3. pagina 250.* quos adde ad Tellum *in l. 27. Taurina, nu. 19. in verſ. ſed vlterius*, vbi refert Bart. *in dict. l. quamdiu*: Marzarius *in tract. de fideicommiſ. part. 2. quæſt. 25.* Palacius Rubeus *in eadem 27. num. 74.* Barthol. Socinus *in conſ. 37. num. 10. lib. 1.* Alexander *in conſ. 1. num. 1. & 2. lib. 2.* Molina *lib. 3. de primogenit. cap. 3. num. 4. cap. 6. num. 39. fol. 52.* & communis opinio ſecundùm Decium *in conſ. 427. nu. 9.* & Bartoli opinio *in dict. l. quamdiu*, eſt communis ſecundùm Aymonem *conſ. 295. num. 1.* vbi tradit, quod omnes gradus ſubſtitutionis ſunt fideicommiſſarij. Et opinio *Bartoli* eſt vera & communiter approbata, ſecundùm Iaſonem *in conſ. 148. col. 4. verſic. ſeptimò pro iſta parte, lib. 1.* qui eſt legendus ad iſtam materiam, quia plura ſingularia ſcribit; & Bartolum ſequitur Alex. *conſ. 139. nu. 5. lib. 6.* Curtius Iun. *conſ. 83. num. 4. & conſ. 135. num. 2. cum ſequentibus*, & Corneus *in conſ. 298. nu. 2. lib. 3.* latè Pariſius *in conſ. 73. à num. 26. vſque in finem, lib. 3.* Idem *conſ. 18. nu. 45. lib. 2.* Socinus Iunior *in conſ. 42. nu. 13. per totum, & in conſ. 102. nu. 34. & in conſ. 114. nu. 28. lib. 1.* Alciatus *in l. coheredi, in principio, nu. 7. ff. de vulgar. & libro 3. de verbor. ſignific. in verſ. ſecundum axioma; & in reſponſ. 250. nu. 10. & 547. nu. 1. cum ſequent. & 529. nu. 9. & 572. nu. 4.* & eſt communis opinio ſecundùm eundem *in conſ. 575. nu. 5. & in conſ. 508. nu. 4. in verſ. fortius intelligunt*; & idem *in reſponſ. 487. num. 3.* & idem fatetur *in d. l. coheredi*, & plures citat Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 10. nu. 63. pagina 294. ff. ad Trebellianum*, & faciunt quæ ſcribit idem Zanchus *in eodem §. part. 2. nu. 86. pagina 38.* Theſaurus *dict. deciſ. 86.* & quæ eleganter ſcribit Curtius Iun. *in conſ. 83. nu. 1. cum ſequentibus.* Et ad hanc opinionem plures citat nouiſſimè Anton. Theſaurus *deciſ. Pedem. 270. nu. 30.* Ad quos omnes addo egregium *conſilium* Grati 98. *nu. 2. lib. 2.* vbi declarat Menochius *in conſ. 226. nu. 34. cum ſequent. lib. 4.* Et legenda ſunt quæ contra opinionem Oldradi *in conſ. 21.* citat Mena *in addition. ad Gamam, deciſ. 225.* & per doctrinam Bartoli *dict. l. quamdiu*, reſoluit Curtius Iun. *in d. conſ. 83. nu. 11. lib. 1.* quod deficientibus primis ſubſtitutis, admittitur Hoſpitale tertio loco ſubſtitutum, ex Alex. *conſ. 1. lib. 1.* Et hoc eſt tenendum contra Oldradum *conſil. 141.* & alios plures, quos citat Aymon *conſ. 283.* & opinio *Oldradi* eſt communiter reprobata ſecundùm plures, quos citat Zanchus *in dict. §. cum ita, part. 2. nu. 25. & 29.* quæ ſeruiunt ad deciſionem quæſtionis maximi momenti, quæ in hac Regali Audientia contigit: Mater filium † meliorauit cum grauamine, quod ſi ſine liberis deceſſiſſet, haberent Tertium, & Quintum alij duo filij: vnus ex quibus deceſſit filiis relictis, antè quàm filius melioratus deceſſiſſet, & veniſſet dies fideicommiſſi; fuit dubitatum an nepotes teſtatricis admitti poſſint ad ſucceſſionem meliorationis ſimul cum patruo? an patruus tantum omnem meliorationem habere debeat? Et pro deciſione iſtius quæſtionis, quæ in praxi contigit, legendus eſt etiam idem Zanchus *in d. part. 2. nu. 85.* Simon de Prætis, qui plura ad propoſitum notanda ſcribit *lib. 3. de interpretan. defunct. voluntate, dubit. 4. ſolut. 2. nu. 15. fol. 333.* vbi inter alia reſoluit ſubſtitutionem in iſto caſu eſſe fideicommiſſariam: quod tradit in vocatione primogenitorum Rebuff. *in l. proximus 92. pag. 558. ff. de verbor. ſignif.* concludens, quod in iſto caſu non ſucceditur per vulgarem, ſed per fideicommiſſariam, & Molina *lib. 11. de primogen. cap. 6. n. 14. fol. 42.*

Præterea pro iſta ſententia facit dictum *Andreæ de Iſernia*, † quod aliis in locis refero *in cap. 1. §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Federicum.* vbi dicit, quod in donatione, in qua continentur plures gradus ſubſtitutionis, tot dicuntur ſubſtitutiones, quot perſonæ contentæ in donatione. Poteſt ergo nepos acceptare ex perſona ſua materiatum, quem pater illius non acceptauit: & pro hoc etiam dicto conducit quod ſcribit Carolus Ruinus *conſ. 203. nu. 22. lib. 2.* & *in conſil. 132. nu. 7. lib. 3.* vbi dicit, quod ſi fundatore viuo, filius primi gradus fuerit mortuus, prouiſio facta filio verificatur in nepote: quod dictum ad aliud propoſitum retuli *in 1. parte huius operis, quæſt. 15. verſ. ſecundæ principalis ſit concluſio*: & hanc ſententiam, licèt prædicta non referat, tenet Molina *lib. 3. de primogen. cap. 6. nu. 37. fol. 52.* & tradit Menoch. hoc referendo, *in conſil. 411. nu. 2. lib. 5.* Et quod ſubſtitutio in prædicto caſu † non efficiatur caduca, ſiue ſit compendioſa, ſiue ſit fideicommiſſaria, latè oſtendit Menochius *conſ. 215. nu. 1. cum ſequentibus, lib. 3.* melius Petrus Surdus *deciſ. 37. per totam*; ad iſta legendus, & *deciſ. 152.* Et iſta etiam ſeruiunt pro deciſione quæſtionis latè diſputatæ à Ioanne Lopio *in Rubr. de donation. inter virum & vxorem, §. 69. num. 14. cum ſequent. fol. 52.* hodie *pagina 257.* vbi tractat, ſi habens res donatas à Rege Henrico, qui eſt vltimus poſſeſſor, filius, nepos, vel pronepos donatarij, ab hac vita migrauit † non relicto

relicto filio legitimo, nec fœmina, reliquit fratrem: An ille frater habere debeat bona donata, vel redeant ad Regiam coronam? quod etiam tracto *ſupra, quæſt.6. & latiùs quæſt.4.illat.3.* & iſtam meam ſententiam tenet in terminis Gregor. Lopez *in l.32.tit.9.part 6.in gloſ. in verbo*, No valdrà, *fol.69.col.3. verſ.quid tamen ſi vigore Regiæ licentiæ.*

In hac etiam quæſtione & materia ad memoriam eſt reperenda doctrina Baldi *in l.1. num.3.* iuncta Gloſſa magna, *C.de donation.quæ ſub modo:* vbi decidit, quod iſta verba, *De vno in alium reuertendo*, operantur,
12 † quod videntur ſubſtituti ij, qui ex iuris diſpoſitione vocantur: per regulam *l.cum acutiſſimi, C.de fideicommiſ.* & *l.cum auus, ff.de condition.& demonſtrat.* & hoc comprobatur: quia vbi plures perſonæ poſſunt concurrere in ſucceſſione, idem importat dicere, *de capite in caput*, ſicut *de gradu in gradum*: Gloſſa *in rubric. verbo*, & nota: *C.de ſucceſſ.edicto*, Gloſſa *in l.vnica, in verbo, gradus, ff. ſi tabulæ teſtam. nullæ extabunt*: quod rectè explicat Guillelmus Benedictus *in repet. cap.Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, præludio 4.num.262. fol.56.* Et ſi diſpoſitum ſit *de hærede in hæredem*, debet interpretari *de deſcenden.e in deſcendentem ordine ſucceſſiuo*, vt notat Bartholom. Socinus *conſ.43.num.9.ad finem. lib.3.* Decius *conſ.38. num.4. & 5.* Pariſius *conſ.72.lib.4.* & alij, vt per Portium *lib.1. communium opinionum, concluſ.27. ad finem*: & ea verba, *De hærede in hæredem*, ſignificant quod ſit hæres vltimi decedentis, vel ſaltem grauati, vt probat Socinus Iunior *in conſ.188. num.14. lib.2.* per notata per Bartolum & Doctores *in l.ex facto, §.vltimo, ff.ad Trebellianum.*

13 Et ex ſuperioribus infero notabilem † intellectum *ad legem 27.Taurinam*, hodie *l.11. tit.6. lib.5. Recopilat.* Quia ſi forſan in prima vocatione teſtator non obſeruauit diſpoſitionem, & formam illius legis, poteſt incipere ſubſtitutio in ſecundo gradu, & perſona: quod animaduertit Ioan. Garcia *in dict. tract. de tacito fideicommiſſo, dict.num.33.* Et quod fideicommiſ-
14 ſum † conditionale transferatur, quando factum eſt in contractu, volunt Angelus, Aretinus *in §.ex conditionali, Inſtitut. de inutilib. ſtipulation.* Guillelmus Benedictus *in cap.Raynuntius, de teſtam. in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, num.62.* Zanchus *in l.hæredes mei, §.cum ita, part.4. num.18. pag.68.* Petrus Surdus *deciſ.151. num.8.*

QVÆSTIO XI.

Pater ſi in conſtitutione maioratus ordinauit, quod ſi filius defunctus ſit abſque liberis, bona perueniant ad aliquem; ſi filius habuit filios, qui defuncti fuerunt, an ſubſtitutio expiret.

SVMMARIVM.

1 *Variæ ſententiæ circa propoſitam quæſtionem adducuntur, & num.2. & 3.*
4 *Authoris ſententia, & num.5. & 6.*
7 *Conditionem ſemel extitiſſe, licèt eius implementum non duret, quando & in quibus caſibus ſufficiat.*
8 *Grauamen ſi vni imponatur, ſi ſine liberis deceſſerit; & alij ſimpliciter ſit relictum fideicommiſſum, non intelligitur repetitum ſi ſine liberis deceſſerit.*

VNdecimò, Pater in conſtitutione maioratus ordinauit, quod ſi filius defunctus ſit abſque liberis, bona perueniant ad aliquem, quem in locum filij ſubſtituit; & talis filius liberos procreauit, qui tamen defuncti fuerunt, & tempore mortis ille primus inſtitutus deceſſit ſine liberis: Quæro an † hoc caſu ſubſtitutus repellatur: In quo primo aſpectu dicendum videtur, quod ſubſtitutus excludatur, ex notabili textu *in l.cum vxori, C.quando dies legat.vel fideicommiſ.cedat*: ibi, *Cum vxori vſusfructus fundi legatur, & eius proprietas cùm liberos habuerit: nato filio ſtatim proprietatis legati dies cedit: nec quicquam obeſt ſi is decedat.* Eadem concluſio probatur *in l.ſi quis hæredem, C.de inſtitution.& ſubſtit.* & *in l.filiusfamilias, §.cum quis, ff.de legat.1.* tradit D.Anton.de Padilla *in l.cum acutiſſimi, C.de fideicommiſ. num.51. fol.154.* Et eſt expreſſa ſententia *Oldradi*, quem plerique ſequuntur *in conſ.221. & 141.* de quo penè innumeros Authores referunt Tiraquellus *in l.ſi vnquam, C. de reuocan. donation. in verbo, ſiſceperit liberos, num.153.* aliàs *num.190.* Epiſcop.Couarru. *in cap.Raynaldus, in 1.num.3. fol.131. de teſtament.* Burſatus *conſ.67.num.15.* traditur per Pariſium *conſ.1.num.15.lib.3.* vbi poſtea limitat, Socinus Iun. *in conſ.42. num.5. lib.1. & in conſ.101. num.38. eodem libro.* Ex quibus confirmo quod ex Ludouico de Molina *lib.1.de primogen.cap.6.num.16.* tradit nouiſſimè alius Ludouicus de Molina ex Societate Ieſu, *in lib. de iuſtitia & iure, tract.2.diſput.190. pagina 1157.* vbi ait, quod † ſi Princeps conceſſit alicui militi caſtrum ſub conditione, quod *ſi ſine liberis deceſſerit*, ad Principem reuertatur; mortuo milite cum liberis, nunquam caſtrum ad Principem reuertitur, licèt filij poſtea ſine liberis decedant: quod confert ad id quod ſcribo *ſupra, quæſt. præcedenti, à num.19.* & Ludouicus de Molina ex Societate Ieſu vitiosè refert *dictum cap.Molin.* ad quos addo concluſionem notabilem, quòd quando teſtator poſt mortem filiorum voluit bona peruenire ad maſculos deſcendentes ex eis, tunc primi maſculi qui ſuperſunt poſt mortem filiorum, intelliguntur per fideicommiſſum ſubſtituti: ſed alij ſubſequentes in gradu, gradatim, ſiue ordine ſucceſſiuo, intelliguntur ſubſtituti vulgariter in illo fideicommiſſo, in quo vulgaris ſubſtitutio fieri poteſt, ſecundùm Raphaëlem Cumanum *in l.cum ita, §.in fideicommiſſo, num.4. ff.de legat.2.* Carolus Ruinus *in conſ.92.num.5.lib.5.* Mantica *lib.6.tit.12. num.30. pagina 240.* Sic Anton. Gama *deciſ.355. num.9.* tradit, † quod conditione defecta in perſona primi inſtituti, cui ſubſtitutio fuit facta, *ſi ſine liberis deceſſerit*, præcluditur via ſuccedendi omnibus ſubſtitutis. De qua materia legenda ſunt quæ ſcribit Franciſcus Mantica *de coniectur. mente defunct. lib.6. tit.6.num.3. pagina 488.* Cephalus *conſ.268. num.14. lib.2.& 269.eodem libro*, & *in conſil.17. num.4. lib.1.* Menoch. *conſ.85. num.125. lib.1.* vbi tradit, longam eſſe differentiam inter conditionem, *Si ſine liberis deceſſerit*, & conditionem, *Si hæres erit*; ex Decio *in d.l. ſi quis hæredem, C.de inſtitut. & ſubſtitut.* & aliis quæ citat: & ad materiam legenda ſunt quæ ſcribit Simon de Prætis *lib.1. de interpretan. defunct. voluntate, interpret.1.dub.vltim. ſolut.9. num.1.cum ſequent. fol.43.* Anton. Gabriel *libro 4. commun. opin. titul. de fideicommiſ. concluſ.7.& 8. pagina 254.* Burſatus *in conſil.202. num.7. lib.2.* & idem Simon de Prætis, *lib.3. dubit.3. ſolut.3. num.10. fol.316. & lib.3. interpret.2. dubit.3. ſolut.10.num.5.cum ſequentibus, fol.267.* Anton. Peregrinus *in tract. de fideicommiſ. art.16. num.143. fol.159.* & prius *artic.15. num.28. fol.139.* Et in hoc puncto, & materia, varia DD. tam legendo, quàm conſulendo ſcribunt, quæ forſan lectores magis confundere, quàm docere poſſunt.

Ego in noſtro † proposito (omiſſis pluribus quæ hic controuerti poterant) in ea ſum ſententia, quod iſtorum iurium, & Doctorum concluſio non procedit in bonis maioratus, quorum ſucceſſio eſt perpetua in fauorem deſcendentium à primo inſtitutore. Vnde ſi poſſeſſor

poſſeſſor bonorum maioratus grauatus reſtituere bona ſucceſſoribus proximioribus in gradu, *ſi liberos non habuerit*, decedat ſine filiis, non excluditur proximior ſucceſſor, quamvis poſſeſſor bonorum maioratus liberos habuerit, qui defuncti fuerunt. Imò ſine dubio habebit bona maioratus, quod apud nos indubitatum eſt, & in maioratibus communiter hoc cauetur: nam teſtatores dicunt, quod vocant ſuccedentem in gradu, ſi primus inſtitutus ad vlteriores vocatos liberos non habuerit: vel quamvis habuerit defuncti ſint. Et ideò dicunt Doctores noſtri, quod vbi conſtat coniecturis teſtatorem ſenſiſſe, quod ſubſtitutus admitteretur, etiam vbicunque primus inſtitutus liberos habuit, qui defuncti fuerint, ſi liberos non reliquit tempore mortis, non habet locum doctrina Oldradi: vt explicant Corn. *in conſ.146.lib.2.* Socin Iun. *conſ.1. numero 70. lib.1.* Aymon. *conſ.98. numero primo*, & alij, quos refert. Epiſcop. Couarr. *vbi ſupra*, & Gregor. Lop. *in l.2. tit.15. part.2. in gloſſ. in verbo*, El mas propinquo, *in princip.* vbi limitat doctrinam Oldradi, niſi de mente diſponentis contrarium appareat: & idem Gratus *conſil.5. verſ. modo limitatur: lib.2.* Dec. *conſ.477. verſ. non obſtat.* Curti. *conſil.121.* Bartholom. Socin. *in conſ.250. in verſ. infertur & ſecundo, libro ſecundo*, & plures citat Anton. Theſaur. *deciſ. Pedem. 248. num.7.* & plures coniecturas refert notanter Menoch. *in tract. præſumpt. lib.4. præſumpt.69. num.8. cum ſeq. fol.101.* ad iſta omnino legendus.

Et hanc noſtram ſententiam † amplectitur Molina *libro primo de primogen. cap.6. numer.16. fol.42.* ex pluribus concludens, quod in maioratibus Hiſpaniæ non habet locum doctrina Oldradi ob eorum perpetuitatem, & propter alias rationes: quem & alios plures refert Antonius Peregrinus *in tract. de fideicommiſſis; art.52. numero 51. fol.199.* Et faciunt quæ ſcribit Tiber. Decian. *inter conſilia Portij, conſil.44. per totum*, Theſaur. *deciſ. Pedemon.96. numer.32.* quæ eſt notabilis in iſta materia. Et doctrina *Oldradi* etiam limitatur in bonis quæ ad extraneos hæredes tranſire non poſſunt, ſecundum Paul. de Caſtro *in dict. conſ.343. libro primo*, Curtium *in dict. conſil.121.* quos citat Anton. Gabr. *tom.2. Comm. opin. libro quarto, de fideicommiſſ. concluſ.7. num.6. pag.254.* & confirmantur etiam iſtâ per doctrinam *Bart.* communiter approbatam, *in l. quamdiu, Digeſtis de acquir. hæredit.* vbi vult, quòd quando omnes gradus ſubſtitutionum ſunt fideicommiſſarij, eſt locus vltimo gradui, licet ſecundus defecerit. Confirmat Aymon. *conſ.295. numero primo*, de quo latè fuit actum *in quæſt. præcedenti*: & plura in propoſito ſcribit Menoch. *in conſil.117. numer.9. cum ſequentibus libro ſecundo*; & ex doctrina Decij *in conſ.515. numero primo in fine*, vbi vult, quòd ſi teſtator vocauit tam nepotes, quam eorum filios in infinitum; non ſolum iure tranſmiſſionis veniunt nepotes, ſed debent admitti iure fideicommiſſi: quoniam ipſi expreſsè ſunt ſubſtituti: quem citat Mantic. *lib.de coniectur. mente defuncti: tit.20. numero ſeptimo pagin.574.* qui ita intelligit *l.vnicam, §.ſin autem ſub conditione, Cod. de caduc. tollen.* quod reputo notabile non ſolum ad iſtam quæſtionem, ſed etiam ad materiam repræſentationis: & facit reſolutio Aretini, & Socini *in l.Gallus, §.quidam rectè, Digeſtis de liber. & poſthum.* de quo per Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. art.19. numero 4. fol.173.* & latius plura ad propoſitum ſcribit idem Peregrin. *art.29. numer.30. fol.271.* Et in iſta materia eſt celebris, & memoriæ commendanda reſolutio Alexand. *in conſ.101. numero 13. cum ſequentibus lib.7.* vbi reſolvit, quod conditio, *Si nullus ſuperſit ex liberis maſculis, ſuccedant fœminæ*; non deficit ex eo quod ſemel deceſſerint ſine liberis maſculis: ſed intelligitur, quandocunque defecerint maſculi; fœminæ admittantur, vbicunque diſpoſitio eſt indeterminata, & non reſtricta ad caſum quo tempore mortis non reperiretur maſculus, vt ibi latius per eum: quod conſilium reputo ſingulare in hac materia maioratuum. Fortius dico, quod quamvis inſtitutus decedat cum liberis tempore mortis, qui defuncti fuerunt poſt mortem patris, adhuc admittendus eſt ſequens in gradu, qui vocatus eſt ex diſpoſitione maioratus.

Nec ſunt conſideranda quæ ſcribunt DD. *in prædictis locis*, quantum † ad noſtrum propoſitum: quod rectè conſideranit Molina, *vbi ſupra*. Et etiam fulcitur; quia dicta doctrina *Oldradi* non procedit quando quis ſubſtituit aliquem *deficientibus liberis*, vel *in defectum liberorum* ſimpliciter: tunc quandocunque liberis deficientibus, admittitur ſubſtitutus: & ita declarat Bartholom. Socin. *in l.ſolemnis, numero quarto, in fine, Digeſtis de condit. & demonſtr.* dicit ita conſuluiſſe: & Alexand. *in conſ.43. Conſideratis his libro tertio* quod conſilium hodie reperitur *in conſil.53. lib.6.* vbi hoc ſequitur *Gloſſ. Pariſ.* & tradit notanter Carol. Ruin. *conſilio 9. numero 9. lib.1.* & *in conſ.86. num.6. lib.1.* Theſaur. *dict. deciſ.96 num.28.* Mouentur DD. per regulam, quod vbi diſpoſitio eſt adiecta per verba habentia tractum ſucceſſiuum, non ſufficit momentaneum implementum, *l.ſi quis ita legauerit, Digeſtis de condition. & demonſtr. l.ſi à te, ff.ſi ſeruitus vendic.* vnde dicit *ibi Alexand.* quod ſi teſtator dicat, *ſi non remanſerit hæres per lineam maſculinam*, vel dicatur, quòd *in perpetuum ſuccedant*, non ſufficit, quod quis liberos habuerit, ad hoc vt ſubſtitutus excludatur, & ſubſtitutio deficiat: & hoc probat text. ſecundum intellectum Pauli Caſtrenſ. ibi, *in l. ſubſtitutione, Digeſtis de vulgar.* & confirmantur iſta per Decium *in conſ.480. num.8.* vbi poſt *Alexand.* aliqua ad propoſitum adducit; de quo etiam vide Gloſſ. Pariſ. *in addition. ad Alexand. in conſil.139. in addition.* quæ incipit, *defeciſſe*; *lib.6.* Et quod doctrina *Oldradi* non procedat in vocationibus habentibus tractum ſucceſſiuum; vt dictum eſt & *deficientibus filiis*; vel *in defectum*, vel *ſi ex eo non ſuperſint*, volunt vltra Alexand. *in dd. conſiliis*, Decius *in conſ.480. colum.2.* Carol. Ruin. *in conſ.115. lib.3.* & alij quos citat Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, part.7. num.33. pagin.199. ad Trebell.* quem lege ad iſta, *numer.46. & 47.* Antonius Gama *deciſ.224. num.8. cum ſequentibus*, vbi *additio, in deciſ.225.*

Quando autem, & in quibus caſibus ſufficiat † conditionem ſemel extitiſſe, licet eius implementum non duret? tradit Molin. *lib.1. de primogen. dict. cap.6. numero 18.* & alij plures, quos citat Ioann. Gratian. *reg.231.* Et iſta etiam ſeruiunt ad deciſionem alterius quæſtionis ſingularis, quæ in praxi ſæpè contingit. Fecit quis maioratum in filium: & ſi ſine filiis decederet, vocauit alium; An fideicommiſſum iniunctum filio decedenti ſine filiis, extendatur etiam, vt cenſeatur iniunctum ipſi nepoti ſub eadem conditione, ſi ſine filiis decederet? & veriſſima eſt concluſio cenſeri iniunctum in iſto caſu fideicommiſſum, & maioratus, cuius natura eſt vt ſit perpetuus: vt colligere licet ex *conſilio* Mantuæ *240. lib.2.* Croto *conſil.58.* Deciano *inter conſilia Portij, conſil.44. colum.2. verſ. & quoad primam*, Portio *conſil.46. numero 20. verſ. ſecundo non vrget, & numer.26.* Ancharran. *conſil.252. numero tertio in fine, & numero decimo quarto*, quos citat, & latè id fundat Marzari. *in tract. de fideicommiſſ. quæſt.19.* quæ præcipuè fundatur ex prouiſione teſtatoris quæ perpetua fuit, & reſpiciens conſeruationem bonorum: & tradunt

etiam Ripa *in dict. l. hæredes mei, §. cum ita, num.* 148. & ibi Zuchardus, *numero* 1311. *Digeſtis ad Trebell.* & alij quos citat Simon de Præt. *lib. 2. de interpr. defun. volunt. dubit. 3. ſolut. 3. num.* 318. de quo legenda ſunt quæ ſcribo *ſupra, hac part. quæſt. 5.* & quod conditio, *Si ſine liberis deceſſerit*, expiret vnico tantum filio nato, voluit Gloſſ. *in l. 1. Cod. de condition. inſert.* & omnes in hoc concordant ſecundum Pariſ. *conſ. 86. numero tertio, libro ſecundo*, Menoch. *de ſucceſſ. creation. §. 27. num. 2.* Burſat. *conſ. 1. numero primo, lib. 1.* & alij plures quos citat Michaël Graſſus *in lib. de ſucceſſ. ab inteſt. §. fideicommiſſum, quæſt. 34. pagin.* 202. vbi hoc extendit etiam ſi ſubſtitutio dicat, *Filiis nullis naſcentibus*, vel, *natis deficientibus*, ſecundum Alberic. *in l. precibus, Cod. de impuber.* Alciat. *conſil. 294. numer. 8.* Burſat. *conſil. 67. num. 15.* latiſſimè Mantica *lib. 11. de coniect. men. defun. tit. 6. numero octauo pagin.* 489. & quod ſufficiat maſculum momento vixiſſe, vt excludat fœminam, voluerunt Bald. *in l. in quibus, Cod. de ſecund. nupt.* & alij plures quos citat Caldas Pereira *in tract. de nominat. ad emphyt. quæſt. 16. numero 11. cum ſequentibus fol.* 177. qui *in numeris precedentibus* alia ad propoſitum ſcribit.

Et in iſta materia lectores animaduertant ad quandam doctrinam ſingularem Pariſij *conſil. 86. numer. 30. lib. 2.* vbi vult, quod ſi teſtator ſubſtituat ſimpliciter alicui ſub conditione, *Si ſine liberis deceſſerit*, nec vlterius progrediatur, ex hoc non colligitur, quod teſtator voluit bona in familia conſeruare: vnde ſi deceſſerit cum filio, expirat ſubſtitutio: quem citat Franciſc. Mantica *lib. 7. de coniect. men. defunct. tit. 15. nu. 5. pag.* 250. quod eſt etiam notandum ad ea quæ ſcribo *ſupra, hac parte, quæſt. 5.*

Noto etiam ſingulariter, quod ſi grauamen ſit impoſitum vni, † *ſi deceſſerit ſine filiis*, & alij ſimpliciter ſit relictum fideicommiſſum, non intelligitur repetitum grauamen, ſeu conditio ſi ſine filiis deceſſerit, ſecundum Bart. Socin. *in l. cum auus, col. 18. verſ. poſtremo, numero 30. Digeſtis de condit. & demonſtr.* Socin. Iun. *in conſil. 100. numer. 16. lib. 1.* Simonem de Pret. *lib. 4. de interpr. defun. volun. dubit. 3. num. 36. fol.* 448.

QVÆSTIO XII.

Clauſulæ ſpeciales ſiue præcedant, ſiue ſequantur, an præferantur generalibus.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtionis definitio, n. 2.*
3 *Indiuiduum derogat ſpeciei,*
4 *Teſtatoris voluntatem habens in ſpecie præfertur ei qui habet voluntatem in genere.*
5 *Diſpoſitio generalis facientis maioratum tantum valet, quantum ſpecialis.*
6 *Conditio & qualitas apposita in clauſula ſeparata à precedentibus & ſequentibus, quando ex præſumpta mente teſtatoris referatur ad omnia, vel ad vnum tantum ex precedentibus.*
7 *Generalis derogatio legum tantum valet, quantum ſpecialis & indiuidua derogatio alicuius legis.*
8 *Teſtator ſi in vocationibus maioratus vocet ad illum aliquos de quadam progenie in defectum aliorum, tales de progenie cenſentur expreſſe & ſpecialiter nominati, quamvis propriis nominibus non nominentur, & n. 9. 14. & 15.*
10 *Nominatim fieri quid dicatur, & num. 12. 13. & 17.*
11 *Specialiter fieri dicitur illud, quod exactum eſt à generalitate verborum.*
16 *Et quod nominatim ſit.*
18 *Clauſula in fine appoſita quando ad ſuperiora referatur.*
19 *Qualitas an cenſeatur repetita quando eſt in diuerſa oratione.*
20 *Quid vbi correctio inducitur.*
21 *Et vbi eſt diuerſa ratio.*
23 *Repetitum non intelligitur, quod repetitum vitiaret.*
24 *Clauſula generalis ad extraordinaria non refertur.*
25 *Qualitas hæredum & ſucceſſorum appoſita in principali feudorum conceſſione, intelligitur repetita in capitulis ſequentibus ad finem gratiæ.*
26 *Clauſula generalis reſtringitur ad ſimilia expreſſis.*
27 *Quando ad ſimilia expreſſis extendatur.*
28 *Enumeratio indiuiduorum à legato generis ſumit ſpeciem, ſub qua indiuidua enumerantur.*
29 *Precedentium quadruplex eſt virtus.*
30 *Clauſula generalis non inclusa in certo capitulo refertur ad omnia, ſiue in principio, ſiue in medio, in fine poſita.*
31 *Clauſula precedens validior eſt quàm ſequens.*
32 *Diſpoſitio Principis ſequens interpretatur ſecundùm precedentem.*
33 *Simulatio contractus magis declaratur ex tractatu precedenti quam ex ſequenti.*
34 *Precedens ſcriptura certa & determinata declarat ſequentem generalem & obſcuram & numero 60.*
35 *Precedentia, ex ſequentibus declaratur.*
36 *Poſteriores inueſtituræ de primogenito declarant intentionem Principis in prioribus inueſtituris.*
37 *Si in prima inſtitutione non ſit facta mentio de maſculis, & in ſequentibus fiat, videtur teſtator voluiſſe agnationem conſeruare.*
38 *Verba ſpecialia plus operantur quàm generalia.*
39 *Qualitas quæ pancioribus competit, facit diſpoſitionem magis ſpecialem; & quæ pluribus poteſt competere, magis generalem.*
40 *Plerumque in iure non ſufficit aliquid exprimere generaliter; ſed ſpecialiter.*
41 *Derogationes generales de ſtylo ponuntur.*
42 *Diſpoſitio ſecundum figuram verborum generalis plura ſubiecta potens comprehendere, quæ tamen in veritate non venit verificanda niſi in vno certo, & indiuiduo, dicitur verè & proprie ſingularis.*
43 *Verba potius demonſtratiuè quàm diſpoſitiuè ſeu reſtrictiuè ſunt accipienda. & n. 44.*
45 *Genus ſi poſt numerationem ſpecierum exprimatur, non comprehenduntur ſub genere ſpecies quæ differunt ab expreſſis in qualitate vel qualitate.*
46 *Facultas quæ ad maioratum inſtituendum, vel ab eo rem aliquam extrahendum conceditur, vt de vitio ſubreptionis argui non poſſit, ſpecificè debet fieri Principi relatio.*
47 *Verba poſita in vna parte Alternatiuæ, reſtringuntur propter verba poſita in alia parte Alternatiuæ.*
48 *Verba, quocunque modo, debent eſſe eiuſdem naturæ cum precedentibus.*
49 *Quod tacite ineſt à iure, actum conditionalem non facit.*

50 *Feudum ſi concedatur alicui, & hæredibus ſuis ex legitimo corpore deſcendentibus, ſeruata ſexus & ætatis prærogatiua, filia primogeniti excludit ſecundogenitum, & amita excludit nepotem maſculum.*
51 *Expreſſio eorum quæ tacitè inſunt, an operetur, quando dubitatur an expreſſum aliter ſtet.*
52 *Conditio quòd impetretur à domino licentia alienandi rem feudalem, an faciat contractum conditionalem.*
53 *Authoris ſententia, & nu. 54.*
55 *Clauſula Regalis priuilegij pro maioratu inſtituendo, vel ad alienandum ſine Tertij præiudicio conceſſa, an aliquid vltra ius commune operetur.*
56 *Expreſſio an operetur in his, quæ non ſunt de legis neceſſitate, ſed ex præſumpta partium voluntate.*
57 *Ex clauſula, vt ſupra, ſuperiora cenſentur repetita.*
58 *Vltima voluntas equiparatur ſententiæ Iudicis, & è conuerſo.*
59 *Facultas diſponendi de bonis maioratus ab eius conditore conceſſa, debet intelligi ſiue in morte, ſiue in vita.*
60 *Verba dubia vnius diſpoſitionis per alia clara declarantur.*
61 *Omnis diſpoſitio eſt intelligenda, & interpretanda, vt prouiſum ſit in caſu magis neceſſario.*
62 *Clauſula generalis ſi apponatur poſt expreſſionem alicuius rei particularis, eſt ſpecialis; & generalitas reſtringitur ſecundum caſum precedentem.*
63 *Ad augmentum quæ inducunt, non debent operari diminutionem.*
64 *Quando plura ſunt ſub eadem conſtructione verborum, debent omnia pariformiter determinari.*
65 *Clauſula ſubſtitutionum ad proxima ſunt referendæ.*
66 *Voluntas quæ colligitur per argumentum à contrario ſenſu, non derogat exp eſſe diſpoſitioni teſtatoris, quæ poſtea ſequitur.*
67 *Cùm agitur de interpretanda voluntate teſtatoris, intelligitur ſecundum eius opinionem.*
68 *Diſpoſitio teſtatoris dependet à ſola eius voluntate.*
69 *Perſonæ duæ, inter quas eſt diuerſa ratio, quando in vna diſpoſitione coniunguntur, diuerſa admittitur interpretatio.*
70 *Numerus ſingularis in fideicommiſſo an referatur ad pluralem.*
71 *Gabella an debeatur de venditione facta alicuius rei ſubiectæ reſtitutioni.*

PRæterea in iſta materia ſucceſſionum maioratus notandum eſt, quod clauſulæ ſpeciales, ſiuè præ-1 cedant, ſiuè ſequantur, † præferuntur generalibus: quia generis per ſpeciem derogatur, ſiuè ſpecies præcedat, ſiuè ſubſequatur. Et clauſulæ generales ſecundum ſpeciales debent intelligi, modificari, limitari, & moderari; *l. coheredi, §. qui patrem, & §. qui diſcretas ff. de vulgari*, quæ loquitur in ſubſtitutionibus, vbi Iaſon, *numer. 8.* & idem *in conſ. 170. libro quarto, l. vxorem, §. feliciſſimo, ff. de legat. 3. ſeruus vrbanus, §. vltim. eod. tit. l. alimenta, §. baſilicæ, Digeſtis de aliment. & cibar. legat. l. in toto iure. Digeſtis de reg. iur.* vbi latè & reſolutiuè Decius notatur per Alexand. *in conſ. 77. num. 6. lib. 1. & conſ. 88. numero octauo, libro quinto*, & vtrobique *Gloſſ. Pariſ.* eadem Gloſſ. Pariſ. *2 par. conſuetud. Pariſienſ. §. 63. num. 2.* Petr. Surd. *deciſ. 38. num. 12. & deciſ. 84. num. 14. & deciſ. 322. num. 24. & num. 72.* & prius *num. 4.* vbi ex hoc tradit, quod prohibitio alienandi non inducit fideicommiſſum in caſu mortis, quando in eo caſu eſſet alius vocatus: ex Anguiſ. *conſ. 65. num. 22. lib. 6.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. par. 6. nu. 217. pag.* 188. qui plures citat, eleganter Bald. *in l. filia, §. fin. ff. de legat. 2.* Matthæ. ab Afflict. *in conſtitut. Neapoli. in Rubr. 50. num. 17. fol.* 123. Et in notabili caſu Menoch. *in conſ. 395. num. 59. lib. 4.* qui tradit, quod clauſula generalis bonorum feudalium, non refertur ad iam ſpecificata, ex Matthæ. de Afflict. *in ſup. 1. num. 10. verſ. pro iſta, de controuerſia inter maſculum*, Quintilian. Mandoſ. *in regul. 34. quæſt. 12. numer. 3. fol.* 96. Barth. Socin. *in conſ. 62. num. 8. lib. 3.* tradit quod generalis ſubſtitutio *de liberis in liberos*, non eſt referenda ad filios, quibus facta eſt ſubſtitutio † ſpecialis; & notatur per eundem Socin. *in conſil. 63. num. 15. eod. lib.* Oſaſch. *deciſ. Pedem. 169. num. 1.* Ceph. *in conſ. 394. numer. 19. libro tertio*, Petr. *in tract. de fideicommiſſ. quæſt. 6. num. 26. pag. 85.* Marc. Brun. de Anguill. *conſ. 85. numer. 80. cum ſequentibus.* Quintil. Mandoſ. *in gloſſ. facultatem, §. & proprium, fol. 82. colum. 3.* tradit notanter Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. art. 7. num. 30. fol. 65.* Iaſo. *in l. ſi Ruffinus, num. 4. Cod. de teſtam. milit.* & *in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, Cod. qui teſtam. facer. poſſ. & in l. 1. in princ. ff. ne quis eum qui in ius: num. 10.* Alciat. *regul. 3. præſumpt. 36.* Hippolyt. *in praxi, §. diligenter, num. 198.* Carol. Ruin. *in conſil. 121. num. 11. lib. 2.* notanter Curt. Iun. *in conſ. 112. lib. 1. num. 6.* Dec. *conſ. 454. n. 10. & 664. nu. 8.* & eſt notabile *conſilium* Birth. Soc. *49. nu. 10. lib. 1.* notanter Aymon. *conſ. 32. & in conſ. 98. nu. 16.* Pariſ. *in conſ. 70. n. 13. lib. 1. & in conſ. 66. nu. 18.* latius *in conſ. 36, nu. 19. cum ſeqq. lib. 2.* Mandoſ. *in Regulis Cancellariæ, reg. 31. q. 12. n. 4. fol. 496. & conſ. 99. nu. 8.* apud quos videre licet quando aliqua diſpoſitio dicatur generalis, & quando ſpecialis.

Ex quibus remiſſionibus multa ſumi poſſunt ad deciſionem variarum quæſtionum, & ex Iaſone *in l. ſi conuenerit, n. 46. fol. 84. de iuriſd. omnium iudicum.* vbi

Deinde animaduerto, quod diſpoſitio generalis teſtatoris facientis maioratum, tantum operatur quoad
5 † omnia comprehenſa ſub genere, quantum ſpecialis, quoad comprehenſa ſub ſpecie, *l. ſi duo, Digeſtis de admin ſtr. tutor. l. omnes, Cod. de præſcript. triginta annorum*, quam concluſionem pluribus mediis inſtruit Tiraquell. *in l. ſi vnquam, Cod. de reuoc. donation. in præfatione, num.* 118. & in *tract. ad leges connubial. gloſſ.* 7. *in verbo*, Exprez, *numero* 89. *fol.* 310. Menochius *in tractat. præſumpt. libro tertio, præſumpt.* 97. *num.* 22. Mantica *lib.* 12. *de coniectur. ment. defunct. titul.* 17. *& vltim. numero* 18. *pagin.* 643. qui *num.* 17. plura allegat ad propoſitum: & vidi in negotio cuiuſdam maioratus & tradit notanter Curtius Iunior *conſ.* 58. *numer.* 3. *libro primo*, Quintilian. Mandoſ. *in gloſſ. facultatem, §. & proprium, verſicul. monitoriis, fol.* 82. *colum.* 3. nouiſſimè Menoch. *in tract. præſumption. lib.* 4. *præ-*
6 *ſumpt.* 181. *folio* 313. vbi late tradit quando † conditio, & qualitas appoſita in clauſula ſeparata à præcedentibus, & ſequentibus, ex præſumpta mente teſtatoris referatur ad omnia, vel ad vnum tantum ex præcedentibus, aut ſequentibus: & lege eleganter Oldrad. *in conſ.* 121. *num.* 14. Iaſon. *in conſ.* 170. *numero ſecundo lib.* 4. Gregor. Lopez *in l.* 3. *titulo* 10. *pagin.* 6. *gloſſ.* 1. *verſiculo, etiam generalis ſermo*, Petrus Surdus *deciſ.* 38. *numer.* 12. eleganter Matthæus de Afflict. *deciſ.* 44. *num.* 11. *cum ſequentibus*, melius omnibus Roland. *conſ.* 26. *numer.* 8. *cum aliis, libro ſecundo*, Ad quod etiam facit, quia expreſſum dicitur, quod in genere exprimitur, vt probatur *in l. vltim. Cod. quod cum eo*; notat Burt. *in l.* 1. *num.* 7. *Digeſtis de vulgar.* vbi recentiores, & *in l.* 1. *in fine, Digeſtis ne quis eum* qui in ius: Alexand. *in conſ.* 201. *num.* 10. *lib.* 6. & hoc ſequuntur alij plures Doctores, quos refert Tiraquellus *in dict. gloſſ.* 7. *num.* 86. *&* 87. & tradit notanter Mandoſ. *conſ.* 14. *numer.* 6. Et probatur iſta concluſio *in l. in fundo Digeſtis de ſupellect. legat. & in l. qui vſumfructum, ff. de verborum obligat.* facit elegans *conſ.* Ancharr. 335.
7 *num.* 4. vbi tradit, quod † generalis derogatio legum tantum operatur, quantum ſpecialis, & indiuidua derogatio alicuius legis: & ſchola Canoniſtarum, Legiſtarum, & Dialecticorum tenet, quod genus verè, & propriè quoad propriam ſignificationem, comprehendit omnes ſuas ſpecies, ſecundùm Andream ab Exea *in cap. 1. de conſtitution. numer.* 37. *folio* 82. qui citat Alciat. *in libro primo, de verbor. ſignification. in princ.* & plura ſingularia ſcribit.

Ex quibus inferri poteſt, quod ſi teſtator in vo-
8 cationibus maioratus † vocet aliquos de quadam progenie ad maioratum in defectum aliorum, quod tales de progenie cenſentur expreſſe, & ſpecialiter nominati, quamvis propriis nominibus nõ ſint nominati, ad hoc vt alij tanquam prius nominati, & magis ſpecialiter præferantur; & pro hac illatione eſt text. expreſſior cæteris *in l. nominatim ff. de manum. teſt.* vbi nominatim videntur ſerui manumiſſi, qui ex aliquo artificio deſignati ſunt. Ex qua lege dubia redditur ſententia Telli *in l.* 31. *Taurin. nu.* 6. vbi qui buſdam authoritatibus motus, inquit, quod commiſſio nõminandi executorem vnum de certo genere, non valet tanquam incerta. Et adduco caſum notabilem *in l. vnum ex familia, §. ſi de Falcidia, Digeſtis de legatis* 2. ibi: *Si de Falcidia quaratur, perinde omnia ſeruabuntur, ac ſi nominatim poſtea ei, qui electus eſt primo teſtamento, fideicommiſſum relictum eſſet*: & eſt bonus textus *in l.* 3. *§. nominatim*, ibi: Quicunque mihi naſcetur, *Digeſtis de inin ſt. rupt. irritoque fact. teſtament. & §.* 1. *verſ. maſculos, Inſtit. de hæred. liber.* ibi: *Niſi nominatim exhæredarentur, hoc ſcilicet modo, quicunque mihi genitus fuerit*: l. certum, ff. ſi cert. petat. l. nominatim, Digeſtis de legatis 3. ibi: *Nominatim legatum accipiendum eſt, quod a quo legatum ſit intelligitur, licèt nomen pronuntiatum non ſit.* Et ſi teſtator vocet ex tali aliquos familia; † vo ati cenſentur, ac ſi propriis nominibus 9
teſtator eos vocaſſet, ſecundùm Baldum *in l. peto, §. fratre, oppoſitione* 4. *Digeſtis de legatis* 2. Pro quo eſt textus expreſſus *in l. final. Cod. de verborum ſignificatione*; & faciunt ſcripta per Curtium Iuniorem, ad hoc omninò legenda, *in conſil.* 161. *numer.* 3. Ex quo dixit Alexand. *conſilio* 80. *num.* 8. *&* 9. *libro primo*, quod ſi in ſtatuto dicatur, quod non ſtante aliquo de contentis in ſtatuto, ſuccedant alij de iure communi, licèt auia non ſit in ſtatuto nominata, adhuc comprehendi tur in ſtatuto, quia illud dicitur nominatum, quod ſingulariter exprimitur, vel etiam per quamcunque aliam demonſtrationem; vnde nomen, *Auus*, poſitum in ſtatuto, habita relatione ad ſtatutum, quod maſculinum genus demonſtrat etiam auiam, verificatur etiam in auia, & dicitur nominata. Et nominatim dicitur quid fieri, ſi quid ſpecialiter expreſsè, aut demonſtratione corporum, aut alio modo, quo perſona certificari, aut res poſſit, oſtendatur; Gloſſ. *in §. facta, in verbo, nominatim, de electione, in pragm.* Menochius *in conſilio tertio, numero* 27. Pariſ. *in conſ.* 110. *& vltim. libr.* 3. *num.* 46. *& in conſil.* 122. *numer.* 3. *&* 4. *lib.* 1. cum *concordan.* vt per Rebuff. *in l.* 6. *pagin.* 73. *Digeſtis de verborum ſignificatio.*

Quid autem † fieri nominatim dicatur? exponit 10
bona *Lex* 47. *titulo* 19. *part.* 3. Peralta *in l. quod alicuius, numero primo, cum ſequentibus, pagin.* 315. *Digeſtis de legatis* 2. Et idem eſt fieri aliquid ſpecialiter, quod nominatim, vt tradit Menochius *in tractatu præſumption. libro ſecundo, præſumption.* 21. *numero* 6. *pagina* 140. Et id dicitur ſpecialiter fieri, quod exactum † eſt à generalitate verborum, *l. vxorem, §. feliciſſimos Digeſtis de legatis* 3. notat Matthæus ab Afflictis *deciſione* 122. *numero tertio.* Et 11
nominatim fieri dicitur quòd ex verbis † generalibus comprehenditur, ſecundum Bart. *in l. filius familias. Digeſtis de donationibus* Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg.* 111. *numero quinto pagin.* 613. vbi etiam adducit, quod *nominatim* dicitur *ſpecialiter*, ex *l.* 2. *Digeſtis de liber. & poſthum.* & Decius *conſilio* 10. *column.* 4. Et quando aliquid dicatur fieri 12
ſpecialiter expreſsè, nominatim, † ſingulariter, in individuo, tradit Pariſien. *conſilio nono, per totum, libro tertio*, ad iſta legendus, & *in dicto conſilio ſecundo, num.* 49. *&* 57. *eodem libro*; quod elegan-
ter etiam tradit Menoch. *in conſil.* 210. *numero vigeſimo octauo, cum ſequentibus libro tertio*, vbi ponit & declarat regulam, quod *expreſſum* dicitur altero de quatuor modis, provt ibi latius exponit. Et teſtator vocans filios, & filias eorum, & deſcendentes eorum, vocati ſub nomine *filiorum* † dicuntur vo- 14
cati nominatim; & alij generaliter: *l. Titius, in princip. Digeſtis de liber. & poſthum.* volunt Angel. *in conſ.* 305. *Chariſſime frater*, Carol. Ruin. *in conſ.* 123. *numer.* 2. *libro ſecundo*; & quod ſit vocatio, & nominatio alia generalis, altera ſpecialis, alia ſingularis; tradunt Iaſon *in dicta l. Titius, in principio, num.* 10. *Digeſtis de liber. & poſthum.* & latius & notanter Menoch. *in conſ.* 124. *numer.* 90. *lib.* 2. Et ex iſtis infertur ad doctrinam Aluari Valaſc. *conſultatione* 121. *numero ſexto*, vbi tradit, quod nominati per nomina propria, præferuntur in ſucceſſione maioratus illis qui ſunt nominati de generatione. Ad quod eſt animaduertenda *Lex Lucius, ff. de vulgar.* vbi Iaſon, & alij; & quod tradit Hieronymus Gabriel. *conſil.* 113. *num.* 26. vbi tractat de vocatis in genere, vel in ſpecie.

Et

Et ex his infertur confirmatio eius, quod ſcribit Tellus *in l.* 31. *Tauri, num.* 19. vbi probat, quòd in caſu *illius legis* ſufficit nominare hæredem per ali-
15 quam certam † demonſtrationem, & dicitur nominatim nominatus: pro quo facit *l. 6. titulo* 3. *part.* 6. ibi: *Cieriamente deue el fazedor, &c.* & ibi: *Qualquiera ſemejantes deſtas.* Ad quod etiam facit ſingularis doctrina Baldi, *in cap. cum dilecta, in fine, de reſcriptis*, vbi dicit, quod ſpecialia ſunt, quæ certum ſignificant, licèt multa contineant generalia, quæ prædicantur de pluribus differentibus ſpecie, & ideò obſcuritatem pariunt, *dict. l. Titius*, vbi Gloſſa; notat Iaſon *in l.* 1. *numero* 12. *fol.* 107. *ff. ſi quis in ius vocat. non ierit*; vbi plura tradit in iſta materia, & inquit per prædicta iura Socinus Iunior *in conſilio* 1. *numero* 36. *libro primo*; quod cùm neceſſariò ex intentione ſtatuentium ſunt aliqua verba de maſculis intelligenda, perinde habentur, ac ſi expreſsè nominati fuiſſent: Et de hac materia vide omnino Ripam *in cap. ad aures, numero* 14. *de reſcriptis*; quæ notanda ſunt ad ea, quæ habentur *in leg. cum ita, §. in fideicommiſſo*, ibi: *Quæ nominata ſunt, ff. de legatis* 2. vbi Doctores; & *in contrarium. Cod. de verbor. ſignific.* & idem ſignificat aliquando ſpecificè, ſeu ſpecialiter, quod expreſsè; *l.* 1. & ibi Gloſſ. *in verbo, ſpecialiter, Digeſtis de offic. eius*: vbi Alexand. *num.* 14. *l.* 3. *§.* 1. iuncta Gloſſa *in verbo, cum ſpecialiter, Digeſtis pro ſocio*, tradit Quintilianus Mandoſius *in regulis Cancellaria; regul.* 3. *quæſt.* 62. *num.* 2. *folio* 181. vbi addit, *num.* 3. quod *ſpecialiter* accipitur pro declaratione præciſa, ex *deciſione* Rotæ 255. *in nouiſ.* Quibus addo, quod ſi à lege ſpecialis, ſiue ſpecifica mentio alicuius rei exigatur, non ſufficit mentio per relationem, vt ex doctrina Afflicti *deciſian.* 273. Scripſi ſupra, *prima parte, quæſt.* 64. *à numer.* 15. Item, *ſpecialiter* dicitur fieri, quod no-
16 minatim, † & expreſſis verbis fit, ſecundùm Gloſſam *in Clementina* 1. *verbo, ſpecialiter, de iudic.* & *in Clementina, conſtitutionem, de election. cap. Paſtoralis, de except.* cum *concordant.* vbi per Rebuffum *in praxi beneficiali, titulo, de forma Vicariatus, numero* 56. *pagina* 64. Ad quæ omnia addo elegans conſilium *Curtij Seuſoris*, vbi latè agit quando ali-
17 quid nominatim dicatur factum, † & quæ ſcribit Tiraquellus *in tractatu, de legibus connubial. gloſſ.* 7. exprez, *n.* 18. *cum ſeq. fol.* 17. *& n.* 194. *cum ſeqq. fol.* 323. quæ ſeruiunt pro intellectu *legis* 34. *Tauri*, hodie *l.* 8. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recopilationis*, in illis verbis: *Saluo ſi el teſtador eſpecialmente*, circa quæ nihil Scribentes *ibi* tractant.

Et omnia ſuperiora ſeruiunt ad elegantem quæſtionem neceſſariam in iſta materia diſputatam per Antonium Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. articul.* 14. *num.* 48. *folio* 134. quod ſi teſtator prohibuerit hæredi alienationem, vel quid aliud fieri, & in caſu contrauentionis vocauerit Titium, aut Eccleſiam: deinde poſt eius mortem ſubſtituerit filios eius, aut alium, & hæres præcepto non paruit, & Titius vult rem aduocare, deinde hæres mortem obijt; Vtrùm ſit locus ſubſtituto per mortem, an verò Titius ſemel admiſſus illum excludat? Quod videtur dicendum, quia hic ſpecialiter fuit prouiſum, quod inhibi latius diſputat, & eſt notabile, quia quotidie contingit.

Item memoriæ eſt tradenda illa regula, in qua Doctores noſtri non ſatis ſe explicant, & paſſim variant
18 quod † clauſula in fine appoſita refertur ad omnia ſuperiora: quæ colligitur ex *l. talis ſcriptura, Digeſtis de legatis* 1. vbi latè Doctores, præcipuè Iaſon; & traditur latè *in cap. ſecundo, requiris, de appellat.* præcipuè per Decium, & hanc regulam vbique audies, quam latè tradit Falconius *regul.* 412. Antonius Gabriel *libro 6. communium opinionum, titulo, de clauſul. concluſ.* 9. Antonius Peregrinus *in tractat. de fideicommiſſis, articul.* 16. *numero* 102. *cum ſequentibus, folio* 155. notanter Alexander *in conſilio* 48. *per totum, libro* 1. Burſatus *in conſilio* 129. *numero* 82. *libro ſecundo*, Menochius *in conſ.* 231. *numero* 51. *libro tertio*, quam notanter explicat Alexander *in conſ.* 158. *numero ſeptimo cum aliis, libro* 6. *& in conſilio* 226. *eodem libro*, vbi *numero quarto*, refert elegans conſilium *Bartoli*, incipiens, *Angelus Matthiæ*, vbi notanter dicit, quod ratio maioris affectionis ad perſonas in vno capitulo expreſſas, quam ad alias perſonas in alio capitulo expreſſas, facit quod clauſula in fine appoſita non refertur ad omnia ſuperiora: quæ theorica eſt valde ſingularis ad interpretationem clauſularum maioratuum: quam regulam tradit Franciſcus Mantica *in tractat. de coniect. ment. defunct. libro tertio, titulo* 14. *numero octauo, pagina* 84. & rectè declarat Gregorius Lopez *in l.* 3. *titulo* 10. *part.* 6. *gloſſ.* 1. Iaſon *in conſilio* 170. *numero ſecundo, libro quarto*, & per iſtam regulam declarat notabilem quæſtionem Ioann. Garcia *in tractat. de expenſ. cap.* 9. *numero* 56. *folio* 88. circa intellectum *l.* 2. *titulo* 3. *libr.* 6. *Recopilation.* & regulam declarat latiſſimè Mantica *de coniectur. ment. defunct. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 23. *pap.* 136. *& libro* 6. *tit.* 12. *numero ſexto, pagin.* 242. Petrus Barboſ. *in l. diuortio, §. quod in anno, ff. ſoluto matrimonio, tom.* 1. *pag.* 1019.

Et hanc regulam explicat etiam Socinus Iunior *in* 19
conſilio 228. *nu.* 98. *libro primo* †, vbi tradit qualitatem non cenſeri repetitam, vbi eſt in diuerſa oratione, ex Bartol. *in l. Seia, §. Caio, Digeſtis de fund. inſtruct.* Item vbicunque induceretur † correctio, 20
vel quoties prima diſpoſitio, & clauſula ſupra appoſita irritaretur, *l. ſi idem cum eodem, §. fin.* vbi Gloſſa, & Doctores, *Digeſtis de iuriſdict. omnium iudicum; l.* 1. *§. deinde, Digeſtis de poſtulando*; *l. ſeruo alieno §. ab impubere, l. ſi quis à ſilio, in princip. Digeſtis de legatis* 1. *l. fin. Digeſtis de fideicommiſſ. libert.* notant Innocent. *in cap. cum dilectus, de donat.* Bald. *in conſilio* 447. *libro quarto*, & alij quos referunt Iaſon *in conſilio* 14. *numero* 39. *cum ſequentibus, libro primo.*

Et vbicunque prima particula, ſeu primus gradus ſubſtitutionis habet ſpecialem, & propriam determinationem, ſeu ſpecialem proviſionem, clauſula quantumcunque generalis, appoſita in vltimo capitulo, ſeu gradu ſubſtitutionis, non refertur ad præcedentem clauſulam habentem ſpecialem proviſionem: aurea eſt doctrina Baldi *in l.* 1. *Cod. de legitim. hæredib.* per textum *in dict. l.* 1. *§. deinde, Digeſtis de poſtulando*, quam extollit Curtius Senior *conſ.* 63. *num.* 11. De quo legenda ſunt quæ ſcribit nouiſſimè Menochius *in tractatu præſumption. libro* 4. *præſumpt.* 79. *numero* 33. *folio* 132. *& præſumpt.* 181. *numero* 7. ad quem addo Cephalum *in conſilio* 394. *numero* 19. *libro tertio*, dicentem, quod quando poſt maſculos fuerunt fœminæ particulariter vocatæ, & ſubſtituiæ ex clauſula generali, non cenſentur vocatæ fœminæ: & confirmo ex his quæ ſcribit Simon de Pret. *lib.* 3. *de interp. defunct. volunt. ſolut.* 2. *n.* 6. *fol.* 369. Item vbi eſt diuerſa ratio; ſecundùm Roman. *in conſ.* 480. *In caſu propoſitæ † conſultationis, in tertio argum. pro contraria*: & in quadam ſubſcriptione quæ ibi habetur, tradit quod qualitas adiecta in capitulo præcedenti, non cenſetur repetita in ſequenti, quod etiam regitur ab eodem verbo, quando non eſt eadem ratio repetendi; licèt aliàs ex mente legis, vel teſtatoris, cenſeatur facta repetitio: ad quod refert textum & ibi Bald. *in l. in actionibus, ff. de his qui notan. infam.* & alia plura: & iſta ſunt notabilia. Ad quæ addo concluſionem

singularem, quod clausula apposita in prima substitutione, non censetur repetita in secunda, quando secunda substitutio est divisa per verbum, *Item*, secundùm Bursatum *in consilio* 97. *num.* 10. citantem Zanchum *in l. heredes mei*, §. *cum ita*, *num.* 1126. *ff. ad Trebell.*

Ex prædicta regula venit, quod clausula in fine
22 apposita, refertur † ad omnia præcedentia, secundùm Baldum *in l. quisquis, notabil.* 1. *Cod. si cert. petat.* Roman. *in l. final. ff. de in ius vocand.* Glos. *in cap. si post-*

quam, verbo, omnimo, de electione in 6. *&* Clementin. *fin.* §. *fin. de pœn.* cum *concordant.* vt per Gomezium *in regul. de annal. poss. quæstione* 82. *pagin.* 666.

Ex quibus notabiliter infertur, quod si conditor maioratus in fine conditionum, & grauaminum, aliquam generalem pœnam imponat absque distinctione, & specialitate, videtur eam imponere in omnibus conditionibus supra scriptis: quod est notandum ad ea quæ scrib *in hac secunda parte, in quæstione* 4. *illatione* 8. *cum sequentibus.* De quo legenda sunt quæ scribit Nicolaus Boërius *decisione* 146. *num.* 2. *cum sequentibus*; vbi hoc specialiter tractat in grauamine, & conditione nomen & arma deferendi. Et in hoc loco in mentem venit regula textus *in l. Lucius Titius testamento*, *ff. de fideicommissar. libertat.*
23 vbi non intelligitur repetitum, quod † repetitum vitiaret.

Et quod pœna expressa in vna dispositionis parte non referatur ad alias præcedentes, tradunt Glossa *in cap. fin. in glossa fin. de pœn.* Carolus Ruinus *in consilio* 38. *&* 86. *libro* 3. quos citat Antonius Gabriel. *lib.* 6. *communem opinionem, tit. de clausul. conclus.* 9. *num.* 21. *pag.* 409.

24 Nec omittendum est, quod clausula generalis † ad extraordinaria non refertur, *l. Seio*, §. *Medico, Digestis de ann. legat.* quam in notabili casu tradit Oldradus *consilio* 139. cum *concordant.* vt per Decium *in cap. inter cætera, de appellation.* Gomezius *in regul. Cancellar. quæstion.* 5. *pagina* 46. quod latius scripsi *in princip. istius secundæ partis*, *cum num. sequentibus.* Et clausula in fine apposita est referenda ad sequentia non generaliter, sed reddendo singula singulis, vt tradit Parisius *in consilio* 42. *numer.* 31. *libro secundo*, per Glossam *in l. vltim. Cod. de fideicommiss.* vbi Angel. & *in l.* 11. §. *sin autem*, *Cod.*
25 *de caduc. tollend.* Et qualitas † hæredum, & successorum apposita in principali feudorum concessione, intelligitur repetita in capitulis sequentibus ad finem gratiæ, vt latè tradit Bursatus *in cons.* 131. *n.* 16. *libro* 2.

26 Præcreà clausula generalis † restringitur ad similia expressis, non ad diuersa, *cap. sedes*, vbi Doctores, *de rescript. l. vltim.* §. *cui dulcia*; *Digestis de vino, tritic. & oleo legat. Clement. non potest, de procuratoribus*, explicat in bono casu, Barthol. Soc. *in consilio* 296. *libro secundo numer.* 2. & est summè notandum, quod licèt clausula generalis restringatur ad specificata per *dict. l. vltim.* §. *cui dulcia*; est verum quando genus eximitur per aliquod adiectiuum positum provt est *in dicto* §. *cui dulcia*, vbi testator legauit vinum; & omnia dulcia. secus quando
27 † genus eximitur per nomina substantiua, quia tunc numeratio specierum non restringit genus, *l. stipulationes commodissimum*, & *dolí clausula Digestis de verborum obligationibus*, & ita declarant Bartol. *in d.* §. *cui dulcia*, Bartholomæ. Socinus *in cons.* 100. *num.* 2. *lib.* 2. notat eleganter Decius post Abbat. *in cap. sedes, num.* 7. *versiculo, successiuè*, Abbas *fol.* 72. *de rescript.* post Felinum *num.* 4. *fol.* 101. qui latissimè hoc tractat.

Ex quibus scribit Catolus Ruinus *consilio* 45. *nu-*
mero quarto, libro primo, quod vbi personæ generaliter prius fuerunt vocatæ, genus non restringitur per alias speciales nominationes, tradit Cephalus *consilio* 173. *numero* 27. *libro secundo*, & videnda sunt quæ scribit Rebuffus *in l. vnica, in glossa, in verbo*, & non ex quibusdam, *numero primo cum aliis, pagin.* 453. *Cod. de sentent. quæ pro eo quod interest*; Molina *lib.* 1. *de primogen. cap.* 4. *num.* 33. *&* 34. *fol.* 25. Menoch. *in tract. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 160. *num.* 36. *fol.* 280.

Ex quibus infertur ad decisionem quæstionis singularis, quam tradit Cifuentes *in l.* 19. *Tauri, numero tertio*, vbi concludit, quod si ascendentes meliorauerunt filium in Tertio, & Quinto, & illam meliorationem assignauerunt in certa re, vel rebus quæ non valent Tertium, & Quintum, debet suppleri ex aliis bonis: per textum *in l. Titia cum testamento*, §. *Lucius Titius*, *Digestis de legat.* 2. facit text. *in l. quidam testamento, Digestis de legat.* 1. & concordant quæ scribit Peralta *in l. si quis seruum*, §. *si quis legauerit*, *ff. de legat.* 2. Ferrara *in practica, in forma libelli ad præstandum, versiculo, instituit, num.* 16. *pagin.* 354.

Contrarium tenet Anton. Gomez *in l.* 17. *Tauri, numer.* 14. per textum *in dict.* §. *si quis ita legauerit*, & alia plura quæ refert: pro quo est text. *in* §. *quidam cum ita legasset*: eiusdem *legis*, *cum de lanionis*; & facit text. *in l. legata supellectili, Digestis de supellect. legat.* quam expendit Molin. *libro primo, de primogen. aiect. cap.* 4. *numer.* 34. *fol.* 25. Quæ conclusio maximè procedit quando talis designatio fieret per dictiones limitatiuas, videlicet, & similes; vt patet ex doctrina Bartol. *in l. quæsitum*, §. *si quis fundum*, *num.* 14. *ff. de fundo instructo*: Aretin. *consil. penult. num.* 1. Aymon. *consil.* 227. *numero nono*, quæ notanda sunt, quia quotidie in practica euenniunt. Item est notandum, † quod 29
præcedentium quadruplex virtus est, scilicet, declarandi, suppleñdi, ampliandi; & restringendi, vt latius explicat, & probat Rebuff. *in tract. de nomination. quæstione quinta, numero vigesimo primo, pagin.* 128. quem lector legat, quia est notabilis theorica.

Porrò est notandum; quod † clausula generalis 30
non inclusa in certo capitulo, refertur ad omnia, siue in principio, siue in medio, siue in fine posita sit, vt per textum *in dict. l.* §. 1. *Digestis de liber. & posthum.* & alia tradit Gloss. Parisien. *in consuetudinibus Parisiensi, part.* 1. §. 33. *gloss.* 2. *numero secundo, fol.* 260.

Addo etiam, quod potentior, seu validior est clau- 31
sula præcedens ad determinationem sequentis; † & magis influit in illam, quam è contra sit sequens ad determinationem præcedentis; secundùm Bartol. *in l. ania, in princip. Digestis de condition. & demonstrat.* & Matthæsilan. *notab.* 151. Aymon. *in consil.* 289. *numero tertio*, Cephal. *in consilio* 343. *num.* 42. *lib.* 3. Menoch. *de arbitrar. iudic. quæstion.* 64. *numero* 19. qui locus citatur ab eodem Menochio *libro* 1. *de præsumption. præsumpt.* 28. *n.* 24. *pag.* 31. idem tradunt Andreas de Isernia *in rubric. quæ sint Regalia, numer.* 1. *folio* 107. Rebuffus *in cap. cum dilectus, de cauſ. possess. & propriet. pagina* 350. *versicul. nono facit*, Bald. *in l. quoties* 2. *in fine*, *Cod. de fideicommiss.* Segura *in l.* 3. §. *final. numero* 84. *ff. de liberis & posthumis*; Bart. *in l. si quis ex argentariis*, §. *si initium. ff. de edend.* Paul. *in l.* 1. *C. de liber. præter.* Alciatus *in cap. cum non ab homine, numer.* 43. *&* 105. *de indiciis* Mantica *de coniectur. ment. defunct. libro* 10. *titulo sexto, num.* 4.

num. 4. *folio* 232. Euerardus *loco secundo, pagin.* 41. & alij plures quos refert Peralta *in l. Titia, cum testamento*, §. *Caius Seius, notabil.* 6. *pagina* 424. *ff. de legat.* 2. & ibi *num.* 5. tradit, quod clausula non ampliat, seu auget principalem dispositionem, sed restringitur ad casum principalis dispositionis: & vide eundem Peraltam *in l. Titia cum testamento*, §. *Lucius Titius*, el segundo, *pagina* 443. *num.* 4. *ff. eodem titulo*, & Tiraquell. *libro* 1. *de retract.* §. 1. *glos.* 14. *num.* 25. *pagina* 303. & Parisius *consil.* 142. *num.* 16. *libro* 4. vbi probat, quod dis-
34 positio Principis † sequens, interpretatur secundum præcedentem, ex Bart. *in l. Gallus*, §. *quid si & tantum*, *ff. de liberis & posthumis*, & *in l. heredes mei*, §. *cum ita*, *ff. ad Trebellian.* vbi Zanchus *part.* 10. *num.* 108. *pag.* 293.

Colligitur tamen nihilominus ex sequentibus, qualis animus in præcedentibus fuerit; *l. sed Iulianus*, §. *proinde*, *ff. ad Macedon. l. quadam*, *ff. de rebus dubiis*: cum *concordant.* vt per Tiraquellum *in l. si vnquam*, *C. de reuocand. donation in verbo, donationis largitus*, *num.* 257. Et simulatio † contra-
33 ctus magis declaratur ex tractatu præcedenti, quam ex sequenti, secundùm Iacobum Buar. *in l.* 4. §. *si ab ignoto*, *ff. de manumiss.* Iacobum Butrigar. Bart. & alios *in l. pacta nouissima*; *C. de pactis*, & alios vt per Mascardum *in tractatu de probationibus, libro* 1. *conclus.* 442. *num.* 10. *&* 12. *folio.* 271. Et quando præcedens scriptura est certa, & deter-
34 minata, † declarat sequentem generalem, & obiectam, *l. legatorum*, §. 1. vbi Bartol. & Paul. *ff. de legat.* 2. quod ex pluribus confirmat Simon de Pretis *de interpretand. defunct. voluntat. libro* 2. *interpretat.* 3. *dubitation.* 1. *solutione* 3. *num.* 46. *folio* 146. inquit tamen Glossa *in l. quisquis*, *gloss. vltim. ff. de legatis* 3. quod facilius clausula refertur ad sequentia, quam ad præcedentia, de quo per Iason. *in l.* 1. §. *si initium*, *num.* 2. *ff. de eden.* Dec. *in cap. inquisitioni*, *num.* 4. *de appellatione.* Hieronym. Gabr. *in consil.* 98. *num.* 16. *cum sequent.*

Sed primam opinionem tradit; & concordantes refert *Decisio Pedemont.* Osasch 147. *num.* 16. & notanter tractat Chassanæ. *in Catalog. gloriæ mund. part.* 12. *consideratione* 100. *&* 101. *vltim.* Menoch. *de arbitr. iudic. casu* 64. *num.* 19. *&* 20. & *in tractat. præsumption. lib.* 1. *quæstion.* 28. *num.* 24. post Tiraquell. quem citat *in loco citato*, *lib.* 1. *de retractat.* §. 1. *glos.* 14. *num.* 25. Ioan. Guttier. *consili* 12. Et plura sin ularia in ista materia scribit Capicius *decisione* 108. *num.* 6. *cum sequentibus.* Et quod præ-
35 cedentia ex sequentibus declarentur, † etiam si longè distent, tradit Menoch. *in tractat. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 18. *num.* 24. *folio* 313. Hinc est,
36 quod posteriores inuestituræ de primogenito † declarant intentionem Principis in prioribus inuestituris, vt per Decium *in consil.* 389. *num.* 6. Marcum Brunum de Anguillis *consil.* 54. *num.* 46. Et licet in prima † institutione non sit facta mentio de
37 masculis, si in sequentibus substitutionibus fit mentio de illis; videtur testator voluisse conseruare agnationem, tradit Parisien. *in consil.* 55. *num.* 35. *lib.* 3. Sed & Bursat. *in consil.* 131. *num.* 36. *lib.* 2. tradit, quod in materia stricta, verba censentur posita ad restringendum, non ad demonstrandum, ex *l. sordidorum*; *Cod. de excusation. munerum*, *lib.* 10. ex *capite quoniam Abbas*, *de inoffic. Delegat.*

Item noto, quod verba specialia plus operantur,
38 † quam generalia, *l. sed & si quis*, §. *quæsitum*, *ff. si quis caution.* vbi Doctor. & notat Iason. *in authent. qui rem, num.* 14. *folio* 24. *C. de Sacrosanct. Eccles.* Bald. *in l. excusatorem, num.* 23. *C. de execut. rei iudic.* vbi inquit, quod qualitas quæ paucioribus competit, † facit dispositionem magis specialem; 39
& illa quæ pluribus potest competere, facit dispositionem magis generalem; notat Alexand. *in l. Titiæ textores*, *ff. de legat.* 1. & alij quos refert Decius *in d. l. in toto iure*, *num.* 6. *pag.* 183. *de reg. iur.* quod ad plura in ista materia conducere potest; & dixi *in principio istius* 2. *partis.* Et plerumque in iure non sufficit aliquid exprimere generaliter, † sed 40
specialiter, vt per plura exempla tradit Rebuffus *tomo* 2. *ad constitutiones Regias*, *titul. de restitut. artic.* 1. *glos.* 13. *pagina* 127. & facit, quia diuersum est aliquid exprimere specialiter, vel singulariter, vt declarant *Bart.* & alij *in l. vltim. C. si contra ius, vel vtilit. public.* & *in l.* 1. *&* 2. *quæst. princip. ff. de vulgar.* Decium *consil.* 27. *column.* 2. *versic. his non obstantibus*, & alij, vt per Roland. *consil.* 26. *num.* 10. *lib.* 2. sic tradit notanter Rebuffus *in praxi benefic. titul. de reprobat. benefic. vsuen. impet. glos.* 6. *&* 7. *num.* 68. *pag.* 345. Quod derogatio specialis est facienda, quia derogationes † ge- 41
nerales ponuntur de stylo; & Pontifex non videtur derogare quod ignorat: de quibus legenda sunt quæ scribo *in* 1. *part. quæst.* 3. Et ea quæ generaliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur neglectas *l. item apud Labeonem*, §. *hoc edictum*, *ff. de in iur.* quod tradit in bono casu, Guid. Pap. *decis.* 537. *num.* 2. & Rebuffus *in dict. tractat. de forma Vicariatus num.* 37. eleganter Alexander *consil.* 4. *num.* 5. *cum aliis, lib.* 4. Quintilian Mandosius *in regul.* 4. *reseruationis*, *quæst.* 20. *num.* 5. *fol.* 25. Rebuffus *in tractat. de nomination. quæstion.* 8. *num.* 14. *pag.* 138.

Sciendum est etiam, quòd licèt aliqua dispositio secundum figuram verborum sit generalis, & possit comprehendere plura subjecta; si tamen in veritate non venit verificanda, nisi in vno certo indiui- 42
duo, dicitur verè † & propriè singularis; *l. si domino*, *ff. de legat.* 1. *l. si hæres*, *ff. de option. legat. cap. ex part.* 1. iuncta Glos. *vltim.* vbi Cardin. Florent. Abb. & Felin. & latiùs Decius *cum concordant.* vt per Gloss. Paris. *in* 1. *part. consuetud. Parisien.* §. 2. *num.* 33. *folio* 51. cui addendus est Tiraquell. *in tractat. de primogen. quæst.* 40. *num.* 198. *pagin.* 305. vbi tractat, an dispositio generalis omnia sui generis supposita comprehendat, & quod dicit text. *in dict. l. si domino*: declarat Staphilæus *de literis gratiæ, & institit. titul. de variis mod. vocation. num.* 24. *pagin.* 114. Peralt. *in d. l. quod alicuius*, *ff. de legat.* 2. Et pro confirmatione regulæ *d. l. si domino*, plura singularia scribit Tiraquell. *in lib. de legibus connubial. glos.* exprez, *num.* 128. *cum sequentibus*; *folio* 315. Et non potest dici superfluum, quod particulariter exprimitur, vt ait Decius *in l. edicta num.* 68. *C. de edendo*, notat Albens. *consil.* 11. *numero* 29.

Rursus potius verba † demonstratiuè; quàm dis- 43
positiuè, seu restrictiuè, sunt accipienda; *l. Paulo Callimacho.* §. *vltim. ff. de legat.* 3. *d. l. quidam testato, de legat.* 1. tradunt Bart. *in l. Centurio*, *num.* 31. *ff. de vulgar.* Ceph. *in consil.* 107. *num.* 9. *lib.* 1. Bald. *in l. precib. num.* 48. *Cod. de impuber.* Ioan. Andr. *in cap. si pater*, *num.* 19. Franchus *num.* 87. Costa *in* 3. *part. in glos. pupillaris*, *num.* 13. *de testam. in* 6. Petr. Surd. *decis.* 241. *num.* 21. Burgos de Paz *consil.* 25. *num.* 24. & est communis, secundum Ripam *in d. l. Centurio*, *num.* 140. *ff. de vulgar.* declarat Felin. *in capite super literis*, *num.* 4. *de rescript.* Simon de Pretis *lib.* 2. *de interpret. defunct. voluntat. solutione* 3. *num.* 28. *folio* 156. Decius *in dicto consil.* 324. *num.* 2. Natta *in consil.* 34. *num.* 8. Maximè quando genus, & species ponuntur circa eandem personam, videntur verba po-

ſita cauſa demonſtrationis, non limitationis, vt probatur *in l. quæſitum*, §. *item ſi fundum*, ff. *de fundo inſtruct.* tradunt Decius *in l. in toto iure*, ff. *de regul. iur.* Aymon. *in conſil.* 227. *num.* 9.

Ex quibus fit, quod vbicumque in teſtamento, vel in alia qualibet diſpoſitione reperitur aliquod verbum deſignans aliquam qualitatem, quæ poteſt accipi demonſtratiuè, & diſpoſitiuè, in dubio præ-
44 ſumitur † ſtare demonſtratiuè: *l. fin.* §. *filia*, ff. *de liber. legat.* volunt Bart. *in l. cum pater*, §. *men.* ff. *de legat. 2.* & alij quos citant Mantic. *de coniectur. ment. defunct lib. 9. titul. 2. num.* 5. Anton. Peregrin. *in tractat. de fideicommiſſ. artic* 16. *num.* 110. *folio* 156.

Et eſt aduertendum, quòd vbi genitiuus poteſt ſtare reſtrictiuè, & demonſtratiuè, eſt intelligendus quòd potius ſtet reſtrictiuè, quam vt demonſtret, ſecundum Alex. *in rubr. ff. de non. oper. nunciat. n.* 25. quem citat Epiſc. Couarr. *in practic. quæſtionib. c.* 11. *num.* 5. Et ſi teſtator grauauit hæredem nomine proprio, nomen proprium intelligitur adjectum gratia demonſtrationis. Appellatiuum intelligitur tacitè ſecundum Cynum, Baldum, & Iaſon. *num.* 4. *in l. eam quam*, C. *de fideicommiſſ.* Mantic. *de coniectur. men. defunct. lib.* 8. *titul.* 2. *num.* 7. *fol.* 165. Et quod verba ponantur ad ſignificandum, & demonſtrandum perſonam filiarum, tradit Menoch. *conſil.* 331. *num.* 44. *lib.* 1. ex Bald. *in conſil.* 354. Item *formam verborum libro* 3. Decio *in conſil.* 262. *num.* 6. & tradunt Aymon *in conſil.* 301. *num.* 8. Rota Roman. *deciſ.* 662. *num.* 3. *part.* 1. Petr. Surd. *conſil.* 365. *num.* 30. & *in tract. de aliment. titul.* 4. *quæſt.* 26. Ioan. Garcia *in tract. de expenſ. capite* 4. *num.* 34. Camill. Gallinius *lib. de verb. ſignificat. lib.* 8. *cap.* 28. *num.* 8. Maſcard. *in tractat. de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1266. *num.* 24. *fol.* 209. Et quando plura habent eandem rationem, licèt de vno fiat mentio; videtur fieri exemplariter, non reſtrictiuè, ſecundum Baldum *in l. de quibus*, ff. *de legibus*; Roland. *in dict. conſil.* 38. *num.* 49. *lib.* 4. Et verba reſtrictiua operantur quando apponuntur in eadem oratione, ſecus in diuerſa, ſecundum Bart. *in l. inter ſtipulantem*, §. *ſacram*: ff. *de verborum obligationibus*, Paul. & Alex. *in l. Stichum*, ff. *de legatis*, 1. & alios quos citat Felician. *in tract. de conſiliis lib.* 2. *quæſt* 5. *num.* 7. *fol.* 178.

Item addo, quòd ſi exprimatur genus poſt numerationem ſpecierum, † non comprehenduntur
45 ſub genere aliæ ſpecies, quæ differunt ab expreſſis in quantitate vel qualitate, *dict. l. fin.* §. *cui dulcia*, ff. *de vino, tritic. & oleo leg.* notant Anton. & Dec. *num.* 8. *in dict. cap. ſedes*, qui hoc diſputat: & an & quando enumeratio ſpecierum reſtringat genus, explicat eleganter Molin. *libro* 1. *de primogen. cap.* 4. *num.* 31. *fol.* 25. vbi plura ſubtilia in iſta materia ſcribit, cautè legenda: & quòd tradit Quintil. Mandoſ. *in regul.* 1. *Cancellar. quæſt.* 5. *num.* 9. *fol.* 3. & *regul.* 14. *quæſt.* 4. *num.* 3. *fol.* 72. Et qualiter legatum generale non reſtringatur per ſpecies poſtea numeratas, traditur per Matth. ab Afflict. *deciſ.* 106. *num.* 4. Et quod quando locus ponitur pro executione, legatum non reſtringatur, tradunt Bart. *in di. l. inter ſtipulantem*, §. *ſacram*, *num.* 6. ff. *de verbor. obligat.* Paul. de Caſtr. *in d. conſil.* 338. *num.* 3. *lib.* 1. late Franciſc. Mantic. *de coniectur. ment. defunct. lib.* 9. *titul.* 3. *num.* 20. *fol.* 207. Simon de Pretis *de interpret. defunct. voluntat. lib.* 2. *interpret.* 3. *dubit.* 2. *ſolut.* 3. *num.* 26. *fol.* 156. Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. dict. art.* 16. *num.* 41. *fol.* 148.

Nec eſt omittendum pro facultatibus, quæ conceduntur ad faciendum maioratus, vel ad extrahendum aliquam rem à maioratu, vel quid ſimile, quod ad hoc vt tales facultates reprehendi non poſſint de vitio ſubreptionis, non ſufficit in genere exprimere Principi, † niſi in ſpecie exprimatur, ſecundum 46
Oldradum *conſil.* 81. Ancharr. *conſil.* 404. Roland. *conſil.* 2. *n.* 158. *lib.* 1. & alios quos citat Aymon *conſil.* 79. *n.* 2. & *conſil.* 68. *n.* 3. Quod confirmatur ex notabili doctrina Cyni *in leg. vnica, C. quan. Imper. inter pupil.* vbi dicit, quod ſi Monialibus conceſſum eſt priuilegium, vt non teneantur ad collectas non teneantur ad procurationes Cardinalium, etiamſi habeant priuilegium, quod poſſint imponere collectas, nonobſtante aliquo priuilegio; quamvis in priuilegio Cardinalis dicatur, quod Papa intendit derogare cuicunque priuilegio in contrarium facienti: talis enim mentio non ſufficit, quia debet eſſe ſpecialis; declarant Cardinal. *conſil.* 136. *col.* 5. Staphil. *de literis gratiæ & iuſt. clauſula*, *ſi Epiſcop. num.* 6. *pag.* 192. & legendum eſt quod ſcribit Tiraquell. *dict. gloſſ.* 7. *num.* 115. 116. & 117. & faciunt alia plura quæ ſcribo *ſupra*, *part.* 1. *quæſt.* 3. Et verba generalia appoſita poſt verba ſpecificata, reſtringuntur ad ſpecificata, vt notatur *in l. ſi de certa*, C. *de tranſact.* explicat eleganter Afflict. *deciſ.* 285. *num.* 4. & 7. Sed & † verba poſita in vna 47
parte Alternatiuæ, reſtringuntur propter verba poſita in alia parte Alternatiuè. *l.* 1. ff. *de reb. dub.* notat eleganter Barthol. Socin. *conſil.* 13. *n.* 9. *lib.* 3. qui ex hoc infert ad quandam prohibitionem alienationis.

Nec eſt omittendum, quod clauſula generalis declaratur à qualitate caſuum expreſſorum: *cap. qui ad agendum*, vbi Doctores, *de procurat. in* 6. notat Socin. Iun. *conſ.* 76 *num.* 10. *lib.* 2. Et illud maximè eſt commendandum, quod cauſa immediata attenditur vbi concurrit cum cauſa mediata, ſecundum Baldum *in l. ex placito*, C. *de rer. permutat.* & alios, vt per Nattam *conſil.* 119. *num.* 2. Nec omitto, quod licet verba, *Quocumque modo*, amplient præcedentia, † intelligitur, quod debent eſſe 48
eiuſdem generis cum præcedentibus: *dict. l. vbi*, ff. *de trit. & oleo legat. l. ſi adjiciatur*, ff. *pro ſocio*; *l. hæres meus*, §. *quæ ſtatuæ*, ff. *de legat.* 3. notat Oldrad. *conſil.* 297. *num.* 5.

Animaduerto etiam, quod illud † quod tacitè in- 49
eſt à iure, non facit actum conditionalem, ſecundum *Gloſ.* vbi communiter Scribentes *in cap.* 2. *de elect. in* 6. & *in cap. ad audientiam*, *de reſcript.* & *in cap. ſignificaſti*, *de electione*, per regul. *l.* 3. ff. *de legat.* 1. & *l. conditiones extrinſecæ*, *l. aliquando*, ff. *de condition. & demonſtration.* tradit Franciſcus Mantica *de coniectur. mentis defunct. libro* 5. *titul.* 6. *num.* 5. *pag.* 147. & ſcripſi aliqua, *part.* 1. *quæſt.* 60. notat Epiſc. Couarr. *in cap. Raimundus*, *de teſtam.* §. 5. *num.* 5. *verſic. quarto expreſſio eius*, *fol.* 103. & in quadam vocatione maſculorum, & fœminarum ſubſtitutione, ita, *ſi quis ſine liberis deceſſerit*, tradit Alex. *in conſil.* 38. *num.* 12. *lib.* 6. & etiam in ſpiritualibus ea quæ tacitè inſunt nihil operantur, ſecundum Gloſſ. *in cap. ſignificaſti*, *de electione*, & *in cap. eodem tit. in* 6. Staphilæ *de literis gratiæ*, *de var. mod. vacation. verſ. modo pro declaratione*, *num.* 8. *pag.* 118. Ripa *reſponſ.* 30. *num.* 2. Ex qua regula confirmatur quod in iſta materia ſcribit Math. de Afflict. *in cap.* 1. *de eo qui ſibi*, *aut hæredib. ſuis*; *numer.* 10. *fol.* 154. vbi ſcribit, quòd ſi conceditur feudum alicui & hæredibus ſuis ex legitimo corpore deſcendentibus, † ſeruata ſexus, & ætatis præro- 50
gatiua, filia primogeniti excludit ſecundogenitum, & amita excludit nepotem maſculum; quia pactum intelligitur ſecundum ius commune, & nihil vltra ius operatur: & per dictam regulam ſcribit Cephal. *conſil.* 303. *num.* 45. *lib.* 3. quod verbum, *Maſculis*, appoſitum in materia feudali nihil operatur: & legen-

legendus eſt *in eodem conſil. num.* 94. & in *conſil.* 103. *num.* 13. *lib.* 1. ſcribit, quod non eſt neceſſarium quod pactum operetur vltra ius commune: vbi id exprimitur quod tacitè ineſt, poſt Alex. *conſ.* 33. *col.* 2. *verſ. nec ad hoc obſtat*, *lib.* 1. Ruin. *in conſil.* 169. *num.* 13. *lib.* 1. Pariſ. *in conſil.* 110. *num.* 47. *lib.* 1. vbi ſcribit, quòd ſi exprimatur, ſatis operatur, cum omnem dubitationem tollat. Et quod ex-
51 preſſio eorum, † quæ tacitè inſunt, nihil operetur quando dubitatur an expreſſum aliter ſtet, quam eo modo quo tacitè inerat, tradunt Carol. Ruin. *conſil.* 144. *num.* 3. *lib.* 4. Cephal. *conſil.* 158. *num.* 33. & 38. *lib.* 2. Burſat *conſil.* 32. *num.* 31. *lib.* 1. notanter Cœpol. *in rubr. ff. de verbor. ſignificat. num.* 81. *pagina* 461.

Ex quibus omnibus infero confirmationem concluſionis, quæ fundatur à Molina *lib.* 2. *de primogen. cap.* 13. *num.* 7. *fol.* 336. vbi contra Coſtam *lib.* 1. *ſelectarum*, *cap.* 8. *num.* 14. probat validam eſſe conditionem appoſitam per fundatorem maioratus, quod ſucceſſor contrahat cum conſanguinea, etiamſi non adiiciat, *cum Pontificis diſpenſatione*; cùm hoc à iure inſit, quod hoc requiratur: de qua materia ſcripſi *part.* 1. *quæſt.* 50. ex dicta regula oritur quod ſcribit Tiraquell. *in tractat. de primogen. quæſt.* 34. *num.* 61. vbi tradit, quod ad excluſionem filij legitimati qui prætendit primogenituram, nihil refert, quod ſtatutum dicat ſolum de primogenito, quia à iure intelligitur de legitimo. Et dictam regulam ornat etiam Alexand. *in conſil.* 170. *num.* 5. *lib.* 7. quem citat Tiraquell. *lib.* 1. *de retract.* §. 1. *gloſſ.* 10. *num.* 33. *pagin.* 232.

Et per iſta confirmo egregiam doctrinam Burſat *conſil.* 40. *num.* 40. *cum ſequentibus*, *lib.* 1. vbi ponit
52 regulam ſingularem, quod conditio, † quod impetretur à domino licentia alienandi rem feudalem, non facit contractum conditionalem, quia à iure ineſt: ex quo infert, quòd ſi vendatur, vel aliàs alienetur res maioratus, vel ſuper ea tranſigatur cum conditione, quòd impetretur facultas Regalis; ex prædictis verbis non redditur contractus conditionalis: quod reputo notabile.

53 Dicta autem regula † procedit, niſi conditio quæ tacitè ineſt aliter exprimatur quam inſit: *l. ſi ita* 65. §. *illi ſi volet*, ff. *de legatis* 1. *l. Titia*, ff. *ad l. Falcid.* notant Abbas *in cap. ſignificaſti*, *de elect.* Ripa *conſil.* 29. *num.* 73. limitat etiam regulam *dict. l.* 3. vbi illud, quod à iure ineſt, eſt de voluntate, non de neceſſitate: *l. talis ſcriptura*, vbi Bart. ff. *de legat.* 1. & *in dict. l.* 3. *de leg.* 1. notant Socin. Iun. *in conſil.* 30. *num.* 9. *lib.* 4. Berous *conſil.* 140. *num.* 20. *lib.* 2. Mantic. *in tract. de coniectur. ment. defunct. lib.* 7. *titul.* 12. *num.* 14. *pag.* 276. notanter Ripa, vbi declarat *in conſil.* 132. *num.* 17. quod quotidie videbis in practica in cauſis maioratuum. De quo lege quæ ſcribo *in* 1. *part. quæſt.* 60. Et limitatur
54 † etiam dicta regula, vbi forma eſt data ab homine in caſu, qui à iure ineſt, vt tradunt Albert. Brunus *in tract. de forma*, *quæſt.* 23. Epiſcop. Couarr. *in cap. alma mater*, *de ſentent. excom. in* 6. *part.* 1. §. 9. *num.* 8. *fol.* 76.

Et ex iſtis omnibus infero ad priuilegia Regalia
55 pro fundandis maioratibus, † vel ad alienandum, vel extrahendum aliqua bona maioratus, aut alia ſimilia, in quibus diſponitur, quod aliquid fiat ſine præiudicio Tertij, an talis clauſula, & limitatio operetur aliquid vltra ius commune? ſecundum ea quæ ſcripſi *part.* 1. *quæſt.* 3. Limitatur etiam dicta regula *d. l.* 3. ſecundum Aretin. *ibi*, quando per viam ſeparatæ diſpoſitionis, & principalis, aliquid exprimitur: quem ſequitur Corne. *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres*, *num.* 24. *verſ. ſapius dubitaui*, ff. *de verbor. obligat.* & idem volunt Bart. *in l. dies proferre*, §. *ſtatum*, ff. *de arbitr.* & alij quos citat Tiber. Decian. *reſpon.* 41. *num.* 55. *lib.* 2. quo loci latè materiam tractat. Et in his quæ non ſunt de neceſſitate legis, ſed ex præſumpta voluntate partium; expreſſio
† multum operatur, ſecundum Bart. *in d. l.* 3. ff. *de* 56
legat. 1. *num.* 5. & Iaſo *num.* 55. eundem Bart. *in l. Centurio*, *num.* 6. ff. *de vulgar.* & alios quos citat Barbola *in l. ſi filio familias* 26. §. *fin. num* 36. *pag.* 636. ff. *ſolut. matrimon. tom.* 2. Addo etiam, quod relatio eſt facienda ad proxima, *l.* 1. §. *deinde adiecit Prætor*, *verſ. eum qui*, ff. *de poſtulan.* notat, & declarat Rebuff. *in l. vnica*, C. *de ſentent. quæ pro eo quod intereſt: notab.* 4. *num.* 14. *pag.* 365. Burgos de Paz *conſil.* 27. qui hoc tradit in quadam cauſa maioratus: quod in notabili caſu in ſucceſſione primogenituræ in dictione, *eius*, tradit notanter Bartholom. Socin. *in conſil.* 252. *num.* 16. *lib.* 2. Iungo etiam, quod verba, *Alter*, *vel alia ſuccedat*, ſignificant, & referunt perſonas ſupra nominatas ſecundum Alexand. *in conſil.* 204. *num.* 4. *lib.* 2. Carol. Ruin. *in conſil.* 115. *num.* 12. & *in conſil.* 130. *n.* 1. *lib.* 3. Deci. *conſil.* 182. *col. penult.* Socin. Iun. *conſil.* 160. *num.* 13. *lib.* 2. Pariſ. *conſil.* 64. *num.* 31. *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 200. *num.* 2. *lib.* 2. vbi latè Iaſon Ce hal. *in conſil.* 394. *num.* 19. *lib.* 3. Noto etiam in materia, quod dictio, *videlicet*, appoſita in vocatione primogenitorum reſtringit, vt fundat Menoch. *in conſil.* 269. *num.* 30. & 32. *lib.* 3. vbi *num.* 33. ſcribit poſt Deci. Aretin. Pariſ. & Cranetam quos citat; quod ex clauſula, *vt ſupra*, cenſentur † repetita omnia ſuperiora, ac ſi de verbo 57
ad verbum fuiſſent expreſſa cum ſuis qualitatibus.

Addere etiam libet, quod vltima voluntas æquiparatur ſententiæ Iudicis: † & è conuerſo, ſenten- 58
tia Iudicis æquiparatur vltimæ voluntati. *l.* 3. *in princip. ff. de alimen. legat.* vbi Gloſ. *l.* 2. *de diuidend. tutel.* notat Socin. *in l. quibus diebus*; §. *quidam Titio*, *num.* 9. ff. *de condit. & demonſtr.* Euerard. *loco* 71. *pagin.* 464. Simon de Pretis *lib.* 5. *de interpret. defunct. volunt. in princip. fol.* 477. quem punctum latiſſimè, & eleganter tractat Rebuf. *in l. quod inſſit*, ff. *de re iudic. notab.* 2. *num.* 188. *cum pluribus ſequentibus*, *pag.* 97. Et quod verba ſucceſſiua non ſtent repetitiuè ad ſubſtitutiones præcedentes, tradunt Carol. Ruin. *in conſil.* 102. *num.* 11. *libro* 2. Theſaur. *deciſ. Pedemont.* 248. *num.* 15. Et quod verba generalia ſubſequuta reſtringantur per verba ſpecialia; tradit ex multis Valdes *in additionibus ad Rodericum Suarez*, *allegatione* 15. *pag.* 90. Conuenit etiam iſtis alia concluſio, de qua lapè dubitatur, quòd ſi conditor maioratus dedit † facultatem diſpo- 59
nendi de bonis maioratus in aliquo caſu, debet intelligi ſiue in morte, ſiue in vita, §. *penult. Inſtit. quibus alienar. licet: cap.* 2. *cap. in illis*, *de præb. in* 6. Alex. & Ripa *in* 2. *in princip. ff. ſolut. matrimon.* Afflict. *deciſ.* 370. *num.* 12. & alij citat Roland. *in conſil.* 62. *n.* 15. *lib.* 1. & Natta *in conſ.* 270. *num.* 6. *lib.* 2. De quo legatur Bart. *in conſil.* 76. *Pater leganit*, Iaſ. *in rubr. ff. ſolut. matrim.* idem Natta *in conſil.* 118. *num.* 6. Item verba dubia vnius diſpoſitiones, per alia clara declarantur, † non è con- 60
trario: *l. alimenta*, §. 1. vbi Bart. & Alberic. ff. *de aliment. legat.* Bart. & alij *in l. ſi quis ex argentariis*, §. *ſi initium*, ff. *de eden.* quod tracto *in princip. iſtius* 2. *partis.*

Sciendum eſt etiam, quod hominis diſpoſitio eſt † intelligenda, & interpretanda, vt prouiſum ſit in 61
caſu magis neceſſario, ſecundum Bald. *in conſil.* 35. *Pater filio*, *col.* 2. *lib.* 2. Aymon. *in conſil.* 149. *numero* 12. & *in conſil.* 272. *num.* 4. Menoch. *in conſil.* 113. *num.* 15. *lib.* 2. quod etiam ſcribo *in princip. iſtius*

iſtius part. Et quod effectus in vtroque caſu faciat præſumi, eandem voluntatem eſſe in agente; probatur *in l. mulier, ff. ad Trebellianum,* & *in l. ſi mater, C. de inſtitut. & ſubſtitut.* tradit Simon de Pretis *lib. 3. de interpret. defunct. volunt. dubit. 3. ſolut. 3. num. 36. fol. 313.*

Animaduerto etiam vnum notabile, quod ſi clauſula generalis apponatur immediatè, & ſimpliciter; generaliter intelligitur: *l. emptor, §. Lucius, ff. de pactis.* Si tamen clauſula generalis apponatur poſt
62 expreſſionem alicuius rei particularis † & ſpecialis; tunc generalitas reſtringitur ſecundum caſum præcedentem: vt volunt Angel. poſt Iacob. de Arenis, *in l. de obligatione generali, ff. de pignor.* Decium *in conſil. 379. num. 12.* Rurſus ſubſtitutio facta in fauorem alicuius, non debet in odium eius retorqueri; & quæ factæ ſunt in augmentum, non debent operari diminutionem; vt per Ripam *in conſil. 132. num. 8. & 9.* Nec omitto ipſammet regulam,
63 quod ea quæ ſunt † inducta ad augmentum, non debent operari diminutionem, *l. hæreditas ad Statium, l. ex facto, ff. de hæred. inſtit. l. legata inutiliter, ff. de adimen. legat.* quam regulam elegantèr explicant Iaſon *in l. Centurio, num. 57. ff. de vulgar.* Pariſ. *in conſil. 71. num. 2. lib. 2.* Item quando
64 plura ſunt † ſub eadem conſtructione verborum, debent omnia pariformiter intelligi: *l. Scio, §. Caio, ff. de fund. inſtruct. cap. maiores, de baptiſm.* Neuizan. *in Sylua. nupt. lib. 1. num. 188. pag. 90.*

Nec eſt prætereundum, quia ad multa proderit,
65 quod clauſulæ ſubſtitutionum ſunt referendæ † ad proxima, vt tradunt Decius *in conſil. 547. num. 6. verſ. & hoc etiam:* Pariſ. *in conſil. 14. lib. 3.* Roland. *in conſil. 34. num. 35. lib. 4. fol. 100.*

Sciendum eſt etiam aliud notabile, quod voluntas,
66 † quæ colligitur per argumentũ à cõtrario ſenſu, non derogat expreſſæ diſpoſitioni teſtatoris, quæ poſtea ſequitur: *l. fin. in princip.* vbi Bart. *ff. de legat. 2.* Bald. *in l. 1. §. humanum, C. de legib.* Decius *in conſil. 38. num. 4. verſ. & ſuadetur iſta declaratio.*

Scire etiam eſt neceſſarium, quod quando agitur de interpretanda voluntate teſtatoris, † intelligitur 67
ſecundum eius opinionem, non ſecundum veritatem: quia diſpoſitio teſtatoris dependet à ſola † eius 68
voluntate, *l. ſeruo manumiſſo,* vbi Iaſ. *notab. 2. ff. de condict. indeb. l. quo loco, §. 1. ff. de hæred. inſtituend.* notat Aymon. *conſil. 88. n. 15.* tradunt Mantic. *lib. 3. tit. 10. num. 1.* Simon de Pretis *de interpret. defunct. volun. lib. 2. interpret. 4. dubit. 1. ſolut. 3. num. 8. fol. 162.* Riminald. *conſil. 23. num. 79.* Petr. Surd. *deciſ. 41. num. 10.* Rurſus, illud eſt ſingulare, quod vbi in vna diſpoſitione † coniunguntur duæ perſo- 69
næ inter quas eſt diuerſa ratio, diuerſa admittitur interpretatio: *l. cohæredi, §. qui diſcretas,* vbi Aretin. *notab. 2. ff. de vulgar.* notant Decius *in l. in teſtamento, num. 8. ff. de teſtam. milit.* Bald. *in l. ſi cum dotem, ff. ſolut. matrim.* vbi Barthol. *num. 29. pag. 405. num. 2.*

Tandem in fideicommiſſis, quia odioſa ſunt, numerus ſingularis non refertur † ad pluralem, ſe- 70
cundum Aymon. *in conſil. 80. verſ. non obſtat,* per *l. 2. de liber. & poſthum.* Et de puncto quando pluralitas reſoluatur in ſingularitates, ſcribit Cephal. *in conſil. 150. num. 48.* & *in conſil. 160. num. 28.* & *in conſil. 253. num. 42. lib. 2.* quam materiam reſoluit Intiſſimè Zucardus *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellianum, part. 8. num. 48. cum infinitis ſequentibus, vſque ad finem, pag. 227.* Et an gabella † ſolui debeat de venditione facta alicuius rei ſubiectæ reſtitutioni, tradunt Bart. *in l. fin. §. ſin autem, C. communia de legat.* & ibi Iaſ. *in §. ſed quia,* Bertazol. *in tractatu clauſularum, clauſul. 3. gloſ. 12. num. 9. fol. 173.* qui ad hoc refert Tiraquell. *lib. 1. de retract. §. 29. gloſ. 2. num. 2.* qui hoc non tractat. Et 71
quando plura ſimul iunguntur, & vnum habet plures effectus, attribuimus omnes effectus, vt ponit pro doctrina Rebuffus *in præfatione ad titulum, de cauſa proprietatis, pag. 244. col. 1.* Et diſiunctiua poſita inter genus & ſpeciem, impropriè cenſetur apposita, ſecundum Gloſ. *in leg. 2. ff. ad legem Aquiliam,* tradit latius Bertazolus *in l. ſi quis maior, num. 257. C. de tranſactionibus.*

Finis ſecundæ partis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA